BIBL. NAZ
Vitt. Emanuele III
RACCOLTA
VILLAROSA
D
55
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

592765

Perilluſtris & admodum Reuerendi D.D.ni

LVDOVICI BELLI

SANCTAE SEDIS APOSTOLICAE

Protonotarij,

ET IN ACADEMIA AVENIONENSI Profeſſoris, Legum Comitis, & Rotæ Sacri Palatij Apoſtolici Decani,

Conſilia Poſthuma,

Studio IOANNIS BELLI Auen: I.V.D. numeris, ſummarijs, & duplici INDICE, Argumentorum ac rerum illuſtrata.

Ad Eminentiſſimum Cardinalem à Balneo.



COLONIAE ALLOBROGVM,
SVMPTIBVS IACOBI CRISPINI.
M. DC. XXXV.

Digitized by Google

Digitized by Google

Eminentiſſimo & Reuerendiſſimo

DOMINO
D. IOAN. FRANCISCO
EX COMITIBVS GVIDIIS
A BALNEO S.R.E.
Cardinali.

I*TA ſunt in hac rerum vniuerſitate, quam mundum dicimus, amplitudinis tuæ nomen, & nominis amplitudo tui longè, lateq; diffuſa,* Cardinalis Eminentiſſime, *vt ab inferis, vel potiùs è cœlis excitent, qui ſe tuam in fidem conferre ſtudeant, & clientelam ſubire. Enimuerò qui tibi modò ſiſtitur huius operis auctor, perinde ſcriptorum, ac mortuorum numero accenſus eſt; nihiloq; ſeciùs quàm cæteri tutelam tuam, ac patrocinium ſupplex ambit: ſic tamen ambit, vt tuam reuereatur amplitudinem, ac vereatur omninò, niſi ad audendum impelleret, cùm prolixa tua in omnes in hoc eminentiſſimo dignitatis gradu facilitas., tum maximè quò viuentem ipſum complexus es amore. Qui fuerit tuus in illum animus, dum legati vicem Auenione ſuppleres, ipſe tibi teſtis es, ille ſibi conſcius, quippe cui, nec iniuriâ, tantum contuliſti beneuolentiæ, tantum honoris habuiſti, quantum fortaſſe nemini, quantum certè nemo optare potuiſſet. Is erat tuus ille cliens, cuius in dubiis conſilium exquireres, cui mentis arcana proderes, quem grauiſſimis quibuſque, nunc priuatæ, nunc publicæ rei negotiis implicares; adeò in omnibus honorificum de illo iudicium eſſe comprobabas tuum. Longus ſim, ſi velim ire per ſingula; tam in ære tuo eſt quàm qui maximè; tantum tibi debet, quantum perſoluere minimè poſſit: nec dum tamen importunæ cupiditati ſtatuit modum, eſt amplius quod abs te pro beneficij cumulo deſideret, vt nempè quo vitæ participem dignatus es, hoc vitæ exor-*

tem amore digneris. Id à te precibus infimis exoro, Card. Em^{me} *& exorabo ſi lubet, immortales ſunt amicitiæ tuæ, emori neſciunt quæ neſciunt ſeneſcere, dabis id clientis manibus, dabis precibus exorantis; datum certè putabimus, ſi quod in lucem luce carentis opus emittimus, veluti poſthumum authoritate foueas, & ſub tutela benignitatis tuæ adoleſcere patiaris. Etiam tenuium rerum Superis cura eſt, & pupillorum Principibus; neque minus parua quàm magna in ſuis Numen agnoſcit. Tutare hunc ingenij fœtum*, Cardin. Em^{me} *tenuis eſt, pupillus eſt: tuus eſt, tuæ licet impar amplitudini; quid enim meritis tuis impar eſſe non poſſit, quæ nec murex ipſe tuus adæquat? Fallor? Ex quo tuus factus eſt, nec tenuis eſt, nec tuæ diſpar amplitudini: vti lumen tuis haurit ab oculis, ita tuo nomen mutuatur à nomine, eſſe ſine nomine non poteſt, qui tuo inſignitur, grande pretium, quòd à te non parui fierent, paruis plerumque rebus acceſſit. Valc. Auenione* XV. *Kal. Iun.* M. DC. XXXV.

Eminentiſſimæ amplitudinis ſuæ

Deditiſſimus & obſequentiſſimus

IOAN. BELLVS.

VITA

VITA

LVDOVICI BELLI,

LEGVM COMITIS, ROTAE DECANI, ET IN AVENIONENSI Academia Protoregentis celeberrimi,

LVDOVICO CROSETO,

Anteceſſore Pontificio, in eadem Academia ſcriptore.

LVD. BELLI vitam, rerum, in togâ præclarè geſtarum, gloriâ inſignem, & publicis rationibus pangimus, & priuatis: nam & Reip. literariæ credimus intereſſe, vt poſteritas intellegat, qualis fuerit vir in admirationem genitus æui, & noſtra, quòd nobis fuerit auunculus: quanquam enim fama, quæ nomen eius æquauit orbi, & in iure reſponſa quæ prodeunt, hoc quidquid noſtræ ſcriptionis erit, parum deſiderare videntur: illa tamen, quæ omnia ſemper auget in maius, circa eius laudes oboleſcit: hæc verò reſponſa iuridica, quid legendum ſcripſerit quidem ſignificant, ſed non quid fecerit ſcribendum. Et quamuis non ſimus exprimendo quæ fecerit, pretium tamen operæ fortaſſis erit, qualis in parte fuerit, ſincera magis, & ſimplici, quàm ſplendida & quæſita oratione docuiſſe poſteros: neque enim dictionis ornatum poſtulat ille, quem commendauit optimè, quiſquis recenſuit fideliſſimè. Quæcumque porrò toto hoc ſermone proferemus, eorum nos omnium, locupletiſſimi ſumus teſtes, & Attici, quòd nobis cum eo, quadriennij conuiuentia fuerit. Atque vt à Patriâ & parentibus, quorum non modica in vtramque partem vis eſt, ordiamur: Aucnione, ex Nob. ANTONIO BELLO, & Catharinâ Rhudiâ, naſcitur, anno poſt Chriſtum natum ∞. IↃ. LIII. XV. KAL. Decemb non cognomine magis, quàm reapſe Bellus; quippe fuit in eo præclara ſpecies, atque habitus corporis, & quæ inde ſequuntur τὰ πρῶτα φύσεως, ſeu primigenia, vt Varro loquitur, bona naturæ: perpetua velut maieſtas oris, & integritas ſenſuum, ſi modò viſum exceperis, quo vſus paulò deteriore eſt tota vita, ob vigilatas noctes quàm plurimas, quibus, vt acueret mentis oculos, non dubitauit debilitare corporis nihilo ſeciores animi dotes fuerunt: ingenium deſæcatum ac velox, iudicium ſupra ætatem directum & præſens, pectus ferax ſapientiæ, actis atque præcelſa mens, flammis accenſa volucribus, & cætera bona, propter quæ ſenectutem laudamus, talia denique cùm in animo, tum in corpore omnia, vt in eo concinnando, natura, gloriæ materiam quæſiuiſſe videretur.

His inſtructus naturæ præſidiis, Grammatices, Philologiæque ſtudia, in hac panegyri bonarum artium, quàm naphtha flammæ, tam auidus eruditionis, aggreditur; tantúmque induſtria & labore prouehitur, vt continuò inter gregales emineat, vix æqualem nactus inter æquæuos; ſed talis cui facilè poſſent inuidere magiſtri, apud quos protinus, de ductili ingenio ſuo, ſumma admiratio, nec expectatio minor oboritur, quàm tamen fefellit in eo, quòd expectatione maior euaſerit: cùm enim probè cognoſceret, quantum ad capeſſendas diſciplinas, eximia indoles poſ-

ſit, ſi eam ars & labor expoliant, quaſique repumicent à puero bonis actibus, ſtudio tam pertinaci operatus eſt, vt muſæo labore refocillari videretur ac refici, neque dies ſolùm ad hanc curam appenderet, ſed etiam noctis horas diuidere, & attribuere literis ſoleret ad clepſydram, & ſomno pro medicamento vti. Hinc factum eſt, vt pleno, & grallatorio velnti gradu, longè ſe in politioris literaturæ adyta penetrarit, ne cruda, vt inquit ille, ad Iuriſprudentiam, cui natus, & deſtinatus erat, ſtudia propelleret.

Emenſis ergo humaniorum literarum ſpatijs, ad noſtram ciuilem prudentiam applicat animum, legitimóque quinquennio in ea feliciter exacto, rudimentum togatæ militiæ ponit, ac Iuris vtriuſque authoratur inſignibus, aggregatúrque ad ampliſſimum Ordinem XIII. Kalend. Octob. ∞. Iↄ. LXXVI. Maneat æuum illa dies, qua in collegium noſtrum aſcitus eſt, conſultiſſimus diuini, atque humani iuris vir: neque enim hac cooptatione ſui amplius conſequutus eſt beneficij ipſe, quàm tribuit. Fama tenet, Patres, audita recitatione canonica, ſic in eius approbationem ſubitò exarſiſſe, vt, remiſſa ciuili longo illi plauſu gratulantes, ſilentium imperarint, quaſi nefas reputarent, eius, in iure Cæſareo, altera repetitione explorare doctrinam, qui tam copioſè, támque ſubtiliter, ius Pontificium iam enucleaſſet. Neque pol, eum audiuiſſent vlteriùs, niſi vnus de illis, talem indulgentiam, eius gloriæ officere ratus, Senatum, quiritantis more, rogaſſet, Cæſaream quoque lectionem, quæ eum manebat ad *l. quotiens S. C. de iure dot.* (hæc ſiquidem illi pro acroamatico examine, obtigerat conſtitutio) vt ſuſtineret audire: illud adijciens, pari auditione dignum in eo eſſe iuuenem, quod pari ſedulitate didiciſſet iri detractum de gloria, ſi quicquam detraheretur de penſo, neque inuidendam illi laudem, quam ex vtráque recitatione ſperaret. Sed, quantum in diſciplina iuris, quam principali ſtudio exercuerat, promouiſſet, nō conſtitit aliunde pleniùs, quàm, dum paucis, poſt adeptam doctoralem lauream menſibus, nempe VII. Id. Ianuar. inſequentis anni conſentientiſſimis noſtrorum ſuffragiis, deſignatur in iure Canonico Anteceſſor: nimirum, vt Cadmi ſatu, repente milites: ita ipſe conſummatiſſimus IC. ac primi ſubſellij, ſtatim extitit, quòd apud eum, ius bonúmque, non legibus magis, quàm natura valeret, ac licèt iuuenis admodum eſſet ætate, iam tamen ſenilis in eo maturitas eniteret ingenij, ac primæ in docendo celebritatis haberetur. Dixiſſes in nubibus Aquilam, ita illi omne inuium peruium, dum, non extimam legum cutem, ſpeciémque verborum, ſed ſanguinem ipſum atque medullas erueret, in diſciplina iuris, quà Romani, quà Gallici, oppidò quàm peritus, neque flores tantùm atque amœnitates ingenij: ſed fructus quoque decerperet, eíque profitenti, quod de Dyno Cynum circumtuliſſe ferunt, tota Synodus Philoſophiæ legalis adeſſet, ob quam rerum penè omnium cognitionem, πάνσοφος cognominari potuit. Et quamuis in plurium lectione librorum eſſet apprimè verſatus, ex antiquioribus tamen, Albericum in deliciis habebat & Baldum: ex neotericis autem, Luſitanum illum, qui prodiit ex hac Schola, Æmylij Ferreti diſcipulus, Goueanum intellego, prout & Cuiacium, ac Donellum, quorum ita capiebatur lectione, vt vix vnquam laudibus abſtineret. Atenim, quamuis repetitiones habuerit frequentiſſimas, pauci vt in iure ſint loci, quos ipſe non enarrarit; quia tamen, non niſi ſchedas breuiores ex illis, nec rarò ſiglis interpunctas, habemus, queis in tanta negotiorum, quibus exercebatur, mole, non potuit manum adhibere vltimam, recitationum idcirco ſuarum luce carebimus: namque, ſi rationem poſteritatis habeas, quidquid non eſt peractum, pro non inchoato eſt.

Nec tantùm ad profitenda iura, mirè idoneus extitit; verùm etiam ad obeunda munera togæ, naturâ atque inſtitutione factus Protonotarius Apoſtolicæ Sedis & primicerius Vniuerſitatis noſtræ creatur, ſuperioris ſæculi anno LXXX. quem deinceps magiſtratum quater iniuit in vita: magni Valetudinarij huius vrbis, Rector deſignatur anno LXXXII. quo in munere defungendo, rationes pauperum ſibi concreditas atque commiſſas, tam abſtinenter geſſit, quàm alienas, tam religioſè quàm publicas, tam diligenter, quàm ſuas. Biennio poſt, à Dominico de Grimaldis, Cauallicenſi Præſule, conſtituitur Generalis Vicarius, ínque Vicariatu durat, donec qui ad hanc metropolim, poſtea eſt tranſlatus Grimaldus, in vita, hoc eſt, ad

Kal.

Kalend. Aug. XCIII. quo die obiit diem ſuam. Atque in his adminiſtrandis ita ſe geſſit muneribus, vt dignus maiore ſemper magiſtratu, quàm gereret, haberetur, quo factum eſt, vt facilè præcipuas quaſque togæ dignitates æquarit, cùm, non tam ſuſcipere inſiſteret eas, quàm mereri, ſemélque ſuſceptas, tam commodè abſolueret ſimul omnes ac ſingulas. Et cùm celebritas eius ac fama, patriæ fines tranſcendens, remotas longo terrarum diuortio regiones peragraſſet, ipſámque Patriam communem Romam impleſſet nominis ſui gloriâ, Vrbis & Orbis Pontifices, eum ad quinqueuirale Auditorium Rotæ prouehunt, ann. LXXXVIII. vt eius induſtria, doctrina & fides, dignæ imminere orbi, non ſolùm cupidæ legum iuuentuti, legendo, ſed etiam prouectioribus, iudicando, prodeſſent. Prioratum Caderoſſiæ, cuius non eſt pœnitenda annona ſequente anno indipiſcitur, quem poſt deinde Societati Ieſu, ann. XCIII. excuſat vnire: cúmque Archiepiſcopatus Auenionenſis, Dominici de Grimaldis obitu vacans, Franciſco Mariæ Taruſio, quem poſtea Clemens VIII. ad Cardinalatus promouit apicem, obtigiſſet, eum Taruſius, generalem vicarium, anno XCV. ſibi conſtituit, retinuitque quamdiu & Archiepiſcopatum, prout & Ioannes Franciſcus Bordinus ſucceſſor Taruſij.

Nec Archiepiſcopi tantùm, ſed etiam Prolegati, Franciſcus Montorius, Ioſephus Ferrerius & Eminentiſſimi Cardinales, Philippus Philonardus & Ioannes Franciſcus à Balneo, qui per illa tempora, Legati apud nos vices agebant, operâ ipſius in arduis vſi ſunt. Montorius quidem, anno huius ſæculi V. eum ſibi nominat Adſeſſorem, in generali illa redditione rationum, quæ à reliquatoribus Communitatum huius Status exigebatur, necnon ſui muneris Vicariũ deſtinat in illis, quæ ad obſeruationem Bullæ de bono regimine pertinerent. VII. autem anno, diſceptatorem, cognitorémve delegat, controuerſiæ inter noſtrates & Villanouanos, occaſione traiectus Rhodanici, motæ. Ferretius, Adſeſſoris prouinciam, à Montorio iam ante delatam, eodem anno adſerit, ampliátq; Eminentiſſimus Philonardus, eum, vnà cum Comitatus Rectore, nominat arbitrum ad illam conſultationem percelebrem, quæ, anno ſæculi currentis XIII. ſuper antiquâ hæreticorum lite, bona ob hæreſim publicata atque proſcripta, recipere ac redhibere ſatagentium, habita, & acerrimis agitata animis eſt ſupra Pontem, in æde D. Nicolao ſacrâ, Cardinali & Mareſchaccho d'Eſdiguieres præſentibus, in qua, vix capit fides, quàm ſtrenuè ſeſe, atque excellenter habuerit, & æquitate, quam tuebatur, cauſſæ, & propria virtute munitus: nam, quum in alijs conſultationibus, quibus adhibebatur frequentiſſimè, & ferè ad victoriam clientium ſuorum, vix æquales inuenerit, in iſta, ſatis conſtat, ſe ipſo ſuperiorem quodammodo extitiſſe. Cúmque anno XVIII. grauis controuerſia, Auenionem inter, & locum Nouarum excitata fuiſſet, ratione Druentiæ, eum Eminentiſſimus Cardinalis a Balneo, cum ſuo Auditore, nominauit Arbitrum, qui de ea, cum Regijs Adminiſtris cognoſceret, ac pronuntiaret. Neque verò mirum cuiquam videatur, in tanta copia virorum vſquequaque præſtantium, quibus quaſi ſideribus vniuerſitas iſta diſtinguitur, vnum tam ſæpè delectum fuiſſe eum, ſi animo reputet, nullam rem extitiſſe tam conclamatam vel arduam, quam non ille & conſilio regere, & autoritate tueri, & virtute conficere poſſet: vt, ſi apud Athenienſes, ſacra nauis, quam Paralum vocabant, reſeruabatur ad rem communem momenti maximi; eius virtuti ſolita ſint reſeruari negotia, quæ impedita plurimùm atque perdita, vix alius auſus fuiſſet attingere: neque ſanè illi alacritas in aggrediundo, conſilium in prouidendo, induſtria in agendo, conſtantia in proſequendo, celeritas felicitáſque in perficiendo vnquam defuit: ſed, quamuis in negotiis tractandis, exercitus adeò atque detritus eſſet, nemo vt dicenda cogitarit prudentiùs, diſpoſuerit cogitata conſultiùs, diſpoſita explicuerit maturiùs, omnia tamen proſpicienter agebat & cautim, ita vt eius conſilium pro reſponſo foret, dictum pro oraculo; cúmque dubium faceret, vtrâ præſtaret: ſcientiâ rerum, an peritiâ literarum, in comperto tamen eſſet apud pleroſque omnes, eum in vtraque præcellere. Et verò, virtutes quidem coluit omnes impensè, prudentiam tamen, velut reliquarum aurigam, noſtróque in primis iuri germanam, præcipuo cultu profeſſus eſt. Indicio ſit, teſſerarium illud, quod ſibi delegerat ſymbolum, *Prudentiæ Fortuna cedit*: ſed maximè implicatiſſima grauiſſimáque negotia, quorum ſolers vſque eo fuit, vt in publicis re-

bus,ac priuatis,nihil,eò ſuadente non fieret; diſſuadente, fieret nihil, dum ei,tanquam Argo,Reſpub. crederetur, inque Senatu noſtro, quem Amphictyonum conſeſſum iure indigitaueris, eius ita polleret authoritas,vt, quaſi Neſtor alter,teneret ſententiæ principatum, diciquе cum Leone Monaſteriotâ, Senatus os poſſet, ob conſulendi prudentiam, vel certè componi cum eo, quem δαίφρονα, ποικιλομήτην Homerus appellat. Eius ſanè domus, non vnius vrbis, vt Scæuolæ: ſed plurium Prouinciarum ac gentium, quibus frequentabatur, aſylum, ipſe verò,ille ipſe Apollo Delphicus videbatur, qui, quotiens ora laxaret, oracula funderet, planéque, vt ita dicam cum Plauto, ſibyllaturiret. Et hæc illa prudentia eſt, cuius manuductione perpetuâ, in familiaritatem, dignationémque Principum, à quibus cum quadam reuerentia diligebatur, intrauerat. Neque, minùs vtilitati priuatis hominibus, quàm Principibus & magnatibus vſui, omnibus admirationi fuit. Si qua inſtituebatur, lis alicuius momenti, continuò deferebatur ad eum, quòd iurgijs interminis, terminus eueret, ac inter deuia,litium, rectus arbiter. Quis de conſulentibus erat, qui non, occurſu, primo ſedentem in hemicyclo Scæuolam, aut Papinianum putaret? Domus eius, non minùs, quàm Tribunorum cunctis patuit. Sed,cùm pluſcula deprehendere erat in eo admiratione digniſſima, tum verò illud maximè, quòd tanta ſagacitate ingenij, atque acumine fuit,vt,vix propoſito, quouis, vel intricatiore negotio, primo ictu feriret ſcopum, ac velut Gordianum difficultatis nodum reſolueret, miráque ſimul arte valeret, vt diſſidentes conciliaret animos, ſéque penitùs in hominum mentes inſinuaret: cum triſtibus ſeuerè, cum remiſſis iocundè, cum ſenibus grauiter, cum iuuenibus comiter viuens,ſuámque verſans naturam ac torquens, in quam partem cuiuſque conditio atque indoles poſtulabat. Vnde pacti iuxtà gratus & acceptus vtrique, ad concordiam reuocabat, facilè litigantes, præſertim cùm adeſſet illi,vt de Q.Maximo Tullius dixit, comitate condita grauitas, & maximum in familiari ſermone momentum; vtpote qui, ad exemplum Phœnicis Homerici dixerit ingentia, feceritque. Atque hæc quidem tam eximias animi dotes, quanquam optimè natus erat, vel comparauerat labore, vel auxerat: namque actuoſam vitam ſemper vixit homo, nulli ceſſationi, vix reſpirationi genitus. Cotidie, quacumq; tempeſtate anni, horâ quartâ ſurgebat è lecto: vbi ſurrexerat, conſuetis precationibus ritè fuſis, recitabat officium quod ad ſeptimam ſupererat temporis, vel exarandis, vel dictandis amanuenſi epiſtolis impendebat, ſeptimâ egrediebatur domo ad gymnaſium, inibique per horam lectionem ad Iuris ſtudioſos habebat. Hinc digrediebatur ad Palatium, ephippiato ſeu inſtrato vectus equo,vbi, vel cum Prolegatis agebat,vel, ad vſque prandium, cauſſas audiebat in Rotâ. Poſt prandium, quod ſumebat celerrimè, aut conſulentibus reſpondebat, aut grauiſſimis, quibus paſſim adhibebatur, negotiis,vacabat ſedulò: quidquid reliquum erat, ad cœnam, quæ illi fuit plerumque, leuiſſima,craſtinæ lectioni parandæ & adornandæ dabat: poſt cœnam, ceſſabat ab opere,& quoddam ſibi,velut iuſtitium, ſed relaxandi animi cauſsâ,indicebat,niſi ſi quod negotium vrgeret, cum domeſticis, etiam conditionarijs, vicinis & amicis qui eum de more adibant, ludicis ſermonibus, nec ita ſeriis, confabulans,ſub nonam, fuſis priùs Numini precibus, recitatiſque altâ voce litanijs, reciprocante familia, ſe dabat in ſomnum. Ad hunc ferè modum, redeuntibus in ſe, quodam velut orbe,negotijs,homo genitus ad laborem, vt auis ad volatum, quotidie exercebatur. Sed quàm amans laboris extiterit, palam faciunt, vulgares illi, & peruagatæ hæ voces: *Idem mihi viuendi finis erit, qui & agendi. Deſinam ſpirare, ex quo deſinam laborare.* Nulla ergo feriata ei dies exijt. Si quando interiungebat, vel reſpirabat ab opere,vt ad illud rediret alacrior,aut laterunculis,ſcrupiſve ludebat,aut certè Coſmographiæ,quam in præcipuis auocamentis habuit, & cuius callentiſſimus fuit,inſumebat operam. Vbi ætas illi fuit decliuis in ſenium, reliquum æui à Repub. ſtrepitúque negotiorum, procul habendum exiſtimans, vt ſibi totus vacaret, intra patrium Collegium Societatis Ieſu recepit ſeſe, Lareſque conſtituit,nouis ad hoc ædibus ſibi paratis,vt qui in ſæculi freto vixiſſet, moreretur in portu. Nec tamen in hoc ſeceſſu, quem multo labore meruerat, illi vacare licuit. adeò ſolida atque explorata virtus,latere non poteſt, vt maximè velit, nec vlli magna fama, & magna quies obtingere: ad eum

enim

enim concurſus conciuium peræquè ac exterorum fiebat, quotiens dubia iuris quæſtio incidiſſet.

Societatem porrò Ieſu, delegit, in hoc ætatis flexu, præ cæteris, vt quam totâ vitâ, nec inutiliter, deamauerat, cumularet, veluti mantiſsâ præcipuâ, reſiduo dierum ſuorum. Nec tamen in eam ſolùm, ſed & in alias religioſas domos, aſceteriáque, beneficentiſſimus extitit, quippe qui menſuram in his donis optimam, donatarum rerum immenſitatem eſſe ſciret, vt ait *Nou. 7. cap. 2. §. 1.* qui enim pro Deo, bona tribuit hominibus, homines non obligat ſibi, ſed Deum, centuplicata redhibitione reciperaturus, quidquid impenderit.

Tandem laboribus magis, quàm ætate confectus, in morbum incidit, breuem illum quidem, ſed qui ei fuerit vltimus. Collegium dictæ Societatis, ex aſſe instituit; & inter alia, quæ in eam contulit nec leuia, nec pauca, quorum hîc deſcribere ſyllabum, operæ pretium non eſt, Bibliothecam, libris omnium generum, præſertim de iure conſcriptis, inſtructam reliquit, quam Patres, beneficiorum haud immemores, cum benefactoris icone ſeruant, vt par eſt, impenſiore curâ. Atque, vt ſe adiungeret, & aggregaret ad eos, quos à cunis obſeruarat, amarat, datarim obſeruatus, & amatus ab eis, eorum vota nuncupauit omnia. Dein ſacramentis munitus illis, quæ in extremo agone miniſtrari ſolent, ac iſthæc Auguſtini verba, moribundâ voce, ſed fide viuâ, & iucundiſſimo, ſuauiſſimóque demigrantis animi ſenſu, identidem vſurpans: *Domine Deus, ſerò te cognoui.* Ætatis ſuæ anno LXVIII. III. Non. Sept. M. DC. XXI. dignus immortalitate vir, obijt, & ad eum, ad quem omnis caro veniet, abiit. In ſacello, quod viuus, intra ſacram Patrum ædem, Chriſto Reſurgenti, pro ſua religione conſtruxerat, atque ornarat, Societatis ritu habitúque ſepultus.

LABI VIRTUS NESCIT

ANAGRAMMA.

LVDOVICVS BELLVS.
IVS DVLCE SVB ILLO.

Aſpera lex fuerat, nunc eſt IVS DVLCE SVB ILLO.
Namque ſuis dictis dulcia iura facit.

A. PAYEN, tunc Scholaris.

AVTRE ANAGRAMME.

LOYS BEAV.
O BEL AVIS!

SONNET.

LE vent, qui bat les monts d'vn ſouffle furieux,
L'agreable vapeur, que la roſe ſoupire,
Les diſcordans accords que produit vne lyre,
Ne peuuent eſtre veus du cryſtal de nos yeux.
Tel eſt auſſi l'eſprit: mais comme pour tous lieux
La chair, l'oreille, & nés: il ſent, il oyt, il tire,
Le choc, le ſon, l'odeur, du vent, du luth, du myrrhe,
Ainſi le ſens reſſent de ton eſprit les feux.
Bien que doncque l'eſprit, qui te rend admirable,
Maintenant de nos yeux ne ſoit aperceuable,
On cognoiſt d'iceluy les merueilleux effects.
L'Eſchole, le Palais, & toute ceſte voute,
Tes leçons, tes decrets, & tes auis eſcoute:
O BEL AVIS, *di-nous, comm'eſt-ce que tu fais?*

A. PAYEN, lors eſtudiant aux Loix.

INDEX

INDEX ARGVMENTORVM

quæ in hac prima & ſecunda parte,

CONSILIORVM

LVD. BELLI EXTANT.

PRIMI CONSILII

PARTIS PRIMÆ

Argumentum.

AN SIT LOCVS l.vlt. C.de edict.diu.Adrian. tollen. *in Majoratibus, aliter quàm ex Teſtamento inductis; maximè ſi ſint rei certæ, &, pendente lite inter agnatum, & filiam ſuper feudo; quis interim ſit mittendus in poſſeſſionem.*

Quibus caſibus fœminæ ſint capaces feudorum, etiam exiſtentibus maſculis.

1 *De conſuetudine qua feuda ſunt redacta ad inſtar patrimoniorum.*

De probatione agnationis.

De ſeruo abſolutè hæreditario, emptitio, conditionato.

Acta probatoria, in vna inſtantia facta, quando faciant fidem in alia, & inter alias perſonas, an Majoratus præſcriptione inductus in vno gradu extendatur ad alium maximè diuerſum ad excluſionem filiarum.

In Majoratibus etiã, ſub qualitate maſculinitatis in primo gradu conceptis, an filia primogeniti excludat patruum, quando qualitas maſculinitatis in vno vel aliquibus gradibus expreſſa cenſeatur in alijs repetita.

Ratio agnationis conſeruandæ, quando præſumatur.

Præſcriptio, qua præcẽditur Majoratus inductus, quomodo eludatur, quando feudum regitur iure Francorum, an filia primogeniti admiſſi excludat patruum, quæ requirantur vt ſententia valida ſit, vim habeat, & talis dici poſſit: & pleraque alia.

II.

De feudo iuris Francorum, illiúſque natura & ſucceſſione fuſiſſimè.

De feudo empto & hæreditario, ſiue ſtrictè ſiue abſolutè.

Necnon ex pacto & prouidentia & differentijs inter ea.

III.

An & quando in maioratibus detur remedium poſſeſſorium.

De primogenitura iuris Francorum, necnon alia, ſiue ſimplici ſiue maſculina perpetua.

De feudo emptitio hæreditario, ſiue ſtrictè, ſiue purè & abſolutè & conditionato.

De actis & atteſtationibus in alio iudicio factis.

De atteſtationum interpretatione & non facienda extentione & alijs pleriſque.

IV.

De probatione conſuetudinis.

Feuda in Gallia & Comitatu Venaiſſino fuiſſe ſemper ad inſtar allodialium de iure primogenituræ antiquitus vel hoc tempore in Gallia ſeruato.

In Baronijs an & quando fœminæ ſuccedant.

Data capacitate fœminarum in feudis, an & quando exiſtentibus maſculis ſuccedant, & de ordine ſucceſſiuo quando ei ſit locus.

In dubio feudum quale præſumatur.

V.

An & quando fœminæ ad feuda admittantur.

Maioratus per præſcriptionem inductus quomodo intelligatur, & an extendatur ad alium caſum non præſcriptum.

Primogenium maſculinũ perpetuum quando cenſeatur.

An filiæ in maioratibus, etiam feudalibus, excludant maſculos remotiores.

Ordini ſucceſſiuo, quo fœminæ poſt maſculos vocantur, quando ſit locus; & pleraque alia.

Conſilium reſponſiuum ad conſilium cuiuſdam Doctoris Aueniomenſis.

VI.

Quando feudum regitur iure Francorum, an filia primogeniti admiſſi excludat patruum.

Conſilium reſponſiuum ad conſilium cuiuſdam Doctoris Tholoſatis.

VII. & VIII.

Dato Caſtro, & tota iuriſdictione, ac toto tenemento eiuſdem, cum medietate fructuum, redituum, & emolumentorum eiuſdem, quid comprehendatur?

IX.

Donato Caſtro, quid veniat: quid donata tota iuriſdictione: & quid toto tenemento. Datio dimidiæ partis fructuum adiecta, poſt mentionem tenementi, quid importet; & ſi habeat tacitam reſeruationem fructuum alterius partis, quando finiatur.

X.

An ſit differentia inter legatum fructuum, vel redituum, & vſusfructus.

XI.

An & quando attentatum dicatur.

Quando quis admittatur ad attentatorum excuſationem.

Quando iudicium attentatorum ſit ſuſpendendum vſque ad iudicium cauſæ principalis.

XII.

An, & quando reſcriptum de ſubreptione impugnari poſſit?

Caſus aliqui, in quibus vitium attentatorum ceſſat.

XIII.

Quando remedio l. vlt. C. de edict. diui Hadr. toll. non ſit locus.

De remediis poſſeſſoriis in maioratibus dandis, vel non.

Dum controuerſia eſt de feudo, quis interim mittendus ſit in poſſeſſionem?

Quando vaſallus propria authoritate poſſeſſionem apprehendere poſſit?

XIV.

De pertinentia vel impertinentia articulorum, eorúmque admiſſione, vel reiectione.

Quando non ſit locus remedio l. vlt. C. de edict. diui Hadr. tollen.

Quando poſſeſſorium & petitorium ſimul cumulentur, & quomodo tunc ſit ferenda ſententia.

Dum controuerſia eſt de feudo inter filiam & agnatum, quis interim mitti debeat in poſſeſſionem, & aliis.

XV.

An inducatur perpetuum fideicommiſſum, ex eo quòd quis ſubſtituit Seium & ſuos liberos maſculos?

XVI.

De poſitionibus, & atteſtationibus impugnatis, erroneis, & reuocatis.

De teſtium depoſitionum & maioratus extenſione facienda, vel non.

De primogenitura iuris Francorum, & an in illis filia primogeniti admiſſi excludat patruum.

De lege Salica, de capacitate fœminarum ex vi conſuetudinis omnium prouinciarum cis Alpes conſtitutarum.

Fœminæ & extranei quibus caſibus de iure feudali admittantur ad feuda.

De feudo ex pacto & prouidentia, abſolutè hæreditario vel etiam ſtrictè emptitio, conditionato, & alijs plериſque.

XVII.

De conſuetudine, qua feuda ſunt ad inſtar allodialium in Gallia & Comitatu Venayſſino.

De feudo abſolutè vel ſtrictè hæreditario, vel ex pacto & prouidentia.

De primogenitura iuris Francorum, vel alia.

De extenſione in illis de gradu ad gradum, vel caſu ad caſum non facienda.

XVIII.

XVIII.

An filia maritata & dotata excludatur per remotiorem agnatum?

XIX.

An donatio per patrem filio in contractu eius matrimonij & contemplatione eiuſdem facta, ſit conferenda,& an in legitimam imputanda, & an officium Aduocati Legationis, ſeu eius æſtimatio veniat in collationem?

XX.

De Subſtitutione poſt mortem donatarij in contractu donationis appoſita, ſeu eius ſpe in hæredes ſubſtituti, ante donatarium defuncti tranſmittenda.

XXI.

Dos materna, an nepotibus, ea præmortua, in legitimam aui; & an donatio à matre filio facta, nepotibus ex illo præmortuo imputetur in legitimam auiæ maternæ.

XXII.

An dos matri data, vel donatio contemplatione matrimonij patri facta, per nepotes in legitimam imputetur.

XXIII.

An filijs maſculis inſtitutis, & ijs inuicem, ſi ſine liberis, *ſubſtitutis; filiabus verò in re certa inſtitutis; neptis ex filio excludat patruum, ſaltem ſi ſubjecta ſit prohibitio alienationis cauſata. Et an prohibitio alienationis, vt bona conſeruentur in familia, cum ſubſtitutione in caſum contrauentionis, extendatur ad nepotes vel neptes, & quando abſolutum & ſimplex, vel tantùm in caſum alienationis, ex ratione conſeruandæ agnationis, fideicommiſſum reſultet.*

XXIV.

De iure patronatus.

Quando acquiratur, & amittatur.

An Princeps ſupremus habeat ius nominandi Epiſcopos & patronatus in dignitatibus, officijs & Canonicatibus Eccleſiæ Cathedralis.

An Princeps contractu per ipſum inito ligetur.

An, & quanto tempore Regalia & Principi reſeruata præſcribantur.

XXV.

De eadem re, & iure regalitarum Regi Chriſtianiſſimo competente.

XXVI.

In donatione omnium bonorum mobilium & immobilium, an iura & actiones contineantur.

XXVII.

An vicarius ſit dignior Præpoſito, vel alio primam dignitatem poſt Epiſcopum obtinente, an habeat locum in Choro, & in eo an præferatur illis.

XXVIII.

De muneribus perſonalibus, patrimonialibus, & mixtis & ad quæ Forenſes teneantur.

XXIX.

An, & quando locus ſit regulæ de publicandis reſignationibus.

XXX. & XXXI.

An & quando fructus legati in diem filio facti, debeantur à die mortis.

XXXII.

An, & quando matrimonium inter puberem & impuberem ſubſiſtat.

An hodie matrimonia præſumpta ſint ſublata.

XXXIII.

De diſpoſitione inter liberos, ſiue in codicillis, ſiue aliter facta.

XXXIV.

Præſcriptio centenaria an excludat fideicommiſſarium.

XXXV.

Sponſalia per verba de præſenti, inter puberem & impuberem, valent ſolùm in vim ſponſaliorum de futuro.

XXXVI. XXXVII. & XXXVIII.

Si feudum alienetur, cui debeatur laudemium, an domino immediato, vel mediato.

XXXIX. & XL.

Quando Monaſterium non excludit ſubſtitutum, an ſit ſpectanda mors naturalis, vt locus ſit reſtitutioni fideicommiſſi.

XLI.

An pater, qui filio in contractu matrimonij donationem fecit, teſtamento poſſit eius filio in rebus donatis ſubſtituere, in fauorem tamen deſcendentium.

XLII.

An filius, non conficiens inuentarium, poſſit deducere legitimam aduerſus legatarios, & an amittat Trebellianicam ac Falcidiam; & an vtroque per patrem prohiberi poſſit.

XLIII. XLIV. & XLV.

De differentia inter donationem factam Titio & liberis, vel Titio pro ſe & liberis ſtipulanti.

An vtroque caſu, vel primo tantùm, liberis vt liberis, non vt hæredibus, cenſeatur donatum.

An huiuſmodi donatio cenſeatur ordine ſucceſſiuo facta.

XLVI.

Exemptio à decimis de certo genere fructuum, an, quomodo, & quanto tempore per laicos acquiri poſſit.

XLVII.

An exemptio ſoluendi decimas præſcriptione vel conſuetudine quæri poſſit, eáque præſcriptio vel conſuetudo qualis & quanta eſſe & quomodo probari debeat.

XLVIII.

An ad exemptionem decimarum de certo genere fructuum in totum acquirendam requiratur immemorabilis vel quadragenaria cum titulo ad exemplar præſcriptionis, de qua in cap. 1. de præſcript. in 6. *an verò ſufficiat quadragenaria ſine titulo & bona fide, ſicut regulariter vera conſuetudo contra ius ſolet ita induci.*

XLIX.

An immemorabilis probata ſit in caſu de quo agitur.

L.

An centenaria probata ſit in caſu.

LI.

An immemorabilis probetur per teſtes deponentes ſe vidiſſe ab antiquiſſimo tempore & audiuiſſe à maioribus crocum in territorio de Paternis ſeminatum fuiſſe, & nunquam vidiſſe aut audiuiſſe decimam de eo ſolutam, etſi non deponant de quadragenaria; de viſu nec de fama.

LII.

Fideicommiſſum cum onere ferendi nomen & arma teſtatoris, an & quando ſit perpetuum habens poteſtatem nominandi, an poſſit nouum fideicommiſſum inſtituere.

Donatio ſuſceptis liberis an reuocetur ipſo iure.

Non acceptata nulla eſt in Gallia.

Legitima filij qualis & quanta ſit.

LIII.

Teſtamentum ad alterius interrogationem factum an valeat.

LIV. & LV.

De eadem re, & an in declaratione ambiguæ voluntatis requiratur idem numerus teſtium qui in diſpoſitione neceſſarius eſt.

LVI.

Matrimonium ſine denunciationibus, parrocho, & conſenſu patris à filiofamilias contractum an valeat.

LVII.

De limitibus territoriorum Ciuitatis Auen. & loci de Nouis.

De aggeribus per dictam Ciuitatem in flumine Durentiæ factis & faciendis.

De directione ſeu guberni portus dicti de Nouis.

Et ad quem iuriſdictio & dominium Durentiæ pertineat.

LVIII.

Collatio Vicelegati per reſignationem præfertur collationi Capituli per obitum.

LIX.

An & quam iuriſdictionem in religioſos Prioratus ſancti Donati & collationem beneficiorum eius Eccleſiæ habeat Rector Collegij ſocietatis Ieſu Turnone erecti, cui dictus Prioratus autoritate Apoſtolica vnitus eſt.

LX.

De eadem re, & an beneficia regularia regularibus, ſecularia ſecularibus, & regularia à regularibus, ſecularia à ſecularibus, perpetuò conferenda ſint.

LXI.

Reducens cenſus ſuæ Eccleſiæ ſine autoritate ſummi Pontificis, an incidat in pœnam excommunicationis, aut ſaltem in ſacrilegium, periurium & alias pœnas extrauagant. ambitioſè de reb. eccleſi. non alienan.

An Epiſcopus eam ob cauſam contra regulares inquirere poſſit.

LXII.

Criminoſus an reſignare poſſit beneficium.

LXIII.

De eminentiſſimorum & reuerendiſſimorum Cardinalis Burgheſij in Legatum, & I. Franciſci Archiepiſcopi Patracenſis in Vicelegatum deputatione & creatione per ampliſſimum Senatum Tholoſanum publicanda, homologanda, & regiſtranda.

LXIV.

LXIV.

Trebellianica, an prohiberi poſſit filijs primi gradus.

Legatum amplum filiæ relictum ſoluendum cùm nupſerit, ſi non nupſit, ſed ingreſſa eſt religionem, an debeatur integrum, an verò ſolum, quatenus aſcendit legitima.

Auia, quæ conuolauerat ad ſecunda vota ante mortem nepotis, an ei ſuccedat quoad proprietatem & vſumfructum, an ſolùm quoad vſumfructum.

LXV.

De diſſolutione matrimonij ob ſæuitiam & metum reuerentialem.

LXVI.

Diſpenſatio conceſſa non ſubditis, non validat matrimonium inter conſanguineos.

LXVII.

Maſculus ſiue nepos ex filia, an ſit capax fideicommiſſi ad fauorem maſculorum ordinati.

LXVIII.

An Capitulum Eccleſiæ Cathedralis ſtatutum, quod cum conſenſu Epiſcopi fecit, autoritate tamen Apoſtolica confirmatum, poſſit cum conſenſu eiuſdem Epiſcopi tollere & aliud condere; & hoc ſecundum ita conditum vim habeat ante confirmationem ſedis Apoſtolicæ.

LXIX.

Beneficium vnitum alteri aſſumit eius naturam.

Circa beneficia incompatibilia quæſtiones variæ.

LXX.

Clerici non poſſunt conueniri niſi in quantum facere poſſunt.

LXXI.

An Papa diſpenſare poſſit in primo gradu affinitatis lineæ tranſuerſæ.

LXXII.

Capitalia annuorum redituum ſeu penſionum, quas vocant, in dotem conſtituta, aut etiam conſtante matrimonio ex rebus dotalibus nomine vxoris acquiſita; an ſtatim ſoluto matrimonio reſtituenda ſint, an verò annus expectandus.

Dato, quòd annus expectandus ſit, an fructus intra annum percepti reſtituendi ſint.

Empta ex pecuniis dotalib., an ſint dotalia.

Pecunia, quæ ex pacto in emptionem prædiorum vel annuorum redituum conuerti debent, an cenſeantur mobiles vel immobiles.

An rata cenſuum decurſorum ante matrimonium ſoluto matrimonio reſtituenda ſint.

Iocalia magni pretij marito donata, an cenſeantur vxori tradita vt eius ſint.

Iura dotalia, cuius ſumptibus exigenda ſint.

Res mobiles æſtimatæ in dotem datæ, an vxori reſtitui poſſint, an verò earum æſtimatio vidua nubens intra annum luctus, an veſtes lugubres reſtituere teneatur.

LXXIII.

An ſit attendendum tempus factæ donationis, an mortis, ad hoc vt tanquam inofficioſa reuocari poſſit.

LXXIV.

An nomina in dotem data reſtitui poſſint, an verò eorum æſtimatio.

An expenſæ in eis exigendis, & eorum fructus non percepti dotem minuant.

An iuretur in litem contra aſportantem mobilia.

Alimenta priuignæ præſtita an repeti poſſint.

Nubens intra annum luctus an perdat augmentum.

LXXV.

Annui reditus, an comprehendantur in donatione debitorum & mobilium.

Donatio inter coniuges inſinuata poſt mortem viri an & quatenus ſuſtineri poſſit.

LXXVI.

An nati poſt mortem teſtatoris vocentur ad fideicommiſſum relictum filiis alicuius.

Facta diuiſione inter omnes filios tam natos ante, quàm poſt mortem teſtatoris, abſque tamen reali traditione, an natis ante ſuccurratur aduerſus huiuſmodi diuiſionem.

LXXVII.

Pro dotis augmenti ſiue dotalitij ac iocalium reſtitutione.

An bona fideicommiſſo ſubiecta diſtrahi poſſint:

Et in qua moneta dicta reſtitutio ſolutióque fieri debeat.

Quando ex diuturnitate temporis ſolutio facta præſumatur.

An fideicommiſſarius habeat hypothecam contra bona hæredis pro valore bonorum fi-

Google

deicommiſſo ſubiectorum.

Quid veniat appellatione mobilium tam de iure communi quàm ex conſuetudine Galliæ.

Nomine acquiſitorum, an veniant donationes factæ ab iis quibus donatarius erat ſucceſſurus.

De veſtibus lugubribus & alimentis intra annum luctus viduæ præſtandis.

Legitima matris an ſit tertia totius hæreditatis, an verò partis, quam habitura eſſet ab inteſtato.

LXXVIII.

Clericum percutiens quam pœnam incurrat, & an fiat irregularis.

LXXIX.

Patre & matre donantibus filio nubenti medietatem bonorum ſuorum, ſaluis & reſeruatis d. patri & matri & eorum ſingulis reſpectiuè fructibus, &c. an mortuo vno ex ipſis fructus medietatis illius conſolidentur cum proprietate non expectata morte alterius.

An filius, cui pater donauit medietatem bonorum liberam ab omnibus debitis & legitimis, legitimam ſuper medietate non donata petere poſſit.

An filius legitimam & falcidiam ſimul detrahere poſſit.

An pecuniæ & debita ad matrem pertinentia ſuper medietate donata peti poſſint.

Fructus & pecora in domibus & baſtidis vxoris exiſtentia de tempore matrimonij, an ab ea repeti poſſint.

Confeſſio dotis receptæ, an valeat.

Donatio non acceptata ante mortem donantis, nec inſinuata etiam poſt mortem, an valeat.

An acquiſita per vxorem conſtante matrimonio, ad ipſam ſpectent.

An præſcriptio currat contra vxorem pendente matrimonio.

Si pater & filius ſimul dotem receperint, an ad patrem ſolum pecunia perueniſſe præſumatur.

LXXX.

Publicatio monitorij contra retinentes ſcripturas impediri nequit.

LXXXI.

An pactum, quòd pater ſecundò nubens teneatur emere feudum relinquendum illi ex liberis primi vel ſecundi matrimonij, quem placuerit vxori ſuæ nominare, validum ſit, an inualidum per l. hac edictali C. de ſecund.nupt.

LXXXII.

An penſio ſuper beneficio conſtitui poſſit poſt admiſſam reſignationem.

LXXXIII.

An fructus per aſcendentes grauatos de reſtituendo percepti imputentur in eorum legitimam ſuper bonis deſcendentium.

LXXXIV.

Donationem à patre binubo factam miniſterio vxoris in capitulis matrimonialibus in fauorem filiorum naſciturorum nullam eſſe.

LXXXV.

Vt legatum vſusfructus imputetur in legitimam etiam deſcendentium, an ſit neceſſaria acceptatio.

An æſtimatio dicti vſusfructus iuxta l. hæreditatum ff. ad leg. falcid. *ita ſit reſtringenda ad annum 60. vt ſi plus vixerit, annorum vltra 60. non ſit habenda ratio.*

Cùm de fructibus ipſis ſimpliciter imputandis agitur, an ſit opus expreſſa acceptatione fideicommiſſi.

LXXXVI.

De congrua portione Vicarij perpetui.

De reſcindenda in Gallia tranſactione per errorem, & ex falſa cauſa inita.

LXXXVII.

De Beneficijs ad nutum Prioris amouibilibus.

LXXXVIII.

An frater teneatur redotare ſororem.

LXXXIX.

An in fideicommiſſo aſcendentis ſub conditione, ſi ſine liberis de proprio corpore & legitimo matrimonio *nepotes veniant appellatione liberorum de ſuo proprio corpore & legitimo matrimonio.*

XC.

De Religioſis ſancti Dominici manutenendis in poſſeſſione corpora defunctorum ad ſuam Eccleſiam deferendi cum cruce, & ibi celebrandi abſque interuentu Vicarij ſeu Curati Eccleſiæ parrochialis.

XCI.

Pœna dantis alapam Sacerdoti quæ ſit.

XCII.

XCII.

Matrimonium à filiofamilias vel minore celebratum, non ſeruata forma ſtatuti validum eſt, ſed contractus ſuper eo mutus nullius eſt momenti.

XCIII.

Stante ſtatuto de optando præbendas vacantes per antiquiores, an prior & antiquior in prouiſione, cuius poſſeſſio turbata fuit, præferendus ſit poſterioribus actualiter & pacificè poſſidentibus.

XCIV.

An intereſſe dotis debeatur abſque interpellatione.

An per taciturnitatem decem annorum, vel receptionem ſortis cenſeatur renuſſum.

An ſolutiones factæ in ſortem primitus, an verò in vſuras imputandæ ſint.

XCV.

An ſolemnitas extrinſeca ex temporis diuturnitate præſumatur.

XCVI.

Mala fides autoris an noceat ſucceſſori in præſcriptione.

Aduerſus præſcriptionem 40. *annorum an ex capite ignorantiæ reſtituatur Eccleſia.*

An facultas depaſcendi impediat ne terræ heremæ redigantur ad culturam.

XCVII. & XCVIII.

Vſus viæ publicæ à nemine interdici poteſt.

Laudemium ſolutum contractu reſciſo reſtituendum eſt.

XCIX.

Quarta Epiſcopalis quid ſit, quo iure, quâve ratione inducta.

Quanta ſit.

An debeatur libera ab omnibus oneribus.

C.

Nunciatio noui operis an remittenda ſit, non expectato trimeſtri.

CI.

An actus à furioſo factus præſumatur tempore furoris & non tempore ſanæ mentis celebratus.

An teſtamentum tanquam ab homine ſanæ mentis conditum præſumatur tempore ſanæ mentis & non furoris factum.

An ſi furioſus habuerit dilucida interualla, teſtamentum ipſius præſumatur tempore ſanæ mentis non furoris factum.

CII.

Dos in iiſdem ſcutis, in quibus ſoluta fuit, reſtituenda eſt.

An retentio detur fideicommiſſario contra hæredem pro bonis per ipſum alienatis.

Pecunia deſtinata ad emptionem immobilium, an ſit computanda inter immobilia, nécne.

Mulier, quæ lucratur mobilia, an teneatur ad debita.

An pecunia procedens ex pretio immobilium intret in communionem, & cenſeatur inter mobilia.

CIII. & CIV.

An Communitas Nouarum poſſit paludes, de quibus agebatur, vendere ſine conſenſu. Archiepiſcopi Auenionenſis domini temporalis dicti loci.

An dictæ paludes poſſint per dictum Archiepiſcopum in feudum, vel Emphyteuſim concedi non obſtante iure depaſcendi per communitatem prætenſo.

CV.

An locus contractus vel domicilij attendendus ſit, quando agitur de interpretando pacto & voluntate contrahentium.

CVI.

Onus iniunctum poſt lucrum quæſitum dicitur per viam modi.

Ordinatum à teſtatore, an in loco teſtamenti, an verò alibi adimpleri poſſit.

CVII.

Nouatio, an & quando cenſeatur inducta.

CVIII.

An clauſula codicillaris ſuſtineat teſtamentum ruptum agnatione poſthumi præteriti.

An qui ex vi dicta clauſulæ hæreditatem reſtituit, duas quartas detrahere poſſit.

CIX.

Ex onere ferendi nomen & arma teſtatoris iniuncto alicui, & eius deſcendentibus, an cenſeatur inductum perpetuum fideicommiſſum in fauorem deſcendentium.

Poſito inductum, an omnes deſcendentes eiuſdem gradus ſimul vocentur, an verò primogenitus tantùm.

An fideicommiſſum relictum liberis maſ-

culis liberorum ſuorum ordine ſucceſſiuo, ita quod vnum caſtrum perueniat ad maiorem natu, alterum ad ſubſequentem, cenſeatur graduale & perpetuum in fauorem primogeniti maſculi.

An grauatus impendere certam ſummam in emptionem caſtri teneatur ad valorem, qui acceſſiſſet beneficio temporis, & an aliquod caſtrum dandum ſit vel pecunia loco illius cum toto illo augmento maioris valoris.

An donatio facta alicui & eius liberis, dictis liberis vt liberis, vel vt hæredibus facta cenſeatur.

An pater in dictis bonis vnum ex filiis ſuis alteri præferre potuerit.

An ex non legitima exhæredatione teſtamentum nullum ſit.

Teſtamentum inter liberos quando reuocetur per poſterius.

CX.

An mater tutrix ſtuprum committens vel nubens, non petito tutore amittat lucra nuptialia.

An hæredes mariti de ſtupro accuſare poſſint.

CXI.

Furnus & molendinum quando dicantur bannareta.

CXII.

De tertio hypothecaria conuento bona non alienata indicante.

CXIII.

An & quando filij fratrum nullo exiſtente patruo, ſuccedant in ſtirpes vel capita in fideicommiſſis.

CXIV.

Quando tutor inuentarium facere non teneatur, liberatio à redditione rationum & reliquorum præſtatione quid operetur.

CXV.

De congrua portione Vicarij perpetui.

CXVI.

De fideicommiſſo de perſona ad perſonam paſſiuè non extendendo.

An in Gallia Religioſi faciant partem, etſi ad eam non admittantur.

CXVII.

De hæreditatis non aditæ tranſmiſſione.

De clauſula codicillari.

De incapacibus partē facientibus vel non.

CXVIII.

De pacto reuerſionis rei donatæ ad donantem ſi donatarius decedat ſine liberis.

An in contractibus filij in conditione poſiti cenſeantur vocati.

CXIX.

An ſubfeudatarij Reuerend. Epiſcoporum Comitatus Venaiſſini cenſeantur quoad ex emptiones, vt cæteri feudatarij.

Quando cataſtratus non appellans cenſeatur renuntiaſſe immunitati.

CXX.

An conſules ciuitatis tranſigere poſſint.

Et quando Ciuitati detur vel denegetur reſtitutio.

CXXI.

An & quando redditus incapax ad fideicommiſſum per ſententiam capitalem reſtitutus à Principe id conſequi poſſit.

Et de paſſiua extenſione non facienda.

CXXII. & CXXIII.

Suorum appellatione in fideicommiſſis & donationibus qui veniant.

CXXIV.

An in ſubſtitutione & fideicommiſſo ac primogenitura maſculina perpetua, nepos patruo, an verò patruus nepoti præferendus ſit.

Poſito quòd patruus præferatur, an is poſſit ſe iuuare dicta primogenitura, tam excipiendo quoad bona per ipſum poſſeſſa, quàm reconueniendo quoad bona per nepotem poſſeſſa, non obſtante tranſactione & aditione hæreditatis ſimpliciter facta.

Caſu quo tranſactio ei non noceat, & remedium dari poſſit, ne noceat, an præſcriptio, ſiue reconueniat, ſiue excipiat, ei noceat.

Poſito, quòd nepos præferri debuerit patruo, an quoad bona per patruum poſſeſſa primogenituræ ſubiecta, patruus dicta tranſactione, vel præſcriptione ſe tueri poſſit.

An dictus patruus vel nepos poſſint de dictis bonis fideicommiſſo ſubiectis diſponere attenta conſtitutione Regia.

An aduerſus petitionem legitimæ, & redditionis rationum tutelæ aliqua detur exceptio dicto patruo.

Qua etiam ratione ſe tueri poſſit contra alios ſupplementum legitimæ prætendentes.

CXXV.

An pater & mater ſuccedant æqualiter

filio prædefuncto, in omnibus bonis etiam profectitiis.

CXXVI.

An atteſtationes factæ in iudicio criminali, fidem faciant in ciuili.

An conuentio in beneficialibus, ſine authoritate ſuperioris ſit ſimoniaca.

CXXVII.

Comparatio literarum & recognitio, an & quam fidem faciant in criminalibus.

Confidentiarius in Gallia an priuetur beneficio.

CXXVIII.

Donatio inter virum & vxorem non inſinuata, aut non legitimè, an ſuſtineatur propter iuramentum.

CXXIX.

Remiſſio & ceſſio hæreditatis facta per hæredem cum onere ſoluendi legata & debita hæreditaria, an ſit donatio ſimplex, an verò ob cauſam, & per conſequens, an ex ea debeatur laudimium.

CXXX.

An ſupplementum legitimæ de prælegato detrahi poſſit.

An ſit in electione ſubſtituti ſoluere dictum ſupplementum in pecunia.

An fructus dicti ſupplementi retineri poſſint ſuper dicto prælegato.

An de reſtante prælegati Trebellianica, aut ſaltem Falcidia detrahi poſſit.

Caſu, quo poſſit, an de prælegato detrahi, an verò in pecunia ſolui poſſit.

CXXXI.

De præſcriptionibus aduerſus legitimam & redditionem rationum tutelæ.

CXXXII.

Authentica, Res quæ C.commun.de legat. *an habeat locum in fideicommiſſis collateralium.*

CXXXIII.

An laudimium debeatur de bonis inſolutum datis pro iuribus paternis.

Caſu, quo non debeatur, an ſolutum repeti poſſit.

CXXXIV.

An donatio facta à minore 16. annorum extra Monaſterium & ante habitus ſuſceptionem, nulla ſit, ex Concilio Tridentino ſeſſio.25.cap.16.de regularib.

Poſito, quòd ſit valida, an, ſi donans moriatur ante profeſſionem, reſoluatur.

CXXXV.

In liquidatione legitimæ, & reſtitutione fideicommiſſi, quomodo æſtimandæ ſint reparationes.

CXXXVI.

An cùm emitur vna res de directo dominio diuerſorum, vel plures res diuerſorum dominorum, vnus ex dominis partem, vel rem, quæ mouetur de ſuo dominio, retinere poſſit.

CXXXVII.

An Canonici regulares Eccleſiæ Prioratus ſancti Donati potuerint appellare, tanquam ab abuſu, propter vnionem dicti Prioratus factam Collegio Turnonenſi.

An ex dicta vnione dentur caſus, in quibus appellatio tãquam ab abuſu admittatur.

CXXXVIII.

An laudemium debeatur ab hærede extraneo, vel legatario.

CXXXIX.

An teſtamentum corruat præteritione patris.

Filio inſtituto hærede vniuerſali, filiæ verò relicta certa parte, & ipſis in pupillari ætate decedentibus, auo ſubſtituto, an cenſeatur inducta reciproca inter ipſos.

Et an filio in pupillari ætate mortuo, ſoror ſuperſtes excludet ſubſtitutum.

CXL.

An, quando filia ſibi in dotem conſtituit omnia iura præſentia & futura, pro quibus mater tam priuato nomine, quàm vti tutrix, promiſit certam ſummam excedentem iura tunc competentia, an, inquam, iura poſtea per fideicommiſſum obuenta, cum eò, quod plus accepit, compenſare debeat.

CXLI.

An beneficium conferri poſſit excommunicato.

An clauſula (cum abſolutione, ad effectum) *validet collationem.*

An effectus dictæ clauſulæ ex ſubſecutis fruſtratorius redditus ſit.

An triennalis poſſeſſio illum iuuet.

CXLII.

De illegitimorum in Gallia capacitate quoad munera & officia.

Ee quoad ſucceſſionem actiuam vel paſſiuam.

CXLIII.

An & quando ſalarium, non conuentum, Procuratori debeatur.

CXLIV.

Quis teneatur ad reparationem Eccleſiæ parrochialis.

CXLV.

Donatio non acceptata, in Gallia non ſubſiſtit.

Donatio reuocatur ipſo iure ſuſceptis liberis.

CLXVI.

An non ſacerdos, prouiſus de capellania ſacerdotali, poſſit ſe iuuare regula de triennali.

CLXVII.

Collationum defectus varij.

CXLVIII.

Circa quæſtionem, an donationes factæ per binubum ſecundæ vxori, tam in contractu matrimonij, quàm aliàs, in caſum ſuperuitæ, ſint reducendæ, ex vi l. hac edictali, Cod. de ſecund. nupt. *variæ tractantur ſubtiles iuris quæſtiones.*

CXLIX. & CL.

Circa quæſtiones in conſ. præcedenti agitatas, & præcipuè circa illam:

An legitima imprimis detrahenda ſit.

CLI.

Annui reditus decurſi, non tamen exacti, an ſpectent ad fructuarium, an verò ad proprietarium.

Annuus reditus ad vitam relictus, quomodo æſtimandus ſit.

CLII.

An alienatio fundi dotalis per maritum, & vxorem, medio iuramento, facta, reſcindi poſſit ſecluſo metu, & læſione vltra dimidiam iuſti pretij.

CLIII. & CLIV.

An dos matri conſtituta, ea præmortua, imputetur nepotibus in legitimam ſuper bonis aui.

CLV.

De præſcribenda ſeruitute paſcendi pecoris.

CLVI.

Diuiſio futuræ ſucceſſionis an valeat.

CLVII.

Alimenta ex contractu debita, quomodo taxari debeant.

CLVIII.

An nepos concurrat cum patruo in ſubſtitutione aſcendentis.

CLIX.

Hypothecaria quanto tempore præſcribatur.

CLX.

De extenſione paſſiua de perſona ad perſonam, in fideicommiſſis admittenda vel non.

Filij nati ex matrimonio putatiuo an ſint legitimi, & an incapacitas patris ipſos repellat à fideicommiſſo.

CLXI.

Legitima matris quanta ſit.

CLXII.

An tranſactio in Gallia reſcindi poſſit.

An aduerſus petitionem legitimæ præſcriptio opponi poſſit.

CLXIII.

Datio in emphyteuſim rei Eccleſiaſticæ à Prælato cum conſenſu Capituli facta, abſque alia ſolemnitate, an valeat.

CLXIV.

An qui habet facultatem eligendi vnum de proximioribus teſtatoris, poſſit ipſummet hæredem eligere.

CLXV.

An hæreditas adita dicatur hæreditas adeuntis, & an pro portione tantùm ipſius.

CLXVI.

Succeſſor in beneficio non tenetur ſtare locationi: nec valet locatio vltra triennium.

CLXVII.

An & quo iure filius in conditione poſitus, & ex coniecturis vocatus ad portionem patris, cenſeatur etiam vocatus ad portionem patrui.

CLXVIII.

CLXVIII.

An filius poſt factam ſibi donationem, contemplatione matrimonij, patri retrodonare, aut quid in præiudicium dictæ donationis facere poſsit.

CLXIX.

Intereſſe marito debitum, ob non ſolutam dotem, an poſsit excedere duplum.

CLXX.

An ordinarius teneatur conferre beneficium primo ſignificanti vacationem.

An pactum, de quo ibi, ſit ſimoniacum: Et an incurſa ſit irregularitas.

CLXXI.

An contra donatarium vniuerſalem, recta via agi poſsit.

CLXXII.

De mandati ad reſignandum reuocatione:

Et an valeat permutatio beneficiorum, ſine authoritate ſuperioris.

CLXXIII.

An quis teneatur præcisè iurare de facto alieno.

CLXXIV.

An quando plures ſunt ſimul instituti, qui cenſentur ordine ſucceſsiuo vocati, an inquam admittantur per vulgarem, an per fideicommiſſariam, & aliæ quæſtiones.

CLXXV.

Epitome vt in ſummario.

CLXXVI.

Defectu inſinuationis an inualidetur donatio facta in contractu matrimonij.

An bona alienata pro dote ſorori conſtituenda, per fratrem reuocari poſſint.

CLXXVII.

Prælegata quando veniant in reſtitutionem fideicommiſſi.

CLXXVIII.

An in fideicommiſſo patrui, nepos amitæ, vel amita illi præferenda ſit.

CLXXIX.

Vſus torcularis alicui conceſſus, an ſit perſonalis, an verò tranſeat ad hæredes.

CLXXX.

Grauatus poſt mortem reſtituere ei, quem eliget, an poſsit, non obſtante donatione vniuerſali vni facta, alium teſtamento nominare.

CLXXXI.

An & ex quibus coniecturis filij in conditione poſiti cenſeantur vocati.

CLXXXII.

An fideicommiſſarius teneatur ſtare alienationibus factis per eum, cuius hæreditatem adiuit ſimpliciter, & caſu quo inuentarium confecerit, an poſsit auocare bona conceſſa legitimariis, & aliis creditoribus teſtatoris.

CLXXXIII.

An conditio, ſi ſine liberis, *ſubintelligatur in collateralibus.*

CLXXXIV.

De inſtitutione ſturiorum.

An exiſtentia conditionis, ſi ſine filiis maſculis, *requiratur vt ſubſtitutus per vulgarem comprehenſam in compendioſa, ſuccedere poſsit, & inde alia dubia.*

CLXXXV.

De probatione filiationis:

Et an confeſſio erronea procuratoris vel domini noceat, & reuocari poſsit.

CLXXXVI.

De legato, vel inſtitutione, in fauorem vxoris facta, quandiu vidua permanſerit, vel purè quidem, ſed in caſum nuptiarum reuocata.

CLXXXVII.

An donatio in contractu matrimonij, vel eius contemplatione, facta, de conſenſu filij reuocari poſsit?

Et an ſit conferenda?

CLXXXVIII.

De coniecturis, ex quibus filij, in conditione poſiti, cenſentur vocati.

Nec non iis, ex quibus ius conditionalis fideicommiſsi ad filios tranſmittitur.

CLXXXIX.

An, & quando, vxor pro dote creditoribus mariti præferatur?

CXC.

An & quando reductio, ad minorem ſummam debiti ceſſi, ſpectet ad cedentem vel ceſsionarium?

CXCI.

Quæ ſolemnitates requirantur in reuocatione teſtamenti:

Et an teſtamentum inter coniuges factum, ſine alterius conſenſu reuocari poſsit.

CXCII.

De donatione cauſa mortis, an abſenti, vel præſenti tacenti facta valeat.

An ex ea, ſi extra teſtamentum facta ſit, Falcidia detrahatur.

CXCIII.

Proximioribus vocatis, an grauantis, vel grauati, proximiores intelligantur.

CXCIV.

Quo in loco, ratione annuorum redituum, ſeu penſionum, contributio fieri debeat.

CXCV.

De poteſtate Commendatarij in Clericos.

CXCVI.

An conſuetudine induci potuerit, vt bona poſſidentes in territorio Bedomi, non teneantur ſignificare, & minus expectare decimarum per aliquot horas.

An Prior teneatur contribuere pro reparatione murorum.

CXCVII.

An Regularis poſſit conferre beneficium ſeculare, & poſſeſſio triennalis iuuet eum, cui collatum fuit.

CXCVIII.

De reiectione articulorum propter tranſactionem:

Et bonorum fideicommiſſo ſubiectorum alienatione.

CXCIX.

An & quo caſu filius, vel ab eo ius habentes, à petitione legitimæ repelli poſſint.

Legitima filij quanta ſit:

Et an fructus illius debeantur à die mortis abſque interpellatione.

CC.

Epiſcopus an poſſit, reſignando Epiſcopatum in fauorem alicuius, reſeruare maiorem partem fructuum, propria authoritate, eius vita durante percipiendorum, nec non omnimodam adminiſtrationem ſpiritualem dicti Epiſcopatus.

CCI.

Beneficia curata, non poſſunt conferri niſi iis, qui attigerunt 25. annum.

Ratihabitio patroni validat prouiſionem, ſine eius præſentatione factam.

CCII.

Qui teneantur ad ſalarium Vicarij perpetui; & quædam alia, circa decreta in viſitatione per Epiſcopum facta.

CCIII.

Exceptio tranſactionis impedit admiſſionem articulorum.

CCIV.

An mater excludat auum paternum in ſucceſſione filij:

Et de inſinuatione donationum.

CCV.

An in contractibus filij in conditione poſiti cenſeantur diſpoſitiuè vocati.

CCVI.

An penſio ſuper beneficio in fauorem alicuius impoſita, & de conſenſu ipſius in alium tranſlata, afficiat ſucceſſores.

CCVII.

Quando vnus ex pluribus creditoribus eiuſdem temporis, & cauſæ, cæteris præferatur, vel præoccupaſſe dicatur.

CCVIII.

De reuocatione teſtamenti.

Quando cenſeatur legitimè facta.

CCIX.

An dominus directus poſſit cedere ius prælationis.

An remedium l. 2. Cod. de reſcin. vendit. habeat locum in venditione per ſubhaſtationem facta.

CCX.

Donatio cauſa mortis à filiofamilias facta in fauorem patris quando valeat:

Et quando ſine ſtipulatione vel nudo pacto.

Minor an reſtituatur aduerſus donationem:

Et an donatio inter viuos ſine conſenſu patris à filiofamilias facta valeat.

CCXI.

Quando pater & filius confitentur dotem recepiſſe, quis præſumatur habuiſſe.

Quando vnus ex correis per ſolutionem, vel petitionem partis, cenſeatur liberatus.

De intereſſe dotis, viduæ poſt annum luctus præſtando.

CCXII.

De teſtamento clauſo coram ſeptem teſtibus & notario exhibito, & ab ipſis tantùm ſubſcripto, an valeat in vim nuncupatiui.

CCXIII.

De fideicommiſſo conditionali ad liberos ex coniecturis tranſmittendo.

CCXIV.

An ceſſionarius poſſit agere aduerſus cedentem, antequam conſtet an debitum verum ſit; nécne.

CCXV.

CCXV.

An donans teneatur de euictione.

CCXVI.

An Clericus poſſit deponere in cauſa criminali contra laicum.

CCXVII.

An fiſcus reſtitui poſſit aduerſus omiſſam appellationem.

CCXVIII.

Exemplaris ſubſtitutio quando corruat, & an Trebellianica filiis primi gradus prohiberi poſſit.

CCXIX.

De captatoria inſtitutione, & legato. An valeat.

CCXX.

An ſponſus de præſenti, cui dos ſoluta fuit, habeat annalem dilationem ad reſtituendam dotem.

Et an lucretur augmentum dotis, mortua ante copulam ſponſa de præſenti.

CCXXI.

An & quando debitor creditori animo compenſandi cenſeatur legaſſe.

CCXXII.

An & quando fideicommiſſo conditionali per ſimplicem renunciationem vel diuiſionem cenſeatur renunciatum.

CCXXIII.

Quando plures ſimul vocati inter quos cadit ordo affectionis & ſucceſſionis, necnon neceſſitas inſtituendi, ordine ſucceſſiuo, vel ſimul admittantur.

An malæ fidei poſſeſſor, quandoque à fructuum ante id tempus perceptorum reſtitutione, excuſetur.

CCXXIV.

Matrimonium ſine præſentia proprij Parrochi inter Gallos, & in Gallia celebratum an valeat.

CCXXV.

Confidentia & Simonia quomodo probentur.

Et quando ex his beneficium vacet.

CCXXVI.

De alienatione res fideicommiſſo conditionali ſubiectæ.

An & quando res ſubiecta fideicommiſſo conditionali, quod verbo dicitur particulare*, pro ſolutione legatorum alienari poſſit.*

CCXXVII.

De fideicommiſſo poſt mortem relicto, ante mortem reſtituendo.

Et an filius, retenta legitima, hæreditatem repudiare poſſit.

CCXXVIII.

Quod tempus conſiderandum ſit in reſtitutione valoris rei dotalis, quóve æſtimari debeat valore.

CCXXIX. CCXXX. & CCXXXI.

An intereſſe, ſeu vſuræ pecuniæ pupillaris currant poſt minoritatem.

An poſſint excedere duplum.

Ee an vſuræ vſurarum, ſeu intereſſe per ſingulos annos debeantur.

Digitized by Google

ADMODVM REVERENDI ET

Perilluſtris Domini

D. LVDOVICI BELLI

I. V. D. LEGVM COMITIS, ET IN AVENIONENSI ARCHIEPISCOPATV Vicarij Generalis, &c.

Conſilium Primum.

ARGVMENTVM.

AN SIT LOCVS *l. vlt. C. de edict. diu. Adrian. tollen.* in Majoratibus, aliter quam ex Teſtamenro inductis; maximè ſi ſint rei certæ, &, pendente lite inter agnatum, & filiam ſuper feudo; quis interim ſit mittendus in poſſeſſionem. Quibus caſibus Fœminæ ſint capaces feudorum, etiam exiſtentibus Maſculis. De conſuerudine qua feuda ſunr redacta ad inſtar parrimoniorum. De probatione agnationis. De feudo abſolutè hæreditario, emptitio, condirionato. Acta probatoria, in vna inſtantia facta, quando ſaciant fidem in alia, & alias perſonas, an Majoratus præſcriprione inductus in vno gradu exrendarur ad alium maximè diuerſum ad excluſionem filiarum. In Majoratibus etiam, ſub qualitate maſculinitatis in primo gradu conceptis, an filia primogeniti excludat patruum, quando qualitas maſculinitatis in vno vel aliquibus gradibus expreſſa cenſeatur in alijs repetita. Ratio agnationis conſeruandæ, quando præſumatur. Præſcriptio, qua prætenditur Majoratus inductus, quomodo elidatur, quando feudum regitur jure Francorum, an filia primogeniti admiſſi excludat patruum, quæ requirantur vt ſententia valida ſit, vim habeat, & talis dici poſſit: & pleraque alia.

SVMMARIVM.

1 *Factum ſuper quo conſulitur.*
2 *Remedium* l. vlt. C. de edict. diu. Adrian. *non datur niſi ei qui ex teſtamento vocatur.*
3 *Ideóque denegatur venienti ab inteſtato, etſi per depoſitiones teſtium eum ſucceſſurum conſtaret.*
4 *Sicut vocato in codicillis non datur.*
5 *Nec per teſtamentum vocato, ſi in recerta inſtitutus ſit.*
6 *Nec etiam in Majoratibus habet locum, ſi non ſint totius vel quota partis hareditatis teſtamento inſtituti.*
7 *Nec fideicommiſſario datur, ſi illi neque re, neque verbis, vel jure ipſo ſit facta reſtitutio.*
8 *Et qui Majoratum pratendit praſcriptione inductum, nullum de iure communi datur poſſeſſorium remedium.*
9 *Nec ſi aliqua particulari lege, vt in Hiſpania, daretur, id haberet locum quando impugnatur vel negatur Maioratus.*
10 *Et ſi tale remedium aliquo caſu detur, id habet cauſam proprietatis annexam.*
11 *Pleraque enim interdicta cauſam habent proprietatis annexam.*
12 *Et à ſententia ſuper huiuſmodi poſſeſſorio, Maioratus appellatur, & appellatio habet effectum ſuſpenſiuum.*
13 *In remedijs manutenenda, & adipiſcenda admittitur articulus proprietatis.*
14 *Necnon in remedio recuperanda, & ſi non ſolùm conſtet de non iure actoris, ſed etiam de iure rei ſuccumbere debet actor.*
15 *Quoties petitorium abſorbet poſſeſſorium, non habetur ratio poſſeſſorij.*
16 *Quoties petitorium cum poſſeſſorio intentatur, is obtinet qui melius in petitorio probat.*
17 *Cum controuerſia eſt de feudo inter filiam, & agnatum; filia debet interim mitti in poſſeſſionem, idémque in Maioratibus.*
18 *Etſi conſtaret rem eſſe feudalem, ſi tamen filia, vel ex natura feudi, vel ex pacto, vel conſuetudine ſuccedere ſe poſſe contendat.*
19 *Etſi ſexus fœmineus non ſit ſimpliciter ad feudorum ſucceſſionem vocatus, non eſt tamen omnino inhabilis, ſed plerumque vocatur.*
20 *Vbi iure feudali nihil expreſsè cautum eſt, recurrendum eſt ad ius commune.*

21 L.fin.C.de edict.diui Adrian. *habet locum in feudis.*

22 *Filia abſque dubio mittenda eſt in poſſeſſionem, ſi feudum ſit hareditarium.*

23 *Sed etſi non conſtaret eſſe hareditarium, & quamuis agnatus eſſet in poſſeſſione; non propterea minus eſſet mittenda in poſſeſſionem.*

24 *Multo magis, ſi in poſſeſſione jam ſit, in eu erit conſeruanda.*

25 *Quæ etiam habent locum, ſi controuerſia eſſet inter Fiſcum, & filiam.*

26 *Tribus concurrentibus tantum agnatus poteſt impedire miſſionem filia, ſcilicet vt poſſideat, & bona fide & incontinenti de jure ſuo doceat.*

27 *Dicitur incontinenti probare, ſi ſit nominatus in teſtamento, nec per interpretationem vocetur, aut ejus jus in dubium reuocetur.*

28 *Filia in poſſeſſionem contra agnatum. & Fiſcum mittenda eſt, etſi feudum ſit Eccleſiaſticum.*

29 *Facilius fæmona ſuccedunt in feudo Eccleſiaſtico quàm Seculari.*

30 *Et caſu quo regulariter filia non eſſet mittenda in poſſeſſionem feudi Eccleſiaſtici, tamen a regula recedendum eſſet, data conſuetudine, qua feuda ſunt redacta ad inſtar patrimoniorum.*

31 *Vel etiam ea ſecluſa, ſi agatur de feudo emptitio, vel conditionato, vel abſolutè hareditario.*

32 *Feudum Eccleſiaſticum dicitur quod de rebus Eccleſia alicui conceſſum eſt.*

33 *Feudum Caſtri-noui non eſt Eccleſiaſticum.*

34 *Feuda in tota Gallia, & omnibus Prouinciis cis Alpes conſtitutis, ſunt redacta ad inſtar patrimoniorum.*

35 *Fæminaque in illis eodem planè modo quo maſculi ſuccedunt, & nedum remotiores, ſed ejuſdem gradus, & omnino extranea, ipſoſmet filios defuncti, ſi ita is ordinauerit, excludunt.*

36 *Haredes tam filij quàm extranei, & tã maſculi quam fœmina poſſunt in Gallia poſſeſſionem apprehendere, irrequiſito Domino, dummodo intra annum, & diem homagium praſtent.*

37. *Qua conſuetudo in fauorem fæminarum procedit, etſi feuda habeant patriciatus dignitatem annexam, fæminaque in judicio parium alias interuenerunt.*

38 *Conſuetudo, vt feuda ſint redacta ad inſtar patrimoniorum, & fæmina eodem omnino modo quo maſculi ad ea admittantur, valet, & n.52.*

39 *Si ex natura feudi ſeruitium perſonale ſit faciendum, fæmina ſi ſint admittenda, id per ſubſtitutum facere poſſunt, non obſtante juramento fidelitatis, & nu. 54. & 124.*

40 *Iura feudalia nunquam in Gallia habuerunt locum.*

41 *Feuda, jure Longobardico, ſunt magis perſonalia quàm realia, jure Gallico contrà, quo cohereat magis rei quam perſona.*

42 *In cauſa feudali in Gallia vtimur jure communi Romanorum, vbi deficit Conſuetudo.*

43 *Iure verò Romano nec ſexus, nec agnationis & cognationis eſt differentia.*

44 *Doctoribus atteſtantibus de conſuetudine, praſertim ſua patria, eſt ſtandum & nominatim in terminis conſuetudinis, quâ feuda ſunt redacta ad inſtar patrimoniorum.*

45 *Eámque conſuetudinem in locis comitatui Venaiſſino circumuicinis habuiſſe, & habere locum, & nominatim in dicto Comitatu Doctores atteſtantur.*

46 *Comitatus Venaiſſinus, aliàs fuit portio Prouincia, & ſub nomine illius comprehendebatur.*

47 *Chronicis in judicando, & conſulendo, creditur.*

48 *Vbi Dominus fæminas ſolet ad feudum admittere, praſumitur in inueſtituris, in quibus earum non eſt facta mentio, eas comprehendiſſe.*

49 *Vbi dubium eſt circa morem alicujus Regionis, recurrendum eſt ad mores vicinarum Regionum.*

50 *In circumuicinis Comitatus Venaiſſini Prouinciis, conſuetudo viget, vt feuda ſint redacta ad inſtar patrimoniorum, & fæmina ad ea, ſicut maſculi, admittantur.*

51 *Et qua Conſuetudo viget in omnibus Prouinciis cis Alpes conſtitutis, & nominatim in Comitatu Venaiſſino.*

52 *Conſuetudo, quâ feuda reducuntur ad inſtar patrimoniorum, valet.*

53 *Eáque ferè vbique terrarum recepta eſt.*

55 *Nulla ſufficiens ratio reddi poteſt, cur à feudis fæmina in jure feudali regulariter excludantur.*

56 *Feudum Caſtri-noui, quoad illam conſuetudinem, qua feuda ſunt relicta ad inſtar patrimoniorum, non habet ſeparatam naturam a cateris feudis Comitatus, etſi quoad talearam & onerum ſolutionem alio jure cenſeatur.*

57 *Dominus, ſimpliciter inueſtiens, cenſetur de toto ſuo jure, & ſecundùm poteſtatem quam habet, id facere.*

58 *Dicta generalis Conſuetudo, qua feuda, &c. in d. feudo Caſtri-noui nominatim, & in indiuiduo viguit, & viget.*

59 *De jure feudorum, feudatarius, ſine conſenſu Domini alienans, cadit jure ſuo.*

60 *At vigente dicta Conſuetudine, qua feuda ſunt redacta, &c. poteſt irrequiſito Domino feudum alienari, non tamen realis poſſeſſio ſine licentia Domini apprehendi.*

61 *Agnatio per conjecturas, iudicia & praſumptiones probatur.*

62 *Et in antiquis, per verba enunciatiua inter alios.*

63 *Tempus verò antiquum hoc caſu dicitur 50. vel 60. annorum.*

64 *Et in antiquiſſimis, per teſtes de auditu, & ſolam famam.*

65 *Probatur etiam agnatio per teſtes conſanguineos.*

66 *Et ex identitate inſigniorum praſumitur identitas familia.*

67 *Probatur quoque ſaltem praſumptiuè, ex ſolo nomine agnationis.*

68 *In materia difficilis probationis, probationes, & praſumptiones diuerſa ſpeciei conjunguntur.*

69 *Ioachimum donatarium, & haredem eum beneficio legis, & inuentarij eſſe agnatum Ioachimo auo materno.*

70 *Fæmina ſuccedunt in feudo emptitio.*

71 *Quod procedit, nedum ſi a Domino, ſed etiam ſi à vaſallo fuerit emptum.*

72 *Feudum ſemel alienatum, & titulo oneroſo acquiſitum. ſit ſemper alienabile.*

73 *Feudum Caſtri noui eſſe emptitium.*

74 *Res praſumitur etiam in materia feudali juſto pretio empta.*

75 *Praſuppoſita conſuetudine, qua feuda ſunt redacta ad inſtar patrimoniorum, dictio* hæredum, *etiam in materia feudali pro quibuſcunque accipitur, nedum pro filiis, ſed etiam pro extraneis, & num. 108. & 126.*

76 *Sed, & ſecluſa Conſuetudine, dictio,* hæredum, *in terminis alienationis pro quibuſcunque accipitur, & 126.*

77 *Feudum, eo ipſo quod in extraneũ eſt alienatũ, dicitur*

mtro

merò & abſolutè hereditarium ad quoſcunque heredes tranſitorium.

78 *Et Caſtrum-novum, irrequiſito Domino, validè in extraneum fuit alienatum.*

79 *Feuda in dubio præſumuntur hereditaria.*

80 *Feudum Caſtri-novi eſt clarè hæreditarium, etiam remota præſumptione.*

81 *Feudum pro ſe, heredibus, & ſucceſſoribus, & etiam ſine dictione,* ſucceſſoribus, *conceſſum, eſt hæreditarium.*

82 *Ad quod non admittuntur agnati niſi ſint heredes.*

83 *Hæredes, inquam, ejus qui noviſſimè moritur, nec ſufficit eſſe agnatum, & heredem ſanguinis.*

84 Hæredis *dictio quando profertur ab homine, intelligitur de herede vero ultimo defuncti; nec ſufficit ut ſit heres ſanguinis.*

85 *Si in feudo hæreditario heres aliqua ex cauſa eſt incapax, id potiùs ad Dominum revertitur quàm ad agnatum pertineat.*

86 *Quod dici ſolet in feudo hæreditario, agnatum omnino ſcribendum heredem, an verum ſit.*

87 *Sed poſito eſſe verum, hoc caſu non facit dubium, cùm Ioachimus donatarius, & heres ſit agnatus ultimò defuncto.*

83 *Quod dicitur, poſtergationem non debere fieri, habet tantùm locum in feudo merè mixto, ut ſi conceſſum ſit pro liberis, & heredibus.*

89 *Quæſtiones, quæ ſolent fieri, an ſufficiat eſſe agnatum, & heredem ſanguinis, an verò etiam eſſe debeat ſcriptus heres noviſſimè defuncti, & an potuerit inſtitui quicunque agnatus, procedunt tantùm in feudo strictè hæreditario, quo tamen etiam in caſu debet eſſe ſcriptus heres, nec ſufficit ut ſit agnatus.*

90 *Non autem procedunt, nec ſunt humori quæſtiones in feudo ſimpliciter & abſolutè hæreditario, in quo omnes, & quicunque, filia, & extranei poſſunt inſtitui heredes, & n. 107. & n. 158.*

91 *Feudum, ſi conceſſum ſit pro ſe, heredibus & ſucceſſoribus quibuſcunque, ad id extranei etiam legatarij, & fœmina admittuntur ex magis communi & veriori ſententia.*

92 *Et de tali feudo, ſicut de bonis allodialibus, iudicandum eſt, & id in quemcunque alienari poteſt.*

93 *Idem ſi ſimpliciter dictum eſſet*, pro ſe & hæredibus quibuſcunque.

94 *Idem ſi dictum eſſet*, pro ſe & ſucceſſoribus quibuſcunque, *dictione* hæredum, *remota.*

95 *Verbum*, ſucceſſoribus, *tantum importat quantum verbum*, hæredibus, *& quandoque latiùs ſumitur.*

96 *Idem ſi dictum eſſet*, pro ſe, & hæredibus & ſucceſſoribus univerſis.

97 *Vel*, pro omnibus hæredibus.

98 *Dictiones*, quibuſcunque & omnibus, *etiam in materia feudali æquipollent & faciunt feudum abſolutè & ſimpliciter hæreditarium, & ad extraneos tranſitorium.*

99 *Feudum Caſtri-novi ſub clauſulis univerſalibus*, pro ſe, & hæredibus & ſucceſſoribus, quibuſcunque, *vel*, omnibus, *eſt conceſſum.*

100 *Producens inſtrumentum fatetur omnia in eo contenta.*

101 *Quoties feudum conceditur pro ſe, heredibus, & ſucceſſoribus, utraque hac dictione exiſtente, eſt ſimpliciter hæreditarium.*

102 *Idem ſtatuendum, ſi dictio* perpetuo, *vel*, in infinitum *adſit.*

103 *Idem ſi ſola dictio*, hæredibus, *adſit; ſi tamen conſuetudine feuda ſint redacta ad inſtar patrimoniorum.*

104 *Idémque etiam heredum non facta mentione, præſuppoſita tamen dicta conſuetudine.*

105 *Idem ſi feudum aliàs alienatum fuit, quod contigit in feudo Caſtri-novi.*

106 *Idem etiam, ſecluſa dicta conſuetudine, ſi in contractu alienationis mentio heredum fiat qui tunc pro quibuſcunque accipiuntur.*

107 *In feudo ſimpliciter & abſolutè hereditario tam extranei quàm fœmina promiſcuè ſuccedunt, & id in præjudicium agnatorum alienari poteſt, & n. 158.*

109 *Ordo ſucceſſivus, ut fœmina non admittuntur niſi deficientibus maſculis, non habet locum in feudo abſolutè hereditario, etſi ex ſola dictione univerſali tale probaretur, nec in emptitio, aut conditionato; ſed fœminæ ſimul cũ maſculis; imò illis excluſis, ſi vel teſtator ita diſpoſuerit, vel remotiores ſint maſc. ſolæ ſuccedũt.*

110 *Non habet etiam locum ille ordo, cùm conceſſum eſt feudum maſculis cum fœminis.*

111 *Reprehenditur Intrigolius circa ordinem ſucceſſivum.*

112 *Ubi conſuetudine fœmina eſt capax feudorum, & eâdem ordo ſucceſſivus habet locum, is non procedit, niſi inter ejuſdem gradus exiſtentes.*

113 *Quoties, extantibus maſculis, fœmina ab inteſtato non ſuccedit, toties ex teſtamento ſuccedere poteſt.*

114 *Fœminæ, ex vi dictionis univerſalis*, quibuſcunque, *vel* omnibus, *tam ex teſtamento quàm ab inteſtato cum maſculis, imò illis excluſis, ſi vel ita ordinatum ſit, vel remotiores ſint, ſuccedunt in feudis.*

115 *In feudo conditionato, pro quo præſtatur annuus cenſus, fœminæ & extranei ſuccedunt.*

116 *Et ſi juramentum fidelitatis ultra annuum cẽſum præſtandum ſit.*

117 *Feuda ſunt ſtrictiſſimi juris, & in illis non fit extenſio de caſu ad caſum.*

118 *Excluſio fœminarum eſt odioſa, & reſtringenda etiam in materia feudorum.*

119 *Non valet argumentum de emphyteuſi ad feudum, & contrà.*

110 *In feudo franco præſtatur juramentum fidelitatis.*

121 *A feudo franco fœmina non excluditur.*

122 *Fœmina, & conſuetudine, & pacto, poteſt ad feudum admitti: tamen tenetur ad juramentum fidelitatis.*

123 *Impuberes, & infantes ad feuda admittuntur, juramento fidelitatis tenentur.*

125 *Fœminæ in dubio ad feuda admittuntur.*

126 *In feudo Caſtri-novi aut non primogeniti, aut non ſoli, aut alia ex cauſa quàm ex vi primogenituræ prætenſa ſucceſſerunt, ſempérque Dominus ejuſdem locuit de eo liberè tam inter vivos quàm ultima voluntate in quoſcunque, etiam extraneos, diſponere, quod per omnes ſucceſſivè Dominos à primo familiæ de Simiana acquiſitore uſque ad ultimum docetur.*

128 *Diviſio inter fratres præſumitur æqualis poſt lapſum 10. vel 20. annorum, quod abſque dubio procedit ſi de titulo diviſionis conſtet.*

119 *Præſumendum eſt pro inſtrumento.*

130 *Quoties primogenitura per præſcriptionem etiam centenariam vel immemoriabilem prætenditur inducta, & proponitur ejus origo quæ vera non ſit, præſcriptio omnino corruit, & ipſius nulla eſt habenda ratio.*

131 *Allegans aliquid cum certa qualitate, ſi eam non probet, deficit in probatione.*

132 *Primogenitus non tenetur ad debita prædeceſſoris aliter quàm in utilitatem Majoratus contracta.*

133 *Res Majoratui ſubjecta, nec ſubſtitui, alienari, pignorari, nec ſuper his in præiudicium ſucceſſorum transſigi poteſt.*

134 *Subſtitutio ſub conditione*, ſi ſine liberis, *per ſuperexiſtentiam liberorum deficit, etſi poſtea illi ſine liberis decedant.*

135 *Subſtitutio in contractibus facta*, vt in omnibus bonis alterutrius ſine liberis decedentis ſuccedat, *non valet.*

136 *Nepos ex filia vltimo defuncti, iſque & agnatus, debet præferri proximiori agnato in feudo hæreditario.*

137 *Filia vltimò defuncti, ſiue in primogenitura juris Francorum, ſiue in alia, excludit maſculum alterius gradus & lineæ.*

138 *Atteſtationes, & acta in vno judicio, & inter alias perſonas facta, non probant, nec faciunt fidem plenam in alio judicio.*

139 *Nec ſemiplenam: ſed tantum præſumptionem.*

140 *Iuramentum ſuppletorium non datur contra eum qui eſt in regula, vel plene probauit.*

141 *Nec ſi ſemiplena probatio, aliqua præſumptione dilui, aut eleuari poteſt.*

142 *Nec ei qui rem ſuper qua jurandum eſt neſcit.*

143 *Nec ſi agatur de re magni momenti.*

144 *Confeſſio à procuratore in vno judicio emanata, nullam omnino fidem in alio judicio facit.*

145 *Ficta confeſſio etiam inter eaſdem partes non nocet in alio judicio, nec heredi, ſi non habuerit affectum contra defunctum.*

146 *Sententia lata contra eum cujus principaliter intereſt, tribus tantum caſibus afficit omnes ſecundarium intereſſe habentes.*

147 *Confeſſiones erroneæ etiam poſt acceptationes reuocari poſſunt etiam per hæredem.*

148 *Errantis nullus eſt conſenſus.*

149 *Error probatur eo ipſo quod aliter rem ſe habere probatur.*

150 *Erronea procuratoris confeſſio non nocet Domino, præſertim in alio judicio.*

151 *Nemo ſe poteſt fundare in poſitione negata, nec eo quod impugnauit ſe juuare.*

152 *Proteſtatio contra productionem teſtium facit ne quis ſe eorum depoſitionibus juuare poſſit.*

153 *Ad probandum Majoratum ex temporis antiquitate requiruntur teſtes graues, & bonæ famæ, & tales eſſe articulandum & probandum eſt.*

154 *Atteſtationes non publicatæ, non faciunt fidem etiam inter eaſdem perſonas in alia inſtantia & coram alio judice non ſuccedaneo primi.*

155 *Quod fallit inter eaſdem partes ſi teſtes ſunt mortui, non quoad tertium.*

156 *Nec etiam fallit inter eaſdem partes, ſi poſſit adſcribi negligentia cur atteſtationes non ſint publicatæ.*

157 *Atteſtationes non ſolent in Rota Romana publicari niſi in tertia inſtantia.*

158 *Feudum abſolute hæreditarium tranſit ad quoſcunque heredes, etiam extraneos.*

159 *Feudum hæreditarium, & ex pacto, & prouidentia, ex diametro pugnant.*

160 *Feudatarius non poteſt formam conceſſionis egredi eámve alterare.*

161 *Teſtium depoſitiones debent de neceſſitate concludere.*

162 *Depoſitiones teſtium, conſuetudines, poſitiones partis, præſcriptiones, priuilegia, ſtatuta, & cætera huiuſmodi tantum valent quantum ſonant, nec de caſu ad caſum extenduntur, maxime contrajus.*

163 *Ei, qui dicit bona Majoratui ſubjecta, jus commune reſiſtit, & omnia bona præſumuntur libera.*

164 *Cum agitur inter eos, qui ſunt ejuſdem vel alterius lineæ, & gradus, vel inter deſcendentes tantùm, & eoſdem ac collaterales vltimo defuncti, ſunt diuerſi caſus, nec ab vno ad alium fit extenſio, etiam en Majoratibus, & n. 192. 193. 194.*

165 *Excluſio filiarum, propter maſculos remotiores lineæ, & gradus, eſt odioſa, & irrationabilis, ideóque reſtringenda, num. 199.*

166 *Teſtis in vno ex ſubſtantialibus falſus, in omnibus ratione juramenti eſt falſus, nec in aliquo, niſi contra producentem, probat.*

167 *Teſtium dicta debent intelligi ſecundùm contenta in articulis ſuper quibus examinati fuerunt.*

168 *Si ex depoſitionibus teſtium non conſtat de qualitate primogenituræ, vel ſi ea indefinitè, & indeterminatè probata eſt, ſecundùm conſuetudinem regionis ea eſt intelligenda.*

169 *Majoratus inſtitutio ſecundùm patriæ conſuetudinem intelligenda eſt.*

170 *Maſculis ejuſdem lineæ, & gradus, deficientibus, fœminæ ſuccedunt in Majoratibus, & excludunt maſculos remotiores, quamuis à primo inueſtito deſcendentes, & filia primogeniti admiſſi excludit patruum, idque verum eſt vbique terrarum, & de jure communi, nedum de conſuetudine Hiſpaniæ, num. 232.*

171 *Perpetuum hoc eſt in Majoratibus, niſi aliter nominatim, & ſpecialiter in inſtitutione Majoratus cautum ſit, vt qui ſunt ejuſdem lineæ vltimi poſſeſſoris, ſiue maſculi ſiue fœminæ præferantur maſculis alterius lineæ, et ſi a primo inſtitutore deſcendentibus.*

172 *Fœmina, deficientibus maſculis ejuſdem lineæ & gradus, habet fundatam intentionem de jure communi, vt ſuccedat in Majoratibus, & excludat maſculos alterius lineæ, & nu. 203. & 232.*

173 *Et euidentiſſimè de contraria voluntate conſtare debet, vt ab eo recedatur.*

174 *Et in dubio ſemper pro fœmina reſpondendum eſt, & nu. 219. & 255.*

175 *In Majoratibus 1°. linea vltimi poſſeſſoris, 2°. gradus, 3°. ſexus, 4°. ætas conſideratur.*

176 *Quæ omnia procedunt etiam in Regnis, Ducatibus, Marchionatibus, & Baronijs, in quibus jure Majoratus ſucceditur.*

177 *In Majoratibus non fit tranſitus de vna linea ad aliam, donec deſcendentes ab vltimo poſſeſſore, ſiue maſculi, ſiue fœmina, deficiant.*

178 *Si ſtatuto, vel alias, maſculi, excluſis fœminis, admittuntur ad ſucceſſionem, hoc intelligitur de maſculis ejuſdem lineæ, & gradus, ſecus ſi adſit fœmina vltimo poſſeſſori proximiori, quæ maſculum remotiorem excludet.*

179 *Majoratus, præſcriptione inductus, tantùm in eaſu præſcripto procedere debet, maximè quando agitur de excludenda filia per remotiorem maſculum.*

180 *In Majoratibus, qui temporis antiquitate conſtant, is ordo ſeruatur qui in Majoratibus ſimpliciter inſtitutis.*

181 *Præſcriptio, cùm non contineat quid definitum ab homine, continet quod eſt definitum à jure, vel conſuetudine.*

182 *In Majoratibus ſi caſus eſt expreſſus in fauorem patrui, relinquitur diſpoſitioni juris communis.*

183 *Fœminarum excluſio eſt quadam exhæredationis ſpecies.*

184 *In materia priuatiua id tantùm admiſſionem inducit quod eſt expreſſum.*

185 *Sicut in Subſtitutionibus, ita in Majoratibus procedit ratio, de te non loquitur Majoratus.*

186 *Regulis juris adhærendum, cùm de contrario jure minimè conſtat.*

187 *Primogeniti appellatione filia includitur, & maſculinum concipit fœmininum.*

188 *Vt ſit primogenitura gentilitia maſculina, per quam fœminæ à remotioribus maſculis excludantur, debet eſſe perpetua maſculorum mentio, non in vno eóque*

primo

primo tantùm gradu, quæ in eo gradu facta non inducit primogenituram, & numero 189. & 191.

190 Quæ, vt ſcilicet filia, nonobſtante maſculorum mentione in primo gradu facta, excludit patruum, vera ſunt; etſi ipſius pater præmortuus ante d. filiæ auum, nec vnquam admiſſus fuiſſet: in quo quamuis aliqui contradicunt, ſi tantum admiſſus fuiſſet primogenitus relicta filia, & ſemel excluſiſſet ſecundo genitum, res eſt certa, & non habet dubium.

192 A maſculis primi gradus ad maſculos alterius lineæ nihil poteſt inferri, nec licet argumentari quoad excluſionem fœminarum.

193 Nec de vno caſu ad alium in hac ſpecie eſt trahenda diſpoſitio.

194 Nec in iſtis licet argumentari de ſimili ad ſimile, nec de gradu ad gradum.

195 Abſoluta, & indefinita debet inter alia eſſe maſculorum vocatio, vt ex ea perpetuum fideicommiſſum vel primogenium inducatur: ſi autem ſimpliciter filij primogeniti maſculi ſit facta mentio, id nullo modo inducitur, ſed tantum inter filios vltimè defuncti.

196 Quando fœminæ propter maſculos excluduntur, intelligitur de maſculis ejuſdem gradus.

197 Maſculorum dictio ex proprietate vocabuli excludit fœminas in eo caſu, quo aliquis, non exiſtente maſculo, vocatur non alio.

198 Expreſſio eorum quæ de ſui natura neceſſariò inſunt, non poteſt trahi ad alium caſum alterius naturæ vel rationis.

200 Regula ſtandum quouſque de contrario conſtet, & in dubio pro ea pronunciandum.

201 Si caſus admittendæ, vel excludendæ fœminæ non cauerit, nihil contra eam ex præſcriptione opponi poteſt.

202 Expreſſio quæ tacitè ineſt, non immutat ejus naturam.

204 Fœmina in Majoratibus, deficientibus maſculis ejuſdem lineæ, & gradus, nunquam per maſculos alterius lineæ excluditur; niſi vel inſtitutione Majoratus id expreſſò cautum ſit, vel ex conjecturis euidentiſſimis, & à jure probatiſſimis de indubitatiſſima mente conſtituentis Majoratum conſtet.

205 Nec eſt ſufficiens conjectura vt neptis, eáque filia vltimò defuncti, per patruum excludatur, ſi inſtituatur Majoratus ad conſeruationem memoriæ familiæ, domus vel caſatæ.

206 Idem ſi inſtituens Majoratum poſt ſpecialiter vocatos, ſequentes de ſuo genere vocauerit, idem de vocatione ſtipitis ſeu cippi, poſteritatis, generis proximorum, nec ex onere deferendi domus inſignia quæ arma vocant.

207 Nec hujuſmodi conjectura judicis arbitrio relinquitur, ſed debet eſſe à jure approbata.

208 Ratio conſeruandæ familiæ, vel agnationis in Majoratibus, non præſumitur niſi expreſſè vel ex euidentiſſimis conjecturis de ea conſtet.

209 In dubio ratio conſeruandæ agnationis non præſumitur.

210 In Majoratibus, mentione maſculinitatis etiam interſtamento facta, aut non præſumitur ratio conſeruandæ agnationis, aut eo tantum in gradu quo facta eſt mentio præſumetur, aut indefinita, abſoluta & perpetua debet eſſe mentio, vt in omnibus gradibus præſumatur.

211 Ratio conſeruandæ agnationis poteſt in fauorem aliquorum conſiderari, & in aliis, & fauorem aliorum non conſiderari.

212 Qualitas maſculinitatis in vno loco diſpoſitionis, & gradu appoſita, ad alias perſonas & gradus non extenditur, niſi ratio agnationis, vel exprimatur, vel aliàs quàm ex mentione maſculinitatis ſubintelligatur.

213 Nunquam præcedentia in ſequentibus cenſentur repetita, quando agitur de repetenda qualitate aduerſus diſpoſitionem juris communis, & nu. 217.

214 Conſeruatio agnationis, maſculorum incluſio, & fœminarum excluſio reſtringitur ad gradus & perſonas expreſſas, nec ad alias porrigitur.

215 Limitata cauſa limitatum producit effectum.

216 In Majoratibus, & Fideicommiſſis, ſi inſtitutor, vel teſtator in primis vocationibus ſemper filios & deſcendentes maſculos inuitet, ſi in ſequentibus vocationibus, vel ſubſtitutionibus vocet filios, vel deſcendentes ſimpliciter, maſculinitatis qualitas non cenſetur repetita, ſi ratio agnationis conſeruandæ expreſſa, vel ſubintellecta aliter quàm ex mentione maſculorum ſubſit.

218 Quæ longè magis procedunt quando poſt plures maſculorum vocationes inſtitutor vlterius non proceſſit.

219 Cùm agitur de excluſione fœminarum per remotiores maſculos, in dubio pro fœmina reſpondendum eſt, & nu. 255.

220 Quando feudum regitur jure Francorum, primogenitus præfertur ſecundo genito, & illi vitam, & militiam tantùm dare tenetur, & nu. 158.

221 Et eo jure Francorum, ſecundogenito ſemel excluſo, & ipſe, & omnes illius deſcendentes in perpetuum per deſcendentes primogeniti ſunt excluſi.

222 Linea ſemel occupata ſemper eſt continuanda, & perpetuanda in omnes deſcendentes.

223 Quando feudum regitur jure Francorum, primogenitus excludit ſecundogenitam, & maſculus fœminam, ejuſdem ſcilicet lineæ & gradus.

224 Sed filia vltimi poſſeſſoris excludit omnes maſculos collaterales ejuſdem vltimò defuncti, necnon Dominum ſuperiorem.

225 Ius Francorum in regno Siciliæ in pleriſque feudis inductum & tandem in conſtitutiones redactum, in eo ſcilicet vt filia vltimi poſſeſſoris, excluſis omnibus collateralibus, ſuccederet; etſi quædam alia adjecta ſint.

226 Ius Francorum, in regno Siciliæ, eſt jus ſpeciale ex moribus Francorum deſumptum.

227 De jure Francorum filia primogeniti excludit ſecundogenitum cum de ſucceſſione aui agitur.

228 Et quamuis aliàs in Majoratibus, quando primogenitus præmortuus eſt, id habeat difficultatem, tamen de jure conſtitutionum Siciliæ, necnon de jure Francorum, iſta opinio verior, vt filia primogeniti præmortui excludat patruum.

229 Sed ſi ſemel primogenitus ſit admiſſus, hoc certiſſimum eſt, etiam de jure Francorum, filiam primogeniti admiſſi excludere patruum.

230 Lex Salica ſolùm habet locum quoad ſucceſſionem Regni, & bonorum Coronæ, non quoad alia bona quæ habentur à Rege, ſiue in allodium ſiue in feudum.

231 Habet etiam locum lex Salica in Appanagio quod datur liberis Regis; quia id eſt pars Coronæ.

232 Filia vltimò defuncti, de jure communi, nedum de conſuetudine Hiſpaniæ, excludit maſculos alterius lineæ.

233 Fœminæ, in bonis primogenij debitis de jure communi, etiam ſecluſa conſuetudine, ſuccedere poſſunt.

234 *Primogenitura Veteris Teſtamenti longè differt ab hac noſtra, in qua de bonorum ſucceſſione agitur, nec ab vna ad aliam argui poteſt.*

235 *Datu conſuetudine capacitatis fœminarum, & in quacunque primogenitura, abſque dubio, & nemine diſcrepante, ea excludunt maſculos alterius lineæ, & gradus.*

236 *Tam in primogenitura juris Francorum, quàm in cæteris Majoratibus, fœminæ de jure communi ſuccedunt, ad excluſionem maſculorum alterius lineæ, & gradus.*

237 *Et de vſu, & jure Francorum antiquiſſimo, inter ipſaſmet filias erat locus juri primogenituræ, ceu vt primogenita ſorores minores natu excluderet.*

238 *Non poteſt vna familia certam ſibi ſucceſſionis formam conſuetudine, inſcio principe, inducere.*

239 *Et ſi quo caſu inducatur, intelligitur tantùm in ſucceſſione ab inteſtato.*

240 *Et tantùm in eo caſu in quo in judicio inductu eſt non in alio.*

241 *Documenta, & inſtrumenta, teſtium depoſitionibus, maximè magis incertis, & de auditu, & ſi de viſu erroneis, præponderare debent.*

242 *Quæ requirantur vt actorum extractus faciat fidem.*

243 *Ex antiquitate temporis annorum ſc. 33. præſumitur oblivio, maximè quando res continet plura capita, & in vet omultis negotiis implicito.*

244 *Quæ requirantur vt ſententia Rotæ Romanæ dici poſſit, & n. ſeqq.*

245 *Sententiæ nulla eſt vis, qua negotium indiuiduum pro parte terminatur, ſicut etiam ſi dubium ſit & negotium non terminat.*

246 *Sententia ſine citatione eſt nulla.*

247 *Citatio in ſententia ex antiquitate temporis non præſumitur, ſi neque ea ſaltem in genere enuncietur, neque ſit in forma probante, & quia deſunt actum, & teſtes.*

248 *Sententia quæ non eſt ſubſcripta & publicata, non poteſt dici ſententia, nec pro re judicata haberi.*

249 *Sententia, maximè indefinitè prolata, ſecundùm articulos intelligenda eſt.*

250 *Sententia eſt ſtricti juris, nec ad alium caſum maximè diuerſum porrigi poteſt.*

251 *Tranſactio reſcinditur ope reſtitutionis ex inſtrumentis de nouo repertis, vbi adeſt probabilis, & juſta ignorantia.*

252 *Nec opus eſt ignorantiam juramento, vel alio modo probare, ſed ſat eſt quòd contrarium ex aduerſo id probetur.*

253 *Eſt habenda ratio dubij ſuper quo tranſigitur.*

254 *Tranſactio debet intelligi vt ſit facta de rebus, de quibus erat lis.*

256 *Per tranſactionem inter quondam Ioachimum, & Ludouicum initam, neque probatur, neque inducitur primogenitura per d. Dominum Antonium prætenſa, imò ea omninò excluditur, & nullam fuiſſe & eſſe probatur.*

257 *Si quis per tranſactionem, à primogenitura, quam prætendebat, repulſus eſt, non poteſt alius contra eandem, primogenituram, per eandem tranſactionem probatam vel inductam, prætendere, maximè ſi ſit filius ejus, in fauorem cujus vel rejecta vel non habita fuit ratio dictæ primogenituræ.*

259 *Locus ſeu feudum Caſtri-noui non eſt Baronia.*

260 *Barones ſunt in duplici differentia, alij dicuntur Barones Regni, & ſunt Duces, Marchiones, Comites, & hi dignitatem annexam habent, & dicuntur feuda dignitatum poſſidere: alij ſunt Barones certorum locorum, & hi non habent dignitatem.*

261 *Quinimo & ſecundi generis Barones propriè, & vere Barones non ſunt, niſi plura feuda ab vno, cui Baronatus titulus adſcriptus eſt, dependeant.*

262 *De jure Francorum fœminæ in Ducatibus, Marchionatibus &c. ſuccedunt, ſicut & in aliis quam juris Francorum Majoratibus.*

263 *Non licet mutare actionem lite conteſtata, & longè minus inſtructu, maximè ſi ſit contraria, & longè magis ſi mutetur qualitas perſonæ; vt quia agebat tanquam tertius, poſtea tanquam hæres.*


264 *Concluſio, & Epilogus contentorum in Conſilio.*

265 *Errores in articulis, & depoſitionibus teſtium quibus nititur Dominus Antonius actor contentò.*

ILLVSTRIS quoodam Dominus STEPHANVS de SIMIANA, in contractu matrimonij Melchioris filij ſui vnici, de anno millesimo quingenteſimo, & die vigeſima ſexta Martij, donauit primogenito maſculo ex dicto matrimonio procreato, & fuit de pacto inter partes inito, vt idem primogenitus haberet Caſtrum, totam juriſdictionem loci Caſtri noui, & totum tenementum ejuſdem cum medietate omnium redituum, emolumentorum, & totius tenenutæ ejuſdem.

In eodem contractu, & poſt d. pactum, d. Stephanus dat eidem Melchiori filio ſuo omnia bona ſua præſentia, reſeruato tamen ſibi vſufructu eorumdem quandiu viueret. Deceſſit poſtea dictus Stephanus, deceſſit & Melchior, relictis duobus filiis Janſano, & Ludouico, nullo condito teſtamento; & certè, quid opus erat vt Melchior teſtaretur, cùm ferè omnia bona ſua, ex vi dictæ donationis, ad dictum Janſanum pertinerent? Dictus Janſanus quandiu vixit ex vi dictæ donationis pro Domino Caſtri-noui ſe geſſit, illúdque cùm bonis in ejus territorio ſitis poſſedit. Deceſſit tandem, relicto Joachimo vnico filio, in pupillari ætate conſtituto, & dicto Ludouico fratre ſuperſtitibus; qui Ludouicus mouit litem pro jurium ſuorum recuperatione, petens medietatem omnium bonorum quæ quondam Melchior poſſediſſet. Opponebatur illi dicta donatio in contractu Melchioris facta. Tandem tranſactio inita fuit inter dictum Joachimum majorem nouem, minorem quatuordecim annis, cum auctoritate ejus tutorum, & dictum Ludouicum de anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſexto, & tertia Martij, inſtrumento ſumpto per Magiſtrum Mormi, per quam multa bona, tam intra territorij Caſtri-noui quàm extra, in d. tranſactione deſignata, cum certa quantitate pecuniarum ſemel, & vnius quotannis ſoluendorum, d. Lodouico obuenerunt: ſed, vltra alia multa, Caſtrum, Juriſdictio, cenſus, vintenum, molendina, furni, & omnia jura Dominicalia intacta, & illibata penes Joachimum remanſerunt.

Tandem



Tandem d. Ioachimus major factus, exiſtimãs ſe per d. tranſactionem admodum læſum, dictumq; Ludouicum longè plus, quàm ei deberetur, cõſequutum fuiſſe; mouit litem ſuper reſciſione d. tranſactionis contra d. Ludou. ejus patruum; & cùm aliquod decretũ in ſui fauorem à D. Valẽtiniano Auditore Rotæ Palatij Apoſtolici Auenionenſi, Cõmiſſario in hac cauſa ſpecialiter deputato obtinuiſſet: ab eo d. Ludouicus, ſentiẽs ſe grauatum, appellauit ad Sanctiſſimum Dominum noſtrum Papam; ab eoque cauſam in Rota Romana Illuſtriſſimo Cardin. Seraphino tunc Auditori committi impetrauit, in qua d. Joachimus ſententiam fauorabilem in poſſeſſorio reportauit, per quam fuit dictum, eſſe reintegrandum, & mittendum in poſſeſſionem bonorum per d. tranſactionem d. Ludouico remiſſ...um. Et cùm ſuper petitorio, in cauſa appellatio-

nis coram Reuerendiſſimo Kropero, etiam Auditore, litem proſequerentur, procurator d. Joachimi vt ſecuriùs ſententiam, etiam in eo reportaret (etſi per reuolutionem Rotæ præparatoriam ad ſententiam coram d. Domino Seraphino, antequam d. Lodouicus appellaſſet, dictum fuiſſet, in eodem petitorio tres partes de quatuor bonorum non dominicalium Caſtri-noui exiſtentium, de dominicalibus enim non erat controuerſia, pertinere ad Joachimum, & de quarta tantùm reſtante erat diſputatio; an etiam ea ad Joachimum, an verò ad Ludouicum ſpectaret:) per articulos in facto poſuit, contra tamen rei veritatem: Alias priuilegium à Friderico Imperatore Giraudo Amico, & ejus hæredibus, quibuſcunque etiam extraneis, conceſſum fuiſſe; vt d. Caſtrum jure Francorum regeretur, & in eo viueretur more Francorum: vt ſcilicet primogenitus excluderet ſecundogenitum, & quòd inde vnus tantùm fuerit, & ſolus Dominus Caſtri noui, iſque primogenitus, excluſis cæteris fratribus, ſi quos habuiſſet: ponendo in facto, ſemper ita obſeruatum fuiſſe, & vnicum tantùm Dominum, filium ſcilicet primogenitum, excluſis cæteris fratribus, poſſediſſe d. Caſtrum, & pro Domino illius ſe geſſiſſe, & in indiuiduo illud demonſtrando, quòd eidem Giraudo Amico ſucceſſerat Giraudus de Simiana, cui ſucceſſerat Berengarius ejus filius primogenitus; eidem Berengario Ludouicus etiam primogenitus; eidem Ludouico Stephanus, etiam primogenitus; Stephano Melchior primogenitus; Melchiori Janſanus ſuccedere debuerat, & Janſano Joachimus, qui deceſſit ſeptima Nouembris proximè præteriti, & excludere Ludouicum fratrem ſecundogenitum d. Janſani, & patruum d. Joachimi; qui Joachimus, ſeu ejus Procurator, obtinuit remiſſionales à Reuerendiſſimo Kropero Commiſſario, directas Domino Ludouico de la Salla, Decano, dum viueret, Eccleſiæ collegiatæ ſancti Petri, ad teſtes examinandos pro probatione dictorum articulorum, coram quo, ſcribente Magiſtro Tache, Notario principali, & Magiſtro quondam ...... De Mareſiis adjuncto, à parte d. Joachimi, ſeu ejus Procuratoris, varij teſtes producti fuerunt, & examinati, quorum depoſitionibus præſupponitur, non tamen concedendo, contenta in articulis probata, & depoſuiſſe quòd ſemper in loco Caſtri-noui fuit tantùm vnicus, & ſolus Dominus, iſque primogenitus filius vltimò defuncti, quamuis haberet plures fratres; quorum aliqui rationem ſcientiæ reddunt, quia ita à majoribus acceperunt: alij verò quia viderunt Janſanum ſolum pro Domino ſe geſſiſſe, & ante eum Melchiorem, & vnus vel duo dicunt, ſe vidiſſe etiam Stephanum, ſolum Dominum, qui tamen habebat Bartholomæum fratrem Dominum de Coſta. Quoad verò eorum prædeceſſores, dicunt ſe à majoribus accepiſſe, & audiuiſſe, & duo vel tres deponunt ſe audiuiſſe ſæpe Melchiorem dicentem, non opus eſſe vt aliquod teſtamentum conderet, quia bona ad dictum Janſanum pertinebant. Et aliqui teſtes dicunt ſe in quodam libro vidiſſe arborem Dominorum d. loci, qui enumerantur eo modo quo ſuprà deſignati ſunt (non tamen ſub qualitate primogeniti:) & omnes, vt præſupponunt teſtes, primogeniti; contra tamen veritatem; ſicut & in eo quod præſupponunt vnicum tantùm Dominum eodem tempore fuiſſe, cùm duo fuerint eodem tempore, & ſæpè alij quàm primogeniti ſucceſſerint, & ſi quandoque primogeniti, alio jure, vel cauſa, quàm d. primogenituræ, vt ex infrà dicendis apparebit.

Poſt dictas atteſtationes perfectas coram eodẽ Decano ſancti Petri, Commiſſario ad examinandũ teſtes deputato, d. Ludouicus dedit articulos reprobatorios teſtium examinatorum à primo vſque ad vltimum, & teſtes ſuper probatione eorundẽ examinari fecit. Tandem alia & ſecunda tranſactio inter DD. Joachimum, & Ludouicum inita fuit de anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quarto, die decima quarta Aprilis, Romæ, ſumpta per Magiſtrum Petrum Reynaudi, Clericum Nemauſicenſem; per quam, tres domus Aueníoni ſitæ, quæ ad d. Dominum Melchiorem pertinuerant, necnon omnia bona Cauallioni ſita, quamuis ea à D. Janſano fuiſſent acquiſita, & tria millia ſcuta, vltra duo alia millia quingenta, & quinquaginta, per primam tranſactionem d. Ludouico ſoluta, conſequutus fuit.

In dicta ſecunda tranſactione, nulla fit mentio dictarum atteſtationum, ſed ſolum ſententiæ latæ in poſſeſſorio in fauorem d. Joachimi, & quòd lis pendebat ſuper petitorio, & primogenitura dicti Joachimi; inſerendo per tranſenam illam dictionem, *ſuper primogenitura dicti Joachimi*; cùm tamen dictæ donationis, in contractu matrimonij Melchioris, expreſſa, & ampla fiat mentio.

Ab eo tempore d. Ludouicus, & Joachimus pacificè vixerunt, & multis annis poſtea deceſſit d. Ludouicus, relicto Illuſtri Domino Antonio, ejus filio hærede, Domino de Cederon.

Dictus verò Joachimus, cùm matrimonio collocaſſet Annam filiam ſuam primogenitam cum Illuſtri Domino Franciſco de Simiana, filio Illuſtris Domini Claudij Domini de Coſta, ex eo natus eſt Dominus Joachimus, cui tale nomen indidit in fonte baptiſmatis Joachimus auus maternus, qui ſuo auo agnatus eſt ex parte patris: Nam Ludouicus de Simiana, pater d. Stephani, habuit duos filios, d. ſcilicet Stephanum, & Bartholomæum; Stephanus Melchiorem, Melchior Janſanum, Janſanus Joachimum, Joachimus d. Annam, vxorem Franciſci: Bartholomæus verò Balthaſarem, Balthaſar Franciſcum, Franciſcus Claudium, Claudius Franciſcum, maritum dictæ Annæ, ex quibus natus eſt is vltimus Joachimus, qui propterea Joachimo ejus auo materno eſt in ſexto agnationis gradu. Dictus Joachimus auus, de anno milleſimo ſexcenteſimo quinto, & die ſeptima Nouembris, donatione inter viuos, cum reſeruatione fructuum, quamdiu viueret, & pactis, & qualitatibus in ea contentis, dictum locum Caſtri-noui cum mero, & mixto imperio totaque juriſdictione, ac toto territorio, & omnibus juribus, & bonis in eo ſitis, d. Joachimo, ejus ex filia nepoti, donauit: quæ donatio fuit legitimè inſinuata in Curia Rectoriatus de d. anno, & nona die ejuſdem Menſis, & dictus Franciſcus vti pater, nomine filij infantis, homagium præſtitit de d. loco coram Reuerendiſſimo Rectore Comitatus, de dicto anno, menſe & die.

Et quamuis per clauſulas tranſlatiuas Dominij, & poſſeſſionis, d. Joachimus donatarius eſſet in poſſeſſione, nec non per præſtationem d. homagij; tamen de anno milleſimo ſexcenteſimo ſexto, & die trigeſima Octobris fuit de nouo, accedente conſenſu dicti Joachimi aui, medio dicti Franciſci patris, per Commiſſarium ab Illuſtriſſimo Vicelegato deputatum, miſſus in realem & actualem poſſeſſionem d. loci, & tanquam Dominus & legitimus poſſeſſor Judicem Bajulum, Procuratorem, & Graffarium & alios Officiarios fecit, & creauit.

Tandem d. Joachimus auus ab humanis deceſſit de anno milleſimo ſexcenteſimo ſexto, & die quinta Nouembris, qui antè, ſcilicet, de anno milleſimo ſexcenteſimo quinto & die vigeſima quarta Iulij, ſuum vltimum

mum condiderat teſtamentum, quo ſuum hæredem
vniuerſalem inſtituerat dictum Ioachimum ex filia
nepotem, & ſibi ex parte patris agnatum. Dictus Fran-
ciſcus nomine d. Ioachimi filij coram Illuſtriſſimo Vi-
celegato hæreditatem acceptauit cum beneficio legis,
& inuentarij, citra tamen præjudicium dictæ donatio-
nis, & inuentarium intra tempora à jure præſtituta per-
fecit.

Nunc verò d. Dominus Antonius ſe aſſerens proxi-
miorem maſculum mouit litem in poſſeſſorio ex *l. vlt.
C. de edict. diui Adr. tollen.* & quatenus ei locus non eſ-
ſet in petitorio contra d. Ioachimum, ſeu Franciſcum
ejus patrem, tanquam perſonæ, & bonorum d. Joachi-
mi adminiſtratorem; & relicta primogenitura juris
Francorum, quòd videat per eam filiam primogeniti
admiſſi excludere patruum, aſſerit primogenituram
maſculinam perpetuam, etiam quâ filiæ vltimò defun-
cti excludantur, per remotiores maſculos, eſſe in d.
Caſtronouo inductam; eamque probare intendit ex
dictis atteſtationibus, nec non quadam prætenſa Ro-
tæ deciſione, & d. ſecunda tranſactione.

Dictus verò Franciſcus, nomine filij, duobus modis
ſe defendit: Vno, quia dictus Antonius non probauit
intentionem ſuam, & actore non probante reus ſit ab-
ſoluendus: imò ex actis per d. Dominum Antonium
productis de non jure ipſius, quod magis eſt, conſtat.
Altero, ex abundanti, quo clarè demonſtrat jus filij ſui,
& ad eum ſolum d. Caſtrum pertinere. Quod tamen
primo loco proponit, vt ſtatim de jure ſuo doceat, &
clariùs de defectu probationis d. Domini Antonij pa-
teat, omniaque fusè in articulis deduxit, & edocto de
jure ſuo, omnibus quæ pro parte aduerſa adducuntur
fuſiſſimè, & ſufficientiſſimè reſpondit. Et quidem qua-
tenus articuli in facto conſiſtunt, eos probatos eſſe per
documẽta in hac cauſa producta, & alios modos, con-
ſtat ex ſcriptura qua d. documenta deſignantur, quibus
omnes & ſinguli articuli, juxta illorum ordinem, pro-
grediendo in facto, veriſſimè demonſtrantur.

Nunc verò de jure ex facto reſultante diſſerendum
eſt. Et primùm quidem de poſſeſſorio, etſi de eo non
videatur adeſſe vllum omnino dubium, nec vllus diſ-
putationi relictus locus. Tum de petitorio; quod, etſi
clarum ſit in fauorem d. Domini Frãciſci, nomine quo
procedit; tamen ex infrà dicendis clariſſimum appa-
rebit.

Ac primum quidem quoad poſſeſſorium attinet, ex
l. vlt. C. de edicto diui Adriani tollend. Reſpondetur pri-
2 mò † remedium *d. l. fin.* nullo modo hoc caſu compe-
tere poſſe; quia illud non datur, niſi ei qui ex teſtamen-
to clarè vocatur vt *in d. l. fin.* omnes ſecurè fatentur, &
in ſpecie Alex. *num.* 22. Jaſon *n.* 23. Dec. *n.* 39. Sapia *nu.* 8.
Calderi *conſ.* 36. *tit. de teſtam.* Gozad. *conſ.* 7. *n.* 15. Rol. à
Valle *conſ.* 1. *n.* 5. *l.* 1. Menoch *adipiſcenda remed.* 4. *n.* 56. &
n. 86. vbi duo copulatiuè requirit, ſcripturam, & teſta-
3 mentum. † Ideoque denegatur venienti ab inteſtato;
Menoch *d. loco nu.* 64. Achil. Perſon. *de adipiſc. n.* 523. *in
fin.* Molin. *de primog. l.* 3. *c.* 13. *n.* 44. Imò, dato quòd ſint
examinati teſtes ſuper ſucceſſione inteſtati, & ex illis
conſtet, petenti ſe immitti in poſſeſſionem, debitam
eſſe ſucceſſionem: nihilominus hoc remedium dene-
gatur, Menoch *d. loco n.* 85. & 86. & *ſeqq.* etſi confeſſio
aduerſarij concurreret, & per eam de ſucceſſione con-
4 ſtaret, Menoch. *ibid. n.* 87. † Hinc etiam dicitur, dictum
remedium non habere locum in codicillis; Sapia *d. lo-
co n.* 12. † Quinimo etſi teſtamento vocatus eſſet, ſi ta-
men hæres totius, vel quotæ partis hæreditatis non ſit,
dictum remedium ei non datur, & hæredi inſtituto in
re certa denegatur, cùm ei datus eſt hæres vniuerſalis,
qui hæreditatem adiuit, Menoch. *d. loc. n.* 132. At verò
primogenitura prætenſa, non teſtamento, ſed præſcri-
ptione patre d. Antonij dicitur inducta; &, quod con-
ſideratione dignum eſt, non vniuerſaliter totius, vel
quotæ † hæreditatis alicujus, ſed rei certæ, ſcilicet Ca- 6
ſtrinoui: Dominos autem d. Caſtrinoui hæredes ha-
buiſſe vniuerſales certum eſt. Et in terminis Majora-
tus non eſſe locum *d. l. fin.* modò ne de Majoratu to-
tius, vel quotæ partis per teſtamentum clarè conſtet,
docent Aueud. *ad ll. Tauri l.* 45. *gloſſ.* 8. *n.* 1. & 2. & Molina
lib. 3. *c.* 13. *n.* 50. 51. *per totum*; qui dant quidem remedium
poſſeſſorium ei, qui ex Majoratu etiam aliter quàm
ex teſtamento probato nititur; ex vi ſcilicet conſtitu-
tionis Regiæ in Hiſpania promulgatæ: ſed jure com-
muni, & nominatim *d. l. fin.* remedium negant. Et quod
magis eſt, etſi verſaremur in fideicommiſſario totius,
vel quotæ partis hæreditatis (quod tamen non eſt; i-
mò d. Dominus Anton. rei certæ ſc. d. loci Caſtrinoui,
vel Majoratum, vel fideicommiſſum prętendit) tamen
d. remedium *l. fin.* ei negaretur, cùm † neque verbo, ne- 7
que re facta ſit eidẽ Antonio reſtitutio fideicommiſſi,
Menoch. *de adipiſcen. remed.* 4. *n.* 166. poſt Barb. *in d. l.
fin. n.* 9. & alios per eum relatos; nec ſimus in caſibus in
quibus reſtitutio fit ipſo jure, Menoch *ibid. n.* 199. nec
d. Caſtrum in tertium alienatum ſit, Menoch. *d. loco n.*
203. Sed non eſt in his inſiſtendum, cum agatur de re
certa, vt ſuprà dictum eſt, quę prætenditur aliter quàm
per teſtamentum, ſc. per præſcriptionem Majoratui,
vel fideicommiſſo ſubjecta.

Secundò reſpõdeo, nec *d. l. fin.* nec vllũm alium † re- 8
medium poſſeſſorium dari de jure cõmuni ei qui Ma-
joratum etiam feudalem ex præſcriptione inſtitutum
prætendit, vt dicti Aueod. & Molin. dictis locis ſatis o-
ſtendunt; nec dicendum eſt, ex natura feudi d. Domi-
num tanquam agnatum mittendum in poſſeſſionem
ex *c.* 1. §. *inter filiam ſi de feud. fuerit contr. inter Dominum
& Agnatum.* Nam tantum abeſt, vt eo ſe juuare poſſit
agnatus, quin potiùs eſt remedium quod datur filiæ
contra agnatum, quæ mittẽda eſt in poſſeſſionem con-
tra agnatum, Oſaſc. *deciſ.* 23. *n.* 36. Sapia *d. l. fin. nu.* 92. &
ſeq. & infrà latiùs dicetur: prætetquam quod non eſt
hic quærendum de jure feudali, cùm feuda in hac pa-
tria, & omnibus prouincijs cis Alpes exiſtentibus, ſint
redacta ad inſtar patrimoniorum, & nulla habeatur ra-
tio juris feudalis, ſed cõmunis, vt fusè infrà docebitur.

Tertiò, dato jam, & non conceſſo, aliquod † reme- 9
dium poſſeſſorium competere, & aliquam legem ſimi-
lem l. Hiſpaniæ remedium poſſeſſorium danti in hac
patria latam eſſe, & obſeruari; quod tamen verum non
eſt; nihilominus hoc caſu non poſſet competere, quia
quamuis ex vi illius leg. Hiſpaniæ, quæ admodum pri-
uilegiata, & executiua eſt, remedium poſſeſſorium de-
tur, etſi Majoratus non ex ſcriptura, ſed ex conſuetu-
dine tantùm antiquiſſima, vel præſcriptione conſtet,
quia ſcilicet jus ex vi *d. l. Hiſpaniæ*, non ex ſcriptura &
teſtamento, ſicut *l. fin.* ſed ex natura rei, de qua agitur;
ab eſſentia ſcilicet ipſiuſmet Majoratus manat, & in
ea fundatur: tamen hoc caſu non eſſet dandum, quia
ſolummodo habet locum quando non dubitaretur de
ſubſtantia Majoratus, ſed alia ratione certaretur circa
poſſeſſionis tranſlationem, quod ſi impugnetur Majo-
ratus, & dicatur bona non ſubjecta illi, tunc ceſſat re-
medium illius leg. Hiſpaniæ, & priùs decidendum, an
bona ſint Majoratui ſubjecta, vt in terminis docent
Ioan. Lopes de Palatio Ruuios *ad d. l.* 45. *Tauri n.* 1. A-
uend. *ad d. l.* 45. *gloſſ.* 8. *n.* 7. Moli *d. c.* 13. *n.* 51. *circa fin. verſ.
idque verum mihi videtur.* At verò hoc caſu nedum du-
bitatur an d. Caſtrumnouum ſit ſubditum Majoratui
& expreſſè negatur: Imò conſtat non eſſe ſubditum.

Quartò reſpondetur, dãdo aliquod remedium poſ-

10 ſeſſorium competere, non concedendo, vt reuera concedi non poteſt; hoc remedium cauſam proprietaris haberet admixtam, vt docet Auend. *in d. l. 45. gloſ. 5. nu.*
11 *3. & gloſ. 7. nu. 3.* Moli. *d. c. 13. n. 9. cum ſeq.* † (Pleraque enim ſunt ioterdicta quæ proprietatis cauſam mixtam habent *l. 2. §. quædam ff. de interd. l. 3. §. hoc autem ff. de itin. actúque priua.* & vtrobique ſcribentes, Alexand. *in l. naturaliter, §. nihil commune n. 76. cum ſeqq. ff. de acquir. poſſeſſ.*) Idque ratione inuincibili docetur, quia quoties remedium ab aliqua lege poſſeſſorium pro Majoratu datur, omnes DD. requirunt neceſſariò, vt de jure ejus doceatur, & ſic vt proprietatis cauſa admiſceatur, & nomioatim d. Auend. *d. gloſ. 5. & 7. n. 3.* Idque longe magis hoc caſu quo controuerſia eſt inter collateralem remotiorem, & filiam vltimò defuncti; imò etiam potem ex eacúmque agnatum, quo caſu neceſſariò de proprietate, & jure particulari Majoratus, (præſuppoſito, & non concesso conſtare verè de Majoratu) diſcutiendum eſt, & videndum, an talis ſit Majoratus, per quem fœmina excludatur, per remotiorem maſculum: an verò ordioarius Majoratus, quo abſque dubio fœmina excludit tranſuerſalem, Moli. *d. c. 13. n. 22.*
12 & ſuper eo pronuntiandum, † ideoque à ſententia ſuper hujuſmodi poſſeſſorio loco appellari poſſet, Moli. *d. c. 13. n. 17.* poſt Bald. *conſ. 330. lib. 1.* appellatioque interpoſita haberet de jure commoni effectum ſuſpenſiuum, nedum deuolutiuum, niſi aliter conſtitutione hujuſmodi remedium poſſeſſorium dante cautum eſſet, Moli. *d. c. 13. n. 19.*

Quintò, quia poſito rurſus, & nō concesso, aliquod
13 remedium poſſeſſoriū dari † ex parte d. Domini Francisci, eſſet remedium manutenendæ in quo admittitur articulus proprietatis, Dec. *conſ. 162. n. 2. verſ. ſecūdò poſſeſſorium retinendæ*, poſt multos; quos refert. Ex parte verò d. Domini Antonij eſſet adipiſcendæ, quod non excludit exceptionem proprietatis, Roland. à Valle *conſ. 7. n. 25. & 26. lib. 1.* Et in fortioribus terminis etiam ſi eſſemus in terminis remedij recuperandæ, & eſſet ſpoliatus is qui eo experiretur, nihilominus duobus concurrentibus, ſcilicet ſi conſtaret de non jure ſpo-
14 liati, & † jure ſpoliantis, ſuccumbere debet actor. *c. ad decimas*, vbi Gemin. & Franc. *de reſtit. ſpoliat. in 6. gloſſ.* & Abb. *in c. ex parte eodem tit. in antiq.* quod procedit ſecundùm Bald. *in l. requirendi in fin. C. de ſeru. fugit.* ſi talis ſpoliator offerat ſe incontinenti edocturum de jure Dominij, Butri. *in c. 2. de ord. cognit.* Socin. ſen. *in l. rem quæ nobis ff. de acquir. poſſeſſ.* vbi diſtinguit ex mente Bellamer. *dec. 36.* quòd aut conuentus opponit de non jure agentis, & non ſufficit, aut etiam opponit de jure ſuo, & ſic de exceptione Dominij, quod incontinenti ſe offert probaturum, & tunc denegatur reſtitutio; faciunt not. per Bero. *q. 3. n. 6.* Cranet *conſ. 297. col. 5. & conſil. 502. n. 5. cum ſeq.* In noſtro verò caſu, de vtroque ſcilicet, & non jure agentis, & jure conuenti, ex actis conſtat, & ſic quodcunque poſſeſſorium daretur, cùm tamē nullum detur, proprietatis cauſa, & admitti & præ-
15 ualere debet. † Confirmantur hæc, quia quoties petitorium abſorbet poſſeſſorium, non habetur ratio poſſeſſionj: imò, quod magis eſt, etſi ferretur ſententia in fauorem actoris in poſſeſſorio, & talis eſſet quæ de ſui natura deberet executiooi mandari, & eadem ſententia pronunciaretur in fauorem rei in petitorio à qua appellatum eſſet parte actoris, quæ appellatio abſque dubio ſuſpendit d. ſententiam in petitorio: nihilominus hoc caſu ſententia in poſſeſſorio lata ſuſpenditur, Alexand. *conſ. 76. in princ. verſ. & ad hoc oſtendendum, lib. 2. & conſ. 45. in princ. lib. 3.* nam poſſeſſorium confunditur ex ſententia in petitorio, Alex. *conſ. 159. n. 2. lib. 2.* faciunt not. per Caſſad. *dec. 7. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.*

Oldrad. *conſ. 274. n. 4. verſ. præterea nónne teſtes.* † Imò 16
ſi cumulatum ſit petitorium cum poſſeſſorio, & actor in poſſeſſorio probauit meliùs, reus verò in petitorio, debet Judex ſolùm quoad expenſas in poſſeſſorio condemnare reum, non autem ad reſtitutionem poſſeſſionis; imò pro reo debet pronunciare per *l. dolo facit ff. de dol. except.* Alexan. *d. conſ. 159. in princ. nu. 2. verſ. ſecundo, lib. 5. & d. conſ. 45. lib. 3.* Nam petitorium ſemper præfertur poſſeſſorio, quando ſuper vtroque fuit pronunciatum, Alexan. *conſ. 118. n. 11. verſ. ſed circa factum, lib. 2.*

Poſtremò, vbi aliquod competeret remedium poſſeſſionis adipiſcendæ ratione feudi, etiam circumſcripta conſuetudine, qua feuda ſunt redacta ad inſtar patrimoniorum, & caſu quo d. Ioachimus non eſſet in poſſeſſione, qui tamen eſt; id d. Ioachimo, & non d. Domino Antonio competeret; etiam dato quòd ageretur de ipſamet filia. Nam cùm † controuerſia eſt in- 17
ter filiam & agnatum, filiam debere mitti in poſſeſſionem Doctores communiter firmant, per *cap. 1. §. inter filiam ſi de feud. defunct. controuerſ. ſit inter Dominum & agnatum*, Ioannes Andreæ *in add. ad Speculat. in tit. de teſtam. §. ſequitur 3. in fin. in verb. perſonam in fin.* Bald. *in d. cap. 1. verſ. vel dic quarto, de controuer. inter maſc. & fœm.* Præpoſi. *in d. cap. 1.* Iaſ. *in l. vlt. num. 7. C. de edicto diui Adrian. toll.* Alexan. *ibid. n. 5. in fin. & n. 30. in fin.* Curt. jun. *in tract. de feud. in 3. part. q. 21. nu. 23. & conſ. 108. nu. 14.* Gaiſon *de fœmin. ad feud. admitten. vel non. limit. 26.* vbi aſſerit hanc eſſe receptiſſimam ſententiam. Rol. à Val. *conſ. 1. lib. 1.* qui loquitur in ſucceſſione ab inteſtato; ſed tunc implorandum eſt officium Iudicis, *lib. 1.* Raudēſ. *de Analog. cap. 36. n. 81.* Ioan. Paul Balzaran *lib. 2. de feud. tit. ſi de feud. defunct. milit. 26. cap. 1. n. 9. & 13. & §. defuncto n. 13.* Freccia, *de formu. inueſt. lib. 3. differentia inter feuda ex pacto, &c. verſ. ſeptimò.* Moli. *de primogen. lib. 3. cap. 4. n. 41.* Conſtant. Capriol. *tract. de ſucceſſ. ab inteſt. lib. 1. n. 477.* Duennas *regul. 308. limit. 8.* Porti. *conſ. 5. n. 17.* Viui. *in ſylua opinio. comm. opin. 353. n. 3.* idem Viui. *dec. 420. n. 2.* Ioan. Franc. de Pōte *conſ. 20. n. 5. & 8.* Baro Schench. *in d. cap. inter filiam.* Hartman. Piſtoris *lib. 2. quæſt. in poſter. part. q. 39. n. 2. cum ſeqq.* qui non ſolùm id in filia, vel etiam in ſorore, & in aliis fœminis in proximo ſuccedendi gradu lineæ tranſuerſalis conſtitutis procedere contendit poſt Gozadin. *conſ. 7. nu. 11.* Socin. jun. *conſ. 75. n. 29. lib. 1.* Menoch. *de adipiſcen. poſſeſſ. remed. 4. n. 378* Equinarius etiam Baro, in *d. §. inter filiam*, eſt ejuſdem ſententiæ; Burſar. *conſ. 89. n. 30. lib. 1.* qui de eo non eſſe dubium reſpondit. Schouer. *diſput. feudal. lib. 2. diſp. 1. cap. 47.* Wulteius *cap. 9. nu. 50. lib. 1. & cap. 1. n. 24. lib. 2.* Weſemb. *conſ. 1. n. 36.*

† Quæ quidem ſententia non ſolùm procedit quā- 18
do filia negat rem feudalem, & aſſerit allodialem; ſed etiam vbi conſtaret omnino rem eſſe feudalem, ſed contendit ſe, vel ex natura feudi, vel ex pacto, vel ex conſuetudine ſuccedere poſſe. Dec. *conſ. 390. n. 9. conſil. 424. per tot.* maximè *n. 11.* qui loquitur in ſorore, & ab inteſtato, idem Dec. in filia ex teſtamento *conſ. 467. nu. 9. cum ſeqq. & conſ. 498 nu. 3. cum ſeqq.* vbi Apoſtillator id ampliat, etſi per conſuetudinem, vel ſtatutum poſſeſſio feudorum ipſo jure trāsferatur in agnatos vel maſculos, quia interim filia non ſolùm ſequeſtrum impedire, ſed etiam fiduciariam poſſeſſionem obtinere poterit in interdicto vti poſſidetis. Idem Dec. *conſil. 588. n. 9. cum ſeqq.* vbi de ſorore, & aſſerit ita deciſum Neapoli, *deciſ. 119.* Brun. *conſil. 1.* Ioan. Campeg. *conſil. 2. inter conſil. Bruni.* Afflict. *d. deciſ. 119.* vbi De Ursillis ſequitur ſupradictam ampliationem Apoſtillatoris ad Decium; Aluaro. *in d. cap. 1. §. inter filiam n. 4.* Rol. à Valle *conſ. 1. n. 65. cum ſeqq. lib. 1. & conſ. 2. per tot.* maximè *n. 26.* vbi aſſerit communem, *lib. 3.* & allegat Beroum *conſ. 58. in fin. vol. 2.*

vol.2.& conſ.68.in princ.& conſ.176.nu.31.eod. & conſ.45.
n.19.lib.3.Garzon de fœmin.ad feud.admitt.vel non limit.
16.qui hanc ſententiam dicit receptiſſimam. Curt.jun.
qui teſtatur de communi,conſ.41.n.5.& 21. & loquitur
etiam in ſucceſſione ab inteſtato. Oſaſc.dec.23.maximè
n.36.vbi id aſſerit etſi agnatus poſſideat,Ruin.conſ.18.
n.20.lib.1.Pariſ.conſ.23.nu.89.lib.1. Palaes in tract. Maio-
rat.part.3.nu.6.tractatum tom.10.part.1.fol.452. Goza-
din.conſ.7. Menoch.communem aſſerens de adipiſcen.
poſſeſſ.rem.4.n.375.& 379.& conſil.180.n.31.& 52. Socin.
jun.conſil.75.n.26.& 30.lib.1. Bellonos conſil.10.num.1.
Tiraquel.in tract. le mort ſaiſit le vif 4.part.5.declara.n.
21.Achill.Perſonal in tract. de adipiſc.poſſeſſ.n.104. An-
na ſingular.535.Capit.in tit.inueſtit.feud.verſ.feuda bonorum
appellatione verſ.ex edicto. Intrigol de feud.cent.2.art.2.
n.320.Bammac.d.tit.ſi de feud.defuncti cap.1.n.18. Viui.
dec 409.n.5.Ioan.Fran.de Ponte conſ.21.mortuo Comite.
Alcia.conſ.3.n.6.& conſ.172.in princ.& conſ.199 in fin &
conſ.257.in princ.lib.3.Cephal.conſ.30.n.14.cum ſeqq.Grat.
reſp.10.lib.1. qui videndus ad probationem, quatenus
hæres jam ſit in poſſeſſione. Hartman. Piſtoris lib.2.
quæſt.iuris part.2.quæſt.39.qui quamuis, verim ingenij
demonſtraret, contrariam ſententiam tueatur, tamen
hanc noſtram communem eſſe abſque dubio, & ab ea
nullo modo recedendum in judicando diſertè profite-
tur n.34.pluteſque ex ſupra narratis profert hujus ſen-
tentiæ Doctores; Plotus in l.ſi quando nu.171.C.vnde vi.
Crauett.conſ.322.n.6.vol.3.Idem Crauet.conſ.704.nu 6.
vol.4. Weſemb. conſ.1.nu.36.39.& 62.qui tamen in ſuo
caſu contrarium conſulit, quia filia fatebatur feudum
maſculinum,&agnatus erat in poſſeſſione; Wulteius
cap 9.n 60.lib.1.& cap.1.n.24.lib.2.Schonec. diſput feud.
lib.2.diſput.1.cap.47.Et in terminis Majoratus feudalis
filiam mittendam in poſſeſſionem docent Joan. Gu-
tiet.pract.quæſt.lib.2 q.87.n.6.Molin.lib.3.c.4.n.41.Bur-
goſ.à Paz.conſ.29.in fin.

Probatur hæc ſententia ex cap.1.§.defuncto ſi de feud.
defun.ſit controuerſia inter Dominum,& Agnatum, vbi
filia manere debet in poſſeſſ.feudi donec de eo judice-
tur, & ſic præſupponit eſſe feudum: & ratio illius cla-
19 ta eſt, † quia cùm fœmina non ſit omnino feudorum
incapax (etſi enim ſexus fœmineus ad ſucceſſionem
feudalium ſimpliciter non ſit vocatus, non tamen ſuit
omnino inhabilis declaratus,imò habilis,quando feu-
dum ita conceditur vt filiæ ſuccedant § filia verò de ſuc-
ceſſ.feud.cap.1.de feud.fœmin. vel quando feudum eſt
fœmineum, & prima inueſtita fœmina fuit, vel quan-
do ex conſuetudine recipiuntur, vt in Gallia, & aliis
pleriſque modis de quibus Roman.conſ.367.circa pri-
mum conſultationis articulum nu.12.Hartman d.lib.2.
part.2.q.34.) ſequitur eam in poſſeſſorio obtinere de-
bere. Exceptiones enim quæ contra eam proponi poſ-
ſent, tanquam altiorem indaginem requirentes ad pe-
titorium rejiciendæ ſunt, cùm poſſit dari caſus,quo in
petitorio fœmina obtinere poſſit; quæ ratio ſolet ad
communem opinionem dari,Bammac. d.tit.ſi de feud.
defunct.cap.ſi de feudo n.18.19.20.& 21.juncto nu.33. quæ
quamuis d. Bamma. non placeat, communem tamen
ſententiam veram contendit, & ſequitur,illique altam
rationem nu 23. aſſignat; nimirum quia de jure com-
muni feudorum nihil ſcriptum habemus,neque ſtatu-
tum an ſcriptus hæres in teſtamento debeat in poſſeſ-
20 ſorio obtinere, dum ſuper petitorio iudicetur: † ergo
recurrimus ad jus Romanum cap.1.de feud.cognitio. &
21 ſic ad Adriani edictum,& † meritò text.in d.l.fin.C.de
edict.diui Adrian. habet locum in feudis glo. & Iſern.
in d.tit.ſi de feud.defun.cont. Afflict. ibidem in fine & ſu-
ſius deciſ.119.Ioan.Andr. ad Speculat.de teſtam.§.ſuper.in
fin.additionis;Capic.in l.Imperialem col.47. Curt.tertia
part.q.21.& conſ.41.nu 5.& 6. & alij quos in magna ca-
terua recenſet, & ſequitur Bammac.d.c.1.ſi de feud.de-
fun. Nec obſtat textus,inquit Bammac.n.24.in cap.1.de
ſucceſſ.feud.ibi, nulla ordinatione defuncti manente, vel
valente, quia textus ille in petitorio loquitur, allegat-
que Camerarium in l.imperialem de prohib.alien per Fri-
deri.fol.24.col.2. Nec etiam obſtat regula do'o facit &c.
& l.ita quo vt in poſſeſſ.legato. quia ſcilicet procedunt e-
tiam in petitorio; in poſſeſſorio enim ſufficit teſta-
menti non cancellati neque vitiati productio, Bam-
mac d.loco nu.24.in fin. † Atque hæc ſententia abſque 22
dubio procedit in feudo hæreditario, Afflict.d.deciſio.
119.Marin.l.3 de ſubfeud.13.differen.de feud. hæreditarijs à
feudis ex pacto. De Ponte d.conſ.20.& 62.n.18.& 19. Al-
ciat reſponſ.297.n.6.verſ.tertio principaliter,Bammac.d.
loc.n.35. quale eſt noſtrum, & in quo teſtator diſpoſuit,
vt diſponere potuit, vt infrà docebimus. † Sed etſi 23
non conſtaret eſſe hæreditarium, ſuperior ſententia
procederet, etiam agnatus eſſet in poſſeſſione: etſi e-
nim aliqui in hoc contrarium teneant,tamen hanc eſ-
ſe communem opinionē docet Viui poſt multos quos
refert d Dec.309 n.23.& ita in ſuo caſu fuit judicatum,
& vltra eos Oſaſc.dec.23.& 36. † Quæ omnia longè 24
magis procedūt in hoc caſu, quo jam reperitur in poſ-
ſeſſione; in qua debet conſeruari,& manuteneri, nam
cui damus actionē &c. ita formaliter arguit Ruin.conſ.
18.n 20.lib.1.Dec.con.475.n.4. Pariſ.conſ.23.n.90.lib.1.&
cōſ.60.n.2.lib.3.Ceph.conſ.30.n.17. Rol.conſ.2.n.31.lib.3.
& malè Menoc.remed.4.de adip.poſſ.n.377. contrariū e-
xiſtimaſſe aſſerit Bammac.d.loc.n.34. quæ ſi procedunt
aduerſus agnatū, vt non poſſit impedire quominus fi-
lia mittatur in poſſeſſionem; † multò magis habebunt 25
locum ſi inter Dominum, id eſt Fiſcum, & filiam con-
trouerſia eſſet, vt nimirum ſi Fiſcus non poſſit impedi-
re miſſionem in poſſeſſionem; filiæ multò minùs vt in
ea conſeruetur, & manuteneatur: nam cùm agnatus
in cauſa poſſeſſorij Dominum vincat,Brun.conſ.1.DD.
de rubr.ſi de feud.defunct.milit.cap.1.& maximè Bammac.
& filia vincat agnatum in d.cauſa poſſeſſorij, vt ſuprà
dictum eſt, multò magis filia Fiſcum vincet, per regu-
lam Si vinco vincētem te,&c.& DD.ſuprà allegati eam
ſententiam firmant,& diſertiſſimè probatur ex cap.1.§.
defuncto ſi controu.ſit inter Domin & agnat. inter quos
maximè videndi ſunt Garzon.de fœmin.ad feud.admitt.
limit.16.Balzar.d tit.ſi de feud.defunct.c.1.n.13.& cap.de-
functo n.22. Alciat.conſ.3.n 6.lib.3.

Nec obſtat ſi dicatur hujuſmodi ſententiam non
procedere vbi agnatus eſt paratus incontinenti proba-
re de jure ſuo. Nam præterquam quod hujuſmodi li-
mitatio non eſt omnino certa: multi enim contradi-
cunt, vt Zuccat.l.fi.n.nu.486.C.de edict.diui Adr.tollen.
Gozad.conſ.7.n.13.Pariſ.conſ.22.n.65.lib.1. † Ea procedit 26
tribus concurrentibus ex Rol.à Valle d.conſ.1.nu.71. &
Socin.jun.conſ.75 n.18.lib.1. Primum,vt poſſideat, ſecus
ſi non poſſideat, hancque communem opinionem eſ-
ſe aſſerit Dec.conſ.218.nu.2.Secundum,quòd bona fide
poſſideat. Tertium, vt incontinenti doceat de jure
ſuo, quod quidem ita extendendum eſt,non ſolùm vt
doceat ſe admittendum, ſed bona feudalia eſſe talis
qualitatis, quæ à fœminis poſſideri non poſſint, quæ o-
mnia hîc deficiunt,cum d.Dominus Ioachimus poſſi-
deat jam, nec quæratur de eo in poſſeſſionem mitten-
do,& tantum abeſt, vt incontinenti d.Dominus Anto-
nius de jure ſuo docere poſſit, quin potius conſtat de
ejus non jure, & jure d.Domini Joachimi, vt patet ex
ſequentibus. Quæ corroborantur ex eo quòd etſi non
conſtaret de non jure d. Domini Antonij, & de jure d.
Franciſci ſeu Joachimi, nec is eſſet in poſſeſſione; ta-
men d. Antonius, † cùm non ſit nominatus in docu- 27

mentis quibus vult probare intentionem ſuam, non
dicitur incontinenti probare ex Rol. à Vall. *d. conſ. 1. nu.*
74. & conſ. 2. n. 41. nam ſi per interpretationem velit vt
faciat ejus intentionem probare, talis probatio non eſt
admittenda in judicio poſſeſſorio, Dec. *conſ. 424. n. 19.*
& conſ. 467. n. 12. & 13. & conſ. 588. n. 12. Gozad. *conſ. 7. num.*
21. Socin. *d. conſ. 75. n. 19.* Rolan. vbi ſuprà. Confirmatur
hoc rurſus, quia ſi quid Dominus Antonius ex ſuis do-
cumentis aſſerit, id negat d. Dominus Franciſcus, mul-
taque affert ex quibus d. Ioachimum, imò ipſius ma-
trem d. Franciſci vxorem, filiam defuncti capacem, &
ſuccedere debere contendit, ex quo (poſito, & non
conceſſo, quod de non jure d. Antonij & de jure d.
Franciſci non conſtaret) res redditur dubia, & altio-
rem indaginem requirit, & propterea petitorio judi-
cio definienda eſt, Socin. *d. conſ. 75. n. 19. cum ſeqq.* Viui.
dec. 409. n. 18. & 20. lib. 3. variiſque aliis modis illi exce-
ptioni de probatione incontinenti facienda reſpon-
deri poteſt ex Socin. jun. Rolan. & Viuio ſuprà citatis,
ſed ei quod diximus filiam contra agnatum in poſſeſ-
ſorio obtinere debere, obſtat limitatio, quam aliqui
afferunt, vt non procedat in feudo eccleſiaſtico quaſi
ad id filia non ſit mittenda in poſſeſſionem, quod ſim-
pliciter propoſuerunt articulum non diſcutiẽdo, Me-
noch. *de adipiſc. poſſeſſ. remed. 4. n. 382.* Rolan. à Val. *dict.*
conſ. 48. n. 51. lib. 4. Intrig. *d. cent. 2. art. 2. nu. 339.* ſequentes
28 Jaſon. *conſ. 152. lib. 4.* qui propterea ſecundum eum, † &
in terminis, in quibus loquitur Jaſon, intelligẽdi ſunt:
nam quoad Garzon. *d. tract. de fœmin. ad feud. admitt. li-*
mit. 19. n. 126. tantum abeſt vt idem aſſerat, vt ex ipſius
dictis contrarium communicatur. Viuius verò *d. deciſ.*
409. n. 17. nihil firmat, ſed ſatis ſibi eſt, vt dicat abjectio-
nem de feudo eccleſiaſtico non procedere in ſuo caſu,
& vtcunque id firmaret ſecundum Jaſonem quem al-
legat, intelligendus eſt, ſicut & Rolan. & Menoch. Ja-
ſon verò nihil nocet, loquitur enim in longè diuerſis
terminis, quærit ſi ſtatuto caueretur vt poſſeſſio defun-
cti continuetur in hæredem abſque vlla apprehenſione,
an haberet locum in feudalibus, & an in filiam de qua
conſulebat, poſſeſſio feudalium cenſeretur continua-
ta: & reſpondet non cenſeri: generalis enim ea diſpoſi-
tio non procedit in feudalibus, quia ſcilicet feudata-
rius tantum naturaliter poſſidet, & confirmat per va-
ria ſimilia, quæ affert, & quæ longè magis procedere
in ſuo caſu contendit, quia agebatur de feudo eccleſia-
ſtico, decreta autem, & ſtatuta hujuſmodi continuan-
dæ poſſeſſionis defuncti in hæredem per laicos erant
facta, quæ propterea in feudis Eccleſiaſticis locum
non habebant *cap. Eccleſia ſancta Maria de conſtit.* non
igitur hoc ait, nec vnquam illius ea mens fuit, vt reſpõ-
deret filiam non mittendam in poſſeſſionem feudi Ec-
cleſiaſtici, ſed ſolùm in eam non cenſeri continuatam
poſſeſſionem ex vi decreti per laicos conditi, imò di-
ſertis verbis filiam mittendam, ſi id peteret, non au-
tem in ſe continuatam contenderet, docet, noſtram-
que ſententiam firmat *in verſ. & notabilius.* Et planè
ita res ſe habet, vt quoad miſſionem in poſſeſſionem
in fauorem filiæ nulla ſit differentia conſtituenda in-
ter feudum Eccleſiaſticum, & ſeculare, nec vlla tatm
diſcriminis inter ea feuda afferri poteſt, & propterea
DD. ſuprà allegati generaliter, & indiſtinctè loquun-
tur, vt de quocunque feudo agatur, filia ſit mittẽda in
poſſeſſionem. Quod, & ſatis clarè, ſenſit Jaſon circun-
ſcripto dicto decreto laicorum *in verſ. Primum patet*
quia de jure communi, &c. qui in ſuo caſu plus hoc ha-
buit, quod ex tenore inueſtituræ conſtabat maſculos
tantùm vocari, & planè tam in feudo ſeculari quàm
Eccleſiaſtico vtrobique eadem eſt ratio, fauor teſta-
menti, priuilegium ſummarij poſſeſſorij, & diſpoſitio
d. l. fin. contra quam, cùm jure feudali nihil cautum ſit,
ſequenda eſt, & aliæ rationes ſuprà allegatæ. Quinimò
longè magis ea doctrina de mittenda filia in poſſeſſio-
nem debet procedere in feudo Eccleſiaſtico, quàm ſe-
culari, quia ſi quæ ratio eſſet, cur non eſſe mittenda in
poſſeſſionem Eccleſiaſticorum, ea eſſet, quòd diffici-
lius in eis, quàm in ſecularibus fœmina ſuccedere poſ-
ſit. † Sed contrarium verum eſt, nimirum fœminas in 29
feudis Eccleſiaſticis facilius, quàm in aliis ſuccedere, vt
docent Gregor. *in Syntag. jur. part. 1. lib. 2. tit. 12. n. 6.* Za-
ſius *in tit. de feud. ſucceſſ.* Garzon. *de fœmin. ad feud. &c.*
limit. 19. n. 126. Menoch. *conſ. 65. n. 29. & 30.* Ritterſhu-
ſius *in part. feud. lib. 1. cap. 14. num. 3. fol. 211.* qui ſimpliciter
fœminam in Eccleſiaſtico ſuccedere contendit, Guer.
Piſo *in præluд. feud. cap. 31. num. 19.* poſt Thom. de Mari
lib. 1. tit. 11. de feud. fœmin. n. 23. cum ſeqq. per rationes quas
ipſi afferunt; his adde Andream Hinchen *de veſtitura-*
rum paction. c. 4. n. 38. Ergo facilius fœmina mittenda eſt
in poſſeſſionem feudi Eccleſiaſtici quàm ſecularis. At-
que hæc ſit prima ſolutio ſolida, & vera quæ abſque
dubio ſufficit.

Secundò reſpondeo, Etſi daremus † eam ſenten- 30
tiam veram, quæ omnino eſt falſa, tamen non proce-
deret in noſtro caſu, cùm citra montes, & in hac patria
fœminæ admittantur ad feuda, ſiue ſecularia, ſiue Ec-
cleſiaſtica, quæ vel immediatè à ſummo Pontifice de-
pendent, vel mediatè quidem ab ipſo, ſed immediatè
ab Epiſcopis hujus Comitatus, vt infrà in ſecunda par-
te dicemus. Bertran. *conſ. 137. n. 1. lib. 6.*

Tertiò reſpondeo *d. caſu* eam ſententiam non poſſe
procedere in feudo emptitio, in quo quantumuis Ec-
cleſiaſtico fœmina ſuccedit, Decia. *d. conſ. 58. num. 49. &*
ſeqq. lib. 2. hoc verò eſſe emptitium infrà docebitur.

Quartò, non procederet in feudo conditionato, 31
Menoch. *conſ. 65. per tot.* qui loquitur in feudo merè Ec-
cleſiaſtico.

Quintò, non procederet in feudo quod habetur
pro ſe & ſuis ſucceſſoribus quibuſcunque, Crauet. *d.*
conſ. 256. n. 8. Intrig. *d. art. 2. nu. 173.* in his omnibus feudis
cùm fœminæ admittantur, & potiorem cauſam etiam
in petitorio habituræ ſint, nihil dubij eſt, quin filia
mittenda ſit in poſſeſſionem.

Poſtremò, reſpondetur in terminis, in quibus loqui-
mur, nimirum cùm de ſucceſſione filiæ vel eadem in
poſſeſſionem mittenda aut conſeruanda agitur, hoc
feudum non cenſeri Eccleſiaſticum, ſed ſeculare, &
ſecundùm iura in ſeculari miliitantia hoc judicãdum,
& definiendum eſſe: nam Eccleſiaſticum propriè, &
tantùm in de ſucceſſionis materia, id dicitur quod de
rebus † Eccleſiæ alicui conceſſum eſt, vt docent Joan. 32
Schonetus *diſp. feud. lib. 1. diſp. 1.* & Hen. Boëi. *in diſp.*
ſynopſ. juris feud. contin. cap. 7. Zaſius *in tractat. feudo. 2. in*
5. diuiſ. Ritterſhuſ. *in partitio. feud. 1. part. cap. 4. num. 2.*
Gueri. Piſo *in prælud. feudal. cap. 42. in princ.* qui omnes
vno ore contendunt generaliter ea tantùm feuda Ec-
cleſiaſtica dici, quæ de rebus Eccleſiæ conſtituuntur,
nec attendi quis ea conſtituerit, cuive concedantur,
quæ ſententia probatur *ex cap. 1. Epiſcopum vel Abba-*
tem, & cap. 2. ext. de feud. Nos tamen vt res extra omne
dubium eſſet, maluimus eam ſententiam reſtringere ad
noſtrum caſum, cùm de ſucceſſione, vel miſſione in
poſſeſſionem agitur. Hoc verò noſtrum, de quo agi-
mus, non fuit ab Eccleſia profectum, nec de rebus Ec-
cleſiæ conſtitutum, nunquam enim hoc Caſtrum ad
Eccleſiam pertinuit. Sed cùm à ſeculari, perſonæ ſecu-
lari de re ſeculari conſtitutum, & profectum fuiſſet jus
Domino in vaſallum ad feudum competens in Eccle-
ſiaſticum fuit tranſlatum, neque enim ſummus Ponti-
fex, aut ſedes Apoſtolica d. Caſtrum tanquam eidem

competens

Digitized by Google

competens prædeceſſoribus d. Domini Caſtri noui in feudum conceſſit, ſed ſolum jus & ſuperioritatem ſuper eo ab alio acquiſiuit. primi verò, qui hoc feudum, vel conceſſerunt, vel ſine conceſſione a nobis acquiſiuerunt, ſeculares erant. Ideoque eandem omnino naturam, quam antea habebat, retinuit, & cum d. natura ſuaque cauſa in ſedem Apoſtolicam tranſlatum fuit. Nec obſtat ſi dicatur, ſummum Pontificem, jus & cauſam habere ab Abbate ſancti Guilhelmi de deſertis. eodem enim modo quo ſuprà reſponderor, nimirum d. Abbatem, ſeu prædeceſſores ipſius, id Caſtrum in feudum nonquam conceſſiſſe, ſed à laico id jus ſuper feudo jam conſtituto conſequutum: quod patet ex actis citra, &c. niſi, &c. quibus aduerſa pars nititur. In articulis enim ſuper quibus factæ fuerunt atteſtationes, dicitur hoc feudum à Friderico Imperatore d. Girardo Amici pro ſe, & ſuis hæredibus etiam extraneis conceſſum, quo exiſtente exiſtimandum eſt ſuperioritatem, & jus directi Dominij Abbati ſancti Guilhelmi fuiſſe poſtea donatum. Sed manifeſtè hoc conuincitur ex homagiis dicto Abbati præſtitis, quibus nominatim cauetur dictam ſuperioritatem & directum dominium per Abbatem in alium transferri vel alienari non poſſe: quod non fieret, ſi Abbas aut ejus prædeceſſores hoc caſtrum in feudum conceſſiſſent, imò ex eo apparet, dictam ſuperioritatem & directum dominium ſub ea lege dicto Abbati conceſſum, quod & veriſſimum eſt. Nam veritas ita ſe habet, Guilhelmum le Noir hoc Caſtrum à Saracenis armis conquiſiuiſſe, & morientem monaſterio ſancti Guilhelmi de deſertis in lingua Occitana ſub ea qualitate reliquiſſe, vt ex reliquiis documentorum quæ perierunt, didicimus. Sed quid tandiu circa poſſeſſorium verſamur, cùm nullum d. Domino Antonio ſiue ex *d. l. fin. C. de edict. diui Adrian* ſiue aliúnde remedium poſſeſſorium competere poſſit, vt ſuprà docuimus: & caſu quo aliquod competeret per petitorium abſorberetur ſuper quo admiſſi ſunt articuli, & tacitè ratione poſſeſſorij rejecti, & inſtructus eſt proceſſus, & ſuper eo, & non ſuper poſſeſſorio pronunciandum, ſed & ſecluſo petitorio, ac ſi tantùm poſſeſſorium intentatum fuiſſet ne-dum ex ſuperioribus rationibus in fauorem ipſiusmet filiæ ſi de ea ageretur: ſed attenta conſuetudine omnium prouinciarum cis Alpes conſtitutarum, quæ feuda ſunt redacta ad inſtar patrimoniorum, & quod plus eſt, quia de jure Francorum antiquiſſimo filia feudorum eſt capax ad excluſionem maſculorum alterius gradus, & lineæ, abſque dubio & rectiſſimè eſſet pronunciandum.

Hactenus igitur de poſſeſſorio actum ſit. Nunc verò de Petitorio agamus, ac demonſtremos nullam vnquam primogenituram per dictum Dominum Antonium prætenſam in dicto Caſtro habuiſſe locum, imò ſemper Dominis ejuſdem licuiſſe, & licere de eo liberè tam inter viuos quàm in vltima voluntate in quaſcunque perſonas etiam extraneas diſponere & alienare, ſicut & diſpoſuerunt, & alienarunt, & diſpoſitiones & alienationes effectum habuerunt. Poſtea reſpondebimus iis quæ dictus Dominus Antonius pro probanda ſua intentione affert inſequendo ordinem, & modum in articulis contentum. Ac primùm quidem fundamentum dicti Domini Franciſci deſumitur, & conſiſtit in certiſſima & indubitatiſſima conſuetudine,
34 vſu & obſeruantia, qua feuda in tota,† Gallia, & omnibus Prouinciis citra montes ſitis, & nominatim in hoc Comitatu Venaiſſinò diœceſi Cauallicenſi, & toto ſtatu qui in his partibus ſubeſt etiam in temporalibus ſanctiſſimo Domino noſtro Papæ redacta ſunt ad inſtar patrimoniorum, quoad jus ſuccedendi, & alienandi, ita vt vendi, etiam in extraneos, ac fœminas irrequiſito Domino (dum tamen reſeruetur jus ipſius, quod in poteſtate retinendi re ſoſa pretio vel laudandi laudimiumque accipiendi conſiſtit, & quomodocunque alienari, ac in eis fœminæ ſuccedere tam ex teſtamento quàm ab inteſtato eodem omnino, & pari modo quo maſculi, nullo ſexus diſcrimine habito, poſſint, vt atteſtantur Panorm. *in cap. ſignificauit, num. 3. de reſcript.* Dec. *conſ. 588. nu. 17. & conſ. 614. num. 9. & conſ. 680. num. 8.* Joan. Faber *in tit. de rer. diuiſ. in princip. & in tit. de legit. patron. tutel.* & in authent. *ingreſſi, C. de ſacroſ. Eccleſ.* Bertrand. *conſ. 15. num. 16. lib. 1. poſter.* vbi de generali conſuetudine Galliæ, & nominatim de Delfinatu, *& conſ. 18. num. 14. lib. 2. prior, & conſ. 283. num. 5. lib. 4.* vbi de Prouincia, & locis circumuicinis, & quoad ſucceſſionem redacta eſſe ad inſtar patrimonialium teſtatur idem Bertrandus *conſ. 257. num. 1.* loquens de Comitatu Venaiſſino *lib. 6.* Guido Pap. *q. 59.* loquens de Delfinatu, & tota Gallia, *& q. 133. & quaſt. 297. & q. 230.* Mathæ. ad Guidon. *q. 133.* loquens de Sabaudia, Pedemontio, & tota Gallia. Ranchin. *ad d. Guidon. d. q. 59.* loquens de lingua Occitana, & tota Gallia Ferrerius ad eandem q. 59. loquens de tota Gallia. Boeri. *deciſ. 114. num. 12. & deciſ. 123. nu. 2. & deciſ. 202. nu. 2.* Chaſſan. *conſ. 8. nu. 17. & conſ. 19. n. 11. & conſ. 66. num. 1.* & in conſuetudines Burg. *tit. des fiefs, §. 5. nu. 1. 2. 3. 27. 30. 31. fol. 116.* Grammat. *deciſio. 103. num 117.* Marc. *deciſ. 316 n. 5. & deciſ. 368. nu. 15. 1. part.* Guillel. Bened. *in cap. Raynutius verb. duas habens n. 67. cum ſeqq.* qui atteſtatur de conſuetudine generali vbique citra montes, *& in verb. vxorem nomine Adelaſiam deciſ. 5. in princip.* vbi ait id ſemper ita fuiſſe ſeruatum Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 3. num. 11. & in tract. le mort ſaiſit le vif, 4. part. declar. 5. nu. 25. & de jure primogen. q. 61.* Rol. à Valle *conſ. 2. nu. 19. lib. 1.* Charond *aux obſeruations du droict François verſ. fief pag. 64. & lib. 5. reſponſ. cap. 65.* Duret *aux alliances du droict Romain §. 365.* Chopin. *de doman. Franciæ lib. 3. tit. 7. n. 5.* Cormier *in Codice Henric. lib. 8. tit. 1. cap. 1. n. 5.* Gregor. *in Syntagm. juris, part. 1. lib. 1. tit. 12. n. 6. & cap. 16. n. 4.* Ciriet *de primogenitura concl. 3. q. 11. n. 20. tom. 10. tract. part. 1. fol. 26.* Thom. Marin. *de feud. jur. Francor. tit. 13. num. 6. tom. 10. tract. part. 1. fol. 153.* Cuccbus *in tract. de legit. tit. quæ ſint imputanda n. 7.* Petr. Rebuff. *in declarat. feudor. in princip.* Pet. Jacobi *in pract. tit. de cauſis ex quibus vaſallus 63. n. 10. & 17.* Buguion *aux loix abrogées lib. 1. cap. 29. & lib. 4. cap. 70.* Meinard *aux notables & ſingulieres queſtions du droict eſcrit lib. 4. cap. 30. n. 5. & lib. 5. cap. 63. n. 2.* Equinar. Baro *in lib. feud. tit. 8. §. filia verò, lib. 1.* Jaſ. *in l. de quibus n. 64. ff. de ll.* aſſerens eam conſuetudinem generaliter apud Vltramontanos, qui apud nos Citramontani ſunt ſeruari. Schonet. *in diſp. feudali, lib. 1. diſp. 7. cap. 27.* Rittershuſ. *in partitionibus feuda. lib. 1. cap. 16. n. 3. fol. 236. & lib. 2. cap. 3. nu. 2. fol. 339.* Cujacius *ad tit. 1. lib. 1. & ad tit. 9.* Guerin. Piſo *in prælud. feudor. cap. 31. n. 19.* Anton. Contius *de feud. cap. 10. fol. 179.*

Connan, Duaren., Hotoman. } referente, & eos ſequente Rittersh. *d. lib. 2. cap. 3. num. 2.*

Marin. Freccia *de ſubfeud. Baron. in limitat. tradit. ſup. conſtit. num. 105. fol. 169. & in quaſt. ſup. mater aſſenſus q. 12. num. 19. fol. 169.* Garzias Maſtrill. *deciſ. 86. nu. 4. conſiſtorij regiæ conſcien. regni Siciliæ.*

† Et nominatim filias patri, omnibus agnatis excluſis, ſuccedere in feudis, & generaliter non fieri diſtinctionem inter maſculum & fœminam, quoad ſucceſſionem, fœmináſque non minus, ac maſculos feudorum capaces eſſe atteſtantur Petr. Jacob. *d. tit. 63. nu. 10. & 17.* Steph. Bertrand. *conſ. 15. num. 16. lib. 1. poſter.* Chaſſan. *in conſuet. Burgund. tit. des fiefs. §. 5. num. 40. vſque ad* 35

n.60 fol.117. Guil.Bened.*in d.ca. Raynutius verb.duas ha-*
bens,n.67.cum ſeqq.& in verb.& vxorē nomine Adelaſiā
dec.5.in pr. Bueti.*in conſuet. Bituric.tit.des couſtumes des*
*fiefs,§.7.fol.39.col.1.*Guid.Pap.*q.297.*loquēs de Delphi
natu, *& q.59.* loquens de Delphinatu & tota Gallia,*&*
*q.133.*loquēs de filio & filia.Ranchin.*ad Guid.d.q.59.*lo-
quens de Prou. Occitana,& tota Gallia.Cujac.*in cap.1.*
*tit.vt filia in feudis patern.non ſucced.*Doret *aux alliances*
§.367.verſ.des fiefs,§.5.a.40.vſque ad an.60.fol.117. Cho-
pin.*de Dominio Franciæ lib.3.tit.6.in princ & tit.7.nu.5.*
Buguion *aux loix abrogées lib.4.tit.71.* Equinar.Baro *in*
lib.feudo tit.8.§.filia verò lib.1 Jaſon.*in l.de quibus nu.64.*
*ff.de legib.*Cephal.*conſ.307.n.40.* Surdus *conſ.105. nu.15.*
lib.1. Crauet.*conſ.303.nu.5.* Rittherſ.*in part.feuda lib.1.c.*
*16.n.3.fol.236.*Guerin. Piſo *in præludiis feud. cap.31.n.19.*
36 † Eáſque ſimul cum fratribus ſuccedere contendit
Gregorius *in Syntag juris ,part.1.lib.6.tit.11.n.6.* & qui-
cunque hæredes tam maſculi quàm fœminæ poſſunt
apprehendere poſſeſſionem ſine conſenſu Domini;
dum tamen poſtea intra annum & diem , humagium
præſtent. Duret *aux alliances des loix Romaines §.367.*
37 † Immò etſi feudum haberet patritiatus dignitatem
annexam , quam *pairie* vocant, filia parti ſuccedere
poſſet ,fœminæqne inter patritios ſeu Pares in judiciis
eorum aliàs interuenerunt , & ſuffragium dederunt.
Charond.*aux Pandectes du droict François chap.6. pag.*
156.& cap.21. pag.182. Chopin.*de Doman. Franc.lib.3.*
tit.7.in princ.n.5. Thom.Cormier *in Henr.Cod jur.ciuil.*
*lib.7.tit.8.*Gregor.*in Syntagm.part.1.lib.6.tit.12.num.6.*
38 † Et quæ conſuetudo, vt ſcilicet fœminæ ſuccedant,&
feuda ſint redacta ad inſtar patrimoniorum , abſque
dubio valet,Bald.*conſ.318.lib.2.* Dec.*conſ.42 n.13.& conſ.*
*588.n.16.*Stephan.Bertran *conſ.15.n.16.lib.1 poſter.*Rolan.
*conſ.2.num.15.lib.1.*Buguiun *aux loix abrogées lib.4.c.70.*
Burgoſ.à Paz *in proœ ll.tauri n.87.& conſil.29.n.13.*Cùm
enim feudorum conſuetudines fuerint communi con-
ſenſu introductæ,contrario tolli poſſunt, *§.ex non ſcri-*
*pto,Inſtit.de iur.natur.*Dec.*conſ.269.*Roland.*conſil.2.nu.*
39 14. † Idq́ue eo maximè , quia ſi quod ſeruitium per-
ſonale præſtandum eſt , id per ſubſtitutum facere poſ-
ſint, vt reuera in his regionibus faciunt , nonobſtante
juramento fidelitatis. Afflict.*dec.320.nu.6.* Pariſ.*conſ.4.*
n.24.& 25.& conſ.16.n.7.8.lib.1. Olaſc.*deciſio.27.* Bened.
in d.cap.Raynutius verb duas habens nu.71. Joan.de A-
mic.*tit.qui feud.dare poſſ.§.in hac cauſa ,fol.115.& eſt ca-*
ſus in c.1.de benefic.fœmin. vbi hoc notat Andræ.& alibi
paſſim , & in ipſis adimpletur juramentum fidelitatis.
Affl.& Pariſ.*vbi ſupr.* Imò, ſi verum amamus, non o-
pus fuit contraria conſuetudine , jura feudalia in Gal-
40 lia tolli, † cùm nunquam in ea recepta ſint. Bened. *in*
c.Raynutius in verb. & vxorem nomine Adelaſiam dec.5.
*in princ.*Jaſon *in l.de quibus n.64.de legib.* Ideóqoe qui
viuunt jure Francorum, judicantur legibus Romano-
rum , & non Longobardorum , Andræ. de Iſernia *in*
conſt.reg.puritatem Matth.de Afflict *ibid.n.7.in fin.* Et
Francicus mos ex *διαμέτρου* repugnat Longobardico;
in rerum iorelarium , hoc eſt, feudorum ſucceſſione.
41 Chopin.*de doman.Fran.lib.3.tit.6.* † & jure Longo-
bardico feuda ſunt magis perſonalia , quàm realia : at
jure Gallico,feuda ſunt magis realia,quàm perſonalia,
& cohærent magis rei , quàm perſonæ , ita vt ſexus in
eis nullum habeatur diſcrimen in Gallia.Charon.*lib.5.*
*reſpon cap.60.*Chopin.*de doman.Fran.lib.3.tit.7.nu.5.&*
42 *tit.19.in princip.* † & in cauſa feudali in Gallia ſequi-
mur jus commune Romanorum , vbi deficit conſue-
43 tudo Galliæ. Charond.*lib.5. reſpon.cap.16.* † Jure au-
tem Romano fœminas non minus ac maſculos ſucce-
dere,& cum illis concurrere ſublata ſexus, & agnatio-
nis ac cognationis differentia certiſſ. juris eſt *§.1.§.ca-*
terum de legit.agnat.ſucceſſ.l.leg.12.tabul.C.de leg.hæred.
§.1.§ reliquum in authent. de hæred.ab inteſt. venient.col-
lat.8.& eſt Nouell.118. *l.maximum vitium* cum ſimili-
bus,*C.de lib.prat.*authent.*in ſucceſſione,C.de ſuis,& legit.*
hæred.§.ſin autem confuſa,in auth.de trient.& ſemiſſ.col-
*lat.3.*Quæ jura,& alia fuſiùs refert Alber.Brun.*de ſtatu*
exclud.fœminas propt.maſc.art.2.q.1. Supradicta verò
conſuetudo, quæ feoda in Gallia & omnibus Prouin-
ciis cis Alpes conſtitutis ſunt redacta ad inſtar patri-
moniorum,non indiget alia probatione,cùm tot DD.
de ea atteſtentur, † quibus de ea atteſtantibus , in ter- 44
minis noſtræ conſuetudinis , de qua loquimur , ſtan-
dum eſſe aſſerit Cuier. *de primogen. concl.3. q.11.in fin.*
poſt Joan.Lupum *in repe.rubr.de donat.int.vir.& vxor.*
*concl.34.*adducens gloſſam *in auth. æqualitas , C.de pact.*
*int.empt.*Ubi Accurſ.teſtificatur de conſuetudine;ma-
ximè cùm plerique ex his atteſtentur de conſuetudine
ſuæ patriæ. Bart.& cæt. *in l.de quibus ff.de ll.* In hoc igi-
tur Comitatu, patria, vel Prouincia, in qua verſamur,
ea eſt conſuetudo , vt feuda ſint redacta ad inſtar pa-
trimoniorum, in hac, inquam, patria, tum quòd Do-
ctores atteſtantur in omnibus prouinciis citra montes
hanc conſuetudinem vigere. Bened.*in d.cap.Raynutius*
*verb.duas habens n.67.cum ſeqq.*Jaſon *in d.l.de quibus n.*
*64.ff.de leg.*Ceph.*d.conſ.307.n.40.*& Surd.*d.conſ.105.n.*
*15.lib.1.*tum quòd in Prouinciam Prouinciæ,& locis cir-
cumuicinis, † eam habuiſſe locum DD.nominatim 45
affirmant.Steph.Bertrand *conſ.283.n.5.lib.4.*
† Hanc verò patriam portionem Prouinciæ, & de 46
ea,& nomine illius vocatam, & † comprehēſam fuiſſe 47
ex Chronicis patet, quibus ſtandum eſt. Bald.*in l.1.de*
offic.quæſtor.DD.in l.1.ſi cert.pet.& in conſulendo,& ju-
dicando Barbatia *in tract. de præſtan.* Cardin *in 1.quæſt.*
*col.3.in 1.parte.*Rolan.*conſ.2.n 60.lib.1.* Nam cùm Gil-
bertus filius Odonis vltimus Prouinciæ Comes, de-
ceſſiſſet, duabus filiabus , Fairidite & Dulcia relictis,
eæq́ue nupſiſſent Idelphonſo Comiti Tholoſano , &
Raymundo Berengario Comiti Barcellonæ,inter ipſas
earúmve maritos hæreditatis paternæ ita facta eſt di-
uiſio, vt Fairidis & Comes Tholoſanus pro ſua portio-
ne habuerint quidquid Druentia Rhodano, Yſera, &
Alpibus continetur , cum locis Bellicadri , Vallabre-
gues,& medietate Aucnionis,Cauiſmontis, Thori,&
Pontiſſorgiæ.Dulcia verò,& Comes Barcellonæ aliam
medietatem Aucnionis, Cauiſmontis, Thori,& Pon-
tiſſorgiæ , & quicquid circundatur Alpibus, mari me-
diterraneo,Druentia & Rhodano Prouincia enim am-
pliſſimas regiones in ſe complectebatur, ſcilicet quid-
quid Yſera,Rhodano, Alpibus ,& mari mediterraneo
cótinebatur, vt D.de Claperiis, Senator Regius in Ca-
mera ſuprema Rationum in Ciuitate Aquenſi , ex Ar-
chiuis regiis ſcriptum reliquit , in libello quem ſcri-
pſit de Comitibus Prouinciæ fol. Intra verò illos
terminos Comitatum Venaiſcini contineri, notorium
eſt,& qui Comiti Tholoſano obuenerat. Propter verò
hæreſim Albigiorum, ſucceſſores d.Comitis Tholoſa-
ni amiſerunt bona quæ habebant in his partibus, ex
quibus, Comitatus Venaiſcinus ſedi Apoſtolicæ , cæ-
teræ autem Ciuitates,loca & oppida Regi Chriſtianiſ-
ſimo obuenerunt. Porro autem,quæ obuenerat vxori
Comitis Barcellonæ,retinuit nomen Prouinciæ.Et vt-
cumque hæc patria non fuiſſet pars Prouinciæ , quæ
tamen reuera fuit,certè vicinam fuiſſe regionem,negari
non poteſt : flumine enim Druentiæ , in antiqua illa
diuiſione, ſolummodo ſeparabatur & à tempore con-
fiſcationis,& acquiſitionis Comitatus Forcalquerii ,&
aliorum vicinorum locorum d.Regi Chriſtianiſſimo
obuētorum eſt omnino conjuncta,imò immixta: ſunt
enim aliqua oppida hujus Comitatus , vt locus de
Buun-

Bouniolis, ſiue Bounieux omnino intra Prouinciam.

Denique experientia, rerum Magiſtra, hoc docet verum eſſe.

Notorium enim, & pluſquàm manifeſtum fuit, & eſt omnibus hanc Patriam habitantibus, feudatarios cuicunque voluerint feuda ſua ſiue ea in & de Comitatu prædicto Venaiſſino, ſiue extra eum in toto ſtatu in his partibus etiam in temporalibus Sereniſſimi Domini noſtri ſubdito, ſint & exiſtant, vendere in præjudicium agnatorum, etiam irrequiſito Domino (dum tamen poſtea ante apprehenſionem poſſeſſionis petatur inueſtitura, quam vocant, ſoluatur laudimium & præſtetur homagium, & in contractu venditionis ea jura Sereniſſimo Domino noſtro, & ſedi Apoſt. vel etiam ſubalterno Domino ſi ſit ſubfeudum, reſeruentur) & in fœminas etiam ipſas alienari potuiſſe & poſſe: quin fœminas ipſas paſſim & indiſcriminatim ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato, ſiue ex donatione ſucceſſiſſe & ſuccedere, quemadmodum articulatum fuit, & per varia documenta tam inueſtiturarum quàm homagiorum in inuentario eorundem cõtenta, edoctum, & in ſpe dictam conſuetudinem feuda liberè alienandi in ipſomet Caſtro-nouo, quod in Giraudum de Simiana per Giraudum Amici alienatum fuit, habuiſſe locum in fi. hujus, & ſecundi fundamenti demonſtrabitur. Cùm itaque in hac patria feuda ſint redacta ad inſtar patrimoniorum, vt nominatim de hoc Comitatu Venaiſſino teſtatur idem Bertrandus *d. conſ.* 137. *n.* 3. *lib.* 6. & fœminæ non minus ac maſculi in illis ſuccedant: immò cum illis eodem gradu exiſtentibus concurrant. Idem Bertrand. *vbi ſup.* niſi pater teſtamento aliter prouiderit, ſequitur in noſtro caſu nullum dubium debere eſſe, quin nedum d. Joachimus ex dicta Anna filia alterius Joachimi præſertim agnatus, Dominus Caſtri-noui in vim donationis per auum maternum ſibi factæ, & quatenus ea non fuiſſet, teſtamenti per d. Joachimum auum maternum conditi, quo hæres eſt inſtitutus, excluſis agnatis, & fiſco, ſed etiam ipſamet Anna filia, ſi ipſi donatum, vel hæres inſtituta fuiſſet in d. Caſtro-nouo ſuccedere debeat, & poſſint.

48 †His adde, quia quotieſcunque conſuetudo Domini ea eſt, vt paſſim fœminas in feudum admittat, tunc præſumitur in inueſtituris, in quibus fœminarum non eſt facta mentio, eas comprehendiſſe Garzo *d. tract. de fœmin. ad feud. recip. limit.* 10. Intrig. *d. cent.* 1. *art.* 2. *n.* 238. *argum. l. ſi ſeruus plurium* § *fin. de leg.* 1. At verò eam eſſe conſuetudinem ſummi Pontificis in hac patria, vt fœminas ad feuda, non minus, ac maſculos admittat, manifeſtum, & omnibus notorium eſt. Quotiens enim caſus occurrit, vt fœminæ vel per ſucceſſionem, vel acquiſitionem ex cauſa lucratiua, vel onerosa feuda conſequutæ fuerint, ad ea admiſſæ à S°. D.N. fuerunt, vt ex documentis productis, & infinitis aliis in Archiuis Cameræ Apoſtol. Comitatus Venaiſſini exiſtentibus, quæ poſſent produci, conſtat.

49 † Denique vbi dubium aliquod eſſet in more hujus regionis, quod tamen reuera nullum eſt: immò manifeſtiſſimum fœminas ad feuda in ea, vt in tota Gallia admitti, recurrendum eſſet ad morem qui in vicina regione ſeruaretur, illeque ſequendus eſſet *cap.* 1. *c. de his diſtinct.* 12. *c. ex parte de cenſib.* Papon. *lib.* 13. *& tit.* 1. *c.*
50 3. Cormier *in Henr. Cod. lib.* 8. *tit.* 1. *c.* 1. † At verò in circumuicinis Comitatus Prouinciis ea eſt conſuetudo, vt feuda ſint redacta ad inſtar patrimoniorum, & fœminæ ſicut maſculi admittantur. Viget enim in Delphinatu Guid. Pap. *q.* 59 *in lingua Occitana* Ranchin. *ad d. q.* 59 *in Sabaudia & Pedemontio.* Matth. ad Guid. *q.* 133. *in Prouincia.* Steph. Bertrand *conſ.* 285 *nu.* 5. *lib* 4. quibus Prouinciis vndequaque circundatur hæc patria noſtra, & procedit ea conſuetudo in tota Gallia. Guido Pap. *d. q.* 539. *& q.* 133. in medio cujus ea eſt ſita. Sequitur igitur in hac patria idem ſtatuendum eſſe, in eaque
hujuſmodi conſuetudinem locum habere. † Sed 51
quodammodo fruſtrà tantùm in eo laboramus, cum DD. aſſerant eam cõſuetudinem generaliter receptam in omnibus Prouinciis citra montes exiſtentibus Bened. *in d. c. Raynutius, verb. duas habens num.* 67. *cum ſeqq.* Jaſ. *in l. de quibus n.* 64. *de ll.* Ceph. *d. conſ.* 307. *nu.* 40. & Surd. *d. conſ.* 105. *n.* 15. *lib.* 1. & Bertrand. *d. conſ.* 237. *lib.* 6. & de hoc Comitatu Venaiſſino atteſtatur, ex quibus deducitur validiſſima ratio in fauorem fœminarum, quia in conſuetudine fundatur, quæ facillimè inducitur:
† quia reducit ſtatum fœminarum ad jus commune 52
per l. maximum vitium § *ſancimus C. de lib. præt.* & eam ſequendam eſſe omnes DD. conueniunt, quos longa ſerie refert Intrig. *d. cent.* 2. *art.* 2. *nu.* 231. & inter cæteros Pariſ. *conſ.* 21. *n.* 13. *lib.* 1. & Clar. *in* § *feudum q.* 73. *num.* 9. Et
adeò viſa eſt juſta omnibus populis, † vt ferè vbique 53
terrarum apud Chriſtianos recepta ſit: nam de tota Gallia atteſtantur Guid. Marc. Chaſſan. & alij ſuprà citati, & de omnibus Prouinciis citra montes. Bened. *in d. c. Raynutius, verb. duas habens n.* 67. *cum ſeqq.* Jaſ. *in l. de quibus n.* 64. *de ll. de Sabandia, & Pedemontio.* Matth. *ad Guid. q.* 133. *de Comitatu Sabioneti.* Bald. *conſ.* 318. *lib.* 2. *de Anglia.* Jaſ. *in l. de quibus n.* 64. *ff. de ll. de Germania.* Zazius *tract. de feud. part.* 8. *rubr. de feud. ſucceſſ. nu.* 51. Thom. Marin *de gener. & qualit feud. tit.* 8. *de feud. fœmin. nu.* 13. *de Ciuitate Patauij* Menoch. *conſ.* 65. *n.* 34. *de Regno Siciliæ, omnes in c.* 1. § *quinetiam Epiſcopum, vel Abbatem,* Dec. *conſ.* 445. *n.* 20. Duenn. plures referens *reg.* 309. *n.* 1. *de Apulia.* Bald. *in c.* 1. § *& quoque ſub. n.* 8. *de ſucceſſ. feud. de Padua.* Curt. jun. *in tract. de feud. p.* 3. *rubr. deſcend. quom. aſcend. in feud. ſucceſſ. lim.* 10. *nu.* 10. & vbique receptam contendit Surdus *d. conſ.* 105. *n.* 15. *lib.* 1. & eo caſu, ſicut & aliis omnibus, quibus fœminæ admittuntur,
† poſſunt præſtare ſeruitium per maritum vel alium. 54
Andr. de Iſern. *in conſt. in aliquibus.* Pariſ. poſt plures, quos refert, & ſequitur *conſ.* 21. *n.* 21. *lib.* 1. Thom. Marin. *d. tit.* 8. Menoch. *d. conſ.* 65. *n.* 36. Petr. Jacob *d. rubr* 63. *nu.* 10. Intrig. *d. cent.* 1. *art.* 2. *nu.* 237. *nonobſtante juramento fidelitatis.* Afflict. *dec.* 320. *n.* 6. Pariſ. *conſ.* 4. *nu.* 24. *&* 25. *& conſ.* 16. *n.* 7. *&* 8. Idque eo maximè, quia nulla ratio ſufficiens & concludens afferri poteſt, cur fœminæ excluduntur
à ſucceſſione feudi. † Eæ enim quæ in hac ma- 55
teria afferri ſolent, non concludunt, & facilè iſtis reſpondetur, vt per Hieron. Garzo. *de fœm. ad feud. recip. in pr. cũ ſeqq.* & Intrig. *d. cent.* 2. *art.* 1. *n.* 1. Quarum potiſſima eſt illa, quòd fœmina pro Domino pugnare non poſſit, cui per ſubſtitutum ſatisfit, vt ſup. edoctum eſt. Ita vt DD. in id deſcenderint vt dixerint, primis authoribus concedentibus feuda, ita placuiſſe, ne fœminæ comprehenderentur, & paulatim deinde moribus ita receptum, & obſeruatum fuiſſe, ſitque pro ratione voluntas Garzo. *d. loc. in princ.* Clar. *d. q.* 73. *n.* 1. vt non mirum, ſi ferè jam vbique, contraria conſuetudo, vt nimirum fœminæ admittantur, inualuerit. Quæ cùm ita ſint, d. Dominus Franciſcus eſt in regula, & habet intentionem fundatam: idque maximè, quia d. Dominus Joachimus donatarius & hæres, eſt etiam agnatus defuncto auo donatori & teſtatori, vt in articulis deductum, & per documenta in inuentario eorumdem deſignata, probatum fuit. Ita quòd niſi manifeſtiſſimè Dominus Antonius jus ſuum probet, defectu probationis condemnandus ſit.

Dictus Dominus Antonius cognoſcens hoc fundamentum eſſe maximi momenti, tum quòd conſtituit Dominum Caſtri-noui in regula, & onus probandi contrarium rejiciat in aduerſarium: ita vt non edocto

per ipſum de contraria conſuetudine fœminarum ex-
cluſiua in d. loco Caſtri-noui recepta (quod tamen illi
eſt impoſſibile, maximè quia generalem illam conſue-
tudinē, qua feuda ſunt redacta in indiuiduo, vigere in
d. loco Caſtri-noui ex abūdanti edoctū fuit, & mox do-
cebitur) contra ipſū pronunciandū ſit, præſertim quod
in terminis ſimplicis primogenituræ etiam ſub quali-
tate maſculinitatis, in primo gradu concepta, & etiam
ſecluſo jure Francorum filia primogeniti admiſſi, ex-
cludit patruum ſemel excluſum, vt infrà fusè docetur,
enixus eſt in ſuis articulis hoc fundamentum elidere,
aſſerens dictum locum eſſe ſeparatum à cæteris feudis
Comitatus, ſeparatam ab eis habere naturam & in
conuocatione Comitiorum, ſeu ſtatuum Dominum
d. loci non ſolere aſſiſtere, ſed ad id in articulis d. Do-
mini de Coſta ſatisfactum fuit. 1. negando hujuſmo-
56 di ſeparationem qualis prætenditur: † nam ſi in aliquo
forſan ſeparatum inuenitur, hoc ſolùm eſt quoad ta-
learum ſolutionem onerum ſupportationem, & for-
ſan quædam alia quæ oneris, & incommodi, non ho-
noris & priuilegij ſint, non autem quod etiam de tem-
pore quo ſubdebatur Abbati ſancti Guilhelmi de De-
ſertis, quoad id de quo agitur, nimirum quoad cōſue-
tudinem prædictam, qua feuda ſunt redacta ad inſtar
patrimoniorum, maximè quoad liberā alienationem,
& ſucceſſionem nullo ſexus diſcrimine habito, ſepara-
tam habuerit naturam, aut vllo modo ſeparatum fue-
rit: imò contrarium veriſſimum fuit & eſt. 2° id cōfir-
matur, quòd ſi de aliqua ſeparatione quoad dictas ta-
leas, & onera, & forſan quædam alia vt ſuprà conſtet,
hoc fuit vt majoribus, & amplioribus priuilegiis frue-
retur, quàm cætera feuda Comitatus, iiſdem nimirum
quibus fruebatur de tempore quo ſubdebatur d. Ab-
bati ſancti Guilhelmi, vt nimirum eodem modo tene-
retur, & iiſdē priuilegiis gauderet, poſt acquiſitionem
ſuperioritatis factam à fœlicis recordationis Joanne
xxij quibus ſub d. Abbate gaudebat, quod verò in fa-
uorem alicujus introductum eſt, non debet in ejus o-
dium retorqueri, *c. quod fauore, de reg. jur. in 6. cum simi-
lib.* & quæ in augmentum cōceſſa ſunt, diminutionem
operari non debent *l. legata inutiliter ff. de leg. 1. l. legata
inutiliter ff. de adim. leg.* 3°. Id rurſus corroboratur, cùm
ab omni æuo, tam à tempore acquiſitionis ſuperiorita-
tis ſedi Apoſtolicę factę, quàm ante, d. conſuetudo ge-
neralis, qua feuda ſunt redacta ad inſtar &c. fuerit in
obſeruantia in omnibus prouinciis cis Alpes conſtitu-
tis, ſequitur & quoq; habuiſſe locū in d. Caſtro nouo,
nec ex eo quod ſi forſan ſeparatum eſſet à cæteris feu-
dis Comitatus, ſequitur propterea d. conſuetudinem
non habere locum in d. Caſtro, cùm non à Comitatu,
ſed à generalitate omnium prouinciarū cis Alpes con-
ſtitutarum liberam facultatem alienandi & ſuccedēdi
nulla ſexus differentia habita ex vi d. cōſuetudinis ge-
neralis habeat: ideoque niſi nominatim doceatur hoc
feudum ſeparatam habere naturam à cæteris feudis
Comitatus, quoad liberam alienationem & ſucceſſio-
nem, & vt cenſeatur redactum ad inſtar patrimonio-
rum, nihil ex quacunque alia ſeparatione inferri poſ-
ſit: ita vt ſemper ad idem redeamus, ſemper ſcilicet
conſuetudini generali ſtandum eſſe, quouſq; de con-
traria conſtet. 4°. Nullam talem eſſe ſeparationem
quoad id de quo agitur, manifeſtè apparet ex eo quòd
Roſtagnus de Sabrano tunc Dominus d. loci, cùm pri-
mùm d. Joannes xxij. ſuperioritatem ejuſdem, ſedi A-
poſtolicæ acquiſiuiſſet homagium ſub qualitate hære-
dis Domini Giraudi amici pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus,
& hæredibus omnibus præſtitit eidem Joanni xxij.
præſenti, & acceptanti, & qui Roſtagnus ſub eadem
forma & eadem qualitate hæreditaria homagium d.
Abbati ſancti Guilhelmi præſtiterat, & quod homa-
gium d. Joanni xxij. factum vicem inueſtituræ obtine-
re debet, cùm primum ſit quod ſedi Apoſtolicæ præſti-
tum fuit, de quibus homagiis conſtat in actis de anno
1321. & de anno 1323. & 25. Januarij. 5°. Ex eo quod in d.
homagio d. Joanni xxij. præſtito dicitur eumdem Joan-
nem xxij. d. locum Caſtri-noui eidem Comitatui vni-
uiſſe, dictumque homagium præſtatur eidem Joanni,
ſedi Apoſtolicæ, ac Comitatui ſuo, ita vt nullo modo
dubitari poſſit quin ſit d. Comitatui, & illi vnitus, eo-
demq; jure quo cætera loca Comitatus quoad d. con-
ſuetudinem cenſeatur, quod ſi in aliquo de ſeparatio-
ne conſtet, quemadmodum quoad taleas, & onera, re-
uera eſt, in eo ſolo ſeparatum cenſetur, ſed regula erit
in cæteris omnibus in quibus non cōſtat de ſeparatio-
ne vt ſit vnitus, quare vt in ſuperiori fundamento, niſi
nominatim conſtet ſeparatam habere naturam quoad
talem conſuetudinem, nihil ab alia ſeparatione inferri
poterit. Quintò, quia omnia homagia facta à tempore
dictæ acquiſitionis per omnes d. loci Dominos conti-
nuè, & ſucceſſiuè, excepto d. primo homagio eidem
Joanni xxij. præſtito, cætera Rectori Comitatus præſti-
ta fuerunt, etiam ſub qualitate hæreditaria, & ſic vt e-
juſdem ſint, & debeant eſſe naturæ quoad d. liberam
alienationem, & ſucceſſionem cujus erant, & ſunt cæ-
tera feuda dicti Comitatus, idq; maximè, quia etſi non
ita clara eſſent homagia vt ſunt, tamen ſecundùm di-
ctam conſuetudinem generalem cenſerentur præſtita:
concedens enim, inueſtiens, vel recipiens homagium
(hæc omnia niſi apertè aliquid in cōtrarium appareat,
æquiparantur, & ejuſdem ſunt naturæ) † cenſetur in 57
dubio id facere de toto ſuo jure, & ſecundùm poteſta-
tem quam ex vi conſuetudinis vigentis habet, Bertaz-
zo. *in ciuil. conſult.* 39. *num.* 43. *& ſeqq. &* 50. *cum ſeqq.*
quæ coadjuuantur ex eo quòd aliàs cùm lis eſſet inter
Cameram & Dominos d. loci ſuper Dominio d. Ca-
ſtri, ratione commiſſi, de quo poſtea loquemur, ea in
curia Comitatus ventilabatur. Nec ex eo quòd majo-
ra habeat priuilegia quàm alia feuda, ſequitur ſepara-
tam cenſeri habere naturam quoad dictam conſueto-
dinem: neque enim eſt incōueniens vt vnum feodum
alio majoribus fruatur priuilegijs: imò multò magis
ex eo ſequitur d. conſuetudinem in d. loco Caſtri-no-
ui locum habere debere, cùm ea reſpiciat priuilegium,
& prærogatiuam feudorum, ex eo enim quòd aliquod
feudum plura cæteris priuilegia habeat, ſequitur mul-
to magis priuilegium, & prærogatiuam quæ cæteris
omnibus competit, habere debere.

Poſtremò in indiuiduo nonobſtante prætenſa ſepa-
ratione dictam generalem conſuetudinem viguiſſe, &
vigere in d. loco mox docebitur. Quod verò d. Dom. de
Cedeton in articulis ſubjūgit incolas d. loci non teneri
ad taleas, nec vocari ad comitia, falſum eſt, vt ex actis
apparet, & quamuis verum eſſet, nihil inde inferretur
ad id de quo quærimus, vt ex ſuperioribus rationibus
patet. † Ex his igitur concluditur verum eſſe quod ſu- 58
prà poſuimus de illa conſuetudine generali in omni-
bus Prouinciis cis Alpes conſtitutis inconcuſſè ſerua-
ta, ſed & in indiuiduo dictam conſuetudinem fuiſſe &
eſſe in ipſomet loco Caſtri noui probatur ex compoſi-
tione facta cum Camera, de qua mox in ſecundo fun-
damento, nam ex ea patet liberè potuiſſe alienari ſaluo
jure feudi, ſed quia poſt emptionem Giraudus de Si-
miana non ſoluerat laudimium, & inueſtiturā non pe-
tierat, Camera prętendebat in commiſſum incidiſſe: ſi
enim hujuſmodi feudum non fuiſſet redactum ad in-
ſtar patrimoniorum, ideoque irrequiſito Domino alie-
nari nō potuiſſet, ipſa alienatio nullius momēti fuiſſet,
& jure ſuo cecidiſſet feudatarius, not. *in c. 1. ſi vaſal. feu.*

princ-

privetur cui det. quia videtur Dominum contemnere alienando ſine ejus conſenſu *cap.* 1. *& ibi gloſſ. cum ibi notatis de ſucceſſ. feud.* à Petno *conſ.6.num.*14. Sed quia ea conſuetudo in d. quoque feudo Caſtri-noui locum non habebat non ex alienatione irrequiſito Domino facta, ſed ex apprehenſione poſſeſſionis ſine ejus licentia, & non ſoluto laudimio ſecuta aſſerebatur d. D.
60 Giraudum de Simiana incidiſſe in commiſſum. † Nam etſi per conſuetudinem prædictam permiſſa eſt alienatio irrequiſito Domino, emptor tamen non poteſt apprehendere poſſeſſionem ſine licentia Domini, vt ſcilicet ſciatur, an velit retinere, & caſu quo nolit, vt illi ſoluat laudimium, quod ſi propria auctoritate nõ ſoluto laudimio poſſeſſionem apprehenderit, cadit in commiſſum. Socin. jun. *conſ.70. ſub.n.*10. *verſ. tertio poſito.* Guido Pap. *conſ.*147.*n.*6. *verſ. ſed reſtat & conſ.*45. *n.*3. *verſi. ſicut in ſimili ibi* (tamen donatarius non poteſt accipere poſſeſſionem) *& in decif. Delphin. q.*46.*n.*4. *& ibi.* Ranch. & alij, Specul. *in tit. de locato* §. *nunc aliqua, verſ.*55. Pet. Jac. *in form. libell. de acti. in rem pro re emphiteo. c.*6.*n.*6. Corb. *de jur. emphi. lib.*6.*n.*6. Denique ex hujuſmodi inſtrumento alienationis probari conſuetudinẽ qua feuda ſunt redacta ad inſtar patrimoniorum. Docet in terminis Surdus *conſ.*105.*n.*15. *lib.*1.

Ex quibus conficitur prima ratio, ſeu fundamentum boni juris d. Dom. Frãciſci nomine quo procedit, in d. cõſuetudine, & quamuis eſſemus in prouinciis in quibus jus feudale Longobardicum haberet locum, & eſſet in obſeruãtia, non propterea minùs d. Dom. Antonius condemnandus eſſet, & d. Franciſc. ab imperitionib. & moleſtationibus ipſius abſoluendus, vt ex pleriſque rationibus ſequentib. apparebat, ſi prius docuerimus d. Joachimum eſſe agnatum alteri Joachimo vltimatè defuncto, fuiſſe per documenta, & teſtes legitimè probatum, quod non ſolum ad corroborationem dicti primi fundamenti, ſed multorum quæ in ſequentibus
61 dicentur, inſeruiet. † Agnatio autem cùm ſit difficilis probationis, probatur per indicia, conjecturas, & præſumptiones. Dec. *conſ.*595. *in prin. vbi de conſanguinitate.* Maſcar. *concl.*512.*n.*2. *vbi de deſcend.* Alb. Mandel. *conſ.*83. *nu.*7. *&* 8. Fab. de Ann. *conſult.*88. *num.*7. Et in antiquis
62 probatur per enũciatiua etiam quoad alios. Pereg. *de fideic. art.*43.*n.*83. Fab. de Ann. *de conſult.*88.*n.*9. Maſcar. *ea cõcl.*512.*n.*4. *&* 5. † Et in hoc caſu tẽpus antiquum di-
63 citur 50. vel 60. ann. Maſcard. *ea concl.*512.*n.*6. Peregr. *de fideic. art.*44 *n.*18. Fab. de Ann. *ea conſult.*88.*n.*10. *& ſeqq.*
64 † Et in antiquiſſimis probatur per teſtes de auditu, & per ſolam famam, Maſcar. *ea concl.*512.*n.*8. Fab. de Ann.
65 *ea conſult.*88.*n.*7. † & per teſtes conſanguineos, Maſ-
66 card. *ibid n.*9. & Fabian. de Ann. *ibid.n.*8. † ex identitate inſigniorum præſumitur identitas familiæ, Call. *de modo art. gloſſ. vn.* §.2.*n.*945. Fab. de Anna *ea conſult.*88.*n.*4.
67 Et † agnationis identitas probatur ex ſolo nomine agnationis, Menoch. *lib.*6. *præſumpt.*15.*n.*48. ſaltem præſumptiuè; qui modi, etſi ſinguli per ſe ſufficiãt ad probandam agnationem, tamen omnes & aliqui in ſortioribus concurrunt, quod maximè conſiderandum eſt,
68 † cùm in materia difficilis probationis, cujuſmodi eſt probatio agnationis, probationes, ac præſumptiones diuerſę ſpeciei conjunguntur ad faciendam plenã probationẽ, & in iſtis quæ non proſunt ſingula, multa jo-
69 nant, Fab. de Anna *ea conſult.*88.*n.*33. *& ſeqq.* † Omnia verò hîc concurrere patet, nam ex actis prodoctis nedum per verba enũciatiua, ſed diſpoſitiua agnatio probatur; cùm enim d. Dominus Antonius fateatur, Bartholomæum filium Ludouici, Balthesare ejus filius contraliit tanquam ipſius hæres, & filius cum fratribus aut ſororibus ſuis, & jura eorum ſoluit, necnon cum Stephano ejus patruo, & quondam tutore, idemq; faciũt

Franciſcus tanquam filius, & hęres Balthesaris, & Claudius tanquam filius, & hæres vniuerſalis d. Franciſci, Claudium verò adhuc ſuperſtitem eſſe patrem Frãciſci, & auum Joachimi qui in lite ſunt, patet tam ex mãdato in actis producto, quàm ex principio articulorũ d. Dom. Antonij: agit enim contra d. Franciſcum ſeu Joachimum ejus filium, tanquam procuratorẽ Claudij ejus patris, quę confirmantur ex contractu matrimonij inter dd. Franciſcum & Annam initi, quo à d. Ludouico genealogia ejuſdem per Stephanũ, & Bartholomæum, filios vſque ad dictos Franciſcum & Annam incluſiuè recenſetur vt demonſtretur; Annam quidem à Stephano, & Franciſcum à Bartholomæo deſcendere, ſed eſſe extra prohibitum contrahendi matrimonij gradum, in 5° ſcilicet agnationis gradu.

De auditu verò, necnõ de fama, inſigniis, ſeu armis, ac nomine præterquã quo hęc omnibus notoria ſunt, & de nomine ex omnibus actis in hac cauſa factis patet, teſtes ſuper hoc examinati legitimè, vt creditur, & ea eſſe vera depoſuerunt. Imò aliqui, vt creditur, dixerunt ſe prędeceſſores omnes à Balthesare filio Bartholomęi vſque ad d. Joachimum vidiſſe, & cognouiſſe.

Secundum fundamentum eſt: † Quia hoc eſt cer- 70
tum, fœminas ſuccedere in feudũ emptitio de jure feudali, etiam circumſcripta conſuetudine prædicta, Dec. *conſil.*390.*n.*7. *& conſ.*424. *n.*14. poſt Bald. *inc.* 1. §. *hoc autem qui feud. dar. poſſ.* Bened. *in verb. duas habens, num.*33. Ruin. *conſ.*18.*n.*18.*lib.*1. Natta *conſil.*159.*nu.*14. *& conſ.*216. Alex. Raud. *tract. de analo. c.*34.*n.*253. Curt. ſen. *conſi.*48. *col.*2. Gozad. *conſil.*9.*n.*55. Bruno à Sole *in comp. propoſit. jur. verb. feudum pretio.* Et hęc ſententia abſque dubio verior & magis communis eſt, vt aſſerunt Clar. *d.* §. *feudum q.*73. *verſ. ſed quid in feudo empto?* Dec. *reſp.*58. *n.*50. *lib.*1. Intrigl. *d. art.*2. *num.*207. *cum ſeqq. cent.*2. Et ratio eſt, quia feudum emptum, habetur loco cæterorum bonorum allodialium, per Natt. *conſ.*226. *num.*3. *& ſeq. lib.*1. *& conſ.*393.*n.*8. *lib.*2. *& conſ.*246. *nu.*4. *eod.* † Quod 71
non ſolùm procedit, ſi feudum ſit à Domino, ſed etiam ſi à vaſallo emptum, & emptor ſit à Domino inueſtitus, & ſic inueſtiendo emptorem, Dominus venditionem approbauerit, Pariſ. *conſ.*4. *nu.*3. *cum ſeqq lib.*1. Petr. Jacobi *rubr.*63. *de cauſis ex quibus vaſallus &c. num.*7. *&* 8. Tiber. Decian. *d. reſpon.* 58. *num.* 49. *lib.* 2. Hancque ſententiam, etſi aliqui contrarium teneant, magis communiter à Feudiſtis receptam, atteſtatur Intrig. *d. art.*2. *num.*225. † Cujus ratio eſt, quia feudum ſemel aliena- 72
tum, fit ſemper alienabile, juxta notata *in l. cum pater. quindecim, ff. de legat.*2. & per Socin *conſ.*67. *nu.*32. *vol.*1. & per Brun. qui loquitur in terminis noſtris feudorum, *conſ.*105. *num.*5. paria enim ſunt, quòd feudum ſit emptum à Domino, vel ab alio approbante, & inueſtiente Domino, quia vtroque caſu vaſallus dicitur habere feodum ex contractu, & titulo oneroſo, non ex mera gratia, & liberalitate Principis, prout eſt propria natura feudorum; & in terminis docent, & hanc ſententiam amplectuntur Bero *conſ.*65. *nu.*45. *vol.*1. Bertazzo *in ciuili. conſult.*39.*n.*28. Surd. *conſ.*105. *num.*10. *& ſeq.* omnino videndus, qui in eo fœminam, & extraneum, excluſis agnatis maſculis, inſtitui poſſe hæredem, magis receptam aſſerit ſententiam, Fab. de Ann. *conſult.*53. *num.*3. & Marin. Frecc. *de ſubfeud.* Baro. *l.*3. *in vltim q. in*
fin. † Dictum verò locum Caſtri-noui emptum fuiſſe, 73
& titulo emptionis acquiſitum, nedum à priuato, ſed & ab ipſomet ſanctiſſimo Domino noſtro Papa F. R. Gregorio vndecimo, & in articulis deductũ, & per documenta, ac bullam d. Gregorij xj. probatum fuit ſub
*num.*68. 69. 70. 71. † Et quòd feudum præſupponen- 74
dum eſt juſto pretio fuiſſe emptum, quod in dubio tenendum eſt, Natta *conſ.*159. *num.*15. *in fin.* poſt Bald. *in*

pralud. feudorum, *col.*4. vt reueis fuit maximè, cùm de
eo tempore, ſcilicet anno 1573. pro modica ſumma pe-
euniarum res, & feuda magni momenti nec carè, vt
nunc, emerentur, quod notorium eſt, & in hoc caſu
res certiſſima eſt, & abſque vlla omnino difficultate,
cum ſit acquiſitum per Giraodum de Simiana, pro ſe
& hæredibus ſuis ſtipolantem: & dictus Gregorius xj
75 in eum, & hæredes ſuos jus Cameræ transferat: † Di-
ctio verò, *haredum*, attenta dicta conſuetudine, etiam
in materia feudali, pro quibuscunque accipitur, & ne-
dum pro filia, ſed etiam pro extraneis, Guido Papæ *de-
ciſ.*230.*n.*2. *verſ. aduertendum tamen*, Bened. *in c. Raynu-
tius, verb. duas habens filias*, *n.*67. *verſ. imò etiam in mate-
ria feudorum*, *fol. mihi* 16. Guillel. à Perno *conſ.*6.*nu.*26.
verſ. eſt, & nouiſſime, Pet. de Gregor. *de conceſſ. feud. part.*
6.*q.*2.*nu.*10. Camer. *in c. imperialem*, *pag.*80. *in princ.* ad
quam rem faciūt etiam tradita à Bertazzo. *in cons. con-
ſult.*39.*n.*43. *& ſeqq. & n.*50. *cum ſeqq.* vbi quando conce-
dens poteſt ex conſuetudine concedere feudum, tam
pro maſculis quàm pro fœminis, cenſetur in dubio fa-
cta conceſſio de toto ſuo jure, & loquitur de inueſtito
76 pro ſe, & hæredibus. † Sed & ſecluſa conſuetudine
dictio, *haredum*, in terminis alienationis, pro *quibuſ-
cunque* accipitur: cùm enim alienatio in extraneum
fiat, dictio quoque, *haredis*, de extraneo etiam intelli-
77 gitur, Surd. *conſ.*105.*n.*10. † Eo enim ipſo quòd feudum
eſt alienabile, conſequitur neceſſariò eſſe propriè, &
ſimpliciter hæreditarium ad quoſcunque hæredes
78 tranſitorium, Menoch. *conſ.*812.*n.*5. † Poſtremò, in ca-
ſu noſtro res eſt longè certiſſima, cùm dictum Caſtrū
nouum ex vi dictæ conſuetudinis, etiam in d. loco vi-
gentis, fuerit irrequiſito Domino alienatum in extra-
neum & alienatio tenuerit, & fuerit valida, nimirùm à
Giraudo amici facta in dictum Giraudum de Simiana;
qui, non quia ſine conſenſu Domini emiſſet, ſed quia
laudimium non ſoluiſſet, & poſſeſſionem dicti Caſtri
ſine licentia Domini apprehendiſſet, vt debebat, inci-
derat in commiſſum, vt ſuprà primo fundamento *n.*58.
edoctum fuit, ſed per tranſactionem jus ad Cameram
ex d. commiſſo pertinens acquiſiuit. Quod verò ſupra
aſſeruimus, hoc feudum eſſe emptitium, probari ex d.
compoſitione cum Camera facta, & bulla Gregorij xj.
non puto poſſe in dubium verti, cùm id aſſerat ſum-
mus Pontifex in d. bulla, ſicut etiam aſſeritur tam in
d. compoſitione quàm quittantijs ſecutis: aſſertioni
enim Papæ ſtandum eſt, Barth *in l. ambitioſa nu.* 28. *ff de
decre. ab ord. facien.* Maſcard. *conſ.*1148. *n.*1. *& ſeqq.* inci-
pit, *Summi Pontificis aſſertioni*, *& concl.*1233. *nu.*1. *& ſeqq.*
incipit, *tractatum*; ideò fundus probatur liber vel cen-
ſualis per literas ſummi Pontificis, in quibus nominat
fundum cum aliqua qualitate illarum, Maſcar. *ea concl.*
1233. *n.*6. *& ſeqq.* & in antiquis verbis Principis, in quibus
ejus intentionem fundat, probant omnibus in caſi-
bus, etiam in præjudicium tertij. Craoet. *de antiq. temp.
part. princ.* c.2. incipit *non omitto*, *num.*25. vbi in antiquis
ſtatuit aſſertioni & verbis enunciatiuis Papæ, ſuper
quibus ejus intentio fundatur, etiam in tertij præjudi-
cium, Alex. *conſ.*25. *num.*2. *lib.* 5. vbi in antiquis narratiua
Principis, faciens mentionem de feudi conceſſione, il-
lam probat, ſi in tali narratiua Princeps ſuam inten-
tionem fundet, præmiſſa fundantur ex Maſcardo *concl.*
1233. *num.*118. Sed nos verſamur in fortioribus terminis,
neque enim enunciatiuè, ſed diſpoſitiuè in dictis actis
compoſitionis, & quittanciarum, ac bulla Gregor. xj.
aſſeritur, dictum Caſtrum nouum fuiſſe emptum per
Giraodum de Simiana, &, ob non ſolutionem laudi-
mij, incidiſſe in commiſſum, & ratione ejus ſit dicta
compoſitio, promittitur pecunia, & ſoluitur pro lau-
dimio, ratione emptionis debito, necnon commiſſo,
in quod Camera prætendebat dictū locum cecidiſſe.

Tertium, quia feudum hoc, de quo agitur, hæredi-
tarium eſt (quæ ratio procedat etiam circumſcripta
conſuetudine:) † cum quòd in dubio feudum præſu- 79
mitur hæreditarium, Modern. *in c.*1. *de ſucceſſ. feudo.*
Andr. de Iſern. *ibid. & in c.*1. *de aliena. feud. pater.* & ibi
præpoſ. Bald. *in c.*1. *an agnat.* Coman. *conſ.*165. Curt. jun.
*conſ.*3. quæ ſententia communis eſt: etſi aliqui contra-
rium teneant, vt Minado. *conſ.*10. communis, inquam,
& verior, ſaltem ab immemorabili tempore, quo DD.
ſcripſerunt, quòd ſcilicet omnia feuda ſoleant ſub mē-
tione hæredum dari, Afflict. *dec.*140. vbi dicit, hodie o-
mnia feuda eſſe hæreditaria, *& deciſ.*195. *nu.*10. & Surd.
*conſ.*105. *n.*8. *lib.*1. poſt multos quos refert. † Tum quòd, 80
remota præſumptione, hoc nominatim pro hæredibus
conceſſum ſit, vt patet tam ex homagijs à trecentis, vel
circa, annis huc vſque factis, quàm ex alijs documen-
tis in deſcriptione eorumdem deſignatis. Quoties ve-
rò hæredum ſit mentio, hæreditarium eſſe, certiſſimum
eſt. † Et quod conceditur alicui, & hæredibus, & ſuc- 81
ceſſoribus hæreditarium eſſe aſſerit Decian. *conſ.*390. *n.*
5. & vbi ſolùm hæredum facta eſt mentio, Rolan. *conſ.*
69. *n.*9. *& conſ.*97. *n.*39. *vol.*1. *& conſ.*44. *n.*8. *lib.*3. *& conſ.*
3. *n.*17. *vol.*4. poſt multos quos refert. † At verò quoties 82
feudum hæreditarium eſt, ad id non admittuntur deſcē-
dentes, vel agnati, niſi ſint hæredes, hæredes, inquam,
hæreditatis, & ita eam dictionem accipiunt in hac
quæſtione Doctores, (& non pro ſolo hærede ſangui-
nis, vt quandoque fit:) Corn. *conſ.*199. *n.*40. *&* 43. *lib.*
2. Rol. *d. conſ.*2. *nu.*39. *lib.*1. poſt Alex. *conſ.*10. *lib.*2. vbi di-
cit communem, Juan. de Am. *d. tit. qui feud. dare poſſ.* §.
natura ergo . *fol.*116. *verſ. vt idem.* † Hæredes inquam 83
ejus, qui nouiſſimè moritur, nec ſufficit eſſe agnatum,
& hæredem ſanguinis; quam ſententiam & veriorem,
& magis communem profitentur Curt. jun. *conſ.*138. *nu.*
24. *verſ præmiſſis tamen*, & Cephal. *conſ.*665. *n.*15. *vſque ad
n.*39. & receptiorem ac veriorem, contrariamque ſen-
tentiam magis communiter reprobatam nouiſſimè
docet fuſiſſ. Hartman. Piſtor. *quaſt. jur. lib.* 2. *pars prima*,
*quaſt.*1. *n.*44. *cum multis ſeqq. & n.*57. *cum ſeqq.* poſt Jacob.
de Belui *in c.*1. §. *verſ. quaritur an hares de eo qui ſibi &
hared. & c.*1. *an agnat. vel filius*; & alios quos refert, &
ſequitur. Quod enim dici ſolet, eam † dictionem in 84
feudis accipi pro tali ſucceſſore, qui ſine aliquo hære-
ditario jure feudum obtinere poteſt, *c.*1. §. *etſi clientu-
lus de alienat. feudi*, id tunc procedit cùm iſta vox, *hares*,
vel à jure feudali vſurpatur, vel ex illius diſpoſitione
tacitè ſubintelligitur: at quando ab homine exprimi-
tur, tunc juxta regulam *l. non aliter de leg.* 3. *& l.*1. §. *ſi
quis nauem de exercitio act.* magis propriè accipitur, &
ita accipienda, ne omni prorſus effectu careat, *l. ſi quan-
do de leg.*1. *l. ſi per eum*, *ff. ne quis eum*, *c. ſi Papa. de priui-
leg. lib.*6. ita declarat Andr. de Iſern. *in c.*1. §. *hujus autem
generis*, *col.*2. *verſ. ſi ergo non probatur ex quib. cauſ. feud.
amittat.* Loffre *conſil.*1. *nu.*125. Thom. de Marin. *tit.*5. *de
feud. hared. nu.*8. vt eos refert & ſequitur Hartm. Piſtor.
*quaſt. jur. lib.*2. *part.*1. *q.*1. *n.*46. *& nu.*79. & hanc ſenten-
tiam, non ſufficere eſſe agnatum, & hæredem ſangui-
nis, niſi quoque ſit verus hæres vltimò defuncti, ſiue
ex teſtamento, ſiue ab inteſtato, tuetur, & veram do-
cet Hartm. Piſtor. *d. loco nu.*67. poſt Socin. Alciat. Carol.
Simon. & alios, & in terminis proprijs idem Hartm. *d.
loco*, *nu.*72. poſt Andr. de Iſern. Curt. Socin. Bron Pariſ.
Natt. Camerat. Frec. & alios, eamque ratione validiſſi-
ma firmat, & magis communem ſententiā aſſerit, & *nu.*
82. *cum ſeqq.* † Quæ adeò vera ſunt, vt ſi hæredes eſſent 85
incapaces, feudum potiùs ad Dominum reuerteretur,
quàm ad agnatum pertineret, Rol. *d. conſ.*2. *nu.*43. *lib.*1.
poſt Curt. jun. *in pralud. feudal. in* 8. *part.* Nec obſtat ſi
aduerſus

aduerſus hanc rationem opponatur, hujuſmodi ſen-
tentiam, qua aſſeritur debere eſſe hæredem, qui jus in
feudo hæreditario & in eo ſuccedere prætendit, & a-
86 liter non admitti, nõ habere locum, † vbi agnato non
fuit delata hæreditas, quia vltimus defunctus extra-
neum hæredem inſtituit, Rolan. *conſ.* 48. *num.* 50. *lib.* 4.
quod an verum ſit patet ex Gramm. *dec.* 10. *num.* 219. &
eod. Rolan. *d. conſ.* 2. *num.* 43. *lib.* 1. Nam in caſu in quo
87 verſamur, res caret omni difficultate. † quia, ex eorum
ſententia, ſufficit agnatum inſtitutum eſſe: At in caſu
noſtro Joachimus nepos ex Anna filia alterius Joachi-
mi defuncti Domini de Caſtro-nouo, donatarius, &
præterea hæres ab ipſo inſtitutus, eſt etiam agnatus di-
cto Joachimo, auo ex parte patris, inſignia & nomen
familiæ de Simiana defert, vt ſuprà eductum eſt, nec
dicendum, non licitum eſſe poſtergare gradum, & re-
88 motiorem inſtituere: † Nam hoc ſi aliquo caſu id ve-
rum eſt, procedit tantum in feudo merè mixto; vt ſi
conceſſum ſit pro liberis & hæredibus, Maſtril. *in de-
ciſ. conſtit. Sicil. deſ.* 56. *n.* 25. *in fin.* quale hoc Caſtri-noui
feudum non eſt.

Atque hæc quidem procedunt, ſi hoc feudum ſtri-
ctè ſolum eſſet hæreditarium, vt quia circunſcripta di-
cta conſuetudine, *pro hæredibus*, abſque vlla dictione
89 vniuerſali conceſſum eſſet; † tunc enim intrant illæ
difficultates, an ſufficiat eſſe hæredem ſanguinis, etſi
non bonorum vltimò defuncti, de quo Ceph. *d. conſ.*
665. *n.* 15. *vſque ad n.* 30. Hartman. Piſtor *d. q.* 1. *n.* 67. 72. 82.
cum ſeqq. & an ſufficiat inſtituere vnum ex compre-
henſis in inueſtitura, & ſic vnum ex agnatis; quod ta-
men ſufficere contendit Surd. *d. conſ.* 105. *n.* 23. *lib.* 1. poſt
Alex. *in l. ſi patroni in princ. n.* 14. *verſ. ſed ſi tenemus. ff. ad*
90 *Treb.* & alios quos refert, & ſequitur. † Sed ſi feudum
ſit purè, merè, ſimpliciter hæreditarium, quale feudum
Caſtri-noui, vt explicat Crauetta *d. conſ.* 256. *num.* 8. *cum
ſeqq.* vt quia dictio vniuerſalis, *quibuscunque*, vel, *omni-
bus*, dictioni *hæredis*, addita ſit, vel etiam ſola dictio, *hæ-
redis*, adeſſet, data tamen dicta conſuetudine, cùm tùc
hæredis, dictio pro *quibuscunque* accipiatur, vt jam do-
cuimus & mox repetemus, vel aliis modis de quibus
mox dicetur, res eſt certiſſima, & caret omni difficul-
91 tate: quia quoties feudum conceditur † *pro ſe, & hæ-
redibus, & ſucceſſoribus quibuscunque*; certum eſt hujuſ-
modi clauſulam comprehendere etiam hæredes ex-
traneos, etiam ex corpore non deſcendentes, & lega-
tarios, nedum fœminas, text. eſt *in c.* 1. *de feudo non ha-
bente prop. naturam feu.* Socin. *in l. quidam relegatus*; *verſ.
quinta concluſio, ff. de reb. dub.* Pariſ. *conſ.* 23. *nu.* 17. *lib.* 1. de
communi atteſtans Socin. jun. *conſ.* 103. *n.* 28. *lib.* 2. etiam
de communi Natta *conſ.* 159. *n.* 6. *cum ſeqq.* Cattil. Cotta
in verſ. quibuſcunque, Tiraq. *de retr. lignag.* §. 1. *gloſſ.* 7. *nu.*
21. Clarus §. *feudum q.* 9. *nu.* 2. vbi hanc opinionem tan-
quam magis communem in practica ſeruari conten-
dit Curt. *conſ.* 1. *per totum, maxime n.* 1 *&* 7. aſſerẽs com-
munem, *& in tract. de feudis* 4. *part. princ. nu.* 130. veram
& in 2. *parte tertiæ partis princ. n.* 62. magis communem,
Rol. *de confect. inuentar. n.* 2. *fol.* 187. *tom.* 8. *tract. part.* 2. *&
conſ.* 5. *n.* 45 *&* 46. *lib.* 1. & hanc magis communem & ve-
riorem eſſe ſententiam dubitari non poſſe, poſt Bald.
Alex. Roman. Brun. Dec. Socin. jun. & infinitos alios,
longa ſerie recenſitos, aſſerit, & docet Bamma. *d. tit. ſi
de feud. def. cap. feudum ea lege quæſt.* 4. *fol.* 273. & nouiſſi-
mè Hartman. Piſto. *quæſt. lib.* 2. *part.* 1. *q.* 1. *n.* 39. Eandem
ſententiam firmant Viuius, *deciſ.* 441. *nu.* 1. *lib.* 3. Syluan.
conſ. 30. *n.* 26. vbi teſtatur de magis communi, & id aſſe-
92 rit verum, etſi dictio, *maſculus*, adjecta ſit, † & de tali
feudo judicari, ac de cæteris bonis allodialibus, ideó-
que, & in quemcunque alienari, ſiue inter viuos, ſiue
in vltima voluntate poſſe: idemque docet, multos re-
ferens, Joan. Bapt. Surdus *in c. an agnat. vel filius defun-
cti num.* 16. 32. *&* 52. & non ſit reſtrictio ad habiles, quia
diſpoſitio hominis non reſtringitur ad habiles; ſed ge-
neraliter intelligitur, Fel. *in c. in præſentia de probat.* Nat.
d. conſ. 159. *n.* 6. *& ſeq.* Surd. *d. c.* 1. *nu.* 32. Idemque aſſeren-
dum ſi ſimpliciter dictum eſſet, *pro hæredibus quibuſcun-* 93
que, Crau. *conſ.* 256. *nu.* 8. Riminal. jun. *conſ.* 63. *nu.* 20. *vol.* 1.
Menoch. *conſ.* 724. *nu.* 2. *vol.* 8. Clar. §. *feudum q.* 9. & tam
fœminæ quàm extranei admittuntur, Fabian. de Anna
conſ. 53. *n.* 13. *&* 15. vel † *pro ſe, & ſucceſſoribus quibuſcun-* 94
que, remota mentione hæredum, Bald. *in cap.* 1. *in princ.
n.* 19. *de proh. feud. alien. per Frideric.* Cacher. *dec. Pedem.*
161. *n.* 15. vbi veriorem hanc ſententiam aſſerit. † Tan- 95
tũ enim importat verbũ, *ſucceſſoribus*, quod, *hæredibus*,
& quandoque latiùs ſumitur, Pet. à Gregor. 6. *p. q.* 4. vel,
pro ſe, hæredibus † *& ſucceſſoribus vniuerſis*, vt Theſaur. 96
dec. 227. † vel, *pro omnibus hæredibus*, Ruin. jun. *d. conſ.* 97
63. *poſt n.* 20. Bald. *in c. in præſentia ſub. n.* 20. *extr. de prob.*
Camill. Cotta *memorab. in verb. hæredis appellatione*, A-
lex. *conſil.* 195. *ſub n.* 4. *vol.* 6. Natta *d. conſil.* 159. *nu.* 8. Curt.
jun. *conſ.* 1. *n.* 4. Dec. *conſ.* 254. *n.* 2. Gozad. *conſ.* 27. *nu.* 22. *in
fin.* Rolan à Valle *conſ.* 5. *n.* 36. 37. 41. 47. *& conſ.* 60. *nu.* 49.
lib. 1. *& conſ.* 79. *n.* 35. *lib.* 2. † Hæ enim dictiones, *quibuſ-* 98
cunque, &, *omnibus*, æquipollent, & faciunt feudum
propriè, & ſimpliciter hæreditarium, ad extraneos et-
iam hæredes tranſitorium, Crauet. *conſ.* 256. *num.* 8. *verſ.
his tamen. vſque ad fin.* Tyber. Decian. in terminis, *reſp.* 3.
num. 174. vbi dicit communem, *lib.* 4. Garzon. *de fœmin.
ad feua recipi. num.* 79. & in omnibus his formis hoc ve-
rum eſſe docet Intrigl. *d. cent.* 2. *art.* 2. *num.* 173. *cum ſeqq.*
† Hoc verò feudum ſimpliciter purè & abſolutè hæ- 99
reditarium eſſe, & ita conceſſum fuiſſe, patet ex dictis
homagiis in deſcriptione eorum deſignatis, quæ om-
nia ſunt ferè ſub illis clauſulis; *pro ſe, & hæredibus, &
ſucceſſoribus quibuſcunque*; vel, *pro ſe, & hæredibus omni-
bus*; vel, *pro ſe, ſucceſſoribus, & hæredibus omnibus* præſti-
ta. Sed maximè ex homagio per Roſtagnum de Sabra-
no, tanquam filium, & hæredem d. Giraudi amici fœli-
cis recor. Joann. xxij. præſenti, & acceptanti, cùm pri-
mùm ſuperioritatem dicti loci Caſtri-noui ab Abba-
te S. Guilhelmi de Deſertis acquiſiuiſſet, quod abſque
dubio vim conceſſionis, & primæ inueſtituræ habere
debet, præſtito ſub hac forma, *pro me, ſucceſſoribus, &
hæredibus omnibus*. Probatur etiam abſolutè hæredita-
rium ex variis documentis in dicto inuẽtario deſigna-
tis, in quibus ſiunt ſtipulationes *pro ſe, & hæredibus, &
ſucceſſoribus quibuſcunque*, & aliàs dictæ clauſulæ gene-
ralis fit mentio. Immo in actis quibus pars aduerſa ni-
titur, dicta clauſula ita generaliter concepta adeſt, in
articulis enim *citra*, &c. *niſi* &c. ſuper quibus examina-
ti fuerunt teſtes coram d. Ludouico de la Sala, directè
ponitur, *hoc feudum conceſſum fuiſſe per Federicum Imp.
Girando amico & eius hæredibus etiam extraneis*; cui con-
feſſioni D. Antonius ſtare tenetur, cùm acta produxe-
rit, aut habeatur ac ſi produxiſſet; cùm articuli ſint
connexi cum depoſitionibus, & depoſitiones ſine illis
ſtare non poſſint: † Producens enim inſtrumentum, 100
fatetur omnia in eo contenta, gloſſ. & DD. *in l.* 1. §. *edi-
tiones ff. de eden.* Rolan. à Valle *conſ.* 2. *n.* 116.

Probatur ſecundò eſſe abſolutè hæreditarium, † e- 101
tiã ſecluſa dictione generali, quia conceſſum *pro ſe, hæ-
redibus, & ſucceſſoribus*: etſi enim dictio, *hæredis*, ſola,
deſcendentes maſculos tantùm comprehendat in ma-
teria feudali: tamen ſi dictio, *ſucceſſoribus*, adjungatur,
ne ſit ſuperflua, de extraneis etiam intelligitur, in ter-
minis Socin. ſen. *conſil.* 266. *col.* 13. *in fin. verſ. ſecundum &
ſeq.* Curt. jun. *conſil.* 4. *n.* 24. Natta *conſil.* 159. *num.* 13. Gre-
gor. *part.* 6. *q.* 4. & de ſucceſſoribus particularibus ne-
dum vniuerſalibus, Greg. *d. loco num.* 2. & comprehendit

etiam fœminas, Socin. ſen. *conſil.* 257. *col.* 4. *verſ. aliquando &* 2°. Greg. *d. loco q.* 2. *in fin.*

102 Tertiò probatur abſolutè † hæreditarium ex dictione, *perpetuò*, vel *in infinitum*, in homagio Roſtagni de Sabrano Abbati ſancti Guilhelmi præſtito appoſita: Hæ enim dictiones æquiparantur, & extraneos tunc comprehendi, rejectis agnatis, docet Socin. *d. conſ.* 266. *col.* 14. *in fin. verſ. ſecundo præmiſſa.* Curt. jun. *conſil.* 4. *num.* 24. *verſ. ex cujus dictis*: nec dicas hæc duo conſilia non loqui de feudo, ſed de emphyteoſi Eccleſiaſtica, nam in prioc. conſ. Curt. notatur id procedere etiã in feudo.

103 Quartò, data dicta conſuetudine, † certiſſimum eſt etiam ex ſola dictione hæredum probari, abſolutè & ſimpliciter hæreditarium, Guid. Pap. *d. q.* 230. *num.* 2. Guilhelm. Bened. *in d. c. Raynutius*, *verbo*, *duas habens*, *num.* 67. Guilhelm. à Per. *conſil.* 6. *num.* 26. *verſ. eſt & nouiſſime.* Petr. à Greg. *de conceſſ. feud. part.* 6. *q.* 2. *n.* 10.

104 Quintò, etiam nulla † mentione hæredum facta, data dicta conſuetudine, præſumitur & eſt reuera ſimpliciter hæreditarium ad quoſcunque hæredes tranſitorium, Jaſ. Bened. Ceph. & Surdus vbi ſuprà.

105 Sextò, † ex eo quòd aliàs alienatum fuit, vt in ſecundo fundamento docuimus. Nam alienationis facultas neceſſariò excludit eſſe ex pacto & prouidentia, Menoch. *conſil.* 812. *num.* 5. Viuios *deciſ.* 441. *num.* 12. *&* 13. *lib.* 3.

106 Septimò & poſtremò, † ex ſola dictione, *hæredis*, etiam ſecluſa conſuetudine, præſuppoſita dicta alienatione, diceretur hæreditarium ſimpliciter, hujuſmodi enim dictio in contractibus hujuſmodi, etiam in materia feodali, accipitur pro *quibuſcunque*, vt ſuprà dictum fuit ex Menoch. *d. conſil.* 812.

Quod ſi vnus ex his modis ſufficit ad probandum abſolutè hæreditarium, quanto magis ſi omnes concurrunt? quòd ſi hæreditarium eſt idque abſolutè, & ſimpliciter, eſt impoſſibile quòd ſit ex pacto, & prouidentia, cùm hæc duo genera feudorum ex diametro
107 † pugnent, Petr. à Greg. *de conceſſ. feud. part.* 2. *q.* 10. *per totum.* Hoc verò contrarium, & indubitatiſſimum eſt, in feudo abſolutè hæreditario quoſcunque extraneos, & fœminas ſuccedere, & in præjudicium filiorum deſcendentium, & agnatorum alienari poſſe, Gram. *deciſ.* 103. *num.* 219. *cum ſeqq.* Ceph. *conſil.* 1. *num.* 13. *&* 14. Surd. *conſil.* 105. *num.* 9. poſt multos quos refert.

Nec obſtat contra primum modum, quo probatum fuit hoc feudum ſimpliciter hæreditarium per dictiones vniuerſales, ſi fortan in aliquibus homagiis, hæredum vel ſucceſſorum ſimpliciter, abſque dictione vniuerſali, fieret mentio: nam ex aliis, in quibus dicta dictio adeſt, interpretanda ſunt, maximè cùm ea pauciſſima, & intermedia ſint, & in antiquioribus, & nouiſſimis dictio vniuerſalis adſit, & præterea præſuppoſi-
108 ta dicta conſuetudine, † hæredis appellatio ſimplex non minùs fœminas, ac maſculos comprehendit *l. ſciendum l. hæredis appellatione ff. de verb. ſignif.* Guido Pap. *d. q.* 230. *num.* 2. Bened. *verb. duas, nu.* 67. vt ſuprà dictum eſt, & infrà latiùs dicetur.

Nec nocet, cùm diximus in eodem primo modo, ex dictione vniuerſali probari feudum abſolutè hæreditarium, & fœminas admitti, conſideratio Intrig. *d. cent.* 2. *lib.* 2. *num* 181. aſſerentis, poſt Garſon, hoc intelligendum eſſe, vt fœminæ admittantur ex verbis vniuerſalibus ordine ſucceſſiuo, non autem cum maſculis ſimul.

109 Nã reſpondetur primò reſolutiuè, † in feudo abſolutè hæreditario, vt hoc tot modis eſſe probatũ eſt, etiam ſi per ſolam dictionẽ vniuerſalem probaretur, necnon in empititio, & conditionato; ceſſare illum ordinem ſucceſſiuum, ſed fœminas concurrere cum maſculis, imò eos excludere, ſi remotiores ſint, vel ita diſpoſuerit teſtator, atſi maſculi eſſent proximiores, vel eodem in grado, vt in terminis docent Socin. ſen. *conſil.* 255. poſt Bald. Jacob. de Beluiſo. & Marti. Laud. *col.* 4. *in fin. verſ. aliquando &* 20. Pariſ. *conſ.* 12. *num.* 19. *cum ſeqq. lib.* 1. Natta *conſil.* 159. *num.* 9. Nam, vt præfati DD. docent *c.* 1. *§. Epiſcopum vel Abbatem*, ex quo ille ordo ſucceſſiuus probatur in formula conceſſionis maſculis & fœminis, habere tantùm locum in feodo recto, & proprio, non autem in conditionato, abſolutè hæreditario, & quòd alias alienatum fuit; & quod magis eſt, † & 110
ſi proprium, & rectum eſſet, in conceſſione tamen maſculis cum fœminis propter dictionem, *cum*, non eſt locus dicto ordini; ſed fœmina ſimul cum maſculo admittitur, quod, etſi aliqui repugnent, verius eſt, Bald. *in l. quoties, C. de ſuis & legit. hæred.* Jacob. de S. Georgio *in tract. feud. verbo*, *& fœminis num.* 10. Franciſc. Crem. *ſig.* 71. Thom. de Marin. *de gener. & qualit. feud. tit.* 11. *nu.* 31. Butr. *conſ.* 63. *num.* 10. *lib.* 1. Berous *in c. Raynutius num.* 90. *ext. de teſtam.* quorum opinionem communem aſſerunt Pariſ. *conſ.* 12. *num.* 16. *lib.* 7. Lancelot. Galian. *in l. gallus*, *§. quidam recti num.* 17. *ff. de lib. & poſth.* & Clarus *in §. feudum q.* 73. *num.* 4. † Et planè fallitur Intrigol. 111
poſt Garzo. quem ſequitur *de fœmin. ad feud. admitt. num.* 86. Uterque enim deceptus fuit ratione ſententiæ à Doctoribus receptæ in formula maſculis, & fœminis, in qua eſt locus ordini ſucceſſiuo, ſecus in dictionibus vniuerſalibus, vt conſtat ex Socin. ſen. Pariſ. Natta locis ſuprà citatis & ratio differentiæ eſt manifeſta: & amplior eſt conceſſio cum dictione vniuerſali, quia cùm adeſt dictio vniuerſalis, poteſt extraneus inſtitui, quod non fit in ea formula maſculis, & fœminis vt patet ex Pariſ. Claro, & aliis ſuprà allegatis. Thomas autem de Mari. *tit. d. loco num.* 30. quem etiam Intrigolus allegat, non loquitur de dictione vniuerſali, ſed tantùm de formula maſculis, & fœminis.

Secundò reſpondetur, quòd vbi conſuetudo loci eſt, vt fœminæ ſint capaces feudorum, ille ordo ſucceſſiuus, caſu quo ei locus ſit, vt quando feudum regitur jure Francorum (plerumque enim non ſeruatur, ſed ſimul fœminæ cum maſculis admittuntur, Natta *d. conſ.* 59. *num.* 9. Pariſ. *d. conſ.* 12. *num.* 19. *lib.* 1.) intelligitur inter eos, qui in eodem gradu ſunt. † Nam ſi ma- 112
ſculus ſit in remotiori gradu, ſemper à fœmina excluditur, & prærogatiua gradus ſemper eſt eo caſu potentior prærogatiua ſexus, Petr. de Gregor. *in tract. de conceſſ. feud. part.* 4. *q.* 4. *verſ. his tamen.* Intrig. *cent.* 1. *q.* 7. *nu.* 61. *& cent.* 2. *art.* 43. *num.* 10. & latiùs poſtea dicemus.

Tertiò reſpondetur, data conceſſione pro ſe, & quibuſcunque, vel omnibus hæredibus, caſu quo admitteremus hujuſmodi ordinem ſucceſſiuum, qui tamen nullo modo eſt admittendus; † illum tantùm in ſuc- 113
ceſſione ab inteſtato procedere, inter eos tamen, qui ſunt ejuſdem gradus, non in teſtamentaria. Teſtamento enim poſſet vaſallus, excluſis maſculis, etiam in eodem gradu exiſtentibus, fœminas vocare: quoties enim per ſtatutum, vel aliàs, extantibus maſculis, fœmina non ſuccedit, toties ex teſtamento ſuccedere poteſt, Menoch. *conſ.* 628. *num.* 17. poſt Corn. *conſ.* 290. *num.* 11. *lib.* 3. Brun. *tract. de ſtatut. fœmin. exclud. art.* 8. *princ.* *q.* 8. Natta *d. tract. q.* 12. *vlt. q. principalis*, Campe. *eo. tract. q.* 54 Afflict. *in conſtit. in aliquibus q.* 5. *num.* 15. quod ratio naturalis edocet. Nam ſi in ea formula conceſſionis licitum eſt vaſallo extraneum quemcunque inſtituere, multo magis filiam. † Sed reuera tam ex teſtamento, 114
quàm ab inteſtato fœmina ſimul cum maſculo, imò ſola, ſi ſola inſtituta ſit, vel ſola ſit in gradu deſcendentium ab inteſtato, ſuccedit ratione dictionum vniuerſalium, *omnibus*, vel, *quibuſcunque*, Ruin. *conſ.* 16 *num.* 5. *lib.* 1.

Quartò,

Quartò, ſi extraneus ex veriori, & receptiori ſententia inſtitui hæres, & legatarius etiam fieri poteſt, Silvan. *d. conſil. 30. num. 26.* Bammac. *d. cap. feudum ea lege q. 4 in ſi de feud. def.* cur Joachimus maſculus, nepos ex filia teſtatoris, & ejuſdem agnationis, & familiæ ex parte Patris, inſtitui non poterit, cùm in eo concurrant, & qualitas ſexus maſculini & agnatio? Ruin. *d. conſil. 16. num. 5.*

Poſtremò reſpondetur, data dicta conſuetudine; qua feuda ſunt redacta, &c. non eſſe quærendum de ordine ſucceſſiuo, cùm in feudis tùc ad inſtar allodialium ſuccedatur, vt ſuprà in primo fundamento edoctum fuit. His omnibus, circa hoc tertium fundamentum, quod ſit feudum ſimpliciter, & abſolutè hæreditarium, addendum quòd feudum vbi aliàs non eſſet ad hæredes tranſiturium, cùm tamen ſemel ad hæredes legitimè tranſmiſſum ſit, vt *in fin. num. 126.* dum de Ludouico fit mentio, docebimus, poſtea ad hæredes indiſtinctè tranſmitti poteſt per text. *in l. videamus*, & ibi Bald. *ff. quod met. cau.* Bart. *in l. qui duos num. 11. ff. de reb. dub.* & in terminis feudi Schrader. *in tract. feud. parte 7. c. 11. n. 31.*

Quartum fundamentum, quia pro hoc feudo probatur annuus cenſus; nimirum vacca diuerſi coloris, quam vocant *Calle*, quæ à viginti & vltra annis ad octo florenos annuos præſtandos redacta fuit, vt ex docu-
115 mentis productis patet. At † verò quoties ſub annuo cenſu feuda conceduntur, vt ſi cenſus pecuniarius, vel ſpatula porci, vel vnum par caponum, vel quantitas frumenti quolibet anno præſtatur, in his fœminæ, ſicut & alij extranei admittuntur, Alex. *conſil. 9. num. 6. vol. 5.* Ruin. *conſ. 24. num. 7. vol. 1. & conſil. 25. num. 13. vol. 2.* Natta *conſ. 159. num. 15.* Pariſ. *conſil. 12. num. 21. lib. 1.* Bened. *in d. cap. Raynutius, verb. duas habens, num. 33.* Gregor. *in Syntag. lib. 6. cap. 12. num. 5.* & quamuis aliqui contradicant, tamen hanc ſententiam receptiorem atteſtatur Intrig. *d. art. 2. num. 105.* Et quamuis aliqui voluerint limitare hanc opinionem, vt nõ procedat quando vltra annuum cenſum feudatarius juramentum fidelitatis præſtat, quod continet ſeruitium perſonale:
116 † tamen indiſtinctè ea ſententia tenenda eſt, & ſiue præſtet juramentum fidelitatis, ſiue non, aſſerendum hujuſmodi feudum improprium, & conditionatum, ad quod fœminæ admittantur, eaſque indiſtinctè, nulla habita ratione juramenti fidelitatis præſtandi, admittendas eſſe cenſent Socin. *conſil. 257. col. 2. verſ. aliquando, & tertio*, Corn. *conſ. 16. n. 2. lib. 1.* Ruin. *conſ. 18. nu. 17 lib. 1.* Pariſ. *conſ. 12. num. 18. lib. 1.* eamque ſententiam veriorem, & magis communem ducit Menoc. *conſ. 65. per tot.* qui omnino videndus eſt, variis enim rationibus eam confirmat, & omnibus quæ in contrarium afferri poſſent, reſpondet. Et planè ſic ſe res habet: conſtitutiones enim fœminas excludentes à feudis, in feudo recto, & proprio loquuntur, Pariſ. *d. conſ. 12. num. 16. & ſeqq.* Natta *d. conſ. 159. nu. 9.* Ergo ad alia feudi extendi non poſſunt, tum quòd in feudis non fit extenſio
117 † de caſu ad caſum, ſed caſus ibi non deciſus, ad juris communis diſpoſitionem pertinet; quia feoda ſunt ſtrictiſſimi juris, Garzo *in tract. de fœmin. ad feud. recip. vel non. col. 2. circa fin.* poſt Menoch. *conſil. 61. nu. 10.* Socin. jun. *conſil. 31. nu. 14. vol. 4.* Nat. *conſ. 164. num. 11. & 162.*
118 *col. 1.* tum quòd † excluſio fœminarum eſt odioſa, & contra jus commune, & ideò reſtringenda traditur *in l. librorum ff. de verb. ſignif. l. maximum vitium, C. de liber. pret.* & in terminis ſucceſſionis feudorum Joan. de Amic. *tit. qui feud. dar. poſſ. §. pro eſt iſte terminus, in 3. quæſt. fol. 141. verſ. vos autem in hoc.* & Charond. *aux ob-*
119 *ſervations du droict françois, verb. fief. in fin.* nec † valet argumentum de emphyteuſi ad feudum, & contra, Ruin. *d. conſ. 24. num. 8.* Quod verum eſſe ex eo manifeſtè conuincitur, quia ſi propter hujuſmodi juramentum, in quo continetur ſeruitium perſonale, fœmina excluderetur ab hujuſmodi feudo impropio, & conditionato, excluderetur quoque † à feudo franco, 120
quod qui obtinet, tenetur ad ea quæ continentur *in tit. de form. fidel. & tit. de non form. fidel.* Joan. Andr. *in addit. ad ſpecul. tit. de præſcrip. in addit. 1. in fin.* Felin. *in c. ceterum num. 6 de judic.* Abb. *conſ. 82. nu. 7. lib. 1.* At † ve- 121
rò fœmina feudum francum obtinere poteſt. Bald. *in cap. 1. §. & quia vidimus num. 19. de his qui feud. dar. poſſ.* Rom. *ſing. 167.* Ruin. *d. conſil. 24. num. 9. lib. 1.* & magis communem atteſtatur Menoch. *d. conſil. 65. nu. 31.* † De- 122
inde ſi ea præſtatio juramenti excluderet fœminas, non poſſent ex per conſuetudinem admitti, nec ex pacto, cùm illis caſibus fœmina teneatur præſtare juramentum fidelitatis, Pariſ. *conſil. 12. n. 32. lib. 1.* Corn. *conſ. 16. num. 4. lib. 1.* & tamen certum eſt, & conſuetudine, vt ſuprà demonſtratum fuit, & pacto admitti, Zaſ. *in tract. de feud. part. 8. num. 49 & 50.* Char. *in §. feudum q. 73. verſ. & in hoc.* Intrig. *d. art. 2. nu. 92.* ſequeretur etiam † infan- 123
tes & impuberes admitti non poſſe, cùm illi nec prælio opem ferre Domino, nec conſilio, nec arcanorum reticentia illi prodeſſe valeant, & tamen illi feudum obtinere poſſunt, Bald & Angel. *in l. vlt. C. de teſt. milit.* Dec. *in l. 2. §. item ſi impuberes, num. 5. & 7. de reg. jur.* Jac. à ſancto Georgio *in inueſt. feud. in verb. qui quidem inueſtitura, num. 24. cum ſeqq.* Menoch. *d. conſ. 65. num. 38.* quæ vera eſſe conuincitur neceſſariò, quia aut ſubeſt aliqua ratio ſufficiens & certa, cur fœminæ in feudis non ſuccedant, aut nulla ſubeſt: Si ſubeſt, ea eſt potiſſima, quia Dominum in prælio juuare non poſſunt: ſed vel ad id ſeruitium non tenentur in feudo conditionato, vt plerique ex ſupradictis contendunt, maximè Socio. Corn. Rom. †, vel ſi tenentur; per ſubſtitutum 124
præſtare id poſſunt, Oſaſc. *dec. 27. num. 3.* Bened. *in d. cap. Raynutius, verb. duas habens, num. 71.* Corn. *d. conſ. 16. n. 4. lib. 1.* Menoch. *d. conſ. 65. num. 36.* Quòd ſi nulla ſubeſt ratio, cur excludantur, niſi ſit pro ratione voluntas, idque conſuetudine paulatim receptum ſit, quòd primi infeodantes tantùm maſculis concedere voluerint, vt reuera nulla alia fuit ratio, Clar. *d. q. 73. in princ.* Garzo. *d. tit. de fœmin. ad feud. recip. in princ.* Certè aſſerendum eſt, fœminas ad hujuſmodi feodum conditionatum admitti, cùm feuda propria ſub annuo cenſu non dentur, ſed vt vaſallus Dominum juuet, & pugnam faciat, vt inquit gloſſ. *in cap. 1. §. hoc autem de his qui feud. dare poſſ.*

Quintum, vbi in dubio verſaremur (in quo tamen reuera non verſamur, immò ſumus in terminis clariſſimis ſucceſſionis fœminarum, eodem planè modo quo maſculorum) vtrùm fœmina eſſet nec-ne in inueſtitura incluſa, vel ad tempus perpetuóve excluſa, † tunc 125
fauore priſtini ſtatus, quo æqualiter cum maſculis ſuccedebat, & odio excluſionis, admittendam eſſe judicare deberemus, Hieron. Garzo *in tract. de fœm. recip. limit. 46.* Intrig. *d. cent. 2. art. 2. num. 434.* ex quibus ſatis ſuperque edoctum eſt, nedum d. Joachimum ejuſdem familiæ, & agnationis, ſed etiam d. Annam ipſius matrem, filiam teſtatoris, ſi hæres inſtituta fuiſſet, in d. Caſtro ſuccedere poſſe, & debere, ſed ſupradictæ rationes, quòd feudum ſcilicet ſit emptitium, pro ſe, & hæredibus ſtipulando; & hæreditarium, ſi præſupponatur dicta conſuetudo, quæ veriſſima eſt, qua feuda ſint redacta ad inſtar patrimoniorum, tales ſunt quibus nullo modo reſponderi poteſt, & quæ ſolæ ſufficiunt, & atteſtationibus & documentis per d. Dominum Antonium productis omnino præualeant, nam, ſecluſa omni dictione vniuerſali, & ſepoſitis tot mo-

dis, probandum eſſe feudum ſimpliciter, & abſolutè
hæreditarium, ſimplex, *hæredum*, dictio, pro quibuſ-
cunque, tam fœminis quàm extraneis hæredibus, acci-
pienda eſſet: verſamur enim tunc in jure communi
Romanorum, vt ſuprà fusè demonſtratum fuit.

Sextum, quia reuera nulla vnquam fuit in d. Ca-
ſtro nouo primogenitura per d. Dominum Antonium
prætenſa, vt fusè in articulis deductum, & per docu-
menta in inuentario contenta, probatum fuit, & in in-
126 diuiduo † demonſtratum, aut primogenitos non ſuc-
ceſſiſſe, aut non ſolos, aut ex alia cauſa, quàm dictæ
primogenituræ; imò ſemper licuiſſe, & licere Domi-
nis d. Caſtri-noui de eo liberè in quoſcunque diſpo-
nere, tam inter viuos per donationes, & aliàs, quàm in
vltima voluntate, per teſtamenta ſcilicet, & ab inteſta-
to, omneſque liberos ſimul ab inteſtato, ex teſtamento
verò eos in fauorem, quorum teſtator diſpoſuerat, ſuc-
cedere potuiſſe, & ſucceſſiſſe, vt in articulis deductum,
& per documenta producta probatum fuit: Quan-
doquidem quoad familiam Giraudorum Amici non
eſt inſiſtendum tum quòd in ea d. Dominus Antonius
in ſuis articulis d. primogenituram non contendit, ſed
tantum in familia de Simiana eam docere prætendat;
tum quòd ſi in ea quoque familia eam prætenderet,
contrarium manifeſtè conuinceretur, ex homagiis pro
ſe, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus omnibus præſti-
tis, maximè ex eo quod Joann. xxij. eum primùm ſupe-
rioritatem dicti loci acquiſiuit, factum fuit; tum ex eo
quòd d. Caſtrum-nouum per Giraudum Amici, Do-
minum Rupisfortis, in Giraudum de Simiana abſque
vllius etiam ſuperioris Domini conſenſu alienatum
fuit. Quoad verò familiam de Simiana, Giraudus de
Simiana, qui primus de dicta familia fuit Dominus
Caſtri-noui, illud, mediante pecunia, acquiſiuit, & à
priuato, & à Camera Apoſtolica, pro ſe, & hæredibus
& ſucceſſoribus ſuis, & ipſemet ſanctiſſimus Dominus
noſter Papa Gregorius xj. per bullam jus omne Ca-
meræ in dictum Giraudum, & ſuos hæredes & ſucceſ-
ſores tranſtulit, quæ dictio, *hæredum*, ſola data conſue-
tudine patriæ, ſæpe mentionata, pro quibuſcunque
127 hæredibus fœminis, & extraneis intelligenda eſt, † *l.
ſciendum l. hæredis appellatione, ff. de verb. ſignif. l. ſi plures
gradus, de leg. 3.* Alex. *in l. ſed ſi hac, §. liberos, num. 3. verſ.
vbi autem de in jus vocando*; & idem in dictione, *ſucceſ-
ſoribus*, dicendum, Dec. *conſ. 269. nu. 1.* cùm hæres quo-
que ſit ſucceſſor, *d. l. hæredis appellatione*, & in terminis
feudi, Guido Pap. *q. 230. num. 2. verſ. aduertendum tamen*,
Bened. *in c. Raynutius, verſ. duas habens filias, num. 67.* à
Petra *conſil. 6 numero 26. verſ. eſt & nouiſſimum*, & alij
ſuprà h. relati; ſed &, ſecluſa conſuetudine, ſi dictio-
nes, *hæredibus & ſucceſſoribus*, jungantur, certiſſimum
eſt conſtitui feudum ſimpliciter hæreditarium, vt ſu-
prà dictum fuit; ſed & ſola dictio, *hæredum*, in hujuſ-
modi contractus appoſita, pro quibuſcunque accipi-
tur, Menoch. *conſ. 812. num. 5.* & eo ipſo, quòd in extra-
neum, etiam irrequiſito domino, alienatum fuit, eui-
dentiſſimè conſtat de eo Dominos & poſſeſſores libe-
rè in quemcunque etiam extraneum diſponere potuiſ-
ſe, vt in fine primi fundamenti *num.* 58. & ſecundi *nu.*
77. *&* 78. Poſtea, dictum Caſtrum Guinoto filio d. Gi-
raudi de Simiana ſecundogenito, per donationem in
contractu ſui matrimonij à d. Giraudo patre factam,
acquiſitum fuit cum pacto, vt omnes maſculi ex eo
matrimonio naſcituri, aut is, quem elegiſſet Guino-
tus, ſuccederent, & ſic nulla inter eos primogenitura
erat inducta; imò ex hujuſmodi pacto clariſſimè ex-
cluditur. Tandem per ceſſionem, per dictum Guino-
tum in executionem teſtamenti dicti Giraudi patris
factam, dictum Caſtrum Berengario vltimo genito
obuenit, cui Berengario in d. Caſtro ſucceſſit quidem
Ludouicus, ſed is erat etiam tertiogenitus, cùm habe-
ret primogenitum Reforſatum & Petrum ſecundo-
genitum Religioſum, nec ſolus in d. Caſtro ſucceſſit,
& propterea homagium fecit tanquam filius, & cohæ-
res Berengarij, & ſic ſub qualitate hæreditaria, immò
cohæreditaria, & pro Dominio quod conjunctim, vel
diuiſim habet & poſſidet, & ſic non ſolus, quod ſolum
documentum, cùm d. Dominus Antonius à d. Ludo-
uico ſe deſcendere per mediam perſonam Stephani
ejus filij & Melchioris ac alterius Ludouici patris præ-
tendat, & primogenituram per ipſum prætenſam à di-
cto Ludouico incipere velit, ſufficiens eſt ad totam
illam machinam primogenituræ prætenſæ omnino
deſtruendam, & euertendam, vt in ſequenti funda-
mento docetur. Alio etiam modo, ex eo ſolo homagij
inſtrumẽto ſuccumbere debet d. Antonius, quia ex eo
patet, dictum feudum jure hæreditario ad d. Ludoui-
cum, eumque non ſolum tranſiſſe: at verò feudum
etſi aliàs ad hæredes non eſſet tranſitorium, ſi tamen
ſemel ad eos tranſmiſſum ſit, poſtea ad hæredes indi-
ſtinctè tranſmitti, Schrad. *de feud. part. 7. c. 11. num* 31. &
ſuprà probauimus ex Barth. & Bal *num. 114. in fin.* Poſt
Ludouicum, qui Reforſato ſuperſtes fuit, Stephanus
quidem primogenitus Caſtrum habuit, non ratione
primogenituræ alicujus, ſed, vel per diuiſionem ſeu
tranſactionem cum fratre Bartholomæo initam, ſi &
quatenus d. Ludouicus ab inteſtato deceſſerit; ita vo-
lentibus ipſis contrahentibus, obuenit dicto Stepha-
no, ex quo contractu diuiſionis, ſeu tranſactionis mul-
tæ eliciuntur rationes, quibus demonſtratur, primo-
genituram, per d. Dominum Antonium prætenſam,
nullam vnquam fuiſſe in dicto Caſtro-nouo, de qui-
bus rationibus poſtea in octauo fundamento: vel
(quod verius eſt) ex teſtamento d. Ludouici, quo hæ-
res vniuerſalis inſtitutus fuit, in d. Caſtro ſucceſſit.

Et quæ diuiſio † æqualis fuit, & talis de jure præſu- 128
mitur, in antiquis enim etſi lapſi ſint decem anni inter
præſentes & viginti inter abſentes, diuiſio præſumitur
facta æqualis ab initio, ita contra Menoch. Teſſau. *dec.*
205. *nu.* 3. & Ant. additionator *ad d. dec.* 205. vbi reſpon-
det ad motiua Menoch. & dato quòd ſententia Me-
noch. eſſet magis communis, vt aſſerit Honded. *conſ.*
59. *num.* 60. *& ſeqq. lib.* 1. nihilominus, in cauſa, de qua
agitur, ſententia Menoch. non poteſt obeſſe, cùm con-
ſtet de titulo dictæ diuiſionis, quo caſu cùm non aga-
tur niſi de præſumenda æqualitate, ea præſumenda eſt
per tradita ad Teſſau. relato loco, maximè † cum ſit 129
præſumendum pro inſtrumento, Gram. *deciſ.* 45. *num.* 9.
& ſeqq.

Poſt dictum Stephanum Melchior fuit Dominus
d. Caſtri, in quo nulla primogenitura conſiderari po-
teſt, tum quòd cùm vnicũ filium habuerit Stephanus,
tum quòd etiamſi alij adfuiſſent, is ex vi donationis
in contractu matrimonij per Stephanum factæ, ſiue
ex perſona propria, quamdiu ex eo matrimonio non
habebat filium, ſiue ex perſona filij, ſolus Dominus d.
Caſtri fuiſſet. Primogenito enim maſculo ex d. matri-
monio naſcituro donatum fuerat dictum Caſtrum, to-
ta juriſdictio, & totum ejus tenementum cum medie-
tate omnium fructuum, redituum, & emolumento-
rum ejuſdem; dicto verò Melchiori dictus Stephanus
omnia bona ſua præſentia dederat. Quomodo autem
ſit intelligenda d. donatio, maximè circa clauſulam
medietatis fructuum & emolumentorum, & quid con-
tineat & comprehendat, in conſiliis ſeparatis circa il-
lam donationem tantùm factis docebitur.

Poſt Melchiorem ad Janſanum ſolum pertinuit d.
Caſtrum in vim dictæ donationis, per Stephanum fa-
ctæ, quæ

Digitized by Google

ctæ, quæ donatio ſola cauſa fuit, non alia aliqua primogenitura, vt d. Ludouicus à dicto Caſtro, & juriſdictione ac territorio excluſus fuerit, idque patet maniſeſtiſſimè ex eo quòd per primam tranſactionem, quam tutores dicti Joachimi filij & hæredis d. Janſani cum d. Ludouico inierant, tantùm conſecutus fuerat quædam bona immobilia, & ſummam pecuniarum, ac quantitatem vini: ſed de dicto Caſtro, juriſdictione, juribus dominicalibus, molendinis, furnis, vintenis, nihil omnino, idque propter dictam donationem. Et cùm poſtea dictus Joachimus, major factus, ſe, eo nonobſtante, admodum per dictam tranſactionem læſum vidiſſet, contra eum litem mouit, dictamq́; tranſactionem in poſſeſſorio reſcindi obtinuit; quo tempore nulla omnino adhuc mentio facta fuerat dictæ primogenituræ ex aduerſo prætenſæ: ſed tantùm in cauſa appellationis coram Domino Kropero juris Frãcorum primogenitum propoſita fuit, quæ verificantur tam ex tenore dictæ ſententiæ in actis productæ, quàm ex prima tranſactione & narratiua ſecundæ tranſactionis ac literis remiſſionalibus & articulis eis annexis *citra*, &c. *niſi*, &c vigore quarum fuerunt factæ dictæ teſtium depoſitiones necnon, & maximè, ex deciſionibus ſuper petitorio factis antequam dicta juris Frãcorum primogenitura in judicium deducta fuiſſet, quibus tres quartæ partes bonorum vltra juriſdictionem, & intra Dominicalia d. Domino Joachimo adjudicantur, & ſolùm reſtabat quarta pars bonorum indeciſa, & quam etiam ad ſe dictus Joachimus, virtute dictæ donationis, pertinere aſſerebat, & ſupradictis conſiliis ſeparatis reuera ad eum ſpectare apparebit. Et quamuis ante ſecundam tranſactionem articulatum fuiſſet de dicta primogenitura juris Francorum, & ſuper ea teſtes examinari; tamen, illius nulla habita ratione; dictus Ludouicus tãtundem & longè plus conſecutus fuit, quàm conſequi debuiſſet, ſi nunquam dictæ primogenituræ facta fuiſſet mentio, vt latiùs infrà, dum d. tranſactioni reſpondebitur, demonſtrabimus. Ex quibus manifeſtiſſimè patet de continua ſerie, & ſucceſſione Dominorum Caſtri-noui à primo familiæ de Simiana acquiſitore vſque ad vltimatè defunctum, aliter quàm ex vi prætenſæ primogenituræ, imò quandoque non primogenitos, & quandoque non ſolos, & ſi quandoque ſoli alij quàm vi primogenituræ prętenſæ ſucceſſiſſe.

Nec huic ſexto fundamento ex continua ſucceſſione Dominorum Caſtri-noui deſumpto obſtant depoſitiones teſtium, qui genealogiam & ſucceſſionem Dominorum enarrant, & ſe in arbore dictæ domus vidiſſe & legiſſe aſſerunt. Nam, ſi eam intelligunt, & interpretantur Dominos in ea recenſitos omnes fuiſſe primogenitos, & ex vi primogenituræ ſucceſſiſſe manifeſtè errarunt: dicta verò genealogia, ſi intelligatur, & explicetur vt debet *citra*, &c. *niſi*, &c. vera eſt; Giraudus enim fuit primus acquiſitor, & poſt ejus mortem Berengarius tunc ſecundogenitus, per remiſſionem Guinori, cui à patre donatum erat Caſtrum-nouum juxta ordinationem patris factam, ſucceſſit, & poſt Berengarius Reforſatus & Ludouicus ſimul quidem ſucceſſerant, ſed quia poſtea Reforſatus ſine liberis deceſſit, & Ludouicus portionem ipſius conſequutus fuit, ſcribitur, & ponitur in arbore, & ſic de reliquis, vt ſuprà dictum fuit: & quia de d. arbore genealogiæ latiùs infrà in fin. conſilij, dum errores poſitionum & teſtium recenſebuntur, differemus, eò me remitto.

Septimum fundamentum, quod ex ſuperiori reſultat, eſt, quia ſiue velit d. Dominus Antonius primogenituram per ipſum prætenſam incipere à Giraudo de Simiana, vel Berengario ejus filio, vt faciunt teſtes examinati à dicto Domino de la Sale, & ſit in articulis ſuper quibus depoſuerunt, ſiue à Ludouico, vt in ſuis articulis d. Dominus Antonius tacitè videtur velle facere, conſtat Giraudum extraneum acquiſiuiſſe aliàs quàm ex vi alicujus primogenituræ, Berengarium verò vltimogenitum fuiſſe, Ludouicum autem (qui reuera etiam erat vltimogenitus) non ſolum, ſed ſimul cum fratre dictum Caſtrum obtinuiſſe, in eo ſucceſſiſſe, & id poſſediſſe, quo ſtante verò, vt veriſſimum eſt, omnino corruit, & nulla redditur primogenitura prætenſa. Quia quamuis præſcriptio nedum centenaria, ſed & immemorabilis probata fuiſſet, quæ tamen nullo modo probata fuit: imò contrarium omnino edoctum, tamen ea omnino concideret & funditus euerteretur, & ipſius nulla penitus eſſet habenda ratio: quoties enim primogenitura prætenditur inſtituta ab aliquo, † ſi de contrario conſtet, omnis immemorabilis præ- 130
ſcriptio deſtruitur, vt in terminis docet Molin. *de primogen. lib. 2. c. 6. num. 63. in fin.* deſtructo namque fundamento, vt verbis Molin. vtar, omnia, quę ex ipſo deduci prętenduntur, deſtructa eſſe cenſentur, *l. non dubium, C de leg. l. cum principalis, ff. de regul. jur.* † Et allegans 131
aliquid cum certa qualitate, tenetur illam præcisè probare, deficietq́ue ejus probatio, ſi probet actum abſque qualitate, text. eſt *in c. licet cauſam*, vbi latiſſimè Felin. *num. 40. cum ſeqq.* & Decian. *numero 24. cum ſeq. de probat.*

Octauum principale fundamentum deſumitur ex tranſactione inita inter Stephanum, & Bartholomęum filios Ludouici, ex qua variæ rationes depromuntur, quibus docetur, nunquam dictæ primogenituræ, per dictum Dominum Antonium prætenſæ, in dicto loco Caſtri-noui fuiſſe locum.

Prima, quia ex ea patet, cùm mortuus fuiſſet Ludouicus pater Stephani, & Bartholomæi ab inteſtato, vt tunc credebatur, nullam primogenituram ratione d. Caſtri fuiſſe prætenſam: ſed Stephanum, tanquam primogenitum in omnibus bonis à Ludouico relictis prætendiſſe ſuccedere debuiſſe, dictum verò Bartholomæum contrarium aſſeruiſſe: imò ex eo quòd pater inteſtatus, vt credebatur, deceſſerat, omnia bona æqualiter eſſe diuidenda, & quæ aſſertio Bartholomæi, vt vera, præualuit, & bene. Quomodo enim Stephanus aliquam primogenituram prætendere poterat, poſtquam Ludouicus ejus pater, iſq́ue vltimogenitus non ſolus, ſed ſimul cum fratre in d. Caſtro ſucceſſerat & id poſſederat, vt patet ex ejus homagio, ideoq́ue ad tranſactionem ſiue potiùs diuiſionem deuenerunt, qua locus Caſtri-noui, & jura, quæ Ludouico competierant in loco Cauiſmontis, ſi quæ eſſent, Stephano obuenerunt, Bartholomæo verò locus & Caſtrum de Coſta, cum juribus, quæ Ludouicus habebat in loco ſancti Saturnini de Theſio, & ſumma duorum mille flotenorum, quæ ſumma illis temporibus egregia erat, vt eſt notorium, portioque Bartholomæi ab omnibus debitis & oneribus hæreditarijs libera, & immunis erat; Stephanus autem his omnibus oneratus remanebat. Quæ portiones, ſi benè conferantur, non ſolùm æquales, ſed quodammodo, quoad vtilitatem, & reditus, Bartholomæi portio major erat. Nam locus de Coſta non minoris eſt valoris quàm Caſtrum-nouum; portio verò juriſdictionis, & jura loci de Cauiſmontibus non magni erant momenti, quod euentus docuit, ex ejus enim diſtractione quædam bona, in territorio Thori ſita, acquiſita fuerunt per Melchiorem, & quæ etſi admodum aucta ſint per acquiſitiones plurium prædiorum à diuerſis perſonis per Melchiorem. Janſanum & Joachimum factas: tamen non niſi quinquaginta ſalmaris frumenti quotannis conducuntur.

Titulus verò Jonqueriarum imaginarius eſt,& nullius momenti, cùm Domini Caſtri noui prætenderint ſolùm ſe habere jus majoris Dominij erga Abbatem ſancti Andreæ, qui eſt verus Dominus d.loci,& propterea Abbatem recognoſcere debere dictũ Dominum Caſtri noui, tanquam majorem Dominum, idq́ue ſine vlla vtilitate: ſed & d. Dominus Abbas prætendit ſe non debere recognoſcere dictum Dominum Caſtri-noui,& ſententiam in poſſeſſorio contra eum, jam à longiſſimo tempore obtinuit: ita vt nulla talis juris ſit habenda ratio, ſed etſi de his legitimè non conſtaret, dicta tamen diuiſio æqualis, & æqoaliter facta præſumeretur per ea quæ ſuprà diximus ex Theſſao. *deciſ.*205.additiooatore ibidem. Conſtat igitur manifeſtè ex dicta traoſactione, oullam eſſe primogenituram in loco Caſtri-noui, per d.Dominum Antooium prætenſam, cùm oec ea aſſeratur in d.tranſactione, & ea, qualem aſſerebat dictus Stephanus,vera non ſit: ſi enim vera fuiſſet,hujuſmodi portio Bartholomęo non obueniſſet, imò ex eo qoòd, cùm Stephaous aſſeruiſſet ad ſe,vti primogenitum,omoia bona Ludouici pertinere, permiſerit Bartholomæum contrarium affirmare nec contradixerit,&,nonobſtante ſoa aſſertione, hujuſmodi portionem Bartholomæus cõſecutus fuerit, omnino ab ea diſceſſit, & nullam eſſe re ipſa ex facto ipſo declarauit.

Secunda ratio eſt,quia ſe obligat ad omnia debita, & onera hæreditaria ſupportanda,quod non faceret ſi tanquam primogenitus ſucceſſiſſet: certum enim eſt, 132 eum, † qui ſuccedit ex vi primogenituræ, vel majoratus, non teneri ad debita non contracta in vtilitatem majoratus, & ooera hæreditaria prædeceſſoris, text. *in c.1.de ſolut.* Alex.*conſ.*19.*nu.*2.*&* 30.*lib.*5.Molin. *de primogen.c.*10.*num.*29.*lib.*1. Gomeſ.*ad ll.Tauri l.*40. *nu.*72.Auenda *ad ll.Tauri,l.*40.*gloſſ.*1.*n.*70.

Tertia, quia adeſt pactum, quod ſi d Stephanus, & Bartholomæus decederent ſine liberis maſculis, inoicem ſubſtituuntur in omoibus bonis; at verò certum eſt in majoratibus nullam ſubſtitutionem fieri poſſe, cùm nec alienari, pignorari, imò,nec ſuper his io præjudicium ſucceſſorum tranſigi poſſit, Gomez *ad ll. Tauri l.*40.*num.*81.*cum multis ſeqq.* Molin.*lib.*4.*c.*1.*&* 9. *per tot.*

133 Poſtrema, † quia ſubſtitutio ſolùm concipitur, ſi vnus ex dictis fratribus, ſine liberis maſculis deceſſerit, quamuis poſtea dicti liberi ſine liberis tam maſculis quàm fœminis decedant, non eſſet dictus patruus vocatus, nec eſſet locus dictæ ſubſtitutioni in ejus fauorem: ſatis propterea effectu, & re ipſa paciſcentes, dicto caſu neminem aliquod jus in portione alterius prętendere poſſe. At verò ſi Majoratus gentilitius maſculinus eſſet, liberis vnius deficientibus, patruus, & ex eo deſcendentes maſculi ſuccederent.

134 Quod verò ſuprà dictum fuit; † vno ex fratribus cum liberis maſculis decedente; etſi poſtea dicti liberi ſine liberis decedant, deficere in ejus portione ſubſtitutionem, probatur *l. cùm vxori, C. quando dies leg. vel fideicomm ced. l. filiusfamilias, §. cum quis, de leg.* 2. *l. ex facto, §. ex facto, & § ſi quis autem, ff. ad Trebell.* Oldrad. *conſ.*21.Bald.*in l.fin.nu.*45.*q.*25.*C.de hæred.inſtit.* Anchar. *conſ.*120. Angel.*conſ.*159.*num.*3 Quæ ex vi ſubſtitutionis depromptà dicontur, procedunt caſu quo hujuſmodi ſubſtitutio in contractu facta valeret, quæ tamen eſt nullius omnino momenti, quippe quæ de omnibus bonis alterutrius facta ſub hac conceptione verborum, *quod dominationes ſupradictæ ſpecificatæ, & declaratæ ipſorum fratrum, ac omnia eorum bona, ſuccedere de-* 135 *beant de vno ad alium.* & † ſic tolleus liberam teſtandi facultatem, Dec.*conſ.*225.*nu.*5.*& ſeqq. conſ.*256.*nu.*19.*& ſeqq.* Peregr.*de fideicom.art.*51.*n.*25. Sed quamuis hujuſmodi pactum nullum ſit,& nullius efficaciæ; tamen ex eo elicitur fundamentum, quo docetur Majoratum nullum fuiſſe,nec partes exiſtimaſſe,aliquem vnquam in d.domo extitiſſe.

Adſunt & quatuor alia fundamenta, nouum ſcilicet,quòd d. Joachimus † donatarius,& hæres,ſit agna- 136 tus alteri Joachimo ipſiusq́ue ex filia nepos, ideoq́ue in ipſa deſcendentia, ex qua vltimus poſſeſſor venit, maſculinitas & agnatio in eo concurrant, ex trad.per Roin.*conſ.*16.*nu.*5.*lib.*1.

Decimum, qoia etiam,ſuperioribus omnibus ſecluſis, † quamuis hîc ageretur de ipſamet filia, cùm ta- 137 men ea ſit vltimi poſſeſſoris, maſculos remotiores,etſi à primo ſtipite deſcendentes,ſioe in primogenitura juris Francorum, Joan.Andr.*in c.*1.*in fin.de eo qui ſibi, & hæred.* Pet.à Greg.*de conceſſ. feud.part.*4.*c.*4. ſiue in alio majoratu, Couar.*var.reſolut.lib.*3.*c.*5.*nu.*5.*verſ.ſeptimo,* excludere deberet.

Undecimum, quia conſuetudine vnius familiæ non poteſt, ioſcio Principe, induci certa forma ſucceſſionis contra jus commune, vt ſcilicet primogenitus ſuccedat, & caſo quo inducatur procedit tantùm in ſucceſſione ab inteſtato,& en caſu in quo nominatim habuit locum,non in alio maximè diuerſo.

Dundecimum, quòd primogenitura,in dictis articulis,ſuper quibus dictæ atteſtationes ſecutæ fuerunt, conteota,omnioo fuit rejecta,& ea nonobſtante d.Ludouicus,vltra quàm ſibi deberetur,conſecutus ſit,perinde atque nunquam in judicium deducta fuiſſet.

Sed quia de agnatione dicti Joachimi ſupra, de excluſione verò remotiorum maſculorum per filiam vltimò defuncti faciendam,& an conſuetudo in vna familia induci poſſit, & inducta quomodo iotelligatur, & de rejectione d primogenituræ, cùm tranſactioni inter dictos Joachimum, & Ludouicum initæ reſpondebimus, fuſiſſimè poſtea diſſeremus,ad ea oos remittimus.

Nec obſtant ea quæ in contrarium adducuntur pro parte dicti Domini Antonij: nam ſi quas probationes habet, eæ reſultant ex dictis articulis, & poſitionibus pro parte dicti quondam Joachimi, ſeu ejus procuratoris factis & datis, & depoſitionibus teſtium inde ſecutis coram Domino Ludouico de la Salla, Decaoo ſancti Petri, vt commiſſario ad hoc ſpecialiter deputato factis, quę poſitiones,confeſſiones,& atteſtatiooes, nullam vim habent, & oullam fidem facere poſſunt io faoorem d. Domini Antonij, nec d.Domino Franciſco, nomine quo procedit, vllo modo oocere poſſunt ex ſequentibus.

Primò,quia hujuſmodi atteſtatiooes, poſitiones, & acta, in alio judicio & inter alias perſonas facta, non faciunt fidem, nec oocent donatario & hæredi d.quondam Domini Joachimi, in hoc alio, & nouo judicio ac inſtantia à d.Domioo Antooio, non tanquam hærede patris, ſed ex propria perſona inſtituta, & mota, † vt 138 de actis probatorijs,ſunt text.*in l.ſed ſi poſſeſſors,§.final. cum l.ſeq. ff. de jurejur. c.inter dilectos, §. porrò de fid.inſtrum.* ex rationibus allatis per Ripam *in l.*2.*nu.*26.*C.de edend.* hoc enim eſt in jure veriſſimum,acta,& atteſtationes, poſito quòd fuiſſent publicatæ, aut publicari poſſent,in vno judicio factas,in alio judicio, & inter alias perſonas, etſi teſtes mortui ſint, nullam facere fidem, aut ſolùm præſumptionem eamq́ue leuem, quæ tantùm operari poſſit data paritate probationum, quæ in hoc caſu nullo modo eſſe poteſt, cùm & ſimus in regula, data dicta conſuetudine, & prætereà habeamus intentionem noſtram probatam ex ſuperioribus rationibus. Ita quòd vno ex his capitibus ſolo, multo magis

magis ex vtroque aduerſarios noo ita ſufficienter vt
debet aliunde probant, illæ atteſtationes, confeſſio-
nes & acta nihil ſibi ſuffragari poſſint, faciunt inquam
ad ſummum tantùm præſumptionem eamque leuem,
139 † relecta ſententia exiſtimantium facere ſemiplenam
probationem, Bald *in l. in bonæ fidei, nu. 6. in fin. C. de reb.
hæred.* Jaſon *in l. ſi duo patroni, ff. de jureiur.* Rip *in l. 2. nu.
36. C. de edend. & in l. admonendi nu. 102. ff. de jur. jur.* Ca-
gnol. *in d. l. 2. n.* 107. poſt Socin. *in d. l. 2.* Curt. ſen. *in d. l.
admonendi, verſ. ſed multum.* Alex. *in l. ſæpe, de re judicat.*
Aret. *conſ.* 184. *& in c. cauſam quæ, de teſt.* Matan. *part. 6.
de actor. edit. num.* 34. ſed etſi ſemiplenam facerent, nihil
140 operarentur; tum quòd † contra regulam, & contra-
riam plenam probationem juramentum ſuppletorium
deferri non poſſet, Mynſinger. *obſeruat. cent. 1. obſeru.* 68.
poſt Alex. *conſ. 32. vol. 1. & conſ. 19. vol. 4.* Corn. *conſ.* 194.
vol. 2. adeò vt, quamuis ſemiplena probatio verè, vel
neceſſario, non præſumptiuè concludens adeſſet, vt
debet, gloſſ. *in l. 3. § 1. ad fin. in verb. leuior, & in l. non eſt
verſimile, ff. de minor.* Hyppol. de Marſi *ſing. 83. verſ. te-
141 ne etiam menti*; tamen ſi † talis ſemiplena probatio, a-
liqua præſumptione dilui, aut eleuari poſſet, non de-
ferretur juramentum, gloſſ. & ibi Bald. *in l. 1. C. qui &
aduerſus quos,* Roman. *conſ. 91. nu.* 10. Mynſing. *d. loc. nu.* 5.
multò magis hoc caſu quo non ſolùm præſumptio, ſed
plena probatio eſt pro d. Domino Franciſco contra d.
142 Dominum Antonium †: tum quod d. Dominus An-
tonius non poſſet jurare de re quam neſcit, quæque ſi
eſſet vera, ea extitiſſet, antequam ipſe, paterve ejus
fuiſſet in rerum natura, gloſſ. *in l. admonendi, verſ. exa-
cto,* & ibi Barthol. *de jurejur. & in l. maritum, ff. de quæſt.*
Mynſing. *d. loco num.* 2. Et † maximè quia agitur de re
143 magni momenti, & multo magis contra jus commune
DD. communiter *in d. l. admonendi* poſt gloſſ. *in verb.
exacto.* Mynſing *d. loc. num.* 4. Huic primæ reſponſioni
addendum, quoad tamen confeſſionem, eam emanaſ-
ſe à procuratore † quæ, abſque dubio, non facit vllam
144 omnino fidem in alio judicio, Auf. *ad Capel. Thol. q.* 391.
Afflict. *deciſ. 83. num.* 4. quia hujuſmodi confeſſio, reſpe-
ctu Domini, non eſt vera confeſſio, ſed ficta, Bero. *conſ.
196. nu. 29. lib.* 2. ficta verò confeſſio, facta in vno judi-
cio, non probat in alio etiam inter eaſdem perſonas:
145 † Quinimo ficta confeſſio alicujus, non nocet ſuo hæ-
redi, ſi non habuerit effectum contra defunctum, Abb.
in cap. per inquiſitionem, nu. 12. ante fin. de elect. maximè v-
bi agitur ciuiliter vt ibi traditur, etiamſi confeſſio fa-
cta fuiſſet in judicio, Marian. Socin. *conſ. 180. nu. 85. lib.* 2.
146 etſi fuiſſet jurata *nu.* 86. † Nec obſtat huic primæ reſpō-
ſioni ſi dicatur, atteſtationes prodeſſe omnibus qui-
bus ſententia prodeſt; ſententia autem quæ profertur
contra eum cujus principaliter intereſt, afficit omnes
habentes intereſſe ſecundarium, Felin. *in c. eam quæ, nu.
26.* & Cagno. *in l. 2. nu. 129. C. de eden. vt in l. ſæpe, ff. de re
jud. & in c. pen. extr. de re jud.* Nam reſpondetur (præter-
quam quod nulla fuit lata ſententia, vt poſtea dicetur, &
ſi eſſet, non faceret ad caſum noſtrum) rem judicatam
tribus tantùm caſibus nocere alteri vt nominatim do-
cet Felin. *d. c. cauſam quæ, nu.* 26. quem ſequitur Cagnol.
d. l. 2. num. 129. expreſſis, & contentis *in d. l. ſæpe & c. pen.*
extra verò eos caſus minimè, in iis verò caſibus ratio
eſt manifeſta, quia cum ad primum ſpectaret judicium
& ſciuerit ac permiſerit ſequentem agere, abſque du-
bio ſententia debet eum afficere, vel cum haberet cau-
ſam ab eo qui tenebatur de euictione, judicium pro-
prietatis in fauorem venditoris prodeſt emptori, in
quibus terminis loquitur Panor. *in c. cauſam quæ, num* 3.
ſed nos non verſamur in his caſibus, vt manifeſtum
eſt.

Secundò, quia hujuſmodi confeſſiones, & poſitio-
nes in dicto libello contentæ ante acceptationem d.
Domini Antonij, fuerunt per dictum Dominum Joa-
chimum reuocatæ diſpenſatione juramenti, quatenus
eo ligaretur, priùs legitimè obtenta. Quod enim dici-
tur, confeſſionem in poſitione contentam, poſſe reuo-
cari, procedit cùm ſumus in eodem judicio & à parte
acceptata eſt, & non docetur erronea: Sed † ſi, do- 147
ceatur de errore, reuocatur quandocunque, vt mox
dicetur, & ante acceptationem, etiam non docto de
errore, non nocet. Soc. ſen. *conſ. 158. col.* 3. Denique, quia
hujuſmodi confeſſiones fuerunt erroneæ, & vetum eſt
in jure, vbi interuenerit error, poſitionibus & cōfeſſio-
nibus nō eſſe ſtandum, & ſtante errore facti, poſſe re-
uocari, & emendari etiam per hæredē (quod & factum
eſt in noſtro caſu: dictus enim Franciſcus vltra reuo-
cationem à dicto quondam Joachimo factam, ipſe a-
lias fecit, vt conſtat ex documentis productis) *l. error,
C. de jur. & fact. ignor. c. fin.* & ibi DD. *de confeſſ.* Jaſ. *in l. 1.
nu. 7. C. de errore calc.* vbi tenet confeſſionem erroneam,
etiam ſæpiùs repetitam, poſſe reuocari etiam ex inter-
uallo, probato errore, Pariſ. *conſ. 131. nu. 29. & ſeqq. lib.* 1.
errantis † enim nullus eſt conſenſus, *l. cum teſtamen-* 148
tum, C. de jur. & fact. ignoran. Grat. *conſ. 54. num. 38. lib.* 1.
nec tenet errantis confeſſio, cùm nemo ſit æſtiman-
dus dixiſſe, quod mente non cogitauerit, *l. Labeo, ff. de
ſupell. leg. l. in ambiguo de reb. dub. c. cum cauſam, de ap-
pel. c. cum olim 1. in fin. de offic. deleg.* & non fatetur qui
errat, *l. non fatetur ff. de conf. ff.* & in aliquo confeſſio er-
ronea non attenditur, Socin. jun. *conſ. 180. num. 85. lib.* 2.
& non ſolùm non affert præjudicium ſi ſit facti, qualis
eſt hæc: ſed, etſi ſit juris Grat. *conſ. 55. nu. 44. lib.* 1. & et-
ſi emanaſſet à parte docto de errore Bart. *in l. poſt legatū
nu. 2 in fin. ff. de his quib. vt &c.* Bald. *in l. cum precum, n.* 4.
C. de liberali cauſa, Abb. *in cap. cum venerabilis, nu* 34. &
ibi Dec. *nu. 104. &* 108. & Felin. *num. 25. verſ. reſtringe ſe-
cundo de except.* Probatur † autem error eo ipſo quòd 149
probatur rem aliter ſe habere, quàm confeſſus fuit, *l.
poſt diuiſionem, 6. de jur. & fact. ignor.* Angel *conſ. 13. nu.* 2.
Maſcar. *concl. 646. nu. 1. & concl. 1176. nu. 15. cum ſeqq.* & ſic
nullam omnino probationem, nedum ſemiplenam,
aut leuem præſumptionem, ea acta tanquam erronea
facient. Quæ eò magis vera ſunt, quòd hujuſmodi
cōfeſſiones & poſitiones, non à d. Domino Joachimo,
ſed ab ejus Procuratore emanatę fuerunt, quæ facilius
à Domino reuocari poſſunt; † & erroneæ non nocent 150
Domino, Anfre. *ad Capell. Tholoſ. q.* 392. præſertim cum
fuit facta in alio judicio, vt hic, nè duplex ſpecialitas
concurrat, vt Dominus per procuratorem videatur
confiteri per ſe ipſum, & probatio in vno judicio faciat
fidem in alio non ita, Felin. *in c. 1. nu.* 18. & ibi Imol. *num.
17. & ſeqq.* vt lite non conteſtata, Abb. *in cap. per inqui-
ſitionem, nu. 12. verſ. ſed tu tene de elect.* & poſito quòd a-
liquo caſu confeſſio in vno judicio noceat, in alio in-
ter eaſdem perſonas fallit, ſi procurator illam feciſſet,
in terminis Anfre. *d. q.* 392. & Afflict. *dec. 83. nu.* 4. Erro-
neas enim verò eſſe, tam poſitiones quàm atteſtationes,
in articulis, & inuentario documentorum demon-
ſtratum fuit, & inferiùs fusè docebitur. Quibus errori-
bus ſtantibus certiſſimum eſt, nullam neque dictarum
poſitionum, neque atteſtationum habendam eſſe ra-
tionem, & pro infectis eſſe cenſendas.

Tertiò reſpondetur, dictas poſitiones, & atteſtatio-
nes, confeſſiones & depoſitiones fuiſſe per dictum Lu-
douicum impugnatas & reprobatas; & contra eas da-
tos articulos reprobatorios, & teſtes examinatos, quo
caſu nullam debent facere fidem: † & in petitione ne- 151
gata quis ſe fundare non poteſt, Socin ſen. *conſ. 158. col.
3. verſ. nec obſtat, & conſ. 208. col. 2. verſ. prius,* poſt Bar-
thol. *in l. poſt legatum, § amittere, ff. de his quibus vt indig.*

Et nemo poteſt ſe juuare ex eo quod impugnauit, vel
nixus eſt impugnare, *c. ex eo de reg. jur. in 6.* adeò vt in
152 terminis † teſtium, etiam ſula proteſtatio contra ipſos,
& ipſorum productionem, efficiat vt non poſſit quia
ijs ſe juuare, Viui *op. 929. n. 2. lib. 3.* nec poteſt d. Domi-
nus Antonius eo ſe juuare, quòd defunctus pater im-
pugnauit, & reprobauit *l. cùm à matre, C. de rei vind. l.*
quæ a patr. C. de reſtit. mil. l. 2. C. ſi in Fran. patron. l. ſi vendi-
tioni C. de reb. alien. non alien. nec quod patri licuit, filio
licere debet, *l. Seio, ff. de euict. l. venditrici, C. de reb. alien.*
l. fin. C. de euict. quæ eò magis verè ſunt, quòd etiam
abſque reprobatione dictorum teſtium, ij non pro-
153 barent legitimè majoratum, † quia ad probandum
primogenituram ex temporis antiquitate, requirun-
tur teſtes graues & bonæ famæ, & tales eſſe articulan-
dum eſt & probari debet, Molin. *lib. 2. c. 6. nu. 30.* Auend.
ad ll. Tauri l. 41. gloſſ. 3. quod factum non fuit hoc caſu
nec fieri potuit, cùm reuera tales non eſſent.

Quartò, quia hujuſmodi atteſtationes nunquam
154 coram Judice cauſæ publicatæ fuerunt, † quæ etiam
inter eaſdem perſonas in alia inſtantia, & Judice non
ſuccedaneo primi fidem non faciunt, *l. geſta C. de re ju-*
dicat. Bart. Riminal. & DD. *in d. l. 1. C. de eod.* Socin.
conſ. 105. lib. 4. Cagnol. omnino videndus *in d. l. 2. nu. 123.*
nec obeſt ſi dicatur atteſtationes, quoad Judicem, ſem-
per cenſeri publicatas: hoc enim intelligendum eſt
quoad Judicem cauſæ, quo præſente dictæ atteſtatio-
nes factæ fuerunt, vel ei ſuccedaneum vt Judicem ap-
pellationis, vt ex communi DD. ſententia docet Ca-
gnol. *d. l. 2. nu. 225. in fin.* & ante eum Rip. *nu. 32.* Bonif. de
Vitall. *in clem. teſtib. nu. 105. & in fin. de teſt.* Planè quoad
tertium certiſſimum eſt non fidem facere, qui nec pu-
blicationem earum petere poteſt, *c. conſtitutus, de teſtib.*
& ibi Joannes Andreas *in Nouella*, Monticel *de teſt. tit.*
155 *publicatio teſtium ſit part. citata, fol. 184.* † Nec obſtat ſi
dicatur, regulam præfatam limitari in teſtibus mor-
tuis, Jaſ. Cagnol. & alij *d. l. 2.* Conrad. *de offic. Prætor. tit.*
de dict. teſt. nu. 51. nam ad id reſpondetur dupliciter. Pri-
mò, quòd d. limitatio procedit inter eaſdem partes:
non autem inter diuerſas, Crot. *tract. de teſtib. part. 7. n.*
73. Conrad. relato loco *num. 52.* & in his terminis lo-
quuntur omnes DD. d. limitationem proponentes,
quòd juuatur ex eo quòd dictum eſt, tertium non poſ-
ſe petere publicationem teſtium, *d. cap. conſtitutus.* Se-
156 cundò †, dicta limitatio non procedit, quando parti-
bus poteſt adſcribi negligentia; Purpurat. *in d. l. 2. n. 121.*
Maſcar. *concl. 149. nu. 23.* De qua negligentia apertè con-
ſtat, cum neque ante tranſactionem neque de tempo-
re illus curauerint, nec petierint dictas atteſtationes
publicari, nec ex eo quòd præſupponitur vnum du-
bium circa probationem primogenituræ in Rota Rom.
in parte deciſum, & ex eo quòd motiuando auditores
dicere ſolent, præſumuntur atteſtationes publicatæ,
157 aliòqui inutiliter, & inaniter diceretur † atteſtationes
in Rota Romana non ſolere publicari niſi in tertia in-
ſtantia, Veſtr. *lib. 7. c. 1. num. 4.* Farinac. *de teſtib. q. 75. nu-*
mero 6. & 11.

Quintò reſpondetur, hujuſmodi poſitiones, & at-
teſtationes manifeſtam continere contradictionem:
nam dicitur priuilegium hoc, vt primogenitus ſucce-
dat, ad hæredes quoſcunque etiam extraneos extendi:
in [illegible] nominatim articulatur, Fridericum ſcilicet hoc
feudum conceſſiſſe Giraudo Amici & ſuis hæredibus
etiam extraneis, quod ſi verum eſt, impoſſibile eſt, vt
primogenitus neceſſariò ſuccedere debeat: nam ſi pri-
mogenitus ſemper & neceſſariò ſuccederet, eſſet ex
pacto, & prouidentia: ſub illa verò forma hæredum
[illegible] extraneorum, eſſet more proprio, & ſimpliciter, &
abſolutè hæreditarium, ita vt vt quis in tali feudo ſuc-
cedat, ſufficiat quòd ſit hæres, nec alia qualitas requira-
tur. † Et ideò tale feudum tranſit ad quoſcunque, et- 158
iam extraneos hæredes, Bald. *in l. cùm virum poſt nu. 21.*
C. de fideicom. qui in hoc communiter approbatur, vt
ait Gigas *de penſion. q. 19.* & eſt communis opinio, vt ait
Socin. inter conſ. feud. Bruu. *conſ. 19. nu. 2.* & magis com-
munem atteſtatur Clar. *in §. feudum, q. 9. nu. 1.* & in præ-
judicium agnatorum alienari poteſt, & fusè ſuprà *nu.*
90. cum ſequen. & 117. edoctum fuit. At verò feudum
hæreditarium, † & ex pacto & prouidentia, ex diame- 159
tro pugnant, vt docet Clar. *in d. §. feudum, q. 9.* & dixi-
mus ſuprà *num. 107.* & fusè varia diſcrimina recenſen-
do, Petr. à Greg. *de conceſſ. feud. part. 2. q. 30. per totam.* In-
trig. *de feud. cent. 1. q. 51. per tot.* & inter alia, quòd in feu-
dis familiaribus ſiue ex pacto, & prouidentia, jure ſan-
guinis; in hæreditarijs verò, jure hæreditario, ſuccedi-
tur, Bald. *in d. l. cùm virum, nu. 21.* Jaſ. *in prælud. feudor. nu.*
128. Socin. jun. *conſ. 124. nu. 2. lib. 2.* Pinell. *de bonis mater. 3.*
part. nu. 84. Et exiſtente feudo hæreditario, impoſſibile
ſit vt aſſeratur ex pacto & prouidentia, & contra; ita vt
exiſtimandum ſit, ſi aliquod hujuſmodi priuilegium
fuerit, quod præſupponendo, non concedendo, & ex-
tra præjudicium veritatis dicitur non ſimpliciter, vt
nimirum jure Francorum regeretur, & primogenitus
neceſſariò ſuccederet, ſed alio modo conceſſum fuiſſe:
nempe permiſſum D. Giraudo Amici, & omnibus ſuis
hæredibus, ſiue ſint filij ſiue extranei, viuere more
Francorum, in hoc ſcilicet vt Dominus poſſit primo-
genitum ſecundogenito præferre, eidem ſecundoge-
nito relicta vita, & militia, ita vt prælatio primogeniti,
non neceſſitati, ſed voluntati teſtatoris relicta ſit; nec
primogenitus ſuccedere poſſit, niſi quatenus Domi-
nus, pro tempore exiſtens, ita diſpoſuerit. Quod ſi ita
eſt, vt ſi aliquod priuilegium eſt, tale eſſe neceſſariò
dicendum eſt, quod meræ voluntati, & diſpoſitioni te-
ſtatoris relictum, & permiſſum fuit, non eſt ad neceſſi-
tatem trahendum, neque dicendum, Dominus Caſtri-
noui voluiſſe ſibi ligare manus, † & voluiſſe aut po- 160
tuiſſe formam conceſſionis egredi, & ab ea diſcedere,
eámve alterare, Brun. *conſ. 11. num. 1.* Neuiſan. *conſ. 10. n. 2.*
Natta *conſ. 122. num. 3. & 4.* latè proſequitur Surd. *conſ.*
105. nu. 26. lib. 1. Morot. *conſ. 30. n. 14.* & Garſia Maſtril. *de-*
ciſ. 16. nu. 3. & 4. & 7. plures referens.

Sextò reſpondetur, hujuſmodi depoſitiones, ſi veræ
eſſent, quæ tamen non ſunt, nihil pertinenter conclu-
dere ad caſum noſtrum: neque enim ſequitur, fuit tan-
tùm vnicus Dominus Caſtri noui, iſque primogeni-
tus filius vltimi poſſeſſoris: Ergo primogenitura ma-
ſculina perpetua eſt in familia Caſtri-noui inducta:
potuit enim id accidiſſe, vel quia vnicus tantùm filius
erat, vel quia primogenitus filius teſtamento fuerat in-
ſtitutus hæres, vt ſolet communiter fieri, vel quia in
contractu matrimonij, donatio facta fuiſſet in fauo-
rem primogeniti, vel quia per diuiſionem inter fratres
factam, d. Caſtrum ſemotim obueniſſet, vel aliàs: de-
buerunt que teſtes deponere, primogenitum, ſecluſo
enim teſtamento, donatione & alia cauſa, ſolùm quia
primogenitus eſſet, & ratione primogenituræ, ſucceſ-
ſiſſe, & cæteros excluſiſſe, quinimò nec hoc ſufficeret:
nam etſi primogenitus excluſiſſet ſecundogenitum,
eodem gradu exiſtentem, non ſequitur, filium primo-
geniti ſemel admiſſi excludi debere à collaterali, vt in-
frà docebitur, & plura requiruntur ad probandam præ-
tenſam primogenituram. Debuerunt igitur qua de
cauſa & titulo ſucceſſerant principaliter deponere, &
non ſimpliciter, filium primogenitum ſucceſſiſſe, cùm
variæ cauſæ illius ſucceſſionis dari poſſint, & depoſi-
tiones, quæ ſe habent ad eſſe & non eſſe, nihil conclu-
dunt, † & teſtium depoſitiones debent de neceſſitate 161
conclu-

Google

concludere, ad text. *in c. in præſentia*, & ibi notant omnes, *extra de probat. & in l. non hoc, C. vnde cognati*, Imola *in c. literis num. 6. de fide inſtrumentor.* & alij relati per Farinat. *de teſt. q. 68. nu. 3.* vbi hanc opinionem communiter receptam dicit; adeò vt, teſtis non probet, qui deponit non per neceſſe, ſed per poſſibile, Farina. *d. q. 68. nu. 4.* & tantum abeſt vt dictæ depoſitiones concludant, vt potiùs contrarium probent, cùm ſint intelligendę ſecundùm contenta in articulis, vt poſtea docebimus n..... & in ipſis articulis aſſeratur hoc jus ad quoſcunque hæredes, etiam extraneos, tranſire; & hoc feudum etiam hæredibus extraneis conceſſum fuiſſe: nam ſi Dominus Caſtri hæredem extraneum inſtituere poteſt, impoſſibile eſt vt ſubſit aliqua talis primogenitura, qualem prætendit d. Dominus Antonius, Petr. à Greg. *d. parte 2. q. 10. per totam*, & ſuprà diximus *n. 159.* & certè hujuſmodi prætenſa primogenitura per acta, teſtamenta, & documenta, probari debuit, vt qualitas primogenituræ prætenſa ſciri poſſet, an eſſet perpetua an temporalis, an maſculina & agnatitia ſeu gentilitia, an non; an tantùm inter deſcendentes, an inter alios, an inter eos qui ejuſdem gradus eſſent, & hujuſmodi, de quibus cùm teſtes difficillimè deponere poſſint, & iſti de quibus nominatim agitur, non depoſuerint, non poteſt prætenſa primogenitura per eos dici probata: maximè quia id quod deponunt, ſe audiuiſſe à majoribus, notoriè non infert primogenituram prætenſam, & quoad eos quos viderunt ſucceſſiſſe, hoc fuit ex alia cauſa, quàm dictæ primogenituræ: Nam Janſanus qui erat ſolus, & vnicus filius, ſucceſſit propter dictam donationem, in contractu matrimonij Melchioris factam; Melchior verò ſolus, & vnicus filius ſuperſtes Stephano fuit, & eo etiam ſecluſo, ſiue ex perſona filij Janſani donatarij, ſolus Caſtri Dominus eſſe debuit, & teſtes, qui aliam cauſam ſucceſſionis aſſeruerunt, & arbitrati ſunt, manifeſtè errarunt & falſa depoſuerunt. Quòd ſi in Janſano & Melchiore, quos viderunt, errarunt; multò magis, in his quæ audiuerunt à majoribus, errare potuerunt, ſicut reuera errarunt: nam Berengarius non fuit primogenitus. Ludouicus ejus filius, præterquam quòd non erat primogenitus, non ſolus ſucceſſit, & Stephanus habuit dictum Caſtrum primum ex vi diuiſionis, ſeu tranſactionis cum fratre factæ, vt ſuprà dictum fuit, cùm crederetur Ludouicus ab inteſtato mortuus, & poſtea ex vi teſtamenti ejuſdem ſucceſſit. Ex quibus etiam confirmatur quod in principio hujus reſponſionis dictum fuit, quòd ſcilicet concludenter teſtes non deponant, imò erroneè, cùm Domini, quos viderunt ſucceſſiſſe, & ratione quorum potiſſimùm mouentur ad deponendum, ex alia cauſa quàm dictæ primogenituræ prętenſæ ſucceſſerint, quò reſpiciunt ſuprà allegata ex Farinat. *d. q. 68. nu. 3. & 4.*

Septimò, dictæ depoſitiones, & confeſſiones, poſito, & non conceſſo, contenta in eis vera eſſe, quæ tamen non ſunt, nihil faciunt ad caſum noſtrum, cùm loquantur de filiis teſtatoris in eodem gradu exiſtentibus; filium primogenitum ſcilicet excludere ſecundogenitum: ſed an filia primogeniti ſemel admiſſi, & quod magis eſt, an filia, vel ejus filius, iſque agnatus, ex filio primogeniti nata, excludatur per ſecundogenitũ, & quod etiam magis eſt, per filium ſecundogeniti exclu-
162 ſi, ne verbum quidem.

At † verò depoſitiones teſtium, conſuetudines, Innocent. *in cap. dilecto de offic. Archidiac.* Bald. *in authent. ſi quas ruinas, Cod. de ſacroſanct. Eccleſ. numero 1.* Jaſ. *in authent. qui rem, numero 21. C. eodem.* Deci. *in capite primo, numero 27. de probat.* Crauet. qui plura refert, *de antiq. tempor. quarta parte, in princip. numero 42. cum ſequentib.* Poſitiones partis, præſcriptiones, *l. a. auditu*, vbi Felin. *numero 10. de præſcript. l. 1. § ſi quis hoc interdicto*, vbi gloſ. *& ſtrib. de itiner. actùque priua.* Priuilegia *l. ſi quando Cod. de inoffic. teſtament. l. impuberi, ff. de adminiſtr. tut.* Bald. *in l. vnica numero 5. C. de in jus vocand.* vbi Salic. Fulgoſ. Paulus & alij verum id profitentur; Statuta, *l. ſi verò, § de viro, ff. ſolut. matri.* &c. hujuſmodi ſunt ſtricti juris, & tantum valent, quantum ſonant, nec ad alios caſus extendi poſſunt, maximè ſi ſint contra jus commune, quemadmodum ſi dicantur bo-
na primogenio, ſeu majoratui ſubjecta. † Ei enim qui 163
bona talia eſſe aſſerit, jus commune reſiſtit, cùm ex juris communis præſumptione bona ſemper libera, non autem primogenio ſubjecta præſumantur, *l. altius*, vbi *DD. C. de ſeruitut. & aqua. c. 1. § inter filiam, verſic. defuncto, ſi de feudo fuerit cont. inter Dom. & agnat.* Dec. qui plura refert *conſ. 424. nu. 7. & 8.* Molin. *de primogen. lib. 2. c. 6. nu. 8.* multo minus fieri debet extenſio de caſu ad caſum diuerſum omnino & ſeparatum, & inter quos eſt diuerſa ratio; diuerſam autem eſſe rationem inter eos qui ſunt ejuſdem, vel alterius lineæ & gradus, & inter deſcendentes vltimò defuncti, & inter eos &
collaterales ejuſdem manifeſtum eſt. Nam † cùm 164
controuerſia eſt inter liberos vltimò defuncti, q. ad quemcunque deuoluatur ſucceſſio, eſt filios ejuſdem, & cùm agitur inter filias defuncti, & collaterales, ſi collaterales excluderet filiam, extraneus ſuccederet defuncto, & in terminis diuerſos eſſe caſus, nec ab vno ad alium eſſe faciendam extenſionem etiam in majoratibus, & etiamſi verſaremur in teſtamentis, in quibus fit lata interpretatio, & faciliùs extenſio admittitur, docet Burgos. *conſ. 29. nu. 57.* & Surd. *conſ. 316. nu. 16.* & fuſiùs *nu. 192. 193.* dicetur: graue enim eſſet, & perdurum & contra juris communis diſpoſitionem, vt filiæ paterna ſucceſſione priuentur, & collaterales admittantur: ex ſeparatis enim, & diuerſis, maximè in teſtibus, nihil poteſt inferri, *l. fin. § fin. de calumniat. l. ſi maritus, C. de donat. inter virum & vxor.* Euerat *in loco à ſe-
paratis.* Quæ eo magis vera ſunt, † quòd excluſio fœ- 165
minarum, propter maſculos remotioris lineæ & gradus, etiam in majoratibus, eſt odioſa, & irrationabilis, Molin. *lib. 3. c. 4. num. 15.* & hæc eſt magis communis opinio, Socin. jun. *conſ. 1. num. 46. lib. 1.* Molin. *d. c. 4. num. 18.* poſt multos quos refert, *& num. 19.* Burgos à Paz *in proœm. ll. Tauri numero 44.* Ideoque neceſſariò reſtringenda, & ſtrictè interpretanda, Molina *dicto loco, numero 22.* maximè hoc caſu, quo non poteſt conſeruatio familiæ conſiderari, cùm qui vocatur, ſit agnatus, & de familia, & non agatur de ſucceſſione ab inteſtato: ſed ex donatione, vel ex teſtamento, quibus ſuccedit dictus Joachimus. Quæ rurſus longè magis procedunt in noſtro caſu, quo prætenditur majoratus præſcriptione inductus. Nam, poſito, & non conceſſo, hoc verum eſſe abſque vllo omnino dubio, in caſu tamen præſcripto, & ſic inter filios vltimi poſſeſſoris, & non extra eum gradum, in fauorem maſculorum alterius lineæ ad excluſionem fœminarum vltimi poſſeſſoris procederet. Anchar. *conſilio 339. numero 7.* qua de re fuſiùs infrà *numero 198. 199. 200.* His adde quòd etiamſi loqueremur de filiis vltimi poſſeſſoris ejuſdem gradus, & diceremus probari per atteſtationes, filias ejuſdem vltimi poſſeſſoris excludi per filios ejuſdem maſculos, dictarumque filiarum fratres: tamen ſemper dictæ atteſtationes eſſent contra jus commune, & ſic non extendendæ, ſed reſtringendæ: nam jus commune, etiam in materia feudorum, in tota Gallia, & hac patria, eſſe jus Romanum, & pugnare cum jure Longobardico, ſeu feudali, ſatis ſuprà demonſtratum

fuit præterquàm quòd, etiam jure feudali, filiæ pleriſque caſibus ſuccedunt, etiam excluſis maſculis remotioribus vltimò defuncti, vt ſuprà edoctum fuit.

Octauò, quia contenta tam in poſitionibus, quàm in depoſitionibus teſtium, quatenus liberam de dicto feudo, tam inter viuos, quàm in vltima voluntate diſponendi facultatem tollunt & reſtringunt, falſa ſunt & contra veritatem prolata; & verius eſt, nunquam primogenitos, virtute prætenſæ per aduerſam partem primogenituræ, ſecundogenitos excluſiſſe, vt ſuprà demonſtratum fuit per ſingulos Dominos Caſtri noui, & ſingillatim errores deſignabuntur in fine conſilij. At verò falſis, & erroneis poſitionibus, & depoſitioni-
166 bus, nulla eſt adhibenda fides. † & in vno, multo magis pluribus, iiſque ſubſtantialibus falſus, eſt in omnibus falſus; & in parte falſus, in totum reputatur falſus, & falſus in vno, nihil niſi contra producentem probat in omnibus ratione juramenti, quod eſt indiuiduum, ſecundùm Baldum *in l. fin. nu. 18. C. de edict. diui Adriani tollen.* Abbas *in c. ex litteris col. fin. verſ. vltimò*, & ibi Felin. *num. 15. verſ. nota ſeptimò de fid. inſtrum.* Salic. *in l. ſi ex falſis num. 14. in princ. juncto verſ. ſed veritas eſt in contrarium, C. de tranſact.* & innumeri alij quos refert, & ſequitur, & variis modis ampliat, & ab omnibus receptam ſententiam aſſerit Farinac. *de teſtib. q. 67. §. 4.*

Nonò, aut prætenditur ex dictis actis probari aliquam primogenituram gentilitiam, ſeu agnatitiam maſculinam perpetuam, etiam in fauorem maſculorum remotiorum ad excluſionem fœminarum, aut juris Francorum. Prima non poteſt, quia articuli fundantur in jure Francorum, & nullam aliam primogenituram, quàm quæ ex jure Francorum reſultet, proponunt: at verò de jure, depoſitiones teſtium, ſuper dictis articulis factæ, ſecundùm contenta in articulis intelligendæ, & interpretandæ ſunt, nec ad aliam primogenituram protrahi poſſunt, maximè ad omnino diuerſam, immò contrariam, quemadmodum ſunt hæ duæ: nam prædicta gentilitia maſculina, perpetua, ſeu agnatitia, perpetuò excludit fœminas, & ſemper maſculos cujuſcunque tandem gradus illi ſint, admittit. At primogenitura juris Francorum, non excludit fœminas, imò admittit, & ſolùm excluduntur per maſculum ejuſdem gradus, & lineæ exiſtentem, vt poſtea docebitur: debere autem intelligi depoſitiones, ſecundùm contenta in articulis, & non ad diuerſam omnino
167 † rem trahi, docetur à Gomez. Leoni *deciſ. 1. in deciſ. diuerſ. tom. 2. Capell. Toloſ. q. 201.* Rot. Genue *deciſ. 9. num. 20* teſtium enim dicta recipiunt interpretationem, & declarationem à capitulis, & articulis ſuper quibus ſunt examinati, Albericus *in l. ſi Præſes, num. 4. ff. de pœnis*, Bald. *conſ. 4. num. 6. part. 1.* Alexand. *conſ. 88. nu. 26. lib. 5.* Ceph. *conſ. 77. num. 5.* Monticel. *in repert. teſtium rubr. teſtium dicta qualiter interpretentur, fol. 430.* vbi facit plures illationes; & alij quos refert, & ſequitur Farinac. *de teſtib. lib. 3. tit. 7. q. 68. nu. 58.* Et dato & non conceſſo, quòd extra, & contra contenta in articulis poſſent intelligi: imò, quod magis, quòd in articulis nulla facta fuiſſet mentio primogenituræ juris Francorum, ſed ſimpliciter, & indefinitè, & indeterminatè primogenituræ, nihil aliud ex articulis eo caſu, & depoſitionibus conficeretur, quàm primogenituram ſimplicem, & indeterminatam probatam fuiſſe (præſuppoſito, & non conceſſo, probationes eſſe legitimas, & concludentes, & primogenitum ſuccedere debere. At verò eo caſu, cùm non conſtaret de qualitate pri-
168 mogenituræ, † ea ſecundùm conſuetudinem regionis intelligenda, accipienda, & interpretanda eſt, etſi id quod conſuetum eſt in ea expreſſum non fuerit, *l. minimè, l. librorum, §. quod tamen Caſſius, ff. de leg. 3. l. ſi ſeruum plurium, §. 1. cum ſimilibus de leg. 1.* Jaſon qui plura refert *in l. vt liberis, nu. 7. cum ſeqq. C. de collat.* & *in l. certi condictio, §. ſi nummos, nu. 6. cum ſeqq. ff. ſi certum petatur*, & in terminis primogenituræ, Molina *de primogen. lib. 1. cap. 3. nu. 0. & cap. 11. nu. 1.* Alphon. de Auezedo *in Hiſpan. reg. conſtitut. tom. 3. lib. 5. tit. 7. de los majorazgos, l. 1. num. 2. 3. 4.* † & majoratus inſtituto ſecundum patriæ 169
conſuetudinem intelligenda eſt, *l. quod ſi nolit, §. quia aſſidua. ff. de ædilitio edicto*, Bertrand. *conſ. 86. vol. 3.* & in terminis Burg *in proæmio ll. Tauri nu. 88* Molin. Theolog. ſociet. Jeſu *lib. 2. de primog. diſput. 625. nu. 11.* Et per conſequens de primogenitura juris Francorum, non alia: verſamur enim in regione, quæ antequam ſedi Apoſtolicæ ſubdita eſſet, pars fuit Prouinciarum Franciæ, quæque etiam nunc circumquaque Prouinciis Franciæ & Galliæ circundatur. At verò ex vi dictæ primogenituræ collateralis maſculus, etſi à primo ſtipite deſcendens, non excludit filiam defuncti ſemel admiſſi; imò per ipſam excluditur, vt poſtea demonſtrabitur: quod ſi generalis quoque conſuetudinis in omnibus Prouinciis cis Alpes conſtitutis, de qua Jaſ. *in d. l. de quibus*, & Bened. *d. c. Raynutius, vir. & vxorem nomine Adelaſiam*, atteſtantur, rationem habere velimus vt debemus, fœminæ nedum ſimul cum maſculis ejuſdem gradus admittuntur; ſed, ſi ita diſpoſuerit pater teſtator eos excludunt, vt ſuprà docuimus.

Et poſito, & non conceſſo, quòd aliqua alia, quàm juris Francorum primogenitura probaretur, ea certè in caſu, in quo verſamur, nihil noceret: quia etiam, ſecluſo jure Francorum, vbi primogenitus excludit ſecundogenitum, quando verſamur in patria, qualis eſt hæc, & tota Gallia, vbi fœminæ admittuntur, & capaces ſunt feudorum ſucceſſionis, filia primogeniti ſemel admiſſi, & ex ea deſcendentes præferuntur ſecundogenito, & omnibus ex eo deſcēdentib. † Gene- 170
raliter enim verum eſt, quòd quoties locus eſt juri primogenituræ, maſculis ejuſdem gradus & lineæ vltimi poſſeſſoris deficientibus, fœmina excludit, & præfertur maſculo remotiori etiam à primo inueſtito deſcendenti, 1. Jacob. de Arer. 2. & Petr. de Bella Perti. *in l. pater filium, §. quindecim ff. de leg. 3.* 3. Panormit. *in c. dilecti num. 11. de arbit.* 4. Paul. de Caſtr. *conſ. 47. nu. 0. lib. 2.* 5. Bald. *in l. in multis, ff. de ſtatu hominum.* 6. Romanus *conſ. 98. nu. 2.* 7. Præpoſi. *tit. de feud. Marchia ſub nu. 10. verſ. quintodecimo hoc probatur.* 8. Palat. Ruui. *in rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 69. nu. 24. cum ſeqq.* 9. Anchar. *conſ. 339. pro majori intelligentia nu. 7.* omnino videndus. 10. Decius *in l. fœmina circa fin ff. de reg. juris.* 11. Joan. Gotier. *pract. quaſt. lib. 2. q. 88. nu. 6.* 12. Moli. *lib. 1. c. 3. nu. 9. & cap. 7. num. 4. verſ. contrarium, & lib. 3. c. 4. an. 5. cum ſeqq. & 5. 6. nu. 30. 31. 32. & 49.* 13. Caucer. *lib. 1. tit. 11. de feud. nam. 47. & 49.* 14. Menoch. *conſ. 926. n. 9.* 15. Franc. Curt. *de feu. 3. part. q. 15.* 16. Grammat. *dec. 1. n. 08. & 29.* 17. Andr. Alciat. *inter conſ. Grati reſpon. 8. lib. 1.* 18. Peregr. *de fideicom. art. 27. num. 14.* 19. Auezedo *conſtit. Reg. Hiſpan. tom. 3. lib. 5. tit. 7. de los majorazgos, l. 5. nu. 5.* 20. Spino. *in ſpeculo teſtam. gloſ. 19. num. 87. paulo ante verſ. quo fit.* 21. Melchior Palaës *tract. de major. part. 2. q. 6. nu. 7. cum ſeqq. & nu. 11.* ait quòd etſi dictum ſit vt res donata deueniat ad filium majorem in infinitum: tamen, deficiente maſculo ejuſdem lineæ, filia ſuccedet, & ſuſiſſimè *n. 24. cum ſeqq. 26. in fi. & 27 in pr.* reprobando Curtium *conſ. 21.* qui tamen contrariū & ſecundùm noſtram hanc ſententiam, & benè aſſeruerat *de tract. de feud. 3. part. q. 15.* 22. Peralta *in rubr. ff. de hæred. inſtit. num. 105. verſ. ſed poſtquam fol. 83.* omnino videndus per text. *in c. vnico in fin. de natur. ſucceſſ. feudi.* 23. Petrus Salazar omnino videndus *in tract. de vſu, & conſuetudine, c. 12.*

quod

Digitized by Google

*quod eſt vltimam nu.*29. vbi communem, & veriorem,
& apud omnes ſcribentes in praxi eſſe abſque difficul-
tate aſſerit, & *nu.*54. *&* *n.*56. *&* 61. vbi dicit hanc regu-
lam infallibilem. 24. Couar. *variar. reſolutionum lib.*
3. *c.*5. *ſub. n.*5. *verſ. rurſus ſeptimo.* 25. Loffred. *conſ.*39. *qui-
dam Baro per totum.* 26. Surd. *conſ.*316. *nu.*11. 27. A-
lex. Raude. *de anal. c.*15. *num.*292. qui aſſerit hoc ſeruari
vbiq; locorũ. 28. Burgos. de Paz *in proœm ll. Tauri n.*
66. 68. vbi de Baronijs loquitur, 70. 76. 88. 121. *&* *conſ.*29.
per tot. ſed maximè 1. *&* *ſeqq.* 8. 11. 41. qui nu. 1. ſi conjun-
gatur cum ſummario, nechon indice in verb. *fœmina*,
aſſerit, hoc procedere tam de jure Regio quàm com-
muni, & *n.*85. contendit, conſuetudinem Hiſpaniæ, quæ
fœminas ad majoratus ſucceſſionem, excluſis maſcu-
lis remotioribus, admittit, eſſe juri communi confor-
mem, & nedum filiam, ſed & ſororem vltimi poſſeſſo-
ris majoratus præferendam patruo, *d. conſ.*29. *num.*19.
29. Auendanus *ad ll. Tauri l.* 40. *gloſ.*9. *num.*1. *&* *ſeqq.*
30. Alius Molina Theologus ſocietatis Jeſu, *tract. de
primogen.* 2. *diſput.*625. *nu*3. *&* 4. 31. Aluarod. *de con-
ject. mente lib.* 2. *c.*3. §. 4. *n.*3. *fol.*344. *cum ſeqq.* Et alij mox
allegandi, cùm de jure Francorum diſſeremus, qui ſu-
perſtota clariſſimè probant, quos hîc non recenſeo, ne
171 bis repetantur. Et perpetuum † hoc eſſe in majorati-
bus, & primogenituris (niſi nominatim, & ſpecialiter
aliter in inſtitutione majoratus dictum ſit) vt qui ſunt
ejuſdem lineæ vltimi poſſeſſoris defuncti, ſiue maſcu-
li, ſiue fœminæ, præferantur etiam maſculis alius alte-
rius lineæ, etſi à primo inſtitutore deſcendentibus, do-
cet Molin. vbi ſuprà, & Aluaro. *de conject. mente lib.* 2. *c.*
3. §. 3. *nu* 44. *fol.*326. *&* *d. c.*3. §. 4. *nu.*31. vbi *nu.*32. *circa fin.*
ſicut & Molina Theologus *d. lib.* 2. *de primogen. diſput.*
172 625. *nu.*6. contendunt, † fœminam fundatam habere
intentionem de jure communi, deficientibus maſculis
ejuſdem lineæ & gradus, vt in primogenio ſuccedat, &
173 ad hoc quòd excluſa à jure iſto cenſeatur. † euidentiſ-
ſima excluſio probata erit, quia de voluntate contraria
diſponentis priùs conſtare debet, ad hoc, vt recedere
poſſimus ab eo quod à jure communi diſpoſitum eſt,
174 *l.*1. *C. de condit. inſert l.*92. §. *quaſitum, ff. de legat.*3. † ita vt
in dubio ſemper ſit in fauorem filiæ reſpondendum,
Molina *lib.*3. *c.*4. *nu.*32. *&* *c.*5. *nu.*73. *verſ. quod intelligen-
dum*, & alter Molina Theologus *lib.*2. *diſput.*625. *num.*6.
175 † In majoratibus enim linea vltimi poſſeſſoris pri-
mùm conſideratur, vt qui ex ea ſint, ſiue maſculi, ſiue
fœminæ, cæteris præferantur; ſecundò gradus; tertiò,
ſexus; quartò, ætas, vt explicant Mol. *lib.*3. *c.*4. *nu.*13. Al-
uar. *d. lib.*2. *c.*3. §. 3. *nu.*44. Auenda. *ad ll. Tauri l.*40. *gloſſ.*
17. *n.*26. omnino videndus poſt Corn. *conſ.*199. *num.*38.
*lib.*2. & alter Molina Theologus *d. lib.*2. *diſp.*625. *num.*5.
176 Quæ † omnia locum habent, & præcedunt non ſolùm
in majoratibus ſimplicium oppidorum, Caſtrorum,
vel locorum: ſed etiam in Regnis, Ducatibus, Mar-
chionatibus, & Baronijs, in quibus jure majoratus ſuc-
ceditur, Molina poſt varios quos refert, & ſequitur
*lib.*3. *c.*4. *nu.*5. ſemper enim illi qui ex linea vltimi poſ-
ſeſſoris procedunt ſiue maſculi, ſiue fœminæ, cæteris
177 præferuntur, † nec tranſitus fit ad alias lineas donec
ex ea deſcendentes finiantur, *c.*1. §. *fin. de natur. ſucceſſ.
feud.* & ibi communiter notant DD. vt Afflict. *num.*77.
Molina *d. lib.*3. *c.*4. *nu.*14. poſt plures quos refert Gam-
ma. *deciſ.*3. 4. *n.*6. *&* 7. Burgos. *conſ.*29. *nu.*48. *&* 49. ma-
ximè quia Pater aduerſarij fuit ſemel excluſus, Burgos.
ibidem *nu.*50. *&* 59. omnino videndus, hoc, & ſuperiori
loco. Nec dicendum, aliquos ex DD. ſuprà allegatis
eſſe Hiſpanos, & de jure primogenituræ Hiſpanicæ lo-
qui: nam pleri que, tam ex jam allegatis, quàm ex alle-
gandis poſtea, maximè cùm de jure Francorum loque-
mur, Hiſpani non ſunt, & de jure primogenituræ gene-
raliter, non de Hiſpanica diſſerunt & definiant, & de-
terminant, & qui Hiſpani ſunt, ad eam non ſe reſtrin-
gunt, ſed generaliter loquuntur, & ab ipſis dicta, ad
cujuſcunque Prouinciæ, vel Regni primogenituram
referuntur, data in feudis capacitate fœminarum, & v-
bique terrarum, & locorum id ſeruari, vt neptis exclu-
dat patruum in majoratibus etiam feudalibus, atteſta-
tur Alex. Rauden poſt plures, quos refert *in tract. de a-
nal. c.*15. *n.*291. *&* 292. Quæ juuantur † ex eo quòd, quan- 178
do ex ſtatuto, vel aliàs maſculi admittuntur, excluſis
fœminis, ad ſucceſſionem, intelligitur, vt fœminæ cen-
ſeantur excluſæ, cùm adeſt maſculus ejuſdem gradus,
& lineæ, ſecus ſi fœmina ſit vltimo poſſeſſori proximior,
quia tali caſu ipſa maſculo præfertur in d. ſucceſſione,
Caſtren. *d. conſ.*47. proponitur *lib.*1. Alex. *conſil.*204. *nu.*
13. *lib.*2. Cancer. *de feudis n.*52. Burgos. *in proœm. ll. Tauri
nu.*121. quod procedit vbi fœmina non eſt omnino in-
capax; vt quia, per conſuetudinem regionis, fœminæ
admitti poſſunt, vt in hac patria; vel quia jure Franco-
rum viuitur, Minadous *in conſtit. in aliquibus.* §. *tertio
noto. n.*21. *fol.*100. quo jure Francorum fœminæ non ſunt
excluſæ: immò nominatim admittuntur, vt mox ex
DD. allegandis docebitur, & præter eos Minad. *in d.
conſtit. in aliquibus verb. in aliquibus. n.*77. *verſ. &* *id o di-
xi, fol.*54. quòd ſi hæc in majoratu à prædeceſſoribus
expreſſè inſtituto vera ſunt, vt veriſſima ſũt, planè mul-
tò magis in eo, † qui ex temporis antiquitate inſtitu- 179
tus eſt, procedere debent; præſcriptio enim eſt ſtricti
juris, quæ in caſu præſcripto ſolùm procedere debet,
nec ad alium, maximè in quo eſt diuerſa ratio, extendi,
c. auditis, & ibi Felin. *nu*10. *de praſcrip. l.*1. §. *ſi quis hoc in-
terdicto*, vbi gloſſ. & ſcribentes *de itin. actuque priuato*,
Anchar. *d. conſ.*339. *nu.*7. & infrà latiùs dicetur; & in ijs
majoratibus quorum inſtitutiones ſcripturâ non ap-
parent, ſed ſolùm antiquitate temporis conſtãt, is ordo
ſuccedendi † ſeruatur (vt ſcilicet filia vltimi defuncti 180
excludat patruum) qui in majoratu ſimpliciter inſtitu-
to ſeruatur, Bald. *in l. liberti libertaque, n.*31. *C. de oper. li-
bert.* Molina *lib*1. *c.*5. *n.*22. *&* *lib.*2. *c.*6. *num.*76. *verſ. illum
autem.* Pet. Salazar. *de vſu & conſ. c.*2. *nu.*26. *&* 27. Soto
major *lib.*2. *quotid. controu. c.*22. *n.*33. *cum ſeqq.* Auend. *ad
l.*40. *gloſſ.*2. *n.*7. † Præſcriptio enim, cùm non contineat 181
quid definitum ab homine, continet id quod eſt defi-
nitum à jure vel conſuetudine, Bald. *l.*1. *col.*4. *q.*31. *ff. de
rer. diuiſ. &* *in l.*2. *nu.*6. *C. de jur. emphyt.* & alij relati per
Moli. *d. cap.*3. *n.*22.

Quæ corroborantur ex eo quòd † vbi caſus in ma- 182
joratibus in fauorem patrui non eſt expreſſus, relin-
quitur diſpoſitioni juris communis, Burgos. à Paz *conſ.*
29. *n.*19. per textum *in l. commodiſſime ff. de liberis & poſt-
hum.* & ſic, vt per filiam excludatur patruus. † Fœmi- 183
narum enim excluſio eſt quædam exhæredationis ſpe-
cies, *l. maximum vitium, C. de lib. prat.* & ideò ad caſus
expreſſos eſt reſtringenda, Burgos. *d. loc. nu.*20. *cum ſeqq.*
per l. cum quidam, ff. de lib. & poſth. & poſt Baldum *in l.
illam C. de collat. & in l. ſed & milites, ff. de excuſ. tutor.* in
† materia priuatiua id tantùm admiſſionem inducit 184
quod eſt expreſſum §. 1. *in auth. de non eligen. ſecundo nu-
ben.* Burgos. *ibid. nu.*22. poſt Bald. *in authent. ex teſtamen-
to, coll.*3. *C. de ſecund. nupt.* Et † quemadmodum in ſubſti- 185
tutionibus dici ſolet, de re non loquitur ſubſtitutio, vt
ait Soc. *conſ.*62. *n.*4. *lib.*3. quem ſequitur Crauet. *conſ.*161.
*nu.*6. & alij relati per Burgos *conſ.*29. *n.*46 ita & in ma-
joratibus, Burgos. *ibidem*, maximè per præſcriptionem
inductis Quæ etiam coadjuuantur, † quia regulis juris 186
adhærendum, cùm de contrario jure minimè cõſtat, *l.
omnis diffinitio*, & ibi Decius *de reg. iur.* Burgos. *d. conſ.*29.
*num.*42. & diſpoſitio debet intelligi vt minùs lædat jus
commune, *l.*2. *de noxal. l. maximum vitium, C. de liber.*

præter not. Barthol. & alij *in l. heredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell.*

Nec obſtat ſi dicatur, hæc quidem vera eſſe in pri-
mogenitura ſimplici, non autem in maſculina, & mul-
tò magis feudali. Verius enim eſt, nullam per d. Domi-
num Antonium prætenſam primogenituram proba-
tam eſſe; & poſito & non conceſſo, aliquam proba-
tam, eam vel juris Francorum, vel ſimplicem eſſe, ma-
ſculinam certè eo modo quo eſſe oportet, vt fœminæ
à remotioris gradus maſculis cenſeantur excluſæ nullo
modo: nam in articulis, & poſitionibus, dum ponitur,
& articulatur de primogenitura, de ea, quæ juris Fran-
corum eſt, nominatim articulatur: & eo ſecluſo, de
ſimplici primogenitura: ſimpliciter enim dicunt, pri-
mogenitum ſuccedere debuiſſe, & ſucceſſiſſe nulla o-
mnino maſculinitatis facta mentione, quemadmo-
dum & cùm fit mentio priuilegij à Friderico, ſimplici-
ter etiam dicitur, primogenitum ſuccedere debuiſſe,
vt patet ex articulo 4. & 6. At verò ſi non eſſet primo-
genitura juris Francorum, certum eſt, ex ſuperioribus,
ex his verbis ſimplicem primogenituram deſignari.
Nec id immutatur vllo modo ex articulis ſequentibus
in quibus genealogia, & ſucceſſio Dominorum Caſtri-
noui enarratur. Dicitur Giraudum de Simiana deceſ-
ſiſſe, duobus maſculis filiis ſuperſtitibus, Berengarium
verò, tribus maſculis etiam ſuperſtitibus, ac Ludoui-
cum duobus (quæ tamen omnia vt ponuntur, errori-
bus, & falſitatibus ſunt plena, vt in fine conſilij ſpecia-
liter docebitur) quorum nomina recenſentur, ac tan-
dem Melchiorem, Janſano, & Ludouico maſculis ſu-
perſtitibus: maſculorum enim ibi fit mentio in filijs
primi gradus tantùm, extra verò eum gradum nullo
modo; quia ita de facto res acciderat, & factum ve
ſucceſſerat proponendum erat, ex quo nihil ad primo-
genituram gentilitiam maſculinam inferri poteſt, vt
dicetur infrà. Tum etiam, quia ſiue eſſet primogenitu-
ra juris Francorum, ſiue alia ſimplex, cùm quæritur de
filijs vltimi poſſeſſoris, maſculus ejuſdem gradus, & li-
neæ, præfertur fœminæ, Joannes Andreas *d. c. 1. de eo
qui ſibi & heredibus,* Cancer *lib. 1. tit. 12. de feud. num.* 47.
& alij ſuprà, & infrà citati. Ex eo igitur non poteſt dici
articulata primogenitura maſculina, cùm nulla maſcu-
linitatis omnino fiat mentio, quando de dicta primo-
genitura articulatur nec extra primum gradum genea-
logiam recēſendo. Quoad verò depoſitiones teſtium,
omnes, exceptis tribus, ſcilicet primo, decimo octauo,
& vigeſimo quarto, de primogenito, aut de filio pri-
mogenito ſimpliciter, nulla maſculinitatis facta men-
tione deponunt, & ita loquuntur, vt de filijs vltimi
poſſeſſoris, neceſſariò eorum depoſitiones intelligi de-
187 beant. † At verò ſiue ſimpliciter primogeniti, ſiue fi-
lij primogeniti facta fuerit mentio, filia includitur, &
tunc maſculinum concipit fœmininum, *l. juſta l. He-
rennius quæ eſt 122. l. pronunciatio, ff. de verb. ſignif. l. ſi quis
ita, in princ. ff. de teſtam. tut.* & in terminis majoratus
Melchior Palaes *de majorat. part. 2. c. 6. num. 9. & 10.* poſt
Bald. *conſ. 285. conditione lib. 4.* vbi per ſex rationes no-
tabiles probat, quòd verbum, *filij*, concipit filiam, &
Couarr. *pract. quæſt. c. 38. n. 9. in princ.* ſi cum præcedenti-
bus 8. & 7. jungatur.

Quoad verò dictos tres teſtes (neque hîc de teſti-
bus arboris ſucceſſorum in d. Caſtro facientium men-
tionem diſſero, tum quòd ſuprà *nu. 129. in fin.* & latiùs
in fin. conſ. nu. vlt. eis abundè & clarè ſatisfit) de auditu
deponunt, ſcilicet primus, primogenitum filium ma-
ſculum Domino dicti loci ſucceſſiſſe. Decimus octa-
uus in principio quidem primogenitum filium Do-
mini, abſque mentione maſculinitatis, ſed poſtea ſub-
jungit audiuiſſe à patre ſuo, quòd audiuerat à Stepha-
no dici, quod primogenitus maſculus Domini ſucce-
debat, etſi alios fratres haberet: & vigeſimus quartus,
primogenitum maſculum patri ſucceſſiſſe, etſi alios
fratres haberet: omnes tamen ſe reſtringentes ad fi-
lios vltimi poſſeſſoris. Sed ea maſculorum mentio,
non poteſt inferre gentilitiam, ſeu agnatitiam maſcu-
linam primogenituram, per quam fœminæ excludan-
tur à maſculis remotioribus, † quia vt talis ſit, debet 188
eſſe perpetua mentio maſculorum, non in vno tan-
tùm gradu, vt cenſuit Cephalus *conſ. 664. nu. 29. & 30.
juncto cum num.* 10. in quo 10. cùm firmaſſet, quando ſu-
pereſt maſculus, ſiue fœmina ex linea ejus ad quem
hæreditas peruenit, non fieri tranſitum ad aliam li-
neam ex Iſernia *in c. 1. tit. de eo qui ſibi, & ſuis heredibus,*
& alijs per eum citatis, & vellet in ſuo caſu contra fœ-
minam conſulere, dictæ rationi reſpondet, *d. n.* 30. quia
in ſuo caſu ſpecificè ac ſemper teſtator ad maſculos ſe
reſtrinxerat, & ſic clarè reſoluens, quòd quando ſpe-
cificè, ac ſemper non ſe reſtrinxit ad maſculos, fœmina
excludit maſculum alterius lineæ, & procedit doctri-
na *d. nu.* 10. Idem docet Palaës *de majora. part. 2. c. 2.* vbi
exemplificat, cùm pater inſtituens majoratum omiſit
filias quas habebat, & ſolùm vocauit filium maſcu-
lum, & illius deſcendentes maſculos in infinitum, nec
vnquam filiarum fecit mētionem in ſequentibus gra-
dibus ſubſtitutionum, idem Aluaro. *de conject. mente
lib. 2. c. 3. § 4. nu.* 36. Et ea eſt mens eorum omnium qui
ex mentione maſculorum inducunt primogenium, ſeu
majoratum ad excluſionem fœminarum per maſculos
remotiores, vt ſcilicet inſtituens ita maſculos vocaue-
rit, vt eorum perpetuò, non in vno tantùm gradu, eo-
que primo, fecerit mentionem, vt ex Molin. qui in
contrarium allegari ſolet *lib. 2. c. 5.* ſi totum, & ad amuſ-
ſin legatur, maximè *num. 29. verſ. bis autem* conſtat. Et
quod plus eſt, ſi inueſtitura ſit facta alicui, & ejus pri-
mogenito maſculo, & de maſculo in maſculum, ſuper
aliquot gradus maſculi deſcendentes ex primogenito
ſucceſſerunt, filiam vltimi poſſeſſoris excludere debe-
re maſculos ex ſecundogenito primi inueſtiti deſcen-
dentes, ſolemni arreſto, de omnium Curiarum con-
ſenſu Pariſijs de anno 1490. lato, definitum fuit. Cha-
ton. *aux memorables obſeruations du droict François, verſ.
fief, in fin.* Deinde non nocent depoſitiones dictorum
teſtium, quia maſculorum faciunt mentionem, in eo
gradu in quo, ſiue ſit primogenitura juris Francorum,
ſiue ſimplex, neceſſariò maſculus excludit fœminam,
nimirum inter filios vltimi poſſeſſoris, juribus ſuprà, &
infrà allegatis, ex quo propterea, non poteſt vlla pri-
mogenitura maſculina inferri, quoad maſculos remo-
tioris gradus (vt infrà dicetur n. . . . . .) vt excludere de-
beant filias vltimi poſſeſſoris, † & in terminis nuda il- 189
la, in eo gradu, maſculorum mentione, non excludi de-
bere filias, per maſculos remotiores, docent Baldus (vt
eum intelligit Palaës, mox allegandus) *conſ. 275. quod
pro regula nu. 6. lib. 2.* vbi dicit, quòd conſuetudo præ-
ferens maſculum fœminæ in primogenitura intelligi-
tur de maſculis ejuſdem gradus. Tiraq. *de primogen. q.
10. nu. 25.* Palaës *de majoratu part. 2. q. 6. num.* 10. Spino *in
ſpeculo teſtamen. gloſſ. 19. nu.* 84. qui quamuis in ſuo ca-
ſu, ſcilicet quando primogenitus maſculus mortuus
eſt ante patrem relicta filia, dicat contrarium eſſe ve-
rius, vt filia tunc non excludat patruum, quia in patre
præmortuo non potuit eſſe linea cœpta, & filia tunc
non poteſt repræſentare maſculinitatem; tamen quan-
do primogenitus fuit ſemel admiſſus, mentionem, vt
ſuprà maſculinitatis, non impedire, quin filia excludat
patruum; rationes per ipſum allatæ, & ea quæ propo-
nit circa finem, firmant, & pro conſtanti habent, præ-
terquam quòd etiam in ſuo caſu, † ſcilicet quando pa- 190
ter fi-

ter filiæ eſt præmortuus, nec vnquam admiſſus, verio-
rem, & magis communem aſſerat opinionem, vt filia
excludat patruum, nonobſtante dicta maſculorum
mentione, Couarr. *pract. quæſt. c.38.n.7. &* 8. & 9. Hanc-
que ſententiam veriorem, & receptiorem, tam de jure
communi, quàm Hiſpaniarum, & de hac veritate non
eſſe dubitandum firmat Auendanus *ad ll. Tauri l.40.
gloſſ.5. in princ. vſque ad nu.*10 *& gloſ 9. nu.2. &* 3. Molin.
*lib.3.c.6. num.49. cum ſeq. & c.8. num.*10. vbi communem
dicit.

Sed ſi admiſſus ſit primogenitus, hoc ſcilicet filiam
excludere patruum certiſſimum, & ſine vllo omnino
191 dubio, † nonobſtante ea mentione maſculinitatis af-
firmant Grammat. *deciſ.1. per tot.* ſed potiſſimùm *n.28.
&* 29. Petrus Salazar omnino videndus, quia rem in
terminis clariſſimis, & certiſſimis determinat, *in tract.
de vſu, & conſuetud. cap. vlt. num.29.* vbi communem &
veriorem, & apud omnes ſcribentes in praxi eſſe abſ-
que controuerſia aſſerit, *& nu.56.* maximè *verſ. nec in-
tereſt, & nu.61. & 62.* vbi hanc doctrinam, regulam in-
fallibilem appellat, & rationem affert, quia plus ope-
ratur directio quàm propinquitas, vt in ſole, vt ipſe
explicat, & Aluaro. *d. lib.2.c.3. §.4. nu.31. & nu.34.* Cha-
rond. *d. loc. verb ſieſ, in fin.* Burgos à Paz *conſ.29. num.41.*
vbi poſt multos quos refert, & ſequitur, aſſerit quòd
ſi maſculi, exclusis fœminis, ad ſucceſſionem admit-
tuntur, intelligendum eſt, cùm maſculus & fœmina
ſunt in eodem gradu, non verò ſi fœmina ſit vltimo
poſſeſſori proximior, quod ex Ruino *conſ.92.n.10. lib.2.*
verum profitetur: etſi maſculi ea cauſa conſeruandæ
agnationis ſubſtituantur. Auend. *ad ll. Tauri l.40. gloſ.
9. nu* 34. poſt multos quos refert & ſequitur.

Quibus adjungitur; quia manifeſta eſt ratio diuer-
ſitatis inter maſculos primi gradus vltimi poſſeſſoris,
192 & alios, † cùm illi ex natura cujuſcunque primogeni-
turæ excludant ſorores, filias defuncti; reliqui non ita,
vt ex maſculorum mentione in eo gradu, nihil ad alios
maſculos alterius lineæ, quoad excluſionem fœmina-
rum vltimi poſſeſſoris, poſſit inferri, *l. vlt. §. vlt. de ca-
lumniat.* Et in terminis eſſe diuerſam rationem, nec à
maſculo primogenito proximiori inferri poſſe ad re-
193 motiorem, docet Burgos. *eod. conſ.29. nu.57.* † nec de v-
no caſu ad alium in hac ſpecie eſſe trahendam diſpo-
ſitionem, *l. quæritur, de ſtat. hom.* Dec. *in c. tranſlato, 2. le-
ctur. col. penul. de conſtit.* nec poſſe dici ſimile in quo ali-
qua abſimilitudo ineſt, ad notata *in cap. non poteſt, de
prebend. in 6. & in d. c. tranſlato.* Quinimò in iſtis non
194 valere argumentum † de ſimili ad ſimile, Burg. *d. loc.
nu.60. cum ſeqq.* nec de caſu ad caſum, nec de gradu ad
gradum, cum agitur de aliarum perſonarum excluſio-
ne, Burgos. *d. loc. num 64. cum ſeqq.* quò conferunt dicta
per Fran. Aret. *conſ.163. in fin.* His adde Cephalum, &
Aluaro. ſuprà allegatos, in locis ibi deſignatis.

195 Et planè, qui ex maſculorum vocatione, † perpe-
tuum fideicommiſſum, vel primogenium inducunt,
inter alia neceſſariò requirunt, vt abſoluta & indefi-
nita ſit maſculorum vocatio, ſecùs ſi ſimpliciter filij
primogeniti maſculi ſit facta mentio: nam tunc inter
filios vltimi poſſeſſoris, tantùm eſt locus juri primoge-
nituræ, & extra eos non extenditur: niſi, præter illam
mentionem maſculorum, concurrant aliæ conjectu-
ræ, Imola *in l. ſi verò § de viro, ff ſol. matri.* Molin. *lib.1.c.
5. nu.37. & 38.* quæ vera eſſe contendit *d. num.38.* etſi ad
plures gradus digreſſus ſit, faciendo mentionem ma-
ſculorum, vt extra eos gradus non ſit locus majoratui,
196 vel fideicommiſſo; &, quod magis, † quando fœminæ
propter maſculos genericè, & abſolutè excluduntur,
intelligitur de maſculis ejuſdem gradus, Surdus *conſil.
316. n.12.* Auend. *ad ll. Tauri l.40. gloſ.9. n.32. cum ſeqq.* nec
vocatio maſculorum efficere poteſt, quòd filia defun-
cti, quæ neptis eſt reſpectu patrui, per eum excluda-
tur, Auend. *ibidem,* maximè *nu.34. &* 36 ſed tantum o-
peratur vt excludatur per maſculos ejuſdem gradus,
Auend. *ibid. nu.33.*

Nec obſtat ſi dicatur etiam ceſſante ratione agna-
tionis ſubintellecta, de qua mox † ex ſola maſculorum 197
vocatione, ex natura, & proprietate hujus verbi, *ma-
ſculus,* teſtatorem, fœminas excludere voluiſſe, exiſti-
mandum eſſe, Molin. *d. lib.3.c.5. nu.30.* Nam hoc verum
eſt eo ipſo caſu in quo maſculorum eſt facta mentio,
vt qui expreſſe vocatur certo caſu, non exiſtente ma-
ſculo, eo caſu vocetur excluſis filiabus, vt DD. allegati
per Molin. & doctrina Barth. *in l. cum auus, num.4. ff. de
cond. & demonſtr.* in qua ſe fundat, clarè demonſtrant,
& ipſemet explicat *nu 37. verſ. ſed ad hoc,* & probatur ex
Anania *conſ.22. nu.4.* ſi jungatur cum fine num.3. præ-
cedentis.

Quòd verò dicti teſtes deponunt de Dominis qui
ſucceſſerunt juxta narrationem genealogiæ in articu-
lis contentæ, poſito quòd verè deponerent (cùm ta-
men ex depoſitiones plenæ ſint erroribus, & falſitati-
bus, vt edoctum fuit in articulis & ex ſuperioribus pa-
tet, & in fin. conſilij ſigillatim demonſtrabitur,) ex eo
nõ poteſt vlla maſculina primogenitura inferri, † quia 198
deponunt, & dicunt id quod accidit, ſi ita accidit, &
quod neceſſario eſſe debeat, ſiue eſſet primogenitura
juris Francorum, Andr. de Iſernia *in c.1. in fin. de eo qui
ſibi, & hæred.* & alij infrà allegandi, ſiue ſimplex eſſet,
Cancer. *d. lib.1. tit.12. de feud. num.47.* Aluaro. *de conject.
mente, lib.2.c.4. nu.31.* Salazar *de vſu & conſuet. c. vlt. nu.
29.* & alij ſuprà allegati: cùm in vtraque maſculus e-
juſdem lineæ & gradus debeat excludere fœminam;
ſed hoc non poteſt trahi ad caſum alterius naturæ &
rationis; nempe, vt filia excludatur per maſculos re-
motioris gradus, cùm in eo caſu militet omninò con-
trária regula: nempe, hujuſmodi maſculos remotio-
res excludi per filias, & ex his deſcendentes vltimi poſ-
ſeſſoris; præſertim, quia † excluſio fœminarum per re- 199
motiores maſculos eſt odioſa & irrationabilis, Molin.
lib.3.c.4. num.15. & hæc eſt magis communis opinio, So-
cin. jun. *conſ.1. nu.46. lib.1.* Moli. *d. loco num.19.* Idque eò
maximè, quia non conſtat de aliqua fundatione, ſeu
inſtitutione majoratus; ſed per præſcriptionem totum
hoc prætenditur inductum. Quæ veriſſima eſſe docen-
tur ex Anchar. *conſ.339. nu.7.* qui, præſuppoſita capaci-
tate fœminarum, vt eſt in noſtro caſu, ſicut erat in ſuo,
etſi diuerſis modis elegantiſſimè contendit, quatenus
conſuetudine, & multò magis præſumptione, quæ ſo-
let plus reſtringi, derogatum reperitur juri, & legibus
(quibus ſcilicet fœminæ non excluduntur per maſcu-
los) circa prælationem maſculorum, & excluſionem
fœminarum, ſtandum eſſe conſuetudini, & præſcri-
ptioni in caſu præſcripto, & in alijs jus commune ſe-
quendum, *l. de quibus. ff de ll. facit l. ſi cum dotem, in prin.
ff. ſolut. matrem.* faciunt dicta per Fran. Aret. *conſ.163. in fi.*
At verò non apparet præſcriptum, vt collaterales vlti-
mi poſſeſſoris excluſerint fœminas ab eo deſcenden-
tes: imò, ſi quid probatum, id eſt tantùm inter filios
vltimi poſſeſſoris, & in linea recta. Ergo, ſecundùm jus
commune, ex excludunt collaterales maſculos, ſic ac-
commodando caſum Ancharani ad caſum noſtrum.
Cùm † enim d. Dominus Franciſcus, attenta dicta 200
conſuetudine, etſi tantum generalis, nec ſpecialiter in
d. loco Caſtri noni probata eſſet, quæ tamen eſt, nec-
non, & ex ſecluſa attenta qualitate feudi emptitij ab-
ſolutè hæreditarij conditionati & jure paſſim in ma-
joratibus obſeruari ſolito, fœmina ſit in regula, d. An-
tonio incumbit onus probandi, filias per maſculos re-

motiores fuiſſe excluſas, non d. Domino Franciſco
fuiſſe admiſſas, Rolan. à Vall. *conſ. 15. n. 18. vol. 1.* Maſcar.
concluſ. 1267. & pro regula in dubio pronuntiandum
eſt, niſi caſum ſpecialem probet aduerſarius, Reci. *conſ.*
101. nu. 41. idque maximè cùm d. Dominus Ant. dictam
primogenituram præſcriptione inductam contendat,
201 † nec dicendum eſt non apparere fœminam, in hoc
feudo ſucceſſiſſe, nam hoc contingit, quia caſus non e-
uenit, quemadmodum ſimili objectioni reſpondet
Joan. de Amic. *d. tit. qui feud. dar. poſſ. § in hac cauſa, in fi.*
fol. 115. & Anchar. *d. conſ. 339. num. 7.* Et præterea jam di-
ctum eſt, non d. Franciſco fœminam ſucceſſiſſe, ſed d.
Antonio per remotiorem maſculum excluſam, cùm d.
Franciſcus, & conſuetudinem, & jus commune pro ſe
202 habeat, incumbit onus probandi. † His adde, quòd
expreſſio, quæ tacitè & neceſſariò ineſt, non immutat
rei naturam, *l. 3. de leg. 1. l. in conditionibus, § 1. l. aliquem*
107. ff. de cond. & demonſtr. At in filiis vltimi poſſeſſoris,
maſculorum qualitas, quacunque data primogenitu-
ra, tacitè ineſt, vt paulo antè docuimus. Ergo non po-
teſt ex eo deduci primogenitura in fauorem collate-
ralium vltimi poſſeſſoris.

Hæc confirmantur ex eo quòd in terminis majora-
tus vel primogenituræ, ea eſt certiſſima doctrina, quòd
203 † cùm fœmina habeat intentionem fundatam, Mulina
lib. 5. c. 4. nu. 32. Aluaro *de conject. mente, lib. 2. c. 3. § 5. n. 32.*
204 *circa finem,* † ea, deficientibus maſculis ejuſdem lineæ,
& gradus, nunquam debet excludi per maſculos alte-
rius lineæ, niſi expreſſè in inſtitutione majoratus inſti-
tutum ſit, & à tali ſucceſſione ſint excluſæ, vel ex con-
jecturis euidentiſſimis, & à jure probatiſſimis, & ex in-
dubitatiſſima mente conſtituentis majoratum, Spino.
in ſpec. teſtam. gloſ. 19. nu. 85. Palaës *in tract. majora part. 2.*
q. 6 nu. 2. vbi vult conjecturas euidentiſſimas, *& nu 7.*
indubitatas, *& nu. 21. & 23 circa medium,* Auend. *ad ll.*
Tauri l. 40. gloſ. 9. nu. 5. liquidiſſimas conjecturas requi-
rit Joann. Caſtillo, Soto major *lib. 2. quotid. controuerſ.*
c. 4. num. 33. 65. & 159. vt manifeſtè conſtet de voluntate
teſtatoris, & illarum excluſio, aut maſculinitatis repe-
titio, non aliter ex conjecturis inducitur, quàm ſi illæ
indubitatæ fuerint, Mieres *de majora. 2. part. q. 6. num. 2.*
& 6. in fin ibi euidentiſſimè aut per indubitabiles con-
jecturas, *& nu. 21. & 23 in fin.* ibi, *niſi vbi priuatio ſit ex-*
preſſa, vel per tam euidentiſſimas conjecturas, vt ſalua mẽ-
te teſtantis, ab eis recedi non poſſit, Joan. Gutier. *conſ. 13. nu.*
14. Alexand. Raud. *de analogis lib. 1. c. 15 num. 292.* Surd.
conſ. 316. nu. 18. Burgos *in repetit. proœm ll. Tauri nu. 127. &*
conſ. 29. nu. 66. Molina Theol. *lib. 2. de primogen. diſput.*
205 *625. nu. 6 in fin.* † Nec eſſet conjectura ſufficiens, vt ne-
ptis eademque filia vltimò defuncti per patruum ex-
cludatur, ſi inſtituatur majoratus ob conſeruationem
memoriæ, Auend. *ad l. 40. gloſ. 9. nu. 14.* vel familiæ, *n. 15.*
206 vel Domus, & caſatæ, *nu. 18.* † Idem ſi majoratus inſti-
tutor poſt ſpecialiter vocatos, ſequentes de ſuo gene-
re ad primogenium inuitauerit, neptis ea vocatione
generis eſſet præferenda, Auend. *ibid. num. 20.* idem de
vocatione ſtipitis, ſeu cippi, Auend. *ibid. nu. 23.* idem de
vocatione poſteritatis, generis proximiorum, poſtero-
rum, & ſimilium, *nu. 24.* nec ſi inſtitutor conditionem
nominis, & armorum adjecerit in Hiſpaniis, Auend. *i-*
bid nu. 27. Molina *lib. 3. c. 5. num. 78.* & Gallia, Palaes *de*
majora. 2. part. o tit 6. n. 23. Charon. *aux memorables obſer-*
207 *uat verb. fief. in fin.* † & Salazar *de vſu & conſuetudine c.*
vlt. num. 68. firmat non eſſe hujuſmodi conjecturam ar-
bitrio judicis relinquendam, ſed debere eſſe à jure ap-
probatam, *per l. ſi tutor petitus, C. de peric. tutor. l. abſen-*
tem, de pœnis. Bald. Paul. Caſtrenſis, Alexand. *in l. licet*
Imperator. ff. de leg. 1. inſtituens enim majoratum diſpo-
ſitioni juris communis, quo proximiores, nullo ſexus
diſcrimine habito, remotioribus præferuntur, ſe con-
formare voluiſſe cenſetur, *l. heredis mei, § cùm ita ad*
Trebell. Palaes *d. cap. 6. nu. 26.* † Et quamuis in majora- 208
tibus dici poſſit, principalem intentionem eſſe, vt fa-
miliæ per agnatos conſeruentur, tamen hoc procedit
quando expreſſè conſtat in inſtitutione majoratus, vel
ex euidentiſſimis, & indubitatiſſimis conjecturis: aliàs
enim fœmina ab hujuſmodi ſucceſſione non excludi-
tur, Spino. *d. gloſ. 19. nu. 87.* maximè quia in dubio, ratio
conſeruandæ † agnationis præſumenda non eſt, cùm 209
aliis de cauſis diſponens moueri potuerit, vt ait Bart.
in l. liberorum nu. 12. & 13. de verb. ſignif. quem ſequuntur
non pauci allegati per Tiraquel. *in tract. de ceſſa. cauſa,*
limit. 21. nu. 13. cum ſeqq. & in terminis majoratus, Aluar.
de conjectur. mente, lib. 2. c 3. § 4. num 8. qui *ſeqq. num.* ali-
quas alias eaſque varias, non tamen omnes rationes
affert, quibus inſtitutor majoratus moueri potuit *&*
lib. 4. c. 4. nu. vlt. vbi ſubjungit, non eſſe præſumendum
vnica tantum ratione legiſlatorem (& multò magis
diſponentem, Grat. *conſ. 3. col. 3. lib. 1.* Aluaro *d. lib. 2. c. 3.*
§ 4. nu. 34. circa fin. fuiſſe motum; imò in contrarium
præſumptionem vigere, ex qua in aduerſarium proba-
tionis onus transfertur, vt is probare teneatur, ſtatuen-
tes vnica tantùm ratione fuiſſe motos, ex Salic. *in l. ſer-*
ui veſtri col. 9. C. de noxali act. quem refert, ſecutus Ja-
ſon. *in l. quamuis ſimpliciter nu. 8. C. de fideicomm.* Anton.
Padilla *ibid. num. 38. in fin.* nemo verò dixerit ex depoſi-
tione dictorum teſtium, de primo gradu filiorum vlti-
mi poſſeſſoris loquentium, indubitatiſſimam cõjectu-
ram elici, cùm caſus ſit diuerſus, & in illo, ita neceſſa-
riò, ea natura rei ſtatuendum erat, vt dictum fuit, † & 210
vbi vellemus agnationis rationem habere, cùm ma-
ſculorum ea familia teſtatoris procedentium non eſt
indefinitè, abſolutè, & perpetuò facta mẽtio, ſed tãtùm
primogeniti filij, ea ratio, extra filium vltimi Domini
non poſſet progredi, nec totam agnationem ex teſtato-
re deſcendentem comprehendere, ſed poſt primogeni-
tum filium ceſſaret in aliis, ſicut & ceſſaret fideicom-
miſſum, ac filia vltimi poſſeſſoris excluderet maſculos
illi agnatos, Imol. *in l. ſi verò negotium, § de viro in fin. ff.*
ſol. matrim. Molina *lib. 1. c. 5. num. 37.* id enim in jure cer-
tum eſt in teſtamento ex mentione maſculinitatis in
majoratibus non præſumi, nec tacitam ſubintelligi ra-
tionem conſeruandæ agnationis, ſi non ſit expreſſa, i-
mò plures alias conſiderari, quòd ſcilicet ipſi ſuſtinent
onera familiarum, fœminis verò ſufficiat, quòd dos eis
aſſignetur, vel ex cauſa prædilectionis, vel ſimilibus,
quarum rationum pleræque in naſcituris habent lo-
cum, vt tollatur conſideratio, quam aliqui ſuper hoc
faciunt. Cujus ſententiæ fuerunt Gratus *conſ. 19. num. 31.*
lib. 1. Corneus *in l. 1. n. 20. C. de condit. inſert.* & alij plures
relati à Moli. *lib. 3. c. 5. nu. 27.* aut ſi præſumatur, vel taci-
tè ſubintelligatur, neceſſarium omnino ſit, vt indefini-
ta, & abſoluta, & perpetua ſit maſculorum mentio, a-
liàs ſecùs, Auend. *ad ll. Tauri l. 40. gloſ. 9. § 47.* Molin.
lib. 1. c. 5. nu. 37. & 38. & lib. 3. c. 5. nu. 25. (qui tamen ſolet
in d. loco in contrarium allegari:) idem *in num. 29. verſ.*
his autem, Soto major *lib. 2. quotid. contron. c. 4. nu. 78.* di-
ctuſque Molina, qui præſumendam & ſubintelligen-
dam rationem agnationis in majoratibus perpetuis
contendit, *d. num. 29. verſ. his autem,* præſupponit bona
majoratus maſculis perpetuò poſſidenda fuiſſe reli-
cta, & maſculos ſemper ſimpliciter, & abſolutè, ad ſuc-
ceſſionem inuitatos. At verò, quando non eſt indefini-
ta, & perpetua maſculorum vocatio, ſed in filiis pri-
mogenitis vltimi poſſeſſoris, vel aliis appoſita, nun-
quam extra gradum, vel perſonas nominatas extendi-
tur; aut præſumitur ratio conſeruandæ agnationis, vt
in terminis fusè docet d. Molina *d. lib. 1. c. 5. nu. 37.* & in
hoc

211 hoc omnes conſentiunt ; & † ſic poteſt conſiderari ra-
tio agnationis , & in fauorem aliquorum & in aliis , &
in fauorem aliorum non conſiderari . Surd.*conſil.* 316.*n.*
16. At verò, in noſtro caſu , teſtes de filiis vltimi poſſeſ-
ſoris tantùm loquuntur, & verſamur in præſcriptione
quæ eſt ſtricti juris , & adeſt caſuum, & perſonarum di-
uerſitas,& in quibus diuerſa ratio militat, ſcilicet filio-
rum vltimi poſſeſſoris , & collateralium ejuſdem ; etſi
à primo inſtitutore deſcendant , Burgos.à Pax. in ter-
minis *conſ.*29.*nu.*57. Surd.*conſ.*316.*n.*16.

212 Poſtremò hæc corroborantur,quia † qualitas ma-
ſculinitatis in vno loco & gradu diſpoſitionis adjecta,
ad alias perſonas,& gradus diſpoſitionis non extendi-
tur,niſi ratio conſeruandæ agnationis exprimatur , vel
aliàs quàm ex mentione maſculinitatis ſubintelliga-
tur.Socin.*in l.cùm auus*,*n.*87.*ff.de cond.& demonſtr.* Mo-
lina *de primogeniis lib.*1.*c.*5.*n.* 37.*&* 38. poſt multos quos
refert, & ſequitur Anton. Gabr.*lib.*3.*tit.de teſtam. concl.*
10.*per tot.*Aluaro.*de conject.mente*, *lib.*2.*c.*3.§.4.*num.*19.
cujus ſententiæ rationem efficaciſſimam affert Moli.
213 *d.loco*, † ex doctrina Joan. de Imola *in clem.*1.*col. fin. de
ſupple.negl.prælat.* vbi inquit nunquam præcedentia in
ſequentibus cenſeri repetita , quando agitur de repe-
tenda qualitate,aduerſus diſpoſitionem juris commu-
nis, quam ex Jaſo. & aliis confirmat,& rurſus dicemus
*nu.*216. quæ ſententiæ in noſtro caſu caret omni diffi-
cultate , cùm teſtes vnum tantùm gradum exprimant,
& eſt diuerſæ ratio inter hos gradus & caſus, vt ſuprà
demonſtratum eſt.

214 Et generaliter hoc verum eſt, † conſeruationem a-
gnationis , maſculorum incluſionem , & fœminarum
excluſionem reſtringendam eſſe ad gradus,& perſonas
expreſſas, & ſpecificatas,nec ad alias perſonas,& gra-
dus extẽdendam eſſe. Quam communem ſententiam,
poſt plures quos refert ,aſſerit Sot.major *lib.*1.*quotid.
controuerſ.c.*4.*n.*128. Auend. *ad ll.Tauri*,*l.*40.*gloſ.*9.*n.*51.
215 † Limitata enim cauſa limitatum producit effectum,
tam in diſpoſitionibus teſtatorum , quàm in aliis re-
bus & caſibus , *l.in agris* , *ff. de acquir. rerum dom.l.ago
cum Geminiano* , vbi latè Jaſon *C. de tranſact.* Tiraq.*in
tract. ceſſante cauſa* , 1. *parte*,*nu.*142.*& de retract.conuent.*
§.32.*gloſ.*1.*nu.*49.*&* 50. quod indubitatiſſimum eſt,vbi
adeſt perſonarum diuerſitas, Soto Major *d.c.*4. *nu.*131.
eſſe verò caſus , & perſonas diſſimiles de filio maſculo
primogenito teſtatoris ad remotiorem , maximè dum
agitur de excludenda filia vltimi poſſeſſoris per remo-
tiorem, ſuprà edoctum fuit ex Burgenſi de Pace *d.conſ.*
29.*nu.*57.

216 Quæ adeò vera ſunt , † vt etſi majoratus inſtitutor
in primis vocationibus ſemper filios , & deſcendentes
maſculos inuitet : ſi tamen in ſequentibus vocatio ni-
bus , ſed ſubſtitutionibus vocet filios, vel deſcenden-
tes , abſque adjectione hujus vocis, *maſculos* , hæc ma-
ſculinitatis qualitas, ſi ratio agnationis conſeruandæ
expreſſa, vel ſubintellecta non ſit (aliter ſcilicet quàm
per dictionem, *maſculorum*, alioquin inutiliter hæc ita
deciderentur, & deciſio ſe ipſam deſtrueret,& ſibi ipſi
contraria eſſet) repetita cenſenda non erit. Ananias
*conſ.*22. qui fuit hujus ſententiæ originalis author, An-
char.*conſ.*120.*nu.*4. Auenda *ad ll.Tauri*,*l.*40.*gloſ.*9.*num.*
42.43.44.Mol.*lib.*3.*c.*5.*num.*56. Soto Major *lib.*2.*quotid.
controuerſ.c.*4.*nu.*9.*cum multis ſeqq.& nu.* 45. magis com-
munem dicit,& 100.*cum ſeqq.v, quæ ad n.*127.eam tuetur
aduerſus ea , quæ in contrarium afferuntur , & *nu.*141.
Burgos à Paz *in proœmio ll. Tauri*,*n.*128.*cum ſeqq.& conſ.*
29.*nu.*67. & vtroque loco, maximè in conſilio reſpon-
det Abbati *conſ.*36.*n.*3.*lib.*1. qui dicitur author contra-
217 riæ ſententiæ , præcedentia enim † nunquam in ſe-
quentibus cenſentur repetitæ , quoties agitur de repe-
tendæ qualitate aduerſus diſpoſitionem juris com-
munis, Imola *in clem.*1.*col.fin.de ſupple.neglig. Prælat.* in
terminis Moli.*lib.*1 *c.*6.*nu.*26.*& lib.*3.*c.*5.*num.*57. Soto
Major *lib.*2.*c.*4.*num.*37.*&* 105. poſt Gozad. Ruin. Simo.
da Pret. & Ped. Auend.*ad ll. Tauri*,*l.*40.*gloſ.*9.*nu.*44. &
diximus ſup *n.*211. quæ longè magis in caſu noſtro pro-
cedunt , quo teſtes vnum tantùm caſum , & gradum
exprimunt filiorum, ſcilicet vltimi poſſeſſoris. † Nam, 218
in fortioribus terminis , ſi teſtator, non vnicum , ſed
plures maſculorum vocationes fecerit , nec vlteriùs
proceſſerit, quamuis hoc caſu proximiores, poſt nomi-
natos, admittendi eſſent ; non tamen cum repetitione
maſculinitatis : ſed filiæ vltimi poſſeſſoris excluderet
remotiorem maſculum , ne tot ſpecialitates concur-
rant, de quibus Moli.*lib.*3.*c.*5.*nu.*61.*verſ.illud autem*, quę
adhuc longè magis, quando non de interpretanda vo-
luntate teſtatoris, quod plenius ſolet fieri, ſed de præ-
ſcriptione agitur, quæ ſtricti eſt juris, nec ſolet extendi.
Et † vbi in ſupradictis eſſemus in dubio, in quo tamen 219
non ſumus, cùm agitur de excluſione fœminarum per
remotiores maſculos, in dubio pro fœminis reſpon-
dendum eſt, Palaẽs *d.c.*6.*nu.*97. Moli.*lib.*3.*c.*4.*num.*32.
Atque hæc quidem circa primam partem dilemmatis,
ſi d. Dominus Antonius prætenderet ex dictis depoſi-
tionibus aliquam aliam quàm juris Francorum primo-
genituram probari.

Quòd ſi contendatur, primogenituram juris Fran-
corum , ex dictis actis probari , & reuera ſi aliqua pro-
batur, illa ſola eſt, & non alia, tum ob tenorem articu-
lorum, tum quia verſamur in Prouinciis citra montes
exiſtentibus,& nominatim in hac, ex his quæ ſuprà de-
duximus *nu.*167. *&* 168.

Ad hoc reſpondetur, ex jure Francorum illud con-
fici, & caueri † primogenitum præferendum ſecundo- 220
genito , ſolumque vitam , & militiam ſecundogenito
date teneri , Matth. de Afflict. *deciſ.*119. *& ibi de Urſill.*
Andræ de Iſern. *in c.*1. §. *præterea ducatus* , *& ibi paſſim
de prohib.feud.alienat. per Fred.* Tiraq. *de primog. in præ-
fat. nu.*3. Marin. Frec. *lib.*3.*tit. differen inter feuda regalia*,
*nu.*3.*fol.*426. Et † ſecundogenito ſemel excluſo, omnes 221
illius deſcendentes eſſe in perpetuum excluſos per de-
ſcendentes primogeniti, Decius *conſ.*390. Alcia.*conſ.*21.
*num.*2.*cum ſeqq.lib.*3. & in materia feudorum, quæ pri-
mogenitis debentur , primogenitus qui naſcendo ſeſe
incluſit , ſecundogenitum perpetuò excluſit , Joan. de
Amic. *in rubr. quis feud. dare poſſ.* §. *illud.fol.*121. & linea
† ſemel occupata , ſemper eſt continuanda , & perpe- 222
tuanda in omnes deſcendentes ; & ſic , ſemel excluſus
ſemper manet excluſus per deſcendentes incluſi, *c.*1.*de
nat.ſucceſſ.feudi* , & hæc eſt communis , Conar.*in pract.
quæſt.c.*38.*nu.*6. *&* 12. Spino.*in ſpec.teſtam. gloſ.*15.*nu.*128.
*& gloſ.*19.*nu.*64. Adeò vt in fortioribus terminis ſi pri-
ma conceſſio fuiſſet facta alicui , & ejus primogenito
maſculo , & de maſculo in maſculum deferentem no-
men , & inſignia , ſi per aliquot generationes habuerit
locum in maſculis deſcendentibus ex primogenito, &
tandem vltimus decedat , relicta filia ea excludet ma-
ſculum agnatum ; etſi deſcendentem à ſecundogenito
ejus cui fuerat facta conceſſio ; ita per arreſtum du
Chandeleur, de conſenſu omnium tribunalium Sena-
tus Pariſienſis fuiſſe judicatum anno 1493. refert dictus
Charondas *Aux obſeruations du droict François* , *verb.
fief.in fin.fol.*128. quod ſuprà n. . . . ad alium finem addu-
ximus. Deinde reſpondetur , & in hoc tota † vis hu- 223
jus controuerſiæ conſiſtit, & hæc reſponſio falcem ad
radicem ponit , quando feudum regitur jure Franco-
rum, hoc ſolùm ſequitur, & importat ea verba, vt pri-
mogenitus excludat ſecundogenitum, Afflict. *dec.*119.
& ibi de Urſill. Andr. de Iſernia *in c.*1.§. *præterea ducatus*,

Digitized by Google

nu.2. & paſſim de prohibita feud.alienat. per Fridericum conſt.reg.tit.27.lib.3. & ibi Andr.Chopi.de doma. Fran. lib.3.tit.6. Thom.de Marin.tit.23.de feud.jur.Franc.n.1. & 2.tot.10 tract.part.1.fol 153.Tiraquel.de jur.primogen. in præfat.nu.3.Luffred.conſ.1.nu.11.12.& paſſim,& nu.94. & 153. & vt maſculus filius vltimi poſſeſſoris defuncti excludat filiam ejuſdem de Uſillis ad Afflict.deciſ.119. conſt.reg.lib.3.tit.27.vt de ſucceſſ. & ibi Andreæ, Afflict. & ibi Uſill.deciſ.248 Chop.d.lib.3.tit.6.Thom.de Ma-
224 rin.vbi ſuprà nu.3.† non autem vt filia excludatur per collaterales: imò ipſa omnes excludit de jure Francorum, Andr. de Iſernia in c.1.nu.2.de eo qui ſibi, & hered. vbi dicit eam excludere. & patruum & Dominum ſuperiorem, Matth.de Afflictis in c.1.nu.19.& 40.in fin.& 42.de natur. ſucceſſ. feudi conſtit. reg.lib.3.tit.27.de ſucceſ-
225 ſionibus nobil.incip.vt de ſucceſſoribus. (Nec † dicendum eſt, eam conſtitutionem eſſe Regni Siciliæ: nam Fridericus 2. qui d.conſtitutionem vt de ſucceſſionibus condidit jus Francorum in eam retulit, quoad tamen ea feuda, quæ jure Francorum reguntur & ſecundùm illud ordinauit, in eo ſcilicet quòd filias non minùs, ac filios ad ſucceſſionem patris, excluſis collateralibus, vocauit; ſeruata tamẽ inter liberos ſexus,& ætatis prærogatiua quoad d.feuda, quæ jure Francorum reguntur, quod manifeſtè patet ex verbis dictæ conſtitutionis, qua in d.capite vocationis filiarum, & inter liberos ſexus, & ætatis prærogatiuæ juris Francorum mentionem facit, & eo jure id tantum, & ſe id ex eo ſumpſiſſe clarè demonſtrat, ita vt ex jure Francorum in hoc capite, quoad dicta feuda, quæ reguntur jure Francorum, deſumpta ſit conſtitutio, etſi aliquid adjunctum ſit cùm agitur de ſucceſſione ab inteſtato, & controuerſia eſt inter filias tantùm, quarum vna eſt maritata alia non,& illud jus Francorum per conſtitutionem in eo capite ſtatutum aſſerit Bammac in cap. omnes filij, quæſt.6.num.74.ſi de feud.defunct. his verbis vtens, Ius igitur Francorum ſtatutum per dictas leges Regni, & per conſtitutionem vt de ſucceſſionibus, ſuperuenit ad correctionem juris communis Romani, juris gentium, juris communis feudorum, ac juris communis Longobardorum, Minado.in conſtit.in aliquibus, in princ.num.14 Intrig.cent.2.art.3.num.50.& 62. Capic.in inueſtitura rubr. feudatar.filij, verſ.amplia ſecundo, fol.199.& alioquin jus erat in contrarium. Ita vt cùm aliquod feudum rege-
226 retur jure Francorum, † eſſet jus ſpeciale, ex moribus Francorum deſumptum, Joan.Andr. in c. Imperialem, §.præterea, nu.1.verſ. ſed nunquid.de prohib. feud.alienat. per Frider. Thom. de Mari. de gener.& qualit. feud.tit. 13.nu.7. de Uſillis ad Matth. de Afflict.dec.119.& ipſemet de Afflict.Intrigol.de feud.cent.1.quæſt.6.num.63.& nominatim hoc jus ex conſuetudine in Regno Franciæ introducta manaſſe docet idem Intrig.q 7.num.2. Thom.de Mario. d.loco nu. 3. & 4.) & eandem ſententiam de jure Francorum, filiam vltimi poſſeſſoris excludere remotiores maſculos veriſſimam docent, Andr. de Iſernia in d.c.vt de ſucceſſionibus in prin.Matth.de Afflict.ibid.nu.8.Chopin.de doma.Franc.lib.tit.6.Joan. de Amic.tit.qui feud.dar. poſſunt, 6.prodeſt in 3. quæſt.fol. 142 col. 4.in princ.Capic.in inueſtitura rubr. feudatario-
227 rum filij, verſ. amplia ſecundo, fol.199. † Imò filia ex primogenito excludit ſecundogenitum, cum de ſucceſſione aui agitur, Matth.de Affl.ct.in cap.omnes nu. 33.ſi de feud.def.& in c.1.num.76.cum ſeqq de ſucceſſ.feud.
228 & † quamuis aliàs in majoratibus, & data capacitate fœminarum, quando præmortuus eſt primogenitus,& cum moritur auus, ſolùm ſupereſt filia ex eo, & ſecundogenitus, id habeat difficultatem, vt per eundem Matth.in d.cap.1.num.10.cum ſeqq.de natur. ſucceſſ. feud. tamen de jure conſtitutionum Siciliæ necnon Francorum, iſta opinio eſt verior, vt per eundem in
d.cap.1.de natura ſucceſſ.feud.num.79. † Sed vbi primo- 229
genitus ſemel fuit admiſſus, & deceſſit poſt patrem, certiſſimum eſt filiam ex eo excludere ſecundogenitum,& in terminis, quando feudum regitur jure Francorum, hoc firmant Andr. de Iſernia dicto cap.1. in fin. de eo qui ſibi,& heredi. Petrus de Bella Pertica in l. pater, §.quindecim ff. de leg.2. Præpoſ.Alexand. in c.1.nu. 10.verſ.15.hoc probatur de feudo March. fol.34. Matth. de Afflict. d.c.1.nu.19.& 40.in fin. & 41.de nat. ſucceſſ.feud. quamuis ſemper, quantum potuit, fauerit patruum contra nepotem, vt inquit Couarruuias pract. q.c.38.nu.8. Petrus de Gregor. in tract.conceſſ.feud. part.4.qu.4.verſ. his tamen. Corneus conſ.199.nu.58.vol.2. Cephal.conſilio 251.nu.1.2.3.4.& 60.61.61.vbi dicit communem, Tiraquellus tract.de jur.primogen.q.10. nu.20.& 21.& q.14. num.6.7.& 8.& ita paſſim in Gallia ſeruari ait,& quæſt. 40.nu.3. qui quamuis ſubdubitet d.q.10.num.25.ſcilicet an filia, deficientibus maſculis ejuſdem lineæ & gradus, admittatur ad primogenituram, ſcilicet ad excluſionem aliarum ſororum ætate minorum, non tamen dubitat quin ea excludat patruum: imò pro certiſſimo id habet d.q.14.nu.7. ſed & data capacitate fœminarum etiam in caſu d.nu.24.quæſt.10. non dubitat, nos verò ducimus, in hac Patria conſuetudinem eſſe non ſolùm vt, deficientibus maſculis, fœminæ in feudis ſuccedant; ſed & ſimul cum eis,& de jure Francorum antiquiſſimo fœminis ſucceſſiſſe, & primogenituræ capaces, diceretur nu.237.ex Chopi de doman.Fran.lib.3.tit.6. in prin.& aliis ibi citatis: Sed & dubitationis Tiraquelli nullam eſſe habendam rationem,& ea non obſtante intrepidè pro filia contra patruum reſpondendum eſſe docet Couarruuias infrà citandus, & eam dubitationem contemnit Burgos in proœm.ll.Tauri, nu.67.in fin. Socin.ſenior conſ.19.pro deciſione in primo dubio, dum filiam præfert patruo defuncti in feudo quod regitur jure Francorum. Couarru.variar. reſolut.lib.3.c.5. ſub.num.5. verſ. rurſus ſeptimo, poſt multos quos refert. Thom.Gramm.dec.1.nu.2 in fin. juncto cum nu.28.& 29. qui etiam loquitur vbi primogenitus eſſet præmortuus relicta filia; Palaës in tract major.part.2.q.6.nu.17. 28.& 19. poſt Chaſſanæum in conſuet. Burgun. interpretantem Joannem Fabri, contrarium aſſerentem, vt intelligi debeat quando præmortuus erat filius primogenitus relicta filia cùm tamen Palaës vtroque caſu filiam præferat. Joan.de Amic.tit. qui feud.dar. poſſ. q.15. fol.18. & in §.item dicit Andreas fol.263. vbi refert, & ſequitur Joan. Andr.in d. cap.1.de eo qui ſibi. Minado.in conſtit. in aliquibus, §.tertio noto.n.1.fol.95.cum ſeqq.& nu. 118.in fin.& 119.cum ſeqq.fol.121. vbi in hoc non eſſe dubium contendit. Camerar.in reſpond. quod attexitur repetitioni Cam.in c. ſi aliquem verſ. verba hæc quæ, fol. 373.2.col. Thomas de Mariu tit.31.de feudo fœmin.nu.47. Gutierres conſ.13. nu.15. & 19. Intrig.cent.2.art.38.39.40. 41.42. ſed maximè 43. vbi hanc veriorem & receptiorem ſententiam docet, & variis rationibus, & auctoritatibus eam comprobat, & reſpondet iis quæ in contrarium afferri poſſunt: maximè c.1.de eo qui ſibi,& heredibus, quod procedere contendit in caſu ſpeciali, quo inueſtitura præferebat omnes maſculos; ideoque mirum non videtur ſi locus fœminæ non pateat donec ſupereſt maſculus, licet remotior. Ita illum textum declarat Baldus in auth.ceſſante,n.5.C.de legit.hered.per l.in multis,ff.de ſtatu hominum, quem refert,& ſequitur Menoch.conſ.172.nu.36.vol.2.& conſ.400.n.6.vol.4. Petr.de Gregor.in tract.de conceſſ. feud. part.4.q.4. Eodem modo ſoluit Tiraquellus de jure primogen.quæſt.40. n.147. in fin. Auendanus autem ad l.Tauri,l.40.gloſ.9.n.38.reſpondet,& aſſerit text.in d.cap.1.de eo qui non, procedere quan-

re quando fœminæ ex natura feudi ab ejus ſucceſſione excluduntur, & data illarũ capacitate. At nos loquimur in terminis juris Francorum, quod ponit maſculos concurrentes in eodem gradu, non autem eos qui ſunt in gradu remotiori, Petr. de Greg. *d. quæſt. 4. col. 7.* Et jam antè eandem ſententiam diſertè idem Intrigolius firmarat *cent. 1. q. 6. n. 64. cum ſeqq.* Marinus Freccia *di ſubfeud. lib. 3. tit. de differ. quint ern. feud.* & de plano *nu. 30. fol. 423.* Cumia *in c. ſi aliquem, verſ. prærogativa nu. 6. fol. 277.* Loffied *conſ. 14. nu. 10.* vim faciens in jure Francorum, *& conſ. 39. quidam.* Baro *n. 28. & 29.* referens, & probans doctrinam Petri de Bella pertica. Pariſ. *conſ. 21. nu. 29. lib. 1.* Garſias Maſtrillus *in dec. conſiſtorij Siciliæ de. 55. in princip. & in addit. ad Petrum Gregor. lib. 4. q. 4.* Gueri. Piſo *in prælud. feud. c. 31. nu. 19.* vbi contendit de jure Francorum ſororem fratri ſuccedere, idque jus in pleriſq; locis præſertim eccleſiaſticis ſeruari, poſt Thomam de Mari. *de gener. & qual. feud. lib. 1. tit. 11. de feud. fœmin n. 25.* vbi id aſſerit procedere etiam in feudo antiquo. Et clariſſimè eum eſſe & morem, & jus Francorum atteſtatur Otho Friſingenſis, *de vita & geſtis Frider lib. 2. c. 29.* vt ſcilicet fœminæ vltimi poſſeſſoris excludant maſculos collaterales his verbis, *Mos in illa, qui penè in omnibus Galliæ prouincijs ſeruatur, quod ſemper ſeniori fratri ejuſque liberis, ſeu maribus, ſeu fœminis paternæ hæreditatis cedat authoritas.* Atque ita, cum controuerſia eſſet ratione Ducatus Burgundiæ in fauorem filiæ, decretum fuiſſe; quæ & d. Friderico nupſit. Idem ſtatuitur de jure Fulſſico, Andr. Knichen *de veſtitura-rum pactiton. c. 4. n. 78.* Idemque de priuilegio Monoſterienſi, Elbert. Leoni. *conſ. 6. in princ. & per totum*; & de jure, & priuilegio Gloglouienſi, Modeſt. Piſtor *conſ. 23. num. 13. lib. 1.* vt ſcilicet fœmina proximior maſculo remotiori præferatur, quod à jure Francorum manauit.

Hoc enim perpetuum eſt, cùm de jure Francorum agitur, maſculos quidem præferri fœminis, ſi tamen ſint ejuſdem gradus, non remotiores, vt omnes præfati docent, & nouiſſimè Intrig *d. cent. 1. q. 6. num. 64. & cent. 1. art. 43.* Ita vt, deficientibus maſculis ejuſdem gradus & lineæ, quoad vltimum morientem, fœminæ ſuccedant. Quæ confirmantur ex his quæ ſuprà deduximus, & Doctoribus ſuprà allegatis, cùm de alia primogenitura quàm juris Francorum loqueremur, ex quibus etiam hæc ſententia confirmatur, maximè cùm pleri que ex his ſe fundent in Joanne Andrea *cap. 1. de iis qui ſibi, & hæred.* qui de jure Francorum loquitur, ideoque etſi aliqui ex his, quos proximè allegauimus, non loquantur ſpecificè de jure Francorum: tamen cùm allegent d. Joan. Andream, & ejus authoritate nitantur, à ſe dicta etiam de jure Francorum procedere re ipſa contendunt.

Quæ cùm ita ſint, multò magis aſſerendum eſt, in noſtro caſu, filiam ex filio primogeniti, qui primogenitus patri ſuperuixit, excludere debere filiam ſecundogeniti, & multò magis ſi loquamur de filio ex d. filia eoque ex patre patris ſui agnato. Nec obſtat quod dici poſſet de lege Salica, qua fœminæ omnino ſunt
230 incapaces ſucceſſionis. † Ea enim ſolùm habet locum in terra Salica, hoc eſt Regia: Intelligunt enim DD. legem Salicam, generalem conſuetudinem quoad ſucceſſionem Regni tantùm, Chaſſan. *in conſuet. Burg. tit. des fiefs, verbo choſes feudales, §. 5. num. 58. & 60. fol. 117.* & non quoad alia bona quæ habentur à Rege ſiue in allodium ſiue in feodum. Imò ad differentiam terræ allodialis, & feudalis, terra Regia appellatur Salica; Bened *in cap. Raynutius, verbo, duas habens, nu. 72. cum ſeqq.* Gregor. *in Syntagm. part. 1. lib. 6. tit. 12. nu. 6.* Chopin. *de doman. Fran. lib. 3. tit. 1.* vbi vocat terram Salicam verè propriam & patrimonialem, liberam, immunem, & quæ à nullo recognoſcit proprietatem, & vocatur allodialis terra, Gregor. *in Syntagm. lib. 45. c. 4.* quæ euidentiſſimè patent eſſe veriſſima ex verbis legis Salicæ, quæ ſic concepta eſt in tit. de Alode, *Ne fœmineus ordo Francorum regnum hæreditarium nanciſceretur*, vt eam refert Joan. Pyrhus Englebermeus *tract. de lege Salica.* † Dictaq; lex Salica habet etiam locum in Apana- 231
gio quod datur liberis Regis, quia id pars eſt Coronæ, Greg. *d. lib. 6. tit. 12. num. 6.* illiuſque legis rationes ponit Bened. *in d. cap. Raynutius, verb. & vxorem nomine Adalaſiam nu. 30.* quæ ceſſant in alijs prædiis, quàm Coronæ. Ergo d. lex Salica ſolùm cùm de ſucceſſione Regni Francorum, vel bonorum Coronæ vnitorum, quæ ſunt inalienabilia, procedit: vt nimirum ea alienari non poſſint, & ſi pro Apanagio data ſunt, deficientibus maſculis, ad Coronam redeant, cætera autem feuda, quamuis à Rege teneantur, quamuis patritiatus dignitatem, quam parietam vocant, annexam habeant, à fœminis poſſideri poſſunt, vt ſuprà edoctum fuit, & alienari etiam, inuito (ſaluo tamen & reſeruato ipſius jure, ex cujus vi ſoluto precio, & indemnem præſtando emptorem, & Dominus retinere poteſt,) Chaſſan. *in conſuet. Burgund tit. des fiefs, §. 8. nu. 1. fol. 123.* Boer. *de cuſto. claui. nu. 70. tract. tom. 16. fol. 185.* Greg *in Syntagm. part. 1. lib. 6. tit. 26. nu. 4.* Et in aliis bonis in quibus jure Francorum viuitur, non ſolùm filia patri, ſed ſoror fratri ſuccedit, Afflict. *deciſ. 248.* & cùm omnes DD. ſuprà citati aſſerant in feudo, quod jure Francorum regitur, fœminas ſuccedere deficientibus maſculis ejuſdem gradus & lineæ, non eſt hîc amplius de lege Salica diſputandum.

Nec his etiam obſtat, ſi opponatur fœminas de jure primogenituræ incapaces ex quorundam ſententia, inter quos Laoden. *de primogen q. 11.* Nam reſpondetur hîc non quæri, an filia primogenita, & cæteras minores natu excludat, & ex vi primogenituræ ſuccedere debeat: Sed an filia † vltimò defuncti cùm jure commu- 232
ni, maximè ſi teſtamento inſtituta ſit, hæres eſſe debeat, per maſculos remotiores excludatur, & non excludi in majoratibus vbique terrarum de jure communi receptum eſt, Alex. Rand *de analog. c. 15. nu. 292.* Joan. Gutier *conſ. 13. nu. 14.* Palaes *de majora. 2. part. q. 6. num. 2. cum ſeqq.* Burgos à Paz *in proœm. ll. Tauri nu. 85.* Secundò reſpondetur non agi hîc de filia ex vi primogenituræ, nec etiam aliàs admittenda; ſed de nepote ex ea eoque agnato qui teſtamento vocatur, non excludendo. Tertiò, etſi ageremus de filia quæ ex vi primogenituræ maſculos remotiores ſe excludere debere, etiam nullo dato teſtamento aſſereret; tamen ipſa obtinere
debere: verius enim † eſt fœminas, etiam ſecluſa con- 233
ſuetudine primogenituræ, capaces, & in bonis primogeniis debitis ſuccedere poſſe, etſi feudalia eſſent bona: Ita tamen ſi vel ex conſuetudine, vel ex natura feudi, vt quia empritium, abſolutè hæreditarium, vel aliàs eorum capaces ſint, vt luculenter tenent Hoſti. Joan. And. & antiqui, & Abb *in cap. dilecti de arbitr. & ibid.* Anchar. *& conſ. 339. nu. 7. cum ſeqq* Dec. *conſ. 269. in prin. & numero 2. & conſ. 413. numero 12. & conſ. 498. numero 21.* Corn. *conſ. 16. nu. 2. lib. 1.* Ciriet. *de primogenio q. 19. nu. 5.* & alij quos refert Burgos *in proœm. ll. Tauri, num. 54. & ſeqq. nu. 85.* ſiue dignitas inſit ſiue non, Burgos *d. locis.*

Nam quæ contra fœminam adducuntur, ſolùm habent locum in primogenitura, de qua in Veteri Teſtamento, † quæ longè differt ab hac in qua ſolùm de bo- 234
norum ſucceſſione agitur, & diſcrimina inter vtramq; primogenituram recenſet, & probat Burgos *in d. proœm. ll. Tauri n. 491. cum ſeqq. vſque ad nu. 101.* nec licet arguere, neque valet argumentum à primogenitura Veteris Teſtamenti ad hanc de qua loquimur, Burgos d.

loco num.94. in fin. dictuſque Burgos, omnibus quæ in
contrarium afferri poſſent, reſpondet *à num.* 85. *vſque*
*ad nu.*111.
235 Poſtremò etiam, † in quacunque primogenitura,
data conſuetudine, capacitatis fœminarum, certum eſt
eam ſuccedere etiam ab inteſtato, & omnes maſculos
alterius lineæ excludere, vt omnes etiam qui contra-
rium aſſerunt, fatentur, & nominatim Marti. Lauden.
*de primog.q.*11. Citlet. *de primog.q.*19.*nu.*4.*&* 5. loquens
de feudo; at verò in tota Gallia, & omnibus Prouin-
cijs cis Alpes cõſtitutis, fœminas eſſe feudorum etiam
dignitatum capaces, ſuprà *nu.*35. *cum ſeqq.* fusè edoctum
236 fuit, & † de jure Francorũ antiquiſſimo, quo primoge-
nitus excludebat cæteros fratres & ſolus ſuccedebat,
& primogenituræ erat locus, filiæ ſuccedebant ad ex-
cluſionem maſculorum collateralium, Otho Friſin. *d.*
*lib.*2.c.29. & clarè omnes Doctores, ſuprà *nu.*224. allega-
ti, docent fœminas de jure Francorum & ſucceſſionis
illius juris, & feudorum capaces, & ſecluſo jure Fran-
corum in cæteris majoratibus ſunt etiam capaces vbi-
que locorum, Alex. Raud. *d.q.*15.*nu.*292. & diximus ſ.
237 *nu.*232. † &, quod magis eſt, de jure Francorum anti-
quiſſimo, deficientibus maſculis ejuſdem gradus & li-
neæ, inter ipſos filios eſt locus primogenituræ, ita vt,
dicto jure, primogenita excludat ſorores minores na-
tu (quod rem certiſſimam reddit, cùm data ea capaci-
tate omnes conſentiant excludi maſculos alterius li-
neæ,) Chopin. *de doman. Fran. lib.*3 *tit.*6. *in princ.* Afflict.
*c.*1. *nu.*72. *de natu. ſucceſſ. feud.* Landen. *d.q* 11. Citlet. *q.*19.
*nu.*3. & ante eos Joan. Andr. *in d. conſtitutione, vt de ſuc-*
ceſſionibus in glo. ver. dotata in fin.

Præterea reſpondetur dictis depoſitionibus teſtium,
earũm nullam omnino habendam eſſe rationem in ca-
ſu noſtro. Nam, aut intelliguntur ſecundùm priuile-
gium quod prætenditur à Friderico conceſſum, vt ſci-
licet hoc feudum regatur jure Francorum, aut non; d.
caſu, jam docuimus & jure Francorum filias defuncti
excludere maſculos alterius lineæ, vt disertè atteſta-
tur Otho Friſing. *d. lib.*2.c.29. ſecundo caſu non potuit
in familia de Simiana & Dominis Caſtri-noui hujuſ-
238 modi conſuetudo induci: neque enim † vna familia
poteſt ſibi certam ſucceſſionis formam pacto, Fran. A-
ret. *conſ.*163. *in fin. verſ. præterea iſti Domini*: vel conſue-
tudine inducere, niſi à Principe ſit confirmata; quæ o-
pinio quantumuis Joan. And. *in addition. ad ſpeculat.*
tit. de inſtrument. editione, §. *compendioſè*, *verſ. ſed nun-*
quid, & alijs quibuſdam repugnantibus, eſt vera, &
communi Doctorum calculo recepta, vt atteſtantur
Alex. *in l. ſi non ſpeciali, num.*5. *C. de teſtam.* Vaſquius *de*
ſucceſſ. creatio. §.10. *nu* 257. Valent. Forſter. *tract. ſucceſſ. q.*
3. *de ſucceſſ. libero.* Graſſus §. *ſucceſſ. ab inteſt. q.*16. quæ cõ-
munis ſententia confirmatur auctoritate Cyni *in l.*1. *col.*
6. *verſ. in fin.* vnde ſi conſuetudine introducitur *C. quæ*
ſit longa conſuetudo, qui de majori nato ſeu primogeni-
to, an ex vi conſuetudinis ſuccedere poteſt, loquitur,
239 † & caſu quo illi conſuetudini ſtandum eſſet: ea tan-
tum in conſuetudine ab inteſtato procederet, idque
abſque dubio ſi nominatim etiam, dato teſtamento,
eam inductum cum caſus euenifſet, edoctum non ſit,
Alber. *in diction. verb. feudum col.*5. *in fin. verſ. conſuetudo:*
240 ergo, † & in caſu tantum in quo conſuetudo eſt indu-
cta, non in alio caſu de nouo emergenti, Salicet. *in l.*1.
*col.*6. *verſ. quæro an ſine vlla contradictione*, *C. quæ ſit longa*
conſuet. Roder. Suarez *in l. quoniam in prioribus amplia-*
tio... qui cùm *n.*15. *cum ſeqq.* pro, & contra opinionem
Joan. And. multa attuliſſet, tandem in nouo caſu affir-
mat, conſuetudinem hujuſmodi non valere, *n.*21. *verſ.*
non obſtant, interpretans doctrinam Salicet. *d. loco.* At
nos ſumus in caſu teſtamenti, non ſucceſſionis ab in-
teſtato, & alio, ac longè diuerſo ab eo qui prætenditur
per teſtes probatus, vt ſuprà ſæpe dictum, & edoctum
fuit.

Poſtremò reſpondetur dictis depoſitionibus † te- 241
ſtium, documenta, & inſtrumenta in deſcriptione eo-
rundem deſignata, quibus prætenſam per d. Domi-
num Antonium primogenituram nunquam in d. loco
Caſtri-noui habuiſſe locum probatur, præponderare
debere teſtium hujuſmodi depoſitionibus, etſi perti-
nenter concluderent, (quæ tamen vagæ fuit, incertæ,
& nihil certò concludentes) maximè cùm vt pluri-
mum ſint de auditu; & quoad eos quos viderunt, cla-
rè appareat Jauſanum & Melchiorem, ex alia cauſa,
quàm prætenſæ gentilitiæ maſculinæ perpetuæ vel ju-
ris Francorum primogenituræ, & Stephanum etiam,
de quo duo tamen deponunt etiam ex alia cauſa, ſcili-
cet ex vi tranſactionis, ſeu diuiſionis cum Bartholo-
mæo fratre initæ, dictum locum Caſtri-noui habuiſſe,
per tradita à Molin. *de ju. primog. lib.*2.*c.*6.*n.*63. certiſſi-
mi enim juris eſt, inſtrumenta præualere teſtib. *l. pen. C.*
ſi minor ſe majo. dixer. Deci. *ext. in rub. de teſtib. n.*3. quod
maximè procedit vbi agitur de facto lõginquo, ſeu an-
tiquo vt hîc text. *in l. cenſus & monumenta, ff. de prob.* Bal.
*in l. pen. n.*5. Abb. *conſ.*64.*n.*22. Bal. *cõſ.*445. *lib.*5. Curt. jun.
*in l. pactum quod bona fide, n.*4. *C. de pact.* Ex quibus abũ-
dantiſſimè ſatisfactum eſt ijs omnibus quæ ex dictis
articulis, poſitionibus, & depoſitionibus teſtium co-
ram d. Domino Decano de la Sala factis, d. Dominus
Antonius pro ſuæ intentionis probatione elicere po-
terat; nunc ad duo alia ipſius fundamenta ex præten-
ſa quadam deciſione, ac ex tranſactione ſecunda inita
inter dictos quondam Joachimum, & Ludouicum, de-
ſumpta accedamus.

Non obſtat igitur d. prætenſa deciſio Rotæ (quam
nedum deciſionem, ſed ſententiam d. Dominus An-
tonius, nullo tamen jure, & ratione contendit) qua
prætenditur, probatam eſſe primogenituram per eum
prætenſam: reſpondetur enim primò, hujuſmodi ſcri-
pturam nullam fidem facere, quod neſciatur vbi in-
uenta, & quo inſtante, ab Illuſtriſſimo Card Seraphi-
no, (ſi ſua eſt, de quo tamen non legitimè conſtat,) quis
hujuſmodi cauſæ, tunc, cùm dicitur dicta prætenſa de-
ciſio facta, Commiſſarius non erat, vt in ſignatura aſ-
ſeritur † ſubſcripta: quòd d. Domino Franciſco vel 242
ejus Procuratore abſente, & eo non citato, nec coram
vllo Judice, vel ipſo mandante, nec per Notarium ad
hoc deputatum, nemineque inſtante, fuerit recogni-
ta; quæ tamen omnia erant neceſſaria vt faceret fidem,
Matan. *part.*6. *tit. actorum edit. nu.*16. *cum ſeqq.* Quòd
hujuſmodi aſſertio facta ab alio quàm Commiſſario,
non probat, niſi quatenus de ea actis conſtet, *cap. quo-*
niam contra falſam, de probat. † Quod ex antiquitate 243
temporis, triginta ſcilicet trium annorum, faciat præ-
ſumere obliuionem, Menoch. *de arbitra caſu*26. *ex præ-*
*ſumpt.*32.*nu.*1. *& ſeqq. lib.*6. maximè quia hujuſmodi re-
ſolutio continet plura capita, licèt connexa, Menoch.
*caſu*308.*nu.*7. *in fin.* præſertim cùm agatur de Illuſtriſſi-
mo Card. Seraphino, multis negotijs implicito, Me-
noch. *d. caſu*26.*n.*4. *& d. caſu*308.*num.*7. quodque in ea
nec perſonæ, nec res, quarum occaſione fuit facta re-
ſolutio, nominantur.

Secundò reſpondetur, etſi fidem faceret, nullam ta-
men vim habere, nec in ea nullum fundamentum fieri
poſſe, quòd ſcilicet ſit tantùm quoddam motiuum ad
ſententiam, ſeu propoſitum; ſententia † verò nullo 244
modo, cùm deficiant ea omnia quæ in ſententiis in
Rota Rom. ferendis requiruntur, de quibus Veſtrius
*in prax. Rom. lib.*7.*c.*1.*nu.*9. *verſ. relatum.* Quod nec re-
ſolutio dubij dici poſſit ex qua potuiſſet deinde ferri
ſenten-

ſeotentia, cùm res mãſerit indeciſa ratione perceptio-
nis fructuum per vnum, & in ſolidum factæ, necnon
reſoluendum erat ſuper exceptionibus contra teſtes,
ita vt totum remanſerit in ſuſpenſo; ex quorum duo-
rum capitum aut vnius ipſorum deciſione potuit con-
245 traria reſolutio fieri. † Quod ſi ſententia nulla eſt, &
nulla io ea facienda eſt vis, ſi judex negotium indiui-
duum pro parte terminet, Vantius *de nullitatibus tit.
de nullitat. ex defectu proceſſus, ſine ordin. judiciar. nu.* 100.
verſ. ſecus ſi judicium ſol. mihi 141. multò minùs d.con-
cluſio, cùm ſemper remaneat dubietas, obſcuritas, &
indeterminatio, quemadmodum in fortioribus de ve-
ra ſententia dicitur, ſi dubia ſit, & negotium noo ter-
minet, Vant. *d. loc. nu.* 102. *verſ. ex ijſdem*, & cùm d. aſſerta
concluſio ſit plena exceptionibus & reſeruationibus,
ante earum liquidationem non poteſt dici aliquid re-
ſolutum: non enim dicitur actum, vel factum, quoties
aliquid ſupereſt agendum.

Tertiò reſpondetur, quòd etſi præciſa, & non in ſuſ-
246 penſo fuiſſet reſolutio, quæ tamen non eſt, † ſenten-
tia nullo modo dici poteſt, quòd neque citatio inter-
oenerit, Rot. Rum. *in nouiſs. deciſ.* 342. Muſcat. *in prima
inſtantia part. 7. gloſ. ſententiam, num.* 3. quæ citatio non
247 præſumitur, Menoch. *præſump. 69. nu* 5. *lib.* 1. † etiamſi
ſi opponatur de antiquitate temporis, tum quòd ea
oppoſitio procedit tantùm quando ſolemnitas cita-
tionis in ſententia enonciatur, ſaltem in genere, Cra-
uet. *de antiq. temp part. 2. ſect. ex præmiſſis, nu. 8. & 9.* Me-
noch. *lib. 5 præſump. 62. nu. 12 & 13.* vel quando ſenten-
tia producitur in forma approbante, Crauet. *d. ſect. ex
præmiſſis nu.* 57. non eſſe verò in forma approbante pa-
tet, quia neque actum, neque teſtes continet, quorum
vtrumque requiritur ad fidem inſtrumenti ſententiæ,
Matant. *part. 6. actor. editio, n.* 32.

248 Denique, † non poteſt dici ſententia, quia deeſt
pronunciatio, quæ neceſſaria eſt, juxta ſtylum, de quo
Veſtr. *lib. 7. c. 1. num. 13. circa fin.* Vant. *de nullit. ex defectu
proceſſ. ſine ord. judicia num.* 86. & vbi ſenteotia oon eſt
ſubſcripta, nec publicata, illa non poteſt haberi pro re
judicata, vt poſt Caputaq. docet Lancell. *part. 2. c. 12. de
attent. appell. pend. nu.* 25. quinimò ooo meretur nomen
ſeoreotiæ, Rota Rom *in nouiſſ dec. 705. nu. 1. & ſeqq part.
3 lib.* 3. Idque præſertim quia deſunt verba ſequentia,
lata & lecta, quorum omiſſio reddit ſententiam nul-
lam, Muſcatel. *in prima inſtans part. 7. gloſ. condemnando
nu. 19. cum ſeqq.* Veſtr. *c. 1. nu* 13 Quòd ſi ſententia noo eſt,
vt reuera noo eſt, nulla eſt ipſius habenda ratio contra
veritatem, de qua in actis, vt mox latiùs io ſequenti re-
ſponſione dicetur.

Quartò reſpondetur, cùm d. lis in Rot. Rom. eſſet
indeciſa, nec per hujuſmodi prætenſam deciſionem
quidquam definitum eſſet, quemadmodum clarè con-
ſtat ex traoſactione ſuper d. lite inita inter dd. quon-
dam Joachimum & Ludouicum, in qua nonobſtante
d. prætenſa reſolutione, diſertè dicitur, litem pendere
indeciſam coram d. Domino Cotta; &, vt dubius litis
euentus euitaretur, partes deueniſſe ad tranſactionem,
& antequam quidquam partes paciſcantur, io primis
renonciare d. liti pendenti & indeciſæ; ſequitur d. re-
ſolutionem nullam vim habere, cùm fundetur ſuper
dictis atteſtationibus erroneis, & contra rei veritatem
factis: ſed ſtandum eſſe veritati, de qua in hac cauſa
nunc pendente legitimè conſtat; ex quibus apparet
clariſſimè nullam vnquam primogenituram præten-
ſam habuiſſe locum in d. Caſtro-nouo.

Quintò reſpondetur, poſito citra præjudicium ve-
ritatis, hujuſmodi reſolutionem aliquam vim habere
debere, planè non niſi de primogenitura juris Franco-
rum intelligi poſſet, cùm enim ea tantùm io articulis
deducta fuiſſet, & ſuper ea tantum lis penderet, certè
reſolutio hujuſmodi, imò ſententia ſi ſequuta fuiſſet,
maximè indefinitè probata, de ea & non de alia intelli- 249
gi deberet, † vt cõformis eſſet libello quemadmodum
eſſe debet, *l. vt fundus, ff. com. diuid.* Surd. *conſ.* 273. *lib.* 2.
At verò ſuprà fusè edoctum fuit, in primogenitura ju-
ris Francorũ filiam primogeniti admiſſi excludere pa-
truũ, ex Joan Andr. *in c. 1. de eo qui ſibi, & hered.* & alijs.

Sextò reſpondetur, quòd ſi eam de alia primogeni-
tura vellemus intelligere, quod nõ deberet fieri, planè
de ſimplici primogenitura neceſſariò intelligenda eſ-
ſet: ſimpliciter enim dicitur primogenituram eſſe pro-
batam, abſque vlla maſculinitatis qualitate: At verò
in ea filiam primogeniti admiſſi excludere patruum
certiſſimum eſt, & ſuprà demonſtrauimus ex Couarr.
lib. 3. var. reſol. cap. 5. n. 5. & alijs.

Poſtremò reſpondetur, quomodocumque intelli-
gamus hujuſmodi reſolutionem, & poſito, ſequutam
fuiſſe definitiuam ſententiam, quod tameo oon eſt
verum, & nihil faceret ad caſum noſtrum, cùm quære-
retur tunc ſolùm, & per ſententiam definiretur, quid
ſtatuendum eſſet, cùm controuerſia erat inter duos
fratres; an ſcilicet locus eſſet primogenituræ, quæ per
præſcriptionem prætendebatur inducta. At verò nos
ſumus in diuerſo caſu, nempe cùm agitur nedum in-
ter filiam primogeniti admiſſi vltimo defuncti, & pa-
truum (quo caſu etiam nec caſus præſcriptus inter
duos fratres ad hunc porrigi poteſt, maximè cùm &
præſcriptio, & ſeotentia ſuper qua fertur, ſint ſtricti ju-
ris de præſcriptione ſup. *nu.* 165. dictum fuit de ſenteo-
tia, eſt text *in l. 1. C. ſi plures una ſententia*, & quæ † non 250
probar niſi illud quod ex verbis ejus de neceſſitate in-
fertur, Gail. *obſeruat. 116. n. 1. & 2. lib. 1.* qui multos conge-
rit, nec ad alium caſum extendi poſſunt, maximè diuer-
ſum, quales ſunt hi in quibus ab vno ad alium oon
eſt licita extenſio, & alia eſt ratio maſculi ejuſdem gra-
dus & lineę, & remotioris, cùm de excludenda filia de-
functi agitur, Burg à Pax *d. conſ. 29. nu. 57. & ſeqq.* & fu-
sè ſuprà n...... hæc omnia probata ſunt ne hîc repe-
tantur) ſed io fortioribus terminis verſamur, nempe
inter filium eumque agnatum ex filia, eaque ex filio
primogeniti admiſſi, contra filium ſecundogeniti ex-
cluſi.

Non obſtat tranſactio, qua prætenditur primoge-
nituram probatam fuiſſe, ad illiuſque reſciſionem d.
Franciſcum, ex inſtrumentis de nouo repertis, agere
non poſſe *l. ſub prætextu C. de tranſact. l. ſub ſpecie C. de re
judic.* nam ſi ageretur (quod tamen non fit) ad reſci-
ſionem d. tranſactionis, reſponderetur, † & tranſactio- 251
nem, & ſententiam reſcindi ope reſtitutionis, ſub præ-
textu inſtrumentorum de nouo repertorum, vbi inter-
uenit probabilis aut juſta ignorantia, Abba *conſ. 101. n.
1. & ſeq.* Gabriel *de reſtit. in integ. concl. 1. nu.* 1. Honded.
conſult. 27. num. 6. lib. 2. Coſta *de facti ſcient. diſt. 16. cent. 1.
fol.* 183. † Nec opus eſt probare juramento vel alia pro- 252
batione, quòd inſtrumenta, de quibus eſt quęſtio, tem-
pore latarum ſenteotiarum noo potuerunt produci,
vel haberi, ſed ſat eſt quòd contrarium ex aduerſo non
oſtendatur, Bertazo. *in ciuilibus conſult* 41. *nu.* 75. *& ſeq.*
ſumus autem in fortioribus, quia hîc ignorantia abſ-
que dubio aderat: quæcunque enim Romæ gereban-
tur, fiebant per procuratores d. quondam Joachimi,
ipſo abſente: ſed non eſt opus ad hæc recurrere, quia
d. Dominus Franciſcus non agit ad reſciſionem d. trãſ-
actionis, & ne verbum quidem ea de re io ſuis articu-
lis; ſed contendit per hujuſmodi tranſactionem præ-
tenſam primogenituram neque probari, neque indu-
ci, eaq; tranſactione d. Dominum Antonium ſe juua-
re nõ poſſe; imò ex ea ſola cęteris ſecluſis repellendũ.

Reſponderus igitur primò, prætenſam primogenituram ex d. tranſactione nullo modo probari vel introduci, vt ex ejus lectura apparet, atque hæc reſponſio ſufficeret. Nihilominos,

Secundò reſpondetur, dum in ea dicitur, Caſtrum-nouum pertinere ad Joacbimum, boc fit ea perſona patris Janſani, cujus erat hæres, ad qoem Janſanum ea vi pacti matrimonialis, in contractu matrimonij Melchioris appoſiti, d. Caſtrum ſpectabat; cujos pacti in narratiua d. tranſactionis ampla & expreſſa fit mentio.

Tertiò, quia per primam tranſactionem, quo tempore nondum juris Francorum primogenituræ vlla adhuc facta erat mentio, d. Caſtrum-nouum cum omni juriſdictione & bonis in eo, & ejus territorio ſitis, excepta Baſtida, & quibuſdam alijs, d. Joachimo, d. verò Baſtida, & quædam alia d. Ludouico obuenerant, & nihilominus d. Joachimus eam caſſari, & in poſſeſſorio obtinuit, tanquam ex læſus, & in petitorio antequam prætenſa juris Francorum primogenitura in judicium deducta fuiſſet, nullà erat controuerſia, quin Caſtrum-nouum cum bonis juribuſque juriſdictionalibus ad d. Joachimum ex vi d. pacti matrimonialis, & ex perſona patris Janſani pertineret, & quoad cætera bona non juriſdictionalia in territorio d. Caſtri ſita, per duas deciſiones claras, & abſolutas, & non in ſuſpenſo exiſtentes, reſolutum, & deciſum fuerat in Rota Romana, tres partes de quatuor ad d. Joachimum, vti hæredem Janſani, ex vi d. pacti pertinere: ita vt controuerſia eſſet ſolùm de quarta parte reſtante, ſuper qua d. tranſactio ſecunda inita fuit, & per eam conditio d. Ludouici pinguior, & amplior quàm par erat facta fuit: nam, aut ex vi d. pacti matrimonialis, etiam d. quarta pars reſtans ad d. Joachimum, vti Janſani hæredem, ſpectabat, vt reuera pertinebat, vt ex conſilijs ſuper interpretatione & intellectu d. donationis quæ ſeparatim ſubſequentur, vt confuſio euitetur, quæ ſi hîc infererentur, oriretur, aut non. Primo caſu Joachimus notoriè eſſet læſus, ſecundo caſu ſaltem erat dubium,
253 † an d. quarta pars ſpectaret ad Ludouicum necne, cujus dubij eſt habenda maxima ratio, Corn. *conſ.* 161. *nu.* 10. *vol.* 3. Rolan. à Valle *conſ.* 28. *num.* 27. *lib.* 4. ſed dato fuiſſe certum; pro ea quarta parte bonorum non juriſdictionalium, & medietate bonorum Thori & Auenionis, Thori inquam, demptis acquiſitis per Janſanum & Joachimum, ſummas pecuniarum, & bona in d. tranſactione contenta d. Ludouicus conſequutus fuit, quæ majoris ſunt valoris, quàm quæ ad Ludouicum pertinebant.

Rurſus reſpondetur, his omnibus ceſſantibus, quæ
254 tamen non ceſſant, ſi aliqua † primogenitura per d. tranſactionem, vel induceretur vel probaretur, ea ſolùm eſſet juris Francorum, cùm ea tantùm in judicium fuiſſet deducta: at verò eam nihil prodeſſe d. Antonio ſuprà demonſtratum fuit, & dictum Franciſcum abſoluendum. Impoſſibile autẽ eſt per rerum naturam vt intelligatur de primogenitura maſculina quam nũc prætendit d. Dominus Antonius, cùm ea nunquam fuerit in judicium deducta, niſi à paucis annis quo hæc lis per d. Dominum Antonium intentata fuit. Quomodo enim fieri poteſt vt dd. Joachimus & Ludouicus tranſegerint ſuper hujuſmodi primogenitura, quæ non erat in controuerſia, & de qua ne cogitarant quidem: tranſactio enim debet intelligi de ijs de quibus erat lis, non autem de illis de quibus non erat.

255 Sed etſi de alia primogenitura † quàm juris Francorum vellemus intelligere tranſactionem, ea eſſet ſimplex & non gentilitia maſculina: in dubio enim ſemper de ea primogenitura intelligere debemos per quam fœminæ non excludantur à maſculis alterius lineæ, & ſuprà diximus *num.* 174. *&* 219.

Poſtremò, † tantum abeſt vt d. Dominus Anto- 256
nius ex tranſactione ſe juuare poſſit, vt per eam, etſi ſola eſſet, omnino repellendus eſſet, quamcunque tandem præſupponamos primogenituram fuiſſe in lite, & ſuper ea tranſactum: nam ſi demonſtrauerimus, ijs nonobſtantibus, ac nulla earum habita ratione, dictum Ludouicum longè plus conſequutum fuiſſe, quàm ei deberetur, & propterea in effectu dictum Joachimum à primogenitura per eum prætenſa fuiſſe repulſum, dictamque primogenituram per dictam tranſactionem re ipſa in damnum, & odium dicti Domini Joachimi, commodum verò & vtilitatem dicti Domini Ludouici, rejectam, neceſſariò ſequetur, ex ſe primogenitura dictum Antonium jouare non poſſe, nec eam intentare, quod ſi faciat, per dictam tranſa-
ctionem repellendum. † Nam ſi in fauorem patris re- 257
jecta fuit contra Joachimum eam allegantem, multo magis nunc, ſi allegetur contra hæredem dicti Joachimi, ea debet rejici, & per quam tranſactionem Joachimus à dicta primogenitura reipſa fuit repulſus, per eandem d. Dominus Antonius repelli deberet; & ſicut tunc, ita nunc rejecta debet cenſeri d. primogenitura. Quæ confirmantor, quia quis prætendere non poteſt jus ex contractu aduerſus eum qui, cùm ſimile jus prætenderet, contra agentem ſeu illum in cujus jus, & locum ſi viueret, actor ſucceſſit, ab eodem fuit excluſus. Nam aut excluſio fuit legitimè facta aut non; ſi legitimè, ergo malè agit dictus Dominus Antonius; ſi illegitimè, repelli debet dictos Antonius retorcutione juris iniqui, per tradita *in l.* 1. *ff. quod quiſque juris*, cui retorcutioni etiam contra ſucceſſorem locus eſt, Beninten. *de.* 37. *nu.* 14.

At verò per dictam tranſactionem, primogenituram quamcunqoe prætendamus fuiſſe rejectam, demonſtratur, ex eo quòd quæcunque tandem illa ſit, ſi aliqua fuiſſet, nihil dictus Ludouicus in dicto Caſtro-nouo, totoque ejus territorio, & bonis in eo ſitis poterat prætendere: nam ſiqoidem fuiſſet primogenitura juris Francorum, omnia ad primogenitum ſpectare debebant: dictus verò Ludouicus, tanquam ſecundogenitus, ſolùm vitam, & militiam habere debebat. Hoc enim eſt certiſſimum in primogeni-
tura juris Francorum †, vitam, & militiam tantùm ſe- 258
cundogenito deberi, Afflict. *deciſio.* 119. & ibi de Urſill. Andr. de Iſernia *in cap.* 1. §. *præterea Ducatus, numero* 2. & ibi paſſim *de prohibita feud. alienat. per Frideric.* Chupin. *de doman. Franc. libro tertio, titulo ſexto.* Thom. de Marin. *tit.* 13. *de jur. Francor. num.* 1. *&* 2. *tom.* 10. *tract. part.* 1. *fol.* 153. Tiraquell. *de primogen. in præfat. numero* 3. Loffred. *conſ.* 1. *num.* 11. *&* 12. & paſſim, & *num.* 53. *&* 94. Marin. Frecc. *lib.* 3. *differ. inter feuda regalia numero* 3. *fol.* 426. Intrig. *de feudor. cent.* 1. *quæſtione ſeptima*, & dximus *numero* 220. quæ nec d. Ludouico in dicto Caſtro-nouo debebatur, cùm eam ex alijs bonis Melchioris, extra Caſtrum-nouum ſitis, imò proprietatem ipſorum conſequutus eſſet, eorum enim dimidia pars ad ipſum, tanquam cohæredem, ſpectabat.

Quòd ſi diceremus, primogenituram maſculinam perpetuam fuiſſe in controuerſia, multò minus quidquam d. Ludouicus de d. Caſtro-nouo, & ejus territorio prætendere poterat, vt notorium eſt. Reſtabat ſolùm vt tanquam cohæres mediam partem cæterorum bonorum haberet; ea verò bona ſolùm Thori, & Auenioni exiſtebant. Auenioni quidem tres domos, Thori verò vna domus, & prædia quædam, quæ de tempore dictæ tranſactionis, ſcilicet de anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quarto,

non

non valebát vltra duo millia, & dato & non conceſſo, tria millia ſcuta, & ſic, quoad ea bona Thori, ad ſummum non niſi mille & quingenti aorei d. Ludouico debebantur. At verò per d. tranſactionem totas tres domos Auenioni ſitas, ſummam quinque millium quingentorom quinquaginta ſcutorum, & præterea omnia booa Cauallioni ſita, quæ tamen ad ſolum Joachimum, tanquam hæredem Jauſani, quippe ab ipſo Jaoſano acquiſita, ſpectabant, conſequutus fuit: ita vt quadruplo plus quàm ei deberetur adeptus fuiſſet, ſi aliqua fuiſſet habita ratio d. primogenituræ, quod abſurdiſſimum eſſet, & neceſſariò dicendum ſit hujuſmodi primogenituram rejectam, & ab eo Joachimum repulſum; ſed alterius cujuſdam juris habitam fuiſſe rationem, nimirum illius quod continebatur in dicto contractu matrimonij Melchioris, ratione cujus cùm lis adhuc in Romana Curia penderet, ſuper quarta ſcilicet parte bonorum noo dominicalium in dicto loco Caſtri-ooui ſitorum, & propter quod dubium, & litem d. quartæ d. Ludouicus vltra d. partem bonorum Auenioni, & Thori ſitorum, reuera ſibi debitam, alia bona, & ſummas pecuniarum, ſupra enarratas, per d. tranſactionem habuit; quamuis & etiam eo reſpectu plus habuerit quàm debebat, etiam præſuppoſito quòd ſibi deberetur, integra illa quarta, & hæc eſt mera veritas. Ita vt concludendum ſit, cùm per d. tranſactionem prætenſa primogenitura, ſiue juris Francorum, ſiue alia fuerit rejecta, & ab ea d. Joachim. repulſus, per eandem tranſactionem ab eiſdem primogenituris d. Antonium repellendum.

His omnibus addendum, d. Dominum Antonium in ſuis articulis dictum locum Caſtri noui vocare Baroniam, & talem eſſe aſſerere, quaſi magnam in eo vim faciat, & putet fœminas propterea excludendas, 259 ſed ad hoc reſpondetur. Primò †, non eſſe verum, d. feudum Caſtri-nooi eſſe Baroniam, vt ex actis, maximè ex compoſitione cum Camera facta, & homagijs tam Abbati ſancti Guilhelmi de Deſertis, quàm Sedi Apoſtolicæ à primo vſque ad vltimum huc vſque factis patet; quæ oon ſub qualitate Baroniæ, ſed ſimplicis feodi, merum tamen, & mixtum imperium, ac juriſdictionem habentis præſtantur, nec prædeceſſores d. quondam Joachimi vltimò defuncti nunquam titulo Baronis ſe inſignierunt, aut dictum locum Baroniam vocarunt; quod ſi procurator dicti Joachimi, in dictis articulis, ſuper quibus fuerunt examinati dicti teſtes, aut etiam dictus Joachimus in aliquibus actis per ſe factis, vel contractibus ſe Baronem vocauerit, aut dictum locum Barooiam appellauerit, hoc fuit per erroreo, cui veritas præualere debet, & quem propterea errorem, quatenus opus eſt, dictus Dominus Franciſcus ſeu eorum Procuratores reuocarunt; & planè cauſam errori dedit quòd forſan d. Dominus Jacominus, aut etiam dictus Franciſcus ſe Baronem dixerit, quòd Baro reuera fuerit, & ſit, Baroniæ ſcilicet de Calmis ſiue de la Chaup in Delphinatu. Secundò reſpondetur, æqoiuocationem eſſe in dictione, *Baroniæ*, ſeu *Baronum*; 260 nam quaodoque accipiuntur † pro Baronibus regni, titulo dignitatis, & hi ſunt Duces, Marchiones & Comites, qui Ducatus, Marchionatus, Comitatus, feuda dignitatum poſſident, & Capitanei & Barones regni vocantur: alij ſunt certo loco adſcripti, qui locus Baroniæ nomine vocatur & habetur loco ſimplicis feudi cum omnimoda tamen juriſdictione, non dignitatis, vt eleganter & eruditè docet Loiſeau *in tractatu des Seigneuries, tit. 7. nu. 32. cum ſeqq.* & nominatim in Gallia hoc docet, & ideo in vſibus feudorum, quoties de feudis dignitatum fit mentio, Duces, Marchiones & Comites receoſeotur, de Baronibus ne verbum quidem, *vt in c. Imperialem, §. propterea Ducatus, de prohib. feud. alienat. per Frider. & in tit. quis ſit Dux, Marchio, &c.* & ibi DD. quia cùm ſigillatim recenſentur Barones, certi loci excluduntur, & tamen generali vocabulo, *Baronum Regni*, dicti omnes Duces, Marchiones, & Comites comprehendi puterant, vt docet Loiſeau *d. loco:* at verò Caſtrum-nouum eſt ſimplex locus, etiam nullum alium ſub ſe habẽs, ita vt caſu quo titulo Baroniæ decoratus eſſet, qui tamen non eſt, hoc eſſet nomine tenus; tantum enim abeſt vt inter feuda dignitatum, & eorum Domini Barones regni eſſent, † vt nec habeant ea quæ Baroniæ certis locis adſcriptæ habere debent, nimirum tres ad minus Caſtellanias, & loca à ſe dependentia. Quare nulla vis in eo, an Baronia necne ſit, fieri poſſit. 261

Poſtremò reſpondetur, quòd etſi ageretur † de Baronibus regni, & verè feudis dignitatum, non propterea minùs in omnibus Prouincijs cis Alpes conſtitutis fœminæ admitterentur, cùm & Patriciatus dignitatem, quæ ſumma eſt in regno Galliæ habere poſſint, Chopin. *de doman. Fran. lib. 3. c. 7. in princ. & nu 5* Et. de jure Francorum primæuo antiquiſſimo, in Ducatibus, & Comitatibus, ad excluſionem maſculorum alterius lineæ, admitterẽtur, Otho Friſing. *d. lib. 2. c. 29.* & Chopin. *de doman. Fran. lib. 3. tit. 6.* & generaliter in majoratibus filiæ vltimò defuncti excludunt maſculos collaterales, etſi à primo, & communi ſtipite deſcendentes, etiam cùm de ſucceſſione Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus agitur, Molin. *de primog. lib. 3. c. 4. nu. 5.* 262

Et, vt omnem viam d. Domino Antonio præcludamus, & nullum omnino jus, quocunque tandem modo id prætendere poſſet, eidem competere oſtẽdamus, id videns & probè cognoſcens prætenſam per ipſum primogenituram in d. loco Caſtri-noui nunquam habuiſſe locum, non poteſt ad aliud remedium, nulla prætenſa primogenitura exiſtente, confugere; ſcilicet ſe admodum per dictam tranſactionem læſum, cùm ea tantùm, quæ in d. tranſactione continentur, conſequutus fuerit, & dimidia pars omnium bonorum Melchioris inteſtato defuncti, ad ipſum ſpectaret: ideoque tanquam ex falſa cauſa factam, reſcindendam, & de nouo ipſi dimidiam partem bonorum adjudicandam.

263 Sed ad hoc reſpondetur: Primò, non eſſe † audiendum in hoc judicio, cùm hæc actio ſit omnino ſeparanda, imò diuerſa, & contraria & quam inſtituit, & ſuper qua proceſſus formatus fuit: nam prætendebat primogenituram & ea nitebatur, nunc & hoc remedio eam non fuiſſe fatetur: rurſus, agebat non tãquam hæres Ludouici, ſed tanquam tertius; hoc verò tanquam hæres, & ex perſona Ludouici experiri debet; quare cùm actio omnino, & modus agendi mittentur, alioque jure nitatur d. D. Anton. mittetur & quoque perſonam nouum judicium inſtituere debet, & nunc ſuper primogenitura prætenſa pronunciandum, & ab ea d. D. Antonius omnino repellendus.

Poſt litem enim conteſtatam non licet mutare actionem, Bald. *in l. edita nu. 47. C. de edend.* Afflict. *deciſ. 60. nu. 2.* & in jure communiter receptum eſt, quòd in judicijs ſingularibus poſt litem conteſtatam libellus mutari non poteſt, Jaſ. *in d. l. edita nu. 13. deciſ. ibi. nu. 28.* Menoch. *de arbit. caſ. 176. n. 25. & 34.* quod maximè procedit quando mutatio fit de re diuerſa, Menoch. ibi. *nu.* 28. tanto magis præmiſſa debent procedere aduerſus actorem vt fecit d. Dominus Antonius, qui primo egit nomine proprio, & demum variando vt hæres, cùm viam quam quis elegit eam ſequi teneatur, & nõ aliam, Oſaſc. *deciſ. 34. n. 18. & dec. 164. n. 17.* Hinc actor qui priùs egit in vim teſtamenti minus ſolemnis, non poteſt po-

ſtea variare, & agere in vim codicillorum, Afflict. *deciſ. 134. num. 2. & 3.*

Secundò reſpondetur, nec d. Dominum Antonium conſultè facturum ſi nouum judicium inſtituat, ex reſponſionibus enim paulò ſuprà ad d. ſecundam tranſactionem datis manifeſtiſſimè patet, neq; d. Dominum Antonium per eam læſum, neque primogenituræ, ſiue gentilitiæ maſculinæ perpetuæ, ſiue juris Francorum vllam habitam fuiſſe rationem; & planè res longè aliter ſe habet quàm ipſe prætendit: quamuis enim Caſtrum, cum ejus tenemento & territorio, ad d. quondam Joachimum peruenerit, nec medietatem conſequutus fuerit d. Ludouicus, hoc non accidit ratione d. primogenituræ per d. Dominum Antonium prætenſę: ſed in vim donationis in contractu Melchioris per Stephanum primogenito, ex dicto matrimonio naſcituro, & ſic Janſano, factæ, ratione cujus d. Caſtrum, juriſdictio cum toto tenemento, & ſic cum vinteno molendino, & furno banneretis, taſchis, cenſibus, damnis, & ſimilibus: quinimo & cum omnibus alijs bonis vrbanis, & ruſticis, cujuſcunque qualitatis ſint, in territorio tamen d. Caſtri-noui ſitis, ad eum ſpectabant, vt patet ex cedulis juris ſuper interpretatione d. donationis factis, quæ poſtea ſubjicientur. Et caſu quo aliquod dubiū potuiſſet eſſe quoad bona ruſtica, cujuſmodi erat rus, ſeu Baſtida cum ſuo tenemento, & quædam ſimilia prædia in d. territorio Caſtri-noui ſita: non tamen poſſet conqueri d. Ludouicus, cùm longè plus conſequutus fuerit quàm quomodocumque interpretemur donationem ad ipſum pertinere poſſet, vt ex prædictis reſponſionibus ad tranſactionem datis patet.

164 Ex quibus omnibus conficitur, † primogenituram, pro parte aduerſa prætenſam, aut nullo modo, aut non legitimè probatam fuiſſe, & defectu probationis d. Dominum Antonium condemnandum, eique ſilentium in perpetuum imponendum. Quod ſi aliqua primogenitura probata fuit, quod non creditur, ea non alia eſt quàm juris Francorum, cum articuli in ea fundentur, & depoſitiones teſtium ſecundùm contenta in eis, & prętereà, etiam illis ſecluſis ſecundùm morem regionis intelligendæ ſint. At verò ſuprà fusè demõſtratum fuit, cùm primogenituræ juris Francorum locus eſt, filiam primogeniti maximè admiſſi excludere patruum, multo magis filia ex filio primogeniti excludet filium ſecundogeniti, & longè magis hoc caſu quo de filio ex dicta filia agitur qui ex parte patris eſt defuncto agnatus, quod etiam, vt filia, ſcilicet primogeniti admiſſi, excludat patruum, in alia etiam quàm juris Francorum primogenitura procedere oſtenſum fuit.

Et præter defectum probationis, qui tamen ſufficere deberet, ex abundanti doctum fuit de jure filij Joachimi donatarij, & hæredis ex conſuetudine in hac patria, & tota Gallia, & in indiuiduo in dicto loco Caſtri-noui ſeruata, qua feuda ſunt ad inſtar patrimoniorum, tam quoad ſucceſſionem, quàm quoad alienationem, nullo ſexus in vtroq; caſu diſcrimine habito, ex eo quòd feudū hujuſmodi nedū fuerit ſimpliciter empticium, ſed à priuato, Domino irrequiſito, emptū, & prętereà ab ipſa Camera mediante pecunia pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus, acquiſitum, quod fuerit ſemper, & ſit merè, purè, ſimpliciter, & abſolutè hæreditarium, ad quoſcumque etiam extraneos hæredes tranſitorium; quod feudum hujuſmodi ſit conditionatum, & pro eo præſtetur annuus cenſus, ad quod etſi præſtetur fidelitatis juramentum, ex veriori ſententia admittuntur fœminæ, quod nunquam Domini Caſtri-noui ex vi primogenituræ per partem aduerſam prætenſæ ſucceſſerint. Imò quòd aut non primogeniti ſucceſſerunt, aut ſi quandoque ſucceſſerunt, non ſoli, ſed cum alijs fratribus; aut ſi ſoli, non ex vi d. primogenituræ; ſed vel per diuiſionem ſiue tranſactionem inter fratres factam, vel per teſtamentum patris in quo hæres vniuerſalis fuerit inſtitutus, qui erat primogenitus, id Caſtrum eis obuenit; aut ex vi donationis in contractu matrimonij factæ: in ſumma, alio jure, quàm ex vi dictæ primogenituræ. Et vbi ſufficiebat oſtendere, ſucceſſum fuiſſe ſemel intra centum annos, alio jure, quàm jure primogenituræ, ad totam illius machinam deſtruendam, Molina *lib. 2. c. 6. nu. 60. vſque ad fin.* de omnibus edoctū fuit, maximè de primis, in quibus volunt incipere primogenituram: quo caſu certiſſimum eſt, centenariam, & longiſſimam immemorialis temporis præſcriptionem quantumuis ea ſecurius legitimè probata fuiſſet, omnino corruere, Molina *lib. 2. c. 6. num. 63. verſ. ſed quamuis hæc*, & de vltimis, & aduerſa pars ne de vno quidem docuerit, qui ex vi d. primogenituræ ſucceſſerit, tantum abeſt, vt de omnibus vt debebat. Denique, quia d. Dominus Joachimus eſt agnatus vltimo poſſeſſori. Poſtremò, quia in tranſactione inita inter DD. Joachimum & Ludouicum, nulla fuit habita ratio d. primogenituræ prætenſæ, imò & rejecta in fauorem d. Ludouici, & alijs modis de jure d. Domini Joachimi qui in fundamentis ſuprà deductis continentur.

Et quia ſuprà promiſimus, † errores tum in articulis, 165
& poſitionibus ſuper quibus examinati fuerunt teſtes coram d. D^o. de la Sala, Decano dum viueret Eccleſiæ S. Petri, tum in depoſitionibus dictorum teſtium contentos nos recenſituros in fine, nunc ſtamus promiſſis.

Primus igitur eſt cùm deponunt, primogenitū ſemper neceſſariò ſuccedere debere, cùm tamen id falſum ſit: nulla enim vnquam talis primogenitura perpetua neceſſaria, ſiue ex jure Francorum, ſiue aliàs inducta, fuit, imò aliter quàm ex jure d. primogenituræ Domini in d. Caſtro ſucceſſerunt, vt ſuprà demonſtratum fuit.

Secundus error ex primo dependens, cùm deponũt Dominos ex vi d. primogenituræ non ſolùm debuiſſe ſuccedere, ſed ſucceſſiſſe: ex ſuperiorib. enim patet, nõ primogenitos, ſed ſecundò, vel tertiò genitos, quòd ſi quãdoq; primogeniti ſucceſſerũt, eos, vel nõ ſolos, vel aliter quàm ex vi prætenſæ primogenituræ ſucceſſiſſe.

Tertius, cùm proponitur Berengarius primogenitus Giraudi de Simiana, cùm tamen verius ſit tertiò, tempore verò mortis d. Giraudi ſecundò, ſemper autem, & vltimò genitum fuiſſe.

Quartus, cùm dicitur Berengarium tanquam primogenitum ſucceſſiſſe, cùm tamen Guinoto ſecundò genito (qui tempore mortis Giraudi patris erat primogenitus per prædeceſſum Bertrandi Raybaudi) datum fuiſſet d. Caſtrum, cui omnes filij ejus maſculi ex primo matrimonio naſcituri, vel is, quem elegiſſet, ſuccedere deberet, & per remiſſionem poſtea per Guinotum ſecundogenitum eundemq́ue primogenitum reſpectiuè factam d. Berengario tertiogenito, is dominium d. Caſtri nactus fuerit.

Quintus, cùm præſupponitur, Ludouicum fuiſſe primogenitum filium Berengarij, cùm fuerit etiam ipſe tertiò, & vltimò genitus.

Sextus, cùm dicitur, Ludouicum ſolum in d. Caſtro-nouo poſt Berengarium ſucceſſiſſe, cùm tamen verius ſit ſimul cum Reforſato ejus primogenito ſucceſſiſſe.

Septimus, cùm dicitur quod Melchior tanquam primogenitus ſucceſſit, cùm tamen ipſe ſolus fuiſſet patri ſuperſtes, & dicta donatio per Stephanum patrem in contractu matrimonij d. Melchioris facta fuiſſet.

Octauus, cùm dicitur quòd Jãſanus ex vi illius prætenſæ primogenituræ ſucceſſerit, cùm tamen verius ſit,

nunc ex

Digitized by Google

non ex vi illius, ſed ex vi donationis in contractu matrimonij ſui patris factæ ſucceſſiſſe.

Nonus, cùm teſtes rationem reddunt primogenituræ de qua deponunt, quia audierunt Melchiorem dicentem, non opus eſſe hæredem inſtituere, quia Janſanus ejus primogenitus ſucceſſurus erat: nam ſi verum eſt id dixiſſe, quod non creditur, id fuit, & dixi, propter d. donationem in contractu matrimonij initam, non propter aliud jus primogenituræ.

Decimus, cùm rationem ſuæ depoſitionis reddunt, quia Melchior ſucceſſit Stephano, & tamen ipſe ſolus erat filius, & aderant contenta in illo contractu ſui matrimonij.

Undecimus, cùm duo teſtes aiunt Stephanum primogenitum ſucceſſiſſe: errant enim, ſi credunt hoc ratione prætenſæ primogenituræ accidiſſe, cùm id ex diuiſione cum Bartholomæo ei obuenerit, & Bartholomæus locum de Coſta, & bona in loco ſancti Saturnini de Teſio & pecuniarum ſummas eaque omnia ab oneribus hæreditarijs libera, cum alijs pactis in contractu inter ipſos inito contentis, & primogenituram prætenſam excludentibus, conſequutus fuerit, quod non accidiſſet, ſi ad Stephanum, tanquam primogenitum, ex vi prætenſæ primogenituræ Caſtrum nouum pertinuiſſet. Quod dicitur caſu quo d. Ludouicus ab inteſtato deceſſiſſet, cùm tamen verius ſit, teſtamentum condidiſſe, & in eo Stephanum hæredem vniuerſalem inſtituiſſe.

Duodecimus, cùm aiunt audiuiſſe à ſenioribus, primogenitos ſemper ſolos ſucceſſiſſe, apparet enim Berengarium, & Ludouicum tertiogenitos fuiſſe, & d. Ludouicum non fuiſſe ſolum Dominum d. Caſtri.

Et ex his, facilè his omnibus, quæ in contrarium afferri poſſent, reſponderi, & ſolutio ex ſuprà dictis, elici poſſit, quare in recenſione & refutatione eorum non immorabor.

CONSILIVM II.

ARGVMENTVM.

DE feudo juris Francorum, illiúſque natura & ſucceſſione fuſiſſimè.
De feudo empto & hæreditario, ſiue ſtrictè ſiue abſolutè.
Necnon ex pacto & prouidentia ex differentijs inter ea.

SVMMARIVM.

1 *Quæ ex aduerſo circa legem Salicam, juris Francorum naturam, & fœminarum à feudorum ſucceſſione excluſionem proponuntur.*

2 *Nulla primogenitura juris Francorum, vel alia gentilitia maſculina perpetua in feudo Caſtri-noui habuit locum.*

3 *Feuda in omnibus Prouincijs cis Alpes conſtitutis fuerunt & ſunt ad inſtar patrimoniorum, & jus feudale in Gallia nunquam habuit locum.*

4 *Si primogenitura juris Francorũ habet locum in feudo Caſtri-noui, ea tãtùm procedit in ſucceſſ. ab inteſtato.*

5 *Cõſuetudo cõtra jus & priuilegiũ, ſunt ſtricti juris & in ſuo tãtùm caſu procedunt, nec ad alium extẽduntur.*

6 *Sicut & primogenitura in ſuo tãtùm caſu procedit, nec ad aliũ extenditur,* & n. 34. *&* 92. *& ſimpliciter inducta, ab inteſtato tantùm intelligitur inducta*, & nu. 31. *&* 32.

7 *Feudũ hæreditarium & ex pacto & prouidẽtia ex diametro pugnant, & vno dato alterum excluditur.*

8 *Feudum ſi conceſſum ſit Titio, & hæredibus ejus quibuſcunque vel extraneis, ita vt in eo viuatur jure Francorum, primogenitura eo jure inducta ſolùm erit locus in ſucceſſione ab inteſtato.*

9 *Diſpoſitio ſic eſt interpretanda, vt non contineat repugnãtiã.*

10 *Feudorum, quæ reguntur jure Francorum, fœminæ ſunt capaces, & in eis ſuccedunt.*

11 *Primogenitura juris Francorum habet etiam locum in fœminis.*

12 *Adeò vt filia primogeniti, ſemel admiſſi, excludat patruum & fuſiſſimè*, nu. 36. *&* 93.

13 *Lex Salica ſolùm in Regno, & appanagio, quod pars eſt Coronæ*, n. 18. *ejúſque ſucceſſione habuit locum, & non quoad alia bona quæ hauentur à Rege ſiue in allodium, ſiue in feudum.*

14 *Fœminarum excluſio eſt odioſa, & in dubio pro ipſis pronunciandum.*

15 *In quacumque primogenitura, data capacitate fœminarum, filia primogeniti excludet patruum.*

16 *Idque vbique terrarum & de jure communi.*

17 *Statutũ quo, extãtibus maſculis, fœminæ non ſuccedunt, intelligitur de maſculis ejuſdẽ gradus, nõ remotiorib.*

19 *An, quando, & quomodo fœminæ à ſucceſſione Ducatus Prouinciæ Armoricæ, ſiue Britãniæ, excluderentur.*

20 *Ius Francorum, admittens fœminas, & eas, remotioribus maſculis præferens, fuit in Sicilia inductum.*

21 *Et cùm per prauam conſuetudinem, ex jure feudorum, in aliquibus Siciliæ Prouincijs inductum, vt filiæ excluderentur à remotioribus maſculis, per Conſtitutionem Friderici ea conſuetudo ſublata fuit, & ad veram juris Francorum naturam reditum; vt fœminæ ſcilicet excluderent remotiores maſculos*, & nu. 23. *& fuſiſſimè* nu. 35. cum ſeqq. & n. 40.

22 *Ius Francorum, quoad ſucceſſionem fœminarum, pugnat cum jure feudorum.*

24 *Viuere jure Francorum quid ſit*, & nu. 41. & ſeqq. *clarius & fuſius.*

25 *Ius Francorum an fuerit cognitum de jure feudorum, & quid inde inferri poſſit.*

26 *Decius* conſ. 445. nu. 8. & 9. *explicatus.*

27 *Imriglius* cent. 1. q. 7. nu. 1. & 2. *explicatus.*

28 *De jure Francorum nedum fœminæ ejuſdem gradus & lineæ, ſed & maſculi per primogenitum excludũtur.*

29 *An, & quando jus Francorum in ſucceſſione ab inteſtato tantùm habeat locum*, & nu. 31. & n. 6.

30 *Feudum, quod regitur jure Francorum, eſſe in Gallia hæreditarium plerique interpretes exiſtimarunt.*

32 *Prærogatiua ſexus & ætatis, præſcriptione vel ſtatuto inducta, intelligitur ſolũ ab inteſtato, &* n. 6. *&* n. 91.

33 *Primogenitura non poteſt in vna familia præſcriptione, vel conſuetudine induci, niſi Principe approbante, &* nu. 90.

37 *Eſt generale in omni primogenitura, & prærogatiua ſexus & ætatis, vt filia primogeniti admiſſi excludat patruum, niſi nominatim gentilitia maſculina perpetua inſtituta ſit.*

38 *Et Conſtitutio Hiſpaniæ, qua idem cauetur, eſt juri communi conformis.*

39 *Adeóq; hoc verũ eſt vt ſoror defuncti excludat patruũ.*

40 *Conſtit. Siciliæ quibus filia præfertur patruo, non alterant aut corrigunt jus Francorũ, ſed quale eſt ex ſua primæua orig. introducũ & decernũt*, & n. 21. & 23.

42 *Prærogatiua ſexus & ætatis, cùm apud diuerſas nationes habeat locum, cur juris Francorum dicatur.*

43 *Cùm res ad vnum ſolùm peruenire debet, is dignior eſſe debet, data tamen paritate gradus.*

44 *Ius Francorum ex ſua primæua natura tantum habuit locum inter deſcendentes.*

45 *Conſuetudo, quæ Primogenitus vocatur, in eo tantùm habet locum, & ſecundogenito ſemel excluſo ſemper manet excluſus.*

46 *Ius Francorum per Conſtitutiones Siciliæ ad collaterales fuit extenſum & ampliatum.*

47 *Cùm dicitur jus Francorum inter deſcendentes tantùm habuiſſe locum, deſcendentes dicuntur ſi ſint vltimò defuncti, non ſi illi eſſent collaterales, quamuis à primo inueſtito deſcenderent, quod certiſſimè procedit in jure Francorum in Gallia obſeruato.*

48 *Interpretatio Sicularum Conſtitutionum* in c. in aliquibus, c. vt de ſucceſſionibus, c. ſi aliquem, c. conſtitutionem, & c. volentes.

49 *Feuda in Sicilia non ſunt ita amplè ad inſtar patrimoniorum, ſicut in Gallia.*

50 *An & quando de jure Francorum fœmina præferatur maſculis remotioribus, fuſa & dilucida per diſtinctiones reſolutio.*

51 *Vnuſquiſque fratrum lineam ſuam facit, & alter de alterius linea non dicitur.*

52 *Si controuerſia ſit inter eos qui ſunt diuerſæ lineæ, vt inter filium defuncti & Patruum, omnes vno ore, nemine diſcrepante, conuenire vt de jure Francorum filia præferatur.*

53 *In majoratibus linea vltimò defuncti primùm conſideratur, ſecundo gradus, tertio ſexus, quarto ætas.*

54 *Quod etiam in Ducatibus, Marchionatibus & Baronijs procedit.*

55 *Linea enim ſemel ingreſſa, non fit tranſitus ad aliam, niſi omnes ſiue maſculi, ſiue fœminæ ex ea deſcendentes deficiant.*

58 *Andreas de Iſernia* in c. 1. in fine de eo qui ſibi, & hæred. *explicatus; vbi ex primæua juris Francorum natura, filiam excludere Patruum, non autem id nouè contra jus Francorum per Conſtitutiones Siciliæ ſtatutum demonſtratur.*

59 *Idem* per conſtit. in aliquibus vt de ſucceſſio. & conſt. ſi aliquem, *præſtare.*

60 *Idémque Intriogl. & Gregor. docere.*

61 *Corn.* conſ. 199. nu. 38. 39. & 44. *fusè explicatus & non per Conſtitutiones nouè contra jus Francorum, vt filia patruo præferatur, ſed per eas primæuam naturam illius contra jus feudale induci docetur.*

62 *Cannetius* in c. ſi aliquem §. ſed tractandum à n. 7. vſque ad n. 45. fol. 275. *loquitur tantum cùm controuerſia eſt inter collaterales, fœminam ſcilicet proximiorem, & maſculum remotiorem; & maximum præfert contra communem. Sed ſi eſſent diuerſæ lineæ, ipſe quoque ſensit, filiam præferendam.*

63 *Interpretatio* c. 1. de eo qui ſibi, & hæredib. *illúdque receptiſſima ſententia, quæ de jure Francorum, ſicut & in alijs primogenituris, filia primogeniti admiſſi præfertur patruo, non obſtare docetur.*

64 *Interpretatio* cap. 1. de duob. fratrib. à capitaneo inueſtitis.

65 *Antiqui feudi vox æquiuoca, & quomodo ſit accipienda.*

66 *Interpretatio* cap. 1. de ſucceſſ. frat.

67 *Paternum & antiquum feudum, etſi differant quia illud dicitur vſque ad quartum gradum aſcendendo, hoc ſupra quartum, tamen pro eodem accipiuntur, quia ſunt ejuſdem naturæ & potentiæ.*

68 *Ad feudum nouum collaterales non ſuccedunt.*

69 *Quæ ex aduerſo proponuntur circa emptionem de feudo Caſtri noui factam.*

70 *Reſponſio, & fœminas in feudo empto ſuccedere, ſiue à domino ſiue ab alio ſit emptum, ex magis communi.*

71 *Iuſto pretio emptum fuiſſe feudũ in dubio præſumitur.*

72 *Fœmina inquam ſuccedit in feudo empto, nulla habita ratione juramenti fidelitatis & ſeruitij ex vi illius præſtandi.*

73 *Data capacitate fœminarum, vt pleriſque caſibus eſt in feudis, & ea habilitata ad ſuccedendum, ſeruitium perſonale per ſubſtitutum præſtatur, & tunc ſeruitium eſt onus reale, non perſonale.*

74 *Clarus* in §. feudum q. 73. n. 6. *explicatus, & Menoch.* conſ. 351. n. 38. *reſponſum.*

75 *Ordini ſucceſſiuo, vt ſcilicet non niſi deficientibus maſculis fœminæ ſuccedant, non eſt locus in feudo empto.*

76 *Sed tantùm in formula, qua feudum conceditur maſculis & fœminis.*

77 *Et non in formula maſculis cum fœminis, in qua fœmina ſimul cum maſculo ſuccedit.*

78 *Denique ille ordo ſucceſſiuus habet tantum locum in feudo recto & proprio.*

79 *Feudum emptum eſt improprium, ideóque in eo ceſſat ordo ſucceſſiuus.*

80 *Feudum emptitium tranſit ad extraneos hæredes in præjudicium filiorum & agnatorum, multo magis hoc caſu, quo agitur de agnato.*

81 *Cùm alienatio in extraneum ſit, dictio,* hæredum, *de extraneo intelligitur.*

82 *Feudum alienabile eſt ſimpliciter hæreditarium, & idcò ad fœminas, nulla ordinis ſucceſſiui habita ratione, tranſiturum.*

83 *Data venditione irrequiſito Domino facta, & ſic probata conſuetudine, qua hoc feudum eſt ad inſtar patrimoniorum, certiſſimum eſt fœminam eodem modo quo maſculum ſuccedere.*

84 *Feudum ſemel alienatum ſemper manet alienabile etiam in extraneum.*

85 *Feudum antiquum ex pacto & prouidentia, ſi alienetur, fit nouum & debet attendi forma inueſtituræ in fauorem acquiſitoris facta.*

86 *Dictio,* hæredum, *data conſuetudine, qua feuda ſunt ad inſtar patrimoniorum pro quibuſcunque accipitur* à nu. 134.

87 *In feudo Caſtri noui, aut non primogenitus, aut non ſolus, aut alio jure quam prætenſa primogenitura Domini ejus ſucceſſerunt.*

89 *Si præſcriptio, ſiue conſuetudo, quæ primogenitura dicitur inducta, dicatur incæpta ab aliquo, & in eo ſit falſa quantamcunque tamen tempus poſtea ſecutum ſit, omnino corruit.*

94 *Menoch* conſ. 391. *circa præſcriptionem primogenituræ nihil ad caſum noſtrum facit.*

95 *Quomodo ex aduerſo contendatur probari hoc feudum eſſe ex pacto & prouidentia.*

96 *Quod feudum regatur ſecundùm jus Francorum, vel ſecundùm jus feudale inter ſe pugnant, & vno vero exiſtente, aliud non poteſt eſſe, illud enim eſt indiuiduum, hoc diuiduum.*

97 *Ex homagijs pro feudo Caſtri noui præſtitis demonſtratur etiam ſecluſa d. conſuetudine, eſſe merè & abſolutè hæreditarium,* & nu. ſeqq.

98 *Dictio,* quibuſcumque, *facit feudum ſimpliciter hæreditarium, etiam ad extraneos tranſiturum, &* num. 120. & 141.

99 *Verba hæc,* futuris dominis, *ampliant non reſtringunt præſtationem homagij, &* num. 127. & 146.

100 *Dictiones,* hæredum & ſucceſſorum, *in materia feudorum idem ſonant, & vtraque feudum hæreditarium denotat,* & nu. 108.

101 *Per clauſulam adjectam non debet fieri interpretatio,*

102 *Eorum,*

qua corrigantur præcedentia.
102 *Errorum, quæ à partibus dicuntur ſicut legum correctia eſt euitanda, idque certiſſimè vbi verba præcedentia nihil operarentur.*
103 *Quando verba conceſſionis referri poſſunt ad hereditarium, & ex pacto & prouidentia, intelligitur hereditarium.*
104 *Verba conceſſionis ſecundùm conſuetudinem loci ſunt intelligenda.*
105 *Clauſula,* cui legitimè dederit, *nihil habet commune cum dictionibus,* futuris dominis.
106 *Feudum pro ſe & ſuis legitimis heredibus eſt hereditarium.*
107 *Antiqua & poſteriora homagia loci Caſtri-noui inter ſe conueniunt, vt etiam, ſecluſa conſuetudine, conſtituant feudum ſimpliciter hereditarium.*
109 *Impugnationes contra homagia Roſtagni de Sabranc.*
110 *Reſponſiones,* & nu.ſeqq.
111 *Feudum hereditarium eſt, quod pro ſe & heredibus, ex pacto & prouidentia pro ſe & liberis; mixtum pro ſe, liberis & heredibus conceſſum eſt.*
112 *Qui in hereditario ſuccedere vult, debet eſſe heres vltimò defuncti, nec ſufficit eſſe heredem primò inueſtiti.*
113 *In mixto debet eſſe & filius ſiue agnatus, & heres.*
114 *Heres, inquam, hereditatis & bonorum, nec ſufficit eſſe heredem ſanguinis ex magis communi.*
115 *In feudo mixto ſufficit eſſe heredem, mediante perſona ſuorum prædeceſſorum, in hereditario, quantumuis antiquo ſeu paterno, ſecus; debet enim eſſe heres vltimo defuncti,* & nu.112.& 144.
116 *In feudo mixto quis teſtamento poſtergare ætatem poteſt, non gradum, at in hereditario etiam gradum.*
117 *Quidquid ſit in inſtitutione heredis, certiſſimum quod feudum hereditarium inter viuos in præiudicium agnatorum alienari in fauorem vnius e:: comprehenſis in inueſtitura poteſt.*
118 *Præſcriptio in feudo hereditario contra poſſeſſorem, nocet ſucceſſorib. ſecus in feudo ex pacto & prouidẽtia.*
119 *Feudum hereditarium eſt vnicum, & male mixtum vel ſecundùm quid vocatur, illúdque omninò diſtinctum eſt à mixto, nam quod abſolutè hereditarium vocant, potiùs dicitur degenerans.*
120 *Dictiones,* quibuſcumque, *&,* omnibus, *æquiparantur, & idem operantur ad conſtituendum feudum degenerans, ſeu merè & abſolutè hereditarium.*
121 *Cuius natura eſt vt ad fœminas & extraneos, ac etiam legatarios tranſeat.*
122 *Et æquiparatur formula,* & cui dederit, *ex qua extranei vocantur.*
123 *Et per eas formulas perſona, quæ habet duas improprietates, vt quia & fœmina, & extranea, vocatur.*
124 *Feudum Caſtri-noui, ſecluſa conſuetudine, eſſe abſolutè hereditarium,* cum n.ſeqq.
125 *Formula,* pro ſe, hæredibus & ſucceſſoribus, *conſtituit feudum abſolutè hereditarium.*
126 *Dictio,* in infinitum, *conſtituit feudum abſolutè hereditarium.*
127 *Dictio vniuerſalis non debet reſtringi, ſi reſtricta nihil operetur.*
128 *Clauſula in executiuis, vel acceſſorijs appoſita, non immutat formulæ principalis naturam in materia feudorum.*
129 *Non eſt veriſimile Principem voluiſſe totam principalem diſpoſitionem vno verbo ſubuertere, & partes ſe ſtatim corrigere voluiſſe, etiam in materia feudorũ.*
130 *Clauſula,* qui de iure ſuccedere debent, *eo caſu, quo reſtringit dictionem vniuerſalem, debet relatiuum,* qui, *referri & annecti dictioni vniuerſali.*
131 *Clauſula,* cui jus dabit, *conſtituit feudum hereditarium.*
132 *Clauſula,* qui de jure, *in conceſſione feudi appoſita, intelligitur de conſuetudine, quæ in patria ſeruatur,* & nu.146.
133 *Secundùm conſuetudinem, generalem in patria ſeruatam, conceſſio feudi interpretanda, etſi aliqua feuda ſint alterius naturæ.*
134 *Stante conſuetudine, qua feuda ſunt ad inſtar patrimoniorum, nedum ſunt abſolutè hereditaria, ſed quomodocunque & in quemcunq; liberè poſſunt alienari.*
135 *Feudum ſemel alienatum excludit neceſſariò eſſe ex pacto & prouidentia.*
136 *Feudum, ſimpliciter conceſſum, cenſetur hereditarium.*
137 *Feudum, de cuius conceſſione non conſtat, cenſetur hereditarium.*
138 *Fœminæ pleriſque caſibus ad feuda admittuntur, nec eorum poſſunt dici ſimpliciter incapaces.*
139 *Pleriſque caſibus fœminæ cum maſculis ſimul, non illis deficientibus, admittuntur.*
140 *Et inter alios ſi dictio vniuerſalis,* omnibus, *vel,* quibuſcumque, *ſit in conceſſione feudi.*
142 *Sicut & data conſuetudine qua feuda ſunt redacta ad inſtar patrimoniorum.*
143 *Verbum,* hæredibus, *in conceſſione feudi intelligitur de heredibus hereditatis & bonorum, nõ ſanguinis.*
145 *In terminis Decij* conſ.445.n.8. *clarè erat conceſſio reſtricta.*
147 *Formula,* quibus dederis, *&* pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, *æquiparantur, & vtrumque eſt abſolutè hereditarium.*
148 *Formulæ juris,* ſucceſſores, & quibus jus dabit, *admodum differant.*
149 *Quoties in fauorem vnius diſponitur, & diſpoſitio ſortitur effectum, excluditur feudum ex pacto & prouidentia.*
150 *In feuda ex pacto & prouidentia, ſucceſſor non tenetur ad debita prædeceſſoris.*
151 *Obſeruantia ſecuta declarat an feudum ſit hereditarium.*

VEritas ſimplex, nuda, & ſibi ſemper eſt conſtans, qui contra eam aliquid aſſerere nititur, multa moliatur, variiſque circuitibus & circumductionibus vtatur, neceſſum eſt, & nihilominus ſemper varius eſt, huc illuc recurrens, nec vbi certò conſiſtat, pedemque figat, habet. Illoſtris Dominus Antonius de Simians, cùm litem mouere vellet aduerſus Illuſtrem Dominum Franciſcum de Simiana Dominum de Coſta, tanquam patrem & legitimum adminiſtratorem perſonæ & bonorum Joachimi ejus filij Domini Caſtri-noui donatarij, & hæredis vniuerſalis cum beneficio legis & inuentarij Illuſtris quondam Domini Joachimi ejus aui materni, Domini etiam dum viueret d. Caſtri-noui, jactabat primogenituram juris Francorum, in d. Caſtro-nouo inductam, eamque ex articulis & poſitionibus aliàs in lite, quæ erat inter Ludouicum patrem d. Antonij & d Joachimum auum, & depoſitionibus teſtium inde ſecutis probare prætendebat, ideoque exhibitionem dictorum actorum ſibi fieri petijt, quam d. Franciſcus ei negari debere, quouſque litem mouiſſet, contendebat, d. Domino Antonio ſe debere habere ante litem, nec ſcitur quo fine, aſſerente, tandemque cùm per ſententiam dictum eſſet, litem eſſe inſtituendam per d. Dominum Antonium ſuper facto principali, ei obtemperãs d. Antonius litem mouit, articuloſque dedit, quibus ab ea juris Francorum primogenitura diſcedens, aliam omnino diuerſam in facto poſuit gentilitiam ſcilicet, agnatitiam, maſculi-

riam perpetuam etiam, ad excluſionem filiarum vlti-
mò defuncti per maſculos remotiores. Dictus Domi-
nus Franciſcus articulos defenſionales dedit, quibus
clarè nullam hujuſmodi primogenituram in d. Caſtro-
nouo, & nominatim in familia de Simiana, ſed nec ju-
ris Francorum fuiſſe docuit, etſi quæ forſan fuiſſet, quę
tamen reuera nulla vnquam fuit, eam juris Francorum
& non aliam fuiſſe. Dictus Dominus Antonius ſe eo
jure & refugio, ad quod confugerat, deſertum videns,
ad primogenituram juris Francorum rediit, & tacitè
ac per cuniculos eam inſinuare contendit, quod præ-
uiderant Aduocati d. Domini Franciſci, ideoque in di-
ctis articulis & nullam hujuſmodi primogenituram ju-
ris Francorum in d. domo fuiſſe, & caſu quo fuiſſet, ea
ſe d. Dominum Antonium juuare non poſſe docue-
rant. Nihilominus d. Dominus Antonius animos no-
uos ſumere nititur, dictamque primogenituram juris
Francorum in d. domo & familia de Simiana fuiſſe, &
ea ſe juuare poſſe prætendit. Ac quæ circa id proponit
in duo capita diuiduntur: Uno quidem quo fœminas
feudorum, quæ jure Francorum reguntur, incapaces
affirmat: Altero verò quo aliquibus, non omnibus d.
Domini Franciſci rationibus reſpondere conatur. Quę
primo capite ait, compendioſè referemus, & eis reſpō-
debimus: poſtea, ad ſecundum accedendo, ſingulis re-
ſponſionibus, quas ad d. fundamenta Domini Franciſ-
ci dat, ſigillatim ſatisfaciemus, eaſque ſubſiſtere non
poſſe docebimus.

1 Igitur quoad primum caput, ait † Francos ſeu Sali-
cos dictos à quibus lex lata, Salica fuit appellata, per
quam fœminæ fuerint omninò à ſucceſſione feudo-
rum remotæ, eorumque incapaces redditæ ex Chopi-
no *de domanio Franc. lib. 3. tit. 1. n. 1. & 2. & tit. 4 n. 1. verſ.*
lege Salica, cujus verba hoc videntur euincere; inſerta
tit. 62. de allodijs leg. Salica, §. 6. in hunc modum, *De*
terra Salica nulla portio hæreditatis mulieri veniat, ſed ad
virilem ſexum tota terræ hæreditas perueniat; quæ adeò
vera ſunt, inquit, vt milleſimo gradu maſculus exiſtens
ſuccederet potiùs quàm filia, Bald. *in cap. 1 de feud. Me-*
noch. nu. 6. verſ. & idem in regno, Jaſ. *in l. certum, num. 3. C.*
vnde legit. ac propterea legitimè Edoardum tertiũ Bri-
tãnum à Francis diademaris petitioné repulſum, quòd
ſibi materno jure vendicabat, & Philippum Valeſium,
etſi agnationis gradu remotiorem, d. Edoardo antela-
tum docet Bald. *in l. 1. num. 3. de Senat.* & eum ſequutus
Chopin. *lib. 3. tit. 1. n. 2. & 9.* ideoque primogenito ma-
ſculo debetur ſucceſſio juris Francorum, vt nec teſta-
mento pater eam alterare poſſit, Chopin. *lib. 2. tit. 2.*
nu. 1. & 10. poſt Benedict. à ſe relatum; tantum abeſt vt
fœminæ ſuccedere poſſint, quæ & appanagij ſucceſ-
ſione incapaces ſunt, idem Chopin. *lib. 2. tit. 11. per tot.*
maximè *nu. 10.* & nominatim à Britanniæ Ducatu fœ-
minas arceri, idem Chopin. teſtatur *lib. 3. tit. 1. nu. 9. in fin.*
Atque hanc incapacitatem confirmat Chopin. *d. nu. 9.*
argum. ſtatutorum. Quoties enim ſtatutis fœmina pro-
hibetur ſucceſſorio jure, ejuſdem maſcula proles cen-
ſetur prohibita, ex Bartb *in l. liberorum, ff. de verb. ſignif.*
Ancbar. *cap. 1. de Baptiſ.* & Bald. *in l. quod verò, ff. de legib.*
Eſſe igitur jure Francorum fœminas ſucceſſionis inca-
paces, lege Salica ita ſuadente. Quod jus Francorum
Sicilia per Rogerium Comitem Calabriæ, natione
Gallicum ex Prouincia Normandiæ occupata anno
10 8̄. in eam inductum fuit, Per. de Greg. *de conceſſ. feud.*
part. 5. q. 1. nu. 8. ſed in eo, in quo fœminæ à ſucceſſione
excludebantur, fuit tandem per Fridericum ſecundum
correctum, qui deceſſi. anno 1250. per conſtitutiones,
in aliquibus, & conſtit. *vt de ſucceſſionib.* & fœminæ ad-
miſſæ, vt parte d. Domini Antonij aſſeritur Iſerniam
docere *in d. conſtit. in aliquibus nu. 1. & conſtit. de ſucceſ-*
ſio. num. 4. Et planè, vt ſubjungit in feudis, quæ jure
Francorum reguntur, ſuccedítur vt in Regno Franciæ,
Papienſ. *de renocatio. feudi verb. ac nomine recti nu. 13.* Pet.
Jacobi *in form. libellor. rubric. 64. de cauſ. ex quibus vaſal-*
li, nu. 60. fol. mihi 281. qui parte d. Domini Antonij alle-
gatur *ſub tit. de ſucceſſ. regni*, Freccia *tit. de origine feudi,*
num. 9. & ſeqq. Quòdque jus Francorum fuerit de jure
feudorum cognitum, Freccia *d. loco nu. 90.* Ergo fœmi-
næ eorum ſunt incapaces, *ex cap. 1. de eo qui ſibi & hæ-*
red. Dec. *conſ. 445. nu. 8.* Intrig *cent. 1. q. 7. nu. 1.* Pro coro-
nide additur, adeò verum eſſe fœminas excludi per
maſculos jure Francorum, vt & primogenitus maſcu-
lus cæteros fratres excludat, & illis præferatur eo jure,
Andr. de Iſern. *in §. & olim, nu. 8. de ſucceſſ. feudor. & §. 1.*
verſ. & filius fratris, num. 2. Imperator Lotharius, & in §.
præterea ſi vaſallus n. 12. 15. 16. verſ. ſed ponitur, & verſ. nec
eſt veriſimile quæ ſit prima cauſa beneficij amittendi, & in
§. præterea Ducatus, num. 36. & alij allegati per Thom.
de Matinia *tit. de feudo juris Francor. num. 1. 2. 3.* Afflict.
deciſ. 119. & ibi de Urſill. Tiraquel. *de primogenijs in præ-*
fat. num. 3.

Hæc vt proponuntur, ſpecioſa videntur, ſed ſi peni-
tius introſpiciantur, & Doctores, qui allegantur, ma-
turè conſiderentur, omnia vel omninò falſa & contra-
ria, vel in alium ſenſum detorta, vel peſſimè illata, &, ſi
in aliquo vera ſunt, tantùm in regni Franciæ, & bono-
rum Coronæ ſucceſſione habere locum inuenientur,
vt miret conſcientiam eorum qui Judici per cuniculos
imponere enituntur, & veritati, quam probè cogno-
ſcunt, non acquieſcentes, eam totis viribus oppugnãt.
A principio quidem cum d. Domino Antonio, vt litem
moueret, ſuaſerunt, aliquo modo excuſari poſſent,
non omninò tamen; juris enim diſpoſitionem notam
habere debebant: ſed cùm jam & per documẽta pro-
ducta & per jura, aut allegata, aut per articulos indica-
ta, de non jure d. Domini Antonij certi ſint, neſcio qua
conſcientia eum ad litem proſequendam impellunt
omnium expenſarum, laborum, vexationum rei futu-
ri: Sed mittamus hæc, veniamus ad rem.

His antequam reſpondeamus tria præmittẽda ſunt.
Primum, † nullam vnquam primogenituram ſiue gẽ- 2
tilitiam, agnatitiam, maſculinam, ſiue juris Francorum
in d. feudo Caſtri-noui habuiſſe locum, & ideò inutili-
ter quæri, quomodo interpretanda ſit juris Franco-
rum primogenitura, & in ea ſuccedatur, & quid ſit
ſuccedere, vel feudum regi jure Francorum, quod va-
rijs modis edoctum fuit tam in articulis, quàm in prio-
ri conſilio, maximè attenta conſuetudine generali in
omnibus Prouincijs cis Alpes exiſtentibus; quia † feu- 3
da fuerunt & ſunt ad inſtar patrimoniorum, Guilhel.
Benedict. *in cap. Raynutius, verb. duas habens, nu. 67. cum*
ſeqq. de teſtam. Jaſ. *in l. de quibus, num. 64. ff. de legib.* In-
triogl. *de feudis, cent. 1. tit. 50. nu. 78.* idque ſemper fuit ob-
ſeruatum, Benedict. *d. c. Raynutius, in verb. & vxorem*
nomine Adelaſiam, deciſ. 5. in princ. adeò vt jus feudale
nunquam in Gallia habuerit locum, Petr. Jacobi *in ſua*
pract. tit. de ſucceſſ. reg. vel potiùs de cauſis quibus vaſal. tit.
43. in princip. Et quia hoc feudum fuit, etiam irrequiſito
Domino, à Giraudo de Simiana emptum, eaque em-
ptio tenuit & valida fuit, quòd ſimpliciter & abſolutè
hæreditarium ſemper fuerit, quòd conditionatum, &
quòd ex vi dictæ prætenſæ primogenituræ à d. Girau-
do de Simiana, primo feudi in dicta familia acquiſi-
tore, vſque ad vltimò defunctum nunquam in d. feu-
do ſucceſſum fuerit, imò alio, vel diuerſo, vel contra-
rio jure.

Sed præter eos & alios in dictis ſcriptis contentos
modos, ex ipſiſmet actis, quibus nititur d. Dominus
Antonius, nullam hujuſmodi primogenituram juris
Francorum

Digitized by Google

Francorum clariſſimè conuincitur: nam dictam primogenituram aliunde probare non intendit, quàm ex poſitionibus ſeu articulis per Procuratorem d. Domini Joachimi datis, & depoſitionibus teſtium inde ſecutis, factis coram quondam Domino Ludouico de la Salle, Decano dum viueret Eccleſiæ ſancti Petri, in vim remiſſionalium à Rota Romana emanatarum. In d. verò poſitionibus aſſeritur, Fridericum ſecundum priuilegium hoc Giraudo Amico, poſt quem fuit dominus d. loci Dominus Giraudus de Simiana, vt hoc feudum regeretur jure & more Francorum, ſicque primogenitus ſolus, cæteris fratribus excluſis, ſuccederet, conceſſiſſe; quod impoſſibile eſt per rerum naturam. Quia d. Fridericus deceſſit anno 1250. vt d. Dominus Antonius fatetur, & aſſerit Gregorius *de conceſſ. feud. part. 5. q. 1. nu. 8. verſ. poſt cujus obitum*. At verò Giraudus Amicus, immediatus anteceſſor d. Domini Giraudi de Simiana, d. feudum in eum alienauit circa annum 1372. quod patet ex cõpoſitione cum Camera facta de anno 1373. in actis producta *ſub nu. 68. 69. 70. & 71.* necnon ex homagio Giraudi Amici de anno 1364. per d. Dominum Antonium in actis producto, & qui Giraudus Amicus poſtea pluribus annis vixit, & nihilominus à morte Friderici vſque ad diem, quo d. Giraudus Amicus deſijt eſſe Dominus d. Caſtri-noui, ſpatium certum viginti duorum annorum interceſſit.

Ex alio etiam impoſſibile eſſe, vt vel à Friderico vel à quocumque alio hoc priuilegium fuerit conceſſum, probatur. Nam ab anno 1324 & 25. Januarij ſupremum dominium dicti loci ad ſedem Apoſtolicam ſpectauit, fuitque dictus locus & feudum vnitum Comitatui Venayſſino, vt patet ex homagio præſtito per Roſtagnum de Sabrano Dominum d. loci felic. recordat. Joanni 22 cui Roſtagno ſucceſſit Giraudus Amicus ejus filius, eidemque alius Giraudus Amicus Dominus Rupis fortis, & qui id feudum in Giraudum de Simiana alienauit. Non potuit igitur quiſquam in præjudicium authoritatis & ſupremi dominij ſanctiſſimi Domini noſtri hujuſmodi priuilegium, vt feudum hoc regeretur jure Francorum, concedere. Conſtat igitur ex proprijs actis d. Domini Antonij d. primogenituram juris Francorum non habuiſſe locum in d. feudo.

4 Secundò, † poſito jam & non conceſſo, citra præjudicium veritatis conceſſum fuiſſe & potuiſſe concedi hoc priuilegium, vt regeretur iure Francorum, illud ſolùm intelligendum eſſet in ſucceſſione ab inteſtato, non autem in teſtamentaria, ita vt Domini d. loci poſſent de eo liberè diſponere; ſi tamen inteſtati decederent, tunc primogenitus ſuccederet. Nam cùm d. Dominus Antonius, ſeu ejus Aduocati contendant, d. Fridericum ſecundum in ſuas Conſtitutiones Siciliæ jus Francorum ſolùm in ſucceſſione ab inteſtato induxiſſe, qua tamen de re poſteà latiùs, exiſtimandum eſt eum eodem modo id priuilegium conceſſiſſe & intellexiſſe, quo ex ſuis Conſtitutionibus, vt volunt Aduocati d. Domini Antonij, intellexit, & voluit habere locum. Quod corroboratur ex eo quòd quoties jus primogenituræ vel conſuetudine, vel priuilegio (à pari
5 enim hæc procedunt, † cùm vtrumque ſit ſtricti juris & in caſu contra jus commune inducto) vel conceſſo tantùm procedat, *in c. dilecto de offic. Archidiac.* Bald. *in auth. ſi quas ruinas nu. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ. l. ſi quando, C. de inoffic. teſtam. l. impuberi, ff. de adminiſtr. tut.* nec ad a-
6 lium extendatur, † vt in terminis primogenituræ docent Burgos *conſ. 29. num. 57.* Gutierrez *conſ. 13. nu. 17. 16. & 27.* Surd. *conſ. 316 nu. 16.* Anchar. *conſ. 319. n. 7. cum ſeqq.* ſimpliciter inducitur, illud ſolùm in ſucceſſione ab inteſtato cenſetur inductum, vt quanto minùs fieri poſſit, jus commune lædatur, niſi nominatim teſtamento inductum doceatur, Alberic. *in dictiona. verb. feudum, col. 5. in fin. verſ. conſuetudo ergo*, Petr. de Greg. *part. 4 q. 11. nu. 1. 2. & 3.* poſt Bald. & alios infrà allegandos, *& part. 8. qu. 4. verſ. ſexta aduertendum*, Intrigl. *cent. 2. art. 92. nu. 14.* exemplo ſtatuti, extantibus maſculis fœminas arcentis, quod ab inteſtato intelligitur, Intrigl. ibidem poſt Bald. Sed non eſt ad argumenta deſcendendum, vbi ſumus in claris: ex tenore verò dictorum articulorum neceſſariò infertur, ſi aliquod priuilegium hujuſmodi conceſſum ſit, non poſſe intelligi, niſi in ſucceſſione ab inteſtato, vel non facta diſpoſitione inter viuos. Nam in eis dicitur hoc feudum fuiſſe conceſſum per Fridericum ſecundum d. Giraudo Amico, & ſuis hæredibus extraneis, idque priuilegium eidem Giraudo Amico & ſuis hæredibus quibuſcumque, etiam extraneis, conceſſum. Ergo quicumque hæres, etiam extraneus, à d. Giraudo Amico ſcriptus, potuit id feudum conſequi. Quod ſi eſt, vt re vera eſt, impoſſibile eſt vt primogenitus filius neceſſariò ſuccedat ex teſtamento, quia eſſet feudum ex pacto & prouidentia, ſi ex teſtamento primogenitus neceſſariò ſuccedere deberet; quòd verò trãsferatur ad extraneos hæredes, eſt abſolutè hæreditarium. At † verò feuda abſolutè hæ- 7
reditaria, imò etiam ſtrictè hæreditaria, & ex pacto & prouidentia, ex diametro pugnant, & vno exiſtente, alterum non eſſe neceſſum eſt, Clar. *in § feudum q. 9.* Pet. à Greg. *de conceſſ. feud. part. 1. q. 10. per tot.* Intrigl. *de feud. cent. 1. q. 51. per tot.* Camil. de Curte in terminis *in diuerſ. jur. feud. § nunc de altera, in pr. fol. 9.* Neceſſariò igitur cõcludendũ eſt, hujuſmodi priuilegium, ne implicet in ſe contradictionem, in ſucceſſione tantùm ab inteſtato, vel non facta diſpoſitione inter viuos, intelligendum eſſe. Et † ita in terminis docet Cannet. *in c. volen- 8
tes, § ſed magna fuit olim, fol. 54. n. 73.* Etſi enim, cùm tenor inueſtituræ eſt pro hæredibus & ſucceſſoribus, ita vt quòd viuatur jure Francorum, magna ſit controuerſia, an tale feudum ſit ex pacto & prouidentia, ita vt in extraneum alienari non poſſit in præjudicium agnatorum; an verò merè hæreditarium, vt alienari poſſit, & ſolùm per eam clauſulam detur modus viuendi, & ab inteſtato ſolùm illi locus ſit, alijs hæreditarium, de quibus Cannet. d. loco *vſque ad nu. 28.* alijs ex pacto & prouidentia, de quibus idem Cannet. *à nu. 28. vſque ad num. 73.* aſſerentibus. Tamen ſi adjecta ſit dictio, *quibuſcumque*, ij inter ſe conueniunt, vt non ſit ex pacto & prouidentia, & alienari poſſit in præjudicium agnatorum, Cannet. *d. nu. 73. vſque ad fin.* & illa clauſula operetur ab inteſtato, vel non facta diſpoſitione inter
viuos, Cannet. ibid. † quælibet enim diſpoſitio ſic de- 9
bet interpretari, vt non contineat repugnantiam, Bartho l. *in l. fin. § idem quæſijt, ff. de condict. indeb. l. vbi repugnantia, ff. de reg. jur.* vt explicat Cannet. *ibid. nu. 77.* multò magis ſi præter dictionem, *quibuſcumque*, adſit dictio, *extraneus*, quæ ſola potentior eſt, quàm illa vniuerſalis. Et planè cùm hoc priuilegium ita conceſſum dicatur, præter ſupradicta ratio, naturalis & cõmunis omnium ſenſus ita intelligendum eſſe dictat. Nam cùm præſupponatur conceſſum vt d. Giraudus Amicus beneficio afficeretur ob ſeruitia & obſequia per eum præſtita, vt in dictis articulis dicitur, quomodo hoc beneficium appellaremus, quo d. Giraudus libertate de feudo diſponendi priuaretur? Certè id non eſt exiſtimandum, quin potiùs in libertate ipſius totum hoc conſtitutum fuiſſe, vt præferret, ſi vellet, primogenitum, ſin minus alium vel etiam extraneum. Quod ſi nihil diſpoſuiſſet, & ab inteſtato deceſſiſſet, tunc primogenitus ſuccederet & alijs præferretur, quòd probabile ſit, eam mentem patris, qui nihil diſpoſuit, fuiſſe.

Tertiò & poſtremò, demus, citra præjudicium veri-

nia gente, ad ſucceſſionem Regni admittenda, & Cho-
pin. *d. lib. 3. tit. 1. num. 2. maximè circa finem*, id verum eſt,
cùm de Regno Francico ejuſque ſucceſſione tantùm
agitur, in quibus præcisè terminis dicti DD. loquun-
tur; & Chopin. legem Salicam vſumque & morem,
Francorum, fœminas excludendi, ad Regnum reſtrin-
git, & in eo ſolùm obſeruatum docet, nec ex vſu quo-
dam generali apud Francos in omnibus rebus rece-
pto, in Regno quoque fuiſſe receptum, vt filiæ exclu-
derentur, ſed ille vſus (qui nunquam generalis fuit) in
ipſo ſolo Regno & cœptus, & inſtitutus, & ſeruatus
fuit, vt ex Chopin. *d. loco*, clarè conſtat: imò nomina-
tim, loco allegato, diſtinguit priuatarum hæreditatum
jura à Regni ſucceſſione, his verbis, *Sed abs quo nihil
ſolida ſacraq. vetuſtatis de Salica lege poſſis eruere viui
ſit, licet priuatarum hæreditatum jura non porrigantur vl-
tra decimum propinquitatis gradum* Romana lege, & vl-
tra *ſeptimum Longobarda, in Regnum tamen hoc citius
mas ſuccederet milleſimo agnationis gradu mari conjun-
ctus, quàm Regis filia*, clarè legem Salicam Regno cir-
cumſcribens, nec vltra illud extendens.

Quod addit Chopin. id confirmare *nu* 9. argumen-
to ducto ex ſtatutis, quibus ſi fœmina prohibeatur
ſucceſſorio edicto, ejuſdem quoque maſculam pro-
lem cenſeri prohibitam, ex Barthol. Anchar. & Bald. ſu-
prà allegatis; id verum eſt, ſi expreſſè omninò fœmina
ſucceſſione prohibeatur, & ejus incapax ſit, ita vt nec
deficientibus maſculis ſuccedere poſſit, ideoque Re-
gni Franciæ incapacem, quia lege Salica ejus ſucceſſio-
ne omninò prohibetur. Sed negatur extra Regni Frã-
ciæ ſucceſſionem cæterorum feudorum jure Franco-
rum fœminas incapaces, & ſatis fuiſſet hoc negaſſe,
deberet enim d. Dominus Antonius d. incapacitatem
probare; quod neque fecit, neque vnquam faciet. DD.
enim de Regni tantùm ſucceſſione loquuntur, cujus
& cæterorum feudorum longè eſt diuerſa ratio, nec ab
vno caſu ad alium extenſio fieri poteſt, Burgus *conſ. 29.
nu. 57.* Gutier. *conſ. 13. nu. 17. 26. & 27.* maximè cùm aga-
14 tur de fœminarum excluſione, † quæ odioſa eſt; ideo-
que in dubio pro ipſis pronunciandum, Molin. *de pri-
mogen. lib. 3. cap. 4. nu. 15. & nu. 18. 19. & cap. 5. nu. 70.* Bur-
gos de Pax *in proœm. ll. Tauri nu. 127.* Sed nos ex abun-
danti docuimus, eas, juris Francorum extra Regni ſuc-
ceſſionem, feudorum capaces, & filiam primogeniti
excludere ſecundugenitum. Quod, etſi non docuiſſe-
mus, ſufficiebat dicere, eas non omninò incapaces.
15 Nam †, data capacitate fœminarum, etſi primogenitus
ſuccedere debeat, & fœminas cæteroſque fratres ex-
cludat: tamen filia primogeniti excludit ſecundoge-
nitum, Molin. *lib. 1. cap. 3. num. 9. & lib. 3. cap. 4. nu. 5. cum
ſeqq.* Cancer. *lib. 1. tit. 12. de feud. nu. 47. & 49.* Melchior
Palaes *in tract. de majoratu part. 2. tit. 6. nu. 7. cum ſeqq.* &
16 alij in priori conſilio magno n... allegati, † idque vbiq;
terrarum ſeruatur, Alex. Rauden. *de analo. cap. 15. nu. 292.*
& de jure communi Burgos *conſ. 29. n. 1. juncto cum ſum-
mario & nu. 85.* Gutier. *conſ. 13. nu. 14.* poſt Palaes *2. part. q.
17 6. nu. 2. cum ſeqq.* Et † in terminis ſtatuti, vt, extantibus
maſculis, fœminæ non ſuccedant; illud intelligitur de
maſculis ejuſdem gradus & lineæ, & filia ſola relicta
vltimò defuncti excludit cæteros maſculos, defuncti
agnatos, Caſtren. *conſ. 47.* proponitur *lib. 1.* Alexand.
conſ. 204. nu. 13. lib. 1. Cancer. *de feud. nu. 52.* Burgos *in pro-
œm. ll. Tauri nu. 121.* Et planè ea veritas eſt, eam ſiue le-
gem Salicam, ſiue vſum, & conſuetudinem Francorum
tolùm in Regno, boniſque Coronæ, ſiue eorum ſuc-
ceſſione fuiſſe inductam, vt ipſemet Chopin. *d. num. 9.*
docet his verbis, *Id quod*, loquitur de excluſione Re-
gum Angliæ vel ex Margareta Philippi tertij, vel ex I-
ſabella Philippi quarti filiabus natorum, *Olivertus

Marchianus & Philippus Comminius acceptum ferunt,
vetuſta quam citam Francorum legi, & Conſtitutioni quæ
Gallicis mulieribus patrij Regni honorem interdicat.* Et pau-
lo ante idem Chopin. terram Salicam, in qua mulie-
res non ſuccedunt, interpretatur Regnum, & quod ex
vi hujuſmodi interpretationis Longus, contra Joan-
nam Hutini filiam, Regnum obtinuit, conjungitque
has dictiones, *Regnum Franciamq.*, tanquam Synony-
ma; Francia enim nihil aliud quàm Regnum, & con-
trà ſignificant. Non autem deſignantur feuda in Re-
gno Franciæ à priuatis poſſeſſa, vt conſtat ex eodem
Chopino in margine referente Alberti Argentinenſis
verba, *Francia*, inquit, *in nullo haberi dicitur in feudum.*
Franciam, Regnum Franciæ vocans, quod neminem
recognoſcit.

Nec his refragatur Bald *in l. 1. num. 3. ff. de Senato.* lo-
quitur enim de conſuetudine Francorum quoad ſuc-
ceſſionem Regni inducta, per quam filiæ, & ab eis de-
ſcendentes, ab ea excluduntur, quod & nos fatemur.
Non obſtat etiam quod ſubjungit, per conſuetudinem
Francorum ſolùm primogenitum inſolidum admitti
ex Chopino *lib. 2. tit. 2. nu. 1. & 10.* poſt Benedict. *in cap.
Raynutius, in verb. in eodem teſtamento*, id enim verum
eſt in Regni Franciæ ſucceſſione, verum quoque etiam
extra regnum, in omni primogenitura, & omnium
juris Francorum; ſed & verum quoque eſt in ea filiam
primogeniti admiſſi excludere patruum, quæ tamen
conſuetudo etiam in Regno Franciæ non cœpit niſi
inter ſucceſſores Caroli Magni, & huc uſque poſtea
continuata. Nam in prima progenie Regum Franciæ
diuidebatur Regnum inter filios vt ex Chronicis pa-
tet.

† Minùs obſtat quod dicitur, filias non ſuccedere in 18
panagio ex Chopino *lib. 2. tit. 11. per tot.* maximè *num. 8.
vſque ad fin.* Et quidem non loquitur de excluſione fi-
liarum ibi Chopin. ſed an agnati à primo inueſtito de-
ſcendentes, prima linea deficiente, excludantur à fiſco;
ſed tamen verum eſt in ſe filias in panagio ſuccedere
non poſſe, vt ſuprà dictum fuit. Sed hoc procedit quia
appanagium eſt pars Coronæ, & fiduciæ nomine ſe-
cundogenitis filijs Regis ea lege datum fuit, vt defi-
cientibus maſculis ad Coronam rediret, idque optima
ratione, etſi nihil dictum eſſet, quia cùm pars Coronæ
fuerit, naturam Coronæ retinuit & ad eam; euenie nte
caſu deficientium maſculorum, redire debet, & Cho-
pin. per totum titul. non loquitur niſi de appanagio
Regni filijs Regis dato.

Cùm verò ſubjungit, vſum & conſuetudinem, vt
fœminæ excluderentur indiſtinctè, habuiſſe locum in-
ter Francos Galliam inhabitantes, maximè proceres
& nobiles in ſucceſſione cujuſlibet patrimonij, nedum
in ſucceſſione Regni & patrimonij Franciæ Coronæ,
hoc expreſſè negatur. Imò verum non eſſe ex ſuperio-
ribus patet, dum docuimus filias de jure Francorum
capaces ſucceſſionis feudorum fuiſſe. Quod ſi forſan
in aliquibus Prouincijs Galliæ receptum eſt, vt mares
fœminis præferantur, hoc ſpeciali quadam conſuetu-
dine inductum fuit in ea Prouincia recepta, & ita lo-
quitur Chopin. in contrarium allegatus *tit. 1. lib. 3. nu. 9.
in fin.* de ducalis citerioris Britanniæ ſeu Armoricæ di-
gnitatis ſucceſſione loquens. Ex quo etiam patet, eum
vſum Armoricæ ſpecialem fuiſſe, & alium quàm qui
ex lege Salica aut conſuetudine Regni manauerit, cùm
per legem Salicam fœminæ omninò eſſent incapaces.
† Atà ſucceſſione Ducatus Armoricæ filiæ non exclu-
debantur, niſi mares, liberi, fratres, patrui, nepotes ex 19
fratribus aut patrueles ſuperfuerint, quod & euentus
docuit in Anna vltimi Ducis Britanniæ filia, quæ in d.
Ducatu ſucceſſit & Carolo viij. Regi Franciæ nupſit.

Addendum, quòd cùm præſupponatur in aliquibus prouincijs, cùm tamen vnica Britannia ſcilicet nominetur, inductam conſuetudinem, vt filiæ excluderentur; ex eo infertur jus commune eſſe in contrarium, ſed & ante conſtitutionem in Comitijs, Britannicis anno 1455. de qua Chopin. *d. loco*, filiam prælatam patruo conſtat ex Chronicis, cùm, Senatuſconſulto ſolemni, & judicio Philippi Regis, Carolus Comes Bleſenſis, nomine vxoris filiæ ex ſecundogenito prælatus eſt tertio genito in ſucceſſione Joannis Ducis Britanniæ primogeniti ſine liberis defuncti, Cujac. *de feud. lib. 3. tit. 10. de nominib. vaſall. fol.* 150. & hæc quidem quod ipſum Ducatum Britanniæ, ſed quoad omnia feuda etiam dignitatum d. Ducatus Britanniæ ea omnia ante an. 1185. fuerunt ad inſtar allodialium, & in eis ſecundùm jus ciuile Romanorum ſuccedebatur, eo verò aut per Edictum Godofridi Comitis (nam Principes Britanniæ quandoque Duces, quandoque Comites vocantur) jus primogenituræ in Baronijs majoribus, quę tantùm nouem numero erant, induxit; in cæteris feudis jure Romanorum vigente, poſteà verò, vel ex Principis priuilegio, vel voluntate poſſidentium, cum conſenſu intereſſe habentium quædam alia feuda d. Edicto comprehenſa fuerunt, idque comprobatum fuit per primam reformationem conſuetudinis Britanniæ de an. 1450. Cætera verò feuda remanſerunt ad inſtar allodialium, & adhuc ſunt, & eorum ſucceſſio juxta d. jus ciuile Romanorum regebatur & regitur, vt erudità docet Argentr. *in conſuet. Britan. circa diuiſionem nobilium, in proœmio col. 3 & art. 546. col. 8. & art.* 559. Quinimò in illiſmet feudis in quibus jus primogenituræ Francorum eſt inductum, deficientibus maſculis vltimo defuncti, filiæ ejuſdem ſuccedunt, & inter eas eſt locus juri primogenituræ, excluſis remotioribus maſculis, Argent. *d. loco in text. d. Edicti Godofredi, §. s'il n'y a que filles, & quaſt. 11. circa fin.*

Quæ cùm ita ſint, hoc eſt, filias capaces eſſe ſucceſſionis de jure Francorum; non potuit ille vſus prætenſus ex aduerſo, excluſionis fœminarum in Siciliam induci per Rogerium Comitem Calabriæ circa annum Domini 1058. quam armis conquiſiuerat, & tandem de ea per ſummos Pontifices in titulum Regni ipſe & ejus filij fuerunt inueſtiti, ad notata per Gregor. *de conceſſ. feud. part. 1. q. 1. nu. 8. verſ. poſt hac.* Imò ſi aliquis vſus per eum inductus ſit, admiſſionis fœminarum & non excluſionis fuit inductus; cùm, vt ſuprà demonſtratum fuit, de jure Francorum fuerint fœminæ capaces ſucceſſionis, & hoc manifeſtè docet idem Gregor. *part. 4. q. 1. per totam, ſed maxime 9. primis numeris*, cùm ait in Regno Siciliæ triplex jus eſſe viuendi in feudis: Primum jus commune feudorum, quo regulariter fœmina penitus repellitur à ſucceſſione feudi, *cap. 1. §. filia, verſ. de ſucceſſione feudi.* Alterum jus Francorum, quo fœmina ſuccedit, ſeruata tamen prærogatiua ſexus inter eodem gradu exiſtentes, vt docet idem Gregor. *d.*

20 *q. 1. nu. 4. juncto cum q. 4. num. 8. cum ſeqq.* † Et in terminis per jus Francorum derogatum fuiſſe juri feudorum quoad ſucceſſionem fœminarum docet idem Gregor. *d. q. 1. nu. 7. & 8.* & idem Gregor. *part. 4. q. 2.* docens vnde jus Francorum habuerit originem, ait habuiſſe ex antiquiſſima conſuetudine viuentium in feudis, quæ diſpoſuit, & tacito conſenſu vtentium reſpectu prærogatiuæ ſexus, quòd in feudis fœminæ ſuccedunt, *ex c. ſignificauit, de reſcript.* quo loco loquitur de Comitiſſa, quæ ſucceſſit in Comitatu ſecundùm conſuetudinem Gallicanam. Et quòd fœmina ſuccedat in feudo in Regno Siciliæ, proceſſit ea eadem antiquiſſima conſuetudine, & id rurſus clariſſimè reperit & docet *part. 8. q. 7. nu. 3.* Tertium verò fuit jus Siciliæ, quod in aliquibus derogauit juri feudorum, & in alijs juri Francorum, vt latè proſequitur idem Gregor. *d. part. 4. q. 1. nu. 11.* vſque in finem. Non vſus igitur excluſionis fœminarum, ſed admiſſionis, contra jus feudale in Siciliam ea jure Francorum inductus fuit. Proferatur aliquis author, qui inquiat, de jure Francorum fœminas incapaces eſſe ſucceſſionum in feudis: planè ne vnus quidem vnquam inuenietur, & omnes ſiue Siculi ſiue Galli imò textus *in d. c. ſignificauit*, clarè fatentur, eas admitti præterquam ſi de Regni Franciæ ſucceſſione agatur. At, data capacitata fœminarum, ea eſt certiſſima doctrina ſuprà & latiùs in priori conſilio confirmata, in materia primogenituræ, vt filia primogeniti admiſſi excludat patruum.

Non eſt interim omittendum negari omninò, & non eſſe verum, in Normania fœminas excludi à ſucceſſione feudorum.

Ex præmiſſis contraria omninò concluſio, ab ea, quam ipſi faciunt, elicienda eſt, nimirum, viuere jure Francorum, nihil aliud eſſe, quàm fœminam poſſe in feudis ſuccedere, deficientibus tamẽ maſculis ejuſdem lineę & gradus, & inter eos locum eſſe primogenitutę.

Non autem facienda eſt concluſio, fœminas in perpetuum cenſeri, jure Francorùm, à ſucceſſione feudi excluſas; & certè ſuam concluſionem ſtare non poſſe cognoſcens, ſubjungit, ſaltem fœminas excludi à maſculis quantumuis remotioribus, & non niſi ijs deficientibus admitti. Sed hæc contraria ſunt ijs, quæ propoſuit, quibus jure Francorum ex lege Salica fœminas incapaces ſucceſſionis eſſe in principio enixus eſt docere, nec debuit ad illud, *ſaltem*, confugere. Nam ſimul atque fatetur capacitatem fœminarum, ſuccedit illa doctrina certiſſima, filiam primogeniti excludere patruum; ſed concedamus ei, vt à prima ſententia diſcedat; videamus quid de hac ſecunda ſentiendum ſit. † Ait, prauam conſuetudinem in Regno Siciliæ indu- 21
ctam, vt filiæ excluderentur per remotiores maſculos, fuiſſe per Fridericum ſublatam per *conſtit. in aliquibus de ſucceſſ. filio. Comit. & conſtit. vt de ſucceſſionib. de ſucceſſ. nobil. in feud.* inductam, inquam, per Rogerium, qui Siciliam occupauit de d. anno 1058 & ſublatam per d. Fridericum ſecundum, qui obijt anno 1250. & hæc confirmare ſe putat authoritate Andr. de Iſern. *in d. conſt. vt de ſucceſſionib. nu. 4. & conſt. in aliquibus nu. 1. verſ. ſic de jure.* Reuera qua conſcientia hæc dicantur ego neſcio: imò totum contrarium ex dictis locis probatur: nam quoad *conſtit. in aliquibus*, in ea dicitur; in aliquibus Regni partibus conſuetudinem inuectam fuiſſe, vt ſi quis moreretur, relictis filiabus, quòd eæ non ſuccederent, ſed conſanguinei, quantumcumque remoti maſculini ſexus, idque corrigitur per d. cõſtitutionem. Ante Conſtitutiones Siciliæ, erat duplex jus in Sicilia in feudis, nimirum feudale, quod commune erat & Francorum, quod erat ſpeciale, vt ſuprà edoctum fuit ex Gregor. *part. 4. q. 1. in princ.* Jure feudorum fœminæ erant incapaces, jure Francorum erant capaces. Ergo in Prouincijs in quibus vſus erat, vt filiæ non ſuccederẽt, illud inualuerat contra jus Francorum, & procedebat ex jure Feudorum: hoc ſuſtulit Fridericus, ergo tantum abeſt vt probetur ex jure Francorum, filias fuiſſe excluſas, quin potiùs vſum ex jure feudorum inductum ad jus Francorum reduxit.

Secundò, & clariùs veritatem demonſtrando. Cùm illud duplex jus feudorum & Francorum eſſet in Sicilia, & in aliquibus prouincijs fœminæ admitterentur, in alijs non, & de jure feudorum excludantur, cùm illum tollit vſum, abrogat jus feudorum, & reducit ad jus Francorum, vt ſcilicet filiæ ſuccedant. Non igitur abrogat prauum vſum ex jure Francorum deductum,

ſed jus

Digitized by Google

ſed jus Francorum quod in aliquibus tantùm prouinciis habebat locum, in omnibus, quoad ſucceſſionem filiarum, abrogato jure feudorum & vſu ex illo manante, locum habere debere ſtatuit.

Tertiò, cùm ait, ex illo prauo vſu filias excluſas à conſanguineis maſculis, quantumuis remotioribus, vnde manauit ille vſus, an ex jure Francorum, vt prætenditur ex aduerſo, per Rogerium inducto, an verò ex jure feudali? Si probaueris ex jure feudali, conſequetur neceſſariò de jure Francorum maſculos remotiores excludi per filias vltimi poſſeſſoris; affirmando enim de jure feudali jus Francorum, quod cum illo pugnat nominatim quoad ſucceſſionem fœminarū, Gregor. *part. 4. q. 1.* excluditur, *l. cum prætor, de judic. cum ſi-*
22 *mil.* At † verò Andr. de Iſern. *in peregr. lectur. nu. 1. in fi.* ait de jure feudorum fœminas excludi, quod corrigitur per *d. conſtit. in aliquibus*, quando non habet fratrem, quod Aduocatus Domini Antonij fatetur per text. *in §. hoc autem notandum, de iis qui feud. dar. poſſ. & in §. 1. § hoc quoque, §. filia de ſucceſſ. feud.* Et cùm fateatur eàm conſuetudinem inductam de jure feudorum, nullo modo poteſt inferri quod intendit, nimirum, per Rogerium de jure Francorum eſſe inductam, imò ex eo quòd de jure feudorum eſt inducta, ſequitur quòd de jure Francorum filia excludebat remotiores maſculos, & probatur per conſequentiam neceſſariam ex text. d. conſtit. & in terminis d. prauam conſuetudinem à jure vſuum feudorum fluxiſſe, & id jus vſuum feudorum per d. conſtitutionem correctum docet Afflict. *in d. conſtit. in aliquibus nu. 2. in fin. & 3. in princ.*

Poſtremò, demus jam citra præjudicium veritatis, cùm jus Francorum induceretur, eam quoque conſuetudinem irrepſiſſe, non probaretur ex eo per jus Francorum filias excludi à remotioribus maſculis, imò totum contrarium. Nam cùm jure Francorum capaces ſint ſucceſſionis fœminæ, & ea ſit doctrina certiſſima in terminis primogenituræ, filias primogeniti admiſſi excludere patruum, ſequitur eum vſum, quo filiæ excludebantur per remotiores maſculos, prauum fuiſſe, & contra jus, ideoque ſublatum, & ordinatum, vt jus Francorum genuinum procederet, ſublata omni per contrarium vſum deprauatione. Nam cùm ea ſit doctrina, vt in primogenituris filia excludat patruum, non debemus imaginari contrariam doctrinam in jure Francorum procedere (cùm de ea nullibi conſtet) ex praui vſus abrogatione in hac conſtitutione facta, quin potiùs contrarium, nimirum & eam doctrinam generalem habuiſſe ſemper locum in jure Francorum, & cùm in aliquibus prouinciis per prauum vſum deprauata eſſet ſuæ priſtinæ naturæ reſtitutam.

23 Quoad † verò *conſtit. vt de ſucceſſio.* ea clarè omnes liberos defuncti admittit cujuſcumque ſexus ſint, ſeruata tamen ſexus prærogatiua, vt mulieri maſculus præferatur, nec non majoris ætatis inter eos, qui viuūt in Regno ſpecialiter jure Francorum, & vt Joan. Andr. *in gloſ. ordinaria in verb. prærogatiua.* ſeruata etiam gradus prærogatiua: ita vt referendo, & in ſuas conſtitutiones reponendo, jus Francorum, demonſtretur manifeſtè agnatos per filias excludi; nō autem quidquam addidit in hoc juri Francorum, vel illud correxit, quod ſi feciſſet, dixiſſet.

Quoad verò d. Andr. de Iſern. *in peregrina d. conſtit. vt de ſucceſſ. nu. 4.* cùm loquitur de conſuetudine, qua conſanguinei remotiores excludebant filias, ait eſſe correctam per *d. conſtit. in aliquibus*, quam ibi *in d. conſtit* fluxiſſe à jure feodali, non Francorum docuerat, vt ſuprà diximus.

Ex quibus concluditur d. conſuetudinem, qua filiæ excludebantur à remotioribus agnatis, non ex jure Francorum per Rogerium, ſed ex jure feudali, contra juris Francorum diſpoſitionem inductam, & tantum abeſſe, vt intentio d. Domini Antonij ex d. conſtit. probetur, quin potiùs contrarium ex iis patet, nempe de jure Francorum filias excluſiſſe remotiores agnatos, & conſuetudinem ex jure feudali contra hujuſmodi juris Francorum diſpoſitionem inductam, ſublatam fuiſſe. Quæ omnia certiſſima redduntur ex eo quòd, ſeclusis d. conſtitutionibus, Doctores tam Galli, quàm alij, Siculatum conſtitutionum rationem non habentes, ſuprà allegati & infrà allegandi, dum de admiſſione filiæ contra patruum fuſiùs agetur, hanc fuiſſe conſuetudinem & vſum in Gallia vel Francia ſeruatum, & naturam juris Francorum quæ è Gallia in Siciliam manauit, Gregor. *part. 4. q. 2. in princ. & part. 8. qu. 7. n. 3.*

Ut † verò ſuam ſententiam confirmet ſubjungit, viuere jure Francorum nihil aliud eſſe quàm ſuccedi 24
prout ſucceditur in Regno Franciæ, & probare nititur ex Papienſi *ſub tit. de renocat. feud. verſ. ac nomine recti, num. 13.* & Pet. Jacobi *tit. de ſucceſſ. Reg.* vel potiùs *de cauſ. quib. vaſal 2. c. 43. nu. 60.* diſcedit jam à ſuo *ſaltem*, ad quod recurrerat, & parum ſibi conſtans & modò fœminas in aliquo caſu admittens, modò excludens, nunc redit ad ſuum primum propoſitum, & fœminas incapaces ſucceſſionis contendit, & doceret, ſi verum eſſet, viuere jure Francorum, eſſe ſuccedere vt in regno Franciæ per Regea ſucceditur: ſed hoc falſum eſt, & ex ſuperioribus patet, viuere jure Francorum, eſſe non vt fœminæ incapaces ſint, ſed vt iure ſuccedere volentes ſeruetur ſexus, ætatis, gradus, & lineæ prærogatiua, ita vt maſculus quidem præferatur fœminæ, & primogenitus ſecundogenito, ſed filia primogeniti admiſſi excludat patruum tanquam alterius gradus & lineæ. Nec Ferrarien. ait quod ipſe cōtendit, ſed ſolùm, eſſe quoddam feudum, in quo ſolus primogenitus ſuccedit vt in Regno Franciæ regulariter & aliis Regnis, Marchionatibus, & Ducatibus, qui jure Francorum regulantur. Et certè in hoc, vt primogenitus ſe. ſuccedat nec diuidatur feudum, eodem modo ſucceditur in Regno & in cæteris feudis, quæ reguntur jure Francorum: ſed quoad ſucceſſionem fœminarum differūt admodum, cùm lege Salica fœminæ tantùm à Regno excludantur, ad cætera verò feuda admittantur more Francorum, vt diſertè docet Bened. *d. verb. duas habens, nu. 7 x.* & Forcatul. *in tract. de feud. cap. 7. nu. 1.* & ſuprà dictum fuit. Et viuere jure Francorum, eſſe ſuccedi prout in Regno Francorum, vt ex aduerſo præſupponit, ne verbum quidem Ferrarius, & hoc eſt verba authorum peruertere & in alium ſenſum detorquere. Pet. verò Jacob. ne verbum quidem ea de re, ſed ſolùm, cùm ageretur de ſucceſſione Regni Franciæ, maſculum admiſſum, & fœminam excluſam, & Philippum Carolo ſucceſſiſſe eumque ſolùm tanquam primogenitum, etſi alius Carolus in eodem gradu eſſet. Sed hæc quid ad rem?

Subnectit † aliud ex Freccia *de ſubfeud. tit. de orig.* 25
feudo. ſcilicet feudum, quod regitur jure Francorum, fuiſſe cognitum de jure feudorum, ex text. *in §. 1. & §. quia de iis qui feud. dar. poſſ.* Ergo inferi, fœminæ illorum ſunt incapaces *ex c. 1. cum ibi not. de eo qui ſibi & hered.* & firmare contendit ex Dec. *conſ. 445. num. 8. & 9.* & Intrig. *de feud. cent. 1. q. 7. nu. 1. & 2.* Reſpondetur, Freccia quidem *d. nu. 9.* primum omnium & nouè aſſerere, jus Francorum fuiſſe cognitum de jure feodorum, in eo ſcilicet capite quo primogenitus ſuccedebat *ex cap. 1. §. & quia de iis qui feud. dar. poſſ.* ſed de filiarum excluſione vel admiſſione ne verbum quidem: & vt mittam an vera ſit ſententia Frecciæ, quæ merè diuinatoria eſt, cùm eam imaginetur ex eo quod *in d. §.* dicitur, feoda

feuda primùm jure ſucceſſionis ad filios non pertinuiſſe, & ſic progreſſum eſſe vt ad filios deuenirent, in quem ſcilicet Dominus hoc beneficium vellet confirmare, interpretatur Freccia Dominum electurum primogenitum ex regula tam diuina quàm humana, & ſic eùm primogenitus ex electione Domini ſucceſſurus eſſet, jus Francorum, quo primogenitus ſuccedit, cognitum fuit jure feudorum, quod quàm longè petitum & diuinatorium ſit, vnuſquiſque videt: ſed demus hoc ita eſſe, nimirum cognitum fuiſſe jus Francorum de jure feudorum, non ſequitur, nec vllo modo valet conſequentia; ergo filiæ incapaces ſunt ſucceſſionis, nec id infert Freccia, ſed pro parte Domini Antonij conſulentes contra omnem juris rationem. Quis enim vnquam audiuit ita argumentari? Cognitum fuit tale jus per tale alterum jus: ergo eodem modo regulatur. Quod argumentum ſi valeret, ſequeretur primogenitum ſolùm de jure Francorum non poſſe ſuccedere, nam de jure feudali omnes filij æqualiter ſuccedunt *c.1. §. omnes filij*, & ibi per DD. *ſi de feud. fuer. controu. cap. 1. in princ. de ſucceſſ. feud.* Pet. de Greg. *part. 4. q. 1. num. 9.* Ergo idem eſſet dicendum de jure Francorum, quòd nimirum deberent omnes æqualiter ſuccedere, cùm ſit cognitum à jure feudali. Et, quoad ſucceſſionem fœminarum, clariùs etiam patet, non poſſe ab vno jure ad aliud argui, etſi vnum jus ab alio cognitum fuerit, cùm ea jura inter ſe ex diametro pugnent; jure enim feudali fœminæ regulariter non admittuntur, at de jure Francorum omninò, Pet. à Greg. *d. part. 4. qu. 1. num. 8.* Chopin. *de doman. Franc. lib. 3. tit. 6. in princip.* Otho Friſing. *de vit. Frider. I. lib. 2. tit. 19.* Et nominatim quoad ſucceſſionem filiarum, cùm jure Francorum filia fœmina ſuccedere debeat, & in locis, in quos introducitur, per illud derogatur juri feudorum, Pet. de Greg. *d. part. 4. q. 1. nu. 7. & 8.* Et planè ex eo quod cognitum fuit, tantum abeſt vt inferatur ſecundùm illud regulari debere, quin potiùs ſequitur, diuerſum & alterius naturæ eſſe; alioquin non aliud jus, ſed idem eſ-

26 ſet. † Nec his refragatur authoritas Decij *in conſ. 445. nu. 8. & 9.* nihil enim aliud aſſerit, quàm de jure Francorum maſculum fœminæ, & primogenitum ſecundogenito præferri: quod & nos aſſerimus, ſi tamen ſint ejuſdem lineæ & gradus, & tantum abeſt, vt ex Decio probetur incapacitas fœminarum prætenſa, quin potiùs Decius, in feudo de quo agit, quod regebatur jure Francorum, docet *num. 14.* Ciduciam filiam peregrini ſucceſſiſſe, & in caſu ſibi propoſito actricem tanquam defuncto proximiorem, excluſis maſculis remotioribus, ſuccedere debere, *nu. 19. & 20.* Itaque ex conſuetudine Siciliæ, per quam ſcilicet jus Francorum fuit inductum ad derogationem juris feudalis, ex Greg. *d. part. 4. q. 1. nu. 7. & 8.* & ex conſtitutione Regni, in quam ſcilicet d. conſuetudo relata fuit.

27 Non † obſtat etiam Intrigl. *cent. 1. qu. 7. nu. 1. & 2.* vbi docet, ex antiquiſſima Regni Franciæ conſuetudine introductum fuiſſe jus Francorũ, vt major natu minori, & maſculus fœminæ præferatur in ſucceſſione, quod & verum eſt, vt ſæpe diximus: ſed debuit allegari idem Intrigl. *d. q. 7. num. 60. & 51.* vbi ait, ſtante prærogatiua ſexus, & data capacitate fœminarum, non poſſe excludi niſi à maſculo in eodem gradu conſtituto, *& nu. 58.* clarè docet, ſi maſculus nolit ſuccedere, ſororem ſtatim habituram hæreditatem, & ſic excludi remotiores, debuit quoque allegari *qu. 6. præcedenti num. 64. & ſeqq.* vbi ait jus Francorum procedere ſolùm inter duos eodem vel ſimili gradu conjunctos, non autem inter conjunctos in diuerſo gradu, quia potentior eſt prærogatiua gradus, quàm prærogatiua ſexus.

28 Poſtremò, concludit † circa hoc primum caput, in feudis, in quibus viuitur jure Francorum, nedum fœminas excludi à maſculis, verùm etiam ſolum primogenitum, cæteris excluſis, admitti, ex notat. per Iſern. *in §. & olim num. 8. de ſucceſſ. feud. & cap. 1. verſ. & filius fratris, nu. 2.* ibi, *item cùm viuitur Imperator Lotharius & cap. præterea ſi vaſallus num. 12. & 16. verſ. ſed ponitur & verſ. nec eſt veriſimile quæ ſit prim. cauſ. benef. amitten. & in §. præterea Ducatus num. 36. de prohibit. feud. alienatio. per Frideric.* & alijs locis & authoribus allegatis per Thom. de Marin. *ſub tit. de feud. jur. Francor. nu. 1.* Ita vt viuere jure Francorum idem importet, ac ſi diceretur, quòd ſolus primogenitus ſuccedat, Marin. *d. loco nu. 3.* Dec. *d. conſ. 445. nu. 8. & 9.* Afflict. *dec. 119. nu. 2. & 3.* & ibi Urſill. *nu. 5.* faciunt notata per Tiraquell. *de primogen. in præfatio. nu. 3.* quem refert & ſequitur Intrigl. *d. quæſt. 7. num. 2.*

Hæc omnia vera ſunt, ſi, cùm dicitur fœminam excludi à maſculis, adjiciatur, dummodo ſint ejuſdem gradus & lineæ: viuere enim jure Francorum, eſt & primogenitum ſecundogenito & ideò maſculum, ejuſdem tamen lineæ & gradus, fœminæ præferri: ſed eo jure filiam defuncti primogeniti admiſſi excludere patruum, & omnes maſculos ſe remotiores, & ex ſuperioribus hæc concluſio facienda eſt, jure Francorum fœminas capaces eſſe ſucceſſionis, eaſque maſculis remotioribus præferri, & filiam ex primogenito excludere patruum. Atque hæc quidem circa primum caput.

Quoad † ſecundum verò, quo nititur reſpondere 29
quibuſdam fundamentis, quæ attulimus, vel nos allaturos exiſtimat pro Domino de Coſta, quibuſdam, inquam, pleraque enim in priori conſilio contenta, intacta reliquit, paucis ſingula, vt refert, proferemus, & ſigillatim, nonobſtantibus quæ in contrarium proponuntur, fundamenta noſtra vera & ſolida eſſe demonſtrabimus.

Acprimùm, ad fundamentum quo dici poteſt, jus Francorum ab inteſtato ſolùm habere locum, non autem ſi de feudo in quo eo jure viuitur, inter viuos vel vltima voluntate diſpoſitum fuerit, ex Intrigl. *de feud. cent. 2. qu. 92. nu. 9. & ſeqq. & nu. 15. cum ſeqq.*

Reſpondet, illud ſpeciale eſſe in Regno Siciliæ & de jure Siculorum, in quo cùm omnia feuda ſint facta alienabilia tam inter viuos, quàm in vltima voluntate, ſine licentia Regis, ex Cannet *in c. volentes, verſ. & cum ſcire leges, nu. 9. & 10. nu. 15. & ſeqq.* dummodò integra in vnam perſonam æquè idoneam transferantur, ſi feudi poſſeſſor decedat ab inteſtato ex conſtitut. Siciliæ in eo ſucceditur jure Francorum, ſeruata ſexus & ætatis prærogatiua, Greg. *part. 4. q. 1. nu. 15. 16. 17. & 18* ſed ſi feudum hoc, ex tenore inueſtituræ & aliis modis legitimis, probetur regi jure Francorum, & ſit antiquum, id alienari non poſſe, nonobſtante *d. cap. volentes*, in præjudicium primogeniti; & in hoc æquipatari juri Longobardorum, Greg. *d. loco nu. 16.* Iſern. *in conſtit. conſtitutionum nu. 1. in fin.* Afflict. *dec. 119. nu. 2.* & ibi Urſill. *nu. 7.* ſecus ſi feudum eſſet nouum, quia cum conſenſu Domini poſſet alienari, Greg. *part. 3. qu. 7. nu. 37.* Ita vt quoad poteſtatem alienandi feudum juris Francorum, nouum æquiparetur juri Siculo, antiquum verò ab eo diſcrepet, Greg. *d. qu. 1. num. 18.* ex Cannet. vbi ſuprà *nu. 16. vſque ad fin.* Ita vt jus Siciliæ quoad alienationem introductum per *d. cap. volentes*, non habeat locum in feudo antiquo, in quo viuitur jure Francorum, Gregor. *d. quæſt. 1. num. 17.* addens Intrigl. ex aduerſo allegatum, loqui de jure Siculorum ex illius lectura conſtare.

Ad hæc reſpondetur, quamuis hoc fundamentum, eo modo illud ſumendo, quo poſtea dicemus, & ſuprà in præ-

Digitized by Google

in præſuppoſitis dictum fuit, ſolùm ſufficeret pro victoria cauſæ, tamen illud nos in priori conſilio inter fundamenta quibus mouemur, non repoſuiſſe, nec illius nos niſi per tranſennam feciſſe mentionem, ſed ne nunc intremus in illam quæſtionem, an in Gallia illud jus Francorum antiquiſſimum, quo fœminæ per maſculos ejuſdem gradus & lineæ excludebantur, nedum in ſucceſſione ab inteſtato, ſed etiam in teſtamento proceſſerit, & an feuda quæ eo jure regebantur in d. Gallia, eſſent hæreditaria, vel ex pacto & prouidentia, etſi enim generaliter verum ſit, feudum, quod defer-
30 tur primogenito eſſe ex pacto & prouidentia, † tamen in hujuſmodi feudo juris Francorum, & in Gallia eſſe hæreditarium, Gallici interpretes, & DD. exiſtimarunt, Oldrad *conſ. 94. col. 3. in fin. verſ. dico quod primogenitus*, Albec *in prima conſtit. Digeſtorum, §. diſcipuli, ſub n. 13. & in l. pen. n. 4. C. de donatio. inter vir. & vxor.* Abb. *conſ. 11. col. 4. verſ. ſeptimũ dubiũ, in fi. lib. 1. & conſ. 3. n. 8. poſt medium vol. 2* & alij quos refert Intrig *cent. 1. q. 48. n. 120.*
31 His, inquam, † omiſſis, quoad rem præſentem dicimus, nos non affirmaſſe nec illud diſcutere voluiſſe, an generaliter feuda, quæ reguntur jure Francorum, habeant tantùm locum in ſucceſſione ab inteſtato; ſed aſſerimus feudum hoc Caſtri noui, de quo agimus, ſi verè eſſet regi jure Francorum, ſiue ex priuilegio conceſſo per Fridericum ſecundum, vel aliam authoritatem habentem, Girando Amico, poſt quem ſucceſſit in d. feudo Girandus de Simiana, illud intelligendum eſſe procedere tantùm in ſucceſſione ab inteſtato, non autem teſtamentaria, tum quòd prærogatiua ſexus & ætatis debet intelligi ſolùm ab inteſtato, docet Gregor *part. 4. q. 11. n. 1. & ſeqq.* poſt Bald. *in l. 1. verſ. niſi parato C. de legitim. hæredib.* Alberic. *in diſtinctione a cru. feudum in .. col. verſ. alia eſt etiam pulchra quæſtio*, tum quod poſito quòd in Regno Siciliæ eſſet ſpeciale ex conſtitut. Friderici, vt ſolum in ſucceſſione ab inteſtato procederet jus Francorum: tamen cùm dicatur Fridericus conceſſiſſe hoc priuilegium Girando Amico, exiſtimandum eſt eodem modo conceſſiſſe, quo conſtituerat, maximè cùm priuilegia ſint ſtricti juris, & nominatim hoc quo primogenitus ſolus ſuccedit & filia per maſculum excluditur, Greg *d. q. 11. n. 5.* Ideòq; eo quanto minus fieri poterit jus commune lædere debet, arg. *l. 2. C. de nox. al. c. cùm dilectus de conſuet.* & eorum quæ voluit Bald. *in l. ita nobis pudor C. de adulter.* Sed non eſt ad hæc recurrendum, cùm ſimus in claris. Nam aut prætenditur hoc in Caſtro-nouo inductum ex priuilegio, de quo in articulis, ſuper quibus fuerunt examinati teſtes, quibus nititur d. Dominus Antonius, aut ea præſcriptione in d. domo inducta: ſi ex priuilegio, res eſt manifeſta: nam in d. articulis dicitur hoc feudum conceſſum fuiſſe Giraodo Amico, & ejus hæredibus etiam extraneis; ergo neceſſariò abſolutè hæreditarium: priuilegium autem, vt viuatur in eo jure Francorum, fuiſſe conceſſum eidem Girando Amico, & ejus hæredibus quibuſcumque, etiam extraneis. At hæc ex diametro pugnant, nempe vt feudum tranſire poſſit ad hæredes extraneos, & vt primogenitus ſuccedat. Ergo vt euitetur hujuſmodi cõtradictio, & vtrumque ſtare poſſit, interpretandum eſt, illud priuilegium tantum habuiſſe locum in ſucceſſione ab inteſtato, aut non facta diſpoſitione inter viuos, vt ſuprà dictum fuit *nu. 8.* ex Cannet. *in c. volentes §. ſed ma-*
32 *gna fol. 54. nu. 73. vſque ad fin.* † Si verò ex præſcriptione, quæ etiam eſt ſtricti juris, tunc ſuccedit d. doctrina certiſſima ſolùm habere locum in ſucceſſione ab inteſtato ex Bald. & Alber. d. locis proximè relatis, & Greg. *d. q. 11.* Interim non eſt omittendum, hujuſmodi præſcriptionem, ſiue etiam vocare volueris conſuetudinem quæ tamen reuera non eſt, † non potuiſſe procedere 33
niſi Principe approbante, ex vera & communi DD. ſententia, Alex. *in l. ſi non ſpeciali, C. de teſtam.* Valq. *creat. §. 10. n. 257.* Graſſ *in §. ſucceſſio ab inteſt. q. 16* Chopin. *de doman. Franc. lib. 2. c. 4. n. 9. vſque ad fi.* & ita percelebri Senatuſconſulto cautum, ne de eo ampliùs ambigi poſſit, docet *n. 13* Hęc dicuntur poſito & nõ conceſſo, quod hoc feudum regeretur jure Frãcorum. Sed † vlteriùs nos 34
progredimur: nam etſi eſſemus in ſucceſſione ab inteſtato, & d. quondam Dominus Joachimus de d. feudo non diſpoſuiſſet, & per donationem & per teſtamentum, & verſaremur in ſucceſſione ab inteſtato, in qua faciliùs jus Francorum procedit: tamen ſemper filia primogeniti excluderet patruum, & præſcriptio ſolùm procederet in caſu, de quo loquuntur teſtes, nimirum cùm quæſtio erat inter fratres, & eos qui ſunt ejuſdem gradus, cùm prohibita ſit extenſio in alium caſum ad excludendas filias, Burgos *d. conſ. 29. nu. 57.*

Secundò, † ad fundamẽtum, quo dici poteſt, filiam 35
vltimi defuncti præferri cæteris agnatis remotioribus in ſucceſſione feudi, in quo viuitur jure Francorum, & maſculum fœminis præferri, quatenus in eodem gradu ſint, ex Petro de Greg. *part. 4. q. 4.* & Intrigl. *de fina. cent. 2. art. 42.* præſertim *n. 26.* vbi de receptiori & veriori atteſtatur.

Reſpondet, id non procedere ex mero & ſimplici jure Francorum, ſecundùm quod fœminæ omninò repelluntur, ſaltem quamdiu ſuperſunt maſculi per lineam maſculinam à primo acquiſitore deſcendentes, ſed ex jure Francorum alterato per conſtitutiones Regni Siciliæ, quod potiùs, in ea parte ſic alteratũ, jus Siculorum quàm Francorum denominari debet: idque probare intendit ex Iſern. *in cap. 1. de eo qui ſibi & hæred. verſ. nam & illud n. 3.* vbi poſt conſtitutam regulam, fœminas non admitti in feudis, quamdiu ſuperſunt maſculi deſcendentes à primo inueſtito, declarat ſecus eſſe in Regno *ex conſtit. in aliquibus*, quibus addi debent *conſt. vt de ſucceſſio. & c. ſi aliquem*, quibus firmatur conſtitutio à Pet. de Greg & Intrigl. in oppoſitum allegatis, & ita diſtinguendum eſſe, & diſtinguendo jura eſſe concilianda, aſſerere Corn. *conſ. 194. nu. 38. 39. & 44. cum ſeqq. vol. 2.* ac Cannetium vlteriùs progreſſum, vt ſcilicet nec per conſtit. Regni correctum ſit d. caput 1. ita vt ſemper fœminæ excludantur à remotioribus maſculis, Cannetium, inquam, *in d. c. ſi aliquem §. ſed tractandum à nu. 7. vſque ad nu. 45.* Et vtcumque ſit, qui contrarium tenent, ſolum hoc intelligunt ex vi d. conſtitutionum, cùm in verbis in d. conſtitutionibus pari ſeu eodem gradu appoſitis ſe fundent, vt patet ex Gregor. *d. q. 4. part. 4.* ideoque qui contendunt d. caput correctum, hoc ſolùm eſt in Siciliæ regno, non autem extra regnum, vt poſt Iſerniam declarat Corn. vbi ſuprà.

Hæc omnia facilè diluentur, & meras eſſe nugas & juris peruerſiones ex ſequentibus apparebit. Et quia in hac quæſtione, an de jure Francorum filia excludatur per remotiores maſculos, vnum ex præcipuis fundamentis conſiſtit, ſi verum eſſet hoc feudum regi jure Francorum, in ea aliquantulum longiùs immorandum eſt, idemque quatuor modis iiſque ſolidiſſimis & veriſſimis, iis omnibus, quæ in contrarium proponũtur, vel proponi poſſunt, reſpõdebimus, cum dicta per aduerſarium ſigillatim expendemus, & falſa eſſe demonſtrabimus. Primò † igitur reſpondetur, hoc certiſſimum 36
eſſe in materia primogenituræ juris Francorum, filiam primogeniti admiſſi excludere patruum, vt in terminis docent Petr. de Bellapertica, Doct. et Gallus *in l. pater filium, §. quoniam ... de leg. 3.* qui per illum textum dicit, *Si conſuetudo eſt, quod in Baronijs non ... fiua, & aliquis habet filium vnum ſ ... , & ex*

primogenito habet filiam, filia debet habere Baroniam. Bald. *in l. in multis in princ. de ſtat. homin.* vbi dicit, quòd ſi conſuetudo regni dicit, quòd primogenitus ſuccedat, non intelligitur fœmina, ſi ſtat maſculus, ſcilicet ejuſdem gradus, vt eum intelligit Ludouic. Roman. *conſil. 98. in 2. dub.* & Palat. Ruuios mox allegandus, & Loffied. *conſ. 39.* Præpoſit *in cap. 1. nu. 10. in fin. verſ. quintodecimo hoc probatur, fol. 34. de feud. Marchia.* Palatios Ruuios *in cap. per veſtras, de donatio. inter vir. & vxor. in rubric. §. 69. nu. 26. fol. mihi* 82. Chaſſan. *rubric. 7. des ſucceſſions. §. 10. num. 57. verſ. Ioann. Faber in d. §. cæterum, fol. 34. de feud. Marchia.* Guer. Piſo *in prælud. feud. cap. 31. nu. 19.* vbi contendit de jure Francorum ſororem fratri ſuccedere, idque jus in pleriſque locis, præſertim Eccleſiaſticis, ſeruari, quòd non fieret ſi agnati ſorori præferrentur. Loffied. *conſ. 14. n. 10.* vim faciens in jure Francorum, & *conſ. 39. nu. 28.* referens & probans doctrinam Petri de Bellapertica. Thomas de Marin. *de gener. & qualit. feud. tit. 11. de feud. fœmin. ſeu mater. nu. 47.* Camerarius in reſponſo quod attexitur repetitioni Cannetij *in d. c. ſi aliquem verſ. verba hæc quæ coram Siculis, fol. 373. col. 2.* vbi aſſerit ſe ſeptem annis in Galliarum regno moram traxiſſe, & peritos illius Regni allocutum fuiſſe, & conſuetudines omnes cribraſſe, & antequam in Galliam iret, non ſolum tractatum primogenituræ Galli cujuſdam legiſſe, verùm etiam & conſuetudines Burgundiæ Chaſſanæi perlegiſſe, & ex his omnibus ſe concludere, formam juris Francorum ſtrictam appellari, non alia ratione, quàm quia tantùm procedit inter eos qui ſunt ejuſdem gradus, & manifeſtam eſſe inſaniam, vt data inueſtitura juris Francorum, filia fratris à fratre excludatur.

Otho Friſingenſis *de vita & geſtis Friderici lib. 2. cap. 29.* in his verbis: *Mos in illa quæ pene in omnibus Galliæ prouincijs ſeruatur, quòd ſemper ſeniori fratri ejuſq; liberis ſeu maribus ſeu fœminis paternæ hæreditatis cedat authoritas.* Ciriet *de primog. lib. 1. cap. 19 num. 5.* Chopin. *de doman. Franc. lib. 2. tit. 4. num. 12. & 13.* Tiraquell. Doctor Gallus *in tract. de jure primogenio.* qui de primogenitura juris Francorum loquitur, vt patet ex præfatione *numero 3.* hanc ſententiam clariſſimè firmat, *qu. 10. num. 20. & 21. & qu. 14. nu. 6. 7. & 8. & qu. 40. num. 3.* Gutier. *conſ. 13. nu. 15. & 19.* Cephal. *conſ. 251. nu. 1. 2. 3.* vbi dicit communem & *nu. 60. 61. 62. 63.* maximè dum allegat Tiraquel. Couar. *variar. reſolut. lib. 3. cap. 5. ſub nu. 5. verſ. rurſus ſeptimò.* Pariſ. *conſ. 21. nu. 29. lib. 1.* Joan. Paul. Balzaran. *in c. 1. nu. 31. verſ. infert ex dicta de eo qui ſibi & hæred.* vbi ait, de jure Francorum filiam excludere patruum, per ipſius patrem ſemel excluſum, & ad inſtar illius ſeruari in Regno Siciliæ. Minad. *in conſtit. in aliquibus, § tertiò noto, num. 118. in fin. & nu. 119. & 122. & 129. fol. 121.* vbi hoc eſſe de jure Francorum, & de hoc non eſſe dubium, & ita fuiſſe judicatum aſſerit, nec conſtitutionum, ſed ſolius juris Francorum mentionem facit, in eo & ejus natura ſe fundans.

Atque hi quidem omnes vel Galli ſunt, vel tales qui nullam Siculatum conſtitutionum rationem habuerunt, vel mentionem fecerunt. Camerarius quidem ſummus d. conſtitutionum interpres eſt, ſed ibidem de conſuetudine in Regno Franciæ obſeruata nominatim loquitur. Ex Siculis verò, vel Siculatum conſtitutionum interpretibus eandem ſententiam, nulla tamen d. conſtitutionum ratione habita, ſed in mera natura juris Francorum ſe fundantes, firmarunt, Matth. de Afflict. *cap. 1. num. 19. & 40. in fin. & 41. de pat. ſucceſſ. feud.* Idem *in conſtit. in aliquibus num. 5.* dum filiam primogenitam, nullis exiſtentibus filijs maſculis defuncti patris, ad ſucceſſionem, nulla agnatorum habita ratione, admittit, & *in conſtit. vt de ſucceſſionibus, num. 8.* Thom. Grammat. *dec. 1. num. 28. & 29.* qui etiam pro nepte judicatum aſſerit. Joan. de Amicis *tit. qui feud. dare poſſ. qu. 15. fol. 187. & in §. Item decio* Andr. *fol. 263.* Intrigl. *cent. 1. qu. 6. num. 64. cum ſeqq. & qu. 7. num. 61.* Marin. Freccia *de ſubfeud. lib. 3. tit. de differ. quater. feud. num. 30. fol. 423.* Cumia *in c. ſi aliquem verſ. prærogatiua, num. 6. fol. 277.* Garſ. Maſtrill. *in deciſ. Conſiſtorij Siciliæ dec. 55. in princip.* & alij in priori conſil. allegati.

Taceo pro nunc Andræam de Iſernia *in cap. 1. de eo qui ſibi & hæred. in fin.* Intrig. *cent. 2. art. 42.* Gregor. *lib. 4. qu. 4.* & Corn. *conſ. 199. num. 38. vol. 2.* quod ijs Conſultores d. Domini Antonij enixi ſint reſpondere, imò Corn. pro ſe allegare. Sed poſteà docebitur, eos ejuſdem ſententiæ, ſecluſis conſtitutionibus Siculis, fuiſſe. Ex quibus patet, corruere quæcunque ex aduerſo proponuntur, cùm ea natura juris Francorum primæua & genuina, & vi illius filia excludat patruum. Quæ prima reſponſio rem ad radicem præſcindit; vanè enim quæritur, an per Conſtitutiones Siciliæ nouè & alterando jus Francorum hoc ſit inductum, cùm Doctores ſupradicti, de conſuetudine Francorum in Gallia obſeruata, atteſtentur; & quæſtionem in fauorem filiæ contra patruum definiant, nulla Siculatum Conſtitutionum ratione habita, & Cephal. *d. conſ. 251. num. 60. 61. 62.* ſummoperè notandus, qui æquiparat, quoad excluſionem patrui per filiam, conſtitutiones Siculas, & conſuetudinem Francorum, & eandem vim, eundemque effectum quoad hoc habere; & bene, cùm conſuetudo Francorum, quæ jam in Siciliam irrepſerat, per conſtitutiones Siculas generaliter inducta, & quatenus per prauam conſuetudinem aliquarum prouinciarum alterata fuerat, per eaſdem ad priſtinam & primæuam juris Francorum naturam reducta fuerit, non autem per eas alterata, vt ex his & ſuperioribus patet.

37 Secundò † reſpondetur, hujus quæſtionis deciſionem pendere ex eo quòd cùm de feudis, quæ jure Francorum reguntur, loquimur, hoc ſtatuitur, vt prærogatiua ætatis & ſexus inducatur, ita vt primogenitus ſecũdogenitum & maſculus fœminam excludat: ſed hoc perpetuum eſt & certiſſimum in jure in omnibus primogeniturìs, quibus ea prærogatiua ſexus & ætatis ineſt (niſi nominatim & expreſſiſſimè primogenituram gẽtilitiam, agnatitiam, maſculinam, perpetuam etiam, ad excluſionem filiarum per remotiores, inſtitutã fuiſſe) vt ſi ſemel primogenitus admiſſus fuerit, filia ipſius excludat patruum, vt in terminis docent Anchar. *conſ. 339. n. 7.* Couar. *variar. reſolut. lib. 3. cap. 5. ſub n. 5. verſ. rurſus ſeptimo,* poſt multos quos refert Joan. Gutier. *pract. q. lib. 2. q. 88. n. 6.* Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 3. nu. 9. & c. 7. n. 4. verſ. contrariam & lib. 3. n. 5. & ſeqq.* Cancer. *lib. 2. tit. 12. de feud. n. 47. & 49.* Melch. Palaes *de majoratu, parte 2. q. 6. n. 7. cum ſeqq. n. 12. & fuſiſſimè n. 24. cum ſeqq.* Peralta *in rubr. ff. de hæred. inſtituen. n. 103. verſ. ſed poſtquam, fol. 83.* Pet. Salazar *in tract. de vſu & conſuet. cap. 12. nu. 29.* vbi communem & veriorem, & apud omnes ſcribentes in praxi eſſe abſque difficultate, aſſerit, & *nu. 54. 56. 61.* vbi dicit hanc regulam infallibilem. Auendan *ad ll. Taur. l. 40. gloſ. 9. n. 2. & ſeqq.* Surd. *conſ. 316. n. 12.* & alij in priori conſ. vſque ad nu. . . allegati. Atque hoc vbique terrarum obſeruari affirmat Alexand. Raud. *de analog. c. 15. n. 292.* † Et conſtit. Hiſpaniæ, quæ fœminas ad majoratus ſucceſſionem, excluſis maſculis remotioribus, admittit, juri communi cõformem contendit, Burg. de Paz *in proœm. ll. Taur. n. 85.* Gutier. *conſ. 13. n. 17. 26. & 27.* Anchar. *d. conſ. 339. nu. 7. cum ſeqq.* Sed & ſororem vltimi poſſeſſoris, † nedum filiam vltimi poſſeſſoris majoratus præferẽdam patruo docet *conſ. 29. n. 19.* idemq; jure cõmuni hoc caueri docet Gutier. *conſ. 13. n. 14.* Quæ cùm ita ſint, 38 39

ita ſint, debuit pro parte d.Domini Antooij in indiuiduo & clarè probari, filias vltimi defuncti de jure Fraocorum excludi à remotioribus maſculis, non autem illud ſibi imagioari ex doctrinis Interpretum io alium ſenſum detortis: ſed putauit hoc ſe aſſecutum cùm cõtenderet à lege Salica fœminas iocapaces, quod falſum eſſe ſuprà docuimus. At nos oedum doctrina illa certiſſima & perpetua nitimur, ſed in indiuiduo docuimus, & de earum capacitate & de excluſione remotiorum maſculorum per eaſdem, ex vi & natura juris Francorum.

40 Tertiò † reſpõdetur per conſtitutiones Regni, quoad prærogatiuam ſexus & ætatis, illiuſque interpretationem, non fuiſſe alteratam naturam juris Frãcorum, ſed qualis erat, in eas relatam, & quòd fœmioa defuncti filia excludat remotiores maſculos, non ex vi conſtitutionum corrigentiom in hoc jus Francorum, ſed ex vi illius joris, in d. conſtitutiones, vt erat, relati, manauit. Quod patet ex eo quòd jus Fraocorum in Sicilia primùm per antiquiſſimam conſuetudinem fuit inductum, Greg. *part. 4. q. 2. nu. 2. & part. 8. qu. 6. nu. 2. & 3.* Intrigl. *cent. 2. art. 92. num. 6.* eaque conſuetudo in conſtitutiones Regni relata, Intrigl. *d. loco num. 7.* & taodem confirmata & ampliata inter collaterales, Intrigl. *d. loco nu. 7. & 11.* Gregor *d. part 4. qu. 1. num. 22.* ergo ex d. conſtitutionibus, nempe *conſtit. vt de ſucceſſio. & cap. ſi aliquem*, non corrigitur vel alteratur jus Francorum, cùm remotior maſculus excluditur à fœmina, ſed talem ipſios naturam & vim fuiſſe & eſſe probatur. Nam ſi in hoc correxiſſet, dixiſſet vtique, idque maximè quia correctio legum & conſuetudinom non eſt præſumenda, *l. præcipimus in princ. C. de appellat. c. cum expediat cum ſimil. lib. de elect. in 6.* Quod ſi d. Conſultores prętendant de jure Francorum filiam ſolitam exclodi per remotiores maſculos, id aliunde clarè probare debeot, vt dicamus per conſtitutiones correctum: quod tamen non probant, & impoſſibile eſt probari. Et præſuppoſito quòd contrarium non probauiſſemus, quod tamen fecimus, ex ſola tamen natura generali primogenituræ, qua, data capacitate fœminarum, filia excludit remotiorem maſculum; neceſſariò concludendum eſt, per d. Conſtitutiones jus Francorum in hoc nõ fuiſſe correctum, ſed quale erat introductum, & caſu quo aliquis ignoraret naturam primogenituræ, declaratum. Neque enim facienda eſt vis in cooſtitutiooe *in aliquibus*, quæ abrógat conſuetudinem, qua remotiores excludebant filias; nam d. conſuetudinem manaſſe ex jure feudorum contra jus Francorum ſuprà docuimus. Hæc probantur clarè ex Gregor. *d. qu. 1. num. 8.* his verbis, *tamen de ſpeciali jure Francorum filia fœmina admittitur ad ſucceſſionem feudi in ſubſidium, ſeruata prærogatiua ſexus, vt mulieri maſculus præferatur*; ita expreſsè dictat textus *in d. cap. ſi aliquem*. Neque enim ait, contra jus Francorum hoc per illud cap. fuiſſe introductum, ſed de jure Francorum illud ſtatuit, & in d. cap. relatum fuiſſe, ita vt non corrigatur jus Francorum in hoc, ſed quale ſit, probetur. Nam illud jus Frãcorum quale erat recenſuit, & poſtea dixit id conſtare ex *d. cap. ſi aliquem*, quod etiam & eam fuiſſe ipſius mentem patet ex *num. 9.* qoo eodem modo loquitur, dum vult docere, vt feuda ſint indiuidua, & ad vnum tantùm perueniant, quod tamen nulli dubium eſt, quin ſit de jure Francurum, & ex eo quod cùm DD. volunt docere aliquid additum vel correctum, nempe cùm aſſerunt ampliatum eſſe jus Francorum ad collaterales, id nominatim dicunt jure Siculorum cautum fuiſſe, & per illud jus Francorom ſiue primogenituram illius introductam contra cooſuetudioem, quæ tantùm inter deſceodentes habebat locum, vt mox dicemus. At verò illam prærogatiuam ſexos & ætatis explicaot cooſtitutiones, vt remotiores maſculi excludaotur à fœmioa. Ergo illud eſt de natura juris Francorom.

Hæc corroborantur, quia omnes fatentur geoeraliter io Regoo in ſucceſſiooe ab inteſtato introductum eſſe jus Francorum, patet ex Greg. *d. quæſt. 1. num. 22. & d. part. 4. quæſt. 11.* Intrigl. *d. art. 92.* At verò *conſtitut. de ſucceſſionibus*, dum explicat jus Fraocorum, & ſucceſſionem illam, clarè filias defuncti omoibus præfert, quemadmodum *& cap. ſi aliquem*: neque enim vocat collaterales niſi linea deſcendenti vltimo defuncti omninò deficieote; ergo quòd remotiores maſculi excludaotur, à jure Francorum & ioueterata conſuetudine manat. Ruiſus confirmaotur ex eo quòd cùm Gregor. *dict. quæſtione prima*, docuiſſet tria jura ſeruari in Regno, feodale, Francorom, & Siculum, demonſtrat ſigillatim in quo juri feodali vel Francorum derogatum vel additum per Siculum jus fuerit, & tamen ne verbum quidem de hac excluſione per remotiores maſculos, imò eo ipſo qoòd juri feudali per jus Francorum derogatum aſſerit *numero 8.* in eo quod filia fœmina admittitur, ſeruata prærogatiua ſexus, & tam ex juris communis diſpoſitione, quàm ex iſtis conſtitutionibus cooſtet eam prærogatiuam ſolùm in eo conſiſtere vt fœmioa excludatur à maſculo ejuſdem gradus, clarè demonſtrat hanc excluſionem remotiorum à jure Francorum fluere.

Sed non eſt ad argumenta deſcendendum vbi clara ſunt verba Gregor. *d. quæſt. 1. num. 14.* ita concludit & his verbis: *Ergo etiam ratione prærogatiua ſexus & ætatis jus Siculorum in effectu concordat cum jure Francorum*, ſi concordat, quomodo alteratum fuit?

Quartò & poſtremò reſpondetur, & ex hac reſponſione, diſcuſſis nubibus, quibus dictus Conſultor veritatem obſcurare & inuoluere nititur, illius ſplendor & claritas vibrantiſſimè eluceſcet, hoc aſſerimus, aot d.Dominum Cooſultorem oon intellexiſſe Conſtitutiooes Siculas, quod oon eſt credibile, aut qua conſcientia, quæ dixit, ipſe profuderit, neſcio, & vt quæ dicemus clariora ſint, aliqua præſcieoda ſunt.

Primum, † jus Francorum nihil aliud eſſe, quàm prærogatiuam primogeniti, vt is ſcilicet ſolus, cæteris excluſis, ad ſucceſſionem admittatur, Cannet. *in cap. ſi aliquem, verſ. textus in verbo num. 1. fol. 267. & in verſ. his explicitis, num. 1. & 2. fol. 298.* poſt Andr. de Iſern. *in cap. omnes filij, ſi de feud. fuerit controuerſia inter domin. & agnat. & in cap. 1. §. præterea Ducatus per prohib. feud. alienat. per Frideric.* Et † quamuis hujuſmodi prærogatiua primogenituræ reperiatur apud multas nationes, vt apud Hungaros, *cap. licet de vot.* Hiſpanos, qui vocant Dialecto ſua *Majoraſco*, de qoo Caſtrenſ. *conſ. 165. in præſenti cauſa vol. 1.* Roman. *conſil. 29. in cauſa majoris.* Cardinal. Alexand. *in c. jus naturale diſt. 1.* Dec. *conſil. 397.* fuſiſſimè Molioa *in tractat. de primogen.* reperitur etiam io Regno Aragooiæ, Oldrad. *conſil. 94. & conſil. 251.* Alberic. *in l. donationes quas, C. de donatio. inter virum & vxorem*, in Luſitania *c. grandi & ibi annotat. de ſupplend. neglig. prælat. 16.* Dec. *conſil. 293. in caſu ad me tranſmiſſo*, & pleriſque alijs Regnis, Prouincijs & Nationibus, vt fuſè docet Tiraquell. *in præfat. tractat. de primogen.* Tamen in Regno Siciliæ hujuſmodi conſuetudo nomen petitur à jure Francorum, etſi in Regni ſucceſſione jam antiquitus jus primogenituræ ſeruaretur, vt patet ex Juſtino initio libri vigeſimiprimi, quod in Francia aderat illa conſuetudo generalis, præſertim ioter Nobiles, in omnibus prouidens primogenito circa prærogatiuam ſucceſſioois, vt ſcribit lucupletiſſimus Tiraq. *in præf. d. tract. n. 3.* 41

42

Non mirum igitur, ſi vocatur jus Francorum, quod jus eſt apud eos generale, cùm in cæteris nationibus vel ſit ex conſtitutione priuatorum, vel teſtamento, vel alia valida diſpoſitione, vt in Hiſpania, vel in ſucceſſione Regni, & in cæteris dignitatibus Regalibus, vt Principatus, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, DD. *in d. c. licet*. Atque hâc rationem eruditè dat Cannet. *in d. verſ. textus, nu. 2. 3. 4.* Ideóque in quacumque diſpoſitione fit mentio, vt viuatur jure Francorum, ex ea cenſetur primogenitus vocatus, Cannet. *ibid. nu. 2. verſ. quæro ergo, & nu. 5. & 6.* cùm res indiuidua perue-
43 nire debet † ad vnum ſolum, peruenire debet ad digniorem *l. ſi quæ ſunt cautiones, ff. famil. erciſcund. l. fin. ff. de fid. inſtrum.* Et ſic maſculus & major natu, quia præſumitur magis prudens, ratione ſexus & ætatis, *c. 1. diſt. 84.* vt declarant Socin. *conſ. 152. incip. viſo inſtrumento in 3. col. verſ. ex quibus, vol. 2.* Guilhelm. à Perno *conſ. 4. in 3. chart. verſ. ſecundum dubium*, Greg. *d. part. 4. qu. 1. nu. 13. & 14.* Ex quibus ſequitur, quòd fœmina excludatur per maſculum in primogenitura juris Francorum, ſunt & in aliis, non aliunde quàm ex vi & natura primogenituræ manare, ideoque hujuſmodi excluſionem à natura primogeniturarum interpretandam eſſe, vt ſcilicet à maſculis in eodem gradu, non autem à remotioribus, excluſio fœminarum fiat.

44 Secundò, † præſciẽdum eſt, jus Francorum non obtinuiſſe nec habuiſſe locum niſi inter deſcendentes, non autem inter collaterales vltimò defuncti, qui, deficientibus deſcendentibus, nullo modo ex vi illius juris vocari poterant, à Perno *conſ. 7. nu. 10. verſ. & licet, & conſ. 21. num. 7. & d. c. ſi aliquem verb. ſubfeudatarios.* Joan. Aloyſius *in explicat. cap. volentes*, & ante eum Gualterus *in allegationib. terra noua*, Cannet. *in d. c. ſi aliquem, verſ. his explicitis, n. 2. fol. 298.* Camerar. *in d. reſponſ. annexos interpretationi Cannetij fol. 375. verb. Andrea ſubſcribo*, poſt Andr. de Iſern. & Afflict. & paſſim Intrigl. maxime *d. art. 92.* Nec dicas hoc ſpeciale fuiſſe in regno Siciliæ. Nam Camerar. d. loco clarè docet hoc apud Francos receptum, & hanc Gallorum conſuetudinem fuiſſe, vt ſcilicet in linea tantùm deſcendenti haberet locum. Ideóque benè Cannet. *in d. verſ. his explicitis, nu. 4.* reprehendit Tiraquell. *in tract. de primogen. qu. 41.* dum aſſerit jus primogenituræ comprehendere ſucceſſionem tranſuerſalium. Atque hoc ſatis innuit Otho Friſing. *d. lib. 2. cap. 29.* dum vocat primogenitum ejuſque liberos, ſiue mares ſiue fœminas, & ſic excludit collaterales. Quæ ſententia confirmatur ex alia do-
45 ctrina ſummè conſideranda, qua receptum eſt † conſuetudinem, qua primogenitus vocatur, non habere locum in ſecundogenito poſt primogenitum admiſſum, multo minus in cjus filio, ſi ſecundogenitus præmortuus ſit, Cannet. *d. c. ſi aliquem, verſ. & quia tam ex clauſula, fol. 269. per tot.* omninò videndus; fusè enim eam doctrinam comprobat. Primogenitus enim, qui naſcendo ſe incluſit, cùm hoc ſecundogenitum perpetuo excluſit, Præpoſit. *d. cap. 1. nu. 10. verſ. decimo ſeptimo, quia primogenitus, fol. 34. de feud.* March. poſt Bald. *in c. 1. de matrim. ad morganat. contr.* & ita etiam in primogenitura feudali per teſtamentum in fauorem primogeniti maſculi & maſculorum deſcendentium inſtituta, ſolemni arreſto Pariſ. omnibus Curiis & tribunalibus adunatis judicatum fuiſſe refert Chatond. *aux ſin-*
46 *gulieres obſeruat. verb. fief, in fin. fol. 128.* † Sed tandem per *Conſtitutio ſi aliquem*, fuit d. jus primogenituræ juris Francorum elargatum ad collaterales, Cannet. *dict. verſ. his explicitis, nu. 3.* Intrigl. *d. cent. 2. qu. 92. num. 7.* & ſtante hujuſmodi conſtitutione, & ampliatione per eam introducta, conſuluerunt Aretin. *conſ. 162.* & So-
47 cin. *conſ. 152.* Nec † dicendum eſt, omnes, à primo inueſtito venientes, appellari in materia feudorum deſcendentes, & propterea, quod ſupradictum eſt, de iis intelligendum eſſe. Nam etſi à primo inueſtito venientes, certo modo dicantur deſcendentes, Intrigl. *cent. 1. qu. 21. nu. 13.* tamen cum agitur de tranſuerſalibus ſeu collateralibus ad ſucceſſionem admittendis, vt ſi agatur de feudo antiquo, vel etiam per Conſtitut. Regni de feudo juris Francorum, collaterales vltimò defuncti, qui deſcendunt à primo inueſtito intelliguntur, non autem qui erant collaterales primi inueſtiti vt explicant Afflict. *in c. 1. de ſucceſſ. frat. & grad. ſucceſſ. nu. 2. & 8.* Aluar. *n. … in princ.* & omnium optimè Præpoſ. *nu. 1.* Intrig. *d. qu. 21. nu. 13. & 14.* Camil. de Curt. *in diuerſ. jur. feud. §. multoties, nu. 14. fol. 45.* Balzat. *in c. 1. nu 25. verſ. certiorate de grad. ſucceſſ.* (Et quamuis aliqui intelligant d. Conſtit. etiam in collateralibus primi inueſtiti, ſi per inueſtituram in forma juris Francorum conceſſum ſit, hoc faciunt per interpretationem, & tacitam extenſionem, quia, inquiunt, ſi per *extrau. conſtit. Friderici iij.* ſuccedunt collaterales in feudo nouo; ſuccedent tamen in antiquo, clarè tamen demonſtrantes potiſſimam intentionem Friderici ij *in c. vt de ſucceſſionib.* ſi tamen is quoque quoad collaterales jus Francorum extenderit, qua de re poſtea & Jacobi *in c. ſi aliquem* fuiſſe, vt ampliarent jus Francorum ad collaterales vltimò defuncti, quod alioquin in illis locum non habebat.) Et probatur *ex d. c. 1. de grad. ſucceſſ.* dum vocat agnatos qui deſcendunt ab eo; qui fuit communis agnationis caput, hoc eſt, vt Aluarot. explicat ibid. vt qui intendit ſuccedere in feudo, traxerit originem ab eo vaſallo, qui feudum acquiſiuit cum eo cui ſuccedere vult, probat etiam text. *in c. 1. §. hoc quoque, juncta gloſ. in verb. gradus.* Idque longè magis in feudo juris Francorum, quo ſemel primogenitus ſucceſſerat, perpetuò ſecundogenitus, & ex eo deſcendentes excludebantur, Otho Friſing. *d. loco*, ideóque opus fuerit conſtitutione in Regno Siciliæ vt vocarentur, extra quam propterea etiam nunc manet intacta & firma juris Francorum natura, vt collaterales vltimò defuncti in eo ſuccedere non poſſint, quantumuis à primo deſcendant. Quod tamen in eo conſiderari regulariter non poteſt, cùm non ex conceſſione, ſed conſuetudine in Gallia eſſet inductum, & ſic nullus eſt primus inueſtitus, vt neceſſariò propterea dicendum ſit, quòd dicitur collaterales in eò non ſuccedere, intelligendum ſit de collateralibus vltimò defuncti, quod ſatis patet ex DD qui inter deſcendentes tantùm jus Francorum locum habere contendunt, ex ipſorum enim dictis de collateralibus vltimò defuncti intellexiſſe patet. Quæ confirmantur, quia generaliter in quocumque feudo nunquam collaterales primi inueſtiti vocantur, niſi nominatim pacto id cautum ſit, ad not. *in c. 1. §. hoc quoque qui feud. dar. poſſ.* Notandum tamen eſt, quòd etſi id quod aſſeruimus, hujuſmodi conſuetudinem apud Francos ſolùm inter deſcendentes habuiſſe locum, veriſſimum ſit tamen, poſito & non conceſſo, fuiſſe ſpeciale in Regno Siciliæ ante *d. conſt. ſi aliquem*, non propterea minus procedent quę mox ſubjiciemus.

Tertiò, † præſciendum eſt quinque eſſe Conſtitu- 48
tiones Siculas, ex quarum interpretatione hujus quæſtionis reſolutio dependet, duas in corpore Conſtitut. per Fridericum ij. edito, & tres Extrauagantes poſteà promulgatas. Duæ primæ, ſunt *conſt. in aliquibus, & conſt. vt de ſucceſſio.* aliæ verò ſunt, *conſtit. ſi aliquem per Regem Iacobum, & conſt. conſtitutionem, & conſt. volentes*, per Fridericum iij. d. Jacobi fratrem promulgatæ, Guilhel. à Perno *conſ. 8. num. 2. 3. & 4. & conſ. 14. num. 12.* Camerar. *in d. reſpon. pag. 374. verſ. Regem Iacobum.* Et quidem cùm ex jure feudali communi conſuetudo

praua

praua irrepſiſſet in Siciliam, vt fœminæ per maſculos etiam remotiores excluderentur, ea per *conſt. in aliquibus*, ſublata fuit. Afflict. *in d. conſtit. n. 2. in fin. & 3. in prin.* vt ſuprà diximus. Et quæ conſtitutio tantùm de ſucceſſione deſcendentium, non autem collateralium, loquitur, Afflict. *ibid. in princip.* Idemque Fridericus formam ſucceſſionis ab inteſtato præſcribens in feudis, *tit. 23. lib. 3. conſtit. vt de ſucceſſionib.* edidit, qua inter deſcendentes quidem jus Francorum habere locum ſtatuit, fœminaſque propterea non minus ac maſculos, ſeruata tamen inter ipſos ſexus & ætatis prærogatiua, ad ſucceſſionem vocat, & ſucceſſiones feudorum, etiam nouorum, ad lineam tranſuerſalem certo modo dilatauit in fratres & filios fratrum, Guilhel. à Perno *d. conſ. 8. nu. 2.* An verò jus Francorum inter ipſos collaterales, intelligẽdo collaterales, vt ſ. diximus, haberet locum, non expreſſit. Poſtea ſuperuenit d. conſt. *extrauag. ſi aliquem*, quæ declarauit, ampliauit, & certo modo correxit d. conſt. *vt de ſucceſſ.* Cannet. *in d. c. ſi aliquẽ, verſ. ſed praſtat quærere, n. 9. fol. 271.* declarauit, quia ordinauit vt ea ſucceſſio collateralium procederet, ſiue frater ſit conjunctus à latere feudi, ſiue nõ, Cannet. *in d. c. ſi aliquem verſ. annotandum eſt, n. 2. fol. 273.* Et quatenus aliter Fridericus intellexiſſet, vt intellexiſſe ſentit And. de Iſern. *in d. conſtit. vt de ſucceſſionibus*, correxit: Ampliauit autem, quia collateralium ſucceſſionem, non exiſtentibus deſcendentibus vſque ad trinepotem, & ſic vſque ad ſextum gradum extendit admittendo etiam in ſucceſſione feudi noui, filios nepotes, pronepotes & trinepotes fratrum, vt ipſiſmet verbis docet d. Guilhel. à Perno *d. conſ. 8. nu. 2.* Et quatenus d. Fridericus ſecundus non induxiſſet jus Francorum inter fratres & filios fratrum, id per conſt *ſi aliquem*, Jacobi correctum fuiſſet: quatenus verò induxiſſet, id ampliatum fuiſſet vſque ad ſextum gradum. An verò Fridericus ij. voluerit jus Francorum in collateralibus inducere necne, dubium eſt inter DD. Nam Camerar. *in d. reſpon. nec propterea bene, pag. 376. col. 1.* videtur ſentire Fridericum induxiſſe; cæteri verò putant Jacobum primum inter collaterales hoc jus Francorum induxiſſe, & propterea aſſerunt jus Francorum, quod inter deſcendentes ſolùm habebat locum; & in Regno Siciliæ, & in Gallia ampliatum fuiſſe, deficiente linea deſcendentium, per *d. conſtit. ſi aliquem*, ad collaterales, Cannet. *d. c. ſi aliquem, verſ. adnotandum eſt, nu. 1. fol. 273.* Intrigl. *d. cent. 2. art. 92. nu. 7.* Ideoque Cannet *d. verſ. annotandum eſt, nu. 11.* ait quòd ante d. conſtit. non erat in tranſuerſalibus ſtatutum jus Francorum, quod & verius videtur. Nam Fridericus quidem *in d. conſt. vt de ſucceſſionibus*, juris Francorum inter deſcendentes meminit, dum verò de fratribus aut filiis fratrum loquitur, ne verbum quidem. Sed vtcumque ſit, ſiue Fridericus ij induxerit jus Francorum inter aliquos collaterales, ſiue non, hoc certum eſt, & omnes in eo conueniunt, quòd ſiue ante conſt *ſi aliquem*, ſiue ad ſummum ante d. conſt. *vt de ſucceſſionibus*, jus Francorum non habebat locum niſi inter deſcendentes vltimò defuncti, etſi à primo acquiſitore deſcenderent. Inductum eſt igitur per d. conſt. *ſi aliquem*, jus Francorum in ſucceſſionibus ab inteſtato tam quoad deſcendentes vltimò defuncti, quàm quoad collaterales, adeò vt poſt eam perinde ſit, ac ſi in priuilegio eſſet appoſita clauſula juris Francorum, Cannet. *in c. volentes, verſ. ſed an inſta, num. 4. fol. 40.* Et quæ conſtitutio dicitur, quod fuit priùs edita à Papa Honorio, & poſtea à d. Jacobo Siciliæ Rege promulgata, & redacta in volumen extrauagantium illius Regni, & moribus vtentium in ſucceſſione tranſuerſalium comprobata, Cannet. *in d. c. ſi aliquem, in princip. num. 6.* Et quia dubitari poterat, an d. conſtitutio *ſi aliquem*, procederet, non ſolùm ab inteſtato, ſed ex teſtamento, & an illa ſucceſſio inter collaterales haberet etiam jure Francorum locum in feudis nouis, vtcumque declarauit Fridericus iij. frater & ſucceſſor d. Jacobi *in c. conſtitutionem*, & ſtatuit vt intelligatur in ſucceſſione ab inteſtato, ſicut intelligebatur d. conſtit. *vt de ſucceſſionibus*, & vt inter collaterales jus Francorum etiam in feudo nouo haberet locum, vt ex verbis conſtitutionis patet, & docet Guilhelm. à Perno *d. conſ. 11. nu. 2. verſ. quod quidem.*

Poſtremò, cùm feuda etiam in Sicilia non poſſent alienari ſine conſenſu & licentia Domini, *conſt. conſtitutionem*, quæ eſt Friderici ij. in corpore juris Siculi relata, quæ longè alia eſt ab illa extrauag. paulo antè enarrata d. Fridericus iij. junior, filius Regis Petri, condidit *cap. volentes*, quo voluit corrigendo conſtitutionem d. Friderici ij. proaui ſui, quòd quilibet feudatarius poſſit pignorare, donare, vendere, permutare, & in vltimis voluntatibus relinquere, ſiue legare, & quomodolibet alienationis titulo transferre in vnam eandemque perſonam æquè dignam, Guilhel. à Perno *d. c. ſi aliquem verb mori, & d. conſ. 8. nu. 3.* poſteaque etiam per pragmaticam declarauit, ſuæ intentionis fuiſſe vt d. alienatio poſſit fieri in præjudicium agnatorum, à
Perno *d. conſ. 8. num. 4.* † Sed quamuis permiſſa aliena- 49
tione feudorum per *d. conſt. volentes*, ea ſint certo modo redacta ad inſtar allodialium, Cannet. *in c. volentes, §. ſed neceſſaria, num. 43. fol. 13.* non ita amplè & liberè vt per conſuetudinem Gallicanam, quæ omninò, & in quamcumque perſonam, & per quemcumque diſpoſitionis & alienationis modum poſſunt in alium transferri, Cannet. *d. c. volentes, §. colligitur, nu. 18. cum ſeqq. fol. 120.* Atque hic eſt verus intellectus dictarum conſtitutionum, ex quo & reſolutio quæſtionis, de qua agimus, & diſſolutio eorum, quæ in contrarium proponuntur, clariſſima erit

Cùm † igitur quæritur, an & quando fœmina exclu- 50
dat maſculum remotiorem, vt quæ à DD. diuerſis locis proponuntur, in vnum congeram, diſtinguendum eſt: Aut agitur inter eos qui ſunt ejuſdem lineæ, aut inter eos, qui ſunt diuerſæ lineæ, primo caſu rurſus diſtinguendum, aut inter eos qui ſunt de linea deſcendentium vltimò defuncti, aut verò inter collaterales ejuſdem: ſi inter deſcendentes, vt ſi agatur inter filiam defuncti & nepotem ex filio maſculo ejuſdem præmortuo, hoc caſu remotior maſculus excluderet filiam, Cannet. *d. §. annotandum, num. 35.* quod repræſentet & ſubintret in locum patris, *§. cum filius Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. deſer. §. 1. Nouell. 119. de hæred. ab inteſt. venien.* ſubintratio enim in ſucceſſione deſcendentium recipitur ex communi ſententia, Cannet. *d. c. ſi aliquem, verſ. ſed hic tractandum, nu. 4. fol. 306.* Nec obſtat quòd in ſucceſſione juris Francorum non ſit ſubintratio, hoc enim vel procedit tantùm inter collaterales in quibus terminis loquitur And. de Iſern. *cap. 1. §. his autem deficientibus, nu. 8. de ſucceſſ. fratr. & gradib. ſucceſſ.* Aut ſi etiam in deſcendentibus aliquo caſu procedat, id tantùm eſt cùm agitur inter eos, qui ſunt ejuſdem ſexus, & eſt tantùm controuerſia de gradu ad excluſionem vnius, quæ maritata eſt, vt ſi controuerſia ſit inter amitam maritatam & neptem ex alia ſorore in capillo exiſtentem non maritatam, non ſi quoque de prærogatiua ſexus agatur, vt ex Cannet. *d. verſ. ſed hic tractandum per totum*, conſtat. Quod ſi controuerſia eſſet inter filiam primogeniti præmortui & ſecundogenitum, grauiſſima eſt controuerſia inter DD. aliis exiſtimantibus, ſecundogenitum præferri aliis filiis, quòd patris locum ſubintrauerit, & ipſius perſonam repræſentet, quà de re Couarr. *pract. qq. cap. 38. n. 8.* & Afflict. *in cap. 1. nu. 20*

cum ſeqq. de natur. ſucceſſ. feud. filiam tameu præferri de jure Francorum communis & verior eſt opiuio, Couarr. *d. loco*, Palaes *part. 2. q. 6. num. 7.* Gutier. *conſil. 13. nu.* 14. Quod ſi inter collaterales vltimò defuncti agatur, poſtquam Siciliæ jus Francorum ad collaterales ampliatum fuit per conſt. Siciliæ, cùm ex ſui ptimæua natura poſtquam lineam vnam per admiſſionem primogeniti erat admiſſa, linea ſecundogeniti perpetuò excludebatur, & hoc erat proprium iu primogenitura juris Francorum, ſicut etiam eſt in primogenitura, conſuetudine inducta, vt ſupradictum fuit, etſi iu pleriſque primogenituris maximè teſtamento vel contractu inſtitutis, linea vna ingreſſa, ea quidem debebat omninò eattugui antequam ad aliam fieret tranſitus; tamen ſi omnes illius lineæ tam maſculi quàm fœmi-
51 næ deficerent, † ad ſecundogeuiti lineam fit tranſitus, Gutiet. *conſ. 13. nu. 11.* vt ſi agatur inter fratrem, patruelem; ſororem primam, & in hoc Cannet. exiſtimauit, fratrem patruelem admitti, etſi ſit in remotiori gradu, & excludere ſororem primam, quæ eſt proaimior, & tunc prærogatiuam ſeaus eſſe potiorem prærogatiuæ gradus, Cannet. inquam, *in d. c. ſi aliquem, nu. 7. vſque ad nu. 44.* qui *nu. 42.* recenſet alios authores ejuſdem ſententiæ, & nititur euertere rationes Pet. de Gregor. contrarium teneotis *part. 4. qu. 4. nu. 8. cum ſeqq. vſque ad fin.* ſed verior & communis opinio eſt contra Cannet. vt nimirum ſoror prima eacludat fratrem patruelem, & quòd jus Francorum, ac prærogatiua ſexus & primogenituræ non habeat locum niſi inter concurrentes in eodem gradu, vt docet Intrigl. *d. cent. 2. art. 43. nu. 10.* Curtia *d. c. ſi aliquem, verſ. prarogatiua, num. 7. fol. 217.* & ipſemet Cannet. eam communem omuium ſcribentium opioionem fatetur *d. c. ſi aliquem, verſ. præmittendum eſt, num. 73. fol. 245. & in d. verſ. ſed tractandum*, eam dicit communem, quamuis ibi eam impugnet, & ab ea diſcedat & nouiſſimè Maſtrill. poſt multos, quos refert, concludendum eſſe cum Gregorio contendit *in addit. ad Gregor. d. qu. 4.* Nec mirum, quia ſubintratio in collateralibus nullo modo recipitur ad excluſionem proximioris, Cannet. *d. verſ. ſed hic tractandum, nu. 3. & 15.*

Jam verò, vt ad ſecundum principale membrum diſtinctionis accedamus: ſi controuerſia ſit inter eos, qui ſunt diuerſæ lineæ, vt inter deſcendentem defuncti & collateralem, (quilibet enim fratrum conſtituit propriam lineam, & alter de alterius linea non dicitur, Dec. *conſ. 379. nu. 4.* Gutier. *conſ. 13. num. 12.* poſt Socin. &
52 Ruinum) † omnium eſt concors opinio, nemine diſcrepante, collateralem maſculum eacludi per fœminam, & ſic filiam primogeniti admiſſi eacludere patruum ſemel eacluſum, multo magis filium ejuſdem; & de hoc nullum eſſe dubium aſſerit Tiraquel *de primog. qu. 14. num. 2.* & Minado *in c. aliquibus, §. tertio noto, nu. 113. & 118 fol. 121.* Quod confirmatur ex eo quod ſuprà docuimus ea Camerar. *d. reſpon. verſ. Andrea ſubſcribis, & verſ. tres de jure, pag. 375.* ideoque cùm porrectum eſſet ad collaterales per Conſtit. Siciliæ tantum inter eos, qui in eadem linea eſſent, fuiſſe motam controuerſiam, an remotior maſculus excluderet fœminam proaimiorem, quod verba d. conſt. *vt de ſucceſſionibus.* ſatis denotant, quibus ſiue mares, ſiue fœminæ deſcendentes ea cæteris præferuntur, nec non verba d. conſt. *ſi aliquem*, quæ collaterales non admittunt, niſi feodatario nullo hærede legitimo per lineam deſcendentem relicto: fœminam verò legitimum hæredem *ex d. conſt. vt de ſucceſſionibus*, patet, & ea natura juris Francorum qua ipſæ capaces ſunt, vt ſuprà demonſtratum fuit. Atque hæc ſenteotia omniom DD. calculo eſt approbata, vt quoties eſt quæſtio inter eos qui ſunt diuerſæ lineæ vltimò defuncti vt inter filium & patruum filia ſit præferenda. Et quamuis ipſemet Cannet. ſatis clarè eandem ſententiam teneat, vt infrà dicetur, tamen maſculis quantum poteſt fauens, eam fuiſſe impugnatam & contrarium tenuiſſe Afflictum Jacob. de Sancto Georg. Præpoſit. & Lauden. ait *in d. c. ſi aliquem. verſ. ſed tractandum, num. 35.* & malè id aſſeruit. Nam Afflict. *in d. c. 1. d. nu. 13. de eo qui ſibi & hared.* dubitauit quidem de hujuſmodi ſententia, ſed clarè & certò eam ſequitur *in c. omnes nu. 33. ſi de feud. defunct. fuer. contro. inter dom. & agnat. & in c. 1. num. 19. de natur. ſucceſſ. feud.* ad quod c. 1. & ibi per eum dicta ſe remittit *in d. c. 1. de eo qui ſibi & hared.* Dubitauit, inquam, quòd non videret rationem diuerſitatis inter pactum & cõſtitutionem vel conſuetudinem. Sed ratio eſt manifeſta quoad tenorem pacti *d. cap. 1.* & conſuetudinis, vel conſtitutionis ea jure Francorum introductæ. Pactum enim omnes maſculos primùm vocabat, &, his deficientibus, fœminas: non mirum ſi maſculi, quamdiu adſunt, præferuntur. At per jus Francorum quod ſtatuitur & præcipitur per d. conſt. *in aliquibus*, primogenitura conſideratur, & ſic proximitas, ea enim à pari procedunt, non mirum ſi proximior fœmina excludat maſculum remotiorem, cùm ea ſit natura primogenituræ vbique terrarom, vt proaimior fœmina eacludat maſculum remotiorem, Raud. *d. c. 15. nu. 292.* Ideoque ſi pacto induceretur primogenitura, fœmina excluderet maſculum remotiorem, perinde ac ſi conſuetudine vel conſtitutione inducta eſſet, Greg. *d. part. 4. qu. 4. nu. 24.* poſt multos quos refert & Intrigl. ideoque differentiam non facit Andr. inter pactum & conſuetudinem, & conſtitutionem, quatenus pactum, conſtitutio, vel conſuetudo ſunt, ſed quatenus contenta in pacto, de quo *in d. cap. 1. de eo qui ſibi*, diſcrepant à contentis & ſtatutis per conſtitutionem, vel conſuetudinem primogenituram inducentem.

Jacob. de Sancto Georg *in ſua inueſtit. verb. & fœminis, nu. 15.* non oppognat ſententiam And. de Iſero. ſed eam eſſe dubitabilem in termiois conſuetudinis admittentis fœminas, vt ea quanto minus fieri poſſit lædat diſpoſitionem feudalem *c. cum dilectus de donatio. notat. in l. 2. C. de noxal.* Sed non loquitur in terminis juris Francorum, in quo contra maſculum ea ipſumet Jacob. de Sancto Georgio reſpondendum eſt; ipſe enim præſupponit obſeruationem juris feudalis in aliquo Regno, & ei poſtea per conſuetudinem, qua fœminæ admittuntur derogari, quæ propterea reſtringi debet, vt maſculus etiam remotior eacludat filiam niſi nominatim hoc quoque receptum eſt. Sed jus feudale apud Francos & in Francia nunquam habuit locum, imò jus commune Romanorum, nulla habita ratione juris feudalis, ſequendum eſt in ſucceſſione feudorum, vbi deficit loci conſuetudo particularis, Pet. Jacob *in ſua practic. tit. 63. de cauſ. ex quib vaſall.* aut vt alij allegant *de ſucceſſ. Reg. num. 1. & num. 15. cum ſeqq.* maaimè 27. & 28. imò ex natura juris Francorum eſt, vt fœminæ ſuccedant, vt ſuprà edoctum fuit. Ergo ſi conſuetudo inducatur, vt aliquo caſu excludatur per maſculos, vt ſit per jus primogenituræ vſu receptum, id debet intelligi vt quanto minus jus Francorum & commune Romanorum lædat, vt nimirum fœmina eacludatur ſolùm per maſculos ejuſdem lineæ & gradus. Rurſus Jacob. dubitat in terminis ſimplicis conſuetudinis: at aliud eſt in ea qua primogenitura introducitur, de cujus natura eſt vt linea ſemel ingreſſa, quamdiu mares vel fœminæ ex ea ſuperſunt, non debeat fieri tranſitus ad aliam, quodque filia vltimò defuncti excludat patruum, Couar. *d. lib. 3. variar. reſolut. cap. 5. num. 5. verſ. rurſus ſeptimò.* Gutier. *conſil. 13. num. 11.*

ſed &

Sed & in terminis ſimplicis conſuetudinis, in locis vbi
jus feudale eſt in vſu, inductæ, Jacob. de Sancto Georg.
reprehenditur à Pariſ. *conſ.21. num.29.30.31. lib.1.* qui i-
pſius rationibus ſatisfacit & contra Jacob. retorquet.
Præpoſit. quoque *in d.c.1. num.4.* de eo qui ſibi loqui-
tur in terminis conſuetudinis contra jus feudale in Re-
gno receptum introductæ, & idcò idem quod de Ja-
cob. de Sancto Georg. Laudenſ. quoque *in d.c.1. in fin.*
in eiſdem terminis quibus Jacob. & Præpoſit. loqui-
tur, & hoc modo illi ſatisfit. Aduertendum tamen, hos
in terminis conſuetudinis loquentes, ex ſuo capite ea
proferre, illa ſola ratione emoti, quòd jus commune,
quanto minus fieri poſſit, lædi debeat, & nullum Do-
ctorem allegantes loqui, cui rationi optimè ſatisfacit
Pariſ. *d. conſ.21. num.31.* Sed quidquid ſit in terminis ſim-
plicis conſuetudinis hoc certiſſimum eſt, & ab omni-
bus nemine diſcrepante, receptum in jure Francorum,
& quacumque alia primogenitura (modo ne ſit genti-
litia, maſculina, perpetua, etiam ad excluſionem fœmi-
narum per remotiores maſculos inducta) vt ſcilicet fi-
lia primogeniti admiſſi excludat patruum.

53 Quæ concluſio ex doctrinis certiſſimis confirma-
tur, † quia in omnibus majoratibus linea vltimi poſ-
ſeſſoris primùm conſideratur, vt qui ex ea ſint, ſiue ma-
ſculi, ſiue fœminæ, cæteris præferantur, ſecundò gra-
dus, tertiò ſexus, quartò ætas, vt explicant Molin. *de
primog. lib.3. cap.4. num.13.* Alnarot. *de conjectur. mente,
lib.2. cap.3. § 3. nu.44.* Auend. *ad ll. Taur. l.40. gloſ.17. nu.
16.* omninò videndus, alter Molin. Theologus, *de pri-*
54 *mogen. lib.2. diſp.625. n.5.* Quod † etiam in Regnis, Du-
catibus, Marchionatibus, & Baronijs, in quibus jure
majoratus ſucceditur, procedit, Molin. poſt varios quos
refert & ſequitur *lib.3 cap.4. nu.5.* Semper enim illi qui
ex linea vltimi poſſeſſoris procedunt, ſiue maſculi, ſi-
55 ue fœminæ, cæteris præferuntur, † & linea ſemel in-
greſſa non fit tranſitus ad alias lineas, donec ex ea de-
ſcendentes finiantur, *cap.1. §. fin. de natur. ſucceſſ. feud.* &
ibi communiter notant DD. vt Afflict. *num.77.* Molin.
d. cap.4. nu.14. Grammat. *dec.354. nu.6. & 7.* Burg. *conſ.19.
nu.48. & 49.* optimè Gutier. *conſ.13. nu.11. & 12.* Maximè
ſi ſemel aduerſarius vel pater ejuſdem fuerit excluſus,
Burgos ibid. *nu.50. & 59.* tam hoc quàm ſuperiori loco
ſicut & Gutierrez videndus omnino. Qui enim ſunt
ejuſdem lineæ vltimi poſſeſſoris defuncti, præferuntur
maſculis alterius lineæ, etſi à primo inſtitutore deſcen-
dentibus, Molin. & Gutierrez (qui *nu.12.* poſtquam pri-
56 mogenitus admiſſus fuit poſt patrem † fratrem ipſius
aliam lineam propriam conſtituere, & vnum de alte-
rius linea non dici docet) d. locis & Aluarot. *d. cap.3. §.3.
nu.44. fol.326. & d. cap.3. §.4. num.31.* Quod & jure com-
muni conueniens eſt: nam, vt inquit Tiraquell. *d. §.7.*
filius primogenitus, qui ſucceſſit, moriens tranſmittit
in ſuum hæredem etiam fœminam *l. cum antiquioribus,
C. de jur. deliber. l.1. C. de his qui ante apert. tab. l.1. §. in no-
viſſimo, C. de caduc. tollend.* Sufficit enim ſemel fuiſſe jus
quæſitum *l. videamus ff. quod met. cauſ.* Et planè quis vn-
quam audiuit tractari de collateralibus quamdiu ad-
ſunt deſcendentes, data capacitate fœminarum.

57 Ex † quibus concluditur, quòd quando eſt contro-
uerſia inter eos qui ſunt diuerſæ lineæ, certiſſimum eſt
filiam præferri maſculis alterius lineæ. Nam vt erudi-
tè docet Gregor. *d. q.4. nu.19.* ex allegationibus in quæ-
ſtione Barnmiæ fluminis Dionyſij, jus Francorum, ita
quòd maſculus fœminæ præferatur, debet intelligi ſo-
lùm quando concurrunt plures perſonæ ejuſdem gra-
dus & lineæ, vt ſi concurrant plures filij, plures nepo-
tes in linea deſcendentium, vel plures fratres, & ſoro-
res, patrui & amitæ in tranſuerſali, non autem ſi feu-
dum tranſiuerit ad vnam lineam inter vnum ex d. linea
& alium ex tranſuerſali, vt ibi fuſiùs explicat, & cùm
in noſtro caſu nedum primogenitus, ſcilicet Janſanus,
fuerit admiſſus, & feudum tranſitum fecerit ad ipſius
Janſani lineam, ſed & ad Joachimum ejuſdem Janſani
filium, qui tandem, relicta filia & ex ea nepote etiam
ſibi agnato deceſſerit, & quod magis eſt, non de Ludo-
uico fratre Janſani, ſed de ejus filio agatur, res eſt abſ-
que omni omnino difficultate d. ſc. Dominum Anto-
nium, dato jure Francorum, nullum jus prætendere
poſſe.

Jam verò ad ſecundum membrum noſtræ diſputa-
tionis, circa ſecundum caput reſponſionum per Ad-
uocatum aduerſæ partis datarum accedentes, expen-
damus paucis verba d. cap. Ait non obſtare quod dici-
tur, filiam vltimi defuncti præferri cæteris agnatis re-
motioribus, ex Greg. & Intrigl. locis ſuprà citatis, quod
alteratum ſit jus Francorum per conſtit. Siciliæ, idque
probare intendit ex Iſernia (quem tamen nos pro no-
bis alleganimus) *d. cap.1. de eo qui ſibi & hered.* modo ſu-
prà expreſſo. Dicimus ex quinquaginta duobus DD.
vel de jure Francorum nominatim, vel de quacumque
primogenitura, vel generaliter de primogenitura ac ſe-
xus & ætatis prærogatiua loquentibus, & noſtram ſen-
tentiam in fauorem filiæ veriſſimam aſſerentibus, &
quorum pauciſſimi Sicularum Conſtitutionum men-
tionem faciunt, & ferè omnes nullam earum rationem
habent: ſed in natura juris Francorum vel primoge-
nituræ ſolùm ſe fundant, ſatis ſibi putarit, ſi duobus
ſatisfaceret, & alteri, nimirum Andreæ de Iſernia, ne-
dum ſatisfaceret, ſed pro ſe allegaret ſub prætextu Si-
cularum Conſtitutionum. Cur non cæteris ſuprà alle-
gatis ſatisfecit rem in terminis decidentibus? Saltem
Tiraquello *d. qu.10. num.20. qu.14. num.7. q.40. num.3.*
Couar. *d. lib.3. cap.5. num.5. verſ. ſeptimo variar. reſolut.* &
Othon Friſing. *d. lib.2. cap.29.* & Camerar. *d. reſpon. pag.
373.* qui duo poſtremi de conſuetudine in Gallia, circa
hanc primogenituram obſeruata, teſtantur: at hic po-
ſtremus inſaniam manifeſtam vocat velle præferre fra-
trem filiæ vltimi poſſeſſoris: ſed nec ſatisfecit his tri-
bus, imò hi, ſi ſoli eſſent, pro noſtræ ſententiæ defen-
ſione ſufficerent.

Nam † quoad Andr. de Iſern. *in d. cap.1.* is quidem 58
firmat regulam, fœminas non admitti, quamdiu ſu-
perſunt maſculi deſcendentes à primo inueſtito in
terminis ſcilicet illius capitis primi, & inſpecto vſu
feudorum, & declarat non habere locum in Regno
Siciliæ, propter conſtitutionem, *in aliquibus*, non cor-
rigendo jus Francorum illúdve alterando, de quo nul-
lam antea fecerat mentionem, ſed alterando jus feu-
dorum, de quo loquutus fuerat, & quod interpretaba-
tur. Imò ex jure Francorum remotiores maſculos ex-
cludi à filia, contra determinationem *d. cap.1.* quod jus
Francorum per d. conſtitutionem reductum fuerat
contra prauam conſuetudinem, quæ ex vſu feudorum
manauerat, vt ſuprà demonſtrauimus, quodque jus
confirmatum fuit per conſtit. *vt de ſucceſſionibus*, & am-
pliatum ad collaterales vſque ad ſextum gradum per
conſt. *ſi aliquem*. And. de Iſernia facit mentionem con-
ſtit. *in aliquibus*, quod per eam jus Francorum anteà
conſuetudine receptum, & poſteà ex vſu feudorum in
aliquibus partibus deprauatum, in vſum reductum
fuerit; ſed quod per illas alteratum fuerit, quis hoc
dicit? & vbinā conſtat quòd ante d. conſtit. remotio-
res agnati excluderent filiam de jure Francorum, quod
cùm non conſtet, non debemus inducere juris corre-
ctionem; correctio eſt, ſed prauæ conſuetudinis ex jure
feudali inductæ non Francorum. At imò conſtat de
contrario ex d. Othone, Camerario, Cephalo & alijs.
Quia igitur jus Francorum vel reductum, vel confir-

matum, vel ampliatum fuit per conſtitutiones Siculas, ideò & Andr. & Gregor. & Intrigl. dictarum conſtit. mentionem faciunt, quale ſit jus Francorum, & qualis ejus natura ex eo jure in d. conſtitutiones relato, non alterato, demonſtrantes, & d. Andr. ſatis hoc docet, quia cùm primùm dicit fœminas in Regno per conſtitut. ſuccedere, ſatis poſtea demonſtrat hoc eſſe, quia jus Francorum per eas fuit inductum, quia de illo mentionem facit. Ideoque dum quæſtionem ſuam reſoluit & concludit, ſimpliciter ait, quòd de jure Francorum filia excludit patruum, vſio faciens in natura juris Francorum in conſtitutiones relati, non autem quod conſtitutiones illam ipſam dederint. Et planè And. de Iſern. ita intelligendum eſſe, vt nimirum non alteratum, ſed ſimpliciter relatum jus Francorum fuerit in conſtitutiones, & quod filia excludat patruum, id manare ex mera & eſſentiali natura juris Francorum non ex aliquo jure ſpeciali in Regno Siciliæ per cõſtit. introducto, patet ex eo quòd DD. vel de jure Francorum vel alia primogenitura, vel de prærogatiua ſexus & ætatis loquentes, ac filiam patruo præferentes, hujus ſententiæ authorem præcipuum allegant d. Andr. de Iſern. *in d. c. 1.* vt inter cæteros faciunt Molin. *lib 3. cap. 4. nu. 5.* Auenda *ad ll. Tauri l. 40. gloſ. 9. nu. 4.* Ioann. de Amic. *tit. qui feud. dare poſſ. q. 1. fol. 187. & in §. item dicit*, Andr. *fol. 26.* Thom. de Marin. *de feud. fœmin. tit. 11. num. 47.* Et certè Ioann. Andr. tam in terminis conſtitutionis, quàm conſuetudinis, intelligendum eſſe docet Pariſ. *d. conſ. 11. nu. 29. & 30.* & Cephal. *d. conſ. 251. num. 60. 62. 63.* &, vt vno verbo dicam, per conſtitutiones Regni non correctum vel alteratum, ſed declaratum in ſucceſſione ab inteſtato ſeruari in regno in ſucceſſione feudorum jus Frãcorum, vt in terminis docet Cannet. *in c. ſi aliquem, verſ. ſed præſtat quærere num. 4. fol. 271.* Quod non facerent ii in Regno Siciliæ ex vi conſtitutionum non ex natura juris Francorum procederet. Cur igitur aliam volumus illi dare interpretationem, & imaginari juris Francorum alterationem, de qua nullibi conſtat: imaginemur juris feudalis alterationem & correctionem per juris Francorum inductionem, & bene imaginabimur.

59 Quoad † d. conſtitutio. *in aliquibus, vt de ſucceſſionibus, & ſi aliquem*, quæ pro confirmatione ſuæ ſententiæ affert, tantum abeſt vt pro eo faciant, & imaginariam alterationem juris Francorum probent, quin potiùs ex ſuperioribus maximè ijs, quæ ſuprà circa earum interpretationem diximus, clariſſimè conſtat eos manifeſtè ſententiam noſtram confirmare. Neque enim per eas jus Francorum alteratum ſed inductum, & ad collaterales ampliatum, & per illud feudorum jus correctum fuit.

60 Quoad † Petrum de Gregor. & Intrigl. vterque quidem & Intrig. certè *num. 11.* Greg. verba referens *num. 8.* profert verba *cap. ſi aliquem*, ibi (*in ſimili gradu conjunctis*) & ibi (*ſiue ſint maſculi ſiue fœminæ concurrant*) & ibi (*niſi forte duobus concurrentibus*) pro ſuæ ſententiæ confirmatione; non quod per conſtit. jus Francorum alteratum ſit, ſed quod ejus natura, qualis ſemper fuit, & eſt fuit in d. conſtitutio. expreſſa, patet ex eo, quòd ſeclu̇ſis his verbis, vterque illam ſententiam aliunde confirmet, & nulla eorum verborum ratione habita veram probet, maximè Gregor. *nu. 10. & ſeqq. vſque ad num. 22.* & Intrigl. *à num. 12. vſque ad n. 22.*

61 Adde quòd verba d. conſtit. *ſi aliquem*, procedunt inter collaterales, ad quos per eam conſtit. fuit ampliatum jus Francorum, quo caſu quæritur, an prærogatiua ſexus ſit potentior prærogatiua, gradus, vel contrà: ſed nos verſamur inter filiam defuncti & collateralem, quantumuis à primo deſcendentem, quo caſu ſcilicet, cùm eſt ingreſſa linea, hujuſmodi quæſtio non habet repugnantem.

Quoad † Corneum, quem Dominus Aduocatus aſſerit ita nominatim diſtinguere & jura conciliare, *conſil. 199. num. 38. 39. & 44. cum ſeqq. vol. 2.* vt ſcilicet ex jure Siculorum, non Francorum fœminæ excludant remotiores maſculos, quodque per conſtitutio. jus Francorum ſit alteratum. Reſpondetur, ne verbum quidem ea de re penes Corneum. Is quidem aſſerit, per conſtit. Regni fuiſſe prouiſum in feudis, in quibus viuitur jure Francorum, vt proximior ſuccedat feudatario, non corrigendo jus Francorum hoc prouiſum fuit, ſed illud, quod conſuetudine receptum erat in conſtitutiones inducendo, & ad collaterales ampliando. Et Corneum nunquam intellexiſſe jus Francorum in hoc correctum fuiſſe, vel alteratum; ſed eam prouiſionem fuiſſe factam ad correctionem juris feudalis, non Francorum, patet ex eodem Corn. *num. 36.* vbi ait, in feudis maſculos fœminis præferri etiam vbi fœminæ ſuccedunt in feudo de jure communi feudorum, *ex c. 1. de eo qui ſibi & hæred.* de cujus intellectu nos poſteà dicemus, quo nonobſtante contrarium reſpondet *d. n. 38. 39. & 44.* propter conſtit. Regni, quibus inducitur jus Francorum. Et clariùs, non jus Francorum, ſed jus commune feudorum per d. conſtit. correctum & alteratum docet *d. n. 44.* dum reſpondet *d. c. 1.* quod dicit intelligendum ſecundùm generalem naturam ſeu conſuetudinem feudorum, ſecundùm quam non admittuntur fœminæ niſi ex pacto. Diſtinguit igitur & corrigi ait jus feudum per conſtit. Corn. non jus Francorum, nec abs re erit, ſi repetamus quod ſuprà diximus. Quis aſſerit ante conſtit. filiam de jure Francorum excludi per patruum, vt dicamus per conſtit. alteratum? Nec obſtant verba hæc; *ſpecialiter prouiſum, d. num.* & appoſita. Nam ea non denotant correctionem juris Francorum, ſed quia ſpecialiter, hoc eſt per prærogatiuam quamdam, ac proprium ac peculiare jus Francorum inductum fuit ad correctionem juris feudalis, quo fœminæ per remotiores maſculos *ex d. c. 1.* excludebantur, vt hanc dictionem interpretatur Cannet. *in c. ſi aliquem, verſ. ſed præſtat, num. 1. fol. 273.* & Intrigl. *cent. 1. q. 50. num. 213.* ita vt illa dictio inductionem non correctionem juris Francorum denotet.

Denique reſpondetur, Corneum loqui de ſucceſſione collateralium, vt conſtat à *nu. 35. & 37. in fin. & nu. 46. verſ. nec obſtat quod ſuprà.* At verum eſt ſpecialiter per conſtit. jus Francorum ad eos ampliatum fuiſſe, cùm antea ſolùm ex primæua juris Francorum natura inter deſcendentes tantùm locum haberet, & Cannet. ipſe *num. 37. fol. 280.* ita Corn. intellexit; cui propterea nititur reſpondere, cùm ipſe, quoties controuerſia eſt inter collaterales, contrarium ſentiat, idemque Corn. *d. n. 46.* quoties cõtrouerſia eſt inter filiam & patruum, clarè firmat patruum excludi.

Quoad † Cannetium, *d. verſ. ſed tractandum à nu. 7. vſque ad num. 45. fol. 275.* Reſpondetur, eum nullo modo aſſerere, jus Francorum quoad excluſionem maſculorum remotiorum per fœminas fuiſſe correctum per d. conſt. *ſi aliquem*, ſed ſolùm tractat, an cùm controuerſia eſt inter collaterales, eoſque qui ſunt in eadem linea tranſuerſali, remotior maſculus excludatur à fœmina, tacitè innuens, imò ſat ſ clarè id volens, ſi verba ipſius bene expendantur, quòd quamuis ipſe in fauorem remotioris maſculi contra fœminam collateralem reſponderit, aliud tamen ſtatuendum ſit, ſi quæſtio eſſet inter filiam vltimò defuncti & patruum, idque demonſtrat per totum illum verſiculum, ſed maximè *nu. 10. vſque ad num. 17.* dum ait, nullo jure conſtitutionum caueri, quòd fœmina proximior excludat maſculum remotio- 62

Digitized by Google

remotiorem. Clarum enim eſt, per conſt. *vt de ſucceſſionibus*, omnes deſcendentes, ſiue mares ſiue fœminas vltimi defuncti præferri ejuſdem collateralibus; & per conſtit. *ſi aliquem*, non vocari collaterales niſi deficiente linea deſcendenti: ergo non intellexit cùm de filio defuncti agitur. Sed clarius *num.32.* dum reſpondet authoritati Joannis Andreæ *in d.cap.1.* & ait Andræam loqui de ſucceſſione directa deſcendentium, quæ terminatur in filijs, & prima cauſa ſit deſcendentium, *& nu.35.verſ. nec deciſio*, cùm ait deciſionem Andreæ procedere in ſucceſſione deſcendentium, & in ſuo caſu tantùm, cùm ſcilicet agitur inter filiam primogeniti admiſſi & patruum, non autem in terminis conſtit. *ſi aliquem*, in ſucceſſione ſe transuerſalium, ſatis clarè Andreæ deciſionem veram eſſe fateos; quamuis malè ſubjungat, Andræam habuiſſe in ſuo caſu ſuæ ſententiæ oppugnatores, Martin. Laudenſem, Præpoſit. Afflict. & Jacob. de Sancto Georg vt ſuprà demonſtratum fuit.

Sed & in caſu ſuo Cannerius fallitur, & quamuis ageretur inter collaterales ipſos ejuſdem lineæ, prærogatiua gradus eſt potentior prærogatiua ſexus; ex Gregor. *d.part. 4.q.4.* quæ ſententia & communis eſt & verior, vt, reprobata opinione Canner. docent Cumia *in d.c. ſi aliquem, verſ. prærogatiua, nu. 7.* Intrigl. *d.art.43.nu.10. cum ſeqq.* & Maſtrill. ad Gregor. *d q.4.*

63 Nec † quicquam obſtat quòd d.D. Conſultor ait ex Cannet. *d.loco d.c.1. de eo qui ſibi*, non eſſe correctum per d.conſt. *ſi aliquem* quo ſcilicet cap. cauetur, non niſi deficientibus omnibus maſculis, vocari fœminam: nam demus non eſſe correctum, quod tamen Andr. de Iſer. *in d.c.1.* Pariſ. *d.conſ.21.nu.29.& 30.* & communiter DD. ſuprà enarrati eſſe correctum tenent; & præterquam quod d.cap. loquitur tantùm inter eos qui ſunt ejuſdem gradus, vt bene animaduertit Corn. *d. conſ.199 nu.44.* & Gutier *conſ 13.num. 25.* & firmat Bald Gloſſ. nepotem amitæ præſcientem reprehẽdens, & quod d.Cannet. loquitur, cùm controuerſia eſt inter collaterales, maximè cùm dicat non eſſe correctum per conſtit. *ſi aliquem*, quæ tantùm de collateralibus ſtatuit; & quæ omnes reſponſiones veræ & ſolidæ ſunt. Tamen præſuppoſito & non conceſſo eas omnes ceſſare. Reſpondetur *d. cap.1.* quantumuis eſſet in vſu, nihil facere ad caſum noſtrum, & in primogenitura juris Francorum, & quacumque alia, data tamen capacitate fœminarum. Nam illud procedit, quando inueſtitura ponit omnes maſculos ex parte quos fœminis præferebat, ſecundùm Bald *in auth. ceſſante, col. vlt. verſ. dicas quod, C. de legit. hæredib.* & Bald. interpretans Menoch. *conſ.315. nu.14.* quod inueſtitura illa volebat quoſcumque maſculos, ſiue natos ex maſculis ſiue fœminis præferendos fore fœminis, & ideò ſemper & quouis tempore, quo maſculus ſuperuixiſſet, fœmina excludebatur, & ita ſcilicet d.cap. procedere, quando ex pacto inueſtituræ omnes maſculi præferebantur, & ſecus eſſe in terminis primogenituræ, vel juris Francorum, vel aliæ, quo non omnes maſculi, ſed ſimpliciter ex vi primogenituræ maſculus fœminæ, primogenitur ſecundogenito præfertur, docent Gregor. *d.part.4.q.4.nu.23.* Tiraquel. *de primogen. qu.40 num.147.* (qui ex juris meta diſpoſitione, nulla Siculorum conſtitutionum habita ratione, id aſſerit) nec non docent Cumia *d.loco num.7.* Intrigl *d.art.43.num.24.* Menoch. *d.conſ.315. numero 40.*

Secundò reſpondetur, d.cap. non procedere quando conſuetudine vel pacto primogenituris vel primogenita præfertur, quia tunc filia magis propinqua excludet maſculum magis remotum, ita limitat illum textum ſingulariter Baldus *conſ.143. quod pro regula vol. 1.* quem refert & ſequitur Gutt. *in tractat. de feud. in 1. part.15.qu.* & ità dicit fuiſſe de mente Andreæ de Iſernia *in d.cap.1.* Jacobi de Sancto Georg *tract. de feud. in verb. & fœminis num.13. verſ. quid autem ſi conſuetudo*, etſi ipſe aliter ſentire videatur, & malè, ipſumque reprehendit Pariſ. *d.conſ.21.nu.30.& 31.* & ipſius rationem refellit, vt ſuprà diximus, præterquam quòd Jacob. de ſimplici conſuetudine fœminas admittente, & non de primogenitura loquitur, in qua certiſſimum eſt, data capacitate fœminarum, d.cap. non habere locum. Atque hanc ſolutionem in terminis dant Gregor. *d. q. 4. nu.24.* & Intrigl. *d.art.43.num.25.* quæ ſententia veriſſima eſt & manat ex ea doctrina certiſſima, qua in primogenituris, data capacitate fœminarum, & de jure communi & vbique terrarum filia primogeniti admiſſi excludit patruum.

Poſtremò reſpondetur, dictum cap. procedere tantùm vbi merum jus feudale eſt in obſeruantia, quo fœminæ ſunt incapaces *l.1. §. filia qui feud. dar. poſ.* cui per pactum & formam inueſtituræ derogatum eſt, ſecus ſi ex natura feodi fœminæ ſint capaces, vt ſunt in jure Francorum, ſalua tamen prærogatiua ſexus & ætatis, vt ſentit Auendan. *ad l. Tauri l.40. gloſ.9.n.38.& 39.*

Tertiò † nititur d. Cõſultor reſpondere, *c.1. de duob. fratrib. à capit. inueſt.* quo filia vltimi defuncti excludit patruum, atque id ſolùm duobus concurrentibus procedere ait, nimirum feudo nouo exiſtente, & quòd fœminæ in inueſtitura ſint comprehenſæ: feudum verò hoc de quo agitur, eſſe antiquum, in quo quàmdiu adſunt maſculi à primo inueſtito deſcendentes, fœminæ repelluntur, & ad quos, ſublato impedimento maſculorum, qui erant priores in grado, feudum potiùs dicitur reuerti, quàm de nouo dari, vt declarat Andræas de Iſer. *in c. ... §. hoc quoque*, eum id ipſe allegat, *& olim; num.8.& 9. de ſucceſſ. feud. & in c.1. §. & filius fratris Imperator Lotharius c.1. §.1. nam & illud num.5. in fin. de eo qui ſibi.* Sed his vno verbo ſatisfit, ſi dicamus nos id cap. nunquam pro noſtræ ſententiæ confirmatione allegaſſe, nec recurriſſe ad libros vſus feudorum aut naturam feodalem in eis deſignatam: cùm in jure Francorum, & quacumque primogenitura, data capacitate fœminarum, nulla juris feudalis habeatur ratio, quatenus illud fœminis nocet, vt ſuprà docuimus, maximè ex Petro Jacob. *d.tit.63.nu.15.19.27 & 28.* & Couar. *d.c.5.* Sed poſtquam id cap. allegarũt id non minimum facit pro ſententia noſtra. Etſi enim in noſtro caſu non ſit habenda ratio juris feudalis, quatenus nocet fœminis, tamen ſi quid prodeſt, id multo magis allegandum eſt, cùm eo jure fœminæ ſint adeò repulſæ. Prodeſt; inquam, hoc caput, ſi ad duo aduerterimus. Unum; agi quidem ibi de nouo feudo, ſed non ex eo filiam admitti, nam data conceſſione feudi ſub forma in eo capite contenta, etſi per plures gradus ad liberos vtriuſque ſexus feudum tranſiuiſſet, & factum fuiſſet antiquum, non propterea minus filia poſtremo loco relicta excluſiſſet maſculos ex altero latere deſcendentes, vt DD. ibi docent, & ratio capitis conuincit. † Alterum, ſophiſma eſſe in nomine æquiuoco, *antiqui feudi*, quod in materia feudorum duplex eſt, vnum ex pacto & prouidentia, alterum hæreditarium, Thom. de Martin. *tit.2.3.& 6.* Illud verum, & rectum feudum eſt; Andr. *in c.1.nu.2. verſ. item loquimur Imp. Lotharius.* Vtrumque autem quod ab vltimo poſſeſſore non habuit originem, feudum autem Caſtri-noui non eſt ex pacto & prouidentia, (ſed nec ſtrictè hæreditarium tantùm) & tale eſſe negatur, & id eſt, de quo quæritur; quod probandum eſt pro parte aduerſa. non pro certo ſtatuendum & multis quidem annis à prædeceſſoribus d. quondam Joachim poſſidetur, ſed non ſequitur, eſſe ex pacto & prouidentia; alioquin ſi ex ſola 64 65

longinquitate temporis tale eſſet, ſequeretur feudum
purè & abſolutè hæreditarium, necnon degenerans
(quale nedum eſt noſtrum hoc, ſed longè magis cùm
ſit ad inſtar patrimoniorum) eſſe antiquum ex pacto
& prouidentia, cùm tamen hæc ex diametro pugnent.
Verum quidem eſt, à feudo recto, vero, & antiquo, ex
pacto & prouidentia fœminas repelli, & potiùs dici
ad agnatos reuerti, quàm illis de nouo acquiri ex And.
in d.c.1.§.hoc quoque, nu.9.& 10.& in c.1.§.& filius fratris Imp. Lotharius, qui vtrobique loquitur de recto & ve-
ro feudo, ex pacto & prouidentia: ſed negamus hoc
noſtrum tale eſſe. Quantum ad Andræam *in d.cap.1.§.*
nam & illud in fin.de eo qui, nihil facit ad rem, procedit
enim in terminis *d.c.1.* de quo fusè diximus, & ideò
Cannet. *in d.c.ſi aliquem verſ.annotandum, nu.35.fol.279.*
poſt Sonſbech. *in ea formula, vt deficien.maſcul.fœmina*
ſuccedant, generaliter reſpondet, filiam defuncti exclu-
dere tranſuerſales. Sed non diutius in his inhærêdum,
cùm fundamentum non fecerimus *in d.c.1. de duob. fra-*
trib. à cap.inueſt. quamuis aliqui DD. *in illo c.1.num.11.* &
ipſemet Cannet. ita intelligit, cùm agitur de filia vlti-
mò defuncti *d.§.ſed tractandum, nu.34.35.fol.279.* ad ex-
cluſionem remotioris maſculi; cùm non conſtat eſſe
ex pacto & prouidentia allegant vt Gutierrez *d.conſ.13.*
66 Debuit † reſpondere ſi poſſet *cap.1.§.fin. de nat. ſuc.*
feud. & cap.1. de ſucceſſ. fratr. & grad. ſucceſſ. quæ ſolent
pro hujus quæſtionis deciſione allegari, vt per Gutier.
d.n.11. & Gregor. *d.q.4.* vbi textus dicit, quòd quamdiu
exiſtunt liberi, ſeu filij, vel nepotes, & deinceps illius
qui tenebat feudum, cæteri remouentur agnati, inter
liberos autem filiæ enumerantur, deficientibus liberis
maſculis, ſi ejus conditionis ſit feudum, vel eo pacto
acquiſitum, nec niſi his deficientibus agnatos vocat,
& ibi Andr. de Iſernia *num.2.* Et qui textus loquitur in
feudo antiquo, nominatim enim paterni feudi facit
67 mentionem, † quia etſi aliàs paternum & antiquum
differre dicantur, quod paternum dicatur vſque ad
quartum gradum aſcendendo, antiquum ſupra quar-
tum gradum, Intrigl. *centur.1.qu.22.nu.1.& 2.* tamen feu-
dum antiquum, auitum & paternum pro eodem po-
nuntur, quia ſunt ejuſdam naturæ & potentiæ, Clar. *in*
d.§.feudum, qu.8. verſ.inter alias, vbi teſtatur commu-
nem opinionem Intrigl. *d.q.22.nu.5.* & in terminis illius
cap.1. feudum paternum largè ſumi, & antiquum com-
prehendere docet Intrigl. *d.q.22.num.13.* & Joan. Paul.
Balzaran. *in d.c.1 num.17.* Atque hunc textum in feudo
antiquo intelligendum docent, & ita hunc textum in-
telligunt DD. maximè Afflict. ibid. *nu.2. & 8.* Aluarot.
in princ. & Præpoſit. *nu.1.* & Balzara. *nu.9. circa fin.* & ra-
tio id verum eſſe conuincit, quia ſcilicet deficiente li-
nea deſcendenti vocat collaterales, qui non vocaren-
68 tur ſi eſſet feudum nouum, † ad quod tranſuerſales,
niſi nominatim in inueſtitura hoc cautum ſit, non ſuc-
cedunt, *c.1.de fratrib. de nouo benef. inueſt. & c.vnico in fi.*
de frat. à capit. inueſt. & c.vnic. in fin. de ſucceſſ. feud. Corn.
conſ.199 nu.42.lib.2. Gregor. *part.4.qu.4.num.1.2.3.4.* &
conciliatur cum *cap.1. de eo qui ſibi*, vt illud intelligatur
quando ſunt in pari gradu, vt docet Corn. *conſ.199.nu.*
44.lib.2. & Gutier. *conſ.13.nu.25.*
Atque ex his tolluntur reſponſiones, quæ ex aduer-
ſo dantur circa juris Francorum naturam & interpre-
tationem, ſed cùm nos præterquam quòd docuerimus
d. Dominum Antonium nedum deficere in probatio-
ne ſui juris, per eum prætenſi; ſed etiam, conceſſa pri-
mogenitura juris Francorum, eum nihilominus repel-
lendum; & cauſam d. Franciſci, nomine quo procedit,
potiorem eſſe, vlterius proceſſerimus, & ex abundanti
demonſtrauerimus, ſemper licitum fuiſſe, & licuiſſe
Dominis d. loci de eo liberè tam inter viuos, quàm in
vltima voluntate diſponere, & illud in quemcunque
vellent alienare, vt reipſa fecerunt, diſpoſitioneſque
& alienationes effectum habuerunt: ita vt prætenſæ
primogenituræ, quæcumque tandem illæ dicantur, ſint
meræ chimeræ, idque veriſſimè per varia fundamenta
in priori conſilio docuerimus, enititur duo ex his euer-
tere, ſcilicet quòd emptitium ſit, & verè, abſolutè, &
ſimpliciter hæreditarium.
Quartò, † idē, inquit, non obſtat quòd hoc feudum 69
proponatur à nobili quondā Giraudo de Simiana em-
ptū circa annum Domini 1373. & propterea, ad inſtar pa-
trimonialium, ad quoſcumque hæredes etiam ſucceſ-
ſores particulares tranſeat, ita vt fœminæ ſine difficul-
tate admittantur, ex Curt. juniore, *in tract. de feud. part.*
3. limit.6. & Claro *in §.feudum qu.73.nu.6.* Nam, inquit,
reſponderent, fœminas propterea non eſſe admiſſibiles
ſi ex feudi natura admitti non deberent, vt declarat
ibidem Clar. vnde Menoch *conſ.391. nu.38.* vult eo ca-
ſu, ſcilicet quo ex feudi natura non debent admitti
fœminas, in feudo empto admitti tantùm poſſe, defi-
cientibus denuo maſculis, & illis non exiſtentibus, &
ſic in præjudicium Domini aſſentientis, non autem
maſculorum; ſed hîc ex feudi natura, in quo jure
Francorum viuebatur, fœminæ excludebantur, & ſic
repugnante natura feudi non poſſe fœminas, etſi fuerit
emptum, ſuccedere.
Hujuſmodi † reſponſio omninò vana eſt, & contra 70
ipſum retorquetur; imò ex ipſa omninò conuincitur,
& hujuſmodi fundamentum, ab emptione per d. Gi-
raudum de Simiana facta deſumptum, validiſſimum
eſt, cui nulla ratione ſatisfieri poteſt, & quod ſolùm
pro victoria cauſæ ſufficit. Hoc igitur ſtatuo, veriorem
eſſe, & communiorem opinionem, vt in feudo empto
fœmina ſuccedat, Clar. *d.q.73.num.6.* Roman. *conſ.97.*
in vlt.col. ſiue id à Domino ſiue à vaſallo fuerit em-
ptum, Decian. *conſ.58.num.49.vol.1.* quod etiam magis
communiter à feudiſtis receptum atteſtatur Intrigl.
cent.2.art.2.num.225. idque abſque dubio dum integro
pretio res eſt empta, † quod in dubio integrum, ju- 71
ſtum & congruum præſumitur, Nat. *conſ.159.num.15. &*
conſ.650.nu.13.vol.4. Maſcard. *vol.2. de probat. concl.960.*
nu.3. Intrigl. *d.art.2.nu.215.* † Idque verum eſt, nulla ha- 72
bita ratione juramenti fidelitatis, & ſeruitij, ex vi il-
lius præſtandi. Clar. *d.n.6.* cujus ſententia confirmatur
per dicta à Ruin. *conſ.18.n.17.lib.1.* idque vt inquit Clar.
quia alioquin concluſio, qua dicitur, fœminas ſucce-
dere in feudo empto, eſſet inutile. Nam ſemper fœmi-
na eſt capax feudi, quando pro eo nullum ſeruitium
præſtatur, ſiue emptum ſit, ſiue non, Bald. *in c.1.§.ei*
quia num.19. qui feud. dar. poſſ. Clar. *d.q.73.nu.7.* qui poſt
Curt. jun. hanc dicit communem & præterea, ſi, quia
ſeruitium eſſet præſtandum, non deberent ſuccedere
fœminæ in feudo empto, ſequeretur eas ferè nun-
quam, imò & vbi feuda ſunt redacta ad inſtar patri-
moniorum, non poſſe admitti, cùm & tunc quoque ad
ſeruitia in juramento fidelitatis comprehenſa teneantur,
& tamen experientia contrarium docet, eas ſcilicet
admitti, & docet Zaz. *in tract. feud. 8. part. num.51.* ita vt
exiſtimandum ſit, aut DD. propter ſeruitium fœminas
excludentes, falli, aut intelligendos cum neceſſariò
ſeruitium per fœminas ipſaſmet, & non per ſubſtitu-
tum eſſet præſtandum, nec per alium præſtari poſſet.
Idque abſque dubio, data capacitate fœminarum in
feudis, † quia tunc per ſubſtitutum ſeruire poſſunt, & 73
fœminæ abſque dubio admittuntur, quoties per ſe vel
per ſubſtitutum ſeruitium præſtare poſſunt. Idque cer-
tiſſimè quoties conſuetudo Domini eſt, vt eſt & fuit
ſemper in hac patria & tota Gallia, vt fœminæ admit-
tantur ad feuda, & juramenta fidelitatis, ea enim ha-
bilita-

bilitata ad ſucceſſionem, habilitata quoque eſt ad ſer-
uiendum per ſubſtitutum, Afflict. *dec.* 320. Capic. *dec.*
10. *&* 33. Cannet. *in c. volentes, verſ. idem videtur, num.* 12.
fol. 44. Gregor. *part.* 4. *qu.* 7. *n.* 16. *&* 17. poſt Joan. Andr.
Specul. & Curt. & tunc illud ſeruitium eſt onus reale
& non perſonale, Gregor. *d. q.* 7. *nu.* 12. *&* 13. ſicut & ſer-
uitium militare dici onus reale & poſſe præſtari per
ſubſtitutum, docet textus in *c.* 1. §. *ſi quis deceſſerit, ſi de
feud. fuer. controu. & c.* 1. §. *firmiter*, & ibi Aluarot. *de pro-
hib. feud. alienat. per Frider.* Confirmatur, quia vbicum-
que in conceſſione feudi fit mentio hæredis, ibi nun-
quam videtur electa induſtria perſonæ, Cyn. *in l. quiſ-
quis, C. de epiſc. & cleric.* & Gregor. *d. q.* 7. *num.* 14. In no-
ſtro verò caſu hæredis ſæpiſſimè facta eſt mentio. Sed
& ipſemet Menoch. *d. conſ.* 391. *num.* 10. ſi cenſus annuus
eſſet præſtandus, nullam eſſe habendam rationem ju-
ramenti fidelitatis & ſeruitij præſtandi ad excluſionem
fœminarum, docet ex traditis per ipſum *conſ.* 63. *nu.* 12.
& 16. Sed & id etiam longè clarius, quia ad inſtar patri-
moniorum habentur in tota Gallia.

74 Quibus † ſtantibus vanè reſpondetur ab aduerſa-
rio, ea procedere ſi ex feudi natura admitti non poſ-
ſint & fœminis repugnet, vt quia ex inueſtituræ ipſius
tenore expreſſè eſſent vocati maſculi, non autem fœ-
minæ: ita enim hoc intelligit Clar. *d. n.* 6. quemadmo-
dum in caſu Menoch. repugnabat (ſi tamen in caſu ſuo
Menoch. verè reſpondit, verius enim exiſtimo, *conſ.*
Decia. 58. cui ſatisfacere contendit, & facillimum eſſet,
Menoch. reſpondere, ſi neceſſarium eſſet) vt præſup-
ponit Menoch. Tum quòd feudum, quo de agit, erat
conceſſum maſculis, donec vſque extarent, excluſis
fœminis, *num.* 2. & ſic verſatur in terminis *cap.* 1. *de eo qui
ſibi & hæred.* tum quòd inueſtitura erat nominatim re-
ſtricta ſecundùm jura feudorum: Et denique quia ne-
dum ſecundùm jura feudorum, ſed etiam prouinciæ
fuerat conceſſum. At verò per jus & conſuetudinem
prouinciæ maſculi tantummodo, excluſis fœminis,
ſuccedebant *num.* 6. Vana, inquam, eſt, imò ex ea con-
uincitur aduerſarius, quia tantum abeſt vt feudi natu-
ra repugnet, & ex ea fœminæ admitti non debeant, vt
ipſe falsò præſupponit, quin potiùs ſiue jus Franco-
rum antiquiſſimum conſideremus ſiue conſuetudi-
nem hujus regionis, & totius Galliæ ſemper obſerua-
tam, fœmina eſt ſucceſſiuus feudorum capaciſſima,
Chopin. *lib.* 3. *tit.* 6. *in princ.* Cephal *conſ.* 431. *num.* 63. &
Gregor. *lib.* 4. *qu.* 1. *nu.* 7. *&* 8. & alij ſuprà allegati. Quo-
ad conſuetudinem regionis, notorium eſt, cùm ſint ad
inſtar patrimoniorum, & cauſam errori dedit lex Sali-
ca, fœminas à ſucceſſione excludens, quæ tamen tan-
tùm in Regno procedit, vt ſuprà dictum fuit. Cùm
igitur natura hujus feudi non repugnet fœminis, imò
eas admittat, ceſſat, imò retorquetur in ipſum data re-
ſpōſio, quemadmodum & ordo ille ſucceſſiuus à Me-
noch. conſideratus, & remanet firmum & illibatum ex
natura emptitij feudi deſumptum fundamentum.

75 Sed † & prætereà, quoad illum ordinem ſucceſſi-
uum, animaduertendum eſt, quòd qui illum ordinem
ſucceſſiuum in feudo empto admiſerunt, quales fue-
runt Pariſ. *conſ.* 16. *nu.* 10. *vol.* 4. Brun. *conſ.* 18. *nu.* 12. Gar-
ſon. *de fœminis ad feud. recipien.* 6. *limitat. num.* 104. (nam
Socin. jun. *conſ.* 109. *num.* 2. *lib.* 2. allegatus à Menoch. *d.
conſ.* 391. *nu.* 18. hoc non dicit, vt patet *nu.* 8.) decipiuntur
ex diſpoſitione *cap.* 1. §. *quin etiam Epiſcopum vel Abba-
tem*, quod allegant, & in quo ſe fundant, ex quo proba-
ri videtur, quòd quoties fœminæ vocantur ad feuda,
illud intelligitur, deficientibus demum omnibus ma-
ſculis. Nam, vt illud caput procedat, duo copulatiuè
requiruntur.

76 Unum, † quòd formula ſit concepta, vt nimirum
feudum ſit conceſſum maſculis & fœminis: alterum,
quod feudum ſit rectum & proprium non impropriū.
Primum, quia dictio, *&*, ſtat in vim ordinis non copu-
læ, vt inquit Bald. *in d.* §. *quin etiam, in princip.* & vt ex-
plicat Jacob. de Sancto Georgio, *verb. & fœminis*, copu-
latiua, *&*, non copulat æqualiter, ſed denotat ordinem
ſucceſſiuum, repugnante enim natura feudi hæc inter-
pretatio facienda eſt, vt quanto minus fieri poſſit jus
feudale lædatur. Ideoque † ſi conceſſum eſſet pro ma- 77
ſculo ſimul cum fœmina, vel pro maſculis cum fœmi-
nis, fœmina ſimul ſuccederet cum maſculo, nonob-
ſtante *d.* §. *quinetiam*, Bald *in l. quotiens, nu.* 5. *C. de ſuis &
legit. hæred.* Jacobin. de Sancto Georg. *in ſua inueſtit.
verb. & fœminis, nu.* 10. Pariſ. *conſ.* 12. *nu.* 16. *lib.* 1. Bero. *in c.
Raynutius, nu.* 90. *de teſtam.* Lancellot Galiaula *in l. Gal-
lus*, §. *quidam rectè, num.* 17. *ff. de liber. & poſth.* vbi aſſerit
communem, Mandoſ. ad Rom. *conſ.* 33. *verſ. ſuperſtite*, &
alij in priori conſilio allegati.

Secundum verò, nimirum vt feudum ſit rectum, &
proprium, omninò requiritur. † Nā ſi ſit improprium, 78
etſi conceſſum fuiſſet feudum ſub illa clauſula, *maſcu-
lis & fœminis*, fœminæ tamen ſimul cum maſculis, &
non poſt illos ſuccederent, ceſſat enim diſpoſitio *d.* §.
quinetiam, in feudo improprio, Jacob. de Bellouiſo, &
Nicolaus de Neapoli ibidem Laudenſ. *d. loco in fin.* per
tex. *in l. Titia textores* §. *nihil delegat.* 1. *& l. ſi quis Titio,
l. ſi mulieri de vſufructu accreſcen.* Afflict. *ibid. nu.* 13. Bald.
in princip. Aluarot. *nu.* 2. Præpoſit. *n.* ... *in princip.* idem
Aluarot. Præpoſit. *in cap.* 1. §. *ſimiliter de Capitan qui cur.
vendidit*, Jacobin. de Sancto Georg. *d. verb. & fœminis,
num.* 10. Zaſ. *in tract. feudor.* 8. *part. nu.* 56. Pariſ. *conſ.* 12. *nu.*
23. *lib.* 1. Mandoſ. ad Rom. *d. conſ.* 33. *verſ. ſuperſtite*, † feu- 79
dum verò emptitium non eſt rectum feudum, ſed im-
proprium, Rub. Alexand. *conſ.* 110. *num.* 3. & poſt multos
magis communem aſſerit Gabriel *lib.* 3. *tit. de feud. concl.*
2. & Burſat. *conſ.* 4. *nu.* 16. *lib.* 1. idque ex eo quod non eſt
gratuitum *c.* 1. *de feudo non habente propr. natur. feudi.*

Tertio † ex abundanti reſpondetur hoc certum eſ- 80
ſe, feudum emptitium tranſire ad extraneum hæredem
in præjudicium filiorum & agnatorum, Burſat *d. conſ.*
4. *nu.* 16. Alexand. *l. etiam nu.* 5. *ff. ſolut. matrim.* Nat *conſ.*
149. *nu.* 14. *&* 16. omnino videndus, Surd. *conſ.* 105. *nu.* 12.
& 13. & magis communem atteſtatur Pancirola *conſ.* 50.
nu. 17. *vſque ad nu.* 23. *lib.* 1. Bern. Henr. *in tractat. magis
commun. lib.* 3. *concl.* 35. At hoc caſu cùm non fœmina,
ſed maſculus iſque agnatus proponatur inſtitutus, abſ-
que dubio etiam, ſecluſa conſuetudine, ad eum tranſ-
ire potuit, idque ratio naturalis ſuadet, ceſſant enim in
eo omnes rationes, quibus fœmina excludi debet, nec
vlla hìc agnatorum etiam ex acquiſitore deſcenden-
tium conſideratio fieri poteſt, cùm Giraudus de Si-
miana, qui primus acquiſiuit pro ſe & ſuis hæredibus;
quæ dictio in hujuſmodi contractibus etiam in mate-
ria feodorum pro *quibuſcumque* accipitur, id quod plus
eſt pro ſe, ſuis hæredibus & ſucceſſoribus, quæ etiam in
materia feudorum pro *quibuſcumque* accipiuntur, vt in
princ. conſ. docui. Et † cùm alienatio in extraneum fit, 81
dictio quoque, *hæredum*, de extraneis intelligenda eſt,
Surd. *conſ.* 105. *nu.* 10. & alienationis facultas neceſſariò
excludit feudum ex pacto & prouidentia, Menoch. *d.
conſ.* 812. *num.* 5. & Viui. *dec.* 441. *n.* 12. *&* 13.

Rurſus & quartò, † quia eo ipſo quòd feudum eſt 82
alienabile, conſequitur neceſſariò & ſimpliciter hære-
ditarium, ad quoſcumque hæredes tranſitorium, Me-
noch. *d. conſ.* 812. *nu.* 5. At verò quoad d. poſtremas duas
reſponſiones, fœminæ ſimul cum maſculis, imò illis
excluſis, ſi ita teſtator ſtatuerit, quinimò & extranei
admittuntur, vt in ſequenti capite dicemus. Atque † 83
hæc quidem omnia dicuntur à nobis in terminis juris

feudorum, ſecluſa conſuetudine, qua feuda ſiut ad inſtar patrimoniorum, ſed ea conſiderata, quæ notiſſima & certiſſima eſt, & ſemper fuit in hac patria, & omnibua prouihcijs cis Alpes conſtitutis, quæque in indiuiduo ex d. acquiſitione Giraudi Amici probarur in d. feudo, potuit enim alienari, & fuit alienatum in d. Giraudum de Simiana alterius familiæ & extraneum, & ab eo acquiſitum, irrequiſito Domino, alienatioque tenuit, vt fusè docuimus in fine primi fundamenti in priori conſilio ne hîc repetamus, ſequitur abſque dubio fœminam, multo magis maſculum eumque agnatum in eo inſtitui poſſe.

Sed taceamus parumper de d. conſuetudine, & redeamus ruſus ad jus feudale, vt quocumque tandem modo accipiamus, demonſtretur veriſſimum jus d.
84 Domini Francisci: † Hoc feudum fuit alienatum, at verè feudo ſemel alienato ſemper manet alienabile, etiam in extraneum, & ad quuſcumque hæredes tranſitorium, per textum *in l. videamus*, & ibi Bald. *ff. quod met. cauſ.* Barthol *in l. qui duos, n. 11. ff. de reb. dub.* & in terminis feudorum Surd. *conſ. 105. n. 12. & 13.* Nat. *conſ. 322. num. 2.* Burſ *conſ. 4. n. 17. verſ. conceſſio, & nu. 22. lib. 1.* poſt Socin. *conſ. 67. n. 30. verſ. ſeptimo reſpondetur lib. 1.* & nouiſſimè Schrad. *in tract. feudo. part. 7. q. 11. n. 31.*
85 Poſtremò, † quia cùm hoc feudum ab vna familia ad aliam, per emptionem, tranſlatum ſit, & emptio effectum habuerit, de antiquo, quatenus tale fuiſſet, factum eſt nouum, reſpectu à Giraudo de Simiana deſcendentium, & ſic nulla habita ratione feudi antiqui, ſiue ex pacto & prouidentia, ſiue primogenij, ſi tale fuiſſet, debere attendi formam in emptoris inueſtitura à Domino inueſtiente præſcriptam: id enim mutatio & qualitas perſonarum operatur, Bald. *in cap. 1. § hoc quoque circa princip. de ſucceſſ. feudo.* Pern. *conſ. 12. verſ. circa primum.* Alexand. *conſ. 28. col. 1. vol. 5.* Afflict. *dec. 112. verſ. ſecundo caſu*, quos refert & ſequitur Gregor. *part. 3. q. 7. n. 45. & 46.* At verò ſiue emptio, per Giraudum de Simiana facta, fuerit pro ſe & quibuſcumque hæredibus: ſiue ſolùm pro hæredibus, à Camera attenta con-
86 ſuetudine patriæ, † pro quibuſcumque cenſeretur facta, Guid. Pap. *dec. 230. num. 2. verſ. aduertendum tamen*, Benedict. *in c. Raynutius, verſ. duas habens, n. 67. verſ. imo etiam in materia feudorum, fol. 16.* Matin Freccia *de ſubfeud. lib. 3. tit. de feud. hered. & mixt. fol. mihi 416. num. 29.* Pet. à Gregor. *part. 3. q. 3. n. 9. & 10.* & Maſtrill. ibid. idemque dicendum, ſecluſa conſuetudine, cùm dictio, *hæredum*, appoſita eſt in contractu ab extraneo facto, Surd. *d. conſ. 105. num. 10.* multo magis cum dictiones, *hæredibus & ſucceſſoribus*, junguntur. Præuidit hujuſmodi rationem Conſultor Domini Antonij, & eam veram agnoſcens enititur reſpondere dicendo, inter omnes deſcendentes d. quondam Giraudi eam conſuetudinem vſurpatam fuiſſe, per quam maſculi fœminis, & inter maſculos ſoli primogeniti antepoſiti fuere, & quæ continuò à ducentis annis & vltra, & ſuper eo tranſactiones pro d. obſeruantię & conſuetudinis confirmatione ſubſequutas fuiſſe, vt ex atteſtationibus & tranſactionibus parte d. Domini de Cederon productis deprehenditur, eamque conſuetudinem tanquam validam debere attendi, & ex ea probari, illud feudum debere regi more Francorum: ita vt primogenitus maſculus ſolus ad ſucceſſionem feudi admittatur, fœminis ſemper excluſis, ex notatis per Aud. de Iſern. *in c. Imperialem, nu. 2. circa fin. verſ. ſed quomodo probabitur, de prohib. feud. alienat. per Frider.* Afflict. *ibid. nu. 38. circa fin.* Cannet. *in c. volentes, verſ. & pariformiter, n. 16.* Loffred. *conſ. 11. num. 22. verſ. præterea quamuis*, Intrigl. *de feud. cent. 1. q. 50. n. 110.* & nouiſſimè Menoch. *d. conſ. 391. num. 12.* omnino, inquit videndus. Videndus certè, quia nedum nihil facit pro ipſo, ſed ipſius reſponſionem infirmat, vel poſtea docebitur.

Ergo opus d. Domino de Cederon probare d. conſuetudinem juris Francorum, per ipſum prætenſam, à d. Giraudo de Simiana cœptã, & inductam, & per omnes ipſius ſucceſſores continuatam, quod ni fecerit, ex vi d. acquiſitionis per Giraudum de Simiana factæ, ſe cauſa cadere fatetur: & propterea ad id refugium deſcendit, conſuetudine ſeu præſcriptione hoc jus Francorum inter omnes deſcendentes d. Giraudi receptam eſſe, eamque ex dictis atteſtationibus & tranſactionibus probari. At illud eſt de quo quæritur, nec pro ſuæ ſententiæ confirmatione adferre illud debet, de quo tantum abeſt, vt conſtet, quin potiùs nullo modo conſtat.

Reſpondetur igitur † primò, præterquam quòd hu- 87
juſmodi atteſtationes nullam fidem faciunt, nec id quod prætendit probant, vt varijs rationibus docuimus, ſicut nec tranſactio, quam produxit, eæ quatenus aliquid probarent, omninò erroneæ ſunt & falſæ, quatum propterea nulla eſt habenda ratio. Verius enim eſt, in d. loco Caſtri-noui, etiam inter deſcendentes d. Giraudi de Simiana nullam primogeniturã juris Francorum, vel aliam gentilitiam, agnatitiam, perpetuam inductam fuiſſe: Berengarius enim tertiogenitus filius Giraudi de Simiana d. locum Caſtri-noui habuit, poſt eum Reforſatus & Ludouicus ſimul, non vnus tantùm, & qui Ludouicus erat vltimogenitus, qui tamen tempore mortis ſuæ ſolus fuit ob mortem d. Reforſari, qui cœlibem vitam duxerat. Poſt Ludouicum Stephanus, ex vi diuiſionis cum fratre Bartholomæo factæ, non ratione alicujus primogenituræ, poſt Stephanum Melchior, quia vnicus filius, & ex vi donationis in contractu ſui matrimonij per Stephanum factæ, & ex vi dictæ donationis poſt eum Janſanus: ex quibus patet meram eſſe chimeram, illam prætenſam primogenituram, & per conſequens ſtat firmum argumentum ex d. acquiſitione ſumptum.

Secundò reſpondetur, † caſu quo aliqua præſcri- 89
ptio probata fuiſſet, cùm tamen eam incipiant à primogenito Giraudi, & in eo falſa ſit, ſicut & in Ludouico falſa probatur, caſu quo in ſucceſſore Berengarij vellent incipere, vt videntur velle in primis articulis; ſequitur totam illam machinam primogenituræ corruere, Molin. *de primog. lib. 2. cap. 6. n. 63. in fin.* qua de re in priori conſ. n. 130.

Tertiò, demus † probatam fuiſſe illam præſcriptio- 90
nem ſeu conſuetudinem, ea non potuit induci inſciente Principe, ex vera & communi DD. opinione, Alex. *in l. ſi non ſpeciali n. 5. C. de teſtam.* Vaſq. *de ſucceſſ. creatio. § 10. n. 257.* Valentin. Forſter. *in tract. ſucceſſionum, q. 3. de ſucceſſ. liber.* Graſſ. *in § ſucceſſio ab inteſtato, q. 16.* & in terminis feudi quando ejus inueſtitura dependet à ſuperiori, nominatim expreſsè firmant, Vldar. Zaſ. *in tractat. de feudor. part. 8. de feud ſucceſſ. num. 52.* & Thom. de Marin. *de feud. fœmin. tit. 11. nu. 29.* & ita ſolemni arreſto Pariſ. judicatum aſſerit Chopin. *de doman. Franc. lib. 2. cap. 4. num. 2. vſque ad fin.* & ipſemet Menoch. *d. conſ. 391. num. 12.* fatetur. Et quod ex aduerſo dicitur ex Iſern. Afflict. Camer. Cannet. Loffred. Intrigl. ſcilicet jus Francorum probari, ſi in ea familia primogenitus ſolitus ſit ſuccedere & ſit in ea poſſeſſione, ex quo onus probandi rejicitur in aduerſarium, & talem conſuetudinem valere, intelligendum ſecundùm diſtinctionem Zazij & Marini, ſi ſciente Principe inducta ſit. Denique loquuntur d. DD. in Siciliæ regno, in quo præſumitur Princeps ſcire & approbare hujuſmodi conſuetudinem, quia jus Francorum adeò in eo regno per conſuetudinem generalem ferè in omnibus feudis

receeptum

receptum erat, vt communis forma ſit in Comitatibus & Baronijs, vt viuatur jure Francorum, Intrigl. *qu.* 5a. *num.* 94. & in quibuſcumque, ſi certam feudi formam non habent, in inueſtitura, jure Francorum cenſentur, Pariſ. *conſ.* 17. *n.* 29. *vol.* 2. & eum ſequutus Intrigl. *d. q.* 50. *n.* 108. & in dubio conceſſiu feudi talis cenſetur, Intrig. ibid. & in dubio præſumitur ſemper ineſſe clauſula juris Francorum, Intrigl. *d. q.* 50. *num.* 217. *&* 218. *cum ſeqq.* poſt Cannet. *in extrauag. volentes*, §. *ſed an num.* 3. *&* 4. *fol.* 41. adeò vt Cannet. *in d. c. ſi aliquem*, *verſ. ſed præſtat quærere per tot.* maximè *num.* 11. *fol.* 272. exiſtimauerit jus Francorum eſſe jus commune, poſtquam per conſuetudinem, & conſtitutionem inductum fuit. Non mirum ſi ex hujuſmodi poſſeſſione probatur jus Francorum, & conſuetudo valet, quæ conformis eſt generali conſuetudini in regno ſeruatæ, ſed nec probat id jus, ſed tantum onus in aduerſarium rejici contendunt, vt Iſern. *in d.* §. *prætcrea ducatus*, *n.* 2. *in fin.* & alij ibi eum ſequuti, & Intrigl *d. q.* 7. *num.* 17. *cent.* 1. docent. Sed & rurſus neceſſarium eſt, vt id procedat adfuiſſe fratrem præſentem, ſcientem, & permittentem; alioquin non ſubſiſtet præſcriptio, Iſern. *d. loco n.* 4. & Afflict. *nu.* 44. & alij In noſtro verò caſu tantùm abeſt quòd Princeps, à quo inueſtitura d. feudi pendet, d. conſuetudinem induci ſciuerit, & dicta alia requiſita adfuerint, quin potiùs contrarium omninò exiſtimauit ex homagijs coram ſe vel ſuis officialibus præſtitis, quæ omninò d. primogenituram excludunt. Berengarius enim promittit pro ſe & ſuis ſucceſſoribus, quibuſcumque; Ludouicus facit tanquam cohæres Berengarij, pro dominio quod in d. loco conjunctim vel diuiſim poſſidet; Melchior pro ſuis hæredibus & ſucceſſoribus, Stephani enim ejus patris homagium non inuenit: ſed is Stephanus nomine hæreditario bona Ludouici cum fratre Bartholomæo diuidit, & per diuiſionem Caſtrum-nouum cum oneribus hæreditarijs conſequitur, & in tranſactione aſſerit territorium Caſtri-noui ſpectare ad ſe & ſuos hæredes & ſucceſſores quoſcumque Janſanus, & pòſt Joachimus, pro ſe, ſuis hæredibus & ſucceſſoribus quibuſcumque. Et prætcrea neque quiſquam frater paſſus eſt primogenitum ſolùm ſuccedere, & contrarium probatum fuit.

91 Quartò, reſpondetur, † poſito & non conceſſo, præſcriptionem hanc legitimè inductam, ea tamen ſolùm in ſucceſſione ab inteſtato procederet, Alberic. *in dictionar. verb. feudum, col.* 5. 6. *fin. verſ. conſuetudo ergo*, Pet. de Gregor. *part.* 4. *q.* 11. *n.* 1. 2. 3. *&* 4. *&* *part.* 8. *q.* 6. *n.* 8. *&* 9. quoties enim ſtatuto vel conſuetudine receptum eſt, quòd, extantibus maſculis, fœmina non ſuccedat, hoc intelligi debet ab inteſtato, non autem ex teſtamento, Bald. *in l.* 1. *verſ. also ſtatuto, C. de legit. hæred.* Albert. Brun. *in tract. de ſtatut. exclud. fœmin. art.* 6. *q.* 8. Nat. *in d. tract.* 12. *qu. vlt. q. principalis, fol.* 12. Campeg. *d. tract. qu.* 54. Afflict. *in conſt. in aliquibus q.* 5. *nu.* 5. Quod adeò verum eſt vt etiam ſi nominatim fuiſſet recepta, cùm caſus eueniſſet teſtamento condito, nihilominùs aliqui ex ſupradictis exiſtiment non potuiſſe recipi nec ſuſtineri, quia tollit liberam facultatem teſtandi. At verò in caſu noſtro teſtes ne verbum quidem quando teſtamento fœmina vocatur, & is qui inſtitutus eſt, maſculus & agnatus eſt.

Nec obſtat quod ſuprà diximus, jus Francorum etiam ex teſtamento poſſe locum habere. Nam id procedit cùm ſub ea forma conceſſum fuit; nos loquimur quando per præſcriptionem inducitur, quod eo caſu tantùm habet locum ab inteſtato, ne facultatem teſtandi tollat, Alber. Gregor. d. locis, idque maximè quia conſuetudo viuendi jure Francorum eſt contra jus commune & onerosa, & ſic non extendenda, Intrigl. *cent.* 1. *q.* 7. *num.* 54.

Quintò reſpondetur, † nec etiam ab inteſtato eam conſuetudinem poſſe habere locum niſi in caſu, qui probatus eſt, nimirum cum controuerſia eſſet inter duos fratres, non autem in noſtro, quo agitur inter filiam defuncti ſeu ejus filium maſculum, & filium patrui: Neque enim in illis extenſio fit de vno caſu ad alium, & in priori conſilio fusè edoctum fuit, & docet Anchar. *d. conſ.* 339. *n.* 7. *cum ſeqq.* Burg. *d. conſ.* 29. *num.* 57. Gutier. *conſ.* 13 *num.* 17. *&* 26. Quæ confirmantur, quia quantumcumque conſuetudo ex aliquorum ſententia recipiatur, ea nunquam habet locum in alio caſu de alio emergente, Salic. *in l.* 1. *col.* 6. *verſ. quæro an ſine ulla contradictione, C. quæ ſit long. conſuet.* 92

Poſtremò, his omnibus ceſſantibus, quæ tamen reuera non ceſſant, & data validitate d. præſcriptionis & legitimè probatâ, nihil aliud ſequeretur, quàm hoc feudum regi jure Francorum. † At verò eo jure filia vltimò defuncti excludit patruum, de quo nemini dubium eſſe aſſerunt Tiraquell. *d. q.* 14. *n.* 7. Minad. *d. conſlit. in aliquibus*, §. *tertio noto, num.* 118. *in fin.* *&* 119. *fol.* 121. Gutierrez Tiraquellum referens *d. conſ.* 13. *n.* 15. *in fin.* Illud tamen aduertendum eſt, tantum abeſſe vt d. tranſactio d. primogenituram probet, quin potiùs contrarium ex ea elicitur, vt docuimus in priori conſilio. 93

Ex quibus † fuſiſſimè ſatisfactum eſt ijs, quæ pro aduerſa parte circa hunc articulum de feudo empititio dicebantur: hoc ſolùm quoad Menoch. adjiciendum eſt; quod ſuprà promiſimus, eum non caſu noſtro ſimilem, vt ait, ſed omnino diſſimilem determinare. Præſupponit enim, feudum de quo agit, fuiſſe tantùm maſculis conceſſum, & inueſtituram ſecundùm jura feudorum factam, necnon ſecundùm conſuetudinem patriæ, qua fœminæ erant incapaces ſucceſſionis feudorum, vt patet ex *num.* 1. 5. *&* 6. & conſuetudo quam vult inducere in familia Hoſetriana, erat ad excluſionem fœminarum, & ſic conformis inueſtituræ, juri feudali, & obſeruantiæ regionis, non mirum ſi valeat. At in noſtro caſu d. aduerſarius eam vult inducere contra conſuetudinem patriæ, contra naturam juris Francorum, contra jus commune, quod, deficiente conſuetudine loci, ſemper hîc & in tota Gallia habuit locum, nulla habita ratione juris feudalis, quod nunquam in ea fuit receptum Pet. Jacob *tit.* 47. *in princip. & n....* 94

Alterum ex noſtris fundamentis, quod quinto capite ſui conſilij vult impugnare eſt id, quo aſſeruimus hoc feudum purè, abſolutè & ſimpliciter ſemper fuiſſe & eſſe hæreditarium, & propterea ad hæredes & ſucceſſores quoſcumque, cujuſcumque ſexus, etiam extraneos, tranſiturum. Hoc verò tale eſſe in priori cõſ. ſeptem modis probauimus, & præter hos ſufficerent acta, quibus nititur d. Dominus Antonius, articuli ſcilicet ſuper quibus fuerunt factæ atteſtationes de quibus agitur, quibus nominatim dicitur hoc feudum conceſſum fuiſſe Girando Amico, & ejus hæredibus etiam extraneis, quorum aliquos euertere, imò tale non eſſe, ſed ex pacto & prouidentia demonſtrare nititur.

Ac primùm † inquit, in prioribus inueſtituris conceſſis Domino Giraudo de Simiana ejúſve filijs, nullam hæredum mentionem fieri, ſed ſimpliciter concedi pro ſucceſſoribus, ſeu Dominis Caſtri ſeu feudi de quo agitur; quod perinde eſt, ac ſi conceſſio fuiſſet facta pro nominato & ei legitimè id eſt ſecundùm juris feudorum diſpoſitionem, ſucceſſuro in d. feudo, quod verba infrà ſcripta, *qui de jure ſuccedere debent*, apertè demonſtrant. At verò feudum conceſſum pro ſe, & quibus legitimè dederit, non dicitur hæreditarium, ſed ex pacto & prouidentia, ita vt ad illius ſucceſſiu- 95

aem hi tantùm admittantur qui de jure feudorum ſuccedere poſſunt, ex notat per Curt.jun.*conſ.130. n.7. verſ. & iſtud clarè*, quem refert & ſequitur Menoch. *conſ.514.* & poſt hunc nouiſſimè Intrigl.*cent.1.q.50.nu. 177.* dictio enim, *legitime*, id operatur ex dictis DD.

His contra veritatem, in facto de quo agitur, propoſitis varijs modis mox ſatisfaciemus, ſi prius Judicea rogauerimus, vt animaduertant quomodo D.Conſultor ſibi ipſi contradicat, quod ijs qui veritatem oppugnant, eſt familiare. Nam tota ejus intentio verſatur in eo, vt demonſtret hoc feudum regi jure Francorum, & primogenito, cæteris excluſis, deferri, ex homagijs verò inferri, in hoc feudo ſecundùm juris feudorum diſpoſitionem ſuccedi debere, & inalteratam manere
96 feudi naturam ſecundùm jura feudalia. At † verò hæc ex diametro pugnant. Nam de jure communi feudorum regulariter omnia feuda ſunt diuidua, & in eis ſuccedunt omnes filij maſculi æqualiter, *cap.1.§.omnes filij*, & ibi per DD. *ſi de feud. fuer contron.cap.1.in princ.de ſucceſſ.feudo.cap.1.§.præterea ducatus, de prohib.feud.alienat.per Frider.* At verò de jure Francorum omnia feuda ſunt indiuidua, & ad vnum tantùm prouenire debent, Andr.de Iſern.*d.c.vt de ſucceſſ.num.3.verb.ſpeciali jure*, Gregor.*in d.part.4.q.1 n.9.* Ita vt per ipſum ex homagijs, quæ ſibi imaginatur, excluſa ſit primogenitura, nec ſequetur ſecundùm jura feudalia in eo ſuccedi debere, ſed ſecundùm jus commune, cùm ex more regionis feuda ſint ad inſtar patrimoniorum; verbum enim, *legitimè*, ſecundùm morem regionis eſſet intelligendum, vt paulò pòſt docebimus, & ex hoc etiam conficitur prima reſponſio.

97 Secundò reſpondetur, non † eſſe verum, in homagijs Giraudi de Simiana & ejus filijs, nullam hæredum mentionem fieri, imò in omnibus vel illa dictio, vel æquipollens, vel major apponitur. Nam per compoſitionem cum Camera factam, jus Cameræ in Giraudum ejuſque hæredes & ſucceſſores, Giraudum, inquam, pro ſe ſuiſque hæredibus & ſucceſſoribus ſtipulantem transfertur. Ecce hæredum mentio in contractu appoſita, quæ nedum hæredes ſimplices ſed quoſcumque ſignificat, tam ratione d.conſuetudinis. Guid. Pap.*d.q.230.* tum ea ſecluſa, quia in contractu acquiſitionis per extraneum, mediante pecunia facta, Surd. *d.conſ.105.num.10.* ſed junctis dictionibus, *hæredibus & ſucceſſoribus* clariſſimè, Berengarius ejus filius, non primò, ſed vltimògenitus & ſucceſſor in d.Caſtro, omnes promiſſiones in ſuo homagio facit pro ſe & ſuis ſuc-
98 ceſſoribus quibuſcumque, † quæ verba, ſecluſa conſuetudine, in puris terminis juris feudorum nedum faciunt feudum ſtrictè, ſed purè abſolutè hæreditarium, Bald.*in cap.1. in princ.num.19.de prohib.feud.alienat.per Frider.* Abb.*conſ.3.n.4.circa medium verſ.hinc tutares legitimi, vol.2.* Alexand.*in l quædam, §.nihil intereſt, nu.1. circa fin.ff.de edend.& in l quod dicitur, 2.nu.26.circa fin. ff de verbo.oblig.* Cumia *in prælud ijs cap. ſi aliquem, n.87.* Ludouicus ejus filius facit homagium nedum tanquam hæres, ſed etiam tanquam cohæres: Stephani ejus filij homagium non extat, ſed tamen ipſe contrahit & diuidit bona cum Bartholomæo nomine hæreditario. Melchior ejus filius pro ſe & hæredibus: Janſanus & Joachimus vltimatè defunctus pro ſe, ſuis hæredibus & ſucceſſoribus quibuſcumque. Quid igitur contra veritatem ait, nullam hæredum mentionem fieri? Sed vbi aliqua homagia forſan non eſſent ita ampla vel ambigua, ab eo quod Joanni xxij. præſtitum fuit, quod fit pro ſe ſucceſſoribus & hæredibus omnibus, interpretationem ſumere deberent. Et cùm antiqua homagia per Roſtagnum de Sabrano Abbati Sancti Guilhelmi de Deſertis, & medij temporis, Berengarij ſcilicet, & nouiſſima, Janſani ſcilicet & Joachimi, ſint præſtita cum clauſula vniuerſali, *omnibus*, vel, *quibuſcumque*, quæ æquiparantur, vt infrà dicetur, cætera quoque homagia intermedia ita interpretanda ſunt, & hoc feudum nedum ſtrictè, vt dixi, ſed abſolutè hæreditarium cenſendum.

Tertiò reſpondetur, † ea verba futuris Dominis am- 99
pliare, certè quidem non reſtringere homagij præſtationem, duplicem enim & non amplius ſenſum habere poſſunt illa verba; vnus, vt fiat pro omnibus hæredibus futuris Dominis, hoc eſt, vt omnes ſucceſſores ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato, ſiue inter viuos, ſiue vniuerſales, ſiue particulares, ſiue maſculi, ſiue fœminæ, ſint & poſſint eſſe futuri Domini, & pro his omnibus futuris Dominis homagium præſtatur. Et quia (& hic eſt ſecundus ſenſus) illis quibus voluerit ex ſuis ſucceſſoribus & hæredibus, is qui homagium præſtat, relinquere poteſt d.feudum, forſan enim titulo legati relinquet & non vniuerſali, forſan vni ex hæredibus & non alijs, cum plures ſcripſiſſet, forſan titulo donationis & non hæreditario: & qui intellectus fieri debent etſi dictio vniuerſalis non adeſſet, ſemper enim fieret pro hæredibus futuris Dominis, hoc eſt, quòd hæredes ſint & poſſint eſſe futuri Domini, & ij ex hæredibus quos teſtator voluerit in eo feudo inſtituere; ita enim potuit hæredes plures ſcribere, vt vnus ex his portionem ſuam in d.Caſtro nouo habeat. † Et 100
quod de hæredibus dictum eſt, habet etiam locum, etſi non hæredum, ſed tantùm ſucceſſorum fieret mentio, eæ enim dictiones idem ſonant etiam in materia feudali Dec.*conſ.219.n.1.* à Perno *conſ 4.n.17. verſ. & ſic apparet*, Thom.de Marin.*tit.31.de feud.quod ita datur, nu.15. & tit.5.de feud hæred.n.25.* Petr à Gregor.*part.6.q.4.* Intrigl.*cent.1.q 78.n.51.& ſeqq* Propterea homagium præſtat pro hæredibus ſeu ſucceſſoribus, ijs videlicet quos voluerit in eo feudo ſibi ſuccedere, & ſic pro ſuis ſucceſſoribus futuris Dominis, ea enim verba, & ſic

Quartò reſpondetur, caſu quo aliquam ambiguitatem haberent, quæ tamen nullam habent, imò clara ſunt, interpretationem ſumere debent à verbis præcedentibus, quæ denotant feudum abſolutè hæreditarium, non eam reſtringere vel corrigere: Per † 101
clauſulam enim adjectam non debet fieri interpretatio qua corrigantur præcedentia, *l. nam ad ea, ff. de condit. & demonſtrat.* quæ licet loquatur in vltimis voluntatibus, tamen gloſ. *in l. pacta nouiſſima, C.de pact.* transfert ad contractus, & idem facit Barthol.*in l.fin. §.idem quæſijt, ff. de condict.indeb.* Caſtrenſ.*conſ.159. incip.in præſenti cauſa*: Nam dicit ipſe, non eſt veriſimile Principem totam præſentem diſpoſitionem voluiſſe ſubuertere, *l.ſi quando C.de inoff.teſtam.* Et generaliter verum eſt, eam non eſſe faciendam interpretationem, qua partes ſtatim ſe corrigere voluiſſe dicantur,
d.l.ſi quando. † Nam ſicut jurium, ita & eorum, quæ à 102
partibus dicuntur correctio, non fit niſi expreſſis verbis, *l.præcipimus, C de appellat.* & in dubio ſemper eſt euitanda, *c.cum expediat, cum ſimil.de elect.in 6.* adeò vt nec per repetitionem, aut ſubauditus intellectus fieri poſſit, gloſ. Monach. & alij *in cap. cupientes, §.ſi per viginti de elect.in 6.* idque certiſſimè vbi verba præcedentia nihil operantur, gloſ.*in clem.1. verb quibuſcumque de judic.* Curt. *conſil.1.* nec quiſquam Doctor allegabitur, aut allegari poteſt, qui ex dictis verbis, *futuris Dominis* feudum, quod ex præcedentibus eſt hæreditarium, dicatur eſſe ex pacto & prouidentia. Cùm enim ea feuda inter ſe ex diametro pugnent, & verba, *futuris Dominis*, conuenire poſſint hæreditario feudo, imò magis quàm feudo ex pacto & prouidentia, cùm iſtud ſit reſtrictum & neceſſitatem ad certum

genus

genus,& gradum perſonarum, quis dixerit ex his verbis corrigi verba, quibus verba denotatur feudum eſſe hæreditarium, & induci feudum ex pacto & prouiden-
103 tia illi contrarium. Idque † eo magis quod vbi verba conceſſionis ad feudum hæreditarium, & ex pacto & prouidentia referuntur, intelligitur eſſe feudum hæreditarium, Alexand. *conſ.26.n.3.cum ſeqq.lib.5.*

104 Poſtremò † reſpondetur, data conſuetudine, qua feuda ſunt redacta &c. ea verba eſſe clariſſima, recipiũt enim interpretationem à conſuetudine, quæ quoſcumque & per quamcumque cauſam ſucceſſionis admittit, Loffred. *conſ.39.nu.*18 Maſtrill.ad Gregor. *part.3. q.3.verb.& omnino*, vt infrà latius dicetur.

105 Nec obſtat † quod ait, feudum alicui conceſſum, & cui dederit, ſi dictio *legitimè*, intermiſceatur, manere inalteratam feudi naturam, & ad id eos tantùm admitti, qui de jure feudorum ſuccedere poſſunt: nihil enim habet commune ea forma cum verbis, *futuris Dominus*. Dictio enim, *legitimè* intermixta, clarè reſtringit verba, *quibus dederit*; vt ſcilicet debeat requiri conſenſus Domini, quo non requiſito, non dicitur legitimè alienatio fieri; *l.fin.C.de jur.emphyt.* vt eleganter interpretatur Citr.jun. *d.conſ.130.num.7.* Nun mirum ſi feudum, quod ex verbis, *cui dederit*, alioquin fuiſſet ſimpliciter hæreditarium, propter dictionem, *legitimè*, maneat inalteratum. Sed hæc, vt diximus, longè differunt à caſu noſtro, in quo nihil hujuſmodi eſt, ſed adſunt tantùm verba, quæ compatiuntur in feodo hæ-
106 reditario. † Plus dicò, quòd etſi dictio, *legitimus*, appoſita fuiſſet, & receptum fuiſſet feudum pro ſe & ejus hæredibus legitimis & ſucceſſoribus, non propterea minus eſſet feudum hæreditarium, nec illa dictio, *legitimis*, in ſblatino, operaretur vt eſſet vel ex pacto vel mixtum, Anton.Gabriel *lib.6.rubr.de verb.ſignif. concl. 3.n.7.8.& 16.* vbi teſtatur communem opinionem, Paris. *conſ.16.n.12.vol.1.* Bene verum eſt quòd tunc ſtrictè eſſet hæreditarium, non abſolutè, ſed tamen citra nomen hæredis, hæreditatis & bonorum haberi non poſſet, & quicumque agnatus in eo inſtitui poſſet, vt infrà dicetur.

Non obſtat etiam clauſula, *Qui de jure ſuccedere*, etiam ſeclusa conſuetudine, vt infrà dicetur.

Secundum quod contrà fundamentum, quo dicimus, hoc feudum ſemper fuiſſe abſolutè hæreditarium, proponit, eſt; dum vult reſpondere homagijs per Ludouicum, Melchiorem, Janſanum & Joachimum de Simiana, ſeu ipſorum aliquibus præſtitis ſimpliciter pro ſe eorumq; hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, quia inquit, certum eſt antiquiorem inueſtituram, poſterioribus neglectis, in feudis ſemper attendi, vt ex communi omnium DD. opinione firmat Vultej. *conſ.ad.lib.2.cap.3.num.22.verſ.quid autem*; & deficiente originali inueſtitura, illius renouationes ſufficient, ex notat.per Vulteiũ vbi ſuprà proximè *nu.16.verſ.ſacè.* Sed quæſo, quæ eſt illa anterior inueſtitura his poſterioribus repugnans? Nulla certè, i-
107 mò conueniunt. Nam prima, † quæ ſummo Pontifici fuit præſtita, cùm primùm acquiſiuit ſuperioritatem d.loci, eſt ſub verbis generalibus, pro ſe, ſucceſſoribus & hæredibus omnibus. Giraudus de Simiana, primus de d.familia acquiſitor, acquirit jus Cameræ pro ſe & hæredibus & ſucceſſoribus, & jam illud feudum à priuato per liberam alienationem acquiſiuerat, ex qua & ſic & feudum abſolutè hæreditarium erat, vt ſuprà dictum eſt, & conſuetudo; qua feuda ſunt &c. probatur. Berengarius ejus filius promittit pro ſe & ſucceſſoribus quibuſcumque. Sequuntur poſteà homagia per Ludouicum Berengarij filium, Melchiorem, Janſanum, & Joachimum præſtita, quæ omnino feudum ex pacto & prouidentia excludunt; quibus in vanum reſpondere nititur. Quod igitur illud eſt antiquius homagium, cui illa poſteriora derogare non potuerint? Nullum certè: imò ſi quod forſan intermixtum, non ita clarum eſſet, & minus generaliter præſtitum, vt præſupponit illud eſſe quod à Giraudo de Simiana factum fuit, de quo tamen non conſtat; illud à præcedentibus & ſequentibus interpretationem deberet ſumere, maximè cùm nulla verba feudo hæreditario repugnantia, & feudum ex pacto & prouidentia denotantia adſint. Quòd ſi forſan, dum ſe vult referre ad feuda antiquiora, intellexit de homagio per Giraudum Amici de anno 1244. præſtito, & quod parte dicti Domini Antonij productum fuit, id nihil continet quod feudum ex pacto denotet, & præterea habet dictionem vniuerſalem, *omnibus*, & euincit feudum ſim-
plicitet & abſolutè hæreditarium. † Dictio enim, *ſucceſſoribus*, tantum ſonat quantum, *hæredibus*, vt ex Dec. 108
conſ.269.num.1. Thom.de Marin. *tit.5.de feud.hæred.numero 25.* Intrigl.& alijs ſuprà docuimus. Et quatenus id homagium eſſet ita amplum, vt homagium Roſtagni de Sabrano, huic non illi ſtandum eſt, quod primum ſit quod S^mo Domino N. poſtquam ſuperioritatem d.loci acquiſiuit, & ſine vlla proteſtatione, ſed ſimpliciter & purè præſtitum fuit, quod propterea vim habet renouationis inueſtituræ. Quod ſi etiam intellexit de homagio alterius Giraudi, de anno 1634. id poſterius eſt homagio Roſtagni, & ab eo interpretationem ſumere debet; & præterea nihil eſt in eo quod feudum ex pacto deſignet, imò hæreditarium, imò ex eo juncto cum alienatione ſecuta probatur conſuetudo ſæpe narrata, & dictionem, *ſucceſſoribus*, pro quibuſcumque accipi, vt fit; cùm nonobſtante præſtatione homagij eo modo facta d. feudum liberè alienatum fuerit decem vel circa annis poſtea. Et hæc omnia quidem inſpecto jure feudali procedunt: ſed data conſuetudine, de qua ſuprà, ceſſant omnes difficultates, ea enim homagia omnia, verba & clauſulæ in illis contentæ àd conſuetudine interpretationem ſumere, & ſecundùm eam intelligi deberent.

Cognouit d.Dominus Aduocatus, quanti momenti eſſent homagia præſtita per Roſtagnum de Sabrano tam Abbati Sancti Guilhelmi de Deſertis, quàm ſanctæ memo. Joanni xxij. quibus propterea, inaniter tamen, ſatisfacere contendit, & ſic

Tertiò † impugnat hoc fundamentũ reſpondendo 109
d.homagijs, quæ nedum de ſucceſſionibus, ſed etiam de hæredibus mentionem faciunt, adjecta præterea dictione vniuerſali, *omnibus*, & quod homagium d. Domino Abbati præſtitum dictione, *in infinitum*. Reſpondet autem duobus modis. Primò, verbum, *hæredibus*, accipiendum eſſe in omnem euentum de hæredibus ſanguinis, attenta potiſſimùm reſtrictiua reſultante ex illis verbis, *futuris Dominus, & ex illis qui de jure ſuccedere debent*: ita vt ex illis non poſſit inferri, eſſe feudum abſolutè hæreditarium, ſed mixtum, & ſecundùm quid, in quo ſufficit ei qui petit ſe admitti ad feudi ſucceſſionem, quòd ſit hæres primi inueſtiti, mediante perſona ſuorũ authorum, etiamſi ab vltimo poſſeſſore non fuerit hæres inſtitutus, ad cujus tamen ſucceſſionem recipiendam fuerit habilis, vt in ſimili caſu reſpondit Menoch. *d.conſ.391.n.21.& d.conſ.514.nu.*10. poſt multos ibi per eum allegatos etiam remiſſiuè ad ejuſdem authoris *conſ.124.n.25.* Altero, quod ex illis verbis, *Qui de jure ſuccedere poſſunt*, hi tãtũ admitti debeãt, qui de jure feudali ſuccedere debeãt, vnde fœminæ excludũtur, quæ de jure feud. ſunt incapaces ſucceſſionis feudi, *in c.1.de eo qui ſibi & hæredib.* nec per dictioné vniuerſalé, *omnibus*, reſtrictã ad legitimos ſucceſſ. ſecũdùm

Digitized by Google

jura feudalia, poſſunt dici vocatæ, & caſu quo vocatæ
cenſerentur, non niſi omnibus maſculis extinctis &
deficientibus admitterentur ex Menoch *d. conſ. 391. nu.
13. & ſeqq.* præſertim *n. 15. verſ. & in ſpecie.* Excluduntur
quoque extranei cum de jure feudorum ſuccedere
non ſoleant, ideoque hujus feudi natura inalterata
manſerit, nec patrimonialium naturam aſſumpſerit, li-
cet vulgò in Gallia feuda ſint redacta ad inſtar patri-
moniorum, & ob reſtrictiuas, de quibus ſuprà, ſit feu-
dum ex pacto & prouidentia ad not. in ſimili caſu per
Deci. *d. conſ. 445. n. 8. & ſeqq.*

110 Hæc quia † perplexè & inuolutè ac terminos juris
feudorum confundendo, & naturam vnius alteri attri-
buendo, qua mente ipſi viderint, proponuntur. Ut ve-
ritas clariùs eluceſcat, tria in eorum ſolutione præſta-
bimus; primùm quædam præmittemus ex quorum co-
gnitione diſſolutio eorum, quæ in contrarium propo-
nuntur facillimè patebit: ſecundò in contrarium pro-
poſitis generaliter reſpondebimus; poſtremò ſingula
ab ipſo expendemus & refutabimus.

111 Quoad primum, dicimus DD. magiſtraliter † tria
genera feudorum conſtituiſſe, hæreditarium, ex pacto
& prouidentia, & mixtum: hæreditarium, cùm conce-
ditur pro ſe & hæredibus, abſque vlla dictione vniuer-
ſali, Cannet. *in c. volentes, verſ. conſequenter, num. 11. cum
ſeqq.* vbi dicit communem, fuſiſſimè Intrigl. *q. 48. nu. 4.
cum ſeqq.* vbi hanc receptiorem & magis communem
atteſtatur ſententiam poſt plures quos refert & ſequi-
tur, & ante eum Alciat. *conſ. 103.* Rol. à Valle *conſ. 28. n. 5.
lib. 3.* Bern. Her. *in tract. magis commun. lib. 1. concl. 28.* Ca-
mill. de Curt. *in diuerſ. jur. feud. §. multoties, in princ. fol.*
112 *43. & n. 48. & 49.* Et † qui in eo ſuccedere vult, neceſ-
ſariò hæres eſſe debet, Intrigl. *cent. 1. q. 51. nu. 289.* hæres,
inquam, vltimò defuncti; nec ſufficit vt ſit hæres primò
inueſtiti, Intrigl. *d. q. 51. n. 117.* & in eo ſucceditur vltimò
morienti non primò acquirenti, Intrigl. *d. q. 51. num. 299.*
quod ſecus eſt in feudo ex pacto & prouidentia, In-
trigl. d. locis. Ex pacto & prouidentia, quando conceſ-
ſum eſt pro ſe & filijs, vel pro ſe & liberis, Clar. *§. feudum
q. 9. n. 3.* Camill. *d. §. multoties* Mixtum verò, quando eſt
conceſſum pro ſe & filijs & hæredibus, Intrigl. *d. cent. 1.*
113 *q. 49. in princ.* † ideoque in eo requiritur, vt ille qui vult
in tali feudo ſuccedere ſit filius, & ſit etiam hæres, & ſic
quòd in eo vtraque qualitas concurrat, Clar. *d. n. 4.* In-
114 trigl. *d. q. 49. n. 4.* Hæres, † inquam, hæreditatis, & bo-
norum, nec ſufficit eſſe hæredem ſanguinis, ex veriori
& magis communi ſententia, quantumuis Bald. &
quibuſdam alijs repugnantibus, vt atteſtantur Clar. *d.
q. 9. n. 4.* & Intrigl. *d. q. 49.* Diſtinguitur autem & ſepara-
tur feudum hæreditarium à mixto (cùm loquor de
feudo hæreditario, intelligo de eo, quod aliqui ſtrictè
hæreditariũ vocant, non de abſolutè hæreditario quod
vocant, quod ſeparatam omninò habet naturam, vt
mox dicemus, & an ita verè nominentur, docebimus:)
115 in eo, quod † etſi in feudo mixto ſufficiat eſſe hære-
dem mediante perſona ſuorum anteceſſorum, ex anti-
quorum ſententia, Clar. *d. q. 9. num. 5.* Intrigl. *cent. 1. q. 49.
num. 188. & ſeqq.* ſecus tamen eſt in feudo hæreditario,
vt ſi pro ſe & hæredibus ſit receptum; neceſſe enim
habebit, vt ſit hæres vaſalli vltimò defuncti, Curt. jun.
conſ. 138. ſub num. 24. vbi teſtatur communem, & quem
non rectè intelligens malè reprehendiſſe Clar. *d. q. 9.*
contendit Intrigl. *d. q. 49. num. 183.* eamdem ſententiam
veriorem & communem teſtantur Socin. jun. *conſ. 188.
num. 15. vol. 1.* Cannet. *in c. ſi aliquem, §. præmittendum eſt,
num. 81. fol. 245. & verſ. defuncto, num. 12. fol. 125.* & magis
communem Thom. de Marin. *in tract. de gener. & qua-
lit. feudorum, tit. de feud. hæredit. num. 34. & tit. 6. de feud.
hæred. anti. n. 1. in fin. verſ. ea quæ dicta ſunt, & 2.* vbi loqui-
tur de feudo hæreditario antiquo & paterno. Feudum
enim antiquum duplex eſt, hæreditarium vnum, alte-
rum ex pacto & prouidentia, Thom. de Marin. *tit. 2. de
feud. ex pacto & prouident. antiq. & tit. 6. de feud. hæredit.
antiq.* Alexand. de Neuo inter conſ. Loffred. *conſ. 52.
num. 51.* Joann. Fichard. *in addit. ad Villalob. in tract. com-
mun. opinio. in litera F. num. 19.* & alij, quos refert & ſe-
quitur Intrigl. quantumuis aliqui repugnent *d. qu. 49.
num. 182. vſque ad n. 187.*

In † alio etiam diſtinguuntur, quòd in feudo mixto 116
etſi poſſit vltimò defunctus poſtergare ætatem, & ſe-
cundogenitum primogenito præferre; non tamen po-
teſt poſtergare gradum, & proximiorem agnatum ex-
cludere, remotiorem vocando, Intrigl. *d. q. 49. nu. 4. &
num. 42. 43. & 44.* ſecus tamen eſt in feudo hæredita-
rio, qui ſufficit ſi vnus ex comprehenſis in inueſtitura,
quicumque tandem ille ſit, inſtituatur hæres, Alex.
conſ. 19. n. 22. lib. 5. Marin. Frecc. *lib. 3. tit. 3. de feud. hæredit.
num. 3. verſ. ego legi alias, fol. 404.* Surd. *conſ. 105. num. 22.*
& DD. omnes cum de poſtergatione facienda non lo-
quuntur, nominatim & ſolùm de feudo mixto diſſe-
runt. At cum de feudo hæreditario tractant, ſimplici-
ter requirunt vt non extraneus, ſed maſculus & vnus
ex agnatis inſtituatur; &, vt vno verbo aiunt, vnus ex
comprehenſis in inueſtitura, quod ſatis demonſtrat
Intrigl. d. locis, cùm inquit, quòd in mixto non poſſit
fieri poſtergatio gradus, hoc procedere ex natura feu-
di ex pacto & prouidentia, quæ ineſt feudo mixto: ita
vt neceſſariò illam poſtergationem permiſſam eſſe in
feudo hæreditario aſſerendum ſit; & planè ita neceſ-
ſariò aſſerendum eſt, alioquin non jam diſtingueretur
hæreditarium à mixto, ſed vnum idemque eſſet vi ipſa
& effectu, ſi neceſſariò proximior agnatus inſtituen-
dus eſſet hæres. Quæ confirmantur ex eo quod DD. aſ-
ſerunt, de feudo hæreditario poſſeſſorem liberè diſpo-
nere poſſe, Andr. de Iſern. *in c. 1. an agnat. & c. 1. de alien.
feud. patern.* & alij quos refert & ſequitur: & de hoc
non eſſe dubium aſſerit Menoch. *conſ. 104. nu. 23* & no-
uiſſimè Intrigl. *cent. 1. q. 51. nu. 70.* Sed † ſi agatur de alie- 117
natione facta inter viuos, propter clauſulas de non
contrauueniendo, & ſimiles, res eſt certiſſima, quòd per
eam præjudicatur agnato etiam in feudo antiquo,
quemadmodum & delinquendo, Andr. de Iſern. *in
cap. 1 de alienat. feud. pater. & in c. 1. §. hoc quoque, de ſuc-
ceſſ. feud.* Alex. *conſ. 19. nu. 14. & 55. lib. 5.* Curt. jun. *conſ. 139.
n. 18. vſque ad nu. 23.* qui *n. 21.* hanc ait magis communem
ſententiam, idque longè certiùs ſi is in quem alienatio
fit, ſit de comprehenſis in inueſtitura: Curt. jun. *d. conſ.
139. n. 26.* eamdemque ſententiam, vt alienationem in-
ter viuos factam agnatus in feudo hæreditario reuoca-
re non poſſit, eamque in præjudicium proximioris a-
gnati valere docent Anton. de Alexand. inter conſ.
Loffred. *conſ. vlt. n. 51. verſ. dicebam, & 2.* Marin. Frecc. *de
ſubfeud. lib. 3. d. tit. de feud. hæred. n. 3. verſ. ego legendo, fol.
404. & tit. de differen. inter feud. hæred. & ex pact. limi-
tat. 1. fol. 439.* Camill. de Curt *in diuerſ. jur. feud. 118. § nunc
de altera, n. 39. fol. 59.* Hancque communem poſt multos
aſſerit Arius Pinell. *in l. 1. part. 3. n. 93. C. de bon. matern.* &
Intrigl. *d. q. 51. n. 95. cum ſeqq.* hanc receptiorem ſenten-
tiam atteſtatur, & paucos ab ea recedere, ſicut & Bur-
ſat. *conſ. 2. n. 37. lib. 1.* Kirchou. *in collect. commun. opin. lib. 6.
fol. 345. col. 2. in princ.* ideoque in feudo hæreditario po-
teſt feudatarius mutare formam primæ conceſſionis
& renouare inueſtituram in alia forma, etiam in præ-
judicium agnatorum ſuccedentium, Intrigl *cent. 1. q. 51.
num. 295.* † Ideoque præſcriptio in feudo hæreditario 118
contra poſſeſſorem nocet ſucceſſoribus quod ſecus eſt
ſi ſit ex pacto, id. Frecc. *lib. 5. tit. differen. inter qu. tuor,
differ. 4. fol. 440.* in quo caſu verſamur, per donationem
enim

enim fuit alienatum d. feudum in Joachimum, & quatenus opus eſſet, conſenſus Domini, ſuperioris acceſſit, tum in homagij receptione, tum in miſſione in poſſeſſionem Ill^mi Montorij tunc vicelegati mandato, & per ejus Commiſſarium facta.

119 Ex † his ſequitur, malè aliquos feudum hæreditarium appellare mixtum, vel ſecundùm quid, verè enim vnicum eſt feudum hæreditarium omnino diſtinctum à mixto, vt eruditè docent Thom. de Marin. *d. tit. de feud. hæred. n.* 8. Cannet. *in c. volentes, § conſequenter, num.* 11. *cum ſeqq.* Intrigl. *q.* 48. *nu.* 26. Camill. de Curt. *diuer. § multotties, n.* 49. *& ſeq. fol.* 48. vbi hanc veriorem & communem opinionem *& num.* 16. receptam omnium DD. doctrinam affirmat: excuſari tamen poſſunt, vt eos excuſat Intrigl. *d. q.* 48. *n.* 27. quia mixtum appellarunt ad differentiam abſolutè hæreditarij: quia ſcilicet in hæreditario neceſſariò debet inſtitui maſculus iſque de comprehenſis in inueſtitura: ſed ſemper aliud omninò eſt à verè mixto, quod habet qualitatem hæreditariam & feudi ex pacto & prouidentia annexam: ſed hæreditarium, quamuis ad extraneos hæredes tranſire non poſſit, propriè tamen & verè eſt hæreditarium, Intrigl. *q.* 48. *num.* 24. *&* 25. Aliqui ex noſtris DD. volentes magiſtraliter procedere, conſtituerunt duo genera feudi hæreditarij, vnum ſtrictè vel ſecundùm quid, alterum merè abſolutè & ſimpliciter, ſed hujuſmodi diuiſio, ſi inſpiciamus veram naturam feudi, non poteſt ſuſtineri: vnicum enim eſt feudum hæreditarium, ex formula hujuſmodi, *pro ſe & hæredibus*, ſimpliciter concepta, & ſimilibus, reſultans. Id enim feudum, quod ſimpliciter & abſolutè hæreditarium vocant ex dictionibus vniuerſalibus, *quibuſcumque* vel *omnibus*, & ſimilibus manans, non appellatur in jure hæreditarium, ſed degenerans & improprium, & hujuſmodi feuda dicuntur non habere propriam naturam feudi, juxta text. *c.* 1. *de feud. non hab. propr. natur. feud.* vt eruditè docet Cann. *d. § conſequenter, n.* 16. *cum ſeqq.* Diſtinguuntur enim omninò hæreditarium & hujuſmodi degenerans, cùm in hæreditario non niſi vnus ex comprehenſis in inueſtitura ſcribi poſſit hæres: at in degenerante, quicumque etiam extraneus, etiam fœmina, vt paulò pòſt dicemus. Sed etſi DD. in hoc videantur variè loqui, eſt tantùm quæſtio de verbis: nam qui hujuſmodi duplex genus hæreditarij feudi conſtituunt doctrinæ cauſa, in hoc tamen omnes conueniunt, vt strictè, quod vocant, hæreditarium omninò diſtinguatur à mixto, & ſimpliciter, quod vocant, hæreditarium omnino à feudo ſtrictè hæreditario. His ſic præmiſſis venio

Ad ſecundum caput, quo generaliter reſpondendum eſt.

Primò igitur reſpondetur, ſi eſſemus in terminis juris feudalis, hoc feudum eſſe degenerans, quod plerique vocant abſolutè & ſimpliciter hæreditarium, & in quo ea omnia, quæ ex aduerſo proponuntur, ceſſant,
120 quodque tale dicitur, † cùm pro ſe & hæredibus vel ſucceſſoribus quibuſcumque vel omnibus accipitur. Dictiones enim hæ, *quibuſcumque*, vel, *omnibus*, in hac materia feudorum æquiparantur, & tamen vna quantum alia operatur ad conſtituendum feudum abſolutè hæreditarium, Thom. de Marin. *tit.* 5. *de feud. hæred. nu.* 8. Tiber. Decian. *reſpon.* 3. *n.* 174. vbi dicit communem *lib.* 4. Crauet. *conſ.* 256. *nu.* 8. *verſ. his tamen, vſque ad fin.* Garſon. *de fœmin. ad feud. recip. n.* 79. *in princ.* Sufficit enim vt per æquipollentia verba concipiatur inueſtitura,
121 Pariſ. *conſ.* 23. *n.* 69. *&* 170. Intrigl. *d. q.* 50. *nu.* 146. † Cujus feudi ea eſt natura, vt ad fœminas & extraneos, & etiam legatarios tranſire poſſit, Alex. *in l. etiam, nu.* 5. *ff. ſol. matrim.* Roman. *ibid. n.* 3. Socin. ſenior *conſ.* 19. *col.* 2. *in princip.* & hanc magis communem eſſe opinionem patet ex ijs quæ recitat Tiraquel. *in tract. de retract. §.* 1. *gloſſ.* 7. *num.* 21. & magis communem atteſtantur Curt. jun. *conſ.* 1. *per tot.* maximè *n.* 1. *&* 7. *& in tract. feudor.* 4. *part. princip. nu.* 130. vbi dicit veram, *& in* 2. *part.* 3. *part. princip. n.* 62. Rip. *in l. ex facto, §. fin. n.* 16. *ff. ad Trebell.* Socin. jun. *conſ.* 103. *n.* 18. *vol.* 2. Cannet. *in c. volentes, § idem videtur, n.* 1. *fol.* 42. & hanc magis communem in practica ſeruari contendit Clar. *d. q.* 9. *nu.* 2. Camill. de Curt. *in diuerſ. § multotties, n.* 18. *fol.* 45. & fuſiſſimè Intrigl. *q.* 50. *n.* 117. *vſque ad num.* 127. *& num.* 131. *cum ſeqq. vſque ad n.*
153. Nec mirum, † forma enim, *pro te & hæredibus qui-* 122
buſcumque, vel, *omnibus* æquiparatur cum forma, *tibi & cui dederis*, Cannet. *d. loco n* 2. Intrigl. *cent.* 1. *q.* 50. *nu.* 174. per quam formulam extranei abſque dubio vocantur,
Cannet. *d. loco*, & Intrigl. *d. q.* 50. *num.* 158. *& nu.* 175. † Et 123
quamuis aliqui voluerint reſtringere, ſi tantùm vna improprietas adſit, nimirum quòd vel ſit maſculus extraneus, vel fœmina agnata, qualis eſt Beccius *conſ.* 18. *n.* 2. 3. *&* 13. tamen verius eſt, etſi eſſet fœmina & extranea, admitti, Intrigl. *d. q.* 50. *n.* 144. Quod tamen hoc in caſu inutile eſt, cùm agatur & de maſculo eoque agnato, quod ſi ageretur de filia defuncti, ea eſſet agnata.
At † verò hoc feudum, de quo agitur, ſecluſa conſue- 124
tudine, eſſe degenerans & abſolutè hæreditarium, patet ex d. homagijs Abbati Sancti Guilhelmi de Deſertis & Joanni xxij. præſtitis, conceptis ſub hac forma, *pro ſe, hæredibus & ſucceſſoribus omnibus*, quibus pleraque ſequentia, vt Berengarij, qui promittit *per ſe & ſucceſſores quoſcumque*, & Janſani & Joachimi, *pro ſe, hæredibus ac ſucceſſoribus quibuſcumque*. Quod ſi aliqua intermedia non ita generaliter concepta ſint, ea debent ab his ſumere interpretationem. Sed etſi dictiones il-
læ vniuerſales non adeſſent, † propter tamen eas duas 125
dictiones conjunctas, *hæredibus & ſucceſſoribus*, fieret abſolutè hæreditarium, ad quoſcumque hæredes etiam extraneos, necnon fœminas tranſitorium, Socin. ſenior *conſ.* 257. *col.* 4. *verſ. aliquando &* 2. *& conſ.* 266. *col.* 13. *in fin. verſ. ſecundum & ſeq.* Curt. jun. *conſ.* 4. *n.* 24. *& in tract. feudor.* 3. *part. princ.* 1. *memb. n.* 34. *verſ.* 29. Nat. *conſil.* 159. *n.* 18. Greg. *part.* 8 *q.* 4. Intrigl. *cent.* 1. *q.* 48. *num.* 32. 33. 34. *&* 35.

Rurſus † & tertiò, ex ſola dictione, *in infinitum*, ap- 126
poſita in d. homagio præſtito Abbati Sancti Guilhelmi, diceretur abſolutè hæreditarium, à Petro *conſ.* 4. *n.* 19. Curt. jun. *conſ.* 4. *circa fin.* Pet. de Gregor. *d. tract. part.* 4 *q.* 3. *verſ. item dicendum*, quam ſententiam, quantumuis Thom. de Marinis repugnante, amplectitur Intrig. *d. q.* 50. *n.* 198. alijs quoque modis probauimus abſolutè hæreditarium in priori conſ. Cùm igitur ex homagijs, quorum illud quod Joann. xxij. præſtitum eſt, ſufficeret, cùm ſit primum, quod fuit præſtitum S^mo D. N. Papæ poſt acquiſitionem ſuperioritatis d. loci ab eo factam.

Nec † obſtat quòd ex aduerſo proponitur, dictio- 127
nes vniuerſales reſtringi per dictionem, *futuris Dominis*, ſuprà enim reſponſum fuit & demonſtratum, ea verba ampliare, non reſtringere; ſed ampliare potiùs dictiones vniuerſales, quod ſcilicet omnes, cujuſcumque qualitatis ſint hæredes & ſucceſſores, debeant eſſe futuri Domini, ſi ita vltimus poſſeſſor ordinauerit: quibus addendum eſt dictiones vniuerſales non debere, nec poſſe reſtringi, ſi reſtrictæ nihil operarentur. Quod abſque dubio procedit, ſi verba, ex quibus prætenditur fieri reſtrictionem, non repugnent vniuerſalitati, gloſ. *in clem.* 1. *verb. quibuſcumque, de judic.* Curt. junior *conſ.* 1. *& conſ.* 183. Dec. *c. in præſentia n.* 45. *de probatio*, vt hoc caſu non repugnant, imò optimè conueniũt, vt omnes, cujuſcumque qualitatis, ſint futuri Domini.

Quòd ſi reſtringerentur, eſſet omninò inutilis illa dictio vniuerſalis, & planè ita ſe res habet, & ita interpretatio facienda eſt neceſſariò, quaſi verò ſi quod in contrarium deducitur, verum eſſet, homagium fieret pro omnibus hæredibus & ſucceſſoribus qui non ſunt futuri Domini.

Non obſtat etiam clauſula, *Qui de jure ſuccedere poſſunt*, ex qua prætendit aduerſarius, clauſulam vniuerſalem reſtringi ad meram juris feudalis naturam, & mixtum fieri feudum: ita vt non niſi ad proximiores agnatos tranſire poſſit.

128 Primò enim reſpondetur, † ex verba nullo modo eſſe in ipſa principali præſtatione homagij, quæ ſimpliciter ita concepta eſt, *per ſe & omnes ſucceſſores & hæredes ſuos in infinitum futuros Dominos*, quoad homagium præſtitum Abbati: quoad verò homagium præſtitum Joanni xxij. *pro me & meis ſucceſſoribus, & hæredibus omnibus, futurus Dominus d. Caſtri* &c. abſque vlla mentione d. clauſulæ, quæ in vno tantùm ex capitibus acceſſorijs vel executiuis, eoque inter varia immixto & intermedio appoſitæ, quæ propterea non immutat naturam formulæ principalis, Dec. *conſ.* 193. *num.* 5. *&* 6. Pariſ. *conſ.* 23. *nu.* 42. *lib.* 1. Camill. de Curt. *in diuerſ. juris feud.* §. *multoties n.* 9. *fol.* 49. Anton. Gabriel. *lib.* 6. *conclus. rubr. de verb. ſignif. concl.* 3. *n.* 12. Arius Pinell. *in l.* 1. *part.* 3. *n.* 87. *verſ. adhuc non concludit, fol.* 391. *C. de bon. mater.* vbi eam eſſe dicit receptiorem ſententiam: verba enim executiuè prolata non alterant primariam diſpoſitionem, *ex clem.* 1. *circa fin. de prebend. & dignitat.* Jaſ. *in l. ex pecuniari, n.* 2. *de vulga.* Hæc confirmantur ex his, quæ ſupra diximus, non debere fieri interpretationem, qua corrigantur præcedentia, *d. l. nam ad ea. ff. de condit. &*

129 *demonſtr.* His † adde, non eſſe veriſimile, Principem voluiſſe totam præcedentem diſpoſitionem vno verbo ſubuertere, arg. *l. ſi quando, C. de inoff. teſtam. gloſ. in verb. præſcriptione,* §. *præterea, cap.* 1. *de capit. Conradi.* ne videatur incontinenti ſe corrigere Bald. *in l. fin. in fin. per illum textum C. per quas perſonas,* vbi dicitur, quòd in eadem lege non præſumitur correctio, & bene arguitur à lege mortua ad legem viuam *l. ſi quis filio exhæredato,* §. *penult. ff. de injuſt rupto.* & in terminis conceſſionis feudi Intrigl. *cent.* 1. *q.* 49. *n.* 16. 17. 18. *&* 19.

130 Secundò reſpondetur, † quòd ſi ea verba eſſent in principali diſpoſitione & præſtatione, non tamen reſtringerent dictionem vniuerſalem: neque enim appoſita ſunt eo modo, quo debent apponi, vt ſi fieri debeat reſtrictio, ſicut nempe *per me & omnes ſucceſſores, qui de jure ſuccedere poſſunt*: ſed ſimpliciter etiam in eo capite profitetur recognoſcere *per me & omnes ſucceſſores meos, quod ego & illi qui de jure in d. Caſtro ſucceſſerint,* quo caſu non reſtrictiuè ad dictionem, *omnes*, ſed ampliatiuè ad dictioné, *ego*, appoſita ſunt; vt ſcilicet ipſe, & qui de jure ſuccedent, qui ſcilicet ſunt omnes, & cujuſcumque qualitatis ſucceſſores, per quos ſimpliciter & abſolutè promiſſio fit, idque quomodocumque illam dictionem de jure interpretemur: eo enim loco appoſita complectitur fœminas & extraneos cùm per dictionem vniuerſalem, ſimpliciter prolatam, omnes ij, ſcilicet fœminæ & extranei, de jure feudorum comprehendantur. Videantur DD. qui volunt reſtringere dictionem vniuerſalem per clauſulam, *qui de jure*, ij requirunt vt pronomen, *qui*, ſubjiciatur immediatè poſt dictionem vniuerſalem.

Tertiò reſpondetur, etſi nulla dictio eſſet vniuerſalis, & ſimpliciter feudum fuiſſet conceſſum tibi & cui

131 jus dabis, † non propterea minus eſſet feudum hæreditarium, non quidem abſolutè, ſed ſtrictè quod vocant, Aluarot. *cap.* 1. *n.* 7. *circa fin. verſ. quæro quid,* Bald. *in l. liberti n.* 33. *C. de oper. liberto.* Intrigl. *cent.* 1. *q.* 48. *n.* 60. *&* 61. At verò jam diximus, in eo feudo ſufficere ſi agnatus inſtitutus ſit, & abſque dubio ſi per contractum inter viuos feudum in agnatum quantumuis remotiorem alienatum eſſet.

Quartò reſpondetur, † data d. conſuetudine, qua 132
feuda ſunt redacta ad inſtar patrimoniorum, & qua fœminæ indiſcriminatim cum maſculis ſuccedũt, quæque etiam ſine conſenſu Domini in extraneum alienatur, quomodocumque & vbicumque ea verba appoſita ſint, ex non de jure feudali, ſed de conſuetudine quę in patria ſeruatur, ſunt interpretanda; quilibet enim actus præſumitur geſtus ſecundùm cõſuetudinem Regni, Bertachin. *in reperto. in verb. contractus in princip. n.* 97. Bart. *in l. contraxiſſe, circa fin. ff. de actio. & obligat. & l. ſemper in ſtipulationibus, ſub num.* 7. *ff. de reg. jur. & in l. cunctos populos, n.* 14. *C. de ſumm. Trinit. & in l. nemo poteſt, n.* 5. *in fin.* vbi expreſſiùs addit *in verbo conſuetudo ff. de duob. reis,* & in terminis conceſſionis feudi Petr. de Gregor. *part.* 3. *q.* 3. *n.* 9. *&* 10. & clarius Maſtrill. *in additio.* poſt eos quos refert & ſequitur, & Gabr. *lib.* 6. *tit. de conſuet. concl.* 1. *n.* 1. *&* 10. Marin. Frece *de ſubfeud. lib.* 3. *tit.* 2. *de feud. antiq. n.* 19. *fol.* 392. Jus enim feudorum & conſuetudo, quæ ibi regnat, generalem conſuetudinem feudorum vincit; Capic. *in inueſtit. verb. feudor. leges, fol.* 261. multo magis apud nos, apud quos jus feudale nunquam fuit receptum, & omnia feuda non modum ſunt abſolutè hæreditaria, & degenerantia, niſi nominatim aliter ex conceſſione feudi conſtet, ſed etiam ad inſtar patrimoniorum.

Nec obſtat, † aliqua feuda, eaque pauciſſima, à cen- 133
tum vel circa annis in Comitatu ſub pacto & prouidentia fuiſſe conceſſa: conſuetudo enim illa generalis & non forma priuilegiorum & caſuum particularium conſideranda eſt, & ea verba de jure ſecundùm conſuetudinem generalem, & nõ habito reſpectu ad illa particularia, eaque pauciſſima feuda intelligenda, Marin. Frecc. d. loco poſt And. de Iſern. & alios: conſuetudo enim jus commune dicitur, Frecc. d. loco.

Ex quibus firma manet prima reſponſio, quæ in eo conſiſtit, quòd hoc feudum fuerit ſemper & ſit abſolutè & ſimpliciter hæreditariũ, & poſſit liberè in quemcumque ſiue fœminam ſiue extraneum transferri nõobſtantibus verbis, *futurus Dominus*, & clauſula, *& qui de jure ſuccedere poſſunt*, maximè in vno ex capitibus executiuis, & eo modo, quo eſt appoſita.

Secundo modo reſpondetur, quod præſuppoſita d. conſuetudine, qua feuda ſunt redacta &c. quòd etſi nulla dictio vniuerſalis adeſſet, † ſed ſolùm hæredum 134
vel ſucceſſorum facta fuiſſet mentio, certiſſimum eſt nedum eſſe abſolutè hæreditarium, ſed & poſſe liberè quandocumque & quomodocunque in quemcumque alienari, Guid. Pap. *q.* 230. *n.* 2. Guilhelm. Bened. *in cap. Raynutius verb. duas habens nu.* 67. *de teſtam.* Guilhel. à Perno *conſ.* 6. *num.* 26. *verſ. ait & nouiſſime,* Pet. à Gregor. *part.* 6. *q.* 2. *num* 10. Imò & idem ſtatuendum ſi nulla vel hæredum vel ſucceſſorum facta fuiſſet mentio, Jaſ. *in d. l. de quibus n.* 64. *ff. de legib.* Benedict. Guido & Surdus, locis ſuprà *n.* 36. citatis.

Idque multo † magis quod in effectu fuit liberè ſe- 135
mel alienatum, quod neceſſariò excludit eſſe ex pacto & prouidentia, Menoch. *conſ.* 812. *n.* 5. Viui. *dec.* 441 *nu.* 12. *&* 13. *lib.* 3.

Poſtremò reſpondetur, præſuppoſito & non conceſſo; omnia eſſe vera quæ ex aduerſo dicũtur, & quod eſſemus in puris terminis juris feudalis, nihil aliud conficeretur, quàm illud eſſe feudum ſtrictè hæreditarium: illa enim verba, *qui de jure ſuccedere* &c. ſi velimus ea referre ad jus feudorum, nihil aliud operari poſſunt, quàm vt dictio, *hæredum*, vel, *ſucceſſorum*, faciat

feudum

Digitized by Google

feudum ſtrictè hæreditarium, non autem mixtum, vt ex ſuperioribus patet. At verò in eo jam docuimus, licitum eſſe inſtituere agnatum remotiorem, & quidquid ſit in inſtitutione, certiſſimum eſſe in alienatione inter viuos eam valere in præjudicium agnatorum proximiorum, vt ſuprà *num.* 117. demonſtratum fuit ex Andræa de Iſern *in cap.* 1. *de alienat. feud. patern. & in cap.* 1. *juxta fin. qui ſucceſſores teneantur*, & Alex. de Neuo eum ſequutus inter conſ. Loffredi 52. *& vltim. num.* 51. *verſ. dicebam & ſecundò*, & alijs ſuprà citatis. At nos verſamur in agnato nepote ex filia defuncti, eoque & donatario & hærede, & ſic vtrumque & alienationem inter viuos, & inſtitutionem pro ſe habet. Et ex his quidem ſatisfactum eſt ijs quæ in prima parte hujus tertij capitis reſponſionum per aduerſarium datarum contra fundamentum noſtrum, quo aſſerimus hoc feudum ſimpliciter & abſolutè hæreditarium, proponuntur.

136 Hæc confirmantur, † quia feudum ſimpliciter conceſſum, etiam nulla hæredum facta mentione, cenſetur eſſe hæreditarium, Alex. *conſ.* 26. *nu.* 3. *&* 7. *lib.* 5. qui etiam in feudo antiquo id procedere ait, Nat. *conſ.* 130. *n.* 10. Menoch. *conſ.* 105. *n.* 9. Roland. *conſ.* 55. *in princ. lib.* 3. Capit. *in ſua inueſtit. verbo, hæreditarium feudum, concl.* 3. *fol.* 235. qui quamuis aliqua in contrarium proponat, ſe tamen ab ea opinione non recedere contendit.

137 Et in dubio † feudum, de cujus conceſſione non conſtat, præſumitur eſſe hæreditarium, ad quod agnatus non admittitur niſi ſit hæres, Dyn. *in c. ſine poſſeſſione, col.* 3. *verſ. duæ poſſidendi qualitates, de regul. jur. in* 6. Alexand. *conſ.* 26. *n.* 3. *&* 7. *lib.* 5. Roland. *conſ.* 32. *n.* 28. *lib.* 3. Intrigl. *cent.* 1. *q.* 50. *num.* 220. quam opinionem magis communem Burſat. *conſ.* 3. *n.* 4. *lib.* 1. Kirchou. *in commun. opinio. verb. feudum lib.* 6. *fol.* 345. *col.* 2. *ſub. n.* 16. Bern. Henric. *in tract. magis comm. opin. lib.* 1. *concl.* 433.

138 Quoad ſecundam † verò partem, qua ait, fœminas de jure feudorum incapaces eſſe ſucceſſionis feudorum, & quo caſu admittuntur, non niſi omnibus deficientibus maſculis, à primo inueſtito deſcendentibus, id fieri. Ad id reſpondetur, non eſſe verum ſimpliciter, fœminas incapaces eſſe feudorum, imò pleriſque caſibus eorum ſunt capaces, etſi earum in inueſtitura non ſit facta mentio, vt ſi feudum ſit emptitium, Decian. *reſponſ.* 58. *num.* 50. *lib.* 4. Clar. §. *feudum q.* 73. *verſ. ſed quæ in feudo empto; ſi conditionatum*, Menoch. *conſil.* 65. *per tot.* ſi dictio vniuerſalis, *omnibus*, vel, *quibuſcumque*, adſit, Ruin. *conſ.* 16. *nu.* 5. *lib.* 1. & pleriſque alijs caſibus. Ideoque eruditè Bammach. *in cap. ſi de feudo, numero* 32. *fol.* 8. *tit. de feud. defunct.* docet, fœminas non poſſe dici incapaces feudorum, quia, inquit, etſi ſexus fœmineus ad ſucceſſionem feudorum ſimpliciter non ſit vocatus, non tamen fuit omnino inhabilis ad ſucceſſionem feudalium declaratus.

Nec quoque verum eſt, non niſi deficientibus omnibus maſculis admitti, ſed tantùm in certis caſibus id verum eſt, vt in conceſſione feudi facta maſculis & fœminis, vel in feudo fœmineo, & in terminis *cap.* 1. *de eo qui ſibi & hæred.* quod ſcilicet, quia cum illis formis, nihil adſit ex quo poſſimus colligere mentem concedentis eſſe, vt concurrat fœmina cum maſculo, eam interpretationem facimus, per quam, quanto minus fieri poſſit, jus commune feudorum lædatur, & ſic

139 vt maſculos fœminæ præferatur: † ſed pleriſque caſibus ſimul fœmina cum maſculis concurrunt, vt ſi formula ſit concepta hoc modo, *maſculis cum fœminis*, quam opinionem communem ſuprà demonſtrauimus ex Jacob. de Sancto Georg. *in tract. feudor verb. & fœminis num.* 10. Pariſ. *conſ.* 12. *num.* 16. *lib.* 1. Clar. *in* §. *feudum q.* 17. *num.* 4. & in hoc errauit Menoch. *conſ.* 391. *numero* 16. poſt Fulgoſ. & Gozadin. † Nec non quando 140
clauſula vniuerſalis eſt poſita, qui eſt caſus noſter, quæ operatur vt nedum cum maſculis, ſed illis excluſis fœmina admittatur, ſi eam feudatarios inſtituerit, vt in terminis docent Socin. ſenior *conſ.* 255. poſt Bald. Jacob. de Belniſo, & Martin. Laudenſ. *col.* 4. *in fin. verſ. aliquando & ſecundo*, Pariſ. *conſ.* 12. *num.* 19. *cum ſeqq. lib.* 1. Nat. *conſ.* 151. *nu.* 8. *&* 9. Nam vt præfati DD. docent *cap.* 1. §. 1. *Epiſcopum vel Abbatem*, ex quo ille ordo ſucceſſiuus probatur in formula conceſſionis maſculis & fœminis, habet tantum locum in feudo recto & proprio, non autem in improprio, quale eſt hoc, vt ipſi docent, & ſuprà fuſiùs probauimus, Menoch. quidem contrarium tenet *d. conſ.* 391. *num.* 13. *vſque ad num.* 19. *incluſiuè*, ſequutus Garſon. *de fœmin. ad feud. admitten. in* 2. *reſtrictio. verſ. declaratur communis*, ſed vtroque deceptus fuit: fundatur enim Garſon. in hac ratione, quòd dictio vniuerſalis, & ex vi illius incluſis fœminarum non debeat plus operari quàm expreſſio in formula, *maſculis cum fœminis*, vel *liberis vtriuſque ſexus*, idque ex ſuo capite abſque vllius authoritate, non aduertens conceſſionem cum clauſula vniuerſali eſſe ampliorem: ex vi enim dictionis vniuerſalis extraneus poteſt inſtitui, vt mox dicemus, & ſuprà fusè docuimus, quod non ſit in illis formulis: & quos Menoch. affert pro ſuæ ſententiæ confirmatione, non loquuntur in noſtris terminis, ſed in illis formulis, *maſculis & fœminis*, vel *liberis vtriuſque ſexus*, & ſimilibus, vt non omittam etiam in aliquibus ex illis alijs formulis falli, nempe in formula, *maſculis cum fœminis*, & in feudo empto, vt ſuprà demonſtratum fuit, non autem procedunt vbi adeſt clauſula vniuerſalis: & quos in terminis d. clauſulæ allegat, id non dicunt, nam Thom. de Marin. *tit.* 11. *num.* 30. loquitur quando eſt conceſſum maſculis & fœminis: Albert. verò Brun. *conſ.* 18. *num.* 12. *verſ. quarta etiam*, ſententiam Menochij nullo modo firmat, in caſu enim ſuo feudum erat conceſſum pro ſe & hæredibus, abſque vlla dictione vniuerſali, vt patet *num.* 11. *verſ. tertia in iſtis, & in d. verſ. tertio*, etiam loquitur in terminis *cap.* 1. *de eo qui ſibi & hæred.* quod allegat dum ait fœminas, deficientibus demum maſculis, admitti, ſcilicet cùm feudum eſt conceſſum maſculis, &, his deficientibus, fœminis: quinimò *in verſ. ſequen. quinimo iſtud*, contendit feudum, de quo agit, expreſſe conceſſum fuiſſe pro maſculis. Tyber. Decian. *conſ.* 58. *num.* 2. *lib.* 2. loquitur in conceſſione maſculis & fœminis facta, nec diſcutit vim dictionis vniuerſalis quid importet, maximè quia conceſſio erat facta ſecundùm vſus & conſuetudines feudorum, ita vt Menoch. in terminis dictionis vniuerſalis nullum propriè habeat ſuæ ſententiæ authorem præter Garſon. cui opponimus Socin. ſenior. Pariſ. & Nat. ſuprà allegatos, & præterea Ruin. *conſ.* 16. *n.* 5. *vſque ad num* 6. *lib.* 1. fatetur Garſon. d. loco Ruin. contrarium ſenſiſſe, Menochius verò diſſimulat ſe Ruinum hoc aſſerentem inuenire potuiſſe: ſed disertè hoc affirmat, & valida ratione confirmat *d. conſ.* 16. *num.* 15. vt videre licet apud ipſum, ne ipſius dicta tranſcribam.

Secundò reſpondetur, † quoad illum ordinem ſuc- 141
ceſſiuum nos eſſe extra omnem omnino difficultatem. Nam ex veriori & magis communi, ac in vſu recepta ſententia, ex vi dictionis vniuerſalis, extraneus in præjudicium agnatorum poteſt inſtitui hæres, Clar. *d. q.* 9. *num.* 2. & alij ſuprà allegati *numero* . . . *&* 120. At nos verſamur in maſculo eoque agnato, & ſic ceſſat illa qualitas fœminea quam tantopere Garſonius & Menochius abhorrent, & propter quam illum ordinem ſucceſſiuum inducunt. Sed & Menochij caſu, quo verè reſpondiſſet, aliquid ſpeciale in ſuo caſu

habuiſſet, quod ſcilicet præſupponat conceſſionem factam fuiſſe ſecundùm jura feudorum, ſed & ſecundùm conſoetudinem Prouinciæ, per quam maſculi, excluſis fœminis, tamen ſuccedebant.

141 Poſtremò, † data d. conſuetudine, qua feuda ſunt ad
inſtar allodialium, nulli dubium eſt, qoin nullus ſit locus d. ordini ſucceſſiuo, & experientia hoc verum eſſe docet: paſſim enim nedum cum maſculis, ſed etiam, illis excluſis, ſi teſtator ita ordinauerit, fœminæ ſuccedunt. Ex quibus abundantiſſimè reſponſum eſt ijs, quæ in contrarium proponebantur aduerſus homagia Roſtagni de Sabrano, quæ ſola rem clariſſimam reddunt.

Jam verò, vt ad tertium membrum noſtræ diſputationis, contra d. tertium caput reſponſionum, accedamus, & ſingula ex aduerſo dicta percurramos, ea ex ſuperioribus non eſſe vera apparet. Primùm enim, cùm
143 ait, † verbum *hæredibus* in d. homagijs appoſitum, in-
telligi de hæredibus ſanguinis, communis eſt in contrarium etiam, ſecluſa dictione vniuerſali, Alex. *conſ.* 19. *n.* 16. *vol.* 5. & alij ſupra *n.* 112. relati. Demonſtratum quoque fuit per verba, *futurus Dominus*, vel *illis qui de jure ſuccedere debent*, non reſtringi dictionem vniuerſalē, ſed dato, reſtringi verbum, *hæredibus*, de jure feudali intelligitur de hæredibus bonorum & hæreditatis, non ſanguinis. Fallitur quoque in puris etiam terminis juris feudalis, dum feudum pro ſe & hæredibus conceſſum vocat mixtum, impropriè enim aliqui ita id vocant, quòd ſcilicet in eo extraneus inſtitui non poſſit, ſed lōgè differt à vero mixto, & nominatim in hoc, quòd etſi in feudo verè mixto ſufficiat hæredem eſſe primi inueſtiti, mediante perſona ſuorum authorum,
144 † ſecus tamen ſit in feudo quantumuis ſtrictè hæredi-
tario, etſi illud antiquum ſit, Thom. de Marin *tit.* 6. *de feud. hæred. antiq. n.* 1. & 2. qui magis communem aſſerit *in tit. de feud. hæredit. n.* 24. vt ſuprà *n.* 115. dictum fuit. In quo rurſus fallitur d. Dominus Aduocatus, tum quod id quod ad verè mixtum ſpectabat, attribuit hæreditario. Nam quoad Menoch. *conſ.* 104. *n.* 13. & *conſ.* 314. *n.* 10. vtrobique loquitur de feudo verè mixto cùm filiorum & deſcendentium in conceſſione fuerit facta mentio, vt conſtat ex *d. n.* 13. & *nu.* 6. *d. conſ.* 314. Irò *d. conſ.* 104. *nu.* 13. & *ſeqq.* nominatim ait de feudo hæreditario vaſſallum ad libitum diſponere ſuo teſtamento poſſe, idque dubium non habere aſſerit, ita vt quod *d. conſ.* 301. *nu.* 12. affirmat, vel de feudo verè mixto intelligendum ſit, ſecundùm quod præſupponit *in princip. conſ.* illud feudum conceſſum eſſe maſculis, donec vſque extarent, aut quod lapſus ſit; & ſibi ipſi contrarius extiterit, quod poſtremum eſt probabilius, cùm de maſculis non fuerit facta mentio in conceſſione, ſuper qua conſuluit, lapſus inquam, vt patet ex ſuperioribus, idque animo contradicendi d. Decian. idq; ex eo quod DD. quos pro ſe allegat, in terminis feudi hæreditarij non loquuntur, ſed mixti; tum quod immiſcet mentionem feodi abſolutè hæreditarij extra rem, in quo illud eſt certiſſimum, debere eſſe ſcriptum hæredem ab vltimò defuncto, & DD. in hujuſmodi quæſtione de feudo ſtrictè hæreditario diſſerunt, & illud opponunt feudo ex pacto & prouidentia, & diſtinguunt à mixto.

Fallitur quoque dum ſimpliciter ait, fœminas de jure feudorum incapaces eſſe ſucceſſionis, plerumque enim admittuntur etiam in terminis *d. c.* 1. *de eo qui ſibi*, & e deficientibus tamen maſculis quoad caſum *d. c.* 1. vt ſuprà edoctum fuit.

Fallitur quoque dum, nonobſtante dictione, *omnibus*, putat fœminas, non niſi maſculis omnibus deficientibus admitti; ſuprà enim fusè Menoch. *d. conſil.* 311. *n.* 13. & *ſeqq.* quem allegat, refutatus fuit.

Denique, cùm ait extraneū non admitti in feodo ex pacto & prouidentia, id verum eſt, ſed negatur hoc eſſe tale, neque enim vllæ dictiones reſtrictiuæ hîc ſunt, vt ſuprà demonſtratum fuit, ob quas tale vel mixtum vel ex pacto & prouidentia efficiatur. Sed etſi hujuſmodi clauſulæ ita & eo modo conceptæ eſſent, quæ ad jus, in feudis obſeruatum, reſtringerent dictiones vniuerſales, præſuppoſita tamen d. conſuetudine, de ea intelligendæ eſſent, idque maximè cùm in Gallia nonquam jus feudale habuerit locum. † In caſu verò Decij, qui 145
non ſimilis, ſed omninò diſſimilis eſt, *conſ.* 445. *nu.* 8. & *ſeqq.* claris verbis conceſſio facta hæredibus, erat reſtricta per clauſulam, *ita tamē quod in eo viuatur jure Francorum*, ex vi cujus extraneus non potuit inſtitui, hæredes quidem eſſe debent ſucceſſores, ſed ij ex deſcendentibus eſſe debent in caſu Decij, & quamuis hoc caſu ſi velis clauſula, quæ in caſu Decij, & quamuis hoc caſu Decij adeſſet, repellendus tamen eſſet d. Antonius cum ex vi illius etiam ab inteſtato filia excludat patruum.

Poſtremum caput, quo fundamentum ex natura feudi abſolutè hæreditarij deſumptum impugnat, eſt, cùm ait, ex Recognitionibus per quondam Giraudum & Berengarium de Simiana factis, rem eſſe extra dubitationem, cùm in illis nec verbum, *hæredibus*, nec dictio vniuerſalis adſit; ſed ſimpliciter recognouerint *pro ſe & ſucceſſoribus futuris Dominis d. Caſtri*, pro illis nimirum qui in d. feudo de jure ſuccedere deberent, & quæ verba de jure non ad alterius juris, quàm feudalis diſpoſitionem referri poſſunt, cujus præcipua ratio eſt cùm de feudis agitur: adeò vt in ea parte præualeat juri communi Romanorum, *c.* 1. *in princ. verſ. in judicio etenim, de feud. cognit.* & ex notat. per Vultei. *lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 8. & 9.

Reſpondetur † primò, ea verba *futuris Dominis*, & 146
clauſulam, *qui de jure ſuccedere poſſunt*, nihil prodeſſe aduerſario, vt ſuprà fusè demonſtratum fuit, idque certiſſimè, præſuppoſita d. conſuetudine, qua feuda, &c. Addendum tamen eſt d. Dominum Aduocatum gloſſam Aurelianam imitari, quæ textum corrumpit, dum eam connectit cum verbis, *futuris Dominis*, & eam per hanc interpretatur. Neque enim ibi appoſita ſunt, ſed alibi, & in vno tantùm ex capitibus clauſularum executiuarum, & alio modo, & ad alium ſenſum quàm ipſe præſupponit, vt oſtenſum fuit *num.* 129. *cum ſeqq.* Sed & quomodocumque, & vbicumque concepta eſſent, attenta d. conſuetudine, nihil ex his inferretur pro d. Domino Antonio.

Secundò reſpondetur, dictionem, *pro ſucceſſoribus*, in dictis duobus homagijs appoſitam, idem valere, ac *pro hæredibus*, & non propterea minùs eſſe hæreditarium, & attenta d. conſuetudine pro quibuſcumque accipi.

Tertio, vtrumque homagium, maximè Giraudi de Simiana, de quo tamen non conſtat, caſu quo aliquod dubium haberet, interpretationem ſumere debere à conceſſione jurium Cameræ d. Giraudo facta per d. compoſitionem ſeu tranſactionem cum ipſo inita in qua expreſſa & repetita ſit mentio hæredum & ſucceſſorū & quæ dictio, *hæredum*, etiam ſola in hujuſmodi contractibus, etiam ſecluſa d. conſuetudine pro quibuſcumque accipitur: & data d. alienatione liberè facta, de qua in d. compoſitione, feodum remanet ad quoſcumque tranſitorium, & quæ natura per homagia non potuit dici alterata, & quod plus eſt, cùm adeſſet ſolùm dictio *ſucceſſoribus*, & nihilominus liberè nomen vel circa annis poſtea alienatum fuerit, ſequitur neceſſariò ad inſtar allodialium fuiſſe & illam dictionem *pro quibuſcumque* accipi debuiſſe.

Quartò, quoad homagium Berengarij mirum eſt

D. Aduo-

D.Aduocatum eo ſe juuare velle, cùm dictio *ſucceſſores quoſcumque*, clarè fuerit appoſita, etſi enim in principio non adſit, tamen cùm in omnibus omninò capitibus ſequentibus appoſita fuerit, nec poſſunt dici corrigere principalem diſpoſitionem, eo caſu declarant principalem diſpoſitionem.

Quæ adjuuantur ex his verbis per juris & rei ſucceſſores in homagio Melchioris appoſitis, quæ dictio, *juris*, ad jus ipſius recognoſcentis, non ad jus feudale, etiam ſecluſa conſuetudine, refertur. Ex quibus verbis
147 feudum abſolutè hæreditarium conficitur. Quod † ſic doceo, forma conceſſionis *pro te & quibus dederis*, vel *pro te & hæredibus quibuſcumque*, æquiparantur, Intrigl. *q.50.n.174.& 175.* dicit communem. At feudum conceſſum pro ſe, & quibus ſua jura concedere voluerint, eſt abſolutè hæreditarium, tranſitorium etiam ad fœminas, Pariſ.*conſ.23.nu 41.& 43.lib.1.* Curt.jun.*in tract. de feud.ſ.b.n.14 verſ.contrarium*, Intrigl *d.q.50.n.190.* Ergo idem dicendum in feudo conceſſo hæredibus, vel
148 juris & rei ſucceſſoribus quibuſcumque. † Magnum enim eſt diſcrimen inter hæc, *juris ſucceſſor*, vel, *cui jus dabit*, vt patet ex d. Curt. *d.n.121.verſ.contrarium juncto cum verſ.ad tria*, vbi ſubjungit in formula, *cui jus dabit*, diſpoſitionem juris feudalis ſequendam, vbi de feudis agitur; ſi ſimus in patria vbi jus feudale ſeruatur. Sed hæc quid ad rem? Conſuetudo etiam in d. formula eſt in contrarium in hac patria, ſed & de jure feudali, per dictiones vniuerſales ſuccedunt omnes etiam extranei, data quoque alienatione, data rurſus dictione, *hæredum & ſucceſſorum*, maximè in tranſactione & vnoquoque ex d. caſibus, quæ dicuntur, caſu quo dictio, *qui de jure*, eo loco & eo modo quo debuit appoſita fuiſſet, quæ tamen non eſt.

Ex quibus omnibus concluditur, malè d.Dominum Aduocatum in fauorem d.Domini de Cederon, contra nepotem ex filia agnatum, donatarium & hæredem teſtamentarium reſpondendum eſſe aſſerere, imò certiſſimè & abſque dubio in fauorem d. nepotis judicandum eſſe nonobſtante d conſ. Menoch.391. cui abundantiſſimè ſatisfactum fuit, & qui non in ſimili omninò caſu vt ipſe ait, ſed in omninò diſſimili reſpondit, cùm forma inueſtituræ ſit reſtricta claris verbis ad jura feudorum, necnon ad jura Prouinciæ, cujus conſuetudo erat, vt ipſi maſculi tantùm, excluſis fœminis, ſuccederent, vt ipſe ait Menoch.*n.5.*

Pro coronide, vltra per d. Dominum Aduocatum dicta, ſi forſan prætenderet hoc feudum Caſtri-noui, ſecluſo primogenio, eſſe ex pacto & prouidentia ſimpliciter, facillimè ex ſuperioribus conuinceretur, cùm edoctum fuerit, eſſe abſolutè hæreditarium nedum ſtrictè, & quod magis eſt, ad inſtar allodialium; impoſſibile eſt vt ſit ex pacto & prouidentia: Et præterea in articulis duplicatorijs non eſſe tale, varijs modis edoctum fuit, præſertim quod in fauorem vnius diſpoſitum fuerit, & diſpoſitio tenuerit, vt fecit Giraudus de Simiana in fauorem Guinoti, quæ diſpoſitio valuit. Nam vt à jure Guinoto quæſito is diſcederet in fauorem Berengarij, quem in d. Caſtro-nouo Giraudus inſtituerat, opus fuit inſtituere hæredem Guinotum in locis de Gordes Aptæ majoris valoris: Diſpoſuit quoque in fauorem vnius Stephanus in contractu matrimonij Melchioris. Quoties † autem in fauorem vnius 149
de feudo diſponitur feudum ex pacto & prouidentia omninò excluditur, Pariſ.*conſ.10.num.1.& 5.& conſ.106. num.3.lib.1.* Socin.jun.*conſ.160.n.44.lib.2.* Menoch.*conſ. 812.n.6.* & alij ibi relati.

Secundò, quia per tranſactionem inter Joachimum & Ludouicum initã, qua potiſſimum innititur d. Dominus Antonius, ex vi d.donationis in contractu Melchioris appoſitæ, d.Caſtrum-nouum Joachimus tanquam hæres Janſani obtinuit, quod feudum ex pacto & prouidentia excludit.

Tertiò, quia Stephanus, cui per diuiſionem cum Bartholomæo d. locus obuenit ſe obligauit oneribus hæreditarijs, ſicut & Joachimus in dicta tranſactione, quod factum non fuiſſet, ſi eſſet feudum ex pacto &
prouidentia, † in quo ſucceſſor non tenetur ad debita 150
prædeceſſoris, Intrigl.*cent.1.q.51.n.129.* vbi ait receptiſſimam poſt Ant.Pinell.*in l.1.part.3.ſub.n.93.C.de bon.matern.* Ruin.*conſ.38.n.15.vol.1.*

Denique, ex vſo & obſeruantia ſecuta, cùm vnus quandoque, alijs excluſis, propter diſpoſitiones paternas, ſucceſſerit, † obſeruantia enim ſubſecuta declarat 151
an feudum ſit hæreditarium, Menoch.*d.conſ.812.n.4.*

CONSILIVM III.

ARGVMENTVM.

AN & quando in majoratibus detur remedium poſſeſſorium.

De primogenitura juris Francorum, necnon alia, ſiue ſimplici ſiue maſculina perpetua.

De feudo emptitio hæreditario, ſiue ſtrictè, ſiue purè & abſolutè & conditionato.

De actis & atteſtationibus in alio judicio factis.

De atteſtationum interpretatione & non facienda intentione & alijs pleriſque.

SVMMARIVM.

1 *Factum ratione cujus lis eſt intentata.*

2 *Remedium* l.fin.C.de edict.d.Adrian.toll. *ſolum datur ei, qui ex teſtamento ſuccedit, non venienti ab inteſtato.*

3 *Sed nec in teſtamento inſtituto in re certa dato ei cohærede.*

4 *Ei qui majoratum præſupponit præſcriptione, vel conſuetudine inductum contendit, remedium poſſeſſorium de jure communi competit.*

5 *Nec hoc caſu, in quo verſamur, etſi conſtitutione aliqua ſimili Hiſpanicæ daretur.*

6 *Si remedium poſſeſſorium habet proprietatis cauſam connexam, ſuper ea quoque pronunciandum eſt, & appellatio ſuſpendit.*

7 *Etiam in remedio recuperandæ, exceptio non juris actoris juncta cum jure rei admittitur, & qui melius in petitorio probat, obtinere debet.*

8 *Remedium* d.l.fin. *competit hæredi inſtituto etiam pro feudo.*

9 *Quoties eſt controuerſia inter agnatum & filiam, ra-*

tione feudi, interim filia mittenda eſt in poſſeſſionem, multo magis manutenenda, ſi in poſſeſſione jam ſit.

10 *Etiam in terminis majoratus, interim filia eſt mittenda in poſſeſſionem.*

11 *Fœminæ faciliùs ſuccedunt in feudis Eccleſiaſticis, quàm in ſecularibus.*

12 *Vt agnatus dicatur incontinenti probare, multa concurrere debent.*

13 *Diuiſio dicendorum circa petitorium.*

14 *Depoſitiones teſtium ſeu atteſtationes & acta in alio judicio, & inter alias perſonas fidem non faciunt.*

15 *Etſi teſtes mortui ſint, quo caſu tantùm præſumptionem faciunt, eámque leuem, ob quam juramentum ſuppletorium dari non poteſt.*

16 *Confeſſio à Procuratore emanata in alio judicio nullam omnino fidem facit.*

17 *Confeſſiones erroneæ, quandocumque, docto de errore facti, reuocari poſſunt.*

18 *Confeſſionibus & teſtibus impugnatis quis ſe juuare non poteſt.*

19 *Primogenitura, quæ temporis antiquitate conſtat, debet probari per teſtes graues & bonæ famæ, & tales eſſe articulandum & probandum eſt.*

20 *Atteſtationes non publicatæ, non faciunt fidem in alio judicio.*

21 *Præſcriptio, ſtatutum, conſuetudo, priuilegium & ſimilia ſunt ſtricti juris, nec ad alium caſum extenduntur.*

22 *Quòd bona ſint majoratui ſubjecta, eſt contra jus commune.*

23 *Non fit extenſio etiam in majoratibus teſtamento inſtitutis de caſu, quo agitur inter filium & filiam defuncti, ad caſum inter filiam defuncto, & ſecundogenitum ſemel per defunctum excluſum, &* num. 25. 55. 95. & 193.

24 *Excluſio fœminarum propter remotiores maſculos eſt odioſa & reſtringenda, at in dubio pro filia pronunciandum, &* nu. 56.

25 *In his majoratibus, qui non ſcriptura ſed temporis diuturnitate conſtant, is ordo ſeruatur, qui in majoratibus ſimpliciter inſtitutis, vt ſcilicet filia primogeniti admiſſi excludat patruum.*

26 *Teſtis in vno ex ſubſtantialibus falſus, in omnibus eſt falſus propter juramentum.*

27 *Depoſitiones teſtium debent intelligi ſecundùm contenta in articulis.*

28 *Cùm non conſtat de qualitate primogenituræ, ſecundùm conſuetudinem regionis eſt intelligenda.*

29 *Primogenitura juris Francorum habet tantùm locum inter deſcendentes vltimo defuncti, &* nu. 171.

30 *Deſcendentium appellatione quandoque omnes à primo inueſtito venientes certo modo intelliguntur.*

31 *Sed ſi agatur de collateralibus in feudo antiquo, vel juris Francorum, ex conſtitutione Regni ad ſucceſſionem admittendis, ij intelliguntur, qui ſunt collaterales, vltimò defuncti.*

32 *Sed & d. primogenitura juris Francorum ex ejus propria natura habet tantùm locum in ſucceſſione ab inteſtato, &* nu. 172.

33 *Idq; certiſſimum eſt, quando conceſſio eſt facta alicui & ejus hæredibus, etiam extraneis, vel quibuſcumque.*

34 *Ita interpretatio facienda eſt, ne contineat repugnantiam.*

35 *Quòd feudum ſit ex pacto & prouidentia, & quòd trãſeat ad extraneos hæredes, inter ſe pugnant.*

36 *Quando feudum regitur jure Francorum etiam in ſucceſſione ab inteſtato, filia primogeniti admiſſi excludit patruum nemine diſcrepante, &* nu. 173.

37 *Quod cùm per priuatam conſuetudinem in aliquibus prouincijs Siciliæ alteratum fuiſſet, vt filia ſcilicet à remotioribus maſculis excluderetur, per conſtitutiones ejuſdem ad primæuam naturam reductum fuit.*

38 *Fœminæ de jure Francorum ſunt feudorum capaces.*

39 *Necnon primogenituræ.*

40 *Lex Salica ſolùm habet locum, cùm de regno, regnóve aut appanagijs, quod eſt pars Coronæ, ſucceſſione agitur, non quoad alia bona, quæ à Rege ſiue in allodium, ſiue in feudum tenentur; in quibus feudis fœminæ ſuccedunt, excluſis remotioribus maſculis, etſi Patriciatus dignitatem annexam habeant.*

41 *In primogenitura juris Francorum, primogenito ſemel admiſſo, ſecundogenitus & ejus deſcendentes ſunt perpetuò excluſi, quod tamen per conſtitutiones Siculas alteratum fuit.*

42 *In quacunque primogenitura etiam alia, quàm juris Francorum, etiam ex teſtamento inſtituta, modò non ſit maſculina, perpetua etiam in fauorem remotiorum maſculorum, ad excluſionem filiarum, primogenito ſemel admiſſo filia ejuſdem excludit patruũ, nemine etiam diſcrepante, &* nu. 176.

43 *Conſtitutio Hiſpaniæ præferens filiam maſculo remotiori in primogenituris eſt conformis juri communi.*

44 *In primogenituris conſideratur* 1°. *linea,* 2°. *gradus,* 3°. *ſexus,* 4°. *ætas.*

45 *Quod etiam in Ducatibus, Marchionatibus & Baronijs locum habet, & inf.* num. 100.

46 *Linea ſemel ingreſſa nunquam tranſitus fit ad aliam, quouſque ex ea deſcendentes jure maſculi, ſiue fœminæ finiantur.*

47 *Primogenito ſemel admiſſo frater ipſius conſtituit propriam lineam, & alter de alterius linea non dicitur.*

48 *Etſi in inſtitutione majoratus maſculorum in certis gradibus non indefinitè, & perpetuò ſit facta mentio, extra eos gradus filia excludit remotiorem maſculum.*

49 *Etſi per plures gradus & ſæpe maſculorum ſit facta mentio, non tamen ex eo cenſetur inſtitutus perpetuus majoratus, niſi aliæ conjecturæ concurrant.*

50 *Nunquam maſculorum repetitio vel fœminarum excluſio in teſtamentis fit, niſi euidentiſſimè de voluntate teſtatoris conſtet.*

51 *Quoties ſtatuto, vel aliàs maſculi admittuntur, excluſis fœminis, nunquam cenſetur fœmina excluſa, niſi per maſculum ejuſdem lineæ & gradus.*

52 *Præſcriptio, qua fœminæ per maſculos excludantur, non poteſt induci, niſi ſciente Principe, &* num. 93. & 174.

53 *Et legitimè ſiue conſuetudo ſiue præſcriptio inducta tantum habet locum in ſucceſſione ab inteſtato,* n. 94. & 175.

54 *Sicut & ſtatutum, extantibus maſculis, fœminas arcens tantùm in ſucceſſione ab inteſtato procedit.*

57 *Filia in majoratibus habet intentionem fundatam, & niſi euidentiſſimis & à jure probatiſſimis conjecturis excludatur, ſemper remotioribus maſculis præfertur.*

58 *Superior doctrina, qua filia defuncti præfertur patruo, faciliùs procedit in feudis Eccleſiaſticis, quàm in ſecularibus, ſed longè magis in noſtro caſu, quo neque feudum eſt eccleſiaſticum, ſed etſi eſſet, cùm conſuetudo generalis fœminas ad inſtar maſculorum admittens, in eccleſiaſticis procedat.*

59 *Agnatio probatur per conjecturas & per verba annexatiua.*

60 *Et per teſtes de auditu & ſolam famam.*

61 *Et ex identitate inſignium.*

62 *Et ex delatione nominis, ſaltem præſumptiuè.*

63 *Proba-*

63 *Probationes diverſa ſpeciei conjunguntur ad faciendam plenam probationem agnationis.*

64 *Feuda, de conſuetudine generali in tota Gallia omnibus Provincijs cis Alpes conſtitutis, & nominatim in Comitatu Venayſſino & omnibus Provincijs circumvicinis, fuerunt & ſunt ad inſtar allodialium & patrimonialium, quoad liberam alienationem & acceſſionem.*

65 *In dubio vicinarũ provinciarũ conſuetudo eſt ſequẽda.*

66 *Ius feudale in Gallia nunquam habuit locum.*

67 *Etſi ex vi conſuetudinis feuda ſive ad inſtar allodialium & liberè alienari poſſint: tamen ſi talis ſit alienatio, ex qua debeatur laudimium, non poteſt acquiſitor capere poſſeſſionem, niſi ſoluto laudimio, &, ut dicunt, inveſtitura accepta.*

68 *Quoties per hujuſmodi conſuetudinem, vel aliàs, fœminæ ſunt feudorum capaces, ad ea admittuntur, non obſtante juramento fidelitatis quod præſtant, & ſervitium perſonale per ſubſtitutum faciunt, ſi ad id tenentur, &* num. 76. *&* 124.

69 *Conceſſiones feudorum ſecundùm conſuetudinem generalem in patria vigentem ſunt intelligendæ.*

70 *In Gallia, in controverſiis feudorum, deficiente conſuetudine particulari, jus commune Romanorum ſequimur.*

71 *Conſuetudo illa generalis probatur in individuo in feudo Caſtri-novi.*

72 *Feudatarius alienans feudum in extraneum, irrequiſito Domino, cadit a jure ſuo, & feudum acquiritur Domino de jure feudorum.*

73 *In feudo empto ſive à Domino ſive à vaſallo, fœmina ſuccedit ex magis communi.*

74 *In dubio juſtum pretium præſumitur.*

75 *Admittitur igitur fœmina in feudo empto, etſi ad ſervitium perſonale teneatur.*

77 *Certiſſimum eſt fœminam, in feudo empto, & longè certius eſt magis communis, maſculum quantumvis extraneum in præjudicium agnatorum; multò magis agnatum in præjudicium proximiorum inſtitui poſſe heredem, &* nu 85.

78 *Feudi Caſtri-novi natura non repugnat, quominus in eo fœmina ſuccedere poſſit.*

79 *Dictio,* hæredum, *in materia feudorum in contractu per extraneum facto appoſita, de extraneis intelligitur, &* nu. 91.

80 *Menoch.* conſ. 391. *contendenti, in feudo empto fœminas non niſi deficientibus maſculis admitti, reſpondetur, &* nu. 96.

81 *Ordo ſucceſſivus in feudo empto non habet locum.*

82 *Si conceſſio ſit facta maſculis cum fœminis, non eſt locus ordini ſucceſſivo, &* n. 126.

83 *Sicut & generaliter non eſt illi locus in omni feudo improprio.*

84 *Feudum emptum eſt improprium.*

86 *Alienationis facultas excludit omnem naturam feudi ex pacto & providentia, &* n. 100.

87 *Semel alienatum, ſemper manet alienabile.*

88 *Aſſertioni ſummi Pontificis, etiam per verba enunciativa & in præjudicium tertij, in antiquis ſtandũ eſt.*

89 *Feudum ex pacto & providentia, ſi in alium transferatur ſub alia forma, quoad acquiſitorem & ejus ſucceſſores, mutabit naturam & non erit amplius ex pacto & providentia.*

90 *Dictiones,* per ſe & ſuis hæredibus & ſucceſſoribus, *junctæ conſtituunt feudum purè, ſimpliciter & abſolutè hæreditarium.*

92 *Primogenitura, quæ dicitur ab uno capta, ſi in eo falſa demonſtretur, omnia poſtea ſecuta corruunt.*

97 *Feudum ex pacto & providentia vendi, pignorari & obligari non poteſt.*

98 *Nec ex cauſa dotis filiæ conſtituendæ: ceſſat enim in eo* Auth. res quæ, *&* nu. 198.

99 *Sicut & in majoratibus generaliter, ſi non agatur de filiis primi majoratum inſtituentis.*

100 *Dictio,* quibuſcumque, *conſtituit feudum purè, ſimpliciter & abſolutè hæreditarium ad quoſcumque hæredes tranſitorium.*

102 *Sicut & dictio,* omnibus.

103 *Et verba æquipollentia.*

104 *Hujuſmodi feudum tranſit ad fœminas & extraneos.*

105 *Etiamſi duplex improprietas concurrat, quòd ſit fœmina, & quòd ſit extranea.*

106 *Dictio,* in infinitum, *conſtituit feudum abſolutè hæreditarium.*

107 *Sicut & dictiones,* hæredibus & ſucceſſoribus, *juncta,* & ſuprà n. 90.

108 *Dictiones,* hæredes & ſucceſſores, *in materia feudorum, idem ſonant, & ſola ac ſeparata de jure feudali feudum hæreditarium, ſtrictè tamen, conſtituunt, quod ſi dictio univerſalis addatur, purè & abſolutè, &* num. 135.

109 *Data conſuetudine, qua feuda ſunt ad inſtar allodialium, dictio,* hæredes, vel ſucceſſores, *pro quibuſcumque accipitur.*

110 *Et quod plus eſt, nulla hæredum vel ſucceſſorum facta mẽtione, pro quibuſcumque conceſſis cenſetur facta.*

111 *Verba,* futuris Dominis, *non reſtringunt, ſed ampliãt dictionem,* hæredibus omnibus.

112 *Per clauſulam adjectam non debet fieri interpretatio ut præcedentia corrigantur.*

113 *Dictio univerſalis non debet reſtringi, ſi reſtricta nihil operaretur.*

114 *Quando verba ſunt talia, quæ poſſunt referri ad feudum hæreditarium, & ex pacto & providentia, potiùs de hæreditario intelligenda ſunt.*

115 *Dictio,* legitimè, *nihil habet commune cum dictionibus,* futuris Dominis.

116 *Data capacitate fœminarum in feudis, eæ ſub legitima ſucceſſione comprehenduntur.*

117 *Quæ in acceſſorijs vel executivis ponuntur, non alterant naturam principalis conceſſionis.*

118 *Non eſt veriſimile partes voluiſſe uno verbo totam præcedentem diſpoſitionem ſubvertere.*

119 *Clauſula,* qui de jure ſuccedent, *appoſita non dictioni,* omnes, *ſed dictioni,* ego, *nõ reſtringit, ſed ampliat.*

120 *Feudum conceſſum tibi & cui jus dabis, de jure feudali eſt hæreditarium, ſtrictè tamen.*

121 *Clauſula,* qui de jure, *data d. conſuetudine generali, de ea, & non de jure feudali intelligitur.*

122 *Conſuetudo particularis vincit conſuetudinem generalem feudorum, & dicitur jus feudale d. regionis ſiue patriæ.*

123 *Conſuetudo generalis, quæ in aliqua regione ſervatur, eſt conſideranda, & non forma caſuum particularium.*

124 *Conceſſiones feudorum, quamvis ſimpliciter factæ, ſecundùm conſuetudinem in patria vigentem ſunt intelligendæ,* & ſup. n. 116.

125 *Data d. conſuetudine ſub nomine legitimæ ſucceſſionis comprehenditur fœmina,* & ſup. n. 116.

127 *Ordini ſucceſſivo non eſt locus, ubi adeſt dictio univerſalis.*

128 *Homagium Berengarij defenditur & demonſtratur, ex hoc probari hoc feudum eſſe abſolutè hæreditariũ.*

129 *Homagium Ludovici defenditur, & ex eo probatur, hoc feudum eſſe abſolutè hæreditarium.*

130 *Forma antiquorum homagiorum eſt ſpectanda.*

131 *Homagia ejuſdem Ludovici, necnon Melchioris, Ianſani & Ioachimi defenduntur, & ex his probatur hoc feudum eſſe abſolutè hæreditarium.*

132 *Dictio, hæredum, in feudo etiam ſtrictè hæreditario, de hærede bonorum & hæreditatis intelligitur.*

133 *Et de hærede vltimò defuncti, non primò inueſtiti.*

134 *Feudum, etſi non ſit ad hæredes tranſitorium, ſi tamen ſemel ad eos tranſitorium ſit, ſemper & indiſtinctè ad eos tranſmitti poteſt.*

136 *Feudum eſt triplex hæreditarium, quod datur alicui & ejus hæredibus; ex pacto & prouidentia, quod datur alicui & ejus liberis.*

137 *Hæc duo feuda inter ſe ex diametro pugnant, & n. 157.*

138 *Mixtum, in quo vtraque qualitas & hæreditaria, & ſanguinis requiritur.*

139 *Feudum hæreditarium aliqui ſtrictè vel ſecūdũm quid, vel ex prouidentia legis vocant, vt diſtinguant ab abſolutè hæreditario, ſed non debuerunt in hoc eſſe anxij, cùm reuera vnicum ſit feudum hæreditarium, illud ſcilicet quod ſtrictè vocant; aliud verò quod abſolutè hæreditarium dicunt, ſed improprium & degenerans.*

140 *Feudum hæreditarium aliqui certo modo mixtum vocant, ſed malè & impropriè cùm vnicum ſit omnino diſtinctum à mixto.*

141 *Feudum ſimpliciter conceſſum de jure feudali eſt hæreditarium.*

142 *Et in dubio tale præſumitur, ad quod non admittitur agnatus niſi ſit hæres.*

143 *In feudo ex pacto & prouidentia quis vt ſuccedat, debet eſſe agnatus, & que proximior, etſi non ſit hæres: ſed in mixto debet quoque eſſe hæres; hæres inquam, hæreditatis & bonorum: nec ſufficit eſſe hæredem ſanguinis.*

144 *In feudo mixto poteſt vltimus poſſeſſor vnum ex pluribus ejuſdem gradus præferre alijs, ſed non poteſt poſtergare gradum & remotiorem vocare.*

145 *At in hæreditario poteſt remotiorem proximiori præferre, modo ſit de comprehenſis in inueſtitura.*

146 *Nec ad id quis admittitur, niſi ſit hæres vltimò defuncti, nec ſufficeret ſi hæres eſſet mediante perſona ſuorum anteceſſorum.*

147 *Sed quidquid ſit in inſtitutione hæredis, hoc certiſſimum eſt, per donationem & quamcumque alienationem inter viuos, præjudicari proximioribus agnatis, & eam valere in præjudicium agnatorum, qui eam infirmare non poſſunt, etſi hæredes eſſe non poßint, vt quia inſtituti non ſunt.*

148 *Idque longè certius, ſi in vnum ex comprehenſis in inueſtitura alienatio facta ſit.*

149 *Quod etiam locum habet in feudo antiquo hæreditario: duplex eſt enim feudum antiquum, hæreditarium ſcilicet & ex pacto & prouidentia.*

150 *In feudo conditionato, pro quo ſcilicet præſtatur annuus cenſus, ſuccedunt fœmina & extraneus.*

151 *Etſi cum annuo cenſu præſtetur juramentũ fidelitatis.*

152 *In feudo Caſtri-noui nunquam fuit ſucceſſum ex vi primogenituræ prætenſa.*

153 *Ex vſu & obſeruantia ſecuta declaratur, an feudum ſit hæreditarium, an ex pacto & prouidentia.*

154 *Ex d. vſu demonſtratur d. feudum Caſtri-noui fuiſſe ſemper & eſſe abſolutè hæreditarium, & de eo dominis ejuſdem liberè diſponere in quemcumque ſemper licuiſſe.*

155 *Si in feudo plures ſuccedere poſſunt, excluditur primogenitura; ſi vnus ſolus, natura ex pacto & prouidentia excluditur,* & inf. n. 162. & 163.

156 *In feudis ex pacto & prouidentia, ſiue ſit primogenium, ſiue ſimplex, ſucceſſor id habet à concedente, non ab vltimò moriente.*

158 *Ex eo quod quis præſtat onera hæreditaria, excluditur natura omnis cujuſcumque feudi ex pacto & prouidentia,* & num. 165.

159 *Ex eo quòd fœminæ nunquam ſucceſſerunt, non infertur earum excluſio ſi vel caſus non accidit, vel alia ratione, quam ex natura feudi fuerunt excluſæ.*

160 *Domini d. loci de eo ſemper liberè diſpoſuerunt.*

161 *Quoties primogenitura in vno dicitur capta, ſi hoc falſum eſt, omnis immemorialis præſcriptio, quæ poſſit prætendi, deſtruitur.*

162 *Si in fauorem vnius de feudo diſponitur, feudum ex pacto & prouidentia omnino excluditur,* & ſuprà, numero 155.

164 *Qui ſuccedit ex vi primogenituræ, non tenetur ad onera hæreditaria.*

FUſiſſimè duobus conſilijs ſcripſi in hac cauſa, quæ vertitur inter Illuſtrem Dominum Antonium de Simiana, Dominum de Cederon, agentem; & Illuſtrem Dominum Franciſcum de Simiana, Dominum de Coſta, vti patrem & legitimum adminiſtratorem Joachimi infantis Domini Caſtri-noui diœceſis Cauallicen. in Comitatu Venayſſino, donatarij d. Caſtri-noui, & hæredis vniuerſalis cum beneficio legis & inuentarij Ill. quondam alterius Joachimi de Simiana, Domini dum viueret d. Caſtri-noui, ſe defendentem: Vno quo inſequendo ordinem articulorum defenſionalium, & de non jure d. Domini Antonij, & de jure d. Domini Franciſci, nomine quo procedit, docui: Altero, quo ſcriptis Aduocati d. Domini Antonij reſpondi, & impugnationibus ejuſdem, quas fecerat contra documenta per d. Dominum Franciſcum producta ſatisfeci. Scripſeram quoque ante ea duo alia: vnum quo alterius Aduocati ejuſdem Domini de Cederon, aliud quo Domini de Puimoſſon Doctoris Tholoſatis ſcriptis reſponderam, eaque ad caſum noſtrum nihil facere docueram. Nunc verò compendium eorum quæ præcipua ſunt in dictis conſilijs ad ſubleuandum judicis laborem facere decreui; qui ſi aliquem articulum fuſiùs tractatum deſiderauerit, ipſum rogo, vt adire velit d. duo conſilia in locis, quos ſignificabo ſub his notis *conſ.* 1. ſignificando conſilium primum: & *conſ.* 2. intelligendo ſecundum. Nam contenta in alijs duobus omnia ferè ſunt alijs verbis, & fuſiùs in d. conſilijs; ſed præterea in hoc conſilio pleraque alia ſunt, quàm quæ in d. conſilijs continentur, quod tunc temporis eorum notitiam non habueram, vel non fuerant oppoſita, vt ijs reſponderetur. Sed antequam vlterius progrediamur, paucis factum quod huic liti cauſam dedit, ad faciliorem eorum, quæ ſequuntur, intelligentiam, eſt proponendum.

Cùm † Illuſtris quondam Dominus Ludouicus de 1
Simiana litem mouiſſet, ratione ſucceſſionis Melchioris eorum patris, contra Ill quondam Dominum Joachimum ejus nepotem, Dominum Caſtri-noui, ſiue jam motam contra Janſanum d. Joachimi patrem continuaſſet, tranſactioq; inita fuiſſet inter d. Joachimum nouem annos natum, ſeu ejus tutores & d. Ludouicum, de anno 1556. dictus Joachimus, major factus, egit ad reſciſionem d. tranſactionis in Rota Auenion. coram Domino Valentiano, à cujus quodam decreto d. Ludouicus Romam appellauit, cauſamque bo. memo. R^mo^ Seraphino tunc Rotæ Auditori, poſtea verò S.R. Eccleſiæ Cardinali, committi curauit, qui ſententiam in poſſeſſorio contra d. Ludouicum tulit, dictum Joachimum in poſſeſſionem bonorum per tranſactionem donatorum reſtituit, & poſtea in petitorio jam reſolutum & deciſum fuerat tres partes bonorum non dominicalium in d. loco Caſtri-noui exiſtentium, (de caſtro enim, juriſdictione, juribus, & bonis dominicalibus nullum erat dubium,) ad Joachimum pertinere;
ſolùm

Digitized by Google

ſolùm igitur reſtabat decidendum, alia quarta pars ad quem ſpectaret. Quoad verò cætera bona extra d.locum Caſtri-noui exiſtentia, certum erat dimidiam partem eorum ad Ludouicum, tanquam cohæredem Melchioris ab inteſtato defuncti, ſpectare: vt verò procuratores d. Joachimi ſenioris victoriam obtinerent, aliàs per Fridericum fuiſſe conceſſum priuilegium Girando Amieo & ejus hæredibus quibuſcumque, etiam extraneis, vt d.locus ſeu feudum Caſtri-noui regeretur jure Francorum, & ideò primogenitus tantùm in eo ſuccederet, iſque ſolus, cæteris fratribus excluſis, demonſtrando à Giraudo de Simiana, quem aſſerunt eo jure ſucceſſiſſe Giraudo Amico vſque ad Joachimum vltimatè defunctum, ſemper primogenitos, eoſque ſolos ſucceſſiſſe, (quod tamen non eſſe verum inferius patebit.) Super dictis articulis d. quondam Joachimus in vim remiſſionalium Domino quondam Ludouico de la Salla, Decano Sancti Petri directarum, teſtes examinari curauit, quorum depoſitionibus d.articuli prætenduntur probati: dictus etiam Ludouicus articulos teſtium reprobatorios dedit contra omnes teſtes parte d Domini Joachimi examinatos, & ſuper his teſtes examinari fecit. Tandem ſecuta fuit tranſactio de anno 1574. qua d. Ludouicus quinque millia, & quingenta quinquaginta ſcuta, ac bona Auenioni, quæ vtrique communia, necnon Cauallioni, qua d.Joachimo propria erant, ſita, conſecutus fuit. Nunc, mortuo d Joachimo ſine liberis maſculis, relicto altero Joachimo ejus ex filia Anna nepote, eoque ſibi ex parte patris agnato, donatario d.loci & hærede ſuo vniuerſali, Illuſtris Dominus Antonius de Simiana, Dominus de Cederon, filius d. Ludouici prætendens ſe proximiorem maſculum agnatum, mouit litem cõtra d.Joachimum ſeu Franciſcum ejus patrem Dominum de Coſta, & relicta primogenitura juris Francorum, de qua tamen depoſitiones, de quibus ſuprà neceſſariò intelligenda ſunt, deduxit per articulos primogenituram maſculinam perpetuam, etiam talem, per quam filiæ vltimò defuncti excludantur per remotiores maſculos fuiſſe in d.loco Caſtri-noui inductam, eamque ex d.atteſtationibus prætenſa quadam Rotæ reſolutione, quam deciſionem vocat, & dicta ſecunda tranſactione ſeu diuiſione inter Stephanum & Bartholomæum, filios Ludouici ſenioris, de anno 1463. inita & matrimonio Guillelmetæ ſororis d. Stephani, ſeu conſtitutione dotis per dictum Stephanum illi facta de anno 1469. & renunciatione, ac quitantia d. Guillelmetæ ſequutis, probare intendit.

Dictus verò Franciſcus, tanquam pater & legitimus adminiſtrator d. Joachimi, duobus modis ſe defendit, vno quòd d. Antonius nollo modo probat, aut probari poteſt id quod intendit, & actore non probante, reus ſit abſoluendus. Altero, ex abundanti edocendo de jure ſuo & probando nullam vnquam vel juris Francorum, vel aliam per d Antonium prætenſam primogenituram fuiſſe in d. loco Caſtri-noui; immò ſemper Dominis d loci liberum fuiſſe de eo tam inter viuos, quàm in vltima voluntate diſponere, prout in effectu diſpoſuerunt & diſpoſitiones effectum habuerunt.

Inprimis autem animaduertendum eſt, ſæpenumerò nos de fœminarum ſucceſſione earumque capacitate in feudis Galliæ & Comitatus, & nominatim d.loci Caſtri noui locuturos, idque ex abundanti, vt omnem viam contradicendi adimamus: cùm tamen quæſtio non verſetur in hoc, An fœminæ in d.loco Caſtri-noui ſuccedere potuerint, aut poſſint; ſed. An d. Joachimus vltimatè defunctus potuerit de dicto loco Caſtri-noui, tam inter viuos, quàm in vltima voluntate diſponere in fauorem maſculi agnati, ſcilicet dicti Joachimi ex filia nepotis, & ex parte patris agnati, ... res erit longè certiſſima, etſi in filia quoque certiſſima ſit.

Et quia d.Dominus Antonius poſſeſſorium ex *l.vlt. C.de edict. D.Adr.tol.* intentauit, & caſu quo d remedio non eſſet locus, petitorium: primùm de poſſeſſorio, etſi nullus de eo videatur relictus eſſe diſputationi locus, tum verò de petitorio diſſeremus.

Et quod attinet ad † *l.vlt. C. de edict. D. Adr. tollen.* 2
reſpondetur primò, id remedium non dari niſi ei, qui ex teſtamento clarè vocatur, vt omnes Doctores concludunt *in ea l.fin.* & in ſpecie Alex.*num.* 21. Iaſ.*num.* 23. Dec.*n.*39. Rol.*conſ.*12.*nu.*5.*lib.*1. Menoch.*adipiſc.remed.* 4.*n.*56. & 86. ideoque denegetur venienti ab inteſtato, etſi per teſtium depoſitiones eum ſucceſſurum conſtet, denegatur, Menoch. *d.loco n* 87. Quinimò † etiam 3
inſtituto in re certa in teſtamento denegatur, Menoc. *d.loc.*132. & in terminis majoratus Auend. *ad ll.Taur. l.* 45.*gloſſ.*3.*n.*1. & 2. & Molin. *lib.*3.*cap.*13.*num.*50 & *ſt.per tot.* cum de jure communi loquitur, ſecluſa conſtitutione Hiſpaniæ. At verò in noſtro caſu non teſtamento, ſed præſcriptione, nec totius vel quotæ partis, ſed rei certæ primogenituræ, parte d. Antonij prætenditur inducta.

Secundò reſpondetur, † neque *d l.fin.* neque vllum 4
aliud remedium poſſeſſorium de jure communi dari ei, qui majoratum etiam feudalem ex præſcriptione inſtitutum prætendit, vt Auend. & Molin. dd.locis ſatis oſtendunt.

Tertiò, nec ſi aliqua † conſtitutio ſimilis Hiſpani- 5
cæ, remedium poſſeſſorium dantis, etiam ex præſcriptione in hac patria adeſſet, quæ tamen non eſt, non competeret, cùm impugnator, vel negator majoratus, Auend. *d.loco n.*7. Moli.*d.cap.*15.*n.*51. *circa fin. verſ. idque verum mihi videtur.*

Quartò reſpondetur, ſi aliquod † remedium poſſeſ- 6
ſorium, aliqua conſtitutione particulari ſtatueretur, id cauſam proprietatis haberet annexam, Auend. *d.loco* 45 *gloſſ.*5.*n.*3. & *gloſ.*7.*n.*3. Molin. *d cap* 14.*n.*9. *cum ſiq.* Ita vt neceſſariò ſuper proprietate pronunciandum ſit, & à ſententia ſuper hujuſmodi poſſeſſorio lata appellari poſſit, Moli. *d.cap.*13.*num.*17. & appellatio haberet effectum ſuſpenſiuum, niſi aliter lege & conſtitutione hujuſmodi cautum eſſet, Moli. *d.loco n.*19.

Quinimò, quia quodcumque † remedium illud eſſet, 7
& articulus proprietatis admitti, & qui in petitorio melius jus fouet, obtinere debet, nedum remedio manutenendo, Dec. *conſ.*152.*nu.*2. *verſ. ſecundo poſſeſſorium retinendæ & adipiſcendæ.* Rol. à Vall. *conſ.*1.*num.*25. & 26. *lib.*1. ſed eam recuperandæ, ſi non ſolùm de jure ſpoliati, ſed etiam de jure ſpoliantis conſtet, *cap. ad gemmas*, vbi Gemin. & Franc. *de reſtit. ſpoliat. in* 6. gloſſ. & Abb. *in cap. ex parte, eod. tit. in antiquis*, Socin. ſen. *in l. rem quæ nobis, ff de acquir. poſſeſſ* Poſſeſſorium enim abſorbere debet poſſeſſorium, adeò vt ſi ſuper vtroque edoctum fuerit, & Actor in poſſeſſorio probauerit melius, reus verò in petitorio, debet Judex ſolùm quoad expenſas in poſſeſſorio condemnare reum, non autem ad reſtitutionem poſſeſſionis, immò pro reo debet pronunciare, per *l dolo facit. ff. de dol. except.* Alex. *conſ.*45.*lib.*3. & *conſ.*159. *in princ. n.*2. *verſ ſecundo, lib.*5. At verò in caſu noſtro nedum de non jure d. Antonij, ſed de jure d. Franciſci ex actis liquidiſſimè conſtat.

Poſtremò, vbi aliquod daretur † remedium poſſeſ- 8
ſorium, id d.Franciſco, & non Antonio dandum eſſet, nedum quia inſtitutus eſt hæres in teſtamento Joachimi defuncti, ex vi *d.l.fin.* quæ etiam habet locum in feudalibus, gloſſ. & Iſern. *d.tit. ſi de feud. defunct. cap.*1. Afflict. *ibid. in fin.* & fuſius *deciſ.*119. Jo. Andr. *ad Specu-*

lat. de teſtament. §. pen. in fin. addit. Capic. *in l. imperialem, col.* 47. Cuie. 3. *part. quæſt.* 21. *& conſ.* 41. *n.* 5. *&* 6. & alij quos in magna caterua recenſet & ſequitur Bammach. *d. cap.* 1. *ſi de feud. defunct. & cat. n.* 18. ſed etiam ratione feudi, † quia quoties controuerſia eſt inter fi-
9 liam & agnatum, etſi conſtet rem eſſe feudalem, ſi tamen filia dicat ſe capacem ex pacto, conſuetudine, vel aliàs, filia interim mittenda eſt in poſſeſſionem, ex *cap.* 1. §. 1 *inter filiam, ſi de feud. defunct. fuer. controu. inter Dominum & agn.* Deci *conſ.* 390. *n.* 9. *& conſ.* 424. *per tot. & conſ.* 498. *num.* 3. vbi Apoſtillator id ampliat, etſi per ſtatutorum poſſeſſio feudorum ipſo jure transferretur. Afflict. *deciſ.* 129. & ibi de Urſill. ſequitur eam ampliationem, Rol. *conſ.* 1. *n.* 65. *cum ſeq. lib.* 1. *& conſ.* 2. *per tot.* maximè *nu.* 26. vbi aſſerit communem *lib.* 3. Vultei *de feud. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 23. *fol.* 811. *& conſ.* 13. *n.* 30. *lib.* 1. Oſalc. *deciſ.* 23. maximè *nu.* 36. vbi id aſſerit, etſi agnatus poſſideat: & nouiſſimè à Peguera *in repet. cap.* 3. *Reg. Petri, verſ.* 6. *a-juſtans. num.* 96. & alij in *conſ.* 1. relati. Multò magis ſi filia reperiatur in poſſeſſione, in ea erit manutenẽda, Burg.
10 à Paz. *conſ.* 29. *in fin.* & in † terminis majoratus docet Molin. *lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 41. Joan. Gutier. *pract. quæſt. lib.* 2. *cap.* 87. *n.* 6. & Burg. à Paz *d. conſ.* 29. *in fin.*

Quæ longè magis procedunt hoc caſu, quo agitur de filio eoque nepote maſculo, ex filia quidem, ſed eo agnato, jam in poſſeſſione exiſtente.

11 Quod tam † in feudo ſeculari, quàm Eccleſiaſtico procedit, quidquid aliqui, & malè, in contrarium dixerint: faciliùs enim in eccleſiaſtico quàm ſeculari ſuccedunt fœminæ, Greg. *in Syntagm. jur. part.* 1. *lib.* 2. *tit.* 12. *nu.* 6. Zaz *in tit. de feud. ſucceſſ.* Garſon. *de fœmi. ad feud. limit.* 19. *nu.* 126. Menoch *conſ.* 65. *n.* 29. *&* 30. Roſentall. *de feud. cap.* 7. *q.* 31. *nu.* 7. qui multos allegat *in gloſ. littera I.* Moſi. *tit. de ſubſtit. & quando acquir. n.* 92. Ritter. *in partit. feud. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 3. qui ſimpliciter fœminam in eccleſiaſtico ſuccedere contendit. Gueri. Piſo *in prælud. feud. cap.* 11. *n.* 19. per rationes quas ipſi afferunt & in terminis, reprobato Menoch. docent Roſentall. *d. cap.* 7. *q.* 53. *n.* 2. *de benig. in obſeruat. ſtat. imp. conſ. teſtam. feud. concl.* 3. *nu.* 65. *cum ſeq.* quod ex abondanti dicitur, cùm hoc feudum non ſit eccleſiaſticum: & ſi eſſet, attenta d. conſuetudine, quæ etiam in Eccleſiaſticis habet locum, d. doctrina abſque dubio procederet, quantumuis exceptio de Eccleſiaſticis vera eſſet, quæ tamen non eſt, vt fusè docuimus *in conſ.* 1. *n.* 26. *cum ſeq.* & infrà etiam dicetur.

12 Nec eſt recipienda exceptio, quam aliqui dant, † ſi agnatus dicat ſe incontinenti de jure ſuo probaturum: tantum enim abeſt, vt concurrant, quæ vt ea habeat locum, concurrere debent, de quibus Rol. *d. conſ.* 1. *nu.* 71. *cum ſeq. lib.* 1. & Socin. jun. *conſ.* 75. *num.* 18. *lib.* 1. quin potiùs, ex actis, de contrario conſtat; qua de re fuſiſſimè, ſicut de ijs omnibus, quæ circa remedium poſſeſſorium dici poſſunt, diſſeruimus *in conſ.* 1. *à princ. vſque ad nu.* 29. ſed in his non eſt inſiſtendum. Neque enim vllum remedium poſſeſſorium d. Antonio competere poteſt, vt patet in ſuperioribus; & ſi competeret, in fauorem filiæ, multo magis dicti pronunciandum eſſet. Denique cum hinc inde ſuper petitorio ſit proceſſus inſtructus, neceſſariò ſuper petitorio ſententia tenenda eſt, juribus ſuprà allegatis in fauorem tamen, d. Franciſci & contra d. Antonium.

Jam igitur ad petitorium accedendum eſt, de quo ſolo & circa id ſententia ferenda eſt: & vt magis methodicè & clarius procedamus, tota hæc controuerſia
13 † in duo capita diſtribuitur; Unum, quo de non jure d. Domini Antonij demonſtrabitur; alterum, quo ex abundanti de jure d. Domini Franciſci docetur.

Primum rurſus in duo alia capita; Unum, quo aſſerimus non conſtare de jure d. Domini Antonij, quod ſufficeret, cùm actore non probante reus ſit abſoluendus, *l. qui accuſare. C. de edend. l. actor. C. de probat.* Alterum, quo de non jure d. Domini Antonij ex ipſiuſmet documentis conſtare affirmamus.

Et quoad primam partem primi membri, non conſtare ſcilicet de jure d. Domini Antonij, id docetur ex eo, quòd ſi quas probationes habet, eæ reſultant ex prætenſis atteſtationibus coram Domino de la Salla, Decano Eccleſiæ Sancti Petri, in vim remiſſorialium Roma emanatarum factis. Nam prætenſa reſolutio Rotæ, ſicut & tranſactio de anno 1574. & 14. Aprilis, & conſtitutio dotis Guillelmetæ, per Stephanum facta, de anno 1469. de quibus poſtea latiùs, quatenus aliquid pro d. Domino Antonio facerent, à d. atteſtationibus dependerent, & ſecundùm eas intelligendæ eſſent, & in fine hujus conſ. ſigillatim docebimus, ita vt ſatisfacto atteſtationibus, illis quoque omnibus ſatiſfactum, & reſponſum ſit.

At verò hujuſmodi depoſitiones † & atteſtationes 14
in alio judicio, & inter alias perſonas factæ, in hoc fidem non faciunt, in quo d. Antonius non tanquam hæres patris agit, vt de actis probatorijs ſunt text. *in l. ſed ſi poſſeſſori. §. fin. cum l. ſeq. de jurejur. cap. inter dilectos, §. porro, de fid. inſtrum.* ex rationibus allegatis per Ripam *in l.* 2. *num.* 26. *C. de edend.* idq́ue † etſi teſtes mortui 15
ſint, quo caſu ad ſummum faciunt tantùm præſumptionem, eamq́ue leuem, rejecta ſententia exiſtimantium facere ſemiplenam probationem, Bald. *in l. in bonæ fidei, n.* 6. *in fin. C. de reb. credit.* Rip. *in d. l.* 2. *n.* 36. Cagnol. *ibid. n.* 107. & alij in *conſ.* 1. allegati, *nu.* 139. nec, ſi facerent ſemiplenam, admitteretur hoc caſu juramentum ſuppletorium, quòd ea deficiunt, quæ vt detur, requiruntur, de quibus Mynſing. *obſeruat. cent.* 1. *obſeruat.* 68. & fusè *in d. conſ.* 1. *n.* 140. Et quoad † confeſſio- 16
nem in articulis contentam cùm ſit à Procuratore emanata, in alio judicio nullam omnino facit fidem. Anfret. *ad Capell. Tholoſ. quæſt.* 391. & alij, *conſ.* 1. *nu.* 144. *& ſeq.*

Secundò, quia † hujuſmodi confeſſiones tanquam 17
erroneæ, tempore legitimo reuocatæ fuerunt: immò & non docto de errore, ante acceptationem reuocari poſſunt, Socin. ſen. *conſ.* 158. *col.* 3. Cùm & ſtante errore facti, quandocumque reuocari poſſunt, *l. error. C. de jur. & fact. ignor. cap. fin.* & ibi DD. *de confeſſ.* Jaſ. *in l.* 1. *nu.* 7. *C. de error. calcul.* & etiam per hæredem, Jaſ. *in l. cum teſtamentum, n.* 1. *&* 5. *C. de jur. & fact. ignor.* Afflict. *deciſ.* 233. & ibi de Urſill. & Piſan. *& conſ.* 1. *n.* 146. *cum ſeq.*

Tertiò, quia hujuſmodi † confeſſiones & teſtes re- 18
probati fuerunt per Ludouicum patrem d. Antonij, d. Socin. ſen. *conſ.* 158. *col.* 3. *verſ. nec obſtat, & conſ.* 208. *col.* 2. *verſ. prim.*, *conſ.* 1. *nu.* 151. adeò vt ſola proteſtatio contra teſtes & eorum productionem, efficiat vt non poſſit quis ijs ſe juuare, Viui. *opin.* 929. *nu.* 2. *lib.* 3. Idq́ue maximè, † quod ad probandum primogenituram ex tem- 19
poris antiquitate, requiruntur teſtes graues & bonæ famæ, & tales eſſe articulandum eſt, & probari debet, Moli. *de primog. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 30. Auend. *ad ll. Taur. l.* 41. *gloſ.* 1.

Quartò, quia hujuſmodi † atteſtationes nunquam 20
publicatæ fuerunt, Cagnol. *d. l.* 2. *nu.* 123. *conſ.* 1. *n.* 154. *& ſeq.*

Quintò, quia hujuſmodi atteſtationes nihil faciunt ad caſum noſtrum, vt fusè deducitur *conſ.* 1. *nu.* 162. *cum ſeq.* loquuntur enim tantùm, quando eſt controuerſia inter filios defuncti; non ſi agatur de filia primogeniti admiſſi; multò magis de ejuſdem filiæ filio, eoque agnato; an ſcilicet is excludi debeat per deſcendentem à ſecundogenito excluſo. Depoſitiones enim teſtium, ſicut

Digitized by Google

21 ſicut † conſuetudines, petitiones, præſcriptiones, &c.
ſunt ſtricti juris, nec ad alium caſum extenduntur, In-
nocent. in cap dilecto de offic. Archidiac. cap. auditis, vbi
Felin. n. 10 de præſcriptio. & alij conſ. 1. n. 162. cum ſeq. ma-
ximè ſi † ſint contra jus commune; quemadmodum
22 ſi dicantur buna primogenio ſeu majuratus ſubjecta,
Deci. qui plura refert conſ. 424. nu. 7. & 8. Moli. lib. 2. c. 1.
num. 8. Multò minus fieri debet extenſio de caſu ad ca-
23 ſum diuerſum omnino, † & ſeparatum, & inter quos
eſt diuerſa ratio, vt ſunt cùm agitur inter filium & fi-
liam defuncti, & deſcendentem ex ſecundogenito ex-
cluſo, vt in terminis majoratus etiam teſtamento inſti-
tuti, in quo fit lata interpretatio, & facilius extenſio
admittitur, eam fieri non debere docent Burg à Paz.
conſ. 19. n. 57. Gutierr. conſ. 13. n. 17. Anchar. conſ. 339. nu. 7.
cum ſeq. & Surd. conſ. 316. n. 16. & conſ. 1. n. 164. & num. 192.
24 cum ſeqq. Idque maximè † quòd excluſio fœminarum,
propter maſculos remotioris lineæ & gradus, eſt odio-
ſa etiam in majuratibus & irrationabilis, Moli. lib. 3. c.
4. n. 5. 15. 18. 19. & cap. 5. nu. 7. Et hæc eſt magis communis
opinio Socin. jun. conſ. 1. n. 46. lib. 1. Moli. d. cap. 4. nu. 18.
Burg. à Paz. in proœm. ll. Taur. nu. 44. & 117. Ideoque re-
ſtringenda & ſtrictè interpretanda, Moli. d. cap 4. n. 22.
& in dubio pro filia pronunciandum. Moli. & Burg. d.
locis, & rurſus maximè attenta conſuetudine genera-
li, de qua poſtea, qua feuda ſunt ad inſtar patrimonio-
rum: & ſi prætendatur majoratus præſcriptione indu-
25 ctus, & per dictos teſtes † inter filios vltimi poſſeſſoris
probatus, nunquam extra eum gradum, in fauorem
maſculorum alterius lineæ, ad excluſionem filiarum
vltimi poſſeſſoris procederet, Anchar. d. conſ. 339. num. 7.
& Burg. Gutier. & Surd. d. locis conſ. 1. nu. 165. & 198. cum
ſeq. Conſuetudo enim nedum præſcriptio eſt ſtricti ju-
ris, & non fit extenſio in eadem caſu ad caſum, nec de
perſona ad perſonam, DD. in l. 1. § hæc verba, ff. de negot.
geſt. Bald. in c. 1. n. 9. de feud. cognit. & ibi Petr. de Rauen.
Ruin conſ. 45. n. 16. lib. 1. ſicut & ſtatutum, Caſtr. conſ. 119.
n. 3. & ſeq lib. 1. Corn. conſ. 81. nu. 6. & ſeq. præſertim 10. &
conſ. 191. num. 10. lib. 4. fusè Argentræ. poſt multos quos
refert in conſuet. Brit. de partit. nobil. q. 8. Quæ longè ma-
gis procedunt in his majoratibus, quorum inſtitutio-
nes ſcriptura non apparent; ſed ſolùm antiquitate
temporis conſtant. In ijs enim is ordo ſeruandus eſt, vt
ſcilicet filia vltimò defuncti excludat patruum, qui in
majoratu ſimpliciter conſtituto ſeruatur, Bald. in l. li-
berti, libertæ, nu. 31. C. de oper. libert. Moli. lib. 1. cap. 3. nu.
21. & lib. 2. cap. 6. n. 76. verſ. illum autem. Petr. Salazar. de
vſu & conſuet. cap. 2. n. 16. & 27. Soto Major. lib. 2. quotid.
controu. cap. 12. nu. 33. cum ſeq. Auend. ad l. 40. Taur. gloſ.
2. n. 7. & conſ. 1. n. 180. & 181.

Hæc confirmantur, quia conſuetudo vel ſtatutum,
primogenituram inducens, eſt ſtricti juris, nec in pri-
mogenituris, etiam feudalibus, fit extenſio, vt de ſuc-
ceſſione ab inteſtato ad teſtamentariam & è contra, &
de deſcendentibus ad collaterales, Laudenſ. in c. 1. nu. 15.
de alien. feud. & ibi Præpo. n. 3. Tiraq. de primog. quæſt. 16.
n. 10. Roſental. de feud. c. 7. q. 26. n. 5.

Poſtremò, quia hujuſmodi atteſtationes ſunt falſæ
& erroneæ circa d. primogenituram: quòd ſi quando-
que primogeniti vocati ſunt, vt Janſanus; teſtes in cau-
ſa ſucceſſionis errarunt, dum eam primogenituræ at-
tribuunt, quæ tamen alia erat, conſ. 1. nu. 161. vt ex docu-
mentis patet, & errores in inuentario eorumdem, nec-
non in inſtrumento reuocationis per d. Franciſcum de
anno 1609. & 11. Octobr. factæ, ſumpto per Magiſtrum
26 Tache ſub n. 151. ſunt deſignati † quibus propterea nul-
la eſt adhibenda fides. Alijs quoque modis atteſtatio-
nes hujuſmodi nullam facere fidem docetur d. conſ. 1. à
n. 138. vſque ad n. 166. incluſiuè.

Ad alteram partem primi capitis accedendo nedum
ſcilicet non conſtare de jure d. Domini Antonij; ſed,
quod magis eſt, conſtare de non jure ipſius ex proprijs
illius documentis, id conſtat; quia ſi quæ primogeni-
tura probata eſſet per dictas atteſtationes, ea juris
Francorum eſſet & non alia, quòd ea tantùm in articu-
lis, ſuper quibus teſtes fuerunt examinati, deducta ſit,
& de qua etiam & prætenſa reſolutio Rotæ & tranſa-
ctio ſecuta, quatenus de aliqua primogenitura intelle-
xiſſent; de qua tamen poſtea eſſent intelligenda. At-
teſtationes † enim & depoſitiones debent intelligi ſe- 27
cundùm contenta in articulis, nec ad diuerſam tem
trahi, Gomeſ. Leon. deciſ. 1. in deciſ. diuerſ. tom. 2. Capell.
Tholoſ. quæſt. 202. Rota Genu. deciſ. 9. num. 20. Monti-
cell. in repert. teſtium, rubric. teſtium dicta qual. interpr.
fol. 430. Farin. de teſtib. lib. 3. tit. 7. q. 68. num. 58. ſed etſi de
primogenituræ juris Francorum non fuiſſet facta men-
tio, de ea tamen eſſent intelligendæ. Cùm enim † non 28
conſtat de qualitate primogenituræ, ſecundùm con-
ſuetudinem regionis eſt intelligenda: & ſic de primo-
genitura juris Francorum, cùm verſemur in Gallia,
Moli. lib. 1. cap. 3. n. 2. & cap. 11. n. 1. Alphon. de Aues in Hi-
ſpan. reg. conſtit. tom. 3. lib. 5. tit. 7. l. 1. num. 1. & ſeq. à Pe-
guera in cap. 3. reg. Petr. 3. verſ. 6. num. 78. & conſil. 1. nu-
mer. 168.

Et planè ita ſe res habet, totam illam litem inter
Ludouicum & Joachimum agitatam, in cauſa appel-
lationis; poſt reſolutiones ſuper donatione in contra-
ctu matrimonij Melchioris factas, agitatam, & omnia
inde ſecuta, quæ primogenituræ faciunt mentionem,
in primogenitura juris Francorum, non alia fundari,
& de ea intelligenda eſſe. At verò certiſſimum eſt ex
vi illius primogenituræ dictum Antonium omnino ex-
cludendum.

Primò, quia ea primogenitura † tantùm habet lo- 29
cum inter deſcendentes, non autem inter collaterales
vltimò defuncti; qui, deficientibus deſcendentibus,
nullo modo ex vi illius vocari poterant, Apern. conſil.
7. n. 10. verſ. & licet & conſ. 21. num. 7. & in cap. ſi aliquem,
verb. ſubfeudatarios. Jo. Aloyſ. in explicat. cap. volentes, &
ante eum Gualter. in allegat. terra noua Cannet. in d. c. ſi
aliquem, verſ hus explicitis, n. 2. fol. 298. Camerar. in reſpo.
annexo interpretationi Cannetij. fol. 375. verſ. Andreæ ſub-
ſcribis, poſt Andræam de Iſern. & Afflict. & paſſim In-
trigl. maximè cent. 2. art. 91. Nec dicas hoc ſpeciale fuiſ-
ſe in regno Siciliæ. Nam Camerarius, d. loco, clarè do-
cet, hoc apud Francos receptum, & hanc Gallorum
conſuetudinem fuiſſe, vt ſcilicet in linea tantùm de-
ſcendenti primogenitura haberet locum, ſicut & O-
tho Friſingi. de reb. geſt. per Frider. lib. 2. cap. 29. & fusè
conſ. 2. n. 44. & ſeq. Nec dicendum, omnes à primo † in- 30
ueſtito venientes, appellari in materia feudorum de-
ſcendentes: & propterea quod ſuprà dictum eſt, de
ijs intelligendum eſſe. Nam † etſi à primo inueſtito 31
venientes, certo modo dicantur deſcendentes, Intrigl.
cent. 1. quæſt. 21. n. 13. tamen cùm agitur de † tranſuerſali-
bus ſeu collateralibus ad ſucceſſionem admittendis,
ſi agatur de feudo antiquo, vel etiam per conſtitutio-
nes regni de feudo juris Francorum, collaterales vlti-
mò defuncti, qui deſcendunt à primo inueſtito intel-
liguntur, non autem qui erant collaterales primi in-
ueſtiti, vt explicant Afflict. in d. cap. 1. de ſucceſſ. frat. &
grad. ſucceſſ. num. 2. & 8. Aluarot. num. ... in princip. &
omnium optime Præpoſ. nu. 1. Intrigl. d. q. 21. num. 13. &
14 fol. 45. Balzar. in d. cap. 1. nu. 15. verſ. tertio noto, de grad.
ſucceſſ. & nouiſſimè Vultei. de feud. lib. 1. cap. 9. num. 104.
verſ. quod igitur, fol. 526. & num. 105. verſ. ex quo etiam,
fol. 531. & capite 10. numero 77. fol. 633. conſilio 2. nume-
ro 47.

Digitized by Google

32 Secundò, quia etiam † inter ipſos deſcendentes tantùm ab inteſtato, non ex teſtamento haberet locum, quia hujuſmodi prærogatiua ſexus & ætatis ſimpliciter conceſſa, multò magis præſcriptione, ſeu conſuetudine inducta debet intelligi ſolùm ab inteſtato, Greg *de conceſſ. feud. part. 4. q. 11. nu. 1. & ſeq. & part. 8. q. 6. n. 8.* poſt Bald. *in l. verſ. alios ſtatuto. C. de legit. hæred.* Alber. *in dictio. in verb. feudum. in 5. col. verſ. alia eſt etiam,* Intrigl. *cent. 2. art. 92. n. 14. conſ. 2. nu. 6. 31. &* 32. Sed in caſu
33 † noſtro non eſt recurrendum ad argumenta, cùm ſimus in terminis clariſſimis. Nam in articulis, ſuper quibus fuerunt examinati teſtes, dicitur hoc feudum conceſſum Giraudo Amieo & ejus hæredibus etiam extraneis, & priuilegium, vt regatur jure Francorum, d. Giraudo Amieo, ejuſque hæredibus quibuſcumque, etiam extraneis, conceſſum. At verò certiſſimum eſt hujuſmodi conceſſionem, & priuilegium ita concepta in ſucceſſione tantùm ab inteſtatis, vel non facta diſpoſitione inter viuos, habere locum, vt in terminis docet Cannet. *in cap. volentes, §. ſed magna fuit olim, fol. 54. n. 74.* Tunc enim clauſula, *juris Francorum*, propter dictionem *quibuſcumque*, vel, *extraneis*, ſolùm dat formam ſucceſſioni ab inteſtatu: & omnes conueniunt, vt tunc non ſit ex pacto & prouidentia, & vt alienari poſſit in præjudicium agnatorum, Canner. *d. nu. 73. vſ-*
34 *que ad fin.* quælibet † enim diſpoſitio debet interpretari, vt non contineat repugnantiam, Bart *in l. fin. § eadem quæſiit, ff. de condict. indeb. & l. vbi repugnantia, ff. de reg. jur.* vt explicat Cannet. *ibi n. 77.* Ex diametro enim pu-
35 gnarent hæc, vt † feudum ſub hac forma eſſet ex pacto & prouidentia, & ad hæredes extraneos tranſire poſſet, Clar. *in § feudum, q. 9.* Petr. à Greg. *part. 2. q. 10. per tot.* Intrigl. *de feud. cent. 1. q. 51. per tot.* Camill. de Curt. *in terminis in diuerſor. jur. feud. §. nunc de altera, in princ. fol. 57.* & fusè *in conſ. 2. num. 6. vſque ad 10. & num. 29. vſque ad num. 33.*

36 Tertiò, his omnibus † ceſſantibus, quæ tamen non ceſſant, hoc certiſſimum eſt, & ea ſententia ab omnibus, nemine diſcrepante, approbatur, vt quando feudum regitur jure Francorum, etiam in ſucceſſione ab inteſtato, vt filia primogeniti admiſſi excludat patruũ. Petr. de Bellapertica Doctor Gallus *in l. pater filium, §. quindecim, ff. de leg. 3.* vbi per illum textum dicit, quòd ſi conſuetudo eſt, quòd in Baronijs non ſuccedat filia, & aliquis habet vnum filium ſecundogenitum, & ex primogenito habet filiam, filia debet habere Baroniã, Bald. *in l. in multis, in princ. ff. de ſtat. hominum,* vbi dicit; quòd ſi conſuetudo regni dicit, quòd primogenitus ſuccedat, non intelligitur fœmina, ſi ſtat maſculus, ſcilicet ejuſdem gradus, vt eum intelligit Ludou. Ruman. *conſ. 98. in 2. dub.* & Palat. Ruui. mox allegandus, & Loffred. *conſ. 39. n. 28.* Præpoſ. *in cap. 1. n. 1. in fin. verſ. quintodecimo hoc probatur, fol. 34. de feud. Marcb.* Palat. Ruuios *in cap. per veſtras, de donat. inter vir. & vxor. in rubr. §. 69. n. 25. fol. mihi 82.* Chaſſan. *in conſuet. Burgund. rubr. 7. des ſucceſſions, §. 10. num. 57. verſ. Ioan. Fab. in § caterum.* Gemin. Piſo *in prælud. feud. cap. 31. n. 19.* vbi contendit, de jure Francorum ſororem fratri ſuccedere, idque jus in pleriſque locis, præſertim Eccleſiaſticis, ſeruari, quod non fieret, ſi agnati ſorori præferrentur. Loffred. *conſ. 14. n. 10.* vim faciens in jure Francorum, *& conſ. 39. n. 28.* referens & probans doctrinam Petri de Bellapertic. Thom. de Marin. *de gener. & qualit feud. tit. 11. de feud. fœmin. ſeu matern. n. 47.* Camerar. *in reſponſ. quod attexitur repetitioni Cannetij ſed cap. ſi aliquem, verſ. verba hæc quæ côram Siculis, fol. 373. col. 2.* vbi aſſerit ſe ſeptem annis in Galliarum regno moram traxiſſe, & per totus illius regni allocutum fuiſſe, & conſuetudines omnes cribraſſe, & antequam in Galliam iret, non ſolùm tractatum primogenituræ Galli cujuſdam legiſſe, verùm etiam & conſuetudines Burgundiæ Chaſſanæi perlegiſſe, & ex his omnibus concludere, formam juris Frãcorum ſtrictam appellari, non alia ratione quàm quia procedit inter eos, qui ſunt ejuſdem gradus: & manifeſtam eſſe inſaniam, vt data inueſtitura juris Francorum filia fratris à fratre excludatur. Otb. Friſing. *de vit. & geſt. Frider. lib. 2. cap. 29 in his verbis, Nos in illa,* (de Ducatu ſeu Comitatu Burgundiæ loquitur) qui pænè in omnibus Galliæ prouincijs ſeruatur, quòd ſemper ſeniori fratri, ejuſque liberis ſeu maribus, ſeu fœminis paternæ hæreditatis cedat authoritas, Cirier. *de primog. lib. 1. cap. 19. nu. 5.* Chopin. *de doman. Franc. lib. 2. tit. 4. nu. 12. & 13.* Tiraquell. Doctor Gallus *in tract. de jur. primog.* qui de primogenitura juris Francorum loquitur, vt patet ex præfatione *num. 3.* hanc ſententiam clariſſimè firmat, *q. 10. & 20. n. 21. & q. 14. n. 6. 7. & 8. & q. 40 n. 3.* Charond. *aux obſeru. du droict François, verſ. fief, in fin. fol. 118.* Gurier. *conſ. 13. nu. 15. & 19.* Cephal. *conſ. 25. nu. 1. 2. 3.* vbi dicit communem *& nu. 60. 61. 62. 63.* maximè dum allegat Tiraquellum. Couarr. *variar. reſolut. lib. 3. cap. 5. ſub nu. 5. verſ. rurſus ſeptimo* Pariſ. *conſ. 21. n. 29. lib. 1.* Io. Paul. Balzar. *inc. 1. n. 31. verſ. infere ex dicta de eo, qui ſibi & hær.* vbi ait de jure Francorũ filiam excludere patruum, per ipſius patrẽ ſemel excluſum, & ad inſtar illius ſeruari in Regno Siciliæ. Argent. *in conſuet. Brit. de partit. nobil. q. 11. circa fin.* Minad. *in conſtit. in aliquibus, §. tertiò noto. n. 118. in fi. & n. 119. 122. & 123. fol. 111.* vbi hoc eſſe de jure Francorum, & de hoc non eſſe dubium. Et ita fuiſſe judicatum aſſerit; neque conſtitutionum, ſed ſolius juris Francorum mentionem facit, in eo & ejus natura ſe fundans. Pariſ. de Puteo *in compend. ad And. de Iſern. in d. c. 1. de eo qui ſibi & hæred.*

Atque hi quidem vel Galli ſunt, vel nullam Siculatum conſtitutionum rationem habuerunt, vel mentionem fecerunt. Ex Siculis verò, vel Italis, Siculatum conſtitutionum Interpretibus, eandem ſententiam firmarunt omnes, nemine excepto, & inter alios And. de Iſern. *in c. 1. de eo qui ſibi & hæred. in fin.* Matth. de Afflict. *in cap. 1. n. 19. & 40. in fin. & 41. de natur. ſucceſſ. feud.* Idem *in conſ. in aliquibus, nu. 5. & in conſt. vt de ſucceſſionib. n. 8.* Thom. Grammat. *deciſ. 1. num. 28. & 89.* Ioan. de Amic. *tit. qui feud. dar. poſſ. q. 15. fol. 187. & in §. item dicit Andr. fol. 263.* Corn. *conſ. 199. nu. 38. vol. 2.* Intrigl. *cent. 1. q. 6. n. 64. cum ſeq.* & *q. 7. n. 61. & cent. 2. art. 41.* Mari. Frecc. *de ſubfeud. lib. 3. tit. de different. quatern. feud. n. 30. fol. 423.* Petr. à Greg *de conceſſ. feud. part. 4. q. 4. & part. 8. q. 6. nu. 4. & 5.* vbi disertè contendit jus Francorum procedere tantùm inter eodem gradu concurrentes proximiores reſpectu vltimi morientis. Cumia. *in c. ſi aliquem, verſ. prærogatiua, n. 6. fol. 277.* Garſ. Maſtrill. *in deciſ. conſtitutio. Sicul. deciſ. 55.* & alij allegati *in conſ. 1. à num. 123. vſque ad num. 236. & in conſ. 1. nu. 10. 12. & 636.* vbi varijs rationibus ea ſententia confirmatur. Et quamuis ex aduerſo Aduocati d. Domini de Cederun enixi ſint reſpondere authoritati Andrææ de Iſernia, Cornei, Intrigl. & Gregorij; immo Corneum & conſtitutiones Siculas in ſuam ſententiam detinare, illiſque addere Cannetium; tamen errarunt toto cœlo, vt fusè docui *in conſ. 2.* ſcilicet quoad Iſerniam, *n. 57. verſ. jam verò*, quoad Petrum de Gregor. & Intrigl. *nu. 60.* quoad Corn *nu. 61.* quoad Canner. *nu. 51. & 62 & 63.* vbi etiam reſpondetur *cap. 1. de eo qui ſibi & hæred.* quoad conſtitutiones Siculas *nu. 48. vſque ad nu. 53. & nu. 59.* Neque enim † verum eſt, per 37
conſtitutiones Siculas jus Francorum alteratum; quaſi per illud filiæ eſſent incapaces, vel non niſi deficientibus omnibus maſculis, etiam remotioribus, ſuccederent. Quin potiùs cùm jus Francorum in Siciliam inductum, poſtea in aliquibus prouincijs per prauam

conſuetu-

conſuetudinem ex jure feudali manantem, alteratum
fuiſſet, vt filiæ excluderentur etiam à remotioribus
maſculis, *per conſtit. in aliquibus*, jus Francorum ad pri-
ſtinam naturam reductum fuit, vt ſcilicet filiæ defun-
cti, excluſis remotioribus maſculis, admitterentur, vt
fusè docui *conſ. 2 nu 2. vſque ad nu. 24. & nu 35. & 40. vſ-
que ad num. 57.* (vbi, ſcilicet *nu. 41. & 42.* clarè explicatur
quid ſit viuere jure Francorum) maximè ex Andr. de
Iſern. *in d. conſtit. vt de ſucceſſio. nu. 4. & conſtit. in aliqui-
bus num. 1. verſ. ſic de jure*, & Petro de Gregor. *part. 4. q. 1.
nu. 4 juncto cum q. 4. n. 8. & d. q. 1. n. 7. & 8. & part. 4. qu. 8.
& part. 8. q. 6. nu. 2. & 3.* hancque excluſionem remotio-
rum agnatorum per filiam vltimò defuncti, eſſe ex vi
ſolius juris Francorum manifeſtè docet Pariſ. de Pu-
teo *in d. compendio ad Iſerniam in d. c. 1. de eo qui ſibi &*
38 *hered.* Et verò † certiſſimum eſt, de jure Francorum
fœminas eſſe capaces feudorum, Andr. de Iſern. *in c. 1.
in fin. de eo qui ſibi & hered.* Afflict. *deciſ. 248.* Thom. de
Marin. *de gener. & qualit. feud. lib. 1. tit. 11. de feud. fœmin.
n. 25. cum ſeq* Gueri. Piſo *in prælud. feudor. cap. 31. num. 19.*
Gregor. *in Syntag. part. 8. q. 7. num 3* Chopin. *de doman.
Franc. lib. 3. tit. 6. in princ.* Otho Fiting *d. lib. 2. cap. 29.*
39 & alij *in conſ. 2 n. 10.* Et quod in feudis, † quæ reguntur,
jure Francorum, fuerint primogenituræ capaces, etiam
ad excluſionem remotioris maſculi, Petr. à Greg. *part.
4. 78. n. 7.* Chopin. *d. lib. 3. tit. 6 in princ.* Mar. Laudenſ.
de primogen. q. 11 Cuiet. *de primog. q. 19. n. 4 & 5* Cephal.
conſ. 251. n 62. & alij *in conſ 1. n. 237. & ſeq & conſ 2. nu. 11.
& ſeq.* adeò vt filia primogeniti admiſſi excluderet ſe-
cundogenitum adhuc ſuperſtitem & ſorores, Chopin.
d. loco, Tiraq. *de jure primog. q. 10. n. 20. & 21. & qu. 14. nu.
6. 7. & 8. & q. 40. n. 5.* & alij ſuprà allegati *& conſ. 2. n. 12.*
40 Nam lex Salica, † quæ filias excludit, ſolitum habet lo-
cum, cum de Regni Galliæ, vel appanagij quod eſt pars
Coronæ, ſucceſſione agitur, Benedict *in c. Raynutius,
verb. duas habens, n. 72. cum ſeq. de teſtam.* Chaſſan. *en con-
ſuet. Burgund. tit. des fiefs, verb. choſes feudales, § 5. nu. 381.
& 60 fol. mihi 117.* Gregor. *in Syntag. part. 1. lib. 6. tit. 12.
nu. 6.* Forcatul. *de feud. cap. 7. num. 1.* Chopin. *de doman.
Franc. lib. 3. tit. 1. n. 9. cum additio ad marginem*, & quoad
Appanagium quod datur liberis Regis, Gregor. *in Syn-
tagm. lib. 6. tit. 12. n. 6.* eſt pars Coronæ & regni Franciæ,
Chopin. *lib. 3. tit. 1 nu. 10. in princ.* & domanium Regis,
Chopin *lib. 2. tit. 8. in princ.* Non quoad alia bona, quæ
habentur à Rege ſiue in allodium, ſiue in feudum, Be-
ne *d. d. n. 72. cum ſeq.* Forcat. *d. cap. 7. n. 1.* & fusè *conſ. 1. nu.
228. cum ſeq.* & fuſiſſimè *conſ. 2. n. 13. vſque ad num. 20.* vbi
clariſſimè docui, quando habeat locum lex Salica, &
fœminas extra ſucceſſionem Regni fuiſſe capaces feu-
dorum, etiam quibus Patritiatus dignitas eſt annexa;
& ijs quæ in contrarium proponebantur, reſpondi. ſic-
ut & *nu. 24. vſque ad n. 29.* vbi etiam oſtendi, jure Fran-
corum fœminas capaces ſucceſſionis, & remotiores
maſculos excluſiſſe. Quæ adeò vera ſunt, vt † quamuis
41 plerumque in cæteris primogenituris, deficientibus
deſcendentibus primogeniti, tam maſculis quàm fœ-
minis, maſculi alterius lineæ, admittantur; hoc tamen
in primogenitura juris Francorum & plerique alijs
certiſſimum eſt, primogenito ſemel admiſſo ſecundo-
genitum & ejus deſcendentes nunquam admitti. Pri-
mogenitus enim qui naſcendo ſe incluſit, cum hoc ſe-
cundogenitum perpetuò excluſit: Præpoſ. *d c. 1. nu. 10.
verſ. decimoſeptimo quia primogenitus, fol. 34. de feud.
March.* poſt Bald. *in c. 1. de contract. ad Morgan. contr.*
Jo. de Amic. *in rubr. qui feud. dar. poſſ. § aliud, fol. 121.* Et i-
ta etiam in primogenitura feudali per teſtamentum in
fauorem primogeniti maſculi & maſculorum deſcen-
dentium inſtituta, ſolemni arreſto Pariſienſi, omnibus
Curijs & tribunalibus adunatis, judicatum fuiſſe te-
fert Charond. *aux ſing. obſeru. verb. fief. in fi. fol. 128. con-
ſil. 1. & num. 222. & conſ. 2. n. 41.* quamuis in regno Siciliæ
jus Francorum fuerit ad collaterales vltimò defuncti
elargatum; deficientibus tamen vltimò defuncti ma-
ſculis & fœminis, Cantiet *cap ſi aliquem, verſ. his expli-
citis, nu. 3.* Intrigl. *d cent. 2. q. 92. num. 7. conſil. 2. nu 46.*

Jam verò poſito & non conceſſo ex d. atteſtationi-
bus aliquam aliam quàm juris Francorum primoge-
nituram probari, quod tamen repugnantibus articu-
lis & conſuetudine regionis eſt impoſſibile: tamen et-
iam in quacumque primogenitura hoc certiſſimum
quoque eſt, † nemine etiam diſcrepante, niſi detur 42
primogenitura gentilitia, maſculina, perpetua, etiam
ad excluſionem fœminarum, per remotiores maſcu-
los filiam primogeniti admiſſi excludere patruum. An-
char. *conſ. 339.* pro majori intelligentia *num. 7.* omnino
videndus. Couarr. *var. reſolut. lib. 3. cap. 5 ſub num. 5. verſ.
rurſus ſeptimò.* Palat. Ruuios *in rubr. de donat. inter vir.
& vxor. § 69. num. 24 cum ſeq.* Pariſ. *conſ. 21. num. 29. lib. 1.*
Joan. Gutierr. *pract. quæſt. lib. 2. q. 88. num. 6* Molin. *de pri-
mogen. lib. 1. cap. 5. nu 9. & cap. 7. nu. 4. verſ contrariam, &
lib. 3. c. 4. num. 5. cum ſeq. & cap. 6. nu. 30. 31. 32. & 49.* Can-
cer. *lib. 1. tit. 12. di feud. nu. 47. & 49.* Franc. Curt. *de feud.
3. part. q. 15.* Peregrin *de fideicom. art. 27. nu. 14.* Melchior
Palaes *tract. de majorat. part. 2. q. 6. nu 7. cum ſeq. & nu. 12.*
ait quòd etſi dictum ſit, quòd res donata perueniat ad
filium majorem in infinitum, tamen, deficiente ma-
ſculo ejuſdem lineæ, filia ſuccedet, & fuſiſſimè *num. 24.
cum ſeq.* Peralta *in rubr. ff. de hered. inſtit. num. 103. verſ.
ſ. d poſtquam fol. 83.* omnino videndus per text. *in cap. v-
nico in fin. de natur. ſucceſſ. feud.* Petr. Salazar. omnino et-
iam videndus *in tract. de vſu & conſuet. cap. vlt. num. 29.*
vbi communem & veriorem, & apud omnes ſcriben-
tes in praxi eſſe abſque difficultate aſſerit, & *num. 54. 56.
& 61.* dicit hanc regulam infallibilem, Surd. *conſ. 16. nu.
2.* Burg. de Paz. *in proœm. ll. Taur. nu. 66 68.* vbi de Baro-
nijs loquitur 70. 76. 88. 121. *& conſ. 19. per tot.* & maximè
nu. 1. & ſeq & 8. 11. 41 85. Auend. *ad ll. Taur. l 40 gloſ. 9. n.
2. & ſeq.* Alius Molina Theologus *tract. de primog. 2. de-
ſputat. 625. num. 3. & 4.* Aluarod *de conjectur. mente, lib. 2.
cap. 3. § 4. nu. 31. fol. 344. cum ſeq.* & nouiſſimè à Peguera
in repetit. cap. 3. reg. Petri 3. verſ. 6. conſtans. vbi fuſiſſimè
à nu. 91. vſque ad num. 98. id docet etiam in Baronijs. Et
hanc doctrinam, qua remotiores maſculi per filiam
defuncti excluduntur, à jure diuino manare, & in pri-
mogenituris feudalibus habere locum, data capacitate
fœminarum, ſicut ſuprà citati plerique demonſtrant;
& alij *in conſ. 1.* allegati *n. 170. cum ſeq. & conſ. 2. n. 37. cum
ſeq.* Atque hoc vbique tertarum obſeruari affirmat A-
lexand. Raudenſ. de Analo. *cap. 15. nu. 292.* † & conſtitu- 43
tiones Hiſpaniæ, quæ fœminas ad majoratus ſucceſ-
ſionem, excluſis maſculis remotioribus, admittunt, ju-
ri communi conformes contendit Burg. à Paz *in pro-
œm. ll. Taur. n. 85.* Schrader. *de feud. part. 7. c. 4. nu. 78.* Gu-
tierr. *conſ. 13. n. 17. 26. 27.* Anchar. *d. conſ. 339. n. 5. cum ſeqq.*
In † omnibus enim majoratibus linea vltimi poſſeſſo-
ris primùm conſideratur, vt qui ex ea ſint, ſiue maſcu-
li ſiue fœminæ, cæteris præferantur, ſecundò gradus,
tertiò ſexus, quartò ætas, vt explicant Molin. *de primo-
gen. lib. 3. c. 4. n. 13.* Aluaro. *de conjectur. ment. lib. 2. & 3. § 3.
num. 44.* Auend. *ad ll. Taur. l. 40. gloſſ. 17. num. 26.* omni-
no videndus: alter Molina Theologus *de primog. lib. 2.
diſput. 625. num. 5.* Quod † etiam in Regnis, Ducatibus, 44
Marchionatibus & Baronijs, in quibus jure majora-
tus ſucceditur, procedit, Burg. à Paz *in proœm ll. Taur.
num. 66. & 68.* Molin. poſt varios, quos refert & ſequi-
tur *lib. 3. c. 4. num. 5.* Nam in ijs majoratibus, in quibus
admiſſo primogenito, ſecundogenitus & ex eo de-
ſcendentes admitti poſſunt, ſemper illi qui ex linea

vltimi poſſeſſoris præcedunt ſiue maſculi ſiue fœminæ
46 cæteris præferantur, † & linea ſemel ingreſſa non ſit
tranſ tus ad alias lineas, donec ex ea deſcendentes, ſiue
maſculi ſiue fœminæ finiantur, *cap.1.§.fin.de natur. ſucceſſ.feud.* & ibi communiter notant Doctor. vt Afflict. *num.* 77. Moli. *d.cap.4.num.*14. Grammat. *deciſ.*354. *num.6.& 7.* Burg. *conſ.19.num.48.& 49* optimè Gutierr. *conſ.13.num.11 & 12.* maximè ſi ſemel aduerſarius vel pater ejuſdem fuerit excluſus, Burg. *ibid.num.*50. & 59. tam hoc quàm ſuperiori loco, ſicut & Guttierres videndus omninò: qui enim ſunt ejuſdem lineæ vltimi poſſeſſoris defuncti, ſiue maſculi ſiue fœminæ, præferuntur maſculis alterius lineæ, etſi à primo inſtitutore deſcendentibus Moli. & Gutier. (qui *num.*12. poſt So-
47 cin. & Ruin. † poſtquam primogenitus admiſſus fuit
poſt patrem, fratrem ipſius aliam lineam propriam conſtituere, & vnum de alterius linea non dici, docet d. locis, & ante eum Decius *conſ.379.nu.4.*) & Aluaror. *d. c.3.§.3.n.44 fol.326.& d.cap.3.§.4.nu.*31. Quæ adeò vera
48 ſunt, vt etiam † mentione maſculinitatis facta in te-
ſtamento, vbi magis fauorabilis eſt majoratus, ſi tamen in vno vel certis tantùm gradibus non omnibus, nec indefinitè, ac perpetuò ſit facta mentio maſculorum, in illis tantùm gradibus majoratus habebit locum, nec ad alios extendetur, & extra eos gradus filia excludet maſculum remotiorem, Tiraquell. *de primog. quæſt.*10. *num.*25. Palaes *de majorat part.2.q.6.num.*10. Grammat. *deciſ.1.per tot.* & potiſſimum *nu* 28. & 29. Petr. Salazar omnino videndus, quia rem in terminis clariſſimis & certiſſimis determinat, *d.cap.vlt.num.*29. 56. maximè *verſ.nec intereſt,*61. & 62. Aluarod. *d.lib.2.c.3.§.4.num.*31. & 34. Charond. *aux memorables obſeruations, verbo fief, in fin.* Burg à Paz. *conſ.19.nu* 41. & 57. vbi ſcilicet *d.num.* 41. poſt multos quos refert & ſequitur, aſſerit, quòd ſi maſculi, excluſis fœminis ad ſucceſſionem admittantur, intelligendum eſſe, cum maſculus & fœmina ſunt in eodem gradu, non verò ſi fœmina ſit vltimò poſſeſſori proximior, Illuſtriſſ. Mantica *de conject. vlt. volunt. lib.6.tit vlt.nu.*6. Auend. *ad ll.Taur.l.40.gloſ.9.num.*34. & alij *in conſ.1.à nu.*186. *vſque ad num.*219. vbi fuſiſſimè quæ circa qualitatem maſculinitatis appoſitam & conſeruationem agnationis dici poſſunt, elucidantur. Ita
49 vt etſi † per plures gradus teſtator digreſſus ſit, facien-
do mentionem maſculorum, & primogenitum vocando, tamen niſi præter maſculorum mentionem concurrant aliæ conjecturæ, extra eos gradus non ſit locus majoratui, vel fideicommiſſo, Molin. *d.lib.1.c.5.nu.*37.
50 & 38. Mantic. *d.lib.6.tit.vlt.n.6.* nunquam † enim ma-
ſculinitatis repetitio aut fœminarum excluſio etiam in teſtamentis ſit, niſi euidentiſſime de voluntate teſtatoris conſtet. Mieres *de majorat.2.part.q.6.nu.2.6.20. & 23.* Guttierr. *conſ.13. nu.*14. Alex. Raud *de analog. lib.1. cap.15.num.*292. Surd. *conſ.316.num.*18. Burg. *in proœm.ll. Taur.nu.127. & conſ.19.num.*66. Moli. Theologus *lib.2. de primog. diſput.*625. *nu.6.in fi.* fuſè *conſ.1.num.204.cum ſeq. & n.216.cum ſeq.* Multò magis ſi poſt aliquos gradus nulli alij, ſaltem indefinitè, exprimantur, & multò fortiùs ſi vnicus tantùm ſit expreſſus, Moli. *lib 3.c.5.nu.*61. *verſ.illud autem*, vt in noſtro caſu depoſitionis teſtium *conſ.1.n.*218. idque ne tot ſpecialitates concurrant, Molin. *ibid.*

51 Quæ confirmantur † ex alia certiſſima doctrina,
qua aſſeritur, quòd quoties ex ſtatuto vel aliàs maſculi admittuntur, excluſis fœminis, ad ſucceſſionem, intelligitur vt fœminæ cenſeantur excluſæ, cùm adeſt maſculus ejuſdem gradus & lineæ, ſecus ſi fœmina ſit vltimò poſſeſſori proximior, quia tali caſu maſculo præfertur, Caſtrenſ. *conſ.47. proponitur lib.1.* Alex. *conſ.* 204. *num.13. lib.2.* Camerar. *tit. de feud. num.*32. Burg *in proœm.ll.Taur.num.*121.

Et præterea quatenus diceretur † hujuſmodi pri- 52
mogenitura etiam alia quàm juris Francorum in familia de Simiana, per præſcriptionem inducta, ea non potuiſſet validè induci, niſi ſciente Principe, cùm ſit contra juris communis diſpoſitionem: quæ ſententia, aliquibus repugnantibus, communis eſt, Alex. *in leg. ſi non ſpeciali, n.5.C.de teſtam.* Vaſq. *de ſucceſſ. creat. §.10.nu.* 257. Valent. Forſter *tract. de ſucceſſ. ab inteſt. q.3. de ſucceſſ. liber.* Graſſ. *§. ſucceſſio ab inteſtato, q.*16. fuſè Argentræ *in conſuet.* *Brit.an. de partit. nobil. q.*22. idque abſque vlla controuerſia, ſi de nouo caſu, alio ſcilicet quàm conſuetudine inducto agatur, Salic. *in l.1.col.6.verſ. quæro an ſine contradictione, C.quæ ſit long. conſuet* Rodi Xuarez *in l.quoniam in prioribus, ampliat.10.num.*21. *verſ.nec obſtant*, Chopin. *de doman. Franc. lib.2.c.4.nu.9. vſque ad fi.* Et ita percelebri Senatuſconſulto cautum, nec de eo amplius ambigi poſſe docet *nu.*13. & fuſè *conſ.1. nu.*238. & *conſ.2.n.32. & 33. & 90.* Nos verò ſumus in alio caſu, quàm qui ex atteſtationibus reſultat, vt ſuprà demon-
ſtratum fuit. Rurſus † hujuſmodi ſiue conſuetudo ſiue 53
præſcriptio tantùm in ſucceſſione ab inteſtato haberet locum, vt quanto minus fieri poſſit, jus commune lædatur, Alber. *in diction. verb. feudum col.5.in fi. verſ. conſuetudo ergo.* Pet. à Gregor. *part.4. q.10.nu.11.q.11.nu.1.2. 3. & part. 8.q.6.n.8. & 9.* poſt Bald. & alios, Intrigl. *cent. 2.art.92.nu.*14. Exemplo ſtatuti, † extantibus maſculis, 54
fœminas arcentis quod ab inteſtato tantùm intelligitur, Bald. *in l.1.verſ. alias ſtatuto, C.de legit. hæred.* Albet. Brun *de ſtatut. fœm. exclud. art.8.quæſt.8.* Nat. *in d. tract. 12.q vlt. quæſt. princip. fol.*12. Campeg. *d. tract. de dot. qu.* 54. Afflict. *in conſtit. in aliquibus, q.3 num.*15. Intrigl. *d.loco conſ.2.n.6.31. & 32. & 91.*

Poſtremò etiam in ſucceſſione † ab inteſtato, cùm 55
teſtes deponant ſolùm de filijs defuncti, non poſſet habere locum; etſi qualitas maſculinitatis fuerit adjecta; niſi cùm controuerſia eſſet inter fratres & ſorores: nec eo caſu inducta poteſt ad alium, eumque diuerſum extendi, ſcilicet cum inter filias defuncti & patruum eſt controuerſia, vt in terminis primogenituræ decerne Anchar. *conſ.339.n 7.cum ſeq.* Burg à Paz *conſ.19.num.*57. Guttier. *conſ.13.n.17.26. & 27.* Surd. *conſ.316.n.*16. faciunt citata per Franciſc. Aret. *conſ.168.in fin. conſ.2.n 6 & conſil.1.n.192. & ſeq.* & ſuprà *nu.23. & 25* dictum fuit, idque
præſertim † quia agitur de excludenda filia, contra ju- 56
ris communis diſpoſitionem, ideoque hujuſmodi conſuetudo eſt odioſa & reſtringenda, & in dubio pro ipſa pronunciandum, Moli. *de primog. lib.3.cap.4.n 15 & nu. 18. & 19.cap.5.n.*70. Burg à Paz. *in proœm ll. Taur. nu.*127. & ſuprà *nu.*24. dictum fuit. Fœminæ enim in majora-
tibus † vel primogenitura habēt intentionem funda- 57
tam, Moli. *lib.5.cap.4.n.*32. Aluaro. *de conject. ment. lib.2. c.3.4.5 n.32.circa fi.* & non niſi expreſſè excluſæ ſint, vel ex conjecturis euidentiſſimis & à jure probatiſſimis, & ex indubitatiſſima mente conſtituentis majoratum excludi poſſunt, Spino. *in ſpecu. teſtam. gloſſ. 19. n.*85. Palaes *in tract. majorat. part.2.q.6.nu.2.7.21.23.* Auend. *ad l. 40. Taur. gloſ.9.n.5.* & alij *conſ.1.n.204.cum ſeq.*

Atque hæc quidem circa primum caput, quo docuimus nedum de jure d. Domini Antonij non conſtare; ſed & de non jure ipſius ex proprijs documentis apparere.

Nec ijs quæ diximus, de admittenda filia aduerſus patruum in majoratibus, etiam alijs quàm juris Francorum, obſtat, ſi dicatur non procedere in feudis Ec-
cleſiaſticis. Reſpondetur enim primò † non eſſe verum 58
hoc feudum eſſe Eccleſiaſticum, vt dicitur *conſ.1.nu.*32. Secundò eam doctrinam procedere abſque dubio, data capacitate fœminarum. At fœminæ capaces ſunt in

tota

tota Gallia & hoc Comitatu omnium feudorum, tam
ſecularium quàm Eccleſiaſticorum, vt docui in inuen-
tario documentorum, & mox in primo fundamento
dicetur, omniaque ſine diſtinctione eſſe ad inſtar allo-
dialium, vt docui in terminis eorum feudorum Comi-
tatus, quæ ſunt Eccleſiaſtica, quippe quæ ab Epiſcopis
Carpen. Cauallicen. & Vaſionen. conceſſa fuerunt.
Tertiò, faciliùs in feudis Eccleſiaſticis filiam exclude-
re debere patruum, quòd in illis feudis faciliùs quàm
in ſecularibus fœmina admittatur, Gregor. *in Syntag.
part.1.lib.2.tit.12.n.6.* Zaſ. *part.8.in tit. de feud. ſucceſſ. nu.
51.* Garſon. *de fœm. ad feud. limit.19.nu.126.* Menoch. *conſ.
65.n.29.& 30.* Ritter. *in part. feud. lib.1.cap.14.n.3.fol.211.*
Andr. Knichen. *de veſt. pact. cap.4. n.58.* Vultei. *lib.1.c.9.
nu.48.verſ. huc pertinet, fol.400.* Philipp. Matth. *conſ.26.
n.123 li.2. inter cōſ. Vulteij.* per rationes per ipſos allatas.

Poſtremò, in terminis majoratus Gueri. Piſo *in præ-
lud. feud. c.31.num.19.* poſt Thom. de Marin. *lib.1.tit.11.de
feud. fœmin. nu.23. cum ſeq.* aſſerit eam doctrinam, vt filia
primogeniti admiſſi præferatur patruo, præſertim in
locis Eccleſiaſticis ſeruari, ita vt ſoror ſuccedat fratri.

Jam verò antequam ad ſecundum caput, quo ex a-
bundanti de jure d. Domini Franciſci docebitur, acce-
damus; vnum præmittendum eſt, præfatum Joachi-
mum donatarium & hæredem eſſe agnatum vltimò
defuncti, & ſic non agi hîc de filia, ſed de maſculo, eo-
que agnato. Eſſe verò agnatum probatur primò ex do-
cumentis prodictis in inuentario deſignatis, quibus
nedum enunciatiuè, ſed diſpoſitiuè ex parte patris
eum deſcendere à Ludouico filio Berengarij conſtat:
59 Agnatio autem, † cùm ſit difficilis probationis, pro-
batur per indicia, conjecturas, & præſumptiones, De-
ci. *conſ.595.in princ.* Maſcard. *concl.512.num.2.* Fabian. de
Anna. *conſult.88.n.7.* & in antiquis per verba enuncia-
tiua, etiam quoad alios, Peregr. *de fideic. art.41.n.83.* Fa-
bian. *d. conſult.88.n.9.* Maſcard. *d. loco, n.4.& 5.* Secundò
probatur per quatuor teſtes examinatos omni exce-
60 ptione majores, cùm tamen in † antiquiſſimis, in qui-
bus ſumus, probetur per teſtes de auditu, & per ſolam
famam, Maſcar. *d. concl.511.n.8.* Fabian. *d. loco nu.7.* &
per teſtes conſanguineos, Maſcard. *d. loco, nu.9.* Fabian.
61 *ibid. n.2.* Tertiò probatur † ex identitate inſigniorum,
quam d. Antonius fatetur in reſponſibus ad articulos,
per quam præſumitur identitas familiæ, Callia. *de mod.
articul. gloſſ. vnic. §.2.n.943.* Fabian. *d. loco n.4.* Quartò
62 probatur † ex nomine agnationis de Simiana, quod
etiam conſtat ex confeſſione d. Antonij, Menoch. *lib.
6. præſumpt.15.n.48.* ſaltem præſumptiuè: quod ſi for-
ſan aliqui ex dictis modis ſeparatim non ſufficerent,
conjuncti tamen ſufficiunt in terminis agnationis, in
63 quibos † præſumptiones & probationes diuerſæ ſpe-
ciei conjunguntur ad faciendam plenam probatio-
nem, Fabian. *d. loco n.33. & ſeq.* qua de re *in conſ.1.nu.61.
cum ſeq.* At verò quanti momēti ſit, quòd qualitas ma-
ſculinitatis & agnatio conueniant in perſona d. Joachi-
mi poſſeſſoris, patet ex traditis per Rui. *conſ.16. n.5. lib.1.*
64 Primum igitur fundamentum, † quo docetur de jure
d. Domini Franciſci ſeu Joachimi, eſt in conſuetudine
generali ab omni tēpore in tota Gallia, omnibus Pro-
uincijs cis Alpes cōſtitutis, & nominatim in Comitatu
Venayſſino & omnibus Prouincijs illi circumuicinis
inconcuſſè obſeruata; qua feuda fuerūt ſemper, & ſunt
ad inſtar allodialium & patrimonialiū, quoad liberam
alienationem & ſucceſſionē, ita vt in illis fœminæ non
minùs ac maſculi, & eodem planè modo ſuccedere, ea-
que liberè in quemcomque etiam extraneum maſcu-
lum aut fœminam irrequiſito domino alienari poſſint,
ſaluis juribus ſupremi Domini ejuſdem, vt de tota Gal-
lia atteſtatur Petr. Jacobi *in pract. tit. de cauſis ex quibus
vaſalli 63.n.10.& 17.* Steph. Bertran. *conſ.13.n.16.lib.1.* poſt
Chaſſan. *in conſuet. Burgund. tit. des fiefs, §.5.n.40.uſque
ad nu.60.fol. mihi 117.* Guil. Bened. *in c. Raynut. verb. duas
habens, n.67. cum ſeq.* Boer. *in conſuet. Bitur. tit. des couſtu-
mes des fiefs, §.7.fol.39.col.1.* Guid. Pap. *qu.59.133.& 293.*
Voltei. *de feud. c.10.n.92.fol.630.* & alij *in conſ.1.nu.34.&
ſeq.* allegati. De omnibus verò Prouincijs cis Alpes cō-
ſtitutis, Guil. Bened. *d. verb. duas habens, n.67. cum ſeq.* Ja-
ſon *in l. de quibus, n.64 ff. de legib.* Cephal. *conſ.307.n.40.*
Surd. *conſ.105.n.15. lib.1.* Intrigl. *de feud. cent.1.q.50.nu.78.*
De Comitatu verò Venayſſini Bertrand. *conſ.257. nu.1.
lib.6.* de Prouincijs verò circumuicinis in genere Ber-
trand. *conſ.283.nu.5.lib.4.* In ſpecie verò de Delphinatu
Guid. Pap. *d.q.59. de lingua Occitana* Ranchin. *d. q.59. de
Sabaudia & Pedemontio.* Matth. *ad Guid. Pap. q.133. de
Prouincia Prouinciæ* Bertr. *conſ.283.n.5.lib.4.* quibus Pro-
uincijs circūdatur Comitatus Venayſſini. De tota Gal-
lia Guid. Pap. *q.133.& 139.* in mediu cujus hæc patria ſita
eſt, ita vt neceſſariò ſtatuendum ſit, & in Comitatu &
in loco Caſtri noui, antequā d. Comitatui vnitus fuiſ-
ſet, d. conſuetudinem habuiſſe locum. Vbi enim in du-
bio eſſemus, † quod tamen nullum eſt, recurrendum 65
eſſet ad morem in vicinis Prouincijs ſeruatum, illeque
ſequendus *c.1.c. de his, diſt.12.c. ex parte, de cenſ.* Papon.
lib.13.tit.1.c.3. Corrier. *in Cod. Henr. lib.8.tit.1.c.1.* Atque
hæc † conſuetudo ſemper ita fuit obſeruata, Bened. *d.* 66
*c. Raynutius, verb. & vxorem nomine Adelaſiam, deciſ.1 in
pr.* adeò vt jus feodale nunquam in Gallia habuerit lo-
cum, Pet. Jacobi *in ſua pract. tit. de ſucceſſio. Reg. vel potius
de cauſ. quib. vaſall.43. in pr. & n.15.& ſeq.* maximè *27.&
28.* Atque de hac conſuetudine generali fuſiſſimè diſ-
ſerui *conſ.1.n.34.& ſeq. uſque ad n.70.* ſed & hujuſmodi
conſuetudo peracta in omnibus omnino feudis, etiam
Baronijs Comitatus tam temporalibus quàm eccleſia-
ſticis (in quibus Eccleſiaſticis, caſu quo aliàs fœminæ
eorum non eſſent capaces; vt ſecundùm aliquos, ſi à
ſummo Pontifice eſſent conceſſa, conſuetudo, vt fœ-
minæ ſuccedere poſſint, facilius inducitur. Vultei. *de
feud. lib.1.c.9.n.48.fol.400.* Roſentall. *de feud. c.7.q.31.n.7.*
cum multis per eum allegatis *in gloſſ. litt. I.*) ſigillatim
& in indiuiduo probata fuit, & generaliter de omnibus
in trāſactione inſerta homagio Alzeræ de Baucio Co-
mitiſſæ de Auellino; qua de re in inuentario documen-
torum, in quo diſertis verbis hoc aſſeritur. Verba verò
quæ ſubjiciuntur, conſenſu & volūtate, & prælatione
& laudimio & c. apponuntur, quia hoc eſt generale, vt
etſi † feuda ſint ad inſtar allodialiū, & irrequiſito do- 67
mino alienari poſſint: tamen quoties alienatio talis eſt,
ex qua debeatur laudimium, debet poſtea requiri con-
ſenſus & approbatio Domini, & vt dicitur, inueſtitura
peti, laudimium ſolui, caſu quo dominus jure prælatio-
nis retinere nolit, & ſic cum ejus licentia poſſeſſio ca-
pi, alioquin feudum incideret in commiſſum, Soc. jun.
conſ.70.n.16. verſ. tertio oppoſito, vol.2. Guid. Pap. *conſ.147.
n.6. verſ. ſed reſtat, & conſ.46.n.3. verſ. ſicut in ſimili, & de-
ciſ. Delphin. q.46.n.4.* & ibi Ranchin. & alij. Per. Jacobi.
in form. libell. de actio. in rem pro re emphyt. c.6.nu.6. Cot-
bul. *de jur. emphyt. lib.6.c.6.*

Probatur poſtremò, quia etſi in infeudationibus ſola
dictio, *ſucceſſorum*, abſque vlla dictione vniuerſali adeſ-
ſet: tamen filia in hujuſmodi feudis ſine vlla difficultate
patrui ſucceſſerunt, quod hujuſmodi conſuetudinem
neceſſariò euincit, vt docui, ex infeudatione & homa-
gijs Mazani, & ex homagijs plurium aliorum locorum.
Exiſtente verò † hujuſmodi conſuetudine fœminæ ad- 68
mittuntur nō obſtante juramento fidelitatis quod præ-
ſtant, & per ſubſtitum ſeruitiū perſonale faciunt, ſi ad
id tenentur, Andr. de Iſer. *in conſt. in aliquibus,* Afflict.
dec.320.n.6. Pariſ. *conſ.4.n.24.& 25 & cōſ.16.n.7.& 8.&*

*cõſ.*21.*n.*21.*lib.*1. Olaſc.*dec.*27. Bene.*in d.c.Rayn.verb.duas*
*habẽs n.*71. Jo.de Amic.*tit.qui feud.dar.poſſ.* §.*in hac cau-*
*ſa fol.*115. Menoc.*conſ.*65.*n.*36. Thom. de Mat.*tit.*8.*& cõſ.*
1.*n* 39.*&* 54.*&* j.*n.*76. Nec mirũ cum ſeruitij præſtatio
non ſit feudi forma, Vult.*de feud.lib.*1.*c.*6.*n.*13.*fol.*116. ſi-
cut nec juramentum, Vultei.*d.c.*6.*n.*7.*verſ.fidelitas igi-
tur, fol.*112. Schradet.*part* 2. *t.*22.*num.*33.*&* 34.
Nec his obſtat quod ex aduerſo enixi ſunt probare, a-
liqua eſſe in Comitatu feuda ex pacto & prouidentia:
Nã tam ex articulis quàm ex inuentario documentorũ
cõſtat, ante an.1492. aut ſaltẽ ante an.1447. nulla hujuſ-
modi feuda in Comitatu fuiſſe, & tamen omnia docu-
mẽta, & nominatim homagia ratione d.loci Caſtri-no-
ui præſtita, de quorum interpretatione agi poſſet, ſunt
ante d.tẽpus; poſtremũ n. Ludouici eſt de an.1422. ſed
& demõſtratum fuit nunc quoq; nulla eſſe hujuſmodi
feuda ex pacto & prouidẽtia in d.articulis & inuẽtario.
Si quæ enim cõceſſiones à d.an.1492. ſub forma ex pa-
cto & prouidẽtia factę fuerunt, eas vel effectũ non ha-
buiſſe vel reuocatas fuiſſe, vel ad priſtinam naturam &
conſuetudinẽ generalẽ rediſſe. Sed demus aliqua feu-
da hujuſmodi nũc quoq; in Comitatu eſſe, quid inde?
nihil aliud ſequeretur, quã in illis nõ habere locũ con-
ſuetudinẽ, quia ex cõceſſione de contrario cõſtat. Ergo
idẽ ſtatuẽdum in loco Caſtri-noui, & niſi ex cõceſſio-
ne de cõtrario conſtet, ſtãdum eſſe conſuetudini. Nam
69 cõceſſiones † ſecundùm cõſuetudinẽ generalem, non
habito reſpectu ad quædã feuda alterius naturæ, ſunt
intelligẽdæ, Marin. Frec.*de ſubfeud lib.*3.*tit.*2.*de feud.an-
tiq.n.*19.*fol.*392. & cõceſſio facta in patria, in qua feuda
ſolẽt alienari, præſumitur facta ſecundùm talẽ conſue-
tudinẽ, eſto quod de ea nihil dicatur, Pari.*cõſ.*13.*n.*30.*lib.*
1. & inueſtitura intelligi debet ſecundùm conſuetudinẽ
Curiæ ſiue loci vbi fit, Burſ.*conſ.*50.*in fi.verſ.nõ repugnat,*
*lib.*11. Vultei.*de feud.lib.*1.*c.*7.*n.* 20.*fol.*133.*& n.*56.*fol.*198.
Oldend.*inter conſ.Vult.conſ.*5.*n.*113. *lib.*2. quæ dicuntur
caſu quo eſſemus in aliquo dubio verborũ in documẽ-
tis contentorum, cum tamen ſimus in claris, vt poſtea
70 dicetur. Quæ † confirmantur, quod in Gallia in cauſa
feudali, deficiente conſuetudine particulari, ſequimur
jus commune Rom. Char.*lib.*5.*reſp.c.*6. quo ſexus nul-
lum eſt diſcrimen in ſucceſſione, *l.maximum vitiũ*, C.*de
liber.præter.* §.1. §.*cæterũ*, *de leg.agn ſucc.cõſ.*1.*n.*42.*&* 43.
Nec obſtat etiã, quod prę enditur locus Caſtri-noui
ſeparatos eſſe à Comitatu. Nã de contrario conſtat ex
homagio Roſtagni de Simiano Joãni 22. præſtito, & a-
liàs reſpõſum fuit in artic. defenſionalibus & duplica-
torijs necnon in inuẽtario documentorum, & *conſ.*1.*n.*
56. Sed demus ſeparatum, Bened. Jaſ. Ceph. Surd. & In-
trigl. ſup. allegati atteſtantur, cõſuetudinem habere lo-
cum in omnibus Prouincijs cis Alpes conſtitutis, intra
quas eſt d.locus: ſed & in omnibus vicinis eã procedere
ſuprà edoctum fuit, ita vt neceſſariò in d. quoque loco
eam habere locum ſtatuendum ſit. Sed & in indiuiduo
71 eam in d.loco habere locum ex cõpoſitione cum Ca-
mera facta de anno 1373 in inuentario documentorum
edoctum fuit: dicebatur enim incidiſſe in commiſſum,
non quòd, irrequiſito D°, in extraneum alienatus fuiſ-
ſet; ſed quia Giraudus de Simiana ſæpe requiſitus lau-
dimiom ſoluere noluerat: immò propria authoritate
poſſeſſionem acceperat, idq́ue ratione dictę conſuetu-
dinis, qua exiſtente ratione laudimij non ſoluti, vt ſu-
prà *n.*67. demonſtratum fuit, in commiſſum incidiſſet.
Sed ea ſecluſa, non quòd laudimium non ſoluiſſet, &
propria authoritate poſſeſſionem cepiſſet; ſed quia
irrequiſito Domino, quodq; in extraneum d.feudum
alienatum fuiſſet, incidiſſet in cõmiſſum. Feudatarius
72 † enim feudum alienans ſine conſenſu Domini cadit à
jure ſuo, & feudũ acquiritur Domino, *c.*1. *de prohib.feud.
alien.per Frider.* Apetno.*conſ.*6.*n.*14. Alciat.*reſp.*3.*nu.*7.
*lib.*5. notatur *in c.ſi vaſallus culpam, ſi de feud.fuer.contro.*
*c.*1.*ſi vaſall.feud.priu.cui detur.* Vult.*de feud.c.*11.*n* 40.*fol.*
712. & ex hujuſmodi inſtrumento alienationis probari
conſuetudinem, qua feuda ſunt redacta ad inſtar pa-
trimoniorum, docet in terminis Surd.*conſ.*195.*num.*15. &
hac de re fuſius *conſ.*1.*n.*52.
Secundum fundamentum, quod procedit etiã ſeclu-
ſa conſuetudine, & etſi cõſenſus Domini interueniſſet
(nam ſi non interuenerit, vt d.caſu non interuenit, eſt
ad inſtar allodialium, vt ſup. dictum fuit) eſt quia Do-
min. Giraudus de Simiana primus de d.familia d.feu-
di poſſeſſor, id mediãte pecunia à d.D°. Giraudo Ami-
ci D°. Rupisfortis acquiſiuit, vt in inuentario documẽ-
torum edoctum fuit. In hujuſmodi enim feudo empto
fœmina † ſuccedit ex veriori & cõmuniori opinione, 73
Rom.*conſ.*93.*in vlt.col.* Clar. §.*feud.q.*73.*n.*6. & alij *in cõſ.*
1.*n.*70. vbi fusè, ſiue id à D°, ſiue à vaſallo fuerit emptũ,
Dec.*conſ.*58.*n.*49.*vol.*2. quod etiã magis communiter à
Feudiſtis receptum atteſtatur Intrigl.*cent.*2.*art.*2.*n.*225.
Idq; abſque dubio dum integro pretio & juſto res eſt
empta. In dubio verò integrum, † juſtum & congruum 74
præſumitur, Nat.*conſ.*159.*n.*15.*& conſ.*630.*n.*3. Maſc.*concl.*
960. Intrigl.*d.art.*2.*n.*215. Idq; verum eſt † nulla habita 75
ratione juramenti fidelitatis & ſeruitij ex vi illius præ-
ſtandi, Clar.*d.n.*6. cujus ſententia cõfirmatur per dicta
Ruin.*conſ.*18.*n.*17.*lib.*1. & vltra rationem per Clarum ibi
allatã, ſi ratione ſeruitij præſtãdi fœminæ in feudo em-
pto non ſuccederent, ſequeretur eas ferè nunquã, im-
mò & vbi feuda ſunt redacta ad inſtar patrimoniorum
non poſſe admitti, cùm & tunc quoque ad ſeruitia in
juramento fidelitatis comprehẽſa teneantur: & tamẽ
experientia cõtrarium docet, ſicut & Zaſ.*in tract.feud.*
8.*part.n.*51. admittitur † igitur, & ſeruitium per ſubſtitu- 76
tum præſtat, quoties enim fœmina eſt habilitata ad ſuc-
ceſſionem, eſt quoque habilitata ad ſeruiendum per
ſubſtitutum, Afflict.*deciſ.*320. Cãpie.*dec.*10.*&* 33. Can-
net.*cap.volentes, verſ.idem videtur, n.*12.*fol* 44. Gregor.
*part.*4.*q.*7.*n.*16.*&* 17. poſt Joan. And. Specul. & Curt. &
tunc illud ſeruitium eſt onus reale & non perſonale,
Gregor. *d.q.*7.*n.*12. *&* 13. qua de re ſicut & de toto hoc
fundamento latiùs *conſ.*2.*n.*70.*cum ſeq* Quibus hoc ſo-
lùm adde ipſummet Menochium, licentius annuus eſ-
ſet præſtandus, etſi emptum nõ fuiſſet, nullam eſſe ha-
bendam rationem juramenti fidelitatis & ſeruitij præ-
ſtandi ad exclusionem fœminarum, docere, *conſ.*65.*nu.*
12.*&* 16. ſed quidquid ſit in ſucceſſione † ab inteſtato 77
certiſſimum eſt in hujuſmodi feudo, fœminam, exclu-
ſis maſculis agnatis, inſtitui poſſe: quam ſententiã ma-
gis receptam aſſerit Fabian. de Anna.*conſult.*13.*num.*3. &
quidquid ſit in fœmina, hoc quoque certiſſimum eſt,
& in eo omnes conueniunt in maſculum quantumuis
extraneum in præjudicium agnatorum, multo magis
in agnatum in præjudicium proximiorum alienari poſ-
ſe, Burſat.*conſ.*4.*n.*16.*lib.*1. Alexan.*in l.etiam n.*5.*ſolut.ma-
trim.* Nat.*conſ.*159.*nu.*14. *&* 16 omnino videndus, Surd.
*conſ.*105.*n.*12. *&* 13. & magis communem teſtatur Panci-
ro.*conſ.*50.*n.*17. *vſque ad num.* 23.*lib.*1. Bernard. Heuric.*in
tract. magis commun.opin.lib.*3. *conſ.*35. *conſ.*2.*n.*8.
Aduerſus hoc fundamentum non obſtant quæ in
contrarium proponuntur: Primùm, fœminas in hu-
juſmodi feudo non eſſe admiſſibiles, ſi ex natura feudi
admitti non debeant: Sed hæc reſponſio vana eſt. Ne-
gatur enim hujuſmodi feudi naturam repugnare, vt
quia ex inueſtituræ ipſius tenore expreſſè eſſent voca-
ti maſculi, non autem fœminæ: ita enim hoc intelligit
Clarus *d.nu.*6. nec pro probatione adducendum eſt,
quod ipſi probandum fuit, non repugnare, † inquam, 78
ſiue conſideremus jus Francorum ſiue conſuetudinem
genera-

generalem hujus Prouinciæ vel totius Galliæ, quibus
fœminæ ſunt feudorũ ſucceſſionis capaciſſimæ, Cho-
pin.lib.3.tit.6.in princ.Cephal.conſ.251.n.63.Gregor.lib.
4.q.1.n.7.& 8.& alij ſuprà allegati, necnon ſi conſide-
remus naturam hujus feudi, ſecluſa conſuetudine, vt
patet ex homagio Roſtagni de Sabrano Joanni 22.an-
te d.acquiſitionem præſtito, de quo poſtea. Sed quid-
quid ſit in fœmina, hoc certiſſimum eſt in maſculum,
quantumuis extraneum, alienari poſſe, vt ſuprà fuit e-
doctum, maximè cùm in d.compoſitione facta ſit hæ-
79 redum mentio, quæ dictio † in hujuſmodi contractu
ab extraneo inito, etiam ſecluſa conſuetudine, de ex-
traneo etiam intelligitur, Surd.conſ.105.n.10. ſed duabus
dictionibus, *ſucceſſoribus & hæredibus*, junctis res eſt
longè certior, vt mox dicemus.

Non obſtat 2°. quod opponitur, quòd caſu quo fœ-
mina in feudo empto ſuccedere poſſet, illud intelli-
gendum eſſet deficientibus demum maſculis, ex Me-
noch.conſ.391.n.38.verſ.reſpondetur 4°. præſupponendo
80 † ſemper fœminas ex feudi natura incapaces. Nam nos
negamus hujus feudi naturam hanc eſſe, & Menoch.
(caſu quo verè reſpondiſſet, verius enim exiſtimo con-
ſilium Deciani 58. cui contradicere Menochius cõten-
dit, & faciliimum eſſet Menochio reſpondere ſi neceſ-
ſarium eſſet) præſupponit, quòd feudum, de quo agit,
erat conceſſum maſculis, donec vſque extarent, exclu-
ſis fœminis, vt in n... & ſic verſatur in terminis c.1.de eo
qui ſibi & hæred. & inueſtitura in ſuo caſu nominatim
erat reſtricta ſecundùm jura & feudorum & Prouin-
ciæ. At verò per jus & conſuetudinem illius Prouinciæ
maſculi tantummodo, excluſis fœminis, ſuccedebant,
vt docet n.6. quæ omnia ceſſant in noſtro caſu, qua de
re conſ.2.nu.74.

81 Denique, nõ eſt verum † illum ordinem ſucceſſiuum
habere locum in feudo empto. Nam diſpoſitio c.1.§.
quinetiam Epiſc.vel Abb. habet tantùm locum duobus
82 concurrentibus: Unum, vt † ſit conceſſum maſculis &
fœminis, ſecus ſi pro maſculis cum fœminis, quo caſu
fœmina ſimul ſuccederet cum maſculo, Bald.in l.quo-
ties, n.5.C.de jus & legit.hær.d.Jacob.de Sancto Georg.
in ſua inueſtit.verb & fœminis n.10. Pariſ.conſ.12.n.16.lib.
1.Bctous inc. Raynut.n.90. de teſtam. Lanceil.Galiaul.
in l.Gallus, § quidam rectè n.17.ff.de liber.& poſth. vbi aſ-
ſerit communem, Mandoſ.ad Roman.conſ.33.verſ.ſuper-
ſtite, Borcholten tract.de feud.c.7.n.67.à Pegueta in re-
pet.d.c.3.verſ.4.n.13. ſicut ſi dictum eſſet liberis vtriuſq;
83 ſexus, Borcholt.ibid. Alterum, quòd † feudum ſit pro-
prium & rectum; nam ſi ſit improprium, etſi conceſ-
ſum eſſet ſub illa clauſula, *maſculis & fœminis*, fœmi-
næ tamen ſimul cum maſculis & non poſt illos ſucce-
derent: ceſſat enim diſpoſitio dict. §. quinetiam in
feudo improprio. Jacob.de Bellouiſ. & Nicol. de Nea-
pol.ibid. Laudenſ.d.loco in fin. Afflict.num.13.Bald.in pr.
Aluar.n.2. Præpoſ.n.2.in pr. Jacobin.à Sancto Georg.d.
verb.& fœminis, n.10. Pariſ.d.conſ.12.n.23.lib.1. Mandoſ.
ad Roman.d.conſ.33.verſ ſuperſtite. Feudum verò empti-
84 tium † non eſt rectum, ſed improprium, vt poſt mul-
tos magis communem aſſerit Gabriel.lib.3.tit.de feud.
concl.2. Burſat.conſ.4.num.16.lib.1. Pancirol.conſ.92.vol.1.
Bernard.Henric.lib.1.concl.8. Vultei.de feud.lib.1.c.8.nn.
45.fol.327. Borcholt.de feud.c.4.n.26.& conſ.2.n.75.cũ ſeq.

Sed inutiliter hîc quæritur de ordine ſucceſſiuo, an
85 ei ſit locus † in feudo empto, cum hîc agatur de maſcu-
lo, eoq; agnato, & certiſſimum ſit, emptitium feudum
ad hæredem extraneum tranſire in præjudicium filio-
rum & agnatorum, Burſat.d.conſ.4.n.16.Alex.in l. etiam
n.5.ff.ſolut.matrim. Nat.conſ.159.nu.14.& 16. omnino vi-
dendus, Surd.conſ.105.nn.12.& 13.& magis communem
teſtatur Pancirol.conſ.50.n.17.& 23.lib.1. Bernar.Hèric.
in tract.magis commun.lib.3.concl.35.& ſ.n.77. quæ etiam
longè certius procedunt, quòd hoc feudum ab extra-
neo fuerit acquiſitum, Surd.d.conſ.105.n.10. Alienatio-
nis † enim facultas neceſſariò concludit feudũ ex pa- 86
cto & prouidentia, Menoch.conſ.812.n.5. Viui.deciſ.441.
n.12.& 13. Sed hac de re fuſius conſ.2.n.75. vſque ad n.85.
Accedat, quod ſuprà diximus, quidquid ſit in ſucceſ-
ſione ab inteſtato, filiam in teſtamento in feudo em-
pto inſtitui poſſe in præjudicium agnatorum, ex Fa-
bian.de Anna.conſult.53.n.3.

Tertium fundamentum eſt, quia cum hoc fuerit in
extraneã familiam alienatum, ſiue id dicas per emptio-
nem, ſiue alio quocumque modo hoc certiſſimum, po-
tuiſſe ſalcem in maſculum d.feudum per d.Joachimum
vltimatè defunctum transferri; † feudum enim aliena- 87
tum ſemel, ſemper manet alienabile, etiam in extraneũ,
Soc.conſ.67.n.32.col.7.verſ.6.reſpondetur.vol.1. Bruu.conſ.
105.n.5. Natt.conſ.322.n.2. Burſat.conſ.4 n.17.verſ.conceſſio.
& 22.lib.1.Surd.conſ.105.n.12.& 13. Knichen.de veſtiturarum
pactio.c.1.n.181.& nouiſſimè Schrader.in tract.feud.
part.7.q.11.n.31. per text.in l.videamus, & ibi Bal.ff.quod
met.cauſ. & Batt.in l.qui duos, nn.11.ff.de reb.dub & conſ.2.
n.71.cum ſeq.& conſ.2.n.84. Alienatum verò fuiſſe con-
ſtat ex d.Bulla, in qua id † aſſerit ſummus Pontifex, cui 88
ſtandum eſt, etſi aſſertio fuiſſet per verba enunciatiua
in antiquis etiam in tertij præjudicium, Maſcard.con-
cluſ.1148.n.1.& ſeq.& concl.1233.n.1.& ſeq præſertim n.6.
Crauet. de antiq.temp. parte principal.c.2.incipit, non o-
miſſo, n.15. Alex.conſ.15 n.2.lib.1.conſ.1.n...

Quòd ſi prætenderetur, contra tamen rei verita-
tem, non fuiſſe venditionem, ſed donationem, ſemper
tamen hoc fundamentum procederet, quòd ſcilicet a-
lienatum eſſet in extraneum: alienationis enim, ver-
bo, & in materia etiam feudali, donatio continetur; &
qui donat, alienare dicitur, cap.1. §.donare, quomo.olim
feud.alien. Vultei.de feud.cap.10.n.47.fol.604.

Quartum fundamentum ducitur ex d.compoſitio-
ne cum Camera facta, in eo quòd Camera jus ſuum
transfert in d. Giraudum de Simiana, ejuſque hære-
des & ſucceſſores, in d.inquam Giraudum pro ſe, ſuis
hæredibus & ſucceſſoribus ſtipulantem, & quæ verba
ſæpius repetuntur. Cùm igitur hoc feudum ab vna fa-
milia ad aliam extraneam tranſlatum fuerit, tranſla-
tioque & acquiſitio per eam facta effectum habuerit,
imò, quòd plus eſt, jus Cameræ † acquiſierit, hoc, 89
quatenus antea fuiſſet ex pacto & prouidentia, ſiue
ſimpliciter, ſiue primogenium, factum fuiſſet alte-
rius naturæ reſpectu à Giraudo de Simiana deſcen-
dentium, & nulla habita ratione d.feudi & naturæ, ſo-
lùm attendi debet forma in emptoris ſeu acquiſitoris
inueſtitura à Domino inueſtiente præſcripta: id enim
mutatio & qualitas perſonarum operatur, Bald.in c.1.
§.hoc quoque, circa princ.de ſucceſſ.feud. Alex.conſ.28.nu.1.
& 2.vol.5. Apern.conſ.12 n.2.& 3. Afflict deciſ.112.num.5.
Pet. à Gregor.part.3.q.7.n.45.& 46. Roſental.c.2.q.22.
poſt multos quos refert in gloſ.litt. A. At verò Sanctiſ-
ſimus in d. compoſitione transfert jus ſuum in Girau-
dum de Simiana & ſuos hæredes ac ſucceſſores, pro ſe,
ſuiſque hæredibus & ſucceſſoribus ſtipulantem, quæ
dictiones junctæ, etiam † ſecluſa conſuetudine, fa- 90
ciunt feudum purè & abſolutè hæreditarium ad ex-
traneos, nedum fœminas, tranſitorium, Socin.ſen.con-
ſil.257.col.4.verſ.aliquando & ſecundo, & conſ.266.col.3.
in fin.verſ.ſecundum, & ſeq. Alex.conſ.173.n.1.lib.2. Curt.
jun.conſ.4.n.24.& in tract.feud.3.part.princ.1.membr.nu.
34.verſ.vigeſimo nono. Natt.conſ.159.n.18. Aperno.conſ.4.
n.20. Petr.Greg.de conceſſ.feud.part.4.q.15.nu.10.& part.
8.q.4. Menoch.conſ.378.n.2. Alciat.conſ.20.n.18.quod eſt
13.lib.5. Ludo.Saca conſ.1.n.107. Intrigl.cent.1.q.48.nu.32.

91 *cum ſeq.& conſ.2.n.125.* Immò † & ſola dictio, *heredum*,
cùm alienatio ſit facta in extraneum, conſtitueret feu-
dum abſolutè hæreditarium, Surd *conſ.105.n.10.& ſup.
n.79.*& fusè de hoc fundamentum *conſ.2.n.85.cum ſeq.*

Vim iſtius argumenti præuidit aduerſarius, nec alio
modo effugere potuit, quàm vt aſſereret, inter deſcen-
dentes Giraudi de Simiana, conſuetudine inductum
fuiſſe, vt primogenitus, cæteris & nominatim fœminis
excluſis, ſemper ſuccederet, quæ conſuetudo attendi
debet, & ex ea probari feudum regi more Francorum
ex And. de Iſern. *in c. imperialem, num.2.circa fin. verſ. ſed
quomodo probabitur, de probib. feud. alien. per Freder.* Cā-
net. *in c. volentes, verſ. & pariformiter, n.16.* Loffred. *conſ.
11.n.22.verſ. preterea quamuis*, Intrigl. *de feud. cent.1.q.50.
n.110.*& nouiſſimè Menne. *d.conſ.391.n.12.* omnino vidē-
dus, videndus certè, quia nedum nihil facit pro ipſo,
ſed ipſius reſponſionem infirmat. Atq; his quidem fu-
ſiſſimè ſatisfactum fuit per ſex reſponſiones *in conſ.2.à
nu.87.vſque ad n.94.incluſiuè*, negando ſcilicet illā con-
ſuetudinem in d. familia inductam. Illud enim eſt, de
quo quæritur, nec pro ratione adducēdum eſt id, quod
eſt in quæſtione: immo contrariū in familia receptum
n.152.& ſeq. docebimus. Non probata igitur per d. D.
Antonium d. cōſuetudine manet firmum & illibatum
ſuperius argumentum ex ipſius Aduocatorum confeſ-
92 ſione. Deinde etſi probata eſſet, cùm † tamen eam in-
cipiant à Berengario, quem præſupponūt primogeni-
tū Giraudi, quod ſicut & ſi à Ludouico incipere vellēt,
falſum eſſe in facto docuerimus, ſequitur, totam illam
machinam primogenituræ corruere, Molin. *de primog.
lib.2.c.6.n.63.in fin.* qua de re *in conſ.1.nu.130.*

93 Denique & tertiò & hujuſmodi † conſuetudo non
niſi ſciente Principe & alijs concurrentibus, de quibus
in conſ.2.n.90. quæ hîc non interuenerunt, & non niſi
94 ab † inteſtato procederet, vt ſuprà *n.52.& 53.* dictū fuit
ex Petr. de Gregor. *part.4.q.11.nu.1.& 2.*& alijs & fusè *d.
95 conſ.2.num.91.* Præterea & quarto non † niſi in caſu, qui
probatus eſt, haberet locum, ſcilicet cùm controuerſia
eſt inter liberos defuncti, non ſi agatur inter filiam e-
juſdem & patruum; multo minus filium patrui, vt ſu-
prà fuit dictum ex Anchar. *conſ.339.n.7.cum ſeq.* Burg. *d.
conſ.29.n.57.* & alijs ſuprà *n.23.25.& 55.* quæ confirman-
tur; quia quantumuis ea conſuetudo ex aliquorū ſen-
tentia recipiatur, ea nunquam habet locum in alio ca-
ſu de nouo emergente, Salic. *in l.1.col.6.verſ. quaero, an ſi-
ne vlla contradictione, C. quæ ſit long. conſuet.* Poſtremò his
omnibus ceſſantibus, nihil aliud cōficere ſit, quàm jus
Francorum inductum, quo filia excludit patruum, Ti-
raq. *d.q.14.n.7.*& alij relati ſuprà *n.36.*

96 Illud ſubjungēdum † Menoc. *d.conſ.391.* caſum om-
nino diſſimilē determinare. Præſupponit enim feudum
maſculis tantum conceſſum & inueſtituram ſecūdùm
jura feudorum factam, necnon ſecundùm conſuetudi-
nem patriæ, qua fœminæ erant incapaces ſucceſſio-
nis feudorum, vt patet ex *numero 1.5.& 6.*& conſuetu-
do, quam vult inducere in familia Hoffetniana erat
ad excluſionem fœminarum, & ſic conformis inueſti-
turæ, juri feudali, & obſeruantiæ regionis, non mirum
ſi valeat. At in noſtro caſu d. aduerſarius eam vult in-
ducere contra conſuetudinem patriæ, contra naturam
juris Francorum, contra jus commune Romanorum,
quod, deficiente conſuetudine loci, ſemper hîc & in
tota Gallia habuit locum, nulla habita ratione juris
feudalis, quod nunquam in ea fuit receptum, Petr. Ja-
cob. *tit.47.in princ.& ſeq. numeris.*

Quintum fundamentū ex eo, quod Stephanus pro-
nepos d. Giraudi de Simiana pro ſolutione legati Guil-
lelmeræ ſorori per Ludouicum communem patrē te-
ſtamento relicti, & dotis eidem per d. Stephanum con-
ſtitutæ partem territorij d. Caſtri-noui alienauit, vt pa-
tet ex tranſactione inter d. Stephanum & Cōſules A-
ueninnis, inita de anno 1469. quod fieri non potuiſſet, ſi
fuiſſet † ex pacto & prouidentia, quæ nec alienari, nec 97
obligari, vel pignorari, Intrigl. *cent.1.q.51.n.14.25.66.92.
& 129.* Nec obſtat † *Auth. res quæ, C. comm. de legat.* Ea e- 98
nim non habet locum in feudalibus, vt docet *gloſ.2.in
verb. ſeu alienare, c.1.de prohib. feud. alien. per Frid.* Bald.
in c.1.§. donare qualiter feud. olim alienar. poſſ.& commu-
nem aſſerit Jaſ. *in d. Auth. res quæ, n.26.* Vult. *de feud. lib.1.
c.10.nu.45.& 46.fol.605.* etſi forſan aliàs filia dotari non
poſſet, ſicut nec in majoratibus † etiam nō feudalibus 99
d. Auth. habet locum; idq; abſque dubio, ſi non agatur
de filia primi inſtituentis majoratum, etſi ab eo deſcē-
deret, Moli. *de primog. lib.4. tit.6.n.25.& 3.n.198.*

Sextum fundamentum, quod in articulis & inuen-
tario documentorum tertiū dicitur, quia hoc feudum,
etiam ſecluſa conſuetudine, in terminis meri juris feu-
dalis fuit ſemper, & eſt merè, purè & abſolutè hæredi-
tarium, ad quoſcumq; fœminas, ſeu extraneos tranſi-
torium, in præjudicium agnatorum: hoc verò tale eſſe
& fuiſſe varijs modis probatur. Primò, ex d. alienatio-
ne conſequitur neceſſario † eſſe propriè & ſimpliciter 100
hæreditarium ad quoſcumq; hæredes tranſitorium, &
excludi omnem naturam ex pacto & prouidentia, Me-
noch. *conſ.302.n.5.* Viui. *deciſ.441.n.12.& 13.lib.3.*

Secundò ex forma qua homagia præſtita ſunt, quę ta-
lis eſt, vt feudum abſolutè hæreditarium contineat,
quemadmodum in inuētario documentorum fuit de-
monſtratum ab anno 1244. vſq; ad hæc tempora fuſiſſi-
mè & cōtinuè, maximè ex homagijs Roſtagni de Sabra-
no, Abbati, pro ſe, ſuis hæredibus & ſucceſſoribus om-
nibus in infinitum; & Joanni 22. pro ſe, ſuis hæredibus
& ſucceſſoribus omnibus præſtitis: quod vltimum ſæ-
pe diximus loco inueſtituræ fungi, quod primum ſit,
quod Sedi Apoſtolicæ, & abſq; proteſtatione fuit præ-
ſtitum: & ex homagio Berengarij de anno 1422. in quo
promiſſiones fiunt pro ſucceſſoribus quibuſcumque,
Stephani homagium deficit, ſed ex d. tranſactione cum
Conſulibus Auen. inita id etiam probatur, cùm in eo
dicatur d. Caſtrum ſpectare ad Stephanum & ſuos hæ-
redes, & ſucceſſores quoſcumque. Et ex homagijs Jan-
ſani, de an.1535. & Joachimi, de an.1556. pro ſe, ſuis hæ-
redibus & ſucceſſoribus quibuſcumq;: dictio † enim 101
vniuerſalis, *quibuscumq;* cōſtituit feudum abſolutè hæ-
reditarium, ad quoſcumq; hæredes tranſitorium, Bald.
in c.1.in pr.n.19.de probib. feud. alien. per Frid. Abb. *conſ.
3.n.4.circa med. vol.2.* Alex. *in l. quadam, §. nihil intereſt,
n.2.circa fi. ff. de edend.& in l. quod dicitur 2.n.26.circa fi. ff.
de verb. obl.* Cum. *in prælu. c. ſi aliquō n.87.* A Peguer. *in re-
pet. d.c.3.ver.6.n.1.*& facit feudū ad inſtar aliarū rerū hę-
reditariarum, Roſent. *de feu. c.2.q.35.in fin & c.7.q.6.n.2.
& 9.* Deniq; in dictione † *omnibus*, aſſerēdum quæ idem 102
ſonat ac, *quibuſcūque*, etiā in materia feudorū, & vtraq;
feudum abſolutè hæreditariū cōſtituit, Thom. de Mar.
de diff. feu. tit.5.de feu. har. n.8. Tiber. Dec. *reſp.3.n.174.lib.
4.* Ruin. *conſ.25.n.6.lib.1.* Meno. *conſ.129.n.10.* Vult. *de feu.
lib.1.c..n.9.n.121.fol.561.* Schrad. *de feu. part.7.c.3.n.1.* Ro-
ſent. *c.2.q.36.n.6.* Crauet. *conſ.256.n.8.verſ. hic tamen vſq;
ad fi.* Garſon. *de fœm. ad feud. recip. nu.79.in pr.* His adde
Bal. *in c.1.in præſentia ſub nu.20.ext. de prob.* Catel. Cotta.
in memor. verb. hered. appellatione. Alex. *conſ.195.ſub n.4.
vol.6.* Nat. *conſ.159.n.6.* Curt. jun. *conſ.1.n.4.* Dec. *conſ.254.
n.2.* Goxadin. *conſ.27.n.22.in fin.* Rol. à Vall. *conſ.50.n.36.
37.40.47.* Sufficit n. vt per æquipollentia † verba, quę 103
vniuerſalitatē denotēt, cōcipiatur inueſtitura, Pariſ. *con.
23.n.169.cū ſeq.* Intrig. *cent.1.q.50.n.146.* hujuſmodi verò † 104
feuda, abſolutè hæreditaria, certiſſ. eſt ad fœm. & extra-
neos etiā legatarios, in præjudiciū agnat. trāire poſſe,
Alex.

Alex. *in l. etiam. n. 5. ff. ſolut. matrim.* Roman. *ibid. num. 3.*
Socin. ſen. *conſ. 19. col. 2. in prin.* & hanc magis commu-
nem eſſe teſtantur Curt. iun. *conſil. 1. per tot.* maximè *n.*
1. & 7. & in tract. de feud. 4. part. princip. num. 130. & in
2. part. 3. part. princip. num. 62. Rip. *in l. ex facto. §. fi. num.*
16. ff. ad Trebell. Socin. iun. *conſil. 103. num. 28. volum. 2.*
ſubtiliſſime Intrigl. *cent. 1. quæſt. 50. num. 117. vſque ad num.*
127. & n. 131. vſque ad n. 153. & hanc in praxi ſeruari con-
tendit Clar. *d. q. 9. n. 2.* Nec conſenſus domini eſt neceſ-
ſarius, Vultei. *de feud. lib. 1. cap. 9. num. 74. fol. 482.* Moxi.
tit. de ſubtilit. & quomodo acq. feud. n. 95. & conſil. 2. num.
105 *121. & 122.* Et † quamuis aliqui voluerint reſtringere, ſi
tantùm vna improprietas adſit; nimirum quòd vel ſit
maſculus extraneus, vel fœmina agnata, qualis eſt Bec-
ci. *conſil. 18. n. 1. 3. & 13.* tamen verius eſt, etſi eſſet fœmina
& extranea, admitti, Intrigl. *d. q. 50. 144.* Roſental. *c. 2. q.*
37. n. 4. & conſil. 2. num. 25. Quod tamen hic eſt inutile
quærere, cùm agatur de maſculo, eóque agnato. Pro-
106 batur quoque abſolutè † hæreditarium ex dictione,
in infinitum, in homagio Ruſtagni, Abbati præſtito, in-
ſerta quæ ſola ſufficit, Aperno. *conſil. 4. n. 19.* Curt. iun.
conſ. 4. circa fi. Petr. de Gregor. *part. 4. q. 3. verſ. item di-*
cendum: quam ſententiam, quantumuis Thoma de
Marin. repugnante amplectitur Intrig. *d. q. 50. num. 198.*
Probatur etiam ex homagiis Giraudi Amici, de anno
1364. & Melchioris, de anno 1550 per dictiones coniun-
107 ctas, *pro ſe, ſuis hæredibus & ſucceſſoribus*, præſtitis, quæ,
vt ſuprà *n. 90.* dictum fuit, conſtituunt † etiam abſolu-
tè hæreditarium, ex Socin. ſen. *conſil. 257. col. 4. verſ. ali-*
quando & ſecundo, & aliis ſuprà citatis Notandum quo-
que eſt, in aliquibus ex d. homagiis plura concurrere,
quorum vnum ſufficeret ad conſtituendum feudum
abſolutè hæreditarium, nimirum in homagiis Roſta-
gni de Sabrano, in quibus dictiones, *hæredes & ſucceſſo-*
res, coniunguntur, quę ſufficiunt, & dictio vniuerſalis,
omnibus; vt præterea in homagio facto Abbati in infi-
nitum, quæ ſola conſtituit feudum abſolutè hæredita-
rium, vt dictum fuit, & in homagiis Ioachimi & Ianſa-
ni, vbi adſunt eędem illæ dictiones iūctæ, & dictio vni-
uerſalis, *quibuſcumque*. Aduerſus hoc fundamentum
plura opponuntur, quæ paucis diluenda ſunt.

Primò opponunt homagium de anno 1244. in quo
ſucceſſorum tantum fit mentio. Reſpondetur, non bo-
na fide id dici: adijcitur enim dictio vniuerſalis, *omni-*
bus, quæ, vt ſuprà dixi, facit feudum abſolutè hæredi-
tarium, ſi dictioni, *ſucceſſoribus*, vel *hæredibus*, adijcia-
108 tur: vtraque enim † dictio, etiam in materia feudorum,
idem ſonat, immo dictio, *ſucceſſorum*, etiam in materia
feudali, amplior eſt, quàm *hæredum*. Ludou. à Peguera
in repet. cap. 3. Reg. Petri tertij. verſ. 2. ſi erupero. n. 10. Ro-
ſental. *c. 2. q. 40. per tot.* & vnaquæq; ſeparata conſtituit
feudum hæreditarium, ſed ſtrictè Deci. *conſil. 269. n. 1.*
Aperno. *conſ. 4. n. 17. & 20. verſ. & ſic apparet.* Thom. de
Marin. *tit. 31. n. 5. & tit. 5. n. 25.* Petr. à Gregor. *part. 6. q. 4.*
Intrigl. *cent. 1. q. 48. n. 51. & ſeq.* quod ſi dictio vniuerſa-
lis, *omnibus*, adijciatur, vt in hoc homagio, facit feudum
abſolutè hæreditarium, vt ſuprà dictum fuit. Ideóque
clauſula, *pro ſucceſſoribus quibuſcumque, & hæredibus qui-*
buſcumque, idem operatur. Philipp. Matth. *conſ. 26. n. 223.*
lib. 2. inter conſil. Vultei. d. à Peguer. *d. loco n. 10.* Deinde,
quatenus non ita clarum eſſet, ac homagium d. Roſta-
gni Ioanni 22. præſtitum, ab eo declarationem accipe-
ret, Decian. *conſil. 58. n. 6. lib. 1.* & huic potiùs quàm illi
ſtandum eſt, cùm vim nouæ inueſtituræ habeat. Et hęc
quidem dicuntur, ſecluſa conſuetudine, & in terminis
iuris feudalis. Nam ea exiſtente, vt reuera exiſtit, dictio
109 † ſimplex, vel ſola, *hæredum*, vel *ſucceſſorum*, abſque alia
adiectione, pro quibuſcumque accipitur, Guido Pap.
deciſ. 130. num. 2. verſ. admittendum. Benedict. *in cap. Ray-*
nutius. verb. duas habens. num. 67. Guill. Aperno. *conſil. 6.*
num. 26. verſ. eſt & nouiſſime. Freccia. *lib. 3. tit. de feud. hæ-*
redit. & mixt. num. 29. fol. 416. Petr. à Gregor. *part. 3. q.*
3. num. 9. & 10. & Maſtrill. *ibid.* & idem Gregor. *part. 6.*
quæſt. 2. num. 10 Camerar. *in c. imperialem fol. 165.* Immò 110
idem ſtatuendum, etſi † nulla hæredum vel ſucceſſo-
rum mentio, ſed ſimpliciter conceſſio facta fuiſſet,
Aperno. *conſ. 4. num. 20. & ſeq.* & Gregor. *part. 4. quæſt.*
15. num. 9. Oldrad. *conſil. 159. num. 9.* & Paris. *conſil. 13. n.*
30. lib. 1. Iaſ. *in d. l. de quibus. num. 64.* vide Bened. &
Surd. d. locis, *& conſil. 2. n. 86. & 134.*

Secundò opponunt de homagio præſtito per Gi-
raudum Amici de anno 1364. in quo ſucceſſorum tan-
tum fit mentio, abſque illa dictione vniuerſali, ſed re-
ſpondetur, data d. conſuetudine, pro quibuſcumque
accipi, ſed & ea ſecluſa adeſſe proteſtationem qua d.
Giraudus ampliorem & fauorabiliorem homagij præ-
ſtationem, quæ ex antiquis homagiis fieri deberet, ſibi
reſeruat, & ſic dictiones *ſucceſſoribus & hæredibus omni-*
bus, & homagio Roſtagni de Sabrano antiquiori cen-
ſentur appoſitæ, & neceſſariò intelligendę ſunt. Adde,
quòd ſiue ex vi d. conſuetudinis generali, ſiue etiam ea
clauſula propter d. homagium Roſtagni antiquius, di-
ctionem, *ſucceſſoribus*, pro *quibuſcumque hæredibus*, acce-
ptam fuiſſe euentus docuit, cùm nouem annis poſtea,
ſcilicet de anno 1373. d. feudum per d. Giraudum Amici
in Giraudum de Simiana, irrequiſito domino, aliena-
tum fuerit.

Tertiò opponitur contra homagia Roſtagni de Sa-
brano, quæ omnino vigere & rem decidere ex aduerſo
aſſeritur, cùm dicitur ea verba reſtringi per dictiones
ſubſequentes, *futuris dominis*, & clauſulam, *qui de iure*
ſuccedere poſſunt: ſed in vanū nititur eleuare vim d. ho-
magiorum, & facilè reſpōdetur obiectioni, ſi prius ad-
monuero dictiones, *futuris dominis*, cum clauſula, *qui de*
iure, coniungi per aduerſarium non cum bona fide; ſe-
paratæ enim omnino ſunt in d. homagiis, & clauſula il-
la, *qui de iure*. in alio & diuerſo capite & alio modo cō-
cepta eſt, vt mox dicetur. Separatim igitur eſt reſpon-
dendum; & primùm quoad dictiones, *futuris dominis*,
cùm homagium fit pro ſe. ſucceſſorib. omnibus futu-
ris dominis. Reſpondetur, ea † verba non reſtringere, 111
ſed potiùs ampliare dictiones *hæredibus omnibus* vt ſci-
licet homagium fiat pro omnib. hæredibus futuris do-
minis, hoc eſt, vt omnes ſucceſſores ſiue ex teſtamēto,
ſiue ab inteſtato, ſiue inter viuos, ſiue vniuerſales, ſiue
particulares, ſiue maſculi, ſiue fœminæ ſint & poſſint
eſſe futuri domini & pro his omnib. dominis homagiū
pręſtetur; & hic eſt vnus intellectus: alius quia illis qui-
bus voluerit & ſuis ſucceſſorib. & hæredibus is qui ho-
magium præſtat, relinquere poteſt d. feudum, forſan
enim titulo legati relinquet, & nō vniuerſali, forſan vni
ex hæredib. & non aliis, cùm plures inſtituiſſet, forſan
titulo donationis & non hæreditario, ideò dicit *pro*
omnibus futuris dominis, iis ſcilicet quos ipſe voluerit
eſſe dominos. Et planè ea verba clara ſūt, ſi bene inſpi-
ciantur; ſed, etſi aliquā ambiguitatem haberent, quam
non habent, interpretationē ſumere deberent à verbis
præcedentibus, quæ denotant feudū abſolutè hæredi-
tarium: per clauſulā enim † adiectam, nō debet fieri in- 112
terpretatio, qua corrigantur præcedētia. *l. nam ad ea ff.*
de condit. & demonſtr. quæ licèt loquatur in vltimis vo-
luntatibus, tamē glo. *in l. pacta nouiſſima. C. de pact.* tranſ-
fert ad contractus: & idē facit Bart. *in l. fi. §. idem quæſiit*
ff. de condict. indebit. & aliàs prout fuſius dixi *in conſ. 2.*
n. 99. 101. 102. Quod confirmatur, † quia dictiones vni- 113
uerſales non debent, nec poſſunt reſtringi, ſi reſtri-
ctæ nihil operarentur: quod procedit, ſi verba ex qui-
bus prætenditur fieri reſtrictionem, non repugnent

vniuerſitati gloſ. *in clem.1. verb. quibuſcumque de iudic.*
Curt.iun. *conſil.1.& conſil.*183. Deci. *in c.in præſentia.n.*
45.de probat. hnc verò caſu verba, *futuris dominis*, non
repugnant,immò optimè conueniunt,vt omnes cuiuſ-
cumque qualitatis,poſſint eſſe futuri domini: quòd ſi
reſtringeretur, inutilis redderetur dictio vniuerſalis,
reſtringeretur inquam per dictiones, *futuris dominis*,
quas nemo vnquam dixit importare feudum ex pacto
& prouidentia,cùm illud ſit reſtrictum & neceſſitatum
per certum genus & gradum perſonarum,quod non ſit
ex his verbis quæ ampliſſima ſunt; immò vbi talia eſ-
114 ſent, † quæ poſſent referri ad feudum hæreditarium.&
ex pacto & prouidentia, aſſerendum eſſet hæredita-
rium,non ex pacto & prouidentia.Alex. *conſil.26.n.3.*
*cum ſeq.lib.5.*qua de re fusè *conſ.2.n.99. cum ſeq. & n.*127.

Nec his obſtat,quod ſubiungitur, feudum conceſ-
ſum alicui & cui dederit, ſi dictio legitimè intermiſ-
ceatur,manere inalteratam feudi naturam,& ad ideos
tantùm admitti, qui de iure feudorum ſuccedere poſ-
ſunt, Curt.iun. *conſil.130.n.7.verſ.& iſtud clarè*, quem
ſequitur Menoch.*conſil.*514.& nouiſſimè Intrigl.*cent.1.*
115 *q.50.n.*179.Nihil enim habet commune † ea forma cum
verbis, *futurus dominus*, dictio enim, *legitime*, intermix-
ta, clatè reſtringit verba, *quibus dederit*, vt ſcilicet de-
beat requiri conſenſus domini,quo non requiſito,non
dicitur legitimè,alienatio fieri.*l.ſi.C.de iur.emph.*vt ele-
ganter interpretatur Curt.iun.*d.conſil.130.n.7.* non mi-
rum, ſi feudum quod ex verbis *cui dederit*, alioqui
fuiſſet ſimpliciter hæreditarium, propter dictionem,
legitimè, maneat inalteratum.Sed hæc longè differunt
à caſu noſtro, in quo nihil huiuſmodi eſt, ſed adſunt
tantùm verba quæ compatiuntur cum feudo hæredi-
116 tario,qua de re fuſiùs *conſil.2.n.*105.Quinimo data † ca-
pacitate fœminarum,vt in tota Gallia,& in hac patria,
fœmina in feudia dicitur legitimè ſuccedere, & com-
prehenditur ſub legitima ſucceſſione, Abb.*conſ.3.n.4.*
*verſ.ex his infertur.lib.2.*Deci.*conſil.269.n.1.*

Quartò opponitur propter clauſulam, *qui de iure ſuc-*
cedere poſſunt, in vno capite homagiorũ appoſitam,per
quam hi tantùm, vt ex aduerſo prætenditur, admitti
debent,qui de iure feudali ſuccedere debent:vnde fœ-
minæ excluduntur,quæ eo iure,inquit,ſunt incapaces
ſucceſſionis feudi, *in c.1.de eo qui ſibi & hæred.* dictio-
némque vniuerſalem,*omnibus*, per hanc clauſulam re-
ſtringi ad legitimos ſucceſſores ſecundùm iura feuda-
lia,vt ſic fœminæ vocatæ non cenſeantur.

Ad hoc variis modis reſpondetur; primò, ea verba
non eſſe in principali præſtatione homagij,quę eſt ſim-
pliciter concepta,*pro ſe & ſucceſſoribus & hæredibus om-*
nibus, ſed eſt tantum in vno ex capitibus acceſſoriis,
vel executiuis, eóq; inter varia immixto & intermedio
117 appoſita, † quæ propterea non immutat naturam for-
mulæ principalis, Deci.*conſil.193.n.5.& 6.*Pariſ.*conſil.23.*
n.42.lib.1. Camill.de Curt.*in diuerſ.iur.feud.§. multo-*
ties.n.9.fol.49. Gabriel. *lib.6.concl.in rubric. de verbo.ſi-*
*gnif.concluſ.3.num.12.*Schrader.*de feud.part.2.cap.3.n.21.*
Pinel. *in l.1.part.3.n.87.verſ.adhuc non concludit,fol.391.*
*C.de bon.matern.*vbi eam eſſe dicit receptiorem ſenten-
tiam. Verba enim executiuè prolata,non alterant prin-
cipalem diſpoſitionem. *ex Clem.1.circa fi.de præbend.&*
*dignit.*Iaſ.*in l.ex peculiari.num.2.ff.de vulgar.& in l.qui*
*Romæ.§.duo fratres.n.33.ff.de verb.oblig.*Hęc confirman-
tur ex his, quæ ſuprà diximus, non debere fieri inter-
pretationem,qua corrigantur præcedentia. *d.l.nam ad*
118 *ea.ff.de condit.& demonſtr.*His adde † non eſſe veriſimi-
le, partes voluiſſe totam præcedentem diſpoſitionem
vno verbo ſubuertere.arg.*l.ſi quando.C.de inoff.teſtam.*
gloſ.*in verb.præſcriptione.§.præterea.c.1.de capit.Conrad.*
ne videantur incontinenti ſe corrigere, Bald. *in l.ſi.in*
fi.per illum text.C.per quas perſon.& aliàs *in conſ.2.n.*128.
*& ſeqq.& n.*145. vbi reſpondetur Decij conſilio 445.*n.*
8 *cum ſeq.*

Secundò reſpondetur,etſi eſſet in † principali diſpo- 119
ſitione, nõ tamen reſtringere dictionem vniuerſalem,
cùm non ſit concepta eo modo, quo debet, vt fiat re-
ſtrictio,nempe,*per me & omnes ſucceſſores qui de iure ſuc-*
cedere poſſunt,ſed ſimpliciter in eo capite profitetur re-
cognoſcere his verbis *Promitto per me & omnes ſucceſſo-*
res meos,quòd ego & illi qui de iure in d.Caſtro ſucceſſerint,
quo caſu nõ reſtrictiuè ad dictionem,*omnibus* ſed am-
pliatiuè ad dictionem, *ego*,eſt appoſita,vt ſcilicet ipſe,
& qui de iure ſuccedent,qui ſcilicet ſunt omnes & cu-
iuſcumque qualitatis ſucceſſores,per quos ſimpliciter
& abſolutè ſit promiſſio & ſic tam fœminæ, quàm ex-
tranei,qua de re d.loco *n.*130.

Tertiò reſpondetur,etiam ſecluſa † dictione vniuer- 120
ſali,& dato illam clauſulam,vt decet, fuiſſe cõceptam,
vt ſi feudum fuiſſet cõceſſum tibi & cui ius dabit,non
propterea minus eſſet feudum hæreditarium,non qui-
dem abſolutè,ſed ſtrictè quod vocant, Aluaro.*cap.1.n.*
7.circa fi.verſ quæro quid.tit.quid ſit inueſtitur. Bald *in l.*
*liberti.n.33.C.de oper.libert.*Intrigl *cent.1.q.48.n.61.& 61.*
At verò in feudo etiam ſtrictè hæreditario in caſu no-
ſtro excludendus eſſet d. Antonius, vt dicetur in ſe-
quenti fundamento.

Atq; hę quidem ſolutiones procedunt,ſecluſa con- 121
ſuetudine generali,at ea data,vt debet dari,ea verba, †
qui de iure ſucceſſerint, non de iure feudali, ſed de con-
ſuetudine, quæ in patria ſeruatur, ſunt interpretanda:
quilibet enim actus præſumitur geſtus ſecundùm cõ-
ſuetudinem Regni.Bertachi.*in repertor.in verb.contra-*
*ctus.in pr.n.97.*Bart.*in l.contraxiſſe.circa fi.ff.de actio.&*
oblig.& l.ſemper in ſtipulationib. ſub n.7.& in l.nemo po-
*teſt.n.5.in fi.*vbi expreſſius additio. in *verb.conſuetudo.ff.*
de duob.reis,& in terminis conceſſionis feudi,Greg *par.*
3.q.3.n.9.& 10. clariùs Maſtrill *in additio.*& Gabr.*lib.6.*
*tit.de conſuet.conclu.1.n.1.& 10.*Marin.Freccia.*de ſubfeud.*
lib.3.tit.2.de feud.antiqu.n.19.fol.392.& conſuetudo loci
dicitur ius commune in d.loco, Bald.*tit. de pace Con-*
ſtan.n.22. Rot.Genuenſ.*deciſ.16.n.11.& 13.& deciſ.438.*
*n.3.*Ius enim feudorum & conſuetudo quæ ibi regnat,
generalem conſuetudinem, feudorum vincit, Capic.
in inueſtit. verb. feudorum leges.fol.261. multo magis in
hac patria & tota Gallia, in qua nunquam ius feudo-
rum habuit locum. Nec obſtat ſi dicatur, à centum &
tot annis prætendi, fuiſſe aliqua feuda ex pacto &
prouidentia. Nam quatenus id verum eſſet, hoc eſ-
ſet tantùm ab anno 1491. aut ad ſummum ab anno
1447. vt in inuentario documentorum oſtenſum fuit,
non autem de tempore, quo homagia Roſtagni, ſcili-
cet de anno 1321 & 1324. Giraudi de anno 1335.& 1364.
Berengarij de anno 1412. Ludouici de anno 1422. præ-
ſtita fuerunt, de quorum interpretatione agi poſſet.
Fuit enim vniformis & conſtans conſuetudo in om-
nibus feudis de d.temporibus,& nunc quoque eſt,ſed
dato huiuſmodi aliqua feuda ex pacto & prouidentia
fuiſſe, † conſuetudo generalis, quæ in regione aliqua 122
ſeruatur, & non forma priuilegiorum & caſuum parti-
cularium, conſideranda eſt: ea enim verba, *de iure*, ſe-
cundùm d.conſuetudinem generalem, & non habito
reſpectu ad illa particularia feuda, ſunt intelligenda,
Mario.Freccia.d.loco poſt Andr.de Iſern.& alios:con-
ſuetudo enim ius commune dicitur; Freccia. d. loco.
Sed demus,ſemper fuiſſe plures cõceſſiones ad maſcu-
los reſtrictas, eáſque in viridi obſeruantia ad hæc vſque
tempora,hoc non facit, quin d. cõſuetudo maneat fir-
ma,perpetua & vniformis in omnibus omnino feudis,
in quibus per conceſſiones ab ea non eſt diſceſſum,
& quin

Digitized by Google

& quia d. omnia feuda ſecundùm eam intelligenda
ſint, cum in feudorum controuerſiis primùm inueſti-
turæ tenor, tum, ea deficiente, conſuetudo particula-
ris loci inſpicienda ſit, & tertiò, ea deficiente, ad con-
ſuetudines feudales, de quibus in vſibus feudorum,
recurrendum eſt, Martin. Laudenſ. *de feud. cognit. n. 9.*
cap. 1. & ibi Præpoſ. *num. 3.* Ludou. à Peguer. *in repetit.*
d. cap. 3. in 2. præludio. num. 10. Vultei. *de feud. lib. 2. cap. 3.*
num. 22. 23. & 24. Scheneiden. *de feud. part. 1. num.* 10. 11.
12. & ibi additionatores. *ſub littera g. & h.* In Gallia
verò, deficiente conſuetudine locali, non ad ius feu-
dale, ſed ad ius commune Rom. recurritur. Charond.
lib. 5. reſponſ. c. 6.

Hæc confirmantur, quia quoties conſuetudo domi-
nica eſt, vt paſſim fœminas in feudum admittat, tunc
præſumitur in inueſtituris, in quibus fœminarum non
eſt facta mentio, eas comprehendi, Garſon. *in tract. de*
fœm. ad feud. recipiend. limit. 10. Intrigl. *cent. 2. art. 2. num.*
238. *arg. l. ſi ſeruus. plurium. § fi. de legat.* 1. ex actis verò
cōſtat fœminas in hoc Comitatu non minus ac maſcu-
los ad feuda admitti. *conſil. 1. n.* 48. & dominus conce-
dens feudum, vel recipiens homagium, cenſetur id fa-
cere ſecundùm poteſtatem quam ex vi conſuetudinis
vigentis habet, Bartaſ. *in ciuil. conſult. 39. n. 43. cum ſeqq.*
124 *&* 50. *cum ſeq.* Et conceſſio † ſimpliciter facta intelligi-
tur ſecundùm conſuetudinem in patria vigentem Ol-
drad. *conſil. 159. n.* 9 Pariſ. *conſil. 13. n. 30. lib.* 1. Burſat. *conſil.*
50. *in fi. lib.* 1. Vultei. *de feud. lib. 1. cap. 7. num. 20. fol.* 132. *&*
n. 56. fol. 198 *& lib. 2. cap. 3. n.* 23. *& conſil. 5. n. 113. lib.* 2. de-
nique inueſtitura, eiúſque verba interpretanda ſunt,
ſecundùm conſuetudinem loci vbi fit, non autem ſe-
cundùm ius feudale. Vultei. *d. loc.* & alij ſuprà. *num.* 69.
præſertim circa ſucceſſionem feudi, Vultei. *conſil. 33. n.*
59. *lib.* 1. omnis enim actus ſecundùm conſuetudinem
loci, vbi fit, intelligitur etiam in materia feudali. Schra.
part. 6. c. 5. n. 24. ſicut & iuramentum fidelitatis, Schrad.
125 *d. part. 6. cap. 6. n.* 22. Et data d. conſuetudine, † ſub legi-
tima ſucceſſione comprehenditur fœmina, Deci. *conſ.*
269. *n.* 1. His omnibus adde, impoſſibile eſſe vt ea ver-
ba, *qui de iure*, intelligantur de iure feudali, cùm libri
feudorum vix circa annum d. homagij Giraudi, ſcilicet
1244. cœperint Bononiæ legi, & per quaſdam alias na-
tiones quàm Lombardiæ, non niſi longiſſimo tempo-
re poſtea recepti fuerint, per Gallos verò & Francos,
nonquam, vt fusè docui *in conſil.* 4.

Quintò opponitur, quòd caſu quo fœminæ eſſent
vocatæ, nonniſi omnibus maſculis extinctis & defi-
cientibus admitterentur, ex Menoch. *d. conſil. 391. n. 13.*
& ſeq. pręſertim *n. 15. ver & in ſpecie.* Reſpondetur enim,
illum ordinem ſucceſſiuum tantùm in certis caſib. pro-
126 cedere, vt † in conceſſione feudi facta maſculis & fœ-
minis, vel in feudo fœmineo & in terminis *cap. 1. de eo*
qui ſibi & hæred. quia cùm in illis formis nihil adſit ex
quo poſſimus colligere mentem concedentis eſſe, vt
concurrat fœmina cum maſculo, illam interpretatio-
nem facimus per quam quanto minus fieri poſſit ius
feudorum lædatur: ſed pleriſque caſibus ſimul fœmi-
næ cum maſculo concurrunt, vt ſi formula ſit conce-
pta hoc modo, *maſculis cum fœminis*, quam opinionem
communem ſuprà demonſtrauimus ex Iacob. de ſanct.
Georg. *in tract. feud. verbo & fœminis. n.* 10. Pariſ. *conſil.*
12. *num. 16. lib.* 1. Clar. *in § feudum. quæſt. 17. num. 4. & ſu-*
prà num. 82. & in hoc errauit Menoch. *d. conſil. 391. num.*
127 16. poſt Fulgoſ. Gozadin. necnon † quando clauſula
vniuerſalis eſt poſita, qui eſt caſus noſter, quæ opera-
tur, vt nedum cum maſculis, ſed illis excluſis fœmina
admittatur, ſi eam feudatarius inſtituerit, vt in termi-
nis docent Socin. ſen. *conſil.* 255. poſt Bald. Iacob. de
Beluiſ. & Martin. Laudenſ. *col. 4. in fi. verſ. aliquando*
& ſecundo. Pariſ. *conſil. 12. num. 12. cum ſeqq. lib.* 1. Natta
conſil. 159. num. 8. & 9. nam vt præfati doctores docent
cap. 1. § 1. Epiſcop. vel Abbat. ex quo ille ordo ſucceſſiuus
probatus in formula conceſſionis maſculis & fœmi-
nis, habet tantùm locum in feudo recto & proprio,
non autem in improprio, vt ipſi docent & ſuprà *num.*
83. fuſius probauimus. Ideóque Menoch. *d. conſil. 391.*
num. 13. poſt Garſon. deceptus fuit, & plerique quos
allegat, id non dicunt, vt fusè docui *d. conſil. 2. num. 139.*
& 140. amplior enim eſt forma cùm adeſt † clauſula 128
vniuerſalis, quàm formulæ ex quibus ducit argumen-
tum ſuum, cùm in hac extraneus admittatur, quod
non fit in illis, vt docui ſuprà *num.* 104. Menoch. verò
nullum habere ſuæ ſententiæ authorem præter Gar-
ſon. oſtendi *d. conſil. 2. n. 139. &* 140. quibus opponimus
Socin. ſen. Pariſ. & Natt. ſuprà allegatos, quibus addo
Ruin. *conſil. 16. n. 5. cum ſeq.* maximè *num.* 15. vbi hoc va-
lidè confirmat omnino videndum *lib.* 1. Sed in caſu
noſtro inutilis videtur ordinis ſucceſſiui quęſtio. Nam
cùm ex veriori & communiori & in vſu recepta ſen-
tentia, ex vi dictionis vniuerſalis extraneus in pręiudi-
cium agnatorum poſſit inſtitui hæres, Clar. *§. feudum.*
d. q. 9. n. 2. & alij ſuprà *n.* 83. allegati, multò magis ma-
ſculus agnatus, qualis eſt noſter Ioachimus, qua de re
d. conſil. 2. n. 141. Et hæc quidem de iure feudali proce-
dunt; ſed data conſuetudine res eſt extra omne du-
bium.

Septimò opponitur contra † homagium Ludouici, 129
quod in aliquibus aliis documentis dicatur hæres, &
non cohæres; ſed hoc nihil eſt, vt doctum fuit in arti-
culis; cùm qui cohæres eſt, hæres ſit, & eorum quæ in
homagio ponuntur, principaliter eſt habenda ratio,
quia id erat maximi momenti, maximè quia difficul-
tas omnis tollitur ex dictionibus, *coniunctim vel di-*
uiſim, quibus clarè conuincitur, eum habuiſſe ſocium
in dominio Caſtri-noui, ex quo omnis primogenitura
ſollitur *ad not. in cap. 1. §. præterea. de prohib. feud. alien.*
per Fred. & in eo quod facit homagium ſub qualita-
te hæreditaria, omnis natura feudi ex pacto & proui-
dentia etiam tollitur, ſuprà *num.* 35. & infrà *num.* 157. di-
ctio verò, *quibuſcunque*, propter proteſtationem ſub-
intelligitur.

Octauò opponitur contra idem homagium Ludo-
uici, necnon Melchioris, Iauſani & Ioachimi, quòd ſci-
licet ſint contra formam antiquorum homagiorum:
certum autem eſt antiquiorem inueſtituram † poſte- 130
rioribus neglectis, in feudis ſemper attendi, vt ex com-
muni Doctorum ſententia firmat Vultei. *de feud. lib. 2.*
cap. 3. n. 22. &, deficiente originali inueſtitura, illius re-
nouationem ſufficere. Vultei. *d. loco n.* 16. Sed reſponde-
tur, falſum eſſe, non † conuenire antiquioribus homa- 131
giis, immò conformia ſunt, vt ex ſuperioribus maximè
homagiis Roſtagni tam Abbati, quàm ſummo Ponti-
fici præſtitis, quod fuit primum poſt ſuperioritatem d.
loci per ſummum Pontificem acquiſitam, & aliàs reſ-
pondetur, vt *in conſil. 2. num. 106. verſ. ſecundum, & num.*
107. *& ſeq.*

Poſtremò opponitur, † dictionem, *hæredibus*, de hæ- 132
redibus ſanguinis intelligendam. Reſpondeo, hoc eſſe
falſum; in feudo enim, etiam eo quod ſtrictè hæredi-
tarium vocant, hæres debet eſſe bonorum, & hæredi-
tatis, nec ſufficit eſſe ſanguinis, & hæc eſt communis
ſententia ex Alex. *conſil. 19. n. 16. vol.* 5. Intrigl. *cent. 1. q. 51.*
n. 189. hæres inquam vltimò defuncti, nec ſufficit vt
ſit hæres † primi inueſtiti, Intrigl. *d. quæſt. 51. num.* 117. & 133
in eo ſucceditur vltimo morienti, non primo inueſti-
to. Intrigl. *d. q. 51. num.* 299. qua de re *conſil. 2. num. 112. 115,*
& 143.

Huic fundamēto, quod ſcilicet hoc feudū, ſit feudum

134 abſolutè hęreditarium, addendum † quòd feudum vbi
aliàs non eſſet ad hæredes tranſitorium, cùm tamen ſe-
mel legitimè ad hæredes tranſmiſſum ſit, poſtea ad hę-
redes indiſtinctè tranſmitti poteſt per text. *in l. vide-
mus.* & ibi Bald. *ff quod met. cauſ.* Bart. *in l. qui duos. num.
11. ff. de reb. dub.* & in terminis feudi Schrader. *in tract.
feud part. 7. c. 11 n. 31.* & ſemel factum hęreditarium ſem-
per manet hæreditarium. Minado. *conſ. 10. n. 14. cum ſeq.*
Knichen. *de inueſtit. part. c. 2. num. 80.* ad hæredes verò
hoc feudum Caſtri-noui tranſmiſſum fuiſſe patet ex
actis, maximè ex tranſactione Delfineiæ, homagio
Ludouici & tranſactione Stephani cum Bartholomæo
iuncta cum tranſactione eiuſdem cum conſulibus
Auenion.

Septimum principale fundamentum, quod ex ſupe-
riori dimanat, quia in omnibus omnino homagiis ne
verbum quidē adeſt, quod feudum ex pacto & proui-
dentia denotet: & præſuppoſito nullam eſſe, vel ſubin-
telligi dictionem vniuerſalem, vel æquipollentem, aut
aliàs aliquo modo reſtringi ad perſonas de iure feudo-
rum capaces, ſecluſáque d. conſuetudine, hoc tamen
certiſſimum eſſet, hoc feudum fore hæreditarium ſtri-
ctè, vel ſecundùm quid, vt cùm in omnib. omnino hæ-
redum fiat mentio, exceptis homagiis de anno 1244. &
1364 in quibus fit tantùm ſucceſſorum mentio: ſed vt
docuimus, ſucceſſorum & hæredum eadem eſt vis in
hac materia, & vtrumque feudum hæreditarium con-
135 ſtituit, vt in terminis † dictionis *ſucceſſorum*, docent De-
ci. *conſil. 269. n. 1.* Aperno. *conſ. 4. n. 17. verſ. & ſic apparet.*
Intrigl. *cent. 1. q. 48 num. 51* & alij ſuprà allegati *num. 108.*
Et planè hoc eſt abſque difficultate. Nam dictio, *li-
berorum*, vel ſimilis, eſt neceſſaria, vt dicatur feudum ex
136 pacto & prouidentia: conſtituuntur † enim tria genera
feudorum, Vultei. *de feud. lib. 1. cap. 8. n. 23. fol. 280.* Bor-
cholten. *de feud. c. 4. n. 16. 17. & 18.* Mozi. *de feud. tit. de di-
uiſ. feudor. n. 65. & 66.* Hæreditarium, ſi conceſſum ſit
alicui & hæredibus. Deci. *conſil. 590. n. 5.* Mynſing *obſer-
uat. 67. cent. 3.* Cannet. *in d. cap. volentes, verſ. conſequen-
ter. num. 11. cum ſeqq.* vbi dicit communem ſuſiſſimè In-
trig. *cent. 1. q. 48. n. 4. cum ſeq.* vbi hanc receptiorem, &
magis communem atteſtatur, Rol à Valle *conſil. 28. n.
5. lib. 3.* ſubtiliſſimè Hartman Piſtor. *quæſt. lib. 2. part. 1. q. 1.
per tot* præſertim *n. 57. & 81 cum ſeqq.* Alterum ex pacto
& prouidentia, vt ſi concedatur alicui, & liberis, nulla
hæredum vel ſucceſſorum facta mentione, Clar. *in §.
feudum. q. 9. n. 3.* Camill. de Curt. *in diuerſ. iur. feudor. §.
137 multoties. in prin fol. 43.* Hæc verò duo, † hæreditarium
ſcilicet, & ex pacto & prouidentia ex diametro pu-
gnant, Clar. *in § feudum. q. 9.* Petr. à Gregor. *part. 2. q.
10. per tot.* Intrigl. *de feud. cent. 1. q. 51. per tot.* & inter alia,
quod in feudis familiaribus, ſeu ex pacto & providen-
tia ſuccedituriure ſanguinis: in hæreditariis verò iure
hæreditario, Bald. *in l. cum virum. n. 21. C. de fideicom.* Pi-
nel. *de bon. matern. 3. part. n. 84. & conſ. 1. n. 107. & 158. &
159.* & ad id quis non admittitur, niſi ſit hæres vniuer-
ſalis, Alex. *conſ. 10. n. 8. vol. 3.* & receptiorem aſſerit Ber-
nar. Henric *in tract. magis commun. opin. lib. 1. concl. 3.* Ter-
138 tium † mixtum, in quo qualitas ſanguinis & hæredita-
tia neceſſaria ſit, vt ſi concedatur Titio & eius liberis,
& hæredibus, Clar. *q. 9. n. 3.* Intrigl. *d. q. 49. in princ. n. 4.*
139 Atque feudum † ſuperius hæreditarium nominatum
DD. aliqui ſtrictè hæreditarium, vel ſecundùm quid
appellant, vt diſtinguatur à feudo abſolutè hæredita-
rio, cùm tamen reuera vnicum ſit hæreditarium, id ſci-
licet quod alicui & hęredibus conceſſum eſt, quódque
tale cum dictione, *ſtrictè*, aliqui vocant, & de quo do-
ctores intelligendi ſunt, quoties de hæreditario men-
tionem faciunt. Hartman. Piſtor. *q. lib. 2. part. 1. c. 1. n. 41.*
abſolutè verò hęreditarium ſit propriè degenerans vel
improprium, & quod dicitur non habere propriam
naturam feudi iuxta text. *in cap. 1. de feud. non hab. propr.
nat. feud.* vt eruditè Cannet. *§. conſequenter. num. 16. cum
ſeqq.* & fusè *conſ. 2. n. 111. cum ſeqq.*

Rurſus aliqui quidem d. feudum † hæreditarium 140
certo modò mixtum vocant, impropriè tamen & ma-
lè. Verè enim vnicum eſt feudum hereditarium, omni-
no diſtinctum à mixto, vt docent Thom. de Mario, *d.
tit. de feud. hæredit. n. 8.* Cannet. *de cap. volentes. § conſe-
quenter. n. 11. cum ſeq.* Intrigl. *cent. 1. q. 48 n. 26.* Hartm. Pi-
ſtor. *d. q. 1. n. 47. & 48.* Camill. de Curt. *in diuerſor. § mul-
toties n. 49. & 59 fol. 48.* vbi hanc veriorem & commu-
nem opinionem *& n. 6.* receptam omnium Doctorum
doctrinam affirmat. Excuſari tamē poſſunt qui id mix-
tum vocant, vt eos excuſat Intrigl. *q. 48 n. 27.* quia ita
appellant ad differentiam abſolutè hæreditarij, quia in
hæreditario debet neceſſariò inſtitui maſculus ſtone
de comprehenſis in inueſtitura, in abſolutè verò hæ-
reditario quicunque, quæ de re *conſ. 2. n. 115.* Sed vtcun-
que ſit, diſputatio eſt de verbis, Hartman Piſtor. *d. q. 1.
n. 47. & 48.* In hoc enim conueniunt omnes d. feudum
hæreditarium toto cœlo diſtare à verè mixto, vt mox
dicemus, ideóque aduocatum domini de Cedcron do-
ctrinas, quæ verè mixto conueniunt, male applicare
huic hæreditario. Videantur doctores omnes quos al-
legat, & in verè mixto conceſſo pro ſe & eius liberis &
hæredibus loqui deprehendentur, qua de re *conſil. 2. n.
143. cum ſeqq.*

Quæ cùm ita ſint, & nulla vnquam liberorum, vel
æquipollens dictio ſit appoſita in homagiis & docu-
mentis per d. Dominum Antonium productis, ſequi-
tur neceſſariò, ſi nulla eſſet vel ſubintelligeretur di-
ctio vniuerſalis, vel æquipollens, quæ tamen adeſt, vel
ſubintelligitur, hoc feudum etiam, ſecluſa conſuetudi-
ne, ſaltem cenſeri & eſſe debere hæreditarium, ſiue
id ſtrictè, ſiue ſecundùm quid, ſiue quomodocum-
que voces, dummodo ſcias eſſe omnino diſtinctum à
verè mixto.

Quæ confirmantur, quia feudum † ſimpliciter con- 141
ceſſum, etiam nulla hæredum facta mentione, eſſe hæ-
reditarium docet Alex. *conſil. 16 n. 3 & 7 lib. 5.* qui etiam
in feudo antiquo id procedere dicit Natta *conſil. 130. n.
10.* Menoch. *conſil 105. n. 9.* Rol. à Valle *conſil. 55. in princ.
lib. 3.* Aleiat. *conſ. 25. num. 3. & conſil. 17. n. 1. & conſil. 20.
n. 2. lib. 3.* Vultei. *de feud. lib. 1. cap. 8. num. 32. fol. 303.* & nu-
periſſimè Ludouicus Sacca. hanc receptiorem ſenten-
tiam docet *conſil. 6. num. 107. lib. 1.* & in dubio feudum,
† de cuius conceſſione non conſtat, præſumitur hære- 142
ditarium, ad quod agnati non admittunt niſi ſit hæ-
res, Alex. *d. conſil. 26. n. 3. & 7.* Rol. *conſil. 12. n. 28. lib. 5.*
Intrigl. *cent. 1 q. 50. n. 220.* quam opinionem magis com-
munem aſſerit Burſat. *conſil. 3. n. 4. lib. 1.* Kitcon. *in com-
munib. opinio. verb. feudum. lib. 6 fol. 345. col 2. ſub num. 10.*
& alij *in conſil. 2. num. 136. & ſeqq.* aſſerunt. Atque hanc
ſententiam communiori calculo receptam affirmat
Borcholten, etſi ipſe contrarium teneat *de feud. cap. 4.
num. 19.*

Iam verò etſi in † feudo ex pacto & prouidentia 143
maſculus proximior tantùm ſuccedat, & in eo non
ſufficiat eſſe maſculum, & agnatum niſi ſit proximior,
in feudo verò mixto debeat quidem eſſe hæres, Clar.
in §. feudum. quæſt. 9. num. 4. Intrigl. *q. 49. num. 4.* hæres
inquam hæreditatis & bonorum, nec ſufficiat eſſe hæ-
redem ſanguinis, Clar. *d. quæſt. 9. num. 4.* Intrigl. *d. quæſt.
49. num. 2.* ſed & quoque debeat eſſe agnatus proxi-
mior; † etſi enim vltimus poſſeſſor propter qualita- 144
tem hæreditariam poſsit vnum ex pluribus eiuſ-
dem gradus præferre, qui ſolus, aliis excluſis,
ſucceſſurus ſit, non poteſt tamen in dicto feudo
mixto

mixto poſtergare gradum quod dicitur, hoc eſt, propinquiorem agnatam excludere, remotiorem vocan-
145 do. Intrigl. *d.q.49.n.4.& n.42.43.& 44.* At in † feudo ſtrictè hæreditario debet quidem eſſe de familia & agnatus, ſed nihil refert an remotior vel proximior ſit, modò ſit hæres: ſufficit enim, ſi vnus ex comprehenſis in inueſtitura, quicumque tandem ille ſit, inſtituatur hæres, Alexan. *conſil.19.num.22.lib.5.* Pariſ. *conſil.3.num.31.cum ſeq.lib.1.* Vultei. *conſil.34 num.133.lib.3.* Menoch. *conſil.104.n.23.* Marin. Freccia. *lib.3.tit.3.de feud. hæred.num.3.verſ. ego legi alias fol.404.* Surd. *conſil.105. num.22.* Hartm. Piſtor. *quæſt.lib.2.part.1.q.1.num.61.* &
146 ſuprà *conſil.2.num.116.* nec ad id † quiſquam admittitur, niſi ſit hæres vaſalli vltimo defuncti; nec ſufficeret, ſi eſſet mediante perſona ſuorum anteceſſorum, Curt. iun. *conſ.138.ſub num.24.* vbi teſtatur communem. Marta *voto 97.num.4.* Philipp. Matth. *conſil.26.num.122. lib.2.inter conſi. Vulteij*, fuſiſſimè Hartman. Piſtor. *quæſt. lib.2.part.1.quæſt.1.num.72.& q.2.num.17.& 37.& q.14. num.42.& 45.& 46.* Intrigl. *quæſt.49.num.183.* eandem ſententiam veriorem & magis communem teſtatur Socin iun. *conſil.188.num.15.vol.1.* Cannet. *in cap. ſi aliquem. §. præmittendum. num.32.fol.246.& verſ. defuncto.num.12.fol.125.* & magis communem Thom. de Marin. *tit.de feud.hæred.num.34.& tit 6.de feud. hæred.antiq.num.1.in fi.* adeò vt ſi agnatus proximior non inſtituatur hæres in huiuſmodi feudo hæreditario, alieni & hæredibus conceſſo, feudum non obtinebit, ſed illud vel ad hæredem, qui feudi capax ſit, pertineat, vel eo non exiſtente capace, ad dominum reuertatur. Curt. *in tract.feud.part.1.quæſt.8.num.20.* Natt. *conſil.464.in fi.* Ferrat. Montan. *in vſib. feud. lib 1.capit.6. verſ.quinto loco.* Vultei. *de feud.lib.1.cap.9.numero 114. fol.547.* Hartman. Piſtor. *lib.2.part.1.quæſt.1.num.67.& conſil.2.num.115.* ex quo refellitur quorundam opinio, exiſtimantium agnatum proximiorem etiam non hæredem vltimò defuncti admitti ſi hæres eſſe non poſſit, vt quia alius inſtitutus ſit, qua de re mox *numero 148.*

147 Sed † quidquid ſit, in inſtitutione hæredis in d. feudo ſtrictè hæreditario, hoc certiſſimum eſt, quòd ſi poſſeſſor d. feudi inter viuos, hoc vel donauerit, vel vendiderit, & generaliter in alienatione facta inter viuos, quod propter clauſulas de non contraueniendo & ſimiles, per eam præiudicatur agnato, etiam in feudo antiquo, quemadmodum & delinquendo, And. de Iſern. *in c.1.de alien.feud.pater.& in §.hoc quoque de ſucceſſ.feud.* Alex. *conſil.19.n.14.& 15.lib.5.* Curt. iun. *conſil. 139.n.18.vſque ad n.23.* qui *n.21.* hanc ait magis commu-
148 nem ſententiam, idque longè certius, ſi is in † quem alienatio ſit, ſit de comprehenſis in inueſtitura, Curt. iun. *d.conſil.139.n.26* eandémque ſententiam, vt alienationem inter viuos factam agnatus in feudo hæreditario reuocare non poſſit, eámque in præiudicium proximioris agnati valere docent Deci. *conſil.390.num.14.* Campeg. *inter Anto.Brun.conſil.11.vol.4.in fi.* Pariſ. *conſ. 3.n.31.cum ſeqq lib.1.* Grat. *reſp.4.num.40.cum ſeq.* ſed maximè *num.58.lib.1.* Gozad. *conſil.26.num.1.& 2.* Thom. de Marin. *de feud.antiq hæred.num.26.* Marta *vot.97.n. 4.* Vultei. *de feud.lib.1.cap.11.num.94.in fi. fol.771.* Anto. de Alexand. *inter conſ.Loffred. conſil.vlt.n.51. verſ. dicebam & ſecundo.* Mari. Frecci. *lib.3.tit. de feud. hæred.num. 3.verſ.ego legendo.fol.404.& tit.de differ. inter feud.hæred.& ex pact. limit.2.fol.439.* hancque communem poſt multos aſſerit Ari. Pinell *in l.1.part.3.n.93.C.de bon. matern.* & Intrigl. *q.51.num.95.cum ſeqq.* & receptiorem Burſac. *conſil.2.num.37.& conſil.3.n.27.lib.1.* & fuſiſſime Hartm. Piſtor. *quæſt.lib.2.part.1.q.14.per tot.& conſil.2.n. 117.& 118.* Alienationis autem nomine etiam in materia feudali donatio continetur. *cap.1.§.donare, qualiter feud.olim alien poſſeſſ.* Vultei. *de feud.lib.1.cap.10.n.43. fol.604.*

Nec his obſtat opinio quorundam exiſtimantium hæc non procedere ſi proximior agnatus hæres eſſe non poſſit, vt quia is non alius inſtitutus ſit. Verius enim eſt nullo caſu d. proximiorem agnatum alienationem reuocare poſſe; potiùs enim ad dominum, ſi ia, in quem alienatio facta eſt, incapax ſit, feudum rediret, quàm id agnatus obtineret, Alexan *conſil.10.n.14.lib.3.* Socin. *inter conſ.Brun.conſil.10.n.11.& 17.* Franciſc. Curt. *in tract.feud.part.1.q.8.num.20.* Ferrar. Montan. *in vſib. feud.lib.1.cap.6.verſ.quinto loco* Natt. *conſil.464.in fi.* Roland à Valle *conſil.23.num.52.lib.1.* qui plures refert, Pariſ. *conſil.2.n.31.cum ſeq.lib.1.* adde quæ ſupra dixi *n.146.* ſed in noſtro caſu res caret omni dubio, cùm in vnum ex comprehẽſis in inueſtitura, agnatum ſcilicet quantumuis remotiorem alienatio facta ſit, & aſſenſus domini tam in homagij receptione, quàm in miſſione in poſſeſſionem interuenerit, qui conſenſus in caſibus in quibus requiritur, ſufficit ſi ante vel poſt. Vultei. fusè *c.10.n.64.fol.615.* Schrad. *part.9.c.4.n.3.* Schneid. *part.7. cap.2.n.49.* & paſſim Doctores *in cap.1. de prohib.feud. alien.per Frid.* expreſsè vel tacitè interueniat. Vultei. & Schrad. *n.2.* dictis locis Schneid. *n.47.* & Doct. *in d.c.1.* Contrariæ enim ſententiæ aſſertores, quando proximior non poteſt eſſe hæres, loquuntur, quando incapax inſtitutus, vel in eum alienatio facta eſt domini aſſenſu non interueniente, vt patet ex Pariſ. *d.conſ.2.n.31. cum ſeq lib.1.* quamuis eo caſu verius ſit ad dominum reuerti potiùs quàm ad id agnatus non inſtitutus admittatur. Curt. Natt. & Montan. locis ſuprà citatis.

Ne mouearis, cùm † dixi hoc habere locum etiam 149
in feudo antiquo hæreditario, quaſi quis exiſtimaret, ex eo quod eſt antiquum eſſe ex pacto & prouidentia: duplex enim eſt antiquum feudum hæreditarium, vnum & ex pacto & prouidentia, alterum & ex forma conceſſionis ſeu homagiorum cognoſcitur quale ſit, Thom. de Marin. *tit.2.de feud. ex pact. & prouid. antiquo.& tit.6.de feud.hæred.antiqu.* Alex. de Næuo *inter conſil.Loffred.conſil.52.n.51.* Ioan. Fichard. *in addit.ad Villalob.in tract.commun.opinio.in littera F.n.19.* Intrig. qui plures refert *q.49.num.182.vſque ad n.187.& conſil.2. num.115.*

At verò in noſtro caſu Ioachimus vltimò defunctus, nedum de eo diſpoſuit, in fauorem Ioachimi ex filia nepotis, qui ipſi ex parte patris eſt agnatus, de eadem familia & nomine, & ab eodem ſtipite, primóque de familia de Simiana d. feudi acquiſitore deſcendens, eum hæredem inſtituendo; ſed & ante per donationem inter viuos ex vi cuius & de conſenſu donatoris, eo adhuc viuo exiſtente, authoritate Illuſtr. tunc Vicelegati, & per Commiſſarium ab eo deputatum fuit in poſſeſſionem d. loci miſſus, ita vt etſi concederemus d. feudum eſſe ſtrictè hæreditarium, illámque conſuetudinem hîc non vigere, tamen d. Ioachimus donatarius d. Domino Antonio præferendus eſt.

Octauum principale fundamentum, quod in articulis, & inuentario documentorum quartum dicitur, quia pro hoc feudo præſtatur annuus cenſus, nimirum vacca diuerſi coloris, quam *Caille* vocant, quę à viginti & vltra annis ad octo florenos annuos præſtandos redacta fuit, vt ex documentis productis patet. At ve-
rò quoties ſub annuo cenſu † feuda conceduntur, vt 150
cùm cenſus annuus pecuniarius, vel ſpatula porci, vel vnum par caponum, vel quantitas frumenti quolibet anno præſtatur, in his fœminæ, ſicut & alij extranei admittuntur, Alex. *conſil.9.num.6.vol.1.* Ruin. *conſil.24.n. 7.vol.1.& conſil.25.n.3.vol.2.* Natt. *conſil.159.n.15.* Pariſ.

conſil.12.n.21.lib.1. Bcoed. ind.cap. Raynutius verb. duas habens,n.33 Gregor. in ſyntagm.lib.6.cap.12.n.5. Hancque ſententiam, quamuis aliqui contradicant, receptiorem atteſtatur Intrigl. cent 2.art.2.n.205. eáque indiſtin-
151 ctè procedit, etſi vltra cenſum † annuum feudatarius iuramentum fidelitatis præſtet, non obſtantibus aliquibus contradicentibus, Socin. conſil.257.col.2.verſ.aliquando & tertio. Corn. conſ.16.n.2.lib.1. Ruin. conſil.18. n.17.lib.1. Pariſ. conſil.12.n.18.lib.1. eámque ſententiam veriorem & magis communem dicit Menoch. conſ.65. per tot. omnino videndus. variis enim rationibus eam confirmat & omnibus, quæ in contrarium afferri poſſent, reſpondet, & fusè hoc docui conſil.1.n.115. vſque ad num.125.

Nec obſtat quod ex aduerſo dicitur, ex cenſu illo non potuiſſe immutari naturam feudi, qua maſculi agnati tantùm admitti deberent; negatur enim habuiſſe vnquam talem naturam, & ex eo quod pro eo præſtatur annuus cenſus, demonſtratur ſemper eius fuiſſe naturæ, vt in eo fœminæ & extranei ſuccederent.

Non obſtat etiam quòd aliqua poſſunt proponi feuda, quæ ſolùm maſculis deferantur, & tamen pro his præſtatur annuus cenſus. Nam id fit quia nominatim in infeudatione de maſculis fit mentio, & ad eos reſtringitur. tunc enim annuus cenſus non poteſt immutare qualitatem expreſſam; ſed ſi ſimpliciter conceſſum fuiſſet, ex eo quod ſub annuo cenſu daretur, ſequeretur eſſe ad fœminas & extraneos tranſitorium.

Nonum, quod quintum eſt in articulis & inuentario documentorum, quia aduerſarius ſe fundat in certa
152 primogenitura per eum prætenſa. At tam ex † articulis defenſionalibus, quàm duplicatoriis patet, aut non primogenitos, ſed ſecondò, vel tertiò genitos ſucceſſiſſe; aut ſi primogeniti ſucceſſerint, eos non ſolos, ſed cum aliis; aut ſi ſoli, id fuiſſe vel quia teſtamento patris hæredes inſtituti fuerant, vel ex vi donationis in contractu matrimonij factæ, vel ſimili cauſa; ex vi autem primogenituræ prætenſæ, nunquam. Nam Giraudus de Simiana extraneæ familiæ, hoc mediante pecunia acquiſiuit: Berengarius eius filius erat vltimò genitus, Ludouicus eius filius non ſucceſſit ſolus, ſed cum fratre; Stephanus eius filius erat quidem primogenitus, ſed Caſtrum-nouum habuit, vel ex vi diuiſionis cum fratre initæ, quatenus Ludouicus ab inteſtato deceſſiſſet, vt deductum eſt in articulis duplicatoriis; vel, quod verius eſt, ex teſtamento paterno in quo hæres vniuerſalis inſtitutus fuit, vt deductũ fuit in articulis poſterioribus: Melchior eius filius ac Ianſanus filius Melchioris ex vi donationis in contractu matrimonij Melchioris contentæ, quod fundamentum latius deducitur in articulis duplicatoriis ab art.99. vſque ad artic. 154. quod fundamentum ex continua ſucceſſione dominorum Caſtri-noui alio quàm primogenituræ iure, immo hæreditario deſumptum latius deducitur conſil.1. à n.126. vſque ad n.130. excluſiuè, vbi reſpondetur teſtibus de arbore Genealogiæ deponentibus, & quemadmodum intelligenda ſit, explicatur.

153 Decimum, quod † in articulis duplicatoriis, & inuentario documentorum dicitur ſextum, quod tamen ex ſuperiori manat, quia hæc eſt certa ſententia, quod ex vſu & obſeruantia ſecuta declaratur, an feudum ſit hæreditarium, Menoch. conſil.812.n.4. & quem vſum aduerſarius in articulis pro ſe contra veritatem allegat, & tamen ille ipſe eſt, qui hanc rem in fauorem d. Domini de Coſta definit, ſiue naturam primogenij, ſiue feudi ex pacto & prouidentia ſimpliciter, abſque
154 primogenio, conſideres. Nam † cùm Giraudus de Simiana fuerit extraneus, & acquiſiuerit mediante pecunia, & aliàs quomodocunque, clarè vtriuſque natura excluditur, is Guinoto, tunc temporis ſecondogenito, in contractu ſui matrimonij id feudum dederat; ita vt in eo vnus vel plures maſculi ex eo matrimonio naſcituri ſuccederent. In eo igitur † quòd Guinoto ſe- 155
condogenito ei quod plures ſuccedere poſſunt, natura primogenij excluditur, Gregor part.4.q.1.n.9. in eo quòd vnus poteſt ſuccedere natura ea pacto & prouidentia ſimpliciter. cap.1.§.omnes filij. & ibi per Doct. ſi de feud.fuer.contr.cap.1.in prin de ſucceſſ.feud. Soc. conſil. 167.col.6.in prin. Idem Giraudus in teſtamento Berengarium vltimogenitum in d. feudo & aliis bonis inſtituit, onerando Guinotum, quem in amplioribus bonis inſtituerat, vt ius quod ex vi donationis habuerat, D. Guinoto remitteret: quod & fecit. Ex ea verò inſtitutione clarè vtrinſque natura excluditur, cùm Berengarius eſſet vltimogenitus, & titulo hæreditario habuerit. In vtroq; † enim feudo ex pacto, & prouiden- 156
tia ſiue primogenio, ſiue ſimpliciter ſucceſſor id habet à concedente, & eius prouidentia, non à parte vltimò moriente vel eius iudicio. gl. in c.8. in pr. verb. retinere. an agnatus à Perno. conſ.7.n.2.verſ.2ã vbi viuitur. Greg. part.4.q.3.n.2.& 3. Feudúmque ex † pacto & proui- 157
dentia, ac hæreditatium toto cœlo diſtant, Clar. d. §. feudum.q.9. Gregor part.2.q.10.per tot Intrigl. cent.1.q.ſi per tot. præſertim quòd in illis ſuccedit ur iure ſanguinis, in his iure hæreditario. Bald. in l.cum virum.n.11.C. de fideicom. Iaſ. in pr. alnd.feud.n.128. & alij in conſ 1.num. 107.& n.159. & ſuprà n.137. Ludouicus eius filius ex eo quòd tanquam cohæres homagium facit, feudi ſimpliciter ex pacto & prouidentia ex eo rurſus, & quod non ſolus erat dominus natura primogenij excluditur. Stephanus eius filius, ſi quidem Ludouicus teſtamento condito deceſſit, in quo Stephanus ſolus hæres vniuerſalis inſtitutus fuerit, excluditur natura ex pacto & prouidentia, d.c.1. §.omnes. In eo verò quòd † 158
onera hæreditaria, tanquam hæres præſtitit, natura vtriuſque primogenij, Arius Pinele in l.1.par.3.ſub n. 83.C.de bon.matern. Tiraquell de primog.q.35.n.27.& 28. Intrigl. cent.1.q 91.n.129.130.& 131. Si verò ab inteſtato, quia non niſi ex vi diuiſionis cum Bartholomæo initæ id habuit, & id ſolùm habuit, & nihilominus onera hæreditaria ſuffert, necnon ex eo quod in tranſactione dicitur d. locum fuiſſe de hæreditate Ludouici, & tanquam hæredes illius tranſigunt, vtriuſque natura excluditur: Sed & clarè ex eo, quod in ea Stephanus ſe fundat, quia aſſerebat patrem ſine teſtamento deceſſiſſe, fatens propterea de eo diſponere potuiſſe. Melchior eius filius, vel quia vnicus erat, vel ex vi contentorum in contractu ſui matrimonij ſucceſſit. Ianſanus autem ex vi donationis in contractu d. matrimonij cõtentæ, quæ quatenus in fauorem vnius fit, excludit feudum ex pacto & prouidentia ſimpliciter; quatenus autem non niſi in fauorem filij ex eo matrimonio naſcituri, quódque fit mentio dimidiæ partis fructuum, & emolumentorum excludit primogenium, vt infrà latius dicetur. Ioachimus verò, Ianſani filius, vnicus erat, & tanquam hæres Ianſani ex vi d. donationis Ludouicum patruum excluſit.

Nec his † obſtat, quod ex aduerſo dicitur, fœminas 159
nunquam ſucceſſiſſe ab illo Giraudo de Simiana, primo acquiſitore, huc vſque; id enim accidit, vel quia nullæ erant, vel quia pater in teſtamento filium vniuerſalem hæredem inſtituerat, vel quia iuribus paternis in contractu matrimonij renonciauerant; vel quia caſu quo Ludouicus ab inteſtato deceſſerit, maluerint pecuniam in dote, quàm bona habere, ſed ex vi primogenituræ prætenſæ, vel feudi ex pacto & prouidentia, vel incapacitatis fœminarum, nunquam, vt in ſimili reſpondent Anchar. conſil.339.num.8. & Ioan.de

Amic.

Amic. *tit. qui feud. dar. poß. §. in hac cauſa. in fi. fol.* 115. nec
ex eo quod multæ filiæ per maſculos fuerint excluſæ,
probatur conſuetudo ipſarum excluſiua, niſi doceatur
ex vi d. conſuetudinis factum fuiſſe, cum ex alia cauſa
teſtamento ſcilicet, vel quia filiæ maluerint pecuniam,
ſimilive modo accidere potuerit; Maſcard. *concl.* 430. *n.*
1. & alij infrà *n.* 196. *in fi.* citati.

Vndecimum, quod in inuentario dicitur ſeptimum,
160 quod ex ſuperioribus pendet, & probatur, quia † ſcili-
cet Domini d. loci liberè de d. feudo diſpoſuerũt & diſ-
poſitiones effectũ habuerunt, vt Giraudus Amici illud
alienando in Giraudum de Simiana, & is primùm in
fauorem Guinoti, tum Berengarij; Ludouicus filius
Berengarij in fauorem Stephani; Stephanus in fauo-
rem Ianſani ex Melchiore filio nepotis. At verò ex
huiuſmodi libera diſpoſitione omnis natura primoge-
nij maſculini perpetui prætenſi & cuiuſq; feudi ex pa-
cto & prouidentia tollitur, cùm de illis omnis facultas
diſponendi poſſeſſori ſublata ſit, iuribus ſuprà allega-
tis, & quod fundamentum ſummopere annotandum
eſt, cùm quæſtio hoc caſu nõ ſit, an filia ſuccedere poſ-
ſit, ſed an poſſeſſor d. feudi de eo diſponere poſſit, &
cùm de eo ſemper diſpoſuerint, vt voluerunt, res eſt
extra omne dubium, Menoch. *conſil.* 104. *n.* 22.

Duodecimum, quod in articulis duplicatoriis & in-
uentario dicitur octauum, quia ex aduerſo fundatur
primogenitura, & dicitur cœpiſſe à Giraudo, vel Beren-
gario eius filio, quod falſum ſuprà demonſtratum fuit,
cùm Giraudus id pecunia acquiſiuerit & Berengarius
fuerit, vltimò genitus & ex vi inſtitutionis hæredita-
riæ id habuerit, quod ſi prætendatur cæpta à Ludoui-
co, vt in articulis replicatoriis tacitè nituntur facere
(quod tamen non põſſunt cõtra atteſtationes per ipſos
productas) id quoque falſum eſt, cùm ex eius homa-
gio, non ſolùm dominum fuiſſe, ſed ſocium habuiſſe
161 conſtet. At verò quoties † primogenitura prætenditur
inſtituta ab aliquo, ſi de contrario conſtet omnis im-
memorialis præſcriptio. quæ poſſet prætendi, deſtrui-
tur, Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 63. *in fi.* deſtructo
namque fundamento, vt verbis Molinæ vtar, omnia
quæ ex ipſo deduci prætenduntur, deſtructa eſſe cen-
ſentur. *l. non dubium. C. de ll. l. cum principalis. ff. de reg.
iur.* & allegans aliquid cum certa qualitate, tenetur
eam pręcisè probare, deficiẽtque eius probatio, ſi pro-
bet actum abſque qualitate. *cap. licet cauſam.* vbi latiſ-
ſimè Felin. *n.* 40. *cum ſeq.* & Decian. *n.* 24. *cum ſeq. de pro-
bat.* qua de re *conſ.* 1. *n.* 130. *cum ſeqq.*

Decimumtertium, quod in articulis duplicatoriis
& inuentario eſt duodecimum, quod ex ſuperioribus
etiam dependet, eſtque eorundem illatio, aut prætе-
ditur primogenium & non poteſt, cùm alios quàm pri-
mogenitos, & ſi hi quandoque ſucceſſerint, non ſolos,
aut alio iure quàm primogenituræ ſucceſſiſſe conſtet;
quod ſi prætendatur ex pacto & prouidentia ſimplici-
ter, non poteſt quoque, cùm ſæpe domini de d. feudo
in fauorem vnius diſpoſuerint, & diſpoſitio tenuerit, vt
Giraudus primùm in fauorem Guineti, tum in fauo-
rem Berengarij; Ludouicus in fauorem Stephani, ſi te-
ſtamento condito deceſſit, vt reuera deceſſit, Stepha-
nus in fauorem primi nati ex Melchiore, & quam diſ-
poſitionem Ludouicus pater d. Domini de Cedeton
approbauit in tranſactione vltima de anno 1574. quo-
162 ties autem in fauorem † vnius de feudo diſponitur
feudum ex pactu & prouidentia omnino excluditur,
Pariſ. *conſil.* 10. *n.* 1. & 5. & *conſ* 106. *n.* 3. *lib.* 1. Socin. Iun.
conſil. 160. *num.* 44. *lib.* 2. Menoch. *conſil.* 812. *n.* 6. & alij ibi
relati.

Decimumquartum, quod in articulis duplicatoriis
& inuentario documentorum dicitur ſeptimum, ſu-
mitur ex contractu matrimonij Guinoti, in quo d. lo-
cus, cum aliis bonis ibi expreſſis, datur Guinoto tunc
temporis ſecundogenito. Viuebat enim tunc Bertran-
dus Reibaudus eius primogenitus & datur cum pa-
cto, vt vnus vel plures naſcituri in eo fundo ſuccede-
rent quatenus vnus excluditur natura † feudi ex pacto 163
& prouidentia, Menoch. *conſil.* 812. *n.* 6. & quatenus plu-
res primogenium, & quatenus pactum non eſt, niſi in
fauorem filiorum ex eo matrimonio naſciturorum,
vtriuſque natura excluditur, nullis enim maſculis ex
eo matrimonio exiſtentibus cæteri tam maſculi, quàm
fœminæ ſuccedere potuerunt, & eo caſu Guinotus li-
berè de eo diſponere potuit. argum. *l. cum prætor. ff. de
iudic.*

Decimumquintum, quod in articulis duplicatoriis
& in inuentario dicitur nonum ex tranſactione, ſeu di-
uiſione inter d. Stephanum & Bartholomæum inita
eo tempore, quo putabant, etſi erroneè, Ludouicum
patrem ab inteſtato deceſſiſſe, in eo quod reijcitur pri-
mogenitura per Stephanum prætenſa, & bona inter
ipſos diuiduntur, vt in articulis deductum fuit. Se-
cundò, quia dicunt omnia bona eſſe de hęreditate Lu-
douici & eſſe illius hæredes. Tertiò, quia Stephanus
qui in effectu tantùm locũ Caſtri-noui habuit, ſe obli-
gat ad omnia debita & onera hæreditaria ſupportan-
da, quod non faceret, ſi tanquam primogenitus ſuc-
ceſſiſſet. Certum enim eſt, dum quis ſuccedit ex † vi 164
primogenituræ, vel maioratus nec ad onera hæredita-
ria prædeceſſoris tenetur. *text. in cap.* 1. *de ſolut.* Alexan.
conſil. 19. *n.* 2. & 30. *lib.* 1. Moli. *de primog. cap.* 10. *n.* 19. *lib.* 1.
Gomeſ. *ad ll. Taur. l.* 40. *n.* 72. Auend. *ad ll. Taur. l.* 40.
gloſ. 1. *n.* 70. ex eo etiam neceſſariò infertur, non eſſe ex
pacto & prouidentia. Nam † ſucceſſor in eo non te- 165
netur ad debita prædeceſſoris. Intrigl. *cent.* 1. *q.* 51. *n.* 129.
vbi ait hanc ſententiam receptiſſimam, poſt Ant. Pinel.
in l. 1. *part.* 3. *ſub num.* 93. *Cod. de bon. mater.* Ruio. *conſil.* 58.
num. 15. *vol.* 1. & nouiſſimè Vultei. *de feud. c.* 9. *num.* 125.
fol. 551.

Quartò, quia adeſt pactum, quòd ſi Stephanus &
Bartholomæus decederent ſine liberis maſculis, inui-
cem ſubſtituuntur in omnibus bonis. At verò † cer- 166
tum eſt, in Maioratibus nullam ſubſtitutionem fieri
poſſe, cùm nec alienari, pignorari; omninò nec ſuper
his in præiudicium ſucceſſorum tranſigi poſſe, Gomeſ.
ad ll. Taur. l. 40. *n.* 81. *cum multis ſeq* Molin. *lib.* 4. *cap.* 1. &
9. *per tot.* ex quo etiam tollitur omnis natura feudi ex
pacto & prouidentia, in quo ſubſtitutiones fieri non
poſſunt. Thom. de Marin *tit de feud. ex pact. & prouid.
antiq. n.* 47. *circa fi.* Intrigl. *cent.* 1. *q.* 51. *n.* 92. Poſtremò,
quia ſubſtitutio ſolùm concipitur, ſi vnus ex d. fratri-
bus ſine liberis maſculis deceſſerit, nec vlterius exten-
ditur; ita vt decedente cum liberis maſculis, quamuis
poſtea d. liberi ſine liberis † tam maſculis quàm fœ- 167
minis decedant, non eſſet d. patruus vocatus, nec eſſet
locus d. ſubſtitutioni in eius fauorem. *l. cum vxors. Cod.
quand. dies leg. vel fideicom. ced. l. filiusfam. §. cum quis. ff.
de leg.* 2. *l. ex facto §. ex facto & §. ſi quis autem ff. ad Tre-
bell* Oldrad. *conſil* 21 Bald. *in l. fi. n.* 45 *q.* 2. *C. de hered. in-
ſtit.* Ancharr. *conſil.* 120. Angel. *conſil.* 159. *lib.* 3. & vbi ex-
preſsè liberi maſculi in aliquo vel pluribus gradibus
ſunt vocati, vt extra eos non extendatur, Molin. *lib.* 1.
cap. 5. *n.* 37. & *ſeq.* Illuſtr. Mantica *de coniect. vlt. vol. lib.* 6.
tit. vlt. n. 6. ſatis propterea effectu & re ipſa paciſcentes
demonſtrarunt, & conuenerunt d. caſu, neminem ali-
quid ius in portione alterius prætendere poſſe. At ve-
rò ſi maioratus, gentilitios maſculinus perpetuus eſ-
ſet, liberis vnius deficientibus patruus & ex eo deſcen-
dentes ſuccederent.

Decimumſextum † quod in articulis duplicatoriis 168

& inuentario dicitur decimum, ex matrimooio Mel-
chioris, in quo cùm in fauorem vnius ex eo matrimo-
nio naſcituri Caſtrũ-nouum donatur, excluditur feu-
dum ex pacto & prouidentia ſimpliciter. *d.cap.1.§.om-
nes*, & ibi Dd. *ſi de feud.fuer.controu.* Cum verò id in fa-
uorem filij ex eo matrimonio naſcituri tantùm ſit, ex-
cluditur primogenium, & libera facultas de eo diſpo-
nendi oſtenditur: cùm, nullis maſculis ex eo matrimo-
nio exiſtentibus, potuerit Melchior in quemcumque
de eo diſponere, arg. *l.cum prætor.ff.de iudic.* ſed & cum
dimidiam partem emolumentorum dat præter Ca-
ſtrum & iura iuriſdictionalia, cenſeatur dimidia cæte-
rorum bonorum pars tantum data, vtriuſque feudi
primogenij & ſimpliciter ex pacto & prouidentia na-
tura tollitur, integrum enim vtroque caſu ad eum ſpe-
ctaſſet.

Decimumſeptimum, quod in articulis duplicato-
169 riis † & inuentario dicitur vndecimum, ex tranſactio-
ne inter d. Ludouicum & Ioachimum inita; quia cùm
per eam primogenitura, ſiue iuris Francorum ſiue alia
in fauorem Ludouici contra Ioachimum reiecta fue-
rit, non obſtantibus articulis ſuper primogenitura iu-
ris Francorum per d. Ioachimum ſeu eius procurato-
res datis, & atteſtationibus inde ſecutis, & d. Ludoui-
cus tantumdem côſecutus fuerit, ac ſi nunquam d. vel
alia primogenitura in iudicium deducta fuiſſet vt tam
in articulis duplicatoriis, quàm in inuentario docu-
mentorum in facto veriſſimum eſſe, & ſolùm habitam
fuiſſe rationem donationis in d. contractu matrimonij
Melchioris contentæ, edoctum fuit, ſequitur neceſſa-
riò iam Antonium filium Ludouici, eiúſque hæredem
non poſſe ea ſe iuuare contra Ioachimum. Nam ſi in
fauorem patris reiecta fuit contra Ioachimum eam al-
legantem, multò magis nunc ſi allegetur contra hære-
dẽ d. Ioachimi, ea debet reijci, & per quam tranſactio-
nem Ioachimus à d. primogenitura re ipſa fuit repul-
ſus, per eãdem d. Antonius repelli debet, & ſicut tunc,
ita nunc reiecta debet cenſeri, quæ confirmantur, quia
quis prætendere non poteſt ius ex contractu aduerſus
eum, qui cum ſimile ius prætenderet contra agentem,
ſeu illum in cuiusius & locum, ſi viueret actor, ſucceſ-
ſit, ab eodem fuit excluſus. Nam aut excluſio fuit le-
gitimè facta aut non, ſi legitimè, ergo malè agit d. do-
minus Antonius, ſi illegitimè idem repelli debet re-
170 torcutione iuris iniqui, † per tradita *in l.1. ff. quod quiſ-
que iur.* cui retorcutioni etiam contra ſucceſſorem lo-
cus eſt, Beniend. *deciſ.37.n.14.* Rurſus in eo quod d. do-
natio in contractu matrimonij habuit effectum, remo-
uetur natura feudi ex pacto & prouidẽtia ſimpliciter,
quia alioqui dictus Ludouicus non minus ac Ioachi-
mus in d. loco ſucceſſiſſet, d. *cap.1.§.omnes.ſi de feud.fuer.
contro.cap.1.in princ.de ſucceſſ.feud.*

Sunt & alia duo fundamenta, quorum vnumquod-
que iura in ſe continet, quæ vno verbo hîc recenſenda
ſunt, quia fusè prima parte huius conſilij deducta fue-
runt, dum docuimus d. Dominum Antonium nedum
non docuiſſe de iure ſuo, ſed etiam, ex actis per ipſum
productis, apparere de non iure ſuo.

Decimomnctauum, quod in articulis duplicatoriis
& inuentario dicitur decimumtertium, decimũquar-
tum & vltimum, eſt, quia ſi aliqua eſt primogenitura,
ea eſt iuris Francorum, quæ tantùm inter deſcenden-
171 tes † ab vltimo defuncto habere locum poteſt, Aper-
no. *conſil.7.n.10.verſ. & licet. & conſil.21.n.7.* Camerar.
*in reſponſ. annexo interpretationi Cannetij. fol. 375. verſ.
Andrea ſubſcribis.* & ſuprà *n.29.* Sed poſito quòd inter
172 alios quoque haberet locum, † ea ſolùm hoc caſu in
ſucceſſione ab inteſtato procederet, Cannet. *in c.vo-
lentes.§.ſed magna fuit olim fol.54.n.73.* & *ſup.n.32.* &
33. Rurſus & † tertio etiam in ſucceſſione ab inteſta- 173
to, ſolùm inter eos qui ſunt eiuſdem lineæ & gradus.
filia enim vltimò defuncti ſemel admiſſi excludit pa-
truum, Canet. *d.loco.verſ. verba hæc.fol.373.col.2.* Tira-
quell. *de iur.primog.q.10.num.20. & 21. & q.14.n.6.7. &
8.* Otho Friſing. *de reb.geſt.Frider.lib.2.cap.29. & ſup.
num.36.*

Decimumnonum, etiam ſi daremus, aliam quàm
iuris Francorum primogenituram in hoc feudo rece-
ptam fuiſſe, tamen data capacitate fœminarum, quæ
in † feudis in hac patria & tota Gallia probata fuit, ea 174
tantùm procederet Principe ſciente, quod hic nõ fuit,
immo contrarium, Alex. *in l.ſi non ſpeciali.num.5. C.de
teſtam.* Graſs. *in §.ſucceſſio ab inteſtato.q.16.* & ſuprà *n.52.*
Secundò, etiam data † ſcientia Principis, ſolùm in ſuc- 175
ceſſione ab inteſtato procederet, Alber. *in dictionar.
verb.feudum.col.5.in fi.verſ.conſuetudo ergo.* Petr. à Greg.
part.4.q.11.n.1. & ſupr.n.53. Tertiò, etiam in ea † data d. 176
conſuetudine, qua fœminæ ſunt capaces feudorum in
hac patria & tota Gallia, filia primogeniti excludit pa-
truum. Couarr. *variar.reſolut.lib.3.cap.5.ſub n.5.ver.rur-
ſus ſeptimo.* Cancer. *lib.1.tit.12.de feud.n.47. & 49.* & alij
ſuprà allegati, ſicut & in capitibus huius & præceden-
tis fundamenti. *n.29. cum ſeqq.* quod vbique terrarum
ſeruatur, Alex. Raudenſ. *de analog.cap.15.n.192.*

Vigeſimum, dato, quòd aliquando † vel primoge- 177
nitura, vel natura feudi ex pacto & prouidentia fuiſſet
in d. loco, tamen cùm ab immemoriali tempore pro-
batum fuerit iure hæreditario, vel diſpoſitionis liberæ
in eo feudo ſucceſſum fuiſſe, præſcriptione hoc feu-
dum ad inſtar allodialium redactum fuiſſet, quod de-
ducitur in articulis duplicatoriis *art.157. & ſeq.* Primo-
genitura enim pacto vel conſuetudine introducta po-
teſt contraria conſuetudine tolli. Conſuetudo nam-
que tollitur † de iure conſuetudine contraria. Iaſ. *in l.* 178
mortc.n.3.ff.de acquir.hered. Deci. *c.quæſt.n.3. de appella-
tio.* Gozad. *conſil.8.n.41.* & vna † tollit aliam, Fabian. de 179
Anna *conſult.59.n.74.* quod confirmatur, quia conſue-
tudines feudales contraria conſuetudine tolluntur, &
poſterior derogat priori, Pariſ. *conſil.13.n.20.lib.1.conſil.
21.n.15. & ſeq.eo.lib.* Gozad. *d.conſil.8.n.41.* Fabi. de Anna
d.conſult.59.n.75. & ſeqq. Hinc conſuetudine † locali & 180
particulari induci poteſt, quòd fœmina in feudo ſuc-
cedat, Pariſ. *eo conſ.13.n.25.* dictáque conſuetudo habet
vim pacti. Afflict. *deciſ.258.n.2.* immo eſt † fortior pa- 181
cto, & vbi valet pactum, à fortiori valere debet con-
ſuetudo, Aymo. Crauett. *conſ.4.n.13.* Hæcque certiſſi-
mè hoc caſu, quo de ſucceſſione ad ius commune re-
ducenda ageretur. Nam etiam † vbi probatur duplex 182
conſuetudo, debet iudicari ſecundùm eam, quæ ſit fœ-
minis fauorabilior, & in terminis conſuetudinem con-
tra ius feudorum inductam, qua reducuntur filiæ
ad ius commune latè interpretandam, eámque po-
tiùs ſequendam docet Pariſ. *conſil.21.num.29.30.31.32.
lib.1.*

Poſtremum, vbi in dubio verſaremur (in quo tamen
non verſamur, immo ſumus in terminis clariſſimis
ſucceſſionis fœminarum, eodẽ planè iure quo maſcu-
lorum) vtrum † fœmina eſſet necne in inueſtitura in- 183
cluſa, vel ad tempus, perpetuóve excluſa, tunc fauore
priſtini ſtatus, quo æqualiter cum maſculis ſuccede-
bat, & odio excluſionis admittendam eſſe iudicare de-
beremus, Moli. *lib.3.cap.4.n.15.18.19.21.22. & cap.5.num.
73.* Socin. Ion. *conſil.1.num.46.lib.1.* Burg. à Paz *in proœ-
mio ll.Taurs.n.49.* etiam in feudalibus. Garſon. *de fœ-
mi.ad feudor.recipiend.limit.46.* Ioirigl. *tent.2.artic.2.
num.434.*

His non obſtant quædam, quæ generaliter oppo-
nuntur; primum atteſtationes coram domino de la
Salle

Salle factæ, quibus fuſiſſimè ſuprà ſatisfactum fuit, &
demonſtrauimus, vel nullam fidem facere in hoc iudi-
cio, vel erroneas eſſe, & de erroribus per inſtrumenta
& acta publica edoctum, nullámque earum habēdam
184 rationem. Certiſſimum enim † in iure eſt, inſtrumenta
teſtibus prævalere debere. *l. pen. C. ſi minor ſe maio. dix.*
Deci. *in rubr. extr. de teſtib. n. 3.* quod maximè procedit,
vbi agitur de facto longinquo & antiquo, vt hîc text.
in l. cenſus & monumenta. ff. de probat. Bald. *in l. pen. n. 5.*
Alba. *conſil. 64. n. 22.* Bald. *conſil. 445. n. 5. lib. 5.* Curt. iun.
in l. pactum quod bona fide n. 4. C. de pact. vel vtcumque
ſit, ex vtillarum d. Antonium repellendum.

185 Secundò, non obſtat prætenſa † deciſio, variis ra-
tionibus *in conſil. 1.* deductis. *n. 242. vſque ad n. 250.* ſed
potiſſimum tribus; prima, quia huiuſmodi ſcriptura
nullam fidem facit, quia præterquam quòd non adeſt
in ea ſignatura Illuſtr. Cardinalis, eſt enim ſolùm atte-
ſtatio Notariorum recognitionis, non vocata parte,
ſcripturæ Illuſtr. Cardinalis, cum inſertione prætenſæ
reſolutionis ſignatæ, vt prætenditur, abſque tamen eo,
quod ea ipſa, quæ dicitur ſignata, fuerit producta, ea
omnia deficiunt, quæ, etſi ipſamet ſignatura Illuſtriſs.
186 produceretur, † requiruntur ad fidem faciendam; de
quibus Marant. *part. 6. tit. actorum editio. n. 16. cum ſeqq.*
maximè quia idem Illuſtr. non erat tunc temporis Cō-
187 miſſarius d. cauſæ, & attēta antiquitate † temporis, tri-
ginta ſcilicet trium annorum, qui elapſi fuerunt à die
quo dicitur facta vſque ad diem quo dicitur ſignata,
quæ facit præſumere oblivionem, Menoch. *de arbitr.*
caſ. 26. præſumpt. 32. n. 1. & ſeqq. lib. 6. præſertim cùm aga-
tur de d. Illuſtriſs. Cardinali multis negotiis implicitu,
Menoch. *d. caſ. 26. n. 4. & caſu 308. n. 7.* Secunda, etſi fi-
dem faceret, nullā tamen vim haberet, ſententia enim,
vt prætenditur abſque dubio non eſt, cùm ea omnia
deficiant, quæ in ſententiis in Rota Rom. ferendis re-
quiruntur, † de quibus Veſtr. *in prax. lib. 7. c. 1. n. 1. verſ.*
188 *relata.* Sed nec reſolutio dubij dici poteſt, ea qua dein-
de potuiſſet fieri ſententia cùm res manſerit indeciſa,
ratione perceptionis fructuum per vnum & inſolidum
factæ, necnon reſoluendum erat ſuper exceptionibus
contra teſtes, ex quorum duorum capitum, aut vnius
ipſorum deciſione poterit cōtraria reſolutio fieri, quod
189 ſi ſententiæ nulla eſt vis, † ſi iudex negotium indiui-
duum pro parte determinet, Vant. *tit. de nullit. ex de-*
fect. proceſſ. ſine ord. iudiciar. n. 100. verſ. ſecus ſi iudicium.
190 quemadmodum ſi † remaneat dubietas, obſcuritas,
aut indeterminatio, Vant. *d. loco. n. 101. verſ. ex iiſdem;*
multo magis in aſſerta concluſione plena exceptioni-
bus, & reſeruationibus aſſerendum eſt, & vtcumq; ſit,
cùm ſuper atteſtationibus erroneis emanata ſit, illius
maximè ante ſententiæ prolationem, nulla eſt haben-
da ratio; & notorium eſt Rotam in ſimilibus recedere
à deciſionibus per ſe factis, qua de re fuſiùs *in d. primo*
conſilio à n. 242. vſque ad n. 249. vbi etſi deciſio eſſet cer-
ta, & non in ſuſpenſo, ſententiam tamen nullo modo
dici poſſe docetur, quod neque citatio, neque pronon-
ciatio & ſubſcriptio adſit, & planè totum hoc indeci-
ſum remanſiſſe conſtat ex ipſamet tranſactione inter
d. Ludouicum & Ioachimum inita inde ſecuta, in qua
dicitur litem pendere indeciſam. Tertia, quia etſi ſen-
tentia eſſet de primogenitura iuris Francorum, de qua
tantùm in libello fit mentio, intelligenda eſſet, maxi-
191 mè cùm indefinitè ſit prolata, † vt ſententia ſit con-
formis libello. *l. vt fundus ff. commun. diuid.* Surd. *conſil.*
273. lib. 2. At verò ea ex filia primogeniti excludit pa-
truum, *ſup. n. 36.* Sed etſi de alia primogenitura d. reſo-
lutio intelligeretur, de ſimplici intelligenda eſſet. Sim-
pliciter enim dicitur primogenituram eſſe probatam,
abſque vlla maſculinitatis qualitate, in qua filia exclu-
dit patruum, vt ſuprà *num. 42.* demonſtrauimus ex Co-
uarr. *lib. 3. vari. reſol. cap. 5. n. 5. & aliis.* Denique, nihil fa-
cit ad caſum noſtrum, cùm ſit lata inter duos fratres,
Ianſanum ſcilicet ſeu eius hæredem, & Lodouicum,
qui caſus ad hunc porrigi non poteſt, quo de filia; im-
mo de maſculo, ex ea agnato vltimo defuncti contra
filium patrui ſeu propatrui excluſi agitur, nec vnus ca-
ſus præſcriptus inter duos fratres ad alium porrigi po-
teſt, maximè cùm præſcriptio † & ſententia, ſuper qua 192
fertur, ſunt ſtricti iuris. *l. 1. C. ſi plures vna ſentent.* & non
probat niſi illud quod ex verbis eius de neceſſitate in-
fertur. Gail *obſer. 116. n. 1. & 2. lib. 1.* nec in terminis † pri- 193
mogenituræ eſt licita extenſio, aliáque eſt ratio maſcu-
li eiuſdem gradus & lineæ & remotioris, cùm de ex-
cludenda filia defuncti agitur, Burg. à Paz. *d. conſil. 29.*
n. 57. & ſeqq. & alij ſuprà *n. 23. 25. 55. & 95.* allegati, qua de
re fuſiùs *d. conſil. 1. n. 249. & 250.*

Tertiò, opponitur de d. tranſactione de † anno 1574 194
ſed quinque modis ad eam fusè reſponſum fuit *in conſ.*
1. à n. 251. vſque ad n. 259. ſed maximè quia tantum abeſt,
vt per d. tranſactionem probetur prætenſa primogeni-
tura, quin potiùs ex ea ſolidiſſimum fundamentum
deſumpſerimus & demonſtrauerimus per eam d. pri-
mogenituram fuiſſe reiectam, & ſolùm habitam fuiſ-
ſe rationem donationis in contractu matrimonij Mel-
chioris contentæ, qua de re ſuprà *17. fundamento. num.*
169. & in articulis duplicatoriis ac inuentario docu-
mentorum *11. fundam. & art. 214. & ſeqq.* & poſito &
non conceſſo, primogenituram aliquam probari, ea
nulla alia eſſet, quàm iuris Francorum: tranſactio enim
non poteſt intelligi de alia primogenitura, quàm ea
de qua erat lis. At verò ſolùm erat de huiuſmodi pri-
mogenitura iuris Francorum & per eam filia primoge-
niti excludit patruum, vt ſæpe dictum fuit, & caſu quo
de alia intelligeretur, ea eſſet ſimplex, vt in reſponſio-
nibus ad prætenſam deciſionem *n. 198.* diximus.

Quartò, non obſtat † contractus matrimonij & con- 195
ſtitutio dotis in eo contenta Guillelmetæ ſorori per
Stephanum facta, de anno 1469. & 12. Februarij, ac re-
nunciatio eadem die, & quittantia cum recognitione,
de anno 1477. & 8. Iunij ſecutæ, ex quibus iunctis cum
d. contractu tranſactionis inter Stephanum & Bartho-
lomæum initæ, ex aduerſo prætenditur probatum, fœ-
minas incapaces eſſe ſuccedendi in d. Caſtro-nouo,
cùm dos fuerit conſtituta in pecunia à fratre, eáque ſe
aſſerat competenter dotatam, & nihilominus d. Ste-
phanus ab inteſtato deceſſerat. Reſponſum enim eſt
fuſiſſimè duodecim modis in articulis, incipien. Con-
tradicendo penultimo loco productis ab art. 31. vſque
ad art. 74. hæ tamen reſponſiones ad quatuor potiſſi-
mùm capita reduci poſſunt; Primum eſt, quia ex d. con-
tractibus nihil elici poteſt, quod prætenſam incapaci-
tatem denotet: neque enim in d. contractu tranſactio-
nis Caſtri-noui tantùm fit mentio, ſed & omnium mo-
bilium bonorum & immobilium, & nominatim con-
dominij de Cauis-mōtibus, loci de Coſta, bonorum in
loco ſancti Saturnini de Theſio ſitorum, & in d. con-
tractibus matrimonij conſtituta dote in pecunia & ea
mediante iuribus paternis renunciatur generaliter. At
verò ſi ex huiuſmodi contractu tranſactionis elicere-
tur aliqua incapacitas, ea eſſet quoad omnia bona, de
quibus in ea fit mentio. Vna enim † eadémque oratio 196
plura bona etiam ſpecialiter ſpecificata complectens,
& generale pactum vniformiter, debet intelligi, & bo-
na in eis contenta eiuſdem naturæ & qualitatis faciūt,
omniáque quæ ſub vna eadémque oratione & pacto,
vno eodémque iure non diuerſo ex vi illius cenſen-
tur. Nam vna determinatio reſpiciens plura determi-
nabilia, debet ea pariformiter determinare, *l. iam hoc in-*

re.§.ſed ſi aliter. & Bart ibi. *num.1. ff.de valgar.l.quamuis.l.hæreditas.C.de impub.* idem Bart. *in l.in teſtamento.n.1.C.de teſtam.milit.* Oſaſc. *deciſ.81.num.9.* Surd. *conſil.31.num.15.* præſertim cum vnica eſt oratio & verborum conceptio, Surd. *conſil.45.num.37.* vbi enim agitur de interpretatione actus, ea ſumi debet, quæ pariformiter omnibus conueniat, Cranett. *conſil.12.num.20.* Deci. *conſ.101.num.65.* Quod confirmatur ex theoremate iuris, quo dicitur, quod virtus termini, ad quem fit æquiparatio, transfunditur in terminum æquiparatum, Iacob. de Aren. Bart. & Iaſ. *in l.1 ff.de leg.3.l.illud ff.de donat.cauſ.mort.l.1.§.1.ſi quid in fraud.patro.* gloſ. *in cap.1. extr.ne ſed.vacãt.* Sed hoc ſcilicet, quod omnium d. bonorum Guillelmeta fuerit incapax, eſt falſum; locorum enim de Cauis-montibus, de Coſta, cæterorúmque bonorum immobilium; multò magis mobilium notoriè erant capaces fœminæ, ideóque & d. locus de Cauis-montibus poſtea, de anno 1518. fuit liberè, irrequiſito domino, in extraneum pro ſe. ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis quibuſcumque ſtipulantem alienatum. Ergo & quoque idem dicendum eſt de d. loco Caſtri-noui, quod ſi quid ſpeciale in d. loco Caſtri-noui ex aduerſo prætendatur, aliunde quàm ex d. contractibus probandum eſt, cum ex illis vniformis debeat fieri conſequentia & interpretatio.

Confirmantur hæc, quia in d. contractibus matrimonij nulla mentio incapacitatis, nec ratione illius pecuniam tantum in dote habuit; ſed quia maluit d. Guillelmeta dotem in pecunia quàm in bonis habere, idque patet manifeſtè, quia ſi ratione incapacitatis d. loci Caſtri-noui id fieret, ſaltem cæterorum bonorum partem habuiſſet; eam tamen non habuit; quia, vt diximus, maluit dotem in pecunia. hæc enim ratio neceſſariò aſſerenda eſt, quòd ea generalis ſit, incapacitatis verò ratio non poſſet conſtare.

Rurſus hæc confirmantur, quia mediante pecunia iuribus & bonis paternis renunciat, & ſic pro illis pecuniam accipit, maximè quia hæc omnia voluntariè facta ſunt, nec vlla caret controuerſia inter ipſos, an d. Guillelmeta ſuccedere poſſet necne. Sed ſimpliciter dos conſtituitur & notorium eſt ex eo quòd filia dotem in pecunia ſimpliciter accipit, & ea mediante bonis paternis renunciat, nullam incapacitatem elici poſſe, quin potiùs contrarium.

Nec obſtat aduerſus hoc primum caput, quòd ea ſumma pecuniæ videatur eſſe parua: illis enim temporibus admodum magna reputabatur, præſertim quòd bona pauci valoris eſſent, & pecuniæ multum æſtimaretur; quod patet ex ipſomet contractu, quo pro ſolutione mille centum flotenorum datur in ſolutum vintenum d. Caſtri-noui pro ſeptem annis, & in quo vinteno maxima para reddituum d. loci conſiſtebat & conſiſtit, vt ex atteſtationibus ex aduerſo productis citra z. niſi x. patet. Ideóque d. Guillelmeta aſſerit in quittantia, ſe competenter dotatam iuxta bona paterna, quòd ſcilicet exiſtimauerit eam pecuniæ quantitatem maximam reputandam, ſed d. Stephanus procurauit renunciationem bonorum paternorum, ne ſibi moleſtia per eam inferretur, quòd ſciret portionem ſibi in illis competere. Denique potuit Guillelmeta vno obolo iuribus ſuis renunciare, ita vt nulla inde incapacitatis ratio elici poſſit.

Et tantum abeſt vt ex d. tranſactione inter Stephanum & Bartholomæum inita d. incapacitas eliciatur, quin potiùs omnis natura feudi ex pacto & prouidentia tollitur, per varias rationes in articulis duplicatoriis deductas ab art.201. vſque ad art.209. & ſuprà *in 15. fundamento*, præſertim quod in ea dicunt ſe hæredes patris, & de ipſius ſucceſſione & hæreditate controuertunt, omniáque bona ibi mentionata, & inter ea Caſtrum-nouum dicitur eſſe de hæreditate d. Ludouici, quod omnem naturam feudi ex pacto & prouidentia excludit.

Atque hoc primum caput reſponſionis confirmatur, quia conſuetudo familiæ vel loci vt filiæ, maſculis extantibus, cum dote contentæ, hæreditati renuncient, vel ad eam aſpirare non poſſint, non probatur ex eo quòd multæ à maſculis excluſæ fuerint, niſi doceatur hoc vi & reſpectu talis conſuetudinis, aut quod talis eſſet conſuetudo, factum fuiſſe, quoniam teſtamentis aut conſenſu earum, ſimilíve modo factum eſſe potuit, Anchar. *conſil.339.n.8.* Corn. *conſil.125.n.1.verſ.quod autem non obſtet filia, vſque ad fi.lib.4.* Crauet. *conſil.197.n.12.* Maſcard. *conſil.430.n.1.*

Secundum caput eſt, quia poſito & non conceſſo, quòd aliqua coniectura incapacitatis ex d. contractibus eliceretur, tamen ea ex aliis, iiſque validioribus, immò ex veritate ipſa clarè probata elideretur, nec illius vlla eſſet habenda ratio, maximè ex compoſitione cum Camera, de anno 1373. ex homagiis antiquiſſimis, mediis & nouiſſimis, ex matrimoniis Guinoti & Melchioris, ex tranſactione inter d Ludouicum & quondam Ioachimum inita, quemadmodum in poſtremis articulis deducitur. Vna enim † præſumptio tollit 197 aliam. *l.cum indebito.ff.de probat.* Alex *in l.furioſum.n.3. in fi. C. qui teſtam. facer. poſſ.* & vna præſumptio aliam proſternit, ſicut clauus clauum, Coſta. *de fact. ſcientia. cent.2.diſtinct.60.num.16.* Surd. *deciſ.124.n.22.& conſil.311.n.79. & conſil.383.n.25.conſil.429.n.28.lib.3.* Multo minus præſumptio veritati præualere poteſt.

Tertium caput eſt, quia poſito præſumptionem aliquam elici nec eam elidi, tamen nihil aliud inde inferri poſſet, quàm inductum eſſe in d. familia, idque per præſcriptionem, vt fratres maſculi, ſorores excluderent, & vt filiæ defuncti eo caſu ſuccedere non poſſent, idque generaliter in omnibus bonis, nedum in d. Caſtro-nouo, cum de omnibus bonis facta ſit d. tranſactio, ſicut & conſtitutio dotis. At verò huiuſmodi præſcriptio ſeu conſuetudo, non niſi Principe ſciente induci potuiſſet, ſuprà *num.52.* nec niſi in ſucceſſione ab inteſtato procederet, *num.53.* ſed & in ipſamet ſucceſſione ab inteſtato nonniſi cùm controuerſia eſſet inter fratres & ſorores liberos defuncti, non autem inter filiam eiuſdem & patruum, *ſuprà num.47.* multo minus hoc caſu quo de maſculo, eóque agnato ea filia defuncti, per filium propatrui excludendo agitur, vt ſuprà edoctum fuit, d. locis & aliis, ita vt hæc omnia nihil ad caſum noſtrum faciant. His adde quæ ſuprà dixi *num.23.& 25.* de conſuetudine in primogenituris, de caſu ad caſum, & de perſona ad perſonam, & de ſucceſſione ab inteſtato ad teſtamentariam non extendenda, Tiraquel. *de primog.q.16.n.19.* Atque hîc notandum eſt quod diximus, ſi aliqua excluſio ex ea tranſactione probaretur, eam habere tantùm locum in ſucceſſione ab inteſtato, conuinci ex ipſamet tranſactione qua Stephanus non alia ratione ſe admittendum tanquam primogenitum ad omnia bona patris prætendebat, quàm quia vt tunc credebat & aſſerebat, Ludouicus erat mortuus ab inteſtato, ſatis clarè confitens, ſi teſtamentum condidiſſet, liberè de omnibus bonis in d. tranſactione mentionatis, & ſic de loco Caſtri-noui diſponere potuiſſe.

Quartum & vltimum caput reſponſionum eſt, quia ſuperiores omnes reſponſiones dantur, poſito quod d. Ludouicus ab inteſtato deceſſiſſet vt aſſeritur in d. tranſactione inter Stephanum & Bartholomæum inita: ſed ſi verum eſt, vt veriſſimum eſt d. Ludouicum teſtamento cõdito deceſſiſſe, quo hæredem vniuerſalem

d. Ste-

d. Stephanom inſtituerit, & d. Guillelmetæ legatum fecerit io pecunia, io qua eum hæredem particularem fecit, non erit opus alia reſponſione. At verò rem ita ſe habere patet ex tráſactione ſeu alienatione ioter procuratorem Sereniſs. necnon Conſules Auenion, & d. Stephanum inita de d. anno 1469. & 7. Aprilis, & ſic nondum duobus mēſibus à die d. matrimonij elapſis, in qua nominatim id aſſeritur, & alienatio partis territorij Caſtri-noui ſit pro ſolutione d. dotis Guillelmetæ per Stephanum pro legato in teſtamento illi relicto conſtitutæ, & ex qua etiam tranſactione conficitur d. feudum fuiſſe ad inſtar allodialium, cùm pars illius liberè alienari potuerit: idque etiam pro ſolutione
198 legati † foron facti. & ſic capacitas earumdē in d. feudo conuincitur: Nec dici poteſt, hoc permiſſum, quia fiebat pro exſolutione dotis. Nam *Auth. res quæ C. commun. de legat.* non habet locum in feudalibus. *gloſ. 1. in verb. ſeu alienare. in c. 1. de prohibit. feud. alien. per Frid.* Bald *in c. 1. § donare qualiter feud. olim alien. poſſ.* & communem aſſerit Iaſ. *in d. Auth. res quæ n. 26* etſi filia aliunde dotati non poſſit: & in maioratibus hoc etiam generale, idque extra dubium ſi non agatur de filia primi inſtitutoris, Molin. *de primog. lib. 4. tit. 6. num. 25.* & ſuprà diximus *num. 97. & ſeqq.* Denique, ex eo quòd in eo aſſeritur, partem territorij ibi deſignatam ſpectare debere ad d. Stephanum, eiúſque hæredes & ſucceſſores quoſcumque.

Poſtremò, noo obſtat qood ex aduerſo proponitur, d. locum eſſe Baroniam & propterea indiuiduum remanere debere, ill úſque fœminas incapaces. Reſpondetur enim primò, non eſſe verum, quòd ſit Baronia, vt ex omnibus homagiis, compoſitione per Giraodum de Simiana primum d. feudi de familia de Simiana acquiſitorem, & Cameram inita, necnon ex conoocatione ſtatuum Comitatos, io quibus extra numerom Baroniarum inter feudatarios & vaſallos ſimpliciter, abſque titulo dignitatis, d. locus nominatur, & ex omnibus omnino documentis antiquis conſtat. Quod ſi quandoque Ioachimus vltimatè defunctus ſe dixerit Baronem, aut d. locum Baroniam appellauerit, hoc fuit per errorem, & aliàs titulum, qui ſibi non debebatur, vſurpando; idémque aſſerendum eſt, ſi idem quandoque fecerit d. Franciſcus, veſtigiis & errori ſui prædeceſſoris inhærens. Sed huiuſmodi aſſertiones veritatem inuertere non poſſunt, & quatenus opus eſt, reoocatæ fuerunt per d. Fraociſcum. Secundò, reſpondetur d. conſuetudinem generalem habere locum io omnibus omoino feudis, etiam dignitarum, & nominatim Baroniis d. Comitatus, ſcilicet Seriguani, de Balmis, Thori, Oppedæ & aliis, vt ex documentis in actis productis patet. Quæ adeò vera ſunt † vt etiam 199
feudorum, quibus Patritiatus dignitas eſt annexa, qoæ ſumma eſt apud Gallos, ipſiúſque Patritiatus ſint capaces fœminæ, & in illis ſuccedere poſſint, Charond. *aux pand. du droict Franc. cap. 6. pag. mihi 156. & cap. 21. pag. 182.* Chopin. *de doman. Franc. lib. 3. tit. 7. in princ. num. 5.* Thom. Coro. *in Henric. Cod. iur. ciuil. lib. 7. tit. 8.* Gregor. *in ſyntag. part. 1. lib. 6. tit. 12. num. 6.* & in terminis etiam Maioratus † in Baroniis, Marchionatibus, & 200
Ducatibus filia defuncti excludit patruum, Molin. *lib. 3 cap. 4. n. 5.* & ſuprà *n. 36. & 45.*

Denique, etiam de iure feudorum, † & ſecluſa om- 201
ni conſuetudine etſi *cap. Imperialem. § præterea de prohib. feud. alien. per Frider.* ex quorundam ſententia habeat etiam locum in Baroniis, vt ſcilicet indiuiduum ſit huiuſmodi feudum, & ad primogenitum ſpectet, vt docet Cannet. *in c. volentes. § ſed operæpretium. n. 35 fol. 66.* poſt Oldrad *conſil. 237.* Apetn. *conſil. 12. col. 3.* Hoc tamen o intelligendum eſt in magnis Baroniis, non in paruis, & ſimplicibus; docet idem Cannet. *d. c. volentes. § & pariformiter, n. 35. fol. 73.* qualis locus Caſtri-noui, caſu quo eſſet Baronia notoriè eſſet, cum vnico tantùm loco, eóque exiguo admodum abſque vllis omnino dependentiis conſtet.

Poſtremò, etiam † in Baroniis magnis, Marchiona- 202
tibus, Comitatibus, &c. huiuſmodi caput introducens primogenituram, & indiuiduitatem, conſuetudine per vniuerſam Italiam abrogatom teſtatur Socin. *conſ. 67. col. 6. ver. quod diſpoſitio.* poſt Ioan. Andr. *in addit. ad ſpecul. tit. de feud. verſ. non omittam,* & alios quos refert & ſequitur, & ferè vbiq; hanc conſuetudinem receptam poſt multos atteſtatur Vultei. *de feud. lib. 1. c. 8. n. 36. fol. 315.* & per totam Germaniam, Italiam, & alias multas regiones, Borcholten *de feud. cap. 7. n. 42.* His adde quæ circa hoc, quod opponitur hunc locum eſſe Baroniam diximus *conſil. 1. n. 259. cum ſeqq.*

CONSILIVM IIII.

ARGVMENTVM.

DE probatione conſuetudinis.

Feuda in Gallia & Comitatu Venaiſſino fuiſsè ſemper ad inſtar allodialium de iure primogenituræ antiquitus vel hoc tempore in Gallia ſeruato.

In Baroniis an & quando fœminæ ſuccedant.

Data capacitate fœminarum in feudis, an & quando exiſtentibus maſculis ſuccedant & de ordine ſucceſſiuo quando ei ſit locus.

In dubio feudum quale præſumatur.

SVMMARIVM.

1 *Feuda in Gallia, & vniuerſis Prouinciis cis Alpes conſtitutis, & nominatim in Comitatu Venayſſino, fuerunt ſemper & ſunt ad inſtar allodialium. & num. 81.*

2 *Doctori de conſuetudine atteſtanti creditur.*

3 *Ad probandam conſuetudinem in dubio recurrendum eſt ad mores vicinarum prouinciarum.*

4 *Conſuetudo probatur per inſtrumenta.*

5 *Et quæ faciunt notoriam conſuetudinem, & n. 10.*

6 *Ex inſpectione plurium inſtrumentorum probatur generalis & notoria conſuetudo, præſertim ſi antiquis.*

7 *De iure feudorum, in feudis ſimpliciter conceſſis, non niſi maſculi ſuccedunt.*

8 *Notoria conſuetudo non indiget probatione, ſed ſufficit eam allegare.*

9 *Etiamſi merita cauſæ reſpiciat.*

11 *Quando conſuetudo non eſt vniformis, actus interpre-*

tandùm eſt ſecundùm ius commune, & non ſecundùm eam.

12 Conceſſiones feudorum, ſub forma natura feudi ex pacto & prouidentia, non faciunt quin generalis & uniformis ſit conſuetudo qua feuda ſunt ad inſtar allodialium.

13 In feudorum controuerſiis primò forma inueſtitura ſeu pacta in ea contenta; 2. conſuetudo loci; 3. conſuetudines feudales conſideranda, & ſequenda ſunt.

14 Conceſſio feudi ſimpliciter facta, intelligitur ſecundùm conſuetudinem in patria vigentem, vt alienari & in eo fœmina ſuccedere poſſit. & n. 73.

15 Stante varietate obſeruantia, conſuetudo induci non poteſt.

16 Fallit ſi conſtet quid ſit magis obſeruatum.

17 Quando ſunt varia conſuetudines, ea eſt ſequenda, qua eſt fauorabilior & magis fauet libertati.

18 In actibus extraiudicialibus, vbi ſunt plures actus pro conſuetudine, quam contra, non propterea minus inducitur conſuetudo.

19 Quando diuerſitas conſuetudinis reperitur in actibus qui ſe inuicem compatiuntur, ex tali diuerſitate conſuetudo non impeditur.

20 Conſuetudo praſcripta & completa non interrumpitur, aut tollitur, licèt aliquo tempore poſtea contrarium obſeruetur, niſi per tempus legitimum & uniformiter contrarium fuerit obſeruatum.

21 Ius feudale in Gallia non fuit receptum, & num. 22. & 81.

23 Ius Francorum in feudis pugnat ex diametro cum iure Longobardorum.

24 In Gallia, deficiente conſuetudine loci, ſequimur ius Romanorum in controuerſiis feudalibus.

25 Quo tempore libri feudorum editi ſint, & poſtea in ſcholis lecti, & extra prouincias Italia recepti.

26 Impoſſibile eſſe vt in Gallia ius feudale ſit receptum, & n.28.

27 Gallia non ſubeſt Imperio.

29 Quale ius in Gallia circa feuda ſeruatum fuerit & nunc ſeruetur.

30 Fœmina in Gallia ſicut maſculi & ſimul cum illis ſuccedunt.

31 Lex Salica tantùm habet locum in Regni ſucceſſione.

32 In Gallia, ex conſuetudine generali, primogeniti cateris praferuntur, quod quomodo hodie procedat, & num. 36.

33 Iure Francorum fœmina fuerunt & ſunt feudorum capaces.

34 Et primogenitura, etiam ad excluſionem maſculorum remotiorum.

35 Adeò vt filia primogeniti admiſſi excluderet patruum, & n.43.

37 Primogenitura iuris Francorum ſolùm habet locum inter deſcendentes.

38 Fœmina in Baroniis non ſuccedit, exiſtentibus maſculis, quod quomodo intelligendum ſit, ſicut & Faber in §. cæterùm de legit. agnat. ſucceſſione. n. 39. & 41.

40 Fœminas etiam de iure ſuccedere in Baroniis plerique veriùs aſſerunt, certè de conſuetudine ea ſuccedunt in Baroniis.

42 Filia primogeniti ante patrem defuncti ex veriori ſententia praefertur patruo, qua in Gallia ſeruatur.

44 Fœmina in Baroniis, extantibus maſculis, eiuſdem tamen gradus, non ſuccedunt.

45 Baronum appellatio aquiuoca, generalitate enim comprehenduntur Duces, Marchiones, Comites, ſpecialiter verè ſunt certis locis adſcripti.

46 Diſcrimen in inſigniis inter Duces, Marchiones, Comites.

47 Baronia generaliter ſumpta, de iure feudorum ſunt indiuidua, ſpecialiter verò ſunt diuidua.

48 Feuda aut ſunt ſumma, aut mediocria aut infima.

49 Summa feuda ſeu regalia, qua erant indiuidua, facta fuerunt diuidua.

50 In Baroniis certo loco adſcriptis, & cateris feudis, fœmina ſicut maſculi ſuccedunt, ſi ſunt ſimpliciter & abſolutè hereditaria, vel emptitia.

51 Ducatus, Comitatus, Marchionatus, & Baronia, quas dependentias habere debeant.

52 Fœmina in Gallia Baroniarum, etiam generaliter ſumptarum, ſunt capaces; quod tamen conſtitutione regia Caroli noni reſtrictum fuit.

53 In feudorum ſucceſſione quoties fœmina eſt, non admittitur donec extant maſculi, quod quomodo intelligatur, & an ſit in certis tantùm caſibus verum, & numeris ſeqq.

54 Si feudum ſit conceſſum maſculis cum fœminis, ceſſat ordo ſucceſſiuus, ſed fœmina ſimul cum maſculo ſuccedit.

55 Idem in formula vtriuſque ſexus.

56 Idem in feudo abſolutè hereditario.

57 Idem in feudo emptitio.

58 Idem in formula maſculis & fœminis, ſi feudum ſit nouum, etiam pro collateralibus, & iure feudi antiqui conceſſum, in quo filia excludit patruum.

59 Et in feudo pro quo praſtat cenſus, in quo fœmina ſimul ſuccedit.

60 Idem ſi conſuetudine ſimplici, in locis vbi alioquin viget ius feudale, fœmina in feudis ſuccedere poſſunt: nam & tunc filia excludit patruum ex communi, reiecta contrarium ſentientium ſententia.

61 Regulariter fœmina, vbi in feudis ſuccedit, proximior excludit remotiorem maſculum.

62 Statutum & conſuetudo a pari procedunt.

63 Statutum vel conſuetudo, qua, extantibus maſculis, fœmina non ſuccedunt, intelligitur de maſculis eiuſdem gradus.

64 Si feuda ſint ad inſtar allodialium, certiſſimum fœminas cum maſculis eiuſdem gradus ſuccedere, & num. 67.

65 Qui putant data ſimplici conſuetudine capacitatis fœminarum, eas a remotioribus maſculis excludi, iſ fatentur, quod ſi primogenitura adſit, filia excludit patruum.

66 Fœmina faciliùs teſtamento, quàm ab inteſtato admittitur in feudis, data illarum capacitate.

68 Feuda in dubio cenſentur maſculina.

69 In omni diſpoſitione ſemper naturam rei inſpicere debemus.

70 Feudum cenſetur conceſſum ſecundùm propriam naturam.

71 Hac fallunt vbi conſuetudine etiam ſimplici fœmina ſunt capaces.

72 Et multo magis ſi ſint ad inſtar allodialiũ, quia vtroque caſu conceſſio ſecundùm conſuetudinem eſt intelligenda, & in dubio regula eſt pro fœminis.

74 Ceſſat praſumptio, vbi de veritate rei conſtat.

75 Feudum in dubio cenſetur hereditarium.

76 Feudum hereditarium alienari poteſt in praeiudicium proximiorum agnatorum.

77 Feudum ſemel alienatum ſemper manet alienabile.

78 Reſpondetur homagio Giraudi Amici de anno 1244. & dictiones, omnibus, &, quibuſcumque, in materia feudali aquiparantur.

79 Dictio, ſucceſſoribus, plus operatur quàm dictio, hæredibus, etiam in materia feudali.

80 Comitatus Venayſſinus ante annum 1244. ad Comites Tho-

tes Tholoſanos ſpectabat.

82 *Ius feudale nominatim in lingua Occitana nunquam fuit receptum.*

83 *Abbatia ſancti Guillelmi de Deſertis eſt in lingua Occitana.*

84 *Inueſtitura & homagia intelligenda ſunt ſecundùm conſuetudinem loci vbi fiunt.*

85 *Reſpondetur infeudationi ſancti Saturnini & ex ea d. conſuetudinem generalem non euerti doceſtur.*

86 *Etſi feuda ſint ad inſtar allodialium, in alienationibus tamen, in quibus debetur laudemium, non poteſt capi poſſeſſio, niſi ſumpta inueſtitura & ſoluto laudemio.*

87 *Reſpondetur atteſtationibus, quatenus ex illis probaretur, conſuetudine in his prouinciis, vltimo genitum non ſuccedere in feudis, exiſtente primogenito, ſed tantum alimenta percipere.*

88 *In Gallia, ad probandam conſuetudinem requiruntur decem teſtes.*

89 *Ad probandam conſuetudinem teſtes debent deponere de diuturnitate temporis.*

90 *Et frequentia actuum.*

91 *Nec deponentes ſolum de auditu fidem faciunt.*

92 *Et in ſpecie huiuſmodi conſuetudinem in familia de Simiana & dominis Caſtri noui falſam eſſe docetur.*

IN præcedentibus conſiliis maximum fundamentum fecimus in vſu, obſeruantia, & conſuetudine generali totius Galliæ, omniúmque prouinciarum cis Alpes conſtitutarum, & nominatim Comitatus Venayſſini, ac prouinciarum circumuicinarum; qua feuda ſemper fuerunt & ſunt ad inſtar allodialium & patrimoniorum quoad liberam alienationem & ſucceſſionem, ita vt in quemcumque, etiam fœminam, eámque extraneam liberè alienari poſſint, in illíſque fœminæ eodem planè modo quo maſculi & pariformiter cum illis eiuſdem gradus, imò, illis excluſis, ſi ſolæ teſtamento ſint vocatæ, ſuccedant, nec ſine ratione, quòd ex eo ſolo fundamento, omnia quę in contrarium parte Illuſtr. Domini Antonij de Simiana, domini de Cederon, afferuntur, corruunt, quod animaduertentes aduocati d. Domini Antonij, in eo toti ſunt vt d. conſuetudinem inficientur, & eam probatam non eſſe contendant. Hoc igitur nunc ſeparatim diſquirendum eſt, an de d. conſuetudine legitimè conſtet, caſu quo probanda eſſet, quæ tamen reuera probari non debet, vt infrà docebitur. Et certè ea variis modis omnino concludenter probata fuit.

1 Primò, quia DD. paſſim † vno ore de ea atteſtantur, & quidem de vniuerſa Gallia, Petr. Iacob. *in practica de cauſis ex quibus vaſſ. 63. num. 16. 17* Stephanus Bertran. *conſil. 15. n. 16. lib. 1 poſterior.* Chaſſan. *in conſuet. Burg. tit. des fiefs. §. 5. n. 40. vſque ad n. 60. fol. mihi* 117. Guillel. Benedictus *in cap. Raynutius. verb. duas habens. n. 67. cum ſeqq.* Boeri. *in conſuetud. Bituricen. tit. des couſtumes des fiefs, §. 7. fol. 39. col. 1.* Guid. Pap. *q. 59. 135. & 293.* & alij *in conſil. 1. num. 54. & ſeqq.* allegati, & per conſequens de hoc Comitatu, qui Galliæ nomine comprehenditur; præſertim cùm fuerit pars, & portio prouinciæ à Comitib. Tholoſanis poſſeſſus, poſtea per ſanctā ſedem Apo. acquiſitus, vt ex chronicis patet; de omnib. verò prouinciis cis Alpes conſtitutis, Guillel. Bened. *in cap. Raynutius d. verbo duas habens, n. 67. cum ſeqq.* Iaſ. *in l. de quibus n. 64. ff. de legibus.* Cephalus *conſil. 307. num. 40.* Surdus *conſil. 105. n. 15. lib. 1.* Iutrigl. *de feud. cent. 1. tit. 50. n. 78.* & ſic neceſſariò de Comitatu qui intra Alpes eſt. Sed & de ipſomet Comitatu Venayſſino atteſtatur Bertrand. *conſil. 237. n. 1. lib. 6.* & qui Bertraod. Carpentor. erat & locum tenens Rectoris, vt patet ex homagio ſancti Hyppoliti per Petrum de Veſco, coram d. Bertrando præſtito de anno 1489. & 7. Ianuar. ſignato de Cabaois, in actis producto ſub *n. 188.* qui conſuetudines prouinciæ in qua ius reddebat, notas habebat.

At verò doctori † de conſuetudine atteſtanti creditur, 2 Bart. *in l. de quibus n. 21. ff. de legib.* Cotta *in memorabil. verb. Francigena*, Lanfranc. de Oriano *in cap. quoniam contra, verb. reſponſiones. n. 17. fol. 27.* Socin. *conſil. 18. col. 2. verſ. ſed ad hoc.* Benuenut. *in tract. de decoct. n. 6* Guid. Pap *q. 139. n. 1. & q. 565. n. 4.* & quamuis aliqui repugnent, hanc tamen ſententiam magis communem, & veriorem affirmant, Deci. *in l. 2. § mutui datio, ff ſi certum petatur & conſ 691. n. 12.* Grat. *conſil. 12. n. 58. cum ſeqq. lib. 1.* Curt iun. *conſil. 60. n. 5.* Socin. iun. *conſ. 60. num. 10. vol. 2.* Burſat *conſ 43. n. 33. lib. 1* Cardin. Alban *in addit. ad Bartol. in d. l. de quibus, n 24.* Ferret *conſil. 102. n. 6.* Viuius *in comm. opin. verb. doctor.* Imò vni ſoli doctori, excellenti tamen, præſertim ſi teſtetur de Curia vel prouincia ſua, creditur Bartol. *in d. l. de quib. n. 21.* Decius *conſil. 540. n. 10.* Iaſ. *conſil. 15. in fi. lib. 3.* vbi ait hanc opinionem ſeruādam in practica, & ſecundùm eam iudicandum, Socin. iun. *conſ. 60. n. 10. lib. 2.* Guid. Pap. *q. 139. n. 1.* Alban. *in d. l. de quibus n. 24.*

Secundò, probata fuit hæc conſuetudo † ex eo quòd 3 vbi eſſet aliquod dubium, quod tamen nullum eſt, recurrendum eſſet ad morem in vicinis obſeruatum, ille que eſt ſequendus *cap. 1. c. de his, diſtinct. 12. c. ex parte de cenſibus*, Surd. *conſil. 105 num. 15 in fi.* Papon. *lib. 13. tit. 1. cap. 3.* Cormiee. *in Cod. Henric. lib. 8. tit. 1. cap. 1. n. 6.* Menoch. *conſil. 9. n. 22.* At verò in omnibus prouinciis circumuicinis eam conſuetudinem eſſe notoriam certiſſimum eſt, vt de omnibus prouinciis circumuicinis in genere atteſtatur Bertrand. *conſil. 283 n. 5 lib. 4.* in ſpecie verò de Delphinatu, d. Bertraod. *d. conſil. 237. n. 1. lib. 6.* Guid. Pap. *in d. q. 59. de lingua Occitana*, Ranch. *ad d. quæſt. 59. de Sabaudia, & de Pedemontio*, Marth. *ad Guidon. q. 133. de prouincia Prouinciæ*, Bertrand. *d. conſ. 283. n. 5. lib 4.* quibus prouinciis circumdatur Comitatus Venayſſinus.

Tertiò, probatur † validiſſimè ex tranſactione inita 4 inter procuratorem fiſci & Agnetium de Baucio dominum de Brantulis de anno 1320. & 26. Iulij qui procurator tranſigit de ſpeciali mandato fœl. record Ioannis 22. & cum conſilio & aſſenſu Archiepiſcopi Aquenſis & Epiſcopi Vaſionenſis per eundem Ioannem deputatorum. præſentibus Archiepiſcopo de Cauſila pluribúſque aliis ibi nominatis, inter quos ſunt domini noſtri Papæ Theſaurarius. necnon Mareſcallus, idémque Comitatus Venayſſini Rector, & fit in Palatio Auenionis, vbi idem Ioannes morabatur; in qua inter alia hæc verba adſunt: *& fuit actum quod præſens feudum, ſufeudatio ſin feuda. ſint conditionis, & naturæ illius qualis ſunt alia feuda Baronum & Caſtellanorum Comitatus Venayſſini, & quòd in eis ſuccedant maſculi & fœminæ, & tranſuerſales & extranei, & de eis in ſolidum vel ex parte poſſit in qualibet vltima voluntate diſponere & ordinare liberè vt voluerint, & inter viuos vendere & donare, vt modo quolibet alienare, conſenſu, voluntate prælatione, & laudemio & treſeno inter viuos, vt moris eſt in Comitatu prædicto, interuenientibus & retentis ſpecialiter pro parte Curiæ Venayſſini*, & quæ tranſactio inſerta fuit homagio Alizetæ de Baucio de anno 1375. & 11. Nouemb. & Guillelmi de Baucio de anno 1428. & 11. Nouemb. & eiuſdem Guillelmi de anno 1433. præſtitis, ita vt de omnibus d. temporibus affirmetur & aſſeratur d. cōſuetudo; intra quod interuallum temporis omnia

documenta & homagia coram Sanctiſſimo vel officia-
libus ciuſdem, de quorum interpretatione agi poſſet,
facta fuerunt:nā ſuperioritas d.loci per eundem Ioan-
nem acquiſita,& primum homagium per Roſtagnum
de Sabrano præſtitum fuit de anno 1314. & ſic quatuor
annis poſt d.tranſactionem. Poſtremum vero Ludo-
uici ſcilicet, de anno 1422. & ſic vndecim annis ante
homagium d. Guillelmi de Brancio fuit præſtitum. Ex
huiuſmodi verò inſtrumentis probari validiſſimè con-
ſuetudinem certiſſimum eſt, *ex l.vetuſtiſſimam.C.de iur.*
dominij impetr. vt docent Angel. *in d.l.n.1.* Bald. *in l.t.*
verſ.ſed quæro num.5.C.ad Vellei Socin.*conſ.94.col.3.verſ.*
circa ſecundum, Deci. *conſil.11.n.9 verſ.& primò clariſſi-*
ma.Curt.iun.*conſil.106.n.5*.Crauett.*conſ.134 n.9*. Surd.
5 *conſil.105.n.15*, Cephal. *conſil.307.n.43*. Adeò vt ex his †
inſtrumentis notoria ſit & fiat conſuetudo, vt Bald. &
Decius d. locis atteſtantur, atque eo maximè hæc pro-
cedunt, quòd in vim d. pacti d.conſuetudinem conti-
nentis ex eiuſdem conſuetudinis vi d. Comitiſſa ſuc-
ceſſit in d.feudo: rurſus & eo magis, quòd ſumus in
certioribus terminis, quàm in quibus loquuntur DD.
dum ex pluralitate inſtrumentorum conſuetudinem
probari contendunt; cùm ſcilicet in d. inſtrumentis
quid obſeruatum eſt, ſed in d.tranſactione d.conſue-
tudo diſertè aſſeritur, eáque aſſertio quater diuerſis
temporibus & per ſpatium centum & tredecim anno-
rum repetitur, quo caſu alia probatione non eſt opus,
Curtius iunior *conſil.106 n.5.*

Quartò,probatur huiuſmodi conſuetudo ex diuer-
ſis homagiis & inueſtituris,quibus apparet omnia feu-
da Comitatus fuiſſe,& eſſe ad inſtar allodialium,in iiſ-
que fœminas non minùs ac maſculos ſuccedere, & ea
liberè,etiam in fœminam,eámque extraneam,tam per
teſtamentariam diſpoſitionem quàm alienationem in-
ter viuos transferri poſſe, idque de omnibus omnino
feudis Comitatus edoctum fuit: nam ex extractu Co-
mitiorum conſtat quæ & quanta ſint feuda,& per ſin-
gula edoctum fuit, ea eſſe ad inſtar allodialium, vel
vnita menſis Epiſcopalibus aut Capitulis,idque etiam
habere locum in feudis Eccleſiaſticis habitis per ſub-
infeudationem ab Epiſcopis Carpentoract. Caualli,
& Vaſionen. generalem verò obſeruantiam & noto-
6 riam † conſuetudinem probari ex inſpectione plu-
rium publicorum inſtrumentorum certiſſimum eſt,
DD.ſuprà citati,& vltra eos Maranta *ordinis iudiciarij*
diſput.2.n.9.Crauett. *conſil.369.n.16 lib.3.& conſ.476.*
n.4.eod.lib. Maſcard. *concl.423.n.31.& concl.425.n.1.* præ-
ſertim vbi agitur de conſuetudine antiqua, Maſcard.
ibid.n.5. Piag.*de conſu.1.q.10.n.15.& ſeqq.*

Quintò, validiſſimè probata fuit ex variis inſtru-
mentis in quibus homagia aut fiunt ſimpliciter, aut
per ſe & ſuos ſucceſſores,abſque vlla dictione vniuer-
ſali; & nihilominus in illis ipſis feudis fœminæ etiam
extraneæ ſucceſſerunt, tam ex diſpoſitione teſtamen-
taria quàm inter viuos,& ea liberè alienari potuerunt;
ex quo clariſſimè d. obſeruantia notoria tam prouin-
ciæ quàm Curiæ domini in Comitatu probatur: quia
7 ſi ius feudorum haberet † locum in Comitatu, certiſ-
ſimum eſt, non niſi maſculos, eóſque agnatos in illis
feudis ſuccedere poſſe. *cap.1.§.hoc autem qui feud.da-*
re poſſ. cap.1.§.filia. de feud. ſucceſſ.

8 Poſtremò,huiuſmodi vſus & obſeruantia † ac con-
ſuetudo, qua feuda fuerunt ſemper, & ſunt ad inſtar
allodialium,eſt omnibus omnino notoria,& tanquam
talis fuit allegata. At verò generalis & notoria con-
ſuetudo non indiget probatione, ſed ſufficit allegatio
eiuſdem Maran.*d.diſput.2.n.39.* Maſcard. *eadem concluſ.*
423.n.27. & iudex quemadmodum in cauſis ordinato-
riis poteſt procedere per viam informationis; ſic etiam
vbi agitur de conſuetudine notoria, quæ dicitur pri-
uilegiata, Piag. *ea q.10.n.11.12.13.& ſeqq.& 18.* poteſtque
eam ſupplere, Bald. *in l.pliuſfamilias,§.veteram,num.3.*
verſ.item poteſt,ff.de procurat. & in l.1.in fi.C.vt quæ de-
ſunt aduocatis, Bart. *in l.Iulia,n.3.ff.de teſtib.* Roma *conſil.*
51.in princ. neque enim,cùm de conſuetudine notoria
agitur,recipienda eſt diſtinctio,an ordinatoria,vel me-
rita cauſæ reſpiciat: nam etiamſi merita cauſæ concer-
nat, ſufficit eam allegare, nec opus eſt probare; & iu-
dex, ſi ipſi nota non ſit, tenetur de ea ex officio ſe in-
formare,& illa diſtinctio ſolùm procedit in conſuetu-
dine non notoria, & quòd conſuetudinem notoriam,
etſi merita cauſa reſpiciat, non opus ſit † probare, ſed 9
ſufficiat eam allegare, docent in terminis Accurſ. *in l.*
ciues, C. de appellat. vbi agebatur de excuſatione à mu-
neribus publicis, Ioannes Faber *in §.ex non ſcripto, n.*
9.inſtit.de iure naturali. dum ſeparatas exceptiones dat
ad regulam qua cõſuetudo probari debet,vnam,nem-
pe ſi ſit notoria, alteram, ſi ad litis ordinationem ten-
deret; quo caſu ſi iudex dubitet, debet ſummatim ſe
informare, Bald. *in l.3.ſi fugitiui.n.3.C.de ſeruis fugitiuis*,
de conſuetudine circa modum pœnarum. Addition.
ad Bart *in d.l.lege Iulia.ff.de teſtib.* de conſuetudine qua
filij fratrum appellantur nepotes. Cynus *in l.2.n.18.C.*
quæ ſit longa conſuetudo; de conſuetudine Angliæ,qua
primogeniti ſuccedunt. Alexand. *conſil.14.n.1 lib.5.* de
conſuetudine qua venditor tenetur, vbi iudex ſe in-
format ex officio, non citata parte, etſi reperit, etiam
per ſolam famam ſufficit, allegátque Cynum vbi ſu-
prà. Pariſ.*conſil.13 n.33.lib.1.* vbi in terminis de conſue-
tudine alienandi feuda. Natta *conſil.218.n.5.*vbi de con-
ſuetudine collectandi forenſes. Idem Natta *conſil.491.*
n.6. qua dos & donatio propter nuptias poſſunt inæ-
qualiter procedere. Socin.iun. *conſil.65.n.40.de d.con-*
ſuetu.Gall. primogen. admitt.lib.1. Guid.Papæ *ſingulari*
952. vbi notorium videtur innoteſcere iudici, vt per-
ſonæ publicæ. Curt.iun.*tract.feud.part.1.q.1.num.13.*de
conſuetudine qua filius fratris, nepos appellatur, &
conſ.106.num.5. de conſuetudine collectandi forenſes.
Decius *conſil.427.n.10.11.& 12.* vbi de fide adhibenda
inſtrumento alterius, quàm notarij rogati, manu ſcri-
pto, per ipſum tamen ſubſcripto, *& conſil.559.n.9.* vbi
de conſuetudine qua fratres Prædicatores poſſunt bo-
na mobilia acquirere,vt illa vendant, quamuis in qui-
buſdam aliis locis contrarium teneat Crauett. *conſil.*
*137.n.5.*vbi de conſuetudine qualitatis pœnæ. Rota Ge-
nuenſ.*deciſ.2.n.41.* vbi de conſuetudine, qua qui facit
litteras Cambij,tenetur,etſi ille cui diriguntur,eas ac-
ceptauerit, *& deciſ.4.n.15.16.& 17.* vbi de conſuetudi-
ne qua bancherij promiſſio habet vim ſolutionis,& li-
berat debitorem, *& deciſ.16.n.12.& 13.* vbi de conſue-
tudine litteraturæ probandæ, vbi etiam ait quòd talis
conſuetudo in loco dicitur ius commune, poſt Bald.
in tit. de pace Conſtan. n.22. & ſecundùm quam omnis
diſpoſitio interpretanda eſt, *& ibid.n.14* Eadem Rota
438.n 3. vbi etiam de probatione litteraturæ, & idem
quod in ſuperiori, & quòd non citata parte,&c. ſicut
& Crauetta. A Peguera *ad cap.3. Regis Petr. Iacobi,verſ.*
6.num.80.cum ſeqq. loquens in terminis noſtris de con-
ſuetudine Cathaloniæ, quà feuda ſunt ad inſtar allo-
dialium,& ante eum Curt.iun.*conſil.171.in princ.* Vue-
ſemb.*de feud.cap.9.q.58 n.45.*Maſcard. *concl.423.n.26.&*
*ſeqq.*vbi etiam,*ſcilicet num.32.*poſt Tiraquel.*in tract.de*
præſcript.§.1.gloſ.12.fol.8.verb ſed quæſtionis eſt,ait huiuſ-
modi allegationem conſuetudinis notoriæ poſſe fieri
etiam poſt concluſionem in cauſa. Et cùm Decius aliis
in locis contrarium ſenſit, nixus authoritate Barthol.
Socini *conſil.36.n.11.& conſil.39.n.27.& ſeqq.lib.4.* falli-
tur: neq; enim Socinus loquitur in notoria conſuetu-
dine,

dine, ſed in alia exceptinne quæ ſolet dari, de qua ſu-
prà ex Fabro & Maſcardo *d. concl. 423. num. 33. 34. 35. &*
10 *36.* Hane verò de qua † agimus, nororiam eſſe proba-
tur ex inſtrumentis ſuprà deſignatis, præſertim ex ho-
magiis Comitiſſæ de Auelino & Guillelmi de Baucio,
tranſactionéque illis inſita, in quibus nominatim de
d. conſuetudine aſſeritur, & ex vi cuius d. Comitiſſa ad
ſucceſſionem Baroniæ de Brantulis fuit admiſſa. Bald.
in l. 1. verſ. ſed quaro. num. 5. ad Vellean. Deci. *conſ. 11. num.
9. verſ. & primo clariſſima.* Maranta *part. 6. diſpu. 2. n. 39.*
Pari. *conſil. 13. n. 14. lib. 1.* Crauet. *de antiquat. temp. part. 4.
verb. materia, n. 41. circa fi. fol. 26.* Vbi in antiquis ex plu-
ribus inſtrumentis adeò probatur, vt per famam pro-
batio ſufficiat, etiamſi agatur de graui prǽiudicio, &
Crauetam ſequitur Maſcard. *concl. 425. n. 1. & 5.* Piag. *de
conſuet. q. 10. n. 16.* nam & generaliter verum eſt, inſtru-
menta rem notoriam facere, Bald. *l. Imperator, col. 2. de
ſtatu hominum,* & Maſcard. *concl. 1106. num. 19. & ſeq.* poſt
Rotam *deciſ. 16 de reſtit. ſpoliat. in nouis.*

11 Non obſtat quod ex aduerſo opponitur, † huiuſ-
modi vſum, obſeruantiam & conſuetudinem non eſſe
vniformem, ſed variam, quo caſu actus interpretandus
eſt ſecundùm ius commune, non ſecundùm cõſuetu-
dinem, Alex. *conſil. 5. n. 7. verſ. 4. vol. 5.* Bart. *in l. 2. n. 22. ff.
ſolut. matrim.* Deci. *conſil. 129. n. 1. verſ. & quando,* Natta
conſil. 332. n. 7. vol. 2 Rol. à Valle *conſil. 13. n. 18. vol. 4.* quod
ius commune præſupponũt eſſe ius feudale. Ex aduer-
ſo verò prætẽditur probata huiuſmodi varietas ex ali-
quarum conceſſionum ſeu infeudationum, in fauorem
maſculorum tantùm & aliàs naturam feudi ex pacto
& prouidentia hominis continentium factarum, pro-
ductione; ſed ad hoc variis modis reſpondetur.

Primò, & hæc eſt veriſſima & ſolida & rem ipſam vt
eſſe debet clarè demonſtrans reſponſio, negãdo ſcilicet
penitus huiuſmodi variationem & difformitatem; &
aſſerendo d. conſuetudinem & obſeruantiam omnino
ſemper fuiſſe, & eſſe vniformem, abſque eo quòd vn-
quam ab illa diſceſſum fuerit, etiã præſuppoſito quòd
huiuſmodi cõceſſiones, ex aduerſo productæ, effectũ
habuiſſent, & adhuc habeant; quod tamen non eſt ve-
rum, vt infrà dicetur: nam, vt docerent non eſſe vnifor-
mem conſuetudinem, debebant probare quòd facta
cõceſſione alicuius feudi ſimpliciter, Titio ſcilicet, vel
etiam mentione facta hæredum vel ſucceſſorum, nulla
dictione vniuerſali adiecta, vel duabus dictionibus,
hæredum, vel *ſucceſſorum* non iunctis, quòd aliquando
in aliquibus ex dictis feudis ita conceſſis, fœminę cum
caſus accidiſſet ſuccedere, aut ea in extraneum alienari
non potuerint: nam tunc cùm varia eſſet obſeruantia,
ſi quãdoque in aliquibus fœminæ ſucceſſiſſent, in ali-
quibus non ſucceſſiſſent, diceretur difformis non vni-
formis cõſuetudo, cùm tunc obſeruantia in aliquibus
obſeruãtiæ in aliis in iiſdem terminis conceſſionis op-
12 poneretur; ſed † quòd aliqua feuda cõceſſa fuerint ſub
natura feudi ex pacto & prouidẽtia hominis, ex eo nõ
fit quin ſemper generalis & vniformis ſit conſuetudo,
qua feuda ſunt ad inſtar allodialium: nam id ipſum eſt
quod aſſerimus, quòd ſcilicet ea conſuetudo ſit perpe-
tua & vniformis, niſi nominatim in conceſſione aliter
dictum ſit, & tunc in illis tantum feudis, ex vi conuen-
tionis & pacti, non ex vi contrariæ alicuius obſeruãtię
& conſuetudinis ſequimur formam inueſtituræ; ſed, ſe-
cluſa conuentione & pacto, ſuccedit conſuetudo per-
petua & vniformis, qua feuda ſunt ad inſtar allodia-
lium, atq; hoc clariſſimè probatur ex eo quòd quum
13 quæritur † qualitèr cauſę feudales decidi debeãt, ea eſt
vera & communis omnium Doctorum ſentẽtia, quòd
primò debeat attendi tenor inueſtituræ, de quo eſt tex-
tus & ibi feudiſtæ *in s. 1. ibi, propter tenorem inueſtitura,
de duob. fratrib. à Capita. inueſtit.* Iaſ. *ſuper vſib. feud. n. 98.*
Secundò debet inſpici conſuetudo loci, vbi feudum
conceſſum eſt, *l. 4. § fina. de publ.* Tertiò ad ius commu-
ne feudorum recurritur. His tribus deficientibus, ità
quòd nec per pacta nec per conſuetudinem ſpecialem
nec generalem caſus feudalis decidi poſſit, recurren-
dum eſt ad legem ciuilem; & poſtremò ad ſimile, vt fu-
ſè docent Mari. Laudenſ. *de feud. cognit. n. 9.* Præpoſitus
ibid. n. 3. Gue Piſo *in præludiis feudor. cap. 7. num. 1. 2. & 3.*
Ludou. à Peguera *in cap. 3. D. Reg. Petri 3. in 2. pralud. n.
10.* Vultei. *de feud. lib. 2. c. 3. n. 22. 23. & 24* Schneid. *in
Epitome feud. part. 1. n. 10. 11. & 12. & ibi addition. ſub litte-
ra G. & H.* Knichen *de veſtitur pactionib. c. 1. n. 9. 10. & 11.*
poſt Socio. Antonium Lanatum *conſ. 100. n. 12.* ex quo
patet conſuetudini non eſſe locum, niſi ceſſante forma
inueſtituræ, & nonobſtante contraria forma; non pro-
pterea minus dici cõſuetudinem generalem & vnifor-
mem, & eam ſequẽdam ex defectu pactorum expreſsè
appoſitorum inueſtituræ. Atq; id eſt, quod aſſerimus,
feuda eſſe, ad inſtar allodialium, niſi nominatim & ex-
preſsè aliter in cõceſſione cautum ſit, & qui in aliquo
feudo d. conſuetudinem non habere locum prætẽdit,
id ex contraria conceſſione probare debet; quod ni fa-
ciat, conſuetudini ſtãdum eſt, & in terminis. quòd data
dicta conſuetudine, nihilominus inueſtituræ imprimis
ſit habenda ratio, & ea deficiẽte ad d. conſuetudinem,
qua feuda ſunt ad inſtar allodialium, recurrendum,
quæque manet firma, generalis & vniformis, deficien-
te inueſtitura: docet idem Peguera *in d. cap. 3. verſ. 3.
num. 38. & verſ. 4 num. 23.* Ideóque ſi qua forſan feuda
in Comitatu, ſub forma ex pacto & prouidentia con-
ceſſa videntur, ea in illis ſequenda eſt; ſed iis ſecluſis
remanet perpetua, generalis & vniformis conſuetudo.

Et planè cùm DD de difformi obſeruantia loquun-
tur, intelligi debent data paritate terminorum In diſ-
paritate & difformitate obſeruantiæ, & obſeruantiam
obſeruantię opponere debemus, non autem diuerſita-
tem conceſſionis conſuetudini, quæ eſt ſuccedanea &
ſucceſſiua, non contraria, cùm illi non ſit locus, niſi de-
ficiente tenore inueſtituræ, vt patet ex doctoribus ſu-
prà in contrarium citatis: nam Alexand. loquitur de
conſuetudine decem pro centenario, ratione laudemij
feudorum, eo quòd quandoque decem, quandoque
minus fuerat præſtitum. Bart. autem *in d. l. 2.* loquitur
quando diuerſimodè inſtrumenta in ciuitate confi-
ciuntur, Deci. *in d. conſil. 129.* præſupponit quandoque
electionem operariorum factam à vicinia, confirma-
tam ab Epiſcopo, quandoque verò Epiſcopum eos im-
mediatè nominaſſe & elegiſſe, apud Nattam *d. conſil.
332.* erat diuerſa obſeruantia, quia quandoque tres te-
ſtes, quandoque non, adhibiti fuerant, in confectione
inuentarij hæredum, Roland. *d. conſ. 13.* agit de conſue-
tudine menſurandi prędia, quę variè fuerat obſeruata.

Nec obſtat ſi ex aduerſo inſtetur, certam feudorum
conceſſionem non poſſe in aliquo Regno præſumi,
quando conſuetudo infeudãdi eſt difformis, ideóque
Intrigl. *cent. 1. q. 50. n. 12. & ſeqq. præſertim 18. & ſeqq.* con-
tendere in Regno Siciliæ, ex communi forma feudo-
rum, *pro te & hæredib. tuis ex tuo corpore legitimè deſcen-
dentibus,* feudum in dubio non prǽſumi hæreditarium,
quia forma cõceſſionis non erat vniformis: nam reſpõ-
detur, nos nõ eſſe in huiuſmodi terminis: neque enim
quærimus, an ex forma cõcedendi conſueta, præſuma-
tur feudum hęreditarium; ſed dicimus quòd niſi inue-
ſtitura repugnet, & nominatim cõſtituatur feudum ex
pacto & prouidentia, quòd quibuſcumq; aliis verbis
ſit concepta conceſſio, feudum ſemper ſit ad inſtar al-
lodialium, ita vt nõ opponamus conceſſionem cõceſ-
ſioni, vt quæramus quæ ſit ſolita forma cõcedendi; ſed

ſolùm conſideramus conſuetudinē generalem perpetuam & vniformem, quę niſi nominatim in cōceſſione conſtituatur; feudum ex pacto & prouidentia, ſemper viget, vt feuda ſint ad inſtar allodialium, & eo caſu feu-
14 dum † ſimpliciter cōceſſum cenſeatur pro quibuſcumque, & quod magis eſt, ad inſtar allodialium ex vi d. conſuetudinis, Oldrad. *conſil.* 159. *n.* 9. Patiſ *conſil.* 13. *n.* 30. *& conſil* 21. *n.* 48. *lib.* 1. Brun. *conſil* 81. *in fi.* Alciat. *de præſumpt. reg.* 3. *præſump.* 32. *n.* 15. *in fi.* Burſa. *conſil.* 50. *num.* 15. *lib.* 1. & alij *conſil.* 3. *n.* 109. *&* 110. allegati: ſed & in terminis Intrigliolij tandem *n.* 210. *& ſeqq.* concludit, feudum informe & præſcriptū præſumi hæreditarium ſecundùm quid, ſeu ex pacto & prouidentia legis, quod & antea ſenſit *n.* 43. cùm ait, quòd ſi reperiantur feuda non hæreditaria, non poſſint diſtrahi in pręiudicium agnatorum, ſentiens clarè, quòd ſi non conſtet non eſſe hæreditaria, hæreditaria præſumantur.

Secundò reſpondeo, nedum vniformem eſſe conſuetudinem, non obſtantibus aliquibus conceſſionibus, iuxta naturam feudi ex pacto & prouidētia factis, ſed & reuera nulla feuda ex pacto & prouidentia etiam ex vi conceſſionum eſſe in Comitatu: nam ſi quæ ita factæ ſunt ab aliquibus annis, vt quoad d. feuda à conſuetudine generali recederetur, quæ alioqui in illis ſicut in cæteris habuiſſet locum; eę tamen vel effectum non habuerunt, vel reuocatæ fuerunt, vel per ampliationes, vel alio modo d. feuda ad antiquam naturam redierunt, vel d. conſuetudini generali cōformia facta fuerunt; ita vt quemadmodum ante d. conceſſiones, ita & nunc nulla ſint feuda ex pacto & prouidentia in d. Comitatu, excepto forſan vnico feudo, ſcilicet de Iauono, pauci momenti ſine habitatoribus & oppido in ſolo Caſtro conſiſtente: dixi, forſan, quia & poſtremis temporibus dominus d. loci ſub forma, *pro ſe, ſuis hæredibus & ſucceſſoribus quibuſcumque*, receptus fuit ad homagium: tantæ enim efficaciæ eſt d. conſuetudo, vt quamuis in nouis conceſſionibus ſummi Pontifices ab ea recedere voluerint, ſemper tamen ad eam reditum fit, quemadmodum ſigillatim & in indiuiduo de ſingulis feudis, quæ ex pacto & prouidentia prætendebantur, deductum fuit in articulis poſtremo loco productis, & probatum per documenta in inuentario deſignata.

Tertiò reſpondeo, poſito iam, citra præiudicium veritatis, alteratam fuiſſe cōſuetudinem in aliquibus feudis; alteratam, inquam, ex vi contrariæ obſeruantiæ, non autem ex vi tenoris inueſtituræ (nam eo caſu non poſſet dici difformis conſuetudo, vt ſuprà dictum fuit) non tamen propterea minus erit vniformis conſuetudo, & verba dubia inueſtiturarum ſeu homagiorum,
15 ſecundùm eam intelligenda erunt: nam † etſi, ſtante varietate obſeruantiæ, conſuetudo induci non poſſit, & à iure ſcripto non diſcedatur, Deci. *conſil.* 11. *num.* 12:
16 Piag. *de conſuetudine quæſt.* 14. *num.* 74. tamen hoc † non procedit quando conſtat quid ſit magis & frequentius obſeruatum; quia tunc illud attenditur, Bart. *in repetit. l. de quib. n.* 16 *verſ. exemplum, ff. de legi.* Deci. *d. conſil.* 11. *n.* 12. *verſ. ſecundò reſpondetur.* Iaſ. *conſil.* 149. *n.* 4. *verſ. ſicut in ſimili lib.* 2. Piag. *ead. quæſt.* 14. *num.* 76. Menoch. *conſil.* 75. *num.* 66. At verò in caſu noſtro, ſi aliqua eſſent feuda ex pacto & prouidentia, quæ tamen, ſecluſis pactis expreſſis in d. conceſſionib. feudi, nulla ſunt aut non-
17 quam fuerunt, ea pauciſſima ſunt. Quod † confirmatur quia vbi ſont variæ & diuerſæ conſuetudines, illam ſequi debemus, quæ eſt fauorabilior, Roland. *conſil.* 69. *n.* 49. *lib.* 2. & quæ tendit pro conſeruatione libertatis, Surd. *conſil.* 449. *n.* 8. *lib.* 3.

18 Quartò reſpondetur, quòd in † actibus extraiudicialibus, vbi ſunt plures actus pro conſuetudine quàm contra, dicitur nihilominus inducta conſuetudo, quia actus contrarij cenſentur geſti non vt derogetur conſuetudini, ſed quia aliter inter partes fuit conuentum, Bart. *in d. repetit. l. de quibus n.* 16. *verſ. exemplum, ff. de legib.* At verò notorium eſt, quòd ſi aliqui eſſent actus contrarij, ij eſſent admodum rari, & extraiudiciales.

Quintò reſpondetur, quòd quando † diuerſitas con- 19
ſuetudinis reperitur in actibus, qui ſe ad inuicem compatiuntur, ex tali diuerſitate conſuetudo non impeditur. Deci. *d. conſ.* 11. *verſ. tertio & vltimo reſpondetur*, vbi exempla ponit. At verò hæc inter ſe compatiuntur, vt feuda quidem regulariter ſint ad inſtar allodialium, & aliqua tamen ſint ex pacto & prouidentia, quòd ſcilicet inter partes ita conuentum ſit & ita nominatim in inueſtitura cautum.

Poſtremò reſpondetur, poſito, citra pręiudicium veritatis, quòd aliqua ratio dictarum conceſſionum, ſub forma feudi ex pacto & prouidentia factarum, haberi deberet, planè in caſu, in quo verſamur, nulla omnino eſſet habenda, nec propterea minùs eſſet vniformis & generalis cōſuetudo, ſecundùm quam homagia & documenta in hac cauſa producta interpretanda & intelligenda eſſent: nam eæ nō ſunt factæ niſi ab anno 1492. citra, eſt quidem vna pro parte loci de Cauismōtibus, & pro loco de Rupe in fauorē Spifami, de anno 1447. ſed ea ob vim d. conſuetudinis non habuit effectum ſub forma feudi ex pacto & prouidentia: imò receptus fuit ſub forma *pro ſe, ſuis hæredibus & ſucceſſoribus quibuſcumque*, vt conſtat ex inuentario documētorum. Sed vtcumque ſit, nullam conceſſionem produxerunt aut producere poſſunt, de tempore quo homagia & alia documenta, de quorum interpretatione agi poteſt, facta fuerunt: poſtremum enim ex his, eſt Ludouici de anno 1422 præſtitum: ita vt ad ſummum, ante d. annum 1447. nihil opponi poſſit, quominus d. cōſuetudo generalis fuerit ſemper perpetua & vniformis, abſque eo quòd vllum omnino feudum ex pacto & prouidētia, etiam ex vi conceſſionis & conuentionis, demonſtrari poſſit: &, quod magis eſt, omnia documēta & homagia d. loci Caſtri-noui facta ab eo tempore, quo ſuperioritas d. loci fuit per ſanctam ſed. Apoſtolicam acquiſita, fuerunt facta intra illud interuallum temporis, quo tranſactio & homagia quibus aſſeritur de d. conſuetudine, ſunt facta: Nam primum homagium fuit de anno 1314. Roſtagni ſcilicet de Sabrano, Giraudi verò eius filij de anno 1335. eiuſdem ſiue alterius Giraudi de anno 1364. compoſitio cum Camera per Giraudum de Simiana primum de d. familia d. feudi acquiſitorem, de anno 1373. homagium Berengarij eius filij de anno 1412. Ludouici filij Berengarij de anno 1422. At verò tranſactio de ſpeciali mandato Sanctiſsimi cum Agantio de Baucio facta de anno 1320. homagium Comitiſſę de Auelino, de anno 1379. Guillelmi de Baucio de anno 1428. & aliud eiuſdem de anno 1433. per ſpatium centum tredecim annorum, vt ſuprà etiam ante *num.* 4. dictum fuit. Sed antè & ſemper d. conſuetudo fuit perpetua & vniformis, vt ex actis in hac cauſa productis patet; ita vt in vanum D. dominus de Cederon laborauerit producendo d. conceſſiones: nam quoad homagia per ſucceſſores Ludouici vſque in hanc diem præſtita, ea clariſsima ſunt; nec quidquam in eis, etiam ſecluſa conſuetudine, & inſpecto ſolo iure feudali, ambigi poteſt: fuerunt enim præſtita, *pro ſe, ſuis hæredibus & ſucceſſoribus quibuſcumque*, vt tranſactio Stephani filij Ludouici cum Conſ. Auenion. de anno 1469. & homagia Ianſani de anno 1536. & Ioachimi eius filij de anno 1556. & iſtius noſtri Ioachimi de anno 1605. aut ſub clauſula, *pro ſe, ſuis hæredibus & ſucceſſoribus*, quæ etiam cōſtituit feudum purè & abſolutè hære-

hæreditarium, vt homagium Melchioris filij d. Stephani patriſque d. Ianſani de anno 1506. Ideóque etſi in terminis conſuetudinis probatum fuiſſet, quod tamen non fuit, à d. anno 1447. fœminas fuiſſe excluſas ab aliquibus feudis ſimpliciter conceſſis, vel ſub ſimplici mentione hæredum vel ſucceſſorum, eáque alienari non potuiſſe; nihil tamen concluderetur: nam, quod dicitur, propter varietatem præſtationum debere recurri ad ius commune, illud procedit quando illa varietas fuit ante inductam & completam præſcriptionem: quia cùm nulla conſuetudo ſit præſcripta, & per-
20 fecta, & efficax, † vnus vſus interrumpit alium; ſed quando cõſuetudo fuit præſcripta & completa, tunc, licèt aliquo tempore contrarium poſtea obſeruetur, non interrumpitur aut tollitur præcedens conſuetudo; niſi per tempus legitimum vniformiter in huiuſmodi caſu fuiſſet contrarium obſeruatum; hæc ſunt verba Alex. *conſil. 5. num. 2. verſ. non obſtat*, dum quartò & fusè docet *num. 6* Plus dico, hîc non agi de docenda conſuetudine in Gallia & Comitatu obſeruata, ſed aſ-
21 ſerimus nunquam ius † feudale in Gallia & Comitatu receptum, Petr. Iacub. *in ſua pract. de cauſ. ex quibus vaſſ. 43 num. 27. & ſeqq.* & in definitione feudorum, non exiſtente conuentione in contrarium, conſuetudines locorum ſi quæ ſunt, & his deficientibus ad ius Romanum non ad feudale recurrendum, Charond. *lib. 5. reſponſ. cap. 6.* vt poſtea fusiùs dicemus.

Hæc certiſſima & clariſſima ſunt & omnibus notoria, vt nullo modo in controuerſiam legitimè deduci poſſint.

Sed quid non moliuntur aduocati d. Domini de Cederon, vt litem fatis inconſideratè inſtitutam tueantur: Recurrunt, vt audio, ad alia refugia eáque debiliſſima, & nihil concludentia.

Ac primùm aiunt, bona feudalia quoad ſucceſſionem de generali conſuetudine Galliæ redacta fuiſſe ad inſtar patrimoniorum, Guid. Pap. *deciſ. 133.* ſed eam potiſſimùm inualuiſſe temporibus Hugonis Capeti, vt docet Bacq. *in tract. des francs fiefs, cap. 2. num. 6.* & eum ſequutus Mathæus *ad d. deciſ. Guidon 133.* ſed quid inde concludunt? ánne quòd antea ius feudale in Gallia habuiſſet locum, eorúmque propterea fœminas, certis exceptis caſibus, incapaces, & in extraneos alienari non potuiſſe?

Huiuſmodi obiectio totam hanc rem clariorem red-
22 dit: ſi enim ſtatuo † ius feudale, de quo in vſibus feudorum, nunquam in Gallia habuiſſe locum, vt atteſtatur Petr. Iacob. ſummus & antiquus iuris Gallici practicus, *in ſua prattica tit. de ſucceſſ. Reg. vel potiùs de cauſis quibus vaſall. 43. in princ. num. 15. & ſeqq.* maximè 27. & 28 Argentræ. *in tit. sur. Britann. de Baſtard. gloſſ. 3. num. 4.* & ante eum Ioannes Raynaudi *in compreh. nſ. feud. in princ. num. 27. & 28. in fi. & 29. fol. 10. & 11.* vbi Iacob. intelligit etiam in prouinciis Galliæ, quæ reguntur iure ſcripto, quod & Intrigl. nouit *cent. 1. quæſt. 4. num. 31.* ſed malè ait in quibuſdam partibus Franciæ non fuiſſe receptum, in nullis enim fuit receptum; &
23 ius † Francicum in feudis pugnat ex diametro cum iure feudorum Longobardicum, Choppin. *de domanio lib. 3 tit. 6. in princ.* & Franci ius proprium in feudis introduxerunt, antequam Longobardorum vllam cognitionem haberẽt, Charond. *in conſuet. Pariſ. tit. des fiefs, in princ.* & cùm in controuerſiis feudalibus pactorum & conuentionum in inueſtituris cõtentarum in primis ſit habenda ratio, tum conſuetudinis in loco vigentis, & hac deficiente recurratur ad ius feudale, de quo in vſibus feudorum, Schneid *part. 1. n. 10. & ſeqq* Vultei. *de*
24 *feud. lib. 2. cap. 3. n. 22. & 24.* In † Gallia tamen, deficiente conſuetudine particulari, ſequimur ius commune Romanorum, Charond. *lib. 5. reſpon. cap. 6.* Argentr. *d. gloſ. 3. n. 4.* eſt verò ex Bacq. & Matth. authoritate, impoſſibile eſt vt ius feudorum fuerit vnquam receptum in Gallia: nam aiunt, feuda fuiſſe ad inſtar patrimoniorum, potiſſimum tempore Hugonis Capeti, qui regnauit circa annum 988. vt ex Genebrardo & Gauterio in chronologia conſtat. Si potiſſimum E. & iam antea cœperant eſſe ad inſtar patrimoniorum. At libri † feu- 25
dorum non niſi circa annum 1170. editi fuerunt à Gerardo Nigro & Oberto de Orto qui vixerunt circa id tempus, Otho Friſing. *lib. 2. de reb. geſt. Frider cap. 12.* & poſt eum Cuiac. *in proœmio feudorum*, libri enim primi author eſt idem Gerardus, ſecundi verò quem in duos diuiſit Cuiac. Obert. de Orto; tertius verò quem quartum vocat Cuiac. ex variis & incertis authoribus collectus: poſt tamen d. Gerardum & Obertum qui in d. libro allegantur *lib. 4 tit. 63. & 66.* penes Cuiacium, quibus libris continentur mores, quibus in feudorum cauſis Ligures ſiue Longobardi vtebantur, qui plerumque fuere diuerſi, vt docet d. Cuiac. d. loco, & iis quidem libris Italiæ mores continentibus poſtquam in ſcholis publicè legi tempore Friderici iunioris ſeu ſecundi, circa annum 1240. idque Bononiæ vel Papiæ, Odofred. *in auth. caſſa, Cod. de ſacroſ. Eccleſ.* Gueri. Piſo *in præl. ud. feud. cap. 1. num. 14. circa fi.* & gloſſematis illuſtrari cœperunt, deficiente conſuetudine particulari libenter alij populi vſi ſunt, quod non niſi longiſſimè nedum poſt d. annum 1170. ſed d. anno 1240. (cùm requireretur, vt d. liber in omnibus gymnaſiis lectus & allegatus fuerit per tantum tempus cuius initij memoria non extaret Gueri. Piſo *d. cap. 1. num. 9.*) accidere potuit & docetur ex d. Cuiac. *d. loco.* Mozz. *de feud. cap. 1. num. 31. & 32.* Intr. gl. *d. quæſt. 4. num. 37. cum ſeqq.* ita vt impoſſibile † ſit vt in Gallia fuerint recepti, cùm iam
inde in d. Regno ab anno 988. & longè antea feuda eſ- 26
ſent ad inſtar patrimoniorum, ideóque † non conſue- 27
tudine aliqua diſceſſum eſt à iure feudorum in Gallia, ſed proprium ius in ea obſeruatum ſemper, abſque eò quòd vnquam vlla iuris feudalis ratio in eo habita fuerit, aut nunc haberi debeat.

Nec his obſtat ſi quis diceret † in libris feudorum 28
extare pleraſque conſtitutiones Imperatorum, Conradi, Lotharij, & Friderici, quæ quamuis longè poſt compilationem Oberti de Orto & Gerardi Nigri per Hugolinum gloſſatorem ibi inſertæ, Cuiac. *in proœmio feudorum*, à die tamen earum promulgationes debent ligare: nam reſpondetur primò, eas non ligare prouincias Imperio Romano non ſubiectas vt Franciam ſeu Galliam, quæ ab anno 425. vel circa ei nõ eſt ſubiecta, vt ex chronologia Genebrardi & Gauterij circa id ſeculum conſtat; & firmat Iaſ. *in vſib. feud. num. 4.* reprobata gloſ. *in tit. de pace iuram. firman. in princ.* vt per Bald. *ibid. num. 2.* & cæteros gloſ. *in §. 1.* & ibi Doctores *de patr. poteſt. & cap. per venerabilem, qui filij ſint legitimi*, à Peguera *in cap. 3 verſ. ſecundo ſi Empero. num. 20.* & in terminis d. conſtitutionum docent Petrus Iacobi *d. tit. 43. num. 27.* præterea ante d. conſtitutiones, feuda in Gallia erant ad inſtar patrimoniorum, ſcilicet longè ante annum 988. Conradus autem ſuſcepit Imperium anno 1027. Lotharius tertius. (*is enim eſt* author conſtitut. *de prohib. feud. alienat. per Lotharium*, Cuiac. *lib. 1. tit. 17.* & probatur *ex tit. 9. lib. 2. §. eſt autem apud eundem Cuiac.*) anno 1133. Fredericus verò ſ. anno 1152. vel 55. qui alienationis feudorum prohibitionem per Lotharium factam, quoad futuras extendit ad præteritas, niſi obſtet præſcriptio 30. annorum, Cuiac. *ad conſtit. Imperialem*, ita vt longè poſtquam feuda eſſent ad inſtar patrimonialium, in Gallia latæ ſint dictæ conſtitutiones, quæ dicuntur, poſito quòd

Digitized by Google

Gallia ſeu Francis ſubdita fuiſſet de d. temporibus
Imperio. Poſtremò etiam eo caſu, quamuis ante fuiſ-
ſent latæ, cùm tamen non conſtet fuiſſe in ea prouin-
cia promulgatas, non ligarent, in authent. *vt facta no-*
uæ conſtit. Non omittendum, cùm de Lothario loqnu-
ti ſumus, eius conſtitutiones extra Germaniam non li-
gaſſe, cùm ſolùm Rex Alemaniæ non Imperator eſſet,
Camerar. *in cap. Imperialem fol.* 11. *de prohib. feud. alie-*
nat. per Frider.

29 At quale fuit ius † in Gallia circa fenda ſeruatum,
aut nunc ſeruatur, & quidem DD Gallici id reperunt à
veteribus Gallis, etiam ante tempus Iulij Cæſaris ex iis
qui clientes, ambacti, deuoti & ſoldurij à Cæſare *lib.* 3.
6. *&* 7. *belli Gallici*, dicũtur, Charond. *lib.* 2. *Pandect. cap.*
15. *fol.* 139. quæ non niſi ad vitam ſolebant dari, nec ta-
men perpetuo, ſed quandiu inſeruirent; ita vt nec hæ-
redes, nec liberi eis ſuccederent, Charond. *d. loco*, ideó-
que, *voyagers*, idiomate proprio vocabãtur, ſed poſtea,
& nominatim Ducatus, Marchionatus, Comitatus
fuerunt redacta ad inſtar allodialium & patrimonio-
rum, Charond. *d. loco fol.* 140 idque circa finem primæ
lineæ Regiæ Merouingiorum, quo tempore imbecil-
litas Regum occaſionem dedit Ducibus & Comitibus,
vt eorum dignitates, quas ſub titulo officij & admini-
ſtrationis habebant, hæreditarias redditerint, quarum
tamen aliquos Reges ſecũdæ lineæ Carolorum ad an-
tiquam formam reduxerunt, nõ omnes: & tamen om-
nes indiſcriminatim ſub finem d. lineæ fuerunt ad in-
ſtar patrimoniorum, ſed præſertim tempore d. Hugo-
nis Capeti, Loyſeau *en traictat. des Seigneuries*, *c.* 5. *n.* 35.
fol. 170. Bacquet *in tract. des francs fiefs*, *tit.* 2. *n.* 6. Qua-
re feuda duplicis tantùm naturæ fuerunt, ſcilicet vel
ad vitam data vel ad inſtar patrimoniorum; & diuiſio-
nes in vſibus feudorum receptæ, vt quædam ſint ex
pacto & prouidentia, quędam hæreditaria: rurſus quę-
dam maſculina, alia verò fœminina, nunquam in Gal-
lia receptæ fuerunt vel ſunt, cùm ſtatim atque vitam
clientis cœperunt egredi, ad inſtar allodialium & pa-
trimoniorum fuerint & ſint, Charond. *d. c.* 15. *fol.* 145. in
30 quibus fœminæ ſicut † maſculi & ſimul cum illis ſuc-
ceſſerunt, Ranch. *de ſucceſſion.* §. 7. *n.* 8. Vueſemb. *conſil.*
74. *n.* 27.

31 Non obſtat † Lex Salica quæ filias excludit; quia
tantùm de Regno & Regni ſucceſſione exandienda
eſt, Bened. *in cap. Raynutius*, *verbo duas habens*, *n.* 72. *cum*
ſeqq. de teſtamentis, Chaſſan. *in conſuet. Burgundiæ*, *tit. des*
fiefs, *verbo. choſes feudales*, §. 5. *num.* 38. *&* 60. *fol. mihi* 17.
Greg. *in ſyntagm. part.* 1. *lib.* 6. *tit.* 12. *n.* 6. Forcat. *de feud.*
c. 7. *n.* 1. Chopp. *de dom. Franc. lib.* 3. *tit.* 1. *n.* 9. *cum additio-*
nibus ad marginem, quod & verba legis Salicæ à Ioan-
ne Phytto relata *in tract. de l. Salica*, demonſtrant; *Ne*
fœmineus, inquit, *ordo Francorum Regnum hereditarium*
nanciſceretur: & cùm in aliquibus libris *in tit. de alode*,
aliter referatur, nulla Regni ſpeciali facta mentione; ſed
tantùm terræ Salicæ, ſcilicet, *de terra Salica nulla portio*
hereditatis mulieri veniat; terram Salicam DD. ſupra d.
locis terram Regiam interpretantur: ſed & Charond.
d. lib. 1. *c.* 2. *fol.* 8. affirmat, inter monumenta patris, quem
aſſerit diligẽtiſſimum inquiſitorẽ antiquitatum Fran-
cicarum, ita conceptam: *de terra Salica nulla portio ha-*
reditatis in Regno mulieri veniat; *ſed ad virilem ſexum*
tota hereditas perueniat, atteſtãtem etiam ita in antiquis
authoribus legiſſe, ſed & qui putant priuatas quoque
hæreditates comprehendiſſe, in hoc conueniunt, illud
tantùm habuiſſe locum apud Francos Orientalea, ſed
diſplicuiſſe iis qui in Galliis ſedes poſuerunt qui alias
Franco-galli dicuntur, in priuatis ſcilicet ſucceſſionib.
non in Regalibus in quib. tantum d. legẽ Salicam reti-
nuerunt, vt Tilius *in ſuis rerum Francicarum obſeruatio-*
nibus lib. 1. Cuiac. *obſeruat. lib.* 8. *tit.* 9. Ranchin. *de ſucceſ-*
ſioni ab inteſt. §. 7. *n.* 2. *&* 3. Charond. *d. lib.* 1. *Pand. cap.* 2.
fol. 9. *in princ.* ita vt apud Francos in Gallia exiſtentes
Lex Salica non niſi in Regni ſucceſſione habuerit lo-
cũ, ſed & apud Francos Orientales non fuiſſe fœminas
per legem Salicam omnino incapaces ſucceſſionis, ſed
tantũ extantibus maſculis eiuſdem gradus, ita vt defi-
cientib. filiis maſculis filiæ ſuccederẽt, excluſis remo-
tioribus maſculis, & quod à regno Franciæ omnino ex-
cludãtur, hoc per conſuetudinis inductum ſit, legém-
que Salicam quoad regni ſucceſſionem tantùm & re-
ceptam & ampliatam docet Titius *d. loco c. des mesda-*
mes, *fol.* 303. *verſo*, vt non mirum ſit, ſi legem Sali-
cam, doctores legem Regiam appellent, quippe quæ
in regni tantùm ſucceſſione nedum ſit recepta, ſed
etiam ampliata.

Secundò opponunt, † quòd inter nobiles de con- 32
ſuetudine generali Galliæ primogenitus ſuccedat in
dominiis & iuriſdictionibus, Bened. *in cap. Raynutius*,
verb. eneod. teſtamento, *i. n.* 175. Boeti. *in conſuet. Bituric.*
tit. de teſtam. & vlt. volunt. §. 2. *verb. Item ſi aucun*, *verſ.*
præterea nota, quaſi verò ex eo concludatur, in Gallia,
exiſtentibus maſculis, fœminas non ſuccedere, ſed pri-
mogenitis ſemper deferri. Reſpondeo idipſum eſſe
quod in conſiliis noſtris fuſiſſimè docuimus, antiquiſ-
ſimo iure Francorum primogenitum † excluſiſſe ne- 33
dum ſorores, ſed etiam cæteros fratres. Sed & quoque
veriſſimum eſt, fœminas eo iure feudorum fuiſſe capa-
ces, Thom. de Marin. *de gener. & qualit. feud. lib.* 1. *tit.* 11.
de feudo fœminino, *n.* 23. *cum ſeqq* Guid. Piſo *in prælud. feud.*
c. 31. *n.* 19. Greg *in ſyntagm. part.* 8. *q.* 7. *n.* 3. Chopp. *de do-*
man. Franc. lib. 3. *tit.* 6. *in princ.* Otho Friſyn. *de reb. geſt.*
Frideri. 1. *lib.* 2. *c.* 21. Boeti. *in conſuetud. Bituricen. tit. des*
fiefs, §. 7. *fol.* 39. 1. *col. in princ.* & alij *in conſil.* 2. *n.* 10. *& in*
3. *n.* 38. & in d. feodis quæ regnnt, † iure Francorum 34
fœminas fuiſſe primogenituræ capaces, etiam ad ex-
cluſionem remotiorum maſculorum, Petr. à Greg. *part.*
4. *q.* 8. *n.* 7. Chopp. *d. lib.* 3. *in princ. tit.* 6. Martin. Lauden.
de primog. q. 11. Cuier. *de primog. q.* 19. *n.* 4. *&* 5. Cephal.
conſil. 251. *n.* 63. & alij *in conſil.* 1. *num.* 237. *& conſil.* 2. *n.* 39.
Adeò vt filia † primogeniti admiſſi excluderet ſecun- 35
dogenitum, eundémque patruum etiam adhuc ſuper-
ſtitem, Chopp. *d. loco*. Tiraq. *de iure primog. q.* 10. *n.* 20. *&*
21. *& q.* 14. *n.* 6. 7. *&* 8. *& q.* 40. *n.* 3. Thom. de Marin. *d. tit.*
de feud. fœmin. n. 47. Camerar. *in reſponſ. quod attexitur*
repetitioni Cannety ad cap. ſi aliquem. verſ. verba hæc, *fol.*
373 *col.* 2. & alij magno numero allegati *in conſ.* 1. *n.* 223.
& ſeqq & conſil. 2. *n.* 10. 12. *&* 36. *& conſil.* 3. *n.* 36. Ita vt etſi
conceſſio feudi facta fuiſſet alicui & eius primogenito
maſculo, & de maſculo in maſculum deferentem no-
men & arma ſeu inſignia, filia tamen, ex linea primoge-
niti deſcendens, prælata fuerit maſculis ex ſecũdoge-
nito deſcendentibus atreſto ſolenni Senatus Pariſiẽſis
de anno 1493. Charond. *aux memorab. obſeruat. verb. fief*,
in fi. pag. 128. *& aux Pandect. lib.* 2. *c.* 15. *fol.* 151. Ex hoc igi-
tur ſolo tota cõtrouerſia in fauorem d. Domini de Co-
ſta definienda eſt, cùm ſi aliqua adeſſet primogenitura
in d. feudo Caſtri-noui, ea eſſet iuris Francorum, & nõ
alia; per quam abſque dubio patruus ſemel excluſus,
multò magis illius filius, per filiam primogeniti repel-
leretur: ſed vt nihil de d. primogenitura † intactum re- 36
linquatur, ea poſtea deſiit eſſe in vſu, & omnes filij &
ſorores ſimul ſucceſſerũt manſerúntque ſolæ reliquiæ
d. primogenituræ, vt ſcilicet primogenitus ſuccedat ſo-
lus in Caſtro ſiue manſo antiquo, quod vulgò appel-
lãt, & in eo terræ ſpatio quod eſt circa manſum, quód-
que è manſo, vulgò *le vol de Chappon*, vt Boer. *ad con-*
ſuet. Bitur. d. loco. & Ranch. *d. tract. de ſucceſſ. ab inteſta.*
§. 10. *q.* 6. docẽt, quod ius hæreditariæ portionis præro-
gatiuam

gatiuam appellat Chopp. *de doman. Franc. lib. 3. tit. 6. in princ.* Idque ita primogenito defertur, vt ſi nihil reſi-
dui ſit in reliquis bonis pro alijs liberis, ſucceſſione
paterna miſeri, & egeni carere debeant, Pap. *lib. 21. tit.*
5. du droict d'aineſſe, arreſt 2. Ranch. *d. loco*, quódque di-
37 citur anagium, † ſolúmque habet locum in recta li-
nea & ſic inter deſcendentes vltimò defuncti, vt docet
Boerius *d. loco* ad exemplar illius primogenituræ anti-
quiſsimæ iuris Francorum, Apetno *conſ. 7. num. 10. verſ.*
& licet, & conſil. 21 n. 7. Cannet. *in cap. ſi aliquem. verſ. bis*
explicitis, n. 2. fol. 298. Camerar. *in reſpon. annecto repe-*
tit. Cannetij, fol. 375. Otho Fiſing. *de reb. geſt. Frider. lib.*
2. cap. 29.
38 Tertiò opponunt, quòd de conſuetudine † fœmina
non ſuccedit in Baronia, exiſtentibus maſculis, etiam
remotioribus, Faber §. *cæterum n. 4. verſ. & videtur de*
leg. agna. ſucceſſione, quem ſequitur Rol. à Valle *conſil.*
58. num. 74. vol. 3. Ad hoc variè reſpondetur. Primò, vno
verbo, negando hunc locum eſſe Baroniam, vt reuera
non eſt, vt fusè in inuentario documentorum demon-
ſtratum fuit; & ſic vno verbo ſatisfieret obiecto. Sed
quia contendimus generaliter ſemper in Gallia fœmi-
39 nas † in Baronia ſucceſſiſſe, nec vnquam per maſculos
remotiores excluſas, ideo ſecũdò reſpõdetur, Fabrum
& per conſequens Rolan. à Valle intelligendum eſſe
in caſu ſuo, ſcilicet quando primogenitus, relicta filia,
deceſſit ante patrem, vt ſcilicet tunc excludatur per ſe-
cundogenitum, nunquam per primum excluſum, non
autem ſi primogenitus fuiſſet ſemel admiſſus, & ita in-
telligendum eſſe docet Chaſſan. *in conſuet. Burgund.*
rubr. 7. des ſucceſſions, §. 10. n. 57. verſ. Ioan. Fab. in §. cæte-
rum, & Melch. Palaes *in tract. maioratus, part. 2. q. 6. n. 19.*
40 Tertiò reſpondetur, quòd quamuis † aliqui exiſti-
ment fœminas de iure non ſuccedere in Baronijs, ve-
rios tamen eſſe, eas ſuccedere, vt fusè docet Burgos à
Paz poſt multos, quos refert *in proœm ll. Tauri num.* 54.
Sed quidquid ſit de iure, certiſſimum eſt de conſuetu-
dine eas ſuccedere, à Peguera *in d. repetit. cap. 3. verſ.*
6. numer. 89. & 94. in fin. & quomodocunque ſit, Fa-
brum intelligendum eſſe, data conſuetudine prohi-
bente fœminas ſuccedere in Baronijs de iure feudali,
ac in terminis *cap 1. de ſucceſſione feud. & cap. 1. de feud.*
fœmin. quæ allegat, in quorum illo fœmina in præiu-
dicium patrui, cui ex natura feudi ius erat acquiſitum,
ſuccedere non poterat, in hoc verò ex natura feudi,
non tamen deficientibus omnibus maſculis à fœmina in-
ueſtita deſcendentibus: ſecus eſt ſi conſuetudo non
ſit excluſiua ſucceſſionis fœminarum: imò per eam
capaces reddantur fœminæ: nam tunc, etſi primoge-
nitura ſit inducta iure iuris Francorum, ſiue teſtamen-
to (modo non ſit maſculina perpetua, per quam ma-
ſculus etiam remotior excludit fœminam) tamen filia
primogeniti, ante patrem defuncti, excludet patruum
41 ex vi repræſentationis. Et cùm in † Gallia feudorum
ſint capaces fœminæ, ea ſententia abſque dubio pro-
cederet nonobſtante doctrina Fabri, qua non niſi vbi
ius feudale viget, habet locum, vt in terminis doctri-
næ Fabri docet Tiraquellus *de iure primogen. quæſt.*
14. num. 6. & poſt eum Palaes *dict. quæſt. 6. num. 19.* &
quamuis ea ſententia, quando primogenitus decedit
42 ante patrem † relicta filia, multos habeat contradicto-
res, tamen hæc verior eſt, vt docet Palaes *d. quæſt. 6. n. 15.*
cum ſeqq. & Couarr. *practic. quæſt. cap. 38. n. 8.* & in Gallia
obſeruatur, vt atteſtatur Tiraq. *d. quæſt. 14 n. 6.* ſed & in
proprijs terminis doctrinæ Fabri. pro filia Doctores
tenere ipſe teſtatur, & docet Burgos *in dict. proœmio ll.*
Tauri num. 68. data tamen capacitate fœminarum: ſed
quidquid ſit, cùm primogenitus prædeceſſit relicta fi-
lia, ſi primogenitus fuiſſet ſemel admiſſus, quin filia
† eiuſdem patruum excludat nemo dubitat; vt inquit 43
Tiraquellus *d. q. 14. n. 7.* denique, dato ſtatuto repel-
lente fœminas propter maſculos, firmat, & planè data
capacitate fœminarum in feudis, quemadmodum eſt
in Gallia, & data primogenitura vel iuris Francorum,
vel alia, omnes conueniunt, nemine diſcrepante, fi-
liam primogeniti admiſſi excludere patruum, vt in
d. conſilijs, & locis ſuprà citatis docuimus. His ad-
de quæ circa Baronias, an earum fœminæ in Gal-
lia ſint capaces, in proximè ſequenti capite di-
cemus.
Quartò opponunt, aióntque † Baroniam non di- 44
uidi, ſed ad primogenitum pertinere, Curt. ſen. *conſil.*
61. num. 7. & Bec. *conſil. 56. num. 18.* ideóque fœminas
in illis, extantibus maſculis, regulariter non ſuccede-
re; ſed quid inde? hic locus non eſt Baronia, vt iam
dictum fuit: ſed demus eſſe; iam docuimus hoc in-
telligendum eſſe de maſculis eiuſdem gradus, non re-
motioribus, Peguera *d. verſ. 6. num. 91. & ſeqq.* Deni-
que quidquid circa hoc caput dici poteſt, de iure feu-
dali procedit, quod, vt ſæpè dictum fuit, in hac patria
& tota Gallia, etiam in Baronijs, Ripa *lib. 1. reſpon. cap.*
1. num. 70. cum ſeqq. non habet locum: vt tamen ſemel
totam hanc quæſtionem de Baronijs explicemus, pau-
cis quid de iure feudali, quídque de iure Gallico cir-
ca Baronias ſtatuendum ſit, demonſtrabimus. Et qui-
dem † Baroniæ nomen æquiuocum eſt; nam aut ge- 45
neraliter accipitur, aut ſpecialiter: primo caſu com-
prehendit Ducatus, Marchionatus, & Comitatus, quæ
feuda regalia, & dignitates regales vocantur, & poſſeſ-
ſores eorumdem dicuntur Barones ſeu Capitanei Re-
gni, vaſſi ſeu valuaſores maiores, propriè tamen (nam
ſunt & alij inferiores qui maiores valuaſores vocan-
tur, ſed impropriè) ac propterea † in ſuis inſignijs co- 46
ronas deferunt, diſtinctas tamen; Ducum enim eſt
ornata lapillis precioſis, Comitum margaritis, Mar-
chionum partim lapillis, partim margaritis, principa-
tus ex ſimplici diademate, ſiue circulo aureo, Loyſeau
des Seigneuries, cap. 5 num. 47. & 48. & cap. 6. num. 10. &
11. Aliæ verò ſunt Baroniæ certis locis adſcriptæ, quæ
ſaltem tres Caſtellanias ſub ſe debent habere. Atque
hæ non ſunt feuda regalia; imò tertium locum inter
quatuor feuda † mediocria obtinent, quæque diuidua 47
ſunt ſicut & Caſtellaniæ, & cætera minora feuda. At
Baroniæ generaliter ſumptæ, feuda regalia generaliter,
ſub ſe continentes, indiuiduæ ſunt de iure feudali,
quod probatur, *ex cap Imperialem § præterea Ducatus,*
de prob. feudi alienat. per Frideric. in quo Ducatuum,
Marchionatuum & Comitatuum fit tantùm mentio,
nulla autem Baroniarum, & huiuſmodi diſtinctionem,
Baroniáſque, indiuiduas ſolùm dici, & ad primogeni-
tum pertinere, cùm eius appellatione comprehendun-
tur Ducatus, Marchionatus & Comitatus tantùm, non
autem cum ſumuntur ſpecialiter pro Baronijs certo lo-
co adſcriptis, quæ tunc nunquam inter regalia feuda
numeratæ fuerunt, ſed tantùm illa tria, & præter hæc
in Gallia principatus docent in terminis Cannetius *in*
extrauaganti volentes, §. & parſ ſormiter, num. 34. 35. fol.
73 Loyſeau *au traicté des Seigneuries, cap. 7. num. 33. 34.*
& 35. fol. 153 Ranch. *d. tract. §. 10 n. 7.* & ſentit Bald. *in d.*
§ præterea Ducatus n. 3. & cum DD. aiunt Baronias indi-
uiduas, intelligẽdi ſunt quatenus accipiuntur pro feu-
dis regalibus, non autem quatenus ſignificant feuda
locorum in titulum Baroniæ erectorum, quod ſatis de-
mõſtrat Curt. ſen. *d. cõſ. 68. n. 7.* cuius auctoritate nititur
Bec. vbi ſolùm meminit Ducatus, Marchionatus & Co-
mitatus, dũ ea feuda indiuidua eſſe dicit, & poſtea, cùm
rationem reddit illius indiuiduitatis. Baronias generali
vocabulo appellat, ſicut & Oldr. *conſ. 237. n. 2.* ſe fundãs

Gallia ſeu Francis ſubdita fuiſſet de d. temporibus
Imperio. Poſtremò etiam en caſu, quamuis ante fuiſ-
ſent latæ, cùm tamen non conſtet fuiſſe in ea prouin-
cia promulgatas, non ligarent, in authent. *vt factæ no-*
uæ conſtit. Non omittendum, cùm de Lothario loquu-
ti ſumus, eius conſtitutiones extra Germaniam non li-
gaſſe, cùm ſolùm Rex Alemaniæ non Imperator eſſet,
Camerat. *in cap. Imperialem fol.* 11. *de prohib. feud. alie-*
nat. per Freder.

29 At quale fuit ius † in Gallia circa feuda ſeruatum,
aut nunc ſeruatur, & quidem DD Gallici id repetunt à
veteribus Gallis, etiam ante tempus Iulij Cæſaris ex iis
qui clientes, ambacti, deuoti & ſoldurij à Cæſare *lib.* 3.
6. *& 7. belli Gallici*, dicũtur, Charond. *lib.* 2. *Pandect. cap.*
15. *fol.* 139. quæ non niſi ad vitam ſolebant dari, nec ta-
men perpetuo, ſed quandiu inſeruirent; ita vt nec hæ-
redes, nec liberi eis ſuccederent, Charond. *d. loco*, ideó-
que, *voyagers*, idiomate proprio vocabãtur, ſed poſtea,
& nominatim Ducatus, Marchionatus, Comitatus
fuerunt redacta ad inſtar allodialium & patrimonio-
rum, Charond. *d. loco fol.* 140. idque circa finem primæ
lineæ Regiæ Merouingiorum, quo tempore imbecil-
litas Regum occaſionem dedit Ducibus & Comitibus,
vt eorum dignitates, quas ſub titulo officij & admini-
ſtrationis habebant, hæreditarias redderent, quarum
tamen aliquos Reges ſecũdæ lineæ Carolorum ad an-
tiquam formam reduxerunt, nõ omnes: & tamen om-
nes indiſcriminatim ſub finem d. lineæ fuerunt ad in-
ſtar patrimoniorum, ſed præſertim tempore d. Hugo-
nis Capeti, Loyſeau *in tractat. des Seigneuries, c.* 5. *n.* 35.
fol. 170. Bacquet *in tract. des francs fiefs, tit.* 2. *n.* 6. Qua-
re feuda duplicis tantùm naturæ fuerunt, ſcilicet vel
ad vitam data vel ad inſtar patrimoniorum; & diuiſio-
nes in vſibus feudorum receptæ, vt quædam ſint ex
pacto & prouidentia, quędam hæreditaria: rurſus quę-
dam maſculina, alia verò fœminina, quæ nunquam in Gal-
lia receptæ fuerunt vel ſunt, cùm ſtatim atque vitam
clientis cœperunt egredi, ad inſtar allodialium & pa-
trimoniorum fuerint & ſint, Charond. *d. c.* 15. *fol.* 145. in
30 quibus fœminæ ſicut † maſculi & ſimul cum illis ſuc-
ceſſerunt, Ranch *de ſucceßion.* §. 7. *n.* 8. Vueſemb. *conſil.*
74. *n.* 27.

31 Non obſtat † Lex Salica quæ filias excludit; quia
tantùm de Regno & Regni ſucceſſione exaudienda
eſt, Bened. *in cap. Raynntius, verbo duas habens, n.* 72. *cum*
ſeqq. de teſtamentis, Chaſſan *in conſuet. Burgundiæ, tit. des*
fiefs, verbo. choſes feudales, §. 5. *num.* 38. *&* 60. *fol. mihi* 117.
Greg. *in ſyntagm. part.* 1. *lib.* 6. *tit.* 12. *n.* 6. Forcat. *de feud.*
c. 7. *n.* 1. Chopp. *de dom. Franc. lib.* 3. *tit.* 1. *n.* 9. *cum additio-*
nibus ad marginem, quod & verba legis Salicæ à Ioan-
ne Phyrro relata *in tract. de l. Salica*, demonſtrant; *Ne*
fœmineus, inquit, *ordo Francorum Regnum hereditarium*
naneiſceretur: & cùm in aliquibus libris *in tit. de alode*,
aliter referatur, nulla Regni ſpeciali facta mentione; ſed
tantùm terræ Salicæ, ſcilicet, *de terra Salica nulla portio*
hereditatis mulieri veniat; terram Salicam DD. ſupra d.
locis terram Regiam interpretantur: ſed & Charond.
d. lib. 1. *c.* 2. *fol.* 8. affirmat, inter monumenta patris, quem
aſſerit diligẽtiſſimum inquiſitorẽ antiquitatum Fran-
cicarum, ita conceptam: *de terra Salica nulla portio ha-*
reditatis in Regno mulieri veniat, ſed ad virilem ſexum
tota hereditas perueniat; atteſtãtem etiam ita in antiquis
authoribus legiſſe, ſed & qui putant priuatas quoque
hæreditates comprehendiſſe, in hoc conueniunt, illud
tantùm habuiſſe locum apud Francos Orientales, ſed
diſplicuiſſe iis qui in Galliis ſedes poſuerunt qui alias
Franco-galli dicuntur, in priuatis ſcilicet ſucceſſionib.
non in Regalibus in quib. tantum d. legẽ Salicam reti-
nuerunt, vt Tilius *in ſuis rerum Francicarum obſeruatio-*
nibus lib. 1. Cuiac. *obſeruat. lib.* 8. *tit.* 9. Ranchin. *de ſucceſ-*
ſion. ab inteſt. §. 7. *n.* 2. *&* 3. Charond. *d. lib.* 1. *Pand. cap.* 2.
fol. 9. *in princ.* ita vt apud Francos in Gallia exiſtentes
Lex Salica non niſi in Regni ſucceſſione habuerit lo-
cũ, ſed & apud Francos Orientales non fuiſſe fœminas
per legem Salicam omnino incapaces ſucceſſionis, ſed
tantũ extantibus maſculis eiuſdem gradus, ita vt defi-
cientib. filiis maſculis filiæ ſuccederẽt, excluſis remo-
tioribus maſculis, & quod à regno Franciæ omnino ex-
cludãtur, hoc per conſuetudinis inductum ſit, legém-
que Salicam quoad regni ſucceſſionem tantùm & re-
ceptam & ampliatam ducet Tilius *d. loco c. des meſda-*
mes, fol. 305. *verſo*, vt non mirum ſit, ſi legem Sali-
cam, doctores legem Regiam appellent, quippe quæ
in regni tantùm ſucceſſione nedum ſit recepta, ſed
etiam ampliata.

Secundò opponunt, † quòd inter nobiles de con- 32
ſuetudine generali Galliæ primogenitus ſuccedit in
dominiis & iuriſdictionibus, Bened. *in cap. Raynutius,*
verb. in eod. teſtamento, 1 *n.* 175. Boeri. *in conſuet. Bituric.*
tit. de teſtam. & vlt. volunt. §. 2. *verb. Item ſi aucun, verſ.*
præterea nota, quaſi verò ex eo concludatur, in Gallia,
exiſtentibus maſculis, fœminas non ſuccedere, ſed pri-
mogenitis ſemper deferri. Reſpondeo idipſum eſſe
quod in conſiliis noſtris fuſiſſimè docuimus, antiquiſ-
ſimo iure Francorum primogenitum † excluſiſſe ne- 33
dum ſorores, ſed etiam cæteros fratres. Sed & quoque
veriſſimum eſt, fœminas eo iure feudorum fuiſſe capa-
ces, Thom. de Marin. *de gener. & qualit. feud. lib.* 1. *tit.* 11.
de feudo fœminino, n. 23. *cum ſeqq* Guer. Piſo *in præl. ud. f. nd.*
c. 31. *n.* 19. Greg *in ſyntagm. part.* 8. *q.* 7. *n.* 3. Chopp. *de do-*
man. Franc. lib. 3. *tit.* 6. *in princ.* Otho Friſyn. *de reb. geſt.*
Frideri. 1. *lib.* 2. *c.* 21. Boeri. *in conſuetud. Bituricen. tit. des*
fiefs, §. 7. *fol.* 39. 1. *col. in princ.* & alij *in conſil.* 2. *n.* 10. *& in*
3. *n.* 38. & in d. feudis quæ reguntur, † iure Francorum 34
fœminas fuiſſe primogenituræ capaces, etiam ad ex-
cluſionem remotiorum maſculorum, Petr. à Greg. *part.*
4. *q.* 8. *n.* 7. Chopp. *d. lib.* 3. *in princ. tit.* 6. Martin. Lauden.
de primog. q. 11. Ciriet. *de primog. q.* 19. *n.* 4. *&* 5. Cephal.
conſil. 251. *n.* 63. & alij *in conſil.* 1. *num.* 257. *& conſil.* 2. *n.* 39.
Adeò vt filia † primogeniti admiſſi excluderet ſecun- 35
dogenitum, eundémque patruum etiam adhuc ſuper-
ſtitem, Chopp. *d. loco.* Tiraq. *de iure primog. q.* 10. *n.* 20. *&*
21. *& q.* 14. *n.* 6. 7. *&* 8. *& q.* 40. *n.* 3. Thom. de Marin. *d. tit.*
de feud. fœmin. n. 47. Camerar. *in reſponſ. quod att exunt*
repetitione Canneti ad cap. ſi aliquem. verſ. verba hac, fol.
373. *col.* 2. & alij magno numero allegati *in conſ.* 1. *n.* 223.
& ſeqq & conſil. 2. *n.* 10. 12. *&* 36. *& conſil.* 3. *n.* 36. Ita vt etſi
conceſſio feudi facta fuiſſet alicui & eius primogenito
maſculo, & de maſculo in maſculum deferentem no-
men & arma ſeu inſignia, filia tamen, ex linea primoge-
niti deſcendens, prælata fuerit maſculis ex ſecũdoge-
nito deſcendentibus, arreſto ſolenni Senatus Pariſiẽſis
de anno 1493. Charond. *aux memorab. obſeruat. verb. fief,*
in fi. pag. 128. *& aux Pandect. lib.* 2. *c.* 15. *fol.* 151. Ex hoc igi-
tur ſolo tota cõtrouerſia in fauorem d. Domini de Co-
ſta definienda eſt, cùm ſi aliqua adeſſet primogenitura
in d. feudo Caſtri-noui, ea eſſet iuris Francorum, & nõ
alia; per quam abſque dubio patruus ſemel excluſus,
multò magis illius filius, per filiam primogeniti repel-
leretur: ſed vt nihil de d. primogenitura † intactum re- 36
linquatur, ea poſtea deſiit eſſe in vſu, & omnes filij &
ſorores ſimul ſucceſſerũt manſerúntque ſolæ reliquiæ
d. primogenituræ, vt ſcilicet primogenitus ſuccedat ſo-
lus in Caſtro ſiue manſo antiquo, quod vulgò appel-
lãt, & in eo terræ ſpatio quod eſt circa manſum, quód-
que è manſo, vulgò *le vol de Chappon*, vt Boer. *ad con-*
ſuet. Bitur. d. loco. & Ranch. *d. tract. de ſucceſſ. ab inteſta.*
§. 10. *q.* 6. docẽt, quod ius hæreditariæ portionis præro-
gatiuam

Digitized by Google

gratiuam appellat Chopp. *de doman. Franc. lib. 3. tit. 6. in princ.* Idque ita primogenito defertur, vt ſi nihil reſidui ſit in reliquis bonis pro aliis liberis, ſucceſſione paterna miſeri, & egeni carere debeant, Pap. *lib. 21. tit. 5. du droict d'aineſſe, arreſt* 2. Ranch. *d. loco*, quódque di-
37 citur anagium, † ſolúmque habet locum in recta linea & ſic inter deſcendentes vltimò defuncti, vt docet Boetius *d. loco* ad exemplar illius primogenituræ antiquiſſimæ iuris Francorum, Aperno *conſ. 7. num. 10. verſ. & licet, & conſil. 21 n. 7.* Cannet. *in cap. ſi aliquem. verſ. his explicitis, n. 2. fol. 298.* Camerar. *in reſpon. annexo repetit. Cannetij, fol. 375.* Otho Friſyng. *de reb. geſt. Freder. lib. 2. cap. 29.*

38 Tertiò opponunt, quòd de conſuetudine † fœmina non ſuccedit in Baronia, exiſtentibus maſculis, etiam remotioribus, Faber §. *cæterum n. 4. verſ. & videtur de leg. agna. ſucceſſione*, quem ſequitur Rol. à Valle *conſil. 58. num. 74. vol. 3.* Ad hoc variè reſpondetur. Primò, vno verbo, negando hunc locum eſſe Baroniam, vt reuera non eſt, vt fusè in inuentario documentorum demonſtratum fuit; & ſic vno verbo ſatisfieret obiecto. Sed quia contendimus generaliter ſemper in Gallia fœmi-
39 nas † in Baronia ſucceſſiſſe, nec vnquam per maſculos remotiores excluſas, ideo ſecũdò reſpõdetur, Fabium & per conſequens Rolan. à Valle intelligendum eſſe in caſu ſuo, ſcilicet quando primogenitus, relicta filia, deceſſit ante patrem, vt ſcilicet tunc excludatur per ſecundogenitum, nunquam per primum excluſum, non autem ſi primogenitus fuiſſet ſemel admiſſus, & ita intelligendum eſſe docet Chaſſan. *in conſuet. Burgund. rubr. 7. des ſucceſſions, §. 10. n. 57. verſ. Iean. Fab. in §. cæterum*, & Melch. Palaes *in tract. maioratus, part. 2. q. 6. n. 19.*

40 Tertiò reſpondetur, quòd quamuis † aliqui exiſtiment fœminas de iure non ſuccedere in Baroniis, verius tamen eſſe, eas ſuccedere, vt fusè docet Burgos à Paz poſt multos, quos refert *in proœm ll. Tauri num. 54.* Sed quidquid ſit de iure, certiſſimum eſt de conſuetudine eas ſuccedere, à Peguera *in d. repetit. cap. 3. verſ. 6. numer. 89. & 94. in fin.* & quomodocumque ſit, Fabium intelligendum eſſe, data conſuetudine prohibente fœminas ſuccedere in Baroniis de iure feudali, ac in terminis *cap. 1. de ſucceſſione feud. & cap. 1. de feud. fœmin.* quæ allegat, in quorum illo fœmina in præiudicium patrui, cui ex natura feudi ius erat acquiſitum, ſuccedere non poterat, in hoc verò ex natura feudi, non niſi deficientibus omnibus maſculis à fœmina inueſtita deſcendentibus: ſecus eſt ſi conſuetudo non ſit excluſiua ſucceſſionis fœminarum: imò per eam capaces reddantur fœminæ: nam tunc, etſi primogenitura ſit inducta iure iuris Francorum, ſiue teſtamento (modo non ſit maſculina perpetua, per quam maſculus etiam remotior excludit fœminam) tamen filia primogeniti, ante patrem defuncti, excludet patruum
41 ex vi repræſentationis. Et cùm in † Gallia feudorum ſint capaces fœminæ, ea ſententia abſque dubio procederet nonobſtante doctrina Fabri, quæ non niſi vbi ius feudale viget, habet locum, vt in terminis doctrinæ Fabri docet Tiraquellus *de iure primogen. quæſt. 14. num. 6.* & poſt eum Palaes *dict. quæſt. 6. num. 19.* & quamuis ea ſententia, quando primogenitus decedit
42 ante patrem † relicta filia, multos habeat contradictores; tamen hæc verior eſt, vt docet Palaes *d. quæſt. 6. n. 15. cum ſeqq.* & Couarr. *practic. quæſt. cap. 38. n. 8.* & in Gallia obſeruatur, vt atteſtatur Tiraq. *d. quæſt. 14 n. 6.* ſed & in propriis terminis doctrinæ Fabri, pro filia Doctores tenere ipſe teſtatur, & docet Burgos *in dict. proœmio ll. Tauri num. 68.* data tamen capacitate fœminarum: ſed quidquid ſit, cùm primogenitus prædeceſſit relicta filia, ſi primogenitus fuiſſet ſemel admiſſus, quin filia
† eiuſdem patruum excludat nemo dubitat; vt inquit 43
Tiraquellus *d. q. 14. n. 7.* denique, dato ſtatuto repellente fœminas propter maſculos, firmat, & planè data capacitate fœminarum in feudis, quemadmodum eſt in Gallia, & data primogenitura vel iuris Francorum, vel alia, omnes conueniunt, nemine diſcrepante, filiam primogeniti admiſſi excludere patruum, vt in d. conſiliis. & locis ſuprà citatis docuimus. His adde quæ circa Baronias, an earum fœminæ in Gallia ſint capaces, in proximè ſequenti capite dicemus.

Quartò opponunt, aiúntque † Baroniam non di- 44
uidi, ſed ad primogenitum pertinere, Curt. ſen. *conſil. 61. num. 7.* & Bec. *conſil. 56. num. 18.* ideóque fœminas in illis, extantibus maſculis, regulariter non ſuccedere; ſed quid inde? hic locus non eſt Baronia, vt iam dictum fuit: ſed demus eſſe; iam docuimus hoc intelligendum eſſe de maſculis eiuſdem gradus, non remotioribus, Peguera *d. verſ. 6. num. 91. & ſeqq.* Denique quidquid circa hoc caput dici poteſt, de iure feudali procedit, quod, vt ſæpè dictum fuit, in hac patria & tota Gallia, etiam in Baroniis, Ripa *lib. 2. reſpon. cap. 1. num. 70. cum ſeqq.* non habet locum: vt tamen ſemel totam hanc quæſtionem de Baroniis explicemus, paucis quid de iure feudali, quídque de iure Gallico circa Baronias ſtatuendum ſit, demonſtrabimus. Et qui-
dem † Baroniæ nomen æquiuocum eſt; nam aut ge- 45
neraliter accipitur, aut ſpecialiter: primo caſu comprehendit Ducatus, Marchionatus, & Comitatus quæ feuda regalia, & dignitates regales vocantur, & poſſeſſores eorumdem dicuntur Barones ſeu Capitanei Regni, vaſci ſeu valuaſores maiores, propriè tamen (nam ſunt & alij inferiores qui maiores valuaſores vocan-
tur, ſed impropriè) ac propterea † in ſuis inſigniis co- 46
ronas deferunt, diſtinctas tamen; Ducum enim eſt ornata lapillis precioſis, Comitum margaritis, Marchionum partim lapillis, partim margaritis, principatus ex ſimplici diademate, ſine circulo aureo, Loyſeau *des Seigneuries, cap. 5 num. 47. & 48. & cap. 6. num. 10. & 11.* Aliæ verò ſunt Baroniæ certis locis adſcriptæ, quæ ſaltem tres Caſtellanias ſub ſe debent habere. Atque hæc non ſunt feuda regalia; imò tertium locum inter
quatuor feuda † mediocria obtinent. quæque diuidua 47
ſunt ſicut & Caſtellaniæ, & cætera minora feuda. At Baroniæ generaliter ſumptæ, feuda regalia generaliter, ſub ſe continentes, indiuiduæ ſunt de iure feudali, quod probatur, *ex cap. Imperialem § præterea Ducatus, de prob. feudi alienat. per Frideric.* in quo Ducatuum, Marchionatuum & Comitatuum fit tantùm mentio, nulla autem Baroniatum, & huiuſmodi diſtinctionem, Baroniáſque, indiuiduas ſolùm dici, & ad primogenitum pertinere, cùm eius appellatione comprehenduntur Ducatus, Marchionatus & Comitatus tantùm, non autem cum ſumuntur ſpecialiter pro Baroniis certo loco adſcriptis, quæ tunc nunquam inter regalia feuda numeratæ fuerunt, ſed tantùm illa tria, & præter hæc in Gallia principatus docent in terminis Cannetius *in extrauagant. volentes, §. & pariformiter, num. 34. 35. fol. 73* Loyſeau *au traicté des Seigneuries, cap. 7. num. 33. 34. & 35. fol. 153.* Ranch. *d. tract. §. 10 n. 7.* & ſenſit Bald. *in d. § præterea Ducatus n. 3.* & cum DD. aiunt Baronias indiuiduas, intelligẽdi ſunt quatenus accipiuntur pro feudis regalibus. non autem quatenus ſignificant feuda locorum in titulum Baroniæ erectorum, quod ſatis demõſtrat Curt. ſen. *d. cõſ. 68. n. 7.* cuius auctoritate nititur Bec. vbi ſolùm meminit Ducatus, Marchionatus & Comitatus, dũ ea feuda indiuidua eſſe dicit, & poſtea, cùm rationem reddit illius indiuiduitatis. Baronias generali vocabulo appellat, ſicut & Oldr. *conſ. 237. n. 2.* ſe fundãs

in d.§.*prætereà Ducatus*, in quo Ducatus, Marchiona-
tus & Comitatus tan ũ m mentio, & quem Oldradum
d.Curt. allegat *d.conſil.n.8. circa finem*, & ita ac de hu-
iuſmodi Baronijs exaudiendus eſt etiam Faber *in d.§.*
cæteris n. Et planè ita res ſe habet, in nullo enim autho-
re inuenitur, Baronias ſimplices eſſe indiuiduas, ſed tã
tùm eas quæ comprehenduntur *in d.§. Ducatus*, vt do-
cet Cannet. *d.§. & pariformiter n* 35. feuda enim aut ſũt
48 ſumma, † quæ & regalia dicũtur, atque ſunt indiuidua
de iure feudorum, & etiam de iure Gallico antiquo, vt
ſunt Ducatus, Marchionatus, Comitatus & iure Galli-
co Principatus, quorum aliquibus quãdoque Patricia-
tus dignitas eſt annexa, Loyſeau *c.5.& 6.per tot.* & quo-
ad Patriciatum ſeu Pairie *d.c.5.n.4.& ſeqq.* quoad prin-
cipatus *d.c.5.n.71.* Mediocria verò ſunt quę Vicedomi-
ni ſeu Vidames, Vicecomites ſeu Vicomtes tenẽt, Ba-
roniæ & Caſtellaniæ Loyſeau *c.7.per tot.* ita vt Barones
tertium tantùm locum inter mediocria obtineãt, poſt
ſcilicet Vicecomites, qui Vicecomites eos præcedunt,
Loyſeau *c.7.n.69.* Minora verò ſunt feuda, nullam vel
49 ſimplicem † iuriſdictionem habentia. Sed & tandem
etiam ſumma feuda, quæ ſolebãt eſſe indiuidua, facta
fuerunt diuidua per conſuetudinem generalem, ferè
vbique obſeruatam Soci.*conſil.67.col.6.ver. quod diſpo-
ſitio*, Vultei. *de feu.lib.1.c.8.n.36 fol.315.* poſt multos quos
refert & Botcholt. *de feud.c.7.n.42.* ſicut & in Gallia,
Ranchin.*d.§.10.n.7.* poſt Rebuff. *in tract.feud.num.27.*
Ita tamen vt compenſatio fiat in pecunia, Guid. Pap.
q.426. Ranch. & Loyſeau *d.locis*: ſed illud non omit-
tendum, indiuiduitatem de qua *in d.§ prætereà Duca-
tus*, Alber.*in dictio in verb feudum*, dum tractat de quę-
ſtione inter nobiles Marchiones de Carrete & Sauo-
ne quem ſequitur Curt.ſen. *d.conſil.68.n.9.* intelligere
quoad dignitatem tantùm, quoad verò incapacitatem
50 † fœminarum equidem regulariter in Baronijs ſpecia-
liter ſumptis, quæ feuda ſunt, ſicut nec in cæteris feu-
dis non ſuccedere, fallit ſi fuerint feuda abſolutè hæ-
reditaria, Bald. *in cap.1.in princ. de prohib. feud. alienat.
per Frider.* Abb.*conſ.3.num 4.circa medium lib.2.* Clar.§.
feudum q.9.num.2. vel emptitia, Deci.*conſil.290.num.7.*
Pariſ.*conſil.4.n.39 lib.1.* à Peguera *verſ.4.n.16.* quale eſt
hoc feudum, in quo, etiam ſecluſa cõſuetudine, fœmi-
na ſuccederet, vt fusè in conſilijs oſtenſum fuit, præ-
ſertim *conſ.3.n 73.& ſeqq. & n.101. cum ſeqq.* præſertim
quia ſi eſſet Baronia, quæ tamen non eſt, eſſet ſimplex
abſque dubio: imò nec haberet ea quæ ſimplex Baro-
51 nia habere debet (tres † ſcilicet Caſtellanias, ſicut Co-
mitatus duas Baronias & tres Caſtellanias, Marchio-
natus tres Baronias & tres Caſtellanias; Ducatus verò
plures Comitatus, Caſtellania verò quæque Caſtrum
cum mero mixto imperio, Loyſeau *c.4.n.27.*) cùm in
vno tantùm loco eóque exiguo conſiſtat, abſque vllis
alijs locis ab eo dependentibus: ſed hoc quidem de iu-
re feudali; d. verò conſuetudine receptiſſimum eſt, fœ-
minas in illis eodem planè modo quo maſculos ſuc-
cedere. quod in indiuiduo de omnibus Baronijs, Co-
mitatus fuit edoctum, quæque dependeret & eſſet de
Comitatu, cui vnitus fuit, & recognoſceret (vt reco-
gnoſcit, non tamen ſub qualitate Baroniæ, cùm talis
non ſit) ſummum Pontificem tãquam Comitem Co-
mitatus; non autem eſſet Baronia per ſe ſubſiſtens &
immediatè ſummum Pontificem de per ſe recognoſcẽs,
52 ſed & per vniuerſam Galliam Baroniarum, etiam † ge-
neraliter ſumptarum, fœminæ ſunt capaces, Rip. *d.lib.
1.reſponſ.c.1.n.70.cum ſeqq.* quod reſtringere volẽs Caro-
lus 9. edicto de anno 1566. promulgato, cauit vt Duca-
tus, Marchionatus, & Comitatus, qui in futurum eri-
gerentur, non niſi ad maſculos ſpectarent, quibus de-
ficientibus redirent ad coronam, manentibus tamen
fœminis capacibus eorum, qui ante d. annum erecti
fuerant, Loyſeau *c.5.n.67.& c.6.n.42.* ſed & plerumque,
in erectionibus poſt d. annum factis d.edicto deroga-
tur, Loyſeau *d.c.6.n.42.* ſed quoad Baronias ſpecialiter
ſumptas, & ante & poſt edictum fœminæ manſerunt
capaces

Quãtò aiũt in feudorum ſucceſſione, quoties † fœ- 53
mina eſt admittenda, eam nõ admitti donec extat ma-
ſculus *c.1.de eo qui ſibi & hæred.* Zaz. *de ſucceſſione feud.
c.8.n 52.cum ſeqq* ſed varijs modis in d.conſilijs reſpon-
ſum fuit, præſertim quòd, caſu quo excluderetur à re-
motioribus maſculis (quod tamen non dixit Zaz. *d.lo-
co & d.c.1.de eo qui ſibi, &c.* procedere inter eos qui ſunt
eiuſdem gradus aſſerit Corneus *conſil.179.n.44.*) cer-
tum tamen eſt ſolùm hoc habere locum in certis caſi-
bus, nimirum in terminis *d.c.1.* quo cõceſſio erat facta
maſculis, quamdiu extarent, & non niſi deficientibus
illis, fœminis, DD.*in d.c.1.* Vultei *lib.1.cap.9.num.49 fol.
403.* idque caſu quo vellemus *d.c.1* etiam procedere in
illis qui ſunt diuerſi gradus cõtra Bald. Corneique ſen-
tentiam, & in formula *maſculis & fœminis*. DD.*in d.c.
1.* ſed & hoc caſu fœminam cum maſculo admitti ſubti-
limè docet Sonsbec. *de feud.part.9.num.142.* nec non in
feudo fœminino c.1.*de feudo fœminino*, qua tamen in for-
ma non defuerunt qui exiſtimarẽt, fœminas cum ma-
ſculis ſuccedere, vt docet Hartm. Piſtor *lib.2.part.2 q.
34.num.16.circa fin n.24.& 28.* inter quos Doctiſſimus
Cuiac.*lib.1.tit.12.* ſed regulariter data capacitate fœmi-
narum, vel cum maſculis eiuſdem gradus ſuccedunt,
vel ſaltem à remotioribus non excluduntur: imò eos
excludunt; vt † ſi conceſſum fuerit feudum maſculis 54
cum fœminis, Bald. *in l.quoties n.4 C.de ſuis & legitimis
hæred.* eámque communem aſſerunt Iaſon, quamuis
ab ea recedat, *in l.Gallus §.quidam rectè, num.32.* & ibi
Galliau.*num.17.* Botcholt.*de feud.cap.7 part.2.num.67.*
Piſtor.*lib.2.part.2.quæſt.35.num.30.* Roland.à Valle *con-
ſil.84 num.10.lib.4.* Burſat. *conſil.63.num 10.lib.1.* Clar.§.
feudum quæſt.73.num.4 Roſenth.*cap.7.q.41.n.4.* vel li-
beris † vtriuſque ſexus. Botcholt.*de feud.cap.7.num.67.* 55
vel ſi feudum † ſit abſolutè hæreditarium, Socin.ſen. 56
conſ.255. poſt multos quos citat *col.4.in fin.* Pariſ.*conſil.
12.num.19.cum ſeqq.lib 1.* Natta *conſil.159.n.8.& 9.* Ruin.
conſil.16 n 5.& 15.lib.1. Brun.*conſil.29.n.7.& ſeqq.* & hanc
communem aſſerit Roſenth. *de feud. cap.7. q.41.n.23.*
poſt multos quos refert & ſequitur *in gloſſa littera I.*
reprobata Garſonij ſententia, & eius ſequacis Meno-
chij, *conſil.445.n.62.in fin.* qui antè, ſcilicet *conſil.291.n.
15.& 16.* idem erroneè cenſerat: vel † emptitium, Ripa 57
lib.1.reſponſ cap.1 n.70. cum ſeqq. vſque ad n.77. Cephal.
conſil.3 n.115. Natta *conſil.159.n.14.* Deci. *conſ.290 num.7.*
Pariſ. *conſil.4.n.37.38.39.lib.1.* à Peguera *verſ.4 n.16* Me-
noch ſibi contrarius *conſ.498.n.17. cum ſeqq.* hancque
ſententiam magis communem eſſe patet ex Roſenth.
& per ipſum allegatis *c.7 q 34.in gloſ litt. A.* vel etiam
† in ipſamet forma, *maſculis & fœminis*: ſi tamen feu- 58
dum ſit nouum, etiam pro collateralibus quæſitum:
etiamſi iure feudi antiqui ſit quæſitum, (in quo tamen
fœminæ non ſimul ſuccedunt) ſed filiæ defuncti ex-
cludunt patruum, Roſenth.*cap.2.q.15.num.10.& cap.7.
quæſt.39. num.7. & quæſt.41.n.8.* & in feudo † pro quo 59
præſtatur cenſus, niſi tenor inueſtituræ repugnet, Me-
noch *conſil.65.num.12.& 16.* Grat. *reſpon.9 num.154.lib.
1.* Burſat.*conſil.150.num.59.vol.2.* ſubtiliſſimè Thilman.de
Benignis *in obſeruat. ſtatuum Imperat. reſpon. teſtam.
feud. num. 7. & ſeqq. & 63.cum ſeqq.* nonobſtante iu-
ramento fidelitatis, Menoch. *conſil. 65.* & de Benign.
dict. reſpon. numer. 74. Roſenth. *capite 2. quæſt.63.nu-
mer.8.cum gloſ.littera Q.* vel † ſi conſuetudine ſimpli- 60
ci fœminæ ſint feudorum capaces, in feudis in quibus
alio-

Google

alioquin ius feudorum viget: nam & tunc filia defun-
cti excludit patruum. Andræ. de Iſern. *in c.1.n.2.de eo*
qui ſibi & heredib. Afflict. *ibid.n.13.* Pariſ. de Puteo *in*
compend.ad Iſern. in d.cap.1.de eo qui ſibi & hered. verſ.
in Regno. Corn. *conſil.199.num.38.verſ.& hoc in terminis*
lib.2. Pariſ.*conſ.21.num.28.cum ſeqq.lib.2.* Bald.*in l fi.num.*
6.C.de ſuis & legit.heredib.& auth.ceſſante num.5.Cod.de
leg hered. a Peguera *verſ.4.num.19.* vbi poſt Pariſ. hanc
communem aſſerit, & quamuis aliqui contradicant,
præſertim Iacob. de ſancto Georg. *in ſua inueſtitura,*
verb.& fœminis n.15. & Præpoſ.*in d.cap.1.n.4.* tamen Pa-
riſ *d.conſil.21.num.30.& ſeqq.* eos refellit, & rationibus
eorum reſpondet, ac concludit cum communi DD.
ſententia, *d cap.1.* non procedere quando tale eſt feu-
dum in quo de conſuetudine fœminæ ſuccederent; &
nouiſſimè optimè Liparulus *in cap. 1. de eo qui ſibi &*
verb. Sicilia, vbi dat rationem differentiæ inter pactum
& conſuetudinem vel conſtitutionem, quibus admit-
titur fœmina, vt in pacto excludatur per remotiores
maſculos, at in conſuetudine vel conſtitutione eos ex-
cludat, & ſic conuellitur fundamentum, quo nituntur
contrarium ſentientes, exiſtimãtes rationem differen-
tiæ inter ea dari non poſſe: & plerique aliis caſibus de
quibus à Peguera *d.verſ.4,num.18.& ſeqq.* & Roſent. *c*
7. quæſt.4. & Hartman. Piſtor. *lib.2. quæſt.2. in part.2.*
quæſt.34 num.36 & 37. & quando in certis caſibus dici-
tur non admitti fœminam, extantibus maſculis, hoc ſi
non verſemur in puris & rectis feudis in quib. tantùm
cap.1.§.hoc autem qui feud.dare poſſ. cap 1.§. filia de feud.
ſucceſſion.cap.1.§ quinetiam Epiſc vel Abba. procedunt,
Aluar. Bald. Nicol. de Neap. & alij *in d.cap.quinetiam,*
Benig. *d.loco num.27.cum ſeqq & n.63.* & alij *conſ 3.n 83.*
niſi nominatim de remotioribus cautum ſit, intelligẽ-
61 dum † eſt de maſculis in eodem gradu exiſtentibus: re-
gulariter enim mulier proximior excludit maſculos re-
motiores, à Peguer. *d.loco ver.4.n 19 circa fi.* cùm omniũ
62 ſit Doctorum ſententia, ſtatutum † conſuetudinẽmq;
(ea enim à pari procedũt, etiam in materia feudorum,
63 Roſent. *de feud.c.7 q 41.num.4.& 12.circa fi.*) qua † ex-
tantibus maſculis fœminæ non ſuccedunt, tãtùm ha-
bere locum inter maſculos & fœminas eiuſdem gra-
dus, Caſtr. *conſil.47.lib.1.* Alex *conſ.204.n.13.lib.2.* Can-
cer. *tit. de feud n.52.* Burg *in proœm.ll.T auri n.121.* ſed & ij
ipſi, qui, data ſimplici conſuetudine capacitatis fœmi-
64 narum in feud. (nam † ſi eſſent ad inſtar allodialium,
omnes conueniunt eas nedum nõ à remotioribus, ſed
nec ab eiuſdem gradus maſculis excludi, à Peguer. *ver.*
6.n.95. Ranchin *in tract.de ſucceſſ.ab inteſt.§.7.n 8.* Vue-
ſemb. *conſil.74.n.27.* Roſent. *c.9.q.58 n.41.* in huiuſmodi
enim feudis quæ ſunt ad inſtar allodialium ſuccedittur
ſecundùm ius commune, ſicut & in merè hæreditariis,
Roſent. *c.7.q.57.num.1.& 4.& q.60.n.2.* exiſtimant eas
65 à † remotioribus excludi ſi primogenitura in d feudis
habeat locum, fatentur filiam defuncti excludere re-
motiorem maſculum, Schrader. *de feud. part.7.cap.4.n.*
78. Roſent. *c.7.q.41.num.13* cum multis quos allegat *in*
gloſſ.lit.G. etſi nitatur eam ſententiam impugnare, ni-
hil tamen firmans, ſed ſi caſus occurreret, cogitandum
eſſe aſſerens: ea enim eſt certiſſima & indubitata DD.
ſententia, quòd in primogenituris etiam feudalibus;
data per conſuetudinem capacitate fœminarum, filia
defuncti excludit patruum, & quemcumque remotio-
rem maſculũ, Bald. *conſil.275.quod pro regula lib.2.* Curt.
in tract. feud. prima parte 3 partis principalis num.17. Ci-
rier *de primog.lib.1.cap.19.num.5.* Tiraq. *de primog.quæſt.*
10.num.25. Petrus de Greg. *de conceſſ.feud.part.4.quæſt.*
4.num.24. & alij *in 3.conſ.* allegati, *num. 42.* Sed hæc
inutiliter quæruntur, tum quòd non verſamur in ter-
minis ſucceſſionis ab inteſtato, in quib. DD. loquun-
tur, ſed in teſtamentaria; &, quod magis eſt, in diſpoſi-
tione inter viuos, & tamen quandoque qui an fœmi-
na extantibus maſculis ſuccedere poſſit, vel contro-
uertunt vel negant, ij ſi filia inſtituatur † hæres, eam 66
admittendam cenſent, Fabian. de Anna *conſil 53.num.3.*
tum quòd hîc non agitur de filia, ſed de maſculo eõ-
que agnato nedum hærede vniuerſali inſtituto, ſed
etiam d feudi Caſtri-noui donatario. Et quidem † hæc 67
dicuntur, inſpecto iure feudali; ſed in hac patria, in
qua feuda ſunt ad inſtar allodialium, nulla ordinis ſuc-
ceſſiui habetur ratio, Ranch. Voeſemb. & Peguera *d.*
locis.

Poſtremò aiunt, † Feuda in dubio cenſentur maſcu- 68
lina, ſecundùm regulam quæ fœminas excludit à feu-
dis, Deci *conſ.807.n 5.* Socin.iun. *conſil.65 n 1.lib.1.* Ce-
phal. *conſil.172.num 17.& ſeqq.* quia eſt contra naturam
& conſuetudinem feudi, vt fœmina in eo ſuccedat:
ideo in dubio iudicantur maſculina, Idem Cephal *con-*
ſil.258.n 9. Beci *conſ.101.n.36.* Et quia † in omni diſpo- 69
ſitione ſemper naturam rei inſpicere debemus, *l. vni.*
§.ne autem, Cod.de cad.tollen oportet enim ſequi natu-
ram rei *l.ita ſtipulatus, ff. de verb. obligat.* Bald. *conſil.*
3.5.remittendum, verſ.conſiderandum, lib 1. ideò feudum
† cenſetur conceſſum ſecundùm propriam ſui natu- 70
ram, & natura ſemper ineſſe videtur feudo, niſi per
pactum improprietur, *cap.1. de feud. non habente prop.*
naturam. & ibi Bald. *& in prælud. feud. 4 diuiſione. in*
princ.num.46.& in l.liberti libertæque, verſ. quæritur de
eo. Cod. de bon.libertorum. Alexand. *conſil.15.num.12 lib.5.*
Deci. *conſ.269.num.4.* vide Beci. *conſil.101.* Sed hæc ni-
hil faciunt ad rem; procedunt enim de iure feudali &
in locis vbi † ius feudale eſt in obſeruantia: ſed vbi 71
adeſt conſuetudo capacitatis fœminarum, ceſſat illa
præſumptio, & ſtandum eſt conſuetudini, Roſent. *in*
terminis de feud.cap. 7. concluſ.8. nos verò verſamur in
fortioribus terminis: loquimur enim data conſuetu-
dine, qua feuda fuerunt & ſunt ad inſtar allodialium
& patrimoniorum, & ſic ſumus † in Regula. & onus 72
incumbit probandi aduerſario, diſceſſum eſſe à dicta
conſuetudine in hoc feudo; quod ni faciat, regulæ
ſtandum eſt. & ſi quæ verba in conceſſionibus ambi-
gua eſſent, ſecundum d. conſuetudinem, & non ſe-
cundùm ius feudale, vel naturam feudorum eo iure
inductam; intelligenda eſſent, Roſent. *de feud. dict.*
cap.2.quæſt.8 & conceſſio ſimpliciter † facta, de fœ- 73
minis quoque, & ſecundùm eam conſuetudinem eſt
intelligenda, Oldrad. *d.conſil 159.num 9.* Pariſ. *conſil.13.*
num.10. & conſil.21.num. 18 lib.2. Brun *conſ.81 in fin.* Al-
ciat *de præſumpt.reg 3.præſumpt.32.n.15 in fi.* Burſa. *conſ.*
50 n.25.lib 1.

Secundò, dato † nos verſari in terminis iuris feuda- 74
lis, ſecluſa d. conſuetudine non eſt recurrendum quid
præſumendum ſit, aut in dubio cenſendum, cùm cla-
rè edoctum fuerit, hoc feudum eſſe purè & abſolutè
hæreditarium, ad quoſcumque etiam extraneos tranſi-
torium, *l. continuus §. cum ita ff. de verb. obligat. cum*
ſimil.

Tertiò, quinimò etſi eſſemus † in dubio quantum- 75
uis maſculinum, hæreditarium certè ſaltem ſtrictè cen-
ſendum eſſet, Alex. *conſil.26.n.3.& 7.lib.5.* Roland. *conſ.*
32.n 28.lib.3. Intrigl. *cent.1.quæſt 50 n.2.0.* Burſa. *conſil.3.*
n.4.lib.1. Kircho. *in comm.opin.lib 6.verſ feudum fol.345.*
de quo ſaltem inter viuos † in fauorem vnius ex com- 76
prehenſis in inueſtitura in præiudicium proximiorum
agnatorum diſponere potuit, Curt.iun. *conſil.139.num.*
26. Pariſ. *conſil.3.num.36.cum ſeqq.lib.1.* Gratus *reſpon.4.*
n.40.cum ſeqq. ſed maximè *n.58 lib.1.* & alij *conſil 3.num.*
148. allegati, fuſiſſimè Hartman. Piſtor *lib. 2. quæſt.*
part. 2. quæſt. 14. per tot. præſertim *num. 34. cum ſeqq.*

& quamuis Roſent *cap.9.memb.1.queſt.67.* contrariam
teneat, tamen ex dictis per ipſum *num.4.* & allegatis in
gloſ. *littera I.* conſtat hanc eſſe receptiorem & ſequen-
dam in iudicando, quandoquidem huiuſmodi feu-
dum eſt omnino ſicut aliæ res hæreditariæ & de hæ-
reditate cenſetur, non reſpectu *cap.1.an agnatus*, vt qui-
dam malè exiſtimant, ſed quia reuera eſt de hæredita-
te, & quod quis obtinere non poteſt niſi ſit hæres hæ-
ditatis & bonorum vltimò defuncti, ita vt ſi vltimus
poſſeſſor in eum qui ſuccedere non poſſit, vt quia non
eſt de comprehenſis in inueſtitura, contra conſenſum
domini diſpoſuerit, potiùs ad dominum reuertatur,
quàm ad agnatum proximiorem ſpectet. Atque hæc
eſt receptiſſima ſententia, quidquid in contrarium
moliatur Roſent. vt atteſtatur Chaſſan. *in conſuet. Bur-
gund. rubr. des fiefs, §. en choſes feudales, n.6.* Cannet. *in
cap. volentes §. conſequenter differendum n.17. fol.46.* fuſiſ-
ſimè Hartm. Piſtor. *lib.2. queſt. part.1. queſt.1. per tot.* præ-
ſertim *num.81.* & hanc eſſe magis communem ſenten-
tiam ex allegatis per ipſummet Roſent. patet, ſcil. *cap.
7. queſt.6. in gloſ. lit. K. & cap.7. q.12. num.4. cum gloſſ.
litt. L.* vbi in petitionem hæreditatis venit, & à proxi-
miore agnato qui id forſan poſſidet ab hærede auoca-
ri poteſt, *& d. cap.7. queſt.13. n.12. cum gloſſ. litt. L.* vbi in
legitimam imputatur, ex magis communi & veriori
& d.c.7. q.20. per tot. cum gloſſa fuſiſſimè Hartm. Piſtor
queſt. lib.2. part.1. q.1. per totum, præſertim *n.61. & 62.*

Poſtremò non quæritur hîc, an filia ſuccedere poſ-
ſit, vt ſæpè dixi; ſed an diſpoſitio tam teſtamentaria,
quàm inter viuos, in fauorem maſculi agnati facta te-
neat, in quo nulla eſt difficultas, præſertim cùm hoc
77 feudum in aliam familiam alienatum fuerit, & † feo-
dum ſemel alienatum, ſemper maneat alienabile,
etiam in præiudicium agnatorum Socin. *conſil.67. num.
32. col.2. verſ. tertio reſpond. lib.1* Bruo. *conſ.165. num.5.*
Natta *conſil.322. num.2.* Surd. *conſ.105. num.12. & 13.* &
alij *conſil.3. num.87.* allegati. Non deſinit aduerſa pars
ſemper nouas obiectiones proponere, poſt enim ſu-
periùs obiecta, quibus ſatisfactum eſt, tria de nouo
opponit. Primum, ex homagio Giraudi Amici de an-
no 1244. quo tempore d. locus Caſtri-noui non erat
vnitus Comitatui, ſed eius ſuperioritas ſpectabat ad
Abbatem ſancti Guillelmi de Deſertis, ideóque con-
tendit clauſulam, *qui de iure ſuccedent*, intelligendam
eſſe de iure feudali, & non de cõſuetudine, qua feuda
ſunt ad inſtar allodialium. Alterũ enim nec in Comi-
tatu, inuito domino, feuda poſſe alienari, exiſtimat
probatum ex conceſſione loci ſancti Saturnini per
Clemẽtem ſeptimum tum & Paulum tertium, de anno
1535. Tertium, quòd prætendat per atteſtationes, de
quibus ſæpè facta eſt mentio, probatam eſſe conſuetu-
dinem in hoc Comitatu & omnibus prouinciis cir-
cumuicinis, quæ vltimò geniti quamdiu primogeniti
extant, non ſuccedere aſſerit in feudis, ſed ſolum ali-
mentis contentos eſſe debere. Quibus paucis ſatisfa-
ciendum eſt.

Ad primum dicimus, in d. homagio, etiam in termi-
nis iuris feudalis, ſecluſa omni conſuetudine, nihil
78 omnino eſſe quod denotet hoc feudum † eſſe ex pacto
& prouidẽtia, quin potius cùm pro ſucceſſoribus om-
nibus præſtitum ſit, eſſe abſolutè hæreditarium: dictio
enim *omnibus*, tantum operatur, quantum dictio, *qui-
buſcumque*, Thom. de Marin. *tit.5. de feud. hæredit. num.8.*
Tyber. Decian. *reſponſ.3. n.174. lib.4.* Ruin. *conſil.25. n.6.
lib.1.* Schrad. *de feud. part.7. cap.3. n.1.* & Roſent. *cap.2. q.*
79 *36.* & dictio, † *ſucceſſoribus*, latiùs patet quàm dictio,
hæredibus, nedum tantondem operatur, Deci. *conſ.269.
n.1.* Aperno *conſil.4. n.17. & 20.* Petr. à Greg. *part. 6. q.4.*
Roſent. *de feud. cap.2. q.40.* Clauſula verò, *qui de iure ſuc-
cedent*, non reſtringit, tum quòd non ſit in diſpoſitio-
ne principali, ſed in vno tantùm ex capitibus executi-
uis, & non dictioni, *omnibus*, ſed dictioni, *Ego*, & ſic
non correctoriè & reſtrictiuè, ſed ampliatiuè appoſi-
ta, vt fusè docui *in conſil.3. num.117. cum ſeqq.*

Sed verius eſt, d. clauſulam de d. † conſuetudine iu- 80
réque Romano communi, non feudali intelligendam:
nam etſi de d. tempore d. locus non eſſet vnitus Comi-
tatui, qui Comitatus ad Comites Tholoſanos de d. tẽ-
pore & longè antea ſpectabat, vt conſtat ex Chroni-
cis, necnon ex actis in hac cauſa productis, præſertim
ex infeudatione Maſani *num.155.* tamen in princ. huius
conſilij necnon *n.22.* docuimus huiuſmodi conſuetu-
dinem, † qua feuda fuerunt ſemper ad inſtar allodia- 81
lium, nedum fuiſſe in Comitatu, ſed etiam in prouin-
ciis circumuicinis, tota Gallia, & omnibus prouinciis
cis Alpes conſtitutis, ideóque & in d. loco Caſtri-noui,
ex Bened. *in c. Raynutius verb. duas habẽs, n.67. de teſtam.*
Iaſ. *in l. de quibus n.64. ff. de legib. & alijs*, & ius feudale
nunquam in illis fuiſſe receptum, Petr. Iacobi *in ſua
pract. tit.63. de cauſis ex quib. vaſalli n.1. & ſeqq.* præſertim
17. & caſu quo aliquando fuiſſet receptum illo tempo-
re non potuiſſe, cùm extra Italiam nondum libri feu-
dorum fuiſſent recepti, & ſup. *n.25. & ſeq.* aduerſariiſque
incumbit onus probãdi, de eo tempore fuiſſe receptũ,
præſertim cùm appareat, feuda ſemper fuiſſe ad inſtar
allodialium, nec de contrario vllo tempore conſtet:
Sed res ex eo certiſſima redditur, quod in † lingua Oc- 82
citana ius feudale nũquam fuit receptum, vt nomina-
tim de ea atteſtatur Ioan. Reinan. *in compreh. iur. feud.
in prin. n.26.27. in fi. & 28.* interpretans *Petr. Iacob.* præ-
dictũ verò homagium † de anno 1244. fuit factum ca- 83
pitulariter in Conuẽtu & Monaſterio ſancti Guillelmi
de Deſertis, vt in eo aſſeritur, & ſic in lingua Occitana,
vbi d. Monaſterium eſt ſitum, vt notorium eſt, in pro-
uincia ſcilicet Narbonenſi & Diœceſi Lodonenſi, &
ex regiſtris taxæ beneficiorum patet, & etiam ex d. ho-
magio dum dicitur, ſi vacca quotãnis ſoluenda periret
in tranſitu Rhodani liberatum eſſe dominum: nam vt
ab hac patria in linguam Occitanam eatur, tranſeũdus
eſt Rhodanus, vt notorium eſt, vt vnicuiq; ex tabulis
Coſmographicis conſtare poteſt. At verò certiſſimum
eſt, † homagia ſecundùm conſuetudinẽ loci, vbi fiunt, 84
intelligenda eſſe; & ſic de cõſuetudine in lingua Occi-
tana ſeruata ea clauſula ſicut & omnia in homagio cõ-
tenta ſecundùm eã, & non ſecundùm ius feudale ſunt
intelligenda, Oldrad *conſil.159. n.9.* Pariſ. *conſil.13. num.
30. lib.1.* Burſ. *conſil.50. in fi. lib.1.* Vultei. *de feud. lib.1. cap.
7. n.20 fol.133. & n.56. fol.198. & lib.2. cap.3 num.13.*

Sed & rurſus ceſſantibus omnibus prædictis, quæ ta-
men non ceſſant, cùm primùm ſuperioritas d. loci per
Ioan. 22. fuerit acquiſita, & d. locus Comitatui Venayſ-
ſino per eũdem vnitus, homagiúmq; primum d. Ioan-
ni abſque vlla proteſtatione præſtitum abſque dubio
illud ſequendum eſt, & ſecundùm d. conſuetudinẽ in
eo Comitatu tunc vigentem & legitimè probatã intel-
ligendum præſertim quòd d. feudũ in aliam familiam
ſcilicet de Simiana fuit poſtea liberè tranſlatum iúſq;
commiſſi quod Camera prætendebat ob non ſolutio-
nẽ laudemij in d. Giraudum de Simiana, eiúſq; hæredes
& ſucceſſores tranſlatũ, vigente ſemper d. cõſuetudine.

Ad ſecundum reſpondetur, tantum abeſſe vt † in- 85
feudatio ſancti Saturnini alteret huiuſmodi conſuetu-
dinẽ, quin potiùs eã clarè probat. nã cùm primùm fuiſ-
ſet conceſſum per ſe, & ſuis ſucceſſoribus, & poſtea in
alienam familiã liberè tranſlatũ. Camera nõ ex aliena-
tione, ita ſine conſenſu domini facta prætendebat ius,
ſed quia nõ fuerant ſeruatæ & adimpletæ qualitates in
infeudatione appoſitæ, vt diſertè in ea Bulla aſſeritur,
& quam.

Digitized by Google

& quamuis poſtea in infeudatione facta Franciſco & Ludouico de Galleatis adijciatur, retentis omnibus iura Cameræ, etiam ex eo quòd ſine conſenſu Domini alienatum fuiſſet, id fit non quod ex alienatione ſine conſenſu facta aliquod ius Camera acquiſiuiſſet; ſed vel ad abundantiorem cautelam, vel potiùs, quia non ſoluto laudemio propria auctoritate poſſeſſionem acceperant, vt ibi ex eius narratur. Nam etſi quando feuda ſunt ad inſtar allodialium, poſſint liberè ſine
86 conſenſu Domini alienari: tamen † in alienationibus inter viuos, non poteſt accipi poſſeſſio niſi inueſtitura accepta, & laudemio ſoluto, alioquin locus cadit in commiſſum, Socin. iun. *conſil. 70. ſub num. 0. verſ. tertio oppoſito vol. 2.* Guid. Pap. *conſil. 147. n. 6. verſ. ſed reſtat, & in deciſ. Delphin. q. 46. num. 4.* & ibi Ranchin. & alij *conſil. n. 6.* allegati. Et propterea in tranſactione inſerta homagio Comitiſſæ de Auchun *ſub n. 143.* cùm d. conſuetudo narratur & firmatur, ſubijcitur, conſenſu ſcilicet, voluntate, prælatione & laudemio, & treſeno in alienationibus inter viuos, vt moris eſt in Comitatu interuenientibus & retentis, ſcilicet, ne poſt alienationem factam capiatur poſſeſſio, niſi inueſtitura ſumpta & laudemio ſoluto: ſed in noſtro caſu nihil tale requirebatur cùm ageretur de donatione facta ab auo nepoti, ex qua per ſtatuta patriæ non debetur laudemium, & ea ſecluſa eſt quoque hæres, quo caſu in conſuetudine illa nihil reſeruatur, quoad liberam diſpoſitionem.

Ad tertium & poſtremum reſpondetur primò, vl-
87 tra †, quòd huiuſmodi atteſtationes nullam fidem faciunt, vt in ſuperioribus conſilijs fusè docui, quoad hoc caput, etiam d. rationibus ceſſantibus, nullam poſ
88 ſunt facere fidem: primò quia † numerus teſtium, decem ſcilicet, qui in Gallia ad probandam conſuetudinem requiruntur, deficit: quinque enim tantùm de ea deponunt, ſcilicet 17. 19. 20. 23. & 26. Guid. Papæ *conſil. 116. n. 4.* Ioan. Faber *in §. ex non ſcripto n. 20. circa fi. Inſtit. de iure naturali, gent. & ciuili*, Maſcard. *concluſ. 424.*
89 *num. 5.* Secundò, quia de temporis † diuturnitate non deponunt, nec quoad immemorialem, neque enim, aſſerunt à maioribus ſe id audiuiſſe, nec quoad aliam, cùm ſimpliciter deponunt, ſe ſemper audiuiſſe, & aliqui vidiſſe, ſed à quo tempore id ſemper audiuerint vel viderint, non deponunt: poteſt enim eſſe, vt ſemper audiuerint; & tamen non niſi à tribus aut quatuor annis audiuerint, Maſcard. *d. loco n. 24. & 25.* Tertiò,
non deponunt † de frequentia actuum, cùm duo tantùm deponant, ſe vidiſſe id ita ſeruari; ſed in quibus & quot actibus, nullo modo, quæ depoſitio nullo modo probat, Alex. *conſil. 45. n. 3. lib. 2.* Maſcard. *d. loco n. 14. & ſeqq.* Quartò, quia † teſtes tantùm deponunt de auditu, &, quod magis eſt, à quo audiuerint non dicunt. Alex. *d. conſil. 45. n. 10. verſ. ſeptimus teſtis, lib. 2.* Maſcard. *d. loco n. 55.* duo verò qui dicunt ſe vidiſſe, non referunt perſonas à quibus id viderint obſeruari, ideóque non probant. Alex. *d. conſ. 45. n. 3. & 4.* Maſcard. *d. loco n. 56.* poſt omnes DD. *in l. de quibus ff. de ll.* communémque aſſerit & id abſque dubio, cùm non deponant de immemoriali conſuetudine. 90 91

Secundò reſpondetur, poſito & non conceſſo, dictos teſtes legitimè deponere ad probandam conſuetudinem, illorum dictis non eſſe ſtandum, quia falsò deponerent: notorium enim eſt, vltimogenitos non excludi à primogenitis in feudis, imò, quod magis eſt, feuda ſemper fuiſſe & eſſe ad inſtar allodialium, vt ſuprà demonſtratum fuit. Eáque falſitas † nominatim 92
in d. familia conuincitur ex dictis atteſtationibus, ex teſte ſcilicet ſexto, cùm deponit Melchiorem pœnituiſſe ſe vendidiſſe locum de Cauiſmontibus, vt ſcilicet dum daret Ludouico vltimogenito: ex compoſitione cum Camera de anno 1373. & alijs inſtrumentis, prout in ſummario eorundem, & planè non opus fuiſſet tantopere inſudare ad articulandum locum Caſtri-noui Regi iure Francorum, & primogenitum in eo excludere ſecundogenitum, ſi vera fuiſſet huiuſmodi conſuetudo, qua vltimogeniti à primogenitis excludantur, de qua dicti teſtes falsò deponunt: ſuffeciſſet enim de ea articulare, & eam probare.

Poſtremò reſpondetur, etſi legitimè & verè deponerent, id nihil facere ad caſum noſtrum, tum quòd huiuſmodi conſuetudo tantùm procederet in ſucceſſione ab inteſtato, tum quòd etiam in d. ſucceſſione, non niſi cum ageretur inter duos fratres, non autem ſi inter filiam primogeniti admiſſi, & patruum ſemel excluſum procederet.

CONSILIVM V.

ARGVMENTVM.

AN & quando fœminæ ad feuda admittantur.

Maioratus per præſcriptionem inductus quomodo intelligatur, & an extendatur ad alium caſum non præſcriptum.

Primogenium maſculinum perpetuum quando cenſeatur.

An filiæ in maioratibus, etiam feudalibus, excludant maſculos remotiores.

Ordini ſucceſſiuo, quo fœminæ poſt maſculos vocantur, quando ſit locus: & pleraque alia.

Conſilium reſponſiuum ad conſilium cuiuſdam Doctoris Auenionenſis.

SVMMARIVM.

1 *Feuda in tota Gallia & omnibus prouincijs cis Alpes conſiſtentia, & nominatim in Comitatu Venayſſino, ſunt redacta ad inſtar patrimoniorum, & fœminæ, non minùs ac maſculi, eorum ſunt capaces, & ſimul cum maſculis in eis ſuccedunt & remotiores excludunt.*

2 *Regula ſtandum quouſque de contrario conſtet.*

3 *Fœminæ eodem modo ſuccedunt quo maſculi in feudo emptitio.*

4 *Simpliciter & abſolutè hæreditario.*

5 *Necnon in conditionato, pro quo præſtatur annuus cenſus.*

6 *Ordini ſucceſſiuo, vt non, niſi deficientibus maſculis, fœminæ ſuccedant, non eſt locus in feudis emptitijs,*

abſolutè hæreditario, & conditionato.

7 *Nec quoad maſculos remotioris gradus, data fœminarum capacitate.*

8 *Nec in ſucceſſione ex teſtamento.*

9 *Fœminæ excluduntur a feudo quod primogenitis maſculis perpetuo defertur, quod dicitur, ex pacto & prouidentia.*

10 *Feudum quod regitur iure Francorum, eſt ex pacto & prouidentia, quod an verum ſit, n. 12.*

11 *Feudum in dubio præſumitur hæreditarium.*

13 *Filia primogeniti vltimò defuncti admiſſa excludit patruum in feudo quod regitur iure Francorum.*

14 *Quod etiam habet locum in aliis maioratibus, etiam ſub qualitate maſculinitatis, modo ne perpetuò & abſolutè appoſita conceptis.*

15 *In maioratibus non fit extenſio de caſu ad caſum, & num. 22.*

16 *Ius Francorum non habet locum niſi in ſucceſſione ab inteſtato.*

17 *Decij conſilium 85. quomodo intelligendum, & n. 18.*

19 *Qualitas maſculinitatis in vno gradu appoſita non extenditur ad alios, nec præſumitur ratio conſeruandæ agnationis.*

20 *Maioratus ex præſcriptione inductus, intelligitur ſecundùm conſuetudinem patriæ.*

21 *In feudo conditionato fœminæ ſuccedunt, extantibus maſculis, nec expectatur illorum defectus.*

23 *Non eſt idem caſus de maſculo proximiore ad remotiores, nec ab vno ad alium fit extenſio.*

24 *In primogenitura feudali fœmina excluditur per maſculos remotiores, contra in caſu noſtro, & n. 26.*

25 *Quemadmodum in primogenito maſculino; contra in caſu noſtro, & n. 27. & 28.*

ACCEPI, virum apprimè doctum huius Ciuitatis, antequam Illuſtris Dominus Antonius de Simiana, dominus de Cederon, litem mouiſſet ratione loci Caſtri-noui contra Illuſtrem dominum Franciſcum de Simiana ſeu Ioachimum infantem eius, illius donatarium & hæredem vniuerſalem Illuſtris quondam domini Ioachimi eius aui materni, Dominum d. loci, ſcripſiſſe & conſuluiſſe in fauorem d. Domini Antonij, præſuppoſita primogenitura maſculina perpetua, quæ prætendebatur in d. loco & ratione eiuſdem inducta; & quidem, etſi ſufficeret, negare huiuſmodi præſuppoſitum de quo tantum abeſt vt conſtet, quin potiùs de contrario ex actis apparet, vt vno verbo d. conſilio ſatisfieret: destructo enim eius fundamento, reliqua omnia corruunt, & quamuis etiam ex conſilio noſtro magno ad ſingulas rationes eiuſdem pateat reſponſio; tamen non erit abs re, pro maiore iudicis ſatisfactione, ſi paucis ac ſigillatim ſingulas rationes eiuſdem percurrendo reſpondeamus: ſeparatim tamen à magno conſilio, ne nimix id excreſceret.

Ac primùm quidem, cùm opponitur ex iure feudorum, fœminas eſſe eorūdem incapaces; ita vt quamuis pro ſe & hæredibus feudum conceſſum fuerit, de hæredibus maſculis à primo feudatario deſcendentibus ea verba intelligenda ſint: quamuis alioquin, de iure communi dictio, *hæredum*, vtrumq; ſexum comprehendat. Et quod magis eſt, etſi fœminæ expreſsè vocarentur cum maſculis, hoc intelligitur ordine ſucceſſiuo, deficientibus ſcilicet maſculis, Iacob. de Bella Pert. & Aluar. *in cap.* 1. §. 1. *Epiſcopum vel Abbatem.* Reſpondetur, nullam iuris feudalis rationem in hac patria eſſe habendam, cùm feuda ſint ad inſtar patrimoniorum redacta, & fœminæ paſſim & indiſcriminatim, ſimul cum maſculis, in eodem gradu & linea exiſtentibus, & illis excluſis, ſi ſint remotiores, imò etſi eſſent eiuſdem gradus & lineæ: ſi tamen teſtamento pater filias prætulerit, & tam per ſucceſſionem, quàm per cuiuſcumque generis acquiſitionem admittantur. 1

Idque notorium & manifeſtum eſt in † tota Gallia, & omnibus prouinciis citra montes exiſtentibus, Iaſon *in l. de quibus, num. 64. ff. de legibus,* Bened *in cap. Raynutium, verb. duas habens, n. 67. cum ſeqq. & in verb. & vxorem nomine Adelaſiam, deciſ. 5. in princ.* & nominatim in hac patria & Comitatu Venayſſino, Bertrand. *conſil.* 237. *n.* 1. *lib.* 6. & in ſuperiori conſilio noſtro fusè edoctum fuit: ita vt nos ſimus in regula, qua fœminæ per maſculos nullo modo excluduntur: etſi eiuſdem gradus eſſent & lineæ: imò concurrunt cum illis, & eos 2

excludunt ſuperioribus caſibus. † quare illi ſtandum eſt quouſque aduerſarius contrarium probauerit, Roland. à Valle *conſil.* 15. *n.* 18 *vol.* 1. & Maſcard. *concl.* 1267. & pro regula in dubio pronunciandum eſt, niſi caſum ſpecialem probet aduerſarius, Beci. *conſil.* 101. *n.* 41. præ- 3

terea nos ſumus † in feudo emptitio, cuius ſunt capaces fœminæ, nec eæ ab illo per maſculos excluduntur, Dec. *conſil.* 590. *n.* 7. & *conſ.* 424. *n.* 14. Quæ ſententia verior & magis communis eſt, vt aſſerunt Clar. §. *feudum, q.* 73. *ver. ſed quid in feudo empto,* Decia. *reſpon.* 5. *n.* 50. *lib.* 2. Intrig. *de feud. cent.* 2. *n.* 207. *cum ſeqq.* & alij ſup: à te laud.

Denique quia hoc † feudum purè, ſimpliciter & ab- 4

ſolutè hæreditarium eſt, maximè ob clauſulam vniuerſalem, *omnium, vel quorumcumqu. hæredum,* quo caſu ad quoſcumque hæredes, fœminas, & extraneos transferri poteſt, ex Bald. *in l. cum virum, n.* 21. *C. de fideicomm.* cuius opinionem tanquam magis communem obſeruari in practica atteſtatus Clarus *in d. §. feudum, q.* 9. *n.* 1. *in fi.* communem quoque aſſerit Pariſ. *conſil.* 23. *n.* 17. *lib.* 1. & Curt. *conſil.* 1. *per tot.* & magis communem Sylua. *conſil.* 30. *n.* 16 Hartman. Piſtor. *queſt. lib.* 2. *part.* 1. *q.* 1. *n.* 39. Bammach. *tit. ſi de feud. defunct. cap. feudum ea lege, q.* 2. *fol.* 174. & quod magis eſt, in documentis quibus nititur aduerſarius, ex tunc etiam hæredibus dicitur conceſſum. Sed etſi ſimpliciter hæredum facta fuiſſet mentio, de quibuſcumque tamen hæredibus, etiam fœminis, dictio, *hæredum*, præſuppoſita d. conſuetudine, intelligenda eſſet, etiam in materia feudali, Guid. Pap. *deciſ.* 230. *n.* 2. *v. r adu. ? ſendum tamen,* Bened. *in cap. Raynutius, verb. duas habens filias n.* 67. *verſ.* imò etiam in materia feudorum: imò & ſecluſa conſuetudine, fruſtratoriè hoc caſu diſputaretur, an cùm ſtrictè feudum hæreditarium eſt, ſecluſa omni dictione vniuerſali, maſculi deſcendentes à primo tantùm poſſent inſtitui: nam, præſuppoſito eam opinionem veram eſſe, de quo tamen in magno conſilio dictum fuit, ex Giamma. *deciſ.* 103. *n.* 119. & Roland. *conſil.* 2. *n.* 43. *lib.* 1. hoc caſu res caret omni difficultate & diſputatione: nam ex eorum ſententia, qui exiſtimant maſculum inſtituendum, ſufficit agnatum inſtitutum eſſe. At verò Ioachimus donatarius & hæres eſt agnatus defuncto, & deſcendit ab eodem ſtipite, nempe Ludouico Domino Caſtri-noui, vt ex d. conſilio conſtat. Illud tamen vnum eſt omittendum, ſi feudum conceſſum ſit pro ſe & hæredibus, abſque vlla dictione vniuerſali, & ſecluſa conſuetudine, caſibus ſuprapoſitis, quibus fœminæ indiſcriminatim ſuccedunt, dictio, *hæredum*, intelligenda, vt ſuprà fusè in priori conſilio docuimus ex Cepha. 665. *n.* 15. *cum ſeqq.* Curt. iun. *conſil.* 138. *num.* 24. Marti. Piſt. *q. lib.* 2. *part.* 1. *q.* 1. *n.* 67. non autem vt intelligere vult d. dominus Conſultor.

Reſpondetur etiam hoc feudum † conditionatum 5

etiam

etiam eſſe, à quo fœminæ per maſculos non excluduntur, etſi cum annuo cenſu præſtetur fidelitatis juramentum: quam ſententiam veriorem & magis communem docet Menoch. *conſ. 65. per totum*, & alij in d. conſ. relati. Et alijs modis reſpondetur; qui ex d. conſ. eliciuntur, ne hîc omnia repetantur. Ex quibus ſatisfit
6 etiam quod dicebatur, cùm vocantur † fœminæ cum maſculis, intelligi ordine ſucceſſiuo: nam, vt diximus, de jure feudali in hac patria non eſt agendum; ſed feudorum ſucceſſio ſecundùm jus commune Romanorum regulanda eſt. Præterea, etſi in jure feudali verſaremur, ille ordo ſucceſſiuus, ſi aliquo caſu procedit, in feudo emptitio vel hæreditario, cum clauſula vniuerſali, *omnibus & quibuſcumque*, vel etiam cum dictione ſimplici, *hæredum*, præſuppoſita dicta cõſuetudine, qua fœminæ ſunt capaces, necnon in conditionato, non habet locum, vt ſuperiori conſilio edoctum fuit, & docent in terminis Natta *conſ. 159. n. 9.* Pariſ. *conſ. 12. num. 19.*
7 *lib. 1.* Denique extra † illam formulam feudi, ex pacto & prouidentia conceſſi maſculis cum fœminis (poſito veram eſſe opinionem, in ea formula eſſe locum ordini ſucceſſiuo, de quo mox) in qua non verſamur, & data capacitate fœminarum, ſi aliquo caſu ordini ſucceſſiuo ſit locus, is tantùm habet locum inter eos, qui in eodem gradu & linea ſunt: nam ſi maſculus ſit in remotiori gradu, vel in alterius linea, ſemper à fœmina excluditur, & eo caſu prærogatiua gradus & lineæ eſt potentior prærogatiua ſexus, Petr. de Gregor. *tractat. conceſſ. feud. part. 4. quæſt. 4. verſ. his tamen*, Intrigl. *de feud. cent. 1. q. 7. n. 61. & cent. 2. art. 43. n. 10.* & alij in d. conſ. relati. Ad hæc, ille ordo ſucceſſiuus, ſi verſamur in feudo hæreditario, & præſuppoſita capacitate fœminarum,
8 ſi aliquo caſu ſit locus † illi ordini ſucceſſiuo, procedit in ſucceſſione ab inteſtato, non autem in teſtamento, Menoch. *conſ. 628. n. 17.* poſt Corneum *conſ. 290. num. 11. lib. 3.* Nam ſi extraneo poteſt hoc feudum legari, Pariſ. *conſ. 23. n. 17. lib. 1.* Baiu mac. *c. feudum ea lege, q. 40. tit. ſi de feud. defuncti*, multò magis in eo fœmina inſtitui. Poſtremò, donatarius & hæres hic maſculus, & agnatus eſt, nec agitur de fœmina. Non eſt omittendum, eam opinionem, qua præſupponebatur, ſi feudum concedatur maſculis cum fœminis, fœminas ſuccedere ordine ſucceſſiuo in defectum maſculorum, non eſſe veram & communiter reprobari. Imò verius eſt, ſimul & ſemel & eodem tempore cum maſculis ſuccedere, Bald. *in l. quoties C. de ſuis & legit. hæred.* Jacob. de Sancto Georg. *in tract. feudo. verb. & fœminus.* Franciſ. Crem. *ſing. 71.* Burſ. *conſ. 63. num. 10. lib. 1.* quorum opinionem communem aſſerit Pariſ. *conſ. 12. num. 16. cum ſeqq. lib. 1.* Clar. *§. feudum, q. 73. num. 4.* & dicit Jaſon *in l. Gallus, §. quidam recte, nu. 32. ff. de lib. & poſth.* quòd ita tenent omnes, ita vt ſuffeciſſet reſpondere prædicto ordini ſucceſſiuo, negando doctrinam ex aduerſo præſuppoſitam, cùm feudum conceditur maſculis cum fœminis.
9 Secundo loco opponitur, hoc † feudum antiquiſſimum eſſe, & proinde ab eo fœminas excludi, & ex eo etiam præſumi ex pacto & prouidentia: Imò ſpecialiter tale eſſe, quia in d. domo fuit acquiſitum in fauorem certi generis perſonarum, nempe primogenitorum maſculorum; ex quo probatur eſſe ex pacto & prouidentia; Thom. de Marin. *tract. de gener. & qualit.*
10 *feud. cit. 2. n. 2.* Et propterea † feudum quod regitur jure Francorum cenſeri ex pacto & prouidentia, quia primogenitis defertur.

Nam reſpondetur, ex eo quòd antiquum ſit & proprium ac rectum feudum, nihil aliud inferri quàm in hujuſmodi feudo fœminas jure feudali non ſuccedere, cui ſatisfit iiſdem omnino modis, quibus primæ objectioni ſatisfactum fuit, qui hîc repetendi non ſunt: idem enim eſt dicere, fœminas de jure feudali non ſuccedere, & feudum eſſe antiquum, proprium & rectum. Cùm verò dicitur, præſumi ex pacto & prouidentia; quamuis quæſtio ſit admodum controuerſa,
an feudum † in dubio præſumatur hæreditarium, & 11
nos docuerimus cenſeri hæreditarium ex DD. maximè Joan. Andr. *in cap. 1. de ſucceſſ. feud.* Cumano *conſilio 165.* Afflict. *deciſ. 140. & deciſ. 195. num. 10.* tamen, præſuppoſita dicta conſuetudine, indubitatiſſimum eſt eſſe hæreditarium: ſed de præſumptione hîc agendum non eſt, cùm docuerimus ſuprà in reſponſionibus ad primam oppoſitionem verè hoc feudum purè, ſimpliciter & abſolutè hæreditarium eſſe: ita vt nullo modo ex pacto & prouidentia dici poſſit. Quod verò ſubjungitur, fuiſſe acquiſitum familiæ in fauorem certi generis perſonarum, nempe primogenitorum, illud eſt de quo quæritur, & quod expreſſè negatur, quodque nullo modo per aduerſarium probatum fuit. Imò, etſi non teneremur, nos contrarium probauimus, nempe alios non primogenitos, aut non ſolos, aut alio jure quàm primogenituræ per aduerſarium prætenſæ, Dominos Caſtri-noui ſucceſſiſſe. Et quod dicitur, feudum, quod regitur jure Francorum, non eſſe hæreditarium, ſed ex pacto & prouidentia, id non eſt ſine con-
trouerſia. Plerique enim, † maximè Doctores Gallici, 12
contrarium tenent, vt Oldrad. *conſ. 94.* eleganter *n. 8. & ſeqq.* Albet. *in §. diſcipulis, nu. 7. cum ſeqq. in proœm. ff. & in l. penult. nu. 4 cum ſeqq. C. de donat. ante nupt.* Abb. *conſ. 3. nu. 1. & 2. lib. 3.* Loffred. *conſ. 1. n. 92.* & alij tamen præſuppoſito eſſe ex pacto & prouidentia, ſub diſtinctione Molin. *de primog. lib. 1. c. 8.* noſtrum hoc hæreditarium eſſe edoctum fuit. Præterea, reſpondetur quòd etſi in d. loco Caſtri-noui nulla vnquam primogenitura, ſiue juris Francorum, ſiue alia per d. Dominum Antonium prætenſa, habuerit locum, & reuera ita ſe res habet, & verum eſſe ex ſuperioribus patet: tamen dato & non concesso, quòd aliqua habuerit locum, ſiue ea eſſet
† juris Francorum, Andr. de Iſern. *in cap. 1. in fin. de eo qui* 13
ſibi & hæred. Petr. de Greg. *in tract. de conceſſ. feud. part. 4. q. 4.* vel alia, Couar. *lib. 3. variar. reſolut. cap. 5. num. 5. verſ. rurſus ſeptimò*, Molin. *lib. 1. tit. 12. num. 47 & 49. de feud.*
etiam ſub qualitate † maſculinitatis primo gradui, non 14
tamen perpetuò & abſolutè appoſita, Palaes *de majorat. part. 2. q. 6. num. 10.* Petr. Salazar *de vſu & conſuetud. cap. vlt. num. 29. 56. 61. 62.* vtroque caſu filia defuncti excludit collaterales maſculos, vt ſuperiori conſ. demonſtratum fuit.

Tertiò contendit, præſuppoſito eſſe feudum familiæ ex pacto & prouidentia; ſi quæratur, qui cenſeantur comprehenſi, cùm non conſtet de prima inueſtitura, ob ejus antiquitatem, id ex confeſſione d. Joachimi & obſeruatione ſequuta ab immemoriabili tempore dijudicandum eſſe, ex quibus conſtat ſolos primogenitos maſculos deſcendentes à Giraudo vocatos fuiſſe: obſeruantia enim ſequuta declarat quæ in conceſſione comprehendantur.

Sed ad id variè reſpondetur. Primò, negari hujuſmodi Caſtrum eſſe ex pacto & prouidentia, & primogenitis, vt præſupponit, deferri; &, vt ſæpius dictum fuit, contrarium probatum fuit. Deinde, nullam eſſe habendam rationem confeſſionis d. Joachimi & depoſitionis teſtium, quatenus d. Domino Franciſco aliquo modo nocere poſſent, aut aduerſarij intentionem juuare, cùm confeſſio reuocata fuerit per eundem Joachimum & ejus hæredem, & omnia tam in d. confeſſione quàm depoſitionibus teſtium, circa primogenituram prætenſam contenta, erronea eſſe, & contra veritatem, oſtenſum fuerit in d. conſilio.

Denique, nihil nocerent vt jacent: neque enim lo-

Digitized by Google

quuntur in noſtro caſu: ex illis namque tantùm con-
ficitur, primogenitum ex filijs vltimi poſſeſſoris fratres
excluſiſſe, cùm inter illos tantùm eſſet controuerſia:
ſed an filia primogeniti admiſſi excludatur vel fuerit
excluſa per collaterales vltimi poſſeſſoris, ne verbum
quidem: & ſic neque confeſſio neque obſeruantia
poteſt opponi, cùm de caſu noſtro non fiat mentio,
15 † nec poſſit fieri extenſio à caſu ad caſum maximè di-
uerſum, vt eſt noſter; Anchar. *conſ.* 339. Burg. à Paz *con-
ſil.* 29. *n.* ... *&* 19. *cum ſeq. maximè* 57. præſertim cùm pri-
mogenitura dicitur per præſcriptionem inducta, cùm
ſit ſtricti juris, *cap. audito*, & ibi Felin. *n.* 10. *de præſcript.*
ideoque ſubintrat id quod jam ſæpè diximus, filiam
primogeniti excludere patruum, ſiue primogenituram
juris Francorum, ſiue aliam, ſub qualitate maſculini-
tatis, modò ne gentilitiam, ſeu agnatitiam perpetuam,
etiam qua remotiores ad excluſionem filiarum vocen-
tur, qualis hæc probata non fuit, præſupponas. Quod
confirmatur ex eo quòd in ipſiſmet articulis, quibus
nititur d. Conſultor, dicitur hoc priuilegium ad hæ-
redes quoſcumque, etiam extraneos tranſire, & feu-
dum hoc conceſſum fuiſſe Girando Amico & hæredi-
bus etiam extraneis; ex quo conficitur, præſuppoſito
& non conceſſo, contenta in articulis eſſe vera, potuiſ-
ſe Dominum Caſtri-noui de feudo hoc liberè, etiam
in fauorem extranei diſponere, Clarus *d. § feudum q.* 9.
vt ſi aliqua primogenitura fuit, eam ſolùm fuiſſe in
ſucceſſione ab inteſtato, vt reuera data mentione hæ-
redum extraneorum, vel ſine eo, ſi præſcriptione indu-
16 ctum ſit hoc † jus Francorum, procedit tantùm in ſuc-
ceſſione ab inteſtato, non autem ex teſtamento, vt in
terminis docet Iuttigl. *de feud. cent.* 1. *q.* 6. *nu.* 70. & cùm
controuerſia erat inter dictos quondam Ludouicum
& Joachimum, de ſucceſſione ab inteſtato in hæredi-
tate Melchioris patris & aui paterni reſpectiuè ageba-
tur. Nec dicas, non apparere fœminam in hoc feudo
ſucceſſiſſe, nam hoc contigit, quia caſus non euenit,
quemadmodum ſimili objectioni reſpondet Joan. de
Amic. *in tit. qui feud. dare poſſunt*, § *in hac cauſa, fol.* 115. *in
fin.* & Anchar. *d. conſ.* 339. *num.* 7. *cum ſeqq.* ſemper enim,
vt & aduerſa pars contendit, Domini d. loci deceſſe-
runt relictis filijs maſculis, qui ex donationibus in
contractu matrimonij, vel alijs diſpoſitionibus, in eo-
rum fauorem factis, ſucceſſerunt, vt ſolet fieri etiam
inter plebeios. Multò minùs accidit caſus quo agere-
tur de filia per remotiorem & collateralem maſculum
excludenda, nec d. Domino Franciſco incumbit onus
probandi, filias ſucceſſiſſe, ſed d. Domino Antonio eas
excluſas fuiſſe per remotiorem maſculum, cùm in pri-
mogenitura, quam prætendit, per præſcriptionem in-
ducta ſe fundet.

Nec his obſtas ſi allegetur † conſilium Decij 85. ni-
17 hil enim facit ad caſum noſtrum, in quo ſi aliqua pro-
batio eſt, ea ſolùm eſt de primogenitis filijs vltimi poſ-
ſeſſoris defuncti, qua de re *in conſ. Dec.* ne verbum qui-
dem. Imò cenſetur in caſu Decij conceſſum feudum
familiæ & generationi Urſinorum in infinitum, vt *n.* 2.
circa finem: deinde conſ. loquitur vbi jus feudale eſt in
obſeruantia, & fœminæ feudorum ſunt incapaces, *vt
in princip. conſ.* At jam ſæpè edoctum fuit, jus feudale
in hac patria non habere locum. Tertiò, nulla alia ra-
tione valida excluditur fœmina in caſu Decij, niſi quia
feudum per præſcriptionem acquiſitum fuerat, &
cùm ſolùm maſculi de Urſinis poſſederint, & præſcri-
ptio ſit ſtricti juris, fœmina quæ de jure feudali regu-
lariter excluditur, non poteſt ea ſe juuare, *num.* 5. *circa
fin.* habet enim fœmina regulam contra ſe. At in caſu
noſtro, fœmina eſt in regula, attenta conſuetudine pa-
triæ, & ſic præſcriptio, caſu quo adeſſet, non poſſet no-
cere, niſi in caſu præſcripto, ſcilicet cùm agitur inter
maſculum & fœminam vltimi poſſeſſoris ejuſdem
gradus & lineæ. Denique, non agitur de feudo per
præſcriptionem contra Dom. acquiſito: ſed Domini
Caſtri-noui habent titulum legitimum, nempe acqui-
ſitionem factam per Giraudum de Simiana, tam à Gi-
rando Amico, quàm à Camera, pro ſe, & hæredibus:
quòd ſi in hoc caſu præſcriptio prætenſa haberet lo-
cum, ea retorqueretur contra d. Dominum Anto-
nium: nam præſuppoſita conſuetudine, qua feuda
ſunt redacta &c. cùm tantùm probaſſet de primogeni-
tis vltimi defuncti, ea non poſſet habere locum extra
caſum non probatum, ad excluſionem filiæ vltimi de-
functi per collaterales faciendam: neque enim hîc a-
gitur de filia per præſcriptionem ad feudum admit-
tenda, vt in caſu Decij; ſed de ea per præſcriptionem ex
aduerſo prætenſam non excludenda, quæ de conſue-
tudine admitti debet, & habet regulam pro ſe.

Poſtremò, cùm probatum ſit, nullam vnquam fuiſ-
ſe talem ſucceſſionem primogenitorum, non eſt diu-
tius immorandum.

Quartò, cùm dicit (præſuppoſita ſemper d. feudi
maſculini gentilitij & agnatitij, etiam in fauorem re-
motiorum, ex pacto & prouidentia, & primogenij ma-
ſculini perpetui inſtitutione, non tamen conceſſa) hoc
feudum regi jure particulari, & propterea ceſſare con-
ſuetudinem juris Francorum, qua fœminæ defuncti
excludunt remotiores agnatos, necnon conſuetudi-
nem generalem Galliæ & hujus patriæ, qua feuda ſunt
redacta ad inſtar patrimoniorum, facillima erit reſpō-
ſio, negando, vt ſæpè negatum fuit, hujuſmodi inſtitu-
tionem gentilitij feudi ex pacto & prouidentia & pri-
mogenituræ maſculinæ, perpetuæ, quæ neque proba-
ta fuit, & contrarium docuerimus nos, nimirum fuiſſe
emptitium, abſolutè hæreditarium, conditionatum; &
aut primogenitos non ſucceſſiſſe, aut non ſolos, aut a-
lio jure quàm primogenituræ prætenſæ, ex quo etiam
tollitur quod circa hoc caput ſubjungit, quòd ſi feu-
dum ſit ex pacto & prouidentia, etſi agnati fuerint hæ-
redes, qualitas hæreditaria non mittat naturam feudi:
nam ſemper negando feudum eſſe ex pacto & proui-
dentia, res manet clara & prætetea in noſtro caſu, nun-
quam agnati, ſed tantùm filij ſucceſſerunt, ijque non,
niſi ſub qualitate hæreditaria, feudum hoc poſſederũt,
vt patet ex homagijs quæ aut pro hæredibus quibuſ-
cumque, aut ipſi tanquam hæredes, vel cohæredes
præſtiterunt, quod non feciſſent, ſi fuiſſet ex pacto &
prouidentia, nec agnouiſſent hujuſmodi qualitatem
hæreditariam, ne ſibi noceret.

Non eſt quidem inconueniens, vt detur gẽtilitium
aliquod feudum etiam in Gallia: ſed nos ſumus in re-
gula, & qui id dicit, probare debet, non ſolùm pro-
pter conſuetudinem generalem, qua feuda ſunt reda-
cta ad inſtar patrimoniorum; ſed etiam propter natu-
ram antiquiſſimi juris Francorum, quo nunquam jus
feudale Longobardorum fuit receptum; ſed filia de-
functi, etiam in terminis primogenituræ excludit pa-
truum. Et ſic probatio debet eſſe talis quæ excludat in
indiuiduo vtramque conſuetudinem.

Quintò aſſerit eſſe per immemoriabilem conſuetu-
dinem probatam primogenituram in d. domo, & præ-
ſcriptionem non debere extendi ad fœminas *ex conſ.
Decij* 85. *num.* 6. hoc non eſt niſi repetere, quæ jam ſu-
prà alijs verbis dicta ſunt, & ijs ac omnibus quæ cir-
ca hunc articulum dicuntur, reſpondetur ex ijs quæ
diximus circa tertium articulum, cùm reſpondimus
conſ. Dec. 18. † quibus addendum eſt, quòd ſiue pro- 18
bata fuiſſet primogenitura juris Francorum, ſiue alia,
vt ſup. expreſſimus, filia vltimi defuncti excludit ma-

ſculum

Digitized by Google

ſculum alterius lineæ, vt ſæpè ſuprà dictum fuit, neque enim conſilium Decij loquitur vllo modo de primogenitura juris Francorum, vel alia vnius gradus, etiam ſub qualitate maſculinitatis; ſed præſupponit, maſculos ſemper deſcendentes à primo, quicumque tandem illi fuerint, ſiue deſcendentes vltimi poſſeſſoris, ſiue collaterales, ſucceſſiſſe & excluſiſſe fœminas, & ſecluſa omni conſuetudine capacitatis fœminarum; & ſic de vero feudo in terminis feudi, & de ſucceſſione maſculorum generaliter, & quæ de extenſione de perſona ad perſonam non facienda, de præſcriptione ſeu conſuetudine ſtrictè intelligenda, & quòd formam illius non debeat egredi, dici poſſent, retorquentur omnino contra d. Antonium; cùm, ſi quid probauerit, hoc fuerit tantum quoad filios teſtatoris, ac præſuppoſita d. conſuetudine & capacitate fœminarum, certum eſt eam probationem extra ipſum caſum nihil operari per rationes ipſius, nec per extenſionem volumus vocare fœminam; ſed dicimus eam, quæ ex regula admitti debet, non eſſe excludendam per extenſionem quam volt facere aduerſarius in fauorem collateralium. Ultra quod aliter quàm ex vi primogenituræ prætenſæ Dominos d. loci ſucceſſiſſe edoctum fuit; nec etiam repugnat ſi dicatur præſcriptionem immemorabilem eſſe juris realis, & ſic extendi extra omnes ad quos illud jus adaptari poteſt: neque enim DD. aiunt præſcriptionem immemorabilem eſſe juris realis; ſed ſi jus reale præſcriptum ſit in genere, illud extendi ad omnes: ita vt non qualitas præſcriptionis, ſed rei, quæ præſcribitur, conſideretur, vt elicere licet ex Molina, qui in contrarium allegatur *lib. 2. cap. 6. n. 16. cum ſeqq.* At hoc caſu non poteſt dari talis præſcriptio, poſito quòd aliqua adeſſet, ſed ſolùm inter filios defuncti vltimi poſſeſſoris, qui ex d. doctrina quamdiu extant cenſebuntur quoad omnes præſcripſiſſe: ſed non ſequitur eos qui non præſcripſerunt, & ſic collaterales, hoc jus acquiſiuiſſe: nam ad alias perſonas diuerſas & alterius lineæ non debet extendi præſcriptio, *l. 1. §. ſi quis hoc interdicto*, ibi *gloſſ. & ſcribentes, ff. de itin. actúque priuat.* text. *in c. auditis*, ibi latiſſimè per Felin. *num. 10. de præſcript.* & in terminis feudi & majoratus Anchar. *d. conſ. 339.* & Borg de Paz. *d. conſ. 29. nu. 57.* maximè contra regulam & conſuetudinem generalem ſuprà mentionatam, & vt clariùs loquamur, ſupradicta doctrina præſupponit, præſcribentes clarè præſcripſiſſe, & ſic quoad omnes, & contra omnes; nos autem non quærimus contra quos præſcriptum ſit, ſed qui præſcripſerint, & cùm ſoli filij defuncti præſcripſerint, non poſſumus id extendere, vt collaterales præſcripſerint, in illis enim filijs jus eſt radicatum, & ſic omnes excludunt: in collateralibus verò nullum jus conſiderari poteſt, cùm nunquam admiſſi fuerint, quod dicitur præſuppoſito, & non conceſſo, probatam eſſe d. præſcriptionem.

Nec obſtat poſtremò quod dicitur per Dominum Conſultorem, in primogenio maſculino, quod ratione conſeruandæ agnationis ſit, fœminas perpetuò excludi, & multò magis ſi primogenium ſit de re feudali: Nam ſi hæc aliquo caſu vera ſunt, procedunt & DD. loquuntur in primogenio à prædeceſſoribus expreſſim inſtituto in fauorem maſculorum, perpetua, indefinita & abſoluta ipſorum mentione facta, in quo vel ex ratione expreſſa, vel ex conjecturis euidentiſſimis & certiſſimis elicita, apparet inſtitutorem voluiſſe perpetuò excludere fœminas, & conſeruare agnationem & familiam: & in his terminis loquitur Molina *lib. 3. cap. 5.* ſed in noſtro caſu nullum omnino eſt primogenium, excepto illo ſpeciali, & in vna tantùm perſona ac ſemel in contractu matrimonij Melchioris contento; quòd ſi aliquod probatum prætendatur; certè non tale eſſet, quale requiritur ad excluſionem fœminarum per remotiores faciendam, etſi maſculorum facta ſit mentio, vt ſuperiori conſilio fusè docuimus, maximè quia teſtes loquuntur ſolùm de filiis vltimi poſſeſſoris, & ſic non eſt abſoluta, & indefinita maſculorum mentio; quo caſu † nec maſculorũ qualitas ad alios gradus progreditur. Imola *in l. ſi vero, §. de viro ſolut. matrim.* Molin. *lib. 1. cap. 5. num. 37. cum ſeqq.* vbi communem poſt Ripam aſſerit, & præter maſculorum mentionem alias conjecturas concurrere debere, etſi in pluribus gradibus teſtator inſtituens majoratum, maſculorum feciſſet mentionem, contendit *n. 38. in fin.* nec tunc agnationis conſeruandæ ratio præſumitur, Molin. *d. lib. 1. cap. 5. nu. 37.* Soto Major *quot id. controuerſ. lib. 2. cap. 4. n. 78.* quæ longè magis procedunt vbi perſonarum vnius tantùm gradus facta eſt mentio, de cæteris ne verbum quidem Molin *lib. 3. cap. 5. nu. 61. verſ. illud autem vt in hoc caſu.* Denique, quia expreſſio maſculorum in eo gradu de natura majoratus intelligebatur, quæ ideo nihil noui inducere poteſt, *l. 3. ff. de leg. 1. l. in conditionibus, §. 1. de cond. & demonſtr.* Poſtremò, non verſamur in diſpoſitione hominis & ipſius voluntate conjecturanda, in qua ſi abſoluta & indefinita ſit maſculorum mentio, plerique agnationis conſeruandæ rationem præſumunt, plériſque tamen contrarium exiſtimantibus, relatis à Molin. *d. lib. 3. cap. 5. nu. 27.* Sed in hoc caſu agitur de primogenio ex præſcriptione inducto, & inter fratres filios defuncti probato, ſi probatum eſt, qui † debet intelligi ſecundùm conſuetudinem generalem in patria ſeruatam; Bald. *in l. liberti libertæq. num. 31. C. de oper. libert.* Et ſic is ordo ſeruandus eſt, qui in primogenitura juris Francorum ſeruari debet, aut ſaltem qui in majoratu ſimpliciter inſtituto ſeruatur, ſi eſſemus in alia patria, Molin. *lib. 1. cap. 3. nu. 22.* At vtroque caſu filia teſtatoris excludit maſculum remotiorem, vt ſuprà edoctum fuit. His adde quæ de extenſione à maſculo ejuſdem gradus, cujus eſt filia, ad maſculum remotiorem, ad excludendam filiam non facienda, ex Burg. *d. conſ. 29. n. 57.* & quæ de præſcriptione ſtrictè intelligenda dicta ſunt, necnon per Anchar. propoſita *d. conſ. 339.* in quo maſculi plures ſucceſſerãt, & alia quæ fusè ſuperiore conſ adduximus, dum de maſculino primogenio, & depoſitione trium teſtium filiorum maſculorum vltimi Domini facientium mentionem diſſeruimus. Non eſt etiam omittendum quòd ratio agnationis non poteſt militare in hoc caſu, cùm Joachimus poſſeſſor agnatus ſit vltimo Joachimo defuncto. Quod verò dicatur primogenium feudale nihil eſt, cùm in hac patria nulla juris feudalis habeatur ratio. Sed in his, circa primogenium maſculinum perpetuum, non eſt diutius immorandum, cùm nullum fuerit aut ſit in d. feudo Caſtri-noui, & non ſolùm non eſt probatum per d. Dominum Antonium, ſed etiam contrarium d. Franciſcus probauit, etſi non teneretur, vt patet ex ſuperioribus, & ſuffeciſſet reſpondere illud negando.

19

20

Paucis etiam tollendæ ſunt quædam reſponſiones, quas d. Dominus Conſultor dat contra aliquas ex noſtris rationibus. Ac primùm, cùm ait feuda quidem eſſe redacta ad inſtar patrimoniorum in Gallia: ſed id habere locum tantùm in feudis hæreditarijs, ſed non in his, quæ ſunt ex pacto & prouidentia, quale hoc eſſe aſſerere vult, & in quo per contrariam conſuetudinem, derogatum eſt conſuetudini Galliæ; nam illud eſt de quo quæritur, & quod negamus, & quod à d. Domino Antonio probandum fuit, quod non fecit. Imò d. Dominus Franciſcus, etſi ad id non adſtringeretur, contrarium probauit, nimirum eſſe abſolutè hæ-

reditarium; & ex vi prætenſæ primogenituræ Domi-
nos d. loci non ſucceſſiſſe: & quamuis probata eſſet
primogenitura juris Francorum vel alia, nihil tamen
in caſu noſtro hoc noceret, vt ſæpè dictum fuit.

Contra etiam eam rationem, qua diximus eſſe
feudum conditionatum, affirmat id non habere lo-
cum vbi præſtatur ſeruitium perſonale, vel modi-
cus cenſus: ſed ſatis in ſuperiori conſilio reſpon-
ſum fuit, dum eam rationem attulimus, quam ta-
men rationem ex abundanti propoſuimus, abſque eo
quòd ſit neceſſaria, cùm aliæ ſint validiſſimæ, ſimul et-
iam ex ſuperioribus patet reſponſio ad id quod ſub-
jungit, fœminas † tantùm ſuccedere in defectum ma-
ſculorum: id enim non eſt verum in feudo conditio-
nato, Natta *conſ.159. nu.9.* & ſi in aliquo feudo vel caſu
id verum ſit, quando, & quo caſu, & gradu id procedat
dicto ſuperiori conſilio demonſtrauimus *in tertio fun-
damento in fin.* nullumque caſum, quo defectus maſcu-
lorum ſpectandus eſt, conſiderari ſolet noſtro facto
conuenire.

Denique ad id quod pro d. Domino Franciſco dici
poſſet, in primogenio juris Francorum, vel alio, non
tamen maſculino perpetuo, exclusionem fœminarum,
ſi quandoque admittatur, non eſſe perpetuam, ſed
temporalem, quando ſcilicet extant maſculi ejuſdem
lineæ & gradus tantùm. Reſpondet id tantùm habere
locum, cùm fœminæ ſunt expreſſè vocatæ cum maſcu-
lis, vel aliàs ea conſuetudine ſunt capaces, non autem
quando agitur de vero & proprio feudo, vel ex pacto
& prouidentia. Hujuſmodi reſponſio manifeſtè eos
conuincit; nam cùm jam ſæpè dixerimus feudalis ju-
ris in hac patria nullam eſſe habendam rationem, &
feuda eſſe redacta ad inſtar patrimoniorum, ac fœmi-
nas ſimul cum maſculis ſuccedere, etiam in eodem
gradu exiſtentibus, & d. Dominum Antonium non
probaſſe hoc feudum eſſe ex pacto & prouidentia;
imò d. Dominus Franciſcus, & ex generali patriæ con-
ſuetudine, & ea ipſius propria natura & qualitate eſſe
abſolutè hæreditarium probauerit; ſequitur ex eorum
reſponſione, filiam vltimi poſſeſſoris abſque dubio
præferendam patruo, multo magis conſobrino, quæ
dicuntur vltra alias reſponſiones ſuperiùs ſæpè factas:
nec dicimus fœminarum excluſionem eſſe tempora-
lem; ſed nullam omnino eſſe excluſionem aſſerimus,
eaſque ſimul cum maſculis ejuſdem gradus admit-
tendas, imò eos excludere ſi pater ita diſpoſuerit: nec
ſumus in terminis conceſſionis, qua fœminæ cum
maſculis vocantur, quo caſu ſecundùm opinionem
Domini Conſultoris, quam tamen non eſſe veram ſu-
prà docuimus, eſt temporalis excluſio, ſed in abſo-
luta, nullo ſexus diſcrimine habito, vocatione, qua
maſculi, etiam ejuſdem gradus per fœminas excludi
poſſunt, vt dictum eſt, & conſuetudo generalis, vel
qualitas hujus feudi emptitij abſolutè hæreditarij &
conditionati, non poſt maſculos, ſed ante eos, ſi pro-
ximiores ſunt fœminæ, eas vocat. Planè ſi jure Fran-
corum hoc feudum regeretur, tunc verum eſſet, fœ-
minas excludi ad tempus, ſed tamen per maſculos e-
juſdem lineæ & gradus non per remotiores, quæ om-
nia ex ſuperioribus, tam hujus, quàm primi conſilij
veriſſima eſſe conſtat. His adde quæ de ordine ſucceſ-
ſiuo tam in hoc quàm primo conſilio dicta ſunt; &
planè ridiculum eſt, ſi ſubjungatur non deficere ma-
ſculos, cùm aſſerat d. Dominus Antonius, etſi non de-
ſcendat ex d. vltimo poſſeſſore: nam fuſiſſimè de-
monſtratum eſt, quòd ſi aliqua primogenitura vel ju-
ris Francorum vel alia probata eſſet, maſculum debe-
re eſſe ejuſdem lineæ & gradus, vt excludat fœminam,
& de hoc eſt controuerſia, an data & non conceſſa d.
primogenitura juris Francorum vel alia, filia vltimi
poſſeſſoris per maſculos alterius lineæ, etſi à primo in-
ſtitutore deſcendentes, excludatur; & non excludi ex
certiſſima, receptiſſimaque ac veriſſima Doctorum
ſententia docuimus.

Nec inſtandum eſt, hîc agi de majoratu maſculino,
inducto pro conſeruatione familiæ, & agnationis,
quo caſu fœminæ propter maſculos remotiores ex-
cluduntur, Molin. *d. lib.3. cap.5.* per totum præſertim
cùm ſit majoratus feudalis, inductus ex immemora-
bili præſcriptione familiæ in fauorem maſculorum,
quæ præſcriptio non poteſt extendi ad alias perſonas
quàm quæ fuerunt comprehenſæ in ipſo vſu inductí-
uo præſcriptionis, cùm tantum cenſeatur præſcriptum
quantum poſſeſſum. Nam reſpondetur, hæc non eſ-
ſe niſi repetitionem eorum quæ jam dicta ſunt, & de-
monſtratum fuiſſe; nullam hîc eſſe primogenituram
ſiue majoratum, & ſi quis ſit, eum non eſſe maſcu-
linum pro conſeruatione agnationis, ſed ſolùm vel
juris Francorum, vel ſimplicem; nec hîc vllam eſſe ha-
bendam rationem juris feudalis, & cùm fœminæ ex
conſuetudine patriæ ſuccedant ſimul & eodem tem-
pore cum maſculis, etiam in eodem gradu exiſtenti-
bus, ſi præſcriptione ille majoratus inductus eſt, illa
præſcriptio tantùm habebit locum quoad gradum &
perſonas † in eo exiſtentes quæ præſcripſerunt, hoc eſt 22
quoad filios vltimi poſſeſſoris non quoad alios, Bur-
gen. *conſ.29 num.64.* cum ſequentibus & alij ſuprà ci-
tati, maximè cùm de præſcriptione agitur, Anchar. *d.
conſil.339.* Nec opus eſt vt præſcriptio extendatur ad
fœminas, vt eæ admittantur; imò dicimus non ex-
tendendam ne excludantur, neque volumus præſcri-
ptionem eis prodeſſe, ſed non nocere: fœminæ enim
ſunt in regula, & habent intentionem fundatam, nec
opus eſt, vt præſcriptione juuentur; ſed tantùm ne
per eam excludantur: non excludentur autem reue-
ra, quia nullos alios quàm filios vltimi poſſeſſoris præ-
ſcripſiſſe prætendi poteſt, nunquam enim alij ſucceſ-
ſerunt, ad quos propterea præſcriptio aliarum perſo-
narum, alterius, hoc eſt proximioris gradus, non po-
teſt porrigi, maximè & juris diſpoſitione in contra-
rium exiſtente, & contraria ratione militante: imò
etiamſi contraria ratio non militaret, Burgen. *d. conſil.
29. num.57.* † Non enim idem caſus & ſimilis eſt de 23
maſculo primogenito proximiore ad remotiorem, *l. ſi
viua matre, C. de bonis matern. l. cum ita §. in fideicom-
miſſo de legat.3.* & in terminis Burg. *d. nu 57.* & per con-
ſequens de vno caſu ad alium in hac ſpecie non eſt
trahenda diſpoſitio *l. quæritur ff. de ſtatu homi.* Deci. *in
c. tranſlat. 2. lect. col. penul. de conſtit.* nec poteſt dici ſimile
in quo aliqua abſimilitudo ineſt ad nota. *in c. non poteſt
de præbend. in 6.* Burg. *ibid.*

Quòd poſtremo loco, cùm dicimus in majoratu
juris Francorum vel alio, nunquam fieri tranſitum de
vna linea ad aliam, quamdiu ſuperſunt maſculi ejuſ-
dem lineæ, vel poſt eos fœminæ, vt per Cancerium *d.
tit. de feud. num. 47.* cum alijs ſuprà allegatis; Reſpon-
detur, hæc vera eſſe, & procedere quando agitur de
ſimplici primogenitura, non autem de feudali nec
maſculina: cùm † enim agitur de primogenitura feu- 24
dali, ſicut fœmina non eſt capax feudi, ita nec primo-
genituræ feudalis; ideò bene omnino excludi, etiam
per maſculos remotiores alterius lineæ & gradus, Pa-
riſ. *conſ.72. per tot. vol.4.* maximè *num.10.* Molin. *libro 3.
cap.4. num. 43. & cap. 5. per tot.* magna eſt enim diffe-
rentia inter majoratum & feudum, quia in majoratu
fœmina † ſuccedit, deficientibus maſculis ejuſdem 25
lineæ, quod ſecus eſt in feudo, Melch. Palaes *d. tract.
part.2. quaſt.5. num.6.* & idem multo magis vbi agitur
de pri-

de primogenio maſculino feudali, vt in caſu iſto præſupponitur, quia cùm illud ſit fideicommiſſum in fauorem maſculorum, pro conſeruatione agnationis & familiæ, fœminæ etiam deſcendentes vltimi poſſeſſoris ab eo omnino excluduntur, & admittuntur collaterales maſculi, etiam in infinitum, à primo inueſtito deſcendentes, vt per Deci. *d. conſil.* 85. Oſaſc. *deciſ.* 162. *num.* 8. Franc. de Amic. *vbi ſupra* §. *qualis autem, num.* 1. *fol.* 114. Pinel. *in tertia parte, l.* 1. *C. de bonis matern. num.* 91. Thom. de Marin. *de feud. tit.* 2. *numer.* 17. Pariſ. *d. conſ.* 72. *vol.* 4. & Moz. *de feud. tit. de ſubſtitut. num.* 76. Facilis erit reſponſio, ſæpiùs ſuprà facta: † nam, vt ſæpiſſimè dictum fuit, nulla habenda eſt ratio juris feudalis in hac patria, data dictâ conſuetudine, qua feuda ſunt ad inſtar patrimonialium & allodialium: imò ex eo quòd fœminæ, non minùs ac maſculi, ſunt capaces feudorum, & ſimul eodem tempore cum illis concurrunt, ea reſponſio retorquetur contra ipſos, & abſque dubio fœmina debet excludere maſculum alterius lineæ; idemque, ſtatuendum ſecluſa d. conſuetudine, attento quòd hoc feudum eſt emptitium, abſolutè hæreditarium, & conditionatum. Sed inutiliter primogenitum feudalis opponitur, quæ nulla vn-
17 quam fuit in dicto feudo Caſtri-noui. Et † quoad primogenituram maſculinam, edoctum fuit nullam eſſe; & ſi aliqua ſit, eam, vel ſimplicem vel juris Francorum eſſe. Ideoque manere firmam, & illibatam rationem noſtram, qua in vtraque filiæ vltimi poſſeſſoris excludunt maſculos alterius lineæ, etiam maſculorum in gradu filiorum vltimi poſſeſſoris facta mentione, & non data illa primogenitura maſculina perpetua ceſſet ratio conſeruationis agnationis, quam ex ea vult elicere d. Conſultor. Imò & in hoc caſu, ſi adeſſet primogenitura, & aliqua ſit ratio ejuſdem, ea eſt quam deduximus, quæque exprimitur in articulis ſuper quibus factæ fuerant dictæ atteſtationes, vt ſcilicet d. Caſtrum in vnius perſona conſeruetur: ſed, quod plus eſt, in noſtro caſu ratio conſeruationis agnationis non poteſt nocere d. Domino Franciſco, ſeu Joachimo ejus filio, cùm d. Joachimus maſculus agnatus ſit vltimo poſſeſſori. Et vt ſingulis authoritatibus ſuprà allega-
18 tis reſpondeamus. Quoad † Decium, *d. conſ.* 85. ſuprà ſatisfactum fuit, maximè quia in caſu ſuo jus feudale habebat locum, quo fœminæ regulariter excluduntur: ita vt non mirum ſit, ſi præſcriptio per maſculos inducta, quæ de ſui natura eſt ſtricti juris, non proſit fœminis, quæ de natura feudi excludi debent. At in caſu noſtro fœminæ regulariter admittuntur, ita vt non quæratur, an illis per præſcriptionem maſculorum jus quæſitum ſit, ſed an illis competens ſit ſublatum, cùm in caſu noſtro, nunquam maſculus remotior ad excluſionem fœminarum fuerit admiſſus, Oſaſc. *deciſio.* 162. *num.* 8. nihil omnino facit ad rem, & quæſtionem longè diuerſam tractat; an filius, repudiata paterna hæreditate, poſſit acceptare feudum, & præſupponit clarè, ex prouiſione hominis feudum, de quo agitur, eſſe ex pacto & prouidentia; Franc. etiam de Amicis d. loco nihil ad rem, quærit enim ſolùm an feudum præſumatur ex pacto & prouidentia, & in puris terminis juris feudalis, ac ſecluſa conſuetudine, qua fœminæ ſunt capaces, *vt in fin. d.* §. *qualis.* Quæ omnia ceſſant in noſtro caſu, attenta conſuetudine regionis ſæpè memorata; ac etiam ea ſemota ijs concurrentibus, quæ ſunt in noſtro feodo, quod emptitium, quod hæreditarium, &c. de quibus ſuprà. Eodemque modo ſatisfit Pinello *in tertia parte, l.* 1. *num.* 91. Et quoad Thomam de Marin. *de feud. tit.* 2. *num.* 17. nihil etiam ad rem; loquitur enim in vero feudo, eoque clarè ex pacto & prouidentia conſtituto, & vbi jus feudale Longobardorum habet locum; quo caſu non eſt dubium, agnatos remotiores ſuccedere, excluſis fœminis, quæ omnino talis feudi ſunt incapaces. At nos verſamur in patria, in qua contrarium ſeruatur, præſuppoſita d. conſuetudine, & negamus d. Caſtrum eſſe feudum ex pacto & prouidentia; imò aſſerimus eſſe hæreditarium, & ex generali patriæ conſuetudine, & ex ſui propria natura, vt ſuprà edoctum fuit, Pariſ. *conſ.* 72. *lib.* 4. loquitur in primogenitura inſtituta ad inſtar feudorum, quæ retinent propriam naturam, vt ſcilicet eorum ſint incapaces fœminæ. Et clarè erat inſtituta perpetuò in fauorem maſculorum, per hæc verba, *vt primogenitus maſculus, & alij deſcendentes ex illo de majore in majorem ſuccederet, num.* 10. *circa finem:* nam cùm dictio, *deſcendentes,* ſit in eadem oratione, *maſculorum,* dictio cenſetur, repetita in deſcendentibus, & ſic voluiſſe facere perpetuam maſculinam primogenituram, vt ex diſcurſu conſilij patet: quod niſi eſſet, ſi fœmina ſuperuixiſſet, quæ in ſuo caſu deceſſerat, & agebatur de filio ex ea, & ſic de bonis ad aliam familiam transferendis, clarè concludit *num.* 95. *&* 101. *in fin.* quòd hujuſmodi fœmina quæ eſſet agnata, excluderet remotiores agnatos, quod noſtro caſui admodum congruit, in quo agitur quidem de filio ex filia, ſed eo agnato, in quo agnatio conſeruari poteſt melius, quàm in fœmina agnata; Mozzius etiam *num.* 76. nihil facit ad rem noſtram: quærit enim vſque ad quem gradum collaterales agnati ſuccedant in feudis, & concludit, quòd ſi tranſitum fecerit de perſona primi acquirentis in ſuos deſcendentes, ſuccedere in infinitum, quòd ſi non fecerit tranſitum, ſuccedere vſque ad ſeptimum gradum, & ſic loquitur in vero, recto & proprio feudo.

Ex quibus ſatisfactum eſt omnibus quæ per d. Dominum Conſultorem contra dictum Dominum Franciſcum adducta fuerunt: coactique fuimus ſæpiùs eadem repetere, quia d. Dominus Conſultor eadem ſæpè inculcabat, & in idem ſemper recidebat, præſupponebatque primogenium maſculinum perpetuum, etiam in fauorem remotiorum maſculorum ad excluſionem filiarum, quorum neutrum verum eſt, imò vtrumque falſum.

in d. §. *præterea Ducatus*, in quo Ducatus, Marchiona-
tus & Comitatus tantùm mentio, & quem Oldradum
d. Curt. allegat *d. conſil. n. 8. circa finem*, & ita ac de hu-
iuſmodi Baronijs exaudiendus eſt etiam Faber *in d. §.*
cæterum: Et planè ita res ſe habet, in nullo enim autho-
re inuenitur, Baronias ſimplices eſſe indiuiduas, ſed tã-
tùm eas quæ comprehenduntur *in d. §. Ducatus*, vt do-
cet Cannet. *d. §. & pariformiter n.* 35. feuda enim aut ſũt
48 ſumma, † quæ & regalia dicũtur, atque ſunt indiuidua
de iure feudorum, & etiam de iure Gallico antiquo, vt
ſunt Ducatus, Marchionatus, Comitatus & iure Galli-
co Principatus. quorum aliquibus quãdoque Patricia-
tus dignitas eſt annexa, Loyſeau c. 5. *& 6. per tot.* & quo-
ad Patriciatum ſeu Pairie *d. c. 5. n. 4. & ſeqq.* quoad prin-
cipatus *d. c. 5. n. 71.* Mediocria verò ſunt quę Vicedomi-
ni ſeu Vidames, Vicecomites ſeu Vicomtes tenẽt, Ba-
roniæ & Caſtellaniæ Loyſeau *c. 7. per tot.* ita vt Barones
tertium tantùm locum inter mediocria obtineãt, poſt
ſcilicet Vicecomites, qui Vicecomites eos præcedunt,
Loyſeau c. *7. n. 69.* Minora verò ſunt feuda, nullam vel
49 ſimplicem † iuriſdictionem habentia. Sed & tandem
etiam ſumma feuda, quæ ſolebãt eſſe indiuidua, facta
fuerunt diuidua per conſuetudinem generalem, ferè
vbique obſeruatam Soci. *conſil. 67. col. 6. ver. quod diſpo-
ſitio*, Vultei. *de feu. lib. 1. c. 8. n. 36. fol.* 315. poſt multos quos
refert & Borcholt. *de feud. c. 7. n. 42.* ſicut & in Gallia,
Ranchin. *d. §. 10. n. 7.* poſt Reboff. *in tract. feud. num. 27.*
Ita tamen vt compenſatio fiat in pecunia, Guid. Pap.
q. 426. Ranch. & Loyſeau *d. locis*: ſed illud non omit-
tendum, indiuiduitatem de qua *in d. § præterea Duca-
tus*, Alber. *in dictio in verb. feudum*, dum tractat de quę-
ſtione inter nobiles Marchiones de Carrere & Sauo-
ne quem ſequitur Curt. ſen. *d. conſil. 68. n. 9.* intelligere
quoad dignitatem tantùm; quoad verò incapacitatem
50 † fœminarum equidem regulariter in Baronijs ſpecia-
liter ſumptis, quæ feuda ſunt, ſicut nec in cæteris feu-
dis non ſuccedere, fallit ſi fuerint feoda abſolutè hæ-
reditaria, Bald. *in cap. 1. in princ. de prohib. feud. alienat.
per Frideri.* Abb. *conſ. 3. num 4. circa medium lib. 2.* Clar. §.
feudum q. 9. num. 2. vel emptitia, Deci. *conſil. 390. num. 7.*
Pariſ. *conſil. 4. n. 39. lib. 1.* à Peguera *verſ. 4. n. 16.* quale eſt
hoc feudum, in quo, etiam ſecluſa cõſuetudine, fœmi-
na ſuccederet, vt ſuſè in conſilijs oſtenſum fuit, præ-
ſertim *conſ. 3. n. 73. & ſeqq. & n. 101. cum ſeqq.* præſertim
quia ſi eſſet Baronia, quæ tamen non eſt, eſſet ſimplex
abſque dubio: imò nec haberet ea quæ ſimplex Baro-
51 nia habere debet (tres † ſcilicet Caſtellanias, ſicut Co-
mitatus duas Baronias & tres Caſtellanias. Marchio-
natus tres Baronias & tres Caſtellanias; Ducatus verò
plures Comitatus, Caſtellania verò quæque Caſtrum
cum mero mixto imperio, Loyſeau *c. 4. n. 27.*) cùm in
vno tantùm loco eóque exiguo conſiſtat, abſque vllis
alijs locis ab eo dependentibus: ſed hoc quidem de iu-
re feudali; d. verò conſuetudine receptiſſimum eſt, fœ-
minas in illis eodem planè modo quo maſculos ſuc-
cedere. quod in indiuiduo de omnibus Baronijs, Co-
mitatus fuit edoctum, quæque dependeret & eſſet de
Comitatu, cui vnitus fuit, & recognoſceret (vt reco-
gnoſcit, non tamen ſub qualitate Baroniæ, cùm talis
non ſit) ſummum Pontificem tãquam Comitem Co-
mitatus; non autem eſſet Baronia per ſe ſubſiſtens &
immediatè ſummum Põtificem de per ſe recognoſcẽs,
52 ſed & per vniuerſam Galliam Baroniarum, etiam † ge-
neraliter ſumptarum, fœminæ ſunt capaces, Rip. *d. lib.
1. reſponſ. c. 1. n. 70. cum ſeqq.* quod reſtringere volẽs Caro-
lus 9. edicto de anno 1566. promulgato, cauit vt Duca-
tus, Marchionatus, & Comitatus, qui in futurum eri-
gerentur, non niſi ad maſculos ſpectarent, quibus de-
ficientibus redirent ad coronam, manentibus tamen
fœminis capacibus eorum, qui ante d. annum erecti
fuerant, Loyſeau *c. 5. n. 67. & c. 6. n. 42.* ſed & plerumque,
in erectionibus poſt d. annum factis d. edictu derroga-
tur, Loyſeau *d. c. 6. n. 42.* ſed quoad Baronias ſpecialiter
ſumptas, & ante & poſt edictum fœminæ manſerunt
capaces

Quintò aiũt in feudorum ſucceſſione, quoties † fœ- 53
mina eſt admittenda, eam nõ admitti donec extat ma-
ſculus *c. 1. de eo qui ſibi & hæred.* Zaz. *de ſucceßione feud.
c. 8. n. 32. cum ſeqq.* ſed varijs modis in d. conſilijs reſpon-
ſum fuit, præſertim quòd, caſo quo excluderetur à re-
motioribus maſculis (quod tamen non dixit Zaz. *d. lo-
co & d. c. 1. de eo qui ſibi, &c.* procedere inter eos qui ſunt
eiuſdem gradus aſſerit Curtius *conſil. 199. n. 44.*) cer-
tum tamen eſt ſolùm hoc habere locum in certis caſi-
bus, nimirum in terminis *d. c. 1.* quo cõceſſio erat facta
maſculis, quamdiu extarent, & non niſi deficientibus
illis, fœminis. DD. *in d. c. 1.* Vultei *lib. 1. cap. 9. num. 49. fol.*
403. idque caſu quo vellemus *d. c. 1.* etiam procedere in
illis qui ſunt diuerſi gradus cõtra Bald: Cotraque ſen-
tentiam, & in formola *maſculis & fœminis*. DD. *in d. c.
1.* ſed & hoc caſu fœminam cum maſculo admitti ſubti-
liſſimè docet Sonsbec. *de feud. part. 9. num* 142. nec non in
feudo fœmineo *c. 1. de feudo fœmineo*, qua tamen in for-
ma non defuerunt qui exiſtimarẽt, fœminas cum ma-
ſculis ſuccedere, vt docet Hartm. Piſtor *lib. 2. part. 2 q.
34. num. 16. circa fin. n. 24. & 28.* inter quos Doctiſſimus
Cuiac. *lib. 1. tit. 12.* ſed regulariter data capacitate fœmi-
narum, vel cum maſculis eiuſdem gradus ſuccedunt,
vel ſaltem à remotioribus non excluduntur: imò eos
excludunt; vt † ſi conceſſum fuerit feudum maſculis 54
cum fœminis, Bald. *in l. quoties n. 5. C. de ſuis & legitimis
hæred.* eámque communem aſſerunt Iaſon, quamuis
ab ea recedat, *in l. Gallus §. quidam rectè, num. 32.* & ibi
Gallian. *num. 17.* Borcholt. *de feud. cap. 7. part. 2. num. 67.*
Piſtor *lib. 2. part 2. quæſt. 35. num. 30.* Roland. à Valle *con-
ſil. 84. num. 10. lib. 4.* Burſat. *conſil. 63. num. 10. lib. 1.* Clar. *§.
feudum quæſt. 73. num. 4* Roſenth. *cap. 7. q. 41. n. 4.* vel li-
beris † vtriuſque ſexus. Borcholt. *de feud. cap. 7. num. 67.* 55
vel ſi feudum † ſit abſolutè hæreditarium, Socin. ſen. 56
conſ. 253. poſt multos quos citat *col. 4. in fin.* Pariſ. *conſil.
12. num. 19. cum ſeqq. lib 1.* Natta *conſil. 159. n. 8. & 9.* Ruin.
conſil. 16 n 5. & 15. lib. 1. Brun. *conſil. 29. n. 7. & ſeqq.* & hanc
communem aſſerit Roſenth. *de feud. cap. 7. q. 41. n. 23.*
poſt multos quos refert & ſequitur *in gloſſa littera I.*
reprobata Garſonij ſententia, & eius ſequacis Menn-
chij, *conſil. 443. n. 62. in fin.* qui antè, ſcilicet *conſil. 291. n.
15. & 16.* idem erroneè cenſerat: vel † emptitium, Ripa 57
lib. 1. reſponſ. cap. 1. n. 70. cum ſeqq. vſque ad n. 77. Cephal.
conſil. 3. n. 115. Natta *conſil. 159. n. 14.* Deci. *conſ. 390. num. 7.*
Pariſ. *conſil. 4. n. 37. 38. 39. lib. 1.* à Peguera *verſ. 4. n. 16* Me-
noch ſibi contrarius *conſ. 498. n. 17. cum ſeqq.* hancque
ſententiam magis communem eſſe patet ex Roſenth.
& per ipſum allegatis *c. 7 q 34. in gloſ. litt. A.* vel etiam
† in ipſamet forma, *maſculis & fœminis*: ſi tamen feu- 58
dum ſit nouum, etiam pro collateralibus quæſitum:
etiamſi iure feudi antiqui ſit quæſitum, (in quo tamen
fœminæ non ſimul ſuccedunt) ſed filiæ defuncti ex-
cludunt patruum, Roſenth. *cap. 2. q. 15. num. 10. & cap. 7.
quæſt. 39. num. 7. & quæſt. 41. n. 8.* & in feudo † pro quo 59
præſtatur cenſus, niſi tenor inueſtituræ repugnet, Me-
noch *conſil. 65. num. 12. & 16.* Grat. *reſpon. 9 num. 154. lib.
1.* Burſat. *conſil. 150. num. 59. vol. 2.* ſubtiliſſimè Thulman. de
Benignis *in obſeruat. ſtatuum Imperat. reſpon. teſtam.
feud. num. 7. & ſeqq. & 63. cum ſeqq.* non obſtante iu-
ramento fidelitatis, Menoch. *conſil. 65.* & de Benign.
dict. reſpon. numer. 74. Roſenth. *capita 2. quæſt. 63. nu-
mer. 8. cum gloſ. littera Q.* vel † ſi conſuetudine ſimpli- 60
ci fœminæ ſint feudorum capaces, in feudis in quibus
alio-

Digitized by Google

alioquin ius feudorum viget: nam & tunc filia defuncti excludit patruum, Andr. de Iſern. *in c.1.n.2.de eo qui ſibi & heredib.* Afflict. *ibid.n.13.* Pariſ.de Puteo *in compend.ad Iſern. in d.cap.1.de eo qui ſibi & hered. verſ. in Regno.* Corn. *conſil.199.num.38.verſ.& hoc in terminis lib.2.* Pariſ.*conſ.21.num.28.cum ſeqq.lib.2.* Bald. *in l ſi num. 6.C.de ſuis & legit.heredib.& auth.ceſſante num.5.Cod.de leg hæred.* à Peguera *verſ.4.num.19.* vbi poſt Pariſ.hanc communem aſſerit, & quamuis aliqui contradicant, præſertim Iacob. de ſancto Georg. *in ſua inueſtitura, verb.& fœminis n.13.* & Præpoſ.*in d.cap.1.n.4.* tamen Pariſ *d.conſil.21.num.30.& ſeqq.* eos refellit, & rationibus eorum reſpondet, ac concludit eum communi DD. ſententia, *d cap.1.* non procedere quando tale eſt feudum in quo de conſuetudine fœminæ ſuccederent; & nouiſſimè optimè Liparulus *in cap.1. de eo qui ſibi & vir.b.Sicilia*, vbi dat rationem differētiæ inter pactum & conſuetudinem vel conſtitutionem, quibus admittitur fœmina, vt in pacto excludatur per remotiores maſculos, at in conſuetudine vel conſtitutione eos excludat, & ſic conuellitur fundamentum, quo nituntur contrarium ſentientes, exiſtimātes rationem differentiæ inter ea dari non poſſe:& plerique altis caſibus de quibus à Peguera *d.verſ.4.,num.18.& ſeqq.* & Roſent. *c. 7. quæſt.41.* & Hartman. Piſtor. *lib.2.quæſt.2. in part.2. quæſt.34 num.36.& 37.* & quando in certis caſibus dicitur non admitti fœ..inam, extantibus maſculis, hoc ſi non verſemur in puris & rectis feudis in quib. tantum *cap.1.§.hoc autem qui f ud.dari poſſ. cap 1.§.filia de f ud. ſucceſſion.cap.* § *quinetiam Epiſc vel Abba.* procedunt, Aluar.Bald. Nicol. de Neap. & alij *in d.cap quinetiam,* Benig.*d.loco num.27.cum ſeqq.& n.63.* & alij *conſ.3.n 83.* niſi nominatim de remotioribus cautum ſit, intelligē-
61 dum † eſt de maſculis in eodem gradu exiſtentibus:ſe- gulariter enim mulier proximior excludit maſculos remotiores, à Peguer.*d.loco ver.4.n.19.circa fi.*cùm omniū
62 ſit Doctorum ſententia, ſtatutum † conſuetudinémq; (ea enim à pari procedūt, etiam in materia feudorum,
63 Roſent.*de feud.c.7 q 4:.num.4.& 12.circa fi.*) qua † extantibus maſculis fœminæ non ſuccedunt, tātùm habere locum inter maſculos & fœminas eiuſdem gradus, Caſtr.*conſil.47.lib.1.* Alex *conſ.104.n.13.lib.2.* Cancer.*tit.de feud n.52.* Burg *in proœm.ll.Tauri n.121.fed* & ij ipſi, qui, data ſimplici conſuetudine capacitatis fœmi-
64 narum in feud. (nam † ſi eſſent ad inſtar allodialium, omnes conueniunt eas nedum à remotioribus, ſed nec ab eiuſdem gradus maſculis excludi, à Peguer.*ver. 6.n.95.* Ranchin *in tract.de ſucceſſ.ab inteſt.§.7.n 8.* Vueſemb.*conſil.74.n.27.* Roſent.*c.9.q.58 n.41.* in huiuſmodi enim feudis quæ ſunt ad inſtar allodiorum ſuccedit ut ſecundùm ius commune, ſicut & in merè hęreditariis, Roſent.*c.7.q.37.num 2.& 4.& q.60.n.2.* exiſtimant eas
65 à † remotioribus excludi ſi primogenitura in d feudis habeat locum, fatentur filiam defuncti excludere remotiorem maſculum, Schradet.*de feud.part.7.cap.4.n. 78.* Roſent. *c.7.q.41.num.13* cum multis quos allegat *in gloſſ.lit.G.* etſi nitatur eam ſententiam impugnare, nihil tamen firmans, ſed ſi caſus occurreret, cogitandum eſſe aſſerens: ea enim eſt certiſſima & indubitata DD. ſententia, quòd in primogeniturnis etiam feudalibus; data per conſuetudinem capacitate fœminarum, filia defuncti excludit patruum, & quemcumque remotiorem maſculū, Bald.*conſil.275 quod pro regula lib.2.* Curt. *in tract.feud.prima parte 3 partis principalis num.17.* Citier *de primog.lib.1.cap.19.num.5.* Tiraq.*de primog.quæſt. 10.num.25.* Pettus de Greg. *de conceſſ.feud.part.4.quæſt. 4.num.24.* & alij. *in 3.conſ.* allegati, *num. 42.* Sed hæc inutiliter quæruntur, tum quòd non verſamur in terminis ſucceſſionis ab inteſtato, in qnib. DD. loquuntur, ſed in teſtamentaria; &, quod magis eſt, in diſpoſitione inter viuos, & tamen quandoque qui an fœmina extantibus maſculis ſuccedere poſſit, vel controuertunt vel negant, ij ſi filia inſtituatur † hæres, eam 66
admittendam cenſent, Fabian.de Anna *conſil.53.num.3.* tum quòd hîc non agitur de filia, ſed de maſculo eóque agnato nedum hærede vniuerſali inſtituto, ſed etiam d feudi Caſtri-noui donatario. Et quidem † hæc 67
dicuntur, inſpecto iure feudali; ſed in hac patria, in qua feuda ſunt ad inſtar allodialium, nulla ordinis ſucceſſiui habetur ratio, Ranch. Vueſemb. & Peguera *d. locis.*

Poſtremò aiunt, † Feuda in dubio cenſentur maſcu- 68
lina, ſecundùm regulam quæ fœminas excludit à feudis. Deci.*conſ.807.n 5.* Socin.iun. *conſil.65.n 1.lib.1.* Cephal.*conſil.172.num 17.& ſeqq.* quia eſt contra naturam & conſuetudinem feudi, vt fœmina in eo ſuccedat: ideo in dubio iudicantur maſculina; Idem Cephal *conſil.258.n.9.* Beci.*conſ.101.n.36.* Et quia † in omni diſpo- 69
ſitione ſemper naturam rei inſpicere debemus, *l. vni. §.ne autem, Cod.de cad.tollen* oportet enim ſequi naturam rei *l.ita ſtipulatus, ff. de verb. obligat.* Bald. *conſil. 3.5.remittendum,verſ.conſiderandum.lib 1.* ideò feudum
† cenſetur conceſſum ſecundùm propriam ſui natu- 70
ram, & natura ſemper ineſſe videtur feudo, niſi per pactum improprietur, *cap.1. de feud. non habente prop. naturam.* & ibi Bald. *& in prælud. feud. 4 diuiſione. in princ.num. 46.& in l.liberti libertæque, verſ. quæritur de eo.Cod.de bon.libertorum.* Alexand.*conſil.13.num.12.lib.5.* Deci.*conſ.269.num.4.* vide Beci. *conſil.101.* Sed hæc nihil faciunt ad rem; procedunt enim de iure feudali & in locis vbi † ius feudale eſt in obſeruantia: ſed vbi 71
adeſt conſuetudo capacitatis fœminarum, ceſſat illa præſumptio, & ſtandum eſt conſuetudini, Roſent. *in terminis de feud.cap. 7. concluſ.8.* nos verò verſamur in fortioribus terminis: loquimur enim data conſuetudine, qua feuda fuerunt & ſunt ad inſtar allodialium & patrimoniorum, & ſic ſumus † in Regula. & onus 72
incumbit probandi aduerſario, diſcedendum eſſe à dicta conſuetudine in hoc feudo; quod ni faciat, regulæ ſtandum eſt. & ſi quæ verba in conceſſionibus ambigua eſſent, ... ndùm d. conſuetudinem, & non ſecundùm ius feudale, vel naturam feudorum ex iure inductam; intelligi ... eſſent, Roſent. *de feud. dict. cap.2.quæſt.8* & conceſſio impliciter † facta, de fœ- 73
minis quoque, & ſecundùm eam conſuetudinem eſt intelligenda, Oldrad *d.conſil 169.num 9.* Pariſ.*conſil.13. num.0.& conſil.21.num. 5 lib.1.* Bruni *conſ.81 in fin.* Alciat *de præſumpt.reg 3.præſumpt.32.n.13 in fi.* Burſa.*conſ. 50 n.25.lib 1.*

Secundò, dato † nos verſari in terminis iuris feuda- 74
lis, ſecluſa d.conſuetudine non eſt recurrendum quid præſumendum ſit, aut in dubio cenſendum, cùm clarè edoctum fuerit, hoc feudum eſſe purè & abſolutè hæreditarium, ad quoſcumque etiam extraneos tranſitorium, *l. continuus §. cum ita ff. de verb. obligat. cum ſimil.*

Tertiò, quinimò etſi eſſemus † in dubio quantum- 75
nis maſculinum, hæreditarium certè ſaltem ſtrictè cenſendum eſſet, Alex.*conſil.26.n.3.& 7.lib.5.* Roland.*conſ. 32.n 28.lib.3.* Intrigl.*cent.1.quæſt 50 n.2.0.* Burſa.*conſil.3. n.4.lib.1.* Kircho *in comm.opin.lib 6.verſ feudum fol.145.* de quo ſaltem inter viuos † in fauorem vnius ex com- 76
prehenſis in inueſtitura in præiudicium proximorum agnatorum diſponere potuit, Curt.iun. *conſil.139.num. 26.* Pariſ. *conſil.3.num.34.cum ſeqq.lib.1.* Gratus *reſpon.4. n.40.cum ſeqq.* ſed maximè *n.58.lib.1.* & alij *conſil.3.num. 148.* allegati, fuſiſſimè Hartman. Piſtor *lib. 2. quæſt. part. 2. quæſt. 34. per tot.* præſertim *num. 34. cum ſeqq.*

Digitized by Google

& quamuis Roſent.*cap.9.memb.1.quæſt.67.* contrariam
teneat, tamen ex dictis per ipſum *num.*4.& allegatis in
gloſ.*littera I.* conſtat hanc eſſe receptiorem & ſequen-
dam in iudicando, quandoquidem huiuſmodi feu-
dum eſt omnino ſicut aliæ res hæreditariæ & de hæ-
reditate cenſetur, non reſpectu *cap.1.an agnatus*, vt qui-
dam malè exiſtimant, ſed quia reuera eſt de hæredita-
te, & quod quis obtinere non poteſt niſi ſit hæres hæ-
ditatis & bonorum vltimò defuncti, ita vt ſi vltimus
poſſeſſor in eum qui ſuccedere non poſſit, vt quia non
eſt de comprehenſis in inueſtitura, contra conſenſum
domini diſpoſuerit, potiùs ad dominum reuertatur,
quàm ad agnatum proximiorem ſpectet. Atque hæc
eſt receptiſſima ſententia, quidquid in contrarium
moliatur Roſent. vt atteſtatur Chaſſan. *in conſuet. Bur-
gund.rubr. des fiefs, §. en choſes feudales, n.6.* Cannet. *in
cap.volentes §.conſequenter differendum n.17.fol.46.* fuſiſ-
ſimè Hartm. Piſtor *lib.2.quæſt.part.1.quæſt.1.per tot.* præ-
ſertim *num.*81. & hanc eſſe magis communem ſenten-
tiam ea allegatis per ipſummet Roſent. patet, ſcil. *cap.
7.quæſt.6.in gloſſ.litt. K.& cap.7.q.12.num.4. cum gloſſ.
litt. L.* vbi in petitionem hæreditatis venit, & à proxi-
miore agnato qui id forſan poſſidet ab hærede auoca-
ri poteſt, *& d.cap.7.quæſt.13.n.12.cum gloſſ.litt. L.* vbi in
legitimam imputatur, ex magis communi & veriori
& d.c.7.q.20.per tot.cum gloſſa, fuſiſſimè Hartm. Piſtor
quæſt.lib.2.part.1.q.1.per totum, præſertim *n.61.& 62.*

Poſtremò non quæritur hîc, an filia ſuccedere poſ-
ſit, vt ſæpè diximus; ſed an diſpoſitio tam teſtamentaria,
quàm inter viuos, in fauorem maſculi agnati facta te-
neat, in quo nulla eſt difficultas, præſertim cùm hoc
77 feodum in aliam familiam alienatum fuerit, & † feu-
dum ſemel alienatum, ſemper maneat alienabile,
etiam in præiudicium agnatorum Socio.*conſil.67.num.
32.col. 2.verſ. tertio reſpond. lib.1* Bruu. *conſ.165. num.5.*
Natta *conſil.322. num.2.* Surd. *conſ.105. num.12.& 13.* &
alij *conſil.3.num.87.* allegati. Non deſinit aduerſa pars
ſemper nouas obiectiones proponere, poſt enim ſu-
periùs obiecta, quibus ſatisfactum eſt, tria de nouo
opponit. Primum, ex homagio Giraudi Amici de an-
no 1244. quo tempore d. locus Caſtri-noui non erat
vnitus Comitatui, ſed eius ſuperioritas ſpectabat ad
Abbatem ſancti Guillelmi de Deſertis, ideóque con-
tendit clauſulam, *qui de iure ſuccedent*, intelligendam
eſſe de iure feudali, & non de cõſuetudine, qua feuda
ſunt ad inſtar allodialium. Alterũ enim nec in Comi-
tatu, inuito domino, feuda poſſe alienari, exiſtimat
probatum ex conceſſione loci ſancti Saturnini per
Clemẽtem ſeptimum tum & Paulum tertium, de anno
1535. Tertium, quòd prætendat per atteſtationes, de
quibus ſæpè facta eſt mentio, probatam eſſe conſuetu-
dinem in hoc Comitatu & omnibus prouinciis cir-
cumuicinis, qua vltimò geniti quamdiu primogeniti
extant, non ſuccedere aſſerit in feodis, ſed ſolum ali-
mentis contentos eſſe debere. Quibus paucis ſatisfa-
ciendum eſt.

Ad primum dicimus, in d. homagio, etiam in termi-
nis iuris feudalis, ſecluſa omni conſuetudine, nihil
78 omnino eſſe quod denotet hoc feudum † eſſe ex pacto
& prouidẽtia, quin potius cùm pro ſucceſſoribus om-
nibus præſtitum ſit, eſſe abſolutè hæreditarium: dictio
enim *omnibus*, tantum operatur, quantum dictio, *qui-
buſcunque*, Thom. de Marin. *tit.5.de feud.hæredit.num.8.*
Tyber. Decian. *reſponſ.3.n.174.lib.4.* Ruin. *conſil.25.n.6.
lib.1.* Schrad. *de feud.part.7.cap.3.n.1.* & Roſent. *cap.2.q.*
79 36.& dictio, † *ſucceſſoribus*, latiùs patet quàm dictio,
hæredibus, nedum tantundem operatur, Deci. *conſ.269.
n.1.* Aperno *conſil.4.n.17.& 20.* Petr. à Greg. *parte 6.q.4.*
Roſent. *de feud cap.2.q.40.* Clauſula verò, *qui de iure ſuc-
cedent*, non reſtringit, tum quòd non ſit in diſpoſitio-
ne principali, ſed in vno tantùm ex capitibus executi-
uis, & non dictioni, *omnibus*, ſed dictiuni, *Ego*, & ſic
non correctonè & reſtrictiuè, ſed ampliatiuè apposi-
ta, vt fusè docui *in conſil.3.num.117. cum ſeqq.*

Sed verius eſt, d. clauſulam de d. † conſuetudine in 80
régne Romano communi, non feudali intelligendam:
nam etſi de d. tempore d. locus non eſſet vnitus Comi-
tatui, qui Comitatus ad Comites Tholoſanos de d. tẽ-
pore & longè antea ſpectabat, vt conſtat ex Chroni-
cis, necnon ex actis in hac cauſa productis, præſertim
ea infeudatione Maſani *num.*155. tamen in princ. huius
conſilij necnon *n.22.* docuimus huiuſmodi conſuetu-
dinem, † qua feuda fuerunt ſemper ad inſtar allodia- 81
lium, nedum fuiſſe in Comitatu, ſed etiam in prouin-
ciis circumuicinis, tota Gallia, & omnibus prouinciis
cis Alpes conſtitutis, ideóque & in d. loco Caſtri-noui,
ea Bened. *in c. Raynutius verb. duas habẽs, n.67. de teſtam.*
Iaſ. *in l.de quibus n.64.ff.de legib.& alius*, & ius feudale
nunquam in illis fuiſſe receptum, Petr. Iacobi *in ſua
pract.tit.63.de cauſis ex quib.vaſalli n.1.& ſeqq.* præſertim
17.& caſu quo aliquando fuiſſet receptum illo tempo-
re non potuiſſe, cùm extra Italiam nondum libri feu-
dorum fuiſſent recepti, & ſup. *n 25.& ſeq.* aduerſariiſque
incumbit onus probãdi, de eo tempore fuiſſe receptũ,
præſertim cùm appareat, feuda ſemper fuiſſe ad inſtar
allodialium, nec de contrario vllo tempore conſtet.
Sed res ea eo certiſſima redditur, quòd in † lingua Oc- 82
citana ius feudale nũquam fuit receptum, vt nomina-
tim de ea atteſtatur Ioan. Reinau. *in compreh.iur.feud.
in prin.n.26.27.in fi.& 28.* interpretans *Petr. Iacob.* præ-
dictũ verò homagium † de anno 1244. fuit factum ca- 83
pitulariter in Conuẽtu & Monaſterio ſancti Guillelmi
de Deſertis, vt in eo aſſeritur, & ſic in lingua Occitana,
vbi d. Monaſterium eſt ſitum, vt notorium eſt, in pro-
uincia ſcilicet Narbonenſi & Diœceſi Lodouenſi, &
ex regiſtris taxæ beneficiorum patet, & etiam ex d. ho-
magio dum dicitur, ſi vacca quotãnis ſoluenda peteret
in tranſitu Rhodani liberatum eſſe dominum: nam vt
ab hac patria in linguam Occitanam eatur, tranſeũdus
eſt Rhodanus, vt notorium eſt, vt vnicuiq; ex tabulis
Coſmographicis conſtare poteſt. At verò certiſſimum
eſt, † homagia ſecundùm conſuetudinẽ loci, vbi fiunt, 84
intelligenda eſſe; & ſic de cõſuetudine in lingua Occi-
tana ſeruata ea clauſula ſicut & omnia in homagio cõ-
tenta ſecundùm eã, & non ſecundùm ius feudale ſunt
intelligenda, Oldrad *conſil.159.n.9.* Pariſ. *conſil.13.num.
30.lib.1* Burſ. *conſil.50.in fi.lib.1.* Vultei. *de feud.lib.1.cap.
7.n.20 fol.133.& n.56.fol.198.& lib.2.cap.3 num.13.*

Sed & rurſus ceſſantibus omnibus præditis, quæ ta-
men non ceſſant, cùm primùm ſuperioritas d. loci per
Ioan.22. fuerit acquiſita, & d. locus Comitatui Venayſ-
ſino per eũdem vnitus, homag. ũnq; primum d. Ioan-
ni abſque vlla proteſtatione præſtitum abſque dubio
illud ſequendum eſt, & ſecundùm d. conſuetudinẽ in
eo Comitatu tunc vigentem & legitimè probatã intel-
ligendum præſertim quòd d. feudũ in aliam familiam
ſcilicet de Simiana fuit poſtea liberè tranſlatum iúſq;
commiſſi quod Camera prætendebat ob non ſolutio-
nẽ laudemij in d. Giraudum de Simiana, eiúſq; hæredes
& ſucceſſores tranſlatũ, vigente ſemper d. cõſuetudine.

Ad ſecundum reſpondetur, tantum abeſſe vt † in- 85
feudatio ſancti Saturnini alteret huiuſmodi conſuetu-
dinẽ, quin potiùs eã clarè probat. nã cùm primùm fuiſ-
ſet conceſſum per ſe, & ſuis ſucceſſoribus, & poſtea in
alienam familiã liberè tranſlatũ. Camera nõ ea aliena-
tione, ita ſine conſenſu domini facta prætendebat ius,
ſed quia nõ fuerant ſeruatę & adimpletæ qualitates in
infeudatione appoſitæ, vt diſertè in ea Bulla aſſeritur,
& quam-

& quemui poſtea in infeudatione facta Franciſco & Ludouico . Gilleantis adijciatur , retentis omnia iura Cameræ , etiam ex eo quòd ſine conſenſu Domini alienatum fuiſſet , id ſit non quòd ex alienatione ſine conſenſu facta aliquod ius Camera acquiſiuiſſet ; ſed vel ad abundantiorem cautelam , vel potiùs , quia non ſoluto laudemio , propria auctoritate poſſeſſionem acceperant , vt in ea est narratur . Nam etſi quando feuda ſunt ad inſtar allodialium , poſſint liberè ſine
86 conſenſu Domini alienari : tamen † in alienationibus inter viuos , non poteſt accipi poſſeſſio niſi inueſtitura accepta , & laudemio ſoluto , alioquin locus cadit in commiſſum , Socin iun. *conſil.70.ſub num. 6. verſ.tertio oppoſito.vol 2.* Guid Pap. *conſil.147.n.6.verſ.ſed reſtat, & in deciſ. Delphin. q.46.num.4.* & ibi Ranchin. & alij congeſti n.6. allegati. Et propterea in tranſactione inſerta homagio Comitiſſæ de Anchun *ſub.n.143.* cùm d.conſuetudo narratur & firmatur , ſubijcitur , conſenſu ſcilicet , voluntate , prælatione & laudemio , & retento in alienationibus inter viuos , vt oritur eſt in Comitatu interuenientibus & retentis , ſcilicet ne poſt alienationem factam capiatur poſſeſſio , niſi inueſtitura ſumpta & laudemio ſoluto : ſed in noſtro caſu nihil tale requirebatur cùm ageretur de donatione facta ab auo nepoti , ex qua per ſtatuta patriæ non debetur laudemium , & in ſeclusa eſt quoque hæres , quo caſu in conſuetudine illa nihil reſeruatur , quoad liberam diſpoſitionem.

Ad tertium & poſtremum reſpondetur primò , vl-
87 tra † , quòd huiuſmodi atteſtationes nullam fidem faciunt , vt in ſuperioribus conſilijs fusè docui , quoad hoc caput , etiam d. rationibus ceſſantibus , nullam poſ-
88 ſunt facere fidem : primò quia † numerus teſtium , decem ſcilicet , qui in Gallia ad probandam conſuetudinem requiruntur , deficit : quinque enim tantùm de ea deponunt , ſcilicet 17.19.20.23.& 26. Guid. Papæ *conſil.116.n.4.* Ioan. Faber *in §.ex non ſcripto.n.20.circa ſi. Inſtit.de iure naturali, gent. & ciuili,* Maſcard. *concluſ.424.*
89 *num.5.* Secundò , quia de temporis † diuturnitate non deponunt , nec quoad immemorialem , neque enim aſſerunt à maioribus ſe id audiuiſſe , nec quoad aliam , cùm ſimpliciter deponunt , ſe ſemper audiuiſſe , & aliquæ vidiſſe , ſed à quo tempore id ſemper audiuerint vel viderint , non deponunt : poteſt enim eſſe , vt ſemper audiuerint ; & tamen non niſi à tribus aut quatuor annis audiuerint , Maſcard. *d.loco n.24.& 25.* Tertiò ,
non deponunt † de frequentia actuum , cùm duo tan- 90
tùm deponant , ſe vidiſſe id ita ſeruari ; ſed in quibus & quot actibus , nullo modo , quæ depoſitio nullo modo probat , Alex. *conſil 45.n.3.lib.2.* Maſcard. *d.loco n.14.&*
ſeqq. Quartò , quia † tres tantùm deponunt de audi- 91
tu , & , quod magis eſt , à quo audiuerint non dicunt. Alex *d.conſil.45.n.10.verſ.ſeptimus teſtis,lib.2.* Maſcard. *d.loco n.55.* duo verò qui dicunt ſe vidiſſe , non referunt perſonas à quibus id viderint obſeruari , ideóque non probant. Alex *d.conſ 45.n.3.& 4.* Maſcard. *d.loco n.56.* poſt omnes DD. *in l.de quibus ff. de ll.* communémque aſſerit & id abſque dubio , cùm non deponant de immemoriali conſuetudine.

Secundò reſpondetur , poſito & non conceſſo , dictos teſtes legitimè deponere ad probandam conſuetudinem , illorum dictis non eſſet ſtandum , quia falsò deponerent : notorium enim eſt , vltimogenitos non excludi à primogenitis in feodis , imò , quod magis eſt , feuda ſemper fuiſſe & eſſe ad inſtar allodialium , vt ſu-
prà demonſtratum fuit. Eáque falſitas † nominatim 92
in d. familia conuincitur ex dictis atteſtationibus , ex teſte ſcilicet ſexto , cùm deponit Melchiorem pœnituiſſe ſe vendidiſſe locum de Cauiſmontibus , vt ſcilicet dum daret Ludouico vltimogenito : ex compoſitione cum Camera de anno 1573. & alijs inſtrumentis , prout in ſummario eorundem , & planè non opus fuiſſet tantopere inſudare ad articulandum locum Caſtri-noui Regi iure Francorum , & primogenitum in eo excludere ſecundogenitum , ſi vera fuiſſet huiuſmodi conſuetudo , qua vltimogeniti à primogenitis excludantur , de qua dicti teſtes falsò deponunt : ſuffeciſſet enim de ea articulare , & eam probare.

Poſtremò reſpondetur , etſi legitimè , & verè deponerent , id nihil facere ad caſum noſtrum , tum quòd huiuſmodi conſuetudo tantùm procederet in ſucceſſione ab inteſtato , tum quòd etiam in d. ſucceſſione , non niſi cum ageretur inter duos fratres , non autem ſi inter filiam primogeniti admiſſi , & patruum ſemel excluſum procederet.

CONSILIVM V.

ARGVMENTVM.

An & quando fœminæ ad feuda admittantur.

Maioratus per præſcriptionem inductus quomodo intelligatur , & an extendatur ad alium caſum non præſcriptum.

Primogenium maſculinum perpetuum quando cenſeatur.

An filiæ in maioratibus , etiam feudalibus , excludant maſculos remotiores.

Ordini ſucceſſiuo , quo fœminæ poſt maſculos vocantur , quando ſit locus ; & pleraque alia.

Conſilium reſponſiuum ad conſilium cuiuſdam Doctoris Auenionenſis.

SVMMARIVM.

1 *Feuda in tota Gallia & omnibus prouincijs cis Alpes conſtitutis , & nominatim in Comitatu Venayſſino , ſunt redacta ad inſtar patrimoniorum , & fœmina , non minùs ac maſculi , eorum ſunt capaces , & ſimul cum maſculis in eis ſuccedunt & remotiores excludunt.*

2 *Regula ſtandum quouſque de contrario conſtet.*

3 *Fœmina eodem modo ſuccedunt quo maſculi in feudo emptitio.*

4 *Simpliciter & abſolutè hereditario.*

5 *Necnon in conditionato , pro quo præſtatur annuus cenſus.*

6 *Ordini ſucceſſiuo , vt non , niſi deficientibus maſculis , fœmina ſuccedant , non eſt locus in feudis emptitijs ,*

abſolutè hæreditario, & conditionato.

7 *Nos quoad maſculos remotioris gradus, data fœminarum capacitate.*

8 *Nec in ſucceſſione ex teſtamento.*

9 *Fœmina excludientur à feudo quod primogenitis maſculis perpetuo defertur, quod dicetur, ex pacto & prouidentia.*

10 *Feudum quod regitur iure Francorum, eſt ex pacto & prouidentia, quod an verum ſit, n. 12.*

11 *Feudum in dubio præſumitur hereditarium.*

13 *Filia primogeniti vltimò defuncti admiſſi excludit patruum in feudo quod regitur iure Francorum.*

14 *Quod etiam habet locum in aliis maioratibus, etiam ſub qualitate maſculinitatis, modò ne perpetuò & abſolute appoſita conceptis.*

15 *In maioratibus non fit extenſio de caſu ad caſum, & num. 22.*

16 *Ius Francorum non habet locum niſi in ſucceſſione ab inteſtato.*

17 *Decij conſilium 85. quomodo intelligendum, & n. 18.*

19 *Qualitas maſculinitatis in vno gradu appoſita non extenditur ad alios, nec præſumitur ratio conſeruanda agnationis.*

20 *Maioratus ex præſcriptione inductus, intelligitur ſecundùm conſuetudinem patriæ.*

21 *In feudo conditionato fœmina ſuccedunt, extantibus maſculis, nec expectatur illorum defectus.*

23 *Non eſt idem caſus de maſculo proximiore ad remotiores, nec ab vno ad alium fit extenſio.*

24 *In primogenitura feudali fœmina excluditur per maſculos remotiores, contra in caſu noſtro, & n. 26.*

25 *Quemadmodum in primogenito maſculino, contra in caſu noſtro, & n. 27. & 28.*

ACCEPI, virum apprimè doctum huius Ciuitatis, antequam Illuſtris Dominus Antonius de Simiana, dominus de Cederon, litem mouiſſet ratione loci Caſtri-noui contra Illuſtrem dominum Franciſcum de Simiana ſeu Ioachimum infantem eius, ipſum donatarium & hæredem vniuerſalem Illuſtris quondam domini Ioachimi eius aui materni, Dominum d. loci, ſcripſiſſe & conſuluiſſe in fauorem d. Domini Antonij, præſuppoſita primogenitura maſculina perpetua, quæ prætendebatur in d. loco & ratione eiuſdem inducta; & quidem, etſi ſufficeret, negare huiuſmodi præſuppoſitum de quo tantùm abeſt vt conſtet, quin potiùs de contrario ex actis apparet, vt vno verbo d. conſilio ſatisficeret: deſtructo enim eius fundamento, reliqua omnia corruunt, & quamuis etiam ex conſilio noſtro magno ad ſingulas rationes eiuſdem pateat reſponſio; tamen non erit abs re, pro maiore iudicis ſatisfactione, ſi paucis ac ſigillatim ſingulas rationes eiuſdem percurrendo reſpondeamus: ſeparatim tamen à magno conſilio, ne nimis id excreſceret.

Ac primùm quidem, cùm opponitur ex iure feodorum, fœminas eſſe eorúdem incapaces; ita vt quamuis pro ſe & hæredibus feudum conceſſum fuerit, de hæredibus maſculis à primo feudatario deſcendentibus ea verba intelligenda ſint: quamuis alioquin, de iure communi dictio, *hæredum*, vtrumq; ſexum comprehendat. Et quod magis eſt, etſi fœminæ expreſsè vocarentur cum maſculis, hoc intelligitur ordine ſucceſſiuo, deficientibus ſcilicet maſculis, Iacob. de Bella Pert. & Aluar. *in cap.* 1. §. 1. *Epiſcopum vel Abbatem.* Reſpondetur, nullam iuris feudalis rationem in hac patria eſſe habendam, cùm feuda ſint ad inſtar patrimoniorum redacta, & fœminæ paſſim & indiſcriminatim, ſimul cum maſculis, in eodem gradu & linea exiſtentibus, & illis excluſis, ſi ſint remotiores, in ſucceſſione eiuſdem gradus & lineæ: ſi tamen teſtamento pater filias prætulerit, & tam per ſucceſſionem, quàm per cuiuſcumque generis acquiſitionem, admittantur. 1
Idque notorium & manifeſtum eſt in † tota Gallia, & omnibus prouinciis citra montes exiſtentibus, Iaſon *in l. de quibus, num.* 64 *ff. de legibus*, Bened. *in cap. Raynutius, verb. duas habens, n.* 67. *cum ſeqq. & in verb. & vxorem nomine Adelaſiam, deciſ.* 5. *in princ.* & nominatim in hac patria & Comitatu Venayſſino, Bertrand. *conſil.* 237. *n.* 1. *lib.* 6. & in ſuperiori conſilio noſtro fusè edoctum fuit: ita vt nos ſimus in regula, qua fœminæ per maſculos nullo modo excluduntur: etſi eiuſdem gradus eſſent & lineæ: imò concurrunt cum illis, & eos 2
excludunt ſuperioribus caſibus. † quare illi ſtandum eſt quouſque aduerſarius contrarium probauerit, Roland. à Valle *conſil.* 15. *n.* 18 *vol.* 1 & Maſcard. *concl.* 1267. & pro regula in dubio pronunciandum eſt, niſi caſum ſpecialem probet aduerſarius, Beci. *conſil.* 101. *n.* 41. præ- 3
terea nos ſumus † in feudo empititio, cuius ſunt capaces fœminæ, nec eæ ab illo per maſculos excluduntur, Dec. *conſil.* 590. *n.* 7. *& conſ.* 424. *n.* 14. Quæ ſententia verior & magis communis eſt, vt aſſerunt Clar. *§. feudum, q.* 73. *ver. ſed quid in feudo empto*, Decia. *reſpon.* 5. *n.* 50. *lib.* 2. Intrig. *de feu.* [illegible] *n.* 257. *cum ſeqq.* & al. ſup. à te lati.

Denique quia hoc † feudum purè, ſimpliciter & ab- 4
ſolutè hæreditarium eſt, maximè ob clauſulam vniuerſalem, *omnium*, vel *quorumcumqu. hæredum*, quo caſu ad quoſcomque hæredes, fœminas, & extraneos transferri poteſt, ex Bald. *in l. cum virum, n.* 21. *C. de fideicomm.* cuius opinionem tanquam magis communem obſeruari in practica atteſtatur Claros *in d. §. feudum, q.* 9. *n.* 2. *in fi.* communem quoque aſſerit Pariſ. *conſil.* 23. *n.* 17. *lib.* 1. & Curt. *conſil.* 1. *per tot.* & magis communem Sylua. *conſil.* 30. *n.* 26 Hartman. Piſtor. *quæſt. lib.* 2. *part.* 1. *q.* 1. *n.* 39. Bammach. *tit. ſe de feud. defunct. cap. feudum ea lege, q.* 2. *fol.* 273. & quod magis eſt, in documentis quibus nititur aduerſarius, ex tantis etiam hæredibus dicitur conceſſum. Sed etſi ſimpliciter hæredum facta fuiſſet mentio, de quibuſcumque tamen hæredibus, etiam fœminis, dictio, *hæredum*; præſuppoſita d. conſuetudine, intelligenda eſſet, etiam in materia feudali, Guid. Pap. *deciſ.* 230. *n.* 2. *ver. aduertendum tamen*, Bened. *in cap. Raynutius, verb. duas habens filias n.* 67. *verſ.* imò etiam in materia feudorum: imò & ſecluſa conſuetudine, fruſtratoriè hoc caſu diſputaretur, an cùm ſtrictè feudum hæreditarium eſt, ſecluſa omni dictione vniuerſali, maſculi deſcendentes à primo tantùm poſſent inſtitui: nam, præſuppoſito eam opinionem veram eſſe, de quo tamen in magno conſilio dictum fuit, ex Gramma. *deciſ.* 103. *n.* 119. & Roland. *conſil.* 2. *n.* 43. *lib.* 1. hoc caſu res caret omni difficultate & diſputatione: nam ex eorum ſententia, qui exiſtimant maſculum inſtituendum, ſufficit agnatum inſtitutum eſſe. At verò Ioachimus donatarius & hæres eſt agnatus defuncto, & deſcendit ab eodem ſtipite, nempe Ludouico Domino Caſtri-noui, vt ex d. conſilio conſtat. Illud tamen non eſt omittendum, ſi feudum conceſſum ſit pro ſe & hæredibus, abſque vlla dictione vniuerſali, & ſecluſa conſuetudine, caſibus ſuprapoſitis, quibus fœminæ indiſcriminatim ſuccedunt, dictio, *hæredum*, intelligenda, vt ſuprà fusè in priori conſilio docuimus ex Cepha. 665. *n.* 15. *cum ſeqq.* Curt. iun. *conſil.* 138. *num.* 24. Marti. Piſt. *q. lib.* 2. *part.* 1 *q.* 1. *n.* 67. non autem vt intelligere vult d. dominus Conſultor.

Reſpondetur etiam hoc feudum † conditionatum 5
etiam

Google

etiam eſſe, à quo fœminæ per maſculos non excludun-
tur, etſi cum annuo cenſu præſtetur fidelitatis jura-
mentum: quam ſententiam veriorem & magis com-
munem docet Menoch. *conſ.65. per totum*, & alij in d.
conſ. relati. Et alijs modis reſpondetur; qui ex d. conſ.
eliciuntur, ne hîc omnia repetantur. Ex quibus ſatisfit
6 etiam quod dicebatur, cùm vocantur † fœminæ cum
maſculis, intelligi ordine ſucceſſiuo: nam, vt diximus,
de jure feudali in hac patria non eſt agendum; ſed feu-
dorum ſucceſſio ſecundùm jus commune Romano-
rum regulanda eſt. Præterea, etſi in jure feudali verſa-
remur, ille ordo ſucceſſiuus, ſi aliquo caſu procedit, in
feudo empritio vel hæreditario, cum clauſulæ vniver-
ſali, *omnibus & quibuscumque*, vel etiam cum dictione
ſimplici, *hæredum*, præſuppoſita dicta cõſuetudine, qua
fœminæ ſunt capaces, necnon in conditionato, non ha-
bet locum, vt ſuperiori conſilio edoctum fuit, & do-
cent in terminis Natta *conſ.159.n.9.* Pariſ. *conſ.12.num.19.*
7 *lib.1.* Denique extra † illam formulam feudi, ex pacto
& prouidentia conceſſi maſculis cum fœminis (poſito
veram eſſe opinionem, in ea formula eſſe locum ordi-
ni ſucceſſiuo, de quo modo) in qua non verſamur, & da-
ta capacitate fœminarum, ſi aliquo caſu ordini ſucceſ-
ſiuo ſit locus, is tantùm habet locum inter eos, qui in
eodem gradu & linea ſunt: nam ſi maſculus ſit in re-
motiori gradu, vel in alterius linea, ſemper à fœmina
excluditur, & eo caſu prærogatiua gradus & lineæ eſt
potentior prærogatiua ſexus, Petr. de Gregor. *tractat.*
conceſſ. feud. part.4. quæſt.4. verſ. his tamen, Intrigl. *de feud.*
cent.1.q.7.n.61. & cent.2.art.43.n.10. & alij in d. conſ. re-
lati. Ad hæc, ille ordo ſucceſſiuus, ſi verſamur in feudo
hæreditario, & præſuppoſita capacitate fœminarum,
8 ſi aliquo caſu ſit locus † illi ordini ſucceſſiuo, procedit
in ſucceſſione ab inteſtato, non autem in teſtamento,
Menoch. *conſ.628.n.17.* poſt Corneum *conſ.290.num.11.*
lib.3. Nam ſi extraneo poteſt hoc feudum legari, Pariſ.
conſ.21.n.17.lib.1. Bainmac. *c. feudum ea lege, q.40. tit. ſi de*
feud. defuncti, multò magis in eo fœmina inſtitui. Po-
ſtremò, donatarius & hæres hic maſculus, & agnatus
eſt, nec agitur de fœmina. Non eſt omittendum, eam
opinionem, qua præſupponebatur, ſi feudum conce-
datur maſculis cum fœminis, fœminas ſuccedere or-
dine ſucceſſiuo in defectum maſculorum, non eſſe ve-
ram & communiter reprobari. Imò verius eſt, ſimul &
ſemel & eodem tempore cum maſculis ſuccedere,
Bald. *in l. quoties C. de ſuis & legit. hæred.* Jacob. de San-
cto Georg. *in tract. feudo. verb. & fœminis.* Franciſ. Crem.
ſing.71. Burſ. *conſ.63. num.10. lib.1.* quorum opinionem
communem aſſerit Pariſ. *conſ.12. num.16. cum ſeqq. lib.1.*
Clar. §. *feudum, q.73. num.4.* & dicit Jaſon *in l. Gallus, §.*
quidam rectè, nu.32. ff. de lib. & poſth. quòd ita tenent o-
mnes, ita vt ſuffeciſſet reſpondere prædicto ordini
ſucceſſiuo, negando doctrinam ex aduerſo præſuppo-
ſitam, cùm feudum conceditur maſculis cum fœminis.

9 Secundo loco opponitur, hoc † feudum antiquiſſi-
mum eſſe, & proinde ab eo fœminas excludi, & ex eo
etiam præſumi ex pacto & prouidentia: Imò ſpecia-
liter tale eſſe, quia in d. domo fuit acquiſitum in fauo-
rem certi generis perſonarum, nempe primogenito-
rum maſculorum; ex quo probatur eſſe ex pacto &
prouidentia; Thom. de Marin. *tract. de gener. & qualit.*
10 *feud. tit.2.n.2.* Et propterea † feudum quod regitur ju-
re Francorum cenſeri ex pacto & prouidentia, quia
primogenitis defertur.

Nam reſpondetur, ex eo quòd antiquum ſit & pro-
prium ac rectum feudum, nihil aliud infertur quàm in
hujuſmodi feudo fœminas jure feudali non ſuccede-
re, cui ſatisfit iiſdem omnino modis, quibus primæ ob-
jectioni ſatisfactum fuit, qui hîc repetendi non ſunt:
idem enim eſt dicere, fœminas de jure feudali non
ſuccedere, & feudum eſſe antiquum, proprium & re-
ctum. Cùm verò dicitur, præſumi ex pacto & proui-
dentia; quamuis quæſtio ſit admodum controuerſa,
an feudum † in dubio præſumatur hæreditarium, & 11
nos docuerimus cenſeri hæreditarium ex DD. maxi-
mè Joan. Andr. *in cap.1. de ſucceſſ. feud.* Cumano *conſilio*
165. Afflict. *deciſ.140. & deciſ.195. num.10.* tamen, præſup-
poſita dicta conſuetudine, indubitatiſſimum eſt eſſe
hæreditarium: ſed de præſumptione hîc agendum
non eſt, cùm docuerimus ſuprà in reſponſionibus ad
primam oppoſitionem verè hoc feudum purè, ſimpli-
citer & abſolutè hæreditarium eſſe: ita vt nullo modo
ex pacto & prouidentia dici poſſit. Quod verò ſub-
jungitur, fuiſſe acquiſitum familiæ in fauorem certi
generis perſonarum, nempe primogenitorum, illud
eſt de quo quæritur, & quod expreſsè negatur, quod-
que nullo modo per aduerſarium probatum fuit. Imò,
etſi non teneremur, nos contrarium probauimus, nem-
pe aut non primogenitos, aut non ſolos, aut alio jure
quàm primogenituræ per aduerſarium prætenſæ, Do-
minos Caſtri-noui ſucceſſiſſe. Et quod dicitur, feu-
dum, quod regitur jure Francorum, non eſſe hæredita-
rium, ſed ex pacto & prouidentia, id non eſt ſine con-
trouerſia. Plerique enim, † maximè Doctores Gallici, 12
contrarium tenent, vt Oldrad. *conſ.94.* eleganter *n.8. &*
ſeqq. Alber. *in §. diſcipulis nu.7. cum ſeqq. in proœm. ff. & in*
l. penult. nu.4 cum ſeqq. C. de donat. ante nupt. Abb. *conſ.3.*
nu.1. & 2. lib.3. Loffred. *conſ.1.n.92.* & alij tamen præſup-
poſito eſſe ex pacto & prouidentia, ſub diſtinctione
Molin. *de primog. lib.1.c.8.* noſtrum hoc hæreditarium
eſſe edoctum fuit. Præterea, reſpondetur quòd etſi in
d. loco Caſtri noui nulla vnquam primogenitura, ſiue
juris Francorum, ſiue alia per d. Dominum Antonium
prætenſa, habuerit locum, & revera ita ſe res habet, &
verum eſſe ex ſuperioribus patet: tamen dato & non
conceſſo, quòd aliqua habuerit locum, ſiue ea eſſet
† juris Francorum, Andr. de Iſern. *in cap.1. in fin. de eo qui* 13
ſibi & hæred. Petr. de Greg. *in tract. de conceſſ. feud. part.4.*
q.4. vel alia, Couar. *lib.3. variar. reſolut. cap.5. num.5. verſ.*
rurſus ſeptimò, Molin. *lib.1. tit.12. num.47. & 49. de feud.*
etiam ſub qualitate † maſculinitatis primo gradui, non 14
tamen perpetuò & abſolutè appoſita, Palaes *de majo-*
rat. part.2.q.6. num.10. Petr. Salazar *de vſu & conſuetud.*
cap. vlt. num.29.56.61.62. vtroque caſu filia defuncti ex-
cludit collaterales maſculos, vt ſuperiori conſ. demon-
ſtratum fuit.

Tertiò contendit, præſuppoſito eſſe feudum fami-
liæ ex pacto & prouidentia; ſi quæratur, qui cenſean-
tur comprehenſi, cùm non conſtet de prima inueſti-
tura, ob ejus antiquitatem, id ex confeſſione d. Joa-
chimi & obſeruatione ſequuta ab immemorabili tem-
pore dijudicandum eſſe, ex quibus conſtat ſolos pri-
mogenitos maſculos deſcendentes à Giraudo vocatos
fuiſſe: obſeruantia enim ſequuta declarat quæ in con-
ceſſione comprehendantur.

Sed ad id variè reſpondetur. Primò, negari hujuſ-
modi Caſtrum eſſe ex pacto & prouidentia, & primo-
genitis, vt præſupponit, deferri; &, vt ſæpius dictum
fuit, contrarium probatum fuit. Deinde, nullam eſſe
habendam rationem confeſſionis d. Joachimi & de-
poſitionis teſtium, quatenus d. Domino Franciſco ali-
quo modo nocere poſſent, aut aduerſarij intentionem
juuare, cùm confeſſio reuocata fuerit per eundem Joa-
chimum & ejus hæredem, & omnia tam in d. confeſ-
ſione quàm depoſitionibus teſtium, circa primogeni-
turam prætenſam contenta, erronea eſſe, & contra ve-
ritatem, oſtenſum fuerit in d. conſilio.

Denique, nihil nocerent vt jacent: neque enim lo-

Digitized by Google

quuntur in noſtro caſu: ex illis namque tantùm conficitur, primogenitum ex filijs vltimi poſſeſſoris fratrem excluſiſſe, cùm inter illos tantùm eſſet controuerſia: ſed an filia primogeniti admiſſi excludatur vel fuerit excluſa per collaterales vltimi poſſeſſoris, ne verbum quidem: & ſic neque conſeſſio neque obſeruantia poteſt opponi, cùm de caſu noſtro non fiat mentio,
15 † nec poſſit fieri extenſio à caſu ad caſum maximè diuerſum, vt eſt noſter; Anchar. *conſ.* 339. Burg. à Paz *conſil.* 29. *n.* .. *& 19. cum ſeq. maximè* 57. præſertim cùm primogenitura dicitur per præſcriptionem inducta, cùm ſit ſtricti juris, *cap. auditus*, & ibi Felin. *n.* 10. *de præſcript.* ideóque ſubintrat id quod jam ſæpè diximus, filiam primogeniti excludere patruum, ſiue primogenituram juris Francorum, ſiue aliam, ſub qualitate maſculinitatis, modò ne gentilitiam, ſeu agnatitiam perpetuam, etiam qua remotiores ad excluſionem filiarum vocentur, qualis hæc probata non fuit, præſupponas. Quod confirmatur ex eo quòd in ipſiſmet articulis, quibus vtitur d. Conſultor, dicitur hoc priuilegium ad hæredes quoſcumque, etiam extraneos tranſire, & feudum hoc conceſſum fuiſſe Giraudo Amico & hæredibus etiam extraneis; ex quo conficitur, præſuppoſito & non conceſſo, contenta in articulis eſſe vera, potuiſſe Dominum Caſtri-noui de feudo hoc liberè, etiam in fauorem extranei diſponere, Clarus *d.* § *feudum q.* 9. vt ſi aliqua primogenitura fuit, eam ſolùm fuiſſe in ſucceſſione ab inteſtato, vt tenera data mentione hæredum extraneorum, vel ſine eo, ſi præſcriptione indu-
16 ctum ſit hoc † jus Francorum, procedit tantùm in ſucceſſione ab inteſtato, non autem ex teſtamento, vt in terminis docet Intrigl. *de feud. cent.* 1. *q.* 6. *nu.* 70. & cùm controuerſia erat inter dictos quondam Ludouicum & Joachimum, de ſucceſſione ab inteſtato in hæreditate Melchioris patris & aui paterni reſpectiuè agebatur. Nec dicas, non apparere fœminam in hoc feudo ſucceſſiſſe, nam hoc contigit, quia caſus non euenit, quemadmodum ſimili objectioni reſpondet Joan. da Amic. *in tit. qui feud. dare poſſunt*, § *in hac cauſa, fol.* 115. *in fin.* & Anchar. *d. conſ.* 339. *num.* 7. *cum ſeqq.* ſemper enim, vt & aduerſa pars contendit, Domini d. loci deceſſerunt relictis filijs maſculis, qui ex donationibus in contractu matrimonij, vel alijs diſpoſitionibus, in eorum fauorem factis, ſucceſſerunt, vt ſolet fieri etiam inter plebeios. Multò minùs accidit caſus quo ageretur de filia per remotiorem & collateralem maſculum excludenda, nec d. Domino Franciſco incumbit onus probandi filias ſucceſſiſſe, ſed d. Domino Antonio eas excluſas fuiſſe per remotiorem maſculum, cùm in primogenitura, quam prætendit, per præſcriptionem inducta ſe fundet.

17 Nec his obſtat ſi allegetur † conſilium Decij 85. nihil enim facit ad caſum noſtrum, in quo ſi aliqua probatio eſt, ea ſolùm eſt de primogenitis filijs vltimi poſſeſſoris defuncti, qua de re *in conſ. Dec.* ne verbum quidem. Imò cenſetur in caſu Decij conceſſum feudum familiæ & generationi Urſinorum in infinitum, *vt n.* 2. *circa finem*: deinde conſ. loquitur vbi jus feudale eſt in obſeruantia, & fœminæ feudorum ſunt incapaces, *vt in princip. conſ.* At jam ſæpè edoctum fuit, jus feudale in hac patria non habere locum. Tertiò, nulla alia ratione valida excluditur fœmina in caſu Decij, niſi quia feudum per præſcriptionem acquiſitum fuerat, & cùm ſolùm maſculi de Urſinis poſſederint, & præſcriptio ſit ſtricti juris, fœmina quæ de jure feudali regulariter excluditur, non poteſt ea ſe juuare, *num.* 5. *circa fin.* habet enim fœmina regulam contra ſe. At in caſu noſtro, fœmina eſt in regula, attenta conſuetudine patriæ, & ſic præſcriptio, caſu quo adeſſet, non poſſet nocere, niſi in caſu præſcripto, ſcilicet cùm agitur inter maſculum & fœminam vltimi poſſeſſoris ejuſdem gradus & lineæ. Denique, non agitur de feudo per præſcriptionem contra Dom. acquiſito: ſed Domini Caſtri-noui habent titulum legitimum, nempe acquiſitionem factam per Giraudum de Simiana, tam à Giraudo Amico, quàm à Camera, pro ſe, & hæredibus: quòd ſi in hoc caſu præſcriptio prætenſa haberet locum, ea retorqueretur contra d. Dominum Antonium: nam præſuppoſita conſuetudine, qua feuda ſunt redacta &c. cum tantùm probaſſet de primogenitis vltimi defuncti, ea non poſſet habere locum extra caſum non probatum, ad excluſionem filiæ vltimi defuncti per collaterales faciendam: neque enim hîc agitur de filia per præſcriptionem ad feudum admittenda, vt in caſu Decij; ſed de ea per præſcriptionem ex aduerſo prætenſam non excludenda, quæ de conſuetudine admitti debet, & habet regulam pro ſe.

Poſtremò, cùm probatum ſit, nullam vnquam fuiſſe talem ſucceſſionem primogenitorum, non eſt diutius immorandum.

Quartò, cùm dicit (præſuppoſita ſemper d. feudi maſculini gentilitij & agnatitij, etiam in fauorem remotiorum, ex pacto & prouidentia, & primogenij maſculini perpetui inſtitutione, non tamen conceſſa) hoc feudum regi jure particulari, & propterea ceſſare conſuetudinem juris Francorum, qua fœminæ defuncti excludunt remotiores agnatos, necnon conſuetudinem generalem Galliæ & hujus patriæ, qua feuda ſunt redacta ad inſtar patrimoniorum, facillima erit reſpõſio, negando, vt ſæpè negatum fuit, hujuſmodi inſtitutionem gentilitij feudi ex pacto & prouidentia & primogenituræ maſculinæ, perpetuæ, quæ neque probata fuit, & contrarium docuerimus nos, nimirum fuiſſe emptitium, abſolutè hæreditarium, conditionatum; & aut primogenitos non ſucceſſiſſe, aut non ſolos, aut alio jure quàm primogenituræ prætenſæ, ex quo etiam tollitur quod circa hoc caput ſubjungit, quòd ſi feudum ſit ex pacto & prouidentia, etſi agnati fuerint hæredes, qualitas hæreditaria non mutat naturam feudi: nam ſemper negando feudum eſſe ex pacto & prouidentia, res manet clara & præterea in noſtro caſu, nunquam agnati, ſed tantùm filij ſucceſſerunt, ijque non, niſi ſub qualitate hæreditaria, feudum hoc poſſederũt, vt patet ex homagijs quæ aut pro hæredibus quibuſcumque, aut ipſi tanquam hæredes, vel cohæredes præſtiterunt, quod non feciſſent, ſi fuiſſet ex pacto & prouidentia, nec agnouiſſent hujuſmodi qualitatem hæreditariam, ne ſibi noceret.

Non eſt quidem inconueniens, vt detur gẽtilitium aliquod feudum etiam in Gallia: ſed nos ſumus in regula, & qui id dicit, probare debet, non ſolùm propter conſuetudinem generalem, qua feuda ſunt redacta ad inſtar patrimoniorum; ſed etiam propter naturam antiquiſſimi juris Francorum, quo nunquam jus feudale Longobardorum fuit receptum; ſed filia defuncti, etiam in terminis primogenituræ excludit patruum. Et ſic probatio debet eſſe talis quæ excludat in indiuiduo vtramque conſuetudinem.

Quintò aſſerit eſſe per immemoriabilem conſuetudinem probatam primogenituram in d. domo, & præſcriptionem non debere extendi ad fœminas *ex conſ. Decij* 85. *num.* 6. hoc non eſt niſi repetere, quæ jam ſuprà alijs verbis dicta ſunt, & ijs ac omnibus quæ circa hunc articulum dicuntur, reſpondetur ex ijs quæ diximus circa tertium articulum, cùm reſpondimus conſ. Dec. 18. † quibus addendum eſt, quòd ſine probata fuiſſet primogenitura juris Francorum, ſine alia, vt ſup. expreſſimus, filia vltimi defuncti excludit ma- 18

ſculum

Digitized by Google

ſculum alterius lineæ, vt ſæpè ſuprà dictum fuit, neque
enim conſilium Decij loquitur vllo modo de primo-
genitura juris Francorum, vel alia vnius gradus, etiam
ſub qualitate maſculinitatis; ſed præſupponit, maſcu-
los ſemper deſcendentes à primo, quicumque tandem
illi fuerint, ſiue deſcendentes vltimi poſſeſſoris, ſiue
collaterales, ſucceſſiſſe & excluſiſſe fœminas, & ſecluſa
omni conſuetudine capacitatis fœminarum; & ſic de
vero feudo in terminis feudi, & de ſucceſſione maſcu-
lorum generaliter, & quæ de extenſione de perſona ad
perſonam non facienda, de præſcriptione ſeu conſue-
tudine ſtrictè intelligenda, & quòd formam illius non
debeat egredi, dici poſſent, retorquentur omnino con-
tra d. Antonium; cùm, ſi quid probauerit, hoc fuerit
tantum quoad filios teſtatoris, ac præſuppoſita d. con-
ſuetudine & capacitate fœminarum, certum eſt eam
probationem extra ipſum caſum nihil operari per ra-
tiones ipſius, nec per extenſionem volumus vocare
fœminam; ſed dicimus eam, quæ ex regula admitti
debet, non eſſe excludendam per extenſionem quam
vult facere aduerſarius in fauorem collateralium. Ul-
tra quod aliter quàm ex vi primogenituræ prætenſæ
Dominos d. loci ſucceſſiſſe edoctum fuit; nec etiam
repugnat ſi dicatur præſcriptionem immemorabilem
eſſe juris realis, & ſic extendi extra omnes ad quos il-
lud jus adaptari poteſt: neque enim DD. aiunt præ-
ſcriptionem immemorabilem eſſe juris realis; ſed ſi
jus reale præſcriptum ſit in genere, illud extendi ad o-
mnes: ita vt non qualitas præſcriptionis, ſed rei, quæ
præſcribitur, conſideretur, vt elicere licet ex Molina,
qui in contrarium allegatur *lib.1. cap.6. n.16. cum ſeqq.*
At hoc caſu non poteſt dari talis præſcriptio, poſito
quòd aliqua adeſſet, ſed ſolùm inter filios defuncti
vltimi poſſeſſoris, qui ex d. doctrina quandiu extant
cenſebuntur quoad omnes præſcripſiſſe: ſed non ſe-
quitur eos qui non præſcripſerunt, & ſic collaterales,
hoc jus acquiſiuiſſe: nam ad alias perſonas diuerſas &
alterius lineæ non debet extendi præſcriptio, *l.1. §. ſi
quis hoc interdicto*, ibi *gloſſ. & ſcribentes, ff. de itin. actúque
priua. text. in c. audiuis*, ibi latiſſimè per Felin. *num. 10. de
præſcript.* & in terminis feudi & majoratus Anchar. *d.
conſ. 339.* & Burg de Paz. *d. conſ. 29. nu. 57.* maximè contra
regulam & conſuetudinem generalem ſuprà mentio-
natam, & vt clariùs loquamur, ſupradicta doctrina
præſupponit, præſcribentes claré præſcripſiſſe, & ſic
quoad omnes, & contra omnes; nos autem non quæ-
rimus contra quos præſcriptum ſit, ſed qui præſcri-
pſerint, & cùm ſoli filij defuncti præſcripſerint, non
poſſumus id extendere, vt collaterales præſcripſe-
rint, in illis enim filijs jus eſt radicatum, & ſic om-
nes excludunt: in collateralibus verò nullum jus con-
ſiderari poteſt, cùm nunquam admiſſi fuerint, quod
dicitur præſuppoſito, & non conceſſo, probatam eſſe
d. præſcriptionem.

Nec obſtat poſtremò quod dicitur per Dominum
Conſultorem, in primogenio maſculino, quod ratio-
ne conſeruandæ agnationis ſit, fœminas perpetuò ex-
cludi, & multò magis ſi primogenium ſit de re feuda-
li: Nam ſi hæc aliquo caſu vera ſunt, procedunt &
DD. loquuntur in primogenio à prædeceſſoribus ex-
preſſim inſtituto in fauorem maſculorum, perpetua,
indefinita & abſoluta ipſorum mentione facta, in quo
vel ex ratione expreſſa, vel ex conjecturis euidentiſſi-
mis & certiſſimis elicita, apparet inſtitutorem voluiſſe
perpetuò excludere fœminas, & conſeruare agnatio-
nem & familiam: & in his terminis loquitur Molina
lib.3. cap.5. ſed in noſtro caſu nullum omnino eſt pri-
mogenium, excepto illo ſpeciali, & in vna tantùm per-
ſona ac ſemel in contractu matrimonij Melchioris
contento; quòd ſi aliquod probatum prætendatur,
certè non tale eſſet, quale requiritur ad excluſionem
fœminarum per remotiores faciendam, etſi maſculo-
rum facta ſit mentio, vt ſuperiori conſilio fusè docui-
mus, maximè quia teſtes loquuntur ſolùm de filiis vl-
timi poſſeſſoris, & ſic non eſt abſoluta, & indefinita
maſculorum mentio; quo caſu † nec maſculorũ qua- 19
litas ad alios gradus progreditur, Imola *in l. ſi vero, §. de
viro ſolut. matrim.* Molin. *lib.1. cap.5. num.37. cum ſeqq.* vbi
communem poſt Ripam aſſerit, & præter maſculorum
mentionem alias conjecturas concurrere debere, etſi
in pluribus gradibus teſtator inſtituens majoratum,
maſculorum feciſſet mentionem, contendit *n.38. in fin.*
nec tunc agnationis conſeruandæ ratio præſumitur,
Molin. *d. lib.1. cap.5. nu.37.* Soto Major *quotid. controuerſ.
lib.2. cap.4. n.78.* quæ longè magis procedunt vbi per-
ſonarum vnius tantùm gradus facta eſt mentio, de cæ-
teris ne verbum quidem Molin *lib.3. cap.5. nu.61. verſ.
illud autem vt in hoc caſu.* Denique, quia expreſſio ma-
ſculorum in eo gradu de natura majoratus intellige-
batur, quæ ideo nihil noui inducere poteſt, *l.3. ff. de leg.
1. l. in conditionibus, §.1. de cond. & demonſtr.* Poſtremò,
non verſamur in diſpoſitione hominis & ipſius volun-
tate conjecturanda, in qua ſi abſoluta & indefinita ſit
maſculorum mentio, plerique agnationis conſeruan-
dæ rationem præſumunt, pleriſque tamen contrarium
exiſtimantibus, relatis à Molin. *d. lib.3. cap.5. nu.27.* Sed
in hoc caſu agitur de primogenio ex præſcriptione
inducto, & inter fratres filios defuncti probato, ſi pro-
batum eſt, qui † debet intelligi ſecundùm conſuetudi- 20
nem generalem in patria ſeruatam, Bald. *in l. liberti li-
bertaq., num.31. C. de oper. libert.* Et ſic is ordo ſeruandus
eſt, qui in primogenitura juris Francorum ſeruari de-
bet, aut ſaltem qui in majorato ſimpliciter inſtituto
ſeruatur, ſi eſſemus in alia patria, Molin. *lib.1. cap.3. nu.
22.* At vtroque caſu filia teſtatoris excludit maſculum
remotiorem, vt ſuprà edoctum fuit. His adde quæ de
extentione à maſculo ejuſdem gradus, cujus eſt filia,
ad maſculum remotiorem, ad excludendam filiam non
facienda, ex Burg. *d. conſ. 29. n.57.* & quæ de præſcriptio-
ne ſtrictè intelligenda dicta ſunt, necnon per Anchar.
propoſita *d. conſ. 339.* in quo maſculi plures ſucceſſerãt,
& alia quæ fusè ſuperiore conſ. adduximus, dum de
maſculino primogenio, & depoſitione trium teſtium
filiorum maſculorum vltimi Domini facientium men-
tionem diſſeruimus. Non eſt etiam omittendum quòd
ratio agnationis non poteſt militare in hoc caſu, cùm
Joachimus poſſeſſor agnatus ſit vltimo Joachimo de-
functo. Quod verò dicatur primogenium feudale ni-
hil eſt, cùm in hac patria nulla juris feodalis habeatur
ratio. Sed in his, circa primogenium maſculinum per-
petuum, non eſt diutius immorandum, cùm nullum
fuerit aut ſit in d. feudo Caſtri-noui, & non ſolùm non
eſt probatum per d. Dominum Antonium, ſed etiam
contrarium d. Franciſcus probauit, etſi non tenere-
tur, vt patet ex ſuperioribus, & ſuffeciſſet reſpondere
illud negando.

Paucis etiam tollendæ ſunt quædam reſponſiones,
quas d. Dominus Conſultor dat contra aliquas ex no-
ſtris rationibus. Ac primùm, cùm ait feuda quidem eſ-
ſe redacta ad inſtar patrimoniorum in Gallia; ſed id
habere locum tantùm in feodis hæreditarijs, ſed non
in his, quæ ſunt ex pacto & prouidentia, quale hoc eſſe
aſſerere vult, & in quo per contrariam conſuetudi-
nem, derogatum eſt conſuetudini Galliæ; nam illud
eſt de quo quæritur, & quod negamus, & quod à d.
Domino Antonio probandum fuit, quod non fecit. I-
mò d. Dominus Franciſcus, etſi ad id non adſtringe-
retur, contrarium probauit, nimirum eſſe abſolutè hæ-

hæreditarium; & ex vi prætenſæ primogenituræ Dominos d. loci non ſucceſſiſſe: & quamuis probata eſſet primogenitura juris Francorum vel alia, nihil tamen in caſu noſtro hoc noceret, vt ſæpè dictum fuit.

Contra etiam eam rationem, qua diximus eſſe feudum conditionatum, affirmat id non habere locum vbi præſtatur ſeruitium perſonale, vel modicus cenſus: ſed ſatis in ſuperiori conſilio reſponſum fuit, dum eam rationem attulimus, quam tamen rationem ex abundanti propoſuimus, abſque eo quòd ſit neceſſaria; cùm aliæ ſint validiſſimæ, ſimul etiam ex ſuperioribus patet reſponſio ad id quod ſubjungit, fœminas † tantùm ſuccedere in defectum maſculorum: id enim non eſt verum in feudo conditionato, Natta *conſ.159.nu.9.* & ſi in aliquo feudo vel caſu id verum ſit, quando, & quo caſu, & gradu id procedat dicto ſuperiori conſilio demonſtrauimus *in tertio fundamento in fin.* nullumque caſum, quo defectus maſculorum ſpectandus eſt, conſiderari ſolet noſtro facto conuenire.

Denique ad id quod pro d. Domino Franciſco dici poſſet, in primogenio juris Francorum, vel alio, non tamen maſculino perpetuo, exclusionem fœminarum, ſi quandoque admittatur, non eſſe perpetuam, ſed temporalem, quando ſcilicet extant maſculi ejuſdem lineæ & gradus tantùm. Reſpondet id tantùm habere locum, cùm fœminæ ſunt expreſſè vocatæ cum maſculis, vel aliàs ex conſuetudine ſunt capaces, non autem quando agitur de vero & proprio feudo, vel ex pacto & prouidentia. Hujuſmodi reſponſio manifeſtè eos conuincit; nam cùm jam ſæpè dixerimus feudalis juris in hac patria nullam eſſe habendam rationem, & feuda eſſe redacta ad inſtar patrimoniorum, ac fœminas ſimul cum maſculis ſuccedere, etiam in eodem gradu exiſtentibus, & d. Dominum Antonium non probaſſe hoc feudum eſſe ex pacto & prouidentia; imò d. Dominus Franciſcus, & ex generali patriæ conſuetudine, & ex ipſius propria natura & qualitate eſſe abſolutè hæreditarium probauerit; ſequitur ex eorum reſponſione, filiam vltimi poſſeſſoris abſque dubio præferendam patruo, multo magis conſobrino, quæ dicuntur vltra alias reſponſiones ſuperiùs ſæpè factas: nec dicimus fœminarum excluſionem eſſe temporalem; ſed nullam omnino eſſe excluſionem aſſerimus, eaſque ſimul cum maſculis ejuſdem gradus admittendas, imò eos excludere ſi pater ita diſpoſuerit: nec ſumus in terminis conceſſionis, qua fœminæ cum maſculis vocantur, quo caſu ſecundùm opinionem Domini Conſultoris, quam tamen non eſſe veram ſuprà docuimus, eſt temporalis excluſio, ſed in abſoluta, nullo ſexus diſcrimine habito, vocatione, qua maſculi, etiam ejuſdem gradus per fœminas excludi poſſunt, vt dictum eſt, & conſuetudo generalis, vel qualitas hujus feudi emptitij abſolutè hæreditarij & conditionati, non poſt maſculos, ſed ante eos, ſi proximiores ſunt fœminæ, eas vocat. Planè ſi jure Francorum hoc feudum regeretur, tunc verum eſſet, fœminas excludi ad tempus, ſed tamen per maſculos ejuſdem lineæ & gradus non per remotiores, quæ omnia ex ſuperioribus, tam hujus, quàm primi conſilij veriſſima eſſe conſtat. His adde quæ de ordine ſucceſſiuo tam in hoc quàm primo conſilio dicta ſunt; & planè ridiculum eſt, ſi ſubjungatur non deficere maſculos, cùm adſit d. Dominus Antonius, etſi non deſcendat ex d. vltimo poſſeſſore: nam fuſiſſimè demonſtratum eſt, quòd ſi aliqua primogenitura vel juris Francorum vel alia probata eſſet, maſculum debere eſſe ejuſdem lineæ & gradus, vt excludat fœminam, & de hoc eſt controuerſia, an data & non conceſſa d. primogenitura juris Francorum vel alia, filia vltimi poſſeſſoris per maſculos alterius lineæ, etſi à primo inſtitutore deſcendentes, excludatur; & non excludi ex certiſſima, receptiſſimaque ac veriſſima Doctorum ſententia docuimus.

Nec inſtandum eſt, hîc agi de majoratu maſculino, inducto pro conſeruatione familiæ, & agnationis, quo caſu fœminæ propter maſculos remotiores excluduntur, Molin. *d.lib.3.cap.5.* per totum præſertim cùm ſit majoratus feudalis, inductus ex immemorabili præſcriptione familiæ in fauorem maſculorum, quæ præſcriptio non poteſt extendi ad alias perſonas quàm quæ fuerunt comprehenſæ in ipſo vſu inductiuo præſcriptionis, cùm tantum cenſeatur præſcriptum quantum poſſeſſum. Nam reſpondetur, hæc non eſſe niſi repetitionem eorum quæ jam dicta ſunt, & demonſtratum fuiſſe; nullam hîc eſſe primogenituram ſiue majoratum, & ſi quis ſit, eum non eſſe maſculinum pro conſeruatione agnationis, ſed ſolùm vel juris Francorum, vel ſimplicem; nec hîc vllam eſſe habendam rationem juris feudalis, & cùm fœminæ ex conſuetudine patriæ ſuccedant ſimul & eodem tempore cum maſculis, etiam in eodem gradu exiſtentibus, ſi præſcriptione ille majoratus inductus eſt, illa præſcriptio tantùm habebit locum quoad gradum & perſonas † in eo exiſtentes quæ præſcripſerunt, hoc eſt 22 quoad filios vltimi poſſeſſoris non quoad alios, Burgen. *conſ.29 num.64.* cum ſequentibus & alij ſuprà citati, maximè cùm de præſcriptione agitur, Anchar. *d. conſil.339.* Nec opus eſt vt præſcriptio extendatur ad fœminas, vt eæ admittantur; imò dicimus non extendendam ne excludantur, neque volumus præſcriptionem eis prodeſſe, ſed non nocere: fœminæ enim ſunt in regula, & habent intentionem fundatam, nec opus eſt, vt præſcriptione juuentur; ſed tantùm ne per eam excludantur: non excludentur autem reuera, quia nullos alios quàm filios vltimi poſſeſſoris præſcripſiſſe prætendi poteſt, nunquam enim alij ſucceſſerunt, ad quos propterea præſcriptio aliarum perſonarum, alterius, hoc eſt proximioris gradus, non poteſt porrigi, maximè & juris diſpoſitione in contrarium exiſtente, & contraria ratione militante: imò etiamſi contraria ratio non militaret, Burgen. *d. conſil. 29. num.57.* † Non enim idem caſus & ſimilis eſt de 23 maſculo primogenito proximiore ad remotiorem, *l. ſi viua matre, C. de bonis matern. l. cum ita §. in fideicommiſſo de legat.3.* & in terminis Burg. *d. nu 57.* & per conſequens de vno caſu ad alium in hac ſpecie non eſt trahenda diſpoſitio *l. quæritur ff. de ſtatu homi.* Deci. *in c. tranſlat. 2. lect. col. penul. de conſti.* nec poteſt dici ſimile in quo aliqua abſimilitudo ineſt ad nota. *in c. non poteſt de præbend. in 6.* Burg. *ibid.*

Quòd poſtremo loco, cùm dicimus in majoratu juris Francorum vel alio, nunquam fieri tranſitum de vna linea ad aliam, quamdiu ſuperſunt maſculi ejuſdem lineæ, vel poſt eos fœminæ, vt per Cancerium *d. tit. de feud. num. 47.* cum alijs ſuprà allegatis; Reſpondetur, hæc vera eſſe, & procedere quando agitur de ſimplici primogenitura, non autem de feudali nec maſculina: cùm † enim agitur de primogenitura feu- 24 dali, ſicut fœmina non eſt capax feudi, ita nec primogenituræ feudalis; ideò bene omnino excludi, etiam per maſculos remotiores alterius lineæ & gradus, Paris. *conſ.72. per tot. vol.4.* maximè *num.10.* Molin. *libro 3. cap.4. num. 43. & cap. 5. per tot.* magna eſt enim differentia inter majoratum & feudum, quia in majoratu fœmina † ſuccedit, deficientibus maſculis ejuſdem 25 lineæ, quod ſecus eſt in feudo, Melch. Palaes *d. tract. part.2. quæſt.5. num.6.* & idem multo magis vbi agitur

de pri-

Digitized by Google

de primogenio maſculino feudali, vt in caſu iſto præſupponitur, quia cùm illud ſit fideicommiſſum in fauorem maſculorum, pro conſeruatione agnationis & familiæ, fœminæ etiam deſcendentes vltimi poſſeſſoris ab eo omnino excluduntur, & admittuntur collaterales maſculi, etiam in infinitum, à primo inueſtito deſcendentes, vt per Deci. *d. conſil.* 85. Oſaſc. *deciſ.* 162. *num.* 8. Franc. de Amic. *vbi ſupra* §. *qualis autem*, *num.* 1. *fol.* 114. Pinel. *in tertia parte*, *l.* 1. *C. de bonis matern. num.* 91. Thom. de Marin. *de feud. tit.* 2. *numer.* 17. Pariſ. *d. conſ.* 72. *vol.* 4. & Moz. *de feud. tit. de ſubſtitut. num.* 76. Facilis erit reſponſio, ſæpiùs ſuprà facta: † nam, vt ſæpiſſimè dictum fuit, nulla habenda eſt ratio juris feudalis in hac patria, data dictâ conſuetudine, qua feuda ſunt ad inſtar patrimonialium & allodialium: imò ex eo quòd fœminæ, non minùs ac maſculi, ſunt capaces feudorum, & ſimul eodem tempore cum illis concurrunt, ea reſponſio retorquetur contra ipſos, & abſque dubio fœmina debet excludere maſculum alterius lineæ; idemque, ſtatuendum ſecluſa d. conſuetudine, attento quòd hoc feudum eſt emptitium, abſolutè hæreditarium, & conditionatum. Sed inutiliter primogeniturum feudalis opponitur, quæ nulla vn-
27 quam fuit in dicto feudo Caſtri-noui. Et † quoad primogenituram maſculinam, edoctum fuit nullam eſſe; & ſi aliqua ſit, eam, vel ſimplicem vel juris Francorum eſſe. Ideoque manere firmam, & illibatam rationem noſtram, qua in vtraque filiæ vltimi poſſeſſoris excludunt maſculos alterius lineæ, etiam maſculorum in gradu filiorum vltimi poſſeſſoris facta mentione, & non data illa primogenitura maſculina perpetua ceſſet ratio conſeruationis agnationis, quam ea ea vult elicere d. Conſultor. Imò & in hoc caſu, ſi adeſſet primogenitura, & aliqua ſit ratio ejuſdem, ea eſt quam deduximus, quæque exprimitur in articulis ſuper quibus factæ fuerant dictæ atteſtationes, vt ſcilicet d. Caſtrum in vnius perſona conſeruetur: ſed, quod plus eſt, in noſtro caſu ratio conſeruationis agnationis non poteſt nocere d. Domino Franciſco, ſeu Joachimo ejus filio, cùm d. Joachimus maſculus agnatus ſit vltimo poſſeſſori. Et vt ſingulis authoritatibus ſuprà allega-
28 tis reſpondeamus. Quoad † Decium, *d. conſ.* 85. ſuprà ſatisfactum fuit, maximè quia in caſu ſuo jus feudale habebat locum, quo fœminæ regulariter excluduntur: ita vt non mirum ſit, ſi præſcriptio per maſculos inducta, quæ de ſui natura eſt ſtricti juris, non proſit fœminis, quæ de natura feudi excludi debent. At in caſu noſtro fœminæ regulariter admittuntur, ita vt non quæratur, an illis per præſcriptionem maſculorum jus quæſitum ſit, ſed an illis competens ſit ſublatum, cùm in caſu noſtro, nunquam maſculus remotior ad excluſionem fœminarum fuerit admiſſus, Oſaſc. *deciſio.* 162. *num.* 8. nihil omnino facit ad rem, & quæſtionem longè diuerſam tractat; an filius, repudiata paterna hæreditate, poſſit acceptare feudum, & præſupponit clarè, ex prouiſione hominis feudum, de quo agitur, eſſe ex pacto & prouidentia; Franc. etiam de Amicis d. loco nihil ad rem, quærit enim ſolùm an feudum præſumatur ex pacto & prouidentia, & in puris terminis juris feudalis, ac ſecluſa conſuetudine, qua fœminæ ſunt capaces, *vt in fin. d.* §. *qualis.* Quæ omnia ceſſant in noſtro caſu, attenta conſuetudine regionis ſæpè memorata; ac etiam ea ſemota ijs concurrentibus, quæ ſunt in noſtro feudo, quod emptitium, quod hæreditarium, & c. de quibus ſuprà. Eodemque modo ſatisfit Pinello *in tertia parte*, *l.* 1. *num.* 91. Et quoad Thomam de Marin. *de feud. tit.* 2. *num.* 17. nihil etiam ad rem: loquitur enim in vero feudo, eoque clarè ex pacto & prouidentia conſtituto, & vbi jus feudale Longobardorum habet locum; quo caſu non eſt dubium, agnatos remotiores ſuccedere, excluſis fœminis, quæ omnino talis feudi ſunt incapaces. At nos verſamur in patria, in qua contrarium ſeruatur, præſuppoſita d. conſuetudine, & negamus d. Caſtrum eſſe feudum ex pacto & prouidentia; imò aſſerimus eſſe hæreditarium, & ex generali patriæ conſuetudine, & ex ſui propria natura, vt ſuprà edoctum fuit, Pariſ. *conſ.* 72. *lib.* 4. loquitur in primogenitura inſtituta ad inſtar feudorum, quæ retinent propriam naturam, vt ſcilicet eorum ſint incapaces fœminæ. Et clarè erat inſtituta perpetuò in fauorem maſculorum, per hæc verba, *vt primogenitus maſculus, & alij deſcendentes ex illo de majore in majorem ſuccederet*, *num.* 10. *circa finem*: nam cùm dictio, *deſcendentes*, ſit in eadem oratione, *maſculorum*, dictio cenſetur, repetita in deſcendentibus, & ſic voluiſſe facere perpetuam maſculinam primogenituram, vt ex diſcurſu conſilij patet: quod niſi eſſet, ſi fœmina ſuperuixiſſet, quæ in ſuo caſu deceſſerat, & agebatur de filio ex ea, & ſic de bonis ad aliam familiam transferendis, clarè concludit *num.* 95. & 101. *in fin.* quòd hujuſmodi fœmina quæ eſſet agnata, excluderet remotiores agnatos, quod noſtro caſui admodum congruit, in quo agitur quidem de filio ex filia, ſed eo agnato, in quo agnatio conſeruari poteſt melius, quàm in fœmina agnata; Mozzius etiam *num.* 76. nihil facit ad rem noſtram: quærit enim vſque ad quem gradum collaterales agnati ſuccedant in feudis, & concludit, quòd ſi tranſitum fecerit de perſona primi acquirentis in ſuos deſcendentes, ſuccedere in infinitum, quòd ſi non fecerit tranſitum, ſuccedere vſque ad ſeptimum gradum, & ſic loquitur in vero, recto & proprio feudo.

Ex quibus ſatisfactum eſt omnibus quæ per d. Dominum Conſultorem contra dictum Dominum Franciſcum adductæ fuerunt: coactique fuimus ſæpiùs eadem repetere, quia d. Dominus Conſultor eadem ſæpè inculcabat, & in idem ſemper recidebat, præſupponebatque primogenium maſculinum perpetuum, etiam in fauorem remotiorum maſculorum ad excluſionem filiarum, quorum neutrum verum eſt, imò vtrumque falſum.

CONSILIVM VI.

ARGVMENTVM.

QVANDO feudum regitur jure Francorum, an filia primogeniti admiſſi excludat patruum.

Conſilium reſponſiuum ad conſilium cujuſdam Doctoris Tholoſatis.

SVMMARIVM.

1 *Quando feudum regitur jure Francorum, primogenitus excludit ſecundogenitum.*

2 *Et maſculus fœminam ejuſdem ſcilicet gradus.*

3 *Non autem excluditur fœmina per collaterales, &* num.7.

4 *Imò filia primogeniti admiſſi excludit patruum, &* no.11.&16.

5 *Quod habet locum, etiam ſecluſo jure Francorum in alijs majoratibus, data capacitate fœminarum.*

6 *Etſi qualitas maſculinitatis modo ne perpetuò & omnibus gradibus adjecta fuiſſet.*

8 *Paria ſunt dicere, quod ſuccedatur jure Francorum, vel quod primogenitus ſolus ſuccedat.*

9 *Linea ſemel ingreſſa ſemper durat quamdiu adſunt maſculi vel fœmina.*

10 *Feuda in Gallia & omnibus Prouincijs cis Alpes conſtitutis, nominatim in hac patria, ſunt redacta ad inſtar patrimoniorum, &* nu.14.

12 *Caſtrum-nouum, de quo agitur, non eſſe Baroniam.*

13 *In feudo ſimpliciter & purè hæreditario, tam maſculi, etiam extranei, quàm fœmina inſtitui poſſunt hæredes.*

15 *Ius Francorum in Conſtitutiones Siciliæ per Fridericum relatum fuit.*

17 *Lex Salica habet tantùm locum in Regno & ejus ſucceſſione, non autem in cæteris bonis, ſiue allodialibus, ſiue feudalibus.*

18 *Quoties maſculi vocantur, filij filiarum cenſentur vocati, quod quomodo procedat ſequentibus* nu. 19. & 20. *docetur.*

SCripſeram fusè in fauorem Illuſtris Domini Franciſci de Simiana, Domini de Coſta, tanquam patris & legitimi adminiſtratoris Joachimi de Simiana infantis ejus, filij Domini Caſtri-noui, aduerſus Illuſtrem Dominum Antonium de Simiana Dominum de Cederon, prætendentem ſe jus habere in d.loco Caſtri-noui, & varijs plurimiſque medijs docueram, eum omni jure omnino carere, tum ex defectu probationis, tum quòd, etſi non teneremur, ex abundanti de jure d.Domini Franciſci edoctum fuit: nam ſi quas d. Dominus Antonius probationes habere poteſt juris per eum prætenſi, eæ reſultant ex articulis, aliàs per procuratorem Illuſtris quondam Domini Joachimi de Simiana, Domini, dum viueret, Caſtri-noui, aui materni d.Joachimi infantis, in cauſa quam d.Joachimus habebat contra magnificum quondam Dominum Ludouicum de Simiana, patrem d.Domini Antonij, datis, & ex depoſitionibus teſtium ſuper probatione dictorum articulorum factis, de quibus fit hîc mentio, *citra,&c.niſi* &c. At verò neque articulos, confeſſioneſque in eis contentas, neque probationes ſequutas, d. Domino Antonio prodeſſe poſſe docuimus, quòd ſcilicet eſſent acta in alia inſtantia, & inter alias perſonas facta, quòd confeſſiones in dictis articulis contentæ, legitimè & tempore debito reuocatæ fuiſſent, quòd d. Ludouicus reprobaſſet hujuſmodi confeſſionem & depoſitiones, articuloſque reprobatorios produxiſſet, & teſtes ſuper his examinari feciſſet, quòd hujuſmodi depoſitiones nunquam publicatæ fuiſſent, quòd depoſitiones teſtium nihil pertinenter concluderent ad caſum noſtrum, quòd etiam nec primogenituram prætenſam eo modo quo debebant probabant, nec cauſam reddebant, quæ, vt prætenſa primogenitura probaretur, neceſſaria erat, quodque contenta tam in poſitionibus, quàm articulis erant plena erroribus, & pleraque omnino falſa, maximè quatenus liberam de d.Caſtro diſponendi facultatem tollunt vel reſtringunt, & pleriſque alijs rationibus quas in noſtris ſcriptis fuſiſſimè deduximus, & veras in jure probauimus. Sed & vltra defectum juris d.Domini Antonij, de jure d.Domini Franciſci ſeu ejus filij Domini Caſtri-noui edoctum fuit, præſuppoſita conſuetudine notoria & manifeſta in tota Gallia & omnibus prouincijs cis Alpes conſtitutis, & nominatim in hac patria recepta, qua feoda habentur ad inſtar patrimoniorum, ita vt liberè ſine conſenſu Domini alienari poſſint, & in illis fœminæ eodem modo quo maſculi ſuccedant, nulla omnino ſexus prærogatiua aut differentia habita, & fœminæ cenſeantur eodem jure quo maſculi, idque ex eo quòd hoc feudum ſemper fuit & eſt verè & merè hæreditarium, ad quoſcumque hæredes, etiam extraneos, tranſitorium, tum ex conſuetudine patriæ, tum ex particulari jure d.feudi quod varijs modis, ſed maximè ex homagijs à trecentis annis huc vſque præſtitis probatum fuit, idque præſertim ex eo homagio quod ſummo Pontifici præſenti, cùm primum ſuperioritatem d. loci conſequutus fuit à Domino ejuſdem loci etiam præſente præſtitum fuit. Rurſus, ex eo quòd d. feudum, mediante pecunia, tum à priuato, tum à Camera acquiſitum fuit; quæ Camera jus ſuum in Dominum d. loci, pro ſe & hæredibus ſuis ſtipulantem, tranſtulit, quod totum fuit per Bullam Gregorij X I. confirmatum. Item, quòd reuera nulla vnquam primogenitura gentilitia & agnatitia, in d. Caſtro nouo inducta fuit. Item & quæ negatiua probata fuit ex eo quòd à primo à quo d.Dominus Antonius prætendit, aut prætendere poteſt primogenituram inductam vſque ad vltimarè defunctum demonſtratum fuit, aut non primogenitos ſucceſſiſſe, aut non ſolos, ſed cum alijs fratribus, aut ſi quandoque ſoli ſucceſſerant, id acciderat, vel per diuiſionem aut tranſactionem inter fratres initam, vel ex vi donationis in contractu matrimonij factæ; ratione verò prætenſæ primogenituræ, nunquam: quæ omnia longè magis in caſu noſtro procederent, quòd Joachimus filius d.Franciſci, donatarius & hæres vniuerſalis, cum beneficio legis & inuentarij, alterius Joachimi ejus aui materni; ſit maſculus & eidem Joachimo auo ex parte patris agnatus. Sed etſi omnia ſuprà dicta ceſſarent, quæ tamen non ceſſant, imò veriſſima ſunt, & poſito, hujuſmodi atteſtationes & poſitiones veriſſimas eſſe, & plenam fidem facere, ac ex his probari hoc feudum regi debere jure Francorum, ita vt primogenitus ſolus & inſolidum, excluſis cæteris fratribus, in eo ſuccedere debere: Aſſerebam ego, etiam ſi hoc verum eſſet, nihilominus repellendum

Digitized by Google

pellendum eſſe d. Dominum Antonium, quia etſi ve-
riſſimum ſit, quòd quando feudum regitur jure Fran-
1 corum, ſequitur, † & important ea verba, vt primoge-
nitus excludat ſecundogenitum, Afflict. *deciſ.* 119. & ibi
de Urſill. Andræ. de Iſern. *in cap.* 1. *§. præterea Ducatus,*
nu 2. & paſſim *de prohib. feudi alienat. per Frider.* & alij
2 in magno conſilio allegati, & † maſculus filius vltimi
poſſeſſoris defuncti excludat filiam ejuſdem, de Urſill.
ad Afflict. *deciſ.* 119. idem Afflict. & ibi de Urſill. *deciſio.*
3 248. Choppin. *de doman. Franc. lib.* 3. *tit.* 6. non † autem
vt filia excludatur per collaterales, imò ipſa omnes ex-
cludit de jure Francorum, Andr. de Iſern. *in cap.* 1. *nu.* 2.
de eo qui ſibi & heredib. vt dicit eam excludere patruum
& Dominum ſuperiorem, Matth. de Afflict. *in cap.* 1. *nu.*
19. *&* 40. *in fin. &* 41 *de natur. ſucceſſ. feud.* imò filia ex
primogenito excludit ſecundogenitum cùm de ſuc-
ceſſione aui agitur, Matth. de Afflict. *in cap. omnes n.* 35.
ſi de feudo defuncti, & in cap. 1. *num.* 76. *cum ſeqq. de ſucceſſ.*
feud. Et quamuis, cùm præmortuus eſt primogenitus
& deceſſit ante patrem relicta filia, aliqui contradicant:
tamen ſi primogenitus ſemel fuit admiſſus, ac deceſſit
4 poſt patrem, certum eſt, † filiam ex eo excludere ſe-
cundogenitum; & in terminis quando feudum regi-
tur jure Francorum hoc affirmant, Andr. de Iſern. *d.*
cap. 1. *in fin. de eo qui ſibi & hered.* Matth. de Afflict. *d.*
cap. 1. *n.* 17. *&* 40 *in fin. &* 41. *de natu. ſucceſſ. feud.* quam-
uis ſemper, quantum potuit, fauerit patruo contra ne-
potem, vt inquit Couar. *pract. q. c.* 38. *nu.* 8. Pet. de Greg.
in tract. de conceſſ. feud. part. 4. *q.* 3. *verſ. his tamen.* Couar.
var. reſol. lib. 3. *c.* 5. *ſub n.* 5. *verſ. rurſus* 7. poſt multos quos
refert, Intrigl. *de feud. cent.* 2. *art.* 43. & alij in magno cõſ.
5 allegati. Sed & † ſecluſo jure Francorum, etiam in ter-
minis primogenituræ, & majoratus, eſt perpetua regu-
la ſeruanda (præſuppoſita tamen capacitate fœmina-
rum, quæ ſuccedere poſſint, neque ſint incapaces ſuc-
ceſſionis) vt deficientibus maſculis ejuſdem gradus &
lineæ, fœminæ vltimi poſſeſſoris excludant remotio-
res maſculos, quantumuis à primo inſtitutore deſcen-
dentes, Jacob. de Aret. & Pet. de Bellapert. *in l. pater fi-*
lium § quindecim, ff. de leg. 3. Anchar. *conſ.* 339. pro majo-
ri intelligentia *n.* 7. omnino videndus. Burgos de Paz
in proœm. ll. Tauri n. 66. *cum ſeqq. & conſ.* 29. *per tot.* Joan.
Gutier. *pract. quæſt. lib.* 1. *q.* 88. *n.* 6. Molin. *lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 9.
& cap. 7. *num.* 4. *verſ. contrariam, & lib.* 3. *cap.* 4. *nu.* 5. *cum*
ſeqq. & cap. 6. *n.* 30. 31. 32. *&* 49. Cancer. *lib.* 1. *tit.* 12 *de feud.*
nu. 47. *&* 49. & alij in magno conſilio allegati.

6 Quæ adeò vera ſunt, vt † quamuis qualitas maſcu-
linitatis primogenito fuerit adjecta, modò ne perpe-
tuò, & omnibus gradibus non in vno tantùm maſcu-
lorum ſit facta mentio, ſuperior ſententia verior ſit, &
procedat, vt nimirũ primogenito ſemel admiſſo ipſius
filia excludat patruum, Palacs *de majorat. part.* 2. *q.* 6. *n.*
10. Per. Salazar omnino videndus, quia rem in terminis
clariſſimè & certiſſimè determinat *in tractat. de vſu &*
conſuetud. c. vlt. n. 29. *& n.* 56. maximè *verſ. nec intereſt, &*
n. 61. *&* 62. vbi hanc doctrinam, regulam infallibilem
appellat, Charon. *aux memorables obſeruations du droict*
François, verſ. fief, in fin. & aliàs prout fuſiùs differui in
priori conſilio, & omnibus quæ in contrarium afferri
poſſunt, maximè circa qualitatem maſculinitatis re-
ſpondi. Sed accepi, Doctiſſimum virum Tholoſanum
circa quæſtionem hanc, *An cùm feudum jure Francorum*
regitur, filia vltimi poſſeſſoris excludat patruum, in con-
trarium ſcripſiſſe, etſi dubitatiuè tandem concludat,
cui paucis reſpondendum eſt.

Ac primùm, ſtatuendum eſt, ipſi non fuiſſe propo-
ſitam quæſtionem vt debebat: ipſe enim ſolùm diſſe-
rit, an cùm feudum regitur jure & more Francorum,
fœminæ eodem modo ſuccedant ac maſculi, & an ali-
qua diſtinctio fieri debeat inter filios & filias, qua in
quæſtione concludit, quòd quamuis feuda ſint in Gal-
lia redacta ad inſtar patrimoniorum, inſpecto tamen
jure antiquo Francorum, eſſe faciendam diſtinctio-
nem inter filios & filias, & filium maſculum excludere
ſororem, quod ſi ſimpliciter ita intellexit, nos ejuſdem
quoque ſumus ſententiæ: nouimus enim hanc clau-
ſulam, vt feudum regatur jure Francorum, hoc impor-
tare, vt primogenitus excludat ſecundogenitum, &
maſculus fœminam, ſcilicet ejuſdem gradus, ſed poſt-
eaquam ſemel primogenitus fuit admiſſus, filiam e-
juſdem excludere patruum certiſſimum eſt; vt ex ſu-
perioribus patet, & de hac quæſtione in his terminis
erat differendum, non ita generaliter, An fœminæ ſuc-
cedant non ſecus ac maſculi, & an inter eos fiat aliqua
diſtinctio: quòd ſi quæratur de filia primogeniti ad-
miſſi per remotiorem non excludenda, planè ejuſmo-
di deciſioni certiſſimæ & receptiſſimæ non obſtant
quæ in contrarium proponuntur, ſi ea quæſtioni ita vt
debet propoſitæ vellemus applicare. Ac primùm, cùm
ait per hæc verba, quibus contendit ordinatum fuiſſe
in feudo Caſtri noui vt primogenitus ſuccedat ſolus
& in ſolidum, filias cenſeri excluſas à ſucceſſione, jux-
ta *deciſ.* Guid. Papæ 506. Ludou. Roman. *conſ.* 438. Bene-
dict. *in cap. Raynutius, verb. in eodem teſtamento nu* 173.
de teſtament. Reſpondetur hoc verum eſſe, ſi quæſtio
eſſet inter filium & filiam defuncti, & in his terminis
loquitur Guid. Pap. & eum ſequutus Benedictus d. lo-
cis (nam quoad Roman. *d. conſ.* ne verbum quidem de
hac quæſtione) † ſed ſi primogenitus fuit ſemel ad- 8
miſſus, filia ejuſdem excludit patruum abſque dubio,
vt patet ex locis ſuprà citatis, & nominatim Ferrerius
in annotatio. ad d. quæſt. 506. deciſionem illius confir-
mando, hanc rationem ſubjicit, quia ſemper maſculi
præferuntur fœminis, maximè in ſucceſſionibus no-
bilium, feudis & dignitatibus: ita vt in pari gradu
præferatur maſculus fœminæ, ex Decio *in l.* 2. *de regul.*
jur. Bald. & alijs *in l.* 1. *de Senator.* præſupponit igitur,
maſculos & fœminas inter quos eſt controuerſia, eſſe
in pari gradu, ſatis demonſtrans, quòd ſi ſint in diuer-
ſo gradu & agatur inter filiam defuncti, & patruum
vel alios, fœminam præferendam. Multò magis hoc
caſu, quo agitur inter filium eundemque agnatum ex
filia, filij ex primogenito nati, & filium ſecundoge-
niti.

Nec vlla vis facienda eſt in his verbis, quòd primo-
genitus ſuccedat ſolus & in ſolidum: † nam paria ſunt 9
dicere, quòd ſuccedat jure Francorum, vel quòd pri-
mogenitus ſolus ſuccedat (nam ſolus & in ſolidum pa-
ria ſunt: Andr. de Iſern. *in cap. Imperialem, § præterea,*
maximè *n.* 2. *verſ. ſed quomodo probabitur, de prohib. feud.*
alienat. per Frider. Matth. de Afflict. *deciſ.* 119. *n.* 1. *&* 2.
Dec. *conſ.* 445. *n.* 8. Molin. *de primog. lib.* 1. *c.* 7. *n.* 4. Thom.
de Marin. *de gener. & qualita. feud. tit.* 13. *n.* 3. eo verò jure
Francorum filiam primogeniti ſemel admiſſi exclude-
re patruum edoctum fuit.

Affert ſecundam rationem, quòd ſcilicet cùm aga-
tur de Baronia, quæ eſt feudum nobile, præſumitur in-
ter nobiles perſonas maſculos fuiſſe vocatos *l. ex facto,*
§. ſi quis rogatus, ff. ad Trebellia. & quòd de jure feudo-
rum ſoli maſculi admittuntur *c.* 1. *de ſucceſſ. feud. c.* 1. *§. &*
quia de ijs qui feud. dar. poſſ. c. 1. *de alien. pater feudi.* quã-
uis aliqua fuerit contentio ea de re inter Gerard. & O-
bertum, cùm ſcilicet inueſtitus quis fuerit de feudo,
ita vt ad fœminas tranſiret, & is duas tantùm filias re-
liquiſſet, quarum vna filium habeat, & altera filiam,
verum poſt mortem illarum maſculus præferri debeat,
cap. 1. *§. ſimiliter de Capit. qui Cur. vend.* tamen inualuit
diſtinctio DD. de qua fusè Hotom. *in ſua diſput. de feu.*

*cap.*13.14.15. vt maſculi ſemper ſuccedere & præferri debeant in feudis, niſi per legem inueſtituræ filiæ ſint admiſſæ, quo caſu dicuntur feuda muliebria, propterea cùm de anno 1278. controuerſia fuiſſet de ſucceſſione Ducatus Auſtriæ, maſculi filiabus prælati fuerunt, quòd Auſtriæ Ducatus feudum eſſet minimè muliebre, vt docet Author Paralipomenon, appoſitus ad calcem Chronico. Abbatis Vrſpergenſis. in vita Imperatoris Rodulphi: nos verò non eſſe in terminis feudi muliebris quia cùm vocetur primogenitus ex vſu & conſuetudine Franciæ, ſoli maſculi poſſunt ſuccedere, vt fusè docet Tiraquell. *de jure primogen. quæſtione* 10. *&* 63.

His reſpondetur, hanc quæſtionem non eſſe imaginarijs præſumptionibus decidendam, ſed claris & determinatis juris decisionibus, quibus ſuprà edoctum fuit, quando feudum regitur jure Francorum, filiam primogeniti ſemel admiſſi excludere patruum ex Joanne Andr. *in cap. ex eo qui ſibi & hæredibus*, Matth. de Afflict. Couarru. Intrigliol. & alijs ſuprà allegatis. Habetur quidem ratio quandoque qualitatis perſonarum, vt mens teſtatoris eliciatur, vt in terminis *d. §. ex facto*, cùm quæritur, an filius naturalis excludat ſubſtitutum, & faciat deficere conditionem, *ſi ſine liberis*: ſed neque hîc agitur de interpretanda voluntate teſtatoris, ſed de jure certo; & quid importent hæc verba, *feudum regi jure Francorum*, & *primogenitum filium vltimi defuncti ſuccedere, & excludere ſecundogenitum*, in quo DD. affirmant, filias quidem per maſculos ejoſdem gradus excludi, ſed non per remotiores, etiamſi facta fuiſſet mentio primogeniti, remota clauſula juris Francorum, & etiam adjecta qualitate maſculinitatis, locis ſupracitatis; quin etſi ageretur de aliqua diſpoſitione teſtatoris, eaque interpretanda, qua primogenitum filium vltimi defuncti etiam ſub qualitate maſculinitatis, vocaſſet: nihilominus filia pri-
9 mogeniti admiſſi excluderet remotiores maſculos: † linea enim ſemel ingreſſa, ſemper durat, quamdiu adſunt maſculi vel fœminæ, Molin. *lib.*3.*c.*4.*nu.*14. Gamma *decis.*354.*num.*6. & Burg. *conſ.*29.*nu.*48.*&* 49. planè veriſſimile eſt, teſtatorem voluiſſe, & æquitas ipſa ſuadet, vt filia vltimi defuncti præferatur ejuſdem collaterali, quamuis à primo & communi ſtipite deſcendenti, quòd ſi aliter voluiſſet teſtator, dixiſſet vtique, Chaton *d. loc. verb. ſiſi, in fine.* Quæ certiſſima ſunt in caſu noſtro, quo Joachimus filius ex filia vltimi defuncti, eſt illi agnatus, & in eo nomen, & familia conſeruantur.

10 Nec ad caſum noſtrum opponi debet † jus feudorum, attenta conſuetudine generali in tota Gallia, & nominatim in hac patria recepta, Bertrand. *conſ.*237. *lib.*6 qua feuda ſunt ad inſtar patrimoniorum: ita vt nihil interſit, an de jure feudorum fœminæ ſint capaces, necne; quinimo ſecundùm diſtinctionem eo jure receptam, fœminæ ſuccedere deberent, ſimul etiam cum maſculis, & eodem modo, cùm feuda non minùs ſint muliebria quàm maſculina, nullaque ſit, attenta d. conſuetudine, ſexus facienda differentia, ſed ea ſecluſa, ſi de mero jure Francorum agatur, eoque antiquo, filia excluditur quidem à maſculis ejuſdem gradus, ſed ipſa excludit remotiores, vt ſæpiſſimè fuit dictum, & ſuprà probatum.

Et ex eo quòd primogenitus vocatur, verum eſt de jure Francorum, maſculos excludere fœminas, ſcilicet ejuſdem gradus; nec primogenitam fœminam excludere fratrem juniorem: & in his terminis loquitur Tiraquell. *de jure primogen. quæſt.*10. in contrarium allegatus (nam *quæſt.*63. quæ etiam allegatur, nihil fa-
11 cit ad rem: ſed ſi † primogenitus fuerit ſemel admiſſus, filiam ipſius excludere patruum ipſe diſertè contendit *ead. quæſt.*10.*num.*21 & de eo nullum eſſe dubium affirmat *quæſt.*14.*num.*7. poſt multos quos vtrobique refert, *& qu.*40.*num.*3. vbi aſſerit Andr. de Iſern. Neopodanum ac Matth. de Afflict. qui ſolent pro patruo contra nepotem tenere: tamen quando primogenitus fuit admiſſus, contrarium, in fauorem ſcilicet filiæ defuncti, contra patruum reſpondere ſolitos: ita vt cùm Tiraquell. *d. quæſt.*10.*num.*25. videtur dubitare niſi detur conſuetudo, intelligendus ſit, ſi quæratur, an filia, tanquam primogenita, excludere debeat ſorores, non autem in terminis noſtris, in quibus ipſemet *d. quæſt.*17.*num.*7. nullum eſſe dubium contendit. Vltra quod poſſumus aſſerere, conſuetudinem requiſitam per Tiraq. eſſe talem in tota Gallia, cùm fœminæ ſint capaces feudorum, & jure Francorum docuerimus, ſolitas filias admitti poſt maſculos ejuſdem gradus: ſed & generaliter, nullam eſſe habendam rationem dubitationis Tiraquelli *d. cap.*10.*num.*25. aſſerit Couarru. *d. lib.*3. *variarum reſolut. cap.*5. *numer.*5. *verſ. rurſus ſeptimo.* Quæ † omnia procedunt etſi ageretur, 12
de Baronia, vt præſupponit d. Conſulior; cùm tamen reuera d. Caſtrum-nouum non ſit Baronia, vt edoctum fuit in articulis, & magno conſilio. Atque ex his quidem ſatisfit ijs quæ in dicto conſilio proponuntur.

Sed cùm à principio aliquot rationes in fauorem dicti Franciſci propoſuiſſe, illis nititur reſpondere.

Prima erat, quòd priuilegium fuerat conceſſum in loco Caſtri-noui ſucceſſoribus quibuſcunque, etiam extraneis, vt jure & more Francorum viuerent, ex quibus verbis, neceſſariò filiæ ad excluſionem remotiorum maſculorum admitti debent, nam † ſi extra- 13
nei vocantur, multò magis filiæ, maximè quia fit expreſſa mentio hæredum quorumcunque, quo caſu qualitas hæreditaria requiritur, & tam maſculi quàm fœminæ inſtitui poſſunt, Bald. *in leg. cum virum poſt, numer.* 21. *Cod. de fideicommiſſ.* Clarus *in §. feudum, quæſtione nona.* Sed huic rationi nullo modo ſatisfacit, & eam tacet & ad alias deſcendit: nimirum, feuda in Gallia ad inſtar patrimoniorum cenſeri, & jure Francorum filiam concurrere cum maſculis.

Quod tamen poſtremum, cùm clauſula juris Francorum adeſt, non ita ſimpliciter aſſerimus, ſed ſolùm dicimus, eas excludere remotiores maſculos. Reſpondet autem, illud quidem in ſe verum eſſe, ſed non habere locum, quando per documenta apparet primogenitos vocatos eſſe, quo caſu de jure Francorum maſculi excludunt filias. Quæ reſponſio nihil facit ad caſum noſtrum: nam vera eſt in ſe, cùm agitur inter maſculos & filias ejuſdem gradus: ſecus ſi agatur inter maſculos remotiores, & filias vltimi defuncti, quo caſu certiſſimum eſt, eas de jure Francorum excludere maſculos, Joan. Andr. *d. capite primo, de eo qui ſibi & hæredibus*, Tiraquell. *d. quæſt.*14. *num.*7. *& quæſt.*40.*numer.*3. & alij ſuprà citati ſubjungit, antiquo jure Francorum filias excluſas fuiſſe à ſucceſſione feudorum, & de eo jure intellexiſſe eum qui conceſſit priuilegium quod prætendit aduerſa pars, neceſſariò intelligendum eſſe ex eo quòd vocat primogenitum: Ideoque Cujac. *lib.*1 *de feud. titul.*1. §. *& quia aſſerere*, moribus Gallorum feuda etiam ad filias tranſire ſæpiſſimè, & jure patrimonij cenſeri, ſaluo ſemper debito ſenioribus, hoc eſt, vt interpretatur Conſultor, primogenitis. Sed, vt omittam an d. interpretatio verborum Cujacij vera ſit (quæ tamen talis non videtur, & ſeniores ibi accipiuntur pro dominis feudi quibus cenſus reſeruatur, etſi feuda cenſeantur

jure

jure patrimoniorum;) reſpondetur, hoc nihil facere ad
rem noſtram: nam verum eſt, duplici jure diuerſis tem-
14 poribus feuda in Gallia conſiderari, vnum, † quod jam
à multis ſeculis introductum eſt, quo feuda ſunt reda-
cta ad inſtar patrimoniorum, & eo jure filiæ ſimul &
vnà cum filijs maſculis ſuccedunt, nulla omnino facta
ſexus differentia, Steph. Bertrand. *conſ.15.n.16. lib.1. po-*
ſter. Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. tit. des fiefs*, §.5.*n.4.*
Guilhel. Bened *in cap. Raynutius, verb. duas habens, n.67.*
cum ſeqq. Guido Pap. *q.59. q.133. & q.297.* & alij in prio-
ribus ſcriptis allegati, quod in omnibus prouincijs ci-
tra montes habet locum, Jaſon *in l. de quibus, n.64. ff. de*
legib. Guilhel. Bened. *d. verb. duas habens, nu.67.* Aliud,
quod antiquiſſimũ fuit, & de quo Fridericum, ſi quod
priuilegium conceſſit, cenſuiſſe exiſtimandum eſt,
15 cùm † illud, quoad hanc excluſionem maſculorum al-
terius lineæ, per filias vltimi poſſeſſoris, faciendam, in
ſuas conſtitutiones Siciliæ *in cap. in aliquibus, & cap. vt*
de ſucceſſionibus, retulerit, & eo jure Francorum filiæ ex-
cludebantur per maſculos ejuſdem gradus, & primo-
genitos excludebat ſecundogenitum quantumuis maſcu-
lum, ſed filia primogeniti ſemel admiſſi, patruum, &
omnes alios maſculos patris vltimò defuncti collate-
rales excludebat, vt toties ſupradictum fuit; nuſquam
enim jure Francorum antiquiſſimo fœminæ à feudis
fuerunt excluſæ, imò admiſſæ, niſi per maſculos ejuſ-
dem lineæ & gradus impedirentur: ita vt ſemper inci-
damus in idem: & omnia quæ in contrarium propo-
nuntur, non faciunt ad caſum, quod patet ex dictis i-
pſiuſmet Conſultoris, in principio ſui conſilij propo-
ſitis; contendit enim ex Othone Friſingenſi *l.2. de ge-*
16 *ſtis Friderici cap.29.* morem † Gallorum fuiſſe, quòd
ſemper ſeniori fratri ejuſque liberis, ſeu maribus ſeu
fœminis, paternæ hæreditatis cedat authoritas; quo in
loco diſſeritur de feudo Comitatus Burgundiæ, ratio-
ne cujus erat controuerſia, vt excluderetur filia vltimò
17 defuncti, & eo jure Francorum, necnon † lege Salica
(quæ non niſi in ſucceſſione Regni, non autem in cæ-
teris bonis, ſiue allodialibus, ſiue feudalibus, procedit,
Benedict *in c. Raynutius, verb. duas habens, num.72. cum*
ſeqq. de teſtam.) nonobſtantibus, in fauorem filiæ pro-
nunciatum fuit, quæ & d. Friderico nupſit. At verò ad-
uerſarius præſupponit, priuilegium hoc à Friderico
conceſſum: Ergo filiæ primogeniti, atteſtante Otho-
ne, tempore d. Friderici debent præferri maſculo alte-
rius lineæ. Ex quibus apparet, id quod infert non poſ-
ſe ſubſiſtere, cùm non ſit verum, filias in caſu in quo
verſamur de jure Francorum, minus ex intentione præ-
deceſſorum, de qua nullo modo conſtat, imò de om-
nino contraria, ſi opus eſſet, doceretur, excludi per ma-
ſculos remotiores, & veriùs ſit, eas, maſculis ejuſdem
gradus & lineæ deficientibus, omnibus alijs maſculis
præferri.

Subnectit aliam rationem in fauorem d. Domini
18 Franciſci, cui vult poſtea ſatisfacere, † nimirum quod
quoties maſculi vocantur, filij filiarum cenſentur vo-
cati, ac ſi eſſent maſculorum filij, Bald. *in l.1. C. de condit.*
inſert. Guid. Pap. *quæſt.133.* Ranchin. *ad deciſ.612. ejuſdem*
Guid. Boet. *deciſ.147.* Alexand. *conſ.53. lib.6.* nos verò
verſari in filio maſculo ex filia.

Reſpondet autem diſtinguendo, quòd ſi conditio
maſculinitatis ſit appoſita conſeruandæ agnationis
cauſa, † filij filiarum non faciunt ceſſare conditionem, 19
aliàs ſecus, nimirum ſi filiæ ſunt inſtitutæ, & illis ſub-
ſtitutio facta ſub conditione, *ſi ſine maſculis*: tunc enim
vocantur filij filiarum. At verò in noſtro caſu filiæ nun-
quam vocatæ fuerunt, ſed ſolùm maſculi pro conſer-
uatione familiæ, quo caſu non debent admitti, Ma-
theſill. *ſingul.129. aut 130.* Socin. *in l. Gallus, § nunc de le-*
ge, in fin. ff. de lib. & poſth. & in l. cum auus, nu.8. ff. de con-
dit. & demonſtr. Bart. *in l.2. ff. ad Trebell.* Rub. Alexand.
conſ.22. & conſ.128. Boer. *deciſ.24. n.5.*

Ad hæc reſpondetur, non opus eſſe vt deſcendamus
ad hujuſmodi quæſtionem, an maſculorum appellatio-
ne contineantur filij filiarum: ſed præciſè contendi-
mus ipſaſmet filias, quando feudum regitur jure Fran-
corum, & primogenitus excludit ſecundogenitum, &
ſolus ſuccedit, ipſas, inquam, excludi quidem à maſcu-
lis ejuſdem gradus & lineæ, ſed cæteros maſculos ex-
cludere, locis ſuprà citatis: ita vt alia reſponſione opus
non ſit. Nihilominus, ſi aliqua ratio habenda ſit,
quòd agatur de maſculo ex filia, planè in noſtro ca-
ſu ſumma eſt habenda: agitur enim de maſculo ex fi-
lia qui agnatus eſt, per quem propterea familia &
nomen conſeruantur (quæ dicuntur caſu quo aliqua
agnationis conſeruandæ ratio ſit habenda, quam
tamen nullo modo conſiderandum eſſe in prioribus
ſcriptis demonſtrauimus:) & qui Joachimus agna-
tus facit ceſſare omnes rationes quæ pro alijs poſ-
ſent afferri; ita vt non opus ſit deſcendere ad diſtin-
ctionem ſuprascriptam, cùm hîc non agatur de inter-
pretatione conditionis, *ſi ſine liberis maſculis deceſſe-*
rit, ſed de interpretando jure primogenituræ, quæ
vel ex jure Francorum vel aliàs, primogenitus filius vl-
timi defuncti ſuccedit; quo in caſo clarè loquuntur
DD. & aſſerunt, filiam primogeniti admiſſi excludere
cæteros maſculos, multò magis maſculum ex ea qui
agnatus eſt: Id tamen † interim omittendum non eſt, 20
quòd ſi verſaremur in interpretatione d. conditionis,
ſi ſine liberis maſculis, non eſſe admodum certam ſupe-
riorem diſtinctionem, quinimo indiſtinctè maſculum
ex filia comprehendi exiſtimarunt, Bald. & Caſtrenſ.
in l.1. C. de condit. inſert. & plerique eos ſecuti, eamque
opinionem in puncto juris ſuſtineri poſſe Socin. ait *in*
d. l. Gallus, § nunc de lege nu.7. in fin. de lib. & poſth. & di-
ſertè affirmat Ranchin. *ad quæſt. Guid.* cit. poſt Socin.
conſ.17. lib.4.

Ad extremum, & in concluſione, d. Dominus Con-
ſultor requirit, vt probetur conſuetudo qua filiæ &
deſcendentes maſculi ex ea ſemper fuerint excluſi à
ſucceſſione d. Caſtri-noui, alioqui ſe admodum dubi-
tare de jure d. Domini Antonij, & periculum eſſe ne
ſuccumbat. Sed debuit certò affirmare d. Dominum
Antonium omni jure carere: impoſſibile enim eſt, vt
hujuſmodi conſuetudo, qua filiæ à remotioribus ma-
ſculis fuerint excluſæ, & multò minùs, qua maſculi ij-
que agnati ex dictis filiabus excludantur à maſculis
collateralibus vltimi defuncti, cùm id nunquam fa-
ctum fuerit, probetur: ita vt intrepidè conclu-
dendum ſit in fauorem d. Domini
Franciſci, contra d. Domi-
num Antonium.

CONSILIVM VII.

ARGVMENTVM.

DATO Caſtro, & tota juriſdictione, ac toto tenemento ejuſdem, cum medietate fructuum, redituum, & emolumentorum ejuſdem, quid comprehendatur?

SVMMARIVM.

1 *Illi, qui nondum natus eſt, donari poteſt.*
2 *Caſtri vocabulum, vniuerſitatem juris, & rerum ſignificat.*
3 *Conceſſo Caſtro, juriſdictio, merum & mixtum imperium cenſentur conceſſa.*
4 *Tota juriſdictione data, omnimoda cenſetur conceſſa.*
5 *Totum, pro omni, accipitur.*
6 *Omni juriſdictione conceſſa, merum imperium cenſetur datum, non quæ Principi cohærent, jure ſupremæ poteſtatis reſeruata.*
7 *Conceſſio in dubio ad omne jus concedentis refertur.*
8 *Caſtro dato, ea quæ Caſtro accedunt continentur.*
9 *Tenementi appellatione quid contineatur, & habere ampliorem ſignificationem territorio.*
10 *Caſtri & totius juriſdictionis donatione continentur vintenum, quod loco directi dominij percipitur & pedagium.*
11 *Necnon furni & molendina bannaria.*
12 *Et tres ſyluæ cæduæ in quibus ligna ſumere & venari prohibendi jus Dominus habet.*
13 *Multo magis dicta molendina, furni & nemora per adjectionem dictionis,* totius tenementi, *comprehenduntur.*
14 *Totius tenementi appellatione, etiam prædia & poſſeſſiones in hoc caſu continentur.*
15 *Noſtra deſtinatione fundorum nomina & domus, non natura conſtituuntur.*
16 *Dictio,* cum, *copulat acceſſorii, & ſi ponatur inter ea quorum vnum non poſſit eſſe alterius acceſſorium, principaliter & tunc eandem vim habet dictio,* &c.
17 *Dictionum copulatiuarum natura eſt, vt amplient, non reſtringant.*
18 *Clauſula,* cum medietate fructuum, *ampliat, non reſtringit verba præcedentia, &* nu. 20. *& quem ſenſum habeant* nu. 24. *&* 26.
19 *Plena conceſſio non reſtringitur per ſpecialia verba quæ ſubjiciuntur.*
20 *Species poſt genus per copulam ſubjectum illud non reſtringit.*
22 *Quod quidem etſi in dictione,* &, *quandoque aliter accidat, quia accipitur tunc pro,* id eſt; *in dictione,* cum, *eſt extra dubium.*
23 *De legato ad donationem argumentari poſſumus.*
25 *Fructus bonorum nepoti ab auo datorum, ad auum, & eo mortuo ad patrem, niſi nominatim nepoti dati ſint, ſpectant.*
27 *Verba,* reditus & emolumenta, *ampliorem habent ſignificationem, quàm reditus.*

HYpotheſis, de qua conſultus ſum, has facti narrationes continet. Primam ſcilicet, quondam Dominum Caſtri-noui, in Comitatu Venayſſino ad ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Pontificem opt. max. pleno jure pertinente, dum filium ſuum matrimonio collocaret, illi qui primogenitus ex eodem eſſet matrimonio, Caſtrum, totam juriſdictionem loci Caſtri-noui, & totum tenementum ejuſdem, cum medietate omnium redituum, emolumentorum, & totius reuenutæ ejuſdem donaſſe.

Alterius facti ea eſt narratio, donatorem ſcilicet, tempore jam dictæ donationis, in eodem loco Caſtri-noui habuiſſe, ad eumque merum & mixtum imperium, & omnimodam juriſdictionem, jus viceſimæ fructuum tritici, & omnis generis granorum & vuarum, cum directo (vt ſic loquar) totius territorij dominio à ſubditis præcipiendæ, quod vulgò *vintenum* vocant, loco cenſus vel canonis emphyteoticarij ſubrogatum, atque præſtari ſolitum, tres quoque ſyluas cæduas, cum eo jure quod vulgò banniſandi vocant, hoc eſt prohibendi, ne quis ſine ejus conſenſu eas cæderet, aut illic venaretur; furnos ac molendina ejus juris, quod vulgo bannaretum dicitur, ne ſcilicet cujusvis ſubditorum furnos ac molendina ædificare, granaque ſua detricanda, aut panem alibi decoquendum ferre liceret, quàm in dictis furnis ac molendinis ad donatorem pertinentibus: item jus vectigalis, quod vulgò pedagium vocant: deinde prata, prædia, & poſſeſſiones.

Neque tamen à me deſideratur quidquam, vt de illius donationis validitate ſcriberem, vtpote nullius hæſitationis illa quæſtio futura ſit, cùm illi, qui nondum natus, nec in humanis eſt, † donari poſſe Steph. 1
Bertrand. pleriſque probauerit argumentis *in conſ. 299. alias tum ſcriberem in princ. in 1. parte primæ editionis in conſ. viſo conſultationis themate n. 2. in 3. parte ejuſdem 1. editionis, & in conſ. 27. multa ſunt in princ. in 1. part. ſecundæ editionis,* ſed, quoad vſque protendatur ea donatio, reſponſum à me poſtulatur. Vt autem faciliori methodo conſultanti poſſim facere ſatis, primò de illorum verborum quibus donatur Caſtrum, tota juriſdictio loci Caſtri-noui, & totum tenementum ejuſdem, poſtea de illorum verborum interpretatione pertractabo, cum medietate omnium redituum, emolumentorum & totius reuenuæ ejuſdem.

Quoad primum attinet, commemorare lubet, † *Ca-* 2
ſtri vocabulum vniuerſitatem quandam juris & rerum ſignificare, *l. 1. §. cum vrbem, ff. de offic. præf. vrb.* quo loco Bart. poſt Dyn. & Guilhel. de Cug. *ex eodem* §. argumentatur † conceſſo Caſtro vtique juriſdictionem illi co- 3
hærentem conceſſam eſſe, quod & pleriique affirmarunt, quos citaui *in rubr. de juriſd. omn. iudi. pag. 29.* & merum quoque ac mixtum imperium, vt Paul. Caſtr. poſt alios ab eo citatos affirmat, & eo caſu nullam hæſitationem eſſe dicit, quo apud ipſum Caſtrum fuiſſet merum & mixtum imperium, & ejus exercitium *in conſ. 406. num. 6. in 1. part.* & id fuſius Iaſ. probat *in conſ. 45. factum ſic ſe habet col. 4. verſ. quartò, & fortius in prima parte,* quò ni fallor & illud tendit, quod eum qui Caſtrum habet, illic, etiam juriſdictionem altam, vt ſic loquar, mediam & baſſam habere, Guid. Pap. poſt alios ab eo citatos conjectator *in conſ. 88. attendant ſi placet, in princ.* Itaque de mero imperio minùs addubitatum eſt, eo caſu quo donatur Caſtrum & juriſdictio, cùm multi juris Interpretes affirmarint eo caſu quo donatur juriſdictio, & merum imperium cenſeri donatum; ſed, edepol, longè maiorem hæſitandi cauſam ex eo noſtra facti ſpecies habet, quòd donatum fuit Caſtrum & tota juriſdictio, & totũ tenementum ejuſdem;

4 dem; † dum enim tota juriſdictio donatur, perinde
eſt ac ſi omnimoda juriſdictio donaretur, cùm eam
5 vocem, † *totum*, pro eo quod eſt, *omne*, acceperint, Ac-
curſ. *in l.* 1. §. *ſi pecunia in ſacculo, in verb. omnes, ff. depoſ.*
Paul. Caſtrenſ. *in l. ſi vnus*, §. *ſed ſi ſtipulatus, num.* 4. *ff. de*
pact. Corn. *in conſ.* 191. *videtur in præſenti in litera A. in*
4. part. Bald. *in conſ.* 355. *quædam mulier, num.* 3. *in fin. in* 1.
part. & Steph. Bertrand. *conſ.* 328. *multa continere viden-*
tur num. 2. *in* 1. *parte primæ editionis*, dum eam vocem
multùm vniuerſalem eſſe dicit, citatque eo nomine,
l. baliſta, ff. ad Trebell. de hac voce, *omnis*, loquentem,
& pleríque alij juris interpretes, dum aiunt, eum qui
totum dicit, nihil excludere, idque ob *l. Iulianus, ff. de*
6 *leg.* 3. quæ de hac voce, *omnis*, loquitur: At eum † qui
omnem ſeu omnimodam juriſdictionem donat, &
merum quoque donaſſe imperium, fuſiùs probaui *in*
d. rubr. ff. de juriſd. omn. Iudic. pag. 34. & addi poſſunt
quæ de hac re tradit Iaſ. *in conſ.* 161. *in cauſa quam habet*
in princ. in 2. *parte*. Nec me latet pleroſque contrarium
affirmaſſe, quos Matth. de Afflict. commemorat *in*
comment. conſtit. Neapolitan. lib. 1. *tit.* 47. *num.* 24. *& ſeqq.*
quorum tamen epicheremata, tunc demum locum ſi-
bi vendicant, cùm de his hæſitatur, quæ non poſſunt
per priuatum & ſubditum inferiorem à Principe poſ-
ſideri, cujuſmodi eſt poteſtas condendæ legis, monetæ
cudendæ, tabellionum inſtituendorum: nam vt Lucas
à Penna ratus eſt *in l.* 1. *col. pen. ad fin. ſuper verbo denega-*
mus C. de priuilegijs ſcholarum, lib. 12. ſi Princeps donet
7 Caſtrum, etiam † merum imperium illi cohærens do-
naſſe videtur: ea tamen, quæ per priuatum & ſubdi-
tum poſſideri nequeunt, donaſſe non videtur, aſſe-
rens ea exempla quæ nuper commemoraui, idque in
venditione Caſtri, Nicolaus Boerius affirmauit *in* 1.
parte deciſ. ſuarum, q. 50. *& ea quæ n.* 11. *&* 12. Nec mirum,
cùm ij quibus placuit conceſſo Caſtro vtique merum
imperium conceſſum eſſe, de eo imperio loquantur
quod Caſtro cohæret, non verò de ijs quæ Principis
perſonæ cohærent, ſibique jure ſupremæ poteſtatis re-
ſeruata ſunt, vt in mente Alex. fuiſſe puto *in l.* 3. *in pr.*
nu. 26. *ff. de acquir. poſſeſſione.*
8 Rurſus † animaduerto Dec. *in conſ.* 292. *& pro tenuê*
facultate nu. 4. *in* 2. *part.* probaſſe conceſſionem in du-
bio ad omne jus concedentis referendam, quod eò
tendit, vt non ſolùm merum imperium donatum ſit,
ſed & omne jus quod donator in eodem Caſtro habe-
bat. Nec de ijs quæ Caſtro accedunt, tanquam acceſ-
ſoria, videtur poſſe dubitari: nam Conſtantinus Im-
perator *in l.* 2. *C. de bon. vacant. lib.* 10. eo caſu quo poſ-
ſeſſionem ſeu domum aliquam integro ſtatu donaſ-
ſet, hæc verba, *integro ſtatu*, eandem vim habere dicit,
ac ſi poſſeſſionem aut domum cum adjacentibus, &
mancipijs, & pecoribus, & fructibus, & omni jure ſuo
donaſſet, & Lucas à Penna illic, ac reliqui ejuſdem l.
interpretes eadem ex l. argumentantur; Principem qui
Caſtrum integro ſtatu donat, merum etiam imperium
donaſſe, quod & crebrò juris interpretes affirmarunt,
quos fuſius citaui *in d. rubr. de juriſd. omn. jud. pag.* 34. At
neminem arbitror mihi negaturum, quin verba d. do-
nationis majorem, aut ſaltem non minorem vim ha-
beant, quàm verba, *integro ſtatu*. Quibus ex omnibus
facilè contendere poſſumus, vt quemadmodum ea-
dem ex *l.* 2. de rei ſingularis donatione loquente, ad
donationem Caſtri in ea quęſtione, an juriſdictionem,
merumque ac mixtum imperium contineat, argumen-
tantur juris interpretes; ſic argumentari poſſumus, vt
acceſſoria ac pertinentiæ Caſtri non ſecus donata fuiſ-
ſe concludamus, quàm in theſi *d. l.* 2. maximè cùm no-
mina vniuerſitatem ſignificantia, faciliùs acceſſoria &
pertinentias comprehendant, quàm vocabula rei ſin-
gularis ſignificatiua, vt ex Baldi verbis probatur *in*
conſ. 245. *villa vel caſtrum, in* 3. *part.*

Cæterùm, hæc argumenti ſedes vberius impleri po-
teſt ſi perſpexerimus ea verba quibus non ſolùm Ca-
ſtrum, & totam juriſdictionem, ſed & totum tene-
mentum ejuſdem donauit: hanc enim † vocem, *tene-* 9
mentum, non ex vſu Iureconſultorum, ſed Italiæ vul-
gari manaſſe, eſſeque agrum qui tenetur cum menſu-
ra, quaſi menſuratam tenutam, ſeu tenutam quæ non
mouetur, Matth. de Afflict. affirmat *in commento con-*
ſtit. Neapol. lib. 1. *tit.* 66. *nu.* 3. *in* 2. *not.* ſiue illi terræ juriſ-
dictio cohæreat, ſiue non, & ſic amplior eſt ejus vocis
emphaſis, quàm territorij, nihil aliud ſignificantis,
quàm ſpatium terræ juriſdictione vallatum *l. pupillus*
§. *territorium, ff. de verb. ſignif.* Felin. pleraque eo nomi-
ne citans *in c. Rodulphus, in verb. territorium, extra de*
reſcriptis, Nicol. Boër. *in* 2. *part. deciſ. ſuarum q.* 227. *an*
vendito reditu, n. 7. Chaſſanæ. *in commento conſuet. Bur-*
gun. tit. des juſtices & droicts d'icelles §. 1. *in verb. au terri-*
toire. Ad hæc genitiuus ejuſdem tam ad Caſtri, quàm
ad juriſdictionis donationem refertur, & cùm ad juriſ-
dictionem relatio fit, nimirum territorium ſignificat,
dum verò ad Caſtri donationem dirigitur; eos etiam
agros ſignificet quos donans titulo ſingulari tempore
donationis in eodem territorio poſſidebat, quod ta-
men ipſum paulò fuſiùs pertractabo.

Et cùm tenementum quandam vniuerſitatem ſi-
gnificet, maximè junctum huic voci, *totum*, nimirum
vniuerſos agros ac territorij ſpecies quaſcumque con-
tinet *l.* 1. & illic Socin. *in* 5. *notab. ff. de reb. dub.*

Porrò, de jure viceſimæ partis fructuum loco cen-
ſus, ac canonis exigendæ, † nullam hæſitandi cauſam 10
video, quin illud donatum eſſe credamus, præſuma-
turque de Caſtri adjacentibus, aut, vt vulgò dicunt,
pertinentijs eſſe: cùm enim ad ipſum Caſtrum domi-
nium directum omnium terrarum ipſius Caſtri, ac ter-
ritorij pertinere in facto narretur, neceſſum eſt, id
quod canonis emphyteoticarij vice præſtatur, reale
munus eſſe ipſis terris cohærens, per ea quæ in theſi
conſimili tradit Steph. Bertrand. *in conſ.* 53. *ex themate*,
num. 1. *&* 2. *in* 1. *part. ſecundæ editionis*, & idem de eo jure
dici poſſe arbitror, quod vulgò pedagium vocant.

Pariter quoque, jus prohibendi ne ſubditi ad alios
† furnos ac molendina accedant, cujus ſupra memini- 11
mus, juriſdictionis pars eſt, cùm id ſine titulo aut præ-
ſcriptione baberi non poſſit: & ſiquidem de titulo li-
queret ex ejus verbis, faciliùs reſponderemus; verùm,
ſi de titulo non liqueat, talem illum fuiſſe credendum
eſt, qualis fuit obſeruantia, *l. ſi certis annis*, & illic An-
gelus & Doctores *C. de pactis*, quam talem fuiſſe audio,
vt longiſſimo tempore Dominus ejus Caſtri prohibe-
re ſolitus ſit, & ſubditos, prohibitioni non acquieſcen-
tes, multare, juxta ea quę DD. tradunt *in c. ſignificante*,
extra de pignor. & in conſimili jure tradit Steph. Ber-
trand. *in conſ. viſo conſultationis themate n.* 28. *in* 3. *part.*
primæ editionis, in conſ. 167. *ponitur in facto in* 2. *part. ejuſ-*
dem editionis, & in conſ. 3. *quicumque nu.* 2. *in* 2. *part. ſecun-*
dæ editionis. Hinc Bald. *in c.* 1. *num.* 2. *&* 3. *de Capitaneo qui*
Curiam vendidit, in ea theſi qua Imperator ipſi Bal. Ca-
ſtrum dediſſet cum ſuis pertinentijs, affirmat molen-
dina ad Imperatorem pertinentia cenſeri donata, quod
& Dec. affirmat *in conſ.* 16. *quoniam cauſa nu.* 24. *in* 4. *par-*
te, idque multò fortiùs locum ſibi vendicare arbitror,
eo caſu quo Dominus jus cogendi ſubditos haberet
in Domini molendinis grana detricari, aut in furnis
panem decoqui facere, quod jus banitum vocant, &
eo nomine furni ac molendina bannareta vulgò ap-
pellamus: inquit enim Capitius *deciſ. Neapolit. q.* 27. *in*
cauſa renuendi num. 30. per banitum quaſi poſſeſſionem

Digitized by Google

juriſdictionis probari, etiamſi non probetur illi fuiſſe
12 paritum. Nec ſecus de † ſyluis tribus cæduis dicendum
eſſe arbitror: tametſi enim quilibet priuatus, ne quis
in ſylua ſua ligna cederet, prohibere queat, haud tamen
venationem impedire poſſet, niſi id ſibi ſpeciali
quodam priuilegio fuiſſet attributum, *l.1. 2. & 3. ff. de
acquir. rer. dom.* & ſi conceſſa fuerit omnimoda juriſ-
dictio, jus quoque venandi conceſſum eſſe, Decius af-
firmat *in conſ. 197. in caſu inquiſitionis col. 2. verſ. ſecundo
probatur in 2. part.* Corn. quoque *in conſ. 321. in hac con-
13 ſultatione, in littera O. in 4. part.* † ſub illa vniuerſitate
donationis Caſtri cum tenemento, territorio, ſeu per-
tinentijs, palatia, domus, nemora, paſcua, molendina,
& omnia alia, quæ tanquam Domini Caſtri & territo-
rij poſſidebant, comprehendi ſtatuae ſt, & de conſuetu-
dine communis vulgaris intellectus, ſyluæ & nemora
accedunt prædijs & poſſeſſionibus, & pertinentiarum
nomine veniunt, vt Bart. Socin. fatetur *in conſ. 47. conſi-
lijs noſtris, n. 4. in 1. part.* neque hoc vllam difficultatem
14 habere videtur. Quod ſi donator illic † quædam præ-
dia, non tanquam Dominus Caſtri, ſed tanquam pri-
uatus habeat, num illa donata eſſe interpreremur, hæ-
ſitari potuiſſet: nam Alexand. poſt Imolam *in d. l. 3. in
princ. n. 25. & ſeq. ff. de acquir. poſſeſſ.* vendito Caſtro cum
pertinentijs, negat illa prædia vendita eſſe, & Lucas à
Penna *in l. 2. in vlt. not. C. de feud. limitrophis lib. 11.* poſ-
ſeſſiones quas tenent Comites & Barones in terris eo-
rum, domaniales, vt ipſe loquitur, eſſe conjectatur, niſi
probentur eſſe feudales: veruntamen in hac conſul-
tatione arbitror etiam prædia cenſeri donata, idque in
Oldradi mente fuiſſe, qui *in conſ. 121. ad primam quæſt.*
dum ad probandum illum qui recognouit Caſtrum
in feudum, territorium non recognouiſſe nititur *ex d.
l. 2. C. de bon. vacan. lib. 10.* eamque probare dicit, donata
aliqua re adjacentia, non alia cenſeri donata. quàm ſi
in donatione hæc etiam verba, *Integro ſtatu*, vel, *cum o-
mni jure ſuo*, fuerint appoſita: manifeſtè enim fatetur
eo caſu adjacentia quoque cenſeri donata, quo in do-
natione talia, aut ſimilia verba legerentur, quemad-
modum in hac theſi; quo ſanè argumento eandem
fuiſſe crediderim mentem Bald *in c. 1. n. 9. de Capit. qui
Cur. vend.* ſed ad noſtram ſententiam dilucidiùs pro-
piuſque Jaſ. acceſſit *in conſ. 102. Caſtrum, in 1. part.*

Juuabit etiam noſtram opinionem, ſi probetur, do-
natorem ea prædia tanquam partem tenementi Ca-
ſtri tempore donationis tenuiſſe *per l. cætera §. fin. ff. de
15 leg. 1.* noſtra † enim deſtinatione, fundorum nomina &
domus, non natura conſtituuntur *l. quod in rerum §.
ſi quis poſt ff. de leg. 1.* & fuſiùs confirmari poteſt ex ijs
quæ tradit Socin. *in d. l. 1. in §. not ff. de reb. dub.* & adde *l.
ſi cui ædes 30.* Ibi. *atque ita ijs vſus fuerit, ff. de leg. 1.* &
quæ de interpretatione legati ab vſu teſtatoris colli-
genda tradit Bart. *in l. cum certum, ff. de vino, oleo, triti-
coq. leg.*

Nunc ad ſecundam hujus conſultationis partem
me confero, in qua in primis commemorare lubet
16 eam † vocem, *cum*, relatam ad res regulariter ſuapteq;
natura copulare acceſſoriè, vt Jaſ. commemorat *in
conſ. 102.* in prima parte, & ſi ponatur inter ea quorum
vnum nequeat eſſe alterius acceſſorium, copulat prin-
cipaliter, vt Barth. Soc. commemorat *in conſ. 69. viſo
laudo, num. 4. in 4 part.* & vtriuſque axiomatis aſſertor
fuit Bart. *in l. tabernam, ff. de fund. inſtruc. & in l. Titia
textores, §. nihil. de leg. 1.* & Soci. *in l. ſi is qui ducenta in pr.
17 & §. 1. ff. de reb. dub.* † Nec hoc ſecundo caſu differre il-
lam à copulatiua &, Cor. affirmat *in conſ. 312. circa pri-
mum in littera A. in tertia parte*, illud inſuper verum
eſt earum vocum quæ conjungunt, crebroque copu-
latiuæ appellantur, naturam eſſe, vt amplient, non ve-
rò reſtringant, vt Corn. affirmat *in conſ. 67. plenè qui-
dem, in littera I. in 1. part.* citans eo nomine *l. en tamen
adjectio*, & illic Dyn. *ff. de leg. 3.* & alia quæ illic cernere
licet, & de hac conjunctione, *cum*, vt naturam augendi
habeat, extat Pauli reſponſum *in l. ſi cui ſerui, 55.* & il-
lic Doct. *ff. de leg. 1.* Abſurdum ergo eſſet has voces,
† *cum medietate &c.* ſic interpretari, vt generalem ſer- 18
monem præcedentem reſtringant, eaſmet quæ ad au-
gendum proferuntur, diſpoſitionem reſtringere nefas
ſit, *vulg. l. legata inutiliter, ff. illo tit. de leg. 1.* ita enim ex
hac conjunctione, *cum*, Jaſ. argumentatur *in d. l. ſi cui
ſeruus, in princ.* hinc, dum ex ijs verbis, quæ præcedunt,
conceſſionem † plenam eſſe liquet, licèt poſteriora 19
verba ſpecialia ſint, conceſſionem tamen haudqua-
quam reſtringere, Bart. Socin. affirmat *in conſ. 69. viſo
laudo nu. 11. in 4. parte*, citatque eo nomine *l. donationis
§. ſpecies ff. de donat.* quo loco donatio certarum ſpe-
cierum à matre, filij nomine, viro traditarum, ad v-
ſumfructum non reſtringitur, quòd eas vir cauiſſet ex-
tra dotem vſibus puellæ ſibi traditas, idem quoque in
legato pecuniæ, Martia. reſpondit *in l. fin. ff. de vſufruct.
earum rerum quæ vſu conſumuntur*, vt ſcilicet proprieta-
tem contineat, quamuis in eo ſcriptum eſſet, vt vſum
ejus legatarius haberet; idemque in ea Theſi quæ
poſt legatum, ſcriptum eſſet rerum legatarum vſum-
fructum legatario ſufficere dum viueret, Scæuola re-
ſpondit *in l. ſpecies ff. de auro & arg. leg.*

Ad quorum † omnium confirmationem, id etiam 20
accedere putamus, quòd hæc vox, *cum*, inter ea legitur
ſcripta, quorum poſterior pars, etſi acceſſoria ſit ad
priorem, nihilo tamen ſecius in anterioris partis ver-
bis vberiùs continebatur: Nam primum copulatiuæ
orationis caput, & proprietatem & fructus quoque &
reliqua omnia emolumenta rei continebat, quemad-
modum in prima noſtræ conſultationis parte proba-
tum eſt. Hinc eam vocem copulatiuam, *cum*, inter duo
poſitam eſſe capita liquet, quorum poſterius tanquam
† ſpecies, primum caput tanquam genus aut vniuerſa- 21
le quoddam continet, quo caſu priorem orationis co-
pulatiuæ partem haudquaquam à poſteriori reſtringi,
ſed eò ſolùm tendere, ne de illa quicquam hæſitari
queat, quin expreſſione dignior ſit, Do. à Ripa probat
in cap. inter cæteras, nu. 53. extra de reſcript. & addi inpri-
mis poteſt *l. in fraudem §. neque ff. de jure fiſci* Deinde e-
tiam illud addi poteſt quod Deci. poſt alios ab eo cita-
tos *in l. in toto jure n. 13. ff. de reg. jur.* in ea theſi affirmat,
qua teſtator primò genus, tandem ſpeciem eidem le-
gaſſet, in dubio ſcilicet ſpeciem hæſitationis tollendæ
cauſa legaſſe, expreſſiſſeque; & eo nomine citat jura
loquentia de hac monoſyllaba *cum*, inter genus & ſpe-
ciem ſita, cui tandem ſententiæ Steph. Bertran. *in conſ.
11. ad ea de quibus nu. 10. & ſeq. in 1. parte ſecunda editionis*
in ea theſi loquens, adhæret copulatiuæ vocis *&*, inter
generis & ſpeciei legatum ſitæ, generis ſcilicet legato
præcedente.

At quamuis Bart. *in l. quæſitum §. ſi quis fundum in 3.
quæſt. ff. de fund. inſtr.* eo caſu quo teſtator eidem perſo-
næ primò genus, deinde ſpeciem legauerat, monoſyl-
labam, † &, inter ambo legata ſitam, generis legatum 22
ad ſpeciem adigi tatus ſit, ob idque Steph. Bertran. *in
conſ. 11. nuper cerneo*, de conſimili theſi anceps & dubi-
tabundus reſponderit, ea tamen theſis, quæ monoſyl-
labam, *cum*, inter ambo legata, ſeu inter ambas dona-
tiones habet, minorem hæſitandi cauſam habere, vel
ex eo cernitur, quòd monoſyllabam, &, faciliùs pro *id
eſt*, quàm monoſyllabam, *cum*, accipi nemo ambigit,
&, edepol, noſtræ theſis determinatio manifeſtè colli-
gitur ex *d. l. quæſitum, §. ſi quis fundum*, eo caſu loquen-
te, quo quis fundum ita vt inſtructus erat legauerat, &

adjece-

adjecerat, cum ſupellectile, vel mancipijs, vel vna aliqua re, quæ nominatim expreſſa non erat, nempe illic Ulp. Papinianum reſpondiſſe inquit, non proinde legatum fore diminutum, ſed potiùs ex abundanti adjecta illa verba, *cum ſupellectile*, vel *cum mancipijs*, vel cum aliqua re quæ priori legati parte continebatur, tamet ſi nominatim in ea priori parte non fuiſſet expreſſa; vix enim aliquam rationis diverſitatem inter eam, & præſentem facti ſpeciem quiſquam mihi dabit, quin hujus conſultationis determinationem ab eo Ulpiani reſponſi Papiniani authoritate munito colli-
23 gamus, ſumpto argumento à legato ad donationem; nempe hanc argumentandi rationem efficacem eſſe probatur *in l. qua de leg. tio, 46. ff. de leg. 1.* cum alijs vulgatibus.

Poſtea verò quàm nuper probauimus, ea verba,
24 † *cum medietate, &c.* præcedentem generalem donationem minimè reſtringere, nunc commemorare lubet, in his verbis, monoſyllabam, *cum*, ſuam augendi naturam ſeruare poſſe, quippe illic donator futuro, ex filio ſuo, nepoti donabat. Deinde, vt mihi apertè narratum fuit, filio ſuo proprio, bona ſua omnia donauit, excepto ſibi vſuſfructu, quam vſuſfructus reſeruationem jure communi munitam eſſe non dubito *l. quid-*
25 *quid & illic ejus l. interpretes C. de bon. matern.* † niſi expreſsè auus etiam fructus donauerit, juxta *auth. excipitur C. de bon. qua liber & auo mortuo*, filius quoque omnium bonorum nepoti ex filio donatorum vſumfructum fuiſſet habiturus, niſi ea lege donata ſint, vt vſuſfructus nepoti acquiratur, *d. Auth. excipitur*, hinc ea
26 verba, † *cum medietate &c.* ſic priorem donationem augere interpretabor, vt cùm, niſi expreſſa fuiſſent, integer vſuſfructus apud auum donantem, quoad vixiſſet, & eo mortuo, apud patrem, ejuſdemque donatoris filium, etiam quoad viueret, manſurus fuiſſet propter ea verba, ſola media pars vſuſfructus ad auum, & patrem, altera verò media pars vſuſfructus ad nepotem donatarium pertinuerit.

Licet autem hæc vox, † *reditus*, ampliorem ſignifi- 27
cationem habere videatur, quàm hæc vox, *fructus*, juxta *gloſ. fin. in c. generali de elect. in 6. & in Clem. 1. in fin. de rebus Eccleſ. non alienan.* Coro *in conſ. 189. videtur in hac conſultatione in litera E. in 1. parte.* Barth. Socin. *in conſ. 36. in cauſa Antonij n. 18. in 4. part.* ſicut etiam hæc vox, *emolumentorum*, vt Joan. Andr. & Joan. de Anan. inquiunt *in c. nemo de ſimon.* Imol. & Barba. *in c. ſi heredes extra de teſtam.* & de vtraque voce, *reditus*, ſcilicet ac, *emolumenti*, tradit fuſiùs Stephan. Bertran. *in conſ. 275. viſis Apoſtolicis in princ. in 2. part. primæ editionis.* ea verba tamen nequaquam proprietatem ſignificant, ſed ea quæ à proprietate manant ad auum ac patrem, jure auitæ ac patriæ poteſtatis pertinentia, niſi verba donationis, ea etiam vel illorum partem contineant: nam dùm auus ſemel nepoti ſuo integram proprietatem & medietatem redituum, ac emolumentorum, quam ipſe quoad vixerit, & poſt eum filios, idemque pater quoad vixerit, jure auitæ aut patriæ poteſtatis habituri erant, donauit: manifeſtè voluit illam redituum & emolumentorum medietatem neque ad ſe neque ad ejus filium, patrem nepotis, pertinere; ſanè hæc mea ſententia fuit, mens & intentio donantis, quam vt ita interpretemur, inprimis natura ejus vocis, *cum*, augmenti non verò diminutionis ſignificatiuæ, deinde ſuperfluitatis euitandæ ratio, nos inducunt.

Prout ſuprà de jure concludendum eſſe arbitror, ſalua tamen facti veritate, in qua falli potui, vt vtar verbis Antonij de Bur. *in conſ. 45. juris rigor in fin.* maximè cùm nihil præter facti narrationem ad me perlatum fuerit, & in hujus rei fidem me ſubſcripſi.

CONSILIVM VIII.

ARGVMENTVM.

DE eadem re.

SVMMARIVM.

1 *Donato Caſtro, juriſdictio nedum Caſtri; ſed etiam totius territorij ejuſdem cenſetur donata.*

2 *Quod non ſolùm procedit in donatione, ſed etiam in recognitione quæ eſt odioſa, quando Caſtrum & territorium eodem jure poſſidentur, quod de jure præſumitur, alio non apparente.*

3 *Quando datur aliquod vniuerſale vt Caſtrum, omne jus quod erat penes dantem, cenſetur in accipientem tranſlatum.*

4 *Vniuerſalia ſunt largè interpretanda, maximè quando agitur de actu fauorabili, vt eſt donatio, contemplatione matrimonij facta.*

5 *Donato Caſtro, & tota ejuſdem juriſdictione, cenſentur tranſlata omnia jura, virtute dominij Caſtri & juriſdictionis, ad donatorem pertinentia, & ſic jus vintenum de fructibus percipiendi, laudandi & inueſtiendi, cogendi ſubditos ad molendum & coquendum in molendino & furno Domini, & fructus ex d. molitura & coctura prouenientes percipiendi.*

6 *Verba*, in quacumque diſpoſitione, *ita ſunt interpretanda, vt aliquid operentur, etiam illa improprianda.*

7 *Totius tenementi appellatione, prædia, prata, terra, poſſeſſiones, & ſimilia, etiam jure priuato poſſeſſa, comprehenduntur.*

8 *Relatio debet fieri ad proximiora.*

9 *Relatio ita debet fieri vt aliquid operetur & non ſit ſuperflua.*

10 *Et ita ne ſequatur abſurdum, quòd donator ſe ſtatim correxerit.*

NObilis Stephanus de Simiana, in contractu matrimonij Melchioris ejus filij, donatione inter viuos donauit primogenito d. Melchioris, ex d. futuro matrimonio procreando, infraſcripta, per talia verba, videlicet *Caſtrum, totam juriſdictionem loci Caſtri-noui, & totum tenementum ejuſdem cum medietate omnium redituum, emolumentorum, & totius tenementi ejuſdem, dum tamen ſit capax & ſufficiens, habilis & ſapiens*: & vlterius, *donauit ſupra d. Melchiori ejus filio, ſponſo futuro, contemplatione d. matrimonij, omnia vniuerſa, & ſingula bona ſua, mobilia & immobilia præſentia duntaxat, nec non jura, res & actiones vbicumque ſint & reperiantur, retentis tamen ſuper d. bonis fructibus & vſufructibus, quamdiu in humanis vixerit*; ſuper qua donatione de pluribus dubitari contingit.

Primò, nunquid donato Caſtro, & tota juriſdictione loci Caſtri noui, intelligatur etiam donata juriſdi-

Google

ctio totius territorij d.loci & Caſtri?
Secundò, quid comprehendatur in d. donatione
Caſtri & totius juriſdictionis d.loci Caſtri-noui, illi-
uſque territorij?
Tertiò, quid in donatione totius tenementi ejuſ-
dem cum medietate omnium redituum ejuſdem com-
prehendatur?
1 Quoad primum, clarum videtur in jure,† quòd do-
nato Caſtro, videtur donata juriſdictio, nedum Caſtri,
ſed etiam totius territorij, vt notat Bart. & alij *in l.2. §.
cum vrbem ff. de offic. præf. vrb. & in l.2.* & ibi Cæpol. *ff. de
verb. ſignif.* Bal. *in conſ.359. vol.5. nota pro duce*, Calcan. *con-
ſil.90. n.4.* & ratio eſt, quia juriſdictio Caſtri, & territo-
rij vna eſt & incorporalis, & conſequenter indiuiſibi-
lis, *l. ſtipulationes non diuiduntur de verb. oblig.* vt tradit
Bald. *in cap. num.4. de Capie. qui Cur. vend.* vbi id probat
pluribus alijs argumentis, quæ ſi procedunt in reco-
gnitione, quæ ſui natura eſt odioſa, vt ibid. ſentit Bald.
quantò magis procedunt in caſu noſtro, vbi agitur de
donatione, contemplatione matrimonij facta, latè in-
terpretanda, *c. cum dilecti, de donat.* quinimo in ſpecie
2 † etiam in recognitione, quando Caſtrum & territo-
rium eodem jure poſſidentur, prout de jure præſumi-
tur, alio non apparente, vt dicit Bald. *in d.c.1.* quòd v-
trumque veniat in conceſſione & recognitione conſu-
luit Iaſ. *conſ.102. vol.1.* quod maximè procedit, quando
ex longiſſimo vſu & conſuetudine territorium eſt aſſi-
gnatum & deputatum Caſtro, prout in præſenti caſu
vt dicit Bald. *in d.c.1. n.11.* nomina enim iſta, *Ciuitas, Vil-
la, Caſtrum* & ſimilia, juriſdictionem in ſe continent,
vt inquit Innocent. *in cap. ex literis de jure patron.* ſentit
Calcan. vbi ſuprà, Iaſ. vbi ſuprà.
Præterea videmur eſſe in caſu iſto in claris & extra
omnem difficultatem, cùm fuerit donatum nedum
Caſtrum, ſed etiam tota juriſdictio loci Caſtri-noui,
per quæ verba videtur tranſlatum in donatarium do-
minium, & totum jus quod habebat donator in Ca-
3 ſtro, & in toto territorio d. loci Caſtri-noui, quia † quã-
do aliquod vniuerſale datur, omne jus dãtis, tale qua-
le erat, cenſetur in recipientem tranſlatum, *l. traditio.
ff. de acquir. rer. domin. l. alienat. de contrah. empt.* conce-
dens enim locum, videtur concedere omnia cohæren-
tia illi loco, *l. via conſtitui, de ſeruit. ruſtico. præd. l. teſta-
trix, §. t. ſi ſeruit. vendit.* vt tradit in terminis Roman. *in
conſ.444. col. penult.* Bald. *in cap.1 in fin. de cont. inueſtit.*
& in conſ. ſuprà allegato, & Aretin. *in conſ.15. n.1.*
Præterea, quando etiam eſſemus in dubio, prout
non ſumus, in dicta donatione Caſtri & totius juriſdi-
ctionis loci Caſtri-noui, comprehenderetur etiam to-
ta juriſdictio territorij, tum quia territorium Ciuitati
ſeu Caſtro naturali ratione accedere dicitur, tanquam
membrum quod à capite regitur, tum ratione conne-
xitatis, tum quòd communiter homines ita loquan-
tur; tum quia illa eſt perfecta diſpoſitio, quæ ex om-
nibus ſuis partibus & appenditijs conſtat; tum etiam
4 quia † vniuerſalia ſunt largè interpretanda, & maxi-
mè quando agitur de actu fauorabili, prout eſt dotis
vel donationis contẽplatione matrimonij factæ, prout
in præſenti caſu, vt in ſpecie tradit Bald. *in d. conſ.357.*
vlterius etiam in dubio interpretatio eſt facienda con-
tra donantem, ſicut venditio contra vendentem, vt in-
quit Roman. vbi ſuprà.
Ex quibus omnibus concluditur, per d. donationem
Caſtri & totius juriſdictionis loci Caſtri noui per d.
nobilem Donatorem primogenito filij ſui in contra-
ctu matrimonij factam, fuiſſe tranſlatum dominium
d. Caſtri, & totam juriſdictionem d. Caſtri, & territo-
rij ejuſdem, & omnia quæ d. Domino Donatori, virtu-
te juriſdictionis & dominij ante d. donationem in d.
Caſtro, & territorio, vt Domino Caſtri & juriſdictio-
nis competebant. Et conſequenter † jus capiendi vin- 5
tenum de fructibus prædiorum in d. territorio exi-
ſtentium, item jus laudandi, & inueſtiendi, & laude-
mia capiendi pro prædijs franchis alienandis. Item jus
cogendi ſubditos, ad molendum & coquendum in
molendino & furno præfati Donatoris, necnon & fru-
ctus ex dicta moltura & coctura prouenientes capien-
di, quæ bannareta vocantur, quæ omnia ad Donato-
rem virtute dominij Caſtri, juriſdictionis & præemi-
nentiæ quam in d. Caſtro & territorio habebat, perti-
nebant, & modò ad d. donatarium ſpectant, & perti-
nent, nec alio jure, quàm virtute prædictæ juriſdictio-
nis & præeminentiæ in dubio prædicta capi poſſe præ-
ſumendum eſt: cùm non appareat quòd alio jure quàm
vt Dominus Caſtri & juriſdictionis illa teneret & poſ-
ſideret: capere enim laudemia de prædijs franchis a-
lienandis, capere vintenum de fructibus in prædijs
territorij d. Caſtri creſcendis, cogere ſubditos ad
molendum & coquendum in molendino & furno, o-
mnia iſta ſunt juriſdictionalia, nec alicui competere
poſſunt vt priuatæ perſonæ, vt patet ad ſenſum, niſi
doceatur de priuilegio ſibi vt priuatæ perſonæ con-
ceſſo: maximè cùm tale jus in dubio potius præſuma-
tur reale juriſdictioni annexum, quàm perſonale, jux-
ta tradita per Bald. *in d. c.1. de Capita qui cur. vend.* facit
Bald. *in conſ.375. in fin. vol.4.* quæ omnia prædicta cum ſint
juriſdictionalia, tranſiuerunt in donatarium, cui Ca-
ſtrum & tota juriſdictio loci & territorij Caſtri noui
ſunt donata, vt patet in locis ſuprà allegatis, & facit
Alexand. *in l.3. in princ. colum. penul. de acquir. poſſeſſ.* &
his ita expeditis etiam ſecunda quæſtio reſoluta eſt.
Circa tertiam & vltimam quæſtionem, quid com-
prehendatur in d. donatione, vbi donator vltra Ca-
ſtrum, & totam juriſdictionem loci Caſtri-noui, ſub-
jungit, *& totum tenementum ejuſdem, cum medietate fru-
ctuum, emolumentorum, & reuenuta ejuſdem:* Pro cujus
quæſtionis reſolutione primò præſupponendum eſt
quòd de jure † verba, *in quacunque diſpoſitione*, ita ſunt 6
intelligenda, vt aliquid operentur etiam illa impro
priando, *l. ſi quando de leg 1.* nam, vt inquit Bald. *in
Rubr. C. de contrah. empt. in 9. quæſt.* vnumquodque e-
tiam minimum verbum in contractibus debet intelli-
gi appoſitum cum aliquo effectu operandi, & maximè
quando ſunt plura capita in diſpoſitione ampliatiuè
appoſita, vt in præſenti caſu; ex quo ſequitur quòd d.
verba, *& totum tenementum ejuſdem*, non poſſunt intel-
ligi de juriſdictione territorij loci Caſtri-noui, quia eſ-
ſent ſuperflua, & ſine aliquo effectu. cùm tota juriſdi-
ctio loci & territorij Caſtri noui eſſet jam donata &
comprehenſa per illa verba; *Caſtrum & totam juriſdi-
ctionem loci Caſtri-noui*, vt latè ſuprà oſtenſum fuit.
Quamobrem, ad hoc vt illa verba aliquid operentur,
neceſſe eſt ea referre ad omne & totum id quod præ-
fatus Donator, tanquam priuata perſona in territorio
d. loci Caſtri-noui tenebat & poſſidebat, vt puta, † ad 7
prata, terras, poſſeſſiones, directa dominia, ſi quæ jure
priuato habebat & ſimilia, vt dicamus dictum Dona-
torem, dum dixit, *& totum tenementum ejuſdem*, intelli-
gere voluiſſe de poſſeſſionibus, juribuſque ſuis in te-
nemento ejuſdem loci Caſtri noui; & ita in d. dona-
tione intellexiſſe contentum pro continente, per ea
quæ habentur per Bart. Alberic. & alios *in l. librorum
§. ſed et ſi ff. de legat.3.* quod maximè procedit, quia d.
Donator nullum aliud jus in d. territorio habebat, niſi
id quod tanquam priuata perſona poſſidebat, cùm re-
liqua in alijs præcedentibus capitibus d. donationis
eſſent jam donata, per tradita per Bart. *in l. eum pater §.
menſa, de leg.1. & in l. fin. de pæn. leg.* pro quorum confir-
matione

matiooe facit text. *in l. fundus, ff. de fund. inſtr. leg.* ex quibus concluditur, quòd præd. verba, *& totum tenementum ejuſdem, cum medietate fructuum & emolumentorum ejuſdem*, ſunt intelligenda de toto tenemento quod præfatus donator poſſidebat, vt priuata perſona, io territorio loci Caſtri-nooi, & de medietate fructuum d. 8 tenemeoti, vt † relatio d. verbi, *ejuſdem*, fiat ad proximiota, prout de jure debet, vbi aliàs ſequeretur abſurdum, vt nota. *in l. fin. ff. de reb. dub. cum concordantibus.*

Non obſtat ſi diceretur, quòd donator, dum dixit, *& totum tenementum ejuſdem*, voluerit referre d. verb. *ejuſdem*, ad illud verbum, *jurisdictionem*, quod ſtat diſpoſitiuè, & ooo ad aliod verbum loci Caſtri-noui quod ſtat demonſtratiuè, vt relatio potius fiat ad præcedentia qoæ ſtant diſpoſitioè quàm demonſtratiuè per tradita per Bart. *in l. fin. §. T itia de alim. leg.* Quia reſpondetur dictum Barthol. non procedere quando 9 relatio † ita facta, eſſet ſuperflua, ſine aliquo effectu operaodi, quia relatio debet fieri ad ea ex quibus diſpoſitio non reddatur inaois & inutilis, nec debet fieri ad eos caſus, qoibus jam ſpecialiter erat prouiſum, vt tradit Alexand. *in conſ. 17. n. 5. vol. 7.* Quotieſcumque enim aliqua ratio ſuadet, quod clauſula in fine poſita, ad qoædam ex præcedentibus referri non debeat, tunc nunquam ad illa, in quibus ratio contrarium ſuadet referenda eſt, *l. 1. C. de lib. præter* & ibi DD. Roman. *in conſ.* 112. ſed ſuadet ratio quòd illud relatum, *ejuſdem*, non referatur ad *totam jurisdictionem* quod ſtat diſpoſitiuè, quoniam ex præcedente capite jam erat donata tota juriſdictio, etiam totius territorij, & ſic ſuperfluè adjiceretur totum caput donationis prædictæ, & totum teoemeotum ejuſdem, vnde potiùs relatio fieri debet ad illa verba, *d. loci Caſtri-noni*, quæ ſtant demonſtratiuè.

Prætereà, ex alio etiam ea relatio ad juriſdictionem fieri noo debet, quia † reſultaret abſurdum quòd do- 10 nator incontinenti ſe corrigeret, quod omnino præſumendum non eſt, *l. nam ad ea ff. de condit. & demonſtrat.* nam priùs donauerat totam juriſdictiooem ſimpliciter; vnde qui totum dicit, nihil excludit: ſignificatur enim totalitas circa eandem rem, vt notatur *in ſtit. pro ſocio in princ.* Bart. *in l. ſi vnus §. pactus de pactis*: ſed ſi diceremus, quòd d. clauſula, *cum medietate fructuum ejuſdem*, referretur ad fructos juriſdictionis, jam ſequeretur correctio præcedentis capitis donationis, io quo dooauit totam juriſdictionem, & conſequenter omnes fructus. Ideò relatio ad juriſdictionem fieri oon debet, Roman. *in d. conſ. 112. col. fin.*

Non obſtat ſi diceretur, quòd ita intelligendo donatio in d. contractu matrimooij eidem filio de omnibus bonis mobilibus & immobilibus facta, redderetur inutilis & fruſtratoria, quia id omnino negatur, cùm d. donatio ſecondo loco facta verificari poſſit in omnibus alijs bonis per d. donatorem extra juriſdictionem & tenementum loci Caſtri-noui poſſeſſis, videlicet in juriſdictione quam habebat in loco de Canismontibus, & in alijs bonis immobilibus vel ſe mouentibus, juribus & actionibus ejuſdem donatoris tempore d. donatioois extra d. Caſtrum nouum exiſtentibus, quæ omnia non erant comprehenſa in ſupradicta donatione primogeoito facta, vt ex tenore d. donationis clarè paret.

Quæ omoia dicimus, ſalua ſemper & reſeruata meliori ſenteotia.

CONSILIVM IX.

ARGVMENTVM.

DONATO Caſtro, quid veniat: quid donata tota juriſdictione: & quid toto tenemento. Datio dimidiæ partis fructuum adjecta, poſt mentionem tenementi, quid importet: & ſi habeat tacitam reſeruationem fructuum alterius partis, quando finiatur.

SVMMARIVM.

1 *Donatio in contractu matrimonij primogenito naſcituro facta, valet.*
2 *Donatio abſque acceptatione donatarij, accedente tamen notarij ſtipulatione, eſt irreuocabilis.*
3 *Et illico, nato filio, jus abſolutum & perfectum ei quæritur.*
4 *Verba*, habebit & concedo, *alio non apparente, donationem indicant.*
5 *Inter proximiores facilè in dubio præſumitur donatio.*
6 *Ob juramentum & pactum de non reuocando, donatio præſumitur inter viuos.*
7 *Donato Caſtro, cenſetur donatum dominium Caſtri, juriſdictio & territorium ei adhærens.*
8 *Iuriſdictione concesſa, an cenſeatur territorium datum, remiſſiuè.*
9 *An juriſdictio inhæreat territorio vel perſonis, remiſſiuè.*
10 *Tota juriſdictione data veniunt merum mixtum emperium, & ſimplex juriſdictio, etiam remota dictione*, tota.
11 *Dictio*, totum, *pro omne accipitur.*
12 *Tota juriſdictione data, veniunt omnia commoda juriſdictionis, cujuſmodi ſunt damna, mulcta, confiſcatione & pœna:*
13 *Toto tenemento dato, omne territorium omneſque poſſeſſiones continentur & cenſentur data, & ſic abſque dubio ſuperioritas, & dominium directum, ac vintenum, quod ratione ejuſdem ſoluitur.*
14 *In conceſſione Caſtri non veniunt molendina & furni, niſi cum pertinentijs transferatur.*
15 *Donans cenſetur donare omne jus ſuum.*
16 *Donationes latiſſimè ſunt interpretanda.*
17 *Data tota juriſdictione cenſentur data molendina, & furni bannalia, ſeu bannareta.*
18 *Veniunt etiam totius tenementi nomine, &* nu. 20.
19 *Connexorum idem eſt judicium.*
21 *Totius tenementi nomine veniunt & continentur prædia, etiam jure priuato poſſeſſa, &* nu. 23.
24 *Pertinentiarum Caſtri appellatione, veniunt omnia intra fines Caſtri poſſeſſa.*
25 *Dato Caſtro cum pertinentijs, an prædia, jure priuato poſſeſſa, comprehendantur.*
26 *Dictio* cum, *augendi vim habet.*
27 *Qui donat plenam, non nudam proprietatem cenſetur donare.*
28 *Dictio*, ejuſdem, *in calce clauſula appoſita ad antecedentia refertur.*
29 *Et non ad ea per quæ diſpoſitio reſtringeretur.*
30 *Reſeruatio mediæ partis fructuum finitur morte reſeruantis, & fructus conſolidantur cum proprietate.*

EX verbis ipſius donationis, à Nobili Stephano de Simiana Domino Caſtri-noui, in contractu matrimonij Melchioris filij ſui, primo filio naſcituro ex eodem Melchiore, & Ludouica Odoarda factæ, facilè liquebit, quid, & quantum Nobilis Joachimus pronepos d. Stephani conſequi debeat: quæ res vt manifeſtior fiat, ſingula verba donationis perpendenda ſunt.

1 Præſuppoſito ante omnia, † donationem primogenito naſcituro in contractu matrimonij factam, firmam & validam exiſtimari, vt probant Guid. Papæ deciſ. 505. Philip. Dec. conſ. 245. nu. 3. Steph. Bertran. conſ. 27. & 105. num. 9. lib. 1. poſter. & conſ. 70. & 302. lib. 3. prior. Nicol. Boer. deciſ. 172. n. 4. Ay. Crauet. conſ. 10. nu. 7. Andr. Tiraquell. tract. de primog. quæſt. 6. ex qua donatione primogenito illico jus quæſitum fuiſſe arbitror.

2 Primùm, quia † cùm hujuſmodi valida ſit, veriſſimum puto ab ea recedi, nec eam reuocari poſſe, juxta regulam l. ſi quis argentum, §. fin. C. de donat. l. perfecta, C. de donatio. quæ ſub modo, l. 3. & l. ſi donationem, C. de reuocand. donat. Etſi enim de facto tertij jus alteri quæratur, accedente tamen notarij ſtipulatione, id jus abſque acceptatione irreuocabile fit, Barth. & alij in l. qui Romæ, §. Flauius, de verb. oblig. Bald. in l. ſi conſtante, per illum textum C. de donat. ante nupt. & in l. cum à ſocero, in fin. C. de jure dotium. Aretin. conſ. 74. tertio dub. num. 9. & ſeqq. Corn. conſ. 68. n. 4. & ſeqq. lib. 3. Dec. conſ. 58. nu. 3. & conſ. 239. n. 5. Steph. Bertr. conſ. 165. nu. 5. vbi ait communem lib. 1. poſter. conſ. 1. num. 14. vbi etiam poſt Alexand. ponderat ſtipulationem patris, quæ hîc adfuit conſilio 103. n. 53. lib. 2. prior. & conſ. 226. in fin. lib. 3. priorum, Bened. in cap. Raynutius, verb. ſi abſque liberis, 2. de fideic. ſubſtit. nu. 23. Ripa in l. fin. num. 220. de reuoc. donat. Rub. conſ. 117. nu. 8. & 10. Cranet. conſ. 19. n. 11. Cagnol. in l. id quod noſtrum, num. 12. & ſeq. de reg. jur. Couar. var. reſolutio. lib. 1. cap. 14. n. 7. & ſeqq. Rol. à Valle conſ. 19. nu. 19. lib. 1. & conſ. 10. nu. 37. lib. 3. & nouiſſimè Clarus lib. 4. ſentent. §. donat.

3 quæſt. 13. verſ. ſecundus eſt articulus. Si ergo † donatio irreuocabilis eſt, conſequens eſt, illico nato poſthumo jus eidem perfectum & abſolutum quæſitum eſſe, vt in ſimili docent Doctores in eo §. Flauius, & Dec. conſ. 58. num. 3. Et in ſpecie, de qua agitur, quod facta ſimili donatione, protinus jus quæſitum ſit primogenito, ita vt ab eo recedi non poſſit, docet per multa Aufred. in deciſ. Capell. Tholoſ. deciſ. 453. ex l. fin. ff. de pact. l. cum maritus, §. fin. de pact. dotal. l. ſi poſt mortem, § fin. de bon. poſſeſſ. contra tab. Hoc idem tradit Caſtren. conſ. 161. verſ. applic. igitur in antiq. dec. conſ. 468. nu. 28. & conſ. 498. nu. 18. Rol. à Vall. eo conſ. vbi etiam Socin. juniorem refert conſ. 108. nu. 3. lib. 2. idem tradit Steph. Bertran. conſ. 138. n. 11. & ſeq lib. 2. poſter. vbi etiam de conſenſu donatarij in præjudicium liberorum vocatorum & de primogenito conſ. 70. nu. 4. lib. 3. prior. Chaſſ conſ. 53. num. 56. & ſeq. tametſi in pacto de ſuccedendo alius forſan dici poſſit per tradita à Hieron. Grat. conſ. 25. lib. 1. Boer. dec. 204. nu. 14. & ſeq. & Tiraq. de primog. quæſt. 8. Hîc autem factam fuiſſe donationem puram, illico valituram, & ir-

4 reuocabilem exiſtimo: ea enim verba, † habebit, donationem indicant, vt in ſimili dicitur de verb. concedo, alia cauſa non apparente, l. prohibere §. planè quod vi aut clam, l. vxori, §. fin. vbi gloſ. & Barth. de leg. 3. l. ad eum, in princ. vbi Imol. de donat. Socin. in l. cum quid num. 32. & ibi Alex. num. 13. & Alc. nu. 38. ſi cert. petatur, idem Socin. conſ. 93. nu. 17. lib. 1. & de verb. aſſigno huic noſtro ſimile l. dotis fructum, §. fin. de jure dot. l. 1. ff. pro dona. Barth. in l. ſi conſtante, 2. quæſt. vltima parte ſol. matrim. Bald. in l. vbi adhuc, in fin. C de jure dotium, & Natta conſ. 496. nu. 5. Et quòd verbum, habeat, dominij tranſlationem ſignificet, probat l. ſi heres juſſus, vbi Bart. quem alij ſequuntur de leg. 1. Guid. Papæ ſing. 441. Et propterea neceſſariò inferre debet donationem, cùm nulla alia cauſa præſumi poſſit, attento etiam vſu loquendi loci in quo matrimonium initum eſt, vt in proprijs terminis conſiderat Steph. Bertran. conſ. 1. in princ. lib. 2. priorum. Idque etiam ſuadet qualitas perſonarum, aui, inquam, & nepotis ex filio, † cùm inter proximiores, maximè 5 tam arcto neceſſitudinis vinculo conjunctos, facilè donatio in dubio præſumi ſoleat, l. ſi ſeruus, de donat. inter vir. & vxorem, ff. Calc. conſ 23. nu. 7. & 8. Imol. in l. à Titio, in fin. de verb. oblig. Socin. eo conſ. 93. nu. 16. & conſ. 4. n. 31. lib. 4. Corn. conſ. 157. n. 5. & 292. num. 9. lib. 1. & conſ. 141. n. 15. & 16. lib. 2. Dec conſ. 79. n. 4. Ruin. conſ. 136. nu. 11. lib. 4. & conſ. 162. n. 14. lib. 5. Alex. ea l. cùm quid, num. 39. & Capit. deciſ. 180. n. 12. Quæ etiam † inter viuos ob juramentum & pactum de non reuocando judicanda eſt, 6 vt per Dec. conſ. 470. n. 1. & Steph. Bertr. conſ. 184. n. 8. lib. 7. Ex ea ergo donatione perfectum & abſolutum ipſi primogenito jus quæritur.

PRIORE autem loco, d. Stephanus primogenito naſcituro ex Melchiore filio ſuo, & ex Ludouica Odoarde conjugibus donat Caſtrum loci Caſtri-noui, quo donato † cenſebatur etiam donatum dominium Ca- 7 ſtri, juriſdictio, & territorium ei adhærens, cùm ea ſint de jure & pertinentijs Caſtri, Alex. in l. 1. in fin. vbi Jaſ. nu. 17. ff. de juriſdict. omnium judicum. Idem Alex. conſ. 35. lib. 4. Jaſ. in l. quominus, n. 123. ff. de flum. & in l. ſi. nu. 9. de conſtit. Princip. Jacob. de ſancto Georg in vſi. feudor. in verb. de Caſtro rupis, n. 4. Steph. Bertran. conſ. 237. num. 4. lib. 4. Bru. tract. de augmen. concl. 5. nu. 19. Didacus Couar. pract. quæſt. cap. 1. nu. 10. & Natta conſ. 405. vbi multa allegat quæ prætereo & in conſ. 505. n. 22. & ſeq. Sicq; † non 8 ſumus in illa quæſtione, An juriſdictione conceſſa cenſeatur territorium datum: de qua diffuſè diſſerit Nic. Boer. deciſ. 227. † &, An juriſdictio inhæreat territorio 9 vel perſonis, de quo Felin. in c. Rodulph. de reſcript. & in cap. licet, de probat. Chaſſan. in conſ. Burgun. rubr. 1. §. 1. gloſ. in verb. au territoire, in fi. cùm hîc Caſtrum donatum fuiſſe proponatur, poſtea ſubnectit totam juriſdictionem loci Caſtri-noui. Quibus † verbis merum, 10 mixtum imperium & ſimplicem juriſdictionem contineri perſpicuum eſt: ſi enim juriſdictione ſimpliciter data, venit etiam merum & mixtum imperium, Bald. in l. fin ff. de conſt. Princip. Alex. in l. 1. de off. ejus cui mand. eſt juriſd. & d. conſ. 35. in pr. Steph Bertran. conſ 276. n. 13. lib. 3. prior. Felin. in cap. quod ſedes, vbi Ale. nu. 25. & ſeqq. extra de off. ordin. DD. in l. imperium, de juriſdict. omn. judic. vbi Purp. n. 61 Curt. jun. l. 1. n. 53. vbi id maximè locum habere ait in donatione quæ latiſſimè intelligenda eſt de off. ejus cui mand. eſt, Crauet. conſ. 128. n. 3. & latè eruditus Rol. à Valle conſ. 42. n. 17. & ſeq. lib. 2. & Matth. de Afflict. ea de re dubius in conſtit. Neapol. in prælud. q. 6. n. 7. tametſi ea in re aliter Bald. exiſtimet, in c. quanto, col. penul. de judic. & quidam alij, quorum tamen opinionem veram non eſſe conſtat ex Couarr. eod. cap. 1. circa fin. Maximè cùm merum & mixtum imperium adhæreat Caſtro & territorio, vti ſimplex juriſdictio, quo Caſtro conceſſo illa veniunt, vt etiam, præter antea enumeratos, docent Caſtr. conſ. 406. ſatisfaciendo n. 6. lib. 1. Jaſon. conſ. 45. n. 5. lib. 1. Guid. Pap. conſ. 88. multóque magis id locum ſibi vendicat quando quis totam juriſdictionem conceſſit, quo caſu res eſt extra omnem dubitationem, jux. gloſ. & DD. in clem. 1. in verb omnimodam, de foro compe. Felin. in d. cap. quod ſedes, num. 40. poſt Abbat. ibi nu. 5. & ibi Alcia. vbi ſup. Jacob. à ſancto Georg. d. tract. in verb. cum mero & mixto imperio nu. 11. & 12. Pariſ. conſ. 9. nu. 3. & ſeq. lib 1. de omnimoda juriſdict. Decia. conſ. 35. n. 47. & ſeq. lib. 2. Lud. Goſad. conſ. 59. n. 15. Caſtr. conſ. 134. col. 3. Rol. à Valle eo conſ. 42. n. 38. & ſeqq. tametſi poſt Bald. aliqui contra putent, vt Chaſſ. &

Corr.

Cott. quorum opinionem veram non eſſe conſtat ex
dictis per Couat. *eod. c.1. circa fin.* & in ſimili Jaſ. *conſ.161.*
11 *lib.2.* Huc † pertinêt quæ de dictione, *totũ*, notat Bald.
conſ.335.lib.1. nã & ea dictio, *totura*, pro, *omne*, accipiẽda,
gloſ. *in l.1.§. ſi pecunia, ff. depoſi.* Bal. *eo cõſ.335.lib.1.* Steph.
Bertr. *conſ.328.n.2.lib.1. prior.* And. Tiraq. *in l. ſi vnquam
in verb. totum, n.7.* Et ita in ſimili docet Jaſ. *eo conſ.45.n.5.*
vbi dictionẽ, *totam*, perpendit: tũ enim nihil per cõce-
dentem reſeruatum eſſe apparet, quo caſu merum &
mixtũ imperium transferri exploratum eſt, per ea quæ
tradit Matt. de Afflict. *decis.122.* verba igitur, *totam juriſ-
dictionem*, non ſunt hîc ſuperflua, ſed adjecta tollendæ
dubitationis cauſa, anne, inquam, tota juriſdictio in
12 conceſſione Caſtri contineretur. Venient † igitur ſub
his verbis omnia commoda juriſdictionis, cujuſmodi
ſunt, damna, multæ, confiſcationes & pœnæ, de quibus
DD. *in l. fi. ff. ſol. matrim.* Jacob à ſancto Georg. *d. tract.
in verbo Marchio in Italia, verſ. dubitatur etiam, n.7.* Be-
ned. *in c. Raynutius, in verb. cætera bona n.36. de teſta.* ſob-
13 jicitur deinde in d. donatione, † *& totum tenementum
ejuſdem*, quibus verb. omne territorium d. Caſtri om-
nesque poſſeſſiones contineri exiſtimo: tenementi e-
nim verbum comprehendit omnia quæ tenentur cum
Caſtro, vt conſtat ex Matth. de Afflict. *in conſt. Neapol.
lib.1. tit.66. nu.3.* Et vniuerſitatem quandam ſignificat
junctũ dictioni, *totum, l.1.* & ibi Socin. *not.5. de reb. dub.*
Quamuis enim pro maxima parte territoriũ loci præd.
ſit particularium & incolarum Caſtri-noui, quod non
potuit Dominus donare, *l. traditio, de acquir. rer. dom. &
l. nemo plus juris, ff. de reg. jur.* tamen cenſetur donans
tranſtuliſſe omne jus quod in d. territorio eidem com-
petebat, juxta tradita per DD. *in l. ſi domus, § fin ff. de le-
ga.1.* Alex. *conſ.47.lib.3.* Dec. *conſ.292.nu.4.* Gozad. *conſ.
60.num.2.* vnde cenſebitur donaſſe ſuperioritatem ſeu
dominium directum, quod ipſe Dominus Caſtri-noui
in vniuerſo territorio habet, ſicque, abſque dubio, eſt
vintenum, quod pro cenſu præſtatur, & laudemia ad
primogenitum pertinere, cùm cenſus & laudemia, ra-
tione dominij, ab emphyteotis ſolui conſueuerint, vt
ſatis perſpicuum eſt. Et ita in ſimili voluit Steph. Ber-
tran. *conſ.53.n.1.lib.1. poſter.* Sed hîc videndum eſt, anne
ſub his poſtremis verbis, molendina, furni & prædia,
quæ Stephanus donator in eo Caſtro tenebat, & poſ-
ſidebat, comprehendantur; quoad molendina & fur-
nos, videbantur ea ſub ijs verbis non contineri: ſiqui-
14 dem † in conceſſione Caſtri non veniunt molendina
& furni, niſi cum pertinentijs Caſtrum transferatur, vt
tradit eleganter Bald. *in cap.1. de Capit. qui Cur. vend.* Jaſ.
in l. quominus. nu.120. & ſeq. vbi diffuſ. argumenta con-
trariæ ſentẽtiæ, Jacob de ſancto Georg. *d. tract. in verb.
de Caſtro Rubeimontis, n.7.* Cephal. *conſ.144.n.11. & de de-
cima n.12. in pr. & n.11.* Quinimo operæpretium eſt mo-
lendina & furnos ad Dominum pertinere ratione Ca-
ſtri, vt in ea conceſſione veniant, ſecus ſi jure priuato
ad eum ſpectent, Ripa *d. l. quominus, nu.130. de molendi-
nis, nemoribus & ſimilibus*, Steph. Bertran. *conſ.169 n.13.
& ſeq. lib.3 prior. multa de pertinentijs quæ includantur*,
Cephal. *conſ.3.n.42. & ſeq. vbi de primogenito, lib.1.* Con-
trarium tamen verius arbitror, motus ex ſeqq. Primò,
15 † quia donans cenſetur omne jus tranſtuliſſe quod in
rebus donatis habet, *d. l. ſi domus, §. fin.* & alijs ſuprà ad-
16 ductis. Secundò, † quia donationes latiſſimè interpre-
tandæ ſunt, *c. cum dilecti extra de dona.* Corn. *conſil.112.
17 lib.2.* Gozad. *conſ.60.n.16.* Tertiò, † quia in propoſito
caſu, molendina & furni cohærent territorio & Do-
mino Caſtri, vt conſtat ex eo quòd Dominus Caſtri-
noui prohibet incolis d. loci, ne alibi molendi aut co-
quendi cauſa accedant, ſicque bannareta. Igitur ea
veniunt, vt tradit Ripa *d. l. quominus, nu.130.* Sic, & con-
ceſſo Caſtro acceſſoria & inhærentia Caſtro conceſſa
intelliguntur, Hieron. Cagnol. vbi alios citat *in l. cum
principalis, n.13. de reg. jur.* maximè cùm hoc caſu onera
coquendi & adeundi domum & molendina, ſint pars
juriſdictionis, Faber *in §. æque inſtit. de actio.* Petr. Jac. *in
ſua pract. in libell. ſuper furno refer.* nouiſſimè Alciat. *in
conſ.175. in fi.* nam & illud jus coactionis ſine titulo &
præſcriptione acquiri non poteſt, vt in ſimili per Ste-
phanum Bertran. *conſ.1.nu.28.lib.3. prior. conſ.167. lib.2.
prior. conſ.3.nu.2.lib.2. poſter.* Igitur ſub verbo, *& totam
juriſdictionem*, venient & includentur d. molendina &
furni. Quartò, † quia molendina & furni connexa 18
ſunt territorio & Domino Caſtri, vt antea diximus: Er-
go vtique venient, † cùm connexorum idem ſit judi- 19
cium, *l. proinde ſi ſeruum, ff. ad l. Aquil. l. Lucius, §. Paulus
reſpondit, de adminiſt. tut.* latè Hyppoli. de Marſ. *in l.1. §.
Diuus Adrianus, ff. de quæſt. & rubr. de fidejuſſ. nu.188. &
ſeqq.* cùm etiam vnita ad eandem ſententiam reducan-
tur, Ripa *de leg. & long. conſuetud. reſp.1. num.65. & ſeq.* &
quòd omnia acquiſita & applicata Caſtro dicantur &
accedere docet eleganter Socin. jun. *conſ.68.nu.16.lib.1.*
Arg. *l. ſi ex toto, vbi nota. de leg.1.* Quintò, † tenementi 20
appellatione prędia & poſſeſſiones cõtinentur, vt ver-
bi etymon indicat; at verò molendina, quæ tanquam
domus in terra aut ripis fluminum fiunt, illique adhæ-
rent, ſunt immobilia, vt ſatis ex ſe patet, & voluit Bald.
*in cap. contingit, col. pen. verſ. quæro nunquid de dolo & con-
tum.* quem refert & ſequitur Tiraq. *de retract. lign. §.1.
gloſſ.7.n.92.* Sextò, tametſi impropriè tenementi appel-
latione continerentur: tamen cùm verbum vniuerſa-
le, *totum*, adjiciatur, meritò ea venient, Arg. eorum quę
traduntur per Socin. *conſ.217. col.2. lib.2.* & latiſſimè per
Tiraq. *d. gloſſ.7.n.20. & ſeq.* Gozad. *cõſ.63.n.8. & 9.* & † in 21
terminis, quòd totius tenementi appellatione prædia
veniant, rectè cenſet Philip. Corn. *conſ.321. col. pen. nu.8.
lib.4.* Poſtremò, vbi conceditur Caſtrum, nulla perti-
nentiarum mentione facta, etiam molendina quæ vnà
cum Caſtro poſſeſſa ſunt, trãſire rectè docet Natta poſt
alios, *conſ.505.n.26.* vbi de primogenito. Ergò hîc multò
magis venient cũ tranſlatione totius tenementi, Auth.
multo magis, C. de ſacroſ. Eccleſ. cùm generale ſit, conceſ-
ſo aliquo, omnia jura & pertinẽtia, vt acceſſoria, veni-
re, vt docet Soc. jun. *conſ.65.n.66. verſ. tertiò etiam, lib.1.*
Nec refragatur quod antea diximus: procedit enim vbi
Caſtrũ ſimpliciter transfertur, ſecus ſi totum teneme-
tum, cùm ea verba latiùs pateant. Quinimò † cùm ex- 22
ploratum ſit, conceſſo Caſtro cum pertinentijs, molen-
dina quæ ad concedentem ſpectãt, pertinere, vt præter
ſuprà relatos docent Aluaro. *in c.1. de Cap. qui cur. vend.*
Deci. *conſ.516.n.24.* Natta *in conſ.505 n.26.* Pariſ. poſt alios
in c. cum venerabilis, n.5. de except. & Rol. à Val. *conſ.10.n.
35.lib.3.* vbi in terminis de primogenitura diſſerit, Ca-
gnol. *in l. nemo plus juris in pr.* vbi de molẽdinis in aquis
exiſtentib. *de reg. jur.* tametſi in molẽdinis priuatorum
ſecus ſit, vt poſt Bald. Corn. & alios docet Curt. *in conſ.
158.n.30.* Ergo idem judicandũ eſt in propoſito ob ver-
ba generalia, *totum tenementum*, quæ majorem vim &
emphaſim habent, vt antea diximus, & inf. etiam repe-
tendum erit. Præterea, ſuperiora locum non habent,
vbi molendina & furni ſunt pars juriſdictionis, eique
cohęrent, vt ſatis ea ſuperioribus manifeſtum eſt. Et ex
his facile eſt aliam quæſtionẽ diluere, † anne ſub his 23
verbis prædia d. Domini Caſtri-noui, in d. Caſtro ſita,
jure priuato ad eum pertinentia, includantur: cùm e-
nim verba, *totius tenementi*, vniuerſalia ſint, non dubi-
to quin ea contineri debeant, vt in ſimili per Corn *d.
conſ.321.* & propius Jaſ. *in conſ.102. lib.1.* noluit enim do-
nator aliqua excludere eorum quæ in tenemẽto con-
tinebãtur, arg. *l. Julia, de leg.3. l. à procuratore, C. mandati.*

Hinc videmus quod & antea diximus, pleraque ſub
his verbis generalibus comprehendi, quæ aliàs ex na-
tura rei non continentur, Matth. de Afflict. *deciſ.* 285.
*nu.*4.*& ſeqq.& deciſ.*319.*num.*3.*&* 4. Gozad.*d.conſ.*63.*&*
*conſ.*76.*n.*3.*&* 82.*n.*4. Tiraq.*d.gloſ.*7. Secundò, cùm am-
pliſſimè ſint donationes intelligendæ, vt antea dixi-
mus, ea interpretatio facienda eſt, vt ſuperiora inclu-
dantur, maximè fauore primogenituræ, in cujus gra-
tiam multa à legibus & conſuetudine indulgentur, vt
latiſſimè per Tiraq. *in tract. de primog. in præfat.* Crauet.
*conſ.*256.*n.*3. huc etiam poſſunt pertinere alia antè de-
24 ducta. Poſtremò † quòd, pertinentiarum Caſtri ap-
pellatione, omnia intra fines Caſtri poſſeſſa veniant,
docet idem Socin. *in eo conſ.*65.*& ſeq.* poſt Caſtr. Socin.
& Brun. *& conſ.*68.*num.*11.*& ſeqq. eod.* idque maximè ex
conſuetudine, terræ & poſſeſſiones accedunt Caſtro,
vt hoc caſu Imola *cap. cum ad ſedem, de reſtit. ſpolia.*
Corn. *eo conſ.*321.*col.penul.* Iaſ.*d.l.quominus,nu.*120. Idem
Socin. *in conſ.*106.*num.*3.*lib.*2. & Port. *in comm. opin. lib.*5.
25 *concl.*37.*limit.*1. Nec refragatur † quòd in conceſſione
Caſtri cum pertinentijs, ea prædia non ſoleant inclu-
di, vt conſtat ex Imola & Alex. *in l.*3.*num.*11.*in princ.de*
acquir.vel amitt.poſſ.ff. Luc. à Pen. *in l.*2.*not.vlt.de fundis*
*limit.lib.*11.*C.* idem Alexand.*conſ.*122.*in fin. lib.*6.*& conſ.*
14.*circa fi.n.*7. Iaſon *in d.l.quominus,nu.*13.*& l.fin. n.*7.*de*
conſt.Princ. ſiquidem hic alia cauſa eſt, cùm totum te-
nementum datum ſit, quæ verba vniuerſalia ſunt &
ampliſſima, vt ſuprà ſatis declarauimus: vnde & ſub
totius tenementi verbis, ſyluas & nemora contineri
arbitror, cùm ea pertinentiarum nomine veniant, Soc.
*conſ.*47.*num.*4.*lib.*1. & Maria. jun. *conſ.*106.*num.*2.*& ſeqq.*
*lib.*2.

Poſteriora verba donationis, *cum medietate omnium*
redituum & emolumentorum, ſiue augmentatiuè ſint
poſita, vt viuo ſe patre primogenitus habeat medieta-
26 tem fructuum, dictio enim, † *cum*, augendi & dilatan-
di vim habet, *l.ſi cui ſeru.* vbi notant DD. *ff.de leg.*1.*l.*
ſi vinum, ff.de trit. vino & oleo leg. ſiue tacitam reſerua-
tionem alterius medietatis fructuum in fauorem do-
27 nantis, qui alioqui non nudam proprietatem, † ſed
plenam cenſeretur donaſſe, *l.ſi Titio, & l.ſi alij*, cum ibi
not. *ff.de vſufruct.leg.l.ſi tibi proprietas, & l.ſi proprietas,*
ff.de vſuf. accreſc. certum eſt eam ſiue augmentationem,
ſiue reſeruationem referri ad tenementum. Idque ſua-
28 det natura dictionis, † *ejuſdem*, in calce d. clauſulæ ap-
poſitæ, quæ ad antecedentia refertur, *l.*1.§.*eum qui*, & i-
bi Bart. *qui* §. eum legit cum §. *hoc edicto ff. de poſtulat.*
Idem Bart. *in l.talis ſcriptura,* §.*fin.verſ.quæro ergo quid*
*ſi, de leg.*1. Socin. jun. *conſ.*135.*num.*2.*lib.*1. & Tiraq. *de re-*
tract. proxim. §.8.*gloſ.*7.*num.*24. vnde cùm à proprieta-
te verborum recedendum non ſit, *l.non aliter de leg.*3.*l.*
1.§.*ſi is quinauem, de exercitoria actione*, nec alia volun-
tas contrahentium eſſe exiſtimetur quàm quæ ex ver-
bis elicitur, *l. Labeo.* §.*idem Tubero, ff.de ſupell.leg.* meri-
tò ea poſterior clauſula ad medietatem redituum & e-
molumentorum tenementi referenda eſt; ad ipſum,
inquam, tenementum, cujus nouiſſimo loco mentio
facta fuit, hæc clauſula referri debet, cùm exploratum
ſit, ad proximiora tantùm relationem fieri debere, *l. ſi*
idem cum eodem §.*fin. vbi notatur de juriſdict. om. judic.*
Iaſon *in l.*1.*C. de lib. præter.* & alibi ſæpe DD. Itaque to-
tius juriſdictionis molendini, & furni commoda, cùm
etiam ea ſub juriſdictione includantur, in ſolidum ad
primogenitum ſpectabunt: quoad verò tenementum
ipſius reditus, pro dimidia, *d.l.ſi Titio*, quæ interpreta-
tio facienda eſt fauore donationis in contractu matri-
monij factæ: ſi enim voluiſſet idem Stephanus inclu-
dere Caſtrum & juriſdictionem, dixiſſet, *eorumdem*,
cùm de pluribus capitibus ageretur: dicendo igitur,
ejuſdem, ſenſit tantùm de ipſo tenemento, cùm nume-
rus ſingularis pluralitatem non patiatur, *l.vlt. vbi not.*
ff.ad Trebell. Crau. *conſ.*167.*in princ.& *180.*num.*3. præ-
terea, abſurdi vitandi gratia, relatio euitari ſolet, Aym.
*conſ.*70.*num.*11. Denique, † vbi ſumus in materia quæ 29
latè interpretanda eſt, qualis eſt hujuſmodi relatio, ita
debet fieri vt diſpoſitio non reſtringatur, Socin. *in l.ſi.*
ff.de reb.dub. Lud. Gozad. *conſ.*88.*n.*5. Ideoque per adje-
ctionem, *redituum dimidiæ partis tenementi*, donatio de-
bet reſtringi, *ea l.quæſitum* §. *ſi quis fundum*: nec enim
ea, quæ ad augendum addita ſunt, contrarium effe-
ctum operari debent, contra explicitam paciſcentium
voluntatem, *l.legata inutiliter, ff.de adim.leg.* arg.*l.quod*
fauore, C.de leg. certum quoque eſt, vt d. verba tacitam
quandam retentionem alterius partis reditus in fauo-
rem donantis includunt, eodem mortuo eam partem
reditus ad primogenitum donatarium tranſire & cum
proprietate rerum donatarum conſolidatam eſſe, cùm
retentio fructuum ab vſufructu nihil differat, *l.ſi quis*
ita legauerit, ff.de vſufruct. & l.cum ita legatum, ff.de v-
ſuf.leg. vnde exemplo vſusfructus, morte donantis ta-
cita fructuum remotio extinguitur, & finem accipit, §.
finitur Inſtit.de vſuf. ne plus ea tacita retentio quàm ex-
preſſa virium habeat, quod inciuile eſſet, cùm
paſſim taciti & expreſſi idem jus ſit, *l.cum*
quid & ibi DD. *ff.ſi certum petatur,*
cum vulgaribus.

CONSILIVM X.

ARGVMENTVM.

AN ſit differentia inter legatum fructuum, vel redituum, & vſusfructus.

SVMMARIVM.

1 *Vt vſusfructus cenſeatur legatus, non eſt neceſſe vt fiat mentio vſusfructus, ſed ſufficit ſi fructus legentur,* & num.3.

2 *Quandoque tamen, legatis fructibus, non cenſetur legatus vſusfructus.*

3 *Non eſt differentia, an totus reditus vel pars illius & vſusfructus relinquatur.*

5 *Legatum vſusfructus, ſicut etiam in ſingulos annos, morte legatarij finitur.*

6 *Legatum vſusfructus, necnon annuum ciuitati relictum vel Eccleſiæ, centum annis finitur.*

7 *Ea interpretatio facienda eſt vt quis non videatur incontinenti ſe correxiſſe.*

VT ſatisfiat Dominis Conſultoribus vobis, qui
videntur præſupponere, quod per hæc verba i-
dem donans cenſeatur reſeruaſſe aliam dimidiam, ita
vt inde dubium ſequens proponant.

Stantibus verbis pacti, quæritur, An illa potiùs ap-
plicentur vſufructui, adeò vt, mortuo donante, iſta
medietas dici poſſit conſolidata cum medietate Ca-
ſtri donati; vel potiùs, quòd donans voluerit, aut ju-
dicati

dicari debeat, ipſo mortuo, eamdem medietatem fructuum remanere in hæreditate; adeò vt Ludouicus ad medietatem fructuum hujuſmodi pro ſua rata admittatur. Et ſic in effectu quæritur, An præſuppoſita ex his verbis, *cum medietate redituum*, &c. tacita reſeruatione alterius medietatis fructuum, quæ remanſerit in bonis ejuſdem Stephani donantis, An ſit reſeruatio vſusfructus ipſius dimidiæ, adeò quòd morte Stephani donantis finiatur; An verò ſit reſeruatio fructuum & redituum quæ perpetuò in hæreditate ipſius Stephani maneat. Eidem itaque dubio, ſalua eorum meliori ſententia, ſic breuiter reſpondendum videtur.

1 Quod licet multi crediderint differentiam eſſe, † An quis donet vſumfructum, an verò fructus ſeu reditus alicuius rei, nec eſſe donationem vſusfructus, niſi ſpecialiter & expreſſè donatio vſusfructus nominetur, vt per Feli. *in c. audita in fin. de præſcript.* Jaſo. *in l. cum his, §. 1. ff. de tranſact.* Cepo. *de ſeruit. vrb. præd. cap. 4. num. 7. per text. in l. fundi Trebatiani, ff. de vſuf. leg.* vbi ait, quòd ſi fuerint relicti fructus, non inde reſultat vſusfructus, ſed tantùm naſcitur actio ex eo relicto pro petendis fructibus. Tamen verius eſt, quòd ad hoc vt ſit relictus vſusfructus, non exigitur neceſſariò vt donetur per verbum, *vſusfructus*, ſed ſufficit relinqui vel dari fructus, vt eſt text. *in l. ſi quis ita, ff. de vſufruct. & l. cum ita ff. de vſufruct. lega.* vbi glo. Bart. *in d. l. fundi Trebatiani.* Bart. & Caſtrenſ. *in l. cotem. §. qui maximos, ff. de publica.* In quibus locis expreſſè deciditur, quòd ſi ita legatum ſit, *fructus annuos fundi do, lego*, perinde accipi debet hic ſermo, ac ſi vſusfructus legatus eſſet. Nec
2 † obſtant ea quæ in contrarium adducta fuerunt, quæ fundantur *in d. l. fundi Trebatiani.* Ideò namque in caſu dictæ *l. ex relicto redituum*, non naſcitur vſusfructus, ſed actio tantùm ad fructus petendos. Non quòd ſit differentia an donans vtatur verbo *vſusfructus*, ſeu *fructus*, aut, *reditus*; imò potiùs quia vtitur verbis his, *dari volo*, quæ verba obliqua ſunt & demonſtrant donantem voluiſſe donatarium ea petere ab hærede & conſequenter non eſſe vſumfructuarium qui etiam in multis Dominus dicitur *l. 4. ff. de vſufruct.* & per ſe poſſidet ac fructus percipit. Aliud verò eſt vbi verba diſponentis ſunt directa, qualia ſunt ea quibus vtitur Iureconſultus *in d. l. ſi quis ita, & l. cum ita*, ex his namque ſiue vtatur donans verbo, *vſusfructus*, aut, *fructus*, ſemper reſultat vſusfructus, vt per Docto. præcipuè Barto. & Albet. *in d. l. fundi Trebatiani*: necnon in alijs locis ſuprà allegatis.

3 Et ita nouiſſimè in hac difficultate expreſſè † concludit Arius Pinel. *in l. 1. 2. part. c. de bon. mater. num. 11.* Et hanc ſententiam, quòd non ſit differentia inter diſpoſitionem vſusfructus ſeu fructuum, confirmat per text. *in l. per ſeruum §. 1. ff. de vſu & habitatione*, vbi ait, non intereſſe ſi vſusfructus an fructus legentur. Si-
4 militerque oſtendit † non eſſe differentiam an totus reditus ſeu pars ipſius relinquatur; ſemper enim vſuifructui hoc relictum æquipollet, vt ibi latè per eum. Unde colligitur hos reditus etiam retentos morte ſaltem Stephani donantis finiri.

Præterea, confirmantur præmiſſa *ex deciſ. text. in l. patrimonij, ff. de vſufr. lega.* vbi dicitur, quòd ſi quis omnem reditum ſui patrimonij dari mandauerit vxori, hoc legatum ad hæredem vxoris non tranſire, quia aut vſuifructui ſimile eſſet, aut huic legato in annos ſingulos. Sed legatum † vſusfructus morte finiri non 5
ambigitur *§. finitur, inſtit. de vſufr. l. cum antiquitas, cap. eodem.* Legatum etiam in annos ſingulos, etiam in hoc vſuifructui ſimile eſt, vt morte finiatur, *l. in ſingulos, in princ. ff. de ann. lega.* vbi expreſſè dicitur, in ſingulos annos relictum legatum, ſimile eſt vſuifructui, cùm morte finiatur. Et licèt inter dicta legata reditus, ſcilicet vſusfructus, & in ſingulos annos aliquæ aliæ differentiæ ſint quæ percurrit Iureconſultus *in d. l. in ſingulos, verſ. ſane tamen*, ſemper in hoc conueniunt vt morte talia legata finiantur. Sic ergo, vbi ex reſeruatione dictæ dimidiæ partis fructuum, cenſetetur idem Stephanus aliam medietatem fructuum reſeruaſſe, videtur eam reſeruationem vltra vitam ejuſdem Stephani non durare, imò eamdem morte finiri, ex præmiſſis.

Siue ergo conſideremus, hanc eſſe reſeruationem, reditus, aut vſusfructus, mortuo Stephano, erunt ij fructus conſolidati cum medietate rerum donatarum, nec poſtea remanebit in hæreditate ipſius Stephani, & conſequenter idem Ludouicus non admittetur pro ea rata, pro qua eſt hæres ipſius Stephani per medium Melchioris patris ſui.

His accedat, ad corroborandum præmiſſa, communis Doctorum ſententia, quæ eſt, quòd ſi legatum factum fuerit † aut Eccleſiæ aut ciuitati annuum, 6
ſeu vſusfructus aut fructuum, centum annorum curriculo finitur, glo. poſt Barto. *in l. an vſufr. de vſufruct.* & in *l. ſi vſusfruct. de vſufruct. lega.* Alex. vbi hanc opinionem magis communem teſtatur *conſ. 60. lib. 1.* Rip. *in l. 2. ſolut. matrim.* latè Couarruu. *lib. 3. variar. reſolut. cap. 9.* Hæc itaque reſeruatio quæ tacitè facta prætenditur, non vltra vitam reſeruantis ſeu diſponentis extenderetur.

Quoad verò ad vltimam donationem pertinet, factam eidem Melchiori de bonis mobilibus & immobilibus, præſentibus, ea referenda tantum eſt ad ea bona quæ expreſſè eidem filio primogenito donata non fuerunt, etiam in eodem contractu matrimonij; ne dicamus eumdem donatorem incontinenti in eodem contractu, & abſque vllo temporis interuallo, à priori diſpoſitione recedere † & ſe corrigere voluiſſe, juxta *l. nam ad ea ff. de condit. & demonſt.* Maximè cùm legatur † in eodem contractu poſt 7
primam donationem. *Et ibidem non diuertendo ad alios actus &c.* Quæ dicta ſint ſub correctione.

CONSILIVM XI.

ARGVMENTVM.

AN & quando attentatum dicatur.
Quando quis admittatur ad attentatorum excuſationem.
Quando judicium attentatorum ſit ſuſpendendum vſque ad judicium cauſæ principalis.

SVMMARIVM.

1 *Si actor in cauſa attentatorum produxerit documenta, pro eorum probatione; multo magis reus, pro eorum excuſatione producere poteſt.*

2 *Fauorabiliores ſunt rei quam actores, tam in ciuilibus quàm in criminalibus.*

3 *Exceptio non juris petentis attentata reuocari, non obſtat in profano quin attentata in primis reuocari debeant; fallit ſi notoriè de non jure conſtaret.*

4 *In judicijs, illi quorum non intereſt, non audiuntur.*

5 *Inſtrumenta rem notoriam faciunt.*

6 *Notorius defectus juris & notoria exceptio dicitur, ſi de eis per inſtrumenta conſtet.*

7 *Reus in cauſa attentatorum poteſt docere de ſuo jure, de quo ſi conſtet impeditur reuocatio attentatorum.*

8 *Multò magis ſi vtrumque concurrat, ſcilicet conſtet de non jure petentis, attentata reuocari, & de jure rei.*

9 *Exceptio quæ incontinenti offertur, nunquam cenſetur ſublata.*

10 *Etiam dato quòd ſtatutum rejiceret omnes exceptiones.*

11 *Etiam in judicio quantumuis ſummario.*

12 *Probatio dicitur offerri incontinenti quando fit per inſtrumenta.*

13 *Reus, qui dicitur attentaſſe, admittitur ad excuſationem attentatorum.*

14 *Ita vt ei remiſſionales concedantur.*

15 *Poteſtque vti omnibus exceptionibus quæ aduerſus attentata dantur.*

16 *Et nominatim ſi actus dicatur per continuationē factus.*

17 *Probatio quæ incontinenti offertur excludit omnem præſumptionem fraudis.*

18 *Actus conſecutiuus, lite vel appellatione pendente, citra vitium attentatorum fieri poteſt.*

19 *Qui continuat, non dicitur attentare,* & num. 29. 39. & 45.

20 *Quis poteſt, lite vel appellatione pendente, corroborare jus ſuum vel nouum acquirere citra vitium attentatorum.*

21 *Quando appellatio eſt notoriè friuola, geſta appellatione pendente per Iudicem, à quo ſunt reuocanda.*

22 *Sicut & quando appellatio eſt prohibita, ſi quid fiat tempore decem dierum.*

23 *Idémque ſi appellatio eſt admiſſa quoad effectum deuolutiuum tantùm.*

24 *Vbi conſideratur diuerſa cauſa ab ea in qua dicitur attentatum, actus in ea geſtus non dicitur attentatus,* & num. 38.

25 *Attentata non reuocantur, quando actus, qui dicitur attentatus, fuit factus de conſenſu partium.*

26 *Requiritur litis pendentia vt dicatur attentatum.*

27 *Necnon vt aliquid nouè factū ſit & ſic duo copulatiuè.*

28 *Qui jus ſuum proſequitur, non dicitur attentare.*

30 *Dictiones,* hæredes & ſucceſſores *ſingula & ſeparata feudum hæreditarium, ſtrictè tamen, conjuncta verò abſolutè & purè conſtituunt.*

31 *In dubio pro non attentatis pronunciandum.*

32 *Quoties cognitio attentatorum pendet à cognitione cauſæ principalis, illius finis ſpectandus eſt; ſicut ſi concernant cauſam principalem.*

33 *Quoties proceditur, ſola facti veritate inſpecta, cognitio attentatorum ſuſpenditur vſque ad finem cauſæ principalis.*

34 *Necnon ſi attentata altiorem indaginem requirerent, ſuper quibus tunc articuli ſunt dandi.*

35 *Scientia Procuratoris non afficit Dominum vt incurrat in pœnam,* & num. 48.

36 *Ad effectum inducendi attentata, non ſufficiunt conjecturæ, ſed requiritur ſpecialis ſcientia totius negotij.*

37 *Iudicia non incipiunt à Procuratoribus.*

40 *Colluſio non præſumitur, præſertim in diuitibus: & licèt conjecturis probetur, non tamen id procedit, ſi agatur de actibus publicè factis.*

41 *Dictio ſola,* ſucceſſoribus, *facit feudum hæreditarium, ſed ſtrictè.*

42 *Quòd ſi dictio,* omnibus, *adjiciatur, abſolutè & ſimpliciter ad quoſcumque hæredes tranſitorium.*

43 *Attentata lite vel appellatione pendente etiam per Iudicem facta in primis ſunt reuocanda.*

44 *Quod patitur multas exceptiones, quibus omnibus reus vti poteſt ad impediendum reuocationem attentatorum.*

45 *Litis pendentia ad effectum attentatorum inducitur per ſolam citationem vel tertij admiſſionem ſimpliciter factam.*

46 *Quoad actorem, per ſolam commiſſionem quam obtinuit, dicitur lis introducta; ſed quoad reum requiritur citatio.*

47 *Sola admiſſio tertij non inducit litis pendentiam quoad reum, niſi decreta ſit citatio, & ad ejus notitiam peruenerit.*

49 *Oppoſitio impedit quò minus Iudex poſſit ad vlteriora procedere.*

50 *Nunquam tertius poteſt admitti, aut cenſetur admiſſus ad cauſam quoad effectum attentatorum, ſi non docuerit ſemiplenè de intereſſe ſuo.*

ARticuli parte Illuſtris Domini Franciſci de Simiaoa domini de Coſta, nomine quo procedit, producti, ſe defendendo contra Magnificum Dominum Aduocatum Fiſci Auenioni reſidentem, ſeu Dominum Petrum Tonduti ejus ſubſtitutum; necnon Illuſtrem Dominum Antonium de Simiaoa ei adhærentem, ſunt admittendi; necnon acta & documenta pro illorum probatione producta recipi debent, quippe qui articuli ſint pertinentiſſimi & clarè demonſtrēt prætenſam appellationem dicti Domini Aduocati eſſe nullam, friuolam & ſine vllo omnino grauamine interpoſitam, nullumque eſſe attentatum prout parte dicti Domini Aduocati & Antonij prætenditur, & caſu quo aliquod attentatum fuiſſet, quod tamen nullum eſt omnino, illius nullam eſſe habendam rationem; &, in omnem euentum, judicium cauſæ principalis expectandum eſſe, contentaque in d. articulis clariſſimè, nedū ex d. documentis productis, ſed etiam

exijs

Digitized by Google

ex ijs ſolis quæ Carpentoracti acta fuerunt proban-
tur, idque ex ſequentibus.
Primò, quia d. Fiſcus in hac cauſa pro probatione
prætenſorum attentatorum varia acta produxit, vltra
ea quæ Carpentoracti geſta fuerunt, nimirum homa-
gia Giraudi Amici de anno 1244. 16. Cal. Februarij fol.
137. verſo. Alterius Giraodi Amici de anno 1364. & 12.
Febr. fol. 145. Ludouici de Simiana de anno 1422. &
6. Mart. fol. 152. ac Berengarij de anno 1412. & 17. April.
fol. 159. ſcedulam d. D. Aduocati, continentem expoſi-
tionem ab ipſo coram Illuſtriſſimo Prolegato factam
& decretum ſuper ea ſecutum, fol. 167. verſo, necnon
Dietas tentas in cauſa inter d. Dominum Antonium
& Franciſcum, ratione feudi Caſtri-noui, coram Re-
uer. Patern. veſtra pendente, de anno 1609. & vlt. A-
pril. fol. 176. & ſeqq. verbale de d. anno, & 3 Jan. coram
eadem Reuer. Pater. veſtra cùm acceſſit ad ciuitatem
Carpentor. fol. 188.
1 At verò ſi actor † ad docendum de attentatis per
ipſum prætenſis acta de nouo produxit, vltra ea quæ
coram R^{mo} Rectore Comitatus Venayſſini, coram
quo vel per quem prætenditur attentatum, producta
fuerunt, multò magis reus ad docendum, nulla eſſe
attentata, vel, caſu quo eſſent, eorum nullam eſſe ha-
2 bendam rationem, acta & inſtrumenta † producere
poteſt, & ei licere debet, *l. fauorabiliores, ff. de reg. jur.*
gloſſ. *in c. 1. vt Eccleſ. benef. & in l. qui accuſare, C. de edend.*
quod tam in ciuilibus quàm in criminalibus habet
locum; gloſſ. *in d. l. qui accuſare*, & ibi DD. cum ſimil.
Huc ſpectat tit. *quod quiſque juris, &c.*
Nec obſtat quod dicitur, ea acta fuiſſe mentionata
in ſcedula appellatoria per ſubſtitutum D. Aduocati
coram d. Reuerend. Rectore producta: nam aliqua
quidem fuerunt mentionata, d. ſcilicet homagia, ſed
cætera nullomodo, maximè verò verbale quod nullã
omnino commonionem habet cum ijs quæ per d. Do-
minum Aduocatum petita vel geſta fuerunt, ſed &
quoad ea quæ mentionata fuerunt, non ſat eſt fuiſſe
mentionata, ſed debuerunt coram d Domino Recto-
re produci, vt illorum in reuocatione prætenſorum at-
tentatorum ratio haberi poſſet, aut ſaltem vt non de
nouo producta dici poſſent.
Nec dicendum eſt, omnia acta ea d. cauſa inter d.
Dominũ Antonium & Franciſcum pendente, quam in
poſterum vt plurimùm facilioris intelligentiæ gratia,
principalem vocabimus, deſumpta fuiſſe; nam d. cauſa
reparationis homagij circa promiſſionem traditionis
clauium, ſeu Caſtri, erat etiam & eſt in ſuo genere
quodammodo principalis, & inter perſonas diuerſas,
ſcilicet d. Aduocatum Fiſci Comitatus, & d. Dominum
Franciſcum: at illa quæ coram Reuer. Patern. veſtra
pendebat & pendet, erat inter d. Antonium & Fran-
ciſcum & vtcumque ſit, etſi eſſet inter eaſdem perſo-
nas d. cauſa reparationis erat ſemper quodammodo
principalis in ſuo genere & ſeparata ab alia, & de qua
in d. cauſa coram Reuer. Patern. veſtra pendente, ne
verbum quidem.
Sed & retorquendo contra d. Dominum Aduoca-
tum, & Antonium, quæ ipſi proponunt omnia acta,
per d. Dominum Franciſcum, ad fines præmiſſos, pro-
ducta, vel fuerunt coram d. Domino Rectore produ-
cta, vel exhibita, vt ſunt homagia Roſtagni de Sabra-
no, de anno 1321. & 24. Nouemb. *nu.* 8. ejuſdem coram
fælic. record. Joanne 22. cùm primùm ſuperioritatem
d. loci acquiſiuit, de anno 1324. & 22. Januarij *n.* 9. Mel-
chioris de anno 1566. & 19. Feb. *num.* 10. Janſani, de anno
1556. & 20. Octob. *n.* 11. Joachimi vltimatè defuncti, de
anno 1556. & 12. Junij *n.* 12. ſententia ſuper repoſitione
dictionis, *requiſiti*, de anno 1336. & 12. Januar. *num.* 5. vt
conſtat ea requiſitione ſeu expoſitione d. Domini Ad-
uocati Fiſci Comitatus, de qua fol. 89. verſo. Reſpon-
ſione d. Domini Franciſci fol. 97. & ordinatione d.
R^{mi} Rectoris fol. 103. vel ex d. cauſa principali inter d.
Dominum Antonium & Franciſcum pendente de-
ſumpta, ibique producta & debitè recognita accolla-
tionata cum originali, quæ collationari debebant,
qualia ſunt teſtamentum d. Joachimi de anno 1605. &
24. Julij *num.* 14. acta miſſionis in poſſeſſionem d. Joa-
chimi filij, in quibus inſeritur donatio d. Caſtri-noui;
inſinuatio & homagium ejuſdem, de anno 1606. & 30.
Octobr. *nu.* 13. acta acceptationis hæreditatis, de anno
1606. & 6. Nouemb. cum atteſtatione perfectionis e-
juſdem, *n.* 15. Bulla Gregorij XI. de anno 1373. 14. Cal.
Junij, *num.* 12. homagium pro loco de Venaſca, de anno
1597. & 22. Septemb. *n.* 17. homagium Alixetæ de Bau-
cio, Comitiſſæ de Auelino, de anno 1379. & 11. Nouẽb.
cui inſeritur tranſactio de anno 1320. & 26 Julij, *num.* 18.
homagium pro loco de Richerenchijs & alijs, de an-
no 1506. & 4. Julij, *nu.* 19. atteſtationes ſuper agnatione
d. Joachimi donatarij & hæredis præfati, *ſub nu.* 20. ſed
& quædam, ea d. actis Carpentoracti productis, fue-
runt etiam in d. cauſa Auenioni pendente producta,
nimirum d duo homagia Roſtagni de Sabrano, *ſub n.*
72. & 73. & Melchioris *ſub nu.* 162. Janſani & Joachimi
aui, *ſub num. 76. & 77.* ita vt, quinque ſolùm documen-
tis exceptis, ſcilicet traditione clauium Caſtri-noui
per d. Roſtagnum facta, de anno 1321. & 24. Nouemb.
ſub n. 1. & altera ejuſdem, de anno 1324. & 27. Maij, *ſub*
n. 2. altera Giraudi Amici, de anno 1335. & 12. Martij *nu.*
4. & homagio ejuſdem de d. anno, & 13. Febr. *ſub num.* 3.
& oblatione d. Domini Franciſci, de anno 1607. & 10.
Julij, *n.* 6. (& quæ nulla recognitione indigent, ſed jux-
ta ſtatutum pro recognitis habentur cùm excedant æ-
tatem, excepta dicta oblatione, quæ etiam, cùm ſit ſi-
gnata de Iilia, eſt ſatis recognita, attento quòd d. An-
tonius aliqua acta per eumdem ſignata in hac cauſa
produxerit) cætera omnia, vel Carpentoracti, vel in d.
cauſa principali Auenioni pendente, fuerunt pro-
ducta.
Secundò, quia † etſi cùm ſimpliciter quæritur, an 3
exceptio non juris petentis attentata reuocari, obſtet
in profanis reuocationi attentatorum, ita vt, ea non
obſtante, ſit ſuper eis in primis cognoſcendum, ma-
gna ſit controuerſia, & communis ſententia videatur
ſuper attentatis cognoſci in primis debere; tamen ſi
notoriè conſtet de non jure petentis attenta reuocari,
certum eſt eorum non eſſe habendam rationem, nec
ea venire reuocanda ad inſtantiam illius de cujus non
jure notoriè conſtat, Rota Rom. *deciſ. 14. verſ. ſed ſi con-*
ſtat clarè, quæ eſt *2. tit. de reſt. ſpol. in nouis*, & ibi Apoſtil.
n. 4. & deciſ. 7. alias 505. vt lite pendente in antiquis, Guid.
Pap. *quæſt. 213. nu. 6.* & d. Rota *deciſ. 55. in nouis*, Bellarm.
concl. 356. Afflict. *deciſ. 98. n. 6.* Lancell. *de attent. part. 3. c.*
24. q. 31. n. 8. vbi dicit in Rot. Rom. ita judicatum fuiſſe,
quem refert & ſequitur Maſcard. *concl. 146. n. 6. per tot.*
& in fin. Canceri. *variar. reſol. l. 1. cap. 17. de appell. nu. 47.*
verſ. Rot. Rom. Veſtr. *in prax. Rom. lib. 8. cap. 4. n.* 16. Mar-
cheſ. *de commiſſ. ſupra nullit. part. 2. cap. 2. n. 76.* Muſcatell.
in 2. inſtant. 1. part. Gloſſ. *in forma nu. 41.* cujus ſententiæ
ea potiſſimum ratio affertur, maximè *in d. deciſ. 2.* quia
eo ipſo quòd conſtat de non jure ſuo, ipſius non inter-
eſt attentata reuocari. At in judicijs, † illi quorum 4
non intereſt non audiuntur *cap. non ſolent, 2. q. 6. cap. cùm*
inter Canonicos de elect. cum ſimilibus, quæ ratio tam in
profanis quàm in beneficialibus militat. At verò de
non jure d. Dominorum Aduocati & Antonij, in d. ar-
ticulis clarè & fusè deducitur, & de eo nedum ea actis
hic productis, ſed etiam ex ipſiſmet ſolis Carpentora-

cti factis conſtat: traditio enim clauium notoriè in
commndum Cameræ eſt facta, & quoad clauſulam,
pro ſe, ſuis hæredibus &c. ea homagijs Carpentoracti
vel productis, vel eahibitis, imò ea ipſiſmet homagijs
ex adoerſo productis, & nnminatim ex homagio anni
1244. *citra*, &c. *niſi*, &c. in quo dictio voinerſalis adeſt,
conſtat confotmem eſſe antiquis homagijs (quæ di-
cuntur ea abundanti citra aſſumptionem alicujus o-
neris probationis, cùm conſuetndo generalis, qua feo-
da in tota Gallia, omnibus prouincijs cis Alpes con-
ſtitutis & nominatim in d. Comitatu Venayſſino, quæ-
que notoria eſt, & pro tali allegatur, fuetuot ſemper &
ſunt ad inſtar allodialium, ſuffeciſſet, pro ejus clauſulæ
5 appoſitione: † Inſtrumeota enim rem notoriam fa-
ciunt, Bald. *in l. Imperator*, *col*. 2. *de ſta. hom.* Maſcard.
6 *concl*. 1106. *nu*. 19. & † notorius defectus juris dicitur, de
quo ex inſtrumentis conſtat, Maſcard. *d. loco n*. 20. poſt
Rot. *deciſ*. 16. *de reſtit. ſpoliat. in nouis*, & eaceptio dicitur
notoria, ſi de ea cooſtet per inſtrumentum publicum,
de Graſſ. *excep*. 5. *num*. 12. *&* 13. qni multos allegat. Ergo
non ſolùm articuli recipiendi, & acta inſtrumentaque
recipienda, ſed etiam, alio non eapectato, d. Domini
Adnocatus, & Antonius repellendi.

7 Tertiò, quia reus poteſt † ex ripere, adoerſus atten-
tata, de ſuo jure, de quo ſi doceat, non ſolùm in reuo-
catione attentatorum eſt ſuperſedendum, verùm etiam
inhibitio moderaoda, Lancell. *d*. 3. *part. cap*. 24. *de reo
& excep. contra attent. q*. 10. *nu*. 13. ergo admitti debet ad
probandum de jure ſuo, de qoo hîc jam conſtat ex d.
actis, cùm quoad traditionem ſibi potiùs nocuerit, in
vſom reducendo & reponendo ſolemnitatem & cere-
moniam obſoletam, quàm profuerit, & camera ſibi ae-
quiſiuerit: Jam enim per centum octuaginta, vel circa
annos, à d. traditinne receſſum fuerat, & d. Franciſcus
juſtam cauſam babebat d. traditionem recuſaodi, oi-
hilominus, pro ſumma obſernantia quam haber erga
ſanctam Sedem Apoſtolicam, liberè ei conſenſit.

Quoad verò d. clauſulam, *pro ſe & ſuis hæredibus &c.*
qnia ex dictis actis conſtat d. feudum fuiſſe ſemper &
eſſe ad inſtar allodialium, ſiue d. cooſuetudinem gene-
aalem, qua feuda in d. Comitatu, & vniuerſa Gallia, &
omnibus prouincijs cis Alpes conſtitutis, ſemper fue-
aunt & ſunt ad inſtar allodialiom, quæ notnria eſt, &
de qua DD. atteſtantur, & ex actis productis etiam de
ea conſtat, & inter alia, ea homagio Comitiſſæ de A-
uelino *ſub n*. 18. ſiue homagia & conſuetndinem parti-
culatem in d. loco per d. acta probatam, & inter alia
per d. Bullam Gregorij XI. *ſub n*. 12. conſideremus.

8 Cùm verò † in hoc caſu vtrumque concurrar nem-
pe & conſtet nototiè de non jute petentis attentata
seuocati, & de bono jore ſe defendentis, certiſſimum
eſt dictorum attentatorum oullam habendam eſſe ra-
tionem, dictoſque articulos & probationes, abſque
dubio recipiendas.

9 Quartò, † eaceptio, quæ offertur incontinenti, nun-
quam cenſetur ſublata, Aſtn. *in praxi* §. 31. *cap*. 26. *fol.*
10 *mihi* 189. *verſo*, quod etiam habet locum, † dato quòd
ſtatutum rejiceret omnes exceptinnes, de Graſſ. *excepe.*
11 7. *num*. 1. *& ſeqq.* † idque etiam in judicio quantumuis
12 ſummario, Menoch. *lib*. 2. *præſumpt*. 47. *n*. 1. *&* 2. & † di-
citur offerri incontinenti quando probatio fit per in-
ſtrumenta, Milanen. *deciſ*. 8. *nu*. 21. *& ſeqq. lib*. 2. Menoch.
de arbitrar. caſ. 17. *n*. 8. & Graſſ. *de except*. 7. *n*. 6. At verò ex
inſtrumentis productis cnnſtat, nullum eſſe attenta-
tum, & caſu quo adeſſet, illius nullam habendam eſſe
aationem. Ergo articuli & hnjuſmodi inſtrnmenta re-
cipi debent, & ex vi illorum d. Dominus Aduocatus
& Antonius repellendi.

13 Quintò, quia † qnidquid ſit in actore attentante,
hoc certiſſimum eſt io reo, qui dicitur attentaſſe, eum
admitti ad eacuſationem attentatorum, ſiue quia di-
cat non eſſe attentatum, ſiue dicat eornm non eſſe ha-
bendam rationem, Afflict. *deciſ*. 351. fusè Maſcard. *con-
cluſ*. 147. *nu*. 3. *cum ſeqq.* dicitque magis faueri reo, qnàm
actori, Veſtr. *lib*. 8. *prax. Rom. cap*. 4. *n*. 20. Rot. Auenion.
deciſ. 8. *nu*. 6. adeò vt nedum per inſtrumenta, quæ rem
notoriam faciunt, Maſcard. *d. concluſ*. 1106. *nu*. 1. Sed et-
iam per reſtes admittatur ad eacnſandom attentata:
ita † vt etiam remiſſionales in partibus concedantur, 14
Maſcard. & Veſtr. vbi ſuprà Lancello. 3. *part. cap*. 26. *de
probat. attent. n*. 113. poſſitque dare articulns objectiuos
contra reſtes, Menoch. *de arbitra. q*. 32. *n*. 9. Rota Aue-
nion. *d. deciſ*. 8. *nu*. 5. *& ſeqq.* Quæ confirmantur, † quia 15
reus poteſt vti omnibus exceptionibus quæ ſolent da-
ri aduerſus attentata, ſiue lite, ſiue appellatione pen-
dente ea dicantur facta, & loco eaceptionum allegare,
quòd ſumus in aliquo ex caſibus qui nomerantur pro
limitatione regulæ, attentata eſſe in primis reuocan-
da, Lancell. 3. *part. cap*. 24. *q*. 20. & nominatim † ſi a- 16
ctus, qui prætenditur attentatus, dicatur factus per
modum continuationis, Lancell. *d. q*. 20. *num*. 1. vt eſt d.
clauſulæ, *pro ſe ſuiſque hæredibus &c.* appoſito, vt in ſe-
quen. fundamento dicemus, & hæc certiſſimè proce-
dunt, vbi probatio eaceptionum, à reo propoſitarum,
incontinenti offertur: † Nam probatio quæ inconti- 17
nenti offerrur excludit omnem præſumptionem frau-
dis & malitiæ, & illa recipitur in judicio, quantumuis
ſommario, Mennch. *lib*. 2. *præſumpt*. 47. *n*. 1. *&* 5.

Sextò, † quia attentare non dicitur, faciens actum 18
acceſſorium eorum quæ geſta eraot ante litem mo-
tam, Lancell. *de attent. lite pendent*. 2. *part. cap*. 4. *limit.*
5. *n*. 1. *& ſeqq.* vbi poſſeſſionem ciuilem ante litem ha-
bens, capiens naturalem lite pendente, non dicitur at-
tentare & *n*. 4. 8. *& ſeqq.* conſequutiuos actus, vt colla-
tio præbendæ ad receptionem in fratrem & canoni-
cum, traditio poſſeſſionis ad electionem, etiam vel ap-
pellatione pendente fieri poteſt, Pariſ. *conſ*. 172. *num*. 12.
lib. 4. At hoc caſu, quoad traditionem clauium, præter
quàm quòd ea èſt in fauorem Cameræ, ea eſt actus
conſeqnutiuus ante inhibitionem factus, homagij re-
parati, per d. decretum Reuer. Rectoris ante vllam o-
mnino litem, ſuper reparatione motam, factum, quo-
ad verò d. clauſulam, *pro ſe & hæredibus &c.* nihil noui
factum fuit, cùm jam ea adfuiſſet in homagio de anno
1605. ante vllam omnino litem, pro quacumque cauſa
à qnocumque motam, præſtito (& quod homagium
in continnationem homagij Joachimi, de anno 1556. &
Janſani, de anno 1536. fuerat præſtitum;) ſicque conti-
nnauit, quod jam ante litem factum erat, & † non di- 19
citur attentare qui continuat poſſeſſionem ſuam, Ve-
ral. *deciſ*. 51. 1. *part.* Loffred. Balb. *deciſ*. 447 & actus per
continuationem factus, non dicitur attentatus, Lan-
cell. 2. *part. cap*. 4. *limit*. 1. *n*. 1 cum multis ſequentibus,
& part. 3. *cap*. 24. *q*. 20. *n*. 1. Quæ confirmantur, quia re-
gula, *lite vel appellatione pendente nihil innouari poſſe*,
tendit ad hoc, vt videlicet nihil fiat in præjudicium
juris quoad habet aduerſarius; non autem prohibet
quin poſſit, nedum continuare, ſed etiam corrobora-
re jus ſuum: poteſt † enim quis, lite pendente, tam in 20
poſſeſſorio quàm in petitorio nooum jus acquirere ci-
tra vitium attentatorum, Lancel. *c*. 4. *limit*. 10. *n*. 4. *&* 6.
hoc verò caſu, quoad traditionē, nulli præjudicium fa-
ctũ, ſed potiùs Cameræ acquiſitũ, quoad verò d. clau-
ſulam, ea jā in d. homagio de an. 1605. & alij, de an. 1556.
& 1536. fuerat appoſita; & prætetea cùm d. reparatio
ſit pars homagij de anno 1605. & in ordinatione d. Re-
uer. Rectoris dicatur, id caput d. homagio inſerēdum,
proteſtatio in d. homagio appoſita, vt non cenſeatur
d. Do-

d.Dominus Franciſcus nouum vel majus jus acquireie ex præſtatione d.homagij, quàm antea haberet, impedit ne vel Fiſco, vel d.Domino Antonio vllom præjudicium factum ſit.

21 Septimò, † quia vbi appellatio eſt notoriè friuola, attentata per judicem à quo, etiam poſt inhibitionem ei factam, non veniunt reuocanda, Rot.Rom. *in nouis deciſ.* 412. Guid Pap. *q.* 213. *n.* 6. *& q.* 436. *nu.* 21. poſt Innoc. & Bald. *in c. paſtoralis de off. deleg.* Idem Guid. *conſ.* 4. *n.* 3. Rebuff. *in conſtit. Reg. tom.* 3. *tit. de appell. art.* 15. *num.* 20. Cancer. *variar. reſol. lib.* 1. *c.* 17. *de appell. nu.* 47. quemad-
22 modum vbi appellatio † eſt prohibita, ſi quid fiat, pendente tempore decem dierum, non dicitur attentare, Rol à Valle *conſ.* 77. *n.* 14. *cum ſeqq. vol.* 1. Lancell *de attent. pend temp ad appell.* 2. *part. c.* 11. *nu.* 26. & 39. Coſta *de fact. ſcient. cent.* 1. *diſtinct.* 54. *num.* 7. *fol. mihi* 253 Idem-
23 que † eſt, quando eſt admiſſa appellatio quoad effectum deuolutiuum tantùm, Couar. *pract. quæſt* c. 23. *nu.* 7. Coſta *ea diſt.* 54. *n.* 8. At hæc appellatio fuit notoriè friuola, ideoque à Reuer. Rectore rejecta, quia ſcilicet in damnum Cameræ, & ab eo, ad quem non ſpectabat, fuit interpoſita, quoad traditionem clauium, & quia etiam nihil noui factnm eſt quoad d.clauſulam, *pro ſe & hæredibus &c.* & in omnem euentum, proteſtatio, d homagio inſerta, de qua ſuprà, quæ caput reparationis amplectitur, cùm ſit pars homagij ex d.ordinatione omnem appellationis cauſam remouet; quod confirmatur, quia actus juſtus non tendens in præjudicium litis etiam poſt inhibitionem factus non dicitur attentatus, Ægid. Bellam. *deciſ.* 528. Quæ verò geſta fuerunt Carpentoracti, juſtiſſima erant, in commodum ſcilicet Cameræ, & quoad clauſulam, vt ſæpe dictum eſt, nihil noui factum fuit.

24 Octauò, † vbi conſideratur diuerſa cauſa ab ea in qua prætenditur fuiſſe attentatum, actus in ea geſtus non cenſetur attentatus, Lancell. *de attent. lit. pend.* 2. *part. c.* 4. *limit.* 2. *n.* 1. *& ſeqq.* nam illi judicio, cui non obeſt ſententia, nec etiam litis pendentia obeſt, Lancell. *ea limit.* 2. *n.* 2. *& ſeqq.* & actus factus in cauſa ſeparata, & diuerſa ab ea in qua fuit facta inhibitio, non poteſt dici attentatus, Dec *conſ.* 33. *n.* 4. *& ſeqq.* Pariſ. *conſ.* 39. *n.* 28. *conſ.* 108. *n.* 3. *lib.* 1. Lancell. *de attent. poſt inhibit.* 2. *part. c.* 2. *limit.* 5. & attentata non ſunt illa, quæ ſunt commiſſa extra rem in judicio deductam, Verald. *deciſ.* 54. *part.* 1. quia in diuerſis quis non dicitur attentare, Verald. ibi. *deciſ.* 59. At verò cauſa Carpentoracti nota, & cauſa quæ Auenioni pendebat, erant ſeparatæ; nam Auenioni agebatur inter d. Dominum Antonium & Franciſcum, ad quem ſpectaret d.locus Caſtri-noui, & d. Dominus Aduocatus Auenionis petierat communicationem actorum, vt ſciret an ſua intereſſet, at Carpentoracti de reparando homag. agebatur, ratione d. promiſſionis, traditionis clauium ſeu Caſtri omiſſa in d. homagio de anno 1605. quæ in antiquiſſimis homagijs ſolita erat apponi, quæ reparatio, quicumque tandem viciſſet in cauſa principali, erat facienda, & ſic nihil commune cum cauſa principali habebat, nullumque præjudicium per eam Cameræ fiebat: imò admodum ei proderat. In ſumma, de d.reparatione, in d cauſa Auenioni, ne verbum quidem; & ſic eſt extra deducta in d. judicio ſeu lite; nam quoad d. clauſulam, *pro ſe, ſuiſque hæredibus &c.* vt ſæpe dictum eſt, nihil quoad eam de nouo factnm fuit.

25 Nonò, † attentata non reuocantur vbi actus qui prætenditur attentatus, fuit factus de conſenſo partium, Lancell. *de attent. appel. pend. part.* 2. *cap.* 12. *limit. princip.* 42. *n.* 1. *& ſeqq & part.* 3. *de priuil. attent. c.* 30. *num.* 187. At verò hîc, nedum de conſenſu, ſed etiam ad inſtantiam d. Aduocati S.D.N. Papæ d. reparatio fuit facta, nec potuit, nec debuit ſubſtitutus d.Domini Aduocati Auenionis appellationem interponere à decreto d. Reuer. Rectoris, inſtante d. Domino Aduocato S^mi^ in Comitatu facto, nec ad eum ſpectat de homagijs feudorum Comitatus ſe intromittere, per ea quæ in articulis fusè deducta fuerunt, & etiam probatur per documenta coram d. Rectore. Imò per ipſamet acta, per d. dominum ſubſtitutum nunc producta, ex quibus conſtat, homagia d.loci Caſtri-noui, & reparationem ac reformationem eorumdem, coram Rectore Comitatus, & inſtante vel vocato Aduocato S^mi^ in d. Comitatu, tantùm fieri ſolita nominatim ex d. ſententia ſuper dictione requiſiti in hom[agijs] omiſſa, quæ addi ac repleri debuit.

Decimò, quod iam ex facto, quàm ex ſuperioribus rationibus deducitur, ſi conſiderentur bene quæ geſta fuerunt Carpentoracti, etiam ex ſolis actis ibi productis vel mentionatis, nedum nullum eſſe attentatum, ſed hanc litem meram eſſe vexationem contra commodum Cameræ intentatam, apparebit: nam ſi de primo homagio, de d. anno 1605. præſtito, agatur, hoc ante vllam omnino litem, imò antequam vlla poſſet intentari, factum fuit, viuente ſcilicet adhuc Joachimo
vltimatè defuncto, & ſic † nullum omnino attentatum 26
conſiderari poteſt, Benint. *deciſ.* 76. Capyc. *deciſ.* 72. Idque maximè quia in continuationem homagiorum de anno 1556. & 1536. & aliorum fuerat factum. Si verò de reparando ſeu reformando d.homagio, quoad traditionem clauium & Caſtri, hoc nihil ad d. Antonium ſpectat, ſed ſolùm ad fiſcum, & de hoc nulla erat controuerſia in d. cauſa Auenioni pendente; imò ne verbum quidem ea de re; vel per d. Dominum Aduocatum Auenionis, vel per alium quemuis; petierat quidem d. Dominus Aduocatus communicationem actorum circa menſem Martij, de anno 1609. vt videret an in lite, inter d. Antonium & Franciſcum pendente Fiſcus haberet aliquod intereſſe, quæque communicatio, etſi per Illuſtriſſ. Vicelegatum, abſente & non vocato d. Franciſco, ei decreta fuiſſet, tamen hujuſmodi ordinatio nulla erat & nullius momenti, & quatenus voluiſſet, ea per oppoſitionem ejuſdem Franciſci coram Reuer. Pater. veſtra factam, & decretum ejuſdem deportando ad fines prouidendi prout juris ſequutam 30. April. vt d. Dominus Aduocatus in 5. c. in fine & 14. ſuæ ſcedulæ ſeu potiùs articulorum, fatetur, fuit ſuſpenſa, qua de re fuſiùs infrà, *in reſponſ. ad* 13. 14. 15. *cap. d. ſcedulæ*, vt ex actis d. cauſæ patet. Ipſe verò eam, attentatoriè tamen, à notario procurauit 12. Maij, vt ipſe aſſerit in ſua ſcedula appellatoria, necnon in d. ſcedula ſeu articulis c. 2 *in fin.* ſed de d. reparatione homagij, aut traditione clauium, ne verbum quidem. At verò antequam d. communicationem haberet, & vllam omnino petitionem feciſſet, jam decretum per Reuerendiſſimum Rectorem de reparandu d.homagio factum fuerat, & reparatio ac ſuppletio realiter facta. Quomodo igitur attentatum dici poteſt, vbi lis
nulla erat: duo enim copulatiuè † requiruntur, vt ali- 27
quid attentatum dicatur, innouatio, ſcilicet & litis pendētia, Beninten. *d. deciſ.* 76. Capic. *d. deciſ.* 72. Quòd ſi agatur de traditione, quæ realiter fuit facta, 19. ejuſdem menſis, & ſic vno die poſt interpoſitam prætenſam appellationem, non poteſt dici in hoc attentatum, quia eſt actus conſequutiuus homagij reparati, vt ſuprà edoctum fuit, Lancell. 2. *part limit.* 5. c. 4. *nu.* 4. 8 *& ſeqq.* & quia appellatio erat notoriè friuola, Guid. Pap. *q.* 213. *n.* 6. *& q.* 436. *n.* 21. & in damnum Cameræ interpoſita: nam per hujuſmodi reparationem promiſſionis traditionis, & traditionem ſequutam, Cameræ acquiritur jus quod ſpatio centum & octuaginta an-

norom amiſetat, quódque quicumque tandem in cau-
ſa principali viciſſet, facere debebat, & quidnamis, ad
quem ſpectaret eo nomine agere, aliud petere poſſet,
quàm vt fieret d. traditio, ſi facta non fuiſſet, & quo-
modo nunc d. Dominus Aduocatus, dato quod ad
eum ſpectaret de ea ſe intromittere, poteſt petere, vt
seuocetur id, quod ſi factum non eſſet, fieri deberet,
& eo modo, & non alio, quo factum fuit. Denique,
quia poſtquam d. decretum in rem judicatam tranſi-
uerat, appellatio prætenſa fuit interpoſita, nimirum
18. Maij cum d. ordinatio d. Rectoris fuerit facta 7. Nec
dicendum d. Dominum Aduocatum Auenion. à die
notitiæ appellaſſe: nam Aduocatus S^{mi} in Comitatu,
non minus eſt Aduocatus quàm Aduocatus Auenion.
imò magis, quoad ea quæ in Comitatu geruntur, ad
quæ d. Dominus Aduocatus Auenion. nullo modo ſe
intromittere poteſt, vt ſuprà in nono fundamento di-
ctum fuit. Ita vt reuera d. ordinatio in judicatum tranſ-
ierit, nonobſtante prætenſa ignorantia d. Aduocati A-
uenion. cujus in iſtis nulla eſt habenda ratio, & ad cu-
jus officium hæc non ſpectant. Quoad verò clauſu-
lam, *pro ſe, ſuis hæredibus &c.* nullum quoque attenta-
tum dici poteſt, cùm quoad eam nihil noui factum ſit;
ſed quod in d. homagio, de anno 1605. necnon homa-
gijs de anno 1556. & 1536. continebatur continuatum:
28 nam † qui jus ſuum proſeqoitur, nihil attentare dici-
tur, Ioſeph. Ludou. *deciſ. Peruſ.* 69. *n.* 7. minus qui ſuam
poſſeſſionem continuat, Veral. *deciſ.* 51. Jaſti. Lanfr.
29 Bald. *deciſ.* 447. & † non attentat, qui jus ſuum & poſ-
ſeſſionem proſequitur & cõtinuat. Rotæ *deciſ.* 44. *aliàs*
344. *de appell. in nouis*; & præterea, proteſtatio, de qua
ſuprà, conſeruat jus cujuſque & impedit, ne majus jus
per d. homagium cenſeatur d. Franciſcus acquiſiuiſſe;
quàm vel ex d. conſuetudine, vel ex antiquis homagijs
habere debeat. Denique, quia reuera d. Domino Re-
ctori ex d. homagijs Ioachimi vltimatè defũcti, de an-
no 1556. & Janſani proaui, de anno 1516. & ex antiquiſſi-
mis homagijs maximè Roſtagni de Sabrano, de anno
1321. & 1324. conſtitit clauſulam vniuerſalem apponi
ſolitam, & quod magis eſt, ex ipſiſmet homagijs ex ad-
uerſo productis id conſtat, ſcilicet ex homagio de an-
no 1244. *citra* &c. *niſi* &c. In quo dictio vniuerſalis, *om-
nibus*, adeſt, Berengarij, de anno 1412. in quo dictio,
quibuſcumque, in omnibus promiſſionibus apponitur;
Ludouici, de anno 1422. quod præſtatur ſub qualitate
cohæreditaria; his adde conſuetudinem generalem d.
Domino Rectori & omnibus notam, qua feuda ſunt
ad inſtar allodialium, cui ſtare, & eam ſequi tenebatur:
ita vt non opus eſſet d. Domino Rectori fidem facere,
clauſulam vniuerſalem in antiquiſſimis homagijs ap-
poni ſolitam; ſed ſat erat quòd ſibi de contrario non
conſtabat: d. enim Franciſcus erat in regula, & ſi quæ
eſſent verba in d. homagijs, quæ interpretatione indi-
gerent, ea ſecundùm d. conſuetudinem erant & ſunt
intelligenda. Non obſtat homagium Giraudi Amici
de anno 1364. nam d. conſuetudine res eſt certiſſima:
ſed & ea ſecluſa, propter proteſtationem in eo appoſi-
tam, dubio vniuerſalis, in antiquioribus illis homagijs
exiſtens, ſubintelligitur & cenſetur appoſita, & aliàs
30 prout in articulis reſponſum fuit, præſertim circa † di-
ctiones, *hæredes*, & *ſucceſſores*, quæ ſingulæ, etiam ſeclu-
ſa conſuetudine de jure feudali, idem ſonant, & feu-
dum hæreditarium conſtitount, ſtrictè tamen; junctæ
verò, purè & ſimpliciter & abſolutè, Socin. ſen. *conſ.* 257.
col. 4. *verſ. aliquando & ſecundo, &* 266. *col.* 3. *in fin.* Curt.
jun. *conſ.* 4. *n.* 24. Natta *conſ.* 159. *n.* 18. Pet. à Greg. *de conceſſ.
feud. parte* 8. *q.* 4. Intrig. *cent.* 1. *q.* 48. *n.* 32. Præterea, quid
aliud petere poteſt vel d. Dominus Aduocatus, vel An-
tonius, quàm vt illius clauſulæ non habeatur ratio, &
habeatur pro non appoſita in d. reparatione, ſi & qua-
tenus ex antiquis homagijs & alijs documentis vel a-
liàs legitimè, apponi non debere conſtet, & an ſit ad
inſtar allodialium necne, aliunde quàm ex d. repara-
tione judicetur, & planè id ipſum contendimus, nec
ex d. reparatione, ſed ex d. conſuetudine, & etiam ea
ſecluſa ex abundanti (non tamen onus hujus proba-
tionis, ad quam non tenetur d. Franciſcus, in ſe aſſu-
mendo) ex antiquis homagijs & documentis, de qui-
bus etiam in hac cauſa conſtat, & aliàs legitimè d. feu-
dum Caſtri-noui eſſe ad inſtar allodialium aſſerimus.
His omnibus adde, † quòd in dubio ſit facienda in- 31
terpretatio pro non attentatis, Lancell. 1. *part. in præ-
fat. n.* 102. *& ſeqq.*
Poſtremò, reſpondetur quòd omnibus prædictis
ceſſantibus, quæ tamen non ceſſant, cùm tamen clariſ-
ſimè quidquid ex aduerſo per d. Dominum Aduoca-
tum & Dominum Antonium prætenditur, dependeat
ex judicio d. cauſæ principalis (etſi enim d. cauſa repa-
rationis, circa promiſſionem traditionis clauium, ſit
omninò ſeparata ab ea, quæ pendet inter d. Dominos
Antonium & Franciſcum, ratione dominij d. loci Ca-
ſtri-noui; ideoque quidquid Carpentoracti in ea cau-
ſa actum eſt, nullo modo attentatum dici poſſit, vt ſu-
prà demonſtratum fuit: tamen quatenus aliquod at-
tentatum prætenderetur, vt ſine vlla ratione prætten-
ditur, & non eſſemus in claris, vt ſumus, illius defi-
nitio penderet ex judicio in cauſa principali ferendo,)
vt notoriũ eſt, & in qua proceſſus eſt inſtructus, & in-
tra paucos dies in eo concludetur, neceſſario finis il-
lius expectandus eſt: nam quoties reus excipiendo
aduerſus attentata, allegat quòd cognitio illorum o-
mnino pendet à cognitione cauſæ principalis, tunc re-
uocatio impenditur & finis articuli principalis expe-
ctandus eſt, Capyc. *deciſ.* 72. hinc † ſi attentata concer- 32
nunt cauſam principalem, veluti ſi fundi poſſeſſor,
pendente appellatione, commodo ſuæ poſſeſſionis v-
tatur, illa non habent locum, nec eſt inhibitio decer-
nenda, Gail. *obſeruat.* 145. *n.* 1. *obſeru.* 147. *in princ. lib.* 1.
Corroborantur præmiſſa ex eo quòd Reuerendiſ-
ſima Pat. veſtra in ſuis facultatibus, facultatem proce-
dendi, ſola facti veritate inſpecta, quo caſu cognitio 33
attentatorum, etiam ſi non concernant cauſam prin-
cipalem, vel ab ea non dependeant, eſt reſeruanda ex-
pedienda, vſque donec negotium principale finiatur,
Lancell. *part.* 3. *c.* 30. *de priuil. attent. n.* 211. *& ſeqq.*
His adde, † quòd quando attentata altiorem quæ- 34
ſtionem & indaginem requirunt, nec incõtinenti pro-
bari poſſunt, de illis in primis non eſt cognoſcendum,
& ſuper illis articulis dandi, & lis conteſtanda, & ju-
dicium cauſæ principalis expectandum, ſi ab ea de-
pendeant, Gail. *obſeru. lib.* 1. *obſeru.* 146. At id ſuper quo
principaliter fundatur appellatio d. Domini Aduoca-
ti, nimirum quòd Dominus Caſtri-noui nõ debet ad-
mitti ad homagium, niſi priùs remiſſa poſſeſſione d.
loci in manibus Officialium Cameræ à quorum mani-
bus poſſeſſionem habere, & jus Cameræ requirere de-
beat, non ſolùm quoad d. Dominum Aduocatum al-
tiorem indagationem requirit, ſed impoſſibile eſt vt
per eum probetur: quoad verò d. Franciſcum clariſſi-
mè totum contrarium, abſque alia diſquiſitione, pro-
batum fuit ex actis productis, per actiones in articu-
lis fuſiſſimè deductas, maximè tamen quòd non ra-
tione alicujos poſſeſſionis, ſed tantùm in ſignum ſu-
premi dominij fiat, quòd poſt homagium præſtitum,
quòd non niſi requiſiti d. Domini eam faciant, &
nunquam requiſiti nunquam faciant, quòd claues ſeu
Caſtrum incontinenti reſtituatur, quòd ab eo, qui
jam eſt in poſſeſſione, & à qua nunquam diſcedit, ſed
ſemper

ſemper in ea permanet, & quòd non niſi conditionaliter fiat, & cum proteſtatione, vt ſtatim reſtituatur; ita vt niſi ſtatim reſtitueretur, non cenſeretur traditio facta, vt ex actis productis conſtat. Quæ ferè omnia vel Carpentoracti, vel in cauſa principali producta fuerunt, & d. Franciſcus legitimè in poſſeſſione d. Caſtri fuerit tum ex vi clauſularum, in contractu d. donationis appoſitarum, tum etiam quatenus opus eſſet per Commiſſarium ab Illuſtriſſimo Montorio deputatum, à qua poſſeſſione nonquam diſceſſit, cùm vè à ſe abdicauit; ſed in ea ſemper permanſit, nec Fiſcus, vel quiſquam alius in ea vnquam fuit, aut quod magis eſt, eam prætendere potuit, aut poteſt. Quæ omnia, vt dixi, per d. Franciſcum probata ſunt, quòd ſi contrarium vellet probare d. Dominus Aduocatus, quod tamen illi eſt impoſſibile, quia id contenderet contra veritatem, abſque dubio, quoad ipſum, id altiorem indagationem requireret, & ſic expectandus eſſet finis cauſæ principalis, idq́ue defectu probationis d. Domini Aduocati, non d. Franciſci accideret. Quoad verò clauſulam *pro ſe, ſuis hæredib. &c.* præterquàm quòd nihil innouatum eſt, & quod ex d. documentis patet debuiſſe apponi, conſuetudo ipſa ſola generalis rem clariſſimam reddit, ſi quæ forſam difficultas ex documentis, ex aduerſo productis, oriretur. At ad minus ob eam ſolam res altiorem indagationem requireret, & aliunde quàm ex d. documentis, ex aduerſo productis, probari deberet, hoc feudum eſſe ex pacto & prouidentia, & omnino à judicio d. cauſæ principalis dependeret, quod propterea neceſſario expectandum eſſet.

Ex quibus ſequitur, nedum articulos, & acta parte d. Franciſci producta admittenda, ſed etiam jam, nullo alio expectato, d. Dominos Aduocatum & Antonium repellendos, illisq́ue ſilentium perpetuum imponendum, quòd tota hæc actio ſit mera vexatio: aut ſaltem, in omnem euentum, ſubſignati petunt cognitionem prætenſorum attentatorum reſeruari expediendam vſque ad judicium cauſæ principalis, cùm ab ea omnino dependeat, idq́ue nonobſtantibus ijs quæ ex aduerſo tam in facto, quàm in jure, vt d. Dominus Aduocatus ait, deducta, & propoſita ſunt, quæ ex ſupradictis tolluntur omnino, ijsq́ue clariſſimè ſatisfit: Nihilominus, vt omnis ſcrupulus tollatur, ſingula capita eorum percurremus, ſi priùs aduertatur, ea in effectu eſſe articulos parte Domini Aduocati & Antonij ſuper prætenſis attentatis productos, vt qua ratione velint impedire admiſſionem articulorum rei, ocſciatur, quippe qui, etſi nullis per actionem datis, ad docendum nulla eſſe attentata, vel ad ea excuſandum admitti debeat, vt ſuprà dictum fuit.

Quoad primum igitur & ſecundum, quibus dicitur d. Dominum Aduocatum, die nona Martij 1609. in cauſa quæ pendet ratione d. feudi Caſtri-noui inter d. Dominos Antonium & Franciſcum, petijſſe & obtinuiſſe, pro intereſſe Cameræ, viſionem omnium actorum in d. cauſa illuc vſque factorum, & eo medio ad d. cauſam ſimpliciter fuiſſe admiſſum, idq́ue ad notitiam d. Domini Franciſci pertinuiſſe medio procuratorum ſuorum, qui enixi ſunt impedire quominus d. adjũctio & viſio ſortiretur effectum, multa allegando, tam in facto quàm in jure, diebus 27. & 30. April. & quòd, eo nonobſtante, d. communicatio actorum fuerit data d. Domino Aduocato 12. Maij 1609. Reſpondetur primò, d. Dominum Aduocatum non poſſe dici fuiſſe admiſſum ad d. cauſam: nam (præterquam quod d. Dominus Aduocatus d. communicationem petierat, ad deliberandum ſuper jure Cameræ, ſuasq́ue concluſiones ſumendum, quæ juris eſſent & rationis, nullas autem concluſiones fecit, & in puris terminis communicationis prætenſæ ſtetit) decretũ per Illuſtr. Vicelegatũ, de communicatione facienda, non vocato d. Franciſco, & eo abſente, & ſic nulliter factũ, fuit (ſi & quatenus validum fuiſſet) ſuſpenſum per oppoſitiones quas Procuratores d. Franciſci fecerunt d. die 27. & 30. April. vt d. Aduocatus hîc aſſerit, & quia tandem, d. Aduocato petente d. communicationem coram R.P. veſtra, & Procuratoribus d. Franciſci negantibus illi debere dari, fuit ordinatum ſuper hoc portan. *fol.* 187. vt ipſe fatetur *c.* 5. *&* 14. J. Quod ſi d. Dominus Aduocatus de facto communicationem à Notario procurauit 12. Maij, vt ipſe ait, hoc fuit attentatoriè in ſpretum d. decreti de portando. His adde, quòd d. Dominus de Coſta ignorabat requiſitiones factas parte Fiſci Auen. & ſic illius aſſertam interuentionem in lite: ideoq́ue d. Dominus Aduocatus non potuit dici admiſſus, vt infrà ad cap 13. & 14. latiùs dicetur. Scientia † enim Procuratoris non afficit Dominum, ad hoc vt incurrat in pœnam, Creſcen. *deciſ.* 193. *alias* 5. *de præſumpt.* Præſertim 35
quia † ad effectum inducendi attentata, non ſufficiunt conjecturæ, & præſumptiones, nec ſcientia generalis litis motæ; ſed requiritur ſpecialis totius rei, & omnium qualitatum, Lancell omnino videndus 2 *part.* 4. *de attent. lit. penden. in præfat. n.* 66. *& ſeqq.* Adde, quòd illa aſſerta interuentio Fiſci erat nouum judicium, vt patet *ex obſeruat.* Gail 69. vbi poteſt diſputari de admiſſione tertij interuenire volentis in lite; quo caſu illud judicium debet inchoari cum parte principali, & 36
non † cum Procuratoribus, cum quibus regulantes judicia non incipiunt. gloſ. *in cap. cau. a. n. quæ, de dolo & contum.* Batt. *in l. eum qui, n.* 2. *C. de procura.* Guid. Pap. *ſing.* 283. Vnde cùm d. aſſerta interuentio, quatenus eſſet, habuerit initium à Procuratoribus Domini de Coſta, dicendum eſt, illud judicium corruere vitio nullitatis. Sed an d. Dominus Aduocatus poſſit dici admiſſus ad cauſam principalem, ad effectum attentatorum contra reum, latiùs infrà dicemus dum reſpondebimus 13. 14. & 15. capitibus. 37

Secundò, † dato quòd fuiſſet admiſſus, nullum inde attentatum ſequitur: nam quoad reparationem homagij circa traditionem clauium, ne verbum quidem in d. lite, nec etiam in comparitionibus d. Domini Aduocati, & quæ reparatio eſt omnino ſeparata ab ijs quæ in d. lite tractabantur, & quicumque eandem victurus erat, eam facere tenebatur: ita vt nihil omninò in præjudicium d. litis, eo reſpectu, conſiderari poſſit, Dec. *d. conſ.* 73. *n.* 4. *& ſeqq* Pariſ. *conſ.* 39. *num.* 28. *lib.* 1. Lancell. 2. *part. c.* 4. *limit.* 2. *nu.* 1. *& c.* 20. *limit.* 5. imò totum hoc in commodum Cameræ ceſſit, & quod, ſi factum non fuiſſet, d. Aduocatus, ſi ad ejus officium id ſpectaret, petere deberet vt fieret, non factum improbare in damnum Cameræ. Quoad † verò clauſulam, *pro ſe, ſuis heredibus &c.* nihil quoad eam innouatum fuit, cùm in homagio de anno 1605. de cujus reparatione agebatur, & in homagio 1556. Joachimi, & homagio de anno 1536. Janſani ea clauſula adeſſet, & qui continuat, non dicitur attentare, Joſeph. Ludouic. *deciſ. Peruſ.* 69. *n.* 7. Vetal *deciſ.* 51. Lanfran. Balb. *deciſ.* 447. Mandoſ. *de inhib. q.* 46. *n.* 3. adeò vt Judex, à quo appellatum eſt, poſſit abſque attentatorum vitio confirmare poſſeſſionem parti, Mandoſ. *d. loco q.* 23. *nu.* 2. vt mittam alias reſponſiones ſuprà in decimo fundamento poſitas, & infrà circa 4. cap. ponendas. 38
39

Non obſtat quod 3. & 4. cap. deducitur: nam verùm quidem eſt d. Dominum Franciſcum fuiſſe requiſitum parte d. Domini Aduocati S[mi] in Comitatu Venayſſino de reparando & reformando d. homagio, de anno 1605. præſtito, circa promiſſionem clauium ſeu Caſtri

Digitized by Google

reddendi & relhibendi, & d.Franciſcus quamuis juſtiſſimam cauſam habuiſſet id recuſandi, propterea quòd hujuſmodi ſolemnitas per 180. annos fuerat omiſſa, & habebat homagia præ manibus d. Joachimi Janſani, & Melchioris, quibus hujuſmodi promiſſio non aderat: Nihilominus ob ſummam reuerentiam & obſequium quod habet erga ſanctam Sedem Apoſtolicam, obtulit ſe eam facturum modo & forma cõtentis in d.actis Carpentoracti factis, ad quæ ſe referunt: ideoque idem Reuer. Rector videns nullam eſſe contradictionem, quódque hoc cederet in euidens Cameræ commodum, reducendo in vſum, ceremoniam & ſolemnitatem, tanto tempore intermiſſam, cumque de veritate per inſtrumenta & documenta, præſertim attenta d. conſuetudine generali, coram ſe producta vel exhibita, conſtaret, ordinationem 7. Maij fecit ſub forma in ea contenta; ideoque nulla inde præcipitatio objici poteſt. Colluſio verò, ex aduerſo

40 propoſita, omnino negatur, tum † quòd illa non præſumatur de jure, ſed ſit probanda, Bartaz. *in crimina. conſ.* 455. *nu.* 34. tum quòd ſimus in cauſa ciuili in tantomious illa præſumitur, Idibid. *nu.* 35. Et licet illa conjecturis probetur, tamen quando agitur de inſtrumentis & actis publicis, palam & publicè factis, prout ſunt geſta Carpentoracti; illa non eſt præſumenda, Ibid. *n.* 37. & certè colluſio abſque dubio dici non poteſt, cùm totum hoc ceſſerit in commodũ Cameræ & damnum d.Franciſci, ſubjiciendo ſe promiſſioni & oneri à quibus per tantum tempus liberatus erat, & è contra colluſio nunc eſt inter d. Dominum Aduocatum Auenion. & Antonium, vt in articulis deducitur & oſtenditur; nec d. Franciſco objici poteſt quòd tacuerit ea quæ hîc Auenioni geſta erant, cùm ea d.reparationem homagij nullo modo reſpicerent. Sed demus, quod magis eſt, reſpexiſſe, ſe obtuliſſet facere quæ hîc requiſitus fuiſſet, eo ſcilicet loco, & coram eo quo debebat, & ſic omnem cauſam conquerendi de promiſſione vel ſolemnitate omiſſa d.Domino Aduocato Auenionis, ſi ad ejus officium id ſpectaſſet, adimens. Quod verò in d. cap. dicitur, d. Franciſcum fuiſſe requiſitum de dimittendo poſſeſſionem d. feudi in manibus d. Domini Rectoris, vt deinde, ea poſſeſſione ſibi reſtituta, ad homagium præſtandum de nouo admitteretur; id eſt omninò contra veritatem, vt ex d.actis, in quibus ne verbum quidem de poſſeſſione: neque enim vnquam de poſſeſſione dimittenda fuit requiſitus dictus Franciſcus, nec potuit requiri, cùm d.traditio non ratione poſſeſſionis, ſed tantùm in ſignum ſupremi dominij fiat, vt disertè aſſeritur in d.traditionibus Roſtagni, & fuſiùs ſuprà in fine poſtremi fundamenti diximus; nec potuit ignorare Dominus Aduocatus Auenionis, traditionem ratione poſſeſſionis nullo modo fieri, cùm ex homagijs, quibus vtitur, illi apparuerit dominos Caſtri-noui, non niſi requiſitos d. traditionem teneri facere, & cum qualitate & pacto, vt incontinenti ei reſtituatur, quod excludit omnem rationem poſſeſſionis, vt in articulis fuſius edoctum fuit. Ideoque d.Franciſcus, cùm traditionem d. Caſtri, in conſequentiam & executionem d. homagij reformati, fecit, nunquam poſſeſſionem d. Caſtri in manibus Domini Rectoris remiſit, imò in ea ſemper permanſit & ſub proteſtationibus, de quibus in actis d. traditionibus eam fecit: nec d.Franciſcus coram d.Domino Rectore nouum homagium, ſed tantùm promiſſionem, quæ in d.homagio de anno 1605. dicebatur deeſſe, fecit, illudque repleuit.

Denique, quod in d. 4. capite aſſeritur, alteratum fuiſſe tenorem antiquorum homagiorum, præſertim, antiquiſſimi de anno 1244. quòd ſcilicet pro ſe ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque d.reparationem & reformationem homagij fecerit: nam ex d. articulis patet de contrario, eam ſcilicet clauſulam ita debuiſſe concipi, & nominatim ex d. homagio de anno 1244. quod ſit pro ſucceſſoribus omnibus, † dictio 41
autem, *ſucceſſorum*, etiam de jure feudali & ſecluſa conſuetudine, facit feudum hæreditarium, ſed ſtrictè, à Pemo. *conſ.* 4. *nu.* 17. *verſ. & ſic apparet*, Intrig. *de feudis cent.* 1. *q.* 48. *n.* 51. *& ſeqq.* & alij tempore, & loco allegandi. At ſi adjiciatur † dictio, *omnibus*, purè; ſimpliciter 42
& hæreditarium, ad quoſcumque hæredes tranſitorium. Decian *reſpon. n.* 174. *lib.* 4. Cattilian. Cotta *in memor. verb. hæredis appellatione*, & alij tempore & loco allegandi: ita vt, *pro ſucceſſoribus omnibus*, & *pro ſe, ſuis hæredibus & ſucceſſoribus quibuſcumque*, æquiualeant & idem ſonent, quæ quidem dicuntur ex abundanti, non ſe onerando &c. Sufficiebat enim d.conſuetudo generalis, vt d. clauſula ita conciperetur, præſertim quod d.homagium de anno 1605. de cujus reparatione agebatur, ita conceptum erat.

Ad quintum, quo dicitur d. Dominum Aduocatum ſuum intereſſe fundare ex eo quòd d. Antonius prætenderet d.feudum eſſe ex pacto & prouidentia, Domino Franciſco contrarium aſſerente, & propterea ſe admitti petijſſe ad cauſam, admiſſumque fuiſſe, hocq; ad notitiam d. Franciſci perueniſſe: Reſpondetur vt ſuprà ad primum & ſecundum, & infra ad 13. 14. & 15. d. Dominum Aduocatum non cenſeri admiſſum fuiſſe, vt ad d.cap. 13. & 14. dicetur, nec potuiſſe ſcire, an ſua intereſſet, cùm communicationem actorum non habuiſſet tempore ordinationis d. Domini Rectoris, vt ipſemet fatetur, dum ait, eam habuiſſe 12. Maij, attentatoriè tamen, & dato, & non conceſſo quòd cenſeretur admiſſus, hoc nihil ad d. reparationem homagij, ratione d. traditionis de qua ne verbum quidem in d. lite principali, à qua d.cauſa reformationis circa d. promiſſionem traditionis eſt omninò ſeparata, vt ſuprà in 8. fundamento edoctum fuit appellationemque prætenſam in eo fundauit d.Dominus Aduocatus Auenion. quòd diceret, nouum poſſeſſorem d.loci non admitti ad homagium ratione d. feudi, minuſque illius poſſeſſionem adipiſci, niſi priùs illius poſſeſſione actualiter dimiſſa in manibus d. Cameræ, ſeu agẽtium pro ea, ad effectum conſequendi jus ad eandem Cameram pertinens; quod tamen erat & eſt contra veritatem, cùm ex actis appareat dominos admiſſos ad homagium ante d. traditionem, eamque non niſi requiſitos facere debuiſſe, & non ratione poſſeſſionis, ſed in ſignum dominij; d. verò clauſulæ *pro hæredibus & ſucceſſoribus &c.* nullam mentionem facit in ſua ſcedula appellatoria, niſi quòd per tranſennam, ſub verbis generalibus, aut ſub alijs qualitatibus & omninò diuerſis ab illis quæ in prioribus & antiquioribus homagijs continentur, d.homagium de anno 1605. fuiſſe præſtitum, quæ tamen verba ſi bene cum anterioribus & ſequentibus jungantur, non niſi ad d.reparationẽ traditionis referri poſſũt, ſed dato referri ad d.clauſulam, per eã, vt ſæpe dictum eſt, nihil innouatũ fuit.

Ad ſextum patet reſponſio ex præcedentibus, neque ex vi d. decreti Illuſtriſſ. Vicelegati, poteſt dici d. Dominus Aduocatus admiſſus ad cauſam principalem, vt prætendit ex notat. per Lancell. *part.* 2. *c.* 1. *in præfat. de attent. lit. pend. n.* 212. *&* 213. qui tamen illo in loco nihil hac de re, ſed puto allegare voluiſſe *cap.* 4. *in præf. n.* 178. *&* 179. nam ſi aliqua fuit admiſſio, quæ ſaltem legitima & valida non fuit, ea fuit ſuſpenſa, & talis cujus nulla habenda eſt ratio, vt ſuprà, *ad c.* 1. *&* 2. dictum fuit, & infrà ad cap. 13. 14. & 15. dicetur: nec coram Domino Rectore actum fuit de admittendo

mittendo ad homagium d. Fraociſco com illa clauſula, *pro hæredibus & ſucceſſoribus &c.* ſed ſolùm de promiſſionibus quæ prætendebantur omiſſæ in d. homagio de anno 1605. faciendis, & de homagio reformando: ea verò clauſula appoſita fuit, non aliquid noui faciendo, ſed continuaodo formam d. homagij de anno 1605. neque enim an eſſet apponenda necne tunc tractabatur, ſed ſolùm de d. promiſſionibus traditionis Caſtri, ideoque, vt ſæpe dictum fuit, eam apponendo nihil fuit attentatum, aut de jure Cameræ alienatum, ſed tantùm quod jam erat continuatum, vt extra tem omninò ponatur bulla fœl. record. Pij V. & juramentum pro ejus obſeruatione præſtari ſolitum, maximè attenta d. conſuetudioe; & cùm, ex abundanti, vt ſæpe dictum eſt, clauſula vniuerſalis adſit in antiquiſſimis homagijs, & quia, vt etiam ſæpe dictum, vtcumque ſit, an illa clauſula debeat eſſe necne, ſcietur ex judicio cauſæ principalis, & cujus clauſulæ, ſiue in d. homagio de anno 1605. ſiue in d. reparatione appoſitæ, non habebitor ratio, ſi aliunde eam apponi oon debuiſſe legitimè conſtiterit, quod tamen eſt impoſſibile: ita vt ex eo ſolo omnis via conquerendi d. Domino Aduocato præcludatur.

Ad ſeptimum patet etiam reſponſio ex præcedentibus: nam appellatio prætenſa d. Domini Aduocati, medio ſubſtituti, non ratiooe d. clauſulæ, ſed ob omiſſam promiſſionem d. traditionis Caſtri fuit facta; quòd ſi prætendat & ratione d. clauſulæ appellaſſe, ſiqoidem à d. homagio de anno 1605. io eo oollum attentatum conſiderari poteſt, cùm eo tempore nulla omnino lis eſſet viuente ſcilicet adhuc Joachimo vltimatè defuncto, quòd ſi à d. reparatione nihil noui factum eſt quoad d. clauſulam, vltra alias reſpooſiones ſuprà (præſertim *in* 10. *fundam. & ad c.* 1. *&* 2.) poſitas, appellaoit qoidem vt in fine d. c. 7. tandem fatetur ex eo qoòd prætenderet d. Franciſcum debuiſſe dimittere poſſeſſionem d. feudi antequam ad homagium admitteretor, & in eo certè fundauit ſuam appellationem, ſed cootra veritatem, vt ſuprà dictum fuit, & conſtat ex actis, nec in eo vllum attentatum eſſe poteſt, qoia de eo nulla erat lis, nec ex pacto de redhibendo Caſtro, ſeqnitur debuiſſe dimittere poſſeſſiooem; imò contrarium, ex eo quòd nō niſi reqoiſitus d. redhibitionem facere tenebatur, & incontinenti erat reſtituendum. Sed non eſt ad argumenta deſcendendum vbi ſumus in claris, ex actis enim conſtat fieri in ſignum dominij, non ratione poſſeſſionis, & receptos dominos ad homagiom ante redhibitionem, quod rationem d. poſſeſſionis omninò excludit.

Ad octauum, nonum, & decimum reſpondetur, d. Dominum Rectorem bene & legitimè oon detuliſſe d. prætenſæ appellationi, cùm d. homaginm fuiſſet reformatum per promiſſionem d. redhibitionis Caſtri, maleque d. ſubſtitutum à d. reſponſione appellaſſe, & appellationi prætenſæ perſtitiſſe, & proteſtatum de atteotatis & ionouatis, cùm nullom attentatum vel innouatum interoeniſſet, & d. reparatio in commodum Cameræ facta fuiſſet, maximè quòd poſt 10. dies à die reparationis d. ſubſtitutus prætenſam appellationem interpoſuerat, non obſtante ignoraotia per ipſum prætenſa, vt ſuprà in decimo fundamento fuit demonſtratom, oe hîc reperantur, beneque & jotidicè d. Dominum Rectorem, non obſtante d. appellatione friuola, & ſine grauamine & contra Cameræ commodum, interpoſita die ſequeoti 19. ſcilicet Maij, oon alienationem via facti execotioni demandando, vt contra veritatem ex aduerſo aſſeritur, ſed, quod conſequens erat d. homagij faciendo ad reqniſitionem Aduocati ſanctiſſimi in Comitatu, ad dictum Caſtrum-nouum acceſſit, non pro recipienda poſſeſſione dicti Caſtri, vt dictus Dominus Aduocatus ſioe fundamento ſibi imaginatur, ſed vt Caſtrum ſibi redhiberetor in ſignom ſupremi dominij, eidem Franciſco incontinenti reſtitueodum, quod factum fuit juxta formam antiquiſſimorum homagiorom, necnon traditionum, vt ex actis apparet, in quo oihil attentatum fuit, tum quòd ea in commodum Cameræ facta fuerunt, tum quòd eſſet actus cooſeqoutiuus d. homagij reparati, Laocell. 2. *part. c.* 4. *limit.* 5. *n.* 1. 4. *&* 8. & ſuprà fuſiùs *in* 6. *fundamento*, omniaqoe bene & legitimè facta fuerunt, nec potuit Dominus Rector remanere in poſſeſſione, quam nnoquam habuit, & in qua nuoquam fuit; cùm, vt ſæpè dictum eſt, noo fuerit d. redhibitio facta ratioue poſſeſſionis, ſed io ſignum ſupremi dominij & cum proteſtatione, vt incontinenti reſtitueretur, ſecundùm formam antiquiſſimorum homagiorum: ita vt niſi incootineori reſtitutum fuiſſet d. Caſtrum Domino Franciſco, id noo cenſeretur fuiſſe redhibitum Domino Rectori, cùm redhibitio facta fuerit conditionaliter, & ſub ea qualitate, & noo aliò modo: & quoad poſtrema verba *d. cap.* 10. cogor ſæpè idem reſpondere; quòd ſæpè idem inculcet; ſcilicet d. Franciſcum noo feciſſe de nouo homagium, ſed tantùm reformationi ſeu reparationi decretæ obediuiſſe, quoad clauſulam, *pro ſe, ſuis hæredibus &c.* continuaſſe ſoam poſſeſſionem, & ſic

Reſpondetur ad vndecimum, qoòd hæc vltimo loco geſta (d. ſcilicet traditio) non in damnum & præjudicium Cameræ facta ſunt, minuſque attentata dici, vel nulla, aut nulliter facta eſſe poſſunt, vt ex aduerſo malè prætenditur, ſed in commodum & vtilitatem Cameræ, & in cooſequentiam d. homagij reparati, ac legitimè & joridicè acta.

Ad duodecimum, quo contenditur attentata in primis reoocaoda, ex text. *in cap. non ſolùm de appellat. in* 6. etſi à parte tantùm facta fuiſſet *cap.* 1 *de appell.* Lancell. *part.* 1. *c.* 1. *n.* 1. *&* 2. ſioe ea ob appellationem interpoſitam *d. c.* 1. *& d. c. non ſolùm*, ſiue ob litiſpendentiam dicantur facta, Clem. 2. *vt lit. pend.* maximè quòd hîc verſemur io profaois, in quibus non obſtat exceptio non joris, ex notatis per Lancell. *part.* 3. *c.* 24. *nu.* 0. 10. *&* 53. præſertim cùm d. Dominus Franciſcus debuiſſet expectare finem litis principalis quoad d. declarationem & ampliationem in d. ſententia contentas, quaſi ſe proprio juguláuerit gladio. Ad hoc reſpondetur, regulam illam, † *Attentata ſiue lite ſiue appellatione pen-* 43
dente facta in primis reuocanda, multas † pati exceptio- 44
nes, de quibus Laocell. 2. *part. c.* 4. *& c.* 12. quibus omnibus rebus abſq; dubio vti poteſt ad impediendam reuocationem attentatorum, Lancell. *d.* 3. *part. c.* 24. *q.* 20. In qoarũ pleriſq; verſamur, vt ſuprà fuſè per vndecim fundamenta demonſtratũ fuit; ita vt nulla ſit in ooſtro caſu d. regulę habenda ratio. Sed dato, & non conceſſo, nos eſſe io regula, de attentatis conſtare debet, vt regulę ſit locos: At hoc parte d. Frãciſci abſolutè negatur, & ad hos fines produxit articulos & docomẽta quibus clariſſimè docet nulla eſſe attẽtata: Ergo neceſſariò & articuli & documeotorum productio recipi debet, nec quoad d. claoſulam, *pro ſe ſuiſq; hæredibus quibuſcumque*, debuit d. Fraociſcus in d. reformatiooe homagij ſpectare finem judicij cauſæ principalis, cùm nihil noui fecerit, ſed contiuoauerit poſſeſſionem ſuam, Laocell. *d.* 2. *part. c.* 4. *limit.* 1. *n.* 1. *cum ſeqq.* cùm ea fuiſſet appoſita in d. homagio de anuo 1605. & in cootiooationem homagiorum de annis 1556. 1536. & aliorum. Sed nunc ſi d. Domious Aduocatus vel Aotonius prætendant eam clauſulam & in reparatiooe, & io d. homagio de aono 1605. nō deboiſſe apponi; debent neceſſariò expectare

ciũ d.cauſæ principalis, cũ id ex eo omninò dependeat.
45 Quoad 13. 14.15.*cap.* idque poſtremum † quibus d.
Dominus Aduocatus coorendit litiſ-pendentiam indu-
ci perſolam citationem *d. Clem.* 2.*vt lit.pend.* & per ad-
miſſionem tertij ſimpliciter factam ex notat. per Creſ-
ceot.*deciſ.3.de reſcriptis aliàs* 68. *num.*2. Lancell.*parte* 1.*cap.*
4.*in præfat.num.*207. *& ſuperioribus numeris maximè* 201.
qui dominus Aduocatus fuerit admiſſus ad d. cauſam
per Illuſtriſſimum Vicelegatum, cùm ea poſſit fieri ne-
dum expreſsè, ſedetiam tacitè, putà decernendo litte-
ras compulſoriales, ex Puteo *deciſ.*56.*num.*1.3.*&* 4.*lib.*1.
Lancell.*vbi ſuprà proximè num.*216.217.*&* 218.multo ma-
gis decernendo viſionem actorum ad quam d.Domi-
nus Aduocatus ſe admitti petiit quæ admiſſio peruenit
ad notitiam d. Domini Franciſci ex terminis ſuper eius
efficacia tentis, præſertim die 30.April. 1609.& decreto
de portando ſequuto ad fines prouidẽdi partibus prout
iuris, per quam terminorum ſeruationem abſque du-
bio litiſpendentia inducitur, vt ex aduerſo dicitur, quo-
ad effectum attẽtatorum, quemadmodum per citatio-
nem Lancell. *vbi ſuprà num.*210. vbi vult nedum litem
introductam eſſe, verùm pro conteſtata haberi; Ideóq;
geſta per partem, poſtea Carpentoracti fuiſſe attenta-
ta, ſed & per dominum Rectorem fuiſſe attentatum
per geſta per eum poſt d. appellationem coram eo in-
terpoſitam, præſertim cùm eius ordinatio ſit definitiua;
vnde etiam inferri poſſit ad actus per eum antea ge-
ſtos, ſtante potiſſimum notitia litis inter d. Dominum
Antonium & Franciſcum coram Reuerend.Patern.ve-
ſtra pendentis, idque ex actis & proceſſuris Carpento-
racti in eadem cauſa coram Reuerend. Paternit. veſtra
factis præſertim d. menſe Ianuarij 1609.

Ad hæc reſpondetur (monito priùs, Lancell.in lo-
cis qui allegantur in noſtris libris, nihil de eo aſſerere
aut tractare, ſed *in d.cap.4.in præfat.num.* 178. *vſque ad nu.*
186. Puteum verò nihil) ad effectum inducendi atten-
tata, litem quidem dici pendere quoad eum qui impe-
trauit commiſſionem & decretum obtinuit, Caſſado.
46 *ſub reg.Cancell.deciſ.6.num* 2.3.*&* 4.nam † quoad actorem
ex ſola obtentione dicitur lis introducta, ita limitando
communiter *clem.2.vt lit.pend.* tenet Rot. Rom.*in nouiſſ.*
*deciſ.42.num.*20.21. *&* 22.*part.*2. Sed quoad reum, neceſſe
47 eſt quòd fuerit citatus, Caſſad. *ea deciſ.6.num.*14. nam †
ſola admiſſio tertij non inducit litiſpendentiam ad ef-
fectum attentatorum contra reum, niſi Iudex ad inſtan-
tiam tertij admiſſi committat citationem, & illa ad no-
titiam partis deueniat, Afflict.*deciſ.* 366.*num.* 13. *verſ.&*
hoc reſpondes, & in fine, Lancell.*d.cap.* 4. *in præfat.num.*182.
At verò cùm dicitur, Illuſtriſſ.Vicelegatum communi-
cationem actorum d. Domino Aduocato decreuiſſe, d.
Dominus Franciſcus non fuit citatus, & eo abſente om-
nia peracta fuerunt: nec obſtat ſi dicatur poſtea ad no-
titiam eius perueniſſe ex terminis coram Reuerendiſſ.
Patern.veſtra tentis: nã illi per Procuratores d.Franciſci
48 fuerunt teoti. At verò ſcientia † Procuratoris non affi-
cit dominum ad hoc vt incurrat in pœnam, Creſcen.*de-*
*ciſ.*193.*aliàs* 5.*de præſump.* Adde quæ hac de re ſuprà *ad* 1.*&*
2.*cap.* dicta ſunt: ſed dato, d.terminos per d. Franciſcum
aut in eius præſentia, vel de eius mandato fuiſſe tentos;
illa fuit oppoſitio d.Procuratorum d.Domini Franciſci
non citati, nec intimati, ſed ex ſe facta contendentium
d.communicationem d. Domino Aduocato non debe-
re dari, ex qua tantum abeſt vt dicatur admiſſus d. Do-
minus Aduocatus, quin potiùs, ſi aliqua admiſſio fue-
rat facta, per huiuſmodi appoſitionem fuit ſuſpenſa:
49 Oppoſitio † enim impedit, quominùs Iudex poſſit ad
vlteriora procedere, Rot.Rom. *in nouiſſ. deciſ.*265.*num.*5.
*part.*3.*lib.*3.maximè ſtante decreto de portando, vt ordi-
naretur an d. communicatio eſſet decernenda nécne,
nec poteſt dici terminorum ſeruationem inducere li-
tiſpendentiam, nec enim termini in cauſa principali
fuerunt tenti vt debet, vt id procedat; ſed in cauſa oppo-
ſitionis contra petitam communicationem, quæ ſerua-
tio terminorum contrarium effectum operatur: neque
enim quod ad impediendam communicationem, & li-
tiſpendentiam quoad tertium fit, poteſt eam inducere.

Secundò, nunquam † tertius debet admitti ad cau- 50
ſam, nec cenſetur admiſſus, quoad effectum attentato-
rum, vt quoad eum inducta ſit litis-pendentia, niſi de
ſuo intereſſe docuerit, Lancell. *d.cap.4.in præfat.num.*185.
verſ.& melius ad propoſitum. Nec valet reſponſio ex aduer-
ſo data, quòd ibi loquatur in diuerſis terminis ſcilicet
quando quis non fuit ſimpliciter admiſſus ad cauſam,
ſed cùm clauſula, *conſtito de ſuo intereſſe*: nam Lancell.*dict.*
*num.*185.purè loquitur & cùm *num.* 184.meminit d.clau-
ſulæ, id facit quia ſemper de ſtylo apponitur; quia non
niſi conſtito de intereſſe debet admitti: ideóque *d. num.*
185.ſimpliciter ait non admitti niſi conſtet de intereſſe,
non habens reſpectum ad clauſulæ appoſitionem, ſed
ad id quod fieri debet: certum enim eſt generaliter, abſ-
que illius clauſulæ appoſitione, tertium non poſſe le-
gitimè admitti ad cauſam, niſi conſtito de ipſius intereſ-
ſe, & vocatis iis quorum intereſt, per tradita à Gail.*obſer-*
*uat.*69.*lib.*1. Hartman.Hatt.*tit.de actore, q.*10.*incip.quilibet*
tertius Ioſeph. Ludon.*deciſ.*Peruſ.26.*nu.*1.*dec.Gren.*143.*n.*
5.Marant.*part.*4.*diſt.*9.*num.*178.Bernard.Grenen.ad Gail.
d.obſeruat. 69. alias non dicitur lis pendere ad effectum
attentatorum, contrà Rem. Lancellot.*d.cap.*4 *in præfat.*
num. 185. imò probatio intereſſe debet eſſe præambula,
& præcedere admiſſionem, propter ſuſpicionem frau-
dis & colluſionis, & ne ipſa interuentio fiat malitioſè,
Gail.*d.obſeruat.*69.*num.*4.*& ſeq.& obſeruat.*70.*nu.*23.*lib.*1.
quæ multo magis & certiſſimè procedunt ſi pars ſe op-
poſuerit aduerſus tertium interuenire volentem, quod
tertij non interſit, in quo caſu nunquam debet admitti
tertius, niſi conſtito de iure ſuo, ſaltem ſummariè, hoc
eſt ſemiplenè, Gail.*d.obſeruatione* 69.*num.*3.4.*& d.obſeruat.*
70.*num.*23.quæ probatio intereſſe ſummaria & ſemiple-
na, propter fraudis colluſionem introducta eſt, Gail.
*d.obſeru.*69.*num.*5. qualis colluſio inter d.Dominum Ad-
uocatum & Antonium clariſſimè in articulis oſtendi-
tur. At hoc caſu nullo modo conſtiterat de intereſſe d.
Domini Aduocati, ſola enim aſſertio eius aderat: imò
nec aſſerebat ſimpliciter, ſed petebat communicatio-
nem vt ſciret, an ſua intereſſet, nec potuit ſcire niſi poſt
12. Maij, quo attentatoriè communicationem habuit;
quo tempore iam d. homagium reparatum erat: ſed &
tantum abeſt vt ex viſione d.actorum potuerit exiſtima-
re ſua intereſſe, aut de eo docere, quin potiùs totum
contrarium ſibi conſtitit, nimirum hoc feudum ſemper
fuiſſe & eſſe ad inſtar allodialium, ſicut alia feuda Co-
mitatus. Quare cùm non poſſit dici d. Dominus Ad-
uocatus admiſſus ad cauſam, nec quoad eum lis pende-
re, corruunt omnia, quæ in contrariũ proponuntur.

Sed demus admiſſum, quid inde? quoad d. repara-
tionem circa traditionem nihil inferri poteſt, cùm de ea
non ageretur, & eſſet res omninò ſeparata, vt ſuprà *in* 8.
fund. docuimus: traditio verò realiter ſequuta poſt ap-
pellationem eſt actus conſequutiuus homagij repara-
ti, quoad verò d.clauſulam, *pro ſe, ſuis hæredibus, &c.* ni-
hil innouatum fuit, vt ſæpè ſuprà dictum eſt, & aliàs
reſpondetur, *vt in* 10 *fund.& ad* 1. *&* 2.*caput.* Nec non per
omnia ſupradicta vndecim fundamenta, quibus ſingu-
lis admiſſio, quantumuis legitimè facta fuiſſet, quæ nul-
la fuit, non poſſet operari, vt aliqua hic eſſent attentata,
quæ nulla ſunt, & ſi eſſent, eorum non eſſet habenda
ratio, minúſque poteſt impedire articulorum admiſſio-
nem, & inſtrumentorum productionem.

CON-

CONSILIVM XII.

ARGVMENTVM.

AN, & quandò reſcriptum de ſubreptione vel obreptione impugnari poſſit? Caſus aliqui, in quibus vitium attentatorum ceſſat.

SVMMARIVM.

1 *Tantum ſuppreſſa reſcriptum vitiant, quæ ſi expreſſa fuiſſent, Princeps vel non, vel ſaltem difficilius conceſſiſſet.*

2 *Et cùm relinquitur arbitrio Iudicis, quales ſint illæ qualitates, ob quas Princeps vel non, vel difficilius conceſſiſſet.*

3 *Id tamen arbitrium ſecundùm canones juris, rationis, & æquitatis regulari debet.*

4 *Ita vt pure omiſſum eſſe debeat, ex omiſſa eſſe talia, quæ ſi expreſſa fuiſſent, Princeps reſcriptum non eſſet conceſſurus.*

5 *Ex eo quod Princeps ampliando dixit, non poteſt argui ſubreptio.*

6 *Actus, conſequutiuus ſententiæ, ſaltem ante inhibitionem, fieri poteſt citra vitium attentatorum.*

7 *Quando appellatio eſt notoriè friuola, Iudex poteſt vlterius procedere citra vitium attentatorum.*

8 *Quando concedens, ſaltem in genere, ſcire potuit quod tacitè intuſit, tollitur vitium ſubreptionis.*

9 *Qui vult antecedens, vult etiam conſequens.*

10 *Vbi res eſt ſeparata ab ea, de qua eſt lis, ſi quid fiat etiam poſt inhibitionem, non dicitur attentatum.*

11 *Qui continuat, non dicitur attentare.*

12 *Feuda in Comitatu Venayſſino, & omnibus prouinciis cis Alpes conſtitutis, fuerunt ſemper, & ſunt ad inſtar allodialium.*

13 *Dictio,* omnibus, *& dictio,* quibuſcumque, *etiam in materia feudali æquiparantur.*

14 *Dictio,* ſucceſſoribus, *& dictio,* hæredibus, *etiam in materia feudali idem ſonant.*

15 *Domini Caſtri non ad homagium ante traditionem Caſtri admittuntur, quam non niſi requiſiti & ſub qualitate incontinenti illud reſtituendi facere tenentur.*

Vbi circa ſubreptionem reſcripti eſt aliquid dubium, is cui dirigitur, Superiorem conſulere debet.

EPiſtola Illuſtriſſ. Card. Borgheſij Legati, de mandato S^mi^ D. N. P. cum inſerta ſupplicatione ad Reu. P. V. tranſmiſſa, ad fines imponendi ſilentium Fiſco in cauſa quam Dominus Aduocatus Fiſcalis Auenionenſis, juncto ſecum Illuſtr. Dom. Antonio de Simiana dom. de Cederon, mouit aduerſus Illuſtrem Dom. Franciſcum de Simiana dom. de Coſta vti patrem & legitimum adminiſtratorem perſonæ & bonorum Ioachimi ejus filij infantis, vitio ſubreptionis nullo modo impugnari poteſt, non obſtantibus in contrarium adductis; quinimò d. impoſitio ſuum ſortiri debet effectum: Neque † enim omnis falſi expreſ-
1 ſio, vel veri omiſſio, facit reſcriptum ſubreptitium, ſed tantum illa ſuppreſſa reſcriptum vitiant, quæ ſi expreſſa fuiſſent, Princeps vel non, vel ſaltem difficiliùs conceſſiſſet, *c. dudum, de elect. c. ſuper literis, c. poſtulaſti, de reſcript.* Iaſ. *in l. 1. n. 2. C. ſi contra jus vel vtilit. publ.* Deci. *conſ. 41. n. 9.* Gozad. *conſ. 6. nu. 6.* Crauet. *conſ. 296. col. 4. in fin.* Afflict. *deciſ. 191. n. 7.* Put. *deciſ. 232. nu. 3. lib. 1.* Valaſc. *conſ. 60. n. 5.* Farin. *conſ. 94. nu. 5.* Nec inducitur ſubreptio ex taciturnitate eorum, quibus expreſſis adhuc veriſimiliter Princeps conceſſiſſet, Aleiat. *conſ. 105. n. 2. lib. 5.* Grat. *reſp. 13. n. 16. lib. 1. & reſp. 144. n. 11. lib. 2.* Et cum DD. contendunt † relinqui arbitrio judicis quales ſint 2
illæ qualitates, ob quas Princeps vel non conceſſiſſet, vel difficiliùs conceſſiſſet, quarumque taciturnitas vitium ſubreptionis producit, vt Abb. *in c. de conqueſt. de reſtitut. ſpoliat.* Felin. *in c. cæterum, n. 4. de reſcript.* Decius *d. c. ſuper literis, num. 9.* Socin. jun. *conſ. 95. num. 71. lib. 3.* Tiraq. *in tract. ceſſante cauſ. limit. 1. n. 15.* Rebuff. *in comment. ad Reg. conſtit. tom. 2. tit. de reſcript. n. 94.* Bero. *in c. 1. n. 41. in fin. de reſcript.* Menoch. *de arb. jud. ſent. cent. 3. caſ. 202. n. 1. & 2.* Id tamen † arbitrium Iudicis debet regulari ſe- 3
cundùm canones juris, rationis, & æquitatis, Menoc. *lib. 1. q. 13. n. 15.* nimirum vt hujuſmodi difficultas, quam probabiliter facturus eſſet Princeps, proueniat ex juris diſpoſitione, ſtatuente concedi reſcriptum non debere ſi exprimeretur quod ſuppreſſum eſt. Non enim † omnia tacita, quæ Principem retraxiſſent, aut diffi- 4
ciliorem reddidiſſent à conceſſione gratiæ, inducunt ſubreptionem: ſed illa tantùm, de quibus jure cautum reperitur, quòd eorum expreſſione facta Princeps gratiam non conceſſiſſet, Bellam. *deciſ. 699. incip. concluſio exerd Rotam, col. 8. verſ. tertio principaliter,* Rota Rom. *in nouis, deciſ. 32. alias 468. n. 5. de reſcript. & deciſ. 21. alias 331. n. 7. in princip. de præben.* Felin. *in c. poſtulaſti n. 1. col. 4. in princ. verſ. declara etiam, de reſcrip.* Curt. jun. *conſ. 27. in fin. & conſ. 32. n. 11.* eandemque ſententiam amplectitur Additio ad Decium *d. conſ. 41. nu. 9.* Farin. *d. conſil. 93. n. 6.* poſt multos, quos refert & ſequitur. His autem veris in jure exiſtentibus, vt veriſſima ſunt, facili negotio tolluntur, quæ in contrarium proponuntur.

Nam, quoad quidem d. Dom. Antonium, is nulla ratione d. epiſtolam de ſubreptione impugnare poteſt, cùm intereſſe, ſi quod habet, fuerit nominatim reſeruatum, Felin. *d. c. ſuper lit. n. 11.* & præterea cùm d. Dom. Aduocatus nullam legitimam ſubreptionem allegare poſſit, vt mox docebimus, nec quoque d. Dom. Antonius, qui ſe illi adjunxit. Quoad verò d. Dom. Aduocatum, is pariter d. epiſtolam defectu ſubreptionis, aut obreptionis impugnare minimè poteſt. Nec enim obſtat quod primo loco opponitur, videlicet in hac cauſa non agi, an feudum ceciderit in commiſſum, de quo tamen epiſtola mentionem facit, ſiquidem hujuſmodi oppoſitio eſt omnino vana: nam cùm, ex narratis in precibus, poſſet elici, d. Dominum Aduocatum potuiſſe prætendere hoc feudum cecidiſſe in commiſſum, Princeps enixam ſuam voluntatem demonſtrando & ampliando expreſſa etiam ſuper hoc ſilentium imponit, Felin. *in d. c. ſuper literis, nu. 9.* & ex eo quod † 5
Princeps ampliando dixit, ſuppreſſio argui non poteſt, & quæ in augmentum conceduntur non debent operari diminutionem, *l. legata inutiliter, ff. de adem. legat.* Bec. omninò videndus *conſ. 111. nu. 41.* Ideóque pœnas attentatorum omnes ſuſtulit, quamuis de illis in precibus non fuiſſet facta mentio, quòd ſcilicet ex narratis in eis elici poſſent. Nec ad eas pœnas ſe reſtrinxit, reſeruando enim ſolùm jus Domini de Cederon, Fiſcum omninò excluſit ratione nullitatis homagij & reformationis ejuſdem, & traditionis Caſtri.

Non obſtat ſecundò quod opponitur, non fuiſſe

narratum traditionem realem Caſtri fuiſſe ſequutam
19. Maij, non obſtante eo quòd appellatum fuerat die
6 præcedenti, die ſcilicet 18. Nam reſpond. 1. fuiſſe † actum
conſecutiuum reparati homagij, qui non obſtante ap-
pellatione à ſententia, quantumuis definitiua, ſaltè ante
inhibitionem, poteſt fieri citra vitium attentatorum; &
talis actus conſecutiuus non dicitur attentatorius, Lan-
cell. *de attent. lite pend. par. 2. cap. 4. limit. 5. num. 4. 8. & ſeqq.*
Pariſ. *conſil.* 172. *num.* 12. *lib.* 4. Ergo ſiue narratum fuerit
ante vel poſt traditionem, fuiſſe appellatum, hoc non
poteſt inducere ſubreptionem. Secundò reſp. appel-
lationem huiuſmodi notoriè fuiſſe friuolam, & quoad
d. caput traditionis Cameræ damnoſam, quo caſu ea
7 non obſtante † Iudex potuit vlterius procedere citra
vitium attentatorum, Rota Rom. *in nouiſ. deciſ.* 412. Guid.
Pap. *quæſt.* 213. *num.* 6. *& qu.* 436. *num.* 21. *& conſil.* 4. *num.* 3.
Rebuff. *in conſt. reg. tom.* 3. *tit. de appellat. num.* 47. Ergo etſi
omiſſum fuerit, interpoſitam fuiſſe ante traditionem, id
non poteſt inducere ſubreptionem. Tertiò, quia cùm
narratum fuerit decretum reparationis, illiuſque execu-
tio per promiſſionem facta potuit ſummus Pontifex
& debuit credere, etſi interpoſita fuiſſet appellatio, ea
nonobſtante, realiter quoque ſequutam traditionem. At
8 verò ſubreptionis † vitium tollitur, quando concedens,
ſaltem in genere, ſcire potuit quod tacitè ineſt, Crauet.
conſil. 79. *num.* 8. & Crauetam ſequitur Rota Rom. *in no-
uiſſ. deciſ.* 612. *num.* 13. *lib.* 3. Quartò, quia cùm ſummus Pō-
tifex voluerit ſilentium imponere circa reparationem
homagij. & promiſſionem traditionis clauium, voluit
quoque circa traditionem realiter ſequutam, etſi poſt
9 appellationem interpoſitam: qui † enim vult antece-
dens, vult quoque conſequens, *l. 2. ff. de iuriſd. omn. iudi-
cum.* Surd. *deciſ.* 215. *num.* 5. *& deciſ.* 239. *nu.* 12. Farin. *eo conſ.*
93. *num.* 8. vbi conceſſa gratia, cenſentur etiam conceſſa
acceſſoria, & conſequutoria eſſe expreſſa, quando ſine
illis gratia eſſet ineſſicax. Quintò nun repentur iure
cautum, ſi narratum fuiſſet, huiuſmodi traditionem
realem factam poſt appellationem, ſummum Pontif. d.
impoſitionem non conceſſurum, & ſic non poteſt ex eo
induci ſubreptio ex *d. deciſ.* Bellam. 698. & Farinac. *d.
conſil.* 93. *num.* 6. & aliis ſuprà citatis: quinimò ex eo quòd
noluit d. Franciſcum, ſeu Ioachimum filium, moleſtari
ratione d. reparationis, noluit quoque ratione exequu-
tionis eiuſdem, etſi poſt appellationem factæ: cùm enim
cognouerit nullum damnum Cameræ, imò cōmodum
ex d. reparatione obueniſſe, idem exiſtimandum eſt de
executione reali, etſi poſt appellationem, ita vt ex hu-
iuſmodi omiſſione nihil imaginari poſſimus quod Sum-
mum Pontificem à d. impoſitione ſilentij legitimè re-
traxiſſet. Poſtremò, etſi vellemus ſimpliciter conſidera-
re, an Summus Pontif. difficiliùs conceſſiſſet, ſi narra-
tum fuiſſet poſt appellationem, d. traditionem factam,
planè manifeſtum eſt, quòd non propterea minùs con-
ceſſiſſet: Nam cùm ratione reparationis, & d. promiſſio-
nis noluerit d. Ioachimum moleſtari, nec quoque ra-
tione d. traditionis ſequutæ, quam voluiſſet fieri, ſi facta
non eſſet, cùm reparationem approbauerit. Igitur ex-
preſſio, quòd appellatum fuiſſet poſt & non ante d. rea-
lem traditionem, eum difficiliorem non reddidiſſet,
cùm, vt dictum eſt, promiſſionem approbauerit, & om-
nia attentata ſuſtulerit. Farin. *d. conſ.* 93. *num.* 8.

Nòn obſtat tertiò ſi dicatur, quòd lis pendebat inter
d. Dom. de Cederon agentem & d. Dom. de Coſta ſe
defendētem ratione d. feudi Caſtri-noui, in qua de mē-
ſe Martio 1609. d. Dom. Aduocatus cōparuerat, quódque,
ea pendente, d. reparatio homagij die 7. Maij ſe-
quente fuerat facta, quæ omnia fuerunt in d. precibus
omiſſa. Nam reſp. eorum omiſſionem, nullam poſſe in-
ducere ſubreptionem, quia d. reparatio homagij circa
promiſſionem traditionis clauium erat † res omninò 10
ſeparata à d. lite pendente inter d. Dominos de Cede-
ron & de Coſta, nihilque cum ea commune habebat,
& ideò citra vitium attentatorum, non obſtante d. litiſ-
pendentia, fieri potuit, Lancell. *de attent. lit. pend. par. 2. ca.
4. limit. 2. num. 1. & ſeqq.* Nam illi iudicio, cui non obſtat
ſententia, nec litiſpendentia obeſt, Lancell. *ea limit. 2. nu.
2. & ſeqq.* & actus factus in cauſa ſeparata & diuerſa ab
ea in qua fuit facta inhibitio, non poteſt dici attentatus,
Deci. *conſ.* 33. *num.* 4. *& ſeqq.* Pariſ. *conſil.* 39. *num.* 28. *& conſil.*
108. *num.* 3. *lib.* 1. Lancell. *de attent. poſt inhibitionem par.* 2.
cap. 20. *limit.* 5. vt fusè, in cedula iuris ſuper admiſſione
articulorum producta, edoctum fuit, idque eo magis,
quòd quicunque tandem viciſſet, huiuſmodi promiſſio
facienda erat, non mirum ſi, ea non obſtante, d. Fran-
ciſcus qui erat & eſt in poſſeſſione, de ea facienda requi-
ſitus, eam potuit & debuit facere. Præterea d. Dom.
Aduocatus comparuerat quidem in cauſa principali, &
communicationem actorum petierat, vt ſciret an fiſcus
aliquod intereſſe haberet, quòd ſcilicet d. Dom. de Ce-
deron prætenderet d. feudum eſſe maſculinum, d. Dom.
de Coſta contrarium aſſerente (ſed de traditione cla-
uium & reparatione homagij ne verbum quidem in
tota lite,) vt conſtat ex requiſitione d. Dom. Aduocati,
& illi decreta fuerat per Illuſtriſſ. tunc Vicelegatum, ab-
ſente & non vocata parte: ſed cùm hoc decretum per-
ueniſſet ad notitiam Procuratorum d. Dom. de Coſta,
ei ſe oppoſuerunt & rationes deduxerunt, cur d. com-
municatio d. Dom. Aduocato decerni non deberet, eò-
que res adducta, vt ordinatum fuerit portari ad fines ſu-
per hinc inde petitis prouidendi, ita vt etiam quoad
cauſam principalem non potuerit induci litis pendentia
quoad d. Dom. Aduocatum; vt fusè etiam in d. ſcedula
edoctum fuit: ex quibus conſtat nullam inde ſubreptio-
nem elici poſſe.

Non obſtat quod quarto loco dicitur, non fuiſſe fa-
ctam mentionem homagij Giraudi Amici de an. 1364.
Berengarij de an. 1411. & Ludouici de anno 1422. in
quibus dictio vniuerſalis non adeſt, quæ ſi fuiſſent ex-
preſſa, Summus Pontif. non conceſſiſſet impoſitionem
ſilentij circa reparationem homagij factam ſub clauſu-
la, *pro ſe, ſuis hæredibus & ſucceſſoribus quibuſcumque*: Nam
reſpondetur, de hoc non agi, ſed de impoſitione ſilen-
tij circa traditionem clauium ſeu Caſtri, ita vt inde nihil
ad quæſtionem noſtram inferri poſſit; & id ipſum eſt de
quo quæritur in negotio principali, cuius iudicium ex-
pectandum eſt. Deinde reſp. eam clauſulam debuiſſe
apponi cùm ageretur de reparando homagio de anno
1605. præſtito, in quo hæc clauſula appoſita fuit, quæ
propterea repeti potuit & debuit in reparatione citra
vitium attentatorum, † qui enim continuat non atten- 11
tat. Verall. *deciſ.* 5 *par.* 1. Lanffr. Balb *deciſ.* 447. & actus per
continuationem factus non dicitur attentatus, Lancell.
*par. 2. cap. 4. limit. 1. num. 1. cum multis ſeqq. & par. 3. cap. 24.
quæſt. 20. num. 1.* Tertiò reſp. d. clauſulam debuiſſe appo-
ni non ſolùm ex vi conſuetudinis generalis in tota Gal-
lia, omnibus prouinciis cis Alpes conſtitutis, & nomi-
natim in Comitatu Venaiſſino recepta, qua † feuda fue- 12
runt ſemper & ſunt ad inſtar allodialium & patrimo-
niorum quoad liberam alienationem & ſucceſſionem,
Iaſ. *in l. de quibus, num. 64. ff. de ll.* Benedict. *in c. Raynutius,
verſ. duas habens, num. 67. de teſtamentis*, & ratione cuius ſi
d. clauſula non fuiſſet appoſita, intelligi nihilominus de-
beret; ſed etiam ex vi iuris feudalis ob homagia Roſta-
gni de Sabrano, ſupradictis homagiis antiquiora, in qui-
bus dictio vniuerſalis adeſt, & quibus, ac nominatim
primo, Summo Pontif. præſtito, poſtquam ſuperiorita-
tem d. loci S. Sedi Apoſt. acquiſiuit, ſimilis omninò fuit
d. reparatio; dictio enim, † *omnibus & quibuſcunque* in lite 13
ſeu-

Digitized by Google

feudali æquiparantur, & vtraq; feodum merè & abſolutè hæreditarium conſtituit, Thom. de Mar. *de differ. feud. hæred. n. 8.* Tyb. Decia. *reſp. 3. nu. 174. lib. 4.* adeò vt, cum clauſula; *qui de jure ſuccederet*, non tamen in principali diſpoſitione, ſed tantum in vno ex capitibus exequutiuis, nec dictioni vniuerſali, ſed dictioni, *Ego*, & ſic ampliatiuè, nòn reſtrictiuè ſubjecta in antiquiſſimis homagijs, & nominatim in d. homagio Roſtagni, appoſita fuiſſet, ab eaque diſceſſum à centum & vltra annis, vt patet ex homagio Melchioris de anno 1506. Janſani de an. 1536. Joachim; de an. 1556. & in d homagio de anno 1605. de cujus reparatione agebatur: Nihilominus d. Franciſcus, vt omnem cauillationis cauſam tolleret, eam in d. reparatione, eodemque loco, forma, & modo apponi curauit, quibus erat in d. homagio Roſtagni, atque præſertim quod ſiue jus feudale, ſiue d. conſuetodinem, vt debemus, conſideremus ea nihil ſibi nocere poſſet, vt in negotio principali deductum fuit, & tempore, & loco in jure veriſſimum eſſe docebitur. Nec opponendum eſt, homagium Giraudi Amici de an. 1244. in eo enim dictio vniuerſalis non

14 minùs ac in d. homagio Roſtagni adeſt, & dictio, † *ſucceſſoribus*, etiam in materia feudali idem ſonat ac, *hæredibus*, A Perrio *conſ. 4. n. 17. verſ. & ſic apparet*, Intrigl. *de feud. cent. 1. q. 48. n. 51. & ſeqq.* & quatenus non ita clarum eſſet, quod tamen clariſſimum eſt, declarationem acciperet à d. homagio Roſtagni, eoque primo S D N. P. & fine proteſtatione præſtito, Tyb. Decian. *conſ. 58. nu. 60. lib. 1.*

Non obſtat quod quinto loco dicitur, in d. lite non agi de contentis in precibus & epiſtola, ſed an hoc feudum ſit ex pacto & prouidentia ad maſculos tantùm & agnatos tranſitorium. Nam reſp. de contrario apparere ex ſcedula appellatoria per d. ſubſtitutum Dom. Aduocati coram d. Dom. Rectore producta, ex qua conſtat, appellationem fundari in defectu prætenſo d. promiſſionis, traditionis clauium, & nullitate homagij de anno 1605. præſtiti. Quodque d. Dom. Aduoca-

15 tus, contra tamen veritatem prætenderet † d. Franciſcum non debuiſſe admitti ad homagium, niſi prius dimiſſa poſſeſſione in manibus Officialium Cameræ, quod tamen per acta, in hac cauſa producta, non eſſe verum edoctum fuit, præſertim per homagia Roſtagni de Sabrano de an. 1324. & Giraudi Amici ejus filij de an. 1335. & traditiones Caſtri eorumdem, quæ non niſi poſt homagij præſtationem factæ fuerunt; nec mirum cùm domini d. loci non niſi requiſiti d. traditionem Rectori vel alteri ad id deputato facere tenerentur, vt patet ex d. homagio de an. 1244. & Roſtagni, facto Abbati, de an. 1321. & ſententia ſuper repoſitione dictionis, *requiſitis*, lata de an. 1336. & 12. Januarij, quod ſolùm omnem rationem poſſeſſionis excludit, cum quòd nominatim, & diſertis verbis in d. homagijs Roſtagni de an. 1321. & 1324. dicitur, d. traditionem fieri in ſignum majoris dominij, non autem poſſeſſionis, aut alterius rei cauſa. Deoique, quia Caſtrum incontinenti domino erat reſtituendum, & non niſi ſub ea qualitate fiebat, vt patet ex omnibus homagijs, in quibus fit mentio d. traditionis, & qui dominus manebat ſemper intra Caſtrum; nec à ſua poſſeſſione diſcedebat, immò ſemper in ea permanebat, interim dum ceremoniæ fiebant, vt patet ex d. traditionibus d. Roſtagni & Giraudi Amici. Reſp. etiam poſito & non conceſſo, aliquam eſſe ſubreptionem in d. capite, an ſit feudum ex pacto & prouidentia, cùm id omne ſeparatum ſit à capite traditionis Caſtri, quæ debuit fieri, cujuſcumque tandem naturæ ſit feudum, ſequitur non proptereà minus ſilentij impoſitionem operari debere effectum ſuũ circa d. traditionem, Menoch. *præſumpt. lib. 5. c. 21.* Maſcar. *concl. 741. n. 11.* Poſtremò reſp. id ipſum eſſe de quo agitur in lite principali, cujus definitio expectanda eſt. Nec nocet quod Reuer. Dom. Rector d. reparationem ſub d. clauſula, *quibuſcumque*, faciendam eſſe decreuit; nam aliud agens, & inſequendo tenorem d. homagij de an. 1605. fecit, ſed prætereà ita debuit facere nedum ratione d. conſuetudinis, ſed etiam ob d. homagium Roſtagni de anno 1324. vt ſuprà demonſtratum fuit. Et prætereà cùm in prædicto decreto dictum fuerit, vt d. caput reparatum inſereretur d. homagio de an. 1605. nec id ſine d. capite expediretur, ideoque eſſet pars illius, proteſtatio in eo appoſita impedit quò minùs ex eo vllum præjudicium fiſcus habere poſſit, præſertim cùm d. Franciſcus d. reparationem fecerit in vim d. ordinationis, & ſic ſub ea qualitate vt eſſet pars d. homagij, ideoque modo, ſi quod jus ex eo decreto ſibi quæſitum eſſet, renuntiauit.

Non obſtat poſtremò ſi dicatur, pœnas attentatorum ſolùm remiſſas, ſed in cæteris fiſco ſilentium non eſſe impoſitum. Reſp. enim, pœnarum fuiſſe factam mentionem ad majorem voluntatis ſummi Pontiſ. declarationem, quamuis earum in precibus non fuiſſet facta expreſſa mentio; ſed reuera omninò Fiſco fuiſſe ſilentium impoſitum, vt ex tenore epiſtolæ patet, præſertim cùm reſeruet tantum intereſſe d. domini de Cederon: ex quo excluditur omnimoda Fiſci prætenſio *l. cum Prætor, ff. de judic.* cum ſimilibus; ijs omnibus addenda generalis reſponſio, quæ reſultat ex ſuprà præſuppoſitis in jure, nimirum in his omnibus, quæ opponuntur, nihil eſſe quod expreſſum ſit in jure. Quod ſi dictum eſſet, Princeps non eſſet conceſſurus ex d. Bellam. *deciſ. 698* & Farinac. *conſ. 93. n. 6.* & etiam ea doctrina ſecluſa, quæ tamen veriſſima eſt, nihil eſſe omiſſum; quod ſi dictum fuiſſet, ſummum Pontiſ. vel retraxiſſet à conceſſione, vel difficiliorem reddidiſſet, vt ad oculum patet, & vbi aliquod eſſet dubium, quod tamen nullum eſt, Reuer P. V. ſummum Pontiſ. conſulere deberet, vt ejus mentem ſcire poſſet, prout in his terminis ſcripſerunt Couar. *variar. reſol. lib. 1. c. 20. nu. 8. ad fin.* Alciat. *c. cùm non ab homine, n. 43. de judic.* & Farin. *d. conſ. 93. n. 6.* & cùm recurſum eſſet ad Sanctiſ. Procuratore d. dom. de Cederon citato & audito, mandauit ſcribi ſecundò Reuer. Mancino tunc Auditori, nunc Epiſcopo Cauall. vt, his non obſtantibus, impoſitionem ſilentij exequeretur, quod & fecit, imponendo perpetuum ſilentium Fiſco tam ſuper nullitate homagij, quàm attentatis & pœnis inde prætenſis, & quod decretum impoſitionis ſilentij ſortitum fuit effectum.

CONSILIVM XIII.

ARGVMENTVM.

QVando remedio *l. vlt. C. de edict. diui Hadr. toll.* non ſit locus.
De remedijs poſſeſſorijs in majoratibus dandis, vel non.
Dum controuerſia eſt de feudo, quis interim mittendus ſit in poſſeſſionem?
Quando vaſallus propria authoritate poſſeſſionem apprehendere poſſit?

SVMMARIVM.

1 *Remedium* l. vlt. C. de edict. Diui Hadri. toll. *non datur niſi ei, qui ex teſtamento vocatur.*
2 *Sed nec teſtamento vocato, ſi in re certa inſtitutus ſit, non datur.*
3 *Nullum remedium poſſeſſorium de iure communi datur ei, qui maioratum ex præſcriptione prætendit.*
4 *Cùm controuerſia eſt de feudo inter filiam & agnatum, interim filia mittenda eſt in poſſeſſionem.*
5 *Traditio Caſtri ſeu clauium per dominos Caſtri-noui Giraudi Amici fit in ſignum ſupremi dominij, non ratione poſſeſſionis, vel alicuius iuris à Camera conſequendi.*
6 *Qui ex ſucceſſione feudum conſequitur, poſſeſſionem illius propria authoritate, etiam ante vllam homagij præſtationem apprehendere poteſt.*
7 *Cùm proceſſus eſt ſuper poſſeſſorio & ſuper petitorio inſtructus, qui in petitorio melius ius fouet, obtinere debet.*
8 *Etiam in remedio recuperandæ ſi non ſolùm de non iure ſpoliati, ſed etiam de iure ſpoliantis conſtet.*

EX narratiua commiſſionis per Sanctiſſ. D. N. Reuerendiſſ. Alexandro Ludouiſio directæ, circa litem vertentem inter Illuſtrem Dom. Antonium de Simiana, & Illuſtrem Dom. Franciſcum de Simiana Dom. de Coſta, pro & nomine Ioachimi filij ſui, domini Caſtri-noui, ratione feudi D. Caſtri-noui, elicitur d. Dom. Antonium habere animum impugnádæ poſſeſſionis d. feudi, in qua D. Ioachimus eſt, & permanſit iam ab ann. 1606. & 30. Octob. quod qua ratione faciat non video; cùm nullum remedium poſſeſſorium D. Antonio competat, & D. Ioachimus, quatenus non eſſet in poſſeſſione, in eam mittendus eſſet, vt fusè docuimus *in conſ. 1. à num. 1. vſque ad num. 3. & conſ. 3. à num. 1. vſque ad num. 12. incluſiuè*, præſertim quòd primogenitura, quæ prætenditur, eſt de re certa, ſcilicet feudo Ca-
1 ſtri-noui aliter quàm teſtamento inſtituta. At † verò certiſſimum eſt *l. vltim. C. de edict. Diui Hadri. tollen.* non dari niſi ei, qui ex teſtamento clarè vocatur, vt omnes DD. concludunt *in ea l. final.* & in ſpecie Alexand. *nu. 22.* Iaſ. *num. 23.* Deci. *num. 39.* Roland. *conſ. 20. nu. 5. lib. 1.* Me-
2 noch. *adipiſcen. remed. 4. num. 56. & 86.* & † inſtituto, in re tamen certa, in teſtamento, denegari, Menoch. *d. loco nu. 132.* & in terminis maioratus Auendan. *ad ll. Tauri l. 45. gloſ. 8. num. 3. & 2.* & Molin. *de primog. lib. 3. cap. 13. num. 50.*
3 *& 51.* † nullúmque remedium poſſeſſorium de iure communi dari ei, qui maioratum etiam feudalem ex præſcriptione inſtitutum prętendit, vt Auendan. & Molin. d. locis oſtendunt. Et, his omnibus ceſſantibus, dum † controuerſia eſt inter filiam & agnatum, filia interim
4 eſt mittenda in poſſeſſionem, multò fortiùs manutenenda, *ex cap. 1. § [illegible] inter filiam ſi de feud. defunct. fuerit controuerſia inter dominum & agnatum*, Dec. *conſ. 390. num. 9. & conſ. 424. per totum, & conſ. 498. num. 3.* vbi Apoſtillator id ampliat, etſi per ſtatutum poſſeſſio feudorum ipſo iure transferretur. Afflict. *deciſ. 119.* & ibi de Vrſillis ſequens d. ampliationem Roland. *conſ. 1. num. 65. cum ſeqq. lib. 1. & conſ. 2. per totum, lib. 3.* & alij *d. conſ. 3. num. 8.* quod tam in feudo ſæculari, quàm eccleſiaſtico procedit, immò faciliùs; vt in terminis, reprobato Menochio, docent Roſental *de feud. cap. 7. qu. 53. num. 2.* & de Benign. *in obſeruat. ſtat. Imperij conſ. Teſtament. feud. tom. 13. num. 65. cum ſeqq.* qua de re *d. conſ. 3. num. 11.* ideoque d. Dom. de Cederon cùm in principio ſuorum articulorum intentaſſet remedium *d. l. vlt.* ſtatim ſubiicit petitorium, & ad id concludit, ſatis animaduertens nullum remedium poſſeſſorium ei competere.

Sed exiſtimo, cauſam ſumpſiſſe faciendæ mentionis d. poſſeſſionis Ioachimi, ex lite quam intentarat Aduocatus Fiſci Auenion. ratione prætenſæ nullitatis homagij Ioachimi, de ann. 1605. ac reparationis eiuſdem, & attentatorum per ipſum prætenſorum, cui ſe immiſcuerat d. Dom. de Cederon pro ſuo intereſſe, quæque lis ſopita fuit per decretum impoſitionis ſilentij per Reuerend. Dom. Cauall. tunc auditorem legationis, de mandato expreſſo, eóque geminato S. D. N. Papæ factum, ſaluo tamen intereſſe d. Dom. de Cederon, quod in literis etiam Sanctiſſimi reſeruabatur. Ex eo igitur forſan prætendit illegitimam d. Ioachimi poſſeſſionem, quod ad d. homagium de ann. 1605. admiſſus, & in poſſeſſionem miſſus fuerit traditione Caſtri, iuxta ſolemnitatem antiquam in manibus officialium Cameræ non facta; imò nec ea in d. homagio promiſſa, cuius tamen promiſſio in omnibus antiquiſſimis homagijs adeſt. Sed ad id varijs modis

Reſpondetur: † Primò, d. traditionem Caſtri nullo 5
modo fieri ſolitam ratione poſſeſſionis, vel reſpectu alius, ideóque nullam ex defectu eiuſdem illegitimitatem poſſeſſionis inferri poſſe, quod docetur primò, ex eo quòd ea traditio non fiebat niſi requiſiti eſſent domini, ita vt nunquam requiſiti, nunquam facere tenerentur, vt conſtat ex homagio Giraudi Amici de anno 1244. & Roſtagni de Sabrano facto Abbati de an. 1321. & ſententia ſuper repoſitione dictionis, *requiſiti*, omiſſa, lata de anno 1336. & Ianuarij. Secundò, quòd fiebat ab eo, qui erat iam in poſſeſſione & à qua nunquam deſiſtebat, ſed interim dum ceremoniæ in turri fierent intra caſtrum, in aula ſcilicet eiuſdem manebat, vt conſtat ex omnibus traditionibus, præſertim Giraudi Amici de ann. 1335. & 12. Martij. Tertiò, quia fiebat cum proteſtatione, & qualitate, vt incontinenti claues ſeu Caſtrum reſtitueretur, & ſic conditionaliter & qualitatiuè, ita vt niſi incontinenti reſtitueretur, non cenſeretur traditum Caſtrum, vt conſtat ex omnibus homagijs, in quibus d. promiſſionis fit mentio, vt Giraudi ſcilicet Amici de ann. 1244. Roſtagni de Sabrano 1221. & 1224. Giraudi Amici eius filij de ann. 1335. Berengarij de an. 1412. Ludouici de ann. 1422. & traditionibus inde ſequutis præſertim d. Roſtagni de ann. 1321. & Giraudi Amici de ann. 1335. Quartò, quia huiuſmodi traditio prom [illegible] fieri nedum in quacunque mutatione dominorum Caſtri-noui, ſed etiam in quacunque mutatione Summorum Pontificum, vt conſtat ex d. homagijs, quod poſtremum non fuiſſet neceſſarium, ſi ratione poſſeſſionis fieret, quia ſemel domino legitimè in poſſeſſionem miſſo, amplius in eam mittendus non erat. Quintò, quia Dominus

minus ad homagium admittebatur antequam huiuſmo-
di traditio fieret, quæ poſteà, cùm requirebatur Dom.
loci facienda erat, vt conſtat ex homagio d. Roſtagni de
Sabrano de ann. 1324. quod fit 12. Ianuarij, & nihilomi-
nus d. traditio ſeu redhibitio non fit niſi 27. Maij, & ho-
magio Giraudi Amici de ann 1335. & 13. Februarij, & red-
hibitio non fit niſi 12. Martij eiuſdem anni. Poſtremò,
quòd rem clariſſimam reddit, gratia diſertis verbis in
traditione Roſtagni, facta Abbati, de ann. 1321. & 24.
Nouembris, & alia eiuſdem facta Sanctiſſ. poſtquam ſu-
perioritatem d. loci acquiſiuit de ann. 1324. & 27. Maij,
apparet, & exprimitur cauſa, cur d. traditio fieret, nimi-
rum in ſignum ſupremi dominij, & ſic alia quàm d. poſ-
ſeſſionis, cuius propterea nulla illegitimitas ex defectu,
d. traditionis inferri poteſt.

Secundò reſpondetur, d. Ioachimum legitimè & iu-
ſtè in poſſeſſione d. feudi eſſe iam à quatuor, & vltra,
annis, tum quod eam propria authoritate capere po-
tuit, nedum quia ex vi donationis ab auo factæ, ex qua,
per ſtatuta Comitatus, nullum debetur laudemium; ſed
etiam quia hæres vniuerſalis à d. auo inſtitutus, d. feu-
6 dum conſequutus fuit: Certiſſimum † autem ſit in iu-
re, cum qui ex ſucceſſione, ſiue teſtamentaria, ſiue alia,
feudum conſequitur, illius poſſeſſionem propria autho-
ritate, etiam ante vllam homagij præſtationem, appre-
hendere poſſe, Iaſ. *in præl ud. feud. num.* 84. Vldaric. Zaſ. *in
epitom. feud. par.* 8. *num.* 63. *verſ. ſupra tertio,* Tiraq. *in tract. le
mort ſaiſit le vif, in 4. declarat. præf. num.* 4. Weſembec. *conſ.*
41. *num.* 26. Roſental. *de feud. cap.* 7. *qu.* 56. *num.* 6. Duret *aux
alliances des conſt.* §. 367. tum quod d. Ioachimus ad homa-
gium medio patris admiſſus fuit, poſt d. donationem, de
an. ſcilicet 1605. & 9. Nouemb. quo caſu certiſſimum
quoque eſt, potuiſſe propria authoritate poſſeſſionem
accipere, Vvult. *de feud. cap.* 10. *num.* 11. *fol.* 575. *lib.* 1. quin-
imò ex vi clauſularum poſſeſſionis tranſlatiuarum, in ea
donatione contentarum, poſſeſſio in ipſum tranſlata
cenſebatur. Et prætereà ex abundanti, nouo D. Ioachi-
mi Illuſtriſ. donatoris accedente conſenſu, per commiſ-
ſarium ab Illuſtriſſ. Montorio tum Legato Auenion.
deputatum, in realem & corporalem poſſeſſionem d.
loci D. Ioachimus miſſus fuit de ann. 1606. & 30. Octob.
officiales deputauit, & actus poſſeſſorios fecit qui non
niſi à veris dominis & poſſeſſoribus fieri poſſunt, d. auo
adhuc viuente: ita vt mirum ſit, quomodo dictus Anto-
nius d. poſſeſſionem controuertere tentet.

Tertiò reſpondetur, nihil intereſſe d. Dom. de Cede-
ron, an d. Ioachimus legitimè vel illegitimè fuerit im-
miſſus in poſſeſſionem; Nam cùm nullum remedium
poſſeſſorium d. Dom. Antonio competat, & vtcunque
ſit, cùm controuerſia eſt inter filiam & agnatum, inte-
rim filia mittenda ſit in poſſeſſionem, abſque dubio D.
Ioachimus in ea, in qua eſt, manutenendus eſſet, nulla
habita ratione vitij, ſi quod in d. poſſeſſione fuiſſet, quod
tamen nullum in re vera adeſt; imò omnia, quæ contra
d. poſſeſſionem proponuntur, ſunt meræ chimeræ, quas
ſibi imaginatur d. Dom. Antonius.

Poſtremò, cùm proceſſus ſit hinc inde inſtructus ſu-
per petitorio & ſuper eo actum, amplius non eſt diſpu-
tandum, an poſſeſſio ſit legitima, nécne? † nec ſuper 7
poſſeſſorio, ſed ſuper petitorio pronunciandum, & qui
in petitorio melius ius fouet, obtinere debet, nedum
in remedio manutenendæ, Dec. *conſ.* 162. *nu.* 2. *verſ. ſecun-
do poſſeſſorium*, & adipiſcendæ, Roland. à Vall. *conſil.* 1.
num. 21. *&* 26. *lib.* 1. ſed etiam recuperandæ, ſi non ſolùm
de non iure ſpoliati, ſed etiam de iure ſpoliantis conſter,
c. ad gemmas, vbi Geminianus & Francus *de reſtit. ſpoliat.
in ſex.* gloſſ. & Abbas *in c. ex parte eod. tit. in antiq.* Socin.
ſen. *in l. rem quæ nobis, ff. de acquir. poſſeſſione:* petitorium
enim abſorbere debet poſſeſſorium, adeò vt ſi ſuper
vtroque edoctum fuerit, & actor in poſſeſſorio proba-
uerit melius, reus verò in petitorio, debet iudex ſolùm
quoad expenſas in poſſeſſorio condemnare reum, non
autem ad reſtitutionem poſſeſſionis; imò pro eo de-
bet pronuntiare, per *l. dolo facit, ff. de doli except.* Alexand.
conſil. 45. *lib.* 3. *& conſil.* 159. *in princip. num.* 2. *verſ. ſecundò
lib.* 5.

CONSILIVM XIIII.

ARGVMENTVM.

De pertinentia vel impertinentia articulorum, eorúmque admiſſione, vel re-
iectione.

Quando non ſit locus remedio *l. vlt. C. de edict. Diui Hadr. tollen.*

Quando poſſeſſorium & petitorium ſimul cumulentur, & quomodo tunc ſit
ferenda ſententia.

Dum controuerſia eſt de feudo inter filiam & agnatum, quis interim mitti
debeat in poſſeſſionem, & aliis.

SVMMARIVM.

1 *Quoties de impertinentia articulorum apparet, ſunt parte petente reiiciendi, & non admittendi etiam cum clauſula,* ſaluo iure:

2 *Etiam ſtante ſtatuto, & decreto diſponente circa admiſſionem.*

3 *Articuli in dubio ſunt admittendi cum clauſula,* ſaluo iure, *ſecus ſi clarè conſtet de impertinentia.*

4 *In primogenitura iuris Francorum, filia primogeniti ſemel admiſſi excludit patruum.*

5 *Acta & documenta ſunt probatio probata, & faciunt rem notoriam.*

6 *Etiam in alia quàm iuris Francorum primogenitura, etiam ſub qualitate maſculinitatis ex filiis primi gradus inducta, modo non ſit maſculina perpetua, filia primogeniti admiſſi excludit patruum.*

8 *Articulis hinc inde productis, articuli rei continentes peremptoriam exceptionem ſunt in primis admittendi.*

9 *Remedium* l. fin. C. de edict. Diui Hadri. toll. *non datur niſi ei, qui ex teſtamento clarè vocatur.*

10 *Non autem venienti ab inteſtato, etſi per teſtes examinatos & confeſſionem partis de iure illius conſtaret.*

11 *Nec vocato ex codicillis:*

12 *Nec in re certa in teſtamento inſtituto.*

13 *Quæ etiam habent locum in maioratibus, vt ſcilicet dictis caſibus non detur remedium* d. l. vlt.

14 *De iure communi nullum remedium poſſeſſorium datur ei qui maioratum, etiam feudalem, præſcriptione inductum contendit.*

15 *Dum controuerſia eſt de feudo inter filiam & agnatum, interim filia mittenda eſt in poſſeſſionem.*

16 *In Gallia, & omnibus prouincijs cis Alpes conſtitutis, feuda fuerunt ſemper, & ſunt ad inſtar allodialium & patrimoniorum.*

17 *Remedium poſſeſſorium, quod per leges Hiſpaniæ datur, etiam quando majoratus præſcriptione dicitur inductus, ceſſat quando majoratus impugnatur, quo caſu à primis, an majoratus ſit, cognoſcendum eſt.*

18 *Quoties inſtitutione aliqua datur remedium poſſeſſorium pro majoratu, id habet cauſam proprietatis annexam.*

19 *Vt pleraque ſunt interdicta, quæ habent cauſam proprietatis annexam.*

20 *In remedio manutenenda admittitur articulus proprietatis, &* n.32.

21 *In remedio adipiſcenda non excluditur exceptio proprietatis, &* n.32.

22 *Sicut nec in remedio recuperanda; ſi actum de non jure ſpoliati, ſed etiam de jure ſpoliantis conſtet, quo caſu ſuccumbere debet actor.*

23 *Si ſententia in fauorem actoris in poſſeſſoria, & res in petitorio pronuncietur, & vterque appellauerit, appellatio etiam quoad poſſeſſoriam, habebit effectum ſuſpenſiuum.*

24 *Si cumulatum ſit poſſeſſorium cum petitorio, & actor in poſſeſſorio, reus verò in petitorio probauit melius, reus debet tantum condemnari quoad expenſas in poſſeſſorio, non autem ad reſtitutionem poſſeſſionis.*

25 *Reo faciliùs quàm actori conceditur poſſeſſorium cum petitorio cumulare.*

26 *Cùm controuerſia eſt de feudo inter filiam & agnatum, ſi filia alleget ſe vel ex natura feudi, vel ex conſuetudine, vel aliàs, feudi capacem, interim filia mittenda eſt in poſſeſſionem.*

27 *Multò magis manutenenda, ſi in ea jam ſit.*

28 *Exceptio verò quam plerique dant, ſi agnatus incontinenti de jure ſuo doceat, non procedit, niſi multis concurrentibus, de quibus ibidem.*

29 *Quando dicatur quis incontinenti probare, &* n.30.

31 *Quoties res altiorem indaginem requirit, ad petitorium rejicienda eſt.*

33 *Exceptio, petitorium concernens, non admittitur aduerſus remedium* l.fin.C.de edict.diui Hadr.*quod quomodo intelligatur* n.34.

35 *Exceptio dominij, incontinenti probandi, per poſſeſſorem oppoſita, impedit miſsionem in poſſeſsionem ex* d.l.fin.*petitam.*

36 *Vbi ſola facti veritate proceditur, proprietatis quæſtio non rejicitur, etiam in remedio recuperanda, ſi incontinenti offeratur probanda.*

37 *Tranſactio non reſcinditur ſub prætextu inſtrumentorum de nouo repertorum.*

38 *Fallit ope reſtitutionis in integrum ex juſta vel probabili ignorantia petita.*

39 *Quando primogenitura juris Francorum eſt locus, ſecundogenitus debet tantum habere vitam & militiam.*

40 *Exceptio, quæ incontinenti offertur, admitti debet aduerſus executionem inſtrumenti in forma Cameræ.*

41 *Probatio dicitur fieri incontinenti, quæ fit per inſtrumenta.*

ARticuli pro parte illuſtris & generoſi Domini Franciſci de Simiana vti patris & legitimi adminiſtratoris Illuſtris dom. Joachimi ejus filij, domini Caſtri-noui, Cauallicen.diœceſis in Comitatu Venayſſinô, donatarij & hæredis vniuerſalis, cum beneficio legis & inuentarij, Illuſtris quondam alterius Joachimi ejus aui materni, producti contra Illuſtrem Dom. Antonium de Simiana dom. de Cedeton, ad impediendum admiſſionem articulorum, tam reſpectu poſſeſſorij, quàm petitorij pro parte d.dom. Antonij contra dictos dominos Franciſcum & Joachimum productorum, & caſu quo admiſſioni d.articulorum d. Antonij locus foret, quod non creditur, ad docendum d. dominos Franciſcum & Joachimum fore & eſſe relaxandos, & definitiuè abſoluendos ab impetitis & prætenſionibus d.dom. Antonij, & ad omnes alios meliores fines ſunt admittendi, articuliqué d.dom. Antonij, tanquam impertinentes, rejiciendi, non obſtantibus quæ pro parte d.dom. Antonij, ad impediendam articulorum d.dom. Franciſci & ſuorum obtinendam admiſſionem, deducta, & allegata fuerunt, vt patet ex ſequentibus.

Quoties † enim apparet de impertinentia articulo- 1
rum, eos Judex, parte petente, rejicere debet, & non admittere etiam cum clauſula, *Saluo jure impertinentium,* Dec.*conſ.*162.Angel.*in l.in ſpeciali, ff. de rei vendic.*Grauat.ad Veſtr.*lib.*5.*c.*14.*verb.ſed cum proteſtatione,* paſſim DD.*in l. ſi duo patroni*, §.*idem Julianus, ff. de jurejur.*
quod quidem procedit † etiam ſtante ſtatuto & de- 2
creto diſponente circa admiſſionem, Rol.*conſ.*34.*lib.*3. maximè ſtatuto hujus ciuitatis, *lib.*2.*rubric.*9.*de actor. & reo comparen.art.*1. vbi cauetur, quòd actore & reo comparentibus, ſi reus exceptiones litis, ingreſſum impedientes, propoſuerit, tales exceptiones admittuntur, nec lis poteſt conteſtari, niſi eo caſu quo reus ſuas exceptiones non probauerit. At verò articulos d.Antonij eſſe hujuſmodi, ex ipſorum cum articulis d. dom. Franciſci collatione, manifeſtè apparebit, & ſpecificè, ac in indiuiduo, ex reſponſionibus ſequentibus, ad ea quæ pro parte d.dom. Antonij allegata fuerunt, datis, conſtabit.

Ad primum quidem, cùm dicitur pertinentiſſimos eſſe articulos d.domini Antonij, & probatos releuare, ac in † dubio articulos, cum clauſula, *ſaluo jure im-* 3
pertinentium, admittendos, ex Mynſing.*ſing.obſer.cent.*2.*obſeru.*90 & Maluer.ad Papienſ. *in form capit. actor. verſ.coram vobis verb.capitula*; Reſpondetur, contrarium verius eſſe, eos ſcilicet eſſe impertinentiſſimos, nec vllo modo ad probandum admittendos. Impertinentia verò eorum conſtat, primò ex eo quòd ſe fundant in prætenſa quadam, eaqúe imaginaria primogenitura maſculina, etiam in fauorem collateralium, ad excluſionem filiarum vltimo defuncti in d.loco Caſtri-noui & familia de Simiana, vt prætenditur, inducta, eamque probare intendit d. dom Antonius ex atteſtationibus & depoſitionibus teſtium coram Reuer. quondam domino Ludouico de la Sala, decano Sancti Petri, vti Commiſſario, in vim remiſſionalium eidem domino decano à Reuer. quondam Gropeto, Auditore Rotæ Rom. directarum & R.P. veſtræ in cauſa editionis exhibitarum; necnon ex prætenſa quadam deciſione, & ex ſecunda tranſactione inter d. Joachimum & Illuſtr. Ludouicum ejus patruum inita, quorum omnium ſubſignati citra illorum approbationem, niſi ſit & in quantum faciunt mentionem. At verò impoſſibile eſt per rerum naturam, vt per hujuſmodi depoſitiones, prætenſam deciſionem & tranſactionem, probetur hujuſmodi prætenſa primogenitura, cum ea nunquam ratione d.Caſtri-noui, vſque ad præſentem diem, in judicium deducta fuerit; ſed ſolùm articuli ſuper quibus fuerunt examinati d. teſtes in primogenitura juris Francorum fundantur, de qua per conſequens, & depoſitiones teſtium, & prætenſa deciſio, & ſecunda tranſactio, quatenus primogenituræ faciunt mentionem neceſſariò intelligenda ſunt; ſed de dictis deciſione & tranſactione poſtea latiùs, dum ad tertium & quintum, idqúe poſtremum ea ob-

jectis

jectis d. dom. Antonij reſpondebitur. Ex primogeni-
4 tura † verò juris Francorum, nedum fœminæ admit-
tuntur, ſed filia primogeniti admiſſ. excludit patruum,
quod tempore & loco ex innumeris Doctoribus pro-
babitur; ſed pro nunc ſufficiat allegaſſe Andr. de Iſer.
in c.1. de eo qui ſibi & hered. Tiraq. *de primag. q.14. n.1.7.*
8. Per. de Greg *de conceſſ. feud. par* 4. q. 4. Couar. *var. re-
ſol. lib. 3. c.5. n.5. verſ. rurſus ſeptimò.* Cùm igitur ex docu-
mentis, quibus d. dom. Antonius ſuos articulos pro-
bare intendit, contrarium omninò ijs, quæ in ſuis ar-
ticulis deducit, probetur, debent ij non ſolum tan-
quam impertinentes, ſed tanquam falſi, & falſitatem
continentes, rejici. Nec ad id opus eſt alia probatione,
per d. Franciſcum facienda, cùm R. P. V. in d. cauſa edi-
tionis d. articulos, atteſtationes, deciſionem, & tranſ-
actionem viderit, & quæ ſuprà dicta ſunt, veriſſima
eſſe ſciat, etſi forſan in tanta negotiorum multitudine,
quibus inuoluitur, non omninò recordetur; poteſt ſi
placet, & de eo requiritur, de nouo videre. Sed imper-
tinentia eorundem articulorum in eo maximè elucet,
quòd in illis dicitur, aliàs per collaterales maſculos fi-
liam vltimò defuncti excluſam fuiſſe: nec inficiari po-
teſt d. dominus Antonius hoc in articulis poſitū fuiſ-
ſe, cùm id tribus in locis diſertè aſſeratur, non alia, vt
exiſtimamus, mente & intentione, quàm quia dubita-
bat articulos ipſius fore rejiciendos, quod probè vide-
bat, acta, quibus nitebatur, nihil facere ad caſum no-
ſtrum, quo agitur de filia vltimò defuncti, immò de
filio ex eâdem, eoque ex parte patris agnato, quem
collateralis excludere prætendit; ideoque vt, aliquo
prætextu, admiſſionem ſuorum articulorum obtine-
ret, de d. filia per collateralem excluſa articulari cura-
uit: ſed id non eſſe verum manifeſtè patet ex docu-
mentis ipſiſmet ſuprà narratis, & per Reuer. P. veſtram
viſis, quibus d. dom. Antonius ſe juuare intendit, ex
quibus clariſſimè patet, ſemper à primo acquiſitore
d. feudi familiæ de Simiana, vſque ad vltimum, libe-
ros vltimò defuncti, collaterales autem nunquam, in
d. Caſtro-nouo ſucceſſiſſe; ita vt contra veritatem &
contenta in ipſiſmet documentis d. dom. Antonij, d.
articuli neque debeant, neque poſſint admitti ad pro-
bandum.

Secundò, impertinentia & falſitas demonſtratur, ex
eo quòd in articulis parte d. dom. Franciſci productis,
fusè & clarè docetur, prætenſam aut prætendendam
primogenituram nunquam fuiſſe aut habuiſſe locum
in d. loco Caſtri-noui, immò, à primo acquiſitore vſ-
que ad vltimum, edoctum, aut non primogenitos ſuc-
ceſſiſſe, ſed ſecundò vel tertiò genitos, aut non ſolos
eos, ſed ſimul cum fratre ſecundo genito; aut, ſi quan-
doque ſoli ſucceſſerint, id accidiſſe, quia, diuiſione in-
ter fratres facta, d. Caſtrum-nouum primogenito ob-
uenit, quia illis ita placuit; vel, quod verius, quia teſta-
mento fuit hæres vniuerſalis inſtitutus, vel ex vi dona-
tionis in contractu matrimonij appoſitæ, ex vi autem
prætenſæ, vel prætendendæ primogenituræ nunquam,
idque nos obtulimus probaturos per documenta &
acta publica, etiam incontinenti, ſi opus ſit, producen-
da, & quæ aſſeruimus nos habere præ manibus, ita vt
contra rei veritatem ex actis & inſtrumentis publicis,
5 † quæ ſunt probatio probata, & faciunt rem noto-
riam, & per quæ probatio dicitur fieri incontinenti,
Rol. à Vall. *conſ. 2. vel conſ. 98.* quod eſt duplicarum, *n.33.
lib.* 3. de Graſſ. except. *7. n.6. &* 7. non debeat d. dominus
Antonius admitti ad probationem articulorum ſuo-
rum, immò illi omninò rejiciendi ſint, & judex, qui vir
bonus dicitur, non debet permittere, vt quis contra
veritatem, de qua incontinenti conſtare poteſt, injuſtè
vexetur; quæ dicuntur etiam ſecluſa prima reſponſio-
ne, quæ tamen certiſſima & veriſſima eſt, & de per ſe
ſtat.

Poſtremò, † quia ſiue ex dictis actis prætendatur 6
probari primogenitura juris Frācorum, ſiue alia, (cùm
tamen ad vllam probandam fidem non faciant, quòd
ſi aliqua probaretur, juris Francorum & non alia pro-
baretur) etiam ſub qualitate maſculinitatis, filijs primi
gradus appoſita, modò ne ſit perpetua, etiam in fauo-
rem collateralium maſculorum, ad excluſionem filia-
rum vltimò defuncti, filia primogeniti admiſſi exclu-
dit patruum; multo magis hoc caſu, vt fusè in articu-
lis d. dom. Franciſci deductum fuit, & in jure certiſſi-
mum eſt, quod ex quinquaginta & vltra Doctoribus,
in terminis terminantibus, tempore & loco probabi-
tur: ſed pro nunc ſufficiat allegaſſe dictos Andr. de I-
ſern. Tiraq. Couar. Pet. à Greg. Jacob. de Aret. & Petr.
de Bellapertica *in l. pater filium, §. quindecim, ff. de ll.3.*
Cancer. *lib.1. tit.12. de feud. n.47. &* 49. Palaes *de maior
part.2. q.6. n.10.* Burg. à Paz *conſ. 29. per tot.*

Cùm itaque, ſecluſa omni probatione, per d. dom.
Franciſcum facienda, ex documentis, quibus d. dom.
Antonius nititur, per Reuer. P. veſtram viſis, aut de no-
uo, ſi ita ſibi videbitur, videndis, veniat omninò repel-
lendus, debent abſque dubio articuli, pro parte ſua
producti, rejici.

Nec obſtat, † quod in dubio articuli ſint admitten- 7
di cum clauſula, *ſaluo jure*, neque enim ſumus in du-
bio, ſed in claris & certis, vt ex ſuperioribus apparet,
maximè cùm, vt ſæpè dictum eſt, ex ipſiſmet documē-
tis, quibus nititur d. dominus Antonius abſque vlla
probatione, per d. dom. Franciſcum facienda, quam
tamen habet paratam, conſtet de impertinentia d. ar-
ticulorum, vt ipſimet Mynſing. & Maſuet. d. locis fatē-
tur, vbi conſtat de impertinentia, Judicem non debere
admittere cum illa clauſula, *ſaluo jure*, cujus etiam ſen-
tentiæ eſt Anto. Sola *in nou. conſtit. tit. de poſitis gl. 10. n.
1. & ſeqq.*

Non obſtat quod ſecundo loco dicitur, in articulis
d. Dom. Franciſci nihil deductum fuiſſe, quod imperti-
nentiam articulorum d. Dom. Antonij arguat, ſed tan-
tùm negaſſe contenta in illis, & tantùm facta contraria,
eáque impertinentia ad cauſam poſuiſſe. Reſpondetur
enim, ex ſuperioribus apparere de impertinentia articu-
lorum d. Domini Antonij, & eam in articulis d. Dom.
Franciſci manifeſtiſſimè demonſtrari, nec ſimpliciter
negari contenta in articulis d. Dom. Antonij, ſed de im-
pertinentia & falſitate eorundem nedum ex documen-
tis pro probatione articulorum d. Dom. Franciſci, ex
continenti producendis, ſed ex ipſiſmet documentis,
quibus nititur d. Dom. Antonius manifeſtiſſimè appa-
rere, ita vt non poſſit contra rei veritatem de qua con-
ſtat, d. Dom. Antonius admitti ad probandum: facta ve-
rò, de quibus articular d. Dom. Franciſcus, pertinentiſ-
ſima & concludentiſſima ſunt, & de quorum veritate in
primis diſcutiendum eſt, antequam admitiantur articuli
d. Dom. Antonij; quippe cùm ex his conſtet non ſolùm
de defectu probationis d. Dom. Antonij, quod ſuffice-
ret, cùm actore non probante reus abſoluatur; ſed etiam
de non iure d. Dom. Antonij, idque clarè, & quod magis
eſt, de iure d. Dom. Franciſci, quod non erat opus, ſed ex
abundanti id fit, abſque tamen onere ſuperfluæ dedu-
ctionis & probationis, ne ſcilicet d. Dom. Antonius
excuſetur ab expenſis, cùm ex ipſiſmet documentis, qui-
bus nititur, ſit repellendus, vt ex ſuperioribus patet. Ex
quibus cùm appareat, articulos D. Franciſci continere
peremptoriam exceptionem ob non ius D. Antonij, &
ius D. Franciſci clariſſimè demonſtratum, certè ſuccedit
doctrina *deciſ. 94.* Rotæ Auenion. contra Ludouicum
patrem d. Dom. Antonij factæ, † qua, articulis hinc inde 8

productis, articuli rei continentes, peremptoriam exce-
ptionem, admittuntur, articulis D. Ludouici actoris ta-
cite reiectis.

Nonobſtat tertium, quo dicitur, articulos d. Dom.
Franciſci, tanquam impertinentes, reiiciendos, ex eo,
quòd articuli Dom. Antonij concepti ſint in poſſeſſo-
rio ob intentatum remedium, *l. fin. C. de edict. Diui Hadr.*
toll. pro conſeruatione prætenſæ primogenituræ ab im-
memorabili, vt præſupponitur, tempore introductæ,
ex d. depoſitionibus teſtium, prætenſa deciſione reſul-
tantis. Antequam reſpōdeatur, conſideratione dignum
eſt, quod cùm d. dom. Antonius admodum dubitet de
admiſſione ſuorum articulorum, quippe quòd & im-
pertinentiſſimos & contra veritatem conceptos eſſe vi-
deat, enititur admiſſionem articulorum d. dom. Fran-
ciſci, in controuerſiam deducere, vt ſaltem hinc inde
admittantur, *ſaluo iure impertinentium, & ſaluis exceptu.*
Sed huiuſmodi technæ & cautiones omnibus ſunt no-
tæ. Contendimus noſtros pertinentiſſimos, ideóque ad-
mittendos, d. Dom. Antonij impertinentiſſimos, ideóq;
reiiciendos, & ad hoc tertium obiectum etſi non eſſet
opus reſponſione, quia ex ſuperioribus, & ex lectura
articulorum hinc inde patet reſponſio, tam ad hoc, quā
ad duo ſequentia obiecta, prætenſam impertinentiam
articulorum dom. Franciſci continentia. Tamen variis
modis illi reſpondebimus, tum quòd reſponſiones ma-
ximè ad articulorum d. dom. Franciſci elucidationem &
explicationem conducent, tum quòd ad definitionem
cauſæ multum proderunt.

9 Reſpondetur igitur primò, remedium *d. l. fin.* † nullo
modo hoc caſu competere poſſe, quia illud non datur
niſi ei, qui ex teſtamento clarè vocatur, vt *in d. l. fin.* omnes
ſecure fatentur, & in ſpecie Alex. *nu.* 22. Iaſ. *n.* 23. Dec. *nu.*
39. Sapia *n.* 8. Caldern. *conſ.* 36. *tit. de teſtam.* Gozadin. *conſ.*
7. *num.* 15. Rol. à Val. *conſ.* 1. *num.* 5. *lib.* 1. Menoch. *adipiſc. re-*
med. 4. *n.* 56. *& nu.* 86. vbi duo copulatiuè requirit, ſcriptu-
ram & teſtamentum: Ideóque denegatur venienti ab
inteſtato, Menoch. *d. loc. nu.* 64. Achyl. Perſon. *de adipiſc.*
10 *n.* 523. *in fin.* Molin. *de primog. lib.* 3. *ca.* 13. *nu.* 44. Immò † da-
to quòd ſint examinati teſtes ſuper ſucceſſione inteſta-
ti, & ex illis conſter, huic petenti ſe immitti in poſſeſſio-
nem, debitam eſſe ſucceſſionem; nihilominus hoc reme-
dium denegatur, Menoch. *d. loc. num.* 85. *& 86. & ſeqq.* &
ſi confeſſio aduerſarij concurreret, & per eam de ſuc-
11 ceſſione conſtaret, Menoch. *ibid. n.* 87. hinc etiam † dici-
tur d. remedium non habere locum in codicillis. Sapia
12 *d. loco. nu.* 12. hinc etiam † præfatum remedium denega-
tur hæredi inſtituto in re certa, cùm ei datus eſt hæres
vniuerſalis, qui hæreditatem adiuit, Menoch. *d. loco. nu.*
132. At verò primogenitura prætenſa non teſtamento,
ſed præſcriptione, parte d. Antonij dicitur inducta, &
quod conſideratione dignum eſt, non vniuerſaliter to-
13 tius vel quotæ hæreditatis alicuius, † ſed rei certæ, ſcili-
cet Caſtri-noui; dominos autem d. Caſtri-noui hære-
des habuiſſe vniuerſales certum eſt, & in terminis ma-
ioratus non eſſe locum *d. l. fin.* modò ne de maioratu to-
tius, vel quotæ partis hæreditatis per teſtamentum clarè
conſtet, docent Auen. *ad ll. Tauri l.* 45. *gloſſ.* 8. *num.* 1. *&* 2.
& Mol. *lib.* 3. *c. num.* 50. qui dant quidem remedium poſ-
ſeſſorium ei, qui ex maioratu etiam aliter quàm ex te-
ſtamento probato nititur, ex vi ſcilicet conſtitutionis re-
giæ in Hiſpania promulgatæ, ſed iure communi, & no-
minatim *d. l. fin.* remedium negant.

14 Secundò reſpondeo, nec *d. l. fin.* nec † vllum aliud re-
medium poſſeſſorium dari de iure communi ei, qui ma-
ioratum etiam feudalem ex præſcriptione inſtitutum
prætendit, vt d. Auend. & Mol. ſatis oſtendunt. Nec di-
cendum eſt, ex natura feudi, d. dominum tanquam agna-
tum mittendum in poſſeſſionem *ex c.* 1. *§. inter filiam, ſi de*
feud. fuer. contro. inter dominum & agnatum: Nam tantum † 15
abeſt, vt eo ſe iuuare poſſit agnatus, quin potiùs eſt re-
medium quod datur filiæ contra agnatum, quæ mitten-
da eſt in poſſeſſionem contra eum, Oiaſc. *deciſ.* 23. *nu.* 36.
Sapia *d. l. fin. nu.* 91. *& ſeqq.* præterquam quòd non eſt hic
quærendum de iure feudali, cùm † feuda in hac patria, 16
& omnibus prouinciis cis Alpes exiſtentibus, fuerint
ſemper & ſint ad inſtar patrimoniorum, & nulla habea-
tur ratio iuris feudalis, ſed communis; quod fuſiùs in
articulis deduximus, & de qua conſuetudine DD. tem-
pore & loco allegandi paſſim atteſtantur: liber tamen
vnum hic allegare, Bened. ſcilicet *in c. Raynutius. verb. duas*
habens, num. 67. *cum ſeqq. extra de teſtam.* Et poſt ad-
miſſionem articulorum d. dom. Franciſci de d. conſue-
tudine etiam per documenta incontinenti, ſi opus ſit,
producenda, docebitur: & nullum remedium poſſeſſo-
rium competere cognoſcentes Aduocati d. dom. An-
tonij, poſteaquam propoſuerunt d. remedium *l. fin.* arti-
culant ad fines petitorij. & circa illud, caſu quo non cō-
peteret remedium *d. l. fin.* quod aiunt ſe non credere, ſed
certè credunt, & bene faciunt articulando de petitorio,
nullū enim eſt dubium, quin in poſſeſſorio d. Antonius
ſuccumberet, prout etiam non eſt dubium, quin de-
beat d. dom. Antonius in petitorio ſuccumbere.

Tertiò, dato iam & non conceſſo aliquod † reme- 17
dium poſſeſſorium competere & aliquam legem ſimi-
lem l. Hiſpaniæ, remedium poſſeſſorium dantis, in
hac patria latam eſſe, & obſeruari, nihilominus hoc caſu
non poſſet competere, quia quamuis ex vi illius l. Hi-
ſpaniæ, quæ admodum priuilegiata & executiua eſt, re-
medium poſſeſſorium detur, etſi maioratus non ex ſcri-
ptura, ſed ex conſuetudine tantùm antiquiſſima, vel
præſcriptione conſtet, quia ſcilicet ius ex vi d. l. Hiſpa-
niæ non ex ſcriptura & teſtamento, ſicut *l. fin.* ſed ex
natura rei, de qua agitur ab eſſentia, ſcilicet ipſiuſ-
met maioratus, manat, & in ea fundatur, tamen hoc
caſu non eſſet dandum, quia ſolummodo id habet lo-
cum, quando non dubitaretur de ſubſtantia maioratus,
ſed alia ratione certaretur circa poſſeſſionis tranſlatio-
nem: quòd ſi impugnetur maioratus, & dicantur bona
non ſubiecta illi, tunc ceſſat remedium illius l. Hiſpani-
cæ, & prius decidendum, an bona ſint maioratui ſub-
iecta, vt in terminis docent Ioan. Lopes de Palatios Ru-
uios *ad d. l.* 45. *Tauri num.* 1. Auend. *ad d. l. gloſ.* 8. *num.*
7. Mol. *d. cap.* 13. *n.* 51. *circa fin. verſ. idque verum mihi vide-*
tur. At verò hoc caſu nedum dubitatur, an d. Caſtrum-
nouum ſit ſubditum maioratui, & expreſsè negatur: im-
mò conſtat non eſſe ſubditum. Ex quibus cùm appareat,
remedium poſſeſſorium non poſſe dari d. dom. Anto-
nio, inutiliter opponitur, articulatum fuiſſe de remedio
petitorio, immò neceſſariò ad illud via ordinaria inſti-
tuendum, deſcendendum eſt.

Quartò reſpondetur †, dando aliquod remediū poſ- 18
ſeſſoriū cōpetere, non tamen concedendo, vt reuera cō-
cedi nō poteſt, hoc remediū cauſam proprietatis habe-
ret admixtā, vt docet Auēd. *in d. l.* 45 *gl.* 5. *nu.* 3. *& gl.* 7. *nu.* 3.
Mol. *d. c.* 13. *nu.* 9. *cum ſeqq.* Plæraq; † enim ſunt interdicta, 19
quæ proprietatis cauſā mixtā habent, *l.* 2. *§. quædam, ff. de*
interd. l. 3. *§. hoc autem, ff. de itin. actúque priuato*, & vtrobi-
que ſcribentes, Alexand. *in l. naturaliter. §. nihil commune,*
num. 76. *cum ſeqq. ff. de acquir. poſſeſſ.* idque ratione inuin-
cibili docetur, quia quoties remedium ab aliqua lege
poſſeſſorium pro maioratu datur, omnes DD. requirunt
neceſſariò, vt de iure eius doceatur, & ſic vt proprietatis
cauſa admiſceatur, & nominatim d. Auend. *d. gloſ.* 5. *&* 7.
nu. 3. Idq; longè magis hoc caſu, quo controuerſia eſt in-
ter collateralē remotiorē & filiam vltimò defuncti, im-
mò nepotem ex ea, eúmque agnatum, quo caſu ne-
ceſſariò de proprietate & iure particulari maioratus,
præſup-

præſuppoſito & non conceſſo conſtare vere de majoratu, diſcutiendum eſt, & videndum, an talis ſit majoratus, per quem fœmina excludatur per remotiorem maſculum, vt ordinarius majoratus, qui abſque dubio fœminam excludit tranſuerſalem, Mol. *d.c.13.n.22.*

Quintò, quia poſito rurſus, & non conceſſo, † ali-
20 quod remedium poſſeſſorium dari ex parte d. dom. Franciſci, eſſet remedium manutenendæ, in quo admittitur exceptio proprietatis, Dec. *d.conſ.162.n.2.verſ. ſecundo poſſeſſorium*, retinendæ, poſt multos, quos refert; ex parte verò d. dom. Antonij † eſſet adipiſcendæ,
21 quod non excludit exceptionem proprietatis, Rol. à Vall. *conſ.1.nu.25.& 26.lib.1.*

Sextò, in fortioribus terminis, etiamſi eſſemus † in
22 terminis remedij recuperandæ, & eſſet ſpoliatus is, qui eo experiretur, nihilominùs, duobus concurrentibus, ſcilicet ſi conſtaret de non jure ſpoliati & jure ſpoliantis, ſuccumbere debet actor, *c.ad decimas*, vbi Gemin. & Franc. *de reſt.ſpoliat.in 6* glo. & Abb. *in c.ex parte, eod.tit.in antiq.* quod procedit ſecundũ Bald. *in l.requirendi in fin. C.de ſeru.fugit.* ſi talis ſpoliator offerat ſe incontinenti edocturum de jure dominij, Butr. *in c.1. de ord.cognit.* Socin.ſenior *in l.rem quæ nobis, ff.de acquir. poſſeſſ.* vbi diſtinguit ex mente Bellam. *dec.36.* quod aut conuentus opponit de non jure agentis, & non ſufficit, aut etiam opponit de jure ſuo & ſic de exceptione dominij, quod incontinenti ſe offert probaturum, & tunc denegatur reſtitutio; faciunt not. per Bero. *q.3.n.6.* Crauet *conſ.297.col.3.& conſ.502.n.5.cum ſeqq.* In noſtro verò caſu, de vtroque ſcilicet, & non jure agentis, & jure conuenti, aut jam conſtat aut per acta, & ſic incontinenti conſtabit; & ſic quodcumque poſſeſſorium daretur, cùm tamen nullum detur, proprietatis cauſa admitti debet. Confirmantur hæc, quia quoties
23 petitorium † abſorbet poſſeſſorium, non habetur ratio poſſeſſorij, immò, quod magis eſt, etſi ferretur ſententia in fauorem actoris in poſſeſſorio, & talis eſſet quæ de ſui natura deberet exequutioni mandari, & eadem ſententia pronunciaretur in fauorem rei in petitorio, à qua appellatum eſſet parte actoris, quæ appellatio abſque dubio ſuſpendit d. ſententiam in petitorio; nihilominùs hoc caſu ſententia in poſſeſſorio lata ſuſpenditur, Alex. *conſ.76.in princ.verſ.& ad hoc attendendum, lib.2 & conſ.45.in princ.lib.3.* Nam poſſeſſorium confunditur ex ſententia in petitorio, Alex. *conſ. 159.n.2.lib.5.* faciunt not. per Caſſad. *deciſ. 7.de cauſ. poſſeſſ.& propr.* quod in exequendo petitorium abſorbet poſſeſſorium, Socin. *conſ.98.col.1.in fin.& ſeq.lib.4.c.paſtoralis, c.cum dilectus, de cauſ.poſſeſſ.& propriet.* Oldrad. *conſ.17.nu.4.verſ.præterea nonne teſtes.* Immò † ſi cu-
24 mulatum ſit petitorium cum poſſeſſorio, & actor in poſſeſſorio probauit meliùs, reus verò in petitorio; debet Judex ſolùm quoad expenſas in poſſeſſorio condemnare reum, non autem ad reſtitutionem poſſeſſionis; immò pro reo debet pronuntiare, per *l.dolo facit, ff.de doli except.* Alex. *d.conſ.159. in princ.n.2.verſ. ſecundò, lib.5.& d.conſ.45.lib.3.* nam petitorium ſemper præfertur poſſeſſorio, quando ſemper vtroque fuit pronunciatum, Alex. *conſ.118.nu.11.verſ ſed circa factum, lib.2.*

Nec aliquibus ex d. reſponſionibus obſtat, ſi dicatur, hæc procedere ſi incontinenti de jure in petitorio conſtaret. Nam poſito id verum eſſe (neque enim in omnibus reſponſionibus requiritur) tamen hoc caſu nedum conſtabit clarè ex documentis incontinenti, producendis, ſed jam conſtat ex ipſiſmet documentis, quibus ſe juuare vult d. dom. Antonius.

Septimò, pro parte d. dom. Antonij in articulis ſuis vtrumque remedium, & poſſeſſorium & petitorium, ſubordinatè tamen, intentatur; immò, ſi verum amamus, poſſeſſorium verbo tenus, ſed reipſa petitorium tantùm; legantur articuli in effectu, nihil niſi petitorium continent. Annon licebit reo, quod actor ſibi licere vult? Immò † faciliùs reo conceditur petitorium 25
cumulare pro poſſeſſionis conſeruatione, quàm actori pro illius conſecutione, adeò vt nec reo nocere deberet allegatio petitorij, etſi in eo non probaret, vt rectè aduertit Dec. *d.conſ.162.circa fin.* Planè cùm vtrumque & poſſeſſorium & petitorium intentauerit d. dom. Antonius, quantumuis ſubordinatè, debuit quoque d. dom. Franciſcus circa vtrumque ſe defendere, & ea articulare, quæ pro defenſione vtriuſque erant neceſſaria, & quæ concluderent ad abſolutionem tam poſſeſſorij, quàm petitorij.

Octauò, demus, ſed non concedamus, circa poſſeſſorium ſolùm articulare debuiſſe dom. Franciſcum, & deterioris conditionis debere eſſe reos quàm actores, contra communis juris diſpoſitionem, tamen poſſeſſorium pleniſſimè deduxit, docendo de continua ſucceſſione dominorum Caſtri-noui, à primo acquiſitore de familia de Simiana, ad hunc vſque Joachimum donatarium & hæredem præfatum, eorundemque per conſequens poſſeſſione aliter quàm ex vi prætenſæ, vel prætendendæ primogenituræ habita, & in indiuiduo de poſſeſſione iſtius, non ſolùm ex vi clauſularum tranſlatiuarum poſſeſſionis & dominij in donatione contentarum, & præſtatione homagij; ſed etiam de ea, in quam per commiſſarium, ab Illuſt. Montorio, tunc Vicelegato, deputatum, miſſus eſt, & in articulis contenta, quæ hoc caſu, quo poſſeſſorium, idque ſolùm foret intentandum, quorum neutrum eſt verum, petitorium concernerent, ea tunc eſſent ad corroborationem poſſeſſorij dicta & articulata, vt nominatim quatenus opus eſt, ſubſignati declarant, & de eo ſpecialiter proteſtantur. At verò d. dom. Antonius, quomodo de ſua poſſeſſione articulat & docet, aut docere prætendit? nullo modo, neque vllum nominare poteſt, qui ex vi d. primogenituræ d. feudum Caſtri-noui poſſederit, cùm ea nunquam fuerit, & id ex ipſiſmet documentis, quibus nititur, clarè conſtat.

Poſtremò, vbi aliquod competeret † remediũ poſ- 26
ſeſſionis adipiſcendæ, & caſu quo d. Joachimus non eſſet in poſſeſſione, qui tamen eſt, id d. Joachimo, & non d. domino Antonio competeret, etiam dato quod ageretur de ipſamet filia: Nam, in materia feudorum, quoties controuerſia eſt inter filiam & agnatum, etſi non negetur res feudalis, ſed talis hinc inde aſſeratur, ſed fœminæ contendant, vel ex natura feudi, vel ex conſuetudine, vel aliter ipſas ſuccedere poſſe, idque ſolùm allegent abſque eo quod teneantur probare; interim filia eſt mittenda in poſſeſſionem, ex *c.1.§.inter filiam, ſi de feud.fuer.contrcu.inter dom.& agn.* Dec. *conſ.390. n.9. conſ.424.per tot. maximè num.11.conſ.467. n.9.cum ſeqq.& conſ.498.num.3.cum ſeqq.* vbi Apoſtillator id ampliat, etſi per conſuetudinem vel ſtatutum poſſeſſio feudorum ipſo jure transferatur in agnatos vel maſculos, quia interim filia non ſolùm ſequeſtrum impedire, ſed etiam fiduciariam poſſeſſionem obtinere poterit, Afflict. *deciſ.119.* vbi de Urſill. ſequitur ſupradictam ampliationem Apoſtillatoris ad Dec. Rol. à Vall. *conſ.1.n.65.cum ſeqq.lib.1.& conſ.2.per tot.lib.3.maximè n.26.* vbi aſſerit communem, Garſon. *de fœm.ad feud.admitt. limit.26.* eam ſententiam dicit receptiſſimam, Oſaſc. *dec 23.maximè n.26.* vbi id aſſerit, etſi agnatus poſſideat, & innumeri alij, tempore & loco allegandi, multo magis ſi filia † reperiatur in poſſeſſione, 27
erit in ea manutenenda, Burgos à Paz *conſ.29.in fin.* & in terminis majoratus docet Mol. *lib 3.c.4.nu.41.* Joan.

Gutier. *pract. quæſt. lib. 2. q. 87. n. 6.* & Burg. à Paz *conſ. 29. in fin.* Nec obſtat ſi dicatur hujuſmodi ſententiam non procedere vbi agnatus incontinenti eſt paratus probare de jure ſuo. Nam præterquam quod hujuſmodi limitatio non eſt omninò certa, multi enim contradicunt, vt Zuccar *l. fin. nu. 486. C. de edict. Diui Hadr. toll.* Gozad. *conſ. 7. num. 13.* Pariſ. *conſ. 22. n. 65. lib. 1.* ea procedit, tribus concurrentibus, ex Rol. à Vall. *conſ. 1. num. 71.* &
28 Socin. jun. *conſ. 75. nu. 18. lib. 1.* Primum, † vt poſſideat, ſecùs ſi non poſſideat, hancque opinionem communem eſſe aſſerit Decius *conſ. 218. n. 2.* Secundum, quòd bona fide poſſideat. Tertium, vt incontinenti doceat de jure ſuo, quod quidem ita exaudiendum eſt, non ſolùm vt doceat ſe admittendum, ſed bona feudalia eſſe talis qualitatis, quæ à fœminis poſſideri non poſſint, quæ omnia hîc deficiunt, cùm d. dom Joachimus poſſideat jam, nec quæratur de eo in poſſeſſionem mittendo, & tantum abeſt vt incontinenti d. dom. Antonius de jure ſuo docere poſſit, quin potiùs jam conſtat de ejus non jure, & jure d. dom. Joachimi, etiam abſque vlla alia productione facienda, vt patet ex ſuperioribus. Quæ corroborantur ex eo, quòd etſi non conſtaret de non jure d. dom. Antonij, & de jure d. Franciſci, ſeu Joachimi, nec is eſſet in poſſeſſione, tamen d. Antonius cum non ſit nominatus in documentis, quibus vult
29 probare mentionem ſuam, non † dicitur incontinenti probare, ex Rol. à Vall. *d. conſ. 1. nu. 74. & conſ. 2. nu. 41.*
30 Nam ſi per interpretationem velit, vt facit, ejus † intentionem probare, talis probatio non eſt admittenda in judicio poſſeſſorio, ſed reſeruatur in alio judicio, Dec. *conſ. 424. n. 19. & conſ. 487. n. 12. & 13. & conſ. 588. n. 12.* Gozad. *conſ. 7. n. 21.* Socin. *d. conſ. 75. nu. 19.* Rol. vbi ſuprà. Confirmatur hoc rurſus, quia ſi quid dom. Antonius ex ſuis documentis aſſerit, id negat d. dom. Franciſcus, multaque affert ex quibus d. Joachimum, immò ipſius matrem, dictique Franciſci vxorem, filiam defuncti capacem, & ſuccedere debere contendit. Ex quo (poſito & non conceſſo quòd de non jure d. Antonij, & jure d. Franciſci non conſtaret) res redditur dubia, † &
31 altiorem indaginem requirit, & propterea ad petitorium judicium rejicienda, Socin. *d. conſ. 75. num. 19. cum ſeqq.* Viui *deciſ. 409. nu. 18. & 20. lib. 3.* & varijs alijs modis tempore & loco reſpondebitur illi exceptioni. Sed non eſt in hoc inſiſtendum, cùm ſimus in claris terminis; tantum enim abeſt, vt de jure ſuo incontinenti probare poſſit d. dom. Antonius, quin potiùs conſtat de non jure ſuo, & de jure claro d. dom Joachimi, attenta d. conſuetudine notoria, & ex abundanti incontinenti paratus eſt probare.

Quæ cùm ita ſint, debuit certè d. dom. Franciſcus, quæ petitorium concernunt, in articulis deducere, etſi ſolùm poſſeſſorium pro parte aduerſa fuiſſet intentatum, quod tamen non eſt, ad corroborandum ſuum poſſeſſorium, & ex abundanti faciendum id, ad quod non tenebatur, nimirum de ſuo jure incontinenti docere, idque eo maximè quia poſſeſſorium adipiſcen-
32 dæ † & manutenendæ abſque dubio, & ſine controuerſia, admittit cauſam proprietatis incontinenti probandam, Rol. *d. conſ. 1. n. 26.* gl. & DD. *in l. de vi, ff. de judic.* Deci. *conſ. 424. & conſ. 467.*

Ex quibus abundantiſſimè ſatisfactum eſt ei, quod de poſſeſſorio intentato opponebatur, cùm nullum d. dom. Antonio poſſeſſorium remedium competat, & ſi quo caſu competeret, in eo abſque dubio ſuccumbere deberet, taleque foret, quod per petitorium abſorberetur, de quo propterea articulandum neceſſariò fuit.

Quod verò ſubjungit, ſe d. remedium *l. fin.* intentare, ratione primogenituræ ex d. atteſtationibus, prætenſa deciſione, & tranſactione, reſultantis, hoc totum petitorium concernit, & quidem quoad atteſtationes abundantiſſimè in articulis ſatisfactum fuit; ijſque d. dom. Antonium nullo modo ſe juuare poſſe edoctum. Et; quod magis eſt, caſu quo fidem facerent in ſui fauorem, & veræ eſſent, ex ipſis, abſque vlla alia probatione facienda, fore condemnandum, multò minus pro poſſeſſorio illi inſeruire poſſunt ex ſuperioribus.

Quoad verò prætenſam deciſionem, illi quoque ſatisfactum fuit in articulo 119. varijs modis: & in vltima ſcedula juris, in cauſa editionis atteſtationum pro parte d. dom. Franciſci judicialiter producta, juribus & authoritatibus reſponſiones cõfirmatæ fuerunt, ad quam nos remittimus, ne hîc repetantur, maximè quòd hujuſmodi prætenſa deciſio nullam vim habet, vt ex ejus lectura patet; & ſi aliquam vim haberet, cùm tamen nulla ſententia fuerit data, quæ tranſiuerit in rem judicatam, cùm tamen fundetur in atteſtationibus erroneis & falſis, abſque dubio corrueret. Denique, quia, his omnibus ceſſantibus, de nulla alia, quàm de primogenitura juris Francorum intelligenda eſſet, per quam certiſſimè d. Antonius eſt repellendus & condemnandus, vt ſuprà paucis demonſtratum fuit, & fuſiùs ſuo tempore docebitur.

Quoad verò tranſactionem, quatuor modis in articulis ſatisfactum fuit, maximè quia ex ejus lectura manifeſtè patet, nullam ex ea induci vel probari primogenituram prætenſam vel prætendendam; ſed præter has reſponſiones habemus quintam clariſſimam & inuincibilem, quam in quinto & vltimo objecto afferemus. Cùm igitur ex his clariſſimè conſtet de non jure d. dom. Antonij & jure d. dominorum Franciſci & Joachimi, aut ſaltem ex documentis, poſt admiſſionem articulorum incontinenti producendis, conſtabit, debent articuli d. dominorum Franciſci & Joachimi admitti, & d. domini Antonij rejici.

Non obſtat quartum objectum, quo † dicitur, exce- 33
ptiones petitorium reſpicientes non poſſe admitti aduerſus eum, qui intentat remedium *l. fi.* maximè ſi per agentem allegetur impertinentia d. exceptionum, ex Menoch. *de adipiſc. remed. 4. n. 544. cum ſeqq.* Nam ad id ex ſuperioribus patet manifeſta reſponſio, præſertim cùm d. domino Antonio remedium *d. l. fin.* nullo modo competat, nec vllum aliud remedium poſſeſſorium.

Secundo reſpondetur, nos non verſari in terminis
Menoc. qui loquitur, † quando vnus proponit poſſeſ- 34
ſorium merum & ſolum, & alter petitorium ſolum, & diſtinguit varios caſus, quando cumulatio admittatur, quam pleriſque caſibus negat, ratione ordinis & contrarietatis exiſtentis: ſed in caſu noſtro, ſicut dominus Antonius vtrumque remedium, quamuis ſubordinatè proponit, ita & dominus Franciſcus, vt ab vtroque liberetur & poſſeſſorium & petitorium deducit, dicendo & aſſerendo ſe poſſeſſorem, ſimulque dominũ; petitorium, inquam, ad duos fines, vnum, vt liberetur ab impetitione petitorij, quod reuera ſolum reipſa & in effectu intentatum fuit; alterum, caſu quo alicui poſſeſſorio definiendo locus foret ad corroborationem ſui poſſeſſorij, & vt manuteneretur in ſua poſſeſſione, & aduerſarius à ſuo poſſeſſorio, ſi quod forſan haberet, repelleretur, quod ordinariiſſimum eſt, & certiſſimum fieri poſſe.

Poſtremò reſpondetur, † poſito, & non conceſſo re- 35
medium *l. fi.* competere d. domino Antonio, quod magis eſt, habere teſtamentum, quo nominatim vocetur, nihilominus repellendus eſſet, & articuli ipſius rejiciendi, quia quoties aduerſus agentem remedio *l. fi.* opponitur per poſſeſſorẽ exceptio dominij incontinenti probandi, impeditur miſſio, ex *d. l. fi.* & repellitur remedio illius agẽs, Dec. *in d. l. fi. n. 20.* Zuccar. *ibi n. 162.* Menoch.

de adipiſc. remed. 4. *n.* 251. Rol. *d. conſ.* 1. *n.* 25. *lib.* 1. *&* *cõſ.* 2. *n.* 85. *lib.* 3. & in majorato, vbi aliqua lege regni, vt in Hiſpania, poſſeſſorium pro eo daretur, admitti exceptionem proprietatis, dummodo incontinenti probetur, docet Mol. *d. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 12. *& ſeqq.* quod adeò verum eſt, vt huiuſmodi exceptio dominij incontinenti probanda abſque dubio, & ſine controuerſia admittatur, vbi agitur contra fictum ſpoliatorem, Menoch. *recuper. remed.* 1. *nu.*
36 243. *& num.* 245. Immò † vbi proceditur ſola facti veritate inſpecta, quemadmodum fit in palatio Auen. proprietatis quæſtio non reiicitur etiam in reintegrandæ, remedio, ſi probatio incontinenti offeratur, Achyl. Perſonal. *de adipiſc. num.* 390.

Non obſtat poſtremum obiectum, quo contendit
37 agi † de re finita per rem iudicatam & tranſactionem, quæ non debet retractari prætexto inſtrumentorum de nouo repertorum, ad not. *in l. ſub prætextu, C. de tranſact. & l. ſub ſpecie, Cod. de re iudicata.* Ideóque deductiones d. dom. Franciſci, reſciſſionem d. tranſactionis continentes, reiiciendas, aut ſaltem reſeruandas ad aliud iudicium, tanquam altiorem indaginem requirentes, ad not. in ſimil. per Maſſam. *de Cameral. oblig. par.* 1. *qu.* 3. *& parte* 4. *qu.* 1. *nu.* 17. quibus addit, ſaltem articulos parte Domini Antonij primò admittendos, præſertim cùm nulla exceptio impertinentiæ contra illos opponatur, ſed tantùm facta contraria opponantur, ex quibus pertinentia illorum demonſtratur.

Nam ad id reſpondetur, quoad rem iudicatam, eam negandò, vt reuera nulla eſt, & prætetea reſpondetur, prout tam in articulis quàm ſuprà ad d. prætenſam deciſionem reſponſum fuit, ne ſemper eadem repetantur, quoad tranſactionem quoque prout in d. articulis ad eam reſponſum fuit.

Sed vltra reſponſiones ad eam datas hic addendum, quòd ſi ageretur ad reſciſſionem d. tranſactionis, id poſſet fieri non obſtantibus *d. l. ſub prætextu, & l. ſub ſpecie,* quia
38 & tranſactio † & ſententia reſcinditur ope reſtitutionis ſub prætextu inſtrumentorum de nouo repertorum, vbi interuenit probabilis, aut iuſta ignorantia, Alba *conſil.* 101. *num.* 1. *& ſeqq.* Gabriel *de reſtit. in integr. concluſ.* 2. *nu.* 1. Honded. *conſult.* 27. *num.* 6. *lib.* 2. Coſt. *de fact. ſcient. diſt.* 1. *cent.* 1. *fol.* 183. Nec opus eſt probare iuramento, vel alia probatione, quòd inſtrumenta, de quibus eſt quæſtio, tempore latarum ſententiarum non potuerunt produci, vel haberi; ſed ſat eſt, quòd contrarium ex aduerſo non oſtendatur, Bertazz. *in cl. conſ.* 41. *num.* 72. *& ſeqq.* Sumus autem in fortioribus, quia hic ignorantia certè aderat. Quæcunque enim Romæ gerebantur, fiebant per procuratores d. quondam Ioachimi, ipſo ignorante. Sed non eſt opus ad hæc recurrere, quia aſſerimus, nos non agere ad reſciſſionem, & retractationem d. tranſactionis, & ne verbum quidem hac de re in articulis, ita vt qua mente, an tranſactio reſcindi poſſit, quæratur, neſciamus; ſed contendimus, per huiuſmodi tranſactionem prætenſam, primogenituram neque probari neque induci, vt manifeſtè ex lectura eiuſdem apparet, & ex reſponſionibus in d. articulis contentis; ſed manifeſtiſſimè ex hac, quam ſubiiciemus ſtatim: ex qua nedum conuincetur ea ſe d. dom. Antonium iuuare non poſſe, ea, vt iacet, exiſtente, abſque eo quod opus ſit vlla reſciſſione vel impugnatione; ſed, quod magis eſt, ex ea ſola, ſecluſis aliis omnibus documentis per d. dom. Franciſcum producendis, d. dom. Antonium eſſe omninò repellendum à prætenſa per ipſum primogenitura, conſtabit; & propterea quatenus huiuſmodi reſponſio in facto conſiſtit, de ea ſubſignati articulant, & ponunt, petúntque vt habeatur pro articulo additionali, & adiungatur reſponſionibus in articulis principalibus ad d. tranſactionem datis.

Reſponſio verò eſt huiuſmodi; Aut d. dom. Antonius prætendit ex d. tranſactione probari vel induci primogenituram maſculinam, etiam in fauorem collateralium, ad excluſionem filiarum vltimò defuncti, aut iuris Francorum (hanc addimus, vt omnem viam illi præcludamus, de prima enim ſolùm, & ſola articulat & ponit, ſufficerétque eam excludere.) Prima, impoſſibile eſt per rerum naturam vt probetur vel inducatur per d. tranſactionem, cùm ea nunquam in iudicium deducta fuerit vſque in præſentem diem. In iudicio enim, quod agitabatur Romæ inter d. quondam Ioachimum & Ludouicũ, nihil aliud quærebatur, quã de iure quod d. Ioachimo ex perſona Ianſani, & tanquam ipſius hæredi, competebat in d. Caſtro-nouo ex vi donationis ſeu pacti in contractu matrimonij Melchioris appoſiti, quo Ioachimus aſſerebat d. Caſtrum-nouum ad d. Ianſanum tanquam primogenitum pertinere, vt reuera pertinebat, & quæ primogenitura extra Ianſanum non porrigebatur; immò in ipſius perſona finiebatur.

Quærebatur etiam de primogenitura iuris Francorum, quæ per procuratores d. Domini Ioachimi in articulis, nouiſſimo loco in d. inſtantia datis, contra tamen rei veritatem deducta fuit, ſuper his tranſactio inita fuit; quis dixerit ex ea probari vel induci prætenſam primogenituram maſculinam præfatam, de qua non niſi triginta quinque vel circiter annis poſt tranſactionem initam, mentio facta fuit, in iuris ab aliquibus hebdomadibus, quibus articuli d. dom. Antonij producti fuerunt, ante quorum productionem nunquam in iudicio deducta fuerat.

Quoad alterum membrum primogenituræ, ſcilicet iuris Francorum, ea quoque neque probatur, neque inducitur ex d. tranſactione, quia ſcilicet illius nulla omninò in d. tranſactione habita fuit ratio, quod manifeſtè
patet, ex eo quòd vbi illi locus eſt, † ſecundogenitus nihil 39
habere debet ex bonis præter vitam & militiam, Afflict. *deciſ.* 119. & ibi de Vrſill. Andr. de Iſern. *in cap.* 1. *§ præterea Ducatus num.* 2. & ibi paſſim *de prohibit. feud. alien. per Frideric.* Chop. *de doman. Franc. lib.* 3. *tit.* 6. Tho. de Mar. *tit.* 13. *de iure Franc. num.* 1. *&* 2. *tom.* 10. *tract. part.* 1. *fol.* 153. Mar. Frecc. *lib.* 3. *tit. de differentia inter feuda regalia, n.* 3. *fol.* 426.

Quare Ludouicus nihil ex d. feudo Caſtri-noui, & bonis in eius territorio ſitis, cuiuſcunque qualitatis ea eſſent, conſequi debebat. Reſtabat igitur, vt haberet medietatem bonorum Thori & Auenionis, quæ Melchior tempore mortis reliquerat; quoad quæ poterat ſe contendere cohæredem ſimul cum Ianſano primogenito; quippè cùm d. Melchior ab inteſtato deceſſiſſet, loco verò medietatis bonorum Auenionis, omnia conſequutus fuit; quoad verò bona Thori etiamſi non tolleremus ea, quæ fuerunt per Ianſanum & Ioachimum acquiſita, quæ tamen multa & magni valoris ſunt, immò & non habita ratione vt debet, ad valorem, cuius erant tempore tranſactionis, ſed præſentis temporis quo multò plus æſtimantur; ea, inquam, bona Thori hoc tempore ad ſummum ſunt valoris trium millium aureorum, de tempore verò tranſactionis, ſcilicet de anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quarto, & die decima quarta Aprilis, ante & poſt, & per ea tempora, duorum millium, aut aliàs eius valoris, qui ex probationibus reſultabit, quod ponitur pro re certa, & notoria; & nihilominus pro medietate illorum habuit quinque millia quingenta ſcuta ex d. tranſactione, & prætereà omnia bona Cauallionis, quæ ad Ioachimum proprio iure ſpectabant, cùm fuiſſent à Ianſano patre acquiſita, vt in dicta & prima tranſactione, per quam primitus dicta bona fuerant d. Ludouico remiſſa, aſſe-

ritur; ita vt ſi habita ſit ratio primogenitmræ juris Francorum d. Ludonicus qoadruplo plus qoàm debear, conſeqnurus ſit. Quare neceſſariò aſſerendum eſt ſolùm donationis, ſeu pacti in d. contractu matrimonij Melchioris appoſiti, habitam fuiſſe conſiderationem, & propter dubium quod reſtabat decidendum circa quartam partem bonorum noo juriſdictionalium in territorio Caſtri-noui exiſtentium, tot bona & ſummas pecuniarum dictnm Ludouicum habuiſſe. Cujus conditio, etiam habita ratione ad d. dubium quartæ partis, pingnior & amplior quàm debebar, facta fuit, vt in articulis fuit deductum. Ex quibns neceſſariò concluditnr, neque primogenitmram illam maſculinam, neque juris Francorom ex d. tranſactione probari vel indnci, ideoque noo poſſe d. dom. Antooium d. tranſactione ſe juuare.

Sed, quod plus eſt, qoodque ſnprà promiſimus nos dicturos, poſito & non conceſſo, illam primogeoituram maſculinam in fauorem etiam collateraliom, ad excluſionem filiæ vltimò defuncti, fuiſſe ante d. tranſactiooem in jndicium deductam, ſicut primogenitura juris Franeorum deducta fuit, dicimus ex vi d. tranſactionis d. dom. Antonium ab vtraqne excludendnm, quia cum ex immediatè præcedentibus pateat, nentrius ex d. primogenituris habitam fuiſſe rationem, immò vtramque rejectam eſſe, & ijs non obſtantibus quadrnplo plus Ludouicum conſeqnutum, quàm deberet, ſi aliqua alicujns ex d. primogeniturıs habita fuiſſet ratio, & vtramque rejectam & repulſam in fauorem Ludouici, nec vllam ex his Joachimo prodeſſe potuiſſe, immò ſolùm ſe juuiſſe ex vi d. pacti matrimonialis, ideoque ratione dubij illius quartæ partis tot bona & ſummas Ludouicum conſeqontum; ſequitur neceſſariò, d. Antonium non ſolùm non poſſe ſe junare vlla ex d. primogeniturıs; ſed etiam ex d. tranſactione repellendum. Nam ſi rejectæ & repulſæ fuerunt io fauorem Lndouici patris, & in odium & damnum d. Joachimi, quomodo nunc d. dominus Antonius eam allegare & prętendere poteſt? Hæc certiſſima ſunt, & ſi quamaliam probatıonem prætendere poſſet d. dominns Antonius, illa ſola tranſactio omnia euerteret, tantum abeſt, vt ea ſe juuare poſſit. Hactenus igitur de hac tranſactione.

Non obſtat quod ſubjungitur ex Gelaſio, nam non cnmpetit d. domino Antonio vllum remedium poſ-
ſeſſorium exeqnutiuum, vt certè manifeſte dicatur, &
objiciatur differendas eſſe exceptiones domini Fran-
ciſci in aliud judicium: ſed dato, & non conceſſo, ali-
quod dari, nihilominùs exceptiones hujuſmodi non
ſunt differendæ. Nam exceprio † quæ incontinenti of- 40
fertur, admitti debet aduerſus exeqnutionem inſtru-
menti in forma Cameræ, de Graſſ. *except. 7. nu. 1. circa
fin* & ipſemet Galeſ. d. loco fatetur. Incontinenti † ve- 41
rò dicitur probatio fieri, quando probatio fit per in-
ſtrumenta, Rol. *conſ. 2. vel conſ. 98. quod eſt duplicatum n.
33. lib. 3.* de Graſſ. *except. 7. n. 6. & 7.* At verò nos nedum
per inſtrnmenta incootinenti, ſi opus ſit, produeenda
contenta in articulis probare volumus, ſed ex ipſiſmet
documentis, vt ſæpè diximus, quibus d. Antonins ſe
juuare inteodit, de non jure illius, & jure d. domini
Franciſci, & Joachimi eooſtare aſſerimns.

Quod verò poſtremo loco deducitur, articulos d. domini Antonij primo loco admitti debere, ex ſuperioribus patet de impertinentia illorum, & pertinentia articulorum d. domini Franciſci, qui non ſimpliciter contraria facta, ſed talia facta continent, quibus de non jure d. domini Antonij, & jure d. domini Franciſci clarè & incontinenti eooſtat, vt diximus fuſiùs circa ſecundum objectum, qnibus ſuperſedeo, ne hîc repetantur. Ex qnibus concluditur, articulos d. Domini Franciſci admittendos, d. verò Antonij rejiciendos, aut ſaltem primò d. Domini Franciſci admittendos, illiſque probatis, d. dom. Antonij rejicieodos.

CONSILIVM XV.

ARGVMENTVM.

AN inducatur perpetuum fideicommiſſum, ex eo quòd quis ſubſtituit Seium & ſuos liberos maſculos?

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum, ad certas perſonas ſeu gradus limitatum, expirat cùm primum illa perſona ſucceſſerunt.*

2 *Si quis ſubſtituerit Seium & ſuos liberos maſculos, liberi Sei inter ſe per vulgarem, & non per fideicommiſſariam, cenſentur vocati.*

3 *Si vocentur liberi, vel agnati, illi tantùm cenſentur vocati, qui ſunt tempore purificati fideicommiſſi.*

4 *Et præcedens opinio, quòd liberi non cenſeantur per fideicommiſſariam inter ſe vocati, procedit indiſtinctè, ſiue ſint cognati, ſiue agnati, aut deſcendentes teſtatoris, niſi conjecturis concurrentibus;*

5 *Et dictionibus tractum temporis ſucceſſiuum ſignificantibus.*

6 *Vocatio liberorum Sei, ab eo ſeu à ſuo corpore legitimè procreatorum, intelligitur reſtricta ad liberos primi gradus, ſi ſemel in eis locum habuerit.*

7 *Ex vocatione maſculorum non deducitur conjectura conſeruationis agnationis.*

PRæſuppoſito quòd teſtator vel donator donauerit, vel reliquerit Caſtrum Sempronio, quo ſine liberis maſculis ex ſuo corpore legitimè procreatis decedente, diſpoſuerit quòd perueniret, & reſtitueretur Seio, & ſuis liberis maſculis ab eo, ſeu à ſuo corpore legitimè procreatis, ſeu procreandis.

Et quòd Seios non erat teſtatoris, nec Sempronij filius, nec frater, ſed cognatus per viam fœminæ infra quartum gradum:

Dubitatur, an inter deſcendentes ex liberis Sei cenſeatur inductum perpetuum fideicommiſſum, ita vt liberi Sei teneantur d. Caſtrum reſtituere ſuis deſcendentibus in perpetuum, vel potiùs ſuccedentibus liberis primi gradus fideicommiſſum extinguator.

R.P. Puto veriorem & communem opinionem eſſe, quòd inter liberos Sei & deſcendentes ab eis non cenſea-

cenſeatur inductum perpetuum fideicommiſſum; ſed quòd, ſuccedentibus liberis primi gradus Seii fidei-
1 commiſſum extinguitur, quia † fideicommiſſum ad certas perſonas, ſeu gradus limitatum expirat, cùm primùm illæ perſonæ ſucceſſerunt, *l. cum pater, § liberis, l. ſi ſingulis dari, § pen. vbi glo. Bart. & Doct. ff. de legat. 2. Gab. conſ. 122. n. 6. lib. 1. Pereg. de fideicommiſſ. art. 52. n. 2.* & fuit reſolutum coram R.P.D. Manſanedo *in Carpentoratten. fideicommiſſi 13. Iunij 1607.*

Fideicommiſſum autem, de quo agitur, videtur reſtrictum ad liberos primi gradus Seii, quibus ſuccedentibus expirat fideicommiſſum, ita vt nullo modo cenſeantur grauati reſtituere deſcendentibus ex ſe, ad prææallegata.

2 Et hæc opinio, † quòd liberi Seii cenſeantur inter ſe ſubſtituti per vulgarem, non autem per fideicommiſſum, eſt verior & magis communis, Menoch. infinitos referens *conſ. 3. n. 45. cum ſeqq. lib. 1.* Surd. *conſ. 315. num. 13. & 14. lib. 3.* Molin. *de primogen. Hiſpanorum lib. 1. cap. num. 27. cum ſeqq.* qui latiſſimè materiam tractat, & hanc opinionem dixit Rota, coram Iuſto, *in Florentina fideicommiſſi 7. Februarij 1607.* eſſe magis communem, & ſeruandam, deficientibus conjecturis in contrarium. Nec Pereg. *de fideicommiſſ. art. 19.* tenet contrarium; quin potiùs hujuſmodi opinionem approbat; nam, licèt ipſe longè, latéque hujuſmodi articulum diſputet, tandem *in num. 53.* concludit diſtinguendo, videlicet, quòd aut teſtator vocauit liberos ſuos, vel fratres, & videatur inter eos, & deſcendentes ab eis inductum perpetuum fideicommiſſum, in quo tamen loquitur contra communem & veram opinionem. Aut verò vocauit liberos alicujus cognati, & tunc non cenſeatur inter eos inductum perpetuum fideicommiſſum; ſed illi intelligantur vocati, qui reperientur tempore aduenientis caſus fideicommiſſi, quia iſto caſu ceſſat ratio perpetuitatis, qui licèt loquatur
3 dum vocantur cognati, vel agnati, idem puto † de vocatione liberorum, quia nunquam cenſentur vocati illi, qui non ſunt niſi tempore purificationis fideicommiſſi, *l. ſi cognatis, ff. de rebus dubijs.* cum alijs per Pereg. allegatis.

4 Vltrà quod tamen, † etiam circumſcripta d. diſtinctione Pereg. verior & communior opinio eſt, quòd non cenſeatur inductum perpetuum fideicommiſſum, ceſſantibus conjecturis, ex quibus perpetuitas fideicommiſſi colligi poſſit, vt innuit *d. deciſ. Florentina coram Iuſto,* & ſenſit ſatis expreſsè idem Peregr. *d. art. 19. ſub nu. 8.* vbi conſiderat quòd teſtator vocauit B. & ejus hæredes & deſcendentes, quaſi ex vocatione poſt mortem B. habeat vocatio tractum ſucceſſiuum perpetuum, maximè vocatis hæredibus, & deſcendentibus, & idem clariùs dicit *num. 19. in fin. verſ. ad primum dum reſpondendo primo argumento contrariæ opinionis* dicit quòd in caſu ſuo poſt mortem primi vocati ejus deſcendentes, & iterum id declarat & confirmat expreſsè *n. 21. & in numeris ſeqq.* ſic vt ipſe non firmet contrariam opinionem, niſi ſtantibus verbis denotantibus tractum ſucceſſiuum.

In caſu autem de quo in puncto nullum, vel minimum extat verbum, quod denotet tractum ſucceſſiuum, vel quòd vocentur liberi Seii poſt ejus mortem, ita vt ex eo quòd ad aliquem gradum ſubſtitutionis deuentum fuiſſet, potuiſſet deſumi conjectura, quòd inductum eſſet perpetuum fideicommiſſum, ſed tantùm vocauit Seius, & ejus liberi maſculi, quod intel- 5
ligitur ordine ſucceſſiuo per vulgarem, non autem per fideicommiſſum, ex quo non fit mentio mortis Seii, Aretin. *in l. gallus, § quidam rectè, nu. 9. ff. de liber. & poſthum.* Socin. ſen. *num. 8. verſ. tertius caſus.* Socin. jun. *conſ. 71. nu. 22. lib. 3.* Gab. *conſ. 77. nu. lib. 1.* Menoch. *conſil. 8. num. 79. & de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 71. num. 8.*

Quibus addo, quòd non ſolùm in d. ſubſtitutione non adeſt verbum denotans tractum ſucceſſiuum, vel plurium graduum ſubſtitutionum indicatiuum; verùm etiam adeſt verbum denotans quòd teſtator non vocat niſi liberos primi gradus Seii; namque † vocan- 6
do Seium, & ejus liberos maſculos ab eo, ſeu à ſuo corpore legitimè procreatos, ſeu procreandos, non cenſetur vocaſſe, niſi liberos primi gradus, propter naturam clauſulæ, *ex ſuo corpore,* quæ ſignificat cauſam immediatam, Cephal. *conſ. 330. n. 40. lib. 3.* Menoch. *conſ. 482. num. 1. 10. & 13 lib. 5.* Simon de Pret. *de interpretationibus vltim. volunt. lib. 3. interpr. 3. lib. 1. ſolut. 90. nu. 24. in fin.*

Quod quidem tranſit de plano, quando non agitur de ſuccedendo per vulgarem, ſed per fideicommiſſum; namque Bart. qui iſtam quæſtionem mouet *in l. liberorum, ff. de verb. ſignif. nu. 18.* dicit, quòd ſi quis vocat filios naſcituros ex tali, quod non comprehendantur nepotes, nec alij deſcendentes, ſi diſpoſitio fuit effectum ſortita in liberis primi gradus, quocirca ſi verſaremur in ſubſtitutione vulgari, quia liberi primi gradus Seii non ſucceſſiſſent, quia noluiſſent, vel alia de cauſa, vtique potuiſſet dici nepotes, ex eis vel ab eis deſcendentes, nepotibus deficientibus, eſſe vocatos per vulgarem: ſed poſtquam diſpoſitio fuit ſortita effectum in liberis primi gradus Seii, quòd deſcendentes ab eis cenſeantur per fideicommiſſum vocati, nequaquam puto per ſupradictam doctrinam Bart. & alia quæ ſuprà allegaui.

Quod quidem in caſu de quo conſulor, puto tranſire ſine difficultatis principio, non ſolùm ex quo vocatio maſculorum non eſt apta ad inducendum fideicommiſſum in fauorem deſcendentium ex primis maſculis, quia † ex vocatione maſculorum non deſumi- 7
tur conjectura conſeruationis agnationis, vt latiſſimè tradit Illuſtriſſ. dominus Cardinalis Mantica *de conject. vltim. volunt. lib. 6. tit. 5. num. 6.*

Verumetiam quia non verſamur in caſu, in quo agi poſſit de agnationis conſeruatione, ex quo Seius non eſt de agnatis, nec teſtatoris, nec primi inſtituti, ſeu honorati.

Maximè ex quo, vt inquit d. Illuſtriſs. Cardinalis Mantica *d. num. 6.* nec fauore agnationis ſunt multiplicandæ, nec ſomniandæ ſubſtitutiones; quia ſi teſtator voluiſſet inducere perpetuum fideicommiſſum, vtique id expreſſiſſet, quocirca multò minùs ſunt ſomniandæ, vbi non poteſt cadere fauor agnationis conſeruandæ.

CONSILIVM XVI

ARGVMENTVM.

DE poſitionibus,& atteſtationibus,impugnatis,erroneis, & reuocatis.

De teſtium depoſitionum & majoratus extenſione facienda,vel non.

De primogenitura juris Francorum, & an in illis filia primogeniti admiſſi excludat patruum.

De lege Salica, de capacitate fœminarum ex vi conſuetudinis omnium prouinciarum cis Alpes conſtitutarum.

Fœminæ & extranei quibus caſibus de jure feudali admittantur ad feuda.

De feudo ex pacto & prouidentia, abſolutè hæreditario vel etiam ſtrictè emptitio, conditionato,& alijs pleriſque.

SVMMARIVM.

1 *Feuda in Comitatu Venayſſino, prouincijs circumuicinis, tota Gallia & omnibus prouincijs cis Alpes conſtitutis, fuerunt ſemper & ſunt ad inſtar allodialium, adeò vt jus feudale in illis nunquam fuerit receptum.*

2 *In Comitatu Venayſſino nulla ſunt feuda ex pacto & prouidentia.*

3 *Quòd ſi aliqua eſſent, non propterea minùs vigeret d. conſuetudo generalis & vniformis.*

4 *In controuerſijs feudalibus primùm inueſtituræ tenor inſpicitur, poſtea ad conſuetudinem loci, vbi feudum eſt conceſſum, tandem ad jus feudale recurritur.*

5 *Locus Caſtri-noui eſt de Comitatu Venayſſino & illi vnitus.*

6 *Si Iudex requiratur, debet ſe informare ſuper notorio, etſi cauſæ deciſionem reſpiciat.*

7 *Teſtibus impugnatis,etiam per ſolam proteſtationem, quis ſe juuare non poteſt.*

8 *In majoratibus,etiam teſtamento inſtitutis, non fit extenſio de caſu ad caſum.*

9 *Conſuetudo eſt ſtrictè juris.*

10 *Sicut & depoſitiones teſtium.*

11 *Præſertim ſi ſit contra jus commune, vt quia bona dicuntur majoratui ſubjecta.*

12 *At longè magis in odioſis, vt ſi agatur de excluſione fœminarum propter remotiores maſculos.*

13 *Depoſitiones teſtium ſecundùm contenta in articulis intelligenda ſunt.*

14 *Qui producit atteſtationes, cenſetur quoque articulos producere, qui ſi in actis cauſa inueniantur, perinde contra eum fidem faciunt, ac ſi eos produxiſſet.*

15 *Primogenitura juris Francorum, ſi conceſſio ſit facta alicui & ejus hæredibus, etiam extraneis, vel quibuſcumque, habet tantùm locum in ſucceſſione ab inteſtato.*

16 *Sed & in ipſa ſucceſſione ab inteſtato, filia primogeniti ſemel admiſſi excludit patruum, quando feudum regitur jure Francorum.*

17 *Filiæ ſunt capaces primogenituræ juris Francorum.*

18 *Sicut & feudorum eodem jure Francorum.*

19 *Lex Salica ſolùm habet locum cùm de regni Galliæ,vel appanagij, quod eſt pars Coronæ, ſucceſſione agitur.*

20 *Aliàs etiam quam juris Francorum primogenitura, conſuetudine inducta, habet tantum locum in ſucceſſione ab inteſtato.*

21 *Statutum, extantibus maſculis fœminas arcens, ſolum habet locum in ſucceſſione ab inteſtato.*

22 *Sed & in ſucceſſione ab inteſtato filia primogeniti admiſſi excludit patruum.*

23 *Quod tam in feudis ſæcularibus, quam Eccleſiaſticis procedit.*

24 *Et ſi maſculorum in vno vel pluribus gradibus non omnibus nec indefinitè ac perpetuo ſit facta mentio, extra enim illos gradus filia excludet remotiorem maſculum.*

25 *Conſtitutiones Hiſpanicæ, admittentes filiam ad excluſionem remotiorum maſculorum, ſunt conformes juri communi.*

26 *Filiorum maſculorum defuncti, & remotiorum eſt diuerſa ratio, nec ab illis ad hos fit extenſio ad excluſionem filiarum defuncti.*

27 *Quæ tacitè inſunt, ſi exprimantur, non alterant naturam rei.*

28 *Reſpondetur doctrinæ Fabri,* in §. cæterum, de legit. agnat. ſucceſſ.

29 *Documentis potiùs quàm depoſitionibus teſtium, præſertim in facto longinquo & antiquo, ſtatur.*

30 *Confeſſiones quamuis acceptatæ, ſtante errore facti, omni tempore etiam per hæredem reuocari poſſunt.*

31 *Explicatur arbor genealogia dominorum Caſtri-noui.*

32 *Docetur falſum & erroneum eſſe quod aliqui teſtes deponunt de conſuetudine generali, primogenitos ad feudum admittente, & alias reſpondetur depoſitionibus eorumdem.*

33 *Primogenituræ allegatione ſemel rejecta in odium alicujus, eadem quis in odium ejus ſe juuare non poteſt.*

34 *Reſpondetur prætenſæ deciſioni Rotæ.*

35 *Sententia debet eſſe conformis libello, & ſecundùm eum eſt intelligenda.*

36 *Reſpondetur homagio Giraudi Amici de ann.* 1244. *& tranſactionibus Stephani cum Bartholomæo, & Ioachimi cùm Ludouico.*

37 *Reſpondetur homagio Giraudi Amici de anno* 1364.

38 *Data conſuetudine, quæ feuda ſint ad inſtar allodialium, dictio ſimplex,* hæredum, *vel* ſucceſſorum, pro quibuſcumque *accipitur.*

39 *Idémque ſtatuendum, etſi nulla hujuſmodi dictio adfuiſſet, ſed ſimpliciter conceſſio facta fuiſſet.*

40 *Reſpondetur matrimonio ſeu conſtitutioni dotis Guilhelmetæ, de anno* 1469. *& ſequentib. vſque ad* numer. 46.

41 *Vna determinatio reſpiciens plura determinabilia debet ea æqualiter determinare.*

42 *Ea interpretatio ſumenda eſt, quæ pariter omnibus conueniat.*

43 *Conſuetudo familiæ, quæ fœminæ dote contentæ non ſuccedunt, non probatur ex eo quòd multæ fœmi-*

na non

Digitized by Google

na non ſucceſſerint, niſi probetur vi d. conſuetudinis accidiſſe.

44 *Vna præſumptio tollit aliam.*

45 *Ludouicus ſenior, teſtamento condito, deceſſit.*

46 *Fœmina ſuccedit in feudo empto non obſtante iuramento fidelitatis, idque certiſſime ſi teſtamento fuerit hæres inſtituta.*

47 *Feudum ſemel alienatum, ſemper manet alienabile, etiam in extraneum in præiudicium agnatorum.*

48 *Forma inueſtituræ in noua feudi acquiſitione præſcripta attendi debet, nulla habita ratione antiqua, & feudi naturæ.*

49 *Feuda ex pacto & prouidentia nec alienari, nec obligari, nec pignori dari poſſunt.*

50 *Nec ex cauſa dotis, nam Authen.* res quæ, *ceſſat in feudalibus.*

51 *Idem ſtatuendum in maioratibus, etiam non feudalibus.*

52 *Dictio,* hæredibus, *& dictio,* ſucceſſoribus, *etiam in materia feudali idem operantur, immò dictio,* ſucceſſoribus, *latius patet.*

53 *Dictio,* omnibus, *& dictio.* quibuſcunque, *etiam in materia feudali idem operantur, & vtraque feudum abſolute hæreditarium conſtituit.*

54 *Ad quoſcunque heredes, etiam extraneos tranſitorium.*

55 *Dictio,* in infinitum, *conſtituit feudum abſolute hæreditarium.*

56 *Sunt duæ dictiones,* hæredibus, & ſucceſſoribus, *iuncta.*

57 *Paria ſunt,* pro ſucceſſoribus quibuſcunque, *&,* pro hæredibus quibuſcunque.

58 *Feudum abſolutè hæreditarium, ad quoſcunque heredes, & legatarios, eoſque extraneos tranſit.*

59 *Etiam fœminam, eámque extraneam.*

60 *Et conſenſum domini non requiri.*

61 *Fœminam, inquam, ſuccedere etiam ab inteſtato, nulla ordinis ſucceſſiui habita ratione.*

62 *Reſpondetur clauſulæ,* qui de iure ſuccedent, cum ſeqq.

63 *Clauſulæ,* quæ ſunt in acceſſoriis, & exequutiuis, *non immutant principalem diſpoſitionem.*

64 *Ea fieri debet interpretatio, qua non corrigantur præcedentia.*

65 *Clauſula,* qui de iure, *intelligenda & interpretanda eſt de conſuetudine in eo loco vigente.*

66 *Conſuetudo loci dicitur ius commune illius loci.*

67 *Inueſtitura ſeu conceſſio feudi, intelligitur ſecundum conſuetudinem in patria vigentem.*

68 *Data d. conſuetudine, fœmina comprehenditur ſub legitima ſucceſſione.*

69 *Dictio,* hæredum, vel ſucceſſorum, *abſque alia adiectione conſtituit feudum hæreditarium de iure feudali.*

70 *Quoties feudi hæreditarij, abſque vlla adiectione, fit mentio, intelligitur feudum pro ſe & hæredibus, vel ſucceſſoribus conceſſum.*

71 *Alienatio inter viuos feudi hæreditarij in vnum èx comprehenſis in inueſtitura, tenet in præiudicium proximiorum agnatorum, etſi hæredes eſſe non poſſint, vt quia non fuerunt inſtituti.*

72 *Alienationis nomine, in materia feudali, continetur donatio.*

73 *In feudo, pro quo præſtatur annuus cenſus, ſuccedit fœmina, non obſtante iuramento fidelitatis, niſi aliter in inueſtitura cautum ſit, idque nulla ordinis ſucceſſiui habita ratione.*

74 *In feudo Caſtri-noui, aut non primogeniti, aut non ſoli, aut alio iure, quàm primogenituræ prætenſa ſucceſſerunt.*

75 *Vſus & obſeruantia ſequuta, quale ſit feudum demonſtrat.*

76 *Vbi primogenitura dicitur in aliquo cœpta, ſi falſum in eo eſt, omnis præſcriptio, etiam immemorabilis, ſequuta corruit.*

77 *Domini Caſtri-noui ſemper de eo liberè diſpoſuerunt.*

78 *Ex eo quòd plures ſuccedunt in feudo, excluditur primogenitum; ex eo quòd vnus, natura feudi ex pacto & prouidentia ſimpliciter.*

79 *Ex eo quòd à Girando de Simiana vſque ad Ioachimum nullæ fœminæ ſucceſſerint, non elicitur aliqua primogenitura, vel natura feudi ex pacto & prouidentia, præſertim quia alia cauſa id accidit.*

80 *Succedens in maioratu, non tenetur ad debita prædeceſſoris.*

81 *Sicut nec ſuccedens in feudo ex pacto & prouidentia.*

82 *In dubio pro fœmina proximiori reſpondendum eſt, etiam in feudalibus.*

83 *Locus Caſtri-noui non eſt Baronia.*

84 *Conſuetudo generalis, qua feuda ſunt ad inſtar allodialium, habet etiam locum in Baroniis.*

85 *Filia primogeniti admiſſi excludit patruum etiam in Baroniis.*

86 L. Imperialem de prohib. feud. alien. per Fideric. *non, procedit niſi in Baroniis magnis.*

87 *Sed etiam in illis hodie deſuetudine abrogatum eſt.*

IN lite per Illuſtr. dominum Antonium de Simiana, dominum de Cederon, contra Illuſtr. dominum Frãciſcum de Simiana, dominum de Coſta, vt patrem & legitimum adminiſtratorem perſonæ & bonorum Ioachimi eius filij infantis, domin. Caſtri-noui Giraudi Amici, ratione d. Caſtri-noui intentata, in fauorem d. Franciſci, nomine quo procedit, abſque dubio pronunciandum eſt, quòd de iure d. Antonij nedum non conſtet, ſed & de non iure ipſius conſtet, & ex abundanti de iure d. Franciſci liqueat: quod vt manifeſtiùs appareat,
† præſupponenda eſt conſuetudo, vſus & obſeruantia 1
generalis, qua feuda in hoc Comitatu Venayſſino, prouinciis circumuicinis, tota Gallia. & omnibus omninò prouinciis, cis Alpes conſtitutis, fuerunt ſemper & ſunt ad inſtar allodialium & patrimoniorum quoad ſucceſſionem, & liberam alienationem, vt atteſtantur Guillielm. Benedict. *in cap. Raynutius, verb. duas habens num. 67. cum ſeqq. ext. de teſtam.* Iaſon *in l. de quibus, num. 64. ff. de ll.* Cephalus *conſil. 307. num. 40.* Surd. *conſil. 105. num. 15.* Inrigl. *de feud. cent. 1. tit. 50. num. 78.* & in indiuiduo de Comitatu Venayſſino, Bertrand. (iudicis & præſidis Cameræ Comitatus, vt ex inueſtitura de Intercallis *ſub nu. 21. fol. 136. verſo:* & locum tenentis Vicecomitis regentis Comitatus, vt ex homagio S. Yppoliti, *num. 188. fol. 763.* & homagio Albignani in quo fuit teſtis & talis nominatur *num. 99. fol. 434.*) *conſil. 237. nu. 1. lib. 6.* Adeò vt ius feudale nunquam in Gallia fuerit receptum, Petr. Iacob. *in ſua pract. tit. 63. de ſucceſſ. reg. vel potiùs de cauſis, quibus vaſſal. in princip. & num. 15. & ſeqq.* maximè 27. & 28. Ioan. Rainaud. *in comprehenſ. iuris feud. in princip. num. 27. & 28. in fin. & 29. fol. 10. & 11.* Argent. *in tit. iuris Britannici des baſtards, gloſſ. 3. num. 4.* quæque conſuetudo variis etiã modis & documentis probata fuit, nominatim in d. Comitatu, tam in feudis ſæcularibus quàm Eccleſiaſticis, vt inuentario documentorum, *num. 2. & conſil. 4. num. 1. cum ſeqq.* ſed præſertim ex tranſactione inſerta homagio Alſetæ de Baucio, Comitiſſæ de Auelino, ac eodem homagio Guillielmi de Baucio de annis 1320. 1379. 1428. & 1433. *ſub num.* 143. 144. & 178. † Et quamuis pars aduerſa 2
enixa ſit probare aliqua feuda ex pacto & prouidentia in Comitatu fuiſſe conceſſa, hoc tamen fuit tantùm ab an. 1492. aut ad ſummũ ab an. 1447. & ſic poſt tempora, quibus homagia præſtita vel documenta facta fuerunt,

de quorum interpretatione agi poſſet. Poſtremum enim Ludouici eſt, quod anno 1422. fuit præſtitum, ſed & omnes huiuſmodi conceſſiones ex pacto & prouidentia, vel effectum non habuerunt, vel renouatæ fuerunt, vel ad priſtinam naturam redierunt, ita vt ſic ante annum 1447. nulla erant, ita quoque nunc nulla ſunt feuda ex pacto & prouidentia, ſed omnia ſunt ad inſtar allodialium, vt fusè in inuent. num. 3. vſque ad num. 11. incluſiuè.

3 Sed dato, † quòd aliqua eſſent, vel etiam fuiſſent, etiam ante d. annum 1447. feuda ex pacto & prouidentia, non proptèrea minùs vigeret d. conſuetudo generalis & vniformis, in feudis ſcilicet omnibus, in quibus ex conuentione in inueſtitura ab ea diſceſſum non eſſet; cùm ex communi DD. ſententia † in controuerſiis feudali-
4 bus primùm debeat attendi tenor inueſtituræ, tum debet inſpici conſuetudo loci, vbi feudum conceſſum eſt, tertiò ad conſuetudines generales feudorum recurritur, Martin. Laudenſ. *de feud. cognit. num.* 9. Præpoſitus ibidem *num.* 3. Guet. Piſo *in præludi. feud. cap.* 7. *num.* 1. 2. & 3. Ludouic. a Peguer. *cap.* 1. *Regis Petri* ... 2 *prælud. num.* 10. Wult. *de feud. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 22. 23. 24. Schneid. *in epitom. feudorum, par.* ... 11. 12. & ibi Addition. *ſub litt.* G. & H. quinimò vbi conſuetudo conſuetudini opponeretur (quod tamen hoc caſu non fit) generali conſuetudini eſſet ſtandum, non habito reſpectu ad quædam feuda alterius naturæ. Bartol. *in repetit. l. de quib. verſ. exemplum, ff. de ll.* Deci. *conſil.* 11. *num.* 12. *verſ. ſecundo reſpondetur*, & alij allegati *conſil.* 4. *num.* 16. Martin. Trec. *de ſubfeud. lib.* 3. *tit.* 2. *de feud. antiq. num.* 19. *fol.* 312.

5 Non obſtat quòd prætenditur d. locus † Caſtri-noui ſeparatus à Comitatu, contrarium enim verius eſt, vt in articulis defenſionalibus & duplicatæ inuentario documentorum *num.* 12. edoctum fuit, præſertim ex homagio Roſtagni de Sabrano, fœlic. recordat. Ioan. 22. præſtito, de ann. 1324. *ſub num.* 74. & traditione clauium eiuſdem, de dicto an. & de menſe Martio *num.* 107. necnon omnibus homagiis ab eo tempore præſtitis, ac cōuocationibus comitiorum, ſeu ſtatuum *ſub num.* 61. & 112. Sed demus ſeparatum, ea conſuetudo eſt in omnibus prouinciis cis Alpes conſtitutis, vt DD. ſuprà allegati atteſtantur, eaque tam in Comitatu, quàm in omnibus prouinciis circumuicinis, vt notoria & manifeſta etiam facti permanentis fuit allegata, & petitum, vt iu-
6 dex, quatenus † ſibi neceſſarium videbitur, de ea ſe informet, quod tenetur facere, etiamſi cauſæ deciſionem reſpiciat, vt in terminis huius conſuetudinis docent Curt. Iun. *conſil.* 171. *in princip.* Roſental. *de feud. cap.* 9. *qu.* 58. *num.* 41. A Peguera *ad d. cap.* 3. *verſ.* 6. *num.* 80. *cum ſeqq.* & fuſiſſime docuimus *conſil.* 4. *num.* 8. ita vt hoc feudum ſecundùm conſuetudinem in omnibus prouinciis & locis quibus circumdatur, cenſendum eſſet, Surd. *conſil.* 105. *num.* 15. Papon *lib.* 13. *tit.* 1. *Art.* 4. Menoch. *conſil.* ... *num.* 22. & alij allegati *d. conſ.* 4. *num.* 3. Hac igitur ſtante conſuetudine ſumus in regula, & niſi d. dom. Antonius legitimè de contrario in d. feudo Caſtri-noui docuerit, contra ipſum pronuntiandum eſt.

Nihil verò eum probaſſe legitimè ex ſeqq. patebit. Primùm enim, & potiſſimum nititur atteſtationibus, ſeu depoſitionibus teſtium aliàs coram domino Ludouico de la Sala, Decano Sancti Petri, factis in vim remiſſoriarum à Reuerendiſſ. domino Kropero auditore Rotæ, Iudice & Commiſſario cauſæ & litis inter Ioachimum auum maternum noſtri Ioachimi, & Ludouicum patrem d. Antonij vertentis, emanatarum; quibus credit probaſſe conſuetudinem in d. loco obſeruatam, qua primogenitus filius domini ſecundogenitum, & omnes fratres ſuos excluſerit, ſolúſque in d. loco ſucceſſerit. Sed prætereà quam quod variis modis edoctum fuit *in conſ.* 2. *num.* 139. *cum ſeqq.* & *conſil.* 3. *num.* 14. *cum ſeqq.* huiuſmodi atteſtationes in hoc iudicio nullam fidem facere & ad iuramentum ſupplendum D. Antonium admitti non poſſe, variis aliis modis reſponſum fuit.

Primò reſpondetur, d. atteſtationibus † ſe iuuare nō 7
poſſe, quia Ludouicus pater teſtes impugnauit, & articulos reprobatorios dedit, teſteſque ſuper illis examinari curauit, Socin. ſen. *conſ.* 158. *col.* ... *verſ.* ... & *conſ.* 208. *col.* 2. *verſ. prim.* & filius *conſil.* 3. *n.* 18. adeò vt ſola proteſtatio contra productionem teſtium efficiat, ne quis poſſit ſe ſeiuuare. Vantius *opin.* 929. *num.* ... *lib.* 3.

Secundò, quia etſi ſe iuuare poſſet, † tamen nihil fa- 8
cerent ad caſum noſtrum, cùm ſolum deponant quando eſt controuerſia inter filios defuncti, non ſi agatur de filia primogeniti admiſſi, multò magis de eiuſdem filiæ filio, eoque agnato ex parte patris, vt in hoc caſu, an ſcilicet is excludi debeat per deſcendentem à ſecundogenito excluſo: Certiſſimum enim eſt, illum caſum primū ad hunc extendi non poſſe, vt in terminis maioratus, etiam teſtamento, in quo ſit lata interpretatio inſtituti, docent Anchar. *conſil.* 339. *num.* 7. *cum ſeqq.* Burgoſ. à Paz *conſil.* 29. *num.* 17. Gutier. *conſil.* 13. *num.* 17. Surdus *conſil.* 316. *num.* 16. & in primogenituris etiam feudalibus non fieri extenſionem docent Laudenſ. *in cap.* 1. *num.* 25. *de alienat. feud.* & ibi Præpoſ. *num.* 3. Tiraq. *de primog. qu.* 16. *num.* 10. Roſental. *cap.* 7. *qu.* ... *num.* 5. idque vbi ius feuddale eſt in vſu. Nam, data d. conſuetudine generali, idem de
feudalibus † quòd de cæteris bonis abſque dubio ſta- 9
tuitur, idque præſertim hoc caſu quo dicitur maioratus conſuetudine inſtitutus, quæ ſtricti iuris eſt, DD. *in l.* 1. §. *ea verba, ff. de negotiis geſtis.* Bald. *in cap.* 1. *num.* 9 *de feud. cognit.* & ibi Petr. de Rauenn. Ruin. *conſil.* ... *num.* 6. *lib.* 1.
idque † magis, quia teſtibus dicitur probata, quorum 10
depoſitio eſt ſtricti iuris. Innocent. *in cap.* ... *Archidiac. cap. audita*, vbi Felin. *num.* ... idque lon-
gè magis, quia eſt contra ius commune, cùm, vt hic 11
dicitur, bona primogenio, ſeu maioratui ſubiecta, Dec. *conſil.* 424. *num.* 9. ... Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 8.
quòdque † verſamur in odioſis; excluſio enim fœmina- 12
rum, propter maſculos remotioris lineæ, & agnatos, eſt odioſa etiam in maioratibus, & irrationabilis, Molin. *lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 5. 15. 18. 19. & *cap.* 5. *num.* 7. & hæc eſt magis communis opinio, Socin. iun. *conſil.* 4. *num.* 46. *lib.* 1. Molin. *d. cap.* 4. *num.* 18. Burgos à Paz *in proœmio ll. Tauri num.* 44. & 127. ideóque reſtringenda, & ſtrictè interpretanda, Mol. *d. cap.* 4. *num.* 22. & in dubio pro filia pronuntiandum, Mol. & Burgos d. locis, ſed de hac reſponſione fusè *conſ.* 3. *num.* 25. *cum ſeqq.*

Tertiò reſpondetur, † d. depoſitiones ſecundum con- 13
tenta in articulis, ſuper quibus factæ fuerunt, intelligendas, nec ad diuerſam rem trahi poſſe, Capell. Toloſ. *qu.* 202. Rota Genuenſ. *deciſ.* 9. *num.* 20. Monticel. *in repertorio teſtium, rubrica teſt. dicta qual. interpret. fol.* 430. Farinac. *de teſt. lib.* 3. *tit.* 7. *qu.* 68. *num.* 58. adeò vt cùm d. arti-
culi in actis inueniantur, habendi ſint ac ſi per d. dom. 14
Antonium, dominum de Cederon, producti fuiſſent, & contra eum eodem modo vim habeant, cùm dicta teſtium habeant de neceſſitate relationem ad articulos, & petitionem partis, vt teſtatur Caſtil. Sebaſt. *in l. ſi ita debemus, num.* 9 *ff. de verb. obligat.* Monticel. *d. loco col.* ... *fol.* 430. Ideóque cùm produxerit atteſtationes, cenſetur produxiſſe articulos, ſuper quibus factæ fuerunt, quia relatum ita dicitur eſſe in referente, vt non eo loco de relato, referens non probet. Authen. *ſi quis in aliquo, C. de edendo.* Rota March. Gratian. *deciſ.* 48. *num.* 17. & 18. & cùm atteſtationes ſint annexæ cum articulis, productio atteſtationum ſine articulis non procedit, cùm ſic connexis non ſufficiat talis productio: per tradita à ſimili de lib. rationum à Rot. Genuenſi *deciſ.* 72. *num.* 5. Quæ cùm
ita ſint d. atteſtationes † de primogenitura iuris Franco- 15
rum, de

Google

rum, de qua tantum eſt articulatum, ſunt intelligendæ.
At verò data conceſſione feudi alicui pro ſe & hæredi-
bus, etiam extraneis, facta, & priuilegio primogenituræ
alicui & ſuis hæredibus quibuſcunque, etiam extraneis
dato, vt in d. articulis aſſeritur, certiſſimum eſt eam pri-
mogenituram ſolùm in ſucceſſione ab inteſtato habere
locum, non autem ſi facta ſit diſpoſitio, præſertim inter
viuos, vt hoc caſu, vt in terminis docet Cannet. *in ca. vo-
lentes, §. ſed magna fuit olim, num. 73. fol. 54.* qua de re fusè
conſil. 3. num. 32. cum ſeqq. quod ſi dicatur huiuſmodi pri-
mogenituram conſuetudine ſeu præſcriptione inducta,
ea etiam ſolùm in ſucceſſione ab inteſtato habet locum,
16 vt infrà *num. 20.* dicetur. Sed & in † ipſa etiam ſucceſſio-
ne ab inteſtato filia primogeniti, ſemel admiſſi, excludit
patruum nemine diſcrepante, Petr. de bella pertica do-
ctor Gallus *in l. pater filium, §. quindecim. ff. de legat.* 3. Præ-
poſ. *in cap. 1. nu. 1. in fin. verſ. quintodecimo hoc probatur. fol. 34.
de feud.* March. Palatios Ruuios *in cap. per veſtras de donat.
inter virum & vxorem, in rubr. §. 69. num. 26. fol. mihi 82.*
Chaſſan. *in conſuet. Burgund. rubr. 7. des ſucceſſions, §. 10. num.
57. verſ.* Ioan. Faber. Lofred. *conſil. 39. num.* 28. Thom. *de*
Marin. *de genere & qualit. feud. tit. 11. de feud. fœmin. num. 47.*
Camerat. omninò videndus poſt repetitionem Cannet.
in cap. ſi aliquem, verſ. verba hæc, fol. 373. Otho Friſyng. *de re-
bus geſt. Frider. lib. 2. cap.* 29. Choppin. *de doman. Franciæ lib.
2. tit. 4. num. 12. & 13.* Tiraqu. *de iure primog. qu. 10. num. 20. &
qu. 14. num. 6. 7. & 8. & qu. 40. num. 3.* Et alij in magno nu-
mero præſertim Siculi, vt Andr. de Iſern. Matth. de Af-
flict. Petr. de Gregor. Marin. Frecc. Cumia Intrigl. alle-
gati *d. conſil. 3. num. 36. cum ſeqq.* vbi reſponſum fuit quoad
Siculos, cùm prætenditur hoc ius eſſe ſpeciale in regno
Siciliæ, & edoctum quòd cùm per prauam conſuetudi-
nem in aliquibus Siciliæ prouinciis hoc ius alteratum
fuiſſet, per conſtitutiones Siculas ad priſtinam naturam
rediiſſe, de qua omnes DD. tam Galli quàm Itali, nulla
conſtitutionum Siculatum habita ratione, atteſtantur,
17 filiáſque † primogenituræ iuris Francorum eſſe capa-
ces ad excluſionem remotioris maſculi, Chopp. *d. lib. 3.
tit. 6. in princip.* Petr. à Greg. *part. 4. qu. 8. num. 7.* Martin.
Laudenſ. *de primog. qu. 11.* Curtex *de primog. qu. 19. num. 4. &*
18 *5.* Cephal. *conſil. 21. num. 63.* Sicut & † eodem iure Fran-
corum fœminæ ſunt feudorum capaces, Andr. de Iſern.
in cap. 1. in fin. de eo, qui ſibi & hæred. Afflict. *deciſ. 248.* Thom.
de Marinis *d. tract. lib. 1. tit. 11. de feud. fœmin. num. 23. cum
ſeqq.* Guerin. Piſo *in prælud. feud. cap. 31. num. 19.* Gregor. *in
Syntagm. par. 8. quæſt. 7. num. 3.* Chop. *d. lib. 3. tit. 6. in princip.*
19 Otho *d. cap. 29.* Nam lex Salica, † quæ filios excludit, ſo-
lùm habet locum cùm de regni Galliæ vel appanagij,
quod eſt pars coronæ, ſucceſſione agitur, non quoad
alia bona, quæ habentur à Rege ſiue in allodium, ſiue in
feudum, Benedict. *in cap. Raynutius verb. duas habens, num.
72. cum ſeqq.* Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. tit. des fiefs verb.
choſes feudales, §. 5. num. 58. & 60. fol. mihi* 117. Gregor. *in
Syntagm. parte 1. lib. 6. tit. 11. num. 8.* Forcat. *de feud. cap. 7. nu.
1.* Chopp. *d. lib. 3. tit. 1. num. 9. cum addit. ad marginem.*
20 Quartò, quia etſi daretur † alia primogenitura, con-
ſuetudine ſeu præſcriptione inducta, ex d. atteſtationi-
bus probata, nihilominùs ea conſuetudo ſolùm in ſuc-
ceſſione ab inteſtato haberet locum, vt quantò minùs
fieri poſſit, ius commune lædatur, Alberic. *in dictio. verb.
feudum, col. 5. in fi. verſ. conſuetudo ergo.* Petr. à Gregor. *par.
4. quæſt. 10. num. 23. quæſt. 11. num. 1. 2. & 3. & par. 8. quæſt. 6.
num. 8. & 9.* poſt Bald. & alios & Intrigl. *cent. 7. dec. 92.
21 num. 24.* Exemplo ſtatuti † ſtantibus maſculis fœminas
arcentis, quod ab inteſtato tantum intelligitur, Bald.
in l. 1. verſ. alias ſtatuto, Cod. de legit. hæred. Albert. Brun. *de
ſtatut. fœmin. exclud. artic. 8. quæſt. 8.* Natta *in d. tract. 12. qu.
vltima quæſt. princip. fol. 12.* Campeg. *d. tract. quæſt. 54.* Af-
flict. *in conſtit. in aliquibus quæſt. 5. num. 15.* Intrigl. *d. loco.*

Sed & in ſucceſſione ab inteſtato, † data capacitate 22
fœminarum in feudis, quæ notoria eſt in hac patria, &
tota Gallia, filia primogeniti, ſemel admiſſi, excludit
patruum, Anchar. *d. conſil. 359. nu. 7. cum ſeqq.* Couarruu.
variar. reſol. lib. 3. cap. 5. ſub. num. 5. verſic. rurſus ſeptimò, Mol.
lib. 3. cap. 4. num. 5. cum ſeqq. & cap. 6. num. 30. 31. 32. & 49.
Cancer. *lib. 1. tit. 12. de feud. num. 47. & 49.* Melchior Palaes
de maioratu par. 2. quæſt. 6. num. 7. cum ſeqq. præſertim *num.
12. & 24.* Peral. *in rubr. ff. de hæred. inſtit. num. 103. ver. ſed
poſtquam, fol. 85.* Burg. à Paz *in proœm. ll. Tauri num. 66. 68.*
vbi de Baronis loquitur, Schrad. *de feud. part. 7. cap. 4. nu.*
78. & nouiſſimè à Peguer. *in repetit. cap. 3. Regis Petr. verſic.
6. aiuſtans, à num. 91. vſque ad num. 98.* & alij, magno nume-
ro allegati *conſil. 3. num. 42. cum ſeqq.* vbi variis rationi-
bus confirmatur hæc ſententia, quam vbique terrarum
obſeruari affirmat Alexand. Rauden. de analogis *cap. 15.
num. 292.* idque † procedit tam in feudis ſæcularibus, 23
quàm Eccleſiaſticis, Guerin. Piſo *in prælud. feud. cap. 31.
num. 19.* Nec mirum, cùm fœminæ ad Eccleſiaſtica
feuda faciliùs, quàm ad ſecularia admittantur, Gre-
gor. *in Syntag part. 1. lib. 2. tit. 12. num. 6.* Garzon *de fœmin.
ad feud. limit. 19. num. 126.* Thom. de Marin. *tit. 11. de feu-
do fœmineo, num. 23.* & alij *conſil. 3. num. 58.* & alij paſſim
DD. ſuprà allegati, loquuntur in maioratibus feuda-
libus; & inter cæteros Curt. Tiraqu. Camer. Rauden. à
Peguera & Schrad. locis ſuprà cit.

Quæ adeò vera ſunt, vt quamuis † maioratus eſſet te- 24
ſtamento inſtitutus, quo caſu eſt magis fauorabilis &
extendendus, & mentio maſculinitatis fuiſſet facta, in
vno tamen vel certis tantum gradibus, non omnibus,
nec indefinitè ac perpetuò, nihilominùs maioratus
tantùm haberet locum in gradibus in quibus eſt fa-
cta mentio maſculorum, nec ad alios extenderetur, &
extra eos filia excluder maſculum remotiorem, Ti-
raqu. *de primog. quæſt. 10. num. 25.* Palaes *d. par. 2. quæſt. 6.
num. 10.* Grammat. *deciſ. 1. per totum,* præſertim *num. 28.
& 29.* Petr. Salazar omninò videndus *de vſu & conſue-
tud. cap. vltim. num. 29. 56.* maximè *verſic. nec intereſt & num.
61. & 62.* Aluarod. *de coniectur. mente, lib. 2. cap. 3. § 4. num.
31. & 34.* Burgos à Paz *conſil. 29. num. 41. & 57.* Illuſtriſſ.
Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib. 6. tit. vltim. num. 6.*
Auend. *ad ll. Tauri l. 40. gloſſ. 9. num. 34.* Mol. *lib. 1. cap. 5.
num. 37. & 38.* qua de re fusè *conſil. 1. num. 186. vſque ad num.
219. & conſil. 3. num. 48. cum ſeqq.* vbi variis rationibus hæc
ſententia confirmatur, & in fortioribus terminis, cùm
ſcilicet infeudatio eſt facta alicui, & eius primogenito
maſculo, & de maſculo in maſculum deferentem no-
men & arma, ſupremi Senatus Pariſ. arreſto, de anno
1493. in fauorem filiæ deſcendentis ex d. primogenito,
contra maſculum deſcendentem ex ſecundogenito, pro-
nunciatum fuiſſe refert Charondas *aux memorables ob-
ſeruat. verb. fief in fin. & lib. 2. des Pandectes du droict Fran-
çois cap. 15. fol. 151.* Nec inſtandum aliquos † ex his eſſe 25
Hiſpanos, & fundari forſan in conſtitutionibus Hi-
ſpanicis; nam huiuſmodi conſtitutiones, quoad maiora-
tus ſucceſſionem, ſunt iuri communi conformes, vt te-
ſtantur Burgos à Paz *in proœm. ll. Tauri nu. 85.* Gutierr.
conſil 13. num. 17. 26. 27. in caſu verò noſtro, in articulis
quidem nulla maſculinitatis mentio, teſtes quoque de
primogenito ſimpliciter loquuntur, exceptis tribus,
ſcilicet 1. 18. & 24. qui maſculinitatis quidem qualita-
tem adiiciunt, ſed in vno tantùm gradu, ſcilicet in fi-
lio domini defuncti, ideóque extra eum gradum non
poteſt extendi, cùm illius filij, ſcilicet maſculi defuncti, &
remotiorum maſculorum ad excluſionem filiæ ſit di-
uerſa ratio; nec † ab vno caſu ad alium extenſio fie- 26
ri poſſit, vt ſuprà ex Burgos *conſil. 20. num. 57.* Surd. *conſ.
316. num. 16.* & aliis ſuprà *num.* 8. fuit edoctum. Dicti-
que teſtes expreſſerunt id, quod † ſi non fuiſſet dictum

Digitized by Google

intelligeretur, quódque propterea naturam rei non al-
terat. *l.3. l. in conditionibus, §. 1. l. aliquem 197. ff de conditio-
nibus & demonſtr.*
28 Non obſtat † doctrina Fabri *in §. cæterum num. 4. verſ.
& videtur de legit. agnat. ſucceſſ.* Nam poſito, quòd contra-
rium ſentiret, quodque hic locus Baronia eſſet, quorum
tamen neutrum eſt, vt docuimus *conſil. 4. num. 38. cum
ſeqq.* Faber intelligendus eſſet in ſuo caſu, ſcilicet cùm
primogenitus, relicta filia, deceſſit ante patrem, non
ſi ſuperuixerit, & ſemel admiſſus fuerit; & ita intelli-
gendum eſſe docent Chaſſan. *in conſuet. Burgund. ru-
bric. 7. des ſucceßions, §. 10. num. 57. verſic. Ioannes Fa-
ber, in §. cæterum*, & Melch. Palaez *de maioratu, parte
2. quæſt. 6. num. 19.*
Secundò reſpondetur, Fabrum intelligendum eſ-
ſe, data conſuetudine prohibente fœminas ſuccedere
in Baronijs, non ſi conſuetudo non ſit excluſiua ſuc-
ceſſionis fœminarum, ſed admiſſiua, qualis eſt in tota
Gallia; quo caſu quæcunque detur primogenitura, mo-
dò ne maſculina perpetua, filia excludit patruum, & d.
doctrina Fabri ſolùm procedit vbi ius feudale viget, vt
in terminis docent Tiraqu. *de primog. quæſt. 14. num. 6.* &
poſt eum Palaez *d. quæſt. 6. num. 19.* & aliàs reſpondetur
vt fusè *in 4. conſil. num. 38 cum ſeqq.*
Atque ex quidem reſponſiones reſultant ex propriis
dicti domini Antonij documentis, nulla etiam habita
ratione documentorum per d. dominum de Coſta pro-
ductorum; ideóque condemnationem expenſarum d.
dominus Antonius euitare non poteſt. Sunt & aliæ
reſponſiones ex documentis d. dom. Franciſci reſul-
tantes.
Quintò igitur reſpondetur, huiuſmodi depoſitiones
teſtium, necnon poſitiones & confeſſiones ſuper qui-
bus fuerunt factæ, quatenus prætenſam primogenitu-
ram reſpiciunt, omninò erroneas & falſas eſſe; & verius
eſt, nunquam ex vi d. primogenituræ prætenſæ in d. feu-
do ſucceſſum fuiſſe: Nam Giraudus Amici, domi-
nus Rupisfortis, illud liberè in Giraudum de Simiana
alienauit, qui cùm illud Guinoto eius filio primùm in
contractu eius matrimonij donauit, is Guinotus erat ſe-
cundogenitus, quo poſtea in amplioribus feudis hære-
de inſtituto, Berengarius vltimogenitus, ex vi teſtamen-
ti paterni, & ceſſione fratris Guinoti, illud obtinuit. Lu-
douicus filius Berengarij non ſolus, ſed cum Reforſato,
eóque primogenito ſucceſſit. Stephanus quidem filius
primogenitus Ludouici ex vi teſtamenti paterni, quo
fuerat hæres vniuerſalis inſtitutus, & quo tempore ab
inteſtato Ludouicus credebatur mortuus, ex vi diuiſio-
nis ſeu tranſactionis cum fratre Bartholomæo initæ id
habuit. Melchior verò, vel quia vnicus filius Stephani
vel ex vi contentorum in contractu eius matrimonij.
Ianſanus primogenitus quidem Melchioris, ſed ex vi
donationis in d. contractu matrimonij contentæ. Ioa-
chimus verò, vltimatè defunctus, vnicus erat filius d.
Ianſani, & tanquam hæres ipſius ex vi d. donationis
habuit id omne quod in d. Caſtro contra Ludouicum
patrem d. Antonij conſecutus fuit, vt poſteà *num. 74.*
latiùs docebimus, omnia ſupradicta documenta deſi-
gnando. Certiſſimum eſt autem d. confeſſionum, & at-
teſtationum erronearum ac falſarum nullam haben-
29 dam eſſe rationem, † ſed ſtandum eſſe documentis, quę
illis abſque dubio præponderant, præſertim vbi agitur
de facto longinquo, & antiquo, vt hic, *in l. penult. C. ſi mi-
nor ſe maiorem dixerit*, Dec. *in rubr. extra de teſt. num. 3.
text. in l. cenſus & monum. ff de probat.* Bald *ea l. penult. num.
5.* Alba *conſil. 64. num. 21.* Bald *conſil. 445. num. 5. lib. 5.* Curt.
iun. *in l. pactum quod bona fide, num. 4. C. de pactis*, præſertim
30 † quia d. confeſſiones, quatenus opus eſſet, legitimè re-
uocatæ fuerunt, quod ſtante errore facti quamuis ac-
ceptatæ & omni tempore fieri potuit, *l. error. Cod. de iu-
ris & facti ignorantia c. fin.* & ibi DD. *de confeſſ.* Iaſ. *in l. 1.
num. 7. C. de errore calculi etiam per heredem*, Iaſon *in l. cum
teſtam. num. 1. & 5. C. de iuris & facti ignorantia*, Afflict. *de-
ciſ. 233.* & ibi de Vrſil. & Piſanell. Nec huic † reſponſio- 31
ni, ſuper errore & falſitate fundatæ, obſtat quædam ar-
bor genealogiæ dominorum Caſtri-noui, de qua depo-
nunt teſtes 16. 19. 20. Nam bene intellecta vera eſt: de-
monſtrat enim dominos Caſtri-noui quinam mortis
tempore fuerunt, & eos ponit in recta linea, non autem
qui eſſent primogeniti; ideóque Berengarius, quia tan-
dem per teſtamentum patris, & ceſſionem Guinoti fuit
poſt patrem dominus, ponitur in d. linea & poſt eum
Ludouicus, quia per mortem Reforſati remanſit ſo-
lus dominus; Stephanus deinde, quia teſtamento Lu-
douici hæres vniuerſalis; tum Melchior, quia ſolus.
Erroneas quoque † eſſe huiuſmodi depoſitiones in 32
alio capite, quo aliqui teſtes, ſcilicet 17. 19. 20. 23. &
26. deponunt, conſuetudinem generalem eſſe in Co-
mitatu Venayſſino & prouinciis circumuicinis, qua vl-
timogeniti, quandiu antenati viuunt, non ſuccedunt
in feudis & ſignoriis, pluſquam notorium eſt, & pa-
tet ex prædicta conſuetudine generali, qua feuda
ſunt ad inſtar allodialium, & matrimonio Guinoti,
tranſactione Stephani cum Bartholomæo, & aliis do-
cumentis etiam dicta falſitas conuincitur, de quibus
in inuentar. *num. 48.* prætérquam quòd dicti teſtes
non legitimè, nec eo modo, quo deberent, ad fa-
ciendam fidem deponunt, & vtcunque ſit, hoc pro-
cederet in ſucceſſione ab inteſtato, & cùm agitur in-
ter filios defuncti, non ſi agatur de filia eiuſdem per
remotiores maſculos excludenda, vt fusè docui *con-
ſil. 4. num. 87. cum ſeqq.*
Poſtremò, quia non obſtantibus dictis atteſtatio-
nibus, † & nulla earum habita ratione, dictus Ludo- 33
uicus pater dicti Antonij ea omnia, quæ ſibi, nul-
la habita ratione primogenituræ prætenſæ, compete-
re poſſent, per tranſactionem de ann. 1574. cum di-
cto Ioachimo initam conſequutus fuit, ita vt cùm di-
cta primogenitura prætenſa, reiectis dictis atteſtatio-
nibus in fauorem Ludouici & odium Ioachimi, qui eas
fieri curauerat, reiecta fuerit, non poteſt Antonius
filius Ludouici in ſui fauorem contra Ioachimum do-
natarium dicti Ioachimi ea ſe iuuare, Benintend. *de-
ciſion. 37. numer. 14.* qua de re *conſil. 3. numer. 169. &
ſequentib.*
Non obſtat ſecundo loco prætenſa deciſio, nam
præter † quàm quòd ea nullam fidem facit, nec vim 34
aliquam habere poteſt, vt fusè doctum fuit *conſil. 3.
num. 185. cum ſequentib.* præſertim quia huiuſmodi ſcri-
ptura non eſt niſi atteſtatio notariorum recognitio-
nis ſignaturæ Illuſtriſſimi Cardinalis Seraphini, cum
inſertione copiæ, ſeu exemplaris eiuſdem prætenſæ
deciſionis nullo vocato, & contra inhibitiones de
non faciendo aliquas extractiones, niſi parte voca-
ta, factas, abſque eo quòd ſignaturæ dicti Illuſtriſ-
ſimi Cardinalis veſtigium aliquod adſit, reſponde-
tur eodem modo, quo atteſtationibus. Etſi enim
eſſet ſententia de primogenitura iuris Francorum, † 35
de qua tantùm in libello fit mentio, intelligen-
da eſſet maximè, cùm indefinitè ſit probata, vt ſen-
tentia ſit conformis libello, *l. vt fundus ff. communi di-
uidundo*, Surd. *conſil. 273. lib. 2.* Sed etſi de alia intelligere-
tur, eſſet de ſimplici, præſertim cùm nulla qualitas ma-
ſculinitatis adiiciatur, ſed ſolùm dicatur, primogenitu-
ram eſſe probatam; in vtraque autem ex iis filia pri-
mogeniti excludit patruum; vt ſuprà doctum fuit.
Denique.

Digitized by Google

Denique, quamcumque tandem imaginari vellemus primogenituram in d.reſolutione contineri, cùm d.reſolutio tota fuerit in ſuſpenſo, & nulla ſententia ſequuta ſit, conſtito de errore d.atteſtationum, nulla haberetur ratio d.reſolutionis.

36 Non obſtat † homagium Giraudi Amici de anno 1244. tranſactio inter Stephanum & Bartholomæum iuita de an.1463. & alia inter Joachimum & Ludouicum de an.1574. tantum enim abeſt vt intentionem d. dom. Antonij adjuuent, quin potiùs ea ipſis validiſſima ſumuntur argumento in fauorem d.Franciſci, vt infrà docebitur.

37 Non obſtat † homagium alterius Giraudi Amici de an.1364. quia etſi fiat ſimpliciter pro ſe & ſucceſſoribus, abſque vlla dictione vniuerſali, tamen ſubintelligitur tum propter proteſtationem in eo appoſitam, tum etiam ſine ea, propter homagium Roſtagni de Sabrano antiquius, de ann.1324. de quo poſteà cui proptereà ſtandum eſt. Wult. *de feud lib.2.c.5.num.22.* Illudque primò à S^{mo} D.N. præſtitum, abſque vlla proteſtatione, in quo & dictio vniuerſalis, *omnibus*, & dictiones, *hæredibus & ſucceſſoribus*, junctæ adſunt, quorum vnumquodque ad conſtituendum feudum abſolutè hæreditarium ſufficit, vt infrà docebitur, & , his omnibus ceſſantibus, conſtitueret ſaltem ſtrictè hæreditarium, quod in hoc caſu ſufficeret ad victoriam cauſæ, vt infra *num.71.* dicetur. Quæ reſponſiones procedunt inſpecto mero jure feudali, ſed data d.conſuetudine generali, quæ abſque dubio danda eſt, dictio
38 † ſimplex *hæredum*, vel, *ſucceſſorum*, pro, *quibuſcumque*, accipitur, Guid.Pap.*q.230.num.2.verſ adnertendum.* Bened.*in cap. Raynutius, verb.duas habens, nu.67.* A Perno *conſ.6.nu.26.verſ.& eſt nouiſſima.* Frecc.*lib.3. tit.de feud. hæred. & mixto, num.29.fol.416.* & alij *conſ.3.num.109.* &
39 † quod magis eſt, etſi nulla hæredum vel ſucceſſorum mentio, ſed ſimpliciter conceſſio facta fuiſſet, A Perno *conſ.4.num.10.& ſeqq.* à Gregor.*part.4.q.15.n.9.* Oldrad. *conſ.159.num.9.* Pariſ.*conſ.13.nu.30.lib.1.* Jaſ.*in d.l.de quibus, nu.61.* quod euentus docuit: nam d.Giraudus nouem vel circa annis poſteà liberè d. feudum in Giraudum de Simiana, extraneæ familiæ, alienauit, vt ſuprà dictum fuit.

40 Non obſtat poſtremò † contractus matrimonij & conſtitutio doris in eo contentæ, Guillielmetæ ſorori per Stephanum facta, de an.1469. & 12. Februarij, & renunciatione eàdem die, ac quictancia de an.1467. junctis cum d.tranſactione inter Stephanum & Bartholomæum inita, fuſiſſimè enim reſponſum fuit in artic.incipientibus contradicendo & *conſ.3. num.195.cum ſeqq.* & præſertim quia in d.tranſactione ſit mentio nedum Caſtri-noui, ſed etiam omnium bonorum mobilium & immobilium, & nominatim dominij de Coſta, condominij de Cauiſmontibus, & bonorum in loco ſancti Saturnini ſitorum, & Guillielmeta in d.contractibus, mediante conſtitutione dotis in pecunia, omnibus paternis juribus generaliter renunciat. At verò ſi aliqua incapacitas ex d. contractibus reſultaret, id eſ-
41 ſet quod omnia bona in eis ſpecificata; vna enim, † eademque oratio plura bona etiam ſpecialiter ſpecificata complectens, & generale pactum vniformiter debet intelligi, & vno eodemque jure non diuerſo cenſeri, *l.jam hoc jure, §.ſed etſi aliter,* & ibi Bart. *n.1. ff. de vulgari.l.quamuis, C.de impub.* Idem Bartol.*in l.ſi teſtam.nu.1. C.de teſtam.militis.* Oſaſc.*deciſ.81.n.9.* Surd.*conſ.31.nu.15.*
42 præſertim † cùm vnica eſt oratio & verborum conceptio, Surd. *conſ.45.num.37.* Cùm enim agitur de interpretatione actus, ea ſumi debet, quæ pariformiter omnibus conueniat, Crauet.*conſ.12.num.20.* Bec.*conſ.101. nu.65.* At verò notorium eſt d.Guillielmetam d.locorum de Cauiſmontibus & de Coſta & aliorum bonorum mobilium non fuiſſe incapacem, ſed capacem; ergo & d.quoque Caſtri-noui. Quod ſi dicatur, id fuiſſe ſpeciale in d.loco, certè id aliunde quàm ex d.contractibus, in quibus vniformis & æqualis debet fieri interpretatiò, probandum eſt. Nam ſi aliqua eliceretur incapacitas ex d.contractibus quoad Caſtrum-nouum, eliceretur quoque quoad alia bona, quod cùm non fiat, nec quoque fieri debet vel poteſt quoad d.locum. Confirmatur illud, quia in d.contractibus nulla incapacitatis mentio, nec ratione illius pecuniam accipit in dote, ſed quia eam maluit in pecunia quàm in bonis, quia ſi ratione incapacitatis d.loci Caſtri-noui id fieret, ſaltem exterorum bonorum partem habuiſſet; ſed maluit dotem in pecunia, præſertim quia hæc omnia voluntariè geſta ſunt, nec vlla erat controuerſia, an Guillielmeta eſſet capax, necne? † Quod coad- 43
juuatur, quia conſuetudo familiæ, vt filiæ, maſculis extantibus, cùm dote contentæ hæreditati renuntient, vel ad eam aſpirare non poſſint, non probatur ex eo quòd multæ à maſculis excluſæ fuerint, niſi doceatur hoc vi & reſpectu talis conſuetudinis, vel quod talis eſſet conſuetudo, factum fuiſſe, quoniam teſtamentis aut conſenſu earum ſimilive modo factum eſſe potuit, Anchar.*d.conſ.339.num.8.* Corneus *conſ.125. num.1. verſ.quod autem vſque ad fin.lib.4.* Crauet.*conſ.197.nu.12.* Maſcard.*concl.430.n.1.*

Secundò reſpondetur, quia ſi aliqua conjectura incapacitatis ex d.contractibus eliceretur, ea tolleretur nedum ex contrarijs præſumptionibus, ijſque validioribus, ſed etiam ex claris probationibus, ex d.compoſitione cum Camera, homagijs, matrimonijs Guinoti & Melchioris, & tranſactione Joachimi; vna † enim 44
præſumptio tollit aliam, *l.cum de indebito, ff. de probat.* Alex.*in l.furioſum, nu.3.in fin. C.qui teſtam.facer.poſſ.* & alij *conſ.3.nu.197.*

Tertiò reſpondetur, ijs omnibus ceſſantibus quæ non ceſſant, ſi aliqua reſultaret excluſio fœminarum in d.familia inducta, quæ abſque dubio eo caſu generalis quoad omnia bona, non particularis quoad d.locum Caſtri-noui eſſet, cùm d.contractus de omnibus bonis concepti ſint, ea nihil faceret ad caſum noſtrum, ſed tantum procederet in ſucceſſione ab inteſtato, tum ex juris diſpoſitione, vt ſuprà edoctum fuit, tum ex confeſſione ipſiuſmet Stephani, qui non alia ratione in d.tranſactione ſe tanquam primogenitum præferendum contendebat, quàm quia Ludouicus pater, nullo teſtamento condito, vt tunc credebat, deceſſerat, ſed & in ipſa etiam ſucceſſione ab inteſtato filia primogeniti ſemel admiſſi excluderet patruum, nec caſu in illis contractibus comprehenſus, inter filios & filias defuncti, ad hunc extendi poſſet, vt ſuprà edoctum fuit.

Poſtremò reſpondetur, veriùs eſſe Guillielmetam fuiſſe excluſam à ſucceſſione, † quia Ludouicus pater 45
teſtamentum condiderat, in eoque hæredem vniuerſalem d.Stephanum inſtituerat, dictæque Guillielmetæ certam pecuniæ quantitatem, cùm nuberet, ſoluendam, titulo inſtitutionis particularis reliquerat, vt manifeſtè conſtat ex tranſactione ſeu alienatione inter Stephanum & Conſules Auenionis inita, de an.1469. & 7. Aprilis, *num.157.* & totum id quod in d.tranſactione inter Stephanum & Bartholomæum, ſeptem vel circa annis anteà aſſeritur, ab inteſtato ſcilicet deceſſiſſe, erroneum fuiſſe. Ex quibus conſtat d.Antonium nedum de jure ſuo non docuiſſe, ſed etiam de non jure ipſius manifeſtè conſtare; quod etſi ſufficeret, nihilominùs d. Franciſcus de jure ſuo per 21. fundamenta *conſ.3.* docuit, quorum præcipua hæc ſunt.

Digitized by Google

Primum eſt in d.conſuetudine generali, qua feuda
fuerant ſemper & ſunt ad inſtar allodialium, contra
quàm cùm nihil d. Antonius ſpeciale in loco Caſtri-
noui probauerit, abſque dubio d. conſuetudini & re-
gulæ in fauorem Franciſci ſtandum eſt, qua de re ſu-
prà in principio.

Secundum, (vt mittam quæ fusè de feudo empto,
46 quale eſt hoc, dixi *d.conſ.3.nu.73.* in † quo fœmina ſuc-
cedit, excluſis maſculis remotioribus, nulla habita ra-
tione juramenti fidelitatis, idque certiſſimè, ſi filia te-
ſtamento fuerit hæres inſtituta, Fabian.de Anna *con-
ſult.53.nu.3.*) quia hoc feudum fuit à familia Giraudo-
rum Amici ad familiam de Simiana, omninò extra-
neam, alienatum, vt patet ex d.Bulla Gregorij XI. de
47 an.1373.*nu.68.* At verò feudum † ſemel alienatum, ſem-
per manet alienabile, etiam in extraneum, in præjudi-
cium agnatorum, Socin.*conſ.67.nu.32.col.7.verſ.ſextò
reſpondetur, vol.*1.Brun.*conſ.*105.*nu.*5.Natta *conſ.322.nu.2.*
Burſat.*conſ.4 nu.17.verſ.conceſſio, & num.22.lib.*1.Surd.
*conſ.*105.*num.*12.*&* 13.& nouiſſimè Schrad.*in tract.feud.
part.7.q.a.n.31.* præſertim hoc caſu quo in agnatum eſt
tranſlatum.

Tertium, quia Camera in d.Bulla transfert jus ſuum
in Giraudum de Simiana, primum de d.familia d.feu-
di acquiſitorem, ejusque hæredes & ſucceſſores, pro
ſe, ſuis hæredibus & ſucceſſoribus ſtipulantem. Et quia
ſub ea forma d. feudum, ex vi acquiſitionis tam juris
Giraudi Amici quàm Cameræ, tranſlatum fuit, quate-
nus anteà fuiſſet ex pacto & prouidentia ſiue ſimpli-
citer ſiue primogenij, factum fuiſſet alterius naturæ,
48 reſpectu à Giraudo de Simiana deſcendentium, † ſo-
lumque attendi debet forma in acquiſitoris inueſtitu-
ra à dom.præſcripta, id enim mutatio & qualitas per-
ſonarum operatur, Bald.*in c.1.§.hoc quoque, circa prin-
cip de ſucceſſ.feud.* Alex.*conſ.28.num.1.& 2.vol.5.* A Perno
conſ.12.nu.2.& 3. Afflict.*deciſ.112.nu.5.* Pet.à Greg.*part.3.
q.7.num.45.& 46.* Roſent.*de feud.c.2.q.22.* poſt multos
quos refert *in gloſſ. litera A.* quo de fundamento fusè
conſ.3.nu.89.cum ſeqq.

Quartum, quia pro ſolutione dotis Guillielmetæ,
& legati ei relicti, pars territorij Caſtri-noui alienata
fuit per Stephanum, vt in d.tranſactione cum Conſu-
libus Auenionen.inita, quod fieri non potuiſſet, ſi fuiſ-
49 ſet ex pacto & prouidentia, † quæ nec alienari, nec o-
bligari, vel pignori dari poſſunt, Intrigl.*cent.1.q.51.num.*
50 14.25.66.92.129. Nec † ex cauſa dotis, non obſtante Au-
thentica, *Res quæ C.communis, de legat.* quæ ceſſat in feu-
dalibus *gloſſ.2.in verb. ſiu alienare cap.1. de prohibit.feud.
alien.per Frider.* Bald.*in c.1.§.donare qualit.feud.olim a-
liena.poſſit*, & communem aſſerit Jaſ.*in d. Authentica
Res quæ nu.*26.Wult.*de feud.lib.1.c.10.num.45.& 46.fol.*
51 605. Quod & in † majoratibus etiam non feudalibus
habet locum, Molin.*de primog.lib.4.tit.6.nu.25.* qua de
re *conſ.3.n.97.cum ſeqq.*

Quintum, quia hoc feudum etiam ſecluſa conſue-
tudine ſemper fuit, & eſt merè, purè & abſolutè hære-
ditarium, &, vt magis propriè loquar, degenerans ad
quoſcumque hæredes, fœminas etiam extraneas tran-
ſitorium, & tale eſſe varijs modis probatum fuit tam
in inuent. document. quàm *in d. conſ.3. num.*100. *cum
ſeqq.* Sed præſertim ex omnibus homagijs à trecentis
ſexaginta tot annis præſtitis, nimirum Giraudi Amici,
de an.1244. ex aduerſo producto *citra &c. niſi &c.* quod
52 pro ſucceſſoribus omnibus præſtatur: dictio † verò
ſucceſſoribus, idem operatur & ſonat, imò plus quàm
dictio, *hæredum*, etiam in materia feudali, Dec.*conſ.269.
num.1.* A Perno *conſ.4.num.17.& 20. verſ.& ſic apparet,*
Thom de Marin *tit.31.nu.15.& tit.5.num.25.* Pet. à Greg.
part.6.q.4. Intrigl *cent,1.q.48.nu.51.& ſeqq* A Peguera *in
repetit.d.c.3.verſ.2.ſi emptor, num.*10.Roſent.*c.2.q.40.per
totam.* Dictio † verò, *omnibus*, idem operatur quod, *qui- 53
buſcumque*, etiam in materia feudali, & vnaquęque feu-
dum merè hæreditarium conſtituit, Thom.de Marin.
tit.5.nu.8. Tyber.Decian.*reſponſ.3.num.174.lib.4.* Ruin.
conſ.25.nu.6.lib.1. Menoch.*conſ.129.nu.10.* Wult.*de feud.
lib.1.c.9.n.21.fol.561.* Schrad.*par.7.c.3.nu.1.* Roſent.*c.2.q.
36.nu.6.* & alij *conſ.3.nu.102.* ad † quoſcumque hæredes 54
etiam extraneos tranſitorium Bald.*in c.1.in princip.n.
19.de prohib.feud.alien. per Frider.* Abbas *conſ.3.num.4.
circa medium vol.2.* Alexand.*in l. quædam §. nihil inter-
eſt, nu 2.circa fin.ff.de edendo,& in l.quod dicitur 2.nu.26.
circa finem, ff.de verb.obligat.* homagio Roſtagni de Sa-
brano, Abbati de an.1321.& ejuſdem Joanni 22.pro ſe,
ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus omnibus, per ipſum,
vti hæredem patris, præſtitis, & in cujus Roſtagni ho-
magio, Abbati præſtito, adeſt etiam † dictio, *in infini- 55
tum*, quæ ſola feudum abſolutè hæreditarium conſti-
tuit, A Perno *conſ.4.nu.19.* Curt jun.*conſ.4.circa finem.*
Pet.de Greg.*part.4.q.3.verſ.item dicendum,* Intrigl *q.5.
nu.*198. qua de re *conſ.3.nu.106.* Giraudi ejus filij, de an.
1335.pro ſe, ſuis hæredibus & ſucceſſoribus; quæ † duæ 56
dictiones ſimul junctæ conſtituunt feudum purè &
abſolutè hæreditarium ad extraneos, nedum fœminas,
tranſitorium, Socin.ſen.*conſ.257.col.4.verſ.aliquando &
ſecundo.& conſ.266.col.3.in fin.* Alexand.*conſ.173.num.1.
lib.2.* Curt.jun.*conſ.4.nu.24.* Pet.à Greg *part.4.q.15.n.10.
& parte 8 q 4.*& alij *conſ.3.nu.90.* etſi ſeparatè conſtitue-
rent feudum ſtrictè hæreditarium. Alterius Giraudi,
de an.1364. Etſi enim dictio vniuerſalis non adſit, in-
telligitur tamen, propter proteſtationem in eo appo-
ſitam; ideoque ſecundùm d. homagium Ruſtagni eſt
intelligenda, cui, vt antiquiori, ſtandum eſt, vt ſuprà
dictum fuit: Berengarij, de an.1412.in quo omnes pro-
miſſiones fiunt pro ſucceſſoribus quibuſcumque, † pa- 57
ria enim ſunt dicere, *pro ſucceſſoribus quibuſcumque*, vel,
pro hæredibus quibuſcumque, Philipp.Matth.*conſ.26.nu.
223.lib.3.inter conſ.VVult.* A Peguera *.d.repetit.verſ.ſe-
cundo nu.*10.& alij ſuprà citati circa dictionem, *ſucceſſo-
rum*: nec refert quòd non ſit in principali diſpoſitio-
ne, cùm ſit omnibus capitibus, d.diſpoſitionem ſeqq.
& toties repetita, & per eam non poteſt dici corrigi d.
principalem diſpoſitionem. Adde proteſtationem, quę
omne dubium tollit, qua de re *conſ.3.nu.128.* Ludouici
de an.1422.quod tanquam filius & cohæres Berenga-
rij facit, & ex vi proteſtationis ſubintelligitur dictio v-
niuerſalis. Stephani non extat, ſed ex d. tranſactione
cum Conſulibus, pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus
quibuſcumque, factum fuiſſe exiſtimandum eſt; cùm
ad eos in d. tranſactione d. locum ſpectare aſſeratur.
Melchioris, de an.1506.pro ſe, ſuis hæredibus, & ſuc-
ceſſoribus, & cum proteſtatione etiam Janſani, de an.
1536.& Joachimi de an. 1556.pro ſe, ſuis hæredibus &
ſucceſſoribus quibuſcumque. Certiſſimum † autem 58
eſt, feuda abſolutè hæreditaria, ad quoſcumque hære-
des, & legatarios etiam extraneos tranſire, & hanc opi-
nionem ſeruari in practica Curt.jun.*conſ.1. per totum.*
Clarus §.*feudum q.9.nu.2.*& alij *conſ.3.num.*104.& fœmi-
ná † etiam extraneam in eo admitti poſſe, in præjudi- 59
cium agnatorum, Intrigl.*q.50.nu.144.* Roſent.*c.2.q.37.
num.4.* Et † conſenſum domini non eſſe neceſſarium, 60
Wult.*lib.1.c.9.nu.74.* Muzz.*in tract.de feud.tit.de ſubſtit.
& quomodo acquir.feud.num.95.* fœminam, inquam, ſuc-
cedere † etiam ab inteſtato, nulla ordinis ſucceſſiui 61
habita ratione, in quo lapſus eſt Menoch.*conſ.391.nu.
13.& ſeqq.* præſertim *nu.15.* vt in terminis docent Socin.
ſen. *conſ.* 257. poſt Bald. Jacob. de Beluiſo. & Martin.
Laudenſ *colum.4.in fin. verſ.aliquando & ſecundo,* Patiſ.
conſ.12.num.19.cum ſeqq.lib.1. Natta *conſ.159.num.8.& 9.*

Ruin.

Ruin.*conſ.16.nu.5. cum ſeqq.lib.1.* & fusè *conſil.3.num.126.*
61 *cum ſeqq*. Et quæ homagia ab omnibus † impugnatio-
nibus fuerunt defenſa *d.conſ.3.nu.108.cum ſeqq.* præſer-
tim quoad clauſulam, *qui de jure*, quòd ſcilicet ea clau-
ſula non ſit in principali diſpoſitione; ſed eſt tantùm
io vno ex capitibus acceſſorijs & exequutorijs, eoque
63 inter varia immixto, quæ propterea non † immutat na-
turam formulæ principalis, Deci. *conſ.193.num.5.& 6.*
Pariſ.*conſ.23. n.42.lib.1.* & alij *conſ.3.n.117.cum ſeqq.* præ-
64 ſertim quia ea † fieri debet interpretatio, qua non cor-
rigantur præcedentia *l. nam ad ea, ff. de cond. & demon-
ſtrat.* & fusè *conſ.3. nu.112.cum ſeqq.*

Secundò reſpondetur, quòd etſi eſſet in principali
diſpoſitione, non reſtringeret dictionem vniuerſalem,
cùm non reſtrictiuè ad dictionem, *omnibus*, ſed amplia-
tiuè ad dictionem, *Ego*, ſit appoſita, vt ſcilicet ipſe, &
qui de jure ſuccedent, qui ſcilicet ſunt omnes & eu-
juſcunique qualitatis ſucceſſores, per quos ſimplici-
ter & abſolutè promiſſio fit, & ſic tam fœminæ quàm
extranei, qua de re *conſ.3.nu.19.*

Poſtremò, vt mittam alias reſponſiones in eo con-
tentas, eæ procedunt attento mero jure feudali, † ſed
65 data d. conſuetudine generali, quæ eſt notoria in hac
patria & tota Gallia, & nominatim in lingua Occita-
na, vbi d. homagium de an.1244. fuit præſtitum, Joan.
Raynaud. *in comprehenſ. juris feud. in princip. n.26. & 27.
in fin. & 28.* ea clauſula de ea conſuetudine, & non de
jure feudali intelligenda eſt. Marin. Frecc. *de ſubfeud.
lib.3. tit 2. de feud. Antiq. num.19. fol.392.* Gabriel *lib.6 tit.
de conſuetud. concl.1. num.1. & 10.* Maſtril. *in addit. ad Gre-*
66 *gor. part.3. q.3.* Cōſuetudo † enim loci dicitur jus com-
mune in d. loco, Bald. *tit. de pace Conſtantiæ, nu 22.* Rota
Genuenſ. *deciſ.16. n.12. & 13. & deciſ.438. nu.3* & conceſ-
67 ſio feudi † & inueſtitura intelligitur ſecundùm con-
ſuetudinem in patria vigentem, Oldrad. *conſ.159. nu.9.*
Pariſ. *conſ.13 nu.30. lib.1.* Burſat. *conſ.50. in fin. lib.1.* Wult.
de feud. lib.1. c.7. nu.20. fol.135. & nu.56. fol.198. & lib.2. c.
68 *3. nu.23. & conſ.5. nu.13. lib.2.* Et data † d. conſuetudine,
ſub legitima ſucceſſione comprehenditur fœmina,
Deci. *conſ.269. n.1.* qua de re fusè *d. conſ.3. n.121. cum ſeqq.*

Sextum, quia ſecluſa d. conſuetudine, & poſito, nul-
lam eſſe dictionem vniuerſalē vel aliquid aliud quod
conſtitueret feudum abſolutè hæreditarium; ſaltem
ſtrictè, quod vocant, hæreditarium eſſet, quod abſque
vlla adjectione hæreditarium DD. vocant; nulla enim
eſt dictio, aut quid aliud in d. homagijs, aut alijs do-
cumentis quod hoc feudum ex pacto & prouidentia
conuincat, ſed dictio, *hæredum*, vel *ſucceſſorum*, adeſt,
quo eam feudum eſſe hæreditarium certiſſimum eſt,
69 vt † de dictione, *hæredum*, teſtantur Dec. *conſ.390. nu.5.*
Mynſing *obſeru.67. cent.3.* Roland. à Val. *conſ.28. n.5. lib.
3.* fuſiſſimè Intrigl. *cent.1. q.48. nu.4.* Et Hartman. Piſtor.
qq. lib.2. part.1. q.1. per tot. præſertim *n.57. & 81. cum ſeqq.*
& de dictione, *ſucceſſorum*, Deci. *conſ.269. nu.1.* A Perno
conſ.4. n.17 ver. & ſic apparet, Intrigl. *cent.1. q.48. nu.51.* &
70 de quo DD. intelligendi ſunt † quoties feudi hæredi-
tarij, abſque vlla adjectione, mentionem faciūt, Hart-
man. Piſt. *qq. lib.2. part.1. c.1. nu.41.* At verò in feudo hæ-
reditario, quidquid ſit in inſtitutione hæredis, hoc ta-
71 men certiſſimum eſſe, quòd ſi inter † viuos alienatum
fuerit, præſertim in vnum ex comprehenſis in inueſti-
tura, alienationem in præjudiciū proximiorum agna-
torum tenere, nec eam proximiores reuocare poſſe,
Curt. jun. *conſ.139. nu.26.* Deci. *conſ.390. n.14.* Campeg. in-
ter conſilia Bruni, *conſ.11 col.4. in fi.* Pariſ. *conſ.3. nu.31. cum
ſeqq. lib.1.* Grat. *reſponſ.4. n.40. cum ſeqq. n.58. lib.1.* Marta
voto 97. n.4. hancque communem poſt multos aſſerit
Arius Pinell. *in l.1. part.3. num.93. C. de bon. matern.* & In-
trigl *q.51. n.93. cum ſeqq.* & receptiorem Burſat. *conſ.2. nu.
37. & conſ.3. n.27. lib.1.* & alij *conſ.3 n.48.* Etſi hæredes vl-
timo defuncti eſſe non poſſint, vt quia non fuerint ab
eo inſtituti, ſed alij, Alex *conſ.17. n.14. lib.3.* Socin. inter
conſ. Bruni *conſ.10. n.11. & 17.* Franciſc. Curt. *in tract. de
feud. part.1. q.8. n.20.* Ferrar. Monta. *in vſib. feudo. lib.3. c.6.
verſ quinto loco*, Natta *conſil.464. in fin.* Roland à Valle
conſil.23. n.52. lib.1. qui plures refert. Alienationis † au- 72
tem nomine etiam in materia feudali donatio conti-
netur *c.1. §. donare qualit. feudum olim alien. poſſit*, Wult.
de feud. lib.1. cap.10. num.45. fol.604 Dixi præſertim, quia
etiam in extraneum facta tenet, ſed eo conſenſus do-
mini tacitus vel expreſſus, DD. *in c.1. de prohib. feud. a-
lien. per Frider.* Wult. fusè *c.10. n.64. fol.615.* Schrad. *par.
8. c.4. n.3.* ſaltem ex poſtfacto requiritur, propter ipſius
intereſſe quod ceſſat quando in agnatum facta eſt, vt
patet ex d. DD. At verò in noſtro caſu Joachimus ex
parte patris Joachimo auo materno agnatus, per dona-
tionem ab eo factam, hoc feudum conſequutus eſt, &
ad homagium admiſſus per R. Rectorem Comitatus,
& authoritate Illuſtr. tunc Vicelegati in poſſeſſionem
immiſſus. Sed de hoc fundamento fuſiſſimè *conſil.3. n.
135. vſque ad n.150.*

Septimum, quia pro hoc feudo præſtatur annuus
cenſus, vacca ſcilicet diuerſi coloris, quam *Calliam* vo-
cant; nunc verò, loco illius, octo floreni. At verò in
hujuſmodi feudo, † quod conditionatum vocatur, 73
fœmina ſuccedit, nulla ordinis ſucceſſiui habita ra-
tione, niſi tenor inueſtituræ repugnet, & non obſtan-
te juramento fidelitatis, Benedict. *in c. Raynutius, verb.
duas habens, nu.33* Menoch. *conſil.65. num.12. & 13.* Grat.
reſponſ.9. n.154. lib.1. Burſ. *conſ.150. num.59. vol.2.* fuſiſſimè
Thylm. de Benignis *in obſeruat. ſtatuum imper. reſponſ.
teſtam feuda. nu.7. & ſeqq. & 63. cum ſeqq.*

Octauum, quia in d. feudo † aut non primogeniti 74
ſucceſſerunt, aut non ſoli; aut ſi ſoli, alio quàm præ-
tenſæ primogenituræ jure: nam Guinotus, cùm ei in
contracto matrimonij donatum fuiſſet, erat ſecundo-
genitus; & cùm illud deinde Berengarius, tam ex vi
teſtamenti paterni, quàm ex remiſſione per Guino-
tum factæ, illud habuit, erat ſecundò & vltimò geni-
tus d. Guinoto per prædeceſſum Bertrandi, Ribaudo
facto primogenito, vt conſtat ex contractu matrimo-
nij d. Guinoti *ſub num.84.* & tranſactione de an. 1396.
num.85. & alia inter Delphinetam filiam d. Bertrandi
Ribaudi, & filium d. Guinoti, de anno 1406. *num.158.*
necnon ex traditione clauium d. Berengarij de anno
Romæ producenda, in qua
disertè aſſeritur, ex vi d. teſtamenti Berengarium eum
locum habuiſſe, & teſtibus 21.22.23. ſuper hoc exami-
natis. Ludouicus filius Berengarij non ſucceſſit ſolus,
vt ex ejus homagio *num.75.* Nec obſtat quòd, in con-
firmatione priuilegiorum Caſtri noui, dicatur hæres
ſimpliciter; nam qui cohæres, eſt hæres, ſed dictiones,
conjunctim, vel, *diuiſim*, in homagio appoſitæ, rem cla-
riſſimam reddunt. Stephanus filius Ludouici ex vi te-
ſtamenti paterni, vt ex d. tranſactione cum Conſuli-
bus Auen. inita conſtat *num.157.* & quo tempore cre-
debatur Ludouicus mortuus ab inteſtato ex vi tranſ-
actionis cum patre Bartholomæo initæ, *num.36.* Mel-
chior filius Ludouici, vel quia vnicus, vel ex vi con-
tentorum in contractu ſui matrimonij, *ſub numer.88.*
Janſanus autem ex vi donationis in eo matrimonio
contentæ, cujus filius vnicus & hæres Joachimus ex
vi d. donationis contra d. Ludouicum patrem d. An-
tonij id obtinuit: Vſus † verò & obſeruantia ſequuta 75
quale fuerit feudum demonſtrat, Menoch. *conſil.812.
num.4.*

Nonum, quia † quoties primogenitura dicitur ab 76
vno cœpta, ſi in eo falſa demonſtretur, omnis præſcri-

prio, etiam immemorabilis, poſteà ſequuta corruit,
Molin.*de primog. lib.2. cap.6. num.63.* qua de re *conſ.3.*
*nu.*161. At hæc, quæ aſſeritur in d. arreſtationibus, dici-
tur cœpta à Giraudo de Simiana, ſeu Berengario ejus
filio, quod falſum; Giraudus enim liberè acquiſiuit, vt
ex d. Bulla Gregorij *num.* 68. Berengarius autem erat
vltimogenitus, vt ex d. duabus tranſactionibus de an-
no 1396. & 1406. *ſub num.* 85. *&* 158. & teſtibus, necnon
ex remiſſione per Guinotum facta, Romæ producen-
do de anno   quod animaduertens aduer-
ſarius, voluit eam in ſuis articulis à Ludouico inci-
pere, ſed falsò, vt ex homagio d. Ludouici, & ex
tranſactione Stephani ejus filij cum Bartholomæo,
vbi rejicitur primogenitura, quam prætendebat.
77 Decimum, quia de d. feudo domini † ejuſdem
ſemper liberè, & in quemcumque voluerint diſpo-
ſuerunt, abſque eo quòd vnquam vlla fuerit habita
ratio naturæ feudi ex pacto & prouidentia, ſiue ad
primogenitum, ſiue ſimplex dixeris. Nam Giraudus
Amici liberè d. locum vni ex filijs prælegauit, vt con-
ſtat ex tranſactione inter Petrum Amicum patruum
& Giraudum Amicum nepotem de anno 1237. & 4.
Februarij: & alius Giraudus Amici, poſt Roſtagnum
de Sabrano & Giraudum Amici, d. Roſtagni filium,
in dicto loco ſucceſſor, liberè in Giraudum de Si-
miana, alterius familiæ, id tranſtulit, vt conſtat ex di-
cta Bulla Gregorij XI. *ſub num.* 70. Is verò Giraudus
liberè etiam in Guinotum, vt in ejus matrimonij con-
tractu *num.*84. Ex quo etiam validum & ſeparatum
fundamentum *in d. conſil.3. num.*163. deſumptum fuit,
& cui nunquam per aduerſam partem fuit reſpon-
ſum, præſertim quòd in eo eſt de pacto, quòd vnus
vel plures filij maſculi ex eo matrimonio naſcituri in
78 eo ſuccedant. Ex † eo enim, quòd plures ſuccedere
poſſunt, natura primogenij excluditur, Petr. à Gre-
gor. *parte quarta, quæſt.1. num.9.* Et in eo quòd vnus
poteſt ſuccedere natura ex pacto & prouidentia ſim-
pliciter, *cap.1. §. omnes filij*, & ibi per DD. *ſi de feudo*
fuerit controuerſia, cap.1. in princip. de ſucceſſ. feud. Socin.
*conſil.*167. *col.6. in princip.* Menoch. *conſ.*812. *num.6.* Rur-
ſus idem Giraudus de Simiana Guinoto, facto pri-
mogenito per prædeceſſum Bertrandi Ribaudi ejus
primogeniti, eoque hærede instituto, in Caſtris & lo-
cis in prouincia exiſtentibus, onere adjecto vt jus ſibi
ex d. donatione cõpetens Berengario cederet, d. Beren-
garium liberè in d. Caſtro-nouo & bonis Comitatus
inſtituit, vt ſuprà edoctum fuit, & clariſſimè probatur
ex traditione clauium dicti Berengarij: Ludouicus fi-
lius Berengarij liberè Stephanum hæredem vniuerſa-
lem inſtituit, eaque de cauſa d. locum Caſtri-noui ob-
tinuit. Sed & quo tempore, credebatur dictus Ludo-
uicus ab inteſtato mortuus, Stephanus, quamuis ali-
quod jus primogenituræ ab inteſtato, à quo fuit re-
pulſus, prætenderet, teſtamento tamen aliter potuiſ-
ſe diſponere fatetur in d. tranſactione de anno 1363.
Stephanus verò in fauorem primogeniti ex Melchio-
re vnico filio naſcituri; vt conſtat ex ejus matrimonio
*ſub num.*88. Nec extra eum primogenituram extendit,
& quæ donatio effectum habuit contra Ludouicum
patrem Antonij, & ex vi illius, non alterius primoge-
nituræ excluſus fuit, vt patet ex tranſactione inter i-
pſum & Joachimum vltimatè defunctum inita de an-
no 1574. & ex qua donatione, quæ vt jam dictum eſt,
effectum ſortita, prætenſa primogenitura, & om-
nis natura feudi ex pacto & prouidentia excluditur;
primogenitura quidem, quia ad vnicum filium ex eo
& non alio matrimonio naſciturum, non fuiſſet reſtri-
cta: ex pacto verò & prouidentia ſimpliciter, quia ſi
tale fuiſſet feudum, Lodouicus, non obſtante d. do-
natione, dimidiam partem Caſtri-noui conſequutus
fuiſſet, qua de re fuſiùs *conſ.3. num.*168. Nec ijs obſtat
† quod ex aduerſo dicitur, fœminas nunquam ſuc- 79
ceſſiſſe ab illo Giraudo de Simiana huc vſque, id e-
nim accidit, vel quia nullæ erant, vel quia pater in te-
ſtamento filium vniuerſalem hæredem inſtituerat, vel
quia juribus paternis in contractu matrimonij re-
nunciauerant, vel quia caſu (caſu quo Ludouicus ab
inteſtato deceſſiſſet) maluerunt pecuniam in dote
quàm bona habere; ſed ex vi primogenituræ præten-
ſæ, vel feudi ex pacto & prouidentia, vel incapacita-
tis fœminarum, nunquam, vt in ſimili reſpondent
Anchatan. *d. conſil.*339. *num.*8. & Joan. de Amicis *tit. qui*
*feuda dare poſſunt, §. in hac cauſa, in fine, fol.*115. Nec ex
eo quòd multæ filiæ per maſculos fuerint excluſæ,
probatur conſuetudo ipſarum excluſiua, niſi docea-
tur ex vi dictæ conſuetudinis factum fuiſſe; cùm ex
alia cauſa, teſtamento ſcilicet, vel quia filiæ malue-
rint pecuniam, ſimiliue modo accidere potuerit, Ma-
ſcard. *concluſione* 430. *numer.* 1. & alij ſuprà citati *nu-*
*mer.*43.

Undecimum, quia quoties aliqui dicta primoge-
nitura prætenſa niti voluerunt, ea fuit rejecta, & il-
lius, nulla habita ratione, vnuſquiſque portionem
ſuam conſequutus fuit, vt conſtat ex dicta tranſa-
ctione Stephani cum Bartholomæo, per quam ſo-
lum locum Caſtri-noui reuera fuit conſequutus, vt
fusè in inuentario documentorum fuit demonſtra-
tum, & nihilominùs onera & debita hæreditaria in
ſe ſuſcipit, † ad quæ in vtilitatem majoratus non 80
contracta ſuccedens ex primogenitura non tenetur,
text. *in cap.1. de ſolut.* Alexand. *conſil.19. num.2. & 30. lib.*
5. Molin. *de primogen. cap.10. num.29. lib.1.* Anton. Go-
mez. *ad ll. Tauri l.40. num.72.* Auend. *ad eandem l. gloſſ.1.*
*num.*70. ſicut † nec ſucceſſio in feudo ex pacto & pro- 81
uidentia ſimpliciter, Intrigl. *cent.1. q.51. num.*129. Ruin.
*conſ.38. num.*15. & nouiſſimè Wult. *de feud. cap.9. num.*115.
*fol.*151. ex pacto etiam ſubſtitutionis in ea tranſactio-
ne appoſito demonſtratur, rejectam fuiſſe hujuſmo-
di primogenituram; quia de re fusè *conſil.3. num.*166.
Et deinde, cùm d. Joachimus primogenituram juris
Francorum deduxiſſet, ea fuit rejecta, & illius nulla
habita ratione, Ludouicus omne jus ſuum conſequu-
tus fuit ex vi d. tranſactionis de anno 1574. ſolumque
habita fuit ratio donationis in contractu matrimonij
Melchioris initæ, vt fusè edoctum fuit *in art. duplica-*
torijs, & in inuent. docum. numer.31. cum ſeqq. & conſil.3.
*numer.*169. Ita vt d. Antonius amplius ea ſe juuare non
poſſit.

Poſtremum, vbi in dubio † verſaremur, (in quo ta- 82
men non verſamur, immò ſumus in terminis clariſſi-
mis) fauore priſtini ſtatus, quo fœmina æqualiter cum
maſculis ſuccedit, & odio excluſionis pro fœminis re-
ſpondendum eſt, Molin. *de primog. lib.3. c.4. num.15.18.*
19.21. & 22. & cap.5. num.73. Socin. jun. *conſ.1. num.46. lib.*
1. Burgos à Paz *in proœm. ll. Tauri nu.*49. etiam in feuda-
libus Garzon. *de fœm. ad feud. admitt. limit.*46. Intrigl.
*cent.2. art.2. nu.*434.

Non eſt omittendum ex aduerſo, magnam † fieri 83
vim in eo, quòd d. dominus de Cederon prætendit d.
locum Caſtri-noui eſſe Baroniam. Sed varijs modis re-
ſponſum fuit *conſ.3. nu.198. verſ. poſtremò cum ſeqq.* præ-
ſertim negando eſſe Baroniam, vt reuera non eſt, vt pa-
tet ex d. Bulla Gregorij XI. & omnibus homagijs, &
documentis ſuprà mentionatis, & *in inuent. document.*
num. 47. Nam ſi quando Joachimus auus, vel et-
iam hic noſter, ſe dixerint Barones dicti loci, aut
eum Baroniam vocauerint, hoc fuit erroneè. Dein-
de, etſi eſſet Baronia, † dicta conſuetudo generalis 84
habet

habet etjam locum in Baronijs, vt in indiuiduo de omnibus Baronijs Comitatus edoctum fuit, & d. do-
85 ctrina, † filiam primogeniti admiſſi patruo præferens, in Baronijs habet locum, Mol. *lib.3.cap.4.num.5.*
86 *& conſ.3.num.36. & 45.* Poſtremò † etiam de jure feudali *C. Imperialem de prohibit. feudor. alien. per Frider.* non habet locum, niſi in Baronijs magnis, qualis hæc notoriè non eſſet, cùm certo loco, eoque ſolo abſque dependentijs eſſet adſcripta, Cannet. *in c. volentes §. & pariformiter num.35 fol.73.* Sed & in magnis d. caput introducens primogenituram eſt abrogatum, qua de re *conſ.3.num.202.*

CONSILIVM XVII.

ARGVMENTVM.

De conſuetudine, qua feuda ſunt ad inſtar allodialium in Gallia & Comitatu Venayſſino.

De feudo abſolutè vel ſtrictè hæreditario, vel ex pacto & prouidentia.

De primogenitura juris Francorum, vel alia.

De extenſione in illis de gradu ad gradum, vel caſu ad caſum non facienda.

SVMMARIVM.

1 *Feuda in Gallia & omnibus prouincijs cis Alpes conſtitutis, & nominatim in Comitatu, ſunt ad inſtar allodialium, quoad liberam alienationem & ſucceſſionem.*

2 *Quæ quamuis ſine conſenſu domini alienari poſſint, debet tamen poſtea inueſtitura ſumi, laudemium ſolui, & ita poſſeſſio capi, alioquin feudum incideret in commiſſum.*

3 *Dictáque conſuetudo viget in Comitatu, etſi aliquæ darentur conceſſiones ſub natura feudi ex pacto & prouidentia, quales tamen ante an.1447. nullæ fuerunt, vel nunc ſunt.*

4 *Locus Caſtri-noui eſt vnitus Comitatui, & quamuis eſſet ſeparatus, non propterea minùs d. conſuetudo in eo locum haberet.*

5 *Feudum ſemel alienatum, ſemper manet alienabile etiam in præjudicium agnatorum.*

6 *Noua forma in mutatione præſcripta conſideranda eſt, nulla habita ratione antiqua natura feudi.*

7 *Feudum conceſſum alicui, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus, eſt abſolutè hæreditarium, ad quoſcunque etiam extraneos tranſiturum.*

8 *Feuda nec alienari, nec obligari poſſunt, ſicut nec res majoratus ſubjectæ.*

9 *Auth.* res quæ C. communia de legat. *ceſſat in feudalibus.*

10 *Dictiones,* omnibus, & quibuſcumque, *in materia feudali idem operantur, & vtraque feudum abſolutè hæreditarium conſtituit.*

11 *Dictiones,* hæredibus; &, ſucceſſoribus *in materia feudali idem ſonant, & vnaquæque feudum hæreditarium conſtituit.*

12 *Quod ſi dictio,* omnibus, *vel,* quibuſcumque, *adjiciatur, conſtituet feudum abſolutè hæreditarium, ad quoſcunque hæredes, etiam extraneos, tranſiturum.*

13 *Dictio,* in infinitum, *conſtituet feudum abſolutè hæreditarium.*

14 *Feudum ex pacto & prouidentia eſt, quod datur alicui & liberis.*

15 *Si autem conceſſum ſit alicui & liberis hæredibus, eſt mixtum.*

16 *Quod ſi alicui & hæredibus, eſt hæreditarium, quod ſtrictè, vel ſecundùm quid vocant.*

17 *In feudo ex pacto & prouidentia, qui vult ſuccedere, debet eſſe proximior agnatus, etſi non ſit hæres: at in mixto debet etiamque eſſe hæres hæreditatis & bonorum; nec ſufficit ſi ſit hæres ſanguinis.*

18 *In quo vltimus poſſeſſor vnum alteri ejuſdem gradus præferre, non tamen poſtergare gradum poteſt.*

19 *At in hæreditario poteſt gradus poſtergare, & remotiorem agnatum proximiori præferre, idq; abſque dubio, ſi per alienationem inter viuos factum ſit.*

20 *Feudum antiquum duplex, hæreditarium, & ex pacto & prouidentia.*

21 *Feudum hæreditarium vnicum eſt, à mixto omnino diſtinctum.*

22 *Feudum abſolutè hæreditarium tranſit ad fœminas etiam extraneas.*

23 *Data conſuetudine, qua feuda ſunt ad inſtar allodialium, dictio,* pro hæredibus, *vel,* ſucceſſoribus, *pro quibuscumque intelligitur.*

24 *Clauſula,* qui de jure, *intelligitur de conſuetudine in patria vrgente.*

25 *Si primogenitura dicatur inuncæpta, & in eo falſa doceatur, omnis præſcriptio, etiam immemorabilis, inde ſequuta, corruit.*

26 *Depoſitiones teſtium, ſecundùm articulos & in eis contenta, intelligenda ſunt.*

27 *De jure Francorum filia primogeniti admiſſi excludit patruum.*

28 *In eo quòd filia primogeniti excludit patruum, non eſt alteratum jus Francorum per conſtitutiones Siculas; ſed cum per prauam conſuetudinem filia excluderetur; per eas ad priſtinam naturam reductum fuit.*

29 *De jure Francorum fœminæ ſunt primogenituræ capaces, etiam ad excluſionem remotioris maſculi.*

30 *Lex Salica tantùm habet locum, cùm de Regni Franciæ, vel appanagij, quod eſt pars Coronæ, ſucceſſione agitur.*

31 *In alia quoque quam juris Francorum primogenitura, filia primogeniti, data capacitate fœminarum, excludit patruum.*

32 *Etſi maſculorum ſit facta mentio in vno vel pluribus gradibus (non omnibus, vel indefinitè vt & perpetuò,) nam extra eos gradus filia excludet remotiores maſculos.*

33 *In primogenituris, etiam maſculorum in certis gradibus facta mentione, non fit extenſio ad alios gradus.*

34 *Si conſuetudine vel præſcriptione fœminæ per maſculos excluſæ fuerunt, ea tantùm habebit locum in ſucceſſione ab inteſtato.*

35 *Feudum Eccleſiaſticum dicitur, quod de rebus Eccleſiæ conceſſum eſt.*

36 *In feudis Eccleſiaſticis fœminæ facilius quam in ſecularibus ſuccedunt.*

ETſi ſufficeret dicere, quòd non conſtat de jure domini Antonij de Simiana, domini de Cedeſon, quia actore non probante, reus eſt abſoluendus: &, quod magis eſt, ex proprijs documentis de nõn jure ipſius conſtet: Nihilominus dominus Franciſcus de Simiana, dominus de Coſta vti pater & legitimus adminiſtrator perſonæ & bonorum domini Joachimi ejus filij, domini Caſtri-noui in Comitatu Venayſſino Cauallicen. diœceſis, donatarij d. loci, & hæredis vniuerſalis, cum beneficio legis & inuentarij, alterius Joachimi ejus aui materni, per quindecim fundamenta in articulis duplicatorijs, de jure d. filij clariſſimè docuit. Sed & ſunt alia, tam ex documentis jam prædictis, quàm ex alijs poſteà habitis reſultantia, eaque validiſſima & certiſſima, fuſiùs in tertio conſilio deducta: ex quibus omnibus & eorum ſingulis conſtat, ſemper licuiſſe & licere dominis d. Caſtri noui, de d. loco liberè in quemcumque, etiam extraneum, diſponere, & diſpoſuiſſe, diſpoſitionesque effectum habuiſſe; ſicut cuilibet domino de re ſua allodiali licitum eſt, nullamque vnquam primogenituram neceſſariam perpetuam in fauorem maſculorum, aut naturam feudi ex pacto & prouidentia, quæcumque tandem illa ſit, ſiue primogenium, ſiue ſimplex, in d. loco, & rationem ejuſdem fuiſſe, vel eſſe. Idcoque Fiſcum nullum intereſſe prætendere poſſe in lite, quæ nunc ratione d. loci vertitur inter d. dominum Antonium agentem, & d. dominum Franciſcum, nomine quo procedit, ſe defendentem, minusque in alia cauſa quàm ſeparatim ratione prætenſæ nullitatis homagij, ac reparationis ejuſdem ſeu prætenſorum attentatorum Aduocatus Fiſci Auenion. juncto d. domino Antonio, mouit contra d. dominum Franciſcum, nullaque alia ratione Aduocatum Auenion. mouerit in hac cauſa, quàm vt ſub prætextu intereſſe Fiſci, quod nullum eſt, gratificetur d. domino Antonio, & injuſtè vexet d. dominum Franciſcum. Ex quibus pauca ſubjiciam, vt ex ijs, cognita veritate, agentes pro Fiſco Romæ non ſinant ſe falſis ſubreptionibus decipi.

1 Primum eſt, quia † ea eſt conſuetudo vniuerſalis in hoc Comitatu & tota Gallia, vt feuda ſint ad inſtar allodialium, quoad liberam alienationem, & ſucceſſionem, nullo ſexus, vel familiarum diſcrimine habito: adeò vt illi regulæ & conſuetudini omnino ſtandum ſit, niſi nominatim de contrario in aliquo feudo ex conceſſione ejuſdem conſtet, de qua conſuetudine in Comitatu nedum Bertrandus atteſtatur *conſil. 237. num. 1. lib. 6.* ſed de omnibus prouincijs cis Alpes conſtitutis, Guilliel. Benedictus *in cap. Raynutius, verb. duas habens, num. 67. cum ſeqq. & vers. de veſtam* Jaſ. *in l. de quibus, num. 64. ff. de ll.* Intrigl. *de feud. cent. 1. q. 50. num. 78.* idque fuit ſemper obſeruatum. Bened. *in dict. cap. Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelaſiam.* Dec. *5. in princip.* Cephal. *conſil. 307. num. 40.* Surd. *conſil. 105. num. 15. lib. 1.* Intrigl *de feud. cent. 1 quæſt. 50. num. 78.* adeò vt jus feudale nunquam in Gallia habuerit locum, Petr. Jacobi *in ſua pract. tit. de ſucceſſ. Regum ex quibus cauſſis vaſſalli tit. 63. in princip. & ſequentib. num.* præſertim *16. & 17.* Ita vt cùm Comitatus ſit cis Alpes, ſecluſo Bertrando prædicti DD. in eo etiam de d. conſuetudine atteſtentur, maximè cùm Comitatus fuerit aliàs pars Prouinciæ, & Comiti Tholoſano ſubditus: fuit quoque d. conſuetudo in d. lite clariſſimè probata ex eo quòd prædicta fuerunt Comitia Comitatus, in quibus narrantur omnes feudatarij & feuda, & à primo vſque ad vltimum, nullo excepto, fuit probatum ex homagijs, inueſtituris, & alijs documentis, omnia & ſingula feuda Comitatus eſſe ad inſtar allodialium.

Rurſus probatur ex tranſactione inſerta homagio Comitiſſæ de Auelino de anno 1320. (& ſic quatuor annis ante acquiſitionem ſuperioritatis d. loci Caſtri-noui in fauorem Sedis Apoſtolicæ) inita Auenioni in Palatio, vbi commorabatur felic. record. Joannes 22. inter Procuratorem Fiſci, ſpeciale mandatum à S^{mo} habentem, & cum conſilio & conſenſu Archiepiſcopi Aquenſis, & Archiepiſcopi Auenion. etiam ſpeciale mandatum habentium, & in præſentia Theſaurarij, Mareſcalli S^{mi}, qui & Rector Comitatus erat, Archiepiſcopi de Cauſilla & aliorum plurium Doctorum, & nobilium, qua diſertis verbis aſſeritur, feuda Baronum & Caſtellanorum dicti Comitatus eſſe naturæ & conditionis, vt in eis ſuccedant maſculi & fœminæ, & tranſuerſales & extranei, & de eis in ſolidum, vel in parte, poſſint in qualibet vltima voluntate diſponere & ordinare liberè vt voluerint, & inter viuos vendere & donare, & modo quolibet alienare, & quoad verba ſequentia, *Conſenſu & voluntate, prælatione & laudemio & treſeno in alienationibus inter viuos, prout moris eſt in Comitatu prædicto, interuenientibus & retentis ſpecialiter pro parte Curiæ Venayſſini* apponuntur, quia hoc eſt generale, vt etſi feuda ſint ad inſtar allodialium, & irrequiſito domino alienari poſſint, tamen † quoties alienatio 2 talis eſt ex qua debeatur laudemium, debet poſteà requiri conſenſus, qui neceſſariò præſtatur à domino, niſi jure prælationis d. feudum retinere voluerit, &, approbatio domini, &, vt dicitur, inueſtitura peti, laudemium ſolui, & cum ejus licentia poſſeſſio capi; alioqui feudum incideret in commiſſum, Socin. jun. *conſil. 70. ſub num. 10. verſ. tertio oppoſito, vol. 3.* Guido Pap. *conſil. 147. num. 6. verſ. ſed reſtat, & conſil. 46. num. 3. verſ. ſicut in ſimili, & in deciſ. Delphinat. quæſt. 46. num. 4.* & ibi Ranchinus & alij. Petr. Jacobi *in forma libelli de actione in rem pro re emphyteoticaria cap. 6. num 6.* Corbulus *de jure emphyteo. lib. 6. cap. 6.* ſed in vltimis voluntatibus ſecùs, vt in dicta tranſactione clarè dicitur. At Joachimus, filius Franciſci, eſt dominus d. loci, & habet juſtam ex vi donationis ab auo materno factæ, ex qua, ex ſtatutis Comitatus, non debetur laudimium, & ſic non debuit peti approbatio ſiue conſenſus & licentia apprehendendi poſſeſſionem, ſufficitque præſtare homagium, vt fuit præſtitum: ſed ex abundanti, abſque neceſſitate d. approbatio & licentia reipſa & in effectu interuenit, ex eo quòd authoritate Illuſtriſſimi Montorij, Vicelegati, fuit miſſus in poſſeſſionem; quàm ex teſtamento d. ejus aui, in quo fuit hæres inſtitutus, & ad quod teſtamentum donationis relationem habebat, præſertim propter pactum ſubſtitutionum in eo faciendarum, & in quo teſtamento, ſiue ex ſucceſſione & apprehenſione poſſeſſionis, ex vi illius facienda, nulla approbatio, vel conſenſus, vel licentia domini requiruntur.

Dictum documentum d. tranſactionis ſolum ſufficit ad probandam d. conſuetudinem, & quod oſtendendum & exhibendum eſt. Cùm igitur regulam habeamus pro nobis, niſi d. Antonius de contrario in d. feudo oſtenderit, quod illi eſt impoſſibile, cõdemnari debet, & quæ tranſactio fuit etiam inſerta homagio

Guillielmi de Baocio ſucceſſoris d. Comitiſſæ de anno 1428.

Non obſtat quod ex aduerſo enixi ſunt demon-
3 ſtrare, † aliqua feuda eſſe in Comitatu ex pacto & prouidentia: nam ſi quæ ita conceſſa fuerunt, hoc fuit ſolùm ab an. 1492. aut ad ſummum ab an. 1447. vel circa, vt quoad ea à d. conſuetudine diſcederetur, quæ alioquin niſi nominatim in fauorem maſculorum conceſſa fuiſſent, ea conſuetudo in illis quoque habuiſſet locum. At omnia homagia & documenta d. Caſtrumnouum reſpicientia, de quorum interpretatione agi poteſt, ſunt ante d. annum, immo ante an. 1447. Poſtremum enim eſt homagium Ludouici, quod fuit præſtitum an. 1422. ſed & d. conceſſiones feudorum ſub forma ex pacto & prouidentia à d. an. 1492. vel 1447. factæ, vel effectum non habuerunt, vel reuocatæ fuerunt, vel ad priſtinam naturam & conſuetudinem redierunt, ita vt ſicut ante d. annum 1492. vel 1447. ita & nunc nullum fuerit & ſit feudum ex pacto & prouidentia in d. Comitatu, quemadmodum in indiuiduo demonſtraui tam in princip. artic. duplic. *ab art. 13. vſque ad art. 23.* quàm in iſtis articulis quos mitto *à 1. vſque ad 31.*

Sed demus aliqua fuiſſe vel eſſe feoda ex pacto & prouidentia, quid inde? In illis non haberet locū conſuetudo, quia ex conceſſione de contrario conſtaret. Idem igitur ſtatuendum in loco Caſtri-noui, vt niſi ex conceſſione de contrario conſtet, ſtandum ſit d. conſuetudini.

4 Non obſtat quod ex contrario objicitur, † d. locum eſſe ſeparatum à Comitatu; hoc enim eſt falſum: habet quidem aliam naturam quoad ſolutionem taleatum, & onerū, & vt majora priuilegia quàm cætera feoda Comitatus habeat, non vt non ſit ad inſtar allodialium, vt fuſiùs docui in d. articulis duplic. *à nu. 23. vſque ad nu. 29.* & etiam defenſionalibus. Et verius eſt d. locum eſſe vnitum d. Comitatui per Joannem 22. vt conſtat ex homagio Roſtagni de Sabrano d. Joanni præſtito, in quo id diſertè aſſeritur, & d. homagium præſtatum d. Joanni & ejus Comitatui Venayſſino: id probatur etiam, quia ſemper homagia coram Rectore fuerunt præſtita, & ſic ſecundum conſuetudinem regionis ſunt intelligenda.

Sed demus eſſe ſeparatum à cæteris, nihil inde infertur: nam DD. prædicti atteſtantur de conſuetudine in omnibus prouincijs cis Alpes conſtitutis, intra quas eſt Comitatus Venayſſini. Sed quid moramur? conſuetudo in indiuiduo in d. feudo eſt probata, ſcilicet ex compoſitione cum Camera facta, & Bulla Gregor. XI. ex quibus apparet, Giraudum de Simiana acquiſiuiſſe d. locum ab extraneo, irrequiſito domino; ſed quia propria authoritate poſſeſſionem apprehenderat, & laudemium jure requiſitus ſoluere noluerat, dicebatur locum incidiſſe in commiſſum, idque ratione d. conſuetudinis, quæ in d. feudo habebat locum, quæ ſi non habuiſſet locum in eo, non quòd non ſoluiſſet laudemium, & propria authoritate poſſeſſionem accepiſſet; ſed quia irrequiſito domino, quodque in extraneum feudum alienatum fuiſſet, dictum feudum incidiſſet in commiſſum, & Cameræ acquiſitum fuiſſet.

Secundum fundamentum, quia hoc feudum aliàs fuit alienatum in familiam omninò extraneam, vt patet ex d. compoſitione & Gregor. XI. in quo feudo fœmina abſque dubio ſuccedit, etiam ſecluſa conſuetudine: ſed quicquid ſit in fœmina, in qua aliqui, ijque pauci contrarium tenent, ne duo ſpecialia concurrant, quòd ſcilicet ſit fœmina & extranea, omnes tamen conueniunt in maſculum alienari poſſe: feudum † enim ſemel alienatum ſemper manet alienabile, etiam in extraneum, in præjudiciū agnatorum, Surd. *conſ. 105. nu. 12. & 13.* Natta *conſ. 32. nu. 2.* Burſat. *conſil. 4. num. 17 verſ. conceſſio, & nu. 21. lib. 1. per text. in l. videamus,* & ibi Bald. *ff. quod metus cauſa,* Bartul. *in l. qui duos, num. 11. ff. de rebus dubijs,* & nouiſſimè Schrader. *in tract. feud. part. 7. q. 12. num. 31* quanto magis in agnatum, qualis hic eſt? Neque enim debuit contemni quod dicitur hic agnatus, vt & poſteà etiam dicetur, nam quod dicitur proximitatem agnati conſiderandam, habet locum in feudo ex pacto & prouidentia vel verè mixto; ſed nos negamus hoc eſſe tale, & quamuis tale fuiſſet, per talem tamen alienationem, quæ habuit effectum, in alienam familiam factam, manet ſemper alienabile, ſaltem in maſculum. Ex hoc fundamento manat 5

6 Tertium, quia poſito, ante † d. alienationem fuiſſe ex pacto & prouidentia, quod tamen non erat, ex vi compoſitionis cum Camera, & conceſſionis jurium Cameræ, mutaſſet naturam, & forma illius non antiqua eſſet ſequenda, id enim mutatio & qualitas perſonarum operatur, Bald. *in c. 1. §. hoc quoque circa principium, de ſucceſſ. feud.* A Pernu *conſil. 12. num. 2. & 3.* Alexand. *conſil. 28. num. 1. & 2. vol. 5.* Afflict. *deciſ. 112. num. 5.* quos ſequitur Gregor. *part. 3. q. 7. num. 45. & 46.* At verò S[mus] transfert jus ſuum in d. Giraudum de Simiana, & ſuos hæredes ac ſucceſſores, pro ſe, ſuiſque hæredibus & ſucceſſoribus ſtipulantem, quæ dictiones junctæ, etiam ſecluſa d. conſuetudine, faciunt feudum purè & abſolutè hæreditarium, ad extraneos, nedum fœminas tranſitorium, Socin. ſen. *conſ. 257. vol. 4. verſ. aliquando & ſecundo, & conſ. 266. col. 3. in fine, verſ. ſecundum, & ſeq.* Curt. jun. *conſil. 4. num. 24. & in tract. feud. 3. part. princip. 1. membro, num. 34. verſ. vigeſimo nono,* Natta *conſil. 159. num. 18.* Petr. à Gregor. *de conceſſ. feud. parte 8. quæſt. 4.* Intrigl. *cent. 1. quæſt. 48. num. 32. cum ſeqq.* Immò & ſola dictio, *hæredum*, cùm alienatio ſit facta in extraneum, conſtitueret feudum abſolutè hæreditarium. Surd. *conſ. 105. num. 8. cum ſeqq.* 7

Quartum fundamentum, ex eo quòd Stephanus de Simiana, pronepos d. Giraudi de Simiana, pro ſolutione legati Guillielmetæ ſorori per Ludouicum communem patrem teſtamento relicti, & dotis d. Guillielmetæ, per dictum Stephanum conſtitutæ, partem territorij d. Caſtri-noui alienauit, vt patet ex tranſactione inter dictum Stephanum & Conſules Ciuitatis Auenion. inita de anno 1469. quod fieri non potuiſſet, ſi eſſet ex pacto & prouidentia. Nec obſtat quod fuit oppoſitum, potuiſſe alienari ex cauſa dotis, *ex Authentica res quæ, C. commun. de leg.* Nam † ea tantùm habet locum in allodialibus fideicommiſſo ſubjectis, vel etiam feudalibus ſi ſint abſolutè hæreditaria, non autem ſi in feudis vel ex pacto & prouidentia, vel etiam in formibus, quæ nulla ratione alienari, minus pignorari, vel obligari poſſunt, ſed ſemper intacta, & integra manere debent. Intrigl. *de feud. cent. 1. quæſt. 31. numer. 25. 66. 92. 129.* & ſicut in legitimam non imputantur, ita nec pro legitima vel dote alienari poſſunt. Freccia *lib. 3. de ſubfeud. Baronum decuria 14.* Curt. jun. *de feud. part. 4. num. 34. in fin.* Petr. de Gregor. *parte ſecunda, quæſt. 10. verſ. ſexto effectus.* Nam in feudo ex pacto & prouidentia filius venit ex pacto & prouidentia primi inueſtiti, & non ex perſona patris, Freccia *dicto loco fol. 256.* Intrigl. *d. quæſt. 51. numer. 14.* quod generale eſt in majoratibus, vt ex cauſa dotis alienari non poſſint, quod eſt extra dubium, ſi non agatur de filiabus primi inſtitutoris, ſed alijs quantumuis, mediatè tamen ab eo deſcendentibus, 8

CONSILIVM XVI.

ARGVMENTVM.

DE poſitionibus,& atteſtationibus,impugnatis,erroneis, & reuocatis.

De teſtium depoſitionum & majoratus extenſione facienda,vel non.

De primogenitura juris Francorum, & an in illis filia primogeniti admiſſi excludat patruum.

De lege Salica, de capacitate fœminarum ex vi conſuetudinis omnium prouinciarum cis Alpes conſtitutarum.

Fœminæ & extranei quibus caſibus de jure feudali admittantur ad feuda.

De feudo ex pacto & prouidentia, abſolutè hæreditario vel etiam ſtrictè emptitio, conditionato,& alijs pleriſque.

SVMMARIVM.

1 *Feuda in Comitatu Venayſſino, prouincijs circumuicinis, tota Gallia & omnibus prouincijs cis Alpes conſtitutis, fuerunt ſemper & ſunt ad inſtar allodialium, adeo vt jus feudale in illos nunquam fuerit receptum.*

2 *In Comitatu Venayſſino nulla ſunt feuda ex pacto & prouidentia.*

3 *Quòd ſi aliqua eſſent, non propterea minùs vigeret d. conſuetudo generalis & vniformis.*

4 *In controuerſijs feudalibus primùm inueſtituræ tenor inſpicitur, poſteà ad conſuetudinem loci, vbi feudum eſt conceſſum, tandem ad jus feudale recurritur.*

5 *Locus Caſtri-noui eſt de Comitatu Venayſſino & illi vnitus.*

6 *Si Iudex requiratur, debet ſe informare ſuper notorio, etſi cauſæ deciſionem reſpiciat.*

7 *Teſtibus impugnatis, etiam per ſolam proteſtationem, quis ſe juuare non poteſt.*

8 *In majoratibus, etiam teſtamento inſtitutis, non fit extenſio de caſu ad caſum.*

9 *Conſuetudo eſt ſtricti juris.*

10 *Sicut & depoſitiones teſtium.*

11 *Præſertim ſi ſit contra jus commune, vt quia bona dicuntur majoratus ſubjecta.*

12 *At longè magis odioſis, vt ſi agitur de excluſione fœminarum propter remotiores maſculos.*

13 *Depoſitiones teſtium ſecundùm contenta in articulis intelligenda ſunt.*

14 *Qui producit atteſtationes, cenſetur quoque articulos produceré, qui ſi in alia cauſa innitantur, perinde contra eum fidem faciunt, ac ſi eos produxiſſet.*

15 *Primogenitura juris Francorum, ſi conceſſio ſit facta alicui & ejus hæredibus, etiam extraneis, vel quibuſcumque, habet tantùm locum in ſucceſſione ab inteſtato.*

16 *Sed & in ipſa ſucceſſione ab inteſtato, filia primogeniti ſemel admiſſi excludit patruum, quando feudum regitur jure Francorum.*

17 *Filiæ ſunt capaces primogenituræ juris Francorum.*

18 *Sicut & feudorum eodem jure Francorum.*

19 *Lex Salica ſolùm habet locum cùm de regni Galliæ, vel appanagij, quod eſt pars Coronæ, ſucceſſione agitur.*

20 *Alias etiam quam juris Francorum primogenitura, conſuetudine inducta, habet tantum locum in ſucceſſione ab inteſtato.*

21 *Statutum, extantibus maſculis fœminas arcens, ſolum habet locum in ſucceſſione ab inteſtato.*

22 *Sed & in ſucceſſione ab inteſtato filia primogeniti admiſſi excludit patruum.*

23 *Quod tam in feudis ſæcularibus, quam Eccleſiaſticis procedit.*

24 *Et ſi maſculorum in vno vel pluribus gradibus non omnibus nec indefinitè ac perpetuo ſit facta mentio, extra eum illos gradus filia excludet remotiorem maſculum.*

25 *Conſtitutiones Hiſpanicæ, admittentes filium ad excluſionem remotiorum maſculorum, ſunt conformes juri communi.*

26 *Filiorum maſculorum defuncti, & remotiorum eſt diuerſa ratio, nec ab illis ad hos fit extenſio ad excluſionem filiarum defuncti.*

27 *Quæ tacitè inſunt, ſi exprimantur, non alterant naturam rei.*

28 *Reſpondetur doctrinæ Fabri,* in §. cæterum, de legit. agnat. ſucceſſ.

29 *Documentis potiùs quàm depoſitionibus teſtium, præſertim in facto longinquo & antiquo, ſtatur.*

30 *Confeſſiones quamuis acceptatæ, ſtante errore facti, omni tempore etiam per hæredem reuocari poſſunt.*

31 *Explicatur arbor genealogiæ dominorum Caſtri-noui.*

32 *Docetur falſum & erroneum eſſe quod aliqui teſtes deponunt de conſuetudine generali, primogenitos ad feudum admittente, & alias reſpondetur depoſitionibus eorumdem.*

33 *Primogenituræ allegatione ſemel rejecta in odium alicujus, eadem quis in odium ejus ſe juuare non poteſt.*

34 *Reſpondetur prætenſæ deciſioni Rotæ.*

35 *Sententia debet eſſe conformis libello, & ſecundùm eum eſt intelligenda.*

36 *Reſpondetur homagio Giraudi Amici de ann.* 1244. *& tranſactionibus Stephani cum Bartholomæo, & Ioachimi cum Ludouico.*

37 *Reſpondetur homagio Giraudi Amici de anno* 1364.

38 *Data conſuetudine, quæ feuda ſint ad inſtar allodialium, dictio ſimplex,* hæredum, *vel* ſucceſſorum, *pro* quibuſcumque *accipitur.*

39 *Idémque ſtatuendum, etſi nulla hujuſmodi dictio adeſſet, ſed ſimpliciter conceſſio facta fuiſſet.*

40 *Reſpondetur matrimonio ſeu conſtitutioni dotis Guilielmetæ, de anno* 1469. *& ſequentib. vſque ad nu*mer. 46.

41 *Vna determinatio reſpiciens plura determinabilia debet ea æqualiter determinare.*

42 *Ea interpretatio ſumenda eſt, quæ pariter omnibus conueniat.*

43 *Conſuetudo familiæ, quæ fœminæ dote contentæ non ſuccedunt, non probatur ex eo quòd multæ fœmina non*

næ non ſucceſſerint, niſi probetur vi d. conſuetudinis accidiſſe.

44 *Vna præſumptio tollit aliam.*

45 *Ludouicus ſenior, teſtamento condito, deceſſit.*

46 *Fœmina ſuccedit in feudo empto non obſtante iuramento fidelitatis, idque certiſsimè ſi teſtamento fuerit hæres instituta.*

47 *Feudum ſemel alienatum, ſemper manet alienabile, etiam in extraneum in præiudicium agnatorum.*

48 *Forma inueſtituræ in noua feudi acquiſitione præſcripta attendi debet, nulla habita ratione antiquæ, & feudi naturæ.*

49 *Feuda ex pacto & prouidentia nec alienari, nec obligari, nec pignori dari poſſunt.*

50 *Nec ex cauſa dotis, non Anthen.* res quæ, *ceſſat in feudalibus.*

51 *Idem, ſtatuendum in maioratibus, etiam non feudalibus.*

52 *Dictio,* hæredibus, *& dictio,* ſucceſſoribus, *etiam in materia feudali idem operantur, immò dictio,* ſucceſſoribus, *latius patet.*

53 *Dictio,* omnibus, *& dictio,* quibuſcunque, *etiam in materia feudali idem operantur, & vtraque feudum abſolutè hæreditarium conſtituit.*

54 *Ad quoſcunque heredes, etiam extraneos transitorium.*

55 *Dictio,* in infinitum, *conſtituit feudum abſolute hæreditarium.*

56 *Sicut duæ dictiones,* hæredibus, & ſucceſſoribus, *iunctæ.*

57 *Paria ſunt,* pro ſucceſſoribus quibuſcunque, *&,* pro hæredibus quibuſcunque.

58 *Feudum abſolutè hæreditarium, ad quoſcunque hæredes, & legatarios, eoſque extraneos tranſit.*

59 *Etiam fœminam, eamque extraneam.*

60 *Et conſenſum domini non requirit.*

61 *Fœminam, inquam, ſuccedere etiam ab inteſtato, nulla ordinis ſucceſsiui habita ratione.*

62 *Reſpondetur clauſulæ,* qui de iure ſuccedent, cum ſeqq.

63 *Clauſulæ,* quæ ſunt in acceſſoriis, & executiuis, *non immutant principalem diſpoſitionem.*

64 *Ea fieri debet interpretatio, qua non corrigantur præcedentia.*

65 *Clauſula,* qui de iure, *intelligenda & interpretanda eſt de conſuetudine in eo loco vigente.*

66 *Conſuetudo loci dicitur ius commune illius loci.*

67 *Inueſtitura ſeu conceſsio feudi, intelligitur ſecundum conſuetudinem in patria vigentem.*

68 *Dicta d. conſuetudine, fœmina comprehenditur ſub legitima ſucceſsione.*

69 *Dictio,* hæredum, vel ſucceſſorum, *abſque alia adiectione conſtituit feudum hæreditarium de iure feudali.*

70 *Quoties feudi hæreditarij, abſque vlla adiectione, fit mentio, intelligitur feudum pro ſe & hæredibus, vel ſucceſſoribus conceſſum.*

71 *Alienatio inter viuos feudi hæreditarij in vnum ex comprehenſis in inueſtitura, tenet in præiudicium proximiorum agnatorum, etſi hæredes eſſe non poſsint, vt quia non fuerunt inſtituti.*

72 *Alienationis nomine; in materia feudali, continetur donatio.*

73 *In feudo, pro quo præſtatur annuus cenſus, ſuccedit fœmina, non obſtante iuramento fidelitatis, niſi aliter in inueſtitura cautum ſit, idque nulla ordinis ſucceſsiui habita ratione.*

74 *In feudo Caſtri-noui, aut non primogeniti, aut non ſoli, aut alio iure, quàm primogenitura prætenſæ ſucceſſerunt.*

75 *Vſus & obſeruantia ſequuta, quale ſit feudum demonſtrat.*

76 *Vbi primogenitura dicitur in aliquo cœpta, ſi falſum in eo eſt, omnis præſcriptio, etiam immemorabilis, ſequuta corruit.*

77 *Domini Caſtri-noui ſemper de eo liberè diſpoſuerunt.*

78 *Ex eo quòd plures ſuccedunt in feudo, excluditur primogenitum, ex eo quòd vnus, natura feudi ex pacto & prouidentia ſimpliciter.*

79 *Ex eo quòd à Gerando de Simiana vſque ad Ioachimum nullæ fœminæ ſucceſſerint, non elicitur aliqua primogenitura, vel natura feudi ex pacto & prouidentia, præſertim quia alia cauſa id accidit.*

80 *Succedens in maioratu, non tenetur ad debita prædeceſſoris.*

81 *Sicut nec ſuccedens in feudo ex pacto & prouidentia.*

82 *In dubio pro fœmina proximiori reſpondendum eſt, etiam in feudalibus.*

83 *Locus Caſtri-noui non eſt Baronia.*

84 *Conſuetudo generalis, qua feuda ſunt ad inſtar allodialium, habet etiam locum in Baroniis.*

85 *Filia primogeniti admiſsi excludit patruum etiam in Baronia.*

86 L. Imperialem de prohib. feud. alien. per Frideric. *non procedit niſi in Baroniis magnis.*

87 *Sed etiam in illis hodie deſuetudine abrogatum eſt.*

IN lite per Illuſtr. dominum Antonium de Simiana,
dominum de Gederon, contra Illuſtr. dominum Frã-
ciſcum de Simiana, dominum de Coſta, vti patrem &
legitimum adminiſtratorem perſonæ & bonorum Ioa-
chini eius filij infantis, domin. Caſtri-noui Giraudi
Amici, ratione d. Caſtri-noui intentata, in fauorem d.
Franciſci, nomine quo procedit, abſque dubio pronun-
ciandum eſt, quòd de iure d. Antonij nedum non con-
ſtet, ſed & de non iure ipſius conſtet, & ex abundanti de
iure d. Franciſci liqueat: quod vt manifeſtiùs appareat,
† præſupponenda eſt conſuetudo, vſus & obſeruantia 1
generalis, qua feuda in hoc Comitatu Venayſſino, pro-
uinciis circumuicinis, tota Gallia, & omnibus omninò
prouinciis, cis Alpes conſtitutis, fuerint ſemper & ſunt
ad inſtar allodialum & patrimoniorum quoad ſucceſ-
ſionem, & liberam alienationem, vt atteſtantur Guil-
lielm. Benedict. *in cap. Raynutius, verb. duas habens num. 67.
cum ſeqq. ext. de teſtam.* Iaſon *in l. de quibus, num. 64. ff. de ll.*
Cephalus *conſil. 307. num. 40.* Surd. *conſil. 165. num. 15.* In-
trigl. *de feud. cent. 1. tit. 50. num. 78.* & in indiuiduo de Co-
mitatu Venayſſino, Bertrand. (iudicis & præſidis Ca-
meræ Comitatus, vt ex inueſtitura de Intercallis *ſub nu.
15. fol. 136. verſo:* & lucum tenentis Vicecomitis regen-
tis Comitatus, vt ex homagio S. Yppoliti, *num. 188. fol.*
763. & homagio Albignani in quo fuit teſtis & talis no-
minatur *num. 99. fol. 434.*) *conſil. 237. nu. 1. lib. 6.* Adeò vt
ius feudale nunquam in Gallia fuerit receptum, Petr.
Iacob. *in ſua pract. tit. 63. de ſucceſſ. reg. vel potius de cauſis, qui-
bus vaſſal. in princip. & num. 15. & ſeqq.* maximè 27. *&* 28.
Ioan. Rainaud. *in comprehenſ. iuris feud. in princip. num. 27.
& 28. in fin. & 29. fol. 10. & 11.* Argent. *in tit. iuris Britannici
des baſtards, gloſſ. 3. num. 4.* quæque conſuetudo variis etiã
modis & documentis probata fuit, nominatum in d. Co-
mitatu, tam in feudis ſæcularibus quàm Eccleſiaſticis, vt
inuentario documentorum, *num. 2. & conſil. 4. num. 1. cum
ſeqq.* ſed præſertim ex tranſactione inſerta homagio Ali-
fetæ de Baucio, Comitiſſæ de Auelino, ac eodem homa-
gio Guilhelmi de Baucio de annis 1320. 1379. 1428. *&*
1433. *ſub num.* 143. 144. *&* 178. † Et quamuis pars aduerſa 2
enixa ſit probare aliqua feuda ex pacto & prouidentia
in Comitatu fuiſſe conceſſa, hoc tamen fuit tantùm ab
an. 1492. aut ad ſummũ ab an. 1447. & ſic poſt tempora,
quibus homagia præſtita vel documenta facta fuerunt,

de quorum interpretatione agi poſſet. Poſtremum enim
Ludouici eſt, quod anno 1412. fuit præſtitum, ſed &
omnes huiuſmodi conceſſiones ex pacto & prouiden-
tia, vel effectum non habuerunt, vel renouatæ fuerunt,
vel ad priſtinam naturam redierunt, ita vt ſicut ante an-
num 1447. nulla erant, ita quoque nunc nulla ſint feuda
ex pacto & prouidentia; ſed omnia ſint ad inſtar allo-
dialium, vt fusè in in..... num. 3. vſque ad num. 11. incluſiuè.
3 Sed dato, † quòd aliqua eſſent, vel etiam fuiſſent, etiam
ante d. annum 1447. feuda ex pacto & prouidentia, non
proptereà minùs vigeret d. conſuetudo generalis &
vniformis; in feudis ſcilicet omnibus; in quibus ex con-
uentione in inueſtitura ab ea diſceſſum non eſſet; cùm
4 ex communi DD. ſententia † in controuerſiis feudali-
bus primùm debeat attendi tenor inueſtituræ, tum de-
bet inſpici conſuetudo loci, vbi feudum conceſſum eſt,
tertiò ad conſuetudines generales feudorum recurri-
tur, Martin. Landenſ. *de feud. cognit. num. 9.* Præpoſitus
ibidem *num. 3.* Guet. Pilo *in prælud. feud. cap. 7. num. 1. 2. &*
3. Ludouic. à Peguer. *cap. 1. Regis Petri ... 2 prælud. num. 10.*
Wult. *de feud. lib. 2. cap. 3. num. 22. 23. & 41.* Clinerd. *in epitom.*
feudorum, par. ... n. 1. ... 11. 12. & ibi Addition. *ſub litt. G. & H.*
quinimò vbi conſuetudo conſuetudini opponeretur
(quod tamen hoc caſu non fit) generali conſuetudini
eſſet ſtandum, non habito reſpectu ad quædam feuda
alterius naturæ. Bartol. *in repetit. l. de quib. verſ. exemplum, ff.*
de ll. Deci. *conſil. 11. num. 12. verſ. ſecundò reſpondetur*, & alij
allegati *conſil. 4. num. 16.* Marin. Frec. *de ſubfeud. lib. 3.*
tit. 2. de feud. antiq. num. 9. fol. 392.

5 Non obſtat quòd prætenditur d. locus † Caſtri-noui
ſeparatus à Comitatu, contrarium enim verius eſt, vt in
articulis defenſionalibus & duplicatæ inuentario do-
cumentorum *num. 12.* edoctum fuit, præſertim ex ho-
magio Roſtagni de Sabrano, fœlic. recordat. Ioan. 22.
præſtito, de ann. 1324. *ſub num. 73.* & traditione clauium
eiuſdem, de dicto an. & de menſe Martio *num. 167.* nec-
non omnibus homagiis ab eo tempore præſtitis, ac cō-
uocationibus cominorum, ſeu ſtatuum *ſub num. 61. &*
111. Sed demus ſeparatum, ea conſuetudo eſt in omni-
bus prouinciis cis Alpes conſtitutis, vt DD. ſuprà alle-
gati atteſtantur, eàque tam in Comitatu, quàm in omni-
bus prouinciis circumuicinis, vt notoria & manifeſta
etiam facti permanentis fuit allegata, & petitum, vt iu-
6 dex, quatenus † ſibi neceſſarium videbitur, de ea ſe in-
formet, quod tenetur facere, etiamſi cauſæ deciſionem
reſpiciat, vt in terminis huius conſuetudinis docent
Curt. Iun. *conſil. 171. in princip.* Roſental. *de feud. cap. 9. qu.*
58. num. 45. A Peguera *ad d. cap. 3. verſ. 6. num. 80. cum ſeqq.*
& fuſiſſimè docuimus *conſil. 4. num. 8.* ita vt hoc feudum
ſecundùm conſuetudinem in omnibus prouinciis & lo-
cis quibus circumdatur, cenſendum eſſet. Surd. *conſil.*
105. num. 15. Bapon *lib. 13. tit. 1. art. 4.* Menoch. *conſil. ... num.*
22. & alij allegati *d. conſ. 4. num. 9.* Hac igitur ſtante con-
ſuetudine tamquam regula; & tùm d. dom. Antonius le-
gitimè de contrario in d. feudo Caſtri-noui docuerit,
contra ipſum pronunciandum eſt.

Nihil verò eum probaſſe legitimè ex ſeqq. patebit.
Primùm enim, & potiſſimum nititur atteſtationibus,
ſeu depoſitionibus teſtium aliàs coram domino Ludo-
uico de la Sala, Decano Sancti Petri, factis in vim remiſ-
ſoriarum à Reuerendiſſ. domino Kropero auditore Ro-
tæ, Iudice & Commiſſario cauſæ & litis inter Ioachi-
mum auum maternum noſtri Ioachimi, & Ludouicam
partem d. Antonij vertentis, emanatarum; quibus cre-
dit probaſſe conſuetudinem in d. loco obſeruatam, qua
primogenitus filius domini ſecundogenitum, & omnes
fratres ſuos excluſerit, ſolúſque in d. loco ſucceſſerit.
Sed præterquam quod varijs modis edoctum fuit *in*
conſ. 1. num. 439. cum ſeqq. & conſil. 3. num. 14. cum ſeqq. huiuſ-
modi atteſtationes in hoc iudicio nullam fidem facere
& ad iuramentum ſuppletorium D. Antonium admitti
non poſſe; varijs aliis modis reſponſum fuit.

Primò reſpondetur, d. atteſtationibus † ſe iuuare nō 7
poſſe, quia Ludouicus pater teſtes impugnauit, & arti-
culos reprobatorios dedit, teſteſque ſuper illis exami-
nari curauit, Socin. ſen. *conſ. 138. col. ... verſ. ... &*
conſ. 208. col. 1. verſ. prim. & Iulius *conſil. 3. n. 18.* adeò vt ſola
proteſtatio contra productionem teſtium ſufficiat, ne
quis poſſit ſe ſeiuuare. Vantius *ſpm. 919. num. ...*

Secundò, quia etſi ſe iuuare poſſet, † tamen nihil fa- 8
cerent ad caſum noſtrum, cùm ſolùm deponant quando
eſt controuerſia inter filios defuncti, non ſi agatur de
filia primogeniti admiſſi, multò magis de eiuſdem filiæ
filio, eóque agnato ex parte patris, vt in hoc caſu, an ſci-
licet is excludi debeat per deſcendentem à ſecundoge-
nito excluſo: Certiſſimum enim eſt, illum caſum primū
ad hunc extendi non poſſe, vt in terminis maioratus,
etiam teſtamento, in quo ſit lata interpretatio inſtitum,
docent Anchar. *conſil. 339. num. 7. cum ſeqq.* Burgos à Paz
conſil. 29. num. 67. Gunert. *conſil. 13. num. 14.* Surdus *conſil.*
316. num. 16. & in primogenituris etiam feudalibus non
fieri extenſionem docent Landenſ. *in cap. 1. num. 25. de alie-*
nat. feud. & ibi Præpoſ. *num. 3.* Tiraq. *de primog. qu. 16. num.*
10. Roſental. *cap. 7. qu. 27. num. 5.* idque vbi ius feudale
eſt in vſu. Nam, data d. conſuetudine generali, idem de
feudalibus † quod de cæteris bonis abſque dubio ſta- 9
tuitur, idque præſertim hoc caſu quo dicitur maioratus
conſuetudine inſtitutus, quæ ſtricti iuris eſt, DD. *in l. 1.*
§. ex verba, ff. de negot. geſtis. Bald. *in cap. 1. num. 9. de feud.*
cognit. & ibi Pet. de Ranen. Ruin. *conſil. 153. num. 16. lib. 1.*
idque † magis, quia teſtibus dicitur probata, quorum 10
depoſitio eſt ſtricti iuris. Innocent. *in cap. dilecto de off. Ar-*
chidiac. cap. auditis, vbi Felin. *num. 10. de præſcript.* idque lon-
gè magis, quia † eſt contra ius commune, cùm ſcilicet 11
dicitur, bona primogenito, ſeu maioratum ſubiecta, Dec.
conſil. 324. num. 7. & 8. Molin. *de primog. lib. 2. cap. 1. num. 8.*
quódque † verſamur in odioſis, excluſio enim fœmina- 12
rum, propter maſculos remotioris lineæ, & gradus, eſt
odioſa etiam in maioratibus, & irrationabilis, Molin *lib.*
3. cap. 4. num. 5. 15. 18. 19. & cap. 5. num. 7. & hæc eſt magis
communis opinio, Socin. iun. *conſil. 1. num. 46. lib. 1.* Mo-
lin. *d. cap. 4. num. 18.* Burgos à Paz *in procemio ll. Tauri num.*
44. & 127. ideóque reſtringenda, & ſtrictè interpretan-
da, Mol. *d. cap. 4. num. 22.* & in dubio pro filia pronun-
tiandum, Mol. & Burgos d. locis, ſed de hac reſponſione
fusè *conſ. 3. num. 28. cum ſeqq.*

Tertiò reſpondetur, † d. depoſitiones ſecundùm con- 13
tenta in articulis, ſuper quibus factæ fuerunt, intelli-
gendas, nec ad diuerſum reſtrahi poſſe, Capell. Toloſ.
qu. 202. Rota Genuenſ. *deciſ. 9. num. 20.* Monticel. *in re-*
pertorio teſtium, rubrica teſt. dicta qual. interpret. fol. 430. Fa-
rinac. *de teſt. lib. 3. tit. 7. qu. 68. num. 58.* adeò vt cùm d. arti-
culis † actis inueniantur, habendi ſint ac ſi per d. dom. 14
Antonium, dominum de Cederon, producti fuiſſent, &
contra eum eodem modo vim habeant, cùm dicta te-
ſtium habeant de neceſſitate relationem ad articulos,
& petitionem partis, vt teſtatur Claud. Seyſſel. *in l. ſi ita*
debemus, num. 9. ff. de verb. obligat. Monticel. *d. loco col. 2. fol.*
430. Ideóque cùm produxerit atteſtationes, cenſetur
produxiſſe articulos, ſuper quibus factæ fuerunt, quia
relatum ita dicitur eſſe in referente, vt non edocto de
relato, referens non probet, Authen. *ſi quaeris aliquo, C. de*
edendo. Rota March. Gratian. *deciſ. 48. num. 37. & 38.* &
cùm atteſtationes ſint annexæ cum articulis, productio
atteſtationum ſine articulis non procedit, cùm ſint con-
nexis non ſufficiat talis productio: per tradita à ſimili de
lib. rationum à Rot. Genuenſi *deciſ. 72. num. 3.* Quæ cùm
ita ſint d. atteſtationes † de primogenitura iuris Franco- 15
rum, de

Digitized by Google

rum, de qua tantùm eſt articulatum, ſunt intelligendæ.
At verò data conceſſione feudi alicui pro ſe & hæredibus, etiam extraneis, facta, & priuilegio primogenituræ alicui & ſuis hæredibus quibuſcunque, etiam extraneis dato, vt in d. articulis aſſeritur, certiſſimùm eſt eam primogenituram ſolùm in ſucceſſione ab inteſtato habere locum, non autem ſi facta ſit diſpoſitio, præſertim inter viuos, vt hoc caſu, vt in terminis docet Cannet. *in c. a. volentes, §. ſed magna fuit olim, num. 73. fol. 54.* qua de re fusè *conſil. 3. num. 32. cum ſeqq.* quod ſi dicatur huiuſmodi primogenitura conſuetudine ſeu præſcriptione inducta, ea etiam ſolùm in ſucceſſione ab inteſtato habet locum,
16 vt infrà *num. 20* dicetur. Sed & in † ipſa etiam ſucceſſione ab inteſtato filia primogeniti, ſemel admiſſi, excludit patruum nemine diſcrepante, Petr. de bella pertica doctor Gallus *in l. pater filium, §. quin. le. im. ff. de legat. 3.* Præpoſ. *in cap. vnic. in fin. verſ. quintodecimo hoc probatur, fol. 34. de feud.* March. Palatios Rubios *in cap. per veſtras de donat. inter virum & vxorem, in rubr. §. 69. num. 26. fol. mihi 82.* Chaſſan. *in conſuet. Burgund. rubr. 7. des ſucceſſions, §. 10. num. 57. verſ. Ioan. Faber.* Lofred. *conſil. 39. num. 28.* Thom. de Marin. *de gener. & qualit feud. tit. 11. de feud. fœmin. num. 47.* Camerar. omninò videndus poſt repetitionem Cannet. *in cap. ſi aliquem. verſ. verba hæc, fol. 373.* Otho Friſyng. *de rebus geſt. Frider. lib. 2. cap. 29.* Choppin. *de doman. Franciæ lib. 2. tit. 4. num. 12. & 13.* Tiraqu. *de iure primog. qu. 10. num. 20. & qu. 14. num. 6. 7. & 8. & qu. 40. num. 3.* Et alij in magno numero præſertim Siculi, vt Andr. de Iſern. Matth. de Afflict. Petr. de Gregor. Marin. Frecc. Cumia Intrigl. allegati *d. conſil. 3. num. 36. cum ſeqq.* vbi reſponſum fuit quoad Siculos, cùm prætenditur hoc ius eſſe ſpeciale in regno Siciliæ, & edoctum quòd cùm per prauam conſuetudinem in aliquibus Siciliæ prouinciis hoc ius alteratum fuiſſet, per conſtitutiones Siculas ad priſtinam naturam reduiſſe, de qua omnes DD. tam Galli quàm Itali, nulla conſtitutionum Sicularum habita ratione, atteſtantur,
17 filiáſque † primogenituræ iuris Francorum eſſe capaces ad excluſionem remotioris maſculi, Chopp. *d. lib. 3. tit. 6. in princip.* Petr. à Greg. *part. 4. qu. 8. num. 7.* Martin. Laudenſ. *de primog. qu. 11* Citer. *de primog. qu. 19. num. 4. &*
18 *5.* Cephal. *conſil. 251. num. 63.* Sicut & † eodem iure Francorum fœminæ ſunt feudorum capaces, Andr. de Iſern. *in cap. 1. in fin. de eo. qui ſibi & hæred.* Afflict. *deciſ. 248.* Thom. de Marinis *d. tract. lib. 1. tit. 11. de feud. fœmin. num. 25. cum ſeqq.* Guerin. Piſo *in prælud. feud. cap. 31. num. 19.* Gregor. *in Syntagm. par. 8. quæſt. 7. num. 2.* Chop. *d. lib. 3. tit. 6. in princip.*
19 Otho *d. cap. 29.* Nam lex Salica, † quæ filios excludit, ſolùm habet locum cùm de regni Galliæ vel appanagij, quod eſt pars coronæ, ſucceſſione agitur, non quoad alia bona, quæ habentur à Rege ſiue in allodium, ſiue in feudum, Benedict. *in cap. Raynutius verb. duas habens, num. 72. cum ſeqq.* Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. tit. des fiefs verb. choſes feudales. §. 5. num. 38. & 60. fol. mihi 117.* Gregor. *in Syntagm. parte 1. lib. 6. tit. 12. num. 6.* Forcat. *de feud. cap. 7. nu. 1.* Chopp. *d. lib. 3. tit. 1. num. 9. cum addit. ad marginem.*

20 Quartò, quia etſi daretur † alia primogenitura, conſuetudine ſeu præſcriptione inducta, ex d. atteſtationibus probata, nihilominùs ea conſuetudo ſolùm in ſucceſſione ab inteſtato haberet locum, vt quantò minùs fieri poſſit, ius commune lædatur, Alberic. *in dictio. verb. feudum, col. 5. in fi. verſ. conſuetudo ergo.* Petr. à Gregor. *par. 4. quæſt. 10. num. 13. quæſt. 11. num. 1. 2. & 3. & par. 8. quæſt. 6. num. 8. & 9.* poſt Bald. & alios & Intrigl. *cent. 7. art. 92.*
21 *num. 14.* Exemplo ſtatuti † ſtantibus maſculis fœminas arcentis, quod ab inteſtato tantum intelligitur, Bald. *in l. 1. verſ. alios ſtatuto, Cod. de legit. hæred.* Albert. Brun. *de ſtatut. fœmin. exclud. artic. 8. quæſt. 8.* Natta *in d. tract. 12. qu. vltima quæſt. princip. fol. 12.* Campeg. *d. tract. quæſt. 54.* Afflict. *in conſtit. in aliquibus quæſt. 5. num. 15.* Intrigl. *d. loco.*

Sed & in ſucceſſione ab inteſtato, † data capacitate 22
fœminarum in feudis, quæ notoria eſt in hac patria, & tota Gallia, filia primogeniti, ſemel admiſſi, excludit patruum, Anchar. *d. conſil. 339. nu. 7. cum ſeqq.* Couarruu. *variar. reſol. lib. 3. cap. 5. ſub. num. 5. verſic. rurſus ſeptimò,* Mol. *lib. 3. cap. 4. num. 5. cum ſeqq. & cap. 6. num. 30. 31. 32. & 49.* Cancer. *lib. 1. tit. 12. de feud. num. 47. & 49.* Melchior Palaes *de maioratu par. 2. quæſt. 6. num. 7. cum ſeqq.* præſertim *num. 12. & 24.* Peral. *in rubr ff. de hæred. inſtit. num. 103. ver. ſed poſtquam, fol. 83.* Burg. à Paz *in proœm. ll. Tauri num. 66. 68.* vbi de Baronis loquitur, Schrad. *de feud. part. 7. cap. 4. nu. 78.* & nouiſſimè à Peguer. *in repetit. cap. 3. Regis Petr. verſic. 6. atteſtans, à num. 91. vſque ad num. 98.* & alij, magno numero allegati *conſil. 3. num. 42. cum ſeqq.* vbi variis rationibus confirmatur hæc ſententia, quam vbique terrarum obſeruari affirmat Alexand. Rauden. de analogis *cap. 15.*
num. 292. idque † procedit tam in feudis ſæcularibus, 23
quàm Eccleſiaſticis, Guerin. Piſo *in prælud. feud. cap. 31. num. 19.* Nec mirum, cùm fœminæ ad Eccleſiaſtica feuda faciliùs, quàm ad ſecularia admittantur. Gregor. *in Syntag. part. 1. lib. 2. tit. 12. num. 6.* Garzon. *de fœmin. ad feud. limit. 19. num. 126.* Thom. de Marin. *tit. 11. de feudo fœmineo, num. 25.* & alij *conſil. 3. num. 58.* & alij paſſim DD. ſuprà allegati, loquuntur in maioratibus feudalibus, & inter cæteros Curt. Tiraqu. Camer. Rauden. à Peguera & Schrad. locis ſuprà cit.

Quæ adeò vera ſunt, vt quamuis † maioratus eſſet te- 24
ſtamento inſtitutus, quo caſu eſt magis fauorabilis & extendendus, & mentio maſculinitatis fuiſſet facta, in vno tamen vel certis tantum gradibus, non omnibus, nec indefinitè ac perpetuò, nihilominùs maioratus tantùm haberet locum in gradibus in quibus eſt facta mentio maſculorum, nec ad alios extenderetur, & extra eos filia excludet maſculum remotiorem, Tiraqu. *de primog. quæſt. 10. num. 25.* Palaes *d. par. 2. quæſt. 6. num. 10.* Grammat. *deciſ. 1. per totum,* præſertim *num. 28. & 29.* Petr. Salazar omninò videndus *de vſu & conſuetud. cap. vltim. num. 29. 56.* maximè *verſic. nec intereſt & num. 61. & 62.* Aluarod. *de coniectur. mente, lib. 2. cap. 3. § 4. num. 31. & 34.* Burgos à Paz *conſil. 29. num. 41. & 57.* Illuſtriſſ. Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib. 6. tit. vltim. num. 6.* Auend. *ad ll. Tauri l. 40. gloſſ. 9. num. 34.* Mol. *lib. 1. cap. 5. num. 37. & 38.* qua de re fusè *conſil. 1. num. 186. vſque ad num. 219. & conſil. 3. num. 48. cum ſeqq.* vbi variis rationibus hæc ſententia confirmatur, & in fortioribus terminis, cùm ſcilicet infeudatio eſt facta alicui, & eius primogenito maſculo, & de maſculo in maſculum deferentem nomen & arma, ſupremi Senatus Pariſ. arreſto, de anno 1493. in fauorem filiæ deſcendentis ex d. primogenito, contra maſculum deſcendentem ex ſecundogenito, pronunciatum fuiſſe refert Charondas *aux memorables obſeruat. verb. fief in fin. & lib. 2. des Pandectes du droict Fran-*
çois cap. 15. fol. 151. Nec inſtandum aliquos † ex his eſſe 25
Hiſpanos, & fundati forſan in conſtitutionibus Hiſpanicis; nam huiuſmodi conſtitutiones, quoad maioratus ſucceſſionem, ſunt iuri communi conformes, vt teſtantur Burgos à Paz *in proœm. ll. Tauri nu. 85.* Gutierr. *conſil. 13. num. 17. 26. 27.* in caſu verò noſtro, in articulis quidem nulla maſculinitatis mentio, teſtes quoque de primogenito ſimpliciter loquuntur, exceptis tribus, ſcilicet 1. 18. & 24. qui maſculinitatis quidem qualitatem adiiciunt, ſed in vno tantum gradu, ſcilicet in filio domini defuncti, ideóque extra eum gradum non poteſt extendi, cùm illius filij, ſcilicet maſculi defuncti, & remotiorum maſculorum ad excluſionem filiæ ſit di-
uerſa ratio; nec † ab vno caſu ad alium extenſio fie- 26
ri poſſit, vt ſuprà ex Burgos *conſil. 20. num. 57.* Surd. *conſ. 316. num. 16.* & aliis ſuprà *num. 8.* fuit edoctum. Dictique teſtes expreſſerunt id, quod † ſi non fuiſſet dictum

intelligeretur, quódque propterea naturam rei non al-
terat. *l.3. l. in conditionibus, §. 1. l. aliquem 197. ff. de conditio-
nibus & demonſtr.*
28 Non obſtat † doctrina Fabri *in §. cæterum num. 4. verſ.
& videtur de legit. agnat. ſucceſſ.* Nam poſito, quòd contra-
rium ſentiret, quodque hic locus Baronia eſſet, quorum
tamen neutrum eſt, vt docuimus *conſil. 4. num. 38. cum
ſeqq.* Faber intelligendus eſſet in ſuo caſu, ſcilicet cùm
primogenitus, relicta filia, deceſſit ante patrem, non
ſi ſuperuixerit, & ſemel admiſſus fuerit; & ita intelli-
gendum eſſe docent Chaſſan. *in conſuet. Burgund. ru-
bric. 7. des ſucceſſions, §. 10. num. 57. verſic.* Ioannes Fa-
ber, *in §. cæterum*, & Melch. Palaez *de maioratu, parte
2. quæſt. 6. num. 19.*
Secundò reſpondetur, Fabrum intelligendum eſ-
ſe, data conſuetudine prohibente fœminas ſuccedere
in Baronijs, non ſi conſuetudo non ſit excluſiua ſuc-
ceſſionis fœminarum, ſed admiſſiua, qualis eſt in tota
Gallia; quo caſu quæcunque detur primogenitura, mo-
dò ne maſculina perpetua, filia excludit patruum, & d.
doctrina Fabri ſolùm procedit vbi ius feudale viget, vt
in terminis docent Tiraqu. *de primog. quæſt. 14. num. 6.* &
poſt eum Palaez *d. quæſt. 6. num. 19.* & aliàs reſpondetur
vt fusè *in 4. conſil. num. 38 cum ſeqq.*
Atque eæ quidem reſponſiones reſultant ex propriis
dicti domini Antonij documentis, nulla etiam habita
ratione documentorum per d. dominum de Coſta pro-
ductorum; ideóque condemnationem expenſarum d.
dominus Antonius euitare non poteſt. Sunt & aliæ
reſponſiones ex documentis d. dom. Franciſci reſul-
tantes.
Quintò igitur reſpondetur, huiuſmodi depoſitiones
teſtium, necnon poſitiones & confeſſiones ſuper qui-
bus fuerunt factæ, quatenus prætenſam primogenitu-
ram reſpiciunt, omninò erroneas & falſas eſſe; & verius
eſt, nunquam ex vi d. primogenituræ prætenſæ in d. feu-
do ſucceſſum fuiſſe: Nam Giraudus Amici, domi-
nus Rupisfortis, illud liberè in Giraudum de Simiana
alienauit, qui cùm illud Guinoto eius filio primùm in
contractu eius matrimonij donauit, is Guinotus erat ſe-
cundogenitus, quo poſtea in amplioribus feudis hære-
de inſtituto, Berengarius vltimogenitus, ex vi teſtamen-
ti paterni, & ceſſione fratris Guinoti, illud obtinuit. Lu-
douicus filius Berengarij non ſolus, ſed cum Reforſato,
eóque primogenito ſucceſſit. Stephanus quidem filius
primogenitus Ludouici ex vi teſtamenti paterni, quo
fuerat hæres vniuerſalis inſtitutus, & quo tempore ab
inteſtato Ludouicus credebatur mortuus, ex vi diuiſio-
nis ſeu tranſactionis cum fratre Bartholomæo initæ id
habuit. Melchior verò, vel quia vnicus filius Stephani,
vel ex vi contentorum in contractu eius matrimonij.
Ianſanus primogenitus quidem Melchioris, ſed ex vi
donationis in d. contractu matrimonij contentæ. Ioa-
chimus verò, vltimate defunctus, vnicus erat filius d.
Ianſani, & tanquam hæres ipſius ex vi d. donationis
habuit id omne quod in d. Caſtro contra Ludouicum
patrem d. Antonij conſecutus fuit, vt poſteà *num. 74.*
latiùs docebimus, omnia ſupradicta documenta deſi-
gnando. Certiſſimum eſt autem d. confeſſionum, & at-
teſtationum erronearum ac falſarum nullam haben-
29 dam eſſe rationem, † ſed ſtandum eſſe documentis, quę
illis abſque dubio præponderant, præſertim vbi agitur
de facto longinquo, & antiquo, vt hic, *in l. penult. C. ſi mi-
nor ſe maiorem dixerit*, Dec. *in rubr. extra de teſt. num. 3.
text. in l. cen'us & munum ff. de probat.* Bald. *in l. penult. num.
5.* Alba *conſil. 64. num. 22.* Bald. *conſil. 445. num. 5. lib. 5.* Curt.
iun. *in l. pactum quod bona fide, num. 4. C. de pactis*, præſertim
30 † quia d. confeſſiones, quatenus opus eſſet, legitimè re-
uocatæ fuerunt, quod ſtante errore facti quamuis ac-
ceptatæ & omni tempore fieri potuit, *l. error. Cod. de iu-
ris & facti ignorantia c. fin.* & ibi DD. *de confeſſ.* Iaſ. *in l. 1.
num. 7. C. de errore calculi etiam per hæredem*, Iaſon *in l. cum
teſtam. num. 1. & 5. C. de iuris & facti ignorantia*, Afflict. *de-
ciſ. 233.* & ibi de Vrſil. & Piſanell. Nec huic † reſponſio- 31
ni, ſuper errore & falſitate fundatæ, obſtat quædam ar-
bor genealogiæ dominorum Caſtri-noui, de qua depo-
nunt teſtes 16. 19. 20. Nam bene intellecta vera eſt: de-
monſtrat enim dominos Caſtri-noui quinam moris
tempore fuerint, & eos ponit in recta linea, non autem
qui eſſent primogeniti; ideóque Berengarius, quia tan-
dem per teſtamentum patris, & ceſſionem Guinoti fuit
poſt patrem dominus, ponitur in d. linea & poſt eum
Ludouicus, quia per mortem Reforſati remanſit ſo-
lus dominus; Stephanus deinde, quia teſtamento Lu-
douici hæres vniuerſalis; tum Melchior, quia ſolus.
Erroneas quoque † eſſe huiuſmodi depoſitiones in 32
alio capite, quo aliqui teſtes, ſcilicet 17. 19. 20. 25. &
26. deponunt, conſuetudinem generalem eſſe in Co-
mitatu Venayſſino & prouinciis circumuicinis, quæ vl-
timogeniti, quandiu antenati viuunt, non ſuccedunt
in feudis & ſignoriis, pluſquam nototium eſt, & pa-
ret ex prædicta conſuetudine generali, qua feuda
ſunt ad inſtar allodialium, & matrimonio Guinoti,
tranſactione Stephani cum Bartholomæo, & aliis do-
cumentis etiam dicta falſitas conuincitur, de quibus
in inuentar. *num. 48.* prætetquam quòd dicti teſtes
non legitimè, nec eo modo, quo deberent, ad fa-
ciendam fidem deponunt, & vtcunque ſit, hoc pro-
cederet in ſucceſſione ab inteſtato, & cùm agitur in-
ter filios defuncti, non ſi agatur de filia eiuſdem per
remotiores maſculos excludenda, vt fusè docui *con-
ſil. 4. num. 87. cum ſeqq.*
Poſtremò, quia non obſtantibus dictis atteſtatio-
nibus, † & nulla earum habita ratione, dictus Ludo- 33
uicus pater dicti Antonij ea omnia, quæ ſibi, nul-
la habita ratione primogenituræ prætenſæ, compete-
re poſſent, per tranſactionem de ann. 1574. cum di-
cto Ioachimo initam conſequutus fuit, ita vt cùm di-
cta primogenitura prætenſa, reiectis dictis atteſtatio-
nibus in fauorem Ludouici & odium Ioachimi, qui eas
fieri curauerat, reiecta fuerit, non poteſt Antonius
filius Ludouici in ſui fauorem contra Ioachimum do-
natarium dicti Ioachimi ea ſe iuuare, Beniutend. *de-
ciſion. 37. numer. 14.* qua de re *conſil. 3. numer. 169. &
ſequentib.*
Non obſtat ſecundo loco prætenſa deciſio, nam
præter † quàm quòd ea nullam fidem facit, nec vim 34.
aliquam habere poteſt, vt fusè doctum fuit *conſil. 3.
num. 185. cum ſequentib.* præſertim quia huiuſmodi ſcri-
ptura non eſt niſi atteſtatio notariorum recognitio-
nis ſignaturæ Illuſtriſſimi Cardinalis Seraphini, cum
inſertione copiæ, ſeu exemplaris eiuſdem prætenſæ
deciſionis nullo vocato, & contra inhibitiones de
non faciendo aliquas extractiones, niſi parte voca-
ta, factas, abſque eo quòd ſignaturæ dicti Illuſtriſ-
ſimi Cardinalis veſtigium aliquod adſit, reſponde-
tur eodem modo, quo atteſtationibus. Etſi enim
eſſet ſententia de primogenitura iuris Francorum, † 35
de qua tantùm in libello fit mentio, intelligen-
da eſſet maximè, cùm indefinitè ſit probata, vt ſen-
tentia ſit conformis libello, *l. vt fundus ff. communi di-
uidundo*, Surd. *conſil. 273. lib. 2.* Sed etſi de alia intelligere-
tur, eſſet de ſimplici, præſertim cùm nulla qualitas ma-
ſculinitatis adiiciatur, ſed ſolùm dicatur, primogenitu-
ram eſſe probatam; in vtraque autem ex iis filia pri-
mogeniti excludit patruum, vt ſuprà doctum fuit.
Denique,

Denique, quamçumque tandem imaginari vellemus primogenituram in d.reſolutione contineri, cùm d.reſolutio tota fuerit in ſuſpenſo, & nulla ſententia ſequuta ſit, conſtito de errore d.atteſtationum, nulla haberetur ratio d.reſolutionis.

36 Non obſtat † homagium Giraudi Amici de anno 1444. tranſactio inter Stephanum & Bartholomæum inita de an.1463. & alia inter Joachimum & Lodouicum de an.1574. tantum enim abeſt vt intentionem d. dom. Antonij adjuuent, quin potiùs ea ipſis validiſſima ſumuntur argumenta in fauorem d.Franciſci, vt infrà docebitur.

37 Non obſtat † homagium alterius Giraudi Amici de an.1364. quia etſi fiat ſimpliciter pro ſe & ſucceſſoribus, abſque vlla dictione vniuerſali, tamen ſubintelligitur tum propter proteſtationem in eo appoſitam, tum etiam ſine ea, propter homagium Roſtagni de Sabrano antiquius, de ann.1324. de quo poſteà cui proptereà ſtandum eſt, Wult. *de feud. lib.2.c.3.num.22.* Illudque primùm S^mo D.N. præſtitum, abſque vlla proteſtatione, in quo & dictio vniuerſalis, *omnibus*, & dictiones, *hæredibus & ſucceſſoribus*, junctæ adſunt, quorum vnumquodque ad conſtituendum feudum abſolutè hæreditarium ſufficit, vt infrà docebitur, &, his omnibus ceſſantibus, conſtitueret ſaltem ſtrictè hæreditarium, quod in hoc caſu ſufficeret ad victoriam cauſæ, vt infrà *num.71.* dicetur. Quæ reſponſiones procedunt inſpecto mero jure feudali, ſed data d.conſuetudine generali, quæ abſque dubio danda eſt, dictio
38 † ſimplex *hæredum*, vel, *ſucceſſorum*, pro, *quibuſcumque*, accipitur, Guid.Pap.*q.230.num.2.verſ aduertendum.* Bened.*in cap. Raynutius, verb.duas habens, nu.67.* A Perno *conſ.6.nu.26.verſ.& eſt nouiſſima.* Frecc.*lib.3. tit.de feud. hæred. & mixto, num.29.fol.416.* & alij *conſ.3.num.109.* &
39 † quod magis eſt, etſi nulla hæredum vel ſucceſſorum mentio, ſed ſimpliciter conceſſio facta fuiſſet, A Perno *conſ.4.num.20.& ſeqq.* à Gregor.*part.4.q.15.n.9.* Oldrad. *conſ.159.num.9.* Pariſ.*conſ.13.nu.30. lib.1.* Jaſ.*in d.l.de quibus, nu.61.* quod euentus docuit: nam d.Giraudus nouem vel circa annis poſteà liberè d. feudum in Giraudum de Simiana, extraneæ familiæ, alienauit, vt ſuprà dictum fuit.

40 Non obſtat poſtremò † contractus matrimonij & conſtitutio dotis in eo contentæ, Guillielmetæ ſorori per Stephanum facta, de an.1469. & 12.Februarij, & renunciatione eadem die, ac quictancia de an.1467. junctis cum d.tranſactione inter Stephanum & Bartholomæum inita, fuſiſſimè enim reſponſum fuit in artic.incipientibus contradicendo & *conſ.3. num.195.cum ſeqq.* & præſertim quia in d.tranſactione fit mentio nedum Caſtri-noui, ſed etiam omnium bonorum nobilium & immobilium, & nominatim dominij de Coſta, condominij de Cauiſmontibus, & bonorum in loco ſancti Saturnini ſitorum, & Guillielmeta in d.contractibus, mediante conſtitutione dotis in pecunia, omnibus paternis juribus generaliter renontiat. At verò ſi aliqua incapacitas ex d. contractibus reſultaret, id eſ-
41 ſet quod omnia bona in eis ſpecificata; vna enim, † eademque oratio plura bona etiam ſpecialiter ſpecificata complectens, & generale pactum vniformiter debet intelligi, & vno eodemque jure non diuerſo cenſeri, *l.jam hoc jure, §.ſed etſi aliter,* & ibi Bart.*n.1. ff. de vulgar.l.quamuis, C.de impub.* Idem Bartol.*in l.in teſtam.nu.1. C.de teſtam.milit.* Oſaſc.*decif.81.n.9.* Surd.*conſ.31.nu.15.*
42 præſertim † cùm vnica eſt oratio & verborum conceptio, Surd. *conſ.45.num.37.* Cùm enim agitur de interpretatione actus, ea ſumi debet, quæ pariformiter omnibus conueniat, Crauet.*conſ.12.num.10.* Bec.*conſ.101. nu.65.* At verò notorium eſt d.Guillielmetam d.locorum de Cauiſmontibus & de Coſta & aliorum bonorum mobilium non fuiſſe incapacem, ſed capacem; ergo & d.quoque Caſtri-noui. Quod ſi dicatur, id fuiſſe ſpeciale in d.loco, certè id aliunde quàm ex d.contractibus, in quibus vniformis & æqualis debet fieri interpretatio, probandum eſt. Nam ſi aliqua eliceretur incapacitas ex d.contractibus quoad Caſtrum-nouum, eliceretur quoque quoad alia bona, quod cùm non fiat, nec quoque fieri debet vel poteſt quoad d.locum. Confirmatur illud, quia in d.contractibus nulla incapacitatis mentio, nec ratione illius pecuniam accipit in dote, ſed quia eam maluit in pecunia quàm in bonis, quia ſi ratione incapacitatis d.loci Caſtri-noui id fieret, ſaltem cæterorum bonorum partem habuiſſet; ſed maluit dotem in pecunia, præſertim quia hæc omnia voluntariè geſta ſunt, nec vlla erat controuerſia, an Guillielmeta eſſet capax, necne? † Quod coad- 43
juuatur, quia conſuetudo familiæ, vt filiæ, maſculis extantibus, cùm dote contentæ hæreditati renuntient, vel ad eam aſpirare non poſſint, non probatur ex eo quòd multæ à maſculis excluſæ fuerint, niſi doceatur hoc vi & reſpectu talis conſuetudinis, vel quod talis eſſet conſuetudo, factum fuiſſe, quoniam teſtamentis aut conſenſu earum ſimili ve modo factum eſſe potuit, Anchar.*d.conſ.339.num.8.* Corneus *conſ.125. num.1. verſ.quod autem vſque ad fin.lib.4.* Crauet.*conſ.197.nu.12.* Maſcard.*concl.430.n.1.*

Secundò reſpondetur, quia ſi aliqua conjectura incapacitatis ex d.contractibus eliceretur, ea tolleretur nedum ex contrarijs præſumptionibus, ijſque validioribus, ſed etiam ex claris probationibus, ex d.compoſitione cum Camera, homagijs, matrimonijs Guinoti & Melchioris, & tranſactione Joachimi; vna † enim 44
præſumptio tollit aliam, *l.cum de indebito, ff. de probat.* Alex.*in l.furioſum, nu.3.in fin. C.qui teſtam.facer.poſſ.* & alij *conſ.3.nu.197.*

Tertiò reſpondetur, ijs omnibus ceſſantibus quæ non ceſſant, ſi aliqua reſultaret excluſio fœminarum in d.familia inducta, quæ abſque dubio eo caſu generalis quoad omnia bona, non particularis quoad d.locum Caſtri-noui eſſet, cùm d.contractus de omnibus bonis concepti ſint, ea nihil faceret ad caſum noſtrum, ſed tantum procederet in ſucceſſione ab inteſtato, tum ex juris diſpoſitione, vt ſuprà edoctum fuit, tum ex confeſſione ipſiuſmet Stephani, qui non alia ratione in d.tranſactione ſe tanquam primogenitum præferendum contendebat, quàm quia Ludouicus pater, nullo teſtamento condito, vt tunc credebat, deceſſerat, ſed & in ipſa etiam ſucceſſione ab inteſtato filia primogeniti ſemel admiſſi excluderet patruum, nec caſu in illis contractibus comprehenſus, inter filios & filias defuncti, ad hunc extendi poſſet, vt ſuprà edoctum fuit.

Poſtremò reſpondetur, veriùs eſſe Guillielmetam
fuiſſe excluſam à ſucceſſione, † quia Ludouicus pater 45
teſtamentum condiderat, in eoque hæredem vniuerſalem d.Stephanum inſtituerat, dictæque Guillielmetæ certam pecuniæ quantitatem, cùm nuberet, ſoluendam, titulo inſtitutionis particularis reliquerat, vt manifeſtè conſtat ex tranſactione ſeu alienatione inter Stephanum & Conſules Aueionis inita, de an.1469. & 7.Aprilis, *num.157.* & totum id quod in d.tranſactione inter Stephanum & Bartholomæum, ſeptem vel circa annos anteà aſſeritur, ab inteſtato ſcilicet deceſſiſſe, erroneum fuiſſe. Ex quibus conſtat d.Antonium nedum de jure ſuo non docuiſſe, ſed etiam de non jure ipſius manifeſtè conſtare; quod etſi ſufficeret, nihilominùs d.Franciſcus de jure ſuo per 21. fundamenta *conſ.3.* docuit, quorum præcipua hæc ſunt.

Primum eſt in d.conſuetudine generali, qua feuda
fuerant ſemper & ſunt ad inſtar allodialium, contra
quam cùm nihil d. Antonius ſpeciale in loco Caſtri-
noui probauerit, abſque dubio d. conſuetudini & re-
gulæ in fauorem Franciſci ſtandum eſt, qua de re ſu-
prà in principio.

Secundum, (vt mittam quæ fusè de feudo empto,
46 quale eſt hoc, dixi *d.conſ.3.nu.73.* in † quo fœmina ſuc-
cedit, excluſis maſculis remotioribus, nulla habita ra-
tione juramenti fidelitatis, idque certiſſimè, ſi filia te-
ſtamento fuerit hæres inſtituta, Fabian.de Anna *con-
ſult.53.nu.3.*) quia hoc feudum fuit à familia Giraudo-
rum Amici ad familiam de Simiana, omninò extra-
neam, alienatum, vt patet ex d.Bulla Gregorij XI. de
47 an.1373.*nu.68.* At verò feudum † ſemel alienatum, ſem-
per manet alienabile, etiam in extraneum, in præjudi-
cium agnatorum, Socin.*conſ.67.nu.32.col.7.verſ.ſextò
reſpondetur, vol.1.* Brun.*conſ.105.nu.5.* Natta *conſ.322.nu.2.*
Burſat.*conſ.4 nu.17.verſ.conceſſio, & num.22.lib.1.* Surd.
conſ.105.num.12.& 13. & nouiſſimè Schrad.*in tract.feud.
part.7.q.2.n.31.* præſertim hoc caſu quo in agnatum eſt
tranſlatum.

Tertium, quia Camera in d.Bulla transfert jus ſuum
in Giraudum de Simiana, primum de d.familia d feu-
di acquiſitorem, ejusque hæredes & ſucceſſores, pro
ſe, ſuis hæredibus & ſucceſſoribus ſtipulantem. Et quia
ſub ea forma d.feudum, ex vi acquiſitionis tam juris
Giraudi Amici quàm Cameræ, tranſlatum fuit, quate-
nus anteà fuiſſet ex pacto & prouidentia ſiue ſimpli-
citer ſiue primogenij, factum fuiſſet alterius naturæ,
48 reſpectu à Giraudo de Simiana deſcendentium, † ſo-
lumque attendi debet forma in acquiſitoris inueſtitu-
ra à dom.præſcripta, id enim mutatio & qualitas per-
ſonarum operatur, Bald.*in c.1.§.hoc quoque, circa prin-
cip de ſucceſſ.feud.* Alex.*conſ.28.num.1.& 2.vol.5.* A Perno
conſ.12.nu.2.& 3. Afflict.*deciſ.112.nu.5.* Pet.à Greg.*part.3.
q.7.num.45.& 46.* Roſent.*de feud.c.2.q.22.* poſt multos
quos refert *in gloſſ. litera A.* quo de fundamento fusè
conſ.3.nu.89.cum ſeqq.

Quartum, quia pro ſolutione dotis Guillielmetæ,
& legati ei relicti, pars territorij Caſtri-noui alienata
fuit per Stephanum, vt in d.tranſactione cum Conſu-
libus Auenionen inita, quod fieri non potuiſſet, ſi fuiſ-
49 ſet ex pacto & prouidentia, † quæ nec alienari, nec o-
bligari, vel pignori dari poſſunt, Intrigl.*cent.1.q.51.num.*
50 *14.25.66.92.129.* Nec † ex cauſa dotis, non obſtante Au-
thentica, *Res quæ C.communia de legat.* quæ ceſſat in feu-
dalibus *gloſſ.1.in verb. ſeu alienare cap.1. de prohibit.feud.
alien per Frider.* Bald.*in c.1.§.donare qualit.feud.olim a-
liena.poſſit*, & communem aſſerit Jaſ.*in d. Authentica
Res quæ nu.26.* Wult.*de feud.lib.1.c.10.num.45.& 46.fol.*
51 605. Quod & in † majoratibus etiam non feudalibus
habet locum, Molin.*de primog.lib.4.tit.6.nu.25.* qua de
re *conſ.3.n.97.cum ſeqq.*

Quintum, quia hoc feudum etiam ſecluſa conſue-
tudine ſemper fuit, & eſt merè, purè & abſolutè hære-
ditarium, &, vt magis propriè loquar, degenerans ad
quoſcumque hæredes, fœminas etiam extraneas tran-
ſitorium, & tale eſſe varijs modis probatum fuit tam
in inuent. document. quàm *in d. conſ.3. num.100. cum
ſeqq.* Sed præſertim ex omnibus homagijs à trecentis
ſexaginta tot annis præſtitis, nimirum Giraudi Amici,
de an.1244. ex aduerſo producto *citra &c.nisi* &c. quod
52 pro ſucceſſoribus omnibus præſtatur: dictio † verò
ſucceſſoribus, idem operatur & ſonat, imò plus quàm
dictio *hæredum*, etiam in materia feudali, Dec.*conſ.269.
num.1.* A Perno *conſ.4.num.17.& 20. verſ & ſic apparet,*
Thom de Marin.*tit.3.num.15.& tit.5.num.25.* Pet. à Greg.
part.6.q.4. Intrigl.*cent.1.q.48.nu.51.& ſeqq* A Peguera *in
repetit.d.c.3.verſ.2.ſi tamen verò, num.10.* Roſent.*c.2.q.40.per
totam* Dictio † verò, *omnibus*, idem operatur quod, *qui- 53
buſcumque*, etiam in materia feudali, & vnaquæque feu-
dum merè hæreditarium conſtituit, Thom.de Marin.
tit.5.nu.8. Tyber.Decian.*reſponſ.3.num.174.lib.4.* Ruin.
conſ.25.nu.6.lib.1. Menoch.*conſ.129.nu.10.* Wult.*de feud.
lib.1.c.9.n.21.fol.561.* Schrad.*par.7.c.3.nu.1.* Roſent.*c.2.q.
36.nu.6.* & alij *conſ.3.nu.102.* ad † quoſcumque hæredes 54
etiam extraneos tranſitorium Bald. *in c.1.in princip.n.
19.de prohib feud alien. per Frider.* Abbas *conſ.3.num.4.
circa medium vol.2.* Alexand.*in l. quedam §. nihil inter-
eſt, nu 2.circa fin.ff.de edendo, & in l.quod dicitur 2.nu.26.
circa finem, ff.de verb.obligat.* In omagio Roſtagni de Sa-
brano, Abbati de an.1321. & ejuſdem Joanni 22. pro ſe,
ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus omnibus, per ipſum,
vti hæredem patris, præſtitis, & in cujus Roſtagni ho-
magio, Abbati præſtito. adeſt etiam † dictio, *in infini- 55
tum*, quæ ſola feudum abſolutè hæreditarium conſti-
tuit, A Perno *conſ.4.nu.19.* Curt.jun.*conſ.4.circa finem.*
Pet.de Greg.*part.4 q.3.verſ.item dicendum,* Intrigl *q.5.
nu.198* qua de re *conſ.3.nu.106.* Giraudi ejus filij, de an.
1335. pro ſe, ſuis hæredibus & ſucceſſoribus; quæ † duæ 56
dictiones ſimul junctæ conſtituunt feudum purè &
abſolutè hæreditarium ad extraneos, nedum fœminas,
tranſitorium, Socin.ſen.*conſ.257.col 4.verſ.aliquando &
ſecundo. & conſ.266.col.3.in fin.* Alexand.*conſ.173.num.1.
lib.2.* Curt.jun.*conſ.4 nu.24.* Pet.à Greg *part.4.q.15.n.10.
& parte 8 q 4.* & alij *conſ.3.nu.90.* etſi ſeparatè conſtitue-
rent feudum ſtrictè hæreditarium. Alterius Giraudi,
de an.1364. Etſi enim dictio vniuerſalis non adſit, in-
telligitur tamen, propter proteſtationem in eo appo-
ſitam; ideoque ſecundùm d. homagium Roſtagni eſt
intelligenda, cui, vt antiquiori, ſtandum eſt, vt ſuprà
dictum fuit: Berengarij, de an.1412. in quo omnes pro-
miſſiones fiunt pro ſucceſſoribus quibuſcumque, † pa- 57
cta enim ſunt dicere, *pro ſucceſſoribus quibuſcumque*, vel,
pro hæredibus quibuſcumque, Philipp. Matth.*conſ.26.nu.
223.lib.3. inter conſ.VVult.* A Peguera. *d.repetit. verſ.ſe-
cundo nu.10.* & alij ſuprà citati circa dictionem, *ſucceſſo-
rum*: nec refert quòd non ſit in principali diſpoſitio-
ne, cùm ſit omnibus capitibus, d.diſpoſitionem ſeqq.
& toties repetita, & per eam non poteſt dici corrigi d.
principalem diſpoſitionem. Adde proteſtationem, quę
omne dubium tollit, qua de re *conſ.3.nu.128.* Ludouici
de an.1422. quod tanquam filius & cohæres Berenga-
rij facit, & ex vi proteſtationis ſubintelligitur dictio v-
niuerſalis. Stephani non extat, ſed ex d. tranſactione
cum Conſulibus, pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus
quibuſcumque, factum fuiſſe, exiſtimandum eſt; cùm
ad eos in d. tranſactione d. locum ſpectare aſſeratur.
Melchioris, de an.1506. pro ſe, ſuis hæredibus, & ſuc-
ceſſoribus, & cum proteſtatione etiam Janſani, de an.
1536. & Joachimi de an. 1556. pro ſe, ſuis hæredibus &
ſucceſſoribus quibuſcumque. Certiſſimum † autem 58
eſt, feuda abſolutè hæreditaria, ad quoſcumque hære-
des, & legatarios etiam extraneos tranſire, & hanc opi-
nionem ſeruari in practica Curt.jun.*conſ 1. per totum.*
Clarus §.*feudum q.9.nu.1.* & alij *conſ.3.num.104.* & fœmi-
nã † etiam extraneam in eo admitti poſſe, in præjudi- 59
cium agnatorum, Intrigl.*q.50.nu.144.* Roſent.*c.2.q.37.
num.4.* Et † conſenſum domini non eſſe neceſſarium, 60
Wult.*lib.1.c.9.nu.74.* Mozz.*in tract.de feud.tit.de ſubſtit.
& quomodo acquir.feud.num.95.* fœminam, inquam, ſuc-
cedere † etiam ab inteſtato, nulla ordinis ſucceſſiui 61
habita ratione, in quo lapſus eſt Menoch.*conſ.391 nu.
13.& ſeqq.* præſertim *nu.15.* vt in terminis docent Socin.
ſen. *conſ. 257.* poſt Bald. Jacob. de Beluiſo. & Martin.
Laudenſ *colum.4.in fin. verſ.aliquando & ſecundo,* Pariſ.
conſ.12.num.19.cum ſeqq.lib.1. Natta *conſ.159 num.8.& 9.*

Ruin.

Ruin.*conſ.16.nu.5.cum ſeqq.lib.*1. & fusè *conſil.3.num.126.*
62 *cum ſeqq.* Et quæ homagia ab omnibus † impugnatio-
nibus fuerunt defenſa *d.conſ.3.nu.108.cum ſeqq.* præſer-
tim quoad clauſulam, *qui de jure*, quòd ſcilicet ea clau-
ſula non ſit in principali diſpoſitione; ſed eſt tantùm
in vno ex capitibus acceſſorijs & exequutorijs, eoque
63 inter varia immixto, quæ propterea non † immutat na-
turam formulæ principalis, Deci.*conſ.193.num.5.& 6.*
Pariſ.*conſ.23.n.42.lib.*1. & alij *conſ.3.n.117.cum ſeqq.* præ-
64 ſertim quia ea † fieri debet interpretatio, qua non cor-
rigantur præcedentia *l. nam ad ea, ff. de cond. & demon-
ſtrat.* & fusè *conſ.3.nu.112.cum ſeqq.*

Secundò reſpondetur, quòd etſi eſſet in principali
diſpoſitione, non reſtringeret dictionem vniuerſalem,
cùm non reſtrictiuè ad dictionem, *omnibus*, ſed amplia-
tiuè ad dictionem, *Ego*, ſit appoſita, vt ſcilicet ipſe, &
qui de jure ſuccedent, qui ſcilicet ſunt omnes & cu-
juſcumque qualitatis ſucceſſores, per quos ſimplici-
ter & abſolutè promiſſio ſit, & ſic tam fœminæ quàm
extranei, qua de re *conſ.3.nu.19.*

Poſtremò, vt mittam alias reſponſiones in eo con-
tentas, ea procedunt attento mero jure feudali, † ſed
65 data d. conſuetudine generali, quæ eſt notoria in hac
patria & tota Gallia, & nominatim in lingua Occita-
na, vbi d. homagium de an.1244. fuit præſtitum, Joan.
Raynaud.*in comprehenſ. juris feud. in princip. n.26.& 27.
in fin.& 28.* ea clauſula de ea conſuetudine, & non de
jure feudali intelligenda eſt, Matin. Frecc.*de ſubfeud.
lib.3.tit.2.de feud. Antiq.num.19.fol.192.* Gabriel *lib.6.tit.
de conſuetud.concl.1.num.1.& 10.* Maſtril.*in addit. ad Gre-
66 gor.part.3.q.3.* Cóſuetudo † enim loci dicitur jus com-
mune in d.loco, Bald.*tit. de pace Conſtantiæ, nu.22.* Rota
Genuenſ. *deciſ.16.n.12.& 13.& deciſ.438.nu.3.* & conceſ-
67 ſio feudi † & inueſtitura intelligitur ſecundùm con-
ſuetudinem in patria vigentem, Oldrad.*conſ.159.nu.9.*
Pariſ.*conſ.13.nu.30.lib.1.* Burſat.*conſ.50.in fin.lib.1.* Wult.
*de feud.lib.1.c.7.nu.20.fol.133.& nu.56.fol.198.& lib.1.c.
68 3.nu.23.& conſ.5.nu.13.lib.2.* Et data † d. conſuetudine,
ſub legitima ſucceſſione comprehenditur fœmina,
Deci.*conſ.269.n.1.* qua de re fusè *d.conſ.3.n.121.cum ſeqq.*

Sextum, quia ſecluſa d. conſuetudine, & poſito, nul-
lam eſſe dictionem vniuerſalẽ vel aliquid aliud quod
conſtitueret feudum abſolutè hæreditarium; ſaltem
ſtrictè, quod vocant, hæreditarium eſſet, quod abſque
vlla adjectione hæreditarium DD. vocant; nulla enim
eſt dictio, aut quid aliud in d. homagijs, aut alijs do-
cumentis quod hoc feudum ex pacto & prouidentia
conuincat; ſed dictio, *hæredum*, vel *ſucceſſorum*, adeſt,
quo caſu feudum eſſe hæreditarium certiſſimum eſt,
69 vt † de dictione, *hæredum*, teſtantur Dec.*conſ.390.nu.5.*
Mynſing.*obſeru.67.cent.3.* Roland. à Val.*conſ.28.n.5.lib.
3* fuſiſſimè Intrigl.*cent.1.q.48.nu.4.* Et Hartman. Piſtor.
qq.lib.2.part.1.q.1.per tot. præſertim *n.57.& 81.cum ſeqq.*
& de dictione, *ſucceſſorum*, Deci.*conſ.269.nu.1.* A Perno
conſ.4.n.17.ver.& ſic apparet, Intrigl.*cent.1.q.48.nu.51.* &
70 de quo DD. intelligendi ſunt † quoties feudi hæredi-
tarij, abſque vlla adjectione, mentionem faciũt, Hart-
man. Piſt.*qq.lib.2.part.1.c.1.nu.41.* At verò in feudo hæ-
reditario, quidquid ſit in inſtitutione hæredis, hoc ta-
71 men certiſſimum eſſe, quòd ſi inter † viuos alienatum
fuerit, præſertim in vnum ex comprehenſis in inueſti-
tura, alienationem in præjudiciũ proximiorum agna-
torum tenere, nec eam proximiores reuocare poſſe,
Curt.jun.*conſ.139.nu.26.* Deci.*conſ.390.n.14.* Campeg. in-
ter conſilia Bruni, *conſ.11 col.4.in fi.* Pariſ.*conſ.3.nu.31.cum
ſeqq.lib.1*, Grat.*reſponſ.4.n.40.cum ſeqq.n.58.lib.1.* Matta
vito 97.n.4. hancque communem poſt multos aſſerit
Arius Pinell.*in l.1.part.3.num.93.C.de bon.matern.* & In-
trigl *q.51.n.93.cum ſeqq.* & receptiorem Burſat.*conſ.3.nu.
37.& conſ.3.n.27.lib.1.* & alij *conſ.3 n.48.* Etſi hæredes vl-
timo defuncti eſſe non poſſint, vt quia non fuerint ab
eo inſtituti; ſed alij, Alex *conſ.17.n.14.lib.3.* Socin. inter
conſ. Bruni *conſ.10.n.11.& 17.* Franc. ſc. Curt.*in tract. de
feud.part.1.q.8.n.20.* Ferrar. Monta.*in vſib.feudo.lib.1.c.6.
verſ. quinto loco*, Natta *conſil.464.in fin.* Roland à Valle
conſil.23.n.52.lib.1. qui plures refert. Alienationis † au- 72
tem nomine etiam in materia feudali donatio conti-
netur *c.1.§. donare qualit. feudum olim alien. poſſit*, Wult.
de feud.lib.1.cap.10.num.45.fol.604. Dixi præſertim, quia
etiam in extraneum facta tenet, ſed eo conſenſus do-
mini tacitus vel expreſſus, DD.*in c.1. de prohib. feud. a-
lien. per Frider.* Wult. fusè *c.10.n.64.fol.615.* Schrad.*par.
8.c.4.n.3.* ſaltem ex poſtfacto requiritur, propter ipſius
intereſſe quod ceſſat quando in agnatum facta eſt, vt
patet ex d. DD. At verò in noſtro caſo Joachimus ex
parte patris Joachimo auo materno agnatus, per dona-
tionem ab eo factam, hoc feudum conſequutus eſt, &
ad homagium admiſſus per R. Rectorem Comitatus,
& authoritate Illuſtr. tunc Vicelegati in poſſeſſionem
immiſſus. Sed de hoc fundamento fuſiſſimè *conſil.3.n.
135.vſque ad n.150.*

Septimum, quia pro hoc feudo præſtatur annuus
cenſus, vacca ſcilicet diuerſi coloris, quam *Calliam* vo-
cant; nunc verò, loco illius, octo floreni. At verò in
hujuſmodi feudo, † quod conditionatum vocatur, 73
fœmina ſuccedit, nulla ordinis ſucceſſionis habita ra-
tione, niſi tenor inueſtituræ repugnet, & non obſtan-
te juramento fidelitatis, Benedict.*in c. Raynutius, verb.
duas habens, nu.33* Menoch.*conſil.65.num.12.& 13.* Grat.
reſponſ.9.n.154.lib.1. Burſ.*conſ.150.num.59.vol.2.* fuſiſſimè
Thylm. de Benignis *in obſeruat. ſtatuum imper. reſponſ.
teſtam. feuda. nu.7.& ſeqq.& 63.cum ſeqq.*

Octauum, quia in d. feudo † aut non primogeniti 74
ſucceſſerunt, aut non ſoli; aut ſi ſoli, alio quàm præ-
tenſæ primogenituræ jure: nam Guinotus, cùm ei in
contractu matrimonij donatum fuiſſet, erat ſecundo-
genitus; & cùm illud deinde Berengarius, tam ex vi
teſtamenti paterni, quàm ex remiſſione per Guino-
tum factæ, illud habuit, erat ſecundò & vltimò geni-
tus d. Guinoto per prædeceſſum Bertrandi, Ribaudo
facto primogenito, vt conſtat ex contractu matrimo-
nij d. Guinoti *ſub num.84.* & tranſactione de an. 1396.
num.85. & alia inter Delphinetam filiam d. Bertrandi
Ribaudi, & filium d. Guinoti, de anno 1406.*num.158.*
necnon ex traditione clauium d. Berengarij de anno
Romæ producenda, in qua
diſertè aſſeritur, ex vi d. teſtamenti Berengarium eum
locum habuiſſe, & teſtibus 21.22.23. ſuper hoc exami-
natis. Ludouicus filius Berengarij non ſucceſſit ſolus,
vt ex ejus homagio *num.75.* Nec obſtat quòd, in con-
firmatione priuilegiorum Caſtri noui, dicatur hæres
ſimpliciter; nam qui cohæres, eſt hæres, ſed dictiones,
conjunctim, vel, *diuiſim*, in homagio appoſitæ, rem cla-
riſſimam reddunt. Stephanus filius Ludouici ex vi te-
ſtamenti paterni, vt ex d. tranſactione cum Conſuli-
bus Auen. inita conſtat *num.157.* & quo tempore cre-
debatur Ludouicus mortuus ab inteſtato ex vi tranſ-
actionis cum patre Bartholomæo initæ, *num.36.* Mel-
chior filios Ludouici, vel quia vnicus, vel ex vi con-
tentorum in contractu ſui matrimonij, *ſub numer.88.*
Janſanus autem ex vi donationis in eo matrimonio
contentæ, cujus filius vnicus & hæres Joachimus ex
vi d. donationis contra d. Ludouicum patrem d. An-
tonij id obtinuit: Vſus † verò & obſeruantia ſequuta 75
quale fuerit feudum demonſtrat, Menoch.*conſil.812.
num.4.*

Nonum, quia † quoties primogenitura dicitur ab 76
vno cœpta, ſi in eo falſa demonſtretur, omnis præſcri-

prio, etiam immemorabilis, poſteà ſequuta corruit, Molin. *de primog. lib. 2. cap. 6. num. 63.* qua de re *conſ. 3. nu. 161.* At hæc, quæ aſſeritur in d. atteſtationibus, dicitur cœpta à Giraudo de Simiana, ſeu Berengario ejus filio, quod falſum; Giraudus enim liberè acquiſiuit, vt ex d. Bulla Gregorij *num. 68.* Berengarius autem erat vltimogenitus, vt ex d. duabus tranſactionibus de anno 1396. & 1406. *ſub num. 85. & 158.* & teſtibus, necnon ex remiſſione per Guinotum facta, Romæ producendo de anno quod animaduertens aduerſarius, voluit eam in ſuis articulis à Ludouico incipere, ſed falsò, vt ex homagio d. Ludouici, & ex tranſactione Stephani ejus filij cum Bartholomæo, vbi rejicitur primogenitura, quam prætendebat.

77 Decimum, quia de d. feudo domini † ejuſdem ſemper liberè, & in quemcumque voluerint diſpoſuerunt, abſque eo quòd vnquam vlla fuerit habita ratio naturæ feudi ex pacto & prouidentia, ſiue ad primogenitum, ſiue ſimplex dixeris. Nam Giraudus Amici liberè d. locum vni ex filijs prælegauit, vt conſtat ex tranſactione inter Petrum Amicum patruum & Giraudum Amicum nepotem de anno 1237. & 4. Februarij: & alius Giraudus Amici, poſt Roſtagnum de Sabrano & Giraudum Amici, d. Roſtagni filium, in dicto loco ſucceſſor, liberè in Giraudum de Simiana, alterius familiæ, id tranſtulit, vt conſtat ex dicta Bulla Gregorij XI. *ſub num. 70.* Is verò Giraudus liberè etiam in Guinotum, vt in ejus matrimonij contractu *num. 84.* Ex quo etiam validum & ſeparatum fundamentum *in d. conſil. 3. num. 163.* deſumptum fuit, & cui nunquam per aduerſam partem fuit reſponſum, præſertim quòd in eo eſt de pacto, quòd vnus vel plures filij maſculi ex eo matrimonio naſcituri in
78 eo ſuccedant. Ex † eo enim, quòd plures ſuccedere poſſunt, natura primogenij excluditur, Petr. à Gregor. *parte quarta, quaſt. 1. num. 9.* Et in eo quòd vnus poteſt ſuccedere natura ex pacto & prouidentia ſimpliciter, *cap. 1. §. omnes filij*, & ibi per DD. *ſi de feudo fuerit controuerſia, cap. 1. in princip. de ſucceſſ. feud.* Socin. *conſil. 167. col. 6. in princip.* Menoch. *conſ. 812. num. 6.* Rurſus idem Giraudus de Simiana Guinoto, facto primogenito per prædeceſſum Bertrandi Ribaudi ejus primogeniti, eoque hærede inſtituto, in Caſtris & locis in prouincia exiſtentibus, onere adjecto vt jus ſibi ex d. donatione cõpetens Berengario cederet, d. Berengarium liberè in d. Caſtro-nouo & bonis Comitatus inſtituit, vt ſuprà edoctum fuit, & clariſſimè probatur ex traditione clauium dicti Berengarij: Ludouicus filius Berengarij liberè Stephanum hæredem vniuerſalem inſtituit, eaque de cauſa d. locum Caſtri-noui obtinuit. Sed & quo tempore, credebatur dictus Ludouicus ab inteſtato mortuus, Stephanus, quamuis aliquod jus primogenituræ ab inteſtato, à quo fuit repulſus, prætenderet, teſtamento tamen aliter potuiſſe diſponere fatetur in d. tranſactione de anno 1363. Stephanus verò in fauorem primogeniti ex Melchiore vnico filio naſcituri; vt conſtat ex ejus matrimonio *ſub num. 88.* Nec extra eum primogenituram extendit, & quæ donatio effectum habuit contra Ludouicum partem Antonij, & ex vi illius, non alterius primogenituræ excluſus fuit, vt patet ex tranſactione inter ipſum & Joachimum vltimatè defunctum inita de anno 1574. & ex qua donatione, quæ vt jam dictum eſt, effectum fuit ſortita, prætenſa primogenitura, & omnis natura feudi ex pacto & prouidentia excluditur; primogenitura quidem, quia ad vnicum filium ex eo & non alio matrimonio naſciturum, non fuiſſet reſtricta: ex pacto verò & prouidentia ſimpliciter, quia ſi talc fuiſſet feudum, Ludouicus, non obſtante d. donatione, dimidiam partem Caſtri-noui conſequutus fuiſſet, qua de re fusiùs *conſ. 3. num. 168.* Nec ijs obſtat
79 † quod ex aduerſo dicitur, fœminas nunquam ſucceſſiſſe ab illo Giraudo de Simiana huc vſque, id enim accidit, vel quia nullæ erant, vel quia pater in teſtamento filium vniuerſalem hæredem inſtituerat, vel quia juribus paternis in contractu matrimonij renuntiauerant, vel quia caſu (caſu quo Ludouicus ab inteſtato deceſſiſſet) maluerunt pecuniam in dote quàm bona habere; ſed ex vi primogenituræ prætenſæ, vel feudi ex pacto & prouidentia, vel incapacitatis fœminarum, nunquam, vt in ſimili reſpondent Anchatan *d. conſil. 339. num. 8.* & Joan. de Amicis *tit. qui feuda dare poſſunt, §. in hac cauſa, in fine, fol. 115.* Nec ex eo quòd multæ filiæ per maſculos fuerint excluſæ, probatur conſuetudo ipſarum excluſiua, niſi doceatur ex vi dictæ conſuetudinis factum fuiſſe; cùm ex alia cauſa, teſtamento ſcilicet, vel quia filiæ maluerint pecuniam, ſimiliue modo accidere potuerit, Maſcard. *concluſione 430. numer. 1.* & alij ſuprà citati *numer. 43.*

Undecimum, quia quoties aliqui dicta primogenitura prætenſa niti voluerunt, ea fuit rejecta, & illius, nulla habita ratione, vnuſquiſque portionem ſuam conſequutus fuit, vt conſtat ex dicta tranſactione Stephani cum Bartholomæo, per quam ſolum locum Caſtri-noui reuera fuit conſequutus, vt fusè in inuentario documentorum fuit demonſtratum, & nihilominùs onera & debita hæreditaria in
80 ſe ſuſcipit, † ad quæ in vtilitatem majoratus non contracta ſuccedens ex primogenitura non tenetur, text. *in cap. 1. de ſolut.* Alexand. *conſil. 19. num. 2. & 30. lib. 5.* Molin. *de primogen. cap. 10. num. 29. lib. 1.* Anton. Gomeſ. *ad ll. Tauri l. 40. num. 72.* Auend. *ad eundem l. gloſſ. 1.*
81 *num. 70.* ſicut † nec ſucceſſio in feudo ex pacto & prouidentia ſimpliciter, Intrigl. *cent. 1. q. 51. num. 129.* Ruin. *conſ. 38. num. 15.* & nouiſſimè Wult. *de feud. cap. 9. num. 115. fol. 151.* ex pacto etiam ſubſtitutionis in ea tranſactione appoſito demonſtratur, rejectam fuiſſe hujuſmodi primogenituram; quia de re fusè *conſil. 3. num. 166.* Et deinde, cùm d. Joachimus primogenituram juris Francorum deduxiſſet, ea fuit rejecta, & illius nulla habita ratione, Ludouicus omne jus ſuum conſequutus fuit ex vi d. tranſactionis de anno 1574. ſolumque habita fuit ratio donationis in contractu matrimonij Melchioris initæ, vt fusè edoctum fuit *in art. duplicatorijs, & in inuent. docum. numer. 31. cum ſeqq. & conſil. 3. numer. 169.* Ita vt d. Antonius amplius ea ſe juuare non poſſit.

82 Poſtremum, vbi in dubio † verſaremur, (in quo tamen non verſamur, immò ſumus in terminis clariſſimis) fauore priſtini ſtatus, quo fœmina æqualiter cum maſculis ſuccedit, & odio excluſionis pro fœminis reſpondendum eſt, Molin. *de primog. lib. 3. c. 4. num. 15. 18. 19. 21. & 22. & cap. 5. num. 73.* Socin. jun. *conſ. 1. num. 46. lib. 1.* Burgos à Paz *in proœm. ll. Tauri nu. 49.* etiam in feudalibus Gatzon. *de fœm. ad feud. admitt. limit. 46.* Intrigl. *cent. 2. art. 2. nu. 434.*

83 Non eſt omittendum ex aduerſo, magnam † fieri vim in eo, quòd d. dominus de Cederon prætendit d. locum Caſtri-noui eſſe Baroniam. Sed varijs modis reſponſum fuit *conſ. 3. nu. 198. verſ. poſtremò cum ſeqq.* præſertim negando eſſe Baroniam, vt reuera non eſt, vt patet ex d. Bulla Gregorij XI. & omnibus homagijs, & documentis ſuprà mentionatis, & *in inuent. document. num. 47.* Nam ſi quando Joachimus auus, vel etiam hic noſter, ſe dixerint Barones dicti loci, aut eum Baroniam vocauerint, hoc fuit erroneè. Deinde, etſi eſſet Baronia, † dicta conſuetudo generalis 84

habet

habet etiam locum in Baronijs, vt in indiuiduo de omnibus Baronijs Comitatus edoctum fuit, & d. do-
85 ctrina, † filiam primogeniti admiſſi patruo præſentens, in Baronijs habet locum, Mol. *lib. 3. cap. 4. num. 5.*
86 *& conſ. 3. num. 36. & 45.* Poſtremò † etiam de jure feudali *C. Imperialem de prohibit. feudor. alien. per Freder.* non habet locum, niſi in Baronijs magnis, qualis hæc notoriè non eſſet, cùm certo loco, eoque ſolo abſque dependentijs eſſet adſcripta, Cannet. *in c. volentes 9. & pariformiter num. 35. fol. 73.* Sed & in magnis d. caput introducens primogenituram eſt abrogatum, qua de re *conſ. 3. num. 202.*

CONSILIVM XVII.

ARGVMENTVM.

De conſuetudine, qua feuda ſunt ad inſtar allodialium in Gallia & Comitatu Venayſſino.

De feudo abſolutè vel ſtrictè hæreditario, vel ex pacto & prouidentia.

De primogenitura juris Francorum, vel alia.

De extenſione in illis de gradu ad gradum, vel caſu ad caſum non facienda.

SVMMARIVM.

1 *Feuda in Gallia & omnibus prouincijs cis Alpes conſtitutis, & nominatim in Comitatu, ſunt ad inſtar allodialium, quoad liberam alienationem & ſucceſſionem.*

2 *Quæ quamuis ſine conſenſu domini alienari poſſint, debet tamen poſtea inueſtitura ſumi, laudemium ſolui, & ita poſſeſſio capi, alioquin feudum incideret in commiſſum.*

3 *Dictáque conſuetudo viget in Comitatu, etſi aliquæ darentur conceſſiones ſub natura feudi ex pacto & prouidentia, quales tamen ante an. 1447. nullæ fuerunt, vel nunc ſunt.*

4 *Locus Caſtri-noui eſt vnitus Comitatui, & quamuis eſſet ſeparatus, non propterea minùs d. conſuetudo in eo locum haberet.*

5 *Feudum ſemel alienatum, ſemper manet alienabile etiam in præjudicium agnatorum.*

6 *Noua forma in mutatione præſcripta conſideranda eſt, nulla habita ratione antiquæ naturæ feudi.*

7 *Feudum conceſſum alicui, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus, eſt abſolutè hæreditarium, ad quoſcumque etiam extraneos tranſiturum.*

8 *Feuda nec alienari, nec obligari poſſunt, ſicut nec res majoratui ſubjecta.*

9 *Auth.* res quæ C. communia de legat. *ceſſat in feudalibus.*

10 *Dictiones,* omnibus, & quibuſcumque, *in materia feudali idem operantur, & vtraque feudum abſolutè hæreditarium conſtituit.*

11 *Dictiones,* hæredibus; &, ſucceſſoribus *in materia feudali idem ſonant, & vnaquæque feudum hæreditarium conſtituit.*

12 *Quòd ſi dictio,* omnibus, *vel,* quibuſcumque, *adjiciatur, conſtituet feudum abſolutè hæreditarium, ad quoſcumque hæredes, etiam extraneos, tranſiturum.*

13 *Dictio,* in infinitum, *conſtituit feudum abſolutè hæreditarium.*

14 *Feudum ex pacto & prouidentia eſt, quod datur alicui & liberis.*

15 *Si autem conceſſum ſit alicui & liberis hæredibus, eſt mixtum.*

16 *Quod ſi alicui & hæredibus, eſt hæreditarium, quod ſtrictè, vel ſecundùm quid vocant.*

17 *In feudo ex pacto & prouidentia, qui vult ſuccedere, debet eſſe proximior agnatus, etſi non ſit hæres; at in mixto debet quoque eſſe hæres hæreditatis & bonorum; nec ſufficit ſi ſit hæres ſanguinis.*

18 *In quo vltimus poſſeſſor vnum alteri ejuſdem gradus præferre, non tamen poſtergare gradum poteſt.*

19 *At in hæreditario poteſt gradus poſtergare, & remotiorem agnatum proximiori præferre, idq; abſque dubio, ſi per alienationem inter viuos factum ſit.*

20 *Feudum antiquum duplex, hæreditarium, & ex pacto & prouidentia.*

21 *Feudum hæreditarium vnicum eſt, à mixto omnino diſtinctum.*

22 *Feudum abſolutè hæreditarium tranſit ad fœminas etiam extraneas.*

23 *Data conſuetudine, qua feuda ſunt ad inſtar allodialium, dictio,* pro hæredibus, *vel,* ſucceſſoribus, *pro quibuſcumque intelligitur.*

24 *Clauſula,* qui de jure, *intelligitur de conſuetudine in patria vrgente.*

25 *Si primogenitura dicatur in vna cœpta, & in eo falſa doceatur, omnis præſcriptio, etiam immemorabilis, inde ſequuta, corruit.*

26 *Depoſitiones teſtium, ſecundùm articulos & in eis contenta, intelligenda ſunt.*

27 *De jure Francorum filia primogeniti admiſſi excludit patruum.*

28 *In eo quòd filia primogeniti excludit patruum, non eſt alteratum jus Francorum per conſtitutiones Siculas, ſed cum per prauam conſuetudinem filia excluderetur; per eas ad priſtinam naturam reductum fuit.*

29 *De jure Francorum fœminæ ſunt primogenituræ capaces, etiam ad excluſionem remotioris maſculi.*

30 *Lex Salica tantum habet locum, cùm de Regni Franciæ, vel appanagij, quod eſt pars Coronæ, ſucceſſione agitur.*

31 *In alia quoque quam juris Francorum primogenitura, filia primogeniti, data capacitate fœminarum, excludit patruum.*

32 *Etſi maſculorum ſit facta mentio in vno vel pluribus gradibus (non omnibus, vel indefinitè vt & perpetuò,) nam extra eos gradus filia excludet remotiores maſculos.*

33 *In primogenituris, etiam maſculorum in certis gradibus facta mentione, non fit extenſio ad alios gradus.*

34 *Si conſuetudine vel præſcriptione fœminæ per maſculos excluſæ fuerunt, ea tantùm habebit locum in ſucceſſione ab inteſtato.*

Guillielmi de Baucio ſucceſſoris d. Comitiſſæ de anno 1428.

3 Non obſtat quod ex aduerſo eoixi ſunt demonſtrare,† aliqua feuda eſſe in Comitatu ex pacto & prouidentia: nam ſi quæ ita conceſſa fuerunt, hoc fuit ſolùm ab ao.1492. aut ad ſummum ab an.1447. vel circa, vt quoad ea à d. conſuetudine diſcederetur, quæ alioquin niſi nominatim in fauorem maſculorum conceſſa fuiſſent, ea conſuetudo in illis quoque habuiſſet locum. At omnia homagia & documenta d. Caſtrum-nouum reſpicientia, de quorum interpretatione agi poteſt, ſunt ante d. annum, immo ante an.1447. Poſtremum enim eſt homagium Ludouici, quod fuit præſtitum ao. 1422. ſed & d. conceſſiones feudorum ſub forma ex pacto & prouide [illegible] d. a[illegible] [illegible]92. vel 1447. factæ, vel effectum non habuerunt, vel reuocatæ fuerunt, vel ad priſtinam naturam & conſuetudinem redierunt, ita vt ſicut ante d. annum 1492. vel [illegible]447. ita & nunc nullum fuerit & ſit feudum ex pacto & prouidentia in d. Comitatu, quemadmodum in indiuiduo demonſtraui tam in princip. artic. duplic. *ab art. 13. vſque ad art. 23.* quàm in iſtis articulis quos mitto *à 1. vſque ad 32.*

Sed demus aliqua fuiſſe vel eſſe feuda ex pacto & prouidentia, quid inde? In illis non haberet locũ conſuetudo, quia ex conceſſione de contrario conſtaret. Idem igitur ſtatuendum in loco Caſtri-noui, vt niſi ex conceſſione de contrario conſtet, ſtandum ſit d. conſuetudini.

4 Non obſtat quod ex contrario objicitur, † d. locum eſſe ſeparatum à Comitatu; hoc enim eſt falſum: habet quidem aliam naturam quoad ſolutionem talearum, & onerũ, & vt majora priuilegia quàm cætera feuda Comitatus habeat, non vt non ſit ad inſtar allodialium, vt fuſiùs docui in d. articulis duplic. *à nu. 23. vſque ad nu. 29.* & etiam defenſionalibus. Et verius eſt d. locum eſſe vnitum d. Comitatui per Joannem 22. vt conſtat ex homagio Roſtagni de Sabranu d. Joanni præſtito, in quo id diſertè aſſeritur, & d. homagium præſtatur d. Joanni & ejus Comitatui Venayſſino: id probatur etiam, quia ſemper homagia coram Rectore fuerunt præſtita, & ſic ſecundùm conſuetudinem regionis ſunt intelligenda.

Sed demus eſſe ſeparatum à cæteris, nihil inde infertur: nam DD. prædicti atteſtantur de conſuetudine in omnibus prouincijs cis Alpes conſtitutis, intra quas eſt Comitatus Venayſſini. Sed quid moramur? conſuetudo in indiuiduo in d. feudo eſt probata, ſcilicet ex compoſitione cum Camera facta, & Bulla Gregor. XI. ex quibus apparet, Giraudum de Simiana acquiſiuiſſe d. locum ab extraneo, irrequiſito domino; ſed quia propria authoritate poſſeſſionem apprehenderat, & laudemium jure requiſitus ſoluere noluerat, dicebatur locum incidiſſe in commiſſum, idque ratione d. conſuetudinis, quæ in d. feudo habebat locum, quæ ſi non habuiſſet locum in eo, non quòd non ſoluiſſet laudemium, & propria authoritate poſſeſſionem accepiſſet; ſed quia irrequiſito domino, quodque in extraneum feudum alienatum fuiſſet, dictum feudum incidiſſet in commiſſum, & Cameræ acquiſitum fuiſſet.

Secundum fundamentum, quia hoc feudum aliàs fuit alienatum in familiam omninò extraneam, vt patet ex d. compoſitione & Gregor. XI. in quo feudo fœmina abſque dubio ſuccedit, etiam ſecluſa conſuetudine: ſed quicquid ſit in fœmina, in qua aliqui, ijque pauci contrarium tenent, ubi duo ſpecialia concurrant, quòd ſcilicet ſit fœmina & extranea, omnes tamen conueniunt in maſculum alienari poſſe: feudum † enim ſemel alienatum ſemper manet alienabile, etiam in extraneum, in præjudiciũ agnatorum, Surd. *conſ. 105. nu. 12. & 13.* Natta *conſ. 322. nu. 2* Burſat. *conſil. 4. num. 17. verſ. conceſſio, & nu. 21. lib. 1. per text. in l. videamus,* & ibi Bald. *ff quod metus cauſa,* Bartol. *in l. qui duos, num. 11. ff. de rebus dubijs,* & nouiſſimè Schrader. *in tract. feud part. 7. q. 11. num. 31* quanto magis in agnatum, qualis hic eſt? Neque enim debuit contemni quod dicitur hic agnatus, vt & poſteà etiam dicetur, nam quod dicitur proximitatem agnati conſiderandam, habet locum in feudo ex pacto & prouidentia vel verè mixto; ſed nos negamus hoc eſſe tale, & quamuis tale fuiſſet, per talem tamen alienationem, quæ habuit effectum, in alienam familiam factam, manet ſemper alienabile, ſaltem in maſculum. Ex hoc fundamento manat 5

Tertium, quia poſito, ante † d. alienationem fuiſſe ex pacto & prouidentia, quod tamen non erat, ex vi compoſitionis cum Camera, & conceſſionis jurium Cameræ, mutaſſet naturam, & forma illius non antiqua eſſet ſequenda, id enim mutatio & qualitas perſonarum operatur, Bald. *in c. 1. §. hoc quoque circa principium, de ſucceſſ. feud.* A Perno *conſil. 12. num. 2. & 3.* Alexand. *conſil. 28. num. 1. & 2. vol. 5.* Afflict. *deciſ. 112. num. 5.* quos ſequitur Gregor. *part. 3. q. 7. num. 45. & 46.* At verò S[illegible] transfert jus ſuum in d. Giraudum de Simiana, & ſuos hæredes ac ſucceſſores, pro ſe, ſuiſque hæredibus & ſucceſſoribus ſtipulantem, quæ dictiones junctæ, etiam ſecluſa d. conſuetudine, faciunt feudum purè & abſolutè hæreditarium, ad extraneos, nedum fœminas tranſitorium, Socin. ſen *conſ. 257. vol. 4. verſ. aliquando & ſecundo, & conſ. 266. col. 3. in fine, verſ. ſecundum, & ſeq.* Curt jun. *conſil. 4. num. 24. & in tract. feud. 3. part. princip. 1. membro, num. 34. verſ. vigeſimo nono,* Natta *conſil. 159. num. 18.* Petr. à Gregor. *de conceſſ. feud. parte 8. quæſt. 4.* Intrigl. *cent. 1. quæſt. 48. num. 32. cum ſeqq.* Immò & ſola dictio, *hæredum*, cùm alienatio ſit facta in extraneum, conſtitueret feudum abſolutè hæreditarium. Surd. *conſ. 105. num. 8. cum ſeqq.* 6 7

Quartum fundamentum, ex eo quòd Stephanus de Simiana, pronepos d. Giraudi de Simiana, pro ſolutione legati Guillielmetæ ſorori per Ludouicum communem patrem teſtamento relicti, & dotis d. Guillielmetæ, per dictum Stephanum conſtitutæ, partem territorij d. Caſtri-noui alienauit, vt patet ex tranſactione inter dictum Stephanum & Conſules Ciuitatis Auenion. inita de anno 1469. quod fieri non potuiſſet, ſi eſſet ex pacto & prouidentia. Nec obſtat quod fuit oppoſitum, potuiſſe alienari ex cauſa dotis, *ex Authentica res quæ, C commun. de leg.* Nam †, ea tantùm habet locum in allodialibus fideicommiſſo ſubjectis, vel etiam feudalibus ſi ſint abſolutè hæreditaria, non autem ſi in feudis vel ex pacto & prouidentia, vel etiam informibus, quæ nulla ratione alienari, minus pignorari, vel obligari poſſunt, ſed ſemper intacta, & integra manere debent, Intrigl. *de feud. cent. 1. quæſt. 51. numer. 25. 66. 92. 129.* & ſicut in legitimam non imputantur, ita nec prò legitima, vel dote alienari poſſunt: Freccia *lib. 3. de ſubfeud. Baronum decuria 14.* Curt. jun. *de feud. part. 4. num. 134. in fin.* Petr. de Gregor. *parte ſecunda, quæſt. 10. verſ. ſexto effectus.* Nam in feudo ex pacto & prouidentia filius venit ex pacto & prouidentia primi inueſtiti, & non ex perſona patris, Freccia *dicta loca fol. 256.* Intrigl. *d. quæſt. 51. numer. 14.* quod generale eſt in majoratibus, vt ex cauſa dotis alienari non poſſint, quod eſt extra dubium, ſi non agatur de filiabus primi inſtitutoris, ſed alijs quantumuis, mediatè tamen ab eo deſcendentibus, 8

9 Molin. *de primog. lib. 4. tit. 6. n. 25.* & † in terminis quod Auth. *res quæ*, non habeat locum in feudal. docet gloſ. 2. *in ver. ſeu alienare in c. 1. de prohib. feud. alien. per Fridric.* Bald. *in c. 1. §. donare qual feudum olim alien. poſſ.* & communem aſſerit Iaſ. *in d. Auth. res quæ, num. 26.* etſi filia aliunde dotari non poſſet. Hæc clariſſima redduntur, ex eo quòd in d. tranſactione cùm fit mentio limitum diſcernentium reliquum territorium Caſtrinoui, quod d. Stephano remanebat, dicitur illud quod erat intra d. limites fore d. Stephani & ſuorum hæredum, & ſucceſſorum quorumcumque, ſic omnem naturam feudi ex pacto & prouidentia excludendo.

Quintum, ex omnibus omninò homagijs, quæ extant, conuincitur, etiam ſecluſa conſuetudine, hoc feudum Caſtri noui eſſe abſolutè hæreditarium: nam ne in vno quidem vllum omnino verbum adeſt, quod denotet feudum ex pacto & prouidentia, omnia verò de eo liberè diſponi poſſe conuincunt, & incipiendo ab homagio de an. 1244. ex aduerſo producto *citra* &c. *niſi* &c. id non ſimpliciter pro ſucceſſoribus, vt 10 ex aduerſo, falsò tamen fuit dictum; ſed adjicitur † dictio, *omnibus*, quæ idem ſonat ac, *quibuscumque*, in materia etiam feudorum, & vtraque feudum abſolutè hæreditarium conſtituit, Thom. de Marin. *de differ. feud. tit. 5. de feud. hered. num. 8.* Tyber. Decian. *reſponſ. 3. nu. 174 lib. 4.* Crauet. *conſil. 256. nu. 8. verſ. hic tamen, vſque ad finem.* Garzon. *de fæm. ad feud. recip. num. 79. in princip.* Sufficit enim vt per æquipollentia verba, quæ vniuerſalitatem denotent, concipiatur inueſtitura, Pariſ. *conſ. 23. nu. 169. cum ſeqq.* Intrigl. *cent. 1. q. 50. num. 146.* Nec me moratur quod dictione, *ſucceſſorum*, vſus fuit: 11 dictiones † enim, *hæredum*, & *ſucceſſorum*, idem ſonant etiam in materia feudali, Decius *conſ. 219. nu. 1.* A Perno *conſ. 4. nu. 17. verſ. & ſic apparet*, Thom. de Marin. *tit. 31. nu. 15. & tit. 5. nu. 25.* Pet. à Gregor. *part. 6. q. 4.* Intrigl. *cent. 1. q. 78. num. 51. & ſeqq.* & vnaquæque feudum hære-12 ditarium denotat, DD. d. locis: Quod † ſi dictio, *omnibus*, vel, *quibuscumque*, adjiciatur, abſolutè hæreditarium, ad quoſcumque etiam extraneos tranſitorium, Bald. *in c. 1. in princip. nu. 19. de prohib. feud. alien. per Frider.* Abb. *conſ. 3. nu. 4. circa med. vol. 2.* Alex. *in l. quædam, § nihil intereſt, num. 2. circa fin. ff. de edendo, & in l. quod dicitur, 2. num. 26. circa fin. ff. de verb. obligat.* Cumia *in prælud. cap. ſi aliquem. num.* 87. Poſt d. Giraudum Roſtagnus de Sabrano de an. 1321. facit homagium Abbati ſancti Guillielmi de Deſertis, pro ſe, ſuis hæredibus & ſucceſſoribus omnibus in infinitum, quorum vnumquodque ſufficiens eſt ad faciendum feudum abſolutè hæreditarium; dictiones ſcilicet, *hæredibus* & *ſucceſſoribus* junctæ, dictio vniuerſalis, *omnibus*, vt ſuprà e-13 doctum fuit de vtroque modo, & dictio, † *in infinitum*, quæ ſola conſtituit feudum abſolutè hæreditarium, A Perno *conſil. 4. nu. 19.* Curt. jun. *conſ. 4. circa fin.* Petro de Greg. *d. tract. part. 4. q. 3. verſ. item dicendum*, quam ſententiam, quantumuis Thoma de Marin. repugnante, amplectitur Intrigl. *d. q. 50. num. 198.* & notandum, d. Roſtagnum facere homagium ſub qualitate hæreditaria, ſcilicet tanquam hæredem Giraudi Amici patris ſui.

Idem Roſtagnus, poſtquam felic. record. Joan. 22. ſuperioritatem d. loci ab Abbate ſancti Guillielmi de Deſertis acquiſiuit, eidem præſenti homagium præſtitit ſub eadem qualitate hæreditaria, pro ſe, ſuis hæredibus & ſucceſſoribus omnibus, & ſic etiam, ſecluſa conſuetudine, ſub forma, qua conſtituitur feudum abſolutè hæreditarium.

Giraudus Amici ejus filius de anno 1335. præſtitit pro ſe, ſuis hæredibus & ſucceſſoribus, quod etiam conſtituit feudum abſolutè hæreditarium. Sed & adeſt proteſtatio, per quam dictio vniuerſalis, in homagio Roſtagni de Sabrano appoſita, ſubintelligitur; & ſiue d. Giraudus, ſiue alius ejus conſobrinus, in homagio quod præſtitit de anno 1364. ex aduerſo producto *citra* &c. *niſi* &c. ſucceſſorum quidem ſimpliciter facit mentionem, ſed exiſtente quidem conſuetudine, abſque dubio pro quibuſcumque accipitur; ſed & ea ſecluſa, non propterea minùs eſt abſolutè hæreditarium, attenta proteſtatione in eo appoſita, per quam dictio vniuerſalis, in d. homagio Roſtagni antiquiori contenta, cenſetur in hoc appoſita, quod & euentus docuit: nam is Giraudus, nouem annis poſteà, in Giraudum de Simiana omninò extraneum, liberè, irrequiſito domino, id feudum alienauit, vt ſuprà edoctum fuit ex d. Bulla Gregor. XI.

Giraudus de Simiana, primus de d. familia acquiſitor, compoſitionem fecit cum Camera pro ſe, ſuis hæredibus & ſucceſſoribus, & ſic pro feudo abſolutè hæreditario, etiam ſecluſa conſuetudine, maximè cùm ea verba ſint appoſita in acquiſitione per omninò extraneum facta.

Ejus filius Berengarius, in homagio ſuo de anno 1412. facit in omnibus capitibus promiſſionem pro ſe, ſuis ſucceſſoribus quibuſcumque, & quamuis dictio vniuerſalis non ſit in principali diſpoſitione, cùm tamen in omnibus capitibus ſit, & toties repetita, abſque dubio conſtituit feudum abſolutè hæreditarium, maximè propter proteſtationem in eo appoſitam.

Ludouicus, de anno 1422. facit homagium tanquam cohæres, & pro dominio quod conjunctim vel diuiſim habet, & ſic excludit nedum naturam feudi ex pacto & prouidentia, ſed & omnem primogenituram, cùm ſocium condominum haberet; ſed & in eo dictio vniuerſalis propter proteſtationem ex d. homagio Roſtagni repetita.

Stephani ejus filij homagium non extat, ſed & illum etiam, ſecluſa conſuetudine, intellexiſſe hoc feudum eſſe abſolutè hæreditarium, conſtat ex tranſactione ſeu alienatione cum Ciuitate Auenion. inita, qua clariſſimè hoc feudum eſſe ſimpliciter hæreditarium aſſeritur, illudque ſpectare ad d. Stephanum, ejuſque hæredes & ſucceſſores quoſcumque, vt ſuprà edoctum fuit.

Melchior ejus filius facit homagium pro ſe, ſuis hæredibus & ſucceſſoribus, quæ forma, vt ſuprà dictum fuit, conſtituit feudum abſolutè hæreditarium, ſed & propter proteſtationē in eo contentam, dictio vniuerſalis ex d. homagio Roſtagni cenſetur appoſita.

Janſanus ejus filius, ac Joachimus filius Janſani, cui ſucceſſit ex vi donationis & inſtitutionis noſter Joachimus, faciunt homagium, ille de an. 1536. hic de anno 1556. pro ſe, ſuis hæredibus & ſucceſſorib. quibuſcūque.

Joachimus donatarius, ſeu d. Franciſcus, nomine filij Infantis, ſub eâdem forma fecit de an. 1605. veſtigijs prædeceſſorum ſuorum inhærens.

Ex quibus patet clariſſimè, etiam ſecluſa cōſuetudine, hoc feudū liberè alienari poſſe, cùm ne verbū quidem in homagijs, quod feudū ex pacto & prouidentia denotet, ſed hæreditariū omnino; hæreditariū, inquā, nedū ſtrictè, ſed purè, ſimpliciter & abſolutè, & ſic ad quoſcumq; hæredes, etiam extraneos & fœminas trāſitorium, ita vt mirum ſit, quomodo hoc feudū in controuerſiam deducatur, aut quiſquam prætendere poſſit Cameram in eo jus habere; Nam † hoc in jure certiſſimū eſt, feudum ex pacto & prouidentia ſolùm illud 14 eſſe quod datur alicui & liberis, nulla hæredū vel ſucceſſorū facta mentione, Clar. *in §. feudum q. 9. n. 3.* Camill. de Cur. *in diuerſ. jur. feudal. §. multoties, in pr. fol. 43.* Si autē detur † Titio liberis & hæredibus mixtū, Intrig. 15 *cent. 1.*

cent.1.quæſt.49.in princip. in quo qualitas ſanguinis &
hæreditaria neceſſaria ſit, Clarus *d.quæſt. 9. num.*4. In-
16 trigl.*d.quæſt.49.num.*4.Si autem † alicui, & hæredibus
eſſe hæreditarinm, ſed ſtrictè, Cannet. *in d.cap. volentes*
verſ.conſequenter, num. 11.*cum ſeqq.* vbi dicit commu-
nem; fuſiſſimè Intrigl. *cent.1.quæſt.48.num. 4.cum ſeqq.*
vbi hanc receptiorem & magis communem atteſtatur
Roland à Vall.*conſ.18.num.5.lib.3.*
17 In † feudo ex pacto & prouidentia agnatus maſcu-
lus proximior tantùm ſuccedit, & in eo non ſufficit
eſſe maſculum & agnatum, niſi ſit proximior. In feu-
do mixto debet quidem eſſe hæres, Clar.*§.feudum qu.*
*9.num.*4.Intrigl.*qu.49.num.*4. hæres, inquam, hæredi-
tatis & bonorum; nec ſufficit eſſe hæredē ſanguinis,
Clar.*d.quæſt.num.*4. Intrigl. *d.quæſt.* 49.ſed & quoque
debet eſſe agnatus proximior. Etſi enim vltimus poſ-
ſeſſor, propter qualitatem hæreditariam, poſſit vnum
ex pluribus eiuſdem gradus præferre, qui tantùm, aliis
18 excluſis, † ſucceſſiuus ſit, non poteſt tamen in d.mixto
poſtergare gradum quod dicitur, hoc eſt, proximiorem
agnatum excludere, remotiorem vocando, *d.quæſt.49.*
19 *num.4.& num.*42.43.44. At in feudo † ſtrictè hæredita-
rio, debet quidem eſſe de familia, & agnatus, ſed nihil
refert, an remotior, vel proximior ſit, modò ſit hæres:
ſufficit enim ſi vnus ex comprehenſis in inueſtitura,
quicunque tandem ille ſit, inſtituatur hæres, Alexan.
*conſil.19.num.22.lib.*5. Marin. Frecc.*lib.3.tit.3.de feud.*
*hæredit.num.3.verſ. Ego legi aliàs, fol.*404.Surdus *conſil.*
105.*num.*22.

Sed quicquid ſit, in inſtitutione hæredis in d.feudo
ſtrictè hæreditario, hoc certiſſimum eſt, quòd ſi poſ-
ſeſſor d. feudi inter viuos hoc vel donauerit, vel ven-
diderit, & generaliter in alienatione facta inter viuos,
quòd propter clauſulas de non contraueniendo & ſi-
miles, per eam præiudicatur agnato etiam in feudo an-
tiquo, quemadmodum & delinquendo, Andreas de
Iſern.*in cap.1.de alienat. feudi paterni §.hoc quoque, de*
ſucceſſ.feud. Alexand.*conſil.19.num.14.& 15.lib.5.* Curt.
iun. *conſil.139.num.18.vſque ad num.23.*qui *num.*21.ait
hanc magis communem ſententiam, idque longè cer-
tiùs ſi is in quem alienatio fit, ſit de comprehenſis in
inueſtitura, Curt. iun. *d.conſil.139.num.26.*eandémque
ſententiā, vt alienationem inter viuos factam agnatus
in feudo hæreditario reuocare non poſſit, eamque in
præiudicium proximioris agnati valere docent An-
ton. de Alex. inter conſ. Loffredi *conſ. vltimo num.5.*
verſic.dicebam & ſecundo, Marin. Frece. *de ſubfeud.lib.*
3.tit.de feud. hæred.num.3.verſ.ego legendo, fol.404.& tit.
*de differ.inter feud. hæred.& ex pacto, limit.2.fol.*439.
hancque communem poſt multos aſſerit Arius Pinel-
lus *in l.1.par.3.num.93.Cod.de bon.matern.* & Intrigl.*qu.*
51.nu.95.cum ſeqq. & receptiorem Burſar. *conſil. 2.num.*
37.lib.1.
20 Ne moueatis † eùm dixi, hoc habere locum etiam
in feudo antiquo hæreditario; quaſi quis exiſtima-
ret ex eo quòd eſt antiquum, eſſe ex pacto & proui-
dentia. Duplex eſt enim antiquum feudum, hæredi-
tarium vnum, alterum ex pacto & prouidentia, & ex
forma conceſſionis ſeu homagiorum cognoſcitur qua-
le ſit, Thom. de Marin. *tit.2.de feudo ex pacto & proui-*
dentia antiquo & tit.6.de feudo hæred.antiq. Alexand. de
Næuo inter conſ. Loffredi *conſil.52.num.51.* Ioan. Si-
chard.*in addit. ad Villalobos in tract. comm. opin. in litera*
F.num.19. Intrigl. qui plures refert *quæſt.49.num.182.vſ-*
que ad num.187.

Atque hæc quidem procedunt in feudo hæredita-
rio, ſiue id ita voces abſque vlla adiectione, ſiue ad-
das ſtrictè, ſiue ſecundum, ſiue etiam vt aliqui fa-
ciunt, id certo modo mixtum voces, impropriè ta-
men & malè; verè † enim vnicum eſt feudum hæredi- 21
tarium omnino diſtinctum à mixto, vt eruditè docent
Thom. de Marin. *d. tit. de feud.hæred.num.*8.Cannet.*in*
cap.volentes.§.conſequenter.num.11.cum ſeqq. Intrigl.*qu.*
48.num.26. Camill. de Curt. *in diuer. iur.§. multotres,*
num.49.& ſeqq.fol.48. vbi hanc veriorem & commu-
nem opinionem & *nu.16.*receptam omnium DD. &
doctrinā affirmat; excuſari tamē poſſunt, vt eos ex-
cuſat Intrigl.*d.quæſt.48.num.27.*quia mixtum appella-
runt ad differentiam abſolutè hæreditarij, quia ſcili-
cet in hæreditario neceſſariò debet inſtitui maſculus,
iſque de comprehenſis in inueſtitura, in abſolutè ve-
rò hæreditario quicunque. Sed ſi dictiones, *hæredibus*
& ſucceſſoribus coniungantur, vel dictio vniuerſalis,
omnibus, vel, *quibuſcunque*, vel, *in infinitum*, vel æqui-
pollens, id feudum non eſt qualitatis ex ſuperiùs ex-
preſſis, ſed eſt feudum degenerans, quod aliqui purè,
ſimpliciter, & abſolutè hæreditarium vocant, cùm ta-
men propriè degenerans & improprium appellan-
dum eſſet; & huiuſmodi feuda dicuntur non habere
propriam naturam feudi, iuxta textum *in ca.1.de feudo*
non habent.propr.nat.feud. vt eruditè docet Cannet.*d.§.*
conſequenter, num.16.cum ſeqq. Sed ſiue voces degene-
rans, ſiue abſolutè hæreditarium (hæc enim quæſtio
de verbis eſt) hoc certiſſimum eſt, † ad fœminas & ex- 22
traneos, etiam legatarios, tranſire poſſe, Alexand.*in l.*
etiam num.5.ff.ſolut.matr. Rom. *ibid. num.* 3. Socin.ſen.
conſil.19.2.colum.in princip. & hanc magis communem
eſſe teſtantur Curt.iun.*conſil.1.per tot.* maximè *num.1.*
& 7.& in tract.de feud.4.par.princip.num.130.& in 2.
part.3.part.princip.num.62. Ripa *in l.ex facto §.finali,*
num.16.ff.ad Trebell. Socin.iun.*conſil.103.num.28.vol.2.*
fuſiſſimè Intrigl. *quæſt.50.num.117. vſque ad num.127.*
& num.131. vſque ad num.153. & hanc in praxi ſeruari
contendit Clar. *d. qu. 9.num.2.* & quamuis aliqui vo-
luerint reſtringere, ſi tantùm vna improprietas adſit,
nimirum quòd vel ſit maſculus extraneus, vel fœmi-
na agnata, qualis eſt, Becc.*conſil. 18.num.2.3.13.*tamen
verius eſt, etſi eſſet fœmina, & extranea, admitti, Intri-
gl. *d. quæſt.50.num.144.* Sed hæc quæſtio eſt inutilis in
hoc caſu, cùm agatur de maſculo agnato, & omnes
conueniunt, extraneum maſculum in præiudicium
agnatorum admitti. Ita vt quoque inutile ſit quærere,
An fœminæ ſolùm admittantur, deficientibus maſcu-
lis, ille enim ordo ſucceſſiuus non habet locum in hoc
genere feudorum, cùm extraneus admittatur in præ-
iudicium agnatorum. Sed hîc, vt diximus, non agitur
de fœmina, ſed de maſculo agnato, eoque ex donatio-
ne, & teſtamento, vocato.

Applicando autem ad caſum noſtrum, res eſt
clariſſima, cùm ne in vno quidem homagio adſit vlla
dictio, quæ denotet feudum vel ex pacto & prouiden-
tia, vel mixtum. In homagio quidem Ioachimi vltimo
defuncti adeſt dictio, *liberorum*, ſed ea per errorem
appoſita fuit, illiuſque nulla eſt habenda ratio, cùm ſit
contra formam omnium omnino homagiorum anti-
quorum, maximè propter proteſtationem in eo ap-
poſitam, & quod ab impubere, præſentibus tutoribus,
fuerit præſtitum; ſed & præterea cùm ea dictio in d.
homagio ſit adiecta cum dictionibus, *hæredibus & ſuc-*
ceſſoribus quibuſcunque, etſi non eſſet contra formam
aliorum homagiorum, non noceret ex ſuperioribus; li-
beri enim d. Ioachimi, ſiue maſculi ſiue fœminæ, etiam
in ſucceſſione ab inteſtato, eſſent ex forma d.homagij
cæteris agnatis præferendi.

Et ex contrario, ex omnibus homagiis ab vno vſq;
ad vltimum patet, etiam ſecluſa cōſuetudine, hoc feu-
dum eſſe degenerans, vel abſolutè hæreditarium, cùm
adſint verba vniuerſalia vel æquipollentia, & vbi de-

ſunt propter proteſtationem intelligantur, maximè propter homagium d. Roſtagni, quod, vt ſuprà dictum eſt, vim inueſtituræ habet. In vno ſolo homagio, ſcilicet Giraudi Amici, de ann. 1364. adeſt ſola dictio *ſucceſſoribus*, ſed non ex eo eſſet ex pacto & prouidentia, ſed hæreditarium ſtrictè, niſi ob conſuetudinem ea dictio pro *quibuſcunque* acciperetur; ſed & ſecluſa conſuetudine ea dictio vniuerſalis intelligitur, & cenſetur appoſita propter proteſtationem & homagium antiquius d. Roſtagni, ita vt neſciam in quo ſe fundare poſſint.

Atque hæc quidem dicuntur, & procedunt, etiam
23 ſecluſa conſuetudine, † ſed ſi eam præſupponas, vt reuera præſupponenda eſt, dictio ſimplex & ſola *hæredum*, vel, *ſucceſſorum* abſque alia adiectione, pro *quibuſcunque* accipitur, Guid. Pap. *deciſ. 230. num. 2. verſ. aduertendum.* Bened. *in cap. Raynutius, verbo duas habens, num.* 67. Frecc. *lib. . tit. de feud hæred. & mixto, fol. 416. num.* 29. Petr. à Greg. *par. 3. quæſt. 3. num. 9. &* 10. & Maſtrill. ibidem Et pro maiori iuſtificatione prædictorum, per primum ordinarium mittentur documenta, quibus apparebit, quòd in illis infeudationibus feudorum Comitatus, in quibus eſt tantùm facta mentio ſucceſſorum, nulla hæredum, minùs dictione vniuerſali adiecta, nihilominùs filiæ in illis, abſque difficultate, ſucceſſerunt, illaque in extraneos liberè trãſlata fuerunt, & nominatim in infeudatione Mazani de ann. 1249. & 51. facta, & ſic circa tempora d. homagij Giraudi de an. 1244. in quo tamen dictio vniuerſalis adeſt.

Aliqui petunt, vt dominus de Coſta inueſtituram exhibeat, eam certè non habet propter antiquitatem huius feudi; ſed ſi haberet, non teneretur edere; quia habent conſuetudinem & regulam pro ſe, & qui contraria prætendit, id debet probare, quia etiam d. dominus de Coſta eſt in poſſeſſione, & actore non probante, &c.

Prætereà, etſi ad id non teneatur, ex tot homagiis & documentis probauit intentionem ſuam.

Poſtremò produxit inſtrumenta, quæ vel ſunt inueſtituræ, vel eius vim habent, nimirum d. homagium Ruſtagni de Sabrano, vt ſuprà demonſtratum fuit, necnon d. compoſitionem cum Camera, quæ inueſtitura eſt & noua conceſſio, quæque ſi hoc feudum anteà fuiſſet ex pacto & prouidentia, mutaſſet eius naturam; & feciſſet ad quoſcunque alienabile & tranſitorium, vt ſuprà dictum fuit.

His non obſtant dictiones *futuris dominis*, his enim fusè reſponſum fuit per ea quæ ab hinc duobus ordinariis miſi; maximè quia nõ ſtant reſtrictiuè, ſed ampliatiuè, vt ſcilicet omnes ſint & poſſint eſſe futuri domini.

Non obſtat etiam clauſula, *qui de iure ſuccedent*, cui etiam reſponſum fuit in d. ſcriptis, maximè quia non eſt in principali diſpoſitione, nec ſi in ea eſſet, quicquam operaretur, quia non eſt concepta eo modo, quo deberet, nimirum *per ſe, ſuos ſucceſſores omnes, qui de iure ſuccedent*, ſed alio modo, ſcilicet *prometto per me & ſucceſſores meos omnes, quòd ego, & qui in d. Caſtro ſuccedent*, & ſic cùm non adijciatur dictioni vniuerſali eam non reſtringit, ſed ampliat perſonam, loquentis nimirum, *quòd ego & qui ſuccedent iurabunt, &c.* ij ſcilicet per quos promiſi, omnes nempe: ſed data conſuetudine, vbicumque eſſet, & quomodocumque appo-
24 ſita illa † clauſula, intelligeretur non de iure feudali, ſed de ea conſuetudine in patria vigente, vt in terminis conceſſionis feudi docent Petr. de Gregor. *part. 3. quæſt. 3. num. 9. & 10.* & clariùs Maſtrill. *in additionibus ibidem* poſt eos quos refert, & ſequitur, & Gabriel *lib. 3. tit. de conſuetud. concluſ. 1. num. 1. & 10.* Marin. Frecc. *lib. 3. tit. 2. de feudo antiquo num. 19. fol. 392.* Sed circa huiuſmodi duas obiectiones me remitto ad ſcripta per me nuper miſſa.

Sextum fundamentum, quia aduerſarius ſe fundat in certa primògenitura per eum prætenſa. At, ex art. duplicatoriis & actis miſſis, patet de contrario: nam Giraudus de Simiana, mediante pecunia, acquiſiuit; Berengarius eius filius erat vltimò genitus, vt probatum fuit: Ludouicus eius filius non ſucceſſit ſolus, ſed cum fratre, vt patet ex eius homagio in illis verbis *cohæres, &c, pro domino quod coniunctim vel diuiſim habet:* Stephanus eius filius erat quidem primogenitus, ſed Caſtrum-nouum habuit vel ex vi diuiſionis cum fratre initæ, quatenus Ludouicus ab inteſtato deceſſiſſet, vt deductum eſt in articulis duplicat. vel ex teſtamento paterno, in quo erat hæres inſtitutus, vt deductum fuit in artic. poſterioribus, quos mitto, & patet ex d. tranſactione cum Conſulibus Auenionis facta. Melchior eius filius ac Ioachimus, filius Melchioris, ex vi donationis in contractu Melchioris contentæ ſed hoc fundamentum latiùs eſt videndum in articulis duplic. *ab art. 99. vſque ad art.* 154. hoc ſolùm hîc dicendũ eſt, ex abundanti nos docere d. prætenſam primogenituram in nullo ex dominis d. loci habuiſſe locum, cũ tamen ſuffeciſſet probare non interueniſſe in ea perſona, à qua volunt eam incipere, nimirum vel in Giraudo de Simiana & eius filio, vel in Ludouico: Nam conſtito falſam eſſe in ea perſona, in qua dicitur cœpta,
vt conſtat, † nulla eſt habenda ratio eorum omnium, 25
quæ poſteà ſequuta ſunt, etſi proponeretur præſcriptio immemorabilis, vel contraria poſteà inducta, Molin. *de primogen lib. 2. cap. 6. num. 63. in fin.*

Septimum, quia ſi aliqua primogenitura probata eſt ex d. atteſtationibus, ea eſt iuris Francorum, & non alia: cùm in articulis de ea tantùm & nominatim ſit
poſitum; ſecundùm quos depoſitiones † teſtium ſunt 26
intelligendæ, Gomez Leon. *in deciſ. 1. in deciſ. diuer. tomo* 2. Capella Tholoſ. *qu.* 202. Rota Genuenſ. *deciſ. 9. num.* 20. Monticell. *in repert. teſt. rubrica teſtium dicta, qual. intell. fol.* 430. Farinac. *de teſtib. lib. 3. tit. 7. quæſt. 68.*
num. 58. At verò † ex vi illius primogenituræ filia pri- 27
mogeniti admiſſi excludit patruum, multò magis hoc caſu, quo agitur de maſculo eóque agnato ex filia filij ex primogenito admiſſo nati, contra filium ſecundogeniti excluſi, Petr. de bella Pertica Doctor Gallus *in l. pater filium, §. quindecim. ff. de leg. 3.* Palatios Ruuios *in cap. per veſtras de donat. inter vir. & vxor. in rubr. §. 59. num. 26. fol mihi* 82. Loffred. *conſil. 14. num. 10. & conſil. 39. num. 28.* Thom. de Marin. *de gener. & qualit feud. tit. 11. de feudo fœmin. ſeu matern. num. 47.* Cancetar. *in reſponſo, quod attexitur repetitioni Cannety, in d. cap. ſi aliquem, verſ. verba hac fol. 373. colum. 2.* Otho Friſyng. *de vita & geſtis Frider. lib. 2. cap. 29.* Citter. *de primog. lib. 1. cap. 19. num. 5.* Tiraqu. *in tract. de iure primog. quæſt. 10. num. 20. & 21. & quæſt. 14. num. 6. & ſeqq. & quæſt. 40. num.* 3. Cephalus *conſil. 251. num. 1. & ſeqq.* Pariſ. *conſil. 21. num. 29. lib. 1.* & alij, quos aliás in ſcriptis iuris circa hunc art. miſi. Nolui allegare Doctores Siculos vel Italos Siculas conſtitutiones interpretantes, quòd Aduerſarius eos in controuerſiam deducat, nullo tamen iu-
re, † reuera enim non fuit per Siculas conſtitutiones 28
circa id alteratum, quaſi ante eas filia non excluſiſſet patruum, immò potiùs cùm per prauam conſuetudinem ex iure feudali, in aliquibus prouinciis Siciliæ inductum fuiſſet, vt filiæ excluderentur, id per conſtitutionem in aliquibus ſublatum fuit, & ad priſtinam naturam iuris Francorum reductum, vt nimirum filia defuncti excluderet patruum, Andr. de Iſern. *in conſt. in aliquib. num. 1. verſic. ſic deinde, & in conſt. vt de ſucceſſ. num.* 4.

Google

num. 4. Sed in his non eſt inſiſtendum. Doctores enim quos allegaui, rem in terminis determinant ex primæua & genuina natura iuris Francorum, quod antiquitus in Gallia obſeruabatur, nulla habita ratione Siculorum conſtitutionum longè poſtea editarum.

29 Iure † enim Francorum filiæ ſunt capaces primogenituræ, etiam ad excluſionem remotioris maſculi, Petr. à Greg. *part.* 4. *quæſt.* 8. *num.* 7. Choppin *in terminis de doman. Franciæ lib.* 3. *tit.* 6. *in princip.* Laudenſ. *de primog. quæſt.* 11. Cirier. *eod. tit. quæſt.* 19. *num.* 4. *&* 5. Ce-
30 phal. *conſil.* 451. *num.* 63. Et lex † Salica quæ excludit filias, ſolùm habet locum cùm agitur de regni ſucceſſione, Bened. *in cap. Raynutius, verb. duas habens, num.* 72. *cum ſeqq.* Chaſſan. *in conſuet. Burgund. tit. des fiefs verb. choſes feudales,* § 5. *nu.* 38. *&* 60. Gregor. Tholoſ. *in Syntagm. part.* 1. *lib.* 6. *tit.* 12. *nu.* 6. Forcat. *de feud. cap.* 7. *num.* 1. Choppin. *de doman. lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 9. *cum additio. ad marginem,* & nõ quoad alia bona, quæ habentur à Rege, ſiue in allodium ſiue in feudum, Bened. *d. num.* 72. *cum ſeqq.* Forcat. *d. tit.* 7. *num.* 1. nunquam enim ius feudorum habuit locum in Gallia, vt ſuprà dictum fuit.

31 Sed etſi de † alia primogenitura d. atteſtationes intelligendæ eſſent (data capacitate fœminarum, vt in regno Galliæ, fœminæ ſunt & fuerunt ſemper feudorum capaces) filia primogeniti excludit patruum, Ancharan. *conſil.* 339. *num.* 7. Couarr. *variar. reſolut. lib.* 3. *ca.* 5. *ſub num.* 5. *verſ. rurſus ſeptimo,* Gutier. *pract. qq. lib.* 1. *quæſt.* 88. *num.* 6. Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 9. *cap.* 7. *num.* 4. *verſic. contrariam, & lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 5. *& ſeqq.* Cancer. *lib.* 1. *tit.* 12. *de feud. num.* 47. *&* 49. Melchior Palaes *de maioratu par.* 2. *quæſt.* 6. *num* 7. *cum ſeqq. num.* 12. & fuſiſſimè *num.* 24. *cum ſeqq.* Peralta *in rubr. ff. de hæred. inſtit. num.* 103. *verſic. ſed poſtquam,* Surd. *conſ.* 316. *nu.* 12. & alij in d. ſcriptis contenti.

32 Quæ adeò vera ſunt, † vt etſi maſculorum in aliquibus gradibus non perpetuò & indefinitè facta fuiſſet mentio, in illis tantùm gradibus à maſculis filiæ excluderentur, non extra eos, extra quos filia excluderet remotiorem maſculum, Tiraqu. *d. quæſt.* 10. *num.* 25. Palaes *d. quæſt.* 6. *num.* 10. Grammat. *deciſ.* 1. *per tot.* potiſſimum *num.* 28. *&* 29. Petr. Salaz *de vſu & conſuetud.* omninò videndus, quia rem in terminis clariſſimis & certiſſimis determinat, *num.* 29. 55. maximè *verſ. nec intereſt.* 61. *&* 62. Charond. *aux memorables obſeruat. verb fief in fin.* Burgos à Paz *conſil.* 29. *num.* 41. Auend. *ad ll. Tauri. l.* 40. *gloſ.* 9. *num.* 34. & alij in d. ſcriptis; idq; maximè quia excluſio fœminarum, propter maſculos remotiores, eſt odioſa, & ideò reſtringenda, Molin. *lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 15. 18. 22. 31. 32. *& cap.* 5. *nu.* 73. *verſ. quod intelligendum.* Et hæc eſt magis communis, Socin. iun. *conſil.* 1. *num.* 46. *lib.* 1. Burgos à Paz *in proœm. ll. Tauri. num.* 44. & quamuis per plures gradus ſit facta mentio maſculorum, & primogenitus ſit vocatus, ſi tamen alia non concurrunt extra eos, ceſſat eorundem vocatio, Mol. *lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 37. *&* 38. Illuſtriſſ. Mantica *lib.* 6. *tit. vltim. num.* 6.

His adiungenda ſiue ratio, ſiue nouum idque octauum fundamentum, quòd teſtes loquantur tantùm
33 de filiis vltimò defuncti. At huc certiſſimum eſt in † terminis primogenituræ, etiam maſculorum mentione facta, vt nunquam fiat extenſio de gradu ad gradum ad excluſionem fœminarum, etiamſi teſtamento eſſet inſtituta, vt in terminis docent Burgos *conſ.* 29. *num.* 53. Gutierres *conſil.* 15. *num.* 17. 26. 27. Surd. *conſil.* 316. *num.* 16. Anchar. *conſil.* 339. *num.* 7. *cum ſeqq.* multo magis ſi præſcriptione dicatur inducta, quæ eſt ſtricti iuris, *cap. Audiuis,* vbi Felin. *num.* 10. *de præſcript.* Anchar. *d. loco* his addendus Molin. *d. cap.* 5. *num.* 37. *&* 38.

Poſtremum, quia huiuſmodi † conſuetudo, quatenus eſſet probata etiam inter filios & filias defuncti, non haberet locum niſi in ſucceſſione ab inteſtato, vt quantò minùs fieri poſſit, ius commune lædatur, Alberic. *in dictionario, verb. feud. colum.* 5. *in fine verſic. conſuetudo ergo,* Bald. *in l.* 1. *verſ. alias ſtatuto, C. de legit. hæred.* Petr. de Gregor. *par.* 4. *quæſt.* 11. *num.* 1. 2. 3. *& par.* 8. *quæſt.* 4. 34

Non obſtat his quæ diximus circa primogenituram etiam aliam quàm iuris Francorum (de ea enim eſt certiſſimum ex vi & natura illius) quòd filia primogeniti admiſſi excludit patruum, quod Romæ fuit oppoſitum, hoc non procedere in feudo ex pacto & prouidentia, præſertim Eccleſiaſtico, cuius fœminæ ſunt incapaces, ad hoc enim variis modis reſpondetur.

Primùm, hoc eſſe ſophiſma à petitione principij. Negamus enim hoc feudum eſſe ex pacto & prouidentia, nec d. dom. Antonius quicquam produxit, ex quo tale probetur: At contrà, d. dominus Franciſcus, etſi ad id non teneretur, probauit eſſe nedum abſolutè hæreditarium, ſed ad inſtar allodialium.

Secundò, negamus eſſe Eccleſiaſticum, vt patet ex propriis documentis, quibus nititur d. dominus Antonius, de quibus conſtat in actis cauſæ principalis, in quibus nominatim aſſeritur Fridericum hoc feudum Giraudo Amico, & eius hæredibus etiam extraneis conceſſiſſe. Sed & extra eos probatur ex antiquis homagiis de an. 1244. per Giraudum Amici, & de an. 1321. per Roſtagnum Abbati Sanct. Gulielmi de Deſertis præſtitis, quibus cauetur, Abbatem & eius monaſterium non poſſe ſuperioritatẽ d. loci in alium alienare, vel transferre; ex quo demõſtratur, dominos d. loci ſuperioritatem eiuſdem Abbati & eius ſucceſſoribus conceſſiſſe ex deuotione, ſub ea tamen lege ne id in alium alienarent, vel transferrent, vt reuera ita accidit. At verò feodum Eccleſiaſticum id non † eſt, quod 35
recognoſcit Eccleſiam, ſed quod de rebus Eccleſiæ alicui conceſſum eſt, Zaz. *in tract. feud.* 2. *par. in* 5. *diuiſ.* Guer. Piſo *in prælud. feud. cap.* 42. *in princip.* Ioan. Schoner. *diſput. feuda. lib.* 1. *diſp.* 1. & feudum quod ad aliquem ſpectat, ſi eius ſuperioritas per ſæcularem Eccleſiæ concedatur, manet eiuſdem naturæ, cuius erat anteà, ſicut Comitatus Venayſſini & eius feuda manent naturæ ſæcularis, ſicuti erant cùm ſpectabat ad Comitem Tholoſanum.

Tertiò reſpondetur, in feudo † Eccleſiaſtico faci- 36
liùs fœminas ſuccedere quàm in ſecularibus, Gregor. *in Syntagm. in part.* 1. *lib.* 2. *tit.* 12. *num.* 6. Zaſ. *inſtit. de feud. ſucceſſione.* Garzon. *de fœmin. ad feud. limit.* 19. *num.* 126. Menoch. *conſil.* 65. *num.* 29. *&* 30. Ritterchus *in partit. feud. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 3. qui ſimpliciter fœminam in feudo Eccleſiaſtico ſuccedere contendit, Guer. Piſo *in prælud. feud. cap.* 31. *num.* 19. poſt Thom. de Marin. *lib.* 1. *tit.* 11. *de feud. fœm. num.* 23. *cum ſeqq.* per rationes, quas ipſi afferunt.

Quartò, in feudo emptitio, vel quod aliàs fuit alienatum, certiſſimum fœminas ſuccedere, & quicquid ſit in fœmina, certè omnine diſcrepante in maſculum etiam extraneum, in præiudicium agnatorum, multò magis in agnatum, in præiudicium proximiorum alienari poſſe, vt ſuprà dictum fuit.

Quintò, in feudo abſolutè hæreditario res eſt certiſſima, vt ſuprà etiam dictum fuit, vbi quoque demonſtrauit hoc feudum aliàs in merè extraneum fuiſſe alienatum, & nedum eſſe abſolutè hæreditarium, ſed etiam ad inſtar allodialium.

Poſtremò, non eſt in his inſiſtendum, cùm ſimus in terminis clariſſimis; nam quæ diximus in primogenituris etiam feudalibus, filiam primogeniti exclu-

Digitized by Google

dere patruum niſi probetur maſculina perpetua, omnes conſentiunt veriſſimum eſſe, data capacitate fœminarum. At verò ſiue ea iure Francorum antiquo, ſiue ex conſuetudine generali, fœminæ ſunt feudorum capaces non minus quàm maſculi, eo dem planè modo, quo ipſi in eis ſuccedunt;&, quod magis eſt, ex vi d. conſuetudinis feuda ſunt ad inſtar allodialium, nulla diſtinctione facta, an ſint Eccleſiaſtica necne: ſed generaliter: immò ex documentis productis in omnibus feudis Eccleſiaſticis, quæ ſunt in Comitatu, quæ per Epiſcopos Capen. Cauallicen. Vaſion. conceſſa fuerunt, vt ſunt loca de Venaſca, Sanct. Deſiderij, Blandiaci, Valliſcluſæ & medietas luci de lotercallis, alia enim medietas recognoſcit Cameram; hoc fuit probatum: Ergo etſi inducta eſſet primogenitura in loco Caſtri-noui, filia excluderet patruum, cùm habeat regulam & conſuetudinem pro ſe, fœminas capaces reddentem.

Nec his obſtant atteſtationes prædictæ; ſupra enim ad eas patet reſponſio: ſed & fusè in articulis defenſionalibus illis ſicut & prætenſor reſolutioni Rotæ reſponſum fuit, vltra quod in omnem euentum de primogenitura Iuris Francorum intelligendæ ſunt, cùm de ea tantù luigetetur, & articulatum fuiſſet. At verò per eam ſicut & per aliam non iuris Francorum modò, ne maſculina perpetua ſit, filia primogeniti admiſſi excludit patruum etiam in ſucceſſione ab inteſtato.

Non obſtat tranſactio inita inter Ioachimum vltimò defunctum & Ludouicum patrem d. Antonij de ann. 1574. tantum enim abeſt vt noceat, quò potius ex ea deducitur validiſſimum fundamentum ad repellendum d. Antonium, vt in articulis duplicat.fuſiſſimè deductum fuit *ab artic. 214. vſque ad artic. 245.* & contenta in eis per acta & depoſitiones teſtium probata fuerunt, vltra alias reſponſiones in articulis defenſionalibus contentas, præſertim quòd in omnem euentum, de primogenitura iuris Francorum eſſet intelligenda, de qua erat lis vlira donationem in contractu matrimonij Melchioris contentam, ſuper qua lite fit tranſactio.

Non obſtat poſtremò conſtitutio dotis per Stephanum Guillielmetæ facta: nam 12. modis in articulis, quos mitto, ei reſponſum fuit, præſertim quòd tenera Ludouicus eius pater ei certam ſummam pro dote legauerat in ea illam hæredem inſtituendo & d. Stephanum hæredem vniuerſalem inſtituerat, vt in d. articulis deductum fuit, & probatur per d. tranſactionem cum Conſulibus Aueninonis initam.

CONSILIVM XVIII.

ARGVMENTVM.

AN filia maritata & dotata excludatur per remotiorem agnatum?

SVMMARIVM.

1 *Primogenitura iuris Francorum tantùm habet locum inter deſcendentes.*
2 *Conſuetudo, qua vocatur primogenitus, non habet locum in ſecundogenito poſt primogenitum admiſſum.*
3 *Deſcendentium appellatione veniunt tantùm collaterales vltimò defuncti, non autem qui erant collaterales primò inueſtiti.*
4 *Conceſſio feudi facta alicui & eius ſucceſſoribus, etiam extraneis, vt in eo viuatur iure Francorum, habet tantùm locum in ſucceſſione ab inteſtato, non verò impedit quominùs vltimus poſſeſſor liberè de eo diſponere poſſit.*
5 *Etiam in ſucceſſione ab inteſtato, & in terminis conſtitutionis Sicula, filia dotata & maritata præfertur agnato remotiori.*
6 *Admiſſo primogenito, vnuſquiſque fratrum facit lineam propriam.*
7 *In controuerſia collateralium eiuſdem lineæ, gradus prærogat ſexui.*
8 *Sed ſi controuerſia eſt inter collaterales diuerſæ lineæ, filia præfertur patruo.*

NE quid intactum relinquatur, & vt ad omnes obiectiones, quæ quomodocumque fieri poſſent, reſponſiones paratæ habeantur; forſan dicetur quòd ſeclusò iure Ioachimi, ſi ageretur de iure Annæ, eius matris, quæque primogenita eſt Illuſtriſſ. q. D. Ioachimi, domini Caſtri-noui, quæretur forſan, an ea eo quòd d. Anna erat maritata & dotata à d. Ioachimo patre tempore eius mortis, & aderat ſoror in capillo, & adhuc ſic domina Diana eius ſoror, quæque ad cauſam vocata eſt, ſi ſua putauerit intereſſe, ad inſtantiam d. Anthonij de Simiana, in lite quam haber contra dominum Ioachimum, d. Annæ donatarium d. loci Caſtri-noui, & hæredem vniuerſalem cum beneficio legis & inuentarij d. Ioachimi, eius aui materni, quæque dicant non comparuit, nec forſan comparebit in hac cauſa, d. Anthonius excludere debeat d. Annam, & ſic an filia maritata & dotata excludat per remotiorem agnatum? Ad hæc varijs modis reſpondetur. Primò, ſecluſis conſtitutionibus Siculis, quarum in noſtro caſu nulla eſt habenda ratio, cùm nec inter Siculos nec de feudo in Sicilia exiſtente agatur, & inſpecto mero iure Francorum † & primogenitura eiuſdem, vanam eſſe huiuſmodi quæſtionem. Nam primogenitura iuris Francorum tantùm habet locum inter deſcendentes vltimi defuncti, non autem inter collaterales eiuſdem, qui, deficientibus deſcendentibus, nullo modo ea vi illius vocari poſſunt, à Pern. *conſil. 7. na. 10. verſic. & licet & conſil. 21. nu. 7. & in cap. ſi aliquem verb. ſubſcadata.* 101 Iuan. Aloyſ. *in explicatione capitis volentes*, & ante eum Gualter. *in allegat. terra nona*, Canner. *in c. ſi aliquem verſibus explicatu num. 2. fol.* 298. vbi reprehendit Tiraqu. contrarium ſentientem, Camerat. *in reſponſo annexo interpellationi Cannetij fol.* 375. *verb. Andrea ſubſcribit.* poſt Andr. & Iſern. & Afflict. qui clarè docet hoc apud Francos receptum, & hanc Gallorum conſuetudinem fuiſſe, vt ſcilicet in linea tantùm deſcendentium primogenitura ipſorum haberet locum, & paſſim Intrigliol. *in tract. de feudis cent.* 2. maximè *artic.* 92. Otho. Friſing. *lib. 2. de reb. geſt. Friderici cap.* 21. qua de re fuſius per me *conſil. 2. num. 44. cum ſeqq.* Confirmatur hoc ex doctrina, qua † receptum eſt, conſuetudinem, qua primogenitus vocatur, nō habere locum in ſecundogenito poſt primogenitum admiſſum, multo minus in eius fi-

eios filia ſi ſecundò genitus præmortuus ſit, Cannet.
d.c.ſi aliquis verſ.& quia tam ex clauſula, fol. 269. per tot.
omnino videndus, futè enim eam doctrinam compro-
bat: primogenitos enim cui naſcendo ſe incluſit, eum
hoc ſecundògenitum perpetuò excluſit, Præpoſit. *in*
cap.1.num.10.verſic.17.quia primogenitus fol.34.de feudo
Marchia poſt Bald. *in cap.1. de matrim. ad Margonat.*
contract. & ita etiam, in primogenitura teſtamento in-
ducta, ſupremi Senatus Pariſienſium Arreſto iudica-
tum fuiſſe refert Charon. *aux memorables obſeruations,*
3 *verb. fief in fi. fol.* 128. nec dicas † deſcendentium ap-
pellatione venire omnes à primo inueſtito deſcen-
dentes, Intigliol. *cent.1.quæſt.21.num.13.* tamen cùm a-
gitur de tranſuerſalibus ſeu collateralibus ad ſucceſ-
ſionem admittendis, vt ſi agatur de feudo antiquo,
vel etiam per conſtitutiones regni de feudo iuris Frã-
corum, collaterales vltimò defuncti, qui deſcendunt
à primo inueſtito, intelliguntur, non autem qui erant
collaterales primi inueſtiti, vt explicant Afflict. *in cap.*
1. de ſucceſſ. fratrum & grad. ſucceſſ. num.2. & 8. Aluarot.
ibid. & omnium optimè Præpoſit. *num.* 1. Intrigliol. *d.*
quæſt.21.nu.13. & 14. Camil de Curt. *in vniuerſ. iur. feud.*
§. multoties num.14. fol.45. Balſar. *in d. cap.1. num.25. verſ.*
tertiò noto, & latè *in d. meo conſil.2. num.47.* & in pro-
priis terminis deſcendentium appellatione veniant
tantùm qui ab vltimò defuncto, non autem collatera-
les eiuſdem, quantumuis à primo inueſtito deſcen-
dentes, docet Cannet. *in c. ſi aliquem, §. præmittendum*
eſt, num.13. cum ſeqq. præſertim 15. & 19.20. *fol.*237. om-
nino videndus: totam enim hanc quæſtionem fusè &
clarè tractat & probat, præſertim ex text. cum ibi not.
per gloſſ. & DD. *in cap.1. de natura ſucceſſionis feudi* &
ex And. de Iſern. *in cap. Imperator Lotharius Eugenio*
Papæ, nec non Pariſ. *conſ. 23. num.263. vol.1.*

Secundò reſpondetur, quòd etiam in terminis Si-
culorum conſtitutionum, in caſu in quo verſamur, d.
Anna, nedum d. domino Anthonio agnato maſculo
remotiori, ſed etiam ſorori in capillo exiſtenti, præfe-
4 renda eſſet; † quia quòd quando in feodo viuatur iu-
re Francorum, dicitur ex vi priuilegij Giraudo Amico,
& eius hæredibus & ſucceſſoribus, etiam extraneis,
conceſſi inductum, quæ conceſſio ita intelligitur, vt
tamen habeat locum in ſucceſſione ab inteſtato, non
verò impedit quominus vltimus poſſeſſor liberè de
huiuſmodi feudo diſponere potuerit, vt in terminis
tradit Cannet. *in cap. volentes, §. ſed magna fuit olim,*
fol. 54. num. 73. etſi enim cùm tenor inueſtituræ pro
hæredibus & ſucceſſoribus, ita quod in ea viuatur iure
Francorum conceptus eſt, magna ſit controuerſia, an
tale feudum ſit ex pacto & prouidentia, ita vt in extra-
neum alienari non poſſit in præiudicium agnatorum,
an verò merè hæreditarium, vt alienari poſſit, & ſo-
lum per eam clauſulam detur modus viuendi, & ab
inteſt. illi ſolùm locus ſit: aliis hæreditarium, de quibus
Cannet. *d. loco vſque ad num.28.* aliis ex pacto & proui-
dentia, de quibus idem Cannet. *à d. num. 28. vſque ad*
73. aſſerentibus, tamen ſi adiecta ſit dictio, *quibuſcun-*
que, vel extraneis, aut ſimilis, ij inter ſe conueniunt, vt
non ſit ex pacto & prouidentia, & alienari poſſit in
præiudicium agnatorum, Cannet. *d. num.73. vſque ad*
fin. & vt fuſiùs docui *dict. meo conſil.2. num.8. cum ſeqq.*
ideóque ſolum habeat locum in ſucceſſione ab inte-
ſtato; idémque ſtatuendum eſt, ſi non per priuilegium,
ſed per conſuetudinem progenitura etiam alia quàm
iuris Francorum fuiſſet inducta, Alberic. *in dict. verb.*
feudum, colum.5. in fin. verſic. conſuetudo, Petr. de Gregor.
de conceſſ. feudi, part.4. quæſt.11. num.1.2. & 3. & part.8.
verb. ſexto aduertendum, Intrigliol. *de feud. cent.2. artic.*
92. num.14. Bald. *in l.1. verſic. alias ſtatuto Cod. de legit.*
hæred. Albert. Brun. *in tract. de ſtatu. exclud. fœmin. artic.*
8. quæſt.8. Natt. *in d. tract.12. quæſt. vltim. quæſt. princip.*
Campeg. *d. tract. quæſt.54.* Afflict. *in conſtitut. in aliquib.*
quæſt.55. num.15. Intrigl. *vbi ſupr.* poſt Bald. *ibid.* Me-
noch. *conſil.95. num.73.* Anchar. iun. *quæſt.51. num.11. &*
14. lib.2. Barſol. *conſil. 80. num.17. vol.1.* Carpar. *in ſtatuta*
Mediolan. cap.278. verſic. ab inteſt. fol.506. at verò d. Ioa-
chimus vltim. poſſeſſor de d. feudo diſpoſuit in fauo-
rem d. Annæ eiuſque filij Ioachimi, Annæ quidem
quoad vſumfructum, quamdiu vixerit; Ioachimi ve-
rò quoad proprietatem.

Poſtremò reſpondetur, dato † quòd eſſemus in 5
terminis ſucceſſionis ab inteſt. nec non Siculorum cõ-
ſtitutionum, conſtanter affirmamus, & verum eſt, fi-
liam maritatam & dotatam præferendam eſſe agnato
remotiori. Nam quod dicitur maritatam & dotatam
excludi, hoc tantùm eſt exiſtente ſorore in capillo, &
in fauorem illius; ita quòd non dicatur propriè exclu-
ſa maritata & dotata, ſed in capillo exiſtens illi dici-
tur prælata: ideóque ſi nulla exiſtat in capillo, ma-
neat maritatæ ius integrum, & maſculis remotioribus,
nec non fiſco præfertur, vt in terminis docent Af-
flict. *ad conſtitut. in aliquib. num.6.* Minado *ad d. con-*
ſuetudinem, §. ſecundo noto, num. 64. fol.79. Cannet. *in d.*
c. ſi aliquem §. attamen ſi eſſet ſola, per tot. fol.303 Intrigl.
de feud. cent.2. artic.42. per tot. ſed præſertim *num.*6. *&*
58. cum ſeqq. quod adeò verum eſt, vt amita maritata &
dotata, eadémque filia vltim. defuncti, præferatur ne-
pti ex fratre vel ſorore prædefunctis, in ſucceſſione
patris & aui reſpectiuè, Cannet. *in d. c. ſi aliquem, §. ſed*
hic tractandum, per tot. fol. 306. quod quidem in linea
deſcendentium non caret difficultate, & per eund.
Cannet. & Intrigl. *d. cent.42. num.63. & ſeqq.* ſed ſi aga-
tur de filia per collateralem excludenda, nulla eſt dif-
ficultas, prærogatiua enim ſexus, ætatis, & capilli da-
tur quidem in eod. genere tantùm, Cannet. *in d. cap. ſi*
aliquem, §. & multo magis, num. 14. fol.295. ſed ex om-
nium ſententia debetur eſſe in eadem linea, Intrigl.
d. art.42. num.61. & 62. quando enim deſcendentium
linea ſubeſt, ſiue ij ſint maſculi ſiue fœminæ, num-
quam fit tranſitus ad aliam lineam, nec ad collatera-
les, *cap.1. §. fin. de nat. ſucceſſ. feudi*; & ibi communiter
notant DD. vt Afflict. *num.77.* Molin. *de primog. lib.3.*
cap.4. num.14. Cannet. *deciſ.354. num.6. & 7.* Burgos
conſil.13. num.11. & 13. Gamma. *d. §. præmittendum, num.*
15. Intrigl. *d. num.61.* poſtquam † autem ſemel primoge- 6
nitus admiſſus eſt, vnuſquiſque fratrum facit lineam
propriam. Dec. *conſil. cap.379. num.4.* Gutier. *conſil.13. nu.*
12. poſt Socin. & Ruin. Cannet. *d. §. præmittendum, num.*
15. quæ hoc caſu multo magis procedunt quo adeſt fi-
lia in capillo, quæ tacendo locum facit maritatæ, per
tradita ab Afflict. *in d. conſtitut. ſi aliquem, num.9.*

His forſan quis opponet Guillelmum à Petno *conſ.*
19. num. 2. qui quamuis in principio clarè contendat,
ſororem maritatam præferri inferiori maſculo, & ad
hunc effectum ab omnibus DD. allegetur in ea quæ-
ſtione, qua aſſerunt prærogatiuam gradus potentio-
rem eſſe prærogatiua ſexus & ætatis, & nominatim In-
trig. *cent.2. art.43. num.22.* tamen videtur poſtea contra-
rium ſentire, & ſeipſum inuolute. Sed reſpondetur,
dato d. à Petno eius ſententiæ fuiſſe, vt infans maſcu-
lus excluderet fœminam proximiorem & ſpecialiter
maritatam, hoc ſolùm procederet in ſuo caſu, quando
ſcilicet † controuerſia eſt inter eos qui omnes ſunt 7
collaterales & eiuſdem lineæ, ſi agatur de ſuccedendo
collaterali; quo caſu cùm quæritur an prærogatiua ſe-
xus & ætatis ſit poſterior prærogatiua gradus vel con-
trà: quo caſu controuerſa eſt quæſtio, vt per Intrigl. *art.*
43. num.1. vſque ad num.10. Sed receptior eſt ſententia,

eo caſu vt prærogatiua gradus ſit potentior, vt per Intrigliol. *dict. loco num. 10. cum ſeqq.* Petr. à Gregor. *de controuerſ. ſen. 664. cap. 4.* & caſu quo A Perno contrarium ſentiret, communis eſſet contra ipſum, ſed ſi † controuerſia eſt inter eos qui ſunt diuerſæ lineæ, vt inter filiam vltimò defuncti & patruum, omnes conſentiunt abſolutè, filiam ſiue in capillo ſiue maritatam præferendam, Tiraquel. *de primog. quæſt. 14. num. 2.* Miñadous *in cap. in aliquib. §. tertio noto num. 113. & 118. fol. 221.* & fuſiſſimè pro me *conſil. 2. num. 32. cum multis ſequentib.* ea enim diſtinctio non habet locum niſi inter eos qui ſunt eiuſdem lineæ, cuius prærogatiua eſt omnibus potentior, Molin. *d. lib. 3. cap. 4. num. 13.* Aluarodus *de coniectis mente, lib. 2. cap. 3. §. 3. num. 44.* Auendan. *ad ll. Tauri l. 40. gloſ. 17. num. 26.* omnino videndus. Molni. Theolog. *de primog. lib. 2. diſp. 625. num. 5.* ideóque eo caſu ſimpliciter & abſolutè filiam vltimi defuncti ſemel admiſſi patruo præferendam eſſe contendit Intrigl *d. cent. 2. artic. 36. num. 194.* poſt Andr. de Iſern. *in cap. 1. in fin. de eo qui ſibi & hæredib.* Afflict. *in cap. 1. numer. 19. de natura ſucceſſionis feudi & in cap. 1. §. omnes filij, num. 33. ſi de feudo fuerit controuerſia inter Dom. & agnatum*, Tiraqu. *de iur. primog. quæſt. 40. num. 13.* & fuſiſſimè per me *conſil. 2.*

CONSILIVM XIX.

ARGVMENTVM.

AN donatio per patrem filio in contractu eius matrimonij & contemplatione eiuſdem facta, ſit conferenda, & an in legitimam imputanda, & an officium Aduocati Legationis, ſeu eius æſtimatio veniat in collationem?

SVMMARIVM.

1 *Donatio contemplatione matrimonij per patrem filio facta eſt ſimplex, contra num. 6. 15. & 18.*

2 *Donatio ſimplex non confertur, contrarium verius eſt in puncto iuris, num. 7.*

3 *Donatio contemplatione matrimonij per patrem filio facta, non confertur, contrà num. 6.*

4 *Donatio ob cauſam non neceſſariam, quæ non excludit liberalitatem donantis, non confertur, & num. 20.*

5 *Donatio, quæ alioquin non eſt conferenda, ex coniecturis confertur.*

6 *Donatio contemplatione matrimonij per patrem filio facta, eſt ob cauſam, eámque finalem non impulſiuam eámque neceſſariam, quod quomodo intelligatur vide numer. 20. ideóque conferendam.*

8 *Donatio ſimplex quæ ab initio valuit, confertur ex communi, & vera, & num. ſeq.*

9 *Diſcrimen inter emancipationem, & patriam poteſtatem hodie eſt ſublatum.*

10 *Donatio contemplatione matrimonij filio in poteſtate conſtituto facta, ab initio eſt valida, & numer. 16.*

11 *Donatio ſimplex filioſamilias à patre facta, iuramento confirmatur, & eſt valida.*

12 *Ideóque confertur.*

13 *Donatio ob cauſam in legitimam imputatur.*

14 *Nec non ſimplex ab initio valida, ſi æquiualeat legitimæ.*

17 *Donatio à matre facta non confertur.*

19 *Donatio propter nuptias receſſit quidem ab aula, ſed in illius locum ſucceſſit donatio contemplatione matrimonij, & eodem iure cenſetur*

21 *Data per patrem filio ad militiam emendam,*

22 *Vt ordenem conſequatur.*

23 *Per matrem filiæ diuiti ex cauſa dotis, vel filio propter nuptias imputantur & conferuntur.*

24 *Cum filius ducit vxorem diuitem, & habet vnde ſe alat, pater liberatur ab onere alimentorum.*

25 *Donatio contemplatione matrimonij facta, reſpicit etiam commodum donantis.*

26 *Donata ob cauſam, etſi non præcisè & abſolutè neceſſariam, ſed ex ſtimulo & neceſſitate naturæ prouenientem, conferuntur & imputantur.*

27 *Donatio contemplatione matrimonij, cenſetur facta quodammodo ex cauſa præcisè neceſſaria.*

28 *Donatio cauſa emancipationis non imputatur in legitimam.*

29 *Eáque eſt ſimplex & non ob cauſam.*

30 *Collatio ex coniecturis cenſetur prohibita, ſi tamen ea concludentes ſint & à lege approbata.*

31 *Et verba ex quibus coniectura eliciuntur, non debent eſſe talia quæ poſſint referri ad multa.*

32 *Promiſſio de non contrauenienda, reuocando, vel impugnando, non eſt ſufficiens coniectura ad prohibitionem collationis.*

33 *Sicut etiam reſeruatio vſusfructus non eſt ſufficiens coniectura.*

34 *Nec quòd donatio facta ſit vt matrimonium ſortiretur effectum & filius pinguiorem dotem conſequeretur. Imò contrarium, ſcilicet collationem faciendam ex eo elicitur.*

35 *Ignorantia iuris in lucris non excuſat mulierem.*

36 *In donationibus fit lata interpretatio, ſed ex eo non cenſetur prohibita collatio.*

37 *Nec etiam eſt ſufficiens coniectura, quæ ſumitur ex generali renunciatione quæ ſolet fieri, omni legum iuris & ſtatutorum auxilio.*

38 *Renunciationes omnis iuris, legum & cæt. auxilij reſtringuntur ad caſus ſimiles expreſſis.*

39 *Iuramentum habet vim cuiuſuis renunciationis.*

40 *Confeſſio eſt maior probatio quocumque publico inſtrumento.*

41 *Verba*, perpetuò, pro ſe, & ſuis, & vt donatis ſortiatur effectum omni meliori modo, *non inducunt prohibitionem collationis.*

42 *Sed id operantur, ne bona donata, contemplatione matrimonij, redeant ad patrem.*

43 *Quæ alioquin redirent.*

44 *Iuramentum firmat contractum inualidum, ſed non ſupplet conſenſum nec collationem impedit.*

45 *Donans, ſi non cepit à traditione, non tenetur de euictione.*

46 *Em-*

46 *Euictionis promiſſio non habet locum, niſi ex cauſa antecedente contractum res euincatur, non ſi quid poſtea accidat.*
47 *Nec inducit prohibitionem collationis.*
48 *Collatio facienda eſt aequalitatis ſeruandae cauſa, niſi expreſsè prohibeatur.*
49 *In dubio contrahentes praeſumuntur ſe conformare iuri communi.*
50 *Aditio,* cum beneficio legis & inuentarij, *non impedit collationem.*
51 *Puria ſunt, actum eſſe purum vel conditionalem, poſtquam conditio eſt purificata, vt ex eo agi poſſit, non vt impediatur collatio.*
52 *Si ob cauſam quid donetur, cauſa purificata, impeditur conditio, non collatio.*
53 *Verba,* poſt mortem valitura, *non alterant naturam donationis inter viuos, quae manet irreuocabilis, licet non ſortiatur effectum niſi poſt mortem.*
54 *Donatio ob cauſam imputatur in legitimam.*
55 *Donatio in contemplatione matrimonij imputatur in legitimam.*
56 *Filius non poteſt, retenta legitima, hereditatem paternam repudiare.*
57 *Haeres qui ſemel adiuit, non poteſt amplius hereditatem repudiare, niſi, facto inuentario, doceat ſe perdere & nihil ex hereditate ſibi remanere.*
58 *Officium, quod vel vendi vel tranſmitti poteſt ad haeredes, ſiue eius aeſtimatio, confertur & imputatur.*
59 *Quae à Principe ſunt impetranda, impoſſibilium loco habentur, niſi ea concedere ſoleat.*
60 *Aeſtimatio officij, quod eſt conferendum, non quo tempore emptum vel conceſſum fuit, ſed quo pater deceſſit, facienda eſt.*

MAgnificus quondam dominus Franciſcus à Labeone Berardus, Aduocatus generalis, dum viueret, pro Sanctiſſ. Domino Noſtro Papa in legatione Auenionis, in contractu matrimonij initi inter egregium dominum Laurentium, eius filium, ac Doctorem, & nunc in officio ſucceſſorem, & domicellam Ludouicam de Nourtir, contemplatione eiuſdem donauit eidem in perpetuum tertiam partem omnium ſuorum bonorum, non incluſo in ea officio, cuius coadiutoriam ei iam procurarat, necnon quaedam bona ſpecialiter in dict. contractu deſignata; aſſeritque donationem puram, ſimplicem & irreuocabilem quae fit & fieri dicitur inter viuos, valituram tamen poſt mortem, reſeruato ſibi vſufructu, vita ſua durante, promiſitque de euictione.

Ante verò dictum contractum matrimonij, teſtamentum condiderat, quo d. Laurentium, & egregium dominum Henricum, nunc etiam vtriuſque iuris doctorem, alterum filium, inſtituerat haeredes, dicendo ſe eos aequis partibus inſtituere. Defuncto patre adita fuit per eos haereditas cum beneficio legis & inuentarij. Nunc quaeritur, an dictus Laurentius d. tertiam bonorum partem & praedia donata praecipua habere debeat; an verò conferre cum caeteris omnibus bonis teneatur, & omnia ſimul iuncta in duas aequales partes ſint diuidenda? Secundò, caſu, quo ſit conferenda; an, ſi malit legitimam ſolùm praeter dicta bona donata habere, audiendus ſit, an verò bona donata in legitimam imputanda ſint? Tertiò, an dictum officium, ſeu eius aeſtimatio, conferendum, & in legitimam imputandum ſit?

Quoad primum, quod potiſſimùm diſcutiendum eſt, quippe quo reſoluto ad caetera facilis patebit aditus; videtur prima facie ſtatuendum, bona donata non eſſe conferenda, quòd huiuſmodi † donatio non ſit ob cauſam, ſed ſimplex, ex doctrina Oldrad. *in conſil.* 5. quam † certiſſimum eſt non conferri, *l. illud, §. fin. Cod. de collatio.* vbi omnes, praecipuè Deci. *in* 6. Riminal. *numer.* 6. Barto. *in l.* 1. *§. nec caſtrenſe, ff. de collation. bonor.* Cagnol. communem referens *in l. ſi emancipati numer.* 177. *Cod. de collat.* Alexand. magis communem aſſerens *in authent. ex teſtamento Cod. eod.* Curti. iun. *ibid. numer.* 31. affirmans communem & ſequendam in iudicando, & in propriis terminis, donationem, † de qua agitur, contemplatione matrimonij à patre filio factam, & ſimplicem eſſe & non conferendam docuerunt, Craue. *conſil.* 85. *per tot. & conſil.* 114. *numer.* 17. Roder. Soar *in l. quod in prioribus, in declaratione leg. Regni. numer.* 11. Oſaſc. *conſil.* 62. Surd. *conſil.* 143. *libr.* 1. Fachin. *libr.* 5. *controuerſ. iuris cap.* 82. & Burſat. *conſil.* 189. *numer.* 11. *libr.* 2. Nec haec donatio propter nuptias cenſenda eſt, quae receſſit ab aula, quae non marito, ſed per maritum, vel alium vxori pro ſecuritate dotis fiebat. Et quamuis † non eſſet ſimplex, ſed ob cauſam, non tamen eſſet ob cauſam neceſſariam, quae excludat liberalitatem donantis, qualis requiritur vt conferatur, Paul. de Caſtro & Alexand. *in l. vt liberis* Dec. *ibid. & in authent. ex teſtamento, Cod. de collatio.* Secundò ſi aliqua adeſſet difficultas in quaeſtione ita generaliter propoſita, tolleretur per coniecturas ex clauſulis in contractu appoſitis reſultantes, per quas † pater donans cenſetur voluiſſe prohibere collationem iſtorum bonorum, quas longa ſerie referunt & probant, & ob eas collationem non eſſe faciendam, conſulunt Oſaſc. *d. conſil.* 62. & Surd. *d. conſil.* 143. *lib.* 1.

Quibus tamen nonobſtantibus, exiſtimo verius collationem dictorum bonorum † donatorum eſſe faciendam, quia huiuſmodi donatio eſt ob cauſam & non ſimplex; ob cauſam, inquam, finalem, & non impulſiuam, vt in propriis terminis fusè docent & per varias rationes conferendam aſſerunt, Bertrand. *conſ.* 97. *num.* 4. *conſil.* 140. *num.* 11. *conſil.* 173. *num.* 37. *conſil.* 203. *conſil.* 207. *num.* 3. *conſil.* 274. *lib.* 3. *poſter. conſil.* 207. *num.* 6. *& conſil.* 250. *num.* 6. *lib.* 6. *& conſil.* 170. *num.* 3. *eod. conſ.* 77. *lib.* 7. Pariſ. *conſil.* 16. *num.* 33. *lib.* 2. Picus *in l. in quartam, num.* 192. *ad l. falc.* Ruin *num.* 142. *ibid* Bereng. *nu.* 150. *ibid.* Boer. *dec.* 353. *num.* 10. Chaſſan. *in conſuet. Bituricen. des droicts & apparten. rubr. num.* 36. Decius *conſ.* 239. *num* 2. Nat. *conſil.* 609. *num.* 10. Port. *conſil.* 80. *num.* 5. Torniel. apud Port. *conſil.* 81. *num.* 24. Roland. à Vall. *conſil.* 44. *& conſil.* 70. *lib.* 4. dominus à Laurent. noſter *in l. ſi emancipati num.* 237. *Cod. de collat.* Menoch. *conſil.* 261. *num.* 13. Peregr. *de fideicomm. art.* 36. *num.* 133. *fol.* 343. Vaſq. *de ſucceſſ. lib.* 3. *§.* 30. *part.* 3. *limit.* 34. *interpr. § imputari num.* 239. Ranchin. *ad Guid. deciſ.* 145. Bec. *conſil.* 20. Maſuer. *ad Ferra in form. libell. pro hered. vel re ſingul. diuid. verſ. communiter & pro indiuiſo verb. dotis.* Theſſau. *dec.* 46. *n.* 11. *& dec.* 32. *n.* 10. Cancer. *de donatio. cu.* 8. *nu.* 61. Viui *opini.* 208. *n.* 4. Matt. à Cuena *dec. Aragon.* 10. *nu.* 11. Gamm. *dec.* 164. *in fin.* qui omnino videndi ſunt, & maximè Rolan. Bec. Cancer. Mart. à Cuena *in deciſ. Aragon.* & Maſuer. & ad quos me refero, ne eorum rationes tranſcribere videar.

Secundò, etſi eſſet † donatio ſimplex, non minùs conferenda eſſet, quia etſi de iure antiquo non conferretur, quòd ſcilicet ante mortem patris inutilis eſſet, nec niſi iudicio extremo patris confirmaretur, valeret; ideòque caperetur non vt donatio, ſed vt legatum ſiue relictum (acquirebatur enim poſt mortem patris, & ea tantùm in collationem veniunt quae liberi acquiſierunt ante mortem patris:) tamen ex quo ſola morte patris, abſque

alio iudicio extremo, cœpit confirmari, imò & retro-
trahi ſiue reduci ad id tempus quo facta eſt, *l. donatio-
nes 25. Cod. de donat. int. vir. & vxor.* debuit conferri,
quia confirmatio illa donationis quæ fit morte patris,
retrocurrit, & dies donationis non deſcendit ad
diem mortis patris; ſed dies mortis patris aſcen-
dit & recurrit ad diem factæ donationis; ideóque
cenſetur res acquiſita ante mortem patris, vt ex-
plicat Doctiſſimus Cuiac. *in rubric. titul. Cod. de
donatio. & obſeruat. libr. 3. cap. 30. & in Nouell. 18.
de triente & ſemiſſ.* & vbi ante Iuſtinianum ſuper-
eſſet aliqua difficultas, tempore Nouell. ſublata
eſt *in Nouell. 18. cap. 6.* illud quoque, ex qua ſum-
pta eſt authentic. *ex teſtamento Cod. de collation.* vbi
nulla mentio donationis propter nuptias, vt dican-
tur ij textus ad eam reſtringi, ſed fit mentio do-
tis, & poſtea generaliter & ſimpliciter aliorum da-
torum, quam ſententiam, nimirum vt ſimplex
donatio hodie conferatur, & generaliter intelli-
gendam eſſe dictam authentic. *ex teſtamento* ple-
rique tam ex veteribus quàm ex recentioribus ſe-
quuti ſunt; nempe Ioann. & Placentin. necnon
& Accurſius, qui quamuis *in princip. in verbor. da-
torum*, contrarium dicat; in fine tamen gloſſæ in
opinione Ioannis videtur reſidere, dum eam ratio-
nibus confirmat, atque eam fuiſſe ſententiam Ac-
curſij exiſtimarunt Bald. Caſtrenſ. & Salicet. *ibi*, &
nouiſſimè Fachin. *libr. 6. controuerſ. iur. capit. 64.* &
quamuis loquatur de ſucceſſione ab inteſtato, qua-
ſi aliud eſſet in ſucceſſione ex teſtamento, hoc fa-
cit reſpondendo ad ll. C. quas hinc inde affert & con-
ciliat, vel interpretatur: ſed ſi conferenda ſit do-
natio ſimplex ab inteſtato, etiam hodie conferen-
da eſt ex teſtamento, *ex d. Nouell. 18. § illud & An-
then. ex teſtamento*, & eandem videtur amplecti do-
minus à Laurentiis: imò & communiter eam DD.
tenere aſſecit *in d. l. ſi emancipati num. 68.*

Sed quia video, cùm agitur de ſimplici donatione
abſolutè, magis communem opinionem eſſe in con-
trarium, quamuis falſam, aliter firmo meam ſen-
tentiam, illique, communi falſæque opinioni, a-
8 liam veram communémque oppono. Nempe † quòd
quoties donatio ſimplex ab initio valuit, nec opus
eſt vt morte patris confirmetur, eam abſque du-
bio conferendam omnes DD. & maximè Alexand.
& Iaſ. exiſtimant: Illi etiam, qui in ſuperiori quæ-
ſtione contrarium tenuerunt *in dict. Authentic. ex
teſtamento*, & præter eos Barthol. *in l. 1. §. nec ca-
ſtrenſe, ff. de collation. bonor.* Crott. *in l. frater à fra-
tre, numer. 74. ff. de condict. indebit.* Corn. *conſil.
189. num. 13. verſic. nam communis ſententia Docto-
rum, volum. 4.* Socin. *conſil. 91. colum. 4. verſic. quo
vero, volum. 1.* Rip. *in l. ſi vnquam, in 15. quæſt. in
fin. Cod. de reuocan. donat.* Nat. *in conſil. 109. in prin-
cip.* Bero. *in conſil. 53. numer. 20. verſic. reſpectu au-
tem patris, volum. 2.* Chaſſan. *in conſil. 53. numer.
71.* Bertrand. *conſil. 205. numer. 4. conſil. 263. num. 6.
conſil. 281. numer. 1. & conſil. 302. num. 15. libr. 3. prior.
& conſil. 185. libr. 7.* Sicard. *in d. Authentic. ex te-
ſtamento numer. 13. Cod. de collat.* Roland. *dict. con-
ſil. 70. numer. 16. libr. 4.* Riminal. *in §. 1. numer.
96. per quas perſon.* qui hanc communem aſſerunt,
& quamuis alij pauci diſſentiant, hanc tamen com-
monem fatentur, quæque abſque dubio vera eſt:
9 Nam cùm hodie diſcrimen † emancipationis & pa-
triæ poteſtatis ſit ſublatum in ſucceſſione tam legi-
tima, quàm teſtamentaria, *Nouell. 118. de hæred. ab
inteſt. §. 1. DD. in §. ſed hæc quidem inſtit. de exhæ-
red. liber.* Barthol. & cæteri *in l. Gallus §. & quid ſi tan-
tum, de liber. & poſthum.* & ratio iniuriæ vitandæ,
propter quam à principio collatio fuit introducta,
propter emancipatos, nunc omnino ceſſet, maneát-
que ſolùm æqualitatis ſeruandæ ratio, vt docet i-
dem Sicard. *in rubric. tit. Cod. de collat.* & ponderat
Pariſienſ. *dict. conſil. 16. num. 33.* ſequitur quòd quem-
admodum donatio ſimplex emancipato facta, abſque
dubio confertur, *l. ſi emancipati, l. poſthumo, l. vt libe-
ris, Cod. de collation. l. 1. §. nec caſtrenſe*, & ibi omnes *ff. de
collat. bonor.* ita & in poteſtate † conſtituto facta con- 10
ferri debeat, ſi à principio valeat, ſicut valet à prin-
cipio emancipato facta, cui rationi ita propoſitæ ex
aduerſo nullo modo ſatisfit. Poſito igitur pro conſtan-
ti, quòd & communis ſchola certo amplectitur, dona-
tionem ſimplicem, etiam in poteſtate conſtituto fa-
ctam, ab initio validam conferendam, conſequitur
hanc contemplatione matrimonij factam conferri de-
bere, quam omnes fatentur propter matrimonium,
& partem contractus, & validam eſſe, ideóque confe-
rendam, *l. Pomponius Philadelphus ff famil. herciſcun.*
Pic. *in dict. l. in quartum, numer. 196.* Berengar *ibid. num.
150. ff. ad l. falcid.* Guid. Pap. *quæſt. 145.* Boer. *deciſ. 353. nu.
10.* Chaſſan. *in conſuet. Biturricen. in tit. des droicts & ap-
parten. in rubr. num. 36.*

Tertiò, donatio de qua agitur † iurata eſt, quæ pro- 11
pterea inter patrem & filium facta, etſi omnino eſſet
ſimplex, à principio valet, Capic. *dec. 56.* Guid. Pap.
quæſt. 146. Ioſeph. Ludouic. *deciſ. 71.* Peruſin. *num. 19.
part. 2. & dec. Lucen. 66.* Capell. Tholoſ. *quæſt. 262. in ad-
dit.* Gail. *obſeruat. 38. lib. 2.* Ioan. Pap. *arreſt. lib. 11. tit. 1.
arr. 1.* Crauett. *conſil. 19. & conſil. 102.* Dec. *conſil. 414. &
conſil. 432.* Theſſaur. *dec. 31.* Clar. *ſenten. lib. 4. § donatio
quæſt. 8. numer. 8.* At certa † eſt & communis DD. ſen- 12
tentia, donationem iuratam, quantumuis ſimpli-
cem, conferendam eſſe, DD. & maximè Alexand.
num. 6. Iaſ. *num. 10.* Dec. *numer. 7. in authent. ex teſtamen-
to Cod. de collatio.* idem Alexand. *conſil. 8. lib. 2.* Socin.
conſil. 91. num. 7. lib. 1. Barto. *in l. 1. § nec caſtrenſe, ff. de col-
latione bonorum.* Iaſon *in l. frater à fratre, num. 44. ff. de
condict. indebi.* Bertran. *conſil. 103. num. 7. lib. 6.* Roland.
à Vall. *conſil. 77. numer. 25. lib. 1.* dominus à Laurentiis
dec. 193. num. 1. & in l. ſi emancipati num. 241. & 414. Cra-
net. *conſil. 102. num. 4.* Riminal. *d. §. 1. num. 98.*

Poſtremò, id eſt certum ius, ea quæ imputantur in
legitimam eſſe conferenda *l. penult. Cod. de collat.* Si igi-
tur euicero hanc donationem imputari in legitimam,
conſequetur neceſſariò eſſe conferendam. Et quidem
† ſi ſit donatio ob cauſam, vt certò aſſerimus, ea in- 13
dubitanter eſſet in legitimam imputanda, Bart. *in d. l.
in quartum num. 8.* & eſt communis opinio, vt teſta-
tur Pic. *ibi num. 60.* Coraſ. *in l. filium quem, num. 115. fa-
mil. herciſc.* Rip. *d. l. in quartum, num. 148.* Petr. à Duenn.
regul. 222. Graſſ. *§. legitima, quæſt. 22. in fin.* ſed ſi ſit
ſimplex, vt aliqui contendunt, idem etiam ſtatuimus;
quia quamuis donatio ſimplex, quæ à principio va-
luit, non imputetur in legitimam, *l. ſi quando. §. ge-
neraliter, Cod. de inoffic. teſtament.* & eſt commu-
nis opinio Pic. *in l. in quartam, numer. 187. verſicul.
ſeptima concluſio eſt.* Rip. *numer. 143. cum ſequent. ad
l. falcid.* Couarru. *in capit. Raynaldus, §. 2. numer. 6.
de teſtament.* Graſſus poſt multos quos refert *in §. le-
gitima, quæſt. 22. numer. 4.* tamen hoc fallit, quan-
do donatio, vt hæc, † æquiualet legitimæ, & hanc 14
exceptionem regulæ illius probant, Rip. *in d. l. in quar-
tum. num. 146.* Bertrand. *conſil. 205. num. 4. conſil. 263. nu.
6. conſil. 281. numer. 1. & conſil. 302. numer. 15. lib. 3. prior.*
Fernand. Vaſqu. *de ſucceſſ. creat. interpr. §. imputa-
ri, numer. 254.* Graſſ. *in dict. §. legitima, dict. quæſt.
22. num. 12.* Nec rationem hanc oppugnabit, ſi dica-
tur hu-

eat huiuſmodi exceptionem regulæ de ſimplici donatione imputanda. vel non intelligendam, cùm ſimpliciter datum eſt à patre filio, non ſi ex cauſa donationis inter viuos: verius enim eſt, quomodocumque donatum, hanc exceptionem ad regulam procedere, alioquin non eſſet exceptio: & hanc opinionem indiſtinctè videtur ſequi Barthol. *in l. cum quo. §. final. ad l. falcid.* vbi expreſſè hoc vult Imol. & Alexand. & idem Alexand. *in l. illud num.* 8. *Cod. de collat.* Pic. *in d. l. in quartam, num.* 178. Bec. *conſil.* 29. *numer.* 2. Nec etiam oppugnabit, ſi dicatur, hoc ſolùm procedere, vbi donatum æquiualet legitimæ, non ſi excedat; nam verius eſt ſiue æquet, ſiue tranſcendat, idem eſſe ſtatuendum, Bertrand. *conſil.* 152. *numer.* 4. *lib.* 7. *&* *conſil.* 301. *ad fin. lib.* 4. *&* *conſil.* 337. *numer.* 3. *eod. libr. &* *conſil.* 139. *in fin. lib.* 8. & ſentire videtur Theſſaur. *dec.* 32. *numer.* 10. Concluditur igitur ex his, quòd cùm hæc donatio in legitimam ſit imputanda, ſiue ob cauſam, ſiue ſimplex dicatur, eſſe neceſſariò conferendam.

Nec obſtant quæ in contrarium ſuprà proponebantur. Ac primùm, hanc donationem non eſſe 15 ſub cauſam, ſed ſimplicem: contendimus † enim eſſe ob cauſam, & Oldra. doctrina *in conſil.* 5. procedit ſolummodò in donatione facta contemplatione matrimonij iam contracti, quo caſu, contemplatio matrimonij eſt cauſa impulſiua non finalis, ſecus in ea quæ fit dum contrahitur matrimonium, vel ratione matrimonij contrahendi cum certa perſona, vt fusè & eruditè docet d. Martin. à Cuena *in d. deciſ.* 10. *numer.* 11. *vſque ad fin.* & ante eum ſentire videtur Boërius *deciſ.* 353. *numer.* 10. vt mittam alias ſolutiones à Bec. *d. conſil.* 10. Roland. *d. conſil.* 44. *&* 70. *lib.* 4. datas. Quoad verò eos, qui in terminis docuerunt huiuſmodi donationem contemplatione matrimonij factam, eſſe ſimplicem, & non conferendam, ij vel ſibi contrarij ſunt, vel alijs rationibus in ſuo caſu mouentur, vel pauciſſimi ſunt: nam Crauet. qui *dict. conſil.* 85. *&* *conſil.* 114. eam ſententiam ex profeſſo tuetur, in donatione iurata contrarium ſentit *dict. conſil.* 102. *numer.* 4. non alia ratione ex Socino per eum allegato, quàm quia donatio à principio valuit: Ergo ea, quæ contemplatione matri16 monij fit, † cùm à principio valeat, etiam ſecluſo iuramento, Guid. Pap. *dict. quæſt.* 145. eſt conferenda: & ſic malè Crauett. per ſe ipſum reſpondit *dict. conſil.* 85. Ita vt etſi eſſet ſimplex donatio, falſa tamen eſſet reſolutio dict. conſil. Imò *in conſil.* 617. *numer.* 3. reſpondendo ad *dict. conſil.* 85. ait id 17 procedere † in donatione ſimplici facta à matre, quæ non conferunt, *l. illud in fin. Cod. de collation.* Socin. *conſil.* 91. *numer.* 8. Dec. *in dict. authen. ex teſtamento numer.* 8. non ita reſponſurus, ſi à patre facta fuiſſet: quòd ſi dictum conſilium intelligatur etiam in patre, ait ſe retractare ſuam in illo ſententiam, nec vitio dandum, ſi quis in melius ſententiam mutet. Roder. autem Suares illam quidem ſententiam non eſſe conferendam tenet, quòd cauſa matrimonij, non ſit cauſa neceſſaria, ſed impugnata per nos poſtea huiuſmodi ratione, falſa euincetur eius opinio, quæ etiam eſt contra communem, vt ex DD. ſuprà allegatis patet. Oſaſc. autem & Surdus ex alijs rationibus mouentur in ſuo caſu, nec ex ea ſola ita reſpondiſſent, vt patet ex lectura dictorum conſiliorum 62. & 143. ſed quia poſtea ſigillatim illis ſatisfaciemus, hîc ſuperſedebimus. Fachinæo verò *dict. cap.* 81. *libr.* 5. eundem Fachin. ſe nominatim retractantem opponimus *cap.* 64. *libr.* 6. qui in fortioribus terminis, nempe in ſimplici donatione non iurata, collationi locum eſſe contendit. Burſat. denique *conſil.* 189. *libr.* 2. nihil expreſſè firmat, & per tranſennam, aliúdque tractans, loquitur; imò refert, & non refellit Rolandum *conſil.* 70. in contrarium citatum. Non † obſtat 18 etiam ſi dicatur, ſimplicem eſſe donationem non ob cauſam, quia cauſa matrimonij eſt cauſa impulſiua, non finalis. Reſpondetur enim, imò verius eſſe, cùm agitur de matrimonio contrahendo cum certa perſona; vel, quod magis eſt, cùm donatio fit in ipſo contractu matrimonij, matrimonium eſſe cauſam finalem & non impulſiuam, vt eruditè docet Mart. à Cuena *dict. dec. Arrag.* 10. cauſa enim finalis, etiam in proprijs terminis, cùm agitur de collatione facienda, eſt ea, qua ceſſante, quis non erat eam facturus, Vitall. *in tract. de collat. qu.* 1. *numer.* 2. At neque pater hanc donationem feciſſet, ſi matrimonium non fuiſſet ſequutum, nec matrimonium celebratum fuiſſet, niſi donatio interfuiſſet, vt enim vxorem prædiuitem conſequeretur filius, pater hanc donationem fecit: ſequitur igitur, matrimonium cauſam fuiſſe finalem. Non obſtat, ſi dicatur non eſſe ob cauſam, ſed ſimplicem, ob verba, *purè, libere & ſimpliciter*, non propterea enim minùs eſt dicenda donatio ob cauſam, vt eruditè docet Becius *dict. conſil.* 10. *num.* 21.

Non † obſtat etiam, donationem propter nu- 19 ptias receſſiſſe ab auia, & propterea non eſſe de hac noſtra, vt de illa, idem iudicandum: nam etſi vera & genuina donatio propter nuptias, non ſit ampliùs in vſu, quæ nimirum fiebat vxori à patre mariti vel alio: tamen hæc in locum illius ſucceſſit, & in effectu per omnia illius naturam imitatur: illa enim fiebat pro aſſecuratione dotis, hæc quoque, præter alias cauſas, fit etiam pro aſſecuratione dotis: Illa non poterat alienari in præiudicium dotis, ita nec hæc, cùm bona ſemper maneant obligata pro dote, & ad ea recurretur, ſi alia non alienata non ſufficiant: illius partem ex pacto in caſum ſuperuitæ lucrabatur vxor, ſicut maritus partem dotis, ex eodem pacto; ita & huius, ſi malit contra hæc bona experiri vxor, partem lucratur ex pacto: & ſicut huius neque vſumfructum neque dominium vxor habet (niſi in caſu, in quo lucraretur ex pacto aliquam eius partem, & eo caſu eueniente;) ita nec illius vxor vſumfructum vel proprietatem habebat. Ita vt quemadmodum illa, donatio propter nuptias appellabatur, ſic & hæc nunc ex communi vſu loquendi appelletur. Ex quo fit, vt quamuis non fiat vxori, vt illa antiqua, eodem tamen iure quo illa ſit cenſenda, vt in terminis docet dominus à Laurentijs *dict. l. ſi emancipati, numer.* 237. *in fin. ex l. illud. ff. ad l. Aquil.* cùm verba intelligenda ſint ſecundùm communem loquendi conſuetudinem, *l. cum de lanionis, §. aſinam, ff. de fund. inſtruct. leg.* Alexand. *conſil.* 9. *numer.* 1, *libr.* 5. Alciat. notat *in rubric. de verbor. ſignific.* Crauett. *conſil.* 9. *numer.* 30. Atque hoc ſatis ſenſit, nimirum hanc in illius locum ſubſtitutam, & eodem iure cenſendam: Theſſau. *d. dec.* 32. *numer.* 10. & planè DD. ſuprà allegati paſſim, maximè Dec. Bertran. & Pariſ. *d. conſil.* 16. *numer.* 33. hanc vocant donationem propter nuptias, non quòd ignorarent differre ab illa antiqua, ſed quòd cognoſcerent vtriuſque eundem effectum, & idem Ius de vtraque ſtatuendum, nec illi Doctores, aut nos propterea dicimus hanc, de qua loquimur, confe-

rendam , quia tetera ſit donatio propter nuptias,
ſed quia quoad effectum ſunt eiuſdem naturæ, & ea-
dem ſit vtriuſque in materia collationum ratio, & hoc
ceſſante , ex alijs rationibus ſuprà deductis , dicimus
conferendam.

Non obſtat poſtremò , quoad primum illum arti-
culum,quo quæritur,an hæc donatio ſit ob cauſam,&
20 ideo conferenda , necne , quod † dicitur cauſam qui-
dem eſſe,ſed voluntariam non neceſſariam , qualis re-
quiritur in materia collationum, vt eſt dos & donatio
propter nuptias , Paul. de Caſtr. *in l. vt liberis 4. col. Cod. de collation.* Alexand. *ibid.* nam reſpondetur,non
eam hîc requiri neceſſitatem , vt nimirum pater coga-
tur date, ſed ſufficere neceſſitatem iuris naturalis, qua
compulſus pater donat filio , alij extraneo non dona-
turus, nec ipſi etiam filio , niſi cauſa illa ſubeſſet, &
cùm hic ſtimulus adeſt , non poteſt dici donatio vo-
luntariè facta , neque ſimpliciter & merè , ſed ob
cauſam , naturali ſtimulo, & neceſſitate quadam na-
turæ impellente , vt præter Roland. *dict. conſil.* 40. *&*
conſil. 70. num. 13. lib. 4. Picuni *num.* 196. & Berengar. *in 3. part. in 2. artic. num. 73. in d. l. in quartam*, Bec. *d. conſil.* 20.
num 28. docet clarè Cucch. *in dict. tract. de legit. titul. data inter viuos numer.* 28. *&* 29. poſt Rip. *in dict. l. in quartam.* faciunt notata per Couarru. *in cap. Raynaldus*, §. 2. *numer. 6. & 7. de teſtam.* Atque hoc ve-
21 rum eſſe neceſſariò concluditur ex eo quòd † data
ad militiam emendam imputantur & conferuntur,
quaſi in cauſam neceſſariam data , *leg. omnimodo, §. final. Cod. de inoffic. teſtam.* & ibi Doctores communi-
ter , maximè Odoffred. Fab. Cyn. Bald. Salicet. An-
gel. Fulgoſ. & Iaſo. Vaſq. *numer.* 103. vbi communem
affirmat , Bartol. *in l. 1. § . nec caſtrenſe, numer. 11. de collat. bonor.* quòd donatio facta à patre filio , vt Cleri-
22 catus † ordinem conſequatur , titulum ſcilicet patri-
monialem aſſignando , imputatur & confertur, Fab.
in §. vlt. inſtit. de inoffic. teſtam. Cucch. *d. loc. numer.* 30.
23 Quod mater dat filiæ † ex cauſa dotis , quæ tamen
aliunde dotem conſequi poterat , vel filio ex cauſa
donationis propter nuptias, imputetur Caſtren. *in l. quoniam Nouella, Cod. de inoffic. teſtam. & conſil.* 109.
numer. 11. lib. 1. His enim omnibus caſibus , nulla ne-
ceſſitas præciſa ſubeſt, quàm quæ ex ſtimulo natura-
li proficiſcitur, qui quamuis aliquis ſubſit in qua-
cumque donatione ; tamen non tantus adeſt, quan-
tus cùm huiuſmodi cauſæ matrimonij , militiæ, Cle-
ricatus & ſimiles ſubſunt , vt rectè animaduertit
Bec. *dict. conſil. 20. numer.* 22. quæ eo clariora reddun-
tur , quòd hæc donatio non in donatarij , ſed & ter-
tij , nempe vxoris , quæ alioquin talem virum non
fuiſſet acceptura, & ipſius donantis fauorem reſpi-
ciat, vt nimirum pater liberetur oneribus matrimo-
nij filij , maximè onere alimentorum tam filij,quàm
24 nepotum ab eo producendorum : Cùm enim † fi-
lius ducit vxorem diuitem, & habet vnde ſe alat,pa-
ter liberatur ab onere alimentorum , *leg. ſi quis a liberis*, *§. ſi filius ff. de liber. agnoſc.* vt per Curt. *in leg.*
25 1. *numer. 74. ſoln. matrim.* Quid enim † ſi magnum
numerum liberorum ſuſcepiſſet filius , qui non ha-
beret vnde eos aleret ? quid etiam , ſi vxor non
diues moreretur , moreretur & filius , relictis plu-
ribus liberis ? An non teneretur auus ? At certè
vtroque caſu ob locupletem dotem eo onere libe-
ratur. Eſt igitur donatio facta ob cauſam ipſum do-
nantem reſpicientem. Adde , poſſe etiam dici reſpi-
cere commodum donantis , quia conſequitur quod
exoptabat , nempe vt matrimonium locum habe-
ret , ex gloſſ. *in leg. final. ff. de vſu & habitat.* Ne-
uiſan. *conſil. 74. numer.* 13. Bec. *dict. conſil. 20. numer.*
17. vt mittam aliam rationem,qua hæc donatio reſpi-
cit commodum donantis ex fructibus dotis deſum-
ptam , allatam per Roland. *dict. conſil. 44. numer.* 20.
confirmatam ex Bartol. *in l. contra nurum. §. quoties, ff. rer. amotar. in l. ſi cum dote rem , §. transgrediamur ſolu. matrim.* Ruin. *conſil. 61. lib.* 4. ex quo etiam
tollitur aliud obiectum , quod ſolet afferri , dona-
tionem , ſcilicet , commodum donatarij ſolius
non debere reſpicere , cui cùm ex his ſatisfactum
ſit , non inſiſtam , vt de veritate talis obiecti diſ-
ſeram,de quo Roland. Bec. & cæteri ſuprà enarrati,
loquuntur.

Nec inſtandum præciſè patrem cogi ad dotem &
donationem propter nuptias , & propterea impu-
tari & conferri ; ergo ſemper cauſam præciſè neceſ-
ſariam requiri : Negatur enim omnino conſequen-
tia. Patet in matre dotante , vel donante propter nu-
ptias,patre dante ob militiam emendam , vel Clerica-
tum , quibus caſibus non cogitur, & tamen conferun-
tur & imputantur,vt ſuprà dictum eſt. Non eſt igitur
verum,ſi axioma proponatur hoc modo : Ea † tantùm 26
donata conferuntur, ad quæ quis cogi poterat ; Sed
ſimpliciter aſſerendum donata ob cauſam ſiue præciſè
& abſolutè neceſſariam , ſiue ex ſtimulo naturali &
neceſſitate quadam naturæ prouenientem conferen-
da & imputanda. Poſtremò , non eſt omittendum , † 27
hanc donationem , non ſolùm ex cauſa neceſſaria
ratione ſtimuli naturalis , ſed etiam quodammodo ex
cauſa præciſè neceſſaria, vt dos, veráque donatio pro-
pter nuptias videri factam: nam quantumuis ea in ſua
primæua natura non ſit ampliùs in vſu : tamen , cùm
etiam hodie pater cogi poſſit ad ſe obligandum pro
aſſecuratione dotis , & eo modo vis totalis & effectus
donationis propter nuptias manſerit , Ioan. Lup. *in rubr. de donatio. inter vir. & vxor. §. 21. numer. 3. & §. 22. numer. 1. 2. & 3.* Bald. *Nouell. in tract. de dot. priuile. 20. in princip.* & donatio de qua agitur , vt ſe liberet
eo onere obligandi bona pro dote & pactis dotali-
bus facta ſit, & in locum illius ſubſtituta, certè ne-
ceſſitate præciſè cogente cenſendus pater eſt eam fe-
ciſſe.

Vnus ſupereſt ſcrupulus de † donatione cauſa e- 28
mancipationis facta , quæ dicitur ob cauſam , non ta-
men neceſſariam præciſè , & tamen non imputatur in
legitimam , Graſſ. *§. legitima, quæſt. 22. num.* 7. Bartol. *in d. l. in quartam*, & Pic. *ibid. num.* 187. Vaſq. *d. §. imputari, num.* 259.

Reſpondetur enim , impropriè † dici donationem 29
ob cauſam & in præmium emancipationis : imò ea eſt
merè ſimplex, in qua nulla cauſa quoad patrem conſi-
derari poteſt , ob quam pater det filio , cùm potiùs
filius teneretur & deberet aliquid patri dare in præ-
mium emancipationis , quæ illi eſt profutura, vt futu-
rus ſit liber & lucra ſua omnino & in totum propria
facturus, text. eſt *in l. idem eſt §. cum autem Cod. de bon. quæ lib.* vt non mirum ſi dicamus hanc donationem ex
mera liberalitate , & non ex aliqua cauſa proce-
dere , vt in terminis docet Cucch. *dict. loc. num.* 14.
Ex quibus conficitur, donationem contemplatio-
ne matrimonij factam , de qua agimus , eſſe ob
cauſam præſentem , vel futuram talem , ob quam
& conferenda & imputanda ſit. Ex quo ſatisfactum
eſt iis , quæ circa hunc articulum ; an ſit donatio
ob cauſam conferenda nécne, in contrarium propo-
nebantur. Sed & nos vlteriùs progredimur: & con-
tendimus , etſi eſſet donatio ſimplex , quæ tamen re
vera non eſt , conferendam tamen eſſe.

Supereſt vt diluamus quæ ſecūdo loco proponebā-
tur, de cōiectura tacita mente donatoris,collationem pro-
hibere

hibere volentis, *ex conſil.* Oſaſc. 62. & Surd. 143. *lib.* 1. Quibus contenditur, quæcumque tandem hæc ſit donatio, eam tamen non eſſe conferendam, quòd eam collationem donator tacitè prohibuerit. Qua in re
30 duo præſupponenda ſunt: Vnum, quòd † quamuis contra Angelum *in §. illud quoque Nouell. de trien. & ſemiſ. & §. ſi verò expreßim Nouell. de hered. & falcid.* communior ſit ſententia, ſufficere prohibitionem generalem, vel quæ ex coniecturis eliciatur, dominus à Laurentijs *in d. l. ſi emancipati, num.* 188. tamen ex coniecturæ debent eſſe concludentes neceſſariò, quales profert d. dominus à Laurent. *d. loc. num.* 190. *vſque ad num.* 209. & docet ipſemet Surdus *conſil.* 361. *num.* 33. neque enim vnicuique permiſſum eſt fingere coniecturas; ſed tantùm à lege approbatæ, & neceſſariò concludentes debent hoc caſu operari, quo certa debet eſſe prohibitio, vt in ſimili docet Menoch. *conſil.* 85. *num.* 85. *cum ſeqq.*

31 Alterum, verba † ex quibus coniecturæ deſumuntur, non debere eſſe talia, quæ poſſint referri ad multa: nam ſi talia ſint, ea nihil concludent, vt diſcedamus à diſpoſitione iuris communis, vt in ſimili docet Alexand. cùm agitur de coniecturata mente teſtatoris *in conſil.* 139. *num.* 4. *lib.* 6 per multa quæ ibi allegat, quem ſequitur Ruin. *conſil.* 153. *lib.* 2. Nat. *conſil.* 678. Pariſ. *conſil.* 44. *num.* 25. *& conſil.* 89. *num.* 10. *cum ſeqq. lib.* 2. Nec mirum; quæ enim ſe habent ad eſſe vel non eſſe, nihil concludunt, & quæ ad diuerſa referri poſſunt, vnum non arguunt neceſſariò, *in l. neque natales, cum ſimilib. Cod. de probat.* & communis ſenſus non permittit, vt contra diſpoſitionem iuris, velimus fingere donantem voluiſſe aliquid ex his verbis, quæ ad diuerſa referri poſſunt. Quibus ſtantibus, facilis eſt reſponſio ad dictas coniecturas & conſilia, ſequendo ordinem Surdi.

Prima & ſeconda de allodio, non ſunt niſi quoad domum in contractu deſignatam, quæ dicitur eſſe, *franche en alod.* Sed hoc expreſſum eſt ad differentiam aliorum prædiorum datorum, quæ ab eodem dicuntur ſeruilia, non vt quoad materiam collationis quidquam inde poſſit elici; & præterea quid commune habet allodium cum collatione? quæ ſeparata cùm ſint, nihil ex his inferri poteſt, *l. Papinianus exuli, de minor. l. final. de calumn.* Ad tertiam & quartam *num.* 24. *vſque ad num.* 32. poteſt etiam facillimè reſponderi; ſed quia non adſunt in noſtro caſu, in eis non admodum inſiſto: Etſi enim promiſerit donans non contrauenire, non tamen ſub eadé clauſula, in qua ſe fundat Surdus, in cuius caſu promiſerat non contrauenire; etiamſi de iure poſſet.
32 Præterea † quomodocumque promiſiſſet non contrauenire, vel non reuocare, vel non impugnare: nihil tamen ex iis fit, cùm agitur de collatione facienda: Nam per collationem non reuocatur, aut impugnatur donatio: ſed dicitur tantùm, quòd debet conferri ſi donatarius velit ſuccedere vt æqualitas ſeruetur, iuxta iuris diſpoſitionem: eſt enim in poteſtate donatarij non conferre, ſi non ſuccedat, ad hæc non contrauenit, cùm maneant ſuæ res donatæ, ſed tantum minus ex cæteris accipiat, *l. vt liberis l. illud l. ſi donatione l. ſi emancipati*, & ibidem DD. *Cod. de collation.*

33 Quinta coniectura *numer.* 33. ex reſeruatione † vſusfructus ſumpta, quaſi ſi collatio facienda eſſet, futura ſit inutilis, quòd ſucceſſurus ſit æqualiter cum aliis, planè omnino eſt vana. Quid enim ſi pater illi tantùm legitimam relinquere voluiſſet? Quid ſi donatarius moreretur ante patrem, quo caſu potuiſſet proprietatem inter viuos donare, potuiſſet & hæredibus relinquere, ſi aliquo caſu teſtari poſſet? Quid ſi filiam reliquiſſet tantùm auus? abſque dubio maſculum ſuperſtitem inſtituturus eſſet hæredem, quia neptis extra familiam itura eſſet: at per huiuſmodi donationem illi conſulitur. Quid ſi deinde illa neptis moreretur? præmortuo patre, ſuperſtite auo, mater res donatas habitura eſſet tanquam proximior, *§. 2. Nouell.* 118. Non igitur inutilis futura eſſet donatio. Quinimo multi ex doctoribus ſuprà allegatis vim faciunt in reſeruatione vſusfructus, vt tantò faciliùs dicatur collationem eſſe faciendam. Denique, huiuſmodi coniecturam, quòd nullam donatio afferret vtilitatem, neque veram, neque concludentem docet ipſemet Surd. *conſil.* 361. *numer.* 32. *&* 33. Poſtremò, pater reſeruauit quidem vſumfructum, ſed loco illius promiſit annuam quantitatem tritici, olei, vini, & ligni.

Ex quo etiam tollitur ſexta coniectura *numer.* 34. *&* 35. verum † enim eſt factam eſſe, vt matrimo- 34
nium ſortiretur effectum, & vt pinguiorem dotem filius haberet: ſed tantum abeſt, vt hæc ſit ratio præſumendæ prohibitionis collationis, quin potiùs ea eſt vera ratio, ob quam hæc donatio dicitur ob cauſam finalem, & propterea conferenda, vt ferè omnes ſuprà allegati, maximè Pariſ. Rolan. Bec. Martin. à Cueua & Maſuer. docent. At, inquit Surdus, remaneret vxor decepta: Hoc negatur; habet enim intentum, nempe vt in omnem euentum ſit ſecura de tertia parte, & aliis rebus donatis, ob cauſas in præcedenti coniectura enarratas: At, inquit, exiſtimabat eam tertiam partem præcipuam. Reſpondetur enim, id debuiſſe dici: propoſitum enim in mente &c. *l. ſi repetendi, Cod. de condict. ob cauſ.* & cùm ſcire deberet, iure communi cautum huiuſmodi donationes conferendas, cuius † ignorantia 35
ipſam non excuſat in lucris vt hîc, *l. quamuis l. vlt. C. de iur. & fact. ignorant.* debuit ſibi prouidere: Imò debuit potiùs præſumere eas eſſe conferendas, quia cùm donans haberet alium filium, debuit credere voluiſſe ſeruare æqualitatem, iuxta iuris communis præſumptionem & diſpoſitionem. At, inquit, per collationem fiet deminutio donationis. Hoc non eſt verum: neque enim aufertur proprietas rerum donatarum: ſed tantùm fit collatio minùs accipiendo de hæreditate, *dict. l. vt liberis, l. illud, l. ſi donatione, l. ſi emancipati*, & omnes DD. *in Authen. ex teſtamento C. de collation.*

Septima coniectura *num.* 36. quòd † nimirum de- 36
beat fieri lata interpretatio in donatione & fauorabilis, *cap. cum dilecti de donatio.* ſi concluderet, nunquam quærendum eſſet, an pleræque donationes, quas omnes fatentur conferendas, eſſent collationi ſubiectæ. Et certè res ita ſe habet, ſi in verbis ſit aliqua ambiguitas, quid nempe cenſeatur donatum, illud, vel illud, ſit fauorabilis interpretatio, vt patet *ex d. ca. cùm dilecti*, & ibi DD. non autem ſi de re extra & poſt contractum donationis accidente agatur, vt hoc caſu, an donatio ſit conferenda necne, ſi ſuccedere donatarius velit, maximè repugnante iure communi, quo debet fieri collatio, niſi expreſsè prohibeatur: neque enim huiuſmodi interpretatio lata facienda eſt contra expreſſam iuris communis diſpoſitionem, niſi aliunde de mente conſtet. Præterea non eſt verum ad vtilitatem donatarij tantùm factam, vt præſupponit Surdus. Eſt enim facta etiam in fauorem donantis & tertij, vt ſuprà docuimus ex Bec. *dict. conſil.* 20. *num.* 15. Ita vt contra ipſum donantem, qui ſibi etiam voluit conſulere, non ſit facienda talis interpretatio.

37 Octaua non obeſt, *nu.* 37. ſumpta † ex generali re-
nunciatione quæ fit maximè omni iuris, legum & ſta-
tutorum auxilio: neque enim eſt adiecta in hac dona-
38 tione, & caſu quo eſſet appoſita, dico quòd illa † clau-
ſula, ſicut ſimiles generales renunciationes recipiunt
reſtrictionem ad ſimiles caſus, expreſſis præcedenti-
bus tantùm, non autem extenduntur ad fauorabiles
vel ad maiores, ſed ad minores, vt declarat Hyppol. de
Marſil. *in rubr. de fideiuſſor. num.* 31. Ripa *in l. ſi vnquam
quæſt.* 52. *Cod. de reuocan. donation.* Pariſ. *in conſil.* 110. *num.*
94. *lib.* 1. Præterea naturaliter reſpondetur, illas clau-
ſulas operari, ne vllo modo poſſit impugnari contra-
ctus, & vt ſemper remaneat firmus, & per collatio-
nem non propterea minùs manet firmus, ſed ſi ſucce-
dere velit, tanto minùs accipiet, *d. l. vt liberis, & l. illud,*
DD. *in d. Auth. ex teſtamento, C. de collation.* Non impu-
gnatur igitur donatio: imò manet firma: ſed minùs ac-
cipitur de hæreditate. Ad hæc ſuprà doctum eſt, dona-
tionem etiam ſimplicem intaram conferri: At † iura-
39 mentum habet vim illarum clauſularum, *l. cum pater
§. filius matrem, ff. de leg.* 2. & cuiuſuis renunciationis;
Ergo illæ clauſulæ expreſſæ non poſſunt inducere pro-
hibitionem collationis, generalis enim renunciatio
æquipollet ſpecificæ & indiuiduæ, Bald. & Salicet. *in
l.* 1. *Cod. commod.* Seraph. *de priuileg. iuramen. priui.* 56.
numer. 2. *& priuil.* 75. *numer.* 60. Alyn. *de executio.* §. 9.
cap. 124.

Quantum verò attinet ad coniecturas nonã & vn-
decimã *n.* 38. *&* 39. eę omniũ validiſſimæ ſunt & propter
quas ita reſpõdit Surd. alioqui, abſq; dubio, ita non re-
ſpõſurus: quòd nimirũ donator promiſerat donatariũ
facere in dictis bonis donatis potiorẽ & anteriorẽ cæ-
teris, & aduerſarius faſſus fuerat, patris mentẽ fuiſſe,
quòd donatio hæc eſſet præcipua, & minimè confe-
40 renda. Nulla † autem poteſt eſſe melior probatio,
quàm proprij oris confeſſio, *l. cùm oo, C. de tranſact.* eſt
enim major quocumque publico inſtrumento, Ro-
lan. *conſ.* 71. *num.* 40. *& ſeqq. vol.* 2. ſed eæ non ſunt in no-
ſtro caſu, ideoque abſque dubio contrarium reſpon-
dendum.

Decima conjectura, quæ per tranſennam interſeri-
tùr à Surdo inter *num.* 38. *&* 39. à clauſulis & juramen-
tis deſumpta, eneruatur ex ijs quæ ſuprà diximus ad
octauam conjecturam. Sed & ad majorem corrobora-
41 tionem dicimus, † verba, *perpetuò valitura, & pro ſe &
ſuis, & quòd ſortiatur effectum omni meliori modo,* id ſo-
nate, vt bona donata durent, & maneant perpetuò
pro ſe & ſuis hæredibus (neque enim donauit d. do-
mino Laurentio & ſuis, ſed Laurentio, pro ſe & ſuis
ſtipulanti) vt, inquam, pertineant ad d. dominum Lau-
rentium & ſuos non ſolùm conſtante matrimonio, ſed
42 etiam † eo ſoluto, cùm alioquin intraret diſpoſitio *l.
dos à patre profecta Cod. ſolu. matrim. & l. profectitia, ff.
eod. vt donatio propter nuptias,* & hæc etiam, quæ in hoc
articulo ei omnino æquiparatur, ad donantem ſicut
dos à patre profecta, ad donantem redeat, vt docet
43 Guid. Pap. *deciſ.* 146. *&* 147. vbi etiam dicit † quòd illa
verba, *ad habendum, faciendum,* ſignificant patrem do-
natorem voluiſſe dictam donationem propter nuptias
(ita enim cum illo & ferè omnibus licet appellare) fi-
lio factam, durare tam conſtante, quàm diſſoluto ma-
trimonio, & eſſe perpetuam & irreuocabilem, & vt o-
mni meliori modo valeat; non autem illa verba exclu-
dunt collationem, quæ non aufert res donatas, ſed eas
illi præcipuas relinquit, ſalua collatione, minùs de hæ-
reditate accipiendo, & idem tradit Pariſ. *d. conſ.* 16. *lib.*
2. non omittẽdum, Surdum nullam vim facere in clau-
ſula, *pro ſe & ſuis ſtipulanti* (etſi Oſaſc. *d. conſ.* 62. *in* 2. *con-
jectur.* eam ponderaret, ſine ratione tamen, vt ſuprà di-
ctum eſt;) ſed ſolùm quando pater dat per ſe & ſuos,
quæ hîc non adeſt; quæ quamuis adeſſet, nihil officeret
ex ſuprà deductis.

Quoad juramentum, firmat † contractum inuali- 44
dum, ſed non ſupplet conſenſum, nec facit velle do-
nantem, id de quo non dixit, *l. fin. C. de non numer. pecu.*
Roman. *in conſ.* 517. *col. penult.* Aretin *in conſ.* 24. Seraph.
de Seraph. *tract. de priuil. juram. priuil.* 61. *num.* 6. Deni-
que, tantum abeſt, vt juramentum inducat prohibitio-
nem collationis, quin potiùs vbi aliàs ſimplex non de-
beret conferri, propter juramentum conferretur, Ale-
xan. Jaſ. Dec. & cæteri *in d. Authent. ex teſtamento,* Barth.
in l. 1. §. *nec Caſtrenſe, de collatio. bonor.* Crauet. *conſ.* 102.
num. 4.

Promiſſio † euictionis nihil etiam concludit ad col- 45
lationem, ſed cùm pater donans non teneretur de eui-
ctione, inceperat enim à traditione, Anton. Trigon.
ſingul. 21. Crauet. *conſ.* 64. Boer. *deciſ.* 67. Viui. *opin.* 214.
Propterea cautum eſt nominatim vt de euictione † te- 46
neatur, cujus natura eſt, vt non habeat locum niſi res
euincatur ex cauſa antecedente contractum, cujus oc-
caſione petitur euictio, non ſi quid poſtea accidat, *l.
cùm tibi C. de euictio. l.* 3. *l. cùm in venditione. & l. Lucius
ff. eod.* Puræus *deciſ.* 381. *part.* 3. Cabal. *de euict.* §. 5. *n.* 52. Ad
hæc, hoc contingit ex facto donatarij; dependet enim
à voluntate donatarij, ne conferat non ſuccedendo: i-
mò & ſuccedendo, non minùs habet rem, ſed tantum
minus accipit de reliquis bonis: At quoties euictio
contingit facto ejus à quo euincitur, non eſt ei locus,
nec ea ſe juuare poteſt, *l. fundum meum, l. hoc jure, l. ſi
cùm venditor, §. ſi ſecundus, ff. de euictio, l.* 2. *C. eod.* Caball.
d. §. 5. *nu.* 2. *& n.* 51. Poſtremò, ſi verum amamus, hîc res
non euincitur; ſed facto donatarij tantùm turba pro-
cedit, † nihil vt ex ea promiſſione euictionis ad prohi- 47
bitionem collationis induci poſſit.

Ex quibus patet has omnes conjecturas, quæ ex
clauſulis in contractu matrimonij appoſitis eliciũtur,
nihil omnino concludere ad collationem: ſed omnes
illas clauſulas propriam & ſeparatam cauſam habere,
propter quam appoſitæ ſunt, vt ex illis nullo modo
debeamus præſumere teſtatorem contra jus commu-
ne quidquam ſtatuiſſe: imò ex eo quòd nulla fiat men-
tio collationis, nec ad eam neceſſariò referantur, ſe-
quitur collationem remanere in diſpoſitione juris
communis, *l. commodiſſimè ff. de liber. & poſt.* quod † jus 48
commune, ratione æqualitatis ſeruandæ, inter liberos
admittit collationem, niſi expreſsè prohibeatur; *d. Au-
thent. ex teſtamento,* & † in dubio præſumuntur partes 49
ſe conformare juri communi, *l. nemo poteſt. de leg.* 1. *l.
cùm ita, §. in fideicommiſſo, de legat.* 2. cum ſimil. Adde,
has clauſulas omnes eſſe ſolitas apponi in contracti-
bus omnibus donationum inter viuos, excepta eui-
ctionis clauſula, quæ tamen habet ſpecialiſſimam ra-
tionem cur appoſita hîc ſit: ita vt ſi hunc effectum
prohibitionis operarentur, vana eſſet communis DD.
ſententia ſuprà propoſita, hanc donationem eſſe ob
cauſam, & cõferendam; & ſatis videntes eas nihil con-
cludere, ne mentionem quidem illarum faciunt, ma-
ximè Bec. *d. conſ.* 20. qui in eadem cauſa ſcripſit, in qua
Surdus: conjecturæ enim, vt ſuprà præmiſi, debent eſ-
ſe concludentes & non ad alia, quàm ad collationis
prohibitionem referri. Et Surdus, abſque dubio ex
his conjecturis non reſpondiſſet contra collationem,
cùm pleraſque ex his reprobet *conſ.* 361. *n.* 32. *vſque ad fi.*
eas enim profert pro corroboratione ſuæ ſententiæ,
non vt ex illis in eam deſcenderet, in quam iuit ob
nonam & decimam conjecturam, quòd pater dixiſſet
potiorem & priorem filium, &c. & ob confeſſionem
aduerſarij, quæ cùm non adſint in noſtro caſu, nulla

facienda

facienda eſt vis in hoc conſilio, quæ eo maximè aſſerenda ſunt, quòd Surdus conjecturas, quæ ſunt in noſtro caſu, nullius authoritate confirmet, ſed ex ſuo capite, per rationes à ſimili probet, quæ tamen abſque dubio aliò tendunt. Corroborantur hæc, quia pater in teſtamento nominatim dixit, ſe ambos filios æquis partibus inſtituere hæredes, clarè demonſtrando voluntatem ipſius eſſe, vt æquales ſint, & æqualitas inter eos ſeruetur; Surd. *d. conſ. 361. nu 35.*

Quod duodecimo & poſtremo loco per Surdum proponitur; tantum abeſt, vt nobis obſit, quin nihil aliud petimus quàm quod concludit Surdus: id enim tantùm euincit, & eſt verum, inuentarij confectionem & proteſtationem operari, ne donatarius ſit in damno, ſi forſan hæreditas eſſet grauata ære alieno, aut ſi res donatæ excederent dimidiam partem hæreditatis, tunc enim propter inuentarij confectionem res donatæ ſibi remanent præcipuæ: ſed ſi lucroſa ſit hæreditas, non negat Surd. eam donationem conferēdam, minus ſcilicet accipiendo, ſatiſque ſibi putat eſſe, modò ne ſit in damno, & ſatis cauſæ ſuæ nō fidens, etiam vt damnum euitet, concludit, quòd ſi omnia per ſe propoſita non poſſint ipſum liberare à collatione, declarat hunc non intendere eſſe hæredem patris, propter declarationem quam fecerat in aditione hæredi-
50 tatis † cum beneficio legis, quo tempore proteſtatus fuerat, ſe non intendere adire alio modo, niſi bona ſibi donata remaneant ſine onere, quo caſu concludit *num. 43. & ſeq.* haberi quoad ipſum hæreditatem pro repudiata, & non erit, inquit, collationi locus, quia is ſolus confert qui vult ſuccedere, non qui repudiat, *l. fin. ff. de collatio. dot.* quæ nos etiam dicimus vera: ſi enim magnificus dominus Aduocatus nolit ſuccedere, non conferet, vel ſi ſuccedat, non erit in damno propter inuentarij confectionem: ſed ſi lucrari velit & aliquid conſequi, conferre debebit, tanto minus accipiendo.

Quoad Oſaſc. ei ſatisfit ex ijs quæ ad Surdum dicta ſunt; ſunt enim ex ipſæ conjecturæ, quibus ſuprà reſpondebimus: ſed tamen vt omnis ſcrupulus tollatur: quoad quartam *num. 11.* ſumptam ex clauſula, *ita vt de rebus donatis poſſit agere, diſponere*, &c. ea, ſi forſan in extenſo noſtræ donationis poneretur, nihil omnino concluderet ad collationem: neque enim collatio impedit quominus de rebus donatis poſſit diſponere, ſed tantùm ſi ſuccedere velit, tanto minus conſequi debet.

Id non omittendum, malè Oſaſc. contendere, non eſſe donationem ob cauſam, quòd conditio ſit purificata, & matrimonium ſequutum: nam, quod dicitur,
51 † paria eſſe, actum eſſe purum vel conditionalem, ſi modò conditio extiterit; hoc verum eſt, vt nimirum ex actu conditionali purificato agi poſſit, ac ſi purus eſſet, quòd nimirum cōditio, qua pendente actus ſuſpendebatur, extiterit, Bald. *in l. cū teſtam. in fi. C. de manum. teſtam.* & Ruin. *conſ. 139. n. 7. vol. 2.* Damodher *in ſuo enchirid. parium, verſ. actus purus, & verſ. contractus purus*, allegati per Oſaſc. ſed hoc quid ad rem noſtram? Neque enim id quæritur, ſed an donatio ſit ſimplex, an ob cauſam, quod rurſus inuoluens ſe & confundens
52 conditionem cum cauſa cōtendit, † ſi ob cauſam quid fiat, cauſa ſecuta purificatum eſſe actum; verum & quoque illud eſt, vt nimirum repeti non poſſit res condictione ob cauſam, qua non ſequuta vel extincta, abſque dubio repeteretur, & in his terminis loquuntur Juteconſulti *in l. ſi donaturus, ff. de condit. cauſ. dat.* & Damodh. *in enchir. parium, verſ. cauſa extincta*: ſed quòd propterea ſequatur donatio ſimplex, non ſequitur, & miror tantum virum, hujuſmodi rationem attuliſſe: nam ſi vera eſſet, ſequeretur inutiles eſſe diſputationes in hac materia de donationibus ob cauſam: imò & de dotibus ipſis & veris donationibus propter nuptias, fiunt enim ob cauſam, vt matrimonium ſequatur, & nunquam de ijs agitur niſi poſtquam nuptiæ ſequutæ ſunt, & cauſa adimpleta, & tunc ſi diceremus eſſe ſimplices donationes vel conſtitutiones, hoc eſſet omnino abſurdum.

Ex quibus omnibus patet ſolutio clara ad dictum conſ. Surd. & Oſaſc. primò, quia etiam in ſuis caſibus res erat admodum dubia: hinc enim inde grauiſſimi & doctiſſimi viri conſuluerunt in eadem cauſa, vt ipſemet Surd. *in princip.* aſſerit, nec an pro eo ſententia lata fuerit conſtat.

Secundò, non ſunt in hoc caſu conjecturæ, ob quas potiſſimum ita reſponderunt.

Tertiò, non concludunt, filium donatarium & hæredem Lucium poſſe capere ex hæreditate non conferendo: ſed ſolùm non debere eſſe in damno propter confectionem inuentarij.

Quòd ſi quis, præter Surdum, vellet facere vim in verbis, *poſt mortem valitura*, quæ in contractu matrimonij d. domini Laurentij adſunt. Reſpondetur, illa
non obſtare, † quia non alterant naturam donationis 53
inter viuos, quæ manet irreuocabilis, licèt non ſortiatur effectum, niſi poſt mortem, vt declarat Alexand. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta, de verb. obligat. in l. quæ dotis, col. 5. & 6. ſolut. matrim. & conſ. 14. lib. 1.* Pariſ. *in conſil. 16. col. 1. & 2. lib. 2.* & mentio mortis facta eſt per modum dilationis, Bald. *in l. 2. C. de jur. doti.* & Doctores paſſim hoc tradunt. Uno verbo, hæc verba reſpiciunt executionem manente donatione à principio firma, Crauet. *conſ. 677. n. 1.*

Concluditur igitur ex ijs, donationem hanc conferendam, nec vllam legitimam conjecturam eſſe in contrarium.

Quoad ſecundum caput diſputationis; An † hæc 54
donatio in legitimam imputari debeat: certè, cùm ſit donatio ob cauſam, vt ſuprà demonſtratum eſt, dicendum eſt, abſque dubio imputandam, *l. quoniam nouella, l. ſi quando §. generaliter C. de inoff. teſtam.* Crauet. *conſil. 136. n. 1.* poſt Alexand. *conſ. 50. & conſ. 117. lib. 6.* & Socin. *conſ. 18. & conſ. ſeq. lib. 4.* Cucch. *d. tract. de legit. rubr. data inter viuos, n. 12.* & in terminis † hanc donationem con- 55
templatione matrimonij factam, imputandam docent Pic. *in d. l. in quartam, n. 192. & 196.* Ruin. *ibid nu. 42.* Berengar. *in 3 part. n. 72.* Rol. *d. conſ. 44. n. 31.* Bertrand. *conſ. 337. per tot. lib. 3. prior. & conſ. 270. n. 3. vol. 6.* & alij ſuprà citati, qui cùm de collatione loquuntur, plerique etiam de imputatione in legitimam mentionem faciunt.

Præterea etſi eſſet ſimplex, non propterea tamen minùs imputanda, quia æquiualet & excedit legitimam, vt ſuprà edoctum eſt.

Poſtremò ſi eam viam eligeret d. dominus Laurentius legitimam petendi, & repudiandi hæreditatem, ſi id facere poſſet, cùm jam hæreditati ſe immiſcuerit, in-
traremus in illam difficultatem; An † filius, retenta le- 56
gitima, repudiare hæreditatem paternam poſſit; in qua ea eſt communis & vera ſententia, non poſſe, ſiue ſola ſit hæres; ſiue habeat cohæredem; quia non poteſt pro parte adire, pro parte repudiare, Bartol. & alij *in l. 1 de vulg.* Dec. *in l. 2. n. 5. C. de impuber.* omnes referens. Trentacinq. *de ſubſtit. part. 1. cap. 10. n. 24.* & nouiſſimè Fachinæ. *controuer. jur. lib. 4. cap. 65.* etſi Corne. *in d. l. 2.* Faber *in Auth. nouiſſima, C. de inoffic. teſtam.* & Roma. *in l. 1. ff. de acquir. hæred.* contrarium ſenſerint. Sed in caſu noſtro res eſt extra dubium, † quia hæres, qui ſemel adiuit, non poteſt ampliùs hæreditatem repudiare, niſi

facto inuentario doceat ſe perdere,& nihil ex hæreditate ſibi remanere, Putæ *lib.3.deciſ.264.* Dec. *in l.ex qua perſona de regul. jur.* etiam dato cohærede &ſubſtituto, Couarr. ait communem *in cap. Raynutius §.11.n.31.in fin. de teſtam.*

Ad poſtremum caput: An dictum officium conferri debeat,&, quod magis eſt, imputari in legitimam; 58 reſolutiuè reſpondendum eſt † debere conferri & imputari. Certa enim eſt & communis DD. ſententia, quòd quando officium vendi & transmitti poteſt ad hæredes, vel tantùm vendi, vel tantùm transmitti, ejus æſtimationem conferendam & imputandam in legitimam, Odoffred. Alber. Bald. Angel. Salic. Fulgoſ. Aretin. Jaſ. Barth. *in l.1. §.nec caſtrenſe*, vbi omnes, *ff. de collation. bonor.* Barth. *in l.in quartam, ff. ad l. Falcid.* vbi latè per Angel. Imol. Alexan. Rip. Pic. Ruin. Bereng. & Bald. *in l.omnimodo §.imputari num.3. de inoff. teſtam.* Gomeſ. *in ll. Tauri, l.29. nu.21.* Vaſq. *de ſucceſſ. creat. §.30. lib.3. in repet. §.imputari n.203.* Vitalin. *tract. de collat. q.28.* Graſſ. *in §.legitima q.26.*

Nec obſtat ſi dicatur officium, de quo agitur, non poſſe vendi, cedi, & renunciari, ſine conſenſu ſummi Pontificis; illaque impoſſibilium loco habeantur, quæ 59 † à Principe ſunt impetranda, *l.apud Julianum, § conſtat. de leg. 1.* & ob id, non conferri ſenſerit Nicol. de Ubald. *in tract. de ſucceſſ. ab inteſt.* quia tamen venditioni ſeu ceſſioni ſummus Pontifex annuere conſueuit, minimè impoſſibilis impetratio habetur, argum. *l.1. §.permittitur, ff. de aqua quotid. & æſtiu. l.quidam relegatus, ff. de reb. dub.* Ideò communi calculo, & verè receptum eſt, æſtimationem dictorum officiorum conferendam, vt in terminis docent Caſtrenſ. *in l.omnimodo, §.imputari, n.5.* Jaſ. *ibid. n.2.* Rip. *n.163.* Couar. *variar. reſolut. lib.3. cap.19. in fin.* & nouiſſimè Cucch. *in d. loc. num. 34 & 35.*

Neque etiam dicendum, non agi de acquiſitione officij, cùm jam id pater haberet, remiſeritque per viam coadjutoriæ filio quaſi cùm donat expreſsè, conferri non debeat.

Reſpondetur enim non expreſsè donaſſe filio, ſed ſimpliciter remiſiſſe: ac certum eſt, cùm ſimpliciter acquirit, aut ſimpliciter remittit filio, nõ expreſſa cauſa donationis, id conferri, vt Crauet. qui alioquin poſſet in contrarium allegari, docet *conſ.136.n.3.* præterea etſi expreſſiſſet cauſã donationis, idẽ eſſet ſtatuẽdum, quia donatio à principio valuiſſet, tum ex natura ſua, tum propter juramentum, quo caſu collationi locus eſt, vt ſuprà demonſtratum fuit. Æſtimatio † autem dicti officij non quo tempore emptum, aut conceſſum, ſed quo mortuus fuit d. dominus Aduocatus, facienda eſt, Bald. *in d. l.omnimodo, §.imputari, num.3. verſ. pene exemplum, C. de inoff. teſtam.* 60

Pro hujus cauſæ deciſione fuerunt electi quatuor arbitri juris, juxta ſtatutum noſtrum Auenion. cùm ageretur inter fratres, quorum ego vnus eram, & cùm diſcordes eſſemus in votis; Arbitris d. domini Laurentij, collationi non eſſe locum, d. verò domini Henrici eſſe locum, exiſtimantibus, & ſuperiora ſcripta per votorum noſtrorum in fauorem d. domini Henrici confirmatione, Illuſtri domino Laurentino Auditori domeſtico Illuſt. & R^mi^ Caroli de Comitibus, tunc Vicelegati Auen. nunc ſanctæ Rom. Eccleſiæ Cardinalis, in quintum electo, dediſſemus; is voluit exquirere votum magnifici quondam domini Hieronymi à Laurentijs Rotæ Aueniomenſis Decani, & quo præceptore Jurisprudentiæ ego ſtudueram, ac cujus tunc Rotæ coadjutor eram, quique annos natus nonaginta, cum magna probitatis & vitæ integritatis opinione, ne voce ſanctitatis modeſtiæ cauſa vtar, deceſſit anno Domini 1606. & 4. Julij. Is igitur votum dedit ſuum in fauorem domini Henrici, eſſe ſcilicet d. donationem conferendam, & quoad officium de conſenſu d. Henrici, vt eo modo lis terminaretur amicè, in fauorem d. Laurentij, quemadmodum ſcripto declarauit d. dominus Hieronymus à Laurentijs, illud ſeu ejus æſtimationem de jure conferendam, ſed pro bono pacis conſentiente d. Henrico, contrarium in ſuo voto ſtatuiſſe. Juxta ejus votum d. dominus Laurentinus ſententiam tulit, acquieuit Henricus, appellauit Laurentius, cauſamque in Rota Rom. committi curauit, tandemque ea remiſſa fuit Illuſtriſſimo Vicelegato pro d. ſententiæ executione, quæ reipſa executa fuit, & diuiſio bonorum juxta ſententiam facta.

CONSILIVM XX.

ARGVMENTVM.

DE Subſtitutione poſt mortem donatarij in contractu donationis appoſita, ſeu ejus ſpe in hæredes ſubſtituti, ante donatarium defuncti transmittenda.

SVMMARIVM.

1 *Ad fideicommiſſum in donatione pacto inductum, agitur conditione ex lege, vel vtili in rem actione.*

2 *Spes & jus fideicommiſſi ſub conditione mortis in contractu appoſiti, non transmittitur ad hæredes, contra,* nom.5.

3 *In vltimis voluntatibus, fideicommiſſum conditionale non transmittitur, niſi ex conjecturis &* nu.20.

4 *Fideicommiſſum, ſiue eo ſiue alio nomine appelletur in contractibus fieri poteſt.*

6 *Iura conditionalia, quæ ex contractu procedunt veniũt in confiſcationem bonorum.*

7 *Nemo poteſt in teſtamento eam ſibi legem dicere, vt à priori recedere non liceat.*

8 *Ex pacto in contractu appoſito, quo poſt mortem rem donatam quis conſequitur, ſtatim actio donatario quæritur, ſed executio tantùm differtur.*

9 *Nihil refert vt transmiſſio ex contractu fiat, ſiue conditio expreſſa, ſiue dies incertus appoſitus ſit.*

10 *Secundus donatarius vocatus in contractus poſt mortem primi, ſi moriatur ante eum, transmittit ſpem & jus ſuum ad hæredes.*

11 *Mentio mortis, vel clauſula,* poſt mortem, *quoad effectum transmiſſionis facienda, vel non facienda, non habet vim conditionis.*

12 *Mentio mortis, vel clauſula,* poſt mortem, *differt à conditione,* ſi ſuperuixerit.

13 *Maxima eſt differentia inter conditionem expreſſam, & quæ tacitè ineſt, quoad effectum transmiſſionis.*

14 *Alciati conſilium tertium libro octauo, quomodo intelligatur.*

15 *Fidei-*

15 *Fideicommiſſum conditionale ob qualitatem maſculinitatis excluſa propria filia, adjectum trãſmittitur.*
16 *Extenſio paßiua, maximè in contractibus, de perſona in perſonam eſt prohibita.*
17 *Argumentum ab abſurdo euitando validißimum eſt.*
18 *Donatarius, cui dati ſunt ſubſtituti, ſi moriatur ante donantem, per mortem ſubſtitutorum facta caduca ſubſtitutione, ipſe & ejus hæredes res donatas conſequuntur.*
19 *Clauſula*, pleno jure, *impedit detractionem Falcidiæ & Trebellianicæ, non tranſmißionem.*
21 *Cùm de ſucceßione patrui magni agitur, filij non intrant, nec repræſentant perſonam patris.*

ANno Domini 1578. & 27. Januarij, nobilis quondam Laurentius de Peres, donatione pura, ſimplici & irreuocabili, quæ fit & fieri dicitur inter viuos, poſt mortem tamen valitura, dedit Magnifico & Spectabili quondam domino de Paniſſe, præſidi in Curia generali Occitanæ Prouinciæ in ciuitate Montiſpeſſulana, ejus ſorori abſenti, notario pro ſe & ſuis hæredibus & ſucceſſoribus ſtipulante, omnia bona mobilia & immobilia, jura & actiones, præſentia & futura; viuſfructu, vita d. de Peres durante, eidem reſeruato, necnon ſumma centum aureorum, de quibus diſponere poſſet, cum pacto, quòd ſi d. dominus Petrus decederet ante dictum de Peres, omnia dicta bona peruenirent ad nobilem Violantam de Peres d. domini de Paniſſe vxorem, ac dicti donatoris ſororem, ac poſt ejus mortem ad filios maſculos legitimos, de legitimo matrimonio procreatos, dictorum de Paniſſe & Violantæ; nota ſumpta per magiſtrum Martini, notarium Auenionenſem, moritur d. dominus Petrus de Paniſſe, ante d. Laurentium de Peres, & ſic extitit conditio, quòd d. bona deberent peruenire ad d. Violantam, & poſt eius mortem ad ſuos filios maſculos, vt peruenerunt. Sciendum eſt, tempore quo d. donatio inita fuit, ex dictis de Paniſſe Præſide, & Violanta conjugibus, procreatos fuiſſe duos filios maſculos, Ioannem ſcilicet, & Petrum, qui tunc in rerum natura extabant, & hæredes d. domini Petri eorum patris, eius hæreditati ſe immiſcuerant, extabat etiam filia Diana: aliquo tempore poſtea moritur dictus Ioannes, pluribus liberis maſculis relictis, ex nobili Franceſia de Fortias ſuſceptis, moritur poſtremò dicta Violanta, hærede vniuerſali inſtituto d. dominu Petro eius filio, legato titulo inſtitutionis particularis, cum certis oneribus & qualitatibus, liberis dicti Ioannis filij ſui primogeniti, relicto; quæ onera ſubire, & qualitates acceptare dicti liberi recuſarunt: ſed aliis viis, iura, tam ex capite patris, quàm proprio, ſibi competentia, ſuper bonis & hæreditate dictæ Violantæ auiæ, & Laurentij de Peres proauunculi proſequuntur; inter quæ intra hoc vnum eſt, vt contendant dimidiam partem bonorum d. Laurentij de Peres, ex vi pacti in d. donatione appoſiti ad ſe pertinere debere, eáque vel
1 petunt † condictione *ex l. quoties, Cod. de donation. quæ ſub modo*, vel vtili in rem actione ea vindicant, ſecundùm Speculatorem *tit. de loca. §. nunc aliqua verſ. ſeptimò quæritur*, & Decium *conſil. 239. num* 8. ac Ripam *lib. 3. reſponſ. 1. reſponſ. in fin.* Et quidem prima facie videbatur dicendum, nullum ius dictis liberis competere: nam quidquid ſit in alia conditione, cùm verſamur in die incerto, hoc eſt, cùm poſt mortem primi donatarij vocatur alius, præmoriente illo ante primum do-
2 natarium, videtur non potuiſſe † tranſmittere ſpem fideicommiſſi conditionalis, cùm non ſuperuixerit donatario, & ſic defecerit omnino conditio, & ita reſpondit Alciat. in cauſa Illuſtriſſ. Marchionis Vaſti *conſil. 3. lib. 8.* cuius opinionem ſibi placere ait Peregrinus *in tract. de fideicomm. artic. 51. numer. 20.* quia quemadmodum prætulit primum donatarium ſecundo, & ſecundum tertio, vita durante, ita hæredes primi cenſetur prætuliſſe hæredibus ſecundi.

Quibus tamen non obſtantibus intrepidè reſpondendum eſt in fauorem dictorum filiorum Ioannis:
nam † etſi in vltimis voluntatibus, fideicommiſſum 3
conditionale, moriente fideicommiſſario ante conditionis euentum, non tranſmittatur ad hæredes, etiam ſuos *l. vni. §. ſin autem, Cod. de caduc. tollen.* ſecùs ta-
men eſt in contractibus, in quibus ſi appoſitum ſit † 4
fideicommiſſum (quod, ſiue ita appelletur, ſiue alio nomine, fieri poſſe certiſſimum eſt. *dict. l. quoties, & in l. ſi rerum Cod. de donation.* quæ ſub modo *l. qui Romæ, §. Flauius de verbor. obligat.* Barthol. & communiter DD. *in d. §. Flauius*, Bald. *in conſil. 249. volum. 2.* & alij relati per Peregr. *d. tract. de fideicom. artic. 1. num. 16. & artic. 51. numer. 2*) vel ſubſtitutio conditionalis, ſubſti-
tutus moriens ante † conditionis euentum, tranſ- 5
mittit id ius ad quoſcumque hæredes, *§. ex conditionali, inſtit. de verbor. oblig. l. is cui, de obligat. & action.* Bald. *in d. l. quoties in fine* Oldrad. *conſil. 224. numer. 28.* Benedic. *in cap. Raynutius, verb. & vxorem nomine Adelaſiam, numer. 62. fol. 99. & in verb. ſi abſque liberis, num. 21 fol. 63. 2. part. de teſtam.* Ripa *lib. 3. reſponſ. 1. numer. 6.* Angel. *in d. §. ex conditionali* Simon de Prætis *libr. 3. interpret. 1. dub. 5. numer. 12 fol. 32.* Zanc. *in l. hæredes mei, §. cùm ita, num. 154. ad Trebell.* Menoch. *conſil. 325. num. 57.* Valaſc. *de iure emphyt. quæſt. 50. num. 44* Gomez *de contract. tit. 12. num. 36.* & Cancer. *de Trebell. num. 38.*
Ideóque † etſi iura conditionalia non veniant in con- 6
fiſcationem bonorum; veniunt tamen ſi procedant ex contractu, Roman. *conſil. 247.* & alij relati per Caroc. *in tract. de excuſ. bono. quæſt. 16. quæſt. princip. 10. numer. 3.* Rationes differentiæ inter vltimas voluntates, & contractus, plures afferunt Doctores in locis ſuprà citatis; ſed hanc certam & neceſſariò concludentem afferunt, quia in contractibus voluntas ſeu ſpes eſt firma & certa, contractus enim ab initio ſunt voluntatis, ex poſtfacto neceſſitatis, *l. ſicut, Cod. de obligat. & action.* nec eſt in poteſtate donantis, vt ſolus poſſit donationem ſemel factam reuocare; at relictum in vltimis voluntatibus non eſt ita firmum, cùm dependeat à ſola & mera voluntate teſtatoris, *cap. cùm*
Marthæ, de celebr. miſſar. nemo † enim poteſt in teſta- 7
mento ſibi eam legem dicere, vt à priore ei recedere non liceat, vt inquit textus *in l. ſi quis in princip. de lega. 3.* quam rationem tradit Panorm *conſil. 85. num. 3. part. 1.* poſt Ioan. Andræ. *in cap. licet, de vot. & in addition. ad Specul. tit. de feud. 6. colum.* & Menoch. *d. conſ. 325. nu. 57.* & alij pleriq; ſuprà citati; & certè res ita ſe habet vt ex
pacto appoſito in donatione; vt † poſt conditionem 8
vel mortem primi donatarij, res ad ſecundum deueniat, quæratur actio ſecũdo donatario ſtatim; ſed executio differatur poſt tempus certum vel incertum in ea præſcriptum, vel conditionem appoſitam, Bened. *in d. ca. Raynutius, verb. ſi abſque liberis, nu. 21. fol. 63. 2. part.* & dominium transfertur abſq; noua traditione: ſufficit enim illa quæ primo donatario facta fuit, Crauet. *conſil. 19. num. 8. & 9.* Ripa *lib. 3 reſponſ. 1. in fine*, nec vlla differentia conſtituenda eſt inter diem incertum, hoc eſt, mortem, vel conditionem expreſſam, vtroque enim caſu, ſiue ante conditionem expreſſam, ſiue ante mortem primi donatarij, ſecundus decedat, tranſmittit ius ſuum ad hæredes, & vtrum-
que caſum æquiparati, & vtroque caſu, † tranſ- 9
miſſionem, quando ius debetur ex contractu, fieri docet in terminis Matth. de Afflict. *de ſucceſſ.*

feud. cap.1. numer. 26. verſic. vndecimò arguitur: Imò, ſi verum amamus, potiùs in die incerto, quàm in conditione expreſſa debet transmittere, quia incertum eſt, an conditio extitura ſit, necne, certiſſimum autem eſt, primum donatarium moriturum. Nec inſtes, certum eſſe non ſuperuixiſſe: nam in fine ſatisfaciemus cùm reſpondebimus rationibus ex aduerſo ſuprà allegatis. Et quidem hanc ſententiam, vt ſiue poſt mortem primi donatarij, ſiue poſt aliquam expreſſam conditionem vocatus ſit ſecundus, & præmoriente ante primum, vel ante conditionem, jus ipſius transmittatur ad hæredes, veriſſimam eſſe patet ex eo, quia ſi vtrumque, hoc eſt, & mors, & conditio expreſſa adſint: nihilominus ſecundus præmoriens ante exiſtentiam neutrius, transmittit ad hæredes: exempli cauſa, ſi primo donatario, ſi ſine liberis moriatur, datus ſit ſecundus, ſi is moriatur ante primum, transmittit. Nec inſtes, id fieri, quia potiſſimum conditionem liberorum, quæ poteſt exiſtere, etiam poſt mortem ſecundi donatarij: nam verum eſt, conditionem hanc, *ſi ſine liberis*, eſſe in ſuſpenſo, ſed alia, reſultans ex die mortis, jam euenit ſecundùm vos, quia ſecundus non poteſt ſuperuiuere; & tamen transmittit, vt mox docebimus. Ergo multò magis, ſi ſola adeſſet: adjectio enim conditionis expreſſæ, non minuere, ſed augere deberet dubium transmiſſionis, & fortiùs duæ conditiones debent impedire quàm vna. Et certè res ita ſe habet, vt quamuis nulla adhuc verè extiterit, non impediatur transmiſſio, quia certum eſt, primum quandocumque moriturum, & ſpes eſt moriturum ſine liberis, & cùm vtrumque, ſcilicet dies incertus, & conditio expreſſa adſunt, præmoriente ſecundo, jus ipſius transmitti, docent in terminis Bened. *in d. cap. Raynutius, verb. & vxorem nomine Adelaſiam, n.62.* Ripa *d. conſ.1. n.6.* Menoch. *d. conſ.325. n.57. juncto cum num.55.* & ſpecie facti in principio narrata. Sed ſi non quieſcas, & velis mortis mentionem ſolam, vtque ſecundus vel tertius, poſt mortem primi vel ſecundi, ſimpliciter vocatus ſit, vt in noſtro caſu factum fuit, profero omnes Doctores claſſicos in terminis aſſerentes, ſecundum donatarium vocatum poſt mortem primi, etſi ante primum moriatur, transmittere ſpem, & jus fideicommiſſi in contractu appoſiti. Oldrad. *d. conſ.124. n.27. in princip. & n.28.*
10 dum loquitur de jure primogenituræ, † quod non niſi poſt mortem competere poteſt; & tamen ſi primogenitus præmoriatur, transmittit in ſuos contra ſecundogenitum, quia debetur ex contractu, & vocat conditionale jus; etſi nulla conditio expreſſa adeſſet, ſed tantùm poſt mortẽ vocaretur, Bald. *in d. l. quoties*, jungendo caſum quem figurat cum fine: nam conſtituit caſum, vt poſt mortem primi, ſecundus ſit vocatus, & tamen in fine ait, id jus transmitti, Franc. Aretin. *conſil. 74. in princ. nu.1.* vbi loquitur de conditione poſt mortem; & quamuis in ſuo caſu erat debitor, qui eſt mortuus; tamen regulam generalem ſubjungit, obligationem conditionalem tranſire ad hæredes actiuè & paſſiuè, vocatque conditionalem obligationem, cùm tamen mortis tantùm facta eſſet mentio, Caſtrenſ. *conſil. 103.* ſecundùm primam impreſſionem, & 330. ſecundùm ſecundam, incipiente, *ſuper primo quæſito lib.1. nu.3.* qui quamuis loquatur de conditione, intelligendus tamen eſt in ſuo caſu, mortis tantùm mentionem factam fuiſſe, vt intellexit Bertrand. *conſ.35. num.8. lib.1. prior.* Idem Caſtrenſ. *conſ.164. nu.5. & 6. vol.2.* loquens de primogenito, Pauormit. *conſ.85. nu.3. lib.1.* de primogenito etiam loquens, Decius *conſ.443. num.11.* de primogenito etiam loquens vt Oldrad. Angelus *in §. ex conditionali, n.4* vbi non loquitur de expreſſa conditione, ſed de morte, & ait, ſi ſubſtitutus præmoriatur, non transmittere in vltimis voluntatibus, ſecus innuens in contractibus, vt neceſſariò ſequitur ex ijs quæ dixi in princ.

Steph. Bertrand. *conſ.35. n.8. lib.1. prior.* qui quamuis loquatur de primo donatario vocato poſt mortem donantis: tamen quæ interpretatio ab ipſo datur clauſulæ, *poſt mortem* in primo, habet locum in ſecundo, nec vlla ratio differentiæ reddi poteſt; Ruin. *conſ.7. nu.19. juncto cum nu.5.* nam facit quidem mentionem conditionis, tamen *ex nu.5.* apparet, mortis ſolùm habuiſſe rationem, & mortem appellare cõditionem, & quamuis in ſuo caſu contrarium teneat, quia partes conuenerant vt regularetur ſecundum teſtamentum, & per alias rationes per ipſum allatas, tamen his ſemotis noſtram ſententiam tenet, & Peregrin. ipſemet ad hoc ipſum allegat; Matth. de Afflict. *in cap.1. n.26. de ſucceſſ. feud.* Zanch *in d. § cum ita, n.154. verſ. amplio ſecundo*, Valaſc. *de jure emphyt. q.50. n.44. verſ. comprobatur*, Cancer. *de Trebell. n.38.* Benedict. *in d. cap. Raynutius, verb. ſi abſque liberis, n.21.* his omnibus addendus eſt Crauet. *conſ. 127. num.12.* qui in ſpecie longè difficiliori reſpondet, ſi renuncians reſeruauerit jus, quod poſt mortem alicujus ſine liberis poſſet competere, id transmittere, etſi moriatur antea. Nec his obſtat authoritas Alciati *d. conſ.3. lib.8.* nam ſi id reſponſum caſui noſtro conueniret, eum contra juris diſpoſitionem reſpondiſſe aſſerendum eſſet: nullum enim allegat cuius authoritate nitatur, & Doctorum omnium ſententiæ repugnat, qui vno ore, ſiue ſub conditione, *ſi ſine liberis*, ſiue ſimpliciter poſt mortem donatarius grauetur alteri reſtituere, moriente ſubſtituto ante donatarium, id jus ad hæredes transmitti aſſerunt, & bene: nam † mortis 11
mentio, ſiue clauſula, *poſt mortem*, quoad effectum transmiſſionis faciendæ vel non faciendæ, non habet vim conditionis; patet, quia ſi donem alicui per donationem inter viuos poſt mortem meam, ſi clauſula, *poſt mortem*, conditionem operaretur quoad dictum effectum, moriente donatario ante donantem, non transmitteret, ſed prædicto caſu transmittit Bertraud. *conſ.35. n.8. lib.1. prior. & conſ.283. n.6. in fin. lib.4.* ergo non facit conditionem. Atque id ſenſit Illuſtriſs. Cardin. Mantic. *de conject. vlt. volunt. lib.11. tit.7. in fin.* dum de die mortis eoque incerto loquitur: ait enim, diem incertum in teſtamentis conditionem facere, *l. dies incertus, ff. de condit. & demonſtrat.* Ideoque transmiſſionem impediri, eruditè verba hæc, *in teſtamento*, interſerens, vt contractus excluderet: ſed quid recurrimus ad Doctores, vbi textum expreſſum habemus *in d. l. dies incertus*, in qua verba, *in teſtamento*, apponuntur, ad excluſionem contractuum, vt Imol. & cæt. DD. in ea animaduertunt? Ex quo tollitur ratio, quam ſuprà in principio attulimus, pro corroboratione contrariæ ſententiæ, qua dicebamus certum eſſe, conditionem in hoc caſu nunquam exituram, cùm ſubſtitutus non ſuperuixerit: negamus enim vllam hujuſmodi conditionem, *ſi ſuperuixerit*, adeſſe. Nec † mentio mortis i- 12
dem operatur, quod conditio, *ſi ſuperuixerit*, ſi expreſſa fuiſſet, cùm in illa conſtet de mente donantis clara; velle, ſcilicet, vt ſubſtitutus ſuperuiuat: At in mentione mortis non adeſt ea mens donantis, ſed tantùm reſpicit executionem juris, jam à tempore donationis irreuocabiliter quæſiti, poſt mortem donatarij faciendam, & vſque ad id tempus differendam, & in contractibus, vt docuimus, mentio mortis, quoad effectum transmiſſionis, conditionem non facit, Bertrand. *d. conſ.35. n.8. lib.1. prior. & conſ.283. n.6 in fin. lib.4.* Imò etſi tacitè ſubeſſet, & ſubintelligeretur hæc conditio, *ſi ſuperuixerit*, quæ tamen non ſubintelligitur, non redderet actum conditionalem, quoad effectum impe-

diendæ

13 diendæ trāſmiſſionis: maxima † enim eſt differentia,
an tacitè inſit conditio, an exprimatur, *l. ſi in diem, §.
vlt. l. conditiones extrinſecùs, l. in conditionibus, §. hæc ſcri-
ptura, de condit. & demonſtr.* Bart. *in l. hæres, in fin. & in l.
duos mater eod.* Illuſtr. Mantic. *de conject. vlt. volunt. lib.
10. tit. 5. n. 6.* ſed quidquid ſit in vltimis voluntatibus, in
contractibus certum eſt, nullam nos poſſe imaginari
conditionem ad effectum tranſmiſſionis non facien-
dæ *d. l. dies incertus*, & ibi Imol.

Atque hæc confirmātur ea his quæ ſuprà diximus
de conditione, *ſi ſine liberis*, in contractu appoſita, quę
præter d. conditionem, habet quoque diem incertum;
præmoriente autem ſubſtituto; etſi incertum ſit, an
conditio, *ſi ſine liberis*, extitura ſit: imò ſpes ſit, eam e-
xiſtere poſſe, certum tamen eſt, non ſuperuicturum
ſubſtitutum, & tamen tranſmittit, Bened. *in d. cap. Ray-
nutius, verb. & vxorem nomine Adelaſiam, n. 62.* Ripa *in
d. conſ. 1. n. 6.* Menoch. *d. conſ. 315. n. 57. juncto cum n. 55.* non
alia planè ratione, quàm quia dictio, *mortis*, non idem
operatur, quod conditio, *ſi ſuperuixerit*, clarè appoſi-
ta Denique, authoritati Alciati, ſuæ cauſæ, forſan, ni-
mium fauenti, opponimus authoritatem omnium
DD. maximè Bald. Bertran. Matth. de Afflict. Bened.
Zanch. Valaſq. Cancer. in locis ſuprà citatis, qui in ter-
minis clauſulæ, *poſt mortem*, ſimpliciter in contracti-
bus appoſitæ, loquuntur & præmoriente ſubſtituto,
tranſmiſſionem fieri contendunt. Nec me mouet au-
thoritas Peregrini *d. art. 51. n. 10.* ſatis eoiminnuit, com-
munem Doctorum ſententiam contra ſe eſſe, *in verſ.
contra tamen obſtat*, & tamen ipſe maoult amplecti ſen-
tentiam Alciati: (Bartol. enim quem allegat *conſil. 212.
lib. 1.* nihil pro eo facit,) in quo, ſi caſus Alciati noſtro
conueniat, lapſus eſt & is quem ſequitur. Ratio verò
quam ſubjungit, ſcilicet quia ſicut prætulit primum
donatarium ſecundo, ita & hæredes primi, hæredibus
ſecundi; nihil concludit in hoc caſu. Rationem appel-
lat id ipſum quod probandum eſt: cùm enim quæri-
tur, an ſecundus donatarius tranſmiſerit ad hæredes
jus ſuum, nihil aliud in effectu quæritur, quàm, an do-
nans prætulerit hæredes primi hæredibus ſecundi; hoc
eſt, an ita jus acquiſiuerit ſtatim à principio donationis
ſecundus donatarius, vt ad hæredes ipſius tranſmit-
tendum ſit omnino, executio autem ſolùm dilata ſit
poſt mortem primi donatarij, non eſt autem dictum
pro ratione afferendum: quod enim eſt in quæſtione,
malè pro ratione affertur. Deinde, id in ſe clarè falſum
eſt: nam prætulit quidem primum donatarium ſecun-
do, quamdiu primus viuit; ſed eo mortuo ſecundum,
ejoſque hæredes hæredibus primi præfert, cùm vo-
cando ſecundum, conſulat ejus hæredibus, at hæredes
primi omnino excluſerit, ejus perſonæ ſecondum ſub-
ſtituendo: maximè cùm, vt docuimus, ſtatim in actu
donationis, jus quæratur ſecundo, ſed executio tan-
tùm poſt mortem primi differatur. Nec DD. quos Pe-
regrin. pro ſuæ rationis confirmatione allegat, in his
terminis loquuntur.

14 Sed jam demus, citra præjudicium veritatis, † con-
ſilium Alcia. in ſuo caſu verum, id nobis nihil obſtat:
caſus enim ipſius à noſtro longè diuerſus eſt, vt ejus
ſententiam ſaluando interpretatur Valaſc. *d. q. 50. in fi.*
qui cùm aſſeruerit, cùm ſimpliciter poſt mortem prio-
ris res ſecundo reſtituenda eſt, ſecundum præmorien-
tem jus tranſmittere, exceptionem dat, niſi ea verbis
donationis colligatur, nolle ſecundo donatario jus ac-
quiri, niſi ſuperuixerit primo, vt in illa ſpecie, de qua
conſuluit Alciat. *Dono Petro ſua vita durante, & poſt
ejus mortem Michaeli*: Illa enim verba, *ejus vita duran-
te*, arguunt donatorem, quamdiu viuit Petrus, noluiſſe
Michaeli donare, & ſic nedum executionem, ſed i-
pſammet donationem, poſt mortem Petri diſtuliſſe;
quare cùm, vita Petri durante, noluerit cuiquam do-
nare, & Michael mortuus ſit ante Petrum, non potuit
jus, quod ſibi nunquam quæſitum fuit, ad hæredes
tranſmittere: ſit enim vis in his verbis, *vita durante*,
quæ præter verba, *poſt mortem*, in ſuo caſu adſunt, &
ea præcedunt. At in noſtro caſu, verba, *poſt mortem*,
ſimpliciter appoſita ſunt, & nihil aliud, ea quo con-
trariam mentem donantis conjicere poſſimus, & do-
nans, ſtatim voluit jus acquiri ſecondo, executionem
verò ſolam, poſt mortem primi diſtulit: &, quod ma-
gis eſt, non ſolùm nihil adeſt in noſtro caſu, ea quo
contrariam mentem conjiciamus, quod ſufficeret, vt
regula, à Doctoribus communiter recepta, procede-
ret, qua, in ſpecie propoſita, tranſmiſſio fit per ſecun-
dum donatarium præmorientem: ſed etiam plura hîc
adſunt ea quibus conjiciamus, mentem donantis fuiſ-
ſe, vt filij dictæ Violantæ, illi præmorientes, hoc jus
tranſmitterent.

Primum, quia in hoc caſu non donatur Violantæ,
& poſt mortem ejus ipſius filijs; ſed d. domino Petro
de Paniſſe, cum pacto, quòd ſi moriatur ante donan-
tem, omnia bona donata perueniant ad d. Violantam,
& poſt ejus mortem, ad ejus filios maſculos: ita vt ſi-
mul & conjunctim, executione tamen ſucceſſiuè fa-
cienda, d. Violanta, & filij ſubſtituti ſint d. Petro, & eo
moriente ante donantem, præter jus, jam à tempore
donationis dictis filijs quæſitum, de nouo jus irreuo-
cabiliter dictis Violantæ & filijs quæratur, & nullam
conditionem imaginari poſſimus ſub qua jus filiorum
ſuſpenſum ſit, ſed ſolùm executio juris quæſiti dilata
ſit poſt mortem Violantæ.

Secundum, quia Petrus ſtipulatus eſt pro ſe & ſuis,
& ſic Joanne, & Petro liberis & hæredibus; ſoli enim
illi patri ſuperuixerũt, & cùm ad eos dicitur bona poſt
mortem matris peruenire debere, ſit ad majorem ex-
preſſionem eorum quæ in illa generali ſtipulatione
continebantur, & vtcumque ſit, ſatis demonſtratur ex
ijs, mentem donantis fuiſſe, vt bona poſt mortem Vio-
lantæ ad d. Joannem & Petrum, eorumque deſcen-
dentes peruenirent, & probabiliter exiſtimauit d. Vio-
lantam, non alios, quàm illos habituram hæredes: quis
enim vnquam exiſtimaſſet eam primogeniti de fide
catholica, cùm viuebat, adeò bene meriti, & pro qua
ſanguinem & vitam effudit, liberos, ad terminos legi-
timæ reducere voluiſſe?

Poſtremum, quia † in noſtro caſu vocantur tantùm 15
maſculi, quamuis tempore donationis adeſſet filia,
quo caſu, etiam in vltimis voluntatibus conditionale
fideicommiſſum tranſmittitur. Dec. *conſ. 574. nu. 4. cum
ſeqq.* Pariſ. *conſ. 66. n. 76. lib. 3.* Gabr. *lib. 4. tit. de hæred. in-
ſtit. concl. 2. n. 23. & 24.*

Poſt hæc ſcripta, audio partem aduerſam quatuor
proponere, ex quibus putat, tranſmiſſionem in noſtro
caſu non habere locum. Primum, quia donator exclu-
ſit primum donatarium, caſu quo præmoreretur illi,
ergo multò magis ſecundum & tertium eodem caſu
excludere voluit, & cùm d. Joannes deceſſerit ante di-
ctum de Peres, ſequitur eum eo caſu cenſeri excluſum,
nec jus ſuum ad filios tranſmiſiſſe.

Ad hoc reſpondeo, donatorem in omnem caſum &
generaliter donaſſe primo donatario, nec vllo caſu
eum excludere à donatione voluiſſe, quam ſimpliciter
& purè eidem fecit, ei tamen ſubſtituit in eum caſum
quo præmoreretur, & ſic ſimplicem & generalem do-
nationem, eo tantùm caſu, reſoluit in fauorem Vio-
lantæ & ſuorum filiorum, quos omnes eo caſu vno
eo contextu orationis vocat: ita tamen vt filij Violantæ,
non niſi poſt ejus mortem admittantur. Cùm igitur d.

caſus ſubſtitutionis euenerit, jus fuit quæſitum & Violantæ & filijs irreuocabiliter, ſucceſſiuè tamen, & moriens poſtea Joannes, quamuis ante Laurentium, jus ſuum transmiſit ad filios, maximè cùm id non impediuit quominùs Violanta ſuccederet in vim ſubſtitutionis, nec ea mens fuit donatoris, vt Joannes præmoriens, ejusque filij excluderentur: ſi enim id voluiſſet, dixiſſet vtique: immò contrarium ſatis demonſtratur ex eo quòd conditionem ſubſtitutionis adſcripſit primo donatario, ſi præmoreretur, & in eum caſum ſubſtituit, vt dixi, æqualiter Violantam, & poſt illius mortem ejus filios, quos filios æqualiter dilexit, cùm eſſent ſibi in eodem gradu cognationis, & ſi aliqua major dilectio conſiderari poſſet, ea eſſet, ex communiter accidentibus, in fauorem primogeniti, & ſic Joannis, maximè cùm, vt jam dixi, nunquam excludatur Violanta mater, ſemper autem admittatur. Denique, cùm donationem in fauorem primi donatarij reſoluit, ſi præmoreretur, nõ tam id facit vt eum excludat, quàm vt filios ipſiuſmet admittat, quod propterea in ipſorum damnum interpretari non debemus: imò aſſerere eos magis dilectos patre, cùm patri d. caſu ſubſtituerit, at filios ſimpliciter vocauerit, nec illis vllos ſubſtituerit, nec ex eo quòd primò donauit patri, magis dilectus cenſetur: pater enim erat cujus medio certò ſciebat bona filijs acquirenda, maluit tamen illi, quàm filijs primò donare, vt nimirum illi præmorienti ſororem propriam ſubſtitueret, cui eo caſu gratificari voluit, necnon, vt, eo caſu, filij à ſe potiùs, quàm à patre bona haberent, vt ſibi viuenti & ſuperſtiti majus obſequium præſtarent. His adde, quòd primo donatario ſubſtituit tantùm in caſum quo præmoreretur, non ſimpliciter poſt mortem: at poſt mortem matris filios ſimpliciter vocauit, demonſtrans ſe omni caſu velle, vt bona ad filios peruenirent; de patre enim ſatis videbat, quòd ſi non præmoreretur, eum bona filiis relicturum. Igitur quomodocumque videbat bona filiis acquirenda, ſiue ſubſtitutio locum haberet, ſiue non, vt experientia docuit: Nam ſi locum non habuiſſet, filij dicta bona ex perſona patris habituri eſſent. Subſtitutio igitur in effectu, vt ſorori gratificaretur, facta eſt: ita tamen vt ſemper bona donata ad filios deuenirent: ideoque de ea non confideos, non vno tantùm caſu, ſed omni & generaliter poſt ejus mortem filios vocauit: velle autem imaginari, vt Joannes cenſeatur aliquo caſu excluſus, quem donator omni caſu non Petro poſt matrem vocauit, in caſum tamen prædeceſſus primi donatarij, & cui nullum poſtea ſubſtitutum dedit, illud eſt mentem donatoris & voluntatẽ omnino inuertere, &, quæ, vt vocarentur, adſcripſit, in eorum odium, & vt excludantur, interpretari. Præterea ſi præmoriatur primus donatarius, eſt caſus in quem facta eſt ſubſtitutio, quo non tam excludere grauatum, quàm vocare ſubſtitutos voluit. At Violantæ matri alio modo facta eſt ſubſtitutio, nimirum poſt ejus mortem, filijs verò nullo modo: velle autem caſum ſubſtitutionis primo donatario adſcriptum porrigere ad filios, eſt facere ſubſtitutionem quam noluit
16 donator, & † facere extenſionem paſſiuam de perſona ad perſonam, etiam in contractibus, quod omnino prohibitum eſt, Alexand. *conſ.139. lib.6.* Jaſ. *conſ.228. lib. 2. & conſ.66. lib.3.* Ruin. *conſ.153. & conſ.156. lib.2.* Crauet. *conſ.98.* Simon. de Prætis *de interpret. vlt. volunt. lib.3. fol. 92. num.71. & fol.95. nu.12. & conſ.167. nu.30. cum ſeqq.* Ad hæc, ſi hujuſmodi interpretationem admitteremus,
17 ſequeretur † maximum abſurdum, ad quod euitãdum ducitur validiſſimum argumentum *l. fin. C. de author. præſt. l. vnica. §. pro ſecũdo, C. de caduc. toll.* Bal. *in l. conuenticula, C. de Epiſcop. & Cleric.* nam ſi forſan & mater & filij mortui fuiſſent ante Laurentium, & ſic in eorum perſona caduca fuiſſet facta ſubſtitutio, & poſt omnes deceſſiſſet d. dominus Præſes ante etiam dictum Laurentium, per d. rationem ſequeretur excluſum † pri- 18
mum donatarium ejusque hæredes, quod abſurdum eſt omnino, *l. poſt perfectam, C. de donatio.* Bertran. *conſil. 35. n.8. lib.1. prior. & conſ.283. n. 6. lib.4.* Ergo vt vno verbo dicam, hujuſmodi ratio & præſumptio eſt mera imaginatio, quæ juris regulas ſuprà propoſitas inuertere non debet. Poſtremò, non eſt par ratio primi donatarij & filiorum; is enim erat tantùm affinis donatori eique ob contemplationem ſororis & filiorum ex ea ſuſceptorum, donauit, cui propterea, ſi præmoreretur, eos ſubſtituit: ſed ij erant filij ſanguine conjuncti, quibus propterea neminem ſubſtituit, eosque matri ſemel admiſſos in omnem caſum ſubſtituit.

Secundum deducitur † ex clauſula, *pleno jure*, cen- 19
ſeri ſcilicet ex ea, donatorem noluiſſe donatarios præmorientes admitti, & ſic transmiſſionem prohibuiſſe. Reſpondeo primò, nullo jure id probari: nam Guid. Pap. *deciſ.537.* ait ex hujuſmodi clauſula Trebellianicam & Falcidiam cenſeri prohibitam, ſed de transmiſſione prohibita, ne verbum quidem: & quid quæſo commune habet clauſula, *pleno jure*, vt nimirum integrè & ſine detractione reſtitutio ſit facienda, cũ transmiſſione? hæc omnino ſeparata ſunt. Ergo &c. *l. Papinianus, §. exuli de minor. l. fin. de calumnia.* Secundò tantum abeſt, vt hæc clauſula obſit filijs Joannis, quin potius prodeſſe debet: ſolet enim apponi in fauorẽ ſubſtitutorum contra grauatos, vt plenior & abundantior reſtitutio fiat. Denique, reſpondetur vt infrà in generalibus reſponſionibus ad omnia dubia.

Tertium eſt, quod, inquit, nunquam transmiſſio habet locum in præjudicium perſonæ magis dilectæ. Sed facillima eſt reſponſio, nimirum, quòd ſi id verum
eſt, in transmiſſione, quæ † in vltimis voluntatibus fit, 20
procedit, in quibus terminis tantùm loquuntur Doctores: Nam cùm in illis transmiſſio fideicommiſſi conditionalis regulariter prohibita ſit, *l. vnic. § ſin autem ſub conditione, C. de caduc. tollen. l. ſi ex pluribus in verb. alia cauſa, ff. de ſuis & legit. hæred. l. ſed ſi plures, in princ. & l. qui plures de vulg.* & non niſi ex conjecturis admittatur, Bald. *in l. vnica C. de his qui ante apert. tabul.* quæ tamen prægnantes admodum eſſe debent ſi non de liberis agatur, Gabr. *d. tit. de hæred. inſtit. concl. 2. n.17.* & ex diſpoſitis per teſtatorem debent deſumi, Gabr. *d. loc. nu. 19.* facillimè contraria præſumptione impeditur, & ad regulam, & ſic ad primæuam naturam fit reditus, de facili enim res redit ad priſtinum ſtatum, *l. ſi vnus, §. pactus, ff. de pactis.* At nos ſumus in contractibus, in quibus viget contraria regula, ſcilicet vt transmiſſio locum in illis habeat, ideoque potentiores præſumptiones requiruntur, vt ab ea diſcedatur.

Deinde, negatur hîc agi de perſona magis dilecta: neque enim mater excluditur, quæ erat ſoror donatoris, per hujuſmodi transmiſſionem, in quibus terminis loquuntur Doctores in contrarium allegati: imò mater admiſſa fuit. Sed quæritur, an ſecundò genitus ſuam partem tantùm, an verò integrum fideicommiſſum habiturus ſit, quo caſu, tantum abeſt vt poſſit duci aliqua conjectura contra transmiſſionem, quin potiùs contraria deſumatur, ne ſcilicet filij ex primogenito cenſeantur excluſi à portione patri debita, cùm eorum patruus ſuam omnino ſemper habeat, & de majori lucro captando in præjudicium & damnum nepotum ex fratre primogenito agatur. Quinimo ſi bene tota textura donationis conſideretur, videtur donator filios Violantæ ejus ſororis eorumque deſcendentes eidem prædilexiſſe, quòd etſi eam primo loco ſubſtituerit primo

tit primo donatario, tamē ipſi in omnem caſum filios ſubſtituit, quibus poſtea nullum ſubſtitutum dedit, eamque primo donatario non niſi in vnum caſum, nempe ſi præmoreretur, ſubſtituerit; alio caſu, ſi non præmoreretur, filios, ad quos ex communi voto parentum paterna ſucceſſio peruenire deberet, eidem præferendo.

Poſtremum, quo contendit donatorem ſe conformare cenſeri, quoad ſucceſſionem diſpoſitioni juris communis, ſecūdùm quam patruus excludit nepotes,
21 cùm † tractatur de ſucceſſione patrui aut auunculi magni, nec tunc eſt locus repræſentationi; vno verbo tollitur, ſi dicamus, nos non agere de repræſentatione, ſed de tranſmiſſione, & de jure quod à tempore contractus, modò tamen poſtea conditio exiſtat irreuocabiliter, quæritur hæredibus donatarij. Secundò ea procedere in fideicommiſſis in vltimis voluntatibus relictis, quæ propterea faciliùs ſucceſſionibus ab inteſtato conformantur, nos in contractibus, in quibus Doctores hujuſmodi trāſmiſſionem admittunt, etiam in præjudicium venientium ab inteſtato, etiam ſi ſit facta ab eo cui donatarij nullo modo ab inteſtato ſucceſſuri eſſent, Bertrand. *d. conſ. 35. lib. 1. prior. & conſ. 283. num. 6. lib. 4.* Et reuera hæc omnia meræ ſunt imaginationes, quæ ſolidas & conſtantes doctrinas, ſuperiùs allatas, minimè euertere poſſunt.

His omnibus adde genatales ſolutiones, quòd ſe. nos ſumus in regula, qua tranſmiſſio fideicōmiſſi conditionalis fit in contractibus, & quæ contraria eſt in vltimis voluntatibus vt non fiat: à qua tamen diſceditur per præſumptiones, quæ per contrarias præſumptiones facilè tolluntur, vt ad regulā redeatur, quæque propterea nō idem poſſent operari vt à regula noſtra recederetur. Poſtremò, ſi quæ præſumptiones admittēdæ eſſent, eæ debent eſſe à lege approbatæ, non ex capite hominis deſcendere, etiam in vltimis volūtatibus; in quibus tamen facillimè admittuntur, Menoc. *conſ. 85. n. 88.* Atque ſecūdùm hanc noſtrā ſententiam judicatum fuit, ſententiaq́; in fauorem d. liberorum Joannis lata per trāſactionem, quæ pleraque alia capita continebat, inter d. Dominum Petrum patruum, & ejus nepotes liberos Joannis, inita, executioni demandata fuit.

CONSILIVM XXI.

ARGVMENTVM.

DOs materna, an nepotibus, ea præmortua, in legitimam aui; & an donatio à matre filio facta, nepotibus ex illo præmortuo imputetur in legitimam auiæ maternæ.

SVMMARIVM.

1 *Donatio contemplatione matrimonij facta & confertur & imputatur in legitimam filij.*
2 *Vt æqualitas in donationum collatione inter filios ſeruetur conferuntur quæ aliàs non conferrentur.*
3 *Donatio ſimplex, quæ ab initio valuit, in legitimam non imputatur.*
4 *Donatio à matre filio facta valet.*
5 *Eaque neque imputatur neque confertur.*
6 *Dos ab auo materno conſtituta, filia poſtea præmortua, nepotibus in legitimam non imputatur, quod quomodo intelligatur.*
7 *Nepotes non imputant in legitimam auiæ ea quæ per ipſam eorum patri poſtea mortuo data fuerunt.*
8 *An nepotes ex filia præmortua imputent in legitimam aui dotem quam ex conſuetudine Martini lucrati fuerunt.*
10 *Nepotes, qui dotem tanquàm hæredes matris conſequuntur, eam in legitimam in bonis aui debitam non imputant.*
11 *Si nepotes petant legatum ſibi teſtamento relictum ad fines legitimæ reduci, abſque dubio dotem maternā, quā vt hæredes matris conſequuntur non imputabūt.*

NObilis quondam Violanta de Peres, in contractu matrimonij de anno 1582. & 24. Julij, inter nobilem Joannem de Paniſſe, & domicellam Françon de Fortias initi, & contēplatione ejuſdem, dedit & donauit, donatione quæ fit & fieri dicitur inter viuos, eidem Joanni, ejus filio, præſenti, pro ſe, & ſuis acceptanti, ſummam ſex millium librarum, poſt annū à die mortis d. Violantæ ſoluendam. Deinde verò, de an. 1588. & 6 Februarij d. Joanni, necnon Petro de Paniſſe, ejus filiis, donatione pura, ſimplici & irreuocabili, quæ fit & fieri dicitur inter viuos, ſcil. eidem Joanni pro ſe & ſuis hæredibus ſtipulanti & acceptāti, vltra duo millia ſcuta, quæ eidē in cōtractu ejus matrimonij dederat, ſummam mille aureorum ſolis cugni Regis, & eidem Petro ſummam trium millium aureorum ſimilium poſt mortem d. Violantæ ſoluendorum donauit. Deceſſit poſtea d. Joannes, relictis & ſibi ſuperſtitibus quinque liberis maſculis, quorum vnus poſtea obijt, qui hæreditati ipſius cum beneficio legis & inuētarij ſe immiſcuerunt. Tandem defuncta eſt d. Violanta de anno ſcilicet præſenti 1604. & menſe Martij, ſuperſtitibus ſibi quatuor liberis d. Joannis primogeniti & d. Petro ſecundogenito; condito tamen priùs teſtamento, quo eundem Petrum hæredem ſibi vniuerſalem inſtituit, dictis verò liberis Joannis quinque mille ſcuta ſub certis oneribus & qualitatibus, titulo inſtitutionis particularis, reliquit, quæ cùm ſibi damnoſa eſſent, hujuſmodi legatum ita conceptum ad fines legitimæ ſine vllo onere & grauamine reductum, & caſu quo ita non poſſent, ipſammet legitimam petierunt, & quidem vel legatum ita reductum, vel legitimam ipſis deberi non inficiatur hæres, ſed in legitimam tria millia ſcuta, de quibus ſuprà, imputari debere contendit.

Tota igitur difficultas in hoc verſatur; An d. tria millia ſcuta in legitimam imputanda ſint, & tantò minùs de ea d. liberi Joannis habituri ſint, & deciſiuè procedendo, contendimus, non eſſe imputanda, & nulla habita ratione ipſorum d. legatum ad fines integræ legitimæ reductū, ſine vllo onere & grauamine d. liberis deberi: nam † etſi donatio duorū mille aureorum cōtem- 1
platione matrimonij facta dicatur ob cauſam, ideoque imputāda in legitimā, etſi de collatione ageretur, cōferēda ex veriori & cōmuni ſentētia, quibuſdā tamē paucis repugnātibus, vt in terminis docet Bert. *conſ. 97. n. 4. & conſ. 140. n. 11. lib. 3. poſt.* Pariſ *conſ. 16. nu. 33. lib. 2.* Rol. à Val. *conſ. 34. & cōſ. 70. li. 4.* Dec. *cōſ. 20.* Mart. à Cueua *dec. Arrag. 10. n. 11.* Gāma *dec. 134. in fi.* tamē in facto propoſito, de ea idē quod de ſimplici donatione aſſerendum eſt: nā cū in d. cōtractu donationis de an 1588. & 6. Feb. vltra d. duos mille aureos, d. Violāta, donatione pura & ſimplici, mille aur. eidē Joanni dederit, & ſimilē ſūmā triū milliū aur. Petro, vt æqualitas inter fratres ſeruetur idem de tribus mille aureis, quamuis alio modo Joāni

datis, quod de ſimili ſumma Petro data, ſtatuendum
2 eſt: Ut enim hujuſmodi † æqualitas ſeruetur in his &
ſimilibus terminis, quæ alioqui non cenſeat vel confe-
renda vel imputanda, vt conferantur vel imputentur
vel contrà jure cautum eſt, *l. illud penult. Cod. de colla-
tio.* Quod, abſque dubio, in caſu noſtro dicendum eſt,
quo in eodem contractu donationis duorum mille
aureorum mentionem fecerit, ſatiſque demonſtrarit
mentem ipſius fuiſſe, ſe eodem modo Joanni quo Pe-
tro donare, & niſi jam ea d. Joanni dediſſet, ſe tria mil-
lia non minus Joanni quàm Petro daturam. Cùm igi-
tur, habita ratione d. donationis de anno 1588. ea pro
ſimplici ſit habenda, ſequitur d. tria millia ſcuta, non
eſſe in legitimam imputanda: nam ea eſt certa juris
3 regula, † donationem ſimplicem à patre factam, quæ
tamen ab initio valuit, nec indiget morte vt confirme-
tur, in legitimam non imputari, *l. ſi quando, §. & gene-
raliter, C. de inoff. teſtam.* Picus *in l. in quartam, nu. 187. ad
leg. Falcid.* Graſſ. *in §. legitima, quæſt. 22. n. 4.* Rip. *in d. l.
in quartam, n. 143.* Conarr. *in cap. Raynaldus, n. m. 2. de te-
ſtam.* hanc verò ab initio valuiſſe, etſi à patre fuiſſet fa-
cta, propter juramentum certum eſt. Picus *d. l. in quar-
tam, n. 188.* Socin. jun. *ibi n. 148.* Alexand. *conſ. 8. n. 2. vol. 2.*
Cuccus *tract. de legit. rubr. data inter viuos n. 41.* Crauet.
cõſ. 136. n. 2. lib. 1. ſed cùm hoc caſu à matre facta ſit, nul-
lum eſt dubium, quin etiam ſecluſo juramẽto, valuerit
ceſſat enim in matre poteſtatis ratio, quæ donationem
à patre factam inualidam reddit, *l. donationes quas pa-
4 rentes, C. de donat. inter vir. & vxor.* At † mater filio do-
nare non prohibetur, *l. ſi conſtante C. eod. l. ſi donationis,
§. ſpecies, ff. de donat. int. vir. & vxor. l. fin. C. de donat. quæ
ſub modo,* Silua. *conſ. 40. nu. 10.* propterea generaliter re-
5 ſponderunt, non † ſolùm non imputari donationes ſim-
plices à matre factas, ſed nec conferri, ſi de collatione
ageretur, Jaſon *conſ. 165. lib. 4.* Socin. *conſ. 93. num. 19. lib. 1.*
Crauet *conſ. 8.* Cagnol. *in l. ſi emancipati, n. 120. C. de col-
la.* Atque hæc quidem procedunt, etſi Joannes adhuc
viueret, qui in ſuam legitimam dicta tria milla ſcuta
imputare non deberet: ſed hoc caſu, quo filij Joannis,
non ex perſona Joannis, cui nunquam legitima fuit de-
bita, cùm non ſuperuixerit matri, ſed ex propria perſo-
na legitimam petant, & quibus ea debetur, ita vt te-
ſtamentum ipſius nullum dicturi erant, ſi in eo inſtitu-
ti ſaltem particulariter non fuiſſent, ſummas autem pe-
cuniarum ab auia patri datas, non à matre, ſed à patre,
& tanquam ipſius hæredes conſequantur, & quas, non
niſi ſub d. qualitate hæreditaria petere poſſunt; ſequi-
tur certiſſima juris regula, in fortioribus longè termi-
6 nis, dotem † ab auo materno conſtitutam (quæ regu-
lariter ex propria natura abſque dubio ſolet imputari)
ſi eam nepotes, tanquam hæredes matris conſequan-
tur, in legitimam per ipſos petitam, & ſibi debitam nõ
imputari, Bart. *in l. poſt dotem n. 32. ſolut. matr.* Alex. *in l. il-
lam, n. 11. C. de collat.* & ibi Dec. *circa fi. n. 18.* qui ait com-
munem. Idem Alexand. *in d. l. poſt dotem, n. 30.* Caſtren.
*conſ. 20. circa primum quæſitum, num. 5. & conſ. 109. dubia in
quibus, n. 3. lib. 1.* Socin. jun. *in l. in quartam, nu. 138. verſ. ſit
ergo primus caſus ad leg. Falcid.* Cuman. *conſ. 10.* vbi latè
diſputat, Curt. jun. *conſ. 180.* Pariſ. *conſ. 60. n. 44. & 45. lib.
2.* Ripa *in d. l. in quartam, nu. 193. cum ſeqq.* de communi
atteſtans, etſi ibi eam impugnat, quam tamen omnino
& in proprijs terminis ſequitur *reſp. 10. dub. 2. lib. 3.* Ste-
phan. Bertran. *conſ. 26. & conſ. 54. n. 6. lib. 1.* priorum com-
munem aſſerens, ſicut & *conſ. 138. n. 4. & conſ. 142. n. 2. lib.
1. poſter. conſ. 1. in fin. poſter. conſ. 130. n. 16. & conſ. 153. nu. 5. &
conſ. 161. n. 35. & conſ. 255. n. 4. lib. 3. poſter. & conſ. 123. n. 7. &
8. lib. 4. poſter.* Picus *in l. in quartam, col. 79. verſ. quæris,*
Bart. *ad leg. Falcid.* Portius *conſ. 131. nu. 24.* Aleiat. poſt i-
dem conſ. Portij, Ruin. *conſ. 185. num. 5. verſ. ſed præmiſſis,*
lib. 2. Roder. Suarez *in l. quoniam in prioribus,* Pet. Ant. de
Petra *de fideic. q. 15. n. 18. verſ. præterea.* Phanut. de Phanu-
tiis *de lucro dotis, §. 11. num 8. & 9. cum ſeqq.* Cotraſ. *in l. fi-
lium quem n. 135. C. famil. erciſc.* Graſſ. *in §. legitima, q. 23.
n. 7. cum ſeqq.* Teſſaur. *deciſ. 237 per tot* Cancer. *de legit.
n. 33.* cujus ſententiæ ratio eſt manifeſta, quia Joanni
nunquam legitima fuit debita, & ſolis nepotibus ex
propria perſona debetur; data autem Joanni, tãquam
hæredes patris, cui acquiſita fuerant, conſequuntur;
non ex perſona auiæ à cujus patrimonio exierant.
Quòd ſi ea locũ habent in dote, multò magis in alijs
datis matri per auum maternum, Bertran. *conſil. 104. lib.
3. prior.* quæ longè magis procedunt in nepotibus, qui
non imputant in legitimam dotem conſtitutã, & mul-
tò minus donata ab auia materna, qui caſus eſt noſter,
in quo Doctores conueniunt, nepotes † hujuſmodi 7
non imputare. Bertran. *conſ. 142. nu. 2. lib. 1. poſter.* Soc. *in
d. l. in quartam, n. 138 ver. ſit ergo primus caſus,* Teſſaur. *de-
ciſ. 237. n. 13.* & bene: quæ enim à matre obueniunt, ſunt
omnino aduentitia, quæ nunquam ad eam reuertũtur.
Aliquis, forſan, hæc adeò certa & clara tentabit in
dubium reuocare, ex diſtinctione, quam Doctores af-
ferunt in hac materia; an ſcilicet nepotes concurrant
cum patruis, necne, vt primo caſu, dotem ab auo ma-
terno conſtitutam imputent, ſecundo, non imputent:
nam ad id facilis eſt reſponſio, quãdoquidem cùm eſ-
ſet magna contentio inter Bart. & Baldum, & vtriuſq;
ſequaces, † an nepotes qui virtute cõſuetudinis Mar- 8
tini, Incrabantur dotem ab auo matri conſtitutam, eam
tenerentur in legitimam imputare, Bart. aſſerẽte teneri,
Bald. negante, per varias rationes hinc inde allatas, di-
ſtinctionis fœdere hanc controuerſiam conciliare vo-
luerunt, quam & ipſemet Bald. ſentijt, vt nimirũ ſi ne-
potes concurrant cum patruo, imputent, ſi verò non
concurrant, non imputent; eam autẽ ſolùm diſtinctio-
nem in terminis d. conſuetudinis Doctores proponũt,
quam tamen plerique, etiam eo caſu, reprobandã cen-
ſent, inter quos Alexand. *in d. l. in quartam, n. 26.* & Ful-
goſ. ac Roman. per Alexand. relati & Nicol. de Ubaldis
in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. part. 1. q. 3. n. 24. Corn. *conſi. 116.
n. 14. cum ſeqq. lib. 2. & conſ. 190. n. 2. 3. 4. eod. & conſ. 168.
lib. 4.* ſed extra terminos dotis lucratæ vi conſuetudi-
nis, cùm clarè conſtet tanquam hæredes matris eam
conſequi, & non ab auo materno eam habere, vt quia
per ſtipulationem expreſſam vel tacitam, vel quia pa-
ter ſtipulatus fuiſſet ſibi dotem reſtitui, ſi filia ſine libe-
ris decederet; in contrario enim caſu exiſtentium libe-
rorum dotem filiæ ſtipulari idem Phanutius *d. gloſ. 11.
n. 7.* vel per donationem, vel per ſtatuti diſpoſitionem
pleno jure ſpectaſſet dos ad filiam, vel quia erat eman-
cipata tempore conſtitutionis, vel poſtea pater eam e-
mancipauit, tunc communis eſt Doctorum ſententia,
vt indiſtinctè (ſiue cum patruis concurrant, ſiue non)
nepotes † eam dotem in legitimam non imputent: nec 9
enim opus eſt tunc diſtinctione, vt concilientur pu-
gnantes Doctorum ſententiæ, quia inter ipſos hoc in
caſu nulla eſt diſcordia, vt inquit Ripa *d. l. in quartam,
n. 198.* poſt Paulum de Caſtro *in d. l. illam,* Ripa, inquam,
qui tamen communem non probat eundẽ[illegible]que refert
& probat Graſſ. *d. qu. 23. n. 6. in fi.* idem aſſerit Socin *in d.
l. in quartam, n. 140.* & ante eos Anchar. *conſ. 315. in fin* Et
planè, vbi nepotes, tanquam † hæredes matris, dotem 10
maternam conſequuntur, ea eſt concors & communis
Doctorum ſententia, vt abſque vlla diſtinctione, ſiue
concurrant cum patruis, ſiue non cõcurrant eam non
imputent, vt docent Doctores præallegati, & maxim[illegible]è
Caſtren. *in d. l. illam,* Alex. *in d. l. in quartam, n. 26* Dec. *in
d. l. illam n. 16.* Corneus *d. conſ. 116. n. 14. cum ſeqq. conſ. 190.
nu. 23. lib. 2. conſil. 168. lib. 4.* Bertrand. *conſil. 26. lib. 1. prior.*
conſ.

Digitized by Google

conſ.158.lib.2. priorum, conſ.205.lib.3.prior.& conſ.56.lib.7. Pariſ.*conſ.60.num.45. & ſeqq.lib.2.* Cur‹.jun *conſ.*180. Port.*conſ.*131.in facti ſpecie Nicol.de Ubald.*d.loc.n.*17. Alciat.ad Port.*d.conſ.*131. Graſſ.*d quæſt.23.n.7.cum ſeqq.* Socin.*in d.l.in quartam,n.*138. Teſſaur.*d.quæſt.237.n.12. & 13.* nam dando ampliationes & limitationes ad quæſtionem de dote quam lucrantur nepotes ex conſuetudine, dum opinionem Barthol. affirmatiuam ſequitur, eidem dat quatuor limitationes, quæ ad tres reducuntur, ſi nimirum, vt hæredes matris, dotem maternam conſequantur, alteram ſi ab auia materna, poſtremò ſi concorrant cum patruis, æquipatando hanc limitationem alijs præcedentibus, & eandem rationem omnium habendo, & eas ad inuicem ſeparando: Ergo primas generaliter intellexit, alioquin illis ſublimitationem ex hujoſmodi diſtinctione dediſſet. Denique Cancer.*in lib.var.reſol.in cap.de legitima n.*33. ſatis hoc clarè firmat, dum format quæſtiooem & reſoluit ſecundùm nos, aſſerendo communem. Poſtremò Bart. ipſemet, & qui eum ſequuntur *in d.l.poſt dotem*, idem ſentiunt: nam cùm in terminis conſuetudinis affirmatiuam ſequeretur, & in hoc Bald. ab eo diſcederet, & fœdere diſtinctioois aliqoi eos coociliarent; tamen Bart. ſi proponeretur caſus, quo tanqoam hæredes matris, nepotes dotem lucrarentur, exiſtimauit ſimpliciter & generaliter eos non imputare, cujus ſententiæ ratio, præter ſupradictas, eſt, quia ex propria perſona, & oon ex perſona patris, cui nunquam fuit debita legitima, quem propterea repræſentare oon poſſunt, eam petunt.

11 Poſtremò, ij nepotes † petunt legatum reduci ad fines legitimæ, ipſamq; legitimam ex teſtamento, quo caſu ea eſt indubitata Doctorum ſenteotia, dotem quam cõſequuti ſunt, vt hæredes matris, in legitimam non imputari, ſiue ſuccedant cum patruis, ſiue non, Alexaod.*in d.l.in quartam,n.26.ff.ad l.Falcid.* Salicer.*in l.ſcimus,§.repletionem,C.de inoff.teſt. & in l.illam,C.de collat.* nam ſi quam repræſeotationem imaginari velimus, quam tamen reuera non poſſumus, ea omnino ceſſat in ſucceſſione teſtamentaria, io qua ex vi relicti, non jure repræſentationis, legitimã petunt. His adde, quòd hîc nulla adeſt inæqualitas ex vi d.nõ imputationis; immò ea ſubeſſet, ſi imputatio eſſet facienda. Quid ſuper his judicatum fuerit dicetur in fine ſeqocotis conſilij.

CONSILIVM XXII.

ARGVMENTVM.

AN dos matri data, vel donatio contemplatione matrimonij patri facta, per nepotes in legitimam imputetur.

SVMMARIVM.

1 *Nepotes dotem matri datam, & donationem ab auia contemplatione matrimonij factam, quam vti hæredes eorum conſequuntur, in legitimam aui materni, vel auiæ paternæ non imputant, ſiue concurrant cum patruis, ſiue non.*

2 *Filij in conditione poſiti ex conjecturis, ſi plures concurrant, cenſentur vocati.*

3 *Quod intelligendum eſt, cùm datus eſt patri ſubſtitutus ſub conditione,* ſi ſine liberis, *non in pacto reſolutiuo,* ſi ſine liberis.

IN lite adhuc indeciſa pendente ioter filios quondam nobilis Joannis de Paniſſe, actores in prima inſtantia, nunc verò appellatos, & nobilem Petrum de Paniſſe, eorum patruum, tunc reum, nunc verò appellantem, dum quæreretur an duo mille aurei, in cootractu matrimonij d.Joannis, per nobilem quondam Violãtam de Peres, ejus matrem, & alij mille aurei poſtea eidem dati, omnes tamen poſt mortem ejuſdem Violantæ ſoluendi, eſſent in legitimam dictorum filiorum, ejuſdem Violantæ nepotum, qui eam ex propria perſona, d.Joanne ante matrem prædefuncto, petebãt, imputandi, & Arbitri hinc inde ſumpti in cõtrarias eſſent diuiſi ſententias, totiusq; quæſtionis reſolutio quinto Arbitro remiſſa fuiſſet, isq; in vnam vel alteram ſententiam deſcendere deberet, duo propoſita dubia fueront, vnum, an nepotes legitimam iotegram conſequi deberent, abſque d.imputatione, cùm patruus adeſt. Alterum, an quia d. Violanta cauerat dictos duos mille aureos in contractu matrimonij datos, ſibi reſtitui, ſi d. Joannes moreretur ſine liberis, ex eo filij cenſerentur vocati, quòd ſi eſſet ex prouiſione auiæ cenſerétur habere, & cùm ageretur de donatione in cõtractu matrimonij facta, venirent in legitimam imputandi.

Quoad primum, id fusè io voto dictorum Arbitrorum, per dictos filios aſſumptorom, diſcuſſum fuit, & demonſtratum, veriorem & communem eſſe opinionem, vt indiſtinctè, ſiue † patruos adſit, ſiue nõ, dotem 1
maternam, & multò magis donationem à matre filio factam, quam eo prædefuncto, vti illorũ hæredes conſequuntur, nõ imputari in legitimam nepotum, quam ſententiam in terminis expreſsè firmant Caſtrenſ.*in l.illam C.de collat.* Alexand.*in l.in quartam,ad leg.Falcid.n.*26. Dec.*d.l.illam n.*16 Corn.*conſ.116.nu.14.cum ſeqq.& conſ.190.nu.23.& 24.lib.1.& conſ.158.lib.*4. Bertran *conſ.26.lib.1.prior.conſ.158.lib.2. prior.conſ.205.lib.3.prior.& conſ.56.lib.7.* Pariſ.*conſ.60.nu.45.& ſeqq.lib.2.* Curt.jun.*conſ.*180. Port.*conſ.131. in facti ſpecie.* Alciat. *ad Port.d.conſ.*131. Nicol.de Ubald *in tract.de ſucceſſ.ab inteſt.part.1.q.3.n.*24. Graſſ.*in §.legitima,q 23.nu.7.cum ſeqq.* Socin. jun.*in d.l.in quartam n.*138. Teſſaur *deciſ.237.nu.12.& 13.* Cancer. qoi aſſerit communem, *tit.de legitima,num.*33. dum format quæſtionem. Et eſſe Bartoli & omniũ eorum qui eum ſequuntur, in d.voto demonſtratũ fuit. Et præter hos Surdus, aſſerens communem *conſ.206.n.*37. omnino videndus. Tobi.Nonius *conſ.49.in fi.* de cõmuni etiam. Ruin. de veriori & receptiori atteſtans *in d.l.in quartam,n.*58. Beretta *conſ.26.n.*10. de cõmuni etiã. Petrus de Perta *de fideic.q.15.n.18.verſ.præterea.*

Verius enim eſt, quòd quamuis nepos ſobintret locũ & gradum patris, nõ tamen ſuccedit ex perſona patris, ſed ex propria, vt eruditè docet Guido Pancirollus *conſ.169.n.*13. poſt Bart. *in l.ſecunda,C.de liberis præter.* & Alex.*conſ.20.n.8.lib.1.conſ.3.nu.13.lib.*4. & cùm habeant dotem, vel res donatas tanquam hæredes matris vel patris, legitimam autem ex propria perſona petant, quæ nunquam eorum matri vel patri debita fuit, d. imputatio nullo modo fieri poteſt. Quæ, maximè hoc caſu, dicenda ſuor, quo patruus ſolos fuit hæres inſtitutus, oepotes verò ſolam legitimam petunt.

Quoad ſecundũ, verius eſt, dictos † filios nõ cenſeri 2

vocatos; primò, cùm controuerſum admodum ſit, an filij in conditione poſiti cenſeantur vocari, qui ex conjecturis vocatos contendunt, plures, non vnicam conjecturam requirunt, qua de re Clarus *in §. teſtamentum, q. 17. cum ſeqq.* Ill. Mantica *de conject. vlt. volunt. lib. 11. tit. 3.* Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 76.* Graſſ. *in §. fideicommiſſum, q. 15. n. 7.* At verò hîc vnica eſt, ſi moriatur ſine filijs legitimis naturalibus ex proprio corpore, & de legitimo matrimonio procreatis, eaque admodum controuerſa, & quam plerique improbant, vt per Mantic. *d. loc. n. 13.* Menoch. *d. loc. n. 48.*

3 Sed inutiliter diſputamus, an † conjecturæ ſufficientes adſint necne: neque enim ſumus in terminis in quibus loquuntur Doctores, quando ſcilicet filio inſtituto datur ſubſtitutus ſub conditione, *ſi ſine liberis*: cùm enim filio datur ſubſtitutus, volunt ex conjecturis filios in conditione poſitos cenſeri vocatos, cùm enim grauetur alijs reſtituere, multò magis cenſetur filijs grauatus: ſed hoc caſu nullus filio datus eſt ſubſtitutus, & ceſſat conſideratio Doctorum, ſed tantùm opponitur pactum reſolutiuum donationis in fauorem donantis, in caſu non exiſtentium liberorum, velle autem extendere doctrinam interpretum, eamque controuerſam ad hunc caſum omnino diuerſum, nullo modo permiſſum eſt, maximè cùm vtriuſque diuerſa ſit ratio: ceſſat enim conſideratio, quæ ratione ſubſtituti dati fit. Et planè in his terminis pacti reſolutiui, nemo eſt omnino qui teneat, filios cenſeri vocatos: imò in terminis quæſtionis noſtræ plerique ex Doctoribus ponunt caſum, quando dotans vel donans ſtipulatus dotem ſibi reſtitui, ſi filia ſine liberis moriatur, & contendunt nepotes eam in legitimam non imputare, quia non ex prouiſione auiæ, ſed tanquam hæredes patris eam conſequuntur, &, quod magis eſt, faciunt vim in ea conditione, *ſi ſine liberis*, vt ea operetur dotem non imputari, quæ alioquin imputari deberet, docet Socin. *in d. l. in quartam, nu. 40.* Phan. de Phan. *de lacro dotis gloſ. 11. nu. 9. & 10.* Graſſus veriorem & communiorem aſſerens, poſt multos quos longa ſerie recenſet *in §. legitima, q. 23. num. 10.* Paul. de monte Pico *in d. l. in quartam, n. 233.* Purpura *in d. l. illam nu. 25.* Ripa *in d. l. in quartam, nu. 193. per l. inter ſocerum, §. cum inter, ff. de pact. dotal.* volunt enim Doctores in d. locis, quòd quando pater ſtipulatus dotem ſibi reddi, ſi filia decedat in matrimonio ſine liberis, à contrario ſenſu videri tacitè ſtipulari dotem reddi mulieri in caſum exiſtentiæ liberorum, & propterea, eo caſu, dotem acquiri matri, & ea mortua, ſuccedere ejus filios in ea dote, tanquam hæredes matris; ergo non tanquam vocatos. Atque cùm ſecundùm ſententiam noſtram ſententia lata fuiſſet; etſi ab ea appellatum fuiſſet parte d. Domini Petri patrui: poſtea tamen acquieuit, eaque pro juſta manente ſuper cæteris, quæ inter ipſos erant decidenda, tranſactum fuit.

CONSILIVM XXIII.

ARGVMENTVM.

IN filijs maſculis inſtitutis, & ijs inuicem, *ſi ſine liberis*, ſubſtitutis; filiabus verò in re certa inſtitutis; neptis ex filio excludat patruum, ſaltem ſi ſubjecta ſit prohibitio alienationis cauſata. Et an prohibitio alienationis, vt bona conſeruentur in familia, cum ſubſtitutione in caſum contrauentionis, extendatur ad nepotes vel neptes, &, quando abſolutum & ſimplex, vel tantùm in caſum alienationis, ex ratione conſeruandæ agnationis, fideicommiſſum reſultet.

SVMMARIVM.

1 *Pater qui prætulit filios maſculos propriis filiabus, eoſdem filiabus ex filio cenſetur prætuliſſe, contra,* nu. 13. *ſiue ſub conditione,* ſi ſine liberis, *ſiue,* ſi ſine filijs, *ſubſtitutio concepta ſit.*

2 *Quando teſtator habuit rationem agnationis conſeruandæ, ipſius filij excludunt filias ex filio, quod quomodo intelligatur* nu. 19.

3 *Sequentia verba ſubſtitutionis declarant præcedentia, ideoq́; ſi in ſecundo gradu ſubſtitutionis fiat mentio maſculorū, primus quoque gradus ejuſdē, de maſculis intelligendus erit, quod quomodo intelligatur* n. 24.

4 *In fideicommiſſis magis voluntatem quam verba inſpicimus.*

5 *Et quæ voluntas ex ſolis conjecturis inducitur.*

6 *Liberorum appellatione etiam fœminæ ex proprietate vocabuli; filiorum verò per extenſionem comprehenduntur.*

7 *Si quis accipiat emphyteuſim pro ſe, & liberis, fœminæ continentur: ſecus ſi pro ſe & filiis.*

8 *Differunt, quod propriè, vel per extenſionem contineri, hoc enim non facile in ſtatutis & contractibus, illud verò ſemper admittitur.*

9 *In ſtatutis, & contractibus fit ſtricta interpretatio.*

10 *Quod teſtator, maximè peritus, non dixit, nec nos dicere debemus.*

11 *Quando filiorum eſt facta mentio negatiuè, fœminæ ex proprietate vocabuli continentur.*

12 *Conjecturæ non ſunt ex proprio capite imaginandæ.*

14 *Eſt ſophyſticum argumentum: Non vocauit filias proprias, Ergo excluſit neptes à ſucceſſione patris filij teſtatoris.*

15 *Pater in portione filij, omnes deſcendentes ex eo, magis quàm alium filium diligere cenſetur, & in ea ceſſat* l. ſi viua matre C. de bon. matern.

16 *Neptis ex filio non dotata, poteſt eſſe melioris conditionis, quàm filia teſtatoris.*

17 *Imo, quod dicitur, neptem non debere eſſe melioris conditionis quam filiam, non habet locum in nepte ex filio.*

18 *Quomodo intelligendus Marzar.* tit. de fideicomm. quæſt. 43.

19 *In diſpoſitione affirmatiua, in fauorem familiæ facta, filia nupta non continetur, ſicùt in negatiua, vt in prohibitione alienationis extra familiam, vt ſcilicet impediat ne fideicommiſſum ſit apertum.*

35 *Etſi in fideicommiſſis, ſi dictioni,* maſculorum, *adjiciatur ratio conſeruandæ agnationis, neptes ex filio excludantur, ſecus tamen eſt, ſi ea ratio prohibitioni alienationis adjiciatur, niſi per verba diſpoſitiua, cum mentione maſculorum, d. ratio appoſita ſit,* num. 21.

22 *Magna eſt differentia, an affirmatiuè, an prohibitiuè*

agna.

agnaternm ſit facta mentio: primo enim caſu, plerique putant, fœminas non contineri, quæ ſecundo caſu continentur.

23 *Ratio agnationis conſeruandæ, ſolùm debet procedere in caſu expreſſo.*

24 *Dictio,* maſculorum, *in vno gradu & caſu appoſita, ad alium eúmque diuerſum non porrigitur, niſi vna eadémque oratione vterque caſus comprehēderetur.*

25 *Repetitio dictionis,* maſculorum, *difficiliùs fit in conditione,* ſi ſine liberis, *quàm in conditione* ſi ſine filijs.

26 *In fideicommiſſis valet argumentum, hoc caſu non loquitur ſubſtitutio.*

27 *Et, ſi ab eo receditur per conjecturas, ea debent eſſe concludentes, neceſſariæ & ſignificata per verba inducentia diſpoſitionem.*

28 *Admiſſa filia vel ſorore in fideicommiſſo, in familia relicto, filij earum non admittuntur, quod quomodo intelligatur* nu. 45.

29 *Prohibitio de non alienando perſonalis, fit realis per rationem agnationis conſeruandæ ſubjectam; contra* nu. 35. *ſecùs ſi ſit perſonaliſſima,* nu. 46. *ſed ſuperior ſententia in perſonali prohibitione quomodo intelligatur* nu. 47.

30 *Diſpoſitio legalis facta de filiis comprehendit nepotes, & prohibitio filiis facta afficit nepotes, &* n. 33. *ſecùs in diſpoſitione & prohibitione hominis* n. 48. *&* 52.

31 *Dictio,* perpetuò, *idem ſonat quod,* in infinitum, *& inducit fideicommiſſum in perſona nepotum, contra* n. 34. *&* 39.

32 *Sicut & clauſula,* ordine ſucceſſiuo.

34 *Prohibitio facta filiis hæredibus inſtitutis, non extenditur ad nepotes, etſi dictio,* perpetuò, *adjecta ſit,* n. 49.

36 *Ex ratione agnationis prohibitioni alienationis per verba enunciatiua ſubjecta, non inducitur ſimplex fideicommiſſum in fauorem agnatorum, ſed tantùm in caſum alienationis:*

37 *Etſi dictio,* perpetuò, *adjecta ſit.*

38 *Et quid ſi dictione,* relinquantur, *in ratione agnationis ſubjecta vſus ſit teſtator?*

39 *Et quid ſi verbis prægnantibus & perpetuitatem, vltra dictionem ſolam,* perpetuò, *ſignificantibus vſus ſit?*

40 *Filia eſt de agnatione.*

41 *Poſtquam filia ſemel facta eſt capax, omnes ex ea deſcendentes facti ſunt capaces.*

42 *Fœmina ſemel admiſſa ad feudum, omnes ex ea deſcendentes etiam fœminæ admittentur.*

43 *Si prohibitio alienationis cum ſubſtitutione in caſum contrauentionis ſubjecta eſt, ſubjecta eſt ſubſtitutioni ſi ſine liberis, hic deficiente, vt quia liberi ſuſcepti ſunt, prohibitio quoque & ſubſtitutio illi adjecta ceſſant & deficiunt.*

94 *Secus tamen plerique exiſtimant, quando ſimplex fideicommiſſum ex prohibitione alienationis reſultaret.*

50 *Prohibitio alienationis cauſata, cauſa ſonante in perpetuum & graduale fideicommiſſum, non tamen inducit fideicommiſſum, niſi in caſum contrauentionis.*

51 *Defecta conditione fideicommiſſi omnia ceſſant & deficiunt quæ ex eo dependent.*

52 *Argumentum ductum* ex l. publicis, §. 1. de condit. & demonſtr. *ſi grauanit filios, multò magis nepotes, non eſt verum, & rejicitur.*

DE anno 1550. & 11. Martij dominus quondā Romanus Filioli in ſuo teſtamēto inſtituit ſibi hæredem domicellam Margaretam Bouete ejus vxorem, conditionibus adjectis, ſcil. quòd ipſa teneatur ſine aliquali detractione de bonis teſtatoris diſponere & teſtari in fauorem ſuorum trium liberorum maſculorum in ſtirpes, aut per capita, arbitrio ejuſdem Margaretæ. Et ſi cōtingeret eam mori ab inteſtato, ſeu ſine alia diſpoſitione bonorū, voluit & ordinauit d. teſtator, quòd ipſi tres liberi maſculi in bonis prædictis poſt ejuſdem Margaretæ obitum æquis partibus ſuccedant & ſuccedere debeant, & qualitercumque & quandocumque ipſi maſculi ſuccedant & veniant ad hæreditatem prædictā, ſubſtituit ſuperuiuentem & ſuperuiuentes ipſorum, caſu quo alterum ſeu alios eorumdem quandocumq; decedere contingat ſine liberis naturalibus & legitimis, & vt bona prædicta perpetuò remaneant agnationi & familiæ ipſius teſtatoris. Quamobrem ipſe teſtator prohibuit & defēdit ac penitùs interdicit jam d. ſuis liberis, non licere eis quocumq; titulo ipſa bona alienare, & ſi ipſi fratres ſeu alter eorum ad aliquem actum ſeu contractum alienationis procederent, ſeu procedere effectualiter tentarēt, quòd proximiores & agnati maſculi ipſius teſtatoris poſſint eadem bona alienata auocare, eoſdem & ſuos majores natos maſculos ordine ſucceſſiuo in hoc caſu vocando & ſubſtituendo, quibus & ſuis prædictis, ſine detractione aliquali ſeruato ordine prædicto priùs rejectis in hac parte tātum ſubſtitutionibus prędictis & ipſis nonobſtantibus applicari juſſit & ordinauit. Poſt mortem teſtatoris d. Margareta adiuit hæreditatem & aliquo tempore poſtea, juxta *l. poſt mortem, C. de fideic.* filiis maſculis reſtituit hæreditatem, quorum Veſquinus moritur ſine liberis, & locum facit fideicommiſſo, poſtea Simeon, relicta filia, hærede per ipſum inſtituta, domicella ſcil. Margareta quę nobili & generoſo domino de Quicharan domino de Ventabren nupſit, ex eóque plures liberos ſuſcepit, ſuperſtite adhuc Paſchale ejus patruo, eodemq́; fratre Simeonis, & filio Romani teſtatoris.

Ex hoc themate duæ quæſtiones admodum difficiles reſultant inueſtigandæ. Una, an ſuperexiſtentia d. Margaretæ excludat Paſchalem impediatq́; fideicommiſſum in ſua perſona aperiri. Altera, caſu quo non ſit locus fideicommiſſo, an poſtea moriēte Margareta relictis filiis, qui abſq; dubio de agnatione Romani dici non poſſunt, agnati maſculi d. Romani poſſint portionem Simeoni obuentam, detractis detrahendis, ex vi fideicommiſſi petere.

Quoad primam, multa ſunt ex quibus videtur concludendum, per Paſchalem eſſe d. Margaretam excludendam, maximè vt leniora omittam, quia videtur apparere de conjecturata mente teſtatoris, voluiſſe filios maſculos filiabus ex filijs præferre, quia cùm proprias filias excluſerit, maſculoſque ſuos illis prætulerit, multò fortiùs prętulit filios ſuos proprios filiabus filiorum; & ſic nepotibus, quia potentius jus cauſat & producit cauſa immediata, *l. digna vox, C. de leg.* ideoq́; conditio, *ſi ſine liberis,* debet reſtringi ad maſculos liberos, quo pertinet *l. ſi viua matre, C. de bon. mater.* & † in terminis 1 maſculos filios præferri filiabus ex filio reſponderunt Alexand. *conſ. 52. n. 35. lib. 4. & conſ. 38. n. 4. lib. 6.* poſt Caſtren. *conſ. 409. caſus iſte frequens, lib. 2.* & Fulgoſ. *in l. 1. C. de condit. inſer. & conſ. 38.* in eamq́ue ſententiam reſpondit Dec. *conſ. 15. & conſ. 2*-0. & quidam alij.

Secundò, quia hoc caſu noſtro † teſtator agnationis 2 conſeruationem conſiderauit; nominatim enim ſubjūxit, *& vt bona perpetuò remaneant in agnatione & familia, &c.* conſequitur igitur, filias ex filio non venire, vt poſt Soc. jun. Coro. & pleriſque alios docet Matzat. *in epito. de fideicom. q. 43. verſ. ſed in contrarium.*

Poſtremò, quia in caſum alienationis vocat tantùm maſculos, nō mirum ſi cùm primum gradū ſubſtitutio-

3 ni ſecit, dictio, *liberorum*, ad † maſculos reſtringi de-
bet: ſequentia enim verba ſubſtitutionis declarant
præcedentem ſubſtitutionem, *l. cum pater*, §. *dulciſſi-
mis, de leg. 2. l. 1. C. de impub. l. ſi ſeruus plurium*, §. *final. ff.
de leg. 1. l. cùm de lanionis*, §. *aſinam*, ibi, *primis quibuſque
proxima copulata*, *ff. de fund. inſtr.* & qui de maſculis lo-
quutus eſt in ſequentibus, de illis quoque in prima
ſubſtitutione intellexiſſe præſumitur, vt nominatim
voluit Dec. *conſ. 15. & conſ. 270. num. 5.* Curt. jun. *conſ. 49.*
Pariſ. *conſ. 85. nu. 39. lib. 2.* Cephal. *conſ. 134. n. 9.* Guid. Pap.
4 *dec. 87. &* 485. In fideicommiſſis enim † magis volunta-
tem quàm verba inſpicimus, *l. hæredes mei*, §. *cùm ita,
ff. ad Trebell. l. cùm virum, C. de fideicom. l. penult. de leg. 1.*
5 quæ etiam † conjecturis inducitur, *l. nutu de leg. 3. l. licet
imperator, ff. de leg. 1.* Gabr. *conſ. 121. n. 39.* Mantic. *de con-
ject. vlt. volunt. lib. 8. tit. 1. per tot.* omiſſa propria verbo-
rum ſignificatione, *l. non aliter de leg. 3.* §. *diſponat, in
auth. de nupt.*

Quibus tamen non obſtantibus contrarium exiſti-
mo in fauorem filiæ d. Simeonis eſſe reſpondendum,
cùm ſubſtitutio facta ſit ſub conditione, *ſi ſine liberis*,
6 liberorum † enim appellatione, ex proprietate voca-
buli, fœminæ eodem modo quo maſculi continentur,
l. liberorum, vbi Bart. & Rebuff. *l. juſta, de verb. ſignif.
l. 1. C. de condit. inſert.* Quinimo, etſi per verbum, *filij*, eſ-
ſet concepta, idem eſſet dicendum: maſculinum enim
concipit fœmininum. Sed vbi per dictionem, *liberi*,
concepta eſt, res clarior eſt; cùm hoc caſu ex proprie-
tate vocabuli, priore autem caſu, ſcilicet in dictione *fi-
lij*, non niſi per extenſionem fœminæ comprehendan-
tur, *l. pronunciatio in verb. porrigitur, ff. de verb. ſignif. l.
penult. C. de prepoſ. ſacr. cubic. lib. 12. l. cum vna in adopti-
uis*, §. 1. *C. de adoptio. not.* Bartol. *in l. 1. de verb. ſignif.* Alex.
7 *conſ. 61. num. 1. lib. 1.* Inde ſi quis accipiat † emphyteuſim
pro ſe & liberis, filiæ continebuntur, Bald. *in l. ſed ſi
hac*, §. *liberos, ff. de in jus vocan.* ſecùs ſi pro ſe & filijs, I-
mol. *in l. ſi ita ſcriptum de leg. 2.* Alex. *in d.* §. *liberos*, Dec.
conſ. 667. n. 4. Quamuis enim aliqui in quæſtione pro-
poſita cùm maſculi ſunt inſtituti & inuicem ſubſtitu-
ti, filiabus excluſis, iiſque tantùm in re certa inſtitutis,
neptem ex filio non facere deficere conditionem, etſi
hoc modo, *ſi ſine liberis*, concepta ſit, exiſtimarint: ta-
men præterquam quòd ij etiam in dictione, *filiis*, vt
mox dicemus, falluntur, hoc certiſſimum eſt vbi ali-
qua ratione ex conjecturis pro fideicommiſſo contra
neptem reſpondendum eſſet, potentiores requiri con-
jecturas vbi dictio, *liberis*, adeſt: magna enim eſt dif-
8 ferentia † inter illud quod propriè intelligitur, ab eo
quod per extenſionem venit: hoc enim poſtremum,
9 non facilè locum habet † in ſtatutis, contractibus, vel
vbi propriè verba ſunt intelligenda, *l. 3.* §. *hæc verba, de
negot. geſt. l. quidquid adſtringendi de verb. oblig.* & ta-
men ſemper & vbique licet nobis, vbi ex verborum
proprietate continetur, Panorm. *conſ. 36. nu. 3. lib. 1.* Cra-
uet. *conſ. 6. n. 10.* Tiraq. *de retract.* §. 1. *gloſſ. 9. n. 179. &* 180.
Quæ adjuuantur ex eo quòd teſtator erat vir peritus,
qui, ſi de maſculis tantùm intelligere voluiſſet condi-
tionem, *ſi ſine liberis*, id abſque dubio expreſſiſſet, &
10 † cùm non dixerit, nec nos dicere debemus, *l. quidam
cum filium, ff. de hæred. inſtit. l. vnic.* §. *ſin autem ad defi-
cientis, C. de caduc. tollen. l. ſi ſeruum*, §. *non dicit prætor, ff.
de acquir. hæred.* Anan. *conſ. 22.* Anchar. *conſ. 120. nu. 4.* A-
lex. *conſ. 38. n. 6. lib. 6.* Socin. jun. *conſ. 3. n. 42. lib. 1.* Idque
21 eo maximè, quòd liberorum † mentio fuit facta nega-
tiuè, quo caſu, etiamſi filiorum, non liberorum facta
fuiſſet mentio, fœminæ ex propria ſignificatione con-
tinentur, quidquid ſit, quando eſt facta affirmatiuè,
Cephal. *conſ. 45. nu. 8.* Debemus igitur ſequi proprieta-
11 tē † dictionis, *liberorum*, nec debemus nobis, proprio
motu, formare cōjecturas & imaginarias mortuorum
diſpoſitiones, ad quas ipſi nunquam cogitauerunt, vt
Bald. inquit *conſ. 325. lib. 5.* maximè contra proprieta-
tem verborum, *l. 1. C. de condit. inſert. l. non aliter, de leg.
3.* Quæ quidem clariùs apparebunt ex contrariorum
diſſolutione; ſi priùs docuero, hanc ſententiam ma-
gis communem eſſe: nimirum † neptem excludere 13
filium maſculum inſtitutum, eundemque ſubſtitu-
tum, etiam dato filias teſtatoris in re certa inſtitutas &
ab vniuerſali inſtitutione ſubſtitutioneque excluſas:
neptem, inquam, præferendam ſubſtituto, etiamſi ſit
de deſcendentibus, vt in themate præſupponitur, re-
jecta diſtinctione à quibuſdam propoſita; an deſcen-
dens, an alius ſit ſubſtitutus. pro nepte igitur contra
ſubſtitutum, etiam ex deſcendentibus, & etiamſi per
dictionem *filiis*, concepta ſit conditio, reſponderunt
Ludou. Bologn. cum multis ſubſcribentibus inter cōſ.
Alexand. *lib. 4. conſ. 53.* qui omnibus conjecturis ac ra-
tionibus, quæ in contrarium ſolent afferri, ſigillatim
reſpondet, Corn. *conſ. 202. n. 5. & ſeqq.* Franciſ. Curt. *conſ.
44. num. 19. & ſeqq. & conſ. 63. nu. 10.* qui etiam *nu. 13.* dicit
Paulum pœnituiſſe, quòd contra neptem conſuluiſſet,
Jaſ. *conſ. 142. nu. 3. & 5. verſ. item reperio*, ac Bononienſes
& Peruſinos DD. contra ſe, in cauſa quam ſcripſerat,
conſuluiſſe refert Paul. Caſtrenſ. *in l. 1. in fin. C. de condit.
inſert.* qui propterea, ſe pro fideicommiſſo ampliùs no-
luiſſe conſulere aſſerit, & cùm ea cauſa Collegio Aue-
nionenſi commiſſa fuiſſet, id pro nepte reſpondiſſe re-
fert Caccialup. *in l. generaliter*, §. *cum autem, C. de inſti-
tut.* Gabr. *conſ. 97. in princ. lib. 1.* & Jaſon *d. conſ. 142. nu. 5.*
eandemque ſententiam Apoſtillat. ad Alexan. vbique,
maximè *d. conſ. 51. lib. 4. & conſ. 38. lib. 6.* ſequitur & ad
Dec. *conſ. 15. & conſ. 270.* & Cephal. *conſ. 45.* maximè *n. 9.
& conſ. 46.* Marzar. *de fideicom. quæſt. 21.* hancque magis
communem, alijs quibuſdam contrariam communio-
rem contendentibus, aſſerit, & verum eſt, Burſat *conſ.
64. nu. 13. lib. 1.* & Bernat. Henric. *lib. 1. magis communium
opinionum, concluſ. 453. & lib. 2. concluſ. 73.*

Nec obſtant quæ in contrarium proponebantur, ac
primum deſumptum ex *l. ſi viua matre, C. de bonis ma-
tern.* præter enim varias ſolutiones, quas dant Bolo-
gnin. Cephal. & Gabr. & alij ſuprà relati, eſt planè ſo-
phiſticum & fallaciſſimum, vt verbis Apoſtillatoris ad
Alexand. vtar. Quia bene verum eſt, quòd prædile-
xit † filios filiabus, in hoc quòd vocauit & ſubſtituit 24
filios & non filias, & ſic ex hoc bene poteſt colligi
quòd filiæ & fortiùs neptes etiam ex filijs non poſſunt
dicere ſe vocatas & ſubſtitutas, licèt hoc filij dicere
poſſint caſu contingente; ſed non propterea ſequitur
quòd filiæ filiorum à portione bonorum patris ſui ex-
cludantur per alios ſuperſtites filios teſtatoris patruos
ſuos, quia hoc non diſpoſuit nec voluit teſtator, quia
non ſubſtituit filios ſuperſtites præcedenti filio, etiam
caſu quo ille decederet cum filiabus: ſed ſolùm caſu
quo decederet ſine filiis, & in caſu noſtro, quod ma-
gis eſt, ſine liberis, in quibus verbis includuntur filiæ,
& longè aliud eſt, fœminas non vocari ad commodum
ſubſtitutionis, ſed ſolos filios vti voluit teſtator, aliud
ſcilicet nedum filias nō vocari, ſed damno affici & pri-
uari portione bonorum patris ſui, quod non apparet
his, nec veriſſimile eſt teſtatorem voluiſſe. Quæ ſolutio
confirmatur † ex eo, quòd teſtator præſumitur, in
parte filio data, magis diligere omnes ex eo deſcen-
dentes, quàm alium filium, Gloſ. *in l. cum acutiſſimi*,
communiter approbata, *de fideic.* Gabr. *conſ. 97. n. 9 lib. 1.*
& in ea portione ceſſat diſpoſitio *l. ſi viua matre*, Antō.
Gabr. *tit. de fideicom. concl. 6. n. 12.* Ac propterea hujuſmo-
di argumentationē vanam ac debilem atteſtatur & aſ-
ſerit Gab. *d. conſ. 97. n. 1. & ſeqq.* & ſimpliciter rejicit tan-

quam

qoá nihil facie itĕad tem,de Amat.*d.c.106.nu.9.* Adde
quòd hæc neptis non poſſit dici melioris conditionis,
16 cùm oon ſit vocara,ſed ſolùm ſuccedat ab inteſtato. I-
mò † hoc caſu neptes non dotatas poſſe eſſe melioris
conditionis, quàm filias dotatas, docet Cephal. *conſ.*
45.*num.* 21. poſt Curt. ſen. Socin.Ruin.Patiſ.& alios.
17 Hæc omnia confirmaotur, quia † generaliter verum
eſt, quòd dicitur, neptem non debere eſſe melioris
conditionis,quàm filiam,non vendicare ſibi locum in
nepte ex filio, Gabr.*d.concluſ.6.tit.de fideicom.num.*15.
18 Non obſtat ſecundum † deſumptum ex doctrina
Marzatij *tit.de fideicom.quæſt.*43.quoad enim illum fa-
cilè reſponderi poteſt: nam quæſtio ipſius longè eſt
diuerſa à noſtra. Quærit ille, an in prohibitione &fi-
deicommiſſo vocante familiam,domum &c. veniant
filiæ,nos non quærimus, an neptes ex filio (in quibus
maior eſt ratio, ne cẽſeantur excluſę quàm in filiabus)
ſed ſolùm, an neptes faciaot deficere conditionem:
19 nam non eſſe vocatas fatemur Præterea † etſi in diſpo-
ſitione affirmatiua de familia vel agnatione non in-
cludatur filia nupta, ſecùs tamen eſt in diſpoſitione
prohibitiua & negatiua, nimirum ſi prohibuerit de
non alienando extra familiam vel agnationem, quia
tunc filia nupta, multò magis neptis ex filio, includi-
tur non vt cenſeatur vocata, ſed vt impediat ne fidei-
commiſſum ſit apertum, vt ſenſit idem Marzar. *d.qu.*
43. poſt Ruin. qui id disertè contendit *conſil.24. num.*
14.*lib.*2.ex quibus cùm optimè ſatisfiat Marzatio,non
diſquiram de veritate ſententiæ Marzatij in quæſtio-
ne ſibi propoſita, quæ admodum ſuſpecta eſt,vt ex al-
legatis per ipſum *in principio d.quæſt.*43. patet:ſed ma-
20 gis † vrgeret hoc ſecundum argumentum, ſi diceretor
pleroſque ex iis quos ſuprà allegauimus in fauorem
neptum ex filio contra ſubſtitutum filium maſculum
teſtatoris, & maximè Burſat. *d.conſil.*63. *num.* 13. Ce-
phal *d.conſil.*45. Marzar. *d.quæſt.*21. referendo Albam
conſil. 19. exiſtimaſſe ſi cùm filios maſculos ſubſtituit,
eóſque deſcendentes teſtatoris adiecerit expreſsè, ſe
agnationi conſulere, eámque conſeruare velle, vt non
ſufficiat quidem ratio conſeruandæ agnationis tacitè
elicita & comprehenſa ex nominatione maſculorum,
etiamſi verſemur in deſcendentibus teſtatoris, quid-
quid in contrarium, & malè, exiſtimauerit Mantic. *de
coniect.vltim.volun.lib.6.cap.15.num.7.&* 10. ſufficiat ta-
men ad excluſionem neptum, ſi nominationi maſcu-
lorum expreſsè adiiciatur ratio conſeruandæ agna-
tionis.

Sed ad id variis modis reſpondetur. Primùm, non
ſatis tutam eſſe eam ſententiam, an ſi expreſsè conſer-
uationis agnationis facta ſit mentio,neptes excludan-
tur, vt videre eſt apud Marzat. *d. quæſt.*21. qui refert
quidem,ſed non ſequitur Albam *d. conſil.*19. ſed poſi-
21 to veram eſſe, longè tamen diuerſi ſunt caſus, an † illa
ratio conſeruationis agnationis adiiciatur fideicom-
miſſo, an prohibitioni alienationis, vt primo quidem
caſu, aliqui exiſtiment, aliis repugnantibus, neque fi-
lias, neque neptes contineri, Grat.*conſil.68.num.15.lib.*
2.ſecundo verò clarum ſit & expeditum, non cenſeri
contrauenisſe prohibitioni inſtituendo vel filiam vel
ſororem etiam in aliena familia nuptam, Peregr.*de fi-
deicomm. art.*14.*num.*37. quamuis ſecus eſſet ſi prohibi-
tioni alienationis rationem adiecerit per verba diſpo-
ſitiua, quia velit bona conſeruari in deſcendentes, &
præterea dictioni, *deſcendentium*, vel, *agnatorum*, adie-
cerit dictionem, *maſculorum*, dicendo *quòd velit ea con-
ſeruari in deſcendentes ſuos maſculos*, vel *in agnatos maſ-
culos*, quorum appellatione conſtat non contineri fœ-
minas, Peregr. vbi ſuprà *num.*39. poſt Barth. *in l.cum
auus de condit.& demonſtr.*

Secundò reſpondetur, & dependet ex prima ſolu-
tione, Doctores conſtituere † magnum diſcrimen,an 22
diſpoſitiuè & affirmatiuè ſit agnatorum & familiæ
facta mentio, vt omnium cenſeantur vocatæ, an verò
prohibitiuè, vt non vocatæ, ſed ne cenſeantur tantùm
excluſæ, ita vt nedum ab inteſtato, ſed etiam ex teſta-
mento ſuccedere poſſint (idem enim eſt cenſendum
quoad hanc materiam de hæredis inſtitutione eius,
qui ab inteſtato eſſet ſucceſſurus, quod de ſucceſſione
ab inteſtato, Burſ. *conſil 64 num.6.lib.1.*) vt primo caſu
plerique putent fœminas non contineri, ſecundo verò
contineri, *l.voluntas, Cod.de fideicomm.* & ibi notant
Barth.Bald.Salic.Fulgoſ. Paul. Alexand. & Iaſ. & con-
ſuluerunt Curt.ſen. *conſil.*63. Iaſ.*conſil.*146. *lib.*2. & alij
quos refert & ſequitur Peregr. *d.art.*14.*num.*37. Ita vt
non poſſit duci argumentum à ratione conſeruationis
agnationis appoſita in fideicommiſſo ad eam quæ ap-
ponitur in prohibitione alienationis & contra, Ruin.
*conſil.*24.*num.*14.*lib* 2. cùm, vt ſuprà dictum eſt, vtriuſ-
que caſus ſit diuerſiſſima ratio, præterea &
Tertiò confirmando d. ſolutionem, quia † fauor 23
agnationis debet ſolùm procedere in caſu expreſſo,ni-
mirum ſi alienatio fieret extra familiam vel agnatio-
nem,Rob.Alexand.*conſil.*120.*num.*9. & eſt tex. *in §.non
igitur in authent. de reſtit.fideicomm.* Et quòd ratio a-
gnationis conſideretur ſolùm in caſum contrauentio-
nis, prohibitionis factæ docet Modern. Pariſ *in conſil.
analyt. pro duce Hermanno Aragon.num.*109. quod at-
texitur ſuis tractatibus, & ſi bene ponderentur Docto-
res facientes mentionem rationis conſeruandæ agna-
tionis, loquuntur in terminis, quando appoſita eſt
ipſi fideicommiſſo, quo vocantur filij, excluſis fi-
liabus.

Non obſtat tertia, ad quam etſi ex ſuperioribus pa-
teat reſponſio, tamen variis modis reſpondetur pri-
mum eam ſententiam ex dictione, † *maſculorum*, in 24
alio loco poſitam dictionem, *liberorum*, interpretatio-
nem debere ſumere, communiter reprobari. & contra-
riam ſententiam eſſe magis communem teſtatur Ia-
ſon *conſil.*19.*& conſil.*142.*lib.*3. Socin.iun. *conſil.*25.*conſ.*
29. *& conſil.*100.*num.*12.*lib.*1. & idem *conſil.*102.*& conſ.*
128.*num.* 233.*lib.*1. Secundò, poſito aliam opinionem,
interpretationem ſcilicet huiuſmodi fieri debere, eſſe
veriorem, cùm in noſtro caſu maſculi in alio gradu &
caſu longè diuerſo à noſtro tantùm vocentur, nempe
in caſum alienationis, non debet inde quidquam tra-
hi ad caſum noſtrum, in quo non vocentur filiæ, ſed
an excludant ſubſtitutum tantùm quæritur; Ideóque
cùm & diuerſus caſus & gradus ſint, non poteſt duci
argumentum ab vno ad alium, Modern. Pariſ. *d. loco
num.* 109. generaliter enim verum eſt, quòd ſi in vna
clauſula & oratione teſtamenti facta eſt mentio maſ-
culorum,& in alia, non, in qua proponatur diuerſus &
ſeparatus caſus, non poſſe trahi argumentum de vna
ad aliam partem: Imò dicendum eſt, teſtatorem no-
luiſſe de maſculis in eo caſu intelligere; Ioann. de An-
na.*conſil.*22.*lib.*3.Bero.*conſil.*110.*num.*27.*lib.*2.Dec.*conſil.*
480.*num.*2. Socin.iun. *conſil.*3.*num.*24.*lib.*1.*& conſil.*13.
*num.*25.*& ſeqq.lib.*3.*& conſil.*77.*num.*22.*lib* 3. Cephal.
conſil. 68.*num.*16. Syluan. *conſil.*64.*num.*18. & ita conci-
liantur opiniones contrariæ, cùm quæritur, an †, *ma-* 25
ſculorum, dictio in vno loco poſita, cenſeatur in alio re-
petita: vt enim cenſeatur dictio, *maſculorum*, repetita,
debet eſſe in eadem clauſula & oratione, vt ſi diceret
*& ſi hæres meus deceſſerit ſine filiis maſculis, vel eius fi-
lius ſine filiis, ſubſtituo Titium*, quæ diſtinctio commu-
niter eſt recepta, Cephal. *conſil.* 68.*num.*16.Syluan.*conſil.*
64.*num.*18.Peregrin.*de fideicomm.art.*25.*num.*29. Treu-
ta.*tract.de ſubſtit.parte 4 cap.7.num.*11 In noſtro autem

caſu patet ex ſupradictis, omniã diuerſa eſſe, maximè
locus, caſus, & ratio; ratio,inquam,quæ maximi mo-
menti, dum quæritur, an fœminæ excludant ſolùm
ſubſtitutum, an verò etiam ſint vocatæ: neque enim
vocatas contendimus, ſed ſolùm excludere ſubſtitu-
tum, & præterea diuerſa eſt etiam ratio, quia magis
dilexit filias ex filio in portione filij quàm alias fœmi-
nas agnatas quæ excluſæ ſunt, ſolúmque maſculi vo-
cati in caſum contrauẽtionis vt animaduertit Bologn.
d.conſil.53.inter conſil. Alexand.num.21.cum.ſeq.lib.4.
Augetur, quia cùm conceperit conditionem, *ſi ſine li-
beris,liberorum* autem dictio, ex propria ſignificatione,
comprehendat fœminas, non debemus reſtringere ad
maſculos propter eorum mentionem factam in alio
gradu & caſu, & in quo erat diuerſa ratio: imò debe-
mus aſſerere, propriè & generaliter intelligendam di-
ctionem *liberorum,* nec ab vno gradu & caſu ad alium
diuerſum ducere argumentum, imò ſuccedere regu-
lam, *l.ſi ſeruus plurium,ff.de leg.*1. maximè cùm teſtator
fuerit peritus,& probè norit vim dictionis, *liberorum,*
& ſi de maſculis tantùm intelligere voluiſſet, dixiſſet
vtique, ſicut eos ſolos vocauit in caſum contrauentio-
nis,& cùm non dixerit, noluiſſe exiſtimandum eſt. Ex
quo reſultat tertia reſponſio, quia ſi quo caſu repeti-
tio dictionis, *maſculorum*, permittitur,difficilius id fit
in conditione,*ſi ſine liberis*, quàm in conditione,*ſi ſine
filiis*, Dec.*conſil.*567.Ioan.Ant.Alexand.

Quoad verò auctoritates in contrarium allegatas,
articulus eſt huiuſmodi,&ſunt qui contrarium teneot,
maximè vbi deſcendentes ſunt vocati, inter quos
Mantic.*d.lib.6.* tit.15.*num.*10. ſed noſtra ſententia eſt
magis communis & verior, & ſi DD. in contrarium
allegati conſiderentur benè, ferè omnes loquuntur
quando fideicommiſſum factum eſt ſub conditione,*ſi
ſine filiis*, & non, *ſi ſine liberis*, cùm enim liberorum
eſt facta mentio, abſque dubio vrgentiores & vehe-
mentiores coniecturæ requiruntur, vt à propria ſigni-
ficatione diſcedatur, vt ſuprà edoctum eſt, potiſſimum
quia fideicommiſſa ſunt ſtricti iuris, nec debent exten-
26 di *l.cohæredi §. cum filia ff.de vulg.* ſufficitque † dicere
hoc caſu, non loquitur ſubſtitutio fideicommiſſaria,
quæ onus dicitur, Dec. *conſil.95.& 336.in fin.* Crauet.
conſil.180.in fin. Socin.iun. *conſil.185.num.9.lib.2.*Sylua.
conſil.64.num.19.& 25. & 28. loquens in fideicommiſſo
27 reciproco, etſi quandoque propter † coniecturas re-
cedatur, eæ debent eſſe neceſſariæ & concludentes,&
ſignificatæ per verba inducentia diſpoſitionem, vt ex
communi & indubitata opinione tradit Port. *conſil.
43.num.13.& 14.* Alciat.*conſil.134.num.7.*Marzar.*conſil.
7.* Bero.*conſil.81.num.15. & conſil.84.num.48.lib.2.* Ripa
in l.heredes mei, §.1.num.17.ff.ad Senatuſ. Trebell. Ex
quibus concluditur filiam Simeonis excludere ſubſti-
tutum.

Quoad ſecundum, quo quæritur,an admiſſa d.no-
bili Margareta, ex vi teſtamenti paterni poſt mortem
ipſius, poſſit de his bonis, vt voluerit, diſponere,ex-
cluſis agnatis teſtatoris; cùm certiſſimum ſit, deſcen-
dentes ex ea non eſſe de agnatione: & ſic an prohibitio
de non alienando bona, vt remaneant agnationi,facta
filiis hæredibus inſtitutis, cenſeatur quoque facta ne-
potibus & neptibus ex illis deſcendentibus. Et prima
facie videtur dicendum, cenſeri dictam prohibitio-
nem factam etiam nepotibus: ita vt deſcendentes ex
d.Margareta non poſſint d.bona conſequi;imò agna-
ti teſtatoris proximiores vocentur.
28 Primò, quia † hæc eſt magis communis opinio,
quòd admiſſa filia vel ſorore, filij earum,iis defunctis,
non admittuntur in fideicommiſſo in familia relicto,
Fulgoſ.*conſil.116.*Alexand.*conſil.81.ad fin.in 6.*Pariſ.*conſ.
35.& conſil.47.num.6.lib.3.*Oſaſc.*deciſ.127.ad fin.*Peregr.
de fideicomm.art.14.num.38. quidquid Socin. dixerit
conſil.227.in 3.quæſt.num.8.

Secundò, quia etſi daremus † prohibitionem, de 29
qua in noſtro caſu, eſſe perſonalem, quia facta eſt filiis
hæredibus inſtitutis: tamen quando ratio generalis
eſt adiecta, quia teſtator vult quòd bona conſeruen-
tur in deſcendentibus ſuis, vel in agnatione; vtique
prohibitio, quæ erat perſonalis, efficitur realis, & in-
cludit omnes deſcendentes, & facta filiis extenditur
ad nepotes, Curt.iun.*conſil.43.num.11.& conſil.115.* Iaſ.
conſil.23.vol.3.& alij quos refert & ſequitur Petr. *de fi-
deicomm.quæſt.2.num.16.17.18.& 23.* in noſtro verò ca-
ſu ratio adiecta eſt clara, vt bona remaneant agna-
tioni.

Tertiò, quia † generaliter verum eſt in prohibitio- 30
ne legali, ſi facta ſit filiis, cenſeri & factam nepotibus;
appellatione enim filiorum comprehenditur nepos,
& diſpoſitio facta de filiis, nepotes comprehendit *l.fi-
lium habeo, ff.ad Macedonian.l.vxorem, §.concubina,de
leg.3.l. Lucius de hæred.inſtit.* Hyeron. de Cæuall. *in
ſpec.practic.quæſt.694.num.6.*

Quartò, hoc etiam videtur euincere dictio, † *perpe- 31
tuò*, quæ idem ſonat quod in infinitum, & per omne
æuum, Bald.*in l.fin.Cod.de falſ.cauſ.* Ruin.*conſil.117.nu.
11.lib.2.* Ripa *in l.filiusfamilias, §.diui de leg.2.* ideóque
videtur inducere fideicommiſſum in perſona neptis,
Pariſ.*conſil.30.num.24.& conſil.90.num.28.cum ſeqq.lib.
2.*Alexand.*conſil.23.num.2.lib.2.*

Quintò, quia in ſequentibus verbis † videtur indu- 32
cere graduale & perpetuum fideicommiſſum in his
verbis, *ordine ſucceßiuo*; quod quomodo intelligatur
num.50.

Sextò, quia ſi prohibuit filiis †, multò magis cenſe- 33
tur prohibere nepotibus, arg.*l. Publius de conditio. &
demonſtr.*

Poſtremò, quia in caſum alienationis ſolùm maſcu-
los vocat, ex quo maſculinum & perpetuum fidei-
commiſſum inducere videtur.

His tamen non obſtantibus, contrariam ſententiam
exiſtimo veriorem; nimirum, prohibitionem factam
filiis hæredibus, non extendi ad neptes, quia prohibi-
tio fit iam dictis, inquit, ſuis liberis, explicando poſtea
ea verba per alia clariora, *& ſi ipſi fratres, ſeu alter eo-
rum, &c.* At certum eſt in iure prohibitionem † hanc 34
factam filiis hæredibus inſtitutis non extendi ad ne-
potes, text.*eſt in Nouell.159.de reſtit. fideicomm.§. nos er-
go,* Rub.*conſil.53.num.3.*Petr.*de fideicomm.quæſt.1.num.
7.*Maraut.*de multip.aliena.num.*302.Crau.*conſil.67.num.
8.*Petr. *quæſt.5.num.53.* idem Petr. *quæſt.2.num.37.* poſt
Ruin. *conſil.127.& conſil.131.volum.2.* Rip.*in d.§.Diui
num.*110.& paſſim omnes fatentur, & eſt text.*in l.cùm
pater.§.quindecim de legat.3.* quem ad hoc citat Barth.
in l.peto,§.fratre.de leg.2. & Cuman.*ibid.*

Secundò, quia hoc caſu † noſtro prohibitio eſt per- 35
ſonaliſſima propter dictionem, *ipſi*, Ripa *vbi ſuprà,*
Burſat.*conſil.13.num.1.& ſeqq.*& poſt eos Petr. *quæſt.2.
num.38.* At verò quando eſt perſonaliſſima nec ratio-
ne cauſæ generalis adiectæ pro conſeruatione familiæ
fit realis, Biretta *conſil.15.in princip.* Petr.*quæſt.1.num.
18.in fin.& num.21.*

Tertiò, quia in caſu noſtro † per prohibitionem a- 36
lienationis, vt bona perpetuò remaneant agnationi,
non inducitur ſimplex fideicommiſſum, ſed tantùm
in caſum alienationis, quia quidquid ſit, cùm ratio
ſubiicitur per verba diſpoſitiua hoc modo,*quia volo bo-
na perpetuò remanere in familia,* & multò magis ſi pro-
hibitio ſit veſtita, & nihilominus ratio ei ſubiecta ſit
hoc modo,*prohibeo bona alienari extra familiam, quia*

volo ea

volo ea perpetuò remanere in familia , *&c.* qua in re
quid ſentiendum fuſè docet Peregr. *artic.14. in princ.
vſque ad num.30.* hoc certiſſimum eſt, quòd ſi per ver-
ba enuntiatiua prohibitioni alioquin nudæ ratio ſub-
ijciatur , ſiue ea præcedat, ſiue ea ſequatur , nunquam
induci ſimplex fideicommiſſum , ſed ſolùm in caſum
alienationis, Peti *de fideicomm. quaſt.5. num.46.* Gabr.
lib.4.tit.de fideicomm. conclus.9.num. 5. Mantica *de con-
iect.vltim.volunt. lib.6.tit.14.num. 24.cum ſeqq.vſque ad
fin.* Graſſ. *§.fid.commiſſum, quæſt.5.num.6.* & Matthea.
*tract.de legat. & fideicomm.cap.22.& cap.24.num.4.lib.
1.* Hyeron.de Cæuall.*in ſpecul. practi. concluſ.715.* poſt
infinitos,quos illi referunt:ſatis enim,vt prædicti DD.
animaduertunt , ea ratio enunciatiuè prolata opera-
tur,vt prohibitio , quæ alioquin nuda erat & inefficax
veſtiatur & fiat valida, Mattheac. *d.cap.22.num.3.* Nec
37 vis facienda eſt in † dictione , *perpetuò* , ob quam ali-
qui exiſtimarunt induci ſimplex fideicommiſſum, etiã
in caſum mortis:contraria enim ſententia & verior , &
magis communis eſt , pro qua eſt text.clarus *in d.§.nos
ergo,in d. Nouel.159.de reſtit.fideicomm.* & pro qua in
terminis conſuluit Dec. *conſil.378.num.5.verſic ad ma-
iorem,& conſil.636.*& poſt Ruinum, Curt.iun.Pariſ.Al-
ciat.& alios quos longa ſerie r. cenſet & ſequitur Pere-
grin. *d. art. 14 num.15.*(qui in fortioribus terminis lo-
quitur , nempe vbi ratio concepta eſt per dictionem,
voluit , diſpoſitiuam) & nouiſſimè idem Mattheac.
cap.24.num.20. & qui contrarium propter dictionem,
perpetuò , tenuerunt , id fecerunt , vel propter dictio-
38 nem, † *relinquantur*,qualis fuit Gabr.*d.concluſ.9.nu.7.*
quæ maiorem habet emphaſim, quàm vel dictio, *re-
maneant* , vel, *conſeruentur* (propter enim dictionem, *re-
linquantur* , Barth. Areti. & alij *in l.qui Romæ §.cohære-
des, de verb.oblig.* exiſtimarunt induci ſimplex fidei-
commiſſum,alijs ſcilicet Alexand. & Socin. *in d.§.co-
heredes* , & eod.Socio *in conſil. 227.lib.2.* contrarium
exiſtimantibus , & nonobſtante dictione, *relinquantur*
idem ſentientibus quod in dictione, *conſeruentur* , vel,
remaneant , Mattheac. *d.cap. 24.num.4.*)vel vim fece-
39 runt in dictione , † *perpetuò*, ſi clauſula ſit prægnans,&
verbum apponatur, ſucceſſiuum tractum ſignificans,
vt ſi dixerit *quod hæreditas ſua ſemper & perpetuò vadat
in maſculos* , vel, *quod bona ſua ſemper & perpetuò rema-
neant in filios & deſcendentes de familia* , qualis eſt
Graſſ. *d. quæſt. 5. num.8.* nota enim eſt natura dictio-
nis, *vadat*, & dictionum, *filios & deſcendentes*, iuncta-
rum ; denique notum eſt vim fieri quando duo verba
perpetuitatem ſignificantia , nempe , *ſemper & perpe-
tuo* , apponuntur , vel dictio ſola *perpetuò* duplicatur,
Pet. *de fideicomm. quæſt.9.num.13.* in noſtro autem ca-
ſu,ſemel tantùm eſt dictio, *perpetuò*, nec vllum verbum
tractum ſucceſſiuum importans ; ita vt qui propter
dictionem , *perpetuò* , contrarium à noſtra ſententia
exiſtimant , ij in alijs terminis iiſque diuerſis loquun-
tur , nobiſque non aduerſentur, & vtcumque aduerſa-
rentur,noſtra ſententia verior & communior eſt,quæ
textum habet pro ſe clarum *in §. nos igitur Nouell.159.*
& communis ex Peregr. *d.art.14.num.15.* Cùm igitur in
noſtro caſu ratio per verba enuntiatiua ſit prolata , &
ea ſecluſa remaneret nuda prohibitio, ſequitur, indu-
ctum non eſſe ſimplex fideicommiſſum , ſed ſolùm in
caſum alienationis , quod quidem clariſſimum reddi-
tur ex verbis ſequentibus , in quibus cùm teſtator no-
minatim & ſolùm in caſum alienationis prouiderit,ex-
cluſit abſque dubio ſimplex fideicommiſſum , cùm
enim ſimus in claris non eſt deſcendendum ad conie-
cturas , *l.continuus, §. cum ita, de verborum obligation.*
Hoc igitur ſtante , nimirum non eſſe inductum ſim-
plex fideicommiſſum , ſed ſolùm in caſum alienatio-
nis , ſic ſubiicio , d. Simeonem inſtituendo filiam,
quæ † eſt de agnatione , *l.lege 12.tabularum,Cod.de le-
git.hæred.§.item vetuſtas,inſtit.de hæredit. quæ ab inteſt.
deferuntur* probat text. *in l.2.§.1.ff. de ſuis & legit. hæ-
red.§.cæterum,inſtit.de legit.agnator.ſucceſſ.* Cepha *conſ.
134.num. 45. cum ſeqq.* Alexand *conſil.53.num.9.lib 6.&
conſil.43.lib.3.* non dicitur contrauenisse, neque autem 40
ex filio , cùm nulla facta ſit prohibitio, etſi etiam merè
extraneum inſtitueret, ea non incideret in prohibitio-
nem , quæ ipſam non afficit, cùm prohibitio non ex-
tendatur ad ipſam.

Quartò , quod tamen dependet à ſuperioribus: Aut
iſte Paſcalis , & eo deficiente alius agnatus maſculus,
tanquam proximior agnatus,prætendit ſe vocatum ex
prohibitione alienationis ex vi fideicommiſſi abſolu-
ti quod ex ea inducitur,aut ex vi contrauentionis. Pri-
mo caſu non poteſt , iam enim ſuprà demonſtratum
eſt, nullum eſſe inductum ſimplex fideicommiſſum;
ſecundo etiam caſu non poteſt, quia neque Simeon
contrauenit inſtituendo filiam agnatam teſtatori,ne-
que hæc filia poſtea diceretur contrauenisse , quan-
tumuis merè extraneos nedum filios inſtitueret , quia
ipſi prohibitio non eſt facta, vt ſuprà demonſtratum
eſt. Ergo omnis via agendi præcluſa eſt d. Paſchali, vel
alteri agnato. Quæ ratio confirmatur, quia poſtquam
ſemel filia Simeonis facta eſt capax, † omnes ex ea de- 41
ſcendentes capaces quoq; facti ſunt, Mattheac. *d. lib.
1.cap 25.num.6.* quemadmodum † ſi fœmina admitta- 42
tur à Principe ad feudum , fœminæ quoque deſcen-
dentes admiſſæ cenſentur, Anchar *conſil.341.*

Quintò & poſtremò , quia † quando prohibitio 43
cum ſubſtitutione in caſum alienationis ſubiecta eſt
ſubſtitutioni , *ſi ſine liberis* , & defecit prima ſubſtitu-
tio,quia mortuus eſt filius liberis relictis , vt hoc caſu
accidit , cenſetur & quoque deficere fideicommiſſum
in caſum contrauentionis appoſitum, vt in terminis
multis rationibus allatis docet Dec. *conſil. 377.* & fu-
ſiùs *conſil. 636.* quem paſſim DD. ſequuntur quos ma-
gna ſerie refert Pet.de Pet. *de fideicomm. quæſt.6.num.
1.* Cephal. *conſil.544.num.12.* Oſaſc. *deciſ. Pedemont.49.
num.12.* & nouiſſimè Mattheac. *lib. 1. cap.22.num.8.* quia
quemadmodum noluit auus ſubſtituere filio, ſi more-
retur cum filiis , ita & quoque non cenſetur voluiſſe
prohibere ſi moreretur cũ filiis , expreſſam enim pro-
hibitionem , quam adiecit , cenſetur ad inſtar tacitæ,
quæ inerat ex vi fideicommiſſi , reſtrinxiſſe quoad tẽ-
pus durationis , etſi quoad alia plus operetur expreſſa
quàm tacita, Dec. *d.conſil.636.num.11.* Et † quamuis in 44
hoc articulo plerique diſſentiant, quos refert & ſequi-
tur Pet. *d.quæſt.6.num.16.* tamen ij loquuntur quando
fideicommiſſum ſimplex eſt inductum ex prohibitio-
ne alienationis: hoc enim , cùm latè pateat, non debet
reſtringi per præcedens fideicommiſſum , *ſi ſine liberis.*

Nec obſtant ea quæ in contrarium proponerentur.
Primò , admiſſa filia , filios earum non admitti fidei-
commiſſo familiæ relicto : nam nihil ad rem noſtram
facit : neque enim quærimus, an † nepotes ex filia Si- 45
meonis admittantur ad fideicommiſſum , quos non
admitti & certum eſt & contendimus : imò nec ipſa fi-
lia Simeonis admittitur in vim fideicommiſſi , hoc ca-
ſu quo ſolùm venit ex diſpoſitione paterna, ſed quæri-
mus an prohibitio facta Simeoni cenſeatur & facta fi-
liæ,& ſtatuimus ad filiam non porrigi, eámque , non
ſolùm ad deſcendentes ex ea,ſed ad quoſcumque alios
d. bona transferre poſſe : neque enim quæritur de fi-
deicommiſſo familiæ relicto quomodo intelligatur &
qui cenſeantur vocati, ſed de prohibitione de alienan-
do , quomodo intelligatur, & quibus cenſeatur facta.
Quæ ſunt omnino ſeparata , à quibus propterea non

eſt ducendum argumentum *l. Papinianus, §. exuli, de inoff. teſt. quinque ann. l. vlt. de calumn.*

46 Non obſtat 2. quod dicebatur, prohibitionem † quantumuis perſonalem fieri realem, ſi adiiciatur ratio agnationis conſeruandæ: nam præter quàm quòd ea ſententia non eſt omnino certa, pleríque enim contrarium exiſtimarunt, quos refert Peregr. *quæſt. 2. num. 21.* Reſpondetur, vtcumque vera eſſet, non habere locum vbi prohibitio eſt perſonaliſſima, nempe per dictionem, *ipſe*, qualis eſt noſtra, Peregr. *d. quæſt. 2. num. 18. & 21.* Bitet. *conſil. 55.*

47 Secundò reſpondetur, quòd etſi † non eſſet perſonaliſſima, ſed tantùm perſonalis; ea tamen ſententia intelligenda eſt, vt cenſeantur etiam prohibiti expreſsè non nominati, ſi tamen vocati ſunt, non autem vt cenſeatur fideicommiſſum abſolutum inductum: & facit quòd illi qui non ſunt honorati, qualis eſt filia hæc, non dicantur grauati validè, niſi in caſum quo vocati ſunt, vt rectè explicat idem Peregr. *d. quæſt. 2. num. 26. & 27.* ideóque cùm hæc filia nullo modo ſit vocata, venit enim ex diſpoſitione paterna, non in vim fideicommiſſi hæc prohibitio, ipſam non afficit. Ratio eſt manifeſta, quia cùm non ſit honorata per quamcumque rationem, non potuit ex vi prohibitionis grauari, *l. ab eo Cod. de fideicomm.*

48 Non obſtat 3. quod dicebatur in † diſpoſitione legali, appellatione filiorum contineri nepotes: nam ſecus eſt in diſpoſitione hominis: ſtrictiùs enim verba intelliguntur, & vt iacent, maximè in terminis prohibitionis. quæ cùm ſit odioſa, ſtrictè eſt intelligenda, ideóque facta filiis non cenſetur facta nepotibus, Dec. *conſil. 376. num. 5. & conſil. 600. num. 6. & conſil. 637.* & per alios ſuprà citatos, quemadmodum in pleriſque iuris articulis ea diſtinctio fit inter diſpoſitionem legis & hominis, qua de re Tiraquel. *in l. boues, §. hoc ſermone, ff. de verb. oblig.* Hyppol. de Marſil. *ſing. 172.* alioqui inutilis eſſet receptiſſima ſententia, prohibitionem factam filiis non extendi ad nepotes, ſi argomentatio hæc à diſpoſitione legis procederet, non extendi verò in noſtro caſu abſque dubio verum eſt, quia prohibitio eſt perſonaliſſima, vt dictum eſt.

49 Non obſtat quartum argumentum deductum ex † dictione, *perpetuò*; nam cùm ea fuerit adiecta rationi ob quam fit prohibitio, non extendit eam vltra perſonam filiorum, text. eſt *in d. §. nos igitur*, iuncto cum verbis præcedentibus *in Nouella 159. de reſtit. fideicom.* Dec. *d. conſil. 377.* Peregr. *vbi ſuprà.* Ratio etiam manifeſta hoc euincit: cùm enim filia non ſit vocata, non potuit grauari prohibitione *d. l. ab eo Cod. de fideicomm.* Dictio igitur, *perpetuò*, intelligenda eſt, quandiu vocati per teſtatorem poſſident bona, qualis cùm non ſit filia Simeonis, ſequitur prohibitionem ad eam non porrigi, quæcumque tandem verba adiecta ſint.

Non obſtat quintò, quòd dicebatur cenſeri inductum graduale fideicommiſſum per verba ſequentia.
50 Quia hæc eſt vera † & communis ſententia, quòd prohibitio alienationis quantumcumque cauſata, etiam cauſa ſonante in perpetuum, & graduale fideicommiſſum, non tamen inducit fideicommiſſum niſi in caſum contrauentionis, id eſt, non induci fideicommiſſum ſucceſſiuum de vno ad alium gradatim, ſed tantùm caſuale in euentum conditionis d. contrauentionis duntaxat, ita Alexand. & alij communiter *in l. filiusfamilias, §. Diui de leg. 1. & in l. qui Romæ, §. cohæredes,* vbi etiam Socin. *de verb. oblig.* idem Socin. *in l. ſi cognatis de reb. dub.* & alij quos refert & ſequitur Moder. Pariſ. *d. conſil. analytico pro duce Villehermoſa num. 9.* At hoc caſu non euenit conditio fideicommiſſi, quia Simeon non contrauenit prohibitioni, nec filiam dicta prohibitio afficit poteſtve afficere. Ergo ceſſat omne illud graduale & ſucceſſiuum fideicommiſſum.

Confirmatur; quia poſtquam † conditio fideicom- 51
miſſi, ſcilicet in caſum contrauentionis ceſſauit, omnia quæ inde dependent extinguntur, *l. ſi mater, §. 1. l. qui habebat, ff. de vulga.* Alexand. *conſil. 24. num. 6. & conſil. 59. num. 16. lib. 3. conſil. 139. num. 3. lib. 6.* Iaſ. *conſil. 228. lib. 2.* Dec. *conſil. 218. num. 13.* Cephal. *conſil. 168. num. 14. & 15.* quod quidem clariſſimum redditur ex clauſola in hoc caſu, per quam apertè graduale fideicommiſſum inducit ſolùm in caſum contrauentionis: ſunt enim verba reſtrictiua, quæ diſpoſitoriam ſubſtitutionem limitant, Modern. Pariſ. *dict. conſil. analytico num. 3.*

Non obſtat ſextum † argumentum, deductum *ex* 52
l. Publius, §. 1. ff. de condit. & demonſtr. Reſpondetur enim, nullo modo procedere, quia ſi verum eſſet, nunquam haberet locum deciſio Oldradi, vt inquit Cranetta *conſil. 98. num. 24. verſic. non obſtat*, ac ideo illud reijcit Dec. *conſil. 465. num. 5* per iura pro deciſione Oldradi adducta & fusè Menoch. *conſil. 327. num. 79.* Secundò, *ad d. l. Publius*, reſpondetur, non eſſe veriſimile, plus relictum ſubſtituto, quàm inſtituto, plus remotiori quàm propinquiori, *ad l. ſi viua matre, Cod. de bon. mater.* ſed in grauaminibus non licet arguere, grauauit proximiorem. Ergo remotiorem: nam aliàs grauamina producerentur in infinitum: Vel dicamus, argumentum procedere negatiuè: Teſtator non reliquit propinquiori, veluti filiæ: Ergo nec etiam nepti, ſic Menoch. *conſil. 204. num. 36.*

Ad poſtremum argumentum reſpondetur, vt ad quintum: neque enim poteſt haberi ratio maſculorum, niſi eueniente caſu contrauentionis, quæ neque hîc adeſt, nec adeſſe poteſt.

Ex quibus concludo dictam Margaretam poſſe de bonis aui, per medium patris ſibi quæſitis, quomodocumque diſponere. Super primo capite huius conſultationis, cùm lis ventilata fuiſſet in Curia Rectoriatus Comitatus Venayſſini, ſententia ſecundùm noſtram ſententiam, in fauorem dictæ Margaretæ, lata fuit, à qua parte dicti domini Filioli fuit appellatum, & cauſa appellationis adhuc pendet coram Illuſtriſſ. Vicelegato vel eius Auditore, vel potiùs dormit, neque enim dict. Filioli forſan iuri ſuo diffidens eius definitionem perſequitur. Caſus verò ſecundi capitis necdum accidit.

ARGV-

CONSILIVM XXIV.

ARGVMENTVM.

De iure patronatus.
Quando acquiratur, & amittatur.
An Princeps ſupremus habeat ius nominandi Epiſcopos & patronatus in dignitatibus, officijs & Canonicatibus Eccleſiæ Cathedralis.
An Princeps contractu per ipſum inito ligetur.
An, & quanto tempore Regalia & Principi reſeruata præſcribantur.

SVMMARIVM.

1 *Collatio beneficij iuris Patronatus, contempto patrono facta, per patroni expreſſum vel tacitum conſenſum, ex taciturnitate per tempus ad præſentandum à iure datum, reſultantem, reualidatur.*
2 *Per dotationem acquiritur ius Patronatus.*
3 *Constructio,* dotatio, fundatio *copulatiuè non requiruntur; ſed ſufficit vnum ex his ad acquirendum ius patronatus.*
4 *Verba enunciatiua in antiquis probant.*
5 *Omnis Eccleſia de iure eſt libera, nec ius patronatus præſumitur.*
6 *Idque maximè in potente & Principe.*
7 *Principes contractibus per eos initis, vt alij obligantur.*
8 *Ita vt nec legem condendo ab his recedere poſſint.*
9 *Capitulum Eccleſiæ Auraicenſis ab immemorabili tempore fuit in poſſeſſione ſeu quaſi eligendi Epiſcopos, abſque præſentatione Principis.*
10 *Vſus antiquiſſimus & immemorabilis habet vim pacti & conuentionis.*
11 *Et huiuſmodi vetuſtas pro veritate habetur.*
12 *Ius patronatus præſcriptione centum annorum acquiritur.*
13 *Multo magis tanto tempore in fauorem Eccleſiæ amittitur.*
14 *Legatus Auenion. non poteſt iuri patronatus laicali derogare.*
15 *Si ex vnico actu laicus poſſeſſionem iuris patronatus nanciſcitur, multò magis capitulum ſeu Eccleſia poſſeſſionem liberæ electionis ex vnico actu nanciſcetur.*
16 *Regalia & Principi reſeruata, tanto tempore cuius initij memoria in contrarium non extat, præſcribuntur.*
17 *Et ſcientia Principis vel non eſt neceſſaria, vel ex tanto tempore præſumitur.*

IN quæſtione mihi propoſita, An Illuſtriſſ. & Ex-
cellentiſſimus Princeps Auraicæ, qui ſupremus eſt,
neminem recognoſcens quoad temporalia in ſuo
Principatu, habeat ius præſentandi ſeu nominandi
Epiſcopum Auraicenſem, Præpoſitum & Canonicos
Eccleſiæ Cathedralis d. Ciuitatis: Ita vt electiones,
collationes, prouiſiones, ſine ipſius præſentatione
aut nominatione factæ, ſi idem Princeps illis contra-
dicat, nec expreſsè vel tacitè per lapſum temporis eas
1 approbet (reualidari † enim collationem beneficij iu-
ris patronatus, patrono contempto factam, ſi ipſe
poſtea vel expreſsè vel tacitè per lapſum temporis ad
præſentandum à iure dati non contradicat certum eſt,
Guido Pap. *quæſt.* 374. Franciſ. Marc. *quæſt.* 474. & 493.)
nullæ ſint, duo tantùm occurrunt, quæ pro d. Excel-
lentiſſ. Principe faciant. Primum, quia de anno 1208. &
7. Kalend. Nouemb. Vullus de Banxio Princeps Au-
raicæ in Capitulo d. Eccleſiæ aſſerit iure patronatus
ſe eam dotare teneri, ideòque ipſam in ſua & ſuorum
ſucceſſorum protectione ſuſcipit, eandémque ac per-
ſonas, res omnes ad dictam Eccleſiam pertinentes me-
ra libertate donat. Quòd ſi dotauit, † ſequitur ius pa- 2
tronatus acquiſiuiſſe, *cap. nobis,* & ibi DD. *de iure pa-
tron.* Marc. Mantua *ſingul.* 5. Menoch. *conſil.* 90. *num.* 9.
& quamuis dici ſoleat † constructione, dotatione & 3
fundatione acquiri: non tamen ea tria copulatiuè re-
quiruntur ſed ſufficit, vnum ex his, Menoch. *de præ-
ſumpt. lib.* 3. *cap.* 90. *num.* 8. Quin imò eo ipſo quòd præ-
ſente capitulo Princeps aſſerit ſe ius patronatus habe-
re, ſatis probatur, ea enim † verba, quamuis enuncia- 4
tiua, cùm ſimus in antiquis probant gloſ. & DD. *in cap.
cum olim, in gloſſ.* 1. *de conſil.* Iaſ. *in l. ex verb. num.* 1. *Cod.
de teſtam. milit.* hàncque communem atteſtatur So-
cin. iun. *conſil.* 65. *num.* 7. *lib.* 1. vbi ait hanc antiquita-
tem in hoc caſu debere eſſe centum annorum, idque
maximè aſſerendum eſt, cùm verſemur in Principe qui
ea verba profert, nec vlla præſcriptione in contra-
rium iuuare ſe poſſet Eccleſia: ſemel enim huiuſmodi
ius ſupremo Principi acquiſitum, nunquam præſcri-
ptione tolli poteſt.

Alterum, quod pro eodem Principe facit, eſt, quia
notorium eſt, Regem Chriſtianiſſimum habere ius
nominandi Epiſcopos & alios Prælatos in beneficiis
conſiſtorialibus, ideóque idem in d. Principe qui ſu-
premum eſt in ſuo Principatu eſt aſſerendum.

Quibus tamen nonobſtantibus exiſtimo eundem
Excellentiſſim. Principem, nec ius nominandi Epiſ-
copum minúſque præſentandi Præpoſitum, dignita-
tes & Canonicos in d. Eccleſia habere, iúſque electio-
nis Epiſcopi & Præpoſiti liberum ad d. Capitulum,
nunc verò plenam illius collationem ad ſummum
Pontificem, propter reſeruationes ab ipſo, & ſuis præ-
deceſſoribus factas, electionem autem cæterarum di-
gnitatum & Canonicorum ad d. Capitulum pertinere,
abſque eo quod d. Excellentiſſ. Princeps aliquod hu-
iuſmodi ius patronatus in dicta Eccleſia prætendere
poſſit; quandoquidem † omnis Eccleſia de iure eſt li- 5
bera à iure patronatus, nec illud vnquam præſumitur,
cùm ſit ſeruitus quædam, Archid. *in cap. nullus* 16. *qu.*
6. Innocent. *in cap. cum venerabilis, de exception.* Abb.
conſil. 54. *lib.* 1. & *conſil.* 76. & *conſil.* 106. *lib.* 2. Lambert.
de iure patron. parte 2. *in* 7. *artic.* 11. *quæſt. princip.* idque
maximè aſſerendum eſt in potente † & Principe, Bu- 6
trius *in cap. cum dilectus, de offic. ordin.* Roch. Curtius *in
tract. de iure patron. in verb. contraxit, quæſt.* 29. Pur. *de-
ciſ.* 57. & 59. *lib.* 1. ideòque cùm ſimus in regula & ha-
beamus iuris diſpoſitionem pro nobis, niſi apertè cō-
ſtet de iure patronatus d. Principi competenti, nullum
huiuſmodi ius ſibi vindicare poteſt. Et quamuis ſuffi-

ceret reſpondere iis quæ in contrarium proponuntur,
nihilominus de libera poteſtate eligendi ad Capitu-
lum, abſque præſentatione Principis competente. cõ-
ſtat ea litteris patentibus d. Vulli de Bauxio Principis
Auraicæ, de anno 1210. 13. Kalend. Iulij, quibos nomi-
natim promitiit, quòd electioni Epiſcopi vel alterius
Rectoris Eccleſiæ faciendæ per ipſum, vel quamcum-
que perſonam ſe nullatenus immiſcebit, nec aliquam
violentiam faciet vel impedimentum præſtabit, quo-
minus electio canonicè & liberè celebretur cum mul-
tis aliis quæ in dictis literis in fauorem Eccleſiæ con-
tinentur: idémque per generales coofirmationes li-
bertatum, franeheſiarum, immunitarom, exem-
ptionum & priuilegiorum, ſtatuerunt & decreuerunt
Fredericus Imperator de anno 1225. Ludouicus de
Chalon de anno 1454. & 24. Aprilis Guillelmus de
Cabilhone de anno 1469. & 23. Octobr. Ioao. de Ca-
bilhone de anno 1476. & die 15. Septemb. omoes Prin-
cipes Auraicæ, qoorum tres vltimi etiam, mediante iu-
ramento, ſe huiuſmodi priuilegia ſeruaturos promiſe-
runt: tandémque Commiſſarij deputati per Excel-
lentiſſ. Principem Philippum Guillelmum, nonc exi-
ſtentem, huiuſmodi priuilegia confirmaront & ho-
mologarunt, nonobſtantibus quibuſcumque in con-
trarium facientibus, quibus promiſſionibus & iura-
mentis dictus Princeps nullo modo contrauenire po-
7 teſt; quæ † enim Principes ſemel concesſerunt aut pro-
miſerunt, reuocare oon poſſuot, quòd Principes æquè
contractus ſui vt alios obſtringant, *cap. 1. de probation.*
vbi Panorm. *in princip.* Felin. *num. 1.* Bald. *l. ex imperfe-
cto Cod. de teſtam. num. 1.* Iaſon *num. 3.* Socin. iun. *conſil.
76. lib. 1. num. 3.* Roland. à Valle *conſil. 66. num. 37. lib. 2.
l. Cæſar, ff. de publicat.* Schraderus *de feud. part. 10. ſec. 1.
num. 47. cap. 1. de feud. ſine cul. non amittend. & cap. 1. de
natur. feud.* & ibi Bald. Afflict. & alij *gloſ. fin. de his qui
feud. dare poſſ.* Matth. de Afflict. *deciſ. Neapol. 281. num. 7.*
Alexand. *conſil. 3. colum. 1. volum. 1.* Gramma. *deciſ. 63. num.
33.* Pariſ. *conſil. 2. volum. 2. num. 131.* idque adeò verum ſit,
8 vt ne † quidem legem condendo à contractibus per
ipſum initis & promiſſionibus factis Princeps recede-
re poſſit, Bald. *in Authent. omnes peregrini, Cod. com-
mu. de ſucceſſ. num. 3* Iaſon *conſ. 93. colum. 1. volum. 3.* Brun.
conſil. 2. colum. 5. Anton. Gabr. *comm. concluſ. lib. 3. concluſ.
5. num. 34.* Ari. Pinell. *in repetit. l. 2. Cod. de reſcin. vend. 1.
part. ſub rubr. cap. 2.* & iniquum cenſeri deberet ſi Prin-
ceps illa quæ ſemel ſuo priuilegio confirmauit ex poſt-
facto intempeſtiuè reuocare vellet, contra *cap. indul-
tum de reg. iur.* aut propriæ liberalitati re ſemel perfe-
cta legem dicere contra *l. ſicut, Cod. de obligat. & action.*
Item *l. quotiens, C. de donat. quæ ſub modo.*

9 His accedit quòd ab immemorabili † tempore Ca-
pitulum fuit in poſſeſſione, ſeo quaſi, eligendi Epiſco-
pos d. Eccleſiæ, vt patet in electiooe Raymondi Graſſi
de Sacriſta io Epiſcopum, de aono 1416. & 11. Iulij, ele-
cti, & Bertrandi de Taraſco Decani noſtræ dominæ de
Dooia anno 1432. & 15. Maij, & domini Guillelmi Pe-
liſſerij de anoo 1511. oecnon eligendi Præpoſitos, vt
patet in geſtis circa electionem Præpoſiti de an. 1288.
die Iouis ante feſtum Di. Lucæ, necnon Canoni-
corum vt in geſtis de anno 1590. & 19. Nouembris, &
cùm ſemper ita ſeruatum fuerit, nec vſquam appareat
Principem huiuſmodi electiones feciſſe, abſque du-
bio mos ille ſeruandus eſt, non minùs, ac ſi pacto &
per contractum ita conuentum eſſet inter Prioeipem
10 & Capitulum: vſus enim huiuſmodi & † vetuſtas ha-
bet vim pacti & conuentionis, *l. hoc iure §. ductus aqua,
ff. de aqua quotidia. & æſtiua. l. in ſumma, in princip & §.
1. ff. de aqua pluu. arcen. l. quominus* & ibi DD. *ff. de flumi.*
Gabr. *lib. 3. comm. opin. tit. de praeſcript. concluſ. 1. num. 76.*
Principes autem contractu obligari ſuprà edoctum
eſt & probatur *in l. Cæſar, ff. de publican. & in cap. 1. de
probation.* & huiuſmodi vetuſtas † pro veritate habetur 11
l. 1. Cod. de ſeruit. & aqua, Felin. *in rubr. de praeſcript. num.
3. verſic. fallit,* Pariſ. *conſil. 27. num. 33. num. 1.* quod adeò
verum eſt, vt quamuis huiuſmodi ius patronatus ali-
quando d. Principi competiiſſet: tamen abſque dubio
per tantum tempus id amiſiſſet: ſi enim † id ſaltem 12
centum annis quæritur ex communiori ſententia Ioã-
nis Andreæ *in cap. quod alicui, de reg. iur. in 6.* Dec. *conſil.
124. num. 2.* Frederici Senen. *conſil. 234.* Cardin. *in clem. 2.
de iur. patrona. in quaſt. 5.* Panormit. *conſil. 76. lib. 2.* multò
magis eo tempore: immò minori † amittetur in fauo- 13
rem & gratiam Eccleſiæ cuius libertati eo modo con-
ſulitur; res enim faciliùs redit ad priſtinam naturam,
l. ſi vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pactis.

Tertiò, ea ſententia manifeſtiſſimè probatur, qoia
ſi dignitatis officia & Canonicatus d. Eccleſiæ eſſent
de iure patronatus dicti Principis, abſque dubio † Le- 14
gatus Auenion. non potuiſſet ea conferre, & d. iuri
derogare, Guid. Pap. *quaſt. 374. num. 4.* Bellamer. *concl.
745.* Caſſado. *deciſ. 3. tit. vt lite pendent.* At ea regiſtris
Legationis Auenionen. conſtat, ea per Legatos vel Vi-
celegatos frequentiſſimè fuiſſe collata, vt fuerunt, Ca-
nonicatus in perſonam Laurentij Alberti per liberam
reſignationem Ludouici Pelliſſerij de anno 1516. & 13.
Iunij Veſtiaria in perſonam Ludouici Pelliſſerij, per
obitom Laurentij Biſcarelli de anno eodem & 18. Iu-
nij. Infirmaria in perſonam Ioann. de Borgo, per obi-
tum Ioannis de Houilano de anno 1528. & 18. Ianoarij.
Sacriſtia in perſonam Honorati Iſoardi, per liberam
reſignationem Ioannis Arrauionis de anoo 1534. & 18.
Ianuarij. Canooicatus & Infirmaria in perſonam Pe-
tri Caireli, per liberam reſignationem Petri Caireli ſe-
nioris de anno 1544. & 25. Martij. Sacriſtia in perſonam
Iacobi Iſoardi, per liberam reſignationem Honorati
Iſoardi de anno 1548. & 9. Februarij. Veſtiaria in per-
ſonam Petri Barilardi, per liberam reſignationem Mi-
chaëlis Pelliſſerij de anno 1562. & 8. Febr. Canonicatus
in perſonam Ludouici Martel, per liberam reſigna-
tiooem Leodegarij Ionuardi de anno 1565. & 9. Mar-
tij. Canonicatus Claudij Cantoli in perſonam An-
dreæ de Manro de anno eodem & 12. Martij. Præcen-
taria in perſonam Franciſci Reynardi per liberam reſi-
gnationem Ioſephi Reynardi de anno eod. & vltim.
Aprilis. Infirmaria in perſonam Ludouici Cayreli per
liberam reſignationem Petri Cayreli de anno eod. &
2. Iulij. Canonicatus in perſonam Georgij Hilarij, per
obitum Petri Dragani de anno 1567. & 17. Martij. Ve-
ſtiaria in perſonam Stephani Leporis poſſeſſa per Pe-
trum Bartholomæum de anno 1569. & 26. Iulij. Cano-
oicatus & Sacriſtia in perſonam Franciſci de Serta, per
liberam reſignationem Franciſci Almeras de anno
1570. & 2. Martij. Præcentoria in perſonam Franciſci
Reynardi, per liberam reſignationem Gabrielis Barra-
leri de anno 1571. & penult. Auguſti. Veſtiaria in perſo-
oam Leodegarij Gominardi, per obitum Andreæ Ro-
chere de anno 1574. & 27. Decembris. Veſtiaria in per-
ſonam Antonij Meyne, per liberam reſignationem
Leodegarij Gominardi de aon. 1575. & 25. Nouembris.
Veſtiaria in perſonam Stephani Leporis, per obitom
Aodreæ Rochere de anno 1575. & 3. Ianoarij. Canoni-
catus in perſonam Laureti Parchelis certo modo per
perſonam Andreæ de Mante de anno 1576. & 3. Apri-
lis. Præpoſitura in perſonam Arnulphi de Brachoo
certo modo de anno 1576. & 26. Octobr. Sacriſtia in
perſonam Andreæ Ruffi, per liberam reſignationem
Franciſci Almeratij de anoo 1576. & penult. Octobris.
Prioratos Sancti Geneſij io perſooam Stephani Ca-
ſali per

ſali per liberam reſignationem Andreæ Ruffi de anno 1577. & 20. Iulij. Confirmatio electionis in perſonam Andreæ Mayeri per Capitulum facta de anno 1577. & 9. Auguſti. Præpoſitura in perſonam Michaelis Gaij per obitum Adriani de Rotay de anno 1580. & 21. Martij. Veſtiariatus in perſonam Stephani Caſali per liberam reſignationem Antonij Meyne de anno 1594. & 4. Aprilis.

Atque hæc quidem & poſſeſſorium & petitorium reſpiciunt: nam ſi de poſſeſſorio & præpoſitura ageretur tantùm, res eſſet clariſſima, abſque eo quòd opus eſſet reſpondere in contrarium adductis: in poſſeſſorio enim vltimus ſtatus conſideratur, & ſi ex † vnico
15 actu præſentationis laicus poſſeſſionem iurispatronatus nanciſcitur, multò magis Eccleſia ex vnico actu liberæ electionis poſſeſſionem illius nanciſcetur, cùm illud odium & grauamen contineat, & contrarium ſit primæuæ inſtitutioni beneficiorum, hoc verò fauorem & libertatem Eccleſiæ, & iuris communis diſpoſitioni conforme ſit, *cap. conſultationibus & cap ex litteris de iur patron. c. cum Eccleſia, de cau. poſſ. & propriet.* Dec. *l. ſi cui. incipit Colecollat. verſ. ſed tamen videtur*, idem Dec. *conſil. 17 nu. 2* Roman *conſil. 310. num. 7.* Abb *conſil. 53. col. 2. lib. 1.* Corn. *conſil. 47 in præſenti conſultatione nu. 4. lib. 5.* Ioan. Cephal. *conſil. 682. num. 20.* Frider. de Sen. *conſil 334 ſuper primo puncto, in 2 dubio*, Oldrad. *conſil. 302. in fin. Put. deciſ. 190 lib. 1. & deciſ. 247. lib. 2.*

Nec obſtant ea quæ in contrarium propoſita fuerunt.

Ad primum, quo dicitur dictum Principem dotaſſe dictam Eccleſiam, & ratione dotationis iuspatronatus acquiſiuiſſe; id præcisè negatur, & tantùm abeſt, vt appareat de dicta dotatione, quin potius ex litteris patentibus & actis ſupra narratis, necnon ex alijs litteris patentibus Wlli de Banxio de anno 1084. apertè conſtat, bona quæ dicta Eccleſia habebat, aliunde quam à dictis Principibus conſequutam, ſolùmque id conceſſiſſe, vt bona per Eccleſiam acquiſita poſſent per ipſam liberè poſſideri, eóque nomine, acquiſitiones confirmaſſe, quæ alioqui potuiſſet eo nomine moleſtari, quòd ſcilicet in manus mortuas dicta bona cecidiſſent, nihilque aliud dicta Eccleſia à dicto Principe, quàm amortiſationis gratiam conſequuta fuit, ex qua notorium eſt dotationem nullam poſſe indueí; alioqui ſequeretur, Chriſtianiſſimum Regem omnium beneficiorum bona ſtabilia in Gallia habentium Patronum eſſe, quòd gratiam amortiſationis fecerit, cùm tamen experientia contrarium verius eſſe doceat, & planè huiuſmodi amortiſatio parui eſt momenti, eoius in iurepatronatus nulla habenda eſt ratio: in eo enim, vt quis dicatur dotaſſe, conſiderandum eſt an ea bona dederit, in quibus maior pars reditus Eccleſiæ conſiſtat.

Non obſtat etiam quod dicebatur, dictum Wllum aſſerere, ſe iurepatronatus teneri dotare dictam Eccleſiam; ſumitur enim ibi, iuspatronatus, pro iure protectionis & defenſionis, & non pro iure præſentandi ad Eccleſiam, quod ſatis textura illarum litterarum demonſtrat, ſed maximè in illis de anno 1184. quibus nominatim dictam Eccleſiam cum omnibus rebus & poſſeſſionibus ſuis, ſub ſua protectione & cuſtodia Wllus ſuſcipit. Quod confirmatur, quia ex dictis literis apparet, eum non dotaſſe dictam Eccleſiam, imò bona aliunde quàm à ſe profecta fuiſſe, & ſolùm gratiam amortiſationis feciſſe. Quòd ſi quis vellet ea verba pro vero iurepatronatus accipere, dubium quod inde orietur facilè tolleretur, tum quòd ipſe inquiat, ſe teneri dotare, ſatis docens ſe nondum dotaſſe, ſed teneri dotare, & tamen non dotat; ſed tantùm acquiſitiones factas confirmat ratione amortiſationis, tum quòd ipſemet Wllos duobus annis poſtea, nominatim inquiat, ſe non immixturum electioni Epiſcopi & Rectorum Eccleſiæ, nullúmque impedimentum præſtiturúm, quominùs electio liberè fiat. Ideóque dicta verba contra veritatem & ex verbis dicti Wlli clarè reſultantem, nihil operari debent, & ob honorem Principis interpretatio protectionis danda, ne aliter quàm res eſt quid protuliſſe dicatur. Denique ſi quod ius habuiſſet Princeps, amiſiſſet abſque dubio, cùm nuſquam eo vſum, & contrà, ſemper Eccleſiam liberè elegiſſe conſtet. Non obſtat etiam quod dicebatur, ius patronatus ſemel Principi competens, nunquam præſcriptione amitti potuiſſe: nam primùm, negatur id ius Principi nunquam competiiſſe, & caſu quo competiiſſet, tanto tempore, abſque dubio, amiſiſſet, vt ſuprà
16 eductum fuit & confirmatur, quia † Regalia aut Principi reſeruata, tanti temporis præſcriptione, cuius initij memoria non extet in contrarium, acquiruntur, *cap. ſuper quibuſdam, §. præterea, de verb. ſignif* vbi Abb. & idem Abb. *in cap. cum nobis, de præſcription.* & alij quos refert & ſequitur, Crauett. *de antiquit. tempor. part. 4. ſect. abſolutis differentiis num. 13. fol. 176.* & ſcien-
17 tia † Principis vel non eſt neceſſaria, vel ex tanto tempore præſumitur, Crauet. *d. loco num. 14.* poſt Alexand. *conſil. 6. lib. 1. & conſil. 24. lib. 5.* & alios, nouiſſimè Menoch. *conſil. 90. num. 81.*

Non obſtat quod poſtremo loco dicebatur, Regem Chriſtianiſſimum habere ius nominandi in beneficiis conſiſtorialibus: nam id facit directè contra Principem: habet enim Chriſtianiſſimus Rex id ius ex vi Concordatorum cum Sanctiſſimo Domino noſtro Papa initorum, quibus ſecluſis, eo iure careret, & cùm nulla huiuſmodi concordata cum Principe inita ſint, ſequitur eum nullum huiuſmodi ius habere, & quoad cætera beneficia præter Conſiſtorialia, nimirum quoad Præpoſituras, Dignitates & Canonicatus, niſi nominatim ſint de fundatione Regia, nullum ius nominationis vel præſentationis, etiam ex vi Concordatorum Rex habet. Ergo multò minus dictus Excellentiſſimus Princeps. Ex quibus concluditur, liberam electionem Præpoſituræ, Dignitatum & Canonicorum ad Capitulum dictæ Eccleſiæ Atrabatenſis pertinere, abſque eo quòd dictus Excellentiſſimus Princeps, aliquod ius præſentationis in his prætendere poſſit.

CONSILIVM XXV.

ARGVMENTVM.

DE eadem re, & iure regaliarum Regi Chriſtianiſſimo competente.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus non præſumitur, & Eccleſia cenſetur libera & Epiſcopum habere liberæ collationis fundatam intentionem.*

2 *Et multo minus præſumitur ius patronatus in potente.*

3 *Principes dicuntur Patroni Eccleſiarum Cathedralium quoad protectionem, non quoad ius præſentandi.*

4 *Ius Regaliarum Regi Chriſtianiſſimo competens, conſiſtit in duobus, ſcilicet regimine fructuum &*

collatione beneficiorum, ſede Epiſcopali vacante.

5 *Nec in omnibus Eccleſiis Cathedralibus Rex id ius habet, ſed tantùm in illis, in quibus eo iure vti eſt ſolitus.*

6 *Simplices coniecturæ non ſufficiunt ad probandum ius patronatus, ſed debent eſſe à iure probatæ.*

7 *Fama, etiam in antiquis, non ſufficit ad probandum iuspatronatum niſi concurrat legitima poſſeſſio præſentandi.*

8 *Per conſenſum Epiſcopi Eccleſia quæ eſt libera, non poteſt fieri iurispatronatus, ſi non concurrat dotatio vel fundatio, &c.*

9 *Princeps amittit ius patronatus per tantum tempus cuius initij memoria in contrarium non exiſtit, ſicut & cætera iura Principi in ſignum ſuperioritatis vel ſubiectionis non reſeruata.*

10 *Vt ex dotatione iuspatronatus acquiratur, ea debet eſſe ſufficiens & perfecta.*

11 *Et concurrere Epiſcopi conſenſus & declaratio mentis dotantis.*

MAnent firma quæ aliàs ſcripſi in fauorem Eccleſiæ Cathedralis Ciuitatis Auraicæ; eam nimirum non eſſe de iurepatronatus Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. Principis dictæ Ciuitatis, nec eum ius nominandi Epiſcopum, aut iuspatronatus in Dignitatibus, Officijs & Canonicatibus dictæ Eccleſiæ habere, non obſtantibus quæ in contrarium adducta fuerunt.

Ac primùm, cùm dicitur, beneficia præſumi eſſe de iurepatronatus, quòd illa naturaliter non naſcantur, ſed producantur in eſſe artificialiter. Bened. *in ca. Raynutius, verb. & vxorem nomine Adelaſiam, dec. 1. num.* 24. & 25. & Maſcard. *de probat. concluſ.* 177. *num.* 3. nam

1 verius † eſt, iuspatronatus non præſumi & Eccleſiam cenſeri liberam, & Epiſcopum habere intentionem fundatam, vt ad eum ſpectet diſpoſitio beneficiorum, quæ ſunt in Diœceſi, *cap. cum ex iniuncto, in fin. de hæreticis, cap. 1. de Capell. Monach. c. omnes baſilicæ, & cap. nullus, 16. quæſt. 6.* Archidiac. *in d. c. nullus*, Innocent. *in cap. cum venerabilis, de exception.* Abb. *conſil. 54. colum. 2. lib. 1. & conſil. 76. & conſil. 106. libr. 2.* Paul. de Citadin. *in tract. de iurepatron. 3. part. 2. cauſ. num. 7.* Dec. *conſil. 117. numer. 1.* & fusè Menoch. *de præſumption. libr. 3. præſumpt. 90.* Cæſar de Graſſ. *tit. de dilation. deciſ. 1. num. 3.*

2 maximè huiuſmodi † iuspatronatus non præſumitur in potente, Pute. *deciſ. 57. 59. 209. lib. 1.* Menoch. *dict. loc. num. 2.* poſt alios quos refert, & adeò longè magis ſi is non recognoſcat ſuperiorem, Menoch. *dict. loc. num. 26.* & Bened. in contrarium allegatus, requirit actum præſentationis, vt præſumptio, caſu quo ea recipi deberet, aliquid poſſet operari, & Maſcard. *dict. concluſ. 177. num. 3.* disertè contrarium tenet, vbi poſt Abbatem *dict. conſil. 76.* reſpondet rationi ſuprà adductæ, nimirum quod licet Eccleſia præſumatur ab aliquo conſtructa, & idcirco eſſe ea alicuius iurepatronatus; tamen iſtud iuspatronatus non ex tali præſumptione ſola probabitur; ſed oportet vt prætendens ex tali præſumptione iuspatronatus, doceat ſe eſſe in quaſi poſſeſſione præſentandi; aliàs ſecus. Et talis quaſi poſſeſſio non præſumitur, vt contendit idem Abbas per text. *in cap. olim, 3. de reſtit. ſpoliat.* Quæ communis & vera DD. ſententia ſacroſancto Concilio Tridentino *ſeſſ. 25. cap. 9. de reformat.* comprobata fuit, quo requiritur quòd iuspatronatus non præſumatur, ſed probetur, quo etiam reprobata eſt opinio Benedic. vbi ſuprà *num. 24.* dicentis vnum actum ſufficere: nam dictum Concilium requirit multiplicatas præſumptiones per antiquiſſimum temporis curſum, qui hominum memoriam excedat.

Non obſtat quod 2. loco dicitur, Principes † cenſeri patronos Eccleſiarum Cathedralium, ex Archidi. 3
in cap. lectis 63. diſtinct. & Bald. *in proœm. Decretal. Rex Pacificus num. 12. & in cap. quanto, de iudic.* nam hoc verum eſt quoad protectionem Eccleſiarum & rerum ipſarum, *c. Principes. c. Rex 23. quæſt. 5.* ſed non vt habeant poteſtatem eligendi, præſentandi vel nominandi, vt docet in terminis Rebuff. *in concor. rubr. de reg. ad Prælat. nomin. facien. in verb. Cathedralibus, per cap. nobis de iurepatron.* poſt Cardina. *in cap. imperium, diſtinct. 10. & in dict. cap. lectis*, & alios, maximè Boer. omnino videndum, *quæſt. 32. num. 1.* niſi expreſſim eiſdem concedatur à Papa vt Rebuff. & Boer. docent dictis locis. Nec DD. in contrarium allegatis de iure nominandi loquuntur, ſed ſimpliciter, Principes eſſe Patronos, ſcilicet quoad protectionem, vt prædicti Boer. & Rebuf. interpretantur. Quod & experientia, rerum magiſtra, ſatis docet: cur enim opus fuiſſet, vt Rex Galliæ illud ius conſecutus fuiſſet per Concordata, ſi iure proprio illud habuiſſet? Aut cur Rex Hiſpaniarum, in iis Regnis in quibus hoc ius ſibi non eſt conceſſum, eo non vtitur? Aut Reſpubl. Venetiarum & Genuenſium & cæteri Principes ſupremi? Nec obeſt authoritas Charond. *cap. 1. libr. 10.* neque enim de hoc iurepatronatus loquitur ſed de iure Regaliarum, quod longè differt ab hoc noſtro, quòdque ſolùm habet locum ſede vacante, † & conſiſtit in duobus, nempe vt deputet œconomum, qui regat fru- 4
ctus Epiſcopatus ſanctæ Capellæ applicandos, vel futuro Epiſcopo reſtituendos, vel in reparationem Eccleſiæ, non in fiſcum Regis conuertendos, & in collatione beneficiorum, quæ aliàs ad Epiſcopum pertineret, eo tempore vacantium, vnde prouiſi Regaliſtæ vocantur, vt Charond. *1. lib. reſponſ. variis ex primis capitibus & lib. 10. cap. 1.* Peleus *in ſuis actionibus Forenſ. libr. 1. act. 15. cum ſequentib.* docet, quaſi Rex in locum Epiſcopi ſufficiatur & ſubſtituatur. Imò ex eo conuincitur, non habere illud ius de quo quærimus: Nam ſi ſolùm, ſede vacante, hoc ius Regaliarum procedit. Ergo exiſtente Epiſcopo, nullum iuspatronatus in dignitatibus, Officiis & Canonicatibus Eccleſiæ Cathedralis habet. Rurſus, nec hoc ius Regaliarum in omnibus Eccleſiis † Cathedralibus habet, ſed 5
tantùm in eis in quibus eo ſolitus eſt vti, vt ipſemet Charond *in princip.* fatetur, quamuis contrarium velit ſuſtinere & disertè affirmat Pelæus *lib. 1. actio. 17. in fin.* Et notorium eſt in pleriſque Prouinciis & nominatim in Delphinatu, & prouincia Prouinciæ ac Occitana, Regem, beneficia, ſede vocante, ex iure Regaliarum non conferre, quamuis à pleriſque annis ſoleat Oeconomum pro adminiſtratione fructuum Eccleſiæ, ne pereant, deputare. Nec authoritatis Fabri *in ſuo C. lib. 6. tit. de iurepatron. defin.* 1. eſt habenda aliqua ratio, cùm ſe fundet in Archid. & Bald. quorum dicta quemadmodum intelligenda ſunt, ſuprà edoctum eſt.

Tertiò non obſtat antiquum documentum 1508. 7. Cal. Nouemb. quo Princeps Auraicæ, ſe dicit Patronum: iam enim ſatisfactum fuit in primis ſcriptis: Patroni enim dictio ibi pro protectore & defenſore ſumitur, vt ſuprà docuimus, nec conſtat aliqua bona Principem Eccleſiæ dediſſe, nec ex amortiſatione bonorum quidquam legitimi poteſt elici: nam ſi id verum eſſet, ſequeretur, Regem Galliæ, qui amortiſauit bona Eccleſiarum Regni ſui, eſſe illarum Patronum, quod tamen verum non eſt, niſi aliunde de earum fundatione vel legitima dotatione conſtet. Et planè ſatis ex documentis in primis ſcri-

mis ſcriptis deſignatis apparet, nullum huiuſmodi iuspatronatus Principi competiiſſe, cùm ipſemet profiteatur, ſe non immixturum electioni Epiſcopi & Rectorum Eccleſiæ, nullúmque impedimentum præſtiturum, quominus eiuſdem electio liberè fiat.

6 Nec ſimplices † coniecturæ ſufficiunt ad probandum iuspatronatus, ſed debent eſſe à iure probatæ, vt ipſemet Menoch. *præſumpt. 90. numer. 9.* fatetur; huiuſmodi verò eſſe in hoc caſu nullo modo apparet: imò de contrario ex antiquiſſima poſſeſſione liberarum electionum, collationum & prouiſionum, tam Epiſcopatuum quàm cæterorum beneficiorum Eccleſiæ Cathedralis Auraicæ. Quod dictum ſit, non diſcutiendo pro nunc articulum an coniecturæ à iure probatæ ſufficiant exiſtente concilio. Nec verum
7 † eſt famam etiam in antiquis ſufficere ad probandum iuspatronatus, niſi quando concurrit legitima poſſeſſio præſentandi, vt tenet Rota Rom. prout teſtatur Puteus *deciſion. 140. libr. 1.* & ita in ea ſæpiſſimè fuit deciſum, Achill. de Graſſ. *titul. de iure patron. deciſ. 6. & in deciſ. diuerſor. 792. part. 1.* & nominatim Maſcard. in contrarium allegatus *concluſ. 938 numer. 2.* ait quidem probationem præſumptiuam ſufficere, ſed cùm explicat qualis debeat eſſe illa præſumptiua probatio, requirit *num. 20.* etiam in antiquis, vt cum fama concurrat quaſi poſſeſſio præſentandi, & hanc aſſerit eſſe communem & Zecchi. *in tract. de benefic. cap. 12. numer. 31.* ſimpliciter loquens, intelligendus eſt ſecundum ſuprà allegatos, maximè Maſcard. interpretantem Lambertinum, cui innititur Zecch. Nec Valaſc. *de iure emphyt. quæſt. 9. numer. 27.* nobis repugnat: probatio enim de qua agit, erat magni momenti: in libris enim ipſos Eccleſiæ aſſerebatur Regis eſſe. In noſtro verò caſu nihil eſt tale, imò nec fama adeſt, & quod magis eſt, de contraria poſſeſſione in fauorem libertatis Eccleſiæ apparet, & in Principe maiores probationes & efficaciores requiruntur ex Menoch. *dict. præſumpt. 90. numer. 2. & 16.* nec verum eſt conſenſum Epiſcopi hîc vllum adeſſe, nec ex his documentis talis conſenſus probatur, permittunt quidem Epiſcopi ibi præſentes ipſum Principem ſe dicere Patronum, hoc eſt protectorem, non verò quòd ipſe habeat aliquod ius præſentandi: nec
8 verum † eſt conſenſum Epiſcopi ſufficere ad acquirendum iuspatronatus, nec enim Epiſcopus poteſt Eccleſiam quæ libera eſt, ſua authoritate facere patronatam, adeò vt nec confeſſio Epiſcopi, quòd beneficium ſit de iurepatronatus, poſſit nocere Eccleſiæ, Veral. *deciſ. 128. part. 2.* ſed tantùm Epiſcopus poteſt interponere authoritatem in iurepatronatus conſtituendo, concurrente fundatione, vel dotatione vt ipſemet Roch. de Curt. *in tract. de iure patron. verb. pro eo, numer. 7. & 21.* in contrarium allegatus, clarè demonſtrat: aliud enim eſt conſenſum Epiſcopi, aliud ſufficere.

Nec ſacroſanctum Concilium Tridentinum *ſeſſ. 25. de reformat. cap. 9.* aliud in fauorem Imperatorum, Regum & ſupremorum Principum ſtatuit, quàm eos eximit ab illa exacta probatione quam requirit, non tamen eis dat iurapatronatus, ſed ea tantùm eis conſeruat, quæ ipſi habent, & quæ modis à iure permiſſis probare poſſunt. Quòd ſi aliter dicti Concilij verba intelligerentur, cur Rex Hiſpaniarum & alij ſupremi Principes in ſuis Regnis & Principatibus non eo iure vterentur.

Quod verò de præſcriptione ſubieceramus, fuit ex abundanti, non quòd iure præſcriptionis indigeremus cùm præſupponatur & verum ſit, Illuſtriſſimum Principem nunquam id ius patronatus habuiſſe; tamen verum eſt id quod diximus, eum, ſi habuiſſet, amiſiſſe, per tantum temporis lapſum, cuius initij memoria non exiſtit in contrarium: nam etſi verum ſit iura † Principi reſeruata in ſignum ſuperioritatis, & ſub- 9
iectionis, vel potiùs iura quæ ad Principem pertinent, ratione ſupremi & vniuerſalis dominij, vt ſunt iura dicti ſupremi dominij, obedientiæ, recognitionis, ſubiectionis, præſtationis fidei & homagij nullo tempore præſcribi, in quibus terminis procedunt doctrinæ in contrarium allatæ: tamen certum eſt, ſaltem centenaria præſcriptione, iura Principi reſeruata in ſignum ſingularis priuilegij, & bona ac iura Principi conceſſa pro patrimonio ſeu domanio ſui Principatus & Coronæ, quæ non vt priuatus, ſed vt Princeps poſſidet, ſiue ſint feuda, ſiue fundi, ſiue ſyluæ, ſiue prata, ſiue annui cenſus aut reditus, ſiue iuriſdictiones, ſiue vectigalia, aut pedagia, & ſimilia, præſcribi poſſe, tam iure Romano & communi quàm Gallico *ca. ſuper quibuſdam de verbor ſignific. cap. 1. de præſcript. in 6. Panormit. in d. c. ſuper quibuſdam & in ca. nobis de præſcript.* Barto. *in l. Publicanus, §. vltim. ff. de Publicanis,* Didac. *in cap. poſſeſſor. part. 2. § 2 num. 7. de reg. iuris, lib. 6.* Angel. & alij *in §. res fiſci, inſtit. de vſucapion.* Boer. *dec. 264. num. 19. & ſeqq.* Bald. *de præſcript. 2. parte quinta part. princip. qu. 3. & 4.* & nouiſſimè, ac omnium optimè Bacquet *in tract. du droict de desherance cap. 7. nu. 6.* nec requiritur ſcientia & patientia Principis ex communi ſententia Bald. *d. quæſt. 4. in princip.* Idque non obſtante conſtitutione Franciſci primi de anno 1539. quæ tollit omnem omnino præſcriptionem etiam centenariam contra iura Principis: hoc enim edictum, quantumuis de expreſſo mandato Regis in Senatu Parienſi publicatum, neque in iudicando neque in conſulendo fuiſſe in vſu, quinimo contra illud ſæpenumerò fuiſſe pronunciatum & ſententiatum atteſtatur idem Bacquet vbi ſuprà *nu. 8.* Ex quo tollitur dubium, quod quis mouere poſſet, ex eo quòd dicitur, Illuſtriſſimum Principem Auraicæ ad exemplar Franciſci ſimile edictum feciſſe, neque plus debet operari in ſuo Principatu quàm edictum Regis in Gallia. Præterea hoc edictum manauit mota iam controuerſia ſuper dicto iurepatronatus, & vtcumque ſit contra ſummum Pontificem, in his iuribus omnium ſupremum, & qui eſt dominus beneficiorum, non poteſt huiuſmodi edictum aliquam vim habere. Quæ ſi vera ſunt, prout ſunt veriſſima in dictis iuribus, multò magis in iure patronatus quod Principi, non vt Principi, ſed vt priuato tantùm, ſi quod habet competere poteſt; neque enim quia Princeps, ſed quia forſan fundauit aliquam Eccleſiam, vel ſufficienter & perfectè dotauit, id ius poteſt aſſerere, quod quicumque alius, etiam non Princeps modò fundet vel dotet, præſtare ſimul & acquirere poteſt, & ſic ſumus in terminis deciſionis Guid. Papæ 416. nec Valaſc. *quæſt. 9. num. 26.* me moratur, qui lege particulari, in Hiſpaniis receptam, nititur: nos de iure communi vel Gallico loquimur. Denique, cùm volt dictionem, *Patrons*, intelligi debere de vero Patrono in priuilegio ſuprà nominato, quia Princeps ait, ſe, tanquam Patronum, teneri dotare Eccleſiam: Nam verum eſt, quòd, ſi patronus eſſe vellet, & talem animum habuerit, dotare debuiſſet; ſed iam dotata erat eo tempore, & quòd vnquam Princeps dotauerit, per expreſſum negatur.

Nec vnquam diximus copulatiuè requiri, ad adquirendum iuspatronatus, vt quis fundet & dotet; ſcimus enim vnum ex iis ſufficere, ſed negatur, Principem vllum ex ijs feciſſe; nec id ex dictis priuilegiis vl-

lo modo apparet ; nec ex amortiſatione quidquam inferri poteſt, vt dictum fuit, tam ſuprà quàm in primis noſtris ſcriptis.

Quod verò ſubijcitur, Comitiſſam Auraicæ, Eccleſiæ Cathedrali Auraicæ contuliſſe pleraque bona, de eo quidem non conſtat mihi, ſed detur conſtare, citra præiudicium veritatis, non tamen propterea ſequitur, eam ob id acquiſiuiſſe ius patrona-
10 tus ; vt enim ex dotatione † quis illud acquirat, ea debet eſſe ſufficiens & perfecta, *ca. nemo de conſecrat. diſtinct. 1.* gloſſ. *in ca. quicumque ſecundo, 16. quæſt. 7.* Abb. *in rubric. circa fin. de iurepatron. & ca. 3. de Eccleſiaſtic. ædificat.* Lambertin. *de iure patrona. libr. 1. 12. artic. 5. quæſt. princip. 1. part.* & talis qui perfectè non dotat, dicitur potiùs benefactor, Lamber-
11 tin. *dict. artic. 12. numer. 2.* & præterea † requiritur Epiſcopi, & ſi agatur de Epiſcopatu ſummi Pontificis, conſenſus, alioqui ex ſola dotatione non acquireretur ius patronatus, Lambertin. *de iurepatron. 15. artic. 5. quæſt. princip. 1. part. 1. libr.* & propterea dotans mentem ſuam declarare debet, & cum conſenſu Epiſcopi ius patronatus retinere, alioqui ſimpliciter donans cenſetur ex liberalitate donaſſe.

Nec poteſt eneruari quod in primis ſcriptis deductum ex dictis documentis, Principem declaraſſe, ſe nullum impedimentum daturum liberæ electioni Epiſcopi, fecit enim id quod debuit, nec vllam libertatem conceſſit, ſed eam quæ erat, quæque iure competebat, ſe non turbaturum, imò conſeruaturum, vt debebat, profitetur : ita vt inutilia ſint quæ de fideicommiſſo, de quo non conſtat, dicuntur, minúſque vi eam profeſſionem extrahi prætendi poteſt, maximè cùm fecerit id quod debebat, & ad quod de iure tenebatur, nec renunciauit alicui iuri, ex qua renunciatione inferatur, ius aliquod antea habuiſſe ; nam ne verbum quidem de renunciatione, ſed ſimpliciter vt ſolent omnes Principes, ſe fautorem Eccleſiæ aſſerit, & eam in libera electione defenſurum promittit, debent enim Principes Eccleſiarum ac priuilegiorum & libertatum ipſarum, quæ de iure eis, non ex Principum conceſſionibus, competunt, defenſores eſſe, eáſque Principes defendere & tueri debent.

Ex quibus omnibus cùm Eccleſiæ Auraicenſis Epiſcopus & Canonici ſint fundati in iure communi, & habeant præſumptionem pro ſe, & propterea doceant de poſſeſſione pacifica, à tempore cuius initij memoria non extat in contrarium, etiam vltra triceniros annos ; Illuſtriſſimus verò Princeps ne vnum quidem actum nominationis, præſentationis, vel cuiuſcumque alterius prouiſionis, tam circa Epiſcopatum quàm Dignitates & Canonicatus & alia quæcumque beneficia oſtendat, videtur clariſſimum, nullum ius patronatus in dicta Eccleſia Cathedrali dictum Illuſtriſſimum Principem poſſe prætendere, eamque tali iure patronatus omnino liberam exiſtere. Atque ego huius ſum ſententiæ, ſaluo cuiuſlibet meliùs ſentientis iudicio.

CONSILIVM XXVI.

ARGVMENTVM.

IN donatione omnium bonorum mobilium & immobilium, an iura & actiones contineantur.

SVMMARIVM.

1 *In donatione omnium bonorum, præſentium & futurorum, mobilium & immobilium, non comprehenduntur actiones tam actiuæ quam paſſiuæ.*

2 *Secus ſi bonorum ſimpliciter, abſque adiectione mobilium, & immobilium, facta fuiſſet mentio.*

3 *Iura & actiones tertiam ſpeciem conſtituunt.*

4 *Quandoque tamen bonorum mobilium & immobilium appellatione iura continentur.*

5 *Ex donatione non fit præiudicium creditoribus anterioribus, quo minus contra bona donata experiri poſſint.*

6 *Ex conuentione ſoluendi partem aliquorum debitorum, alia debita excluduntur.*

7 *Filius, inuentarium non conficiens, tenetur in ſolidum creditoribus & legatariis, etſi conſumatur legitima.*

VT ſatisfieri poſſit ſummæ debitæ per quondam Natalem Bauſenqui, loci Bitteritarum, egregio & nobili domino Petro Blanco I. V. Doctori, huius ciuitatis incolæ, hæreditas dicti Natalis debet conſtitui opulenta, & quia idem Natalis extitit hæres Hieronymi Bauſenqui Patris, ſi in hæreditate dicti Hieronymi hæreditate multa bona fuerint tanto opulentior fiet hæreditas Natalis, & quia idem Hieronymus in contractu matrimonij Spiritus filij ſui, medietatem omnium bonorum, præſentium & futurorum, mobilium & immobilium eidem donauerat hac lege, vt medietatem debitorum teneretur exoluere, necnon medietatem dotis filiæ dicti Hieronymi conſtituendæ, contendit Natalis, aut idem dominus Blancus creditor eiuſdem Natalis, iure ipſius ſe iuuans, dictum Spiritum, aut cauſam ab eo habentes, teneri non ſolùm ad exolutionem debitorum contractorum per dictum Hieronymum ante dictam donationem, ſed etiam eorum, quæ poſt donationem conflata fuerunt. Quòd ſi fiat hæreditas dicti Hieronymi, & per conſequens dicti Natalis, maior erit, dictúſque dominus Blancus habebit vnde ſibi ſatisfieri poſſit : At contrà, hæredes nobilis quondam Petri de Sancto Sixto ius & cauſam à dicto Spiritu habentes, contendunt omnia debita poſt donationem per dictũ Hieronymum contracta, ex alia medietate non donata, eſſe excludẽda, quòd ſi fiat, bona Natalis non ſufficient ad excludendum debitum dicti domini Blanci : omnia enim conſumpta fuerunt in exolutione anteriorum debitorum. Tota igitur quæſtio in eo verſatur, an verba illa in donatione appoſita, *vt Spiritus teneatur ad exolutionem medietatis debitorum* ; intelligantur de præteritis debitis, an de futuris, & de futuris intelligenda eſſe contendit dictus dominus Blancus, tum ne illa verba alioquin inutilia ſint, tum vt æqualitas inter fratres ſeruetur, nec non quia dictio, *&*, apponitur inter debita & dotem futuram, Vna autem determinatio, &c. Sed ſi rem attentiùs inſpiciamus, res clara erit, ea ſcilicet verba, de præteritis tantùm debitis

Digitized by Google

debitis intelligenda eſſe ; neque enim hîc verſamur in donatione medietatis omnium bonorum, præſentium & futurorum, vt comprehendantur iura & actiones, ſed in donatione quæ de mobilibus & immobilibus facta eſt, quo caſu, etſi de omnibus quibuſcumque præſentibus & futuris facta ſit, dummodo adiiciantur verba, *mobilibus & immobilibus*, excluduntur iura & actiones tam actiuæ quàm paſſiuæ, quæ communis eſt D D. ſententia, vt patet per Panormit. *in cap. nulli, numer. 9. de reb. Eccleſ.* Dec. *conſil.* 237. Alexand. *conſil. 12. numer. 10. libr. 2.* Corn. *conſil. 104. numer. 19. cum ſeqq.* maximè 22. *libr. 2. & conſil. 173. numer. 9. libr. 3. & conſil. 54. numer. 3. & 108. numer. 5. libr. 4.* Cappel. Tholoſ. *quæſt.* 385. Crauet. *in rubr. de leg. 1. numer.* 100. & Guid. Pap. *quæſt.* 291. Tiraquell. infinitos referens *de retract. linag. §. 1. gloſ. 7. numer. 9.* Roland. à Vall. *conſil. 65. numer. 7. cum ſequentib. libr. 1.* Iaſon *conſil. 5. colum. 3. in princip. lib. 3.* vbi communem dicit Suares *in verb. donatio omnium bonorum*, B. Villalobos *in verb. donatio omnium bonorum*, & magis communem Clar. *in §. donatio, quæſt. 19. num.* 1. nec refert, bona dici deducto ære alieno, *l. ſubſignatum §. bona ff. de verbor. ſigni-*
2 *fic.* bonorum † enim appellatione certum eſt iura & actiones comprehendi, ſed bonorum mobilium
3 & immobilium nomine ſecus eſt: † iura enim & actiones tertiam ſpeciem ab illis conſtituunt ; *l. quam Tuberonis, §. penultim. de pecul. l. à Diuo Pio, §. in vendit. de re iudicata* ; bene facit textus *in l. cum abſens, Cod. de donation.* non repugnat etiam authoritas Alciati *in l. mouentium, de verbor. ſignificat.* quem videtur ſequi Couarruu. ex communi vſu loquendi, omnium & quorumcumque mobilium & immobilium appellatione, iura & actiones comprehendi: Nam præter quam quòd communis eſt in contrarium, vt ex Decian. Cornel. & aliis ſuprà allegatis patet, & nominatim Rabotius ad Guid. *dict. quæſt.* 291. Alciatum reiicit, qui mentionem faciunt dictionis, *omnium, & quorumcumque*, ipſemet Alciatus & alij cum eo ſentientes, non id ſimpliciter te-
4 nent ; ſed ſolùm quando conſtat, loquentes † de iuribus & actionibus voluiſſe etiam intelligere, vt quia neceſſe eſt, nomina attribui ſpeciei mobilium & immobilium, idque iuxta diſtinctionem Alexand. *in dict. l. à Diuo Pio, in §. in venditione, num.* 2. quod & exemplum Alciati docet, loquentis de ſtatuto quo prohibetur bona mobilia & immobilia quæcumque ad alienigenas transferri, illiſve dari: ſubeſt enim eadem ratio prohibitionis in iuribus & actionibus, ſatiſque apparet de mente ſtatuentium, voluiſſe ſcilicet ne quidquam ad extraneos transferatur, quæ ceſſant in donatione, in qua nulla ſubeſt neceſſitas, quòd iura etiam comprehendantur. Nec ſequitur neceſſariò, eum qui voluit dare mobilia & immobilia, voluiſſe etiam dare iura & actiones: quinimmo contrarium exiſtimandum eſt, voluiſſe ſcilicet retinere iura & actiones, vt aliquid habeat, ex quo cæteris ſatisfacere & eos ſibi deuincire poſſit, cùm alia dimidia ferè omnis in exſolutionem legitimarum ſit conſumenda, eodémq; modo ſatisfit *conſil.* Socin. iun. 148. *num. 13. cum ſequentib. libr.* 3. nec enim dictio ſola, *omnium*, id operatur, ſed quatuor concurrentibus, quæ in facto Socini adſunt, ſimul cum qualitate donatricis fœminæ, ex quibus coniiciebatur mens donatricis, at ſi non concurrant, vt in caſu noſtro, manet firma regula.

Non nocet etiam ſi dicatur, non potuiſſe do-
5 nantem præiudicare † creditoribus, quo minus poſſint hypothecaria experiri contra bona donata, non ſolùm pro dimidia parte, ſed etiam in totum, etiam ſi in tali donatione non contineantur iura & actiones actiuæ & paſſiuæ, *l. 1. in 2. reſponſo, & l. 2. Cod. de hæred. action. l. quamdiu, Cod. de diſtra. pignor. l. debitor, ff. ad Trebellian.* hoc enim procedit reſpectu iuris ipſorum creditorum, quod non potuit minui aut alterari medio prædictæ donationis, *l. debitorum, Cod. de pact.* Sed quoad ipſos donantem, eiúſve hæredem, & donatarium, non ita poteſt affirmari, ſcilicet quòd donatarius poſſit cogi contribuere in ſolutione prædictorum debitorum pro ſimili quota parte bonorum donata: quinimò ſi conueniretur donatarius à creditoribus, habet regreſſum contra hæredem donantis, vt ipſum hæredem indemnem præſtet. At verò hîc controuerſia eſt inter hæredem & donatarium ; dominus enim Blancus ſe iuuat iure Natalis, nititúrque hæreditatem Hyeronimi, & per conſequens Natalis efficere pinguem, quantum fieri poteſt, vt ſuprà demonſtratum eſt: neque enim comprehenduntur iura & actiones, & quòd non deducatur de illis æs alienum in terminis firmat Alexand. *in dict. conſil. 12. numer. 10. libr.* 2. Ex his igitur conſtat, donationem huiuſmodi, iura actiua & paſſiua non comprehendere, quo ſtante neceſſaria fuit adiectio hæc, *vt teneretur donatarius pro medietate debitorum.* Quod eo maximè dicendum eſt, quia donans & donatarius, hanc iuris diſpoſitionem probabiliter ſcire poterant: donans enim Notarius erat peritiſſimus, & donatarius Doctor. Alia etiam ratione id fecerunt, ne ſcilicet donatio redderetur inofficioſa, ſi ſcilicet omnia debita ex alia dimidia parte excludenda eſſent: grauarentur enim legitimæ plus quàm de iure debent, de debitis igitur præteritis contrahentes intellexerunt, non de futuris.

Secunda ratio, qua id ſtatuere debeamus, hæc eſt, quòd ſecundùm ſubiectam facti ſpeciem, pactum legitur appoſitum, quòd idem Spiritus donatarius, ad cauſam huius donationis, teneatur ſoluere medietatem nonnullorum debitorum futurorum ipſius donatoris in eadem donatione expreſſorum, ſcilicet dotis filiæ conſtituendæ ; ſed † ex hac ſpeciali con- 6
uentione de ſoluenda parte aliquorum debitorum, excluditur obligatio reliquorum debitorum, ſiue de & pro reliquis debitis ſoluendis, quia incluſio vnius eſt excluſio alterius, *l. cum prætor, ff. de iudic.* & quando donator voluit donatarium teneri ad certa debita, ſeu excepit aliqua onera ad quæ ipſe donatarius teneretur, quo ad alia minimè teneatur, & quòd donatio ſit pura & libera ab aliis debitis ſeu oneribus non exceptis, tradit Alexand. *in dict. con. 12. num. 6. lib. 2.*

Tertia, ſi verba in contractu inutilia non eſſe debent (vt dicti domini Blanci argumentum contra ipſum retorqueam) ſi qualitas ſoluendorum debitorum intelligenda eſt de futuris, non autem de præteritis tãtùm, quia ſecundùm eum dicta donatio comprehendebat iura & actiones actiuas & paſſiuas, ad quid nominatim cautum fuit, vt teneretur pro media parte ad dotem filiæ ſoluendã, inutilia certè & ſupernacanea eſſent huiuſmodi verba, quod ne dicamus, neceſſariò dicendum eſt, generalẽ reſeruationem debitorũ intelligi tãtùm de præteritis, & quia volebat etiã vt teneretur ad dotẽ, de ea dixit, non autẽ de cæteris debitis futuris, de quibus aut nominatim dixiſſet, ſi voluiſſet, aut ſaltem de dote non feciſſet mentionem, ſi ſub generali reſeruatione voluiſſet etiam intelligere

de futuris; ſed certè de illis non intellexit, dotem autẽ reſeruauit maxima cũ ratione, quia eſt quodammodo debitum neceſſarium, nec in eius conſtitutione vllos fraudandi animus conſiderari poteſt.

Quarta ratio ducitur à veriſimili, & ab eo quod communiter fieri ſolet, & adeò communiter, vt nunquam contrarium factum ſit, quod ſciam: quis enim vnquam audiuit donationem dimidiæ partis bonorum factam ea lege, vt ad futura debita teneatur donatarius? eſſet enim in poteſtate donantis inutilem reddere donationem contrahendo varia debita, quod longè magis dicendum eſt in donatione facta in contractu matrimonij, quod probabiliter non fuiſſet factum, niſi huiuſmodi donatio interueniſſet, neque eſt exiſtimandum, parentes & propinquos filiæ, contentos fuiſſe donatione, quam inutilem reddere fuiſſet in poteſtate donantis: nec dicendum, fraudis conſilium in patre non conſiderari: nam, vt de mala mente quidquam nolo affirmare, ita poſſum aſſerere, re & facto ipſo inutilem fuiſſe redditam huiuſmodi donationem: tot enim contracta fuerunt debita poſt eam, vt pro eorum ſolutione omnia ferè conſumenda ſint.

Ex his facilè ſatisfieri poteſt iis quæ in contrarium adducuntur: demonſtratum enim eſt non inutilem imò neceſſariam fuiſſe qualitatem illam debitis exoluendis; quòd ſi quis contendat, nulla de facto fuiſſe debita præterita, & proinde ad ea referri non poſſe, planè extant debita, & inter alia dos materna; adhæc etſi nulla fuiſſent, quod tamen non eſt, ad maiorem tamen cautelam, & vt mentem intentionémq; eorum declararent, optimum fuiſſet ea apponere: Nam ſi benè ſecunda, tertia & quarta rationes perpendantur, eæ ſunt tanti momenti, vt quamuis donatio ſimpliciter fuiſſet facta dimidiæ partis bonorum præſentium & futurorum, ita vt iura & actiones comprehenderentur, nihilominus ea verba de præteritis intelligenda eſſent. Quod de æqualitate ſeruanda inter fratres dicitur, facillimè tollitur ex eo quòd quotidie patres ſolent in fauorem primogenitorum donationes, dum nubunt, facere. Præterea cùm adſit clara mens donantis, non eſt diſputandum de æqualitate, vel inæqualitate.

Quod ad poſtremò loco dicitur de coniunctiua, brocardicum eſt; ideóque non inſiſtendum, quandoque enim inter ſimilia ponitur, quandoque inter diuerſa, quod poſtremum magis naturæ conuenit; Quod hîc factum eſt, inter debita ſcilicet præterita & dotem futuram, quorum diuerſa eſt admodum ratio: ita vt non videam quomodo adaptari poſſit de vna determinatione. Non eſt inſiſtendum ſuper inofficioſitate, aut legitimæ petitione: nam præterquam quòd nulla eſt inofficioſitas quæ conſideranda eſſet tempore donationis, cùm ſit tantùm de dimidia parte bonorum, & reſeruata ſit ſolutio debitorum pro eadem parte, hoc caſu nulla ſubeſt difficultas, ex eo quòd Natalis nullum inuentarium fecit: nam † tunc legitimam amittit, & tenetur de ſua propria ſubſtantia, non ſolùm 7
donatariis, & aliis creditoribus ſatisfacere, *l. fin. §. ſin autem, & §. ſi vero, de iur. deliber.* ſed etiam, ex veriori ſententia, legatariis ipſis, quod maius eſt, Oldra. *conſil.* 134. Ang. & Imol. *in l. 1. §. hac ſtipulatio, ff. ſi vni plus quam per l. falcid.* Corn. *conſil. 168. num. 3. lib. 3.* & latiſſimè Sarmi. *lib. 2. ſelectar. interpret. cap. 7.*

CONSILIVM XXVII.

ARGVMENTVM.

AN Vicarius ſit dignior Præpoſito, vel alio primam dignitatem poſt Epiſcopum obtinente, an habeat locum in Choro, & in eo an præferatur illis.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius eſt dignior Præpoſito, & alio quocumque primam dignitatem poſt Epiſcopum obtinente.*
2 *Laici non debent ſedere inter Clericos in Choro.*
3 *Epiſcopus & Capitulum faciunt vnum corpus.*
4 *Vicarius repræſentat perſonam Epiſcopi, & ambo faciunt vnum tribunal.*
5 *Fictio quandoque præfertur veritati.*
6 *Gerens vices alterius debet honorari vt ille cuius vices gerit.*
7 *Epiſcopus ſolet exercere iuriſdictionem per inſtrumentum ſibi datum à lege, ſcilicet Vicarium, etiam cum præſens eſt.*
8 *Omnes de vno Collegio debent ſedere in loco, & inter eos de Collegio.*
9 *Ius reuerentiale, quod debetur à ſubditis, eſt de iure natura cui renunciari non poteſt.*
10 *Non valet ſtatutum quo cauetur, Vicarium non debere habere digniorem locum in Choro.*
11 *Vicarius, etiam præſente Epiſcopo, debet habere locum in Choro.*
12 *Diſtributiones quotidianæ dantur intereſſentibus.*
13 *Honor ſequitur dignitatem ſicut umbra corpus.*
14 *Dignitas eſt præeminentia in gradu.*
15 *Capitulum poteſt condere ſtatuta dummodo non concernant Epiſcopum, vel generalem ſtatum Eccleſiæ.*
16 *Vicarius Epiſcopi, ſeu Archiepiſcopi ſedet iuxta latus ipſius.*
17 *Vicarius in Choro præfertur Præpoſito, & cuicumque alij primam dignitatem poſt Pontificalem habenti, & omnia eidem Vicario ante eos ſunt conferenda.*
18 *Nonobſtante conſuetudine vel ſtatuto in contrarium.*
19 *Etiam abſente quam præſente Epiſcopo.*
20 *Reſpondetur Menochio* conſil. 51. *& Picar.* conſil. 52. inter conſilia Menochij.
21 *Reſpondetur etiam Menochio* conſil. 257.
22 *Vicarius habet iuriſdictionem in Præpoſitum.*
23 *Reſpondetur Nauarro* conſil. 1. & 2. de maiorit. & obed.
24 *Si de conſuetudine alicuius Eccleſiæ non conſtet, & aliqua ſequenda eſt, vicinarum Prouinciarum eſt ſequenda.*
25 *Statutum Eccleſiæ Auenion. non dat Præpoſito principalem ſedem poſt Archiepiſcopum.*
26 *Vicario in Eccleſiis, Primicerius & Vicegerens non præferuntur.*
27 *Qui ſi Procancellarij perſonam ſuſtineat, vbique eis præfertur.*

28 *Etſi*

28 *Etſi Primicerio & Vicegerenti locus non detur, Vicario tamen dari debet.*

GRauis eſt hæc controuerſia, de qua varij DD.
ſcripſerunt & conſuluerunt, An ſcilicet Reue-
rend. Dom. Vicarius Archiepiſcopi vel Epiſcopi, præ-
ferendus ſit in Choro (extra enim Chorum non eſt
dubium) Reuerendo Domin. Præpoſito aut alij quo-
cumque nomine vocetur, primam dignitatem poſt
Pontificalem in Eccleſia Metropolitana ſeu Cathe-
drali obtinenti, & vt veritas illius clariùs appareat,
non hoc ſolùm quærendum eſt, an Vicarius ſit dignior
1 Præpoſito, digniorē † enim eſſe certiſſimum eſt, Abb.
conſil. 21. Anton. de Præt. *de iuriſdict. Epiſcop. defend. ca.*
6. num. 40. & ſeqq. ſed hoc ſatis non eſt, cùm non valeat
conſequentia; eſt dignior, ergo primum locum in
Choro habere debet, quia non probat hoc eſſe, quod
ab hoc contingit abeſſe, *l. matrem*, *Cod. de probation.* &
probatio debet eſſe concludens, *l. non hoc*, & ibi
Bald. *c. vnde legit.* nam Imperator eſt dignior Cleri-
co, loquor de dignitate formali & ciuili, de qua *per*
tot. tit. de dignit. Cod. lib. 12. & tamen D. Ambroſius (ni
me fallit memoria) noluit in Choro Imperatori locum
aſſignare, vt per Surium in eius vita: & in vniuerſum
2 Laici quacumque ſint dignitate † præditi, non de-
bent ſedere inter Clericos in Choro Eccleſiæ, Bald.
in l. 2. C. de ſacroſ. Eccleſ. & hac de cauſa Capitulum &
Canonici Eccleſiæ Genuenſis, quamuis fateantur Vi-
carium illis eſſe digniorem, eíq; honorem & reueren-
tiam præſtent; tamen nolunt ei dare locum in Choro,
cùm non ſit Vicarius de corpore Eccleſiæ & Capituli,
3 vt eſt † Epiſcopus cum Canonicis, qui faciunt vnum
corpus, vt per Ioan. Franc. de Panin. *de offic. cap. ſed. va-*
can. prælud. 5. de virtut. & import. nomi cap. in princip. &
Anton. de Præt. *de iuriſd. Epiſcop. defend. cap. 3. nu. 12. &*
ſeqq. idcircò ſubintrat neceſſariò ſecundum dubium;
Vtrùm de iure communi Vicario debeatur locus in
Choro, & deberi hæ rationes conuincunt.

4 Primò, Vicarius repræſentat perſonā † Epiſcopi, &
faciunt vnum & idem tribunal, Archid. *in cap. in nona*
actione 16. queſt. 7. facit cap. 9. de conſuet. in 6. & cap. Ro-
mana, de appell. Ideo ſi Epiſcopus debet habere lo-
cum in Choro, & locum eminentiorem, vti dicit
Berth. *in tract. de Epiſcopo*, eo, quia debet ei præſtari
honor ab omnibus Clericis ſuæ ciuitatis, & Cano-
nicis, DD. *in cap. cum non liceat de præſcript.* debet
& Vicarius, quia reputatur à iure vna & eadem perſo-
na: idem enim operatur † fictio ac veritas, & quando-
que veritati præfertur, vt per Cardin. *in clem. quod*
circa, vlt. quæſt. de elect.

6 Secundò, gerens † alterius vices ſic debet honora-
ri in loco & in ſeſſione & alijs, ſicut is cuius vices ge-
rit, Hoſt. *in princip. ſumme, eſt caſus vnicus in c. præci-*
pimus 93. diſtinct. Sed Vicarius gerit vices Epiſco-
pi, vti ſuprà demonſtrauimus: Ergo debet honora-
ri vt Epiſcopus: & per conſequens cùm de iure com-
muni Epiſcopus habeat locum in Choro, vt oſtenſum
eſt, ita & Vicarius.

Tertiò, quamuis dicere horas Canonicas & ſede-
re in Choro non ſit iuriſdictionis, tamen coercere
illos qui aut malè recitant horas Canonicas, aut non
recitant, illóſque mulctare, iuriſdictionis eſt, *l. manda-*
tum, de offic. cius, & l. Imperium, & ibi DD. *de iuriſ-*
dict. ſed in rebus quæ ad iuriſdictionem pertinent,
Vicarius repræſentat Epiſcopum, vt diximus, ergo ha-
bebit locum in Choro, vt illos poſſit coercere. Nec
obſtat ſi dicatur, hoc poſſe eſſe verum in abſentia Epi-
ſcopi, ſecus in præſentia, cùm Epiſcopus poſſit illos
7 coercere, quia † reſpondetur Epiſcopum ſemper ſole-
re exercere iuriſdictionem per inſtromentum ſibi da-
tum à lege, quod eſt perſona Vicarij, vt probat Ant.
de Præt. *de iuriſd. Epiſcopi defend. cap. 5. num. 44. & cap.*
7. per totum. Ergo debet eſſe primus in Choro Vica-
rius, vt iuriſdictionem exercere poſſit.

Quartò, omnes † illi qui ſunt de vno corpore vel 8
Collegio, debent ſedere in loco & inter eos de Colle-
gio, nec poſſunt expelli, faciunt dicta Barthol. *in l.*
1. §. hoc interdicto, numer. 4. ff. de itin. act. quæſt. 1. Sed Vi-
carius eſt de corpore Capituli, vt Epiſcopus, ſaltem
fictione iuris, vti ſuprà demonſtrauimus. Ergo &c.

Quintò, ius reuerentiale † quod debetur à ſub- 9
ditis, eſt de iure naturæ, *l. fin.* & ibi Bald. *de oper. li-*
bert. & ideò illi non poteſt renuntiari, Roman *ſing.*
480. Alexand. & Iaſon *in l. penultim. Cod. de pact.*
Dec. *in l. venia*, *Cod. de in ius vocand.* ſed nolle dare
locum in Choro Vicario, qui repræſentat perſo-
nam Epiſcopi, attento maximè, quòd Canonici
huius Eccleſiæ ſunt pleno iure ſubiecti Epiſcopo, &
eius Vicario, eſt velle ire contra ius reuerentiale, &
ſic contra naturale ius: Ergo ſtatutum quòd Vica-
rius non † deberet habere digniorem locum in Cho- 10
ro, non valeret, vt tenet in terminis Anton. de Præt.
in clyp. Paſtor. cap. 5. nu. 18.

Sextò, hoc expreſſè videtur tenere Abbas, quam-
uis ex ſuis principiis non deducatur, *conſil.* 21. & aper-
tè tenet Anton. de Præt. *in clyp. Paſtor. cap.* 7. & hoc
eſſe verum dicit, tam † in præſentia Epiſcopi, quàm 11
in abſentia, & Hoſt. *in princip. ſua ſumma*, & videtur
text. *in d. cap. præcipimus, 93. diſtinct.* Igitur vide-
tur, Vicarium debere de iure communi obtinere lo-
cum in Choro.

Nec obſtat primò, quòd Vicario non eſt aſſigna-
tus locus in Choro, vti Canonicis, quibus per ſta- 11
tuta ſpecialiter aſſignatur locus nam reſpondetur, du-
plici de cauſa poſſe quem habere locum in Choro;
vel ratione percipiendarum diſtributionum, quæ † 12
dantur intereſſentibus diuinis officiis in Choro, vti
latè per Couarru. *vari. reſolu. lib. 3. cap. 13. per tot.* vel ra-
tione ſimplicis honoris, qui honor debetur ſupe-
riori, & conſiſtit in loco ſublimiori dando; pri-
mo modo competit Canonicis, & ideò quia ra-
tione Canoniæ competit, vt per Cardin. *in clem.*
fin. in prima quæſt. de præbend. debet illis aſſigna-
ri quando capiunt poſſeſſionem Canoniæ vel bene-
ficij, ſecus quando quis ſedet in aliquo loco ho-
noris cauſa tantùm, vti Vicarius, quia † tunc v- 13
ti vmbra ſequitur corpus, ita honor ſequitur digni-
tatem, cùm illi qui ſunt in dignitate, ſint hono-
randi, & debeant poni in loco altiori, *cap. Epiſco-*
pum, 95. diſtinct. Hoſtien. *in ſumma*, poſt Innocent.
gloſſ. *inſtitut. de bonor. poſſeſſion. §. aliam*, & quia
dignitas † eſt quædam præeminentia in gradu, vt 14
per Cardin. *in clement. 2. §. 1. in princip. de ætat. &*
qualit. quæ deſignatur ex primo ſtallo in Choro.
Rota *deciſ. 447. in nou.*

Nec obſtat ſecundò, Vicarius non habet locum
in Capitulo, ergo non in Choro, quia reſponde-
tur, diuerſam eſſe rationem, & ex diuerſis non in-
ferri, *l. Papinianus exuli, ff. de minor. cum vulgar.*
non habet enim Vicarius locum, neque vocem in
Capitulo, quia ibi tractatur tantùm de rebus per-
tinentibus ad ipſos Canonicos, & Capitulum, de
† quibus poſſunt condere ſtatuta, dummodò non 15
tangant Epiſcopum, nec generalem ſtatum illius Ec-
cleſiæ, ita intelligitur *cap. cum conſuetudinis, de con-*
ſuetud. & ibi Innocent. *& in cap. nouit, de iis quæ ſiunt*
à Prælat: Ergo non debet ibi habere vocem, quia
negotium neque Epiſcopum neque Vicarium tan-

git, ſecus in Choro vbi tractatur de honore & reuerentia exhibenda, quæ de jure communi debetur ſuperiori, vt notat Archidiacon. *in cap. conqueſtus, 9. quæſt. 5.*

Nec obſtat tertiò, quòd in libro, qui inſcribitur Pontificale, nulla reperiatur facta mentio de Vicario; quia reſpondetur quòd ea omnia quæ loquuntur de Epiſcopo, poſſunt & debent adaptari ad Vicarium, cùm ſint vna & eadem perſona, vti jam dictum eſt.

Nec obſtat quartò, quòd dicere horas Canonicas non pertinet ad juriſdictionem; quia reſpondetur, hoc eſſe verum: tamen præeſſe ijs qui dicunt horas canonicas, eſſe juriſdictionis, vt in tertio fundamento demonſtratum eſt.

Nec obſtat quintò, quòd Epiſcopus cum Canonicis faciunt vnum Corpus; quia reſpondetur, ratione vnitatis, quæ eſt inter Vicarium & Epiſcopum, idem debere intelligi de Vicario, quod de Epiſcopo dicitur, vt in quarto fundamento deductum eſt.

Nec obſtat ſextò, quòd habere ſtallum in Choro dependet à Canonia; quia reſpondetur hoc eſſe verum ratione percipiendi diſtributiones quotidianas, ſecus ratione ſimplicis præeminentiæ, vt ſuprà dictum eſt.

Nec obſtat ſeptimò, quòd Canonicus, qui eſt Vicarius, ſedet in loco ſolito, quia reſpondetur, hoc eſſe verum, non eò quia non habeatur ratio perſonæ Vicarij in Choro, ſed quia ille Vicarius qui eſt Canonicus, vt percipiat diſtributiones quotidianas, vult eſſe vti Canonicus, & ita debet ſedere in loco ſolito.

Ex his igitur conſtat, jure communi Vicarium locum habere in Choro, & quatenus aliquod dubium eſſet de conſuetudine in omnibus Eccleſijs recepta, ea
16 opinio confirmata fuit: in omnibus enim † Eccleſiis Vicarij in Choro ſedere ſolent, & nominatim in Eccleſia Metropolitana Auenion. ſolent ſedere juxta latus R^mi Archiepiſcopi, quem locum teneret Vicarius, etſi adeſſet Archidiaconus primus, per rationes ſuprà ſcriptas: niſi hoc ei permitteret Vicarius, ſicut quandoque ſimplici Canonico permittitur, quando eſt præſens Archiepiſcopus vt ei aſſiſtat & inſeruiat, non vt in loco digniore cenſeatur eſſe, nec poſſet Archidiaconus hoc impedire eo prætextu, quòd in ſtatutis eſt ei aſſignatus locus poſt Archiepiſcopum, quia reſpondetur, hoc eſſe verum poſt Epiſcopum verè vel repræſentatiuè: At Vicarius repræſentat perſonam Epiſcopi, latè Anton. de Præt. *in d. cap. 7.* vel etiam reſponderi poteſt vt per Panormit. *conſ. 22. in fin.* ſed in eo inſiſtendum non eſt, cum de ea re non agatur.

Cùm itaq; & jure & conſuetudine Vicarius habeat
17 locum in Choro; ſequitur neceſſariò † & incenſum & omnia alia ante Præpoſitum ei deferenda eſſe: quam ſententiam firmant Abbas *conſ. 21. vol. 1.* Felin. *in rubr. de majorit. & obed. nu. 10.* Iaſ. *in l. de quibus, nu. 69. ff. de leg.* Boer. *in tract. de author. mag. conſ. n. 66.* Rebuff. *in pract. benef. tit. de Vicario Epiſc. num. 7.* Chaſſan. *in catal. glor. mund. part. 4 conſid. 46.* Ioan. de Arno. *ſing. 28.* Staphil. *de mod. & form. impetran. nu. 13. char. mihi 162.* Pet. Andr. Gamb. *tract. de offic. & poteſt. legat. à latere lib. 3. num. 109.* Anton. de Præt. *in tract. de juriſd. Epiſc. ca. 6. n. 41.* Roch. de Curt. *de conſuet. cap. vlt. nu. 110.* Fuſch. *tract. de viſitat. & reg. Eccleſ. lib. 1. cap. 2. nu. 19.* Iacob. Sbrozz. *in tract. de Vicar. Epiſc. lib. 2. cap. 25. per totum*, vbi hanc communem dicit poſt Ioan. Iacob. Metill. *tract. de praceden. Vicar. cap. 1. & cap. 4.* Conrad. *in templo omn. judic. lib. 2. cap. 6. §. 12. num. 14.* & Alfer. *conſ. 15. lib. 2.* & nouiſſimè Lælius Zecchius *de Repub. Eccleſiaſt. cap. 23. nu. 7.* allegans *deciſ. 280. diuerſ. in manuſcript.* & Pariſ. *de reſignat. benef. lib. 7.*
18 *q. 29.* Quod verum eſt etiam † ſi conſuetudo vel ſtatutum extaret in contrarium, Abb. *conſ. 22.* Iaſ. *in d. l. de quibus nu. 69.* Felin. *in d. rubr. nu. 2. & in cap. ſtatuimus n. 1. eod. tit.* qui dicit hujuſmodi conſuetudinem non poſſe induci niſi ex magna ambitione & ſtultitia, Chaſſ. *in d. conſid. 46* Ioan. de Arnon. *d. ſing. 28.* qui hoc adſcribit audaciæ & præſumptioni, vocatque hujuſmodi temerarios & arrogantes, Roch. Curt. *d. tract. de conſuet. cap. vlt. nu. 110.* Henric. Bottæ *de ſynod. Epiſc. n. 3. part. 20.* Staphil. *d. cap. de mod. & for. fol. 162.* Rebuff *in pract. benef. tit. de Vicar. Epiſcop nu. 7.* Conrad *d. cap. 6. §. 2. nu. 14.* Alfer. *d. conſ. 15.* Fuſch. *d. lib. 1. ca. 2. n. 19.* Sbrozz. *d. ca. 25. lib. 2.*
quod quidem tam † præſente quàm abſente Epiſcopo 19
locum habet, nec vllam in eo differentiam DD. conſtituunt, & nominatim hoc latè docet Anton. de Præt. *cap. 6. de juriſd. Epiſcop. &c.* Mellit. *in d. cap. 4. num. 2. & 5.* Sbrozz. *d. cap. 25. nu. 12.*

Non obſtat his authoritas Menochij *conſ. 51.* poſt
Corn. Nam † reſpõdetur primò, eum loqui de eo Ar- 20
chidiacono qui juriſdictionem ordinariam habet in Clericos, quique Vicarius eſt à lege deputatus, & in eo potiſſimum ſe fundat. At verò in noſtro caſu, Præpoſitus vel etiam Archidiaconus d. Eccleſiæ nullam habet juriſdictionem in Clericos, nec Vicarius eſt Epiſcopi, diſceſſum enim eſt à jure communi, quo juriſdictionem habebant, tota enim juriſdictio eſt penes Archiepiſcopum, vel ejus Vicarium, & priuatiuè quoad omnes alios inferiores de Clericis cognoſcit, vt notorium eſt. Secundò reſpondetur, non contendere Menochium, Archidiaconũ eſſe digniorem Vicario, illiq; præferendum in Choro, quinimo diſertè fatetur primã ſedem debere habere Vicarium poſt Epiſcopũ, ſed juxta latus ipſius cui hærere debet, non autem Archidiaconi locum occupare, & eum ſede quam ab omni tempore habet, priuare, idque *nu. 56. circa fin.* neque enim quærebatur, an Archidiaconus eſſet magis honorandus in Choro, quàm Vicarius, reſpondiſſet enim in fauorem Vicarij, vt *in d. nu. 56. circa fin.* ſed ſolùm an Archidiaconus à ſua ſede ſolita amouendus ſit. At nos relinquimus Præpoſitum in ſua ſede, ſed dicimus, primos honores Vicario deferendos, tam in aquæ luſtralis aſperſione, quàm thurificatione, quod ex ejuſdem Menochij ſentẽtia ſtatuimus. Si enim, ex eodem Menochio, prima ſedes debetur Vicario, in alio tamen loco, quàm in quo ſedet Archidiaconus, ideoq́ue dicatur prima ſedes ratione perſonæ vbicumque illa ſit, certè primi honores ipſi quoq; perſonæ debebuntur, alioqui nõ diceretur prima ſedes. Poſtremò, caſu quo contra noſtram ſententiam teneret, communis eſſet contra eum. Non obſtat etiam authoritas Picard. inter conſ. Menoch. *conſ. 52.* cui aliqui ſe ſubſcripſerunt: nam vt ille idem Picard. *in princ.* refert, communi Doctorum calculo cõtra ipſum receptum eſt, nituturq́ue, ſed in vanum,
communem ſententiam euertere. Non obſtat † etiam 21
Menoch. *in alio conſ. nempe 257. lib. 3.* loquitur enim in eo qui auctoritatem Archidiaconi, & Archipresbyteri habebat, quiq́ue juriſdictionem ordinariam in Clericos exercebat, & de Vicario, qui non niſi duobus Canonicis de capitulo adhibitis judicare poteſt: nam v-
trumque hic deficit, † cùm nec Præpoſitus hujuſmodi 22
juriſdictionem habeat, & Vicarius judicet ſolus abſq; vllis Canonicis; judicet, inquam, etiam de ipſo Præpoſito, judex enim ipſius eſt in omnibus ſuis cauſis, etiam criminalibus motis, vt indecens admodum eſſet, eum ſuo Judici præferri. Denique, communis eſt contra Menoch. vt ſæpè dictum eſt.

Non obſtat Ioſeph. Ludoui. *concl. 38. nu. 100.* ſe refert enim Menochio, & ſequitur eum, *d. conſ. 51.* ideoq́ue ſecundùm eum intelligendus eſt, eædémque reſponſiones militant. Poſtremò non † nocet authoritas Na- 23
uarri

uarri *conſ. 1. & 2. de major. & obed.* diſcretè enim contendit, Vicarium præferri Archidiacono, ſi non ſit Canonicus, & non ſedeat tanquam Canonicus. ſed præſuppoſita conſuetudine videtur tenere contrarium, ſed certè loquitur ſemper de Vicario Canonico, & caſu quo in terminis noſtris loqueretur, communis eſt, & verior contra ipſum; ſed non ſumus in terminis conſuetudinis, vt poſtea dicemus. ex quibus patet Vicarium in Choro, etiam præſente Archiepiſcopo, præferendum Præpoſito, in ſua tamen ſede manenti; Vicarióque primos honores deferendos, nec ſe vlla in contrarium conſuetudine juuare poteſt Reuer. Dominus Præpoſitus: nam præterquam quòd communis & verior eſt opinio, vt ex ſuperioribus patet contra Menoc. *d. conſ.* 257. etiam præſuppoſita conſuetudine, Vicarium præferri in noſtro caſu, nulla hujuſmodi conſuetudo probari poteſt, vt reuera non eſt: teneretur enim probare idem Dominus Præpoſitus ſaltem ſpatio quadraginta annorum, præſente & exiſtente Vicario in Choro, primos honores eſſe delatos Præpoſito, quod impoſſibile eſt, cùm illud reuera factum non ſit: nam ij quorum memoria habetur, aut fuerunt Vicarij Canonici ejuſdem Eccleſiæ, vel quarundam aliarum Eccleſiarum, ſuiſque Eccleſiis inſeruiebant, non verò locum Vicarij tenebant, nec hîc militat conſideratio quam facit Menoch. ſeſſuros in loco ſuo, ſi ſciuiſſent ſe primos honores habituros: nam nihil ex ſuis beneficijs lucrati fuiſſent, ſi id feciſſent: Canonicatus enim Metropolitanæ & Collegiatarum Eccleſiarum Auenion. in ſolis diſtributionibus quotidianis conſiſtũt, quas amiſiſſent, ſi tanquam Vicarij in loco ſuo ſediſſent, aut ſi Vicarij, non Canonici, aut Canonici, depoſita veſte Canonicorum, ſederunt, vt quandoque factum eſt, nunquam probabitur primos honores tunc Præpoſito delatos, quinimo adſunt adhuc teſtes, qui recordantur, quòd tempore Reuer. Domini Fortaguerre Vicarij, aquam luſtralem illi datam ante Præpoſitum, & cum bon. memor. Dominicus Grimaldus Roma huc prima vice veniſſet, exiſtente in hac Ciuitate Vicelegato, Reuer. Biſignano, & tum concio eſſet audienda è Choro, & poſt Reuer. Archiepiſcopum vnuſquiſque in ſcamno, juxta gradum ſuum ſedere deberet, diſceſſerant enim à ſtallis in Choro aſſignatis, quòd ex ijs concio audiri non poſſet. primus locus Vicario aſſignatus fuit ante Præpoſitum, & quando proceſſiones publicæ factæ fuerunt, & ad aliquam Eccleſiam itum, vbi miſſa cantabatur, ſolebant Canonici Metropolitanæ in presbyterio ſedere, ſed Vicarius immediatè ante Præpoſitum ſedebat. Vtcumque ſit, dum de conſuetudine diſceptatur & dum de ea legitimè conſtet, caſu quo illius habenda eſſet aliqua ratio, plura enim requiruntur, vt ea rectè introducta & recepta ſit, interim juri communi ſtandum eſt, quod manifeſtum eſt in fauorem Vicarij. Quòd ſi aliqua conſuetudo ſequenda eſt, dum de ea quæ in hac Eccleſia prætenderetur inducta, legitimè appareat, interim † ſaltem
24 conſuetudo Eccleſiarum ejuſdem prouinciæ ſequenda eſt, vt tradunt Joan. Andr. & Butr. *in rubr. de conſuet.* & apertè Jaſ. *in l. de quibus, nu. 6. verſ. quinto, ff. de legib.* qui & Caſtrenſ. *in conſ. 159. col. 2. lib. 1.* allegat, & in terminis Menoch. *d. conſ.* 257. *n.* 44. At verò in Diœceſibus vicinis, nempe in Carpentoract. & Cauallicen. primi honores in Choro deferuntur Vicario, vt notorium eſt.

Pro choronide pauca quædã † adjicienda ſunt, vt 25
clarior pateat reſponſio ad quædam ſcripta pro parte Domini Præpoſiti exhibita: etſi ex ſuperioribus ſatis illis ſatisfactum erat, & primum cùm ait, ſtatuto Eccleſiæ, principaliorem ſedem poſt Archiepiſcopum Præpoſito aſſignatam fuiſſe, aſſignatur quidem ſedes eidem Præpoſito, ſed quòd dicatur principalior, ne verbum quidem, & quamuis diceretur, quod non eſt, reſponderetur vt reſpõſum fuit ſuprà, dum de ſede primi Archidiaconi loqueremur, quæ juxta latus Archiepiſcopi aſſignatur.

Secundò, † quod dicit de Bulla circa præcedentiam 26
emanata, fuit illa ſententia quædam arbitramentalis,
& ſolùm de Officiali, non de Vicario † generali in ſpi- 27
ritualibus & temporalibus, eoque vniuerſitatis Procancellario, qui & Primicerio, & Vicegerenti abſque dubio præfertur, loquitur; & caſu quo de Vicario generali, perſona tamen Procancellarij non jungente, is enim ſemper præfertur habétque locum ſolùm extra Eccleſias: in Eccleſijs enim Vicarius ſedem ſeparatam habet à Domino Primario & Vicegerente: Vicarius enim ſedet ſimul cum Clero, at illi cum Magiſtratibus poſt Legatum & Vicelegatum in alio loco extra Chorum, & nominatim in Eccleſia Metropolitana Vicarius ſedet in Choro ſuprà, at illi ſi quando interſunt diuinis, quod rariſſimè ſit, ſedent inferiùs; ita vt nihil commune habeant inter ſe, nec ſcio quod inde argumentum poſſit duci: nam etſi extra Eccleſiam præferantur Vicario, præferuntur etiam Præpoſito, idque multò magis, & eſt notorium, adeo vt nihil inde inferri poſſit: non eſt autem verum eos ſedere poſt Archiepiſcopum in Choro ante Vicarium, nunquam enim ibi ſedent, nec poſſent ſi vellent. Quod verò dicit Do-
minum † Primicerium & Vicegerentem non thurifi- 28
cari, non concludit Vicarium non poſſe thurificari. Non datur illis thus, quia non datur niſi ijs qui ſunt in Choro, non alijs, niſi ſint Epiſcopi, idque eo maximè quòd Primicerius, vt plurimum, eſt laicus, Vicegerens autem poteſt eſſe quicumque, modo ne ſit vxoratus: At Vicarius debet eſſe clericus, & is de quo agitur Sacerdos eſt, ſanctæ ſedis Apoſtolicæ Prothonotarius. Denique in Primicerio & Vicegerente non conſideratur aliqua qualitas, minùs dignitas Eccleſiaſtica. In ſumma, nullo modo concludit argumentum; Non datur thus Primicerio & Vicegerenti extra Chorum ſedenti; Ergo non debet dari Vicario in Choro ſedenti, cùm ſit diuerſa ratio loci, perſonarum, & officij: nam, vt de poſtremo loquar, de alijs enim duobus dictum eſt, Primicerius & Vicegerens nullam ibi juriſdictionem & authoritatem habent: At Vicarius habet & exercere poteſt in Choro.

Ex quibus omnibus ſatis clarum eſt, Vicarium in Choro, etiam præſente Archiepiſcopo, præferendum Præpoſito: ita tamen vt vnuſquiſque in ſua ſede maneat, & certè cùm ea de re quondam Dominus Barrerius Præpoſitus controuerſiam mouere voluiſſet Vicario bonæ memor. Archiepiſcopi Grimaldi, ea ſopita fuit per Illuſt. Cardinales congregationis Epiſcoporum, qui reſcripſerunt, Vicarium, ſiue abſente, ſiue præſente Archiepiſcopo, præferri Præpoſito.

CONSILIVM XXVIII.

ARGVMENTVM.

DE muneribus perſonalibus, patrimonialibus, & mixtis & ad quæ Forenſes teneantur.

SVMMARIVM.

1 *Munera alia ſunt perſonalia, alia patrimonialia, alia mixta.*

2 *Perſonalia ſunt quæ animi prouiſione, & corporalis laboris intentione ſine aliquo gerentis detrimento perpetrantur.*

3 *Eáque vel dignitatem annexam habent, vel ſordida, vel media ſunt.*

4 *Nulla autem hujuſmodi perſonalia munera Forenſibus imponi poſſunt.*

5 *An conſuetudine induci poſſit, vt Forenſes ad merè perſonalia teneantur, remiſſiuè.*

6 *Verè mixta in jure ea dicuntur officia, quæ cum ſumptu exercentur, ad quæ Forenſes non tenentur.*

7 *Patrimonialia aut ſunt merè realia, quæ principaliter rei imponuntur, quorum impoſitio vt plurimum certa & generalis eſt, & ordinaria munera dicuntur.*

8 *Ad quæ nedum incolæ & municipes, ſed & Forenſes tenentur.*

9 *Et Clerici ac quæcumque perſona exempta.*

10 *Munera merè realia quandoque non quotannis, nec vniformiter, vt quæ rebus, prout neceſſitas occurrit, imponuntur, quæ tanquam ordinaria cenſentur.*

11 *Ad quæ etiam Forenſes & omnes tenentur.*

12 *Hoſpitatio non eſt munus perſonale, ſed patrimoniale.*

13 *Alia ſunt patrimonialia quæ perſonis pro rebus imponuntur, nec habent certam & determinatam præſtationem & extraordinaria ſunt:*

14 *Ad quæ Forenſes de jure communi non tenentur.*

15 *Quemadmodum nec Clerici, quantumuis ſint incolæ.*

16 *Ad ea tamen de conſuetudine generali Forenſes tenentur.*

17 *Conſuetudo ligat Forenſes, quando eſt circa res ſubjectas in eo loco.*

18 *Ius conſuetudinarium, quod dicitur notorium, non eſt opus probare, ſed ſufficit allegare.*

19 *Ad collectas & munera, quæ perſonis pro rebus imponuntur, Forenſes etiam de conſuetudine non tenentur, ſi illis proficua & vtiles non ſint, ſecus ſi vtilitatem ex iis habeant.*

20 *Recenſentur caſus, in quibus Forenſes ad collectas tenentur, vel non tenentur.*

CVm per viam prouiſionis, & vt difficultati ſeparationis debitorum, occurreretur, decreto Illuſt. Vicelegatorum Auen. cautum ſit, vt Forenſes, incolæ tamen vel Auenionis, vel Comitatus Venaiſſini, contribuant in aliis locis d. Comitatus, quorum non ſunt incolæ; pro rata parte bonorum ſuorum in duabus tantum partibus de tribus earum, quæ in dictis locis imponentur, ita vt alteram tertiam partem ſibi incolæ locorum ſubeant, hocque in pluribus oppidis ſeceptum ſit, in quibuſdam verò minimè, quod meliùs ſibi conſultum exiſtimauerint ſi juris communis diſpoſitionem ſequantur: inter alia locus Caſtri-noui Domini Gerardi Amici qui huc vſque illud decretum ſequutus fuit, maximè ſe grauari, ſi in futurum ſequatur contendit: Cùm enim maxima pars territorij à Forenſibus poſſideatur, nimium onerantur incolæ ſi ſoli d. tertiam partem ſufferant, & præterea in aliis duabus partibus pro rata bonorum cum Forenſibus contribuant. Conſulunt igitur quo remedio eis ſubueniri poſſit. Et exiſtimauerim benè ab illis agi ſi à decreto illo diſceſſerint, & jus commune in futurum ſequantur: nam ſi benè perpendatur & ad amuſſim, ad quæ munera Forenſes teneantur, ad omnia ferè teneri judicabitur; illa verò quæ incolæ ſoli ſubire debent, adeò pauca eſſe, vt nulla, aut certè parua illorum ratio haberi debeat. Quod vt clarè demonſtrem, cùm † mu- 1
nerum tria ſint genera, quædam enim ſunt perſonalia, quædam patrimoniorum, alia mixta, text. *in l. 1. l. reſcripto, §. ſciendum, & l. munerum, ff. de muneribus & honorib.* gloſſ. elegans *ad rubr. C. eod. tit. lib. 10.* & latiſſimè eandem diuiſionem proſequũtur DD. præſertim Batt. *in l. 1. C. de mulierib. in quo loco lib. 10.* Iaſ. ampliſſimè *in l. placet. C. de ſacroſanct. Eccl. in 2. lectura.* Lucas de Penna *ad rubr. de annon. & tribut. lib. 10.* Alberic. *ad rubr. ff. de munerib. & honorib.* Calder. *conſ. 7. tit. de cenſib.* Chaſſan. *in conſuet. Burgund. rubr. 1. § 4. in verb. videre. n. 26. cum ſeqq.* Perſonalia † ea ſunt, quæ animi prouiſione, & 2
corporalis laboris intentione ſine aliquo gerentis detrimento perpetrantur, vt tutela, cura, calendarij curatio &c. *d. l. 1. § illud tenendum, d. l. munerum, § perſonalia,* planè ſine † ea dignitatem annexam habeant, de qui- 3
bus *in l. honor. ff. de munerib.* ſiue ſordida ſint, de quibus *in l. maximarum & l. ſordidorum, C. de excuſat. muner. lib. 10.* ſiue media perſonalia ſint, quæ neque dignitatem, neque ſordiditatem annexam habent, de quibus *in d. l. munerum, § mixta, ff. de munerib. d. l. 1. § perſonalia, ff. eod.* hujuſmodi † munera perſonalia Forenſibus impo- 4
ni nequeunt, *l. cum neque C. de incol. lib. 10. gloſſ. ibidem, in verb. munerib.* Natta *conſ. 157. num. 3. vol. 1. incip. in caſu propoſito, & conſ. 158. nu. 11. eod. volum. incip. poſt ſuperiora.* Sed de his muneribus controuerſia non eſt, cum etiam ſi dum ſuperius decretum ſeruatur nulla munerum diſtinctio fit, nihilominus Forenſes non tenentur ad munera merè perſonalia, & ea generalia verba, *vt ad omnia munera teneantur*, intelliguntur de aliis muneribus, quàm perſonalibus. Sed prædicti homines Caſtri-noui, non id quærunt, & ſemper d. munera merè perſonalia obierunt, excubiaſq; ſolitas fecerunt, quæ inter ea merè perſonalia munera referuntur, ita vt non opus ſit ingredi eam quæſtionem; An † conſuetudine 5
induci poſſit, vt ad merè perſonalia Forenſes teneantur, de qua Natta *d. conſ. 158.* De patrimonialibus nunc differendum eſſet antequam de mixtis loqueremur, ſed quia mixtorum eadem ferè eſt cauſa in hac quæſtione, quæ merè perſonalium, ſi mixta ea intelligamus, quæ de jure debent intelligi, & non erremus cum pleriſque, qui exiſtimant mixta ea dici, quæ perſonis pro rebus imponuntur; cùm tamen hujuſmodi non ſint, ſed patrimonialia vt poſt dicemus; de mixtis prius loquemur, poſteà de patrimonialibus.

Et certè mixta † verè ea ſunt, quæ partim capiunt 6
de perſonali, partim de patrimoniali, ſicut ſunt illa officia publica quæ cum ſumptibus exercentur, de quibus *in d. l. munerum, § mixta,* & latè docet Alberic. *in rubr. de munerib. & honorib. num. 16.* Et ad hæc etiam Forenſes de jure non tenentur, ſed cùm horum nulla ſint in d. loco, exceptis plauſtris, de quibus *in l. neminem, C. de ſa-*

de ſacroſ. Eccl. nec etiam, ſi prædictum decretum ſeruetur, ad ea cogantur Forenſes, non eſt de his amplius diſquirendum, idemque de ijs quod de merè perſonalibus dicendum eſt, inutiléque foret de conſuetudine diſputare.

Tota igitur quæſtio verſatur circa patrimonialia, quæ quidem ſumptibus, patrimonij & damnis expediuntur, *l.* 1. § *illud tenendum de mun rib. & honorib. d. l.*
7 *munerum*, §. *patrimoniorum*, *ff. eod.* Eaque † aut ſunt merè realia, quæ principaliter rei cohærent & poſſeſſionibus, ſiue rebus imponuntur, quorum impoſitio vt plurimum certa & generali lege prouiſa eſt, ita vt quotannis recurrant, certamque præſtationem habeant, vnde ordinaria munera dicuntur, vt ſunt indictiones ſiue tributa, in quibus neruі Reipublicæ ſunt, vt inquit I.C. *in l.* 1. § *in cauſa, ff de quæſtionib. d. l. reſcripto*, §. *finali, & d. l. munerum*, §. *patrimoniorum*, *l. ſunt munera, ff. de vacat. mun. & l. ſi quis, ff. de iure immun.* Iaſ. *in d. l. pla-*
8 *cet n.* 10. *C de ſacroſ. Eccl.* Et hæc † non ſolùm ſubditis, incolis, & municipibus, verumetiam ijs, qui neque municipes, neque incolæ, ſed extranei & forenſes ſunt, imponi poſſunt. Ratio, quia talia munera rei propriæ cohærent licèt perſonæ non ſint ſubditæ cenſitoribus, quibus talia munera præſtanda ſint; poſſeſſionibus enim & patrimonijs indicuntur, non perſonis quo fit vt
9 etiam † Clerici, & aliæ perſonæ exemptæ, atque priuilegiatæ ab hujuſmodi oneribus realibus nullam immunitatem habeant; ab his enim oneribus, quæ poſſeſſionibus vel patrimonijs indicuntur, nulla priuilegia præſtant vacationem, nullæ ætatis, aut ſcientiæ prærogatiuæ, *l.* 2. *l. obſiſtere. C de anno. & tribut. lib.* 10. *l.* 1. *C. de indiction. eod. lib. l. his honorib. ff. de vacat. muner. d. l. reſcripto*, §. *finali, d. l. munerum*, §. *patrimoniorum*, *l.* 2. *C. de muner. patrim. lib.* 10. *& toto illo tit. l. fin. C. de exact. tribut. eodem lib. l. omnes C. ſine cenſu, vel reliquis*, Bart. *in d. l. ſi quis num.* 5. Alexand. *conſil.* 68. *num.* 1. *cum ſeqq. vol.* 2. *incip. & viſo*, & dudum Iaſon *in d. l. placet*, & DD. communiter vbi ſuprà, Pariſ. *d. conſ.* 25. *num.* 6. Dum verò dixi hujuſ-
10 modi munera habere certam præſtationem, † adjeci dictionem, *plerumque*, quod ſcilicet quædam ſint merè realia, quæ non quotannis, nec vniformiter imponuntur, ſed prout neceſſitas ſuadet: cum enim ſolummodo ratione rerum imponantur, tanquam ordinaria reputantur & indicuntur omnibus poſſeſſoribus, etiam non municipibus, *l. reſcripto*, §. *tenendum, l. final.*, §. *ab hujuſmodi, de mun. rib. & honorib. l. filij libertorum*, §. *fin. ad municip.* Albericus *in d. rubr. n.* 24. hujuſmodi ſunt hoſpitis receptio, quæ domibus imponitur & ratione earum fit, Alber. *d. rubr. nu.* 23. *circa fin.* refectio vel conſtructio viarum pontium, murorum, portarum, fontium, fluminum & ſimilium, ſi tamen illa pro modo jugerum, quemadmodum vt plurimum ſolent, impo-
11 nantur, † & ad quæ nemo excuſatur. & Forenſis abſque dubio tenetur, locis ſuprà citatis, & diſertè docet Alber. *d. rubr. nu.* 24 Burſat. *conſ.* 16. *num.* 23. qui omnino vi-
12 dendus eſt plures referens. Ex quo ſequitur † maximè errare qui putant faſtigium, quod vocant, eſſe munus perſonale, neque cum à perſona pendeat, ſed à re, hoc eſt hoſpitio, & cum ſumptu præſtandum eſt, abſque vllo perſonæ labore, ita vt patrimoniale ſit. Quòd ſi in exemplis ſuperiùs propoſitis non pro modo jugerum munera imponerentur, ſed ipſis perſonis pro rebus, inciderent in ſecundum genus munerum patrimonialium, de quibus nunc dicendum eſt.
13 Alia igitur ſunt † munera patrimonialia, quæ per errorem & impropriè ſolent mixta appellari, cùm tamen longè ſeparata ſint ab ipſis, vt ſuprà dictum eſt, & ſunt, quæ perſonis pro rebus, & propter res & poſſeſſiones indicuntur, quæ non habent certam, ac determinatam præſtationem; ſed ex voluntate ſuperioris, aut illius, qui authoritatem habet, aut neceſſitatem ſuperuenientem, variantur, & ideò munera extraordinaria vocantur, & hæc munera propriè ſecundùm DD. in locis ſuprà allegatis, collectæ appellantur, quæ non habent certam ac annuam præſtationem, ſed incertam, propter neceſſitatem occurrentem, quarum impoſitio non fit ob cauſam ordinariam ex generali legis diſpoſitione, ſed extraordinariam, quę iterationem non expectat, *d. l. reſcripto*, §. *fin. l. in honoribus*, §. *vacationem, ff. de vacat. muner.* Bart. ibid. *num.* 5. Iaſ. *in l. placet, nu.* 7. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* Pariſ. *conſ.* 25. *nu.* 5. *vol.* 1. Alex. *conſ.* 33. *nu.* 1. *vol.* 1. Atque hæc omnia collectæ ſunt, quæ hodie imponuntur per communitates, circa quas potiſſimum tota controuerſia verſatur: Et quamuis † certum 14
ſit de jure communi, Forenſes ad hujuſmodi collectas non teneri, *l. reſcripto*, §. *fin. ff. de munerib. & honorib. l. libertus*, §. *ſola*, *ff. ad municip. l. cum neque*, *C. de incol. lib.* 10. *l.* 1. *C. de muneribus, & in quo loco lib.* 10. per quæ jura ita tenuerunt Calder. *conſ.* 6. *tit. de cenſib.* Natta *conſ.* 157. *n.* 13. *&* 160. *nu.* 6. Bart. *in d. l.* 1. *col.* 4. *C. de mul. & in quo lo.* Alex. *conſ.* 101. *col.* 3. *lib.* 5. Pariſ. *conſ.* 25 *col.* 8. *lib.* 1. Pott. *lib.* 5. *comm. concluſ. concl.* 3. *lim.* 3.

Ratio, quia, vt dictum eſt, principaliter perſonis, rerum contemplatione, indicuntur: Si igitur perſonæ non ſint ſubditæ, earum impoſitio locum habere non poteſt, text. *in d. l. reſcripto*, §. *fin. & d. l. munerum*, §. *patrimoniorum vtrobique*, Bart. *l. libertus*. §. *ſola, ff. ad municip. d. l. cum neque C. de incol. lib.* 10 Alex. *d. conſ.* 68. *num.* 1. Pariſ. *d. conſ.* 25. *nu.* 6. Schur. *conſ.* 69. *n.* 26. *cent.* 1. vbi communem dicit, Iaſ. *in d. l. placet*, & alij, vbi ſuprà, Bald. *in l. vn. nu.* 35. *C. de ſent. quæ pro eo quod inter.*, vbi dicit, quòd obligatio ratione collectarum in perſonam dirigitur, ſed cauſa finalis eſt ipſa res: vnde ſequitur hujuſmodi
† munera extraneis & forenſibus, ſimiliter Clericis 15
cùm ſint à juriſdictione laicorum exempti, pro rebus ſiue poſſeſſionibus in territorio cenſitorum ſitis imponi non poſſe, *d. l. reſcripto*. §. *fin. d. l. libertus*, §. *ſola*, *auth. nulla communitas C. de Epiſc. & Cleric. c. non minus*, vbi plenè Panor. & alij *de immunit. Eccl. c.* 1. *eod. tit. in* 6. DD. omnes in locis cit.

Tamen limitatur hæc † regula quoad Forenſes vt 16
non habeat locum ſtante in contrarium conſuetudine prout per totam Italiam hæc viget, vt Forenſes teneantur ad collectas, vt teſtantur multi DD. inter quos Rub. *conſ.* 9. *nu.* 10. Gab. tel *de jure immunit. concl.* 2. Crauet. *conſ.* 851. *n.* 14. *lib.* 5 Natta *conſ.* 215. *n.* 2. *in fin.* dicens de hac conſuetudine non eſſe dubitandum, & plures alij, quos allegat Burſat. *conſ.* 16. *n.* 1. *lib.* 1. quam conſuetudinem in his terminis obſeruandam dicit Andr. Gail. *germ. pract. obſeruat. lib.* 2 *obſeru.* 52 *n.* 17. quæ omnino vide pro clariori intelligentia hujus, & de conſuetudine Delphinatus & Lugdun. teſtatur Guido Pap *q.* 87. *n.* 6. vbi vide bonam diſtinctionem in hac materia, & de generali conſuetudine Galliæ, Apoſtillator ad Alexan. *conſ.* 101. *lib.* 3. in hac verò patria notoria eſt hujuſmodi conſuetudo.

Non obſtat quòd conſuetudo † non liget Forenſes, 17
quia illud non procedit quando talis conſuetudo eſſet circa res ſubjectas in illo loco, tunc enim obligat Forenſes reſpectu rerum, Bart. & DD. *in l.* 1. *C. de ſumm. Trinit. & fide Cath.* per text. *in l. an in totum*, *C. de ædif. priuat. l. venditor*, §. *ſi conſtat, ff. comm. prædio.* Pariſ. *d. conſil.* 25. *n.* 76. Alex. aud. pulchrè *conſ.* 52. *nu.* 6. *vol.* 6. *incip. viſis his*, Deci. *d. conſ.* 694. *nu.* 10. Natta *d. conſ.* 157. *num.* 10. *& conſ.* 158. *n.* 1.

Non obſtat etiam ſi dicatur, conſuetudinem hanc eſſe facti, & propterea probandam, quia cùm ſit conſuetudo generalis, & per totam Italiam, Galliam, &

hanc patriam notoria,habetur vt jus commune non ſcriptum, §.*ex non ſcripto, inſtitut. de jure natur.* & hoc 18 conſideraro † non indiget probatione aliqua,cum ſatis ſufficiens videatur eſſe quod tale jus conſuetudinarium notoriom allegetur. *l.emptorem,in princ.ff.de action empt.* & per Bart.*in 4.quaſt.* & per DD.*in l.de quibus ff.de leg.* Jaſ.*in l.poſt dotem, num.*102.*ff.ſolut.matrim.* & in terminis noſtris Pariſ. *conſ.*25.*num* 100.*lib.*1. Ex alio etiam tollitur omnis difficultas, quia per deciſionem Rotæ Romanæ dum quæreretur, quo loco in hac patria penſiones collectandæ eſſent, inter alia concloſum fuit, Forenſes de conſuetudine ad collectas teneri, ita vt judicatum ſit hujuſmodi conſuetudinem in 19 hac patria vigere. Jam verò generaliter † iſtud reſpondendum eſt,ad munera ſecundi generis patrimonialia Forenſes teneri,collectaſque illis imponi poſſe, quod tamen ita intelligendum eſt, dummodo hujuſmodi collectæ Forenſibus aliquo modo vtiles ſint & proficuæ: Ea enim eſt indubitata Doctorum diſtinctio in materia collectarum, cùm à jure communi diſceſſum ſit, & vbique terrarum conſuetudo, de qua ſuprà,ſeruetur, vt ſiquidem collectæ Forenſium vtilitatem reſpiciant ad eas teneantur vt incolæ,quod ſi nullo modo collectæ Forenſibus proficuæ & vtiles eſſent,ad eas non teoerentur. Atque hanc diſtinctionem firmant Alberic.*d.rubr.n.* 30. Rub.*conſ.*9.*num.*12.Theſſaur *deciſ.* 257.*nu.*6.poſt Bart.*in l* 4.§.*actor.nu.*3.& Roman.*ibidem nu.*32.*de re judic.*

20 Ex qua diſtinctione † facillimè cognoſci poteſt Forenſes teneri ad eas collectas, quæ ſolent imponi pro ijs expenſis quæ patriæ exoluendæ ſunt, quæ vel ratione belli, vel pro negotijs vniuerſam patriam concernentibus imponuntur, necnon pro expenſis, quæ fiunt particulariter pro d.loco,ſcilicet pro refectione, vel conſtructione, viarum, pontium, murorum, Ciuitatis portarum, fontium,reparatione fluminum, porticus, putei communis,aquarum, aquæductus purgatione, cauſa peſtis vitandæ, militum ſuſceptione, pro coiratione inundationum fluminum,vel pro caoamẽto fouearum Caſtri & Ciuitatis, etiamſi non imponantur pro modo jugerum,ſed perſonis pro rebus, vt docent in terminis Alberic.*d.rub.n.*31. & 32. Pariſ.*conſ.* 25.*n.*74.*cum ſeqq.* & 96. Berous *conſ.*150.*vol.*3.Guid.Pap *q.*7.& ibi Ranchin.Joan.de Plat.*in l.*2.*de muneribus patrimonialib.* Et Burſat.*d.conſ.*16.*num.*24. huc referendæ ſunt eæ expenſæ, quæ fiunt per Conſules de Auenion. veniuor pro cotta, à Patria indicta,exoluenda,aut alijs debitis communitatis, dummodo ex hujuſmodi cauſis deſcendant extinguendis, aut pro collectis hujuſmodi imponendis & ſimilibus negotijs: Ea enim omnia vtilitatem etiam Forenſium reſpiciunt, juſtamque dare cauſam vt collectæ Forenſibus imponantur reſpondent DD.ſuprà allegati, maximè Pariſ.*n.*96.Quinimò ad omnes omnino collectas teneri Forenſes, exceptis ſalarijs Medici, Chirurgi, Ludimagiſtri, cuſtodum tempore peſtis, ſcilicet jam ſæuientis (nam pro euitanda Forenſes etiam tenentur) impenſis horologij, campanarum, refectionis Eccleſiæ, lampadis,& alijs,quæ ſolam incolarum vtilitatem reſpiciunt; judicatum fuit in ſenatu Pedemontano vt refert Theſſaur. *deciſ.*149.*circa finem*,quòd ſcilicet ea ſint talia,quæ Forenſibus vtilia & proficua non ſint; neque enim in illis militat ratio, *l.ſecundum naturam,de reg.jur.* quæ in alijs eſt.

Concludendum igitur eſt, Forenſes ad omnes omninò collectas teneri,ex quibus aliquam, vel ipſi vel bona ſua vtilitatem percipiunt, ideoque & ad eas pecunias quæ gubernatori loci dantur; ex cuſtodia enim loci bona ipſorum conſeruantur; eadem enim militat ratio in ea, quæ in refectione, & reparatione murorum: hæc verò corroborantur ex eo quòd etiam circumſcripta conſuetudine in multis caſibus & ferè omnibus ſuperiùs enarratis DD. reſpondent,Forenſes teneri,& maximè Albetic.*d.rubr.nu.*30.& 31. Pariſ.*d.conſil.*25.*nu.*74.Burſat.*d.conſ.*16.*num.*21.*cum ſeqq.* (quamuis enim pro exempto reſpondeat, id facit ex particularibus rationibus, maximè ob priuilegium, Goid. Pap. *quaſt.*7. Andr.Gail.*obſeru.*52.*lib.*2.*n.*24.Et Natta *conſil.* 215. quem omnino vide. Ex vi d. mei conſilij lis quæ maxima erat futura inter incolas & Forenſes d.loci Caſtri noui tranſactione ſopita fuit.

CONSILIVM XXIX.

ARGVMENTVM.

AN,& quando locus ſit regulæ de publicandis reſignationibus.

SVMMARIVM.

1 *Ex regulis Cancellaria ante Gregorium* XIII. *quis non incidebat in pœnam reg. de publicandis reſignationibus ſi fuiſſet in poſſeſſione ante mortem reſignantis,& ſi tempus ad publicandum effluxiſſet.*

2 *Secus eſt per conſtitutionem d.Gregorij.*

3 *Differentia inter conſtitutionem Pij V. de publicandis reſignat & Greg.*XIIJ.

4 *Non inciditur in conſtitutionem ex ceſſione jurium non publicata, ſi is in cujus fauorem fit ſe juuet antiqua ſua prouiſione nec nouam accipiat.*

5 *Cui non conueniunt verba,non conuenit etiam mens.*

6 *Et conſtitutio correctoria, aut pœnalis habet tantum locum in caſu expreſſo.*

7 *Dictio,*hujuſmodi,*refert diſpoſitionem ad præcedentia.*

8 *Protonotariorum etiam a Legatis creatorum beneficia ſunt reſeruata.*

9 *Regula de publicandis reſignantibus eſt inducta ad obuiandum fraudibus,quæ in clandeſtinis reſignationibus committuntur.*

10 *Quatuor rationes fraudis recenſentur.*

11 *Faciens contra legem, quæ habet plures intellectus, excuſatur.*

12 *Bulla ſummorum Pontificum in Prouincia non publicata,an ligent in ea.*

13 *Et quid ſi vſu non ſunt recepta.*

REuerendus Dom. Remondus Villardi, jotiom Doctor & S. S. Ap. Protonotarius impetrauit ab Illmo Legato Auenion. Archidiaconatum Eccleſię Carpentoracten. vacantem per obitum Ludouici de la Salle Protonotarij Apoſtolici, petijt à capitulo ſe immitti in poſſeſſionem, & reſponderi de fructibus, quod factum non fuit, ſed datus in competitorem Dom. Bartholomęus Coſta,qui fuerat prouiſus ab Ordinario,& miſſos in poſſeſſionem realem. Idem Dom.

Villardi

Villardi miſſus eſt in poſſeſſionem per Commiſſarium
litterarum Apoſtolicarum, inhibitumque d. Coſte ne
eundem turbet in ſua poſſeſſione, lis inde oritur, tan-
demque tranſactio fit, qua d. Coſte cedit juri ſuo in
fauorem d. Domini Villardi, mediante penſione ſiue
Cappellania triginta aureorum. Confirmatur tranſa-
ctio per Illuſtr. Legatum per ſignaturam precum ei-
dem porrectarum, nulla tamen noua prouiſio accipi-
tur: tandem idem Dominus Villardi ſe rurſus preſen-
tat Capitolo, narrat prouiſionem ſibi aliàs factã, tranſ-
actionemque ſecutam, ac cõfirmationem ejuſdem, pe-
tit ſe immitti in poſſeſſionem, quod fit legitimè, man-
ſitque pacificus poſſeſſor per annum, nunc vexatur eo
prætextu, quòd publicatio juxta conſtitutionem Greg.
XIII. facta non fuit. Quæritur quid juris? Et planè ſi
de regula Cancellariæ & conſtitutione Pij V. ageretur,
expedita res eſſet. Certum enim eſt tria cumulatiuè
concurrere, vt in vim earum, ob publicationem non
1 factam † quis amittat jus ſuum, inter quæ hoc vnum
eſt, vt reſignans deceſſerit in poſſeſſione exiſtẽs, quòd
ſi reſignatarius nactus fuerit poſſeſſionem realem, &
in ea fuerit ante mortem reſignantis, etſi poſt tempus
publicationi præſtitutum, nunquam in eam incidet re-
gulam vel conſtitutionem, Put. *lib. 2. deciſ.* 250. Cle-
ment. *tit. de renunc. deciſ.* 10. *& tit. de except. deciſ.* 3. Go-
mez *in reg. de publican. repugnat. in præfat.* idem *q. 6. col. 3.*
& latè *q. 15.* In noſtro verò caſu viuit cedens juri ſuo,
nec eſt in poſſeſſione, imò ille cui ceſſum eſt.

2 Sed difficultas conſiſtit propter † conſtitutionem
Greg. XIII. incipientem, *humano vix judicio*, qua in ali-
3 quibus abrogatur conſtitutio † Pij V. & aliorum, & in-
ter cætera, quod per illas ob non publicationem vaca-
bat beneficium per obitum reſignãtis *deciſ. diuerſ. part.*
1. *deciſ.* 287. nunc verò ſtatim elapſo tempore præſcri-
pto vacat, non ſpectata morte reſignantis; per illas Or-
dinarius conferebat, nũc verò ſolus Papa, ita vt in im-
petratione exprimi debeat modus vacandi ob non pu-
blicationem, per illas beneficium redibat in reſignan-
tem, ac ſi nulla reſignatio facta fuiſſet, *deciſ. diuerſ. part.*
1. *deciſ.* 403. nunc verò & reſignans & reſignatarius in-
capaces ſunt hujuſce beneficij; per illas ſufficiebat, ſi
per æquipollens publicationem fieret, nunc verò pro-
hibetur: data enim forma in indiuiduo ſeruanda eſt,
ita vt videatur d. Dominus Villardi incidiſſe in dict.
conſtitutionem, maximè cùm nominatim & diſertè
caueatur eam habere locum in litis & jurium ceſſio-
nibus, vt in principio ejuſdem, *& in verſ. caterùm mo-
dus, & verſ. quod ſi cuiquam.*

4 Nihilominus tamen, † ſi verba, mentemque ſum-
mi Pontificis attentiùs conſideremus, contrarium om-
ninò reſpondendum erit; neque enim ſimpliciter in
litis & jurium ceſſionibus locũ habere contendit ſum-
mus Pontifex, ſed ſolùm in illis, quæ admittuntur à
ſummo Pontifice vel alio ejus mandato, & ſupra qui-
bus prouiſiones ſumuntur, vt in principio conſtitutio-
nis patet, ita vt duo cõcurrant neceſſe eſt; vnum, quòd
ceſſio admittatur à ſummo Pontifice; aliud, quòd pro-
uiſio inde ſumatur: quòd ſi forſan aliquod dubium
eſſet circa primum, certè circa ſecundum clara res eſt,
& ſumma ratione nititur, quid enim publicatione opus
eſt, ſi is in cujus fauorem ceſſum eſt liti, nullam proui-
ſionem nouam accipiat? ſed ſua antiqua ſe juuet, quæ
nullam deſiderabat publicationẽ, vt quia per obitum
obtinuiſſet, vel ſi requireret, quia forſan per reſigna-
tionem jam interueniſſet? Cùm itaque verba eum ca-
ſum non comprehendant, dicemus eſſe extra conſti-
5 tutionem, † cui enim verba non conueniunt, neque
mentem conuenire clarum eſt, *l. furioſi, C. de nuptijs, l. ſi
quis ſeruum, § non dixit prætor, ff. de acquir. hæred.* Alexan.
conſ. 52. *lib.* 4. DD. *in c. quoniam, vt lit. non conteſt.* quod
quidem etiam data paritate rationis habet locum, Go-
meſ. *in d. reg. q.* 4. † tum quod ſimus in conſtitutione 6
juris correctoria, tum etiam quia eſt pœnalis; Bart. *in l.*
1. *§. quod autem, ff. ne quid in flum. pub. l. 4. § totiens, ff. de
damno inf.* Bur. *conſ.* 200. *nu.* 13. *&* 14. *lib.* 2. Quod ſi deſit
diuerſitas rationis res videtur carere dubio, vt in hoc
caſu. Neque enim publicatio poteſt fieri vbi non eſt
prouiſio, nec ijs obſtant verba poſita *in verſ. caterum, &
verſ. quod ſi cuiquam*, vbi ſimpliciter de ceſſionibus lo-
quitur, cum enim adjecerit vtrobique dictionem, † *hu-* 7
juſmodi, ſe retulit ad ceſſiones de quibus in principio
locutus fuit, & ſic ad eas tantum, ſuper quibus proui-
ſio ſumitur, ea enim eſt natura illius dictionis, vt refe-
rat diſpoſitionem ad præcedentia, *c. 1. & 2. ext. de foro
comp. in 6. c. 2. de juram. calum. c. 2. vt lit. pend.* facit *l. deni-
que ff. de pignor.* Caſus verò de quo agimus is eſt, in quo
nulla prouiſio ſumpta fuit propter ceſſionem, neque
ea indiguit dominus Villardi cùm optimum jus habe-
ret, & collatio ſibi facta per obitum teneret: Aduerſa-
rius verò, qui ab Ordinario impetrarat, omni jure ca-
reret, ſolumque vt à vexatione litis ſe eximeret tranſ-
egit d. Dom. Villardi, patet, quia D. de la Salle Proto-
notarius ſanctæ ſedis erat; Protonotariorum † verò e- 8
tiam à legatis de latere creatorum beneficia eſſe reſer-
uata, aliquibus repugnantibus, certiſſimum eſt, & ita
ſolet Rota tenere, Mendoz. *in reg. Cancel. reg. 1. reſeruat.*
c. 7. Confirmantur hæc, † quia regula hæc ad obuian- 9
dum fraudibus inuenta fuit, quæ in clandeſtinis reſi-
gnationibus committuntur, *dec. Rota nouiſſ. part. 1. dec.*
739. *n.* 2. hoc verò caſu nulla fraus excogitari poteſt, o-
mnes enim † rationes fraudis ceſſant in hoc caſu; ſci- 10
licet prima, ne reſignantes ſe intrudant poſt reſigna-
tionem ſine titulo; hîc enim non agitur de reſignante
qui nec potuit ſi voluiſſet redire ad jus ſuum propter
d. conſtitutionem Gregorij. Secunda etiam, ne contra-
hentes cum reſignantibus, quos vident in poſſeſſio-
ne, decipiantur, ceſſat eodem modo quo prima, ſicut
& tertia, ne dicti reſignantes ſpiritualia adminiſtrent,
vel beneficia conferant. Poſtrema etiam, ne vel Ordi-
narij in collatione, vel etiam ſummus Pontifex, dum
reſeruationes concedebantur, deluderentur, palam e-
nim & publicè D. Villardi poſſidet, nec vllam deluſio-
nem, aut deceptionem imaginari poſſumus, qua de re
latè Gomeſ. *in d. reg. q. 3. col.* 4. Itaque cum verba, mens,
& ratio conſtitutionis ceſſent, dicendum eſt eum in d.
conſtitutionem non incidiſſe, argumento eorum, quæ
dicuntur *in deciſ. 189. 2. part. diuerſ.* tenor enim Bullæ at-
tendendus eſt, ab eoque non recedendum, *deciſ. diuerſ.
part. 2. deciſ.* 286.

Prætereà, cùm omnia publicè & palam facta ſint,
ſciente & vidente Ordinario, & qui, quod magis eſt,
tranſactionem procurauit, caſu quo aliquod dubium
eſſet, quod tamen non puto, veniret excuſandus per ea
quę notãtur *in l. cum prolatis ff. de ſentent. & re jud.* ſicut
faciens contra † legẽ quæ habet plures intellectus non 11
peccat, Gomeſ. *in c. 1. n. 231. de conſtit. lib. 6.* ſicut etiam de
errore juris dubij tradunt DD. *in c. de quarta, & c. ſi di-
ligenti de præſcrip. & in c. 1. de re jud.* & in terminis publi-
cationis docet idem Gomeſ. *in d. reg. q. 3. circa fi.* maximè
cõcurrẽte poſſeſſione pacifica vnius anni, Go. *d. reg. q.* 11.

Poſtremò, non eſt omittendũ quòd quamuis diſpu-
tatio ſit, † An Bullæ ſummorũ Põtificum ligent, etiãſi 12
in Prouincia nõ ſint publicatæ, modo Romæ fuerint,
alijs affirmãtibus vt Nauar. *conſ. 1. n. 19. de conſt.* alijs ne-
gantibus vt Put. *dec.* 1. latè Burſ. multos referente, & de
cõmuni atteſtante, *conſ. 200. n. 102. cum ſeq. lib.* 2. Theſſ. *de-
ciſ. 154. num. 4. in fin.* maximè ſi conſtitutio pœnalis ſit, vt
hæc eſt de qua agimus, tamen † hoc dubiũ nullũ habet 13

quod ſi vſu recepta non ſit, eam non ligare, Panorm. *in c.1.*& ibi Felin.*num.7.& 13.de treuga & pace*, Nauar. *conſ.1.num.23.& ſeqq.de conſtitut.* At verò hæc de qua agimus nec publicata eſt Auenioni, aut vllo loco Comitatus,& quoad tranſactiones & ceſſiones, quæ per illas fiunt, nunquam fuit vſu recepta; probabitur enim ex atteſtationibus legitimè factis, nullas tranſactiones & ceſſiones per eas in hac patria factas, fuiſſe publicatas: & tamen pleræque initæ fuerunt, & poſſeſſores beneficiorum pacifici exiſtunt. Ita vt concludendum ſit, publicationem dictæ tranſactionis omiſſam, nihil nocere d.Domino Villardi, & ab omni certè æquitate alienum eſſet, vt cui beneficium legitimè competebat per obitum impetratum, id amitteret ob tranſactionem tollendi impedimenti cauſa initam, non publicatam.

CONSILIVM XXX.

ARGVMENTVM.

AN & quando fructus legati in diem filio facti, debeantur à die mortis.

SVMMARIVM.

1 *Fructus legati in diem ad heredes pertinent;*
2 *Sicut & fideicommiſſi vniuerſalis.*
3 *Legata pecunia, etſi purè vſura vel intereſſe, non niſi a die petitionis debentur,* & nu.10. *quod ſecùs eſt in alijs rebus purè legatis,* & nu.8.
4 *Quando dies incertus apponitur præſtationi non ſubſtantia legati, non facit legatum conditionale.*
5 *Quod procedit quoad effectum tranſmiſſionis, non quoad fructuum perceptionem,* & nu.9.
6 *Legitima non recipit grauamen.*
7 *De legato in diem, legatarius diſponere poteſt, diſpoſitione poſt diem effectum habitura.*
11 *Fructus rei legatæ, etiam ante moram percepti ab herede, ſunt legatario reſtituendi, ſi res ſit teſtatoris & nulla bona fides heredem excuſet.*
12 *Non eſt ſemper verum fructus ad dominum rei pertinere.*
13 *Ratione minoris ætatis, mora committitur abſque interpellatione.*
14 *Tutor tenetur conuertere pecunias pupilli in ejus vtilitatem.*
15 *Legatum imputatur in legitimam.*
16 *Legitimæ fructus debentur à die mortis.*
17 *Legati in diem certum fructus ſpectat ad legatarium, ſi dies gratia ipſius appoſitus ſit.*
18 *Sed quando gratia legatarij cenſeatur adjectus, ex conjecturis concurrentibus judicandum eſt, & non ex ſola adjectione temporis 25. annorum, quo legatum præſtandum ſit.*
19 *Prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis.*
20 *Verba legatorum ita ſunt interpretanda, ne ſint inutilia.*
21 *Vna præſumptio tollit aliam.*
22 *In dubio dies in gratiam heredis cenſetur appoſitus.*

IN teſtamento quondam egregij domini Guilhelmi de Tritis, jurium Doctoris Carpent. quo egregius dominus Helenus, ejus filius primogenitus, hæres vniuerſalis fuit inſtitutus, alteri filio Carolo, titulo inſtitutionis particularis, domus & pecuniarum ſummæ ſub his, vel ſimilibus verbis relinquuntur, *legauit titulo inſtitutionis domum* &c. *item aliam domum* &c. & vlterius ac vltra prædictas duas domos dictus dominus teſtator jure prædictæ inſtitutionis, & hæreditariæ portionis legauit, & reliquit eidem Carolo, ejus prædicto filio, ſummam duorum mille & ducentorum ſcutorum auri ſolis, ſeu valorem eorundem quam quidem ſummam voluit & ordinauit dictus teſtator exſolui, dictaſque domos tradi, & expediri eidem Carolo ejus filio per hæredem vniuerſalem ipſius teſtatoris, inferiùs nominatum, dum & quando ac cùm primùm dictus Carolus attigerit & compleuerit vigeſimum quintum ſuæ ætatis annum, in qua ætate habeat idem Carolus judicium ſe & prædictam ſummam aliaque bona, ſuperiùs ſibi legata, vtiliter regendi, & adminiſtrandi; ita tamen quod liceat dicto hæredi infraſcripto, & nominato exſoluere prædictam ſummam 2200. ſcutorum auri ſolis termino prædicto, vel in pecunia aut penſionibus, & capitalibus precij illarum impoſitis legitimè ſuper communitatibus hujus Patriæ Comitatus Venaiſſini, æſtimando & computando dictas penſiones ad eundem valorem ad quem aſcenderent precia eorundem penſionum conuenta in emptionibus illarum, ad electionem dicti hæredis inferiùs nominati, cui hæredi etiam ſit licitum ſoluere prædictam ſummam 2200 ſcutorum, ſuperius dicto Carolo legatorum, partim in pecunia, & pro reliqua parte in penſionibus prædictis modo quo ſuprà æſtimandis & computandis, & interim aut donec hæres jam dictas exſoluerit eidem Carolo ſummam prædictorum 2200. ſcutorum, & euenerit dies ſolutionis prædictæ, teneatur & debeat dictus hæres eidem Carolo de victu, veſtitu, & alimentis et neceſſarijs ad ejus victum in domo ipſius hæredis prouidere, & caſu quo dictus Carolus nollet, aut non poſſet habitare cum ipſo hærede, teneatur & debeat d. hæres ſoluere & præſtare dicto Carolo, annis ſingulis, & donec peruenerit ad ætatem prædictam, vigintiquinque annorum, ſummam ſeu penſionem annuam 60. ſcutorum auri ſolis, ſc. in principio cujuſlibet anni dimidiam partem dictæ penſionis, & aliam medietatem in medio cujuſlibet anni, & ne d. Carolus facilitate ſuæ ætatis & per imprudentiam poſſit diminuere ſeu alienare res & bona ſibi ſuperiùs legata, voluit & ordinauit d.dominus de Tritis, teſtator, ipſum Carolum eſſe priuatum adminiſtratione dictorum bonorum & pecuniæ ſibi legatorum, donec fuerit effectus legitimæ ætatis, ſeu peruenerit ad dictam ætatem 25.annorum, & quatenus d. teſtator facere potuit & poteſt, prohibuit idem teſtator, & prohibet dicto Carolo vendere aut obligere, vel aliàs diminuere ex vlla diſpoſitione inter viuos per eum facienda, ſine aſſenſu aut conſilio curatoris, aut curatorum ſibi prouidendorum, per ipſum teſtatorem, & inferius nominandorum; ita tamen ac ea lege quod caſu quo dictus Carolus dictum legatum ſub eiſdem ſupradictis & ſpecificatis conditionibus acceptare, & contentari noluerit & eo caſu adueniente, eundem Carolum inſtituit in jure ſuo legitimæ ſolùm & duntaxat abſque eo quòd nihil aliud petere poſſit.

Prouidet poſtea de tutore eidem Carolo & curatore eidem Heleno.

Ex his

Ex his reſultat quæſtio, an fructus dicti legati, donante minuti ætate dicti Caroli, & ſic vſque ad 25. ætatis ſuæ annum, ad eum, an ad hæredem ſpectent. Et planè analyticè procedendo concludendum eſt, eos nullo modo ad dictum Carolum ſpectare poſſe, nec illorum vllam petitionem habere: hoc enim legatum quomodocumque accipiatur in diem tamen eſt, neq; enim ante 25. an. tenetur hæres id præſtare: Certiſſimi 1 † autem iuris eſt, fructus legati in diem ad hæredem pertinere, *l. omnia, de leg. 1. & l. ſi mulier de leg. 3. l. ſi quis bonorum, de leg. 1.* Copus *de fruct. tit. 3. c. 5.*

Et ad rem maximè facit *l. ſi ſeruum, de opt. leg.* quę videtur in propriis terminis loqui, nec dicas eā de códitionali legato loqui, rā cū de fructibus agitur; An iā legatario peti poſſint, eadem eſt ratio, idem q; ius ſtatuitur de legato in diem quod de legato códitionali, *d. l.* 2 *ſi mulier de leg. 1.* † idque non ſolùm in de legato, ſed & de fideicommiſſo vniuerſali agatur *d. Paulus ff. de v. ur. l. deducta, §. qui poſt, ad T reb.* Copus vbi ſup. *tit. 2.* Ad quid enim dies apponeretur ſi interim fructus hæres non lucraretur? Atque hoc quidem vt verum eſt, cùm agitur de rebus quæ fructus vel naturales, artificiales, vel ciuiles, quales domus ſunt, parere poſſunt, nā de quantitate agitur, nec quæri quidem id debere, nam quamuis alioquin legati puri fructus ex magis communi ſententia, ſi res ſit teſtatoris, & nulla bona fides excuſet hæredem, debeantur legatario à die aditæ hæreditatis, legatæ tamen quantitatis vſuræ olim, † intereſſe hodie, 3 non niſi à die petitionis debentur, *l. ſectum in 10. ff. pro Socio, l. cum res in princ. de leg. 1. cum vtrobique not.* Alex. *conſ. 191. nu. 4. lib 2.*

Ratio diſcriminis aperta, quòd cùm legati puri dominium ſtatim tranſeat in legatarium, *l. à Titio d. furt.* non mirum ſi & ipſoque fructus debeantur; ideoque ſecus ſtatuunt in fideicommiſſo vniuerſali vt fructus non niſi à die petitionis debeantur. Copus *d. tit. 3. c. 2. 3. & 5.*

At quantitatis, quæ genus eſt, quomodo dominium tranſibit, niſi ſoluta pecunia, ita vt nullo modo debuerit moueri quæſtio, ſaltem quoad ſummam duorum mille ducentorum aureorum. Quæ vt vera ſunt generaliter, certè veriſſima erunt in caſu noſtro, ob circunſtantias ex dictis verū reſultantes, quibus de mente teſtatoris clariſſimè conſtat, voluiſſe ſcil. hæredi conſulere quoad fructus, cū quoad reliqua conſuluerit legatario, vt latiùs in diſlutione eorum, quæ in contrarium ponuntur, clarius patebit, quæ enim ſuperius propoſuimus ad ſenſum patent ſolùm ſatisfaciendum eſt iis, quæ doctè & eruditè in contrarium ſcripta ſunt.

4 Ac quod primò dicitur, diem præſtationi non ſubſtātiæ legati appoſitum eſſe, quo caſu in certum diem, qui alioquin pro conditione habetur, *l. dies incertus, ff de cond. & demonſt.* non facit cōditionale legatum, *l. ex his verbis, C. quan. do dies leg. vel fideic. cedat* DD. & maximè Jaſ. *in l. ſi cui legatur, ö ... d. leg. 1.* & Dilect. *tit. de leg. caut.* 5 54. Verum enim id eſt † quoad tranſmiſſionem & dies incertus, qui alioquin eam impediret, in eo caſu non impedit, ſed non ſequitur, proinde eſſe legatum, manet enim ſemper in diem, quaſi eſſet in dié certū, alioquin dies inutiliter præſtituta fuiſſet, ſi ſaltem quoad fructus nihil operaretur, quod dicendum non eſt, *l. ſi quando, de leg. 3.* & certè *l. ex his verbis,* & DD omnes de tranſmiſſione ſola loquuntur; de fructibus verò ne verbum quidē, quinimò ita nominatim de ſorte tantū loquuntur, vt ſatis clarè fructus excludāt. & cū tranſmitti quidē, ſed die eueniente tantum peti poſſit, dicunt, clarius fructus ſemouent. Velle autem à tranſmiſſione ad fructus argumētari, nō eſt licitū, datur enim inſtātia certa, cùm legata in diem certū tranſmittantur, *l. vn. §. cum igitur, C. de cad. toll.* & tamen fructus ante diem non debeantur, *d. l. ſi mulier, & aliis.* Intereſt igitur admodum, an dies incertus ſubſtantiæ legati, vel præſtationi apponatur, cum primo caſu, ante diem legati, non tranſmittatur: ſecūdo verò ſecus, ſed neutro fructus legatario debētur perinde ac eū de legato in diē certū agitur.

Quod ſubijcitur, † legatū in locū legitimæ ſubſtitutū 6 fuiſſe, quę nullā dilationem patitur, *l. quoniam in prioribus,* vbi DD. præſertim Roder. Suarez *C. de inoff. teſtam.* non concludit; nam diſertè teſtator legatum à legitima ſejunxit, cùm, ſi nolit Carolus hujuſmodi legatū cum ſuis qualitatibus, legitimā relinquat. Legatū hoc in cōpenſationem relictum eſt, eo igitur vt iacet contentus eſſe debet, aut id repudiare, & legitimā cum fructibus petere, legatū enim hoc prætendi nis excedere legitimam; vno verbo, petat ſuſlin leg timam: nō negamus fructus; ſed ſi amplius legatum quàm ſit legitima habere voluerit, nō debet vti iure legitimæ, Soc. iun. *conſ. 122. num. 24. vſque ad fin. lib. 1.*

Ex eo quod negauimus † hoc legatū eſſe purum, ſed 7 manere in diem, quamuis non ſit conditionale quoad tranſmiſſionē, corruunt ferè omnia quę ſubjiciūtur vſque ad poſtremā rationem: Nam verum quidē eſt, dominiū tranſire quoad tranſmiſſionē, & vt de legato, ceſſante prohibitione illi facta, diſponere poſſit, effectum diſpoſitione habitura poſt diem, Bald. *in l. Procuius, de v. ſi. leg.* Dilect. *cod. tit. de leg. caut. 45.* Non tamē ſequitur eū fructus poſſe habere; patet, quia in legato in diē certum dominiū ad prædictos effectus transfertur, *d. l. vnic. §. cum igitur,* & tamen legatariū fructus ante diem percepti non debentur, *d. l. ſi mulier.* Fatemur fructus † 8 legati pu i deberi à die aditæ hęreditatis, etiā nulla petitione interueniente, ſi res ſit teſtatoris, & nulla bona fides hęredem excuſet, *l. Herenn. de vſur.* Bart. *in l. an fideicommiſſariā, ad T reb.* Corn *conſ. 100. n. 7. lib. 4.* & Marian. jun. *conſ. 122. n. 11. & ſeqq. lib. 2.* Secùs ſi eſſet res aliena, aut aliqua bona fides hæredem excuſaret, quo caſu opus eſſet petitione, *l. ſi. cum gloſſ. de v. ur. & fruct. legato, glo. in d. l. Herenn.* & Soc. *vbi ſ.* & opus *d. tit. 3. c. 4. n. 6. cum ſeqq.* Sed hoc in legato puro procedit, vt patet ex dd. textibus, ſecùs verò in legato in diē, etiam certum, *d. l. ſi mulier.* Noſtrum verò purum eſſe præſe negamus, nec tale nominari vſquam videbitur, ſed ſolùm aſſerimur in diem incertum appoſitum præſtationi, non operari conditionem vt impediat tranſmiſſionem, in cæteris autem manet in ſua natura.

A die verò obitus, † fructus deberi eōmunius reprobatū eſt, *l. quod ſeruus, de leg. 2.* nec legatario teſtitutere tenetur, vt docet Copus contra Ace. *d. tit. 3. c. 3.* adeò vt 9 ſi legatarius aliquo caſu poſſeſſionem rei legatæ ante aditam hæreditatem nactus fuiſſet, fructus hę editeſtituere deberet, *l. nihil § fructus de leg. 1.* Sed excuſati poteſt hoc caſu, cùm agamus de ſuo hæ rede, per *l. 1. §. qui ſunt, ſi quis omiſſ. cau. teſta. l. in ſuis, de ſuis & legit. hæredib.* Semper igitur dicendum eſt hue, vt fructus legatario debeantur, in legato tantum puro procedere.

Quòd ſi fructus † non debeantur, multò minùs intereſſe lucri ceſſantis; nā nec in legato merè puro à die aditæ hæreditatis intereſſe quantitatis legatæ debetur, ſed ſolùm à die petitionis, & in terminis loquitur Simō de Præt. allegatus, *de interp. vlt. vol. lib. 5. interp. 2. dub. 5. n. 45. p. 72.* Et in hoc eſt diſcrimen inter tē, quæ fructus ex ſe ſaltem ciuiles parere poteſt, & quantitatem. 10

Ac proinde quod ſubjicitur, etiā ceſſante mora, fructus rei legatæ ab hæ rede perceptos eſſe reſtituendos, Bald. & DD. *in l. apud Iulianum, §. 1. vb.* Caſtr. *n. 3. de leg. 1.* & Rip. *in d. l. in fideicommiſſariam nu. 48.* Couar. *lib. 1. var. reſol. cap. 9. n. 5.* non obſtat. Nam præterquam quòd

verius eſt id tantum habere locũ in re propria teſtato-
ris, nulla bona fide exiſtente, vt ſuprà demonſtratum
eſt; ſemper dicimus procedere in legato merè puro,
quale non eſt noſtrum. Interim tamen ſubjiciendum
eſt, fructus penſionum, hoc eſt penſiones ſortis ab hæ-
rede perceptos, non eſſe in conſideratione, etſi id
prætendatur in d. ratione: Quantitas enim ſola lega-
tur, ſed ſolutio permittitur hæredi, vel in quantitate,
vel in penſionibus alternatiuè, quæ ſemper in fauo-
rem debitoris concipitur, *l. plerumque, §. fin. ff. de jur.
dot. c. in alternatiuis de regul. jur. in 6.* Sed & teſtator ex-
preſsè in fauorem ejus ita ſcribit, ita vt penſiones non
cenſeantur legatæ, ſed & quamuis eæ, & non quanti-
tas legata fuiſſet, ſemper diceremus, eas non deberi,
quia non eſt legatum merè purum.

Non eſt autem ſimpliciter & perpetuò verum,
12 eum † qui dominus eſt, fructus & acceſſiones habe-
re debere, etſi ſæpenumero verum ſit, *l. fructus, l. in fun-
do, l. ex diuerſo, l. ſolum ff. de rei vindicat.* Cephal *conſ. 215.
num. 49.* Nam legatarius in diem certum, dominus eſt
quoad tranſmiſſionem, & diſpoſitionem, *d. l. vnic. §.
cum igitur,* & tamen fructus non percipit, *d. l. ſi mulier,*
ſicut eſt in noſtro caſu, quo incertitudo diei tollitur,
ſed non dies; neque enim ante diem peti poteſt, vſu-
fructuarius fructus percipit, & dominus non eſt, &
dominus fructu priuatus manente vſufructu; multi
etiam alij caſus poſſent referri, quibus, qui dominus
non eſt, percipit fructus, & qui dom. eſt non percipit.
13 Moram autem hîc nullam † ob minorem ætatem
fingere poſſumus, etſi alioquin ætas priuilegium hu-
juſmodi habeat, *l. Titia Seio, §. vſuras, de leg. 2. l. mino-
rum, C. ex quibus cauſ. in integ. reſtit. non eſt neceſſ.* Si enim,
vt jam docuimus, ante diem venientem non tenetur
ſoluere d. dominus Helenus, nullam moram regularem
aut irregularem ante eum diem imaginari poſſumus,
ideoque nec quæ de tutore dicuntur ex *l. 3. verſ. etſi pe-
cunia, l. ita autẽ, l. tutor qui repertorium, § ſi poſt, ff. de ad-
miniſt. tut.* Plot. *de in litem jurand. §. 5. nu. 17. verſ. debito-
rum nomina.* Caualcan. *tract. de tutor. & curat. n. 115.* huc
14 conuenire poſſunt, † tenetur etiam tutor res vel pecu-
nias pupilli in ejus vtilitatem conuertere, nec vtilita-
tem ex ijs prouenientem ſibi adſcribere poteſt; quod
ſecus eſt in noſtro caſu, quo fructus ante diem ad hæ-
redem pertinent. Negatur autem hæredem eſſe in lo-
co tutoris d. Carolo conſtituti, ſubſtitutum, quomodo
enim ſubſtitutus eſſet, cum etiam eidem hæredi cura-
tor quidam datus ſit; ſed tantum abeſt vt ea ratio de
tutore nobis obſit, quin ex ea validiſſimum ſumat po-
ſtea ductum argumentum, prætereà ex alio etiam id
corruit, quia vt jam docuimus nõ eſt legatum purum.
15 Quod ſexto loco † aſſeritur, legatum hoc imputan-
dum eſſe in legitimam, *l. etiam. §. ſi debita, ff. de bo. libert.
l. fin. § excluduntur, ff. de jur. patron.* Bertran. *conſ. 9. n. 8. cõſ.
184. in fin lib. 1.* poſt Fabian. *in auth. nouiſſ. q. 9. principali,
16 verſ. 8. quæritur, C. de inoff. teſt.* Menoc. *conſ. 206. n. 36.* † At
fructus legitimæ à die mortis debentur, DD. *in d. l. in
fideicommiſſariam, ad Trebell. & in Auth. nouiſſima. C. de
inoff. teſt.* Boer. *deciſ. 3. in fi.* Et enim jã ſatis ſuprà factum
eſt; aut enim vult habere legatum, vt legatum, & id de-
bet conſequi, vt jacet cum ſuis qualitatibus, vt teſtator
ordinauit, & vt legitimam, & tũc fructus habebit à die
mortis. Quod enim dicitur legatum imputari in legi-
timam, hoc eſt, non poſſe quem petere legatum & legi-
timam, ſed ſolùm id quod eſt de legitima in legato: ſed
ſi legatum majus ſit legitima, & ita conceptum vt niſi
cum ſuis qualitatibus acceptetur, adimatur, & ſolum
legitima relinquatur, vt hoc caſu, nõ aſſumit naturam
legitimæ, neq; fructus petet, ſi teſtator voluerit ad hæ-
redem pertinere, ideoque vel legato, vel legitima con-
tentus eſſe debet, abſque eo quod legatum debeat fieri
amplius ex natura legitimæ, Soc. *d. conſ. 122. n. 24.* Ita vt
ex his verum eſſe conſtet, quod ſuprà monuimus, nẽpè
ex eo quòd contendimus, hoc legatũ nõ eſſe merè pu-
rum, ſed in diem, corruere omnes rationes, quę propo-
nũtur, excepta poſtrema, de ea igitur nunc agendũ eſt.

Ea in ſumma vult, quòd quamuis hoc legatum eſſet
in diem enimq; certum (incertitudo enim jam ſublata
eſt quoad effectus trãſmiſſionis) etſi generaliter verum
ſit, fructus legati in diem † certum pertinere ad hære- 17
dem; tamen vbi dies apponitur gratia legatarij, & non
hæredis, ij ad legatarium ſpectant, *l. in fideicommiſſi, §.
cum Polidius,* vbi Bart. *in § nonnunquam, in fin. ff. de vſu-
ris l. ſi ita relictum, §. Pegaſus,* & ibi Bal. Imol. & alij *ff. de
leg. 2.* Idem Bald. *in l. 1. nu. 5. C. de vſur. & fruct. legat.* Ca-
ſtrenſ. *in l. apud Julianum, §. 1. n. 3.* & Alex *in l. cum filio, n.
20.* vbi ampliat, *ff. de leg. 1.* & Rip. *l. in fideicommiſſariam,
nu. 7. ff. ad Trebell.* hoc verò legatum in fauorem lega-
tarij, non hæredis, factum eſſe patet, ex eo quòd tem-
pus 25. annorum apponit, quo ſe regere poterit, vt no-
minatim docet Imol *in d. §. Pegaſus,* tum etiam ex eo
quòd poſteà teſtator prohibet alienationem d. legata-
tio vſque ad eam ætatem Sed ſi mẽtem teſtatoris, ver-
baque ad amuſſim conſideremus, apparebit clarè, eos
fructus ad legatariũ non ſpectare, multa enim hîc coo-
currunt, quorum ſingula ſufficerent ad elidendã præ-
ſumptionem ex mentione ætatis 25. ann. reſultantem.

Primò, quia † non ſumus in terminis neque §. *cum* 18
Polidius, neque §. *Pegaſus;* Primi quidem, quia nomi-
natim dictum fuerat vt reſtitueret quicquid ad eum
perueniſſet, & talia aderant verba ex quibus collige-
batur, teſtatorem de fructibus quoque ſenſiſſe, vt & *in
l. 2. §. nonnunquam, de vſur. l. cum quis, §. mulier de dote
præleg.* nam alioquin ea verba ſola non ſufficerent, *l.
quod his verbis, de leg. 3. l. ſcribit ad Trebell. l. hæredes mei,
l. deducta, §. quod ex hæreditate. ff. eod. in §. verò Pegaſus,*
mentio ætatis facta eſt, nec interim prouiſum filio de
alimentis.

At verò noſtro caſu teſtator de ijs prouidit, prouiſio
verò hominis facit ceſſare prouiſionem legis, *l. fin. C. de* 19
pact. conuent. l. maritus, ff. de procurat. Nec dicẽdum, hoc
intelligi in caſu prouiſo, vt quia teſtator prouidit de a-
limentis, ea per legem peti non poſſunt; nam ſi benè
id probaretur, idipſum habet locum in caſu noſtro;
nam ratio, per quam legatario debentur fructus, ſi in
fauorem ejus dies apponatur, eſt, vt interim illis alatur,
ne ſcil. quod in commodum ejus factum eſt, ei damno
ſit, *l. quod fauore, ff. de legib.* At quando teſtator expreſsè
prouidit, ceſſat hujuſmodi prouiſio legis, de qua *in l.
qui filiam, ff. ubi pupill. educ.*

Secũdò, † quia verba legatorũ ita ſunt interpretãda, 20
ne inutilia ſint, *l. ſi quando, de leg. 1. c. ſi Papa de priuil. in
6.* At huc legatũ alimentorum in domo hæredis, vel ſe-
xaginta aureorũ extra eam, inutile eſſet, niſi fructus per-
tinerent ad hæredem: patet, quia ſi fructus eſſent lega-
tarij, ex ijs ſatis ſibi alimenta adminiſtrari curaret, fru-
ctus enim majores ſunt quàm d. legatum alimẽtorum,
quinimò ex eo quòd interim dum cõpleret 25. annum,
ea alimẽta legauerit, ſatis clarè cęteros fructus excluſit,
incluſio enim vnius, eſt excluſio alterius, *l. cũ prætor, ff.
de judic.* nec dicendũ, non eſſe inutile legatũ, quia tan-
tum taxantur alimẽta; nã alimenta potiſſimũ relinquũ-
tur domi hæredis præſtanda, quę non ſunt taxata, quæ
abſq; dubio ſunt in cõpenſatione m fructuum, & ne ij
peti poſſint à legatario. Quæ verò taxata ſunt, caſu quo
legatarius non vellet, vel poſſet morari cum hærede,
ea non impediunt quin inutile ſit legatum, ſi fructus
deberentur cùm hæres legatarij tutor, vel curator non
ſit, ex quo reſultat alia conjectura, nempè &

Tertiò,

Digitized by Google

Tertiò, quia ſi teſtator voluiſſet fructus legatario præſtari, non erat opus aliqua alimenta relinquere ab hærede præſtanda: nam ſat erat, legatum relinquere in diem, & diem apponere fauore legatarij, tutor enim eos perijſſet & percepiſſet, & ex ijs eum aluiſſet; aut ſi teſtator aliqua taxare voluiſſet alimenta, ne omnes fructus expenderentur, tutorem alloqui debebat, non hæredem, qui ſeipſum regere non poterat, & cui dederat curatorem, erat enim intra vigintiquinque annos conſtitutus. Et cùm neutrum factum fuerit, ſatis demonſtratur, nullam aliam fuiſſe mentem teſtatoris, quàm vt legatarius, pendente minori ætate, alimenta haberet, ex quo etiam reſultat alia conjectura, nempè &

Quartò, dilatam fuiſſe ſolutionem in fauorem potiùs hæredis quàm legatarij, vt interim fructus hæres lucraretur; ſed tamen legatarius interim alimenta haberet, quòd igitur legatario alimenta relinquuntur, quod etiam non vult legatario præſtari, niſi in ea ætate qua ſe regere poterit, hoc quidem reſpicit fauorem ipſius: Sed quòd alimenta tantum reliquerit, quæ non reſpondent fructibus, minoráque ſunt; quodque diſtulerit ſolutionem vſque ad vigintiquinque annos, vt interim fructus hæres lucraretur in compenſationem legati, quod majus eſt quàm ſit legitima, hoc fauorem hæredis reſpicit, ita vt ſi de fructibus agatur, ſemper reſpiciatur fauor hæredis, quæ omnia ceſſant *in d. §. Pegaſus.*

Quintò, verba in fine poſita rem clariſſimam reddunt, nam diſertè ait, *quod caſu quo d. Carolus d. legatum ſub eiſdem & ſupra dictis & ſpecificatis conditionibus acceptare, & eo contentari noluerit, & eo caſu adueniente, eundem Carolum inſtituit in jure ſuæ legitima ſolùm, & duntaxat abſque eo quod nihil aliud petere poſſit.* Quas enim conditiones & qualitates alias poſſumus imaginari, quàm vt interim fructus hæres lucretur: ſi enim fructus ad legatarium ſpectarent, cur dubitaret teſtator, ne nollet acceptare, cum legatum majus ſit legitima. & cur prouidiſſet teſtator in caſu non acceptationis. Voluit teſtator in aliquo legatarium grauare, & voluit in aliquo diſcedere à natura legitimæ, & proptereà majus legatum reliquit: voluit, inquam, diſcedere à natura legitimæ, nimirum in fructuum perceptione, in nullo enim alio ipſum grauauit: ergo, cùm legitimam reliquerit, ſi noluerit acceptare legatum, eo modo, quo fecit, vtendo dictionibus taxatiuis, *ſolum*, & *duntaxat*, & prætereà jubendo ne quicquam aliud petere poſſit, certè nihil aliud prætendere poteſt quàm alimenta, &, adueniente tempore, domos & ſummam legatam: quin verò quia jam contrauenit non acceptando legatum cum ſuis qualitatibus vt jacet, fructus petendo, eo jam priuatus eſt, & ſolùm legitimam prætendere poteſt, maximè cùm teſtator vtatur his verbis, *eo caſu adueniente*, qui caſus aduenit.

Sextò & vltimò, *in §. Pegaſus*, vnica adeſt præſumptio in fauorem legatarij. nempè diei pubertatis appoſitio, in noſtro caſu plures aliæ præſumptiones contrariæ adſunt: ſed † ſi vnica adeſſet præſumptio, vna 21
tolleret aliam, *l. diuus, ff. de in integ. reſtit. l. non ſolum, de ritu nupt. l. quia autem, §. non ſimpliciter, ff. ſi quis omnis. cauſa teſt.* multò magis plures vnicam tollent, Bart. *in l. non ignorat. nu. 5. C. qui accuſ. non poſſ.* latiſſimè Menoc. *de præſumpt. lib. 1. c. 30. nu. 4. cum ſeqq.* Sed & ſi eſſemus † 22
in dubio, id eſt, cujus gratia dies cenſeatur appoſitus, regula eſt in dubio, fauore hæredis cenſeri appoſitum, gloſ. *in l. eum qui de ann. leg.* non puto quemquam vim facturum, cùm prohibet adminiſtrationem, ſatis enim ex lectura apparet, id referri ad alienationem vel diſpoſitionem ſummæ principalis: Ex quibus omnibus puto fructus legati Carolum petere non poſſe, alimentiſque contentum eſſe debere; &, ſi ſummo jure ſecum agatur, legato excidiſſe, & ſolùm ſibi reſtare legitimam.

CONSILIVM XXXI.

ARGVMENTVM.

De eadem re.

SVMMARIVM.

1 *Dominium rei legata in diem certum, non tranſit in legatarium, niſi die eueniente, quod quomodo intelligatur* nu. 4.
2 *Quomodo intelligatur quod dicitur*, quòd quando dies præſtationi apponitur, legatum eſt purum.
3 *Etſi dies incertus præſtationi ſit appoſitus, ſi tamen adjiciatur dictio*, cumprimum, *manet conditionale legatum.*
4 *Non cenſetur dies 25. annorum appoſitus in fauorem legatarij, etſi ſit pupillus, ſi illi de alimentis prouiſum ſit.*
6 *Nec ex datione tutoris.*
7 *Explicatio* l. cum pater, §. curatoris, ff. de leg. 2.
8 *Quod legatarius ſit filius, non facit vt dies 25. annorum cenſeatur appoſitus in fauorem illius.*
9 *Interpretatio* l. Seius Saturninus, ff. ad S.C. Trebel.
10 *Interpretatio* l. 4. ff. de alim. legat.

QUæ jam ſatis fusè in fauorem egregij domini Heleni de Tritis, contra ejus fratrem, ſuper fructibus per d. Carolum petitis, reſpondi, nullo modo eneruantur per ea, quæ doctiſſimè per dominum coarbitrum mihi voce dicta fuerunt. Reducitur tota diſputatio ad duo capita: Vnum, an legatum d. Carolo factum, purum fuerit: Alterum, an ſimus in terminis §. *Pegaſus l. ſi ita relictum de legat. 2.*

Quoad primum, contendit purum eſſe, quod ita nominetur à Cin. Alberic. & Salicet. *in l. ex his verbis, Cod. quando dies legat. vel fideic. ced.* Ruin. *conſ. 65. lib. 2.* Non mirum ſi fructus debeantur, maximè, quia † quá- 1
uis dominium legati in diem certum non tranſeat niſi eueniente die, Ant. Gomeſ. *variar. reſol. lib. 2. tit. de leg. num 57. in fin.* tamen hoc noſtro caſu, cùm dies præſtationi apponitur, dominium tranſibit à morte teſtatoris. Sed horum eſt facilis diſſolutio, vno enim verbo dicendum eſt; purè dici factum, quatenus opponitur conditionali, vt ſcilicet contra naturam conditionalia tranſmittatur; & in his terminis loquuntur DD. ſi benè ponderentur. Sed quòd dicatur purum, quatenus opponitur legato in diem, & ſic non ſolùm tranſmittatur, ſed etiam fructus debeantur à die mortis, cōtra naturam legati in diem, præcisè negamus; quinimò terminis terminantibus illi iidē Cin. & Alberic. cū fusè materiam explicant *in d. l. ex his verbis*, id legatum in

dicm appellant, aiunt enim, quòd ſi dies incertus ap-
poſitus ſubſtantiæ legati, conditio eſt, ſin autem præ-
2 ſtationi dies eſt, † hoc eſt, non iam habet naturam con-
ditionalis legati, etſi fuerit dies incertus, habet tamen
naturam legati in diem certum, ſcilicet vt tranſmitti
poſſit: non tamẽ fructus petere poſſit, idẽ Alberic. *in l.*
Seius Saturninus, nu. 3. ad Trebell. Atque illud eſt quod
Salicetus ſentit, cùm ſtatim ſubiicit, non poſſe peti
3 ante diem. Poſſem, ſi vellem, contendere † propter di-
ctionem, *cumprimum*, etiamſi dies ſit appoſita præſta-
tioni, cenſeri conditionale, ex Ruin. *d. conſil. 65. num.*
14. poſt Bart. & Bald. *in l. ſi cui legetur, §. 1. de legat. 1.*
Sed propter prohibitionem alienationis à teſtatore fa-
ctam, hæc ſolutio hoc conuenire non poteſt; faten-
dum igitur eſt, non eſſe conditionale, tamẽ eſſe in diẽ.
Quod de dominio dicitur, nõ tranſit hoc caſu domi-
nium, niſi eo modo quo in cæteris legatis in diem cer-
tum, in quibus dicitur ſimpliciter per DD. dominium
4 † non tranſire, ſec. effectualiter vel realiter, vt re legata
vti & frui poſſit ante diẽ venientẽ; tranſit tamẽ quoad
effectum tranſmiſſionis, & vt de re legata diſponere
poſſit, effectum diſpoſitione poſt diem habitura, pa-
ret, quia actio ſtatim naſcitur à die mortis, ſed ſuſpen-
ditur effectus vſque ad diem, Gomeſ. *eodem loc.* poſt
Bart. in Alberic. Bald. Ang. Paul. Salic. Corn. *in l. vni-*
ca. §. cum igitur, Cod. de cad. toll. actio verò non ſolùm
perſonalis ex teſtamento, ſed & rei vindicatio datur,
hæc autem non competere poteſt niſi domino, *l. in rem*
ff. de rei vindic. Vno verbo, quòd dominium realiter, &
ad omnes effectus dominij tranſeat, quando dies in-
certus præſtationi eſt appoſitus, expreſsè negamus, &
illud eſt quod eſt in quæſtione, & quod aliunde diſer-
tè probandum eſt.

Iis addo, DD facere eam diſtinctionem, an ſubſtan-
tiæ legati, an præſtationi apponatur dies, cùm de die
incerto loquuntur, idque propter effectum tranſmiſ-
ſionis, de qua ſolùm loquuntur, vt videre eſt penes
eos: ſed quando agitur de die certo, non faciunt hanc
diſtinctionem, quia ſiue ſubſtantiæ legati, ſiue præſta-
tioni apponatur, ſemper tranſmittitur, quod ſi fru-
ctuum quoque haberent rationem, facerent abſque
dubio eam diſtinctionem cùm de die certo loquun-
tur.

His non obſtat quod dicitur, niſi dicamus legatum
purum, id erit contra iuris diſpoſitionem, quo hodie
filius non poteſt niſi purè inſtitui. Sed certè ſi ea ratio
vera eſſet, non ſolùm concluderet fructus deberi, ſed
etiam Carolum à die mortis potuiſſe petere legatum.
Sed breuiter dicendum, hæc procedere in legitima à
qua dies ſi ſit appoſitus reiicitur, *l. ſi quando, Cod. de in-*
off. teſtam. quia ſi velit eſſe contentus, abſque dubio à
die mortis debet habere: Sed ſi velit legatum, quod
amplius eſt, debet habere cum oneribus illi appoſitis,
vt in aliis ſcriptis fuſiùs docui, ſed de eo non agitur, ſat
eſt quod ſuſtineatur teſtamentum, & ſemper eò deſ-
cendimus, vt vel legatum habeat, vt iacet, vel legiti-
ma contentus ſit, in qua teſtator poſtremis verbis in-
ſtituit eundem Carolum, quo caſu nolit acceptare le-
gatum cum ſuis conditionibus. Ideóque potuiſſem
conciſiùs reſpondere, fuiſſe inſtitutum in legitima pu-
rè, ſcilicet ſi nolit legatum, vt iacet.

Quoad alterum, an ſimus in terminis §. *Pegaſus*,
tantùm abeſt vt ſimus in illis, aut fortioribus, quinimò
ſimus in longè diuerſis, &, quod plus eſt, contrariis, vt
ex rationibus, & coniecturis in aliis ſcriptis deductis,
5 ne eas repetam, patet. Nec obſtat ſi dicatur, † cenſeri
diem appoſitam in fauorem legatarij, quia is pupillus,
certè ea eſt coniectura §. *Pegaſus*, ſed vna coniectura
per aliam tollitur, multò magis per plures, vt iam do-
cui, ſed maximè per alimentorum prouiſionem, per
quam ſolam diſcedendum eſſet à *d. §. Pegaſus*, in quo
cùm fauorem legatarij reſpexerit, non eſt veriſimile
teſtatorem voluiſſe vt ante diẽ nihil perciperet legata-
tius: at hoc ceſſat cũ interim teſtator alimenta reliquit.

Colligunt 2. in fauorem † legatarij fuiſſe diem 6
appoſitã, quia prouiſum eſt de tutore, quæ ratio tantũ
abeſt vt nobis obſit, quin ex ea ducimus validiſſimam
coniecturam pro ſententiæ noſtræ confirmatione, quã
in primis ſcriptis omiſeramus. Nam ex eo quòd dedit
tutorem & curatorem, eumq́ue maximè confiden-
tem, & ſoluendo exiſtentem, propinquitate vel affini-
tate coniunctiſſimum, nullum periculum poterat in-
currere Carolus in legato ſuo, cùm tutores & ſortem
habuiſſent, & ex ea legitimos fructos percepiſſent, eo-
rumq́ue rationem reddidiſſent. Quod igitur teſtator
diſtulit ſolutionem in 25. annum, hoc non gratia illius
factum eſt, cùm per tutoris & curatoris creationem
imbecillitati ætatis prouiſum fuerit; ſed in gratiã hære-
dis, vt interim fructus lucraretur, in quorũ tamẽ com-
penſationem legatum maius legitima fecit. Atque
hanc noſtram rationem nullo modo eneruat *l. cum pa-*
ter, § curatoris, ff. de leg. 2. nec Imol. eam referens *in l. a*
filia, §. vltim. ad Trebell. neque enim ibi vllo modo di-
citur ex prouiſione curatoris cenſeri dilationem fa-
7 ctam in fauorem legatarij. † Et certè hoc non potuit
dici, in quo teſtator non prouiderat de curatore. Age-
batur in eo textu de adulto curatorem habente, qui
teſtabatur, & fratrem alium curatorem habentem in-
ſtituebat hæredem, cumq́ue curator teſtatoris tenere-
tur illi actione negotiorum geſtorum, vellétque teſta-
tor vt redderet rationem fratri hæredi inſtituto, iuſſit
& fidei curatoris ſui commiſit, & ſic debitoris ſui, vt
fratri hæredi, & ſic creditori, rationem redderet, cum
ad ſtatum ſuum frater perueniret, hoc eſt ad 25. an-
num, quòd exiſtimaret ante eam ætatem eum legiti-
mè agere non potuiſſe; Quæſitum fuit, an ante dictam
ætatem curator fratris, hæredis inſtituti, agere poſſit
aduerſus curatorem quondam teſtatoris? Reſpondet
Papinianus poſſe, quia ſcilicet fideicommiſſum huiuſ-
modi nullum erat, inutiliter enim fidei debitoris com-
mittitur vt creditori ſoluat, vel rationem reddat, ſi ad-
miniſtrauerit, cùm iure ipſo teneatur, cumq́ue nullum
debitoris fauorem conſiderare poſſimus, cui teſtator
nihil reliquit, quin è contrariò grauauit, & onerauit de
reddendis rationibus: tempus quod adiectum fuit, ſo-
lum fauorem hæredis, & creditoris reſpexit, non mi-
rum ſi ante tempus creditor vel curator eius nomine
agere poſſit, maximè cùm ſolutio ipſo iure debebat
ante tempus fieri; quæ deciſio nullo modo facto no-
ſtro accõmodari poteſt, cùm ſimus omninò in diuerſis
terminis, & ſi adaptaretur, quod tamẽ non eſt, ſequere-
tur, Carolum, vel eius tutorem, ſtatim à die mortis po-
tuiſſe petere, contra expreſſam mentem teſtantis. Id
ſummoperè interim notandum eſt, Papinianum reſpe-
xiſſe, quia grauatus non ſit debitor ex teſtamento, ſed
etiam ante erat debitor, & teſtamento ſecluſo ſolutio
debuit fieri ante ætatem; ideóque concludit, reſpexiſſe
fauorem creditoris, cùm ex ſe & ex natura debiti ſolu-
tio ante eam ætatem in ſe potuit fieri, quod in caſu no-
ſtro non eſt, cùm totum pendeat ex teſtamento, quod
ante id nullus ſit debitor: præterea, in ea lege proſpi-
citur hæredi, idque benè, cùm in dubio tempus in fa-
uorem hæredis appoſitum cenſeatur, *l. cum tempus, de*
reg. iuris, in noſtro caſu conſuleretur legatario contra
hæredem.

Tertiò, ducitur coniectura in fauorem legatarij † 8
quando ſcilicet filius eſt; ſed id non obſtat, nam præ-
terquam quòd ea coniectura reprobata eſt, vt patet ex

Corn.

Digitized by Google

Corn. *in d.l.ex his verbis, in fin.* ea procedit, caſu quo vera eſſet in hærede extraneo, grauato hæreditatem reſtituere filio, & ita loquitur Alberic *in l. Seius Saturninus, ff. ad Senatuſconſ. Trebell.* & Ripa *in l. in fideicommiſſariam, num. 8. eod. tit.* At nos loquimur de filio hærede inſtituto, rogato legatum præſtare alteri filio, & ſic ceſſat coniectura cùm grauatus, filius ſit, & prætetea hæres, cui in dubio conſulere videtur teſtator, *l. qui in diem, de ſolut. & d. l. cum tempus, de reg. iur.* & ſic duo vincula adſint præter alias coniecturas.

Quod 4. loco proponitur, quia legatum eſſet contra ius ex *l. ſcimus, Cod. de inoff. teſtament.* iam ſuprà ſatisfactum ſit in primo dubio.

9 Quod poſtremo loco dicitur †, hæredē eſſe nudum miniſtrum; certè id eſt de quo quærimus, & id præcisè negamus, & *in l. Seius Saturninum*, conſtabat teſtatorem hæredem fiduciarium feciſſe extraneum quendam amicum ſuum, vt filio hæreditatem reſtitueret.

Ex his ſatis patet, §. *Pegaſus*, nihil obſtare; ſed vt omnem obicem tollamus, vni ex noſtris rationibus, ex verbis teſtamenti depromptæ, nititur reſpondere eruditiſſimus meus coarbiter, ſcilicet ei, quæ ex alimentorum legatu deſumpta eſt. Et primùm ait, alimenta
10 diminuere quidem fructus; ſed non † proptereà minus quod ſupereſt ex fructibus deberi, allegat *l. 4. de aliment. leg.* ſed, pace ſua, dixerim, nihil facit ad rem, an ea prædia libertis ſimpliciter fuerunt legata & purè, non ſub conditione, vel etiam in diem, adiicitur cauſa legato, vt ſcilicet ex iis alantur liberti: Quæritur an vſusfructus, vel proprietas, cenſeatur legatus: Item, an quod excederet alimenta debeatur libertis? Et reſpondetur, proprietatem legatam eſſe, omnéſque fructus deberi, qui caſus nihil habet commune cum noſtro, in quo legatum principale eſt factum in diem, & legatum alimentorum eſt diſtinctum & ſeparatum à legato fundorum & quantitatis, ita vt omnino ceſſet ratio illius legis, in qua quia proprietas purè legata erat, & ſic cum fructibus, alimentorum autem habebat mentio, rationem reddendo cur legatum erat factum, non mirum ſi eorum non habeatur ratio, & omnes fructus debeantur. Plus dico, ex eo quòd legatum alimentorum eſt diſtinctum & ſeparatum ab alio legato, in noſtro caſu ſi fructus legati principalis deberentur, ſequeretur & fructus integros & alimenta deberi, abſque eo quòd alimenta fructus diminuerent. Nec obſtaret illa *l. 4.* quia in ea nominatim fuerat dictum, vt ex fructibus alimenta præſtarentur, nec erat legatum alimentorum ſeparatum à legato rei cum fructibus; ſed ſolum explicabat & declarabat legatum. Dicere autem, alimenta & fructus deberi, eſſet periniquom, quia duplici onere grauaretur contra claram mentem teſtatoris. Et cùm in hac cauſa magnificus D. Ægidius Benedictus & ego arbitri, & compromiſſarij aſſumpti, diſſentientis prìmùm opinionis fuiſſemus, Tandem, tertio aſſumpto in arbitrum, omnes fuimus eiuſdem ſententiæ, & in fauorem hæredis, fructus ſcilicet non deberi, pronunciauimus, ſententiáque ſeu laudum effectum habuit.

CONSILIVM XXXII.

ARGVMENTVM.

AN, & quando matrimonium inter puberem & impuberem ſubſiſtat. An hodie matrimonia præſumpta ſint ſublata.

SVMMARIVM.

1 *Vt matrimonium in fœmina ante 12. an. conſiſtere poſſit, duo copulatiuè requiruntur, proximitas pubertatis, & quod malitia ſuppleat ætatem.*
2 *Quæ malitia ante 12. an. non præſumitur, ſed debet probari.*
3 *Sponſalia per verba de præſenti inter impuberes, vel puberem & impuberem, reſoluuntur in ſponſalia de futuro.*
4 *Quæ nec ſola pubertate adueniente conualeſcunt.*
5 *Adeò vt in illis impedimentum publicæ honeſtatis, vltra primum gradum, per Concilium Tridentinum ſublatum ſit.*
6 *Sponſalia inter impuberes, vel puberem & impuberem, pubertate adueniente, de iure communi non tranſeunt in matrimonium per oſcula, munera, & alia huiuſmodi; ſed ſolum per copulam, vel ſolennem traductionem ad domum, vel quid æquipollens.*
7 *Conſtitutio regia circa præſentiam proprij Parochi & teſtium, pro validitate matrimonij, conformis eſt Concilio Tridentino.*
8 *Matrimonium, ſine publicatione vel diſpoſitione bannorum factum, valet.*
9 *Per S. Concilium Tridentinum omnia præſumpta matrimonia ſublata ſunt, adeò vt ſponſalia de futuro per copulam, non tranſeant in matrimonium, & ſic abrogatum eſt* cap. 15. qui fidem, de ſponſal.
10 *Qui ſponſalia de futuro, præſertim iurata, contraxit; debet cogi ad ſeruandam fidem.*
11 *Hoc tamen præcisè, ſed moderata debet eſſe coactio, ita ſi induratus ſit animus recuſantis, debeat ille permitti cum alia contrahere.*
12 *Idque longè certius, ſi adſit cauſa, nempe odium ex lite ortum.*

APpellatum fuit, vt accepi, à ſententia per Reuerendiſſ. Epiſcopum Aptenſem lata, de voto quinque Doctorum, inter quos ego vnus eram, in cauſa matrimoniali, in fauorem dominū Stephani Guaymar, contra Iaumetam Audibertam, filiam naturalem & legitimam honorabilis viri Honorati Audiberti ciuitatis Aquenſis, per quam permiſſum erat D. Guaymar nubere cum qua voluerit in facie Sanctæ Matris Eccleſiæ & non eſſe cogendum præcisè dictam Iaumetam ducere. Et appellatio introducta fuit per commiſſionem ab Illuſtriſſ. Legato Auenionen. emanatam coram Reuerendiſſ. Epiſcopo Forointienſi, ſeu eius Vicario in prouincia Prouinciæ. Agitur de infirmanda ſententia d. Domini Epiſcopi Aptenſis; & eam eſſe confirmandam, pronuntiandumque eſſe, benè iudicatum, malè appellatum, à domino iudice immediato à quo, ex ſequentibus apparebit, ſi prius præſuppoſuerimus dictam Iaumetam tempore ſponſaliorum habuiſſe tantum nouem annos, duos menſes, vnum & viginti dies, & ſic non pubertati proximam; quamuis ſi pubertati proxima fuiſſet, idem reſpondendum eſſet; † copulatiuè enim & proximitas pubertatis, & 1

malitia ætatis requiruntur, *cap.1.§ de deſponſat. impub.* a *in 6.c. atteſtationes,cap. vltim.de ſponſal.* Quæ malitia † non præſumitur ante duodecimum annum perfectũ in fœmina,niſi probetur, Nauarr. *in manual.cap.22.nu. 29.* & quamuis poſtea dicta Iaumeta ad pubertatem peruenerit antequam lis inter ipſos intentata fuerit, verum tamen eſt, in facto nullam copulam, traductionémve ad domum ſecutam fuiſſe.

3 Præſupponimus etiam, certiſſimum eſſe, in iure ſponſalia per verba de præſenti inter impuberes, vel inter puberem & impuberem, qualia fuerunt hæc, de quibus agimus, reſolui in ſponſalia de futuro, iuris in-
4 terpretatione, *cap.vltim.de deſponſ.impub.* † Nec ſola ætate pubertatis aduenienre conualeſcere, *cap.vnic.§. 1.de deſponſ.impub.in 6.* Nauarr. *conſil.1.tit.de deſponſ.*
5 *impub.* † adeò vt impedimentum publicæ honeſtatis ſublatum in ſponſalibus de futuro, vltra primum gradum, per Concil. Tridentinum,& non in ſponſalibus per verba de præſenti, cenſeatur quoque ſublatum in ſponſalibus de præſenti inter puberem & impuberem, Nauarr. *in manual.cap.22.num.57.*

His ſic præcognitis quæſtio in eo verſatur, An huiuſmodi ſponſalia per verba de præſenti, quæ iuris in-
6 terpretatione non ſunt niſi ſpõſalia de futuro, † tranſierint in vera ſponſalia de præſenti, pubertate adueniente,per oſcula,amplexus,munera,& literas,& extera huiuſmodi: &, vt vno verbo dicam, an per huiuſmodi ſigna tranſierint in matrimonium. Et quicquid plures contrarium exiſtiment, in puncto iuris verior eſt ſententia, non tranſire niſi per copulam, aut per traductionem ſolemnem ad domum, aut alium modum æquipollentem, *d.cap.1.§.1.* Dictio enim,*alium*,eſt repetitiua ſimilium. Atque hanc ſententiã firmat Bald. *conſil.200.lib.3.* Bertrand *conſil.17.lib.1.prior.* & latè Couarr. *in 4 decretal. cap 4.§.2.* Per rationes quas ibi fusè proſequitur, qui omninò videndus eſt. Sed quidquid ſit de iure communi antiquo, res hodie nullam habet difficultatem, poſtquam ſubſtantia noua matrimonij validitati per Sacroſanctum Concil. Tridentinum data eſt, nempè vt præſente Parocho & duobus teſtibus fiat, alioquin irritum ſit: ſed antequam quid ex eo ſequatur, & quomodo intentio mea probetur demonſtrem, ſcrupulus imprimis remouendus eſt; népè an habenda ſit ratio Concilij, cum non ſit publicatum in Gallia,& illius decreti publicatio,*in cap.1.de re-*
7 *form.ſeſ.24.* requiratur. Habemus † conſtitutionem regiam in effectu conformem d.decreto,nempè Henrici II Leditam à Blois *artic.24.& 40.anno 1585.* Cùm enim diſputaretur, an recipiendum eſſet Concilium, interſim dum id reſolueretur, variæ conſtitutiones promulgatæ fuerunt, conformes decretis dict. Concilij,vt ſcilicet quæ decreta videbant, ij qui habebant curam eius rei, admodum neceſſaria, per conſtitutiones regias promulgarent. Et inter multa decreta dict. Concilij quæ in conſtitutiones relata fuerunt, hoc vnum fuit circa formam matrimonio dandam, quo non ſeruata, matrimonium nullum ſit, coadiuuando leges Eccleſiaſticam,& ſic validè. Conformis eſt igitur conſtitutio decreto Concilij, & eandem pœnam nullitatis matrimonij inducit in illis verbis, *ne pourront valablement contracter*, necnon cùm diſertè cauet vt conſtitutio ſeruetur ſub pœnis per Conciliaris.

8 Nec ſolum † conformis quinimò in aliquo ſeuerior eſt, cùm annullat matrimonia ſine bannis facta, quod tamen non facit Concilium, Ioann. à Royas *in ſua epitome de ſucceſſion.* Ioann. Gutter. *in tractat. de iuramen. confirm.1.part.cap.51.num.25.* Lopez *in pract.Canon.cap. 71.* & ita ab Illuſtriſſim. Cardinalibus interpretationi dict. Concilij præfectis decretum eſt; qua tamen in re dict. conſtitutio non eſt ſequenda, cùm ſit contra legem Eccleſiaſticam, nec Principes ſæculares poſſit circa validitatem, vel inualiditatem matrimonij ſtatuere contra legem Eccleſiaſticam. Quæ cùm ita ſint, ſequitur, eandem interpretationem eſſe dandam dict. conſtitutioni, quæ publicata & in omnibus parochiis Galliæ, vſu inter Catholicos recepta fuit,quæ decreto, dict. Concilij datur, & ſi demonſtrauerimus ſponſalia, de quibus agimus, non tranſire in matrimonium poſt pubertatem per quæcunque ſigna, etiam per copulam, niſi de nouo contrahatur matrimonium expreſsè, idque propter dict. decretum Concilij: idem quoque ſtatuendum erit, exiſtente dict. conſtitutione coadiuuatrice legis Eccleſiaſticæ. Videamus igitur,an propter dict. Concilium præſumptis matrimoniis locus ſit. † Et certè omnia matrimonia præſumpta, ſunt 9 ſublata,adeò vt neque per copulam ſponſalia de futuro tranſeant in matrimonium, contra *c.is qui fidem,de ſponſal.* vt docent Nauarr. *in manual.cap 22. num. 26. verſ.tertio per alterius,& num.28.circa fin. num. 35.num. 42.verſ.ſequitur ſecundo, c.25.num.144. & in tract.de regularib.part.4. num.76.& cap.humanæ aures, 22. quæſt.5. in quæſt. 3.num.4.* idem Nauarr. *conſil. 18. num.3.tit. de ſponſal.* Menoch. *de præſumpt.lib.3.præſumpt.2.in fin.* Maſcard. *de probatio.concluſ.1032.circa fin.* & ita per eoſdem Illuſtriſſ. Cardin. Congregationis interpretationis Côcil.Trident. ordinatum fuit,*elucid. 45.* Quare ſponſalia hæc, iuris interpretatione, nec per ſigna ſimilia, quinimò nec per copulam contra antiquiuris diſpoſitionem potuerunt tranſire in matrimonium, & filij nati ſunt illegitimi, niſi de nouo interueniant noua conſenſus, Parochus & teſtes, vt in propriis terminis docent idem Menoch. *dict. præſumpt.2. lib.3.in fin.& conſil.119.nu.57.* & Maſcard. *d.concluſ.1032.* Nauarr. *conſ. 9.* Si tamen occultum eſſet impedimentum in foro conſcientiæ, non requirerentur Parochus & teſtes ex declaratione ſummi Pontificis,ſed nouus tantum conſenſus inter ipſos deſideratur, nec ſufficerent ſigna, idem Nauarr. *conſil.14. in fin. de ſponſal. & cap.22.num. 69.in fin.* Non potuerunt igitur ſponſalia hæc,quæ iuris interpretatione ſunt de futuro, etſi per verba de præſenti fuerint contracta, non potuerunt, inquam, tranſire in matrimonium, pubertate adueniente, per oſcula,munera,& cætera ſigna,etſi alioquin ſecundùm aliquorum ſententiam de iure communi potuiſſent, à quo receſſum eſt per Concilium & conſtitutionem regiam, quorum vtrique eadem interpretatio, vt diximus,danda eſt, ſed remanent in puris terminis ſponſaliorum de futuro, inde reſultat poſtremum dubium.

An cogi poſſit dictus Guaimar † ad matrimonium 10 contrahendum vi dictorum ſponſaliorum, maximè cùm agatur de contractu iurato, & cum fuerit pubes dict. Guaimar tempore quo contraxit: Verum quidem eſt cogi poſſe ad ſeruandam fidem, & ſic ad dictam Iaumetam ducendam, *c. ex literis de ſponſalib. cap. de illis 1.§.mulier,de deſponſ.impub.* & ex Concil. Lateranenſ. ſed ea † coactio nõ debet eſſe præciſa, aut finalis, quin- 11 imò moderata, ita vt ſi iudex videat obduratum eum qui tenuit, debet permittere vt alteri nubat, minuſque malum tolerare, vt maius euitetur, cùm infelices exitus vt plurimùm huiuſmodi nuptiæ coactæ parere ſoleant. *cap. requiſiuit, de ſponſalib.* atque ita conciliatur cum *dict. cap.ex literis*,cùm alioquin ea duo capita inter ſe videantur pugnare; hancque ſolutionem & conciliationem quam ſequitur gloſ. reprobata alia quam videtur approbare, ſequuntur DD. omnes, & in terminis docent Fortun. Garſ. *cap. 1. num.3 de pact. in 6.* Couarr. *in 4.decretal. 1.part.cap.4.* Scholiaſtes *ad cap.2.& cap. ex literis*, vbi etiam nouiſſimè Cuiac. *de ſponſalib.*

Menoch.

Menoch. *conſil.* 386. *per tot. & conſil.* 786. Greg. Tholoſ. *in partition. iur. Canon. ca.* 5. *gloſ.* 2. *litera B.* & ſeqtur. Hippolyt. de Marſil. *ſingul.* 500. Atque ita ſæpe numerò iudicatum fuit in Curia Romana. De obduratione verò animi dict. Guaimar in actis legitimè conſtat, & de moderatis coactionibus ipſi factis, ſed vbi adeſt iuxta cauſa, propter quam non vult quis adimplere ſponſa-
12 lia, res tunc clariſſima eſt, debere ab iis liberari. † Cauſam autem legitimam DD. adnotant ex odio quod ortum eſt ratione litis, Menoch. *conſil.* 69. *num.* 43. *& ſeqq.* Ex quibus exiſtimo pronuntiandum, malè appellatum, & benè iudicatum, ſententiámque in fauorem dict. Guaimar latam confirmandam. Tandem dict. Audiberta, vel eius propinqui, accepta aliqua pecuniarum ſumma pro intereſſe quod paſſa fuerat, renunciauit dict. appellationi, & ſententiæ acquieuit.

CONSILIVM XXXIIII.

ARGVMENTVM.

DE diſpoſitione inter liberos, ſiue in codicillis, ſiue aliter facta.

SVMMARIVM.

1 *An in codicillis inter liberos hereditas dari vel adimi directò poſſit,* & num. 8. & 10.
2 *Hoc tamen certum eſt, huiuſmodi inſtitutionem in vim fideicommiſſi puri ſuſtineri.*
3 *Idque longè certius ſi in codicillis appoſita ſit clauſula,* vt valerent iura alterius cuiuſlibet voluntatis quo melius valere poſſent.
4 *Quæ procedunt, etſi nullum teſtamentum præcedat, modò conſtet teſtatorem codicillos voluiſſe facere.*
5 *Subſtitutio directa in teſtamento facta, propter clauſulam codicillarem trahitur ad fideicommiſſariam, quod tamen cum diſtinctione intelligendum eſt.*
6 *Filius in diem vel ſub conditione grauatus reſtituere hereditatem, detrahit duas quartas, non ſi purè.*
7 *Quando inſtitutio, vel ſubſtitutio directa per clauſulam codicillarem valet in vim fideicommiſſi, purum eſt fideicommiſſum & non detrahuntur duæ quartæ.*
9 *Interpretatio* l. militis codicillus, ff. teſtam. mili.
10 *Diſpoſitio, per relationem facta, ſuſtinetur,* & num. 12.
11 *Per clauſulam codicillarem ſuſtinetur teſtamentum, in quo præteritus eſt filius iam natus.*
13 *Teſtamentum perfectum, etſi in eo liberi inſtituti ſint, per ſecundum inter liberos imperfectum, rumpitur.*
14 *Teſtamentum inter liberos imperfectum valet, etſi adſit inter eos inæqualitas.*
15 *In rei vindicatione poſt litem conteſtatam omnes fructus debentur.*
16 *Ante verò, bonæ fidei poſſeſſor induſtriales perceptos, naturales verò, ſi ſint conſumpti, ſuos facit.*
17 *In petitione verò hereditatis, bonæ fidei poſſeſſor tenetur omnes perceptos reſtituere, etiam conſumptos, quatenus tamen quoad conſumptos, factus eſt locupletior.*
18 *Fructus præſumuntur in heredis vſus conuerſi.*
19 *Bonæ fidei poſſeſſor in rei vindicatione non fit malæ fidei niſi per litis conteſtationem, at in petitione hereditatis per ſolam litem motam.*

PRoponitur, nobilem Rogerium Pandrauium teſtamentum ſolemne condidiſſe, anno 1584. & mēſe Decembri, tandem cùm morbo laboraret, ex quo & deceſſit, codicillos confecit, ſex teſtibus rogatis adhibitis, quibus reuocauit inſtitutionem in primo teſtamento factam in fauorem Nicolai filij, & ſolum inſtituit vxorem & Antonium filium, quos etiam in primo teſtamento, cum eodem Nicolao, inſtituerat, & inuicem ſubſtituerat, pluráque alia in dictis codicillis egit, inſtituendo dictum Nicolaum necnon Petrum & Suſannam titulo particulari, Hericum alium filium prætereundo, qui tamen in teſtamento, titulo particulari inſtitutus eſt. Ex eo quæritur, an reuocatio dict. inſtitutionis Nicolai, & inſtitutio de vxore & Antonio ſolùm facta teneat, tum an dict. codicilli in vim teſtamenti ſuſtineri poſſint, aut inſtitutio in vim directæ poſtremùm, an ſolemne primum teſtamentum per hoc imperfectum potuerit reuocari, in iis, in quibus à primo receſſum eſt.

Quoad primum, † omiſſis ſuperfluis diſputationibus, deciſionè procedendo Bart. exiſtimauit, inter liberos in codicillis hæreditatem & dari & adimi poſſe, *in l. militis codicillus, ff. de teſtam. milit.* de veritate cuius opinionis in ſecundo articulo videbimus. Sed quia multi in eo eum reprobant, inter quos Iaſ. *in l. hac conſultiſſima, §. ſi quis autem, Cod. de teſtam.* & alij, quos allegant & ſequuntur Fernand. Vaſq. *de ſucceſſio. creat. §.* 25. *num.* 7. & Graſſ. *in §. codicillus. num.* 13. *& ſeqq.* quia hæreditas codicillis, neque dari, neque adimi poſſit, *l.* 2. *Cod. de codicil. l. hæreditas. Cod. quib. vt indign.* † ideò in omnem euentum hoc certum eſt, huiuſmodi inſtitutionem valere in vim fideicommiſſi puri, *l. Scæuola, ad Trebell. l. cùm quis decedens, §. Seium de leg.* 3. idque etſi teſtamentum præcedat, & in codicillis verbis directis vtatur, vt in noſtro caſu, de Bart. *in l.* 1. 1. *poſit. de iure codic. & in l. hac conſultiſſima. §. ſi quis autē, c. de teſtam.* Dec. *conſil.* 361. *num.* 4. *in fin.* Bertrand. *conſil.* 201. *num.* 3. *volum.* 2. *prior.* Alexand. *conſil.* 194. *volum.* 7. vbi communem refert, & ibi Apoſtill. ſequitur Pariſ. *conſil.* 41. *num.* 52. *volum.* 2. Idem *conſil.* 91. *num.* 21. *eodem lib.* 2. idem *conſil.* 25. *num.* 5. *vol.* 3. vbi id multò magis procedere † contendit ſi appoſita ſit clauſula in codicillis, *vt valerent iure cuiuſlibet alterius voluntatis, quo melius valere poſſent,* quæ in noſtro caſu adeſt, Imol. *in l.* 1. *de iniuſt. rupt.* Alexand. *l.* 2. *num.* 5. *Cod. de codicil.* & loquuntur DD. tā in ſubſtitutione directa, quàm in ademptione ab vno imprimis inſtituto in totum alterius inſtitutione, & ab ea in iudicando non eſſe recedendum contendunt; Et nouiſſimè Fernand. Vaſq. *de ſucceſſ. creat. §.* 25. *num.* 19. idem Vaſq. *de ſucceſſ. progreſſ. lib.* 3. *§.* 30. *num.* 35. Graſſ. *§. codicillus num.* 17. † Et hæc procedunt etiamſi nullum teſtamentum præcedat, modò conſtet teſtatorem voluiſſe codicillos facere, Vaſq. *d. lib.* 3. *de ſucceſſ. progr. ff. §.* 30. *num.* 38. & Graſſ. vbi ſuprà, quæ ad magis militant in noſtro caſu, quòd non tam adempta, quàm diminuta eſt inſtitutio dict. Nicolai, qui in re particulari inſtitutus eſt, in fauorem ſcil. ſenioris dict. Nicolao; cui ſeniori Antonio ſcil. voluit conſulere teſtator. Quæ corroborantur ex eo quòd ſi ſubſtitutio directa in teſtamento facta †, trahitur ad fideicōmiſſariam, propter

hanc patriam notoria, habetur vt jus commune non ſcriptum, *§.ex non ſcripto, inſtitut. de jure natur.* & hoc
18 conſiderato † non indiget probatione aliqua, cum ſatis ſufficiens videatur eſſe quod tale jus conſuetudinarium notorium allegetur *l.emptorem, in princ. ff. de action. empt.* & per Bart. *in 4. quæſt.* & per DD. *in l. de quibus ff. de leg.* Jaſ. *in l. poſt dotem, num. 102. ff. ſolut. matrim.* & in terminis noſtris Pariſ. *conſ. 25. num. 100. lib. 1.* Ex alio etiam tollitur omnis difficultas, quia per deciſionem Rotæ Romanæ dum quæreretur, quo loco in hac patria penſiones collectandæ eſſent, inter alia concluſum fuit, Forenſes de conſuetudine ad collectas teneri, ita vt judicatum ſit hujuſmodi conſuetudinem in
19 hac patria vigere. Jam verò generaliter † iſtud reſpondendum eſt, ad munera ſecundi generis patrimonialia Forenſes teneri, collectaſque illis imponi poſſe, quod tamen ita intelligendum eſt, dummodo hujuſmodi collectæ Forenſibus aliquo modo vtiles ſint & proficuæ: Ea enim eſt indubitata Doctorum diſtinctio in materia collectarum, cùm à jure communi diſceſſum ſit, & vbique tentatum conſuetudo, de qua ſuprà, ſeruetur, vt ſiquidem collectæ Forenſium vtilitatem reſpiciant ad eas teneantur vt incolæ, quod ſi nullo modo collectæ Forenſibus proficuæ & vtiles eſſent, ad eas non tenerentur. Atque hanc diſtinctionem firmant Alberic. *d. rubr. n. 30.* Rub. *conſ. 9. num. 12.* Theſſaur *deciſ. 257. nu. 6.* poſt Bart. *in l. 4. §. actor. nu. 3.* & Roman. *ibidem nu. 32. de re judic.*

20 Ex qua diſtinctione † facillimè cognoſci poteſt Forenſes teneri ad eas collectas, quæ ſolent imponi pro ijs expenſis quæ patriæ exoluendæ ſunt, quæ vel ratione belli, vel pro negotijs vniuerſam patriam concernentibus imponuntur, necnon pro expenſis, quæ fiunt particulariter pro d. loco, ſcilicet pro refectione, vel conſtructione, viarum, pontium, murorum, Ciuitatis portarum, fontium, reparatione fluminum, porticus, putei communis, aquarum, aquæductus purgatione, cauſa peſtis vitandæ, militum ſuſceptione, pro euitatione inundationum fluminum, vel pro cauamento ſuuearum Caſtri & Ciuitatis, etiamſi non imponantur pro modo jugerum, ſed perſonis pro rebus, vt docent in terminis Alberic. *d. rub. n. 31. & 32.* Pariſ. *conſ. 25. n. 74. cum ſeqq. & 96.* Berous *conſ. 150. vol. 3.* Guid. Pap *q. 7.* & ibi Ranchin. Joan. de Plat. *in l. 2. de muneribus patrimonialib.* Et Burſat. *d. conſ. 16. num. 24.* huc referendæ ſunt etiam expenſæ, quæ fiunt per Conſules de Auenion. veniunt pro cotta, à Patria indicta, exoluenda, aut alijs debitis communitatis, dummodo ex hujuſmodi cauſis deſcendant extinguendis, aut pro collectis hujuſmodi imponendis & ſimilibus negotijs: Ea enim omnia vtilitatem etiam Forenſium reſpiciunt, juſtamque dare cauſam vt collectæ Forenſibus imponantur reſpondent DD. ſuprà allegati, maximè Pariſ. *n. 96.* Quinimò ad omnes omnino collectas teneri Forenſes, exceptis ſalarijs Medici, Chirurg. Ludimagiſtri, cuſtodum tempore peſtis, ſcilicet jam ſæuientis (nam pro euitanda Forenſes etiam tenentur) impenſis horologij, campanarum, refectionis Eccleſiæ, lampadis, & alijs, quæ ſolam incolarum vtilitatem reſpiciunt; judicatum fuit in ſenatu Pedemontano vt refert Theſſaur. *deciſ. 149. circa finem*, quòd ſcilicet ea ſint talia, quæ Forenſibus vtilia & proficua non ſint; neque enim in illis militat ratio, *l. ſecundum naturam, de reg. jur.* quæ in alijs eſt.

Concludendum igitur eſt, Forenſes ad omnes omninò collectas teneri, ex quibus aliquam, vel ipſi vel bona ſua vtilitatem percipiunt, ideoque & ad eas pecunias quæ gubernatori loci dantur; ex cuſtodia enim loci bona ipſorum conſeruantur; eadem enim militat ratio in ea, quæ in refectione, & reparatione murorum: hęc verò corroborantur ex eo quòd etiam circumſcripta conſuetudine in multis caſibus & ferè omnibus ſuperiùs enarratis DD. reſpondent, Forenſes teneri, & maximè Alberic. *d. rubr. nu. 30. & 31.* Pariſ. *d. conſil. 25. nu. 74.* Burſat. *d. conſ. 16. num. 21. cum ſeqq.* (quamuis enim pro exempto reſpondeat, id facit ex particularibus rationibus, maximè ob priuilegium, Guid. Pap. *quæſt. 7.* Andr. Gail. *obſeru. 52. lib. 2. n. 24.* Et Natta *conſil. 215.* quem omnino vide. Ex vi d. mei conſilij lis quę maxima erat futura inter incolas & Forenſes d. loci Caſtri noui tranſactione ſopita fuit.

CONSILIVM XXIX.

ARGVMENTVM.

AN, & quando locus ſit regulæ de publicandis reſignationibus.

SVMMARIVM.

1 *Ex regulis Cancellariæ ante Gregorium XIII. quis non incidebat in pœnam reg. de publicandis reſignationibus ſi fuiſſet in poſſeſſione ante mortem reſignantis, & ſi tempus ad publicandum effluxiſſet.*

2 *Secus eſt per conſtitutionem d. Gregorij.*

3 *Differentia inter conſtitutionem Pij V. de publicandis reſignat. & Greg. XIII.*

4 *Non inciditur in conſtitutionem ex ceſſione jurium non publicata, ſi is in cujus fauorem fit ſe juuet antiqua ſua prouiſione non nouam accipiat.*

5 *Cui non conueniunt verba, non conuenit etiam mens.*

6 *Et conſtitutio correctoria, aut pœnalis habet tantum locum in caſu expreſſo.*

7 *Dictio,* hujuſmodi, *refert diſpoſitionem ad præcedentia.*

8 *Protonotariorum etiam a Legatis creatorum beneficia ſunt reſeruata.*

9 *Regula de publicandis reſignantibus eſt inducta ad obuiandum fraudibus, quæ in clandeſtinis reſignationibus committuntur.*

10 *Quatuor rationes fraudis recenſentur.*

11 *Faciens contra legem, quæ habet plures intellectus, excuſatur.*

12 *Bulla ſummorum Pontificum in Prouincia non publicata, an ligent in ea.*

13 *Et quid ſi vſu non ſunt recepta.*

REuerendus Dom. Remondus Villardi, jurium Doctor & S. S. Ap. Protonotarius impetrauit ab Illmo Legato Auenion. Archidiaconatum Eccleſię Carpentoracten. vacantem per obitum Ludouici de la Salle Protonotarij Apoſtolici, petijt à capitulo ſe immitti in poſſeſſionem, & reſponderi de fructibus, quod factum non fuit, ſed datus in competitorem Dom. Bartholomęus Coſta, qui fuerat prouiſus ab Ordinario, & miſſus in poſſeſſionem realem. Idem Dom.

Villardi

Villardi miſſus eſt in poſſeſſionem per Commiſſarium
litterarum Apoſtolicarum, inhibitumque d. Coſte ne
eundem turbet in ſua poſſeſſione, lis inde oritur, tan-
demque tranſactio fit, qua d. Coſte cedit juri ſuo in
fauorem d. Domini Villardi, mediante penſione ſiue
Cappellania triginta aureorum. Confirmatur tranſa-
ctio per Illuſtr. Legatum per ſignaturam precum ei-
dem porrectarum. nulla tamen noua prouiſio accipi-
tur: tandem idem Dominus Villardi ſe rurſus preſen
tat Capitulo, narrat prouiſionem ſibi aliàs factã, tranſ-
actionemque ſecutam, ac cõfirmationem ejuſdem, pe-
tit ſe immitti in poſſeſſionem, quod fit legitimè, man-
ſitque pacificus poſſeſſor per annum, nunc vexatur eo
prætextu, quòd publicatio juxta conſtitutionem Greg.
XIII. facta non fuit. Quæritur quid juris? Et planè ſi
de regula Cancellariæ & conſtitutione Pij V. ageretur,
expedita res eſſet. Certum enim eſt tria cumulatiuè
concurrere, vt in vim earum, ob publicationem non
1 factam † quis amittat jus ſuum, inter quæ hoc vnum
eſt, vt reſignans deceſſerit in poſſeſſione exiſtẽs, quòd
ſi reſignatarius nactus fuerit poſſeſſionem realem, &
in ea fuerit ante mortem reſignantis, etſi poſt tempus
publicationi præſtitutum, nunquam in eam incidet re-
gulam vel conſtitutionem, Put. *lib. 2. deciſ.* 250. Cre-
ſcent. *tit. de renunc. deciſ.* 10. *& tit. de except. deciſ.* 3. Go-
mez. *in r. g. de publican. repugnat. in præfat.* idem *q. 6. col. 3.*
& latè *q. 15.* In noſtro verò caſu viuit cedens juri ſuo,
nec eſt in poſſeſſione, imò ille cui ceſſum eſt.

2 Sed difficultas conſiſtit propter † conſtitutionem
Greg. XIII. incipientem, *humano vix judicio*, qua in ali-
3 quibus abrogatur conſtitutio † Pij V. & aliorum, & in-
ter cætera, quod per illas ob non publicationem vaca-
bat beneficium per obitum reſignãtis *deciſ. diuerſ. part.*
1. *deciſ.* 287. nunc verò ſtatim elapſo tempore præſcri-
pto vacat, non ſpectata morte reſignantis; per illas Or-
dinarius conferebat, nũc verò ſolus Papa, ita vt in im-
petratione exprimi debeat modus vacandi ob non pu-
blicationem. per illas beneficium redibat in reſignan-
tem, ac ſi nulla reſignatio facta fuiſſet, *deciſ. diuerſ. part.*
1 *deciſ.* 403. nunc verò & reſignans & reſignatarius in-
capaces ſunt hujuſce beneficij; per illas ſufficiebat, ſi
per æquipollens publicationem fieret, nunc verò pro-
hibetur: data enim forma in indiuiduo ſeruanda eſt,
ita vt videatur d. Dominus Villardi incidiſſe in dict.
conſtitutionem, maximè cùm nominatim & diſertè
caueatur eam habere locum in litis & jurium ceſſio-
nibus, vt in principio ejuſdem, *& in verſ. cæterùm mo-
dus, & verſ. quod ſi cuiquam.*

4 Nihilominus tamen, † ſi verba, mentemque ſum-
mi Pontificis attentiùs conſideremus, contrarium om-
ninò reſpondendum erit; neque enim ſimpliciter in
litis & jurium ceſſionibus locũ habere contendit ſum-
mus Pontifex, ſed ſolùm in illis, quæ admittuntur à
ſummo Pontifice vel alio ejus mandato, & ſupra qui-
bus prouiſiones ſumuntur, vt in principio conſtitutio-
nis patet, ita vt duo cõcurrant neceſſe eſt; vnum, quòd
ceſſio admittatur à ſummo Pontifice; aliud, quòd pro-
uiſio inde ſumatur: quòd ſi forſan aliquod dubium
eſſet circa primum, certè circa ſecundum clara res eſt,
& ſumma ratione nititur, quid enim publicatione opus
eſt, ſi is in cujus fauorem ceſſum eſt liti, nullam prouí-
ſionem nouam accipiat? ſed ſua antiqua ſe juuet, quæ
nullam deſiderabat publicationẽ, vt quia per obitum
obtinuiſſet, vel ſi requireret, quia forſan per reſigna-
tionem jam interueniſſet? Cùm itaque verba eum ca-
ſum non comprehendant, dicemus eſſe extra conſti-
5 tutionem, † cui enim verba non conueniunt, neque
mentem conuenire clarum eſt, *l. furioſi, C. de nuptijs, l. ſi
quis ſeruum, § non dixit prætor, ff. de acquir. hæred.* Alexan.
conſ. 52. *lib.* 4. DD. *in c. quoniam, vt lit. non conteſt.* quod
quidem etiam data paritate rationis habet locum, Go-
meſ. *in d. reg. q.* 4. † tum quod ſimus in conſtitutione 6
juris correctoria, tum etiam quia eſt pœnalis; Bart. *in l.*
1. *§. quod autem, ff. ne quid in flum. pub. l.* 4. *§. toties, ff. de
damno inf.* Bur. *conſ.* 200. *nu.* 13. *&* 14. *lib.* 2. Quod ſi detur
diuerſitas rationis res videtur carere dubio, vt in hoc
caſu. Neque enim publicatio poteſt fieri vbi non eſt
prouiſio, nec ijs obſtant verba poſita *in verſ. cæterum, &
verſ. quod ſi cuiquam*, vbi ſimpliciter de ceſſionibus lo-
quitur, cum enim adjecerit vtrobique dictionem, † *hu- 7
juſmodi*, ſe retulit ad ceſſiones de quibus in principio
locutus fuit, & ſic ad eas tantum, ſuper quibus proui-
ſio ſumitur, ea enim eſt natura illius dictionis, vt refe-
rat diſpoſitionem ad præcedentia, *c. 1. & 2. ext. de foro
comp. in* 6. *c.* 2. *de juram. calum. & c.* 2. *vt lit. pend.* facit *l. deni-
que ff. de pignor.* Caſus verò de quo agimus is eſt, in quo
nulla prouiſio ſumpta fuit propter ceſſionem, neque
ea indiguit dominus Villardi cum optimum jus foue-
ret, & collatio ſibi facta per obitum teneret: Aduerſa-
rius verò, qui ab Ordinario impetrarat, omni jure ca-
reret, ſolumque vt à vexatione litis ſe eximeret tranſ-
egit d. Dom. Villardi, pater, quia D. de la Salle Proto-
notarius ſanctæ ſedis erat; Protonotariorum † verò e- 8
tiam à legatis de latere creatorum beneficia eſſe reſer-
uata, aliquibus repugnantibus, certiſſimum eſt, & ita
ſolet Rota tenere, Mendoa *in reg. Cancel. reg.* 1. *reſeruat.*
c. 7. Confirmantur hæc, † quia regula hæc ad obuian- 9
dum fraudibus inuecta fuit, quæ in clandeſtinis reſi-
gnationibus committuntur, *dec. Rota nouiſſ. part.* 1. *dec.*
739. *n.* 1. hoc verò caſu nulla fraus excogitari poteſt, o-
mnes enim † rationes fraudis ceſſant in hoc caſu; ſci- 10
licet prima, ne reſignantes ſe intrudant poſt reſigna-
tionem ſine titulo; hîc enim non agitur de reſignante
qui nec potuit ſi voluiſſet redire ad jus ſuum propter
d. conſtitutionem Gregorij. Secunda etiam, ne contra-
hentes cum reſignantibus, quos vident in poſſeſſio-
ne, decipiantur, ceſſat eodem modo quo prima, ſicut
& tertia, ne dicti reſignantes ſpiritualia adminiſtrent,
vel beneficia conferant. Poſtrema etiam, ne vel Ordi-
narij in collatione, vel etiam ſummus Pontifex, dum
reſeruationes concedebantur, deluderentur, palam e-
nim & publicè D. Villardi poſſidet, nec vllam deluſio-
nem, aut deceptionem imaginari poſſumus, qua de re
latè Gomeſ. *in d. reg. q.* 3. *col.* 4. Itaque eum verba, mens,
& ratio conſtitutionis ceſſent, dicendum eſt eum in d.
conſtitutionem non incidiſſe, argumento eorum, quæ
dicuntur *in deciſ.* 189. 2. *part. diuerſ.* tenor enim Bullæ at-
tendendus eſt, ab eoque non recedendum, *deciſ. diuerſ.
part.* 2. *deciſ.* 286.

Prætereà, cùm omnia publicè & palam facta ſint,
ſciente & vidente Ordinario, & qui, quod magis eſt,
tranſactionem procurauit, caſu quo aliquod dubium
eſſet, quod tamen non puto, veniret excuſandus per ea
quę notãtur *in l. cum prolatis ff. de ſentent. & re jud.* ſicut
faciens contra † legẽ quæ habet plures intellectus non 11
peccat, Gomeſ. *in c.* 1. *n.* 231. *de conſtit. lib.* 6. ſicut etiam de
errore juris dubij tradunt DD. *in c. de quarta, & c. ſi di-
ligenti de præſcrip. & in c.* 1. *de re jud.* & in terminis publi-
cationis docet idem Gomeſ. *in d. reg. q.* 3. *circa fi.* maximè
cõcurrẽte poſſeſſione pacifica vnius anni, Go. *d. reg. q.* 11.

Poſtremò, non eſt omittendũ quòd quamuis diſpu-
tatio ſit, † An Bullæ ſummorũ Põtificum ligent, etiãſi 12
in Prouincia nõ ſint publicatæ, modo Romæ fuerint,
alijs affirmãtibus vt Nauar. *conſ.* 1. *n.* 19. *de conſt.* alijs ne-
gantibus vt Put. *dec.* 1. latè Bur. multos referente, & de
cõmuni atteſtante, *conſ.* 200. *n.* 102. *cum ſeq. lib.* 2. Theſſ. *de-
ciſ.* 154. *num.* 4. *in fin.* maximè ſi conſtitutio pœnalis ſit, vt
hæc eſt de qua agimus, tamen † hoc dubiũ nullũ habet 13

Digitized by Google

quod ſi vſu recepts non ſit, eam non ligare, Panorm. *in c.1.*& ibi Felin.*num.7.& 13.de treuga & pace*, Nauar. *conſ.1.num.23.& ſeqq.de conſtitut.* At verò bæc de qua agimus nec publicata eſt Auenioni, aut vllo loco Comitarus,& quosd tranſactiones & eeſſiones, quæ per illas fiunt, nunquam fuit vſu recepta; probsbiturenim ex atteſtationibus legitimè factis, nullas tranſactionea & eeſſiones per eas in hsc patria fsctas, fuiſſe publicatas: & tamen pleræque initæ fuerunt, & poſſeſſores beneficiorum pacifici exiſtunt. Ita vt concludendum ſit, publicationem dictæ tranſactionia omiſſam, nihil nocere d.Domino Villsrdi, & sb omni certè æquitate alienum eſſet, vt cui beneficium legitimè competebat per obitum imperrsium, id amitteret ob tranſactionem tollendi impedimenti cauſa initam, non publicatam.

CONSILIVM XXX.

ARGVMENTVM.

AN & quando fructus legati in diem filio facti, debeantur à die mortis.

SVMMARIVM.

1 *Fructus legati in diem ad heredes pertinent;*
2 *Sicut & fideicommiſſo vniuerſalis.*
3 *Legata pecunia, etſi purè vſura vel intereſſe, non niſi à die petitionis debentur, &* nu.10. *quod ſecus eſt in alijs rebus purè legatis, &* nu.8.
4 *Quando dies incertus apponitur præſtationi non ſubſtantia legati, non facit legatum conditionale.*
5 *Quod procedit quoad effectum tranſmiſſionis, non quoad fructuum perceptionem, &* nu.9.
6 *Legitima non recipit grauamen.*
7 *De legato in diem, legatarius diſponere poteſt, diſpoſitione poſt diem effectum habitura.*
11 *Fructus res legata, etiam ante moram percepti ab heredo, ſunt legatario reſtituendi, ſi res ſit teſtatoris & nulla bona fides heredem excuſet.*
12 *Non eſt ſemper verum fructus ad dominum rei pertinere.*
13 *Ratione minoris ætatis, mora committitur abſque interpellatione.*
14 *Tutor tenetur conuertere pecunias pupilli in ejus vtilitatem.*
15 *Legatum imputatur in legitimam.*
16 *Legitimæ fructus debentur à die mortis.*
17 *Legati in diem certum fructus ſpectãt ad legatarium, ſi dies gratia ipſius appoſitus ſit.*
18 *Sed quando gratia legatarij cenſeatur adjectus, ex conjecturis concurrentibus judicandum eſt, & non ex ſola adjectione temporis 25. annorum, quo legatum præſtandum ſit.*
19 *Prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis.*
20 *Verba legatorum ita ſunt interpretanda, ne ſint inutilia.*
21 *Vna præſumptio tollit aliam.*
22 *In dubio dies in gratiam heredis cenſetur appoſitus.*

IN teſtamento quoudam egregij domini Guilbelmi de Tritis, jurium Doctoris Carpent. quo egregius dominus Helenus, ejus filius primogenitus, hæres vniuerſalis fuit inſtitutus, alteri filio Carolo, titulo inſtitutionis particularis, domus & pecuniarum ſummæ ſub his, vel ſimilibus verbis relinquuntur, *legauit titulo inſtitutionis domum &c. item aliam domum* &c. & vlterius ac vltra prædictas duas domos dictus dominus teſtator jure prædictæ inſtitutionis, & hæreditariæ portionis legauit, & reliquit eidem Carolo, ejus prædicto filio, ſummam duorum mille & ducentorum ſcutorum auri ſolis, ſeu valorem eorundem quam quidem ſummam voluit & ordinauit dictus teſtator exſolui, dictasque domos tradi, & expediri eidem Carolo ejus filio per hæredem vniuerſalem ipſius teſtatoris, inferiùs nominatum, dum & quando ac cùm primùm dictus Carolus attigerit & compleuerit vigeſimum quintum ſuæ ætatis annum, in qua ætate habesrt idem Carolus judicium ſe & prædictam ſummsm aliaque bona, ſuperiùs ſibi legsts, vtiliter regendi, & adminiſtrandi; ita tamen quod liceat dicto hæredi infraſcripto, & nominato exſoluere prædictam ſummam 2200. ſcutorum auri ſolis termino prædicto, vel in pecunia aut penſionibus, & capitalibus precij illsrum impoſitis legitimè ſuper communitatibus hujus Patriæ Comitatus Venaiſſini, æſtimando & computando dictas penſiones ad eundem valorem ad quem aſcenderent precia eorundem penſionum conuenta in emptionibus illarum, ad electionem dicti hæredis inferiùs nominati, cui hæredi etiam ſit licitum ſoluere prædictam ſummsm 2200 ſcutorum, ſuperius dicto Carolo legatorum, partim in pecunia, & pro reliqua parte in penſionibus prædictis modo quo ſuprà æſtimsndis & computandis, & interim aut donec hæres jam dictas exſoluerit eidem Carolo ſummam prædictorum 2200. ſcutorum, & euenerit dies ſolutionis prædictæ, teneatur & debeat dictus hæres eidem Carolo de victu, veſtitu, & alimentis ei neceſſarijs ad ejus victum in domo ipſius hæredis prouidere, & caſu quo dictus Carolus nollet, aut non poſſet habitare cum ipſo hærede, teneatur & debeat d. hæres ſoluere & præſtare dicto Carolo, annis ſingulis, & donec peruenerit ad ætatem prædictam, vigintiquinque annorum, ſummam ſeu penſionem annuam 60. ſcutorum auri ſolis, ſc. in principio cujuſlibet snni dimidiam partem dictæ penſionis, & aliam medietatem in medio cujuſlibet anni, & ne d. Carolus facilitate ſuæ ætatis & per imprudentiam poſſit diminuere ſeu alienare res & bona ſibi ſuperiùs legats, voluit & ordinauit d.dominus de Tritis, teſtator, ipſum Carolum eſſe priuatum sdminiſtratione dictorum bonorum & pecuniæ ſibi legatorum, donec fuerit effectus legitimæ ætatis, ſeu peruenerit ad dictam ætstem 25.annorum, & quatenus d. teſtator facere potuit & poteſt, prohibuit idem teſtator, & prohibet dicto Carolo vendere aut obligere, vel aliàs diminuere ex vlla diſpoſitione inter viuos per eum faciends, ſine aſſenſu aut conſilio curatoris, aut curatorum ſibi prouidendorum, per ipſum teſtatorem, & inferius nominandorum; ita tamen ac es lege quod caſu quo dictus Carolus dictum legatum ſub eiſdem ſupradictis & ſpecificatis conditionibus acceptare, & conſentire noluerit & eo caſu adueniente, eundem Carolum inſtituit in jure ſuo legitimæ ſolùm & duntaxat abſque eo quòd nihil aliud petere poſſit.

Prouidet poſtea de tutore eidem Carolo & curatore eidem Heleno.

Ex his

Ex his reſultat quæſtio, an fructus dicti legati, durante minori ætate dicti Caroli, & ſic vſque ad 25. ætatis ſuæ annum, ad eum, an ad hæredem ſpectent. Et planè analyticè procedendo concludendum eſt, eos nullo modo ad dictum Carolum ſpectare poſſe, nec illorum vllam petitionem habere: hoc enim legatum quomodocumque accipiatur in diem tamen eſt, neq; enim ante 25. an. tenetur hæres id præſtare: Certiſſimi

3 † autem iuris eſt, fructus legati in diem ad hæredem pertinere, *l. omnia, de leg. 1. & l. ſi mulier de leg. 3. l. ſi quis bonorum, de leg. 1.* Copus *de fruct. tit. 3. c. 5.*

Et ad rem maximè facit *l. ſitum, de opt. leg.* quę videtur in propriis terminis loqui, nec dicas eã de cõditionali legato loqui, nã cũ de fructibus agitur; An ij à legatario peti poſſint, eadem eſt ratio, idemq; ius ſtatuitur de legato in diem quod de legato cõditionali, *d. l.*

2 *ſi mulier de leg. 1.* † idque non ſolùm in de legato, ſed ſi de fideicommiſſo vniuerſali agatur *l. Paulus ff. de v. ar. l. deducta, § qui pod. ad Treb.* Copus vbi ſup. *tit. 2.* Ad quid enim dies apponeretur ſi interim fructu. hæres ſolu caretur? Atque hoc quidem vt verum eſt, cum agimus de rebus quæ fructus vel naturales, artificiales, vel ciuiles, quales domus ſunt, præſtare poſſunt, ita de quantitate agitur, nec quæri qu. demid debere, nam quamuis alioquin legati puri fructus ex mora ſolum non ſenentia, ſi res ſit teſtatoris, & nulla bona fides excuſet hæredem, debeantur legatario à die aditæ hæreditatis, legatæ tamen quantitatis vſuræ olim, † interest hodie,

3 non niſi à die petitionis debentur, *l. ſecùum in 10. ff. pro Socio, l. cum res, in princ. de leg. 1. cum vtrobique not.* Alex. *conſ. 191. nu. 4. lib 2.*

Ratio diſcriminis aperta, quòd cùm legati puri dominium ſtatim tranſeat in legatarium, *l. à Titio, de furt.* non mirum ſi & quoque fructus debeantur; ideoque ſecus ſtatuunt in fideicommiſſo vniuerſali vt fructus non niſi à die petitionis debeantur. Copus *d. tit. 3. c. 2. 3. & 5.*

At quantitatis, quæ genus eſt, quomodo dominium tranſibit, niſi ſoluta pecunia, ita vt nullo modo debuerit moueri quæſtio, ſaltem quoad ſummam duorum mille ducentorum aureorum. Quæ vt vera ſunt generaliter, certè veriſſima erunt in caſu noſtro, ob circunſtantias ex dictis verbis reſultantes, quibus de mente teſtatoris clariſſimè conſtat, voluiſſe ſcil. hæredi conſulere quoad fructus, etiã quoad reliqua conſuluerit legatario, vt latiùs in diſſolutione eorum, quæ in contrarium ponuntur, clarius patebit, quæ enim ſuperius propoſuimus ad ſenſum patent, ſolum ſatisfaciendum eſt iis, quæ doctè & eruditè in contrarium ſcripta ſunt.

4 At quod primò dicitur, diem præſtationi non ſubſtãtiæ legati appoſitam eſſe, quo caſu in certum diem, qui alioquin pro conditione habetur, *l. dies incertus, ff de cond. & demonſt.* non facit cõ Iunuinale legatum, *l. ex his verbis, C. quan. lo dies leg. vel fideic. cedat* DD. & maximè Iaſ *in l. ſi cui l. gatur, ff. d. leg. 1.* & Dilect. *tit. de leg. caut.*

5 54. Verum enim id eſt † quoad tranſmiſſionem & dies incertus, qui alioquin eam impediret, ipſo caſu non impedit; ſed non ſequitur, purum eſſe legatum, manet enim ſemper in diem, quaſi eſſet in diẽ certũ, alioquin dies inutiliter præſtituta fuiſſet, ſi ſaltem quoad fructus nihil operaretur, quod dicendum non eſt, *l. ſi quando, de leg. 3.* & certè *l. ex his verbis*, & DD omnes de tranſmiſſione ſola loquuntur, de fructibus verò ne verbum quidẽ, quinimò ita nominatim de ſorte tantũ loquuntur, vt ſatis clarè fructus excludat. & cũ tranſmitti quidẽ, ſed die eueniente tantum peti poſſit, dicuot, clarius fructus ſemouent. Velle autem à tranſmiſſione ad fructus argumẽtari, nõ eſt licitũ, datur enim inſtãtia certa, cùm legata in diem certũ tranſmittantur, *l. vn. § cum igitur, C. de cad. toll.* & tamen fructus ante diem non debeantur, *d. l. ſi mulier, & alias* Interest igitur admodum, an dies incertus ſubſtantiæ legati, vel præſtationi apponatur, cum primo caſu, ante diem legatũ non tranſmittatur: ſecũdo verò ſecus, ſed neutro fructus legatario debẽtur perinde ac cũ de legato in diẽ certũ agitur.

Quod ſubijcitur, † legatũ in locũ legitimæ ſubſtitutũ 6 fuiſſe, quę nullã dilationem patitur, *l. quoniam in prioribus*, vbi DD. præſertim Roder. Suarez *C. de inoff. t. ſtam.* non concludit; nam diſertè teſtator legatum à legitima ſejunxit, cùm, ſi nollet Carolus hujuſmodi legatũ cum ſuis qualitatibus, legitimã relinquat. Legatũ hoc in cõpenſationem relictum eſt, eo igitur iure vt jacet contentus eſſe debet, aut id repudiare, & legitimã cum fructibus petere, legatũ enim hoc prætendi nus excedere legitimam; vno verbo, petat ſuſſidio legitimam: ó negamus fructus; ſed ſi amplius legatum quàm iure legitima habere voluerit, nõ debet vti iure legitimæ, Soc. iuo. *conſ. 122. num. 24. vſque ad fin. lib. 1.*

Ex eo quod negamus † hoc legatũ eſſe purum, ſed 7 manere in diem, quamuis non ſit conditionale quoad tranſmiſſionẽ, corruunt ferè omnia quę ſubjiciuntur vſque ad poſtremã rationem: Nam verum quidẽ eſt, dominiũ tranſire quoad tranſmiſſionẽ, & vt de legato, ceſſante prohibitione illi facta, diſponere poſſit, effectum diſpoſitionis habitura poſt diem, Bald. *in l. Proculus, de v. ſi fr. leg.* Dilect. *eod. tit. de leg. caut. 45.* Non tamẽ ſequitur cũ fructus poſſe habere; patet, quia in legato in diẽ certum dominiũ ad prædictos effectus transfertur, *d. l. vnic. § cum igitur*, & tamen legatario fructus ante diem percepti non debentur, *d. l. ſi mulier.* Fatemur fructus † 8 legati puri deberi à die aditæ hæreditatis, etiã nulla petitione interueniente, ſi res ſit teſtatoris, & nulla bona fides hęredem excuſet, *l. Heredem, de vſur.* Bart. *in l. an fideicommiſſaria, ad Treb.* Corn *conſ. 100. n. 7. lib. 4.* & Marian. *Iun. conſ. 122. n. 1. & ſeqq. lib. 2.* Secùs ſi eſſet res aliena, aut aliqua bona fides hæredem excuſaret, quo caſu opus eſſet petitione, *l. ſi cum gloſ. C. de vſur. & fruct. legato, glo. in d. l. Heredem, &* Soc. *vbi ſ.* Copus *d. tit. 3. c. 4. n. 6. cum ſeqq.* Sed hoc in legato puro procedit, vt patet ex dd. textibus, ſecùs verò in legato in diẽ etiam certum, *d. l. ſi mulier.* Noſtrum verò purum eſſe præciſè negamus, nec tale nominari vſquam videbitur, ſed ſolùm aſſeritur in diem incertum appoſitum præſtationi, non operari conditionem vt impediat tranſmiſſionem, in cæteris autem manet in ſua natura.

A die verò obitus, † fructus deberi cõmunius reprobatũ eſt, *l. quod ſeruus, de leg. 2.* nec legatarius reſtituere tenetur, vt docet Copus contra Acc. *d. tit. 3. c. 5.* adeò vt ſi legatarius aliquo caſu poſſeſſionem rei legatæ ante aditam hæreditatem nactus fuiſſet, fructus hę eſſet reſtituere deberet, *l. nihil § fructus de leg. 1.* Sed excuſari poteſt hoc caſu, cùm agamus de ſuo hæiede, per *l. 1. § qui ſunt, ſi quis omiſſ. cau. teſta. l. in ſuis, de ſuis & legit. hæredib.* Semper igitur dicendum eſt hoc, vt fructus legatario debeantur, in legato tantum puro procedere. 9

Quòd ſi fructus † non debeantur, multò minùs intereſſe lucri ceſſantis; nã nec in legato mere puro à die aditæ hæreditatis intereſſe quantitatis legatæ debetur, ſed ſolùm à die petitionis, & in terminis loquitur Simõ de Prat. allegatus, *de interp. vlt. vol. lib. 5. interp. 2. dub. 5. n. 245. p. 72.* Et in hoc eſt diſcrimen inter rẽ, quæ fructus ex ſe ſaltem ciuiles parere poteſt, & quantitatem. 10

Ac proinde quod ſubjicitur, etiã ceſſante mora, fructus rei legatæ ab hærede perceptos eſſe reſtituendos, Bald. & DD. *in l. apud Iulianum, §. 1. vb* Caſtr. *n. 3. de leg. 2.* & Rip. *in d. l. an fideicommiſſariam nu. 46.* Couar. *lib. 1. var. reſol. cap. 9. n. 5.* non obſtat. Nam præterquam quòd

verius eſt id tantum habere locũ in re propria teſtato-
ris, nulla bona fide exiſtente, vt ſuprà demonſtratum
eſt; ſemper dicimus procedere in legato merè puro,
quale non eſt noſtrum. Interim tamen ſubjiciendum
eſt, fructus penſionum, hoc eſt penſiones ſortis ab hæ-
rede perceptos, non eſſe in conſideratione, etſi id
prætendatur in d. ratione: Quantitas enim ſola lega-
tur, ſed ſolutio permittitur hæredi, vel in quantitate,
vel in penſionibus alternatiuè, quæ ſemper in fauo-
rem debitoris concipitur, *l. plerumque, §. fin. ff. de jur.
dot. c. in alternatiuis de regul. jur. in 6.* Sed & teſtator ex-
preſſè in fauorem ejus ita ſcribit, ita vt penſiones non
cenſeantur legatæ, ſed & quamuis eæ, & non quanti-
tas legata fuiſſet, ſemper diceremus, eas non deberi,
quia non eſt legatum merè purum.

Non eſt autem ſimpliciter & perpetuò verum,
12 eum † qui dominus eſt, fructus & acceſſiones habe-
re debere, et ſi ſæpenumero verum ſit, *l. fructus, l. in fun-
do, l. ex diuerſo, l. ſolum ff. de rei vindicat.* Cephal. *conſ.* 215.
num. 49. Nam legatarius in diem certum, dominus eſt
quoad tranſmiſſionem, & diſpoſitionem, *d. l. vnic. §.
cum igitur,* & tamen fructus non percipit, *d. l. ſi mulier,*
ſicut eſt in noſtro caſu, quo incertitudo diei tollitur,
ſed non dies; neque enim ante diem peti poteſt, vſu-
fructuarius fructus percipit, & dominus non eſt, &
dominus fructu priuatur manente vſufructu; multi
etiam alij caſus poſſent referri, quibus, qui dominus
non eſt, percipit fructus, & qui dum eſt non percipit.
13 Moram autem hîc nullam † ob minorem ætatem
fingere poſſumus, etſi alioquin ætas priuilegium hu-
juſmodi habeat, *l. Titia Seio, §. vſuras, de leg. 2. l. mino-
rum, C. ex quibus cauſ. in integ. reſtit. non eſt neceſſ.* Si enim,
vt jam docuimus, ante diem venientem non tenetur
ſoluere d. dominus Helenus, nullam moram regularem
aut irregularem ante eum diem imaginari poſſumus,
ideoque nec quæ de tutore dicuntur ex *l. 3. verſ. etſi pe-
cunia, l. ita autẽ, l. tutor qui repertorium, §. ſi poſt, ff. de ad-
miniſt. tut.* Plot. *de in litem jurand. §. 5. nu. 17. verſ. debito-
rum nomina.* Caualcan. *tract. de tutor. & curat. n.* 115. huc
14 conuenire poſſunt, † tenetur etiam tutor res vel pecu-
nias pupilli in ejus vtilitatem conuertere, nec vtilita-
tem ex ijs prouenientem ſibi adſcribere poteſt; quod
ſecus eſt in noſtro caſu, quia fructus ante diem ad hæ-
redem pertinent. Negatur autem hæredem eſſe in lo-
co tutoris d. Carolo conſtituti, ſubſtitutum, quomodo
enim ſubſtitutus eſſet, cum etiam eidem hæredi cura-
tor quidam datus ſit; ſed tantum abeſt vt ea ratio de
tutore nobis obſit, quin ex ea validiſſimum ſumus po-
ſtea ducturi argumentum, præterea ex alio etiam id
corruit, quia vt jam docuimus nõ eſt legatum purum.
15 Quod ſexto loco † aſſeritur, legatum hoc imputan-
dum eſſe in legitimam, *l. etiam, §. ſi debita, ff. de bõ. libert.
l. fine §. excluditur, ff. de jur. patron.* Bertran. *conſ.* 9. *n.* 8. *cõſ.*
184. *in fin. lib.* 2. poſt Fabian. *in auth. nouiſſ. q.* 9. *principali,*
16 *verſ.* 8. *quæritur, C. de inoff. teſt.* Menoc. *conſ.* 206. *n.* 86. † At
fructus legitimæ à die mortis debentur, DD. *in d. l. in
fideicommiſſ. eriam, ad Trebell. & in Auth. nouiſſima, C. de
inoff. teſt.* Boer. *deciſ.* 3. *in fi.* Et enim jã ſatis ſuprà factum
eſt; aut enim vult habere legatum, vt legatum, & id de-
bet conſequi, vt jacet cum ſuis qualitatibus, vt teſtator
ordinauit, & vt legitimam, & tũc fructus habebit à die
mortis. Quod enim dicitur legatum imputari in legi-
timam, hoc eſt, non poſſe quem petere legatum & legi-
timam, ſed ſolùm id quod eſt de legitima in legato: ſed
ſi legatum majus ſit legitima, & ita conceptum vt niſi
cum ſuis qualitatibus acceptetur, adimatur, & ſolum
legitima relinquatur, vt hoc caſu, nõ aſſumit naturam
legitimæ, neq; fructus petet, ſi teſtator voluerit ad hæ-
redem pertinere, idcirco que vel legatum, vel legitima con-
tentus eſſe debet, abſque eo quod legatum debeat fieri
amplius ex natura legitimæ, Soc. *d. conſ.* 122. *n.* 24. Ita vt
ex his verum eſſe conſtet, quod ſuprà monuimus, nẽpè
ex eo quòd contendimus, hoc legatũ nõ eſſe merè pu-
rum, ſed in diem, corruere omnes rationes, quę propo-
nũtur, excepta poſtrema, de ea igitur nunc agendũ eſt.

Ea in ſumma vult, quòd quamuis hoc legatum eſſet
in diem eumq; certum (incertitudo enim jam ſublata
eſt quoad effectus trãſmiſſionis) etſi generaliter verum
ſit, fructus legati in diem † certum pertinere ad hære- 17
dem; tamen vbi dies apponitur gratia legatarij, & non
hæredis, ij ad legatarium ſpectant, *l. in fideicommiſſi, §.
cum Polidius,* vbi Bart. *in §. nonnunquam, in fin. ff. de vſu-
ris l. ſi ita relictum, §. Pegaſus,* & ibi Bal. Imol. & alij *ff. de
leg.* 2. Idem Bald. *in l.* 1. *nu.* 5. *C. de vſur. & fruct. legat.* Ca-
ſtrenſ. *in l. apud Julianum, §.* 1. *n.* 3. & Alex. *in l. cum filio, n.*
20. vbi ampliat, *ff. de leg.* 1. & Rip. *l. in fideicommiſſariam,
nu.* 7. *ff. ad Trebell.* hoc verò legatum in fauorem lega-
tarij, non hæredis, factum eſſe patet, ex eo quòd tem-
pus 25. annorum apponit, quo ſe regere poterit, vt no-
minatim docet Imol. *in d. §. Pegaſus,* tum etiam ex eo
quòd poſteà teſtator prohibet alienationem d. legata-
rio vſque ad eam ætatem. Sed ſi mẽtem teſtatoris, ver-
baque ad amuſſim conſideremus, apparebit clarè, eos
fructus ad legatariũ non ſpectare, multa enim hîc con-
currunt, quorum ſingula ſufficerent ad elidendã præ-
ſumptionem ex mentione ætatis 25. ann. reſultantem.

Primò, quia † non ſumus in terminis neque *§. cum* 18
Polidius, neque *§. Pegaſus;* Primi quidem, quia nomi-
natim dictum fuerat vt reſtitueret quicquid ad eum
perueniſſet, & talia aderant verba ex quibus collige-
batur, teſtatorem de fructibus quoque ſenſiſſe, vt & *in
l.* 2. *§. nonnunquam, de vſur. l. cum quis, §. mulier de dote
præleg.* nam alioquin ea verba ſola non ſufficerent, *l.
quod his verbis, de leg.* 3. *l. ſcribit ad Trebell. l. hæredes mei,
l. deducta, §. quod ex hæreditate, ff. eod. in §. verò Pegaſus,*
mentio ætatis facta eſt, nec interim prouiſum filio de
alimentis.

At verò noſtro caſu teſtator de ijs prouidit, prouiſio
verò hominis facit ceſſare prouiſionem legis, *l. fin. C. de* 19
pact. conuent. l. maritus, ff. de procurat. Nec dicẽdum, hoc
intelligi in caſu prouiſo, vt quia teſtator prouidit de a-
limentis, ea per legem peti non poſſunt; nam ſi benè
id probaretur, id ipſum habet locum in caſu noſtro;
nam ratio, per quam legatario debentur fructus, ſi in
fauorem ejus dies apponatur, eſt, vt interim illis alatur,
ne ſcil. quod in commodum ejus factum eſt, ei damno
ſit, *l. quod fauore, ff. de legib.* At quando teſtator expreſſè
prouidit, ceſſat hujuſmodi prouiſio legis, de qua in *l.
qui filiam, ff. vbi pupill. educ.*

Secũdò, † quia verba legatorũ ita ſunt interpretãda, 20
ne inutilia ſint, *l. ſi quando, de leg.* 1. *c. ſi Papa de priuil. in
6.* At hoc legatũ alimentorum in domo hæredis, vel ſe-
xaginta aureorũ extra eam, inutile eſſet, niſi fructus per-
tinerent ad hæredem: patet, quia ſi fructus eſſent lega-
tarij, ex ijs ſatis ſibi alimenta adminiſtrari curaret, fru-
ctus enim majores ſunt quàm d. legatum alimẽtorum,
quinimò ex eo quòd interim dum cõpleret 25. annum,
ea alimẽta legauerit, ſatis clarè cęteros fructus excluſit,
incluſio enim vnius, eſt excluſio alterius, *l. cũ prætor, ff.
de judic.* nec dicendũ, non eſſe inutile legatũ, quia tan-
tum taxantur alimẽta; nã alimenta potiſſimũ relinquũ-
tur domi hæredis præſtanda, quę non ſunt taxata, quæ
abſq; dubio ſunt in cõpenſationem fructuum, & ne ij
peti poſſint à legatario. Quæ verò taxata ſunt, caſu quo
legatarius non vellet, vel poſſet morari cum hærede,
ea non impediunt quin inutile ſit legatum, ſi fructus
deberentur cùm hæres legatarij tutor, vel curator non
ſit, ex quo reſultat alia conjectura, nempè &

Tertiò,

Tertiò, quia ſi teſtator voluiſſet fructus legatario præſtari, non erat opus aliqua alimenta relinquere ab hærede præſtanda: nam ſat erat, legatom relinquere in diem, & diem apponere fauore legatarij, tutor enim eos percipiſſet & percepiſſet, & ea ijs eum aluiſſet; aut ſi teſtator aliqua taxare voluiſſet alimenta, ne omnes fructus expenderentur, tutorem allnqui debebat, non hæredem, qui ſeipſum regere non poterat, & cui dederat curatorem, erat enim iotra vigintiquinque annos coostitutus. Et cùm neutrum factum fuerit, ſatis demonſtratur; nullam aliam fuiſſe mentem teſtatoris, quàm vt legatarius, pendente minori ætate, alimenta haberet, ea quo etiam reſultat alia conjectura, oempè &

Quartò, dilatam fuiſſe ſolutionem in fauorem potiùs hęredis quàm legatarij, vt interim fructus hæres lucraretur; ſed tamen legatarius interim alimenta haberet, quòd igitur legatario alimenta relinquuntur, quod etiam non vult legatario præſtari, niſi io ea ætate qua ſe regere poterit, hoc quidem reſpicit fauorem ipſius: Sed quòd alimenta tantum reliquerit, quæ non reſpondent fructibus, minoráque ſunt; quodque diſtulerit ſolutiooem vſque ad vigintiquinque annos, vt ioterim fructus hæres lucraretur in compenſatiooem legati, quod majus eſt quàm ſit legitima, hoc fauorem hæredis reſpicit, ita vt ſi de fructibus agatur, ſemper reſpiciatur fauor hæredis, quæ omnia ceſſant *in d. §. Pegaſus.*

Quintò, verba in fine poſita rem clariſſimam reddunt, nam diſertè ait, *quòd caſu quo d. Carolus d. legatum ſub eiſdem & ſupra dictis & ſpecificatis conditionibus acceptare, & eo contentari noluerit, & eo caſu adueniente, eundem Carolum inſtituit in jure ſuo legitima ſolùm, & duntaxat abſque eo quod nihil aliud petere poßit.* Quas enim conditiones & qualitates alias poſſumus imaginari, quàm vt interim fructus hæres lucretur: ſi enim fructus ad legatarium ſpectarent, cur dubitaret teſtator, ne nollet acceptare, cum legatum majus ſit legitima. & cur prouidiſſet teſtator in caſu non acceptationis. Voluit teſtator in aliqoo legatarium grauare, & voluit in aliquo diſcedere à oatura legitimæ, & proptereà majus legatum reliquit: voluit, inquam, diſcedere à natura legitimæ, nimirum in fructuum perceptione, in oullo enim alio ipſum grauauit: ergo, cùm legitimam reliquerit, ſi noluerit acceptare legatum, eo modo, quo fecit, vtendo dictiooibus taxatiuis, *ſolum,* & *duntaxat,* & prætereà jubendo ne quicquam aliud petere poſſit, certè nihil aliud prætendere poteſt quàm alimenta, &, adueniente tempore, domos & ſummam legatam: quio verò quia jam contrauenit non acceptando legatum cum ſuis qualitatibus vt jacet, fructus petendo, eo jam priuatus eſt, & ſolùm legitimam prætendere poteſt, maximè cùm teſtator vtatur his verbis, *eo caſu adueniente,* qui caſus aduenit.

Sextò & vltimò, *in §. Pegaſus,* vnica adeſt præſumptio in fauorem legatarij. nempè diei pubertatis appoſitio, in noſtro caſu plures alię pręſumptiones contrariæ adſunt: ſed † ſi vnica adeſſet præſumptio, vna 21
tolleret aliam, *l. diuus, ff. de in integ. reſtit. l. non ſolum, de ritu nupt. l. quia autem, §. non ſimpliciter, ff. ſi quis omnis. cauſa teſt.* multò magis plures vnicam tollent, Bart. *in l. non ignorat. nu. 5. C. qui accuſ. non poſſ.* latiſſimè Menoc. *de præſumpt. lib. 1. c. 30. nu. 4. cum ſeqq.* Sed & ſi eſſemus † 22
io dubio, id eſt, cujus gratia dies cenſeatur appoſitus, regula eſt io dubio, fauore hęredis cenſeri appoſitum, gloſ. *in l. eum qui de ann. leg.* non puto quemquam vim facturum, cùm prohibet adminiſtrationem, ſatis enim ex lectura apparet, id referri ad alienationem vel diſpoſitiooem ſummæ principalis: Ex quibus omoibus puto fructus legati Carolum petere non poſſe, alimentiſque contentum eſſe debere; &, ſi ſummo jure ſecum agatur, legato ea cidiſſe, & ſolùm ibi reſtare legitimam.

CONSILIVM XXXI.

ARGVMENTVM.

De eadem re.

SVMMARIVM.

1 *Dominium rei legata in diem certum, non tranſit in legatarium, niſi die eueniente, quod quomodo intelligatur* nu. 4.

2 *Quomodo intelligatur quod dicitur,* qoòd quando dies præſtationi apponitur, legatom eſt purum.

3 *Etſi dies incertus præſtationi ſit appoſitus, ſi tamen adjiciatur dictio,* cumprimum, *manet conditionale legatum.*

4 *Non cenſetur dies 25 annorum appoſitus in fauorem legatarij, etſi ſit pupillus, ſi illi de alimentis prouiſum ſit.*

6 *Nec ex datione tutoris.*

7 *Explicatio* l. cum pater, §. curatoris, ff. de leg. 2.

8 *Quod legatarius ſit filius, non facit vt dies 25. annorum cenſeatur appoſitus in fauorem illius.*

9 *Interpretatio* l. Seius Saturninus, ff. ad S.C. Trebel.

10 *Interpretatio* l. 4. ff. de alim. legat.

QUæ jam ſatis fusè in fauorem egregij domini Heleni de Tritis, contra ejus fratrem, ſuper fructibus per d. Carolum petitis, reſpoodi, nullo modo eneruantur per ea, quæ doctiſſimè per dominum coarbitrum mihi voce dicta fuernot, Reducitur tota diſputatio ad duo capita: Vnum, an legatum d. Carolo factum, purum fuerit: Alterum, an ſimus in terminis *§. Pegaſus l. ſi ita relictum de legat. 2.*

Quoad primum, contendit purum eſſe, quod ita oominetur à Cio. Alberic. & Salicet. *in l. ex his verbis, Cod. quando dies legat. vel fideic. ced.* Ruio. *conſ. 65. lib. 2.* Non mirum ſi fructus debeantur, maximè, quia † quá- 1
uis dominium legati in diem certum oon tranſeat niſi eueoieote die, Ant. Gomeſ. *variar. reſol. lib. 2. tit. de leg. num. 57 in fin.* tameo hoc ooſtro caſu, cùm dies præſtationi apponitur, domioium tranſibit à morte teſtatoris. Sed horum eſt facilis diſſolutio, vno enim verbo diceodum eſt; purè dici factum, quatenus opponitur cooditiooali, vt ſcilicet contra naturam conditionalis tranſmittatur; & in his terminis loquuntur DD. ſi benè ponderentur. Sed quòd dicatur purum, qoateous oppooitur legato in diem, & ſic oon ſolùm tranſmittatur, ſed etiam fructus debeantur à die mortis, cótra naturam legati io diem, præcisè negamus; quioimò terminis terminantibus illi iidē Cio. & Alberic. eū fusè materiam explicant *in d. l. ex his verbis,* id legatum in

diem appellant, aiunt enim, quòd ſi dies incertus ap-
poſitus ſubſtantiæ legati, conditio eſt, ſin autem præ-
2 ſtationi dies eſt, † hoc eſt, non iam habet naturam con-
ditionalis legati, etſi fuerit dies incertus, habet tamen
naturam legati in diem certum, ſcilicet vt tranſmitti
poſſit, non tamẽ fructus petere poſſit, idẽ Alberic. *in l.*
Seius Saturninus, num. 3. ad Trebell. Atque illud eſt quod
Salicetus ſentit, cùm ſtatim ſubiicit, non poſſe peti
3 ante diem. Poſſem, ſi vellem, contendere † propter di-
ctionem, *cumprimum*, etiamſi dies ſit appoſita præſta-
tioni, cenſeri conditionale, ex Ruin. *d. conſil. 65. num.*
14. poſt Bart. & Bald. *in l. ſi cui legetur*, §. 1. *de legat.* 1.
Sed propter prohibitionem alienationis à teſtatore fa-
ctam, hæc ſolutio huc conuenire non poteſt; faten-
dum igitur eſt, non eſſe conditionale, tamẽ eſſe in diẽ.
Quod de dominio dicitur, nõ tranſit hoc caſu domi-
nium, niſi eo modo quo in cæteris legatis in diem cer-
tum, in quibus dicitur ſimpliciter per DD. dominium
4 † non tranſire, ſcc. effectualiter vel realiter, vt re legata
vti & frui poſſit ante diẽ venientẽ; tranſit tamẽ quoad
effectum tranſmiſſionis, & vt de re legata diſponere
poſſit, effectum diſpoſitione poſt diem habitura, pa-
tet, quia actio ſtatim naſcitur à die mortis, ſed ſuſpen-
ditur effectus vſque ad diem, Gomeſ. *eodem loc.* poſt
Bart. in Alberic. Bald. Ang. Paul. Salic. Corn. *in l. uni-*
ca, §. cum igitur, Cod. de cad. toll. actio verò non ſolùm
perſonalis ex teſtamento, ſed & rei vindicatio datur,
hæc autem non competere poteſt niſi domino, *l. in rem*
ff. de rei vindic. Vno verbo, quòd dominium realiter, &
ad omnes effectus dominij tranſeat, quando dies in-
certus præſtationi eſt appoſitus, expreſsè negamus, &
illud eſt quod eſt in quæſtione, & quod aliunde diſer-
tè probandum eſt.

Iis addo, DD facere eam diſtinctionem, an ſubſtan-
tiæ legati, an præſtationi apponatur dies, cùm de die
incerto loquuntur, idque propter effectum tranſmiſ-
ſionis, de qua ſolùm loquuntur, vt videre eſt penes
eos: ſed quando agitur de die certo, non faciunt hanc
diſtinctionem, quia ſiue ſubſtantiæ legati, ſiue præſta-
tioni apponatur, ſemper tranſmittitur, quod ſi fru-
ctuum quoque haberent rationem, facerent abſque
dubio eam diſtinctionem cum de die certo loquun-
tur.

His non obſtat quod dicient, niſi dicamus legatum
purum, id erit contra iuris diſpoſitionem, quo hodie
filius non poteſt niſi purè inſtitui. Sed certè ſi ea ratio
vera eſſet, non ſolùm concluderet fructus deberi, ſed
etiam Carolum à die mortis potuiſſe petere legatum.
Sed breuiter dicendum, hæc procedere in legitima à
qua dies ſi ſit appoſitus reucitur, *l. ſi quando, Cod. de in-*
off. teſtam. qua ſi velit eſſe contentus, abſque dubio à
die mortis debet habere: Sed ſi velit legatum, quod
amplius eſt, debet habere cum oneribus illi appoſitis,
vt in aliis ſcriptis fuſiùs docui, ſed de eo non agitur, ſat
eſt quod ſuſtineatur teſtamentum, & ſemper eò deſ-
cendimus, vt vel legatum habeat, vt iacet, vel legiti-
ma contentus ſit, in qua teſtator poſtremis verbis in-
ſtituit eundem Carolum, quo caſu nolit acceptare le-
gatum cum ſuis conditionibus. Ideóque potuiſſem
conciſiùs reſpondere, fuiſſe inſtitutum in legitima pu-
rè, ſcilicet ſi nolit legatum, vt iacet.

Quoad alterum, an ſimus in terminis §. *Pegaſus,*
tantùm abeſt vt ſimus in illis, aut fortioribus, quinimò
ſimus in longè diuerſis, &, quod plus eſt, contrariis, vt
ex rationibus, & coniecturis in aliis ſcriptis deductis,
5 ne eas repetam, patet. Nec obſtat ſi dicatur, † cenſeri
diem appoſitam in fauorem legatarij, quia is pupillus,
certè ea eſt coniectura §. *Pegaſus*, ſed vna coniectura
per aliam tollitur, multò magis per plures, vt iam do-
cui, ſed maximè per alimentorum prouiſionem, per
quam ſolam diſcedendum eſſet à *d.* §. *Pegaſus*, in quo
cùm fauorem legatarij reſpexerit, non eſt veriſimile
teſtatorem voluiſſe vt ante diẽ nihil perciperet legata-
rius: at hoc ceſſat cũ interim teſtator alimenta reliquit.

Colligunt 2. in fauorem † legatarij fuiſſe diem 6
appoſitã, quia prouiſum eſt de tutore, quæ ratio tantũ
abeſt vt nobis obſit, quin ex ea ducimus validiſſimam
coniecturam pro ſententiæ noſtræ confirmatione, quã
in primis ſcriptis omiſeramus. Nam ex eo quòd dedit
tutorem & curatorem, eumque maximè confiden-
tem, & ſoluendo exiſtentem, propinquitate vel affini-
tate coniunctiſſimum, nullum periculum poterat in-
currere Carolus in legato ſuo, cùm tutores & ſortem
habuiſſent, & ex ea legitimos fructus percepiſſent eo-
rumque rationem reddidiſſent. Quod igitur teſtator
diſtulit ſolutionem in 25. annum, hoc non gratia illius
factum eſt, cùm per tutoris & curatoris creationem
imbecillitati ætatis prouiſum fuerit; ſed in gratiã hære-
dis, vt interim fructus lucraretur, in quorũ tamẽ com-
penſationem legatum maius legitima fecit. Atque
hanc noſtram rationem nullo modo eneruat *l. cum pa-*
ter. § *curatoris, ff. de leg.* 2. nec Imol. eam referens *in l. à*
filia, §. vltim. ad Trebell. neque enim ibi vllo modo di-
citur ex prouiſione curatoris cenſeri dilationem fa-
ctam in fauorem legatarij. † Et certè hoc non potuit 7
dici, in quo teſtator non prouiderat de curatore. Age-
batur in eo textu de adulto curatorem habente, qui
teſtabatur, & fratrem alium curatorem habentem in-
ſtituebat hæredem, cumque curator teſtatoris tenere-
tur illi actione negotiorum geſtorum, velletque teſta-
tor vt redderet rationem fratri hæredi inſtituto, iuſſit
& fidei curatoris ſui commiſit, & ſic debitoris ſui, vt
fratri hæredi, & ſic creditori, rationem redderet, cum
ad ſtatum ſuum frater perueniret, hoc eſt ad 25. an-
num, quòd exiſtimaret ante eam ætatem eum legiti-
mè agere non potuiſſe; Quæſitum fuit, an ante dictam
ætatem curator fratris, hæredis inſtituti, agere poſſit
aduerſus curatorem quondam teſtatoris? Reſpondet
Papinianus poſſe, quia ſcilicet fideicommiſſum huiuſ-
modi nullum erat, inutiliter enim fidei debitoris com-
mittitur vt creditori ſoluat, vel rationem reddat, ſi ad-
miniſtrauerit, cùm iure ipſo teneatur, cumque nullum
debitoris fauorem conſiderare poſſimus, cui teſtator
nihil reliquit, quin è contrariò grauauit, & onerauit de
reddendis rationibus: tempus quod adiectum fuit, ſo-
lum fauorem hæredis, & creditoris reſpexit, non mi-
rum ſi ante tempus creditor vel curator eius nomine
agere poſſit, maximè cùm ſolutio ipſo iure debebat
ante tempus fieri; quæ deciſio nullo modo facto no-
ſtro accõmodari poteſt, cùm ſimus omninò in diuerſis
terminis, & ſi adaptaretur, quod tamẽ non eſt, ſequere-
tur, Carolum, vel eius tutorem, ſtatim à die mortis po-
tuiſſe petere, contra expreſſam mentem teſtantis. Id
ſummoperè interim notandum eſt, Papinianum reſpe-
xiſſe, quia grauatus non ſit debitor ex teſtamento, ſed
etiam ante erat debitor, & teſtamento ſecluſo ſolutio
debuit fieri ante ætatem; ideóque concludit, reſpexiſſe
fauorem creditoris, cùm ex ſe & ex natura debiti ſolu-
tio ante eam ætatem in ſe potuit fieri, quod in caſu no-
ſtro non eſt, cùm totum pendeat ex teſtamento, quod
ante id nullus ſit debitor: prætereà, in ea lege proſpi-
citur hæredi, idque benè, cùm in dubio tempus in fa-
uorem hæredis appoſitum cenſeatur, *l. cum tempus, de*
reg. iuris, in noſtro caſu conſuleretur legatario contra
hæredem.

Tertiò, ducitur coniectura in fauorem legatarij † 8
quando ſcilicet filius eſt; ſed id non obſtat, nam præ-
terquam quòd ea coniectura reprobata eſt, vt patet ex
Corn.

Corn. *in d.l.ex his verbis, in fin.* ea procedit, caſu quo vera eſſet in hærede extraneo, grauato hæreditatem reſtituere filio. & ita loquitur Alberic *in l.Seius Saturninus,ff.ad Senatuſconſ.Trebell.* & Ripa *in l.in fideicommiſſariam,num.8.eod.tit.* At nos loquimur de filio hærede inſtituto, rogato legatum præſtare alteri filio, & ſic ceſſat coniectura cùm grauatus, filius ſit, & præterea hæres, cui in dubio conſulere videtur teſtator, *l.qui in diem, de ſolut.& d.l.cum tempus, de reg.iur.* & ſic duo vincula adſint præter alias coniecturas.

Quod 4. loco proponitur, quia legatum eſſet contra ius ex *l.ſcimus, Cod. de inoff. teſtament.* iam ſuprà ſatisfactum ſit in primo dubio.

9 Quod poſtremo loco dicitur †, hæredē eſſe nudum miniſtrum; certè id eſt de quo quærimos, & id præcisè negamus, & *in l. Seius Saturninus*, conſtabat teſtatorem hæredem fiduciarium feciſſe extraneum quendam amicum ſuum, vt filio hæreditatem reſtitueret.

Ex his ſatis patet, §. *Pegaſus*, nihil obſtare; ſed vt omnem obicem tollamus, vni ex noſtris rationibus, ex verbis teſtamenti deprompta, nititur reſpondere eruditiſſimus meus coarbiter, ſcilicet ei, quæ ex alimentorum legato deſumpta eſt. Et primùm ait, alimenta
10 diminuere quidem fructus; ſed non † propterea minus quod ſupereſt ex fructibus deberi, allegat *l. 4.de aliment. leg.* ſed, pace ſua, dixerim, nihil facit ad rem, in ea prædia libertis ſimpliciter fuerunt legata & purè, non ſub conditione, vel etiam in diem, adiicitur cauſa legato, vt ſcilicet ex iis alantur liberti: Quæritur an vſusfructus, vel proprietas, cenſeatur legatus: Item, an quod excederet alimenta debeatur libertis? Et reſpondetur, proprietatem legatam eſſe, omneſque fructus deberi, qui caſus nihil habet commune cum noſtro, in quo legatum principale eſt factum in diem, & legatum alimentorum eſt diſtinctum & ſeparatum à legato fundorum & quantitatis, ita vt omnino ceſſet ratio illius legis, in qua quia proprietas purè legata erat, & ſic cum fructibus, alimentorum autem fiebat mentio, rationem reddendo cur legatum erat factum, non mirum ſi eorum non habeatur ratio, & omnes fructus debeantur. Plus dico, ex eo quòd legatum alimentorum eſt diſtinctum & ſeparatum ab alio legato, in noſtro caſu ſi fructus legati principalis deberentur, ſequeretur & fructus integros & alimenta deberi, abſque eo quòd alimenta fructus diminuerent. Nec obſtaret illa *l.4.* quia in ea nominatim fuerat dictum, vt ex fructibus alimenta præſtarentur, nec erat legatum alimentorum ſeparatum à legato rei cum fructibus; ſed ſolum explicabat & declarabat legatum. Dicere autem, alimenta & fructus deberi, eſſet periniquum, quia duplici onere grauaretur contra claram mentem teſtatoris. Et cùm in hac cauſa magnificus D. Ægidius Benedictus & ego arbitri, & compromiſſarij aſſumpti, diſſentientis primùm opinionis fuiſſemus; Tandem, tertio aſſumpto in arbitrum, omnes fuimus eiuſdem ſententiæ, & in fauorem hæredis, fructus ſcilicet non deberi, pronunciauimus, ſententiáque ſeu laudum effectum habuit.

CONSILIVM XXXII.

ARGVMENTVM.

AN, & quando matrimonium inter puberem & impuberem ſubſiſtat. An hodie matrimonia præſumpta ſint ſublata.

SVMMARIVM.

1 *Vt matrimonium in fœmina ante 12. an. conſiſtere poſſit, duo copulatiuè requiruntur, proximitas pubertatis, & quod malitia ſuppleat ætatem.*

2 *Quæ malitia ante 12. an. non præſumitur, ſed debet probari.*

3 *Sponſalia per verba de præſenti inter impuberes, vel puberem & impuberem, reſoluuntur in ſponſalia de futuro.*

4 *Quæ nec ſola pubertate aduenienti conualeſcunt.*

5 *Adeò vt in illis impedimentum publicæ honeſtatis, vltra primum gradum, per Concilium Tridentinum ſublatum ſit.*

6 *Sponſalia inter impuberes, vel puberem & impuberem, pubertate adueniente, de iure communi non tranſeunt in matrimonium per oſcula, munera, & alia huiuſmodi; ſed ſolum per copulam, vel ſolennem traductionem ad domum, vel quid æquipollens.*

7 *Conſtitutio regia circa præſentiam proprij Parochi & teſtium, pro validitate matrimonij, conformis eſt Concilio Tridentino.*

8 *Matrimonium, ſine publicatione vel depoſitione bannorum factum, valet.*

9 *Per S.Concilium Tridentinum omnia præſumpta matrimonia ſublata ſunt, adeò vt ſponſalia de futuro per copulam, non tranſeant in matrimonium: & ſic abrogatum eſt* cap.15.qui fidem, de ſponſal.

10 *Qui ſponſalia de futuro, præſertim iurata, contraxit; debet cogi ad ſeruandam fidem.*

11 *Hoc tamen præcisè, ſed moderata debet eſſe coactio, ita ſi induratus ſit animus recuſantis, debeat ille permitti cum alia contrahere.*

12 *Idque longè certius, ſi adſit cauſa, nempe odium ex lite ortum.*

APpellatum fuit, vt accepi, à ſententia per Reuerendiſſ. Epiſcopum Aptenſem lata, de voto quinque Doctorum, inter quos ego vnus eram, in cauſa matrimoniali, in fauorem dominū Stephani Guaymar, contra Iaumetam Audibertam, filiam naturalem & legitimam honorabilis viri Honorati Audiberti ciuitatis Aquenſis, per quam permiſſum erat D. Guaymar nubere cum qua voluerit in facie Sanctæ Matris Eccleſiæ & non eſſe cogendum præcisè dictam Iaumetam ducere. Et appellatio introducta fuit per commiſſionem ab Illuſtriſſ. Legato Auenionen. emanatam coram Reuerendiſſ. Epiſcopo Forojulienſi, ſeu eius Vicario in prouincia Prouinciæ. Agitur de infirmanda ſententia d. Domini Epiſcopi Aptenſis; & eam eſſe confirmandam, pronuntiandumque eſſe, benè iudicatum, malè appellatum, à domino iudice immediato à quo, ex ſequentibus apparebit, ſi priùs præſuppoſuerimus dictam Iaumetam tempore ſponſaliorum habuiſſe tantum nouem annos, duos menſes, vnum & viginti dies, & ſic non pubertati proximam; quamuis ſi pubertati proxima fuiſſet, idem reſpondendum eſſet: † copulatiuè enim & proximitas pubertatis, & 1

CONSILIVM XXVIII.

ARGVMENTVM.

DE muneribus perſonalibus, patrimonialibus, & mixtis & ad quæ Forenſes teneantur.

SVMMARIVM.

1 *Munera alia ſunt perſonalia, alia patrimonialia, alia mixta.*

2 *Perſonalia ſunt quæ animi prouiſione, & corporalis laboris intentione ſine aliquo gerentis detrimento perpetrantur.*

3 *Eáque vel dignitatem annexam habent, vel ſordida, vel media ſunt.*

4 *Nulla autem hujuſmodi perſonalia munera Forenſibus imponi poſſunt.*

5 *An conſuetudine induci poſſit, vt Forenſes ad merè perſonalia teneantur, remiſſiuè.*

6 *Verè mixta in jure ea dicuntur officia, quæ cùm ſumptu exerceatur, ad quæ Forenſes non tenentur.*

7 *Patrimonialia aut ſunt merè realia, quæ principaliter rei imponuntur, quorum impoſitio vt plurimum certa & generalis eſt, & ordinaria munera dicuntur.*

8 *Ad quæ nedum incolæ & municipes, ſed & Forenſes tenentur.*

9 *Et Clerici ac quæcumque perſonæ exemptæ.*

10 *Munera merè realia quandoque non quotannis, nec vniformiter, vt quæ rebus, prout neceſſitas occurrit, imponuntur, quæ tanquam ordinaria cenſentur.*

11 *Ad quæ etiam Forenſes & omnes tenentur.*

12 *Hoſpitatio non eſt munus perſonale, ſed patrimoniale.*

13 *Alia ſunt patrimonialia quæ perſonis pro rebus imponuntur, nec habent certam & determinatam præſtationem & extraordinaria ſunt.*

14 *Ad quæ Forenſes de jure communi non tenentur.*

15 *Quemadmodum nec Clerici, quantumuis ſint incolæ.*

16 *Ad ea tamen de conſuetudine generali Forenſes tenentur.*

17 *Conſuetudo ligat Forenſes, quando eſt circa res ſubjectas in eo loco.*

18 *Ius conſuetudinarium, quod dicitur notorium, non eſt opus probare, ſed ſufficit allegare.*

19 *Ad collectas & munera, quæ perſonis pro rebus imponuntur, Forenſes etiam de conſuetudine non tenentur, ſi illis proficua & vtiles non ſint, ſecus ſi vtilitatem ex eis habeant.*

20 *Recenſentur caſus, in quibus Forenſes ad collectas tenentur, vel non tenentur.*

CVm per viam prouiſionis, & vt difficultati ſeparationis debitorum, occurreretur, decreto Illuſt. Vicelegatorum Auen. cautum ſit, vt Forenſes, incolæ tamen vel Auenionis, vel Comitatus Venaiſſini, contribuant in alijs locis d. Comitatus, quorum non ſunt incolæ; pro rata parte bonorum ſuorum in duabus tantum partibus de tribus eorum, quæ in dictis locis imponentur, ita vt alteram tertiam partem ſibi incolæ locorum ſubeant, hocque in pluribus oppidis receptum ſit, in quibuſdam verò minimè, quod meliùs ſibi conſultum exiſtimauerint ſi juris communis diſpoſitionem ſequantur: inter alia locus Caſtri-noui Domini Geraldi Amici qui huc vſque illud decretum ſecutus fuit, maximè ſe grauari, ſi in futurum ſequatur contendit: Cùm enim maxima pars territorij à Forenſibus poſſideatur, nimium onerantur incolæ ſi ſoli d. tertiam partem ſufferant, & præterea in alijs duabus partibus pro rata bonorum cum Forenſibus contribuant. Conſulunt igitur quo remedio eis ſubueniri poſſit. Et exiſtimauerim benè ab illis agi ſi à decreto illo diſceſſerint, & jus commune in futurum ſequantur: nam ſi benè perpendatur & ad amuſſim, ad quæ munera Forenſes teneantur, ad omnia ferè teneri judicabitur; illa verò quæ incolæ ſoli ſubire debent, adeò pauca eſſe, vt nulla, aut certè parua illorum ratio haberi debeat. Quod vt clarè demonſtrem, cùm † munerum tria ſint genera, quædam enim ſunt perſonalia, quædam patrimoniorum, alia mixta, text. *in l. 1. l. reſcripto, §. ſciendum, & l. munerum, ff. de muneribus & honorib.* gloſſ. elegans *ad rubr. C. eod. tit. lib.* 10. & latiſſimè eandem diuiſionem proſequũtur DD. præſertim Bart. *in l. 1. C. de mulierib. in quo loco lib.* 10. Jaſ. ampliſſimè *in l. placet. C. de ſacroſanct. Eccl. in 2. lect. nra.* Lucas de Penna *ad rubr. de annon. & tribut. lib.* 10. Alberic. *ad rubr. ff. de munerib. & honorib.* Calder. *conſ. 7. tit. de cenſib.* Chaſſan. *in conſuet. Burgund. rubr.* 1. § 4. *in verb. videre. n. 26. cum ſeqq.* Perſonalia † ea ſunt, quæ animi prouiſione, & corporalis laboris intentione ſine aliquo gerentis detrimento perpetrantur, vt tutela, cura, calendarij curatio &c. *d. l. 1. §. illud tenendum, d. l. munerum, § perſonalia,* planè ſiue † ea dignitatem annexam habeant, de quibus *in l. honor. ff. de munerib.* ſiue ſordida ſint, de quibus *in l. maximarum & l. ſordidorum, C. de excuſat. muner. lib.* 10. ſiue media perſonalia ſint, quæ neque dignitatem, neque ſordiditatem annexam habent, de quibus *in d. l. munerum, § mixta, ff. de munerib. d. l. 1. § perſonalia, ff. eod.* hujuſmodi † munera perſonalia Forenſibus imponi nequeunt, *l. cum neque C. de incol. lib.* 10. *gloſſ. ibidem, in verb. munerib.* Natta *conſ. 157. num. 3. vol. 1. incip. in caſu propoſito, & conſ. 158. nu. 11. eod. volum. incip. poſt ſuperiora.* Sed de his muneribus controuerſia non eſt, cum etiam ſi dum ſuperius decretum ſeruatur nulla munerum diſtinctio ſit, nihilominus Forenſes non tenentur ad munera merè perſonalia, & ea generalia verba, *vt ad omnia munera teneantur*, intelliguntur de alijs muneribus, quàm perſonalibus. Sed prædicti homines Caſtri-noui, non id quærunt, & ſemper d. munera merè perſonalia obierunt, excubiaſq; ſolitas fecerunt, quæ inter ea merè perſonalia munera referuntur, ita vt non opus ſit ingredi eam quæſtionem; An † conſuetudine induci poſſit, vt ad merè perſonalia Forenſes teneantur, de qua Natta *d. conſ.* 158. De patrimonialibus nunc differendum eſſet antequam de mixtis loqueremur, ſed quia mixtorum eadem ferè eſt cauſa in hac quæſtione, quæ merè perſonalium, ſi mixta ea intelligamus, quæ de jure debent intelligi, & non erremus cum pleriſque, qui exiſtimant mixta ea dici, quæ perſonis pro rebus imponuntur; cùm tamen hujuſmodi non ſint, ſed patrimonialia vt poſt dicemus; de mixtis prius loquemur, poſteà de patrimonialibus.

Et certè mixta † verè ea ſunt, quæ partim capiunt de perſonali, partim de patrimoniali, ſicut ſunt illa officia publica quæ cum ſumptibus exercentur, de quibus *in d. l. munerum, § mixta,* & latè docet Alberic. *in rubr. de munerib. & honorib. num.* 16. Et ad hæc etiam Forenſes de jure non tenentur, ſed cùm horum nulla ſint in d. loco, exceptis plauſtris, de quibus *in l. neminem, C. de ſa-*

de ſacroſ. Eccl. nec etiam, ſi prædictum decretum ſerue-
tur, ad ea cogantur Forenſes, non eſt de his amplius
diſquirendum, idemque de ijs quod de merè perſona-
libus dicendum eſt, inutiléque foret de conſuetudine
diſputare.

Tota igitur quæſtio verſatur circa patrimonialia,
quæ quidem ſumptibus, patrimonij & damnis expe-
diuntur, *l. 1. § illud tenendum de mun. rib. & honorib. d. l.*
7 *munerum, § patrimoniorum, ff. eod.* Eaque † aut ſunt me-
rè realia, quæ principaliter rei cohærent & poſſeſſio-
nibus, ſiue rebus imponuntur, quorum impoſitio vt
plurimum certa & generali lege prouiſa eſt, ita vt quo-
tannis recurrant, certamque præſtationem habeant,
vnde ordinaria munera dicuntur, vt ſunt indictiones
ſiue tributa, in quibus nerui Reipublicæ ſunt, vt in-
quit I.C. *in l. 1. § in cauſa, ff. de quæſtionib. d. l. reſcripto, §.*
finali, & d. l. munerum, § patrimoniorum, l. ſunt munera,
ff. de vacat. mun. & l. ſi quis, ff. de jure immun. Jaſ. *in d. l. pla-*
8 *cet n. 20. C. de ſacroſ. Eccl.* Et hæc † non ſolùm ſubditis,
incolis, & municipibus, verumetiam ijs, qui neque
municipes, neque incolæ, ſed extranei & forenſes ſunt,
imponi poſſunt. Ratio, quia talia munera rei propriæ
cohærent licèt perſonæ non ſint ſubditæ cenſitoribus,
quibus talia munera præſtanda ſint; poſſeſſionibus e-
nim & patrimonijs indicuntur, non perſonis quo fit vt
9 etiam † Clerici, & aliæ perſonæ exemptæ, atque priui-
legiatæ ab hujuſmodi oneribus realibus nullam im-
munitatem habeant; ab his enim oneribus, quæ poſ-
ſeſſionibus vel patrimonijs indicuntur, nulla priuile-
gia præſtant vacationem, nullæ ætatis aut ſcientiæ præ-
rogatiuæ, *l. 2. l. obſiſtere, C. de anno. & tribut. lib. 10. l. 1. C. de*
indiction. eod. lib. l. his honorib. ff. de vacat. muner. d. l. re-
ſcripto, § finali, d. l. munerum, § patrimoniorum, l. 2. C. de
muner. patrim. lib. 10. & toto titulo & l. fin. C. de exact. tribut.
eodem lib. l. omnes C. ſine cenſu, vel reliquis Bart. *in d. l. ſi qui*
num. 5. Alexand. *conſil. 68. num. 1. cum ſeqq. vol. 2. incip. &*
viſo, & dudum Jaſon *in d. l. placet,* & DD. communiter
vbi ſuprà, Pariſ. *d. conſ. 25. num. 6.* Dum verò dixi hujuſ-
10 modi munera habere certam præſtationem, † adjeci
dictionem, *plerumque*, quod ſcilicet quædam ſint me-
rè realia, quæ non quotannis, nec vniformiter impo-
nuntur, ſed prout neceſſitas ſuadet: cum enim ſolum-
modo ratione rerum imponuntur, tanquam ordinaria
reputantur & indicuntur omnibus poſſeſſoribus, etiam
non municipibus, *l. reſcripto, § ſecundum, l. fina. l. § ab*
hujuſmodi, de mun. rie. & honorib. l. filij libertorum, § fin.
ad municip. Albericus *in d. rubr. n. 24.* hujuſmodi ſunt ho-
ſpitis receptio, quæ domibus imponitur & ratione
earum fit, Alber. *d. rubr. nu. 23. circa fin.* refectio vel con-
ſtructio viarum pontium, murorum, portarum, fon-
tium, fluminum & ſimilium, ſi tamen illa pro modo
jugerum, quemadmodum vt plurimum ſolent, impo-
11 nantur, † & ad quæ nemo excuſatur, & Forenſis abſq;
dubio tenetur, locis ſuprà citatis, & dilertè docet Al-
bert. *d. rubr. nu. 24.* Burſat. *conſ. 16. num. 23.* qui omnino vi-
12 dendus eſt plures referens. Ex quo ſequitur † maximè
errare qui putant faſtiggium, quod vocant, eſſe mu-
nus perſonale, neque enim à perſona petitur, ſed à re,
hoc eſt hoſpitio, & cum ſumptu præſtandum eſt, abſ-
que vllo perſonæ labore, ita vt patrimoniale ſit. Quòd
ſi in exemplis ſuperiùs propoſitis non pro modo juge-
rum munera imponerentur, ſed ipſis perſonis pro re-
bus, inciderent in ſecundum genus munerum patri-
monialium, de quibus nunc dicendum eſt.

13 Alia igitur ſunt † munera patrimonialia, quæ per
errorem & impropriè ſolent mixta appellari, cùm ta-
men longè ſeparata ſint ab ipſis, vt ſuprà dictum eſt, &
ſunt, quæ perſonis pro rebus, & propter res & poſſeſ-
ſiones indicuntur, quæ non habent certam, ac deter-
minatam præſtationem; ſed ex voluntate ſuperioris,
aut illius, qui authoritatem habet, aut neceſſitatem ſu-
peruenientem, variantur, & ideò munera extraordi-
naria vocantur, & hæc munera propriè ſecundùm DD.
in locis ſuprà allegatis, collectæ appellantur, quæ non
habent certam ac annuam præſtationem, ſed incer-
tam, propter neceſſitatem occurrentem, quarum im-
poſitio non fit ob cauſam ordinariam ex generali le-
gis diſpoſitione, ſed extraordinariam, quæ iterationem
non expectat, *d. l. reſcripto, § fin. l. in honoribus, § vaca-*
tionem, ff. de vacat. muner. Bart. ibid. *num. 5.* Jaſ. *in l. placet,*
nu. 7. C. de ſacroſ. Eccleſ. Pariſ. *conſ. 25. nu. 5. vol. 1.* Alex *conſ.*
33. nu. 1. vol. 1. Atque hæc omnia collectæ ſunt, quæ ho-
die imponuntur per communitates, circa quas potiſſi-
mum tota controuerſia verſatur: Et quamuis † certum 14
ſit de jure communi, Forenſes ad hujuſmodi collectas
non teneri, *l. reſcripto, § fin. ff. de munerib. & honorib. l. li-*
bertus, § ſola, ff. ad municip. l. cum neque, C. de incol. lib. 1.
l. 1. C. de muneribus, & in quo loco lib. 10. per quæ jura ita
tenuerunt Calder. *conſ. 6. tit. de conſtib.* Natta *conſ. 157. n.*
13. & 160. nu. 6. Bart. *in d. l. 1. col. 4. C. de mul. & in quo lo.*
Alex *conſ. 101. col. 3. lib. 3.* Pariſ. *conſ. 25 col. 8. lib. 1.* Pott. *lib. 5.*
commun. concluſ. concl. 3. lim. 3.

Ratio, quia, vt dictum eſt, principaliter perſonis, re-
rum contemplatione, indicuntur: Si igitur perſonæ
non ſint ſubditæ, earum impoſitio locum habere non
poteſt, text *in d. l. reſcripto, § fin. & d. l. munerum, § pa-*
trimoniorum vtrobique, Bart. *l. libertus, § ſola, ff. ad muni-*
cip. d. l. cum neque C. de incol. lib. 10. Alex. *d. conſ. 68. num. 1.*
Pariſ. *d. conſ. 25. nu. 6.* Schor. *conſ. 69. n. 26. cent. 1.* vbi com-
munem dicit, Jaſ. *in d. l. placet,* & alij, vbi ſuprà, Bald. *in*
l. vn. nu. 34. C. de ſent. quæ pro eo quod inter, vbi dicit, quòd
obligatio ratione collectarum in perſonam dirigitur,
ſed cauſa finalis eſt ipſa res: vnde ſequitur hujuſmodi
† munera extraneis & forenſibus, ſimiliter Clericis 15
cùm ſint à juriſdictione laicorum exempti, pro rebus
ſiue poſſeſſionibus in territorio cenſitorum ſitis im-
poni non poſſe, *d. l. reſcripto, § fin. d. l. libertus, § ſola,*
auth. nulla communitas C. de Epiſc. & Cleric. c. non minus,
vbi plenè Panor. & alij *de immunit. Eccl. c. 1. eod. tit. in 6.*
DD. omnes in locis cit.

Tamen limitatur hæc † regula quoad Forenſes vt 16
non habeat locum ſtante in contrarium conſuetudi-
ne prout per totam Italiam hæc viget, vt Forenſes te-
neantur ad collectas, vt teſtantur multi DD. inter quos
Rub. *conſ. 9. nu. 10.* Gabriel *de jure immunit. concl. 2.* Cra-
uet. *conſ. 851. n. 14. lib. 5* Natta *conſ. 215. n. 2. in fin.* dicens de
hac conſuetudine non eſſe dubitandum, & plures alij,
quos allegat Burſat. *conſ. 16. n. 3. lib. 1.* quam conſuetudi-
nem in his terminis obſeruandam dicit Andr. Gail.
germ. pract. obſeruat. lib. 2. obſeru. 52 n. 17. quæ omnino vi-
de pro clariori intelligentia hujus, & de conſuetudine
Delphinatus & Lugdun. teſtatur Guido Pap. *q. 87. n. 6.*
vbi vide bonam diſtinctionem in hac materia, & de
generali conſuetudine Galliæ, Apoſtillator ad Alexan.
conſ. 101. lib. 3. in hac verò patria notoria eſt hujuſmodi
conſuetudo.

Non obſtat quòd conſuetudo † non liget Forenſes, 17
quia illud non procedit quando talis conſuetudo eſ-
ſet circa res ſubjectas in illo loco, tunc enim obligat
Forenſes reſpectu rerum, Bart. & DD. *in l. 1. C. de ſumm.*
Trinit. & fide Cath. per text. *in l. an in totum, C. de ædif.*
priuat. l. venditor, § ſi conſtat, ff. comm. prædio. Pariſ. *d. con-*
ſil. 25. n. 76. Alexand. pulchrè *conſ. 52. nu. 6. vol. 6. incip. vi-*
ſis his, Deci. *d. conſ. 694. nu. 10.* Natta *d. conſ. 157. num. 10. &*
conſ. 158. n. 1.

Non obſtat etiam ſi dicatur, conſuetudinem hanc
eſſe facti, & propterea probandam, quia cùm ſit con-
ſuetudo generalis, & per totam Italiam, Galliam, &

hanc patriam notoria, habetur vt jus commune non ſcriptum, *§. ex non ſcripto, inſtitut. de jure natur.* & hoc 18 conſiderato † non indiget probatione aliqua, cum ſatis ſufficiens videatur eſſe quod tale jus conſuetudinarium notorium allegetur, *l. emptorem, in princ. ff. de actio. empt.* & per Bart. *in 4. quaſt.* & per DD. *in l. de quibus ff. de leg.* Iaſ. *in l. poſt dotem, num. 102. ff. ſolut. matrim.* & in terminis noſtris Pariſ. *conſ. 25. num 100. lib. 1.* Ex alio etiam tollitur omnis difficultas, quia per deciſionem Rotæ Romanæ dum quæreretur, quo loco in hac patria penſiones collectandæ eſſent, inter alia concluſum fuit, Forenſes de conſuetudine ad collectas teneri, ita vt judicatum ſit hujuſmodi conſuetudinem in 19 hac patria vigere. Jam verò generaliter † iſtud reſpondendum eſt, ad munera ſecundi generis patrimonialia Forenſes teneri, collectaſque illis imponi poſſe, quod tamen ita intelligendum eſt, dummodo hujuſmodi collectæ Forenſibus aliquo modo vtiles ſint & proficuæ: Ea enim eſt indubitata Doctorum diſtinctio in materia collectarum, cùm à jure communi diſceſſum ſit, & vbique terrarum conſuetudo, de qua ſuprà, ſeruetur, vt ſiquidem collectæ Forenſium vtilitatem reſpiciant ad eas teneantur vt incolæ, quod ſi nullo modo collectæ Forenſibus proficuæ & vtiles eſſent, ad eas non tenerentur. Atque hanc diſtinctionem firmant Alberic. *d. rubr. n. 30.* Rub. *conſ. 9. num. 12.* Theſſaur *deciſ. 257. nu. 6.* poſt Bart. *in l. 4 §. actor. nu 3.* & Roman. *ibidem nu. 32. de re judic.*

20 Ex qua diſtinctione † facillimè cognoſci poteſt Forenſes teneri ad eas collectas, quæ ſolent imponi pro ijs expenſis quæ patriæ exoluendæ ſunt, quæ vel ratione belli, vel pro negotijs vniuerſam patriam concernentibus imponuntur, necnon pro expenſis, quæ fiunt particulariter pro d. loco, ſcilicet pro refectione, vel conſtructione, viarum, pontium, murorum, Ciuitatis portarum, fontium, reparatione fluminum, porticus, putei communis, aquarum, aquæductus purgatione, cauſa peſtis vitandæ, militum ſuſceptione, pro euitatione inundationum fluminum, vel pro cauamento foſſeatum Caſtri & Ciuitatis, etiamſi non imponantur pro modo jugerum, ſed perſonis pro rebus, vt docent in terminis Alberic. *d. rub. n. 31. & 32.* Pariſ. *conſ. 25. n. 74. cum ſeqq. & 96.* Berous *conſ. 150. vol. 3.* Guid. Pap *q. 7.* & ibi Ranchin. Joan. de Plat. *in l. 2. de muneribus patrimonialib.* Et Burſat. *d. conſ. 16. num. 24.* huc referendæ ſunt eæ expenſæ, quæ fiunt per Conſules de Auenion. veniunt pro cotta, à Patria indicta, exoluenda, aut alijs debitis communitatis, dummodo ex hujuſmodi cauſis deſcendant extinguendis, aut pro collectis hujuſmodi imponendis & ſimilibus negotijs: Ea enim omnia vtilitatem etiam Forenſium reſpiciunt, juſtamque dare cauſam vt collectæ Forenſibus imponantur reſpondent DD. ſuprà allegati, maximè Pariſ. *n. 96.* Quinimò ad omnes omnino collectas teneri Forenſes, exceptis ſalarijs Medici, Chirurg. Ludimagiſtri, cuſtodum tempore peſtis, ſcilicet jam ſæuientis (nam pro euitanda Forenſes etiam tenentur) impenſis horologij, campanarum, refectionis Eccleſiæ, lampadis, & alijs, quæ ſolam incolarum vtilitatem reſpiciunt; judicatum fuit in ſenatu Pedemontano vt refert Theſſaur. *deciſ. 149. circa finem*, quòd ſcilicet ea ſint talia, quæ Forenſibus vtilia & proficua non ſint; neque enim in illis militat ratio, *l. ſecundum naturam, de reg. jur.* quæ in alijs eſt.

Concludendum igitur eſt, Forenſes ad omnes omninò collectas teneri, ex quibus aliquam, vel ipſi vel bona ſua vtilitatem percipiunt, ideoque & ad eas pecunias quæ gubernatori loci dantur; ex cuſtodia enim loci bona ipſorum conſeruantur; eadem enim militat ratio in ea, quæ in refectione, & reparatione murorum: hęc verò corroborantur ex eo quòd etiam circumſcripta conſuetudine in multis caſibus & ferè omnibus ſuperiùs enarratis DD. reſpondent, Forenſes teneri, & maximè Alberic. *d. rubr. nu. 30. & 31.* Pariſ. *d. conſil. 25. nu. 74.* Burſat. *d. conſ. 16. num. 21. cum ſeqq.* (quamuis enim pro exemplo reſpondeat, id facit ex particularibus rationibus, maximè ob priuilegium, Guid. Pap. *quaſt. 7.* Andr. Gail. *obſeru. 52. lib. 2. n. 24.* Et Natta *conſil. 215.* quem omnino vide. Ex vi d. mei conſilij lis quę maxima erat futura inter incolas & Forenſes d. loci Caſtri noui tranſactione ſopita fuit.

CONSILIVM XXIX.

ARGVMENTVM.

AN, & quando locus ſit regulæ de publicandis reſignationibus.

SVMMARIVM.

1 *Ex regulis Cancellariæ ante Gregorium xiii. quis non incidebat in pœnam reg. de publicandis reſignationibus ſi fuiſſet in poſſeſſione ante mortem reſignantis, & ſi tempus ad publicandum effluxiſſet.*

2 *Secus eſt per conſtitutionem d. Gregorij.*

3 *Differentia inter conſtitutionem Pij V. de publicandis reſignat. & Greg. xiij.*

4 *Non inciditur in conſtitutionem ex ceſſione jurium non publicata, ſi is in cujus fauorem fit ſe juuet antiqua ſua prouiſione nec nouam accipiat.*

5 *Cum non conueniunt verba, non conuenit etiam mens.*

6 *Et conſtitutio correctoria, aut pœnalis habet tantum locum in caſu expreſſo.*

7 *Dictio, hujuſmodi, refert diſpoſitionem ad præcedentia.*

8 *Protonotariorum etiam à Legatis creatorum beneficia ſunt reſeruata.*

9 *Regula de publicandis reſignantibus eſt inducta ad obuiandum fraudibus, quæ in clandeſtinis reſignationibus committuntur.*

10 *Quatuor rationes fraudis recenſentur.*

11 *Faciens contra legem, quæ habet plures intellectus, excuſatur.*

12 *Bullæ ſummorum Pontificum in Prouincia non publicata, an ligent in ea.*

13 *Et quid ſi vſu non ſunt receptæ.*

REuerendus Dom. Remondus Villardi, jurium Doctor & S. S. Ap. Protonotarius impetrauit ab Illmo Legato Auenion. Archidiaconatum Eccleſię Carpentoracten. vacantem per obitum Ludouici de la Salle Protonotarij Apoſtolici, petijt à capitulo ſe immitti in poſſeſſionem, & reſponderi de fructibus, quod factum non fuit, ſed datus in competitorem Dom. Bartholomęus Coſta, qui fuerat prouiſus ab Ordinario, & miſſus in poſſeſſionem realem. Idem Dom.

Villardi

Villardi miſſus eſt in poſſeſſionem per Commiſſarium
litterarum Apoſtolicarum, inhibitumque d. Coſte ne
eundem turbet in ſua poſſeſſione, lis inde oritur, tan-
demque tranſactio fit, qua d. Coſte cedit juri ſuo in
fauorem d. Domini Villardi, mediante penſione ſiue
Cappellania triginta aureorum. Confirmatur tranſa-
ctio per Illuſtr. Legatum per ſignaturam precum ei-
dem porrectarum, nulla tamen noua prouiſio accipi-
tur: tandem idem Dominus Villardi ſe ruſus preſen-
tat Capitulo, narrat prouiſionem ſibi aliàs factã, tranſ-
actionemque ſecutam, ac cõfirmationem ejuſdem, pe-
tit ſe immitti in poſſeſſionem, quod fit legitimè, man-
ſitque pacificus poſſeſſor per annum, nunc vexatur eo
prætextu, quòd publicatio juxta conſtitutionem Greg.
XIII. facta non fuit. Quæritur quid juris? Et planè ſi
de regula Cancellariæ & conſtitutione Pij V. ageretur,
expedita res eſſet. Certum enim eſt tria cumulatiuè
concurrere, vt in vim earum, ob publicationem non
1 factam † quis amittat jus ſuum, inter quæ hoc vnum
eſt, vt reſignans deceſſerit in poſſeſſione exiſtẽs, quòd
ſi reſignatarius nactus fuerit poſſeſſionem realem, &
in ea fuerit ante mortem reſignantis, etſi poſt tempus
publicationi præſtitutum, nunquam in eam incidet re-
gulam vel conſtitutionem, Put. *lib. 2. deciſ.* 250. Cre-
ſcent. *tit. de renunc. deciſ.* 10. *& tit. de except. deciſ.* 3. Go-
mez. *in reg. de publican. repugnat. in præf. ac.* idem *q. 6. col.* 3.
& latè *q.* 15. In noſtro verò caſu viuit cedens juri ſuo,
nec eſt in poſſeſſione, imò ille cui ceſſum eſt.

2 Sed difficultas conſiſtit propter † conſtitutionem
Greg. XIII. incipientem, *humano vix judicio*, qua in ali-
3 quibus abrogatur conſtitutio † Pij V. & aliorum, & in-
ter cætera, quod per illas ob non publicationem vaca-
bat beneficium per obitum reſignãtis *deciſ. diuerſ. part.*
1. *deciſ.* 287. nunc verò ſtatim elapſo tempore præſcri-
pto vacat, non ſpectata morte reſignantis; per illas Or-
dinarius conferebat, nũc verò ſolus Papa, ita vt in im-
petratione exprimi debeat modus vacandi ob non pu-
blicationem, per illas beneficium redibat in reſignan-
tem, ac ſi nulla reſignatio facta fuiſſet, *deciſ. diuerſ. part.*
1 *deciſ.* 403. nunc verò & reſignans & reſignatarius in-
capaces ſunt hujuſce beneficij; per illas ſufficiebat, ſi
per æquipollens publicationem fieret, nunc verò pro-
hibetur: data enim forma in indiuiduo ſeruanda eſt,
ita vt videatur d. Dominus Villardi incidiſſe in dict.
conſtitutionem, maximè cùm nominatim & diſertè
caueatur eam habere locum in litis & jurium ceſſio-
nibus, vt in principio ejuſdem, *& in verſ. cæterùm mo-
dus, & verſ. quod ſi cuiquam.*

4 Nihilominus tamen, † ſi verba, mentemque ſum-
mi Pontificis attentiùs conſideremus, contrarium om-
ninò reſpondendum erit; neque enim ſimpliciter in
litis & jurium ceſſionibus locũ habere contendit ſum-
mus Pontifex, ſed ſolùm in illis, quæ admittuntur à
ſummo Pontifice vel alio ejus mandato, & ſupra qui-
bus prouiſiones ſumuntur, vt in principio conſtitutio-
nis patet, ita vt duo concurrant neceſſe eſt; vnum, quòd
ceſſio admittatur à ſummo Pontifice; aliud, quòd pro-
uiſio inde ſumatur: quòd ſi forſan aliquod dubium
eſſet circa primum, certè circa ſecundum clara res eſt,
& ſumma ratione nititur, quid enim publicatione opus
eſt, ſi is in cujus fauorem ceſſum eſt liti, nullam proui-
ſionem nouam accipiat? ſed ſua antiqua ſe juuet, quæ
nullam deſiderabat publicationẽ, vt quia per obitum
obtinuiſſet, vel ſi requireret, quia forſan per reſigna-
tionem jam interueniſſet? Cùm itaque verba eum ca-
ſum non comprehendant, dicemus eſſe extra conſti-
5 tutionem, † cui enim verba non conueniunt, neque
mentem conuenire clarum eſt, *l. furioſi, C. de nuptijs, l. ſi
quis ſeruum, §. non dixit prætor, ff. de acquir. hæred.* Alexan.
conſ. 52. lib. 4. DD. *in c. quoniam, vt lit. non conteſt.* quod
quidem etiam data paritate rationis habet locum, Go-
meſ. *in d. reg. q. 4.* † tum quod ſi mos in conſtitutione 6
juris correctoria, tum etiam quia eſt pœnalis; Bart. *in l.
1. §. quod autem, ff. ne quid in flum. pub. l. 4. §. toties, ff. de
damno inf.* Bur. *conſ. 200. nu. 13. & 14. lib. 2.* Quod ſi detur
diuerſitas rationis res videtur carere dubio, vt in hoc
caſu. Neque enim publicatio poteſt fieri vbi non eſt
prouiſio, nec ijs obſtant verba poſita *in verſ. cæterum, &
verſ. quod ſi cuiquam*, vbi ſimpliciter de ceſſionibus lo-
quitur, cum enim adjecerit vtrobique dictionem, † *hu- 7
juſmodi*, ſe retulit ad ceſſiones de quibus in principio
locutus fuit, & ſic ad eas tantum, ſuper quibus proui-
ſio ſumitur, ea enim eſt natura illius dictionis, vt refe-
rat diſpoſitionem ad præcedentia, c. 1. *& 2. ext. de foro
comp. in 6. c. 2. de juram. calum. c. 2. vt lit. pend.* facit *l. deni-
que ff. de pignor.* Caſus verò de quo agimus is eſt, in quo
nulla prouiſio ſumpta fuit propter ceſſionem, neque
ea indiguit dominus Villardi cùm optimum jus foue-
ret, & collatio ſibi facta per obitum teneret: Aduerſa-
rius verò, qui ab Ordinario impetrarat, omni jure ca-
reret, ſolumque vt à vexatione litis ſe eximeret tranſ-
egit d. Dom. Villardi, patet, quia D. de la Salle Proto-
notarius ſanctæ ſedis erat; Protonotariorum † verò e- 8
tiam à legatis de latere creatorum beneficia eſſe reſer-
uata, aliquibus repugnantibus, certiſſimum eſt, & ita
ſolet Rota tenere, Mendoz. *in reg. Cancel. reg. 1. reſeruat.
c. 7.* Confirmantur hæc, † quia regula hæc ad obuian- 9
dum fraudibus inuenta fuit, quæ in clandeſtinis reſi-
gnationibus committuntur, *dec. Rotæ nouiſſ. part. 1. dec.
739. n. 2.* hoc verò caſu nulla fraus excogitari poteſt, o-
mnes enim † rationes fraudis ceſſant in hoc caſu; ſci- 10
licet prima, ne reſignantes ſe intrudant poſt reſigna-
tionem ſine titulo; hîc enim non agitur de reſignante
qui nec potuit ſi voluiſſet redire ad jus ſuum propter
d. conſtitutionem Gregorij. Secunda etiam, ne contra-
hentes cum reſignantibus, quos vident in poſſeſſio-
ne, decipiantur, ceſſat eodem modo quo prima, ſicut
& tertia, ne dicti reſignantes ſpiritualia adminiſtrent,
vel beneficia conferant. Poſtrema etiam, ne vel Ordi-
narij in collatione, vel etiam ſummus Pontifex, dum
reſeruationes concedebantur, deluderentur, palam e-
nim & publicè D. Villardi poſſidet, nec vllam deluſio-
nem, aut deceptionem imaginari poſſumus, qua de re
latè Gomeſ. *in d. reg. q. 3. col. 4.* Itaque cum verba, mens,
& ratio conſtitutionis ceſſent, dicendum eſt eum in d.
conſtitutionem non incidiſſe, argumento eorum, quæ
dicuntur *in deciſ. 189. 2. part. diuerſ.* tenor enim Bullæ at-
tendendus eſt, ab eoque non recedendum, *deciſ. diuerſ.
part. 2. deciſ. 286.*

Præterea, cùm omnia publicè & palam facta ſint,
ſciente & vidente Ordinario, & qui, quod magis eſt,
tranſactionem procurauit, caſu quo aliquod dubium
eſſet, quod tamen non puto, veniret excuſandus per ea
quę notãtur *in l. cum prolatis ff. de ſentent. & re jud.* ſicut
faciens contra † legẽ quæ habet plures intellectus non 11
peccat, Gomeſ. *in c. 1. n. 231. de conſtit. lib. 6.* ſicut etiam de
errore juris dubij tradunt DD. *in c. de quarta, & c. ſi di-
ligenti de præſcrip. & in c. 1. de re jud.* & in terminis publi-
cationis docet idem Gomeſ. *in d. reg. q. 3. circa fi.* maximè
cõcurrẽte poſſeſſione pacifica vnius anni, Go. *d. reg. q. 11.*

Poſtremò, non eſt omittendũ quòd quamuis diſpu-
tatio ſit, † An Bullæ ſummorũ Põtificum ligent, etiãſi 12
in Prouincia nõ ſint publicatæ, modo Romæ fuerint,
alijs affirmãtibus vt Nauar. *conſ. 1. n. 19. de conſt.* alijs ne-
gantibus vt Put. *dec. 1.* latè Burſ. multos referente, & de
cõmuni atteſtante, *conſ. 200. n. 102. cum ſeq. lib. 2.* Theſſ. *de-
ciſ. 154. num. 4. in fin.* maximè ſi conſtitutio pœnalis ſit, vt
hæc eſt de qua agimus, tamen † hoc dubiũ nullũ habet 13

quod ſi vſu receepta non ſit, eam non ligare, Panorm. *in c.1.* & ibi Felin.*num.7. & 13. de treuga & pace*, Nauar. *conſ.1.num.23. & ſeqq. de conſtitut.* At verò hæc de qua agimus nec publicata eſt Auenioni, aut vllo loco Comitatus, & quoad transſactiones & ceſſiones, quæ per illas fiunt, nunquam fuit vſu recepta; probabitur enim ex atteſtationibus legitimè factis, nullas tranſactiones & ceſſiones per eas in hac patria factas, fuiſſe publicatas: & tamen pleræque initæ fuerunt, & poſſeſſores beneficiorum pacifici exiſtunt. Ita vt concludendum ſit, publicationem dictæ tranſactionis omiſſam, nihil nocere d. Domino Villardi, & ab omni certè æquitate alienum eſſet, vt cui beneficium legitimè competebat per obitum impetratum, id amitteret ob tranſactionem tollendi impedimenti cauſa initam, non publicatam.

CONSILIVM XXX.

ARGVMENTVM.

AN & quando fructus legati in diem filio facti, debeantur à die mortis.

SVMMARIVM.

1 *Fructus legati in diem ad hæredes pertinent;*
2 *Sicut & fideicommiſſi vniuerſalis.*
3 *Legata pecunia, etſi purè vſura vel intereſſe, non niſi à die petitionis debentur, &* nu.10. *quod ſecus eſt in alijs rebus purè legatis, &* nu.8.
4 *Quando dies incertus apponitur præſtationi non ſubſtantiæ legati, non facit legatum conditionale.*
5 *Quod procedit quoad effectum tranſmiſſionis, non quoad fructuum perceptionem, &* nu.9.
6 *Legitima non recipit grauamen.*
7 *De legato in diem, legatarius diſponere poteſt, diſpoſitione poſt diem effectum habitura.*
11 *Fructus rei legatæ, etiam ante moram percepti ab hærede, ſunt legatario reſtituendi, ſi res ſit teſtatoris & nulla bona fides hæredem excuſet.*
12 *Non eſt ſemper verum fructus ad dominum rei pertinere.*
13 *Ratione minoris ætatis, mora committitur abſque interpellatione.*
14 *Tutor tenetur conuertere pecunias pupilli in ejus vtilitatem.*
15 *Legatum imputatur in legitimam.*
16 *Legitimæ fructus debentur à die mortis.*
17 *Legati in diem certum fructus ſpectāt ad legatarium, ſi dies gratia ipſius appoſitus ſit.*
18 *Sed quando gratia legatarij cenſeatur adjectus, ex conjecturis concurrentibus judicandum eſt, & non ex ſola adjectione temporis 25. annorum, quo legatum præſtandum ſit.*
19 *Prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis.*
20 *Verba legatorum ita ſunt interpretanda, ne ſint inutilia.*
21 *Vna præſumptio tollit aliam.*
22 *In dubio dies in gratiam hæredis cenſetur appoſitus.*

IN teſtamento quondam egregij domini Guilhelmi de Tritis, jurium Doctoris Carpent. quo egregius dominus Helenus, ejus filius primogenitus, hæres vniuerſalis fuit inſtitutus, alteri filio Carolo, titulo inſtitutionis particularis, domus & pecuniarum ſummæ ſub his, vel ſimilibus verbis relinquuntur, *legauit titulo inſtitutionis domum &c. item aliam domum* &c. & vlterius ac vltra prædictas duas domos dictus dominus teſtator jure prædictæ inſtitutionis, & hæreditariæ portionis legauit, & reliquit eidem Carolo, ejus prædicto filio, ſummam duorum mille & ducentorum ſcutorum auri ſolis, ſeu valorem eorundem quam quidem ſummam voluit & ordinauit dictus teſtator exſolui, dictaſque domos tradi, & expediri eidem Carolo ejus filio per hæredem vniuerſalem ipſius teſtatoris, inferiùs nominatum, dum & quando ac cùm primùm dictus Carolus attigerit & compleuerit vigeſimum quintum ſuæ ætatis annum, in qua ætate habeat idem Carolus judicium ſe & prædictam ſummam aliaque bona, ſuperiùs ſibi legata, vtiliter regendi, & adminiſtrandi; ita tamen quod liceat dicto hæredi infraſcripto, & nominato exſoluere prædictam ſummam 2200. ſcutorum auri ſolis termino prædicto, vel in pecunia aut penſionibus, & capitalibus precij illarum impoſitis legitimè ſuper communitatibus hujus Patriæ Comitatus Venaiſſini, æſtimando & computando dictas penſiones ad eundem valorem ad quem aſcenderent precia eorundem penſionum conuenta in emptionibus illarum, ad electionem dicti hæredis inferius nominati, cui hæredi etiam ſit licitum ſoluere prædictam ſummam 2200 ſcutorum, ſuperius dicto Carolo legatorum, partim in pecunia, & pro reliqua parte in penſionibus prædictis modo quo ſuprà æſtimandis & computandis, & interim aut donec hæres jam dictas exſoluerit eidem Carolo ſummam prædictorum 2200. ſcutorum, & euenerit dies ſolutionis prædictæ, teneatur & debeat dictus hæres eidem Carolo de victu, veſtitu, & alimentis ei neceſſarijs ad ejus victum in domo ipſius hæredis prouidere, & caſu quo dictus Carolus nollet, aut non poſſet habitare cum ipſo hærede, teneatur & debeat d. hæres ſoluere & præſtare dicto Carolo, annis ſingulis, & donec peruenerit ad ætatem prædictam, viginti quinque annorum, ſummam ſeu penſionem annuam 60. ſcutorum auri ſolis, ſc. in principio cujuſlibet anni dimidiam partem dictæ penſionis, & aliam medietatem in medio cujuſlibet anni, & ne d. Carolus facilitate ſuæ ætatis & per imprudentiam poſſit diminuere ſeu alienare res & bona ſibi ſuperiùs legata, voluit & ordinauit d. dominus de Tritis, teſtator, ipſum Carolum eſſe priuatum adminiſtratione dictorum bonorum & pecuniæ ſibi legatorum, donec fuerit effectus legitimæ ætatis, ſeu peruenerit ad dictam ætatem 25. annorum, & quatenus d. teſtator facere potuit & poteſt, prohibuit idem teſtator, & prohibet dicto Carolo vendere aut obligere, vel aliàs diminuere ex vlla diſpoſitione inter viuos per eum facienda, ſine aſſenſu aut conſilio curatoris, aut curatorum ſibi prouidendorum, per ipſum teſtatorem, & inferius nominandorum; ita tamen ac ea lege quod caſu quo dictus Carolus dictum legatum ſub eiſdem ſupradictis & ſpecificatis conditionibus acceptare, & contentari noluerit & eo caſu adueniente, eundem Carolum inſtituit in jure ſuo legitimæ ſolùm & duntaxat abſque eo quòd nihil aliud petere poſſit.

Prouidet poſtea de tutore eidem Carolo & curatore eidem Heleno.

Ex his

Ex his reſultat quæſtio, an fructus dicti legati, durante minori ætate dicti Caroli, & ſic vſque ad 25. ætatis ſuæ annum, ad eum, an ad hæredem ſpectent. Et planè analyticè procedendo concludendum eſt, eos nullo modo ad dictum Carolum ſpectare poſſe, nec illorum vllam petitionem habere; hoc enim legatum quomodocumque accipiatur in diem tamen eſt, neq; enim ante 25. an. tenetur hæres id præſtare. Certiſſimi
1 † autem juris eſt, fructus legati in diem ad hæredem pertinere, *l. omnia, de leg. 1. & l. ſi mulier de leg. 3. l. ſi quis bonorum, de leg. 1.* Copus *de fruct. tit. 3. c. 5.*

Et ad rem maximè facit *l. ſi tum, de opt. leg.* quę videtur in propriis terminis loqui, nec dicas eã de cõditionali legato loqui, tã cũ de fructibus agitur; An vero legatarius peti poſſint, eadem eſt ratio, idemq; jus ſtatuitur de legato in diem quod de legato cõditionali, *d. l.*
2 *ſi mulier de leg. 2.* † idque non ſolùm ſi de legato, ſed ſi de fideicommiſſo vniuerſali agatur. *l. Paulus ff. de vſur. l. deducta, § qui poſt, ad Treb.* Copus vbi ſup. *tit. 2.* Ad quid enim dies apponeretur ſi interim fructu hæres ſolu caretur? Atque hoc quidem vt verum eſt, cum agimus de rebus quæ fructus vel naturales, artificiales, vel ciuiles, quales domus ſunt, parere poſſunt, ſi de quantitate agitur, nec quærũ quidem id debere, nam quamuis alioquin legati puri fructus ex regis communi ſententia, ſi res ſit teſtatoris, & nulla bona fides excuſet hæredem, debeantur legatario à die aditæ hæreditatis, le-
3 gatæ tamen quantitatis vſuræ olim, † interdũ hodie, non niſi à die petitionis debentur, *l. ſocium in .o, ff. pro Socio, l. cum res, in princ. de leg. 1. cum vtrobique not.* Alex. *conſ. 191. nu. 4. lib. 2.*

Ratio diſcriminis aperta, quòd cùm legati puri dominium ſtatim tranſeat in legatarium, *l. a Titio d. furt.* non mirum ſi & quoque fructus debeantur; ideoque ſecus ſtatuunt in fideicommiſſo vniuerſali vt fructus non niſi à die petitionis debeantur. Copus *d. tit. 3. c. 2. 3. & 5.*

At quantitatis, quæ genus eſt, quomodo dominium tranſibit, niſi ſoluta pecunia, ita vt nullo modo debuerit moueri quæſtio, ſaltem quoad ſummam duorum mille ducentorum aureorum. Quæ vt vera ſunt generaliter, certè veriſſima erunt in caſu noſtro, ob circunſtantias ex dictis verbis reſultantes, quibus de mente teſtatoris clariſſimè conſtat, voluiſſe ſcil. hæredi conſulere quoad fructus, etſi quoad reliqua conſuluerit legatario, vt latiùs in diſſolutione eorum, quæ in contrarium ponuntur, clarius patebit, quæ enim ſuperius propoſuimus ad ſenſum parent ſolum ſatisfaciendum eſt iis, quæ doctè & eruditè in contrarium ſcripta ſunt.

4 At quod primò dicitur, diem præſtationi non ſubſtãtiæ legati appoſitum eſſe, quo caſu in certum diem, qui alioquin pro conditione habetur, *l. dies incertus, ff. de cond. & demonſt.* non facit cõditionale legatum, *l. ex his verbis, C. quando dies leg. vel fid. ced.* DD. & maximè Jaſ. *in l. ſi cui legatur, ff. de leg. 1.* & Dilect. *tit. de leg. caut.*
5 54. Verumenim id eſt † quoad tranſmiſſionem & dies incertus, qui alioquin eam impediret, jam eo caſu non impedit; ſed non ſequitur, purum eſſe legatum, manet enim ſemper in diem, quaſi eſſet in diẽ certũ, alioquin dies inutiliter præſtitura fuiſſet, ſi ſaltem quoad fructus nihil operaretur, quod dicendum non eſt, *l. ſi quando, de leg. 3.* & certè *l. ex his verbis*, & DD omnes de tranſmiſſione ſola loquuntur; de fructibus verò ne verbum quidẽ, quinimò ita nominatim de ſorte tantũ loquuntur, vt ſatis clarè fructus excludãt, & cũ tranſmitti quidẽ, ſed die eueniente tantum peti poſſit, dicunt, clarius fructus ſemouent. Velle autem à tranſmiſſione ad fructus argumẽtari, nõ eſt licitũ, datur enim inſtãtia certa, cùm legata in diem certũ tranſmittantur, *l. vn. § cum igitur, C. de cad. toll.* & tamen fructus ante diem non debeantur. *d. l. ſi mulier, & alijs.* Intereſt igitur admodum, an dies incertus ſubſtantiæ legati, vel præſtationi apponatur, cum primo caſu, ante diem legatũ, non tranſmittatur: ſecũdo verò ſecus, ſed neutro fructus legatario debẽtur perinde ac cũ de legato in diẽ certũ agitur.

Quod ſubjicitur, † legatũ in locũ legitimæ ſubſtitutũ fuiſſe, quę nullã dilationem patitur, *l. quoniam in prioribus*, vbi DD. præſertim Roder. Suarez *C. de inoff. teſtam.* 6
non concludit; nam diſertè teſtator legatum à legitima ſejunxit, cùm, ſi nolit Carolus hujuſmodi legatũ cum ſuis qualitatibus, legitimã relinquat. Legatũ hoc in cõpenſationem relictum eſt, eo igitur vt jacet contentus eſſe debet, aut id repudiare, & legitimã cum fructibus petere, legatũ enim hoc prætendimus excedere legitimam; vno verbo, petat ſolùm legitimam: nõ negamus fructus; ſed ſi amplius legatum quàm ſit legitima habere voluerit, nõ debet vti jure legitimæ, Soc. jun. *conſ. 122. num. 24. vſque ad fin. lib. 1.*

Ex eo quod negauimus † hoc legatũ eſſe purum, ſed manere in diem, quamuis non ſit conditionale quoad tranſmiſſionẽ, corruunt ferè omnia quę ſubjiciũtur vſque ad poſtremã rationem: Nam verum quidẽ eſt, dominiũ tranſire quoad tranſmiſſionẽ, & vt de legato, ceſſante prohibitione illi facta, diſponere poſſit, effectum diſpoſitione habitura poſt diem, Bald. *in l. Proculus, de v. ſ. fr. leg.* Dilect. *eod. tit. de leg. caut. 45.* Non tamè ſequitur eũ fructus poſſe habere; patet, quia in legato in diẽ certum dominiũ ad prædictos effectus transfertur, *d. l. vnic. § cum igitur*, & tamen legatario fructus ante diem percepti non debentur, *d. l. ſi mulier.* Fatemur fructus † 7
8
legati puri deberi à die aditæ hęreditatis, etiã nulla petitione interueniente, ſi res ſit teſtatoris, & nulla bona fides hęredem excuſet, *l. Herenn. 1. de vſur.* Bart. *in l. in fideicommiſſariã, ad Treb.* Corn. *conſ. 200. n. 7. lib. 4.* & Marian. jun. *conſ. 122. n. 21. & ſeqq. lib. 2.* Secùs ſi eſſet res aliena, aut aliqua bona fides hæredem excuſaret, quo caſu opus eſſet petitione, *l. ſi cum gloſ. C. de vſur. & fruct. legato*, glo. *in d. l. Herenn.* & Soc. *vbi* s. Copus *d. tit. 3. c. 4. n. 6. cum ſeqq.* Sed hoc in legato puro procedit, vt patet ex dd. textibus, ſecùs verò in legato in diẽ etiam certum, *d. l. ſi mulier.* Noſtrum verò purum eſſe præciſè negamus, nec tale nominari vſquam videbitur, ſed ſolùm aſſeritur in diem incertum appoſitum præſtationi, non operari conditionem vt impediat tranſmiſſionem, in cæteris autem manet in ſua natura.

A die verò obitus, † fructus deberi cõmunius reprobatũ eſt, *l. quod ſeruus, de leg. 2.* nec legatario reſtituere tenetur, vt docet Copus contra Acc. *d. tit. 3. c. 3.* adeò vt ſi legatarius aliquo caſu poſſeſſionem rei legatæ ante aditam hæreditatem nactus fuiſſet, fructus hęredi reſtituere deberet, *l. nihil § fructus de leg. 1.* Sed excuſari poteſt hoc caſu, cùm agamus de ſuo hærede, per *l. 1. § qui ſunt, ſi quis omiſſ. cau. teſta. l. in ſuis, de ſuis & legit. hæredib.* Semper igitur dicendum eſt hoc, vt fructus legatario debeantur, in legato tantum puro procedere. 9

Quòd ſi fructus † non debeantur, multò minùs intereſſe lucri ceſſantis; nã nec in legato merè puro à die aditæ hæreditatis intereſſe quantitatis legatæ debetur, ſed ſolùm à die petitionis, & in terminis loquitur Simõ de Præt. allegatus, *de interp. vlt. vol. lib. 5. interp. 2. dub. 5. n. 245. p. 72.* Et in hoc eſt diſcrimen inter rẽ, quæ fructus ex ſe ſaltem ciuiles parere poteſt, & quantitatem. 10

Ac proinde quod ſubjicitur, etiã ceſſante mora, fructus rei legatæ ab hærede perceptos eſſe reſtituendos, Bald. & DD. *in l. apud Iulianum, § 1.* vbi Caſtr. *n. 3. de leg. 1.* & Rip. *in d. l. in fideicommiſſariam nu. 48.* Couar. *lib. 1. var. reſol. cap. 9. n. 5.* non obſtat. Nam præterquam quòd

vetius eſt id tantum habere locũ in re propria teſtato-
ris, nulla bona fide exiſtente, vt ſuprà demonſtratum
eſt; ſemper dicimus procedere in legato merè puro,
quale non eſt noſtrum. Interim tamen ſubjiciendum
eſt, fructus penſionum, hoc eſt penſiones ſortis ab hæ-
rede perceptos, non eſſe in conſideratione, etſi id
prætendatur in d. ratione: Quantitas enim ſola lega-
tur, ſed ſolutio permittitur hæredi, vel in quantitate,
vel in penſionibus alternatiuè, quæ ſemper in fauo-
rem debitoris concipitur, *l. plerumque, §. fin. ff. de jur.*
dot. c. in alternatiuis de regul. jur. in 6. Sed & teſtator ex-
preſsè in fauorem ejus ita ſcribit, ita vt penſiones non
cenſeantur legatæ, ſed & quamuis eæ, & non quanti-
tas legata fuiſſet, ſemper diceremus, eas non deberi,
quia non eſt legatum merè purum.

Non eſt autem ſimpliciter & perpetuò verum,
12 eum † qui dominus eſt, fructus & acceſſiones habe-
re debere, etſi ſæpenumero verum ſit, *l. fructus, l. in fun-*
do, l. ex diuerſo, l. ſolum ff. de rei vindicat. Cephal. *conſ.* 215.
num. 49. Nam legatarius in diem certum, dominus eſt
quoad tranſmiſſionem, & diſpoſitionem, *d. l. vnic. §.*
cum igitur, & tamen fructus non percipit, *d. l. ſi mulier*,
ſicut eſt in noſtro caſu, quo incertitudo diei tollitur,
ſed non dies; neque enim ante diem peti poteſt, vſu-
fructuarius fructus percipit, & dominus non eſt, &
dominus fructu priuatur manente vſufructu; multi
etiam alij caſus poſſent referri, quibus, qui dominus
non eſt, percipit fructus, & qui dom. eſt non percipit.
13 Moram autem hîc nullam † ob minorem ætatem
fingere poſſumus, etſi alioquin ætas priuilegium hu-
juſmodi habeat, *l. Titia Seio, §. vſuras, de leg. 2. l. mino-*
rum, C. ex quibus cauſ. in integ. reſtit. non eſt neceſſ. Si enim,
vt jam docuimus, ante diem venientem non tenetur
ſoluere d. dominus Heleuus, nullam moram regularem
aut irregularem ante eum diem imaginari poſſumus,
ideoque nec quæ de tutore dicuntur ex *l. 3. verſ. etſi pe-*
cunia, l. ita autẽ, l. tutor qui repertorium, §. ſi poſt, ff. de ad-
miniſt. tut. Plot. *de in litem jurand. §. 5. nu. 17. verſ. debito-*
rum nomina. Caualcan *tract. de tutor. & curat. n. 15.* huc
14 conuenire poſſunt, † tenetur etiam tutor res vel pecu-
nias pupilli in ejus vtilitatem conuertere, nec vtilita-
tem ex ijs prouenientem ſibi adſcribere poteſt; quod
ſecus eſt in noſtro caſu, quo fructus ante diem ad hæ-
redem pertinent. Negatur autem hæredem eſſe in lo-
co tutoris d. Carolo conſtituti, ſubſtitutum, quomodo
enim ſubſtitutus eſſet, cum etiam eidem hæredi cura-
tor quidam datus ſit; ſed tantum abeſt vt ea ratio de
tutore nobis obſit, quin ex ea validiſſimum ſumus po-
ſtea ducturi argumentum, præterea ex alio etiam id
corruit, quia vt jam docuimus nõ eſt legatum purum.
15 Quod ſexto loco † aſſeritur, legatum hoc imputan-
dum eſſe in legitimam, *l. etiam. §. ſi debita, ff. de bõ. libert.*
l. ſiue §. excluditur, ff. de jur. patron Bertran. *conſ. 9. n. 8. cõſ.*
184. *in fin. lib. 2.* poſt Fabian. *in auth. noniſſ. q. 9. principali,*
16 *verſ. 8 quæritur, C. de inoff. teſt.* Menoc. *conſ. 206. n. 36.* † At
fructus legitimæ à die mortis debentur, DD. *in d. l. in*
fideicommiſſarium, ad Trebell. & in Auth. nouiſſima, C. de
inoff. teſt. Boer. *deciſ. 3. in fi.* Et enim jã ſatis ſuprà factum
eſt; aut enim vult habere legatum, vt legatum, & id de-
bet conſequi, vt jacet cum ſuis qualitatibus, vt teſtator
ordinauit, & vt legitimam, & tũc fructus habebit à die
mortis. Quod enim dicitur legatum imputari in legi-
timam, hoc eſt, non poſſe quem petere legatum & legi-
timam, ſed ſolùm id quod eſt de legitima in legato: ſed
ſi legatum majus ſit legitima, & ita conceptum vt niſi
cum ſuis qualitatibus acceptetur, adimatur, & ſolum
legitima relinquatur, vt hoc caſu, nõ aſſumit naturam
legitimæ, neq; fructus petet, ſi teſtator voluerit ad hæ-
redem pertinere, ideoque vel legato, vel legitima con-
tentus eſſe debet, abſque eo quod legatum debeat fieri
amplius ex natura legitimæ, Soc. *d. conſ. 122. n. 24.* Ita vt
ex his verum eſſe conſtet, quod ſuprà monuimus, nẽpè
ex eo quòd contendimus, hoc legatũ nõ eſſe merè pu-
rum, ſed in diem, corruere omnes rationes, quę propo-
nuntur, excepta poſtrema, de ea igitur nunc agendũ eſt.

Ea in ſumma vult, quòd quamuis hoc legatum eſſet
in diem eumq; certum (incertitudo enim jam ſublata
eſt quoad effectus tranſmiſſionis) etſi generaliter verum
ſit, fructus legati in diem † certum pertinere ad hære- 17
dem; tamen vbi dies apponitur gratia legatarij, & non
hæredis, ij ad legatarium ſpectant, *l. in fideicommiſſo, §.*
cum Polidius, vbi Bart. *in §. nonnunquam, in fin. ff. de vſu-*
ris l. ſi ita relictum, §. Pegaſus, & ibi Bal. Imol. & alij *ff. de*
leg. 1. Idem Bald. *in l. 1. nu. 5. C. de vſur. & fruct. legat.* Ca-
ſtrenſ. *in l. apud Iulianum, §. 1. n. 3.* & Alex. *in l. cum filio, n.*
20. vbi ampliat, *ff. de leg. 1.* & Rip. *l. in fideicommiſſariam,*
nu. 7. ff. ad Trebell. hoc verò legatum in fauorem lega-
tarij, non hæredis, factum eſſe patet, ex eo quòd tem-
pus 25. annorum apponit, quo ſe regere poterit, vt no-
minatim docet Imol *in d. §. Pegaſus*, tum etiam ex eo
quòd poſteà teſtator prohibet alienationem d. legata-
rio vſque ad eam ætatem Sed ſi mẽtem teſtatoris, ver-
baque ad amuſſim conſideremus, apparebit clarè, eos
fructus ad legatariũ non ſpectare, multa enim hîc con-
currunt, quorum ſingula ſufficerent ad elidendã præ-
ſumptionem ea mentione ætatis 25. ann. reſultantem.

Primò, quia † non ſumus in terminis neque *§. cum* 18
Polidius, neque *§. Pegaſus*; Primi quidem, quia nomi-
natim dictum fuerat vt reſtitueret quicquid ad eum
perueniſſet, & talia aderant verba ex quibus collige-
batur, teſtatorem de fructibus quoque ſenſiſſe, vt & *in*
l. 2. §. nonnunquam, de vſur. l. cum quis, §. mulier de dote
præleg. nam alioquin ea verba ſola non ſufficerent, *l.*
quòd his verbis, de leg. 3. l. ſeruis ad Trebell. l. hæredes mei,
l. deductis, §. quòd ex hæreditate. ff. eod. in §. verò Pegaſus,
mentio ætatis facta eſt, nec interim prouiſum filio de
alimentis.

At verò noſtro caſu teſtator de ijs prouidit, prouiſio
verò hominis facit ceſſare prouiſionem legis, *l. fin. C. de* 19
pact. conuent. l. maritus, ff. de procurat. Nec dicẽdum, hoc
intelligi in caſu prouiſo, vt quia teſtator prouidit de a-
limentis, ea per legem peti non poſſunt; nam ſi bene
id probaretur, idipſum habet locum in caſu noſtro;
nam ratio, per quam legatario debentur fructus, ſi in
fauorem ejus dies apponatur, eſt, vt interim illis alatur,
ne ſcil. quod in commodum ejus factum eſt, ei damno
ſit, *l. quod fauore, ff. de legib.* At quando teſtator expreſsè
prouidit, ceſſat hujuſmodi prouiſio legis, de qua *in l.*
qui filiam, ff. vbi pupill. educ.

Secũdò, † quia verba legatorũ ita ſunt interpretãda, 20
ne inutilia ſint, *l. ſi quando, de leg. 1. c. ſi Papa de priuil. in*
6. At hoc legatũ alimentorum in domo hæredis, vel ſe-
xaginta aureorũ extra eam, inutile eſſet, niſi fructus per-
tinerent ad hæredem: patet, quia ſi fructus eſſent lega-
tarij, ex ijs ſatis ſibi alimenta adminiſtrari curaret, fru-
ctus enim majores ſunt quàm d. legatum alimẽtorum,
quinimò ex eo quòd interim dum cõpleret 25. annum,
ea alimẽta legauerit, ſatis clarè cęteros fructus excluſit.
incluſio enim vnius, eſt excluſio alterius, *l. cũ prætor, ff.*
de judic. nec dicendũ, non eſſe inutile legatũ, quia tan-
tum taxantur alimẽta; nã alimenta potiſſimũ relinquũ-
tur domi hæredis præſtanda, quę non ſunt taxata, quæ
abſq; dubio ſunt in cõpenſationem fructuum, & ne ij
peti poſſint à legatario. Quæ verò taxata ſunt, caſu quo
legatarius non vellet, vel poſſet morari cum hærede,
ea non impediunt quin inutile ſit legatum, ſi fructus
deberentur, cùm hæres legatarij tutor, vel curator non
ſit, ex quo reſultat alia conjectura, nempè &

Tertiò,

Tertiò, quia ſi teſtator voluiſſet fructus legatario præſtari, non erat opus aliqua alimenta relinquere ab hærede præſtanda: nam ſat erat, legatum relinquere in diem, & diem apponere fauore legatarij, tutor enim eos petijſſet & percepiſſet, & ex ijs eum aluiſſet; aut ſi teſtator aliqua taxare voluiſſet alimenta, ne omnes fructus expenderentur, tutorem alloqui debebat, non hæredem, qui ſeipſum regere non poterat, & cui dederat curatorem, erat enim intra vigintiquinque annos conſtitutus. Et cùm neutrum factum fuerit, ſatis demonſtratur, nullam aliam fuiſſe mentem teſtatoris, quàm vt legatarius, pendente minori ætate, alimenta haberet, ex quo etiam reſultat alia conjectura, nempè &

Quartò, dilatam fuiſſe ſolutionem in fauorem potiùs hæredis quàm legatarij, vt interim fructus hæres lucraretur; ſed tamen legatarius interim alimenta haberet, quòd igitur legatario alimenta relinquuntur, quod etiam non vult legatario præſtari, niſi in ea ætate qua ſe regere poterit, hoc quidem reſpicit fauorem ipſius: Sed quòd alimenta tantum reliquerit, quæ non reſpondent fructibus, minoràque ſunt; quodque diſtulerit ſolutionem vſque ad vigintiquinque annos, vt interim fructus hæres lucraretur in compenſationem legati, quod majus eſt quàm ſit legitima, hoc fauorem hæredis reſpicit, ita vt ſi de fructibus agatur, ſemper reſpiciatur fauor hæredis, quæ omnia ceſſant *in d. §. Pegaſus.*

Quintò, verba in fine poſita rem clariſſimam reddunt, nam disertè ait, *quòd caſu quo d. Carolus d. legatum ſub eiſdem & ſuprà dictis & ſpecificatis conditionibus acceptare, & eo contentari noluerit, & eo caſu adueniente, eundem Carolum inſtituit in jure ſuo legitima ſolùm, & duntaxat abſque eo quod nihil aliud petere poſſit.* Quas enim conditiones & qualitates alias poſſumus imaginari, quàm vt interim fructus hæres lucretur: ſi enim fructus ad legatarium ſpectarent, cur dubitaret teſtator, ne nollet acceptare, cum legatum majus ſit legitima. & cur prouidiſſet teſtator in caſu non acceptationis. Voluit teſtator in aliquo legatarium grauare, & voluit in aliquo diſcedere à natura legitimæ, & proptereà majus legatum reliquit: voluit, inquam, diſcedere à natura legitimæ, nimirum in fructuum perceptione, in nullo enim alio ipſum grauauit: ergo, cùm legitimam reliquerit, ſi noluerit acceptare legatum, eo modo, quo fecit, vtendo dictionibus taxatiuis, *ſolùm*, & *duntaxat*, & prætereà jubendo ne quicquam aliud petere poſſit, certè nihil aliud prætendere poteſt quàm alimenta, &, adueniente tempore, domos & ſummam legatam: quin verò quia jam contrauenit non acceptando legatum cum ſuis qualitatibus vt jacet, fructus petendo, eo jam priuatus eſt, & ſolùm legitimam prætendere poteſt, maximè cùm teſtator vtatur his verbis, *eo caſu adueniente*, qui caſus aduenit.

Sextò & vltimò, *in §. Pegaſus*, vnica adeſt præſumptio in fauorem legatarij, nempè diei pubertatis appoſito, in noſtro caſu plures aliæ præſumptiones contrariæ adſunt: ſed † ſi vnica adeſſet præſumptio, vna 21
tolleret aliam, *l. diuus, ff. de in integ. reſtit. l. non ſolùm, de ritu nupt. l. quia autem, §. non ſimpliciter, ff. ſi quis omnis, cauſa teſt.* multò magis plures vnicam tollent, Bart. *in l. non ignorat. nu. 5. C. qui accuſ. non poſſ.* latiſſimè Menoc. *de præſumpt. lib. 1. c. 30. nu. 4. cum ſeqq.* Sed & ſi eſſemus † 22
in dubio, id eſt, cujus gratia dies cenſeatur appoſitus, regula eſt in dubio, fauore hæredis cenſeri appoſitum, gloſ. *in l. cum qui de ann. leg.* non puto quemquam vim facturum, cùm prohibet adminiſtrationem, ſatis enim ex lectura apparet, id referri ad alienationem vel diſpoſitionem ſummæ principalis: Ex quibus omnibus puto fructus legati Carolum petere non poſſe, alimentisque contentum eſſe debere; &, ſi ſummo jure ſecum agatur, legato excidiſſe, & ſolùm ubi ceſtate legitimam.

CONSILIVM XXXI.

ARGVMENTVM.

De eadem re.

SVMMARIVM.

1 *Dominium rei legatæ in diem certum, non tranſit in legatarium, niſi die eueniente, quod quomodo intelligatur* nu. 4.

2 *Quomodo intelligatur quod dicitur*, quòd quando dies præſtationi apponitur, legatum eſt purum.

3 *Etſi dies incertus præſtationi ſit appoſitus, ſi tamen adjiciatur dictio*, cumprimum, *manet conditionale legatum.*

4 *Non cenſetur dies 25 annorum appoſitus in fauorem legatarij, etſi ſit pupillus, ſi illi de alimentis promiſſum ſit.*

6 *Nec ex datione tutoris.*

7 *Explicatio* l. cum pater, §. curatoris, ff. de leg. 2.

8 *Quod legatarius ſit filius, non facit vt dies 25. annorum cenſeatur appoſitus in fauorem illius.*

9 *Interpretatio* l. Seius Saturninus, ff. ad S.C. Trebel.

10 *Interpretatio* l. 4. ff. de alim. legat.

QUæ jam ſatis fusè in fauorem egregij domini Heleni de Tritis, contra ejus fratrem, ſuper fructibus per d. Carolum petitis, reſpondi, nullo modo eneruantur per ea, quæ doctiſſimè per dominum coarbitrum mihi voce dicta fuerunt. Reducitur tota diſputatio ad duo capita: Vnum, an legatum d. Carolo factum, purum fuerit: Alterum, an ſimus in terminis *§. Pegaſus l. ſi ita relictum de legat. 2.*

Quoad primum, contendit purum eſſe, quod ita nominetur à Cin. Alberic. & Salicet. *in l. ex his verbis, Cod. quando dies legat. vel fideic. ced.* Ruin. *conſ. 65. lib. 2.* Non mirum ſi fructus debeantur, maximè, quia † quà- 1
uis dominium legati in diem certum non transferat niſi eueniente die, Ant. Gomeſ. *variar. reſol. lib. 2. tit. de leg. num 57. in fin.* tamen hoc noſtro caſu, cùm dies præſtationi apponitur, dominium tranſibit à morte teſtatoris. Sed horum eſt facilis diſſolutio, vno enim verbo dicendum eſt; purè dici factum, quatenus opponitur conditionali, vt ſcilicet contra naturam conditionalis transmittatur; & in his terminis loquuntur DD. ſi benè ponderentur. Sed quòd dicatur purum, quatenus opponitur legato in diem, & ſic non ſolùm transmittatur, ſed etiam fructus debeantur à die mortis, cōtra naturam legati in diem, præcisè negamus; quinimò terminis terminantibus illi iidē Cin. & Alberic. cū fusè materiam explicant *in d. l. ex his verbis*, id legatum in

Digitized by Google

diem appellant: aiunt enim, quòd ſi dies incertus ap-
ponatur ſubſtantiæ legati, conditio eſt, ſin autem præ-
2 ſtationi dies eſt, † hoc eſt, non iam habet naturam con-
ditionalis legati, etſi fuerit dies incertus, habet tamen
naturam legati in diem certum, ſcilicet vt tranſmitti
poſſit, non tamē fructus petere poſſit, idē Alberic. *in l.
Seius Saturnius, num. 3. ad Trebell.* Atque illud eſt quod
Salicetus ſentit, cùm ſtatim ſubiicit, non poſſe peti
3 ante diem. Poſſem, ſi vellem, contendere † propter di-
ctionem, *cumprimum*, etiamſi dies ſit appoſita præſta-
tioni, cenſeri conditionale, ex Ruin. *d. conſil. 65. num.
14.* poſt Bart. & Bald. *in l. ſi cui legetur, §. 1. de legat. 1.*
Sed propter prohibitionem alienationis à teſtatore fa-
ctam, hæc ſolutio huc conuenire non poteſt; faten-
dum igitur eſt, non eſſe conditionale, tamē eſſe in diē.
Quod de dominio dicitur, nō tranſit hoc caſu domi-
nium, niſi eo modo quo in cæteris legatis in diem cer-
tum, in quibus dicitur ſimpliciter per DD. dominium
4 † non tranſire, ſeu effectualiter vel realiter, vt re legata
vti & frui poſſit ante diē venientē; tranſit tamē quoad
effectum tranſmiſſionis, & vt de re legata diſponere
poſſit, effectum diſpoſitione poſt diem habitura, pa-
tet, quia actio ſtatim naſcitur à die mortis, ſed ſuſpen-
ditur effectus vſque ad diem, Gomeſ. *eodem loc.* poſt
Bart. in Alberic. Bald. Ang. Paul. Salic. Corn. *in l. vni-
ca. §. cum igitur, Cod. de cad. toll.* actio verò non ſolùm
perſonalis ex teſtamento, ſed & rei vindicatio datur,
hæc autem non competere poteſt niſi domino, *l. in rem
ff. de rei vindic.* Vno verbo, quòd dominium realiter, &
ad omnes effectus dominij tranſeat, quando dies in-
certus præſtationi eſt appoſitus, expreſsè negamus, &
illud eſt quod eſt in quæſtione, & quod aliunde diſer-
tè probandum eſt.

Iis addo, DD facere eam diſtinctionem, an ſubſtan-
tiæ legati, an præſtationi apponatur dies, cùm de die
incerto loquuntur, idque propter effectum tranſmiſ-
ſionis, de qua ſolùm loquuntur, vt videre eſt penes
eos: ſed quando agitur de die certo, non faciunt hanc
diſtinctionem, quia ſiue ſubſtantiæ legati, ſiue præſta-
tioni apponatur, ſemper tranſmittitur, quod ſi fru-
ctuum quoque haberent rationem, facerent abſque
dubio eam diſtinctionem cùm de die certo loquun-
tur.

His non obſtat quod dicitur, niſi dicamus legatum
purum, id erit contra iuris diſpoſitionem, quo hodie
filius non poteſt niſi purè inſtitui. Sed certè ſi ea ratio
vera eſſet, non ſolùm concluderet fructus deberi, ſed
etiam Carolum à die mortis potuiſſe petere legatum.
Sed breuiter dicendum, hæc procedere in legitima à
qua dies ſi ſit appoſitus reiicitur, *l. ſi quando, Cod. de in-
off. teſtam.* qua ſi velit eſſe contentus, abſque dubio à
die mortis debet habere: Sed ſi velit legatum, quod
amplius eſt, debet habere cum oneribus illi appoſitis,
vt in aliis ſcriptis fuſiùs docui, ſed de eo non agitur, ſat
eſt quod ſuſtineatur teſtamentum, & ſemper eò deſ-
cendimus, vt vel legatum habeat, vt iacet, vel legiti-
ma contentus ſit, in qua teſtator poſtremis verbis in-
ſtituit eundem Carolum, quo caſu nolit acceptare le-
gatum cum ſuis conditionibus. Ideóque potuiſſem
conciſiùs reſpondere, fuiſſe inſtitutum in legitima pu-
rè, ſcilicet ſi nolit legatum, vt iacet.

Quoad alterum, an ſimus in terminis §. *Pegaſus*,
tantùm abeſt vt ſimus in illis, aut fortioribus, quinimò
ſimus in longè diuerſis, &, quod plus eſt, contrariis, vt
ex rationibus, & coniecturis in aliis ſcriptis deductis,
5 ne eas repetam, patet. Nec obſtat ſi dicatur, † cenſeri
diem appoſitam in fauorem legatarij, quia is pupillus,
certè ea eſt coniectura §. *Pegaſus*, ſed vna coniectura
per aliam tollitur, multò magis per plures, vt iam do-
cui, ſed maximè per alimentorum prouiſionem, per
quam ſolam diſcedendum eſſet à *d. §. Pegaſus*, in quo
cùm fauorem legatarij reſpexerit, non eſt veriſimile
teſtatorem voluiſſe vt ante diē nihil perciperet legata-
rius: at hoc ceſſat cū interim teſtator alimenta reliquit.

Colligunt 2. in fauorem † legatarij fuiſſe diem 6
appoſitā, quia prouiſum eſt de tutore, quæ ratio tantū
abeſt vt nobis obſit, quin ex ea ducimus validiſſimam
coniecturam pro ſententiæ noſtræ confirmatione, quā
in primis ſcriptis omiſeramus. Nam ex eo quòd dedit
tutorem & curatorem, eumque maximè confiden-
tem, & ſoluendo exiſtentem, propinquitate vel affini-
tate coniunctiſſimum, nullum periculum poterat in-
currere Carolus in legato ſuo, cùm tutores & ſortem
habuiſſent, & ex ea legitimos fructus percepiſſent eo-
rumque rationem reddidiſſent. Quod igitur teſtator
diſtulit ſolutionem in 25. annum, hoc non gratia illius
factum eſt, cùm per tutoris & curatoris creationem
imbecillitati ætatis prouiſum fuerit; ſed in gratiā hære-
dis, vt interim fructus lucraretur, in quorū tamē com-
penſationem legatum maius legitima fecit. Atque
hanc noſtram rationem nullo modo eneruat *l. cum pa-
ter. § curatoris, ff. de leg. 2.* nec Imol. eam referens *in l. à
filia, §. vltim. ad Trebell.* neque enim ibi vllo modo di-
citur ex prouiſione curatoris cenſeri dilationem fa-
ctam in fauorem legatarij. † Et certè hoc non potuit 7
dici, in quo teſtator non prouidebat de curatore. Age-
batur in eo textu de adulto curatorem habente, qui
teſtabatur, & fratrem alium curatorem habentem in-
ſtituebat hæredem, cumque curator teſtatoris tenere-
tur illi actione negotiorum geſtorum, velletque teſta-
tor vt redderet rationem fratri hæredi inſtituto, iuſſit
& fidei curatoris ſui commiſit, & ſic debitoris ſui, vt
fratri hæredi, & ſic creditori, rationem redderet, cum
ad ſtatum ſuum frater perueniret, hoc eſt ad 25. an-
num, quòd exiſtimaret ante eam ætatem eum legiti-
mè agere non potuiſſe; Quæſitum fuit, an ante dictam
ætatem curator fratris, hæredis inſtituti, agere poſſit
aduerſus curatorem quondam teſtatoris? Reſpondet
Papinianus poſſe, quia ſcilicet fideicommiſſum huiuſ-
modi nullum erat, inutiliter enim fidei debitoris com-
mittitur vt creditori ſoluat, vel rationem reddat, ſi ad-
miniſtrauerit, cùm iure ipſo teneatur, cumque nullum
debitoris fauorem conſiderare poſſimus, cui teſtator
nihil reliquit, quin è contrariò grauauit, & onerauit de
reddendis rationibus: tempus quod adiectum fuit, ſo-
lum fauorem hæredis, & creditoris reſpexit, non mi-
rum ſi ante tempus creditor vel curator eius nomine
agere poſſit, maximè cùm ſolutio ipſo iure debebat
ante tempus fieri; quæ deciſio nullo modo facto no-
ſtro accōmodari poteſt, cùm ſimus omninò in diuerſis
terminis, & ſi adaptaretur, quod tamē non eſt, ſequere-
tur, Carolum, vel eius tutorem, ſtatim à die mortis po-
tuiſſe petere, contra expreſſam mentem teſtantis. Id
ſummoperè interim notandum eſt, Papinianum reſpe-
xiſſe, quia grauatus non ſit debitor ex teſtamento, ſed
etiam ante erat debitor, & teſtamento ſecluſo ſolutio
debuit fieri ante ætatem; ideóque concludit, reſpexiſſe
fauorem creditoris, cùm ex ſe & ex natura debiti ſolu-
tio ante eam ætatem in ſe potuit fieri, quod in caſu no-
ſtro non eſt, cùm totum pendeat ex teſtamento, quod
ante id nullus ſit debitor: præterea, in ea lege proſpi-
citur hæredi, idque benè, cùm in dubio tempus in fa-
uorem hæredis appoſitum cenſeatur, *l. cum tempus, de
reg. iuris*, in noſtro caſu conſuleretur legatario contra
hæredem.

Tertiò, ducitur coniectura in fauorem legatarij † 8
quando ſcilicet filius eſt; ſed id non obſtat, nam præ-
terquam quòd ea coniectura reprobata eſt, vt patet ex

Corn.

Coto. *in d.l.ex his verbis, in fin.* ea procedit, caſu quo vera eſſet in hærede extraneo, grauato hæreditatem reſtituere filio, & ita loquitur Alberic *in l.Seius Saturninus,ff. ad Senatuſconſ.Trebell.* & Ripa *in l.an fideicommiſſariam,num.8.cod.tit.* At nos loquimur de filio hærede inſtituto, rogato legatum præſtare alteri filio, & ſic ceſſat coniectura eius grauatus filius ſit, & præterea hæres, cui in dubio conſulere videtur teſtator, *l.qui in diem, de ſolut.& d.l.cum tempus, de reg.iur.* & ſic duo vincula adſunt præter alias coniecturas.

Quod 4. loco proponitur, quia legatum eſſet contra ius ex *l.ſcimus, Cod. de inoff.teſtament.* iam ſuprà ſatisfactum ſit in primo dubio.

9 Quod poſtremo loco dicitur †, hæredé eſſe nudum miniſtrum; certè id eſt de quo quærimus, & id præcisè negamus, & *in l. Seius Saturninus*, conſtabat teſtatorem hæredem fiduciarium feciſſe extraneum quendam amicum ſuum, vt filio hæreditatem reſtitueret.

Ex his ſatis patet, §. *Pegaſus*, nihil obſtare; ſed vt omnem obicem tollamus, vna ex noſtris rationibus, ex verbis teſtamenti deprompta, nititur reſpondere eruditiſſimus meus coarbiter, ſcilicet ei, quæ ex alimentorum legatu deſumpta eſt. Et primùm ait, alimenta
10 diminuere quidem fructus; ſed non † propterea minus quod ſupereſt ex fructibus deberi. allegat *l. 4.de aliment.leg.* ſed, pace ſua, dixerim, nihil facit ad rem, in ea prædia libertis ſimpliciter fuerunt legata & purè, non ſub conditione, vel etiam in diem, adiicitur cauſa legato, vt ſcilicet ex iis alantur liberti: Quæritur an vſusfructus, vel proprietas, cenſeatur legatus: Item, ac quod excederet alimenta debeatur libertis? Et reſpondetur, proprietatem legatam eſſe, omnéſque fructus deberi, qui caſus nihil habet commune cum noſtro, in quo legatum principale eſt factum in diem, & legatum alimentorum eſt diſtinctum & ſeparatum à legato fundorum & quantitatis, ita vt omnino ceſſet ratio illius legis, in qua quia proprietas purè legata erat, & ſic cum fructibus, alimentorum autem fiebat mentio, rationem reddendo cur legatum erat factum, non mirum ſi eorum non habeatur ratio, & omnes fructus debeantur. Plus dico, ex eo quòd legatum alimentorum eſt diſtinctum & ſeparatum ab alio legato. in noſtro caſu ſi fructus legati principalis deberentur, ſequeretur & fructus integros & alimenta deberi, abſque eo quòd alimenta fructus diminuerent. Nec obſtaret illa *l.4.* quia in ea nominatim fuerat dictum, vt ex fructibus alimenta præſtarentur, nec erat legatum alimentorum ſeparatum à legato rei cum fructibus; ſed ſolum explicabat & declarabat legatum. Dicere autem, alimenta & fructus deberi, eſſet periniquum, quia duplici onere grauaretur contra claram mentem teſtatoris. Et cùm in hac cauſa magnificus D. Ægidius Benedictus & ego arbitri, & compromiſſarij aſſumpti, diſſentientis primùm opinionis fuiſſemus, Tandem, tertio aſſumpto in arbitrum, omnes fuimus eiuſdem ſententiæ, & in fauorem hæredis, fructus ſcilicet non deberi, pronunciauimus, ſententiáque ſeu laudum effectum habuit.

CONSILIVM XXXII.

ARGVMENTVM.

AN, & quando matrimonium inter puberem & impuberem ſubſiſtat.
An hodie matrimonia præſumpta ſint ſublata.

SVMMARIVM.

1 *Vt matrimonium in fœmina ante 12. an. conſiſtere poſſit, duo copulatiue requiruntur, proximitas pubertatis, & quod malitia ſuppleat ætatem.*

2 *Quæ malitia ante 12. an. non præſumitur, ſed debet probari.*

3 *Sponſalia per verba de præſenti inter impuberes, vel puberem & impuberem, reſoluuntur in ſponſalia de futuro.*

4 *Quæ nec ſola pubertate adueniente conualeſcunt.*

5 *Adde vt in illis impedimentum publicæ honeſtatis, vltra primum gradum, per Concilium Tridentinum ſublatum ſit.*

6 *Sponſalia inter impuberes, vel puberem & impuberem, pubertate adueniente, de iure communi non tranſeunt in matrimonium per oſcula, munera, & alia huiuſmodi; ſed ſolum per copulam, vel ſolennem traductionem ad domum, vel quid æquipollens.*

7 *Conſtitutio regia circa præſentiam proprij Parochi & teſtium, pro validitate matrimonij, conformis eſt Concilio Tridentino.*

8 *Matrimonium, ſine publicatione vel diſpoſitione bannorum factum, valet.*

9 *Per S. Concilium Tridentinum omnia præſumpta matrimonia ſublata ſunt, adeò vt ſponſalia de futuro per copulam, non tranſeant in matrimonium, & ſic abrogatum eſt cap. 15. qui fidem, de ſponſal.*

10 *Qui ſponſalia de futuro, præſtito iurata, contraxit; debet cogi ad ſeruandam fidem.*

11 *Hoc tamen præcisè, ſed moderata debet eſſe coactio, ita ſi induratus ſit animus recuſantis, debeat illi permitti cum alia contrahere.*

12 *Idque longè certius, ſi adſit cauſa, nempe odium ex lite ortum.*

APpellatum fuit, vt accepi, à ſententia per Reuerendiſſ. Epiſcopum Apteoſem lata, de voto quinque Doctorum, inter quos ego vnus eram, in cauſa matrimoniali, in fauorem dominū Stephani Guaymar, contra Iaumetam Audibertam, filiam naturalem & legitimam honorabilis viri Honorati Audiberti ciuitatis Aquenſis, per quam permiſſum erat D. Guaymar nubere cum qua voluerit in facie Sanctæ Matris Eccleſiæ & non eſſe cogendum præcisè dictam Iaumetam ducere. Et appellatio introducta fuit per commiſſionem ab Illuſtriſſ. Legato Auenionen. emanatam coram Reuerendiſſ. Epiſcopo Foroiulienſi, ſeu eius Vicario in prouincia Prouinciæ. Agitur de infirmanda ſententia d. Domini Epiſcopi Aptenſis; & eam eſſe confirmandam, pronuntiandumque eſſe, benè iudicatum, malè appellatum, à domino iudice immediato à quo, ex ſequentibus apparebit, ſi priùs præſuppoſuerimus dictam Iaumetam tempore ſponſaliorum habuiſſe tantum nouem annos, duos menſes, vnum & viginti dies, & ſic non pubertati proximam; quamuis ſi pubertati proxima fuiſſet, idem reſpondendum eſſet: † copulatiuè enim & proximitas pubertatis, & 1

malitia ætatis requiruntur, *cap. 1. § de deſponſat. impub.*
2 *in 6. c. atteſtationes, cap. vltim. de ſponſal.* Quæ malitia †
non præſumitur ante duodecimum annum perfectū
in fœmina, niſi probetur, Nauarr. *in manual. cap. 22. nu.*
29. & quamuis poſtea dicta Iaumeta ad pubertatem
peruenerit antequam lis inter ipſos intentata fuerit,
verum tamen eſt, in facto nullam copulam, traductionémve
ad domum ſecutam fuiſſe.

3 Præſupponimus etiam, certiſſimum eſſe, iure
ſponſalia per verba de præſenti inter impuberes, vel
inter puberem & impuberem, qualia fuerunt hæc, de
quibus agimus, reſolui in ſponſalia de futuro, iuris in-
4 terpretatione, *cap. vltim. de deſponſ. impub.* † Nec ſola
ætate pubertatis adueniente conualeſcere, *cap. vnic. §.*
1. de deſponſ. impub. in 6. Nauarr. *conſil. 2. tit. de deſponſ.*
5 *impub.* † adeò vt impedimentum publicæ honeſtatis
ſublatum in ſponſalibus de futuro, vltra primum gra-
dum, per Concil. Tridentinum, & non in ſponſalibus
per verba de præſenti, cenſeatur quoque ſublatum in
ſponſalibus de præſenti inter puberem & impuberem,
Nauarr. *in manual. cap. 22. num.* 57.

His ſic præcognitis quæſtio in eo verſatur; An hu-
iuſmodi ſponſalia per verba de præſenti, quæ iuris in-
6 terpretatione non ſunt niſi ſpōſalia de futuro, † tran-
ſierint in vera ſponſalia de præſenti, pubertate adue-
niente, per oſcula, amplexus, munera, & literas, & cæte-
ra huiuſmodi: &, vt vno verbo dicam, an per huiuſ-
modi ſigna tranſierint in matrimonium. Et quicquid
plures contrarium exiſtiment, in puncto iuris verior
eſt ſententia, non tranſire niſi per copulam, aut per
traductionem ſolemnem ad domum, aut alium mo-
dum æquipollentem, *d. cap. 1. § 2.* Dictio enim, *alius*, eſt
repetitiua ſimilium. Atque hanc ſententiā firmat Bald.
conſil. 200. *lib.* 3. Bertrand *conſil. 17. lib. 1. prior.* & latè
Couarr. *in 4 decretal. cap. 4. §. 2.* Per rationes quas ibi
fusè proſequitur, qui omninò videndus eſt. Sed quid-
quid ſit de iure communi antiquo, res hodie nullam
habet difficultatem, poſtquam ſubſtantia noua ma-
trimonij validitati per Sacroſanctum Concil. Triden-
tinum data eſt, nempè vt præſente Parocho & duobus
teſtibus fiat, alioquin irritum ſit: ſed antequam quid
ex eo ſequatur, & quomodo intentio mea probetur
demonſtrem, ſcrupulus imprimis remouendus eſt; nē-
pè an habenda ſit ratio Concilij, cum non ſit publica-
tum in Gallia, & illius decreti publicatio, *in cap. 1. de re-*
7 *form. ſeſſ.* 24. requiratur. Habemus † conſtitutionem re-
giam in effectu conformem d. decreto, nempè Henrici
III. editam à Blois *artic. 24. & 40 anno* 1585. Cùm enim
diſputaretur, an recipiendum eſſet Concilium, inte-
rim dum id reſolueretur, variç conſtitutiones promul-
gatæ fuerunt, conformes decretis dict. Concilij, vt ſci-
licet quæ decreta videbant, ij qui habebant curam e-
ius rei, admodum neceſſaria, per conſtitutiones regias
promulgarent. Et inter multa decreta dict. Concilij
quæ in conſtitutiones relata fuerunt, hoc vnum fuit
circa formam matrimonio dandam; qua non ſeruata
matrimonium nullum ſit, coadiuuando legem Eccle-
ſiaſticam, & ſic validè. Conformis eſt igitur conſtitutio
decreto Concilij, & eandem pœnam nullitatis matri-
monij inducit in illis verbis, *ne pourront vallablement*
contracter, necnon cùm diſertè cauet vt conſtitutio
ſeruetur ſub pœnis per Concilia latis.

8 Nec ſolum † conformis quinimò in aliquo ſeuerior
eſt, cùm annullat matrimonia ſine bannis facta, quod
tamen non facit Concilium, Ioann. à Royas *in ſua epi-*
tome de ſucceſſion. Ioann. Gutter. *in tractat. de iuramen.*
confirm. 1. part. cap. 51. num. 25. Lopez *in pract. Canon. cap.*
74. & ita ab Illuſtriſſim. Cardinalibus interpretationi
dict. Concilij præfectis decretum eſt; qua tamen in re
dict. conſtitutio non eſt ſequenda, cùm ſit contra le-
gem Eccleſiaſticam, nec Princeps ſæcularis poſſit circa
validitatem, vel inualiditatem matrimonij ſtatuere
contra legem Eccleſiaſticam. Quæ cùm ita ſint, ſequi-
tur, eandem interpretationem eſſe dandam dict. con-
ſtitutioni, quæ publicata & in omnibus parochiis
Galliæ, vſu inter Catholicos recepta fuit, quæ decreto,
dict. Concilij datur, & ſi demonſtrauerimus ſponſa-
lia, de quibus agimus, non tranſire in matrimonium
poſt pubertatem per quæcunque ſigna, etiam per co-
pulam, niſi de nouo contrahatur matrimonium ex-
preſsè, idque propter dict. decretum Concilij: idem
quoque ſtatuendum erit, exiſtente dict. conſtitutione
coadiuuatrice legis Eccleſiaſticæ. Videamus igitur, an
propter dict. Concilium præſumptis matrimoniis lo-
cus ſit. † Et certè omnia matrimonia præſumpta, ſunt 9
ſublata, adeò vt neque per copulam ſponſalia de futu-
ro tranſeant in matrimonium, contra *c. is qui fidem, de*
ſponſal. vt docent Nauarr. *in manual. cap 22. num. 26.*
verſ. tertio per alterius, & num. 28. circa fin. num. 35. num.
42. verſ. ſequitur ſecundo, c. 25. num. 144. & in tract. de re-
gularib. part. 4. num. 76. & cap. humanæ aures, 22. quæſt. 5.
in quæſt. 3. num. 4. idem Nauarr. *conſil. 18. num. 5. tit. de*
ſponſal. Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 2. in fin.* Ma-
ſcard. *de probatio. concluſ.* 1032. *circa fin.* & ita per eoſdem
Illuſtriſſ. Cardin. Congregationis interpretationis Cō-
cil. Trident. ordinatum fuit, *ibid.* 45. Quare ſponſa-
lia hæc, iuris interpretatione, nec per ſigna ſimilia,
quinimò nec per copulam contra antiqui iuris diſpo-
ſitionem potuerunt tranſire in matrimonium, & filij
nati ſunt illegitimi, niſi de nouo interueniant nouus
conſenſus, Parochus & teſtes, vt in propriis terminis
docent idem Menoch. *dict. præſumpt. 2. lib. 3. in fin. &*
conſil. 119. nu. 57. & Maſcard. *d. concluſ.* 1032. Nauarr. *conſ.*
9. Si tamen occultum eſſet impedimentum in foro
conſcientiæ, non requirerentur Parochus & teſtes ex
declaratione ſummi Pontificis, ſed nouus tantum con-
ſenſus inter ipſos deſideratur, nec ſufficerent ſigna,
idem Nauarr. *conſil. 14. in fin. de ſponſal. & cap. 22. num.*
69. in fin. Non potuerunt igitur ſponſalia hæc, quæ iu-
ris interpretatione ſunt de futuro, etſi per verba de
præſenti fuerint contracta, non potuerunt, inquam,
tranſire in matrimonium, pubertate adueniente, per
oſcula, munera, & cætera ſigna, etſi alioquin ſecundùm
aliquorum ſententiam de iure communi potuiſſent, à
quo receſſum eſt per Concilium & conſtitutionem re-
giam, quorum vtrique eadem interpretatio, vt dixi-
mus, danda eſt, ſed remanent in puris terminis ſponſa-
liorum de futuro, inde reſultat poſtremum dubium.

An cogi poſſit dictus Guaimar † ad matrimonium 10
contrahendum vi dictorum ſpoſaliorum, maximè cū
agatur de contractu iurato, & cum fuerit pubes dict.
Guaimar tempore quo contraxit: Verum quidem eſt
cogi poſſe ad ſeruandam fidem, & ſic ad dictam Iau-
metam ducendam, *c. ex literis de ſponſalib. cap. de illis*
1. § mulier, de deſponſ. impub. & ex Concil. Lateranenſ.
ſed ea † coactio nō debet eſſe præciſa, aut finalis, quin- 11
imò moderata, ita vt ſi iudex videat obduratum eum
qui renuit, debet permittere vt alteri nubat, minuſque
malum tolerare, vt maius euitetur, cùm infelices exi-
tus vt plurimùm huiuſmodi nuptiæ coactæ parere ſo-
leant. *cap. requiſiuit, de ſponſalib.* atque ita conciliatur
cum *dict. cap. ex literis*, cùm alioquin ea duo capita in-
ter ſe videantur pugnare; hancque ſolutionem & con-
ciliationem quam ſenſit gloſ. reprobare alia quam vi-
detur approbare, ſequuntur DD. omnes, & in termi-
nis docent Fortun. Garſ. *cap. 1. num. 3. de pact. in 6.* Co-
uarr. *in 4. decretal. 1. part. cap. 4.* Scholiaſtes *ad cap. 2. &*
cap. ex literis, vbi etiam nouiſſimè Cuiac. *de ſponſalib.*
Menoch.

Menoch. *conſil.* 386. *per tot. & conſil.* 786. Greg. Tholoſ. *inpartition.iur. Canon. ca.*5.*gloſ.*2.*littera B.* & ſentit. Hippolyt. de Marſil. *ſingul.* 500. Atque ita ſæpenumerò iudicatum fuit in Curia Romana. De obdurationa verò animi dict. Guaimar in actis legitimè conſtat, & de moderatis coactionibus ipſi factis, ſed vbi adeſt iuxta cauſa, propter quam non vult quis adimplere ſponſa-
12 lia, res tunc clariſſima eſt, debere ab iis liberari. † Cauſam autem legitimam DD. adnotant ex odio quod ortum eſt ratione litis, Menoch. *conſil.* 69. *num.* 43. *& ſeqq.* Ex quibus exiſtimo pronuntiandum, malè appellatum, & benè iudicatum, ſententiámque in fauorem dict. Guaimar latam confirmandam. Tandem dict. Audiberta, vel eius propinqui, accepta aliqua pecuniarum ſumma pro intereſſe quod paſſa fuerat, renunciauit dict. appellationi, & ſententiæ acquieuit.

CONSILIVM XXXIII.

ARGVMENTVM.

DE diſpoſitione inter liberos, ſiue in codicillis, ſiue aliter facta.

SVMMARIVM.

1 *An in codicillis inter liberos hæreditas dari vel adimi directò poſſit,* & num. 8. & 10.
2 *Hoc tamen certum eſt, huiuſmodi inſtitutionem in vim fideicommiſſi puri ſuſtineri.*
3 *Idque longè certius ſi in codicillis appoſita ſit clauſula*, vt valerent iure alterius cuiuſlibet voluntatis quo melius valere poſſent.
4 *Quæ procedunt, etſi nullum teſtamentum præcedat, modò conſtet teſtatorem codicillos voluiſſe facere.*
5 *Subſtitutio directa in teſtamento facta, propter clauſulam codicillarem trahitur ad fideicommiſſariam, quod tamen cum diſtinctione intelligendum eſt.*
6 *Filius in diem vel ſub conditione grauatus reſtituere hæreditatem, detrahit duas quartas, non ſi purè.*
7 *Quando inſtitutio, vel ſubſtitutio directa per clauſulam codicillarem valet in vim fideicommiſſi, purum eſt fideicommiſſum & non detrahuntur duæ quartæ.*
9 *Interpretatio* l. militis codicillus, ff. teſtam. mili.
10 *Diſpoſitio, per relationem facta, ſuſtinetur,* & num. 12.
11 *Per clauſulam codicillarem ſuſtinetur teſtamentum, in quo præteritus eſt filius iam natus.*
13 *Teſtamentum perfectum, etſi in eo liberi inſtituti ſint, per ſecundum inter liberos imperfectum, rumpitur.*
14 *Teſtamentum inter liberos imperfectum valet, etſi adſit inter eos inæqualitas.*
15 *In rei vindicatione poſt litem conteſtatam omnes fructus debentur.*
16 *Ante verò, bonæ fidei poſſeſſor induſtriales perceptos, naturales verò, ſi ſint conſumpti, ſuos facit.*
17 *In petitione verò hæreditatis, bonæ fidei poſſeſſor tenetur omnes perceptos reſtituere, etiam conſumptos, quatenus tamen quoad conſumptos, factus eſt locupletior.*
18 *Fructus præſumuntur in hæredis vſus conuerſi.*
19 *Bonæ fidei poſſeſſor in rei vindicatione non fit malæ fidei niſi per litis conteſtationem, at in petitione hæreditatis per ſolam litem motam.*

PRoponitur, nobilem Rogerium Pandrauium teſtamentum ſolemne condidiſſe, anno 1584. & menſe Decembri, tandem cùm morbo laboraret, ex quo & deceſſit, codicillos confecit, ſex teſtibus rogatis adhibitis, quibus reuocauit inſtitutionem in primo teſtamento factam in fauorem Nicolai filij, & ſolum inſtituit vxorem & Antonium filium, quos etiam in primo teſtamento, cum eodem Nicolao, inſtituerat, & inuicem ſubſtituerat, pluráque alia in dictis codicillis egit, inſtituendo dictum Nicolaum necnon Petrum & Suſanoam titulo particulari, Henricum alium filium prætereundo, qui tamen in teſtamento, titulo particulari inſtitutus eſt. Ex eo quæritur, an reuocatio dict. inſtitutionis Nicolai, & inſtitutio de vxore & Antonio ſolùm facta teneat, tum an dict. codicilli in vim teſtamenti ſuſtineri poſſint, aut inſtitutio in vim directæ: poſtremùm, an ſolemne primum teſtamentum per hoc imperfectum potuerit reuocari, in iis, in quibus à primo receſſum eſt.

Quoad primum, † omiſſis ſuperfluis diſputationibus, deciſiuè procedendo Bart. exiſtimauit, inter liberos in codicillis hæreditatem & dari & adimi poſſe, *in l.militis codicillus, ff. de teſtam. milit.* de veritate cuius opinionis in ſecundo articulo videbimus. Sed quia multi in eo eum reprobant, inter quos Iaſ. *in l.hac conſultiſſima, §. ſi quis autem, Cod. de teſtam.* & alij, quos allegant & ſequuntur Fernand. Vaſq. *de ſucceſſio. creat. §.* 25. *num.* 7. & Graſſ. *in § codicillus, num.* 13. *& ſeqq.* quia hæreditas codicillis, neque dari, neque adimi poſſit, *l.* 2. *Cod. de codicil. l. hæreditas. Cod. quib. vt indign.* † ideò in omnem euentum hoc certum eſt, huiuſmodi inſtitutionem valere in vim fideicommiſſi puri, *l. Scæuola, ad Trebell. l. cùm quis decedens, §. Seium de leg.* 3. idque etſi teſtamentum præcedat, & in codicillis verbis directis vtatur, vt in noſtro caſu, ❡ dē Bart. *in l.* 1. *t. poſit. de iure codic. & in l. hac conſultiſſima. §. ſi quis autē, c. de teſtam.* Dec. *conſil.* 361. *num.* 4. *in fin.* Bertrand. *conſil.* 201. *num.* 3. *volum.* 2. *prior.* Alexand. *conſil.* 194. *volum.* 7. vbi communem refert, & ibi Apoſtill. ſequitur Pariſ. *conſil.* 41. *num.* 52. *volum.* 2. Idem *conſil.* 91. *num.* 21. *eodem lib.* 2. Idem *conſil.* 25. *num.* 5. *vol.* 3. vbi id multò magis procedere † contendit ſi appoſita ſit clauſula in codicillis, *vt valerent iure cuiuſlibet alterius voluntatis, quo melius valere poſſent*, quæ in noſtro caſu adeſt, Imol *in l.* 1. *de iniuſt. rupt.* Alexand *l.* 2. *num.* 5. *Cod. de codicil.* & loquuntur DD. tā in ſubſtitutione directa, quàm in ademptione ab vno imprimis inſtituto in totum alterius inſtitutione, & ab ea in iudicando non eſſe recedendum contendunt; Et nouiſſimè Fernand. Vaſq. *de ſucceſſ. creat.* §. 25. *num.* 19. idem Vaſq. *de ſucceſſ. progreſſ. lib.* 3. *§.* 30. *num.* 35. Graſſ. §. *codicillus num.* 17. † Et hæc procedunt etiamſi nullum teſtamentum præcedat, modò conſtet teſtatorem voluiſſe codicillos facere, Vaſq. *d. lib.* 3. *de ſucceſſ. progreſſ.* §. 30. *num.* 38. & Graſſ. vbi ſuprà, quæ eo magis militant in noſtro caſu, quòd non tam adempta, quàm diminuta eſt inſtitutio dict. Nicolai, qui in re particulari inſtitutus eſt, in fauorem ſcil. ſenioris dict. Nicolao, cui ſeniori Antonio ſcil. voluit conſulere teſtator. Quæ corroborantur ex eo quòd ſi ſubſtitutio directa in teſtamento facta †, trahitur ad fideicōmiſſariam, propter

Right-margin numbers beside the second column: 1 (at "Quoad primum"), 2 (at "ideò in"), 3 (at "procedere † con-"), 4 (at "Et hæc procedunt"), 5 (at "propter").

clauſulam codicillarem in eo appoſitam, Sfort, Odo
in tract. de comp. na. 5 part. pag. 138. Menoch. *de præſum-
ptionib. lib. 4 præſumpt. 60. nu. 7. cum ſeqq.* poſt Cephal.
conſil. 420. nu. 40. & alios; Multò magis hoc dicendum
erit ſi in ipſis codicillis facta fuerit inſtitutio vel ſub-
ſtitutio directa, vt hîc, quo caſu etſi cùm agitur de te-
ſtamento in quo eſt appoſita clauſula codicillaris, ſint
qui diſſentiant, & opus ſit diſtinctione vt concilientur,
de qua per eundem Menoch. *vbi ſup. num. 83.* Tamen
vbi agitur de ipſiſmet codicillis, nemo eſt qui contra-
dicat, vt per eundem Menoch. *num. 72.* Nec mirum,
nam ſi de teſtamento agatur, & clauſula codicillaris
ipſi ſubſtitutioni directè ſubnectatur, nullum dubium
eſt quin valeat in vim fideicommiſſi Galliau. *in l. centu-
rio num. 65. de vulg.* Crauet. *conſil 22. num. 8* Emanuel à
Coſt. *in cap ſi pater, verb. obliqua. num. 20. de teſtam in 6.*
Menoch. *lib. 4 præſumpt 66. num. 11.* ita vt ex his, quoad
primum caput, intrepidè & certò concluditur, adem-
ptionem inſtitutionis in perſona vnius ex hæredibus
inſtitutis in primo teſtamento, & inſtitutionem tota
lem integræ hæreditatis in perſona duorum aliorum
cohæredum in codicillis factam, valere in vim puri fi-
6 deicommiſſi, † nec prætendere poteſt dictus Nicolaus
ſe velle detrahere duas quartas, legitimam & Trebel-
lianicam, quas alioquin filius primi gradus, ex Cano-
niſtarum ſententia vſu recepta, poteſt detrahere, *dict.
cap ſi pater, de teſtam. in 6. & cap Raynutius eod* id enim
procedit in eo qui in diem, vel ſub conditione grauа-
tus eſt, non autẽ in eo qui purè, vt DD. omnes animad-
7 uertunt *in dict. cap. ſi pater*, nemine diſcrepante. † Et
in terminis, quando per clauſulam codicillarem, mul-
to magis per codicillos inſtitutio, vel ſubſtitutio dire-
cta valet in vim fideicommiſſi, cenſeri purè & non in
diem, vel ſub conditione grauatum, & legitimam tan-
tum non Trebellianicam detrahere poſſe docent,
Bart. & Bald *in l. Papinianus § meminiſſe. ff. de inoff. te-
ſtam.* & eſt magis communis ſententia vt Alexand. te-
ſtatur *conſil. 26. num. 12. volum. 1.* Mantic. multos referens
de coniect. vltim. volum. lib. 7. tit. 12. num. 27. legitimam
autem habet in re quæ ipſi tit. inſtitutionis legata fuit.

Sed videamus (& ſic ſecundum caput diſcutimus)
8 an † etiam iure directo poſſit valere inſtitutio in co-
dicillis facta, & inſequendo opinionem Bart. *in dict. l.
militis codicillis*, dicimus valere. Nec valet reſponſio
data contra Bart. etſi enim in exorbitantibus non de-
beat fieri extenſio, nihilominus vbi maior eſt fauor, &
ratio, non prohibetur fieri, quæ abſque dubio verſatur
in teſtamento inter liberos, ſi ſolemnitatem & rogi-
tum teſtium inſpiciamus, vt docet idem Vaſq. *de ſuc-
ceſſ. creat. § 25. num. 7.* Et quamuis ſint aliqua diſcrimi-
na inter teſtamentum militis, & teſtamentum inter li-
beros, ea tamen nihil ad rem faciunt, cùm in ſolemni-
tate, quæ ſola inſpicienda eſt, quoad validitatem dire-
ctæ inſtitutionis, quandoque minor requiratur in pa-
9 tre teſtãte quàm in milite †: & certè ſi Pauli Iuriſcon-
ſulti mens, ex cuius *lib. 6. quæſt. ead. militis codicillis* ex-
cepta eſt, perpendatur, nihil aliud Paulus conſidera-
uit, quàm, militem codicillos faciendo, talem feciſſe
voluntatem, quæ in vim teſtamenti valere potuerat,
ſi voluiſſet; imò minor numerus teſtium requirebatur
in teſtamento quod condere potuiſſet, quàm in dictis
codicillis, non mirum ſi directa inſtitutio in codicillis
facta ſuſtineatur; Idem igitur, & multo fortiùs, dicen-
dum eſt in codicillis inter liberos: nam omnino ſi vo-
luiſſet vt teſtamentum valuiſſet, non mirum ſi directa
ſubſtitutio in eis facta debeat ſuſtineri: multò fortiùs
dixi, quia in teſtamento inter liberos, ſicut & in codi-
cillis omnium rogitus teſtium non requiritur, qui ta-
men deſideratur in teſtamento militis. Quod verò op-
ponitur, teſtatorem voluiſſe facere codicillos, volue-
rat & quoque miles *in dict. l. militis*, & tamen valet in-
ſtitutio directa & præterea ſatis ad id reſpondet Bart.
ibid. Nec dicendum eſt, Bart. ſolùm cenſuiſſe id proce-
dere quando extraneus in teſtamento eſt inſtitutus vel
ſubſtitutus directò, & filius in codicillis: thema qui-
dem Bart huiuſmodi fuit, ſed ratio quam affert gene-
ralis eſt, & nititur priuilegio patris, qui ſine ſolemnita-
te teſtari poteſt, & id Bart. *in l. hac conſultiſſima § fin. C.
de teſtam.* † Atque Bart. ſententiam ſequuntur Paul. 10
Caſtren. *in l. filij patris, in fin. cap famil erciſcund.* Dec.
conſil 361. num. 4. in fin. Alexand. *in l ſi quis autem, num.
7.* & ibi Fulgoſ. Corn. & Moder. *cap. de teſtam.* idem
Alexand. *conſil. 146. num. 10. lib. 2.* Rub. Alex *conſil. 164.
num. 4.* qui magis communem aſſerit pro Bart Guilliel.
Benedict. *in cap. Raynutius, verb. teſtam: num tertio, nu.
56.* vbi poſt Salicet. *in l. 2. c. de codicill.* Angel *in dict. § ſi
quis autem.* & Alexand. *ibid.* Iaſ. & Bald ſibi contrarios
(ij enim cum Romano contra Bart. tenuerunt alibi;)
magis communem aſſerit idem Bened. *in verb. adijciens
vt Alterоca, num. 5* vbi etiam nominatim dicit, nullam
quartam debere detrahi. Quibus in locis DD. dicunt,
etiamſi teſtator nominauerit codicillos, cùm tamen
verbo, *inſtitutionis*, vſus ſit, huiuſmodi codicilli vale-
bunt in vim teſtamenti, aut ſi maneant codicilli, valere
tamen inſtitutionem directã, priuilegio paterno. Quod
ſi aliqua forſan ſupereſſet difficultas propter DD. con-
trarium ſentientes, etſi re vera opinio Bart. in puncto
iuris verior ſit, & magis communis, in noſtro caſu res
clara eſt, cum in codicillis clauſulam appoſuerit, vt va-
leat omni meliori modo, quo poſſunt de iure valere.
At codicilli poſteriores potuerunt valere iure teſta-
menti cùm maior interuenerit ſolemnitas, quàm re-
quiratur in teſtamento inter liberos, adfuerunt enim
ſex teſtes iique rogati, cum tantum duo, iique non ro-
gati ſuffeciſſent, valebunt igitur in vim teſtamenti.
Primum autem teſtamentum, quia non poteſt valere
in vim teſtamenti, ſi codicilli valeant in vim teſtamẽ-
ti, quia nemo poteſt decedere cùm duobus teſtamen-
tis, valebit in vim codicillorum. Codicilli enim & an-
te & poſt teſtamentum fieri poſſunt, *§ non tantum, inſt.
de codicil.* ſiue igitur dicas hos codicillos in vim teſta-
menti valere, ſiue in vim codicillorum, vtroque ca-
ſu ademtio & inſtitutio ſuſtinebuntur directo. Pri-
mo quidem caſu abſque dubio, ſi enim codicilli con-
uertantur in teſtamentum, certum eſt inſtitutionem
directam fieri potuiſſe. Secundo verò caſu, inſtitutio
valet ratione priuilegij conceſſi patri exemplo militis,
qui pater potuit cum minori numero teſtium filium
inſtituere, multò magis igitur in codicillis.

Sed quædam dubia quæ ex his oriuntur reponen-
da ſunt. Primùm, ſi hi codicilli, non vt codicilli, ſed vt
teſtamentum valeant, quomodo poterit eſſe vt duo ſi-
mul valeant teſtamenta? Reſpondetur, vnicum fore
teſtamentum, hoc poſtremum ſcilicet: primum autem
vel tanquam codicillus valebit, vel vt portio poſterio-
ris teſtamenti, in ijs, in quibus non eſt illi per hoc ſe-
cundum derogatum, per relationem ſcilicet factam ad
primum teſtamentum ex voluntate teſtantis, quod iu-
re poſſe fieri receptum eſt, Alexand. *conſil. 177. num 6.
lib 2.* Bellon. *conſil. 85 num. 11.* Pariſ. *conſil. 19. lib. 3. num. 13.*
Natt. *in repet. Authen quod ſine, num. 26. Cod. de teſtam.*
Clar. *in § teſtamentum, quæſt. 4. num. 3. & quæſt. 36.
num. 1.*

Deinde, quomodo poterunt ſuſtineri hi codicilli in
vim teſtamenti, cum Henricus filius teſtatoris in illis
ſit præteritus, & ſic præteritione nullum erit teſtamen-
tum? Reſponderim, † clauſulam codicillarem in teſta- 11
mento, & multò magis codicillos, qui valent in vim
teſtamenti,

teſtamenti, operati vt non obſtante præteritione filij iam nati, ſuſtineatur voluntas teſtatoris, Bart. *in Authent. ex cauſa, Cod. de lib. præter. & in l. 1. num. 9. ff. de iure codicill.* Caſtren. Alex. Iaſ. & alij, de quibus per Gabriel. *commun. concluſ. tit. de clauſulis concl. 7.* Clar. *§. teſtamentum, quæſt. 46.* latiſſimè Menoch. *lib. 4. præſump. 32. per tot.* Sed huiuſmodi reſponſio vt vera eſt, ita ea nihil aliud concludit quàm præteritum cenſeri grauatum de reſtituendo hæreditatem ſeu portionem ſuam hæredibus ſcriptis in voluntate, in qua præteriti ſunt, legitima tamen tantum retenta & non Trebellianica, vt per Menoch *dict. præſumpt. 32. in princip.* Sed non ſequitur, hæredes ſcriptos in omnibus directò vocari: Aliter igitur & ſecundò reſpondendum eſt, quòd cùm d. Henricus fuerit inſtitutus in primo, quod non eſt reuocatum, niſi in iis, in quibus nominatim ab eo diſceſſum eſt per ſecundum, cætera autem firma maneut; ſecundum abſque dubio directò ſuſtinetur per relationem, quæ fit ad primum, quoad inſtitutionem particularem vnius ex filiis, † teſtamentum enim etiam nun-
12 cupatiuum valere, etſi quoad inſtitutionem hæredis vniuerſalis quod magis eſt, relatio fiat ad aliam ſcripturam vel ſcedulam communiter receptum eſt, Clar. *dict. quæſt. 4. & quæſt. 36.*

Aliud etiam dubium moueri poteſt, quòd ſi dicamus codicillos tanquam teſtamentum valere, ſequetur matris portionem non potuiſſe augeri, cùm teſtamentum imperfectum inter liberos valeat quidem quoad inſtitutionem liberorum, vel ea, quæ ipſis relinquuntur; ſed extraneæ perſonæ, qualis eſt mater, ex eo nihil capere poſſunt, *d. l. hac conſultiſſima §. ex imperfecto*, vbi omnes DD. Et certè hoc verum eſt, & ſic meliùs eſt matri vt hæc vltima voluntas non valeat in vim teſtamenti, ſed in vim codicillorum, & vt inſtitutio de ipſius perſona facta in vim fideicommiſſi ſuſtineatur, iuxta ea quæ in primo articulo reſoluta ſunt, potuiſſet illius inſtitutio directò ſuſtineri quoad portionem in primo teſtamento relictam, quia codicillis directò hæreditas confirmari poteſt, ſed augeri directò non potuit.

Tertius articulus eſt, an hæc poſterior voluntas imperfecta, potuerit euertere primam voluntatem perfectam & ſolemnem. Qua in re ſi quidem poſterior voluntas ſuſtineatur vt codicilli & inſtitutio in eis facta in vim fideicommiſſi, res expedita eſt, & non habet difficultatem, certum enim eſt codicillis hæreditatem alteri in teſtamento relictam directò, per fideicommiſſum relinqui poſſe: ſed difficultas eſt, ſi velimus eam vltimam voluntatem ſuſtineri in vim teſtamenti. Et hoc caſu dicendum eſt, cùm agamus de teſtamẽto inter liberos, certius eſſe etiamſi duo tantum teſtes interueniſſent, poſteriore huiuſmodi teſtamento, prius, etſi ſeptem teſtibus confectum, rumpi, quamuis etiam in eo primo iidem liberi eſſent inſtituti. Ita docet Caſtrenſ. *conſil. 327. lib. 1.* & Alexand. *conſil. 146. lib. 2.* Iaſon *conſil. 123. lib. 2.* Dec. *in l. nihil tam naturale, de reg. iur.* Natt. *in ſchol. ad dict. conſil.* Alexand. 146. Boſſ. *in tit. de falſ. num. 48.* Roman. *conſil. 316.* & poſt hus duos Raueſcala *in ſchol. ad dict. conſil. 146.* *Alexand.* quod enim *in dict. §. ſi quis autem*, deſiderat, vt in primo teſtamento extranei ſint ſcripti, hoc procedit ſi agatur de venientibus ab inteſtato aliis quàm liberis, neque enim requirerentur quinque teſtes, ſi de liberis intellexiſſet, vt proinde ſi liberi fuerint ſcripti in ſecundo, etſi duo tantum teſtes adfuerint †, rumpitur prius teſtamen- 13
tum perfectum, nulla diſtinctione facta, an extranei an liberi inſtituti fuerint. Hoc poſtremo loco adiungendum eſt, quòd ſi quis mihi opponat de inæqualitate liberorum, hoc nihil eſt, nam teſtamentum inter liberos imperfectum † valet etiamſi deſit inæqualitas, 14
eáque maxima, Socin. iun. *conſil. 189. num. 87. lib. 2.* Natt. *in repet. dict. §. ex imperfecto, quæſt. 11. num. 63.* Couarr. *in cap. Raynutius. §. 1. num. 3.* Emanuel à Coſta *cap. ſi pater, verb. in ſuo teſtamento, num. 2. de teſtam.*

Cùm itaque ex his conſter, Antonij inſtitutionem vel iure directo vel iure obliquo, matris autem obliquo ſuſtinendam, eam verò, quæ Nicolao facta erat in primo teſtamento, legitimè reuocatam, quæri poteſt quid ſtatuendum ſit de fructibus per dictum Nicolaum vi dict. primæ inſtitutionis perceptis, vltra eos qui ſibi pro portione legitimæ, vel legati competunt. Et hîc non rei vindicatione, ſed hæreditatis petitione agitur, ideóque cùm de † fructibus ante litem conte- 15
ſtatam (poſt eam enim, etiam in rei vind. nulla diſtinctione bonæ fidei, vel malæ fidei poſſeſſoris facta, ad fructus tam naturales, quàm induſtriales tenetur reus, *l. certum, Cod. de rei vindic.*) quæratur, non fiet diſtinctio cum de bonæ fidei poſſeſſore diſſeritur, an fructus extent, necne, ita vt † naturales conſumptos ſuos fa- 16
ciat, artificiales verò omnes modò perceptos lucretur, *l. 27. de vſufruct. l. 44. de rei vindic. l. 48. de acquir. rer. domin.* Sed vniuerſaliter reſpondendum eſt, omnes fructus venire in petitionem hæreditatis, & augere eam, ita vt non officio iudicis, ſed iure actionis petantur, *l. item veniunt, §. fructus, l. ancillarum §. fin. l. mercedes, ff. de petit. hæredit. l. 2. Cod. eod.* nullúmque eſt diſcrimen bonæ fidei vel malæ fidei poſſeſſoris † niſi quòd hic 17
ad percipiendos etiam, ille ad perceptos tantùm tenetur, & ſi ſint conſumpti quatenus eſt factus locupletior: Nam ſi perdiderit, & non in ſuos vſus conuerterit, non teneretur: ſe verò perdidiſſe ſibi, non hæredi, contrarium incumbit onus probandi: Præſumuntur † 18
enim fructus in ſuos vſus conuerſi, & non deperditi, niſi probetur, *l. ſed etſi lege, §. conſuluit, ff. de petit. hæredit. l. 2. ibi DD. Cod. eod.* in alio etiam eſt diſcrimen inter ſingulare & vniuerſale iudicium, quod † vt bonæ 19
fidei poſſeſſor, fiat malæ fidei, requiritur litis conteſtatio in rei vindicatione, ſed in petitione hæreditatis ſufficit motam eſſe controuerſiam, *dict. l. ſed etſi, §. ante litem, ff. de petit. hæred.* ex quibus concluditur in fauorem dict. Antonij & matris contra dict. Nicolaum cum reſtitutione fructuum. Et iuxta ſuperiorem concluſionem Antonius cum matre hæreditatem obtinuerunt, remiſſis fructibus à Nicolao perceptis, quia omnes erant conſumpti in oneribus hæreditarijs ſuſtinendis, nec ex his fuerat factus locupletior.

CONSILIVM XXXIV.

ARGVMENTVM.

PRæſcriptio centenaria an excludat fideicommiſſarium.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio ordinaria, & non longiſsimi temporis, 30. vel 40. annorum, excluditur in re ſubiecta fideicommiſſo vel alienari prohibita per* l. fin. §. ſed quia C.comm.de leg.
2 *Quod etiam habet locum in rebus maioratus, & perpetuo fideicommiſſo ſubiectis.*
3 *Quod in puncto iuris procedit, vt longiſsima præſcriptio cœpta & perfecta, contra eum qui agere poterat, noceat ſucceſſori.*
4 *Communis tamen eſt in contrarium, à qua difficillimè in iudicando recederetur;*
5 *Centenaria tamen præſcriptio nocet ſucceſſori.*
6 *Aduerſus præſcriptionem centenariam non datur reſtitutio ex capite ignorantiæ.*

PRoponitur in facto, N. rem fideicommiſſo ſubie-
ctam alienaſſe in P. eúmque P. eiúſque ſucceſſo-
res ſpatio centum & vltra annorum eam poſſediſſe,
tandem apertum fuit fideicommiſſum in perſona F.
quæritur an poſſeſſores dict. rei poſſint ſe tueri præ-
ſcriptione cētenaria aduerſus, d. F. fideicommiſſariam.
1 Et certè † vera eſt ſententia Pauli *in l. fin. §. ſed quia*
colum. 1. & 3. Cod. commun. de legat. in re ſubiecta reſti-
tutioni, alienarique prohibita, non excludi per eum
text. præſcriptionem longiſſimi temporis, ſed tantùm
longi, & ſic ordinariam: & ita Iaſ. ibi *& in conſil. 57. col.*
penult. lib. 1. & eſt recepta opinio ſecundùm Corn. *conſ.*
217. lib. 1. & conſil. 294. ad fin. lib. 3. Bald. *de præſcrip. 5.*
part. quæſt. 4. num. 4. verſic. ſed Paulus, Anton. Gomez.
l. Tauri 40. num. 90. Grat. *conſil. 21. num. 36. lib. 2.* Rip. *in*
§. Diui num. 113. Crot. *num. 140.* Loaz. *num. 191.* Alciat. *nu.*
47. Cornel. *conſil. 38. num. 10. lib. 1.* & gloſſ. *conſuetud. ca-*
2 *tholo. pag. 240. colum. 2.* † Quod etiam habet locum in
bonis maioratus vt vocant, vel ſimilibus, perpetuò fa-
miliæ relictis. Socin. *conſil. 47. num. 16. lib 3.* Tiraquel. *de*
primogenit. quæſt. 30. adeò vt aliqui titulum non re-
quirant. Atque hæc ſententia non ſolùm procedit, ſi
præſcriptio cœpta & perfecta fuerit contra eum qui
vel ex fideicommiſſo, vel ex maioratu vocatus erat, &
agere poterat, ſed etiam vt ſi contra eum cœpta & per-
fecta fuerit, contra ſucceſſorem, noceat tamen ſucceſ-
3 ſori etiam nondum nato. † Qua tamen in re ſuprà no-
minati repugnant, ſi agatur tantùm de præſcriptione
longiſſimi temporis, etſi tenera certius ſit vt noceat
dict. ſucceſſori, nam text. *in l. 1. de ann. except.* in quo
potiſſimùm ſe fundant, & aliis ſimilibus, quibus pro-
batur impedito agere, & ante natam ei actionem, non
currere præſcriptionem; reſpondetur, procedere, quan-
do in initio ipſius præſcriptionis datur tale obſtacu-
lum, prout in filio rei domino agere non valente, vel
in muliere constante matrimonio, *l. in rebus, §. omnes*
Cod. de iur. dot. & aliis ſimilibus: & vbi lex reſiſtit initio,
magis impeditur effectus, *l. 1.* & ibi Bart. *num. 11. de reg.*
Catonia. At in rebus maioratus vel ſubiectis fideicom-
miſſo præſens poſſeſſor cenſetur dominus, Ari. Pinell.
in dict. l. 1. 2. part. num 5. & alias reſpondetur per eundem
Ari. *in Authent. niſi tricennale, num. 56. Cod. de bon. ma-*
tern. Quæ ſententia euidenti ratione probatur, quia
aliàs reſultat magnum abſurdum, concedunt enim
DD. vt præſcriptio effectum habeat contra præſentem
poſſeſſorem, non contra ſucceſſorem, eſſet enim diui-
dere effectum præſcriptionis contra *l. cum qui ædes, ff.*
de vſucap. facit, quia conceſſa & permiſſa vſucapione
contra poſſeſſorem præſcribentem efficit dominium
rei. At dominium ſemel iure quæſitum, non poteſt ſine
facto partis auferri, *l. id quod noſtrum, de reg. iur. l. ſi quis*
§. differentia ff. de acquir. poſſ. ff. nec videtur iuriſpruden-
tiæ conſentaneum, præſcribenti concedere dominium,
ſtatim ei auferendum, *l. fin. §. fin. Cod. de bon. quæ liber.* † 4
Sed vtcumque ea ſententia vera ſit in iure, quia tamen
difficilè eſſet pro ea obtinere, ſi ageretur ſolùm de præ-
ſcriptione triginta vel quadraginta annorum, cum
quoad eam communis ſit in contrarium; certè in caſu
in quo verſamur ſumus in claris, verior enim & magis
communis ſententia eſt, † centenariam præſcriptio- 5
nem, maximè titulo vero exiſtente, nocere quibuſ-
cumque deſcendentibus, etiam nondum natis. Ad
quod ſufficit allegare Menoch. *conſil. 711. num. 102.*
cum ſeqq. qui variis authoritatibus & rationibus hanc
ſententiam confirmat, & omnibus, quæ in contrarium
faciunt, reſpondet; ad quem te remitto, ne eius verba
tranſcribere videar; quibus poteſt addi Modern. Pa-
riſ. *conſi. 26.* † Nec recurrendum eſt ad reſtitutionis bene- 6
ficium, aſſerendo id competere ex capite ignorantiæ.
Nam, vt omittam quæſtionem illam, an aduerſus præ-
ſcriptionem quadraginta annorum detur, planè in
præſcriptione centenaria, verior & magis communis
eſt ſententia, eam reſtitutionem non dari, Arius Pi-
nell. *in dict. Authen. niſi tricennale, num. 58. Cod. de bon.*
mater.

CONSILIVM XXXV.

ARGVMENTVM.

SPonſalia per verba de præſenti, inter puberem & impuberem, valent ſolùm in vim ſponſaliorum de futuro.

SVMMARIVM.

1 *Sponſalia per verba de præſenti, inter puberem & impuberē, valent ſolùm in vim ſponſaliorum de futuro.*
2 *Nec ſola pubertate adueniente conualeſcunt.*
3 *In quibus propterea impedimentum publicæ honeſtatis, vltra primum gradum, cenſetur ſublatum.*
4 *Omnia matrimonia præſumpta, etiam ex* cap. 15. qui
fidem

fidem de ſponſal. *hodie per Concilium Tridentinum ſunt ſublata.*

5 *Sponſalia, inter puberem & impuberem, per nixum ſolum & conatum copulæ, non tranſeunt in matrimonium* & nom. 7.

6 *In exorbitantibus vel præſumptionibus non fit extenſio.*

8 *Matrimonium cum minore 12. annis conſiſtere poteſt, ſi malitia ſuppleat ætatem.*

9 *Quæ tamen ante 12. annum non præſumitur, niſi probetur.*

10 *Vt affinitas contrahatur & matrimonium conſummetur, ſufficit ſi ſeminetur ad os, datis tamen habilibus.*

11 *Duobus concurrentibus, quod mulier ſit proxima pubertati, & realiter deflorata, præſumitur viripotens.*

12 *In vtroque, tam maſculo, quam fæmina, requiruntur iudicium & potentia vt ante an. 14. & 12. ſit matrimonium.*

13 *Motus, ardor & quod ſit veſticeps, non ſufficiunt ad probandum quod aliqua ſit viripotens ante 12.*

14 *Ex nixu in proxima pubertate, & conſenſu de præſenti ſecuto, præſumitur potentia.*

15 *Quod tamen intelligendum eſt, ſi ad ſummum ſex menſes tantum à pubertate deſint.*

EXactè perpédi factũ mihi propoſitum & ſingulas circumſtantias ei inhærentes, eũ maximè quòd tota res hæc in foro conſcientiæ verſetur. Sed tandé in eam tui ſententiam, nullũ hîc matrimoniũ vel conſummatum vel ratũ adeſſe. Cùm n. proponantur primũ ſpõſalia per verba de futuro, poſteà per verba de præſẽti, inter puberẽ quindecim ſc. annos natũ; & impuberem vndecimũ, nõ tamen omnino expletũ, agentẽ, occultè & inter ipſos tãtũ cõtracta, ea quãuis verbis matrimoniũ denotẽt, impediẽte tamen ætatis defectu ſolo (etiã nõ habita ratione defectus Parochi proprij, & teſtiũ, qui hodie ad validitatẽ matrimonij per Conc. Trid. & Cõſtitutionẽ Regiã ei cõformẽ, neceſſariò interuenire
1 debent) † conſenſus in his adhibitus legitimus ad matrimoniũ nõ cenſetur; ſed ſolũ cõtrahuntur ſpõſalia de futuro, iuris interpretatione, *c. vltimo, de deſponſ. impub.* Couarr. *in 4. decret. 1. part cap* 3. nec vlla fit diſtinctio, an ſint proximi pubertatis necne, *c. atteſtationes & d. cap.*
2 *vlt. de deſponſat. impub. ca. vn. eod in 6.* † Nec ſola ætate pubertatis aduenientẽ cõualeſcunt, *l. vnic. §. 1 de deſponſ. impub. in 6.* Idẽ Couarr. *ead. 1. part. c. 4. §. 2.* Nauarr. *cõſ.*
3 *2. tit. de deſponſat. impub.* † Adeò vt impedimentũ publicæ honeſtatis ſublatũ per Conc. Trid. in ſpõſalib. de futuro vltra primũ gradũ, & non in ſpõſalib. per verba de præſenti, cenſeatur quoq; ſublatum in ſpõſalib. de præſenti inter puberẽ & impuberẽ. Nauarr *in manu. ca. 22. nu. 57.* ſed an per nixum copulæ qui inter eos adfuit, ea ſpõſalia trãſierint in matrimoniũ, per *c. is qui fidem de ſponſal.* quæſtionis eſt, & ſiquidem verſaremur in terris vbi publicatũ eſt Conc. Trid. vel etiam ſi poſt annum octuageſimũ quintũ in Gallia tota res hęc geſta fuiſſet, quo tempore cõſtitutio ab Henrico cõformis Cõcilio
4 emanauit, res nullã haberet difficultatẽ; cũ omnia hodie matrimonia præſumpta, etiã id de *in d. ca. is qui fidem.* ſint ſublata, Nauarr. *in manu. c. 22. n 26. verſ. tertio per alterius, & nu. 28 circa finẽ n. 31 n. 42. verſ. ſequitur ſecundo, c. 25. nu. 144. & in tract. de regularib. part. 4. nu. 76. & c. humanæ aures, 22. qu. 5. in qu. 3. nu. 4. & conſ. 18. nu. 3. de ſponſal.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3 præſumpt. 2. in fin.* Maſcard. *de probat. cõcl. 132. circa fin.* & ita per Illuſtriſs. Cardinales congregationis interpretationis Concilij Tridentini ordinatum fuit *elucidat* 45. ſed cùm proponatur hoc eueniſſe ante dictum annum 85. ſumus in puris terminis iuris communis. Et certè ea eſt DD. ſententia † vt per nixum ſolum & tentationem, vel cona- 5
tum, non tranſeant in matrimonium, Ioan. Andræ. Gemin. & Franc. *in cap. 1. §. idem de deſponſat. impuber.* Abb. *in cap. vltim. num. 2. de ſponſal.* & ibidem Præpoſ. teſtatur communem, etſi diſſentiat Aretin. *in conſil. 113. num. 5.* Syluest. Prier. *in verb. matrimonium, 2. quæſt. 16.* Alciat. *in tract. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 28. numer. 1. verſic. ſed quid ſi,* Menoch *de præſumpt. lib. 1. quæſt. 21. & lib. 3. præſumpt. 2. num. 50.* Ratio eſt in promptu, quod *in dict. cap. is qui fidem*, ſolum eſt expreſſum de copula carnali, quæ intelligi debet cum effectu, *l. 1. ff. quod quiſque iur.* nullum autem verbum de ſolo conatu & attentatione; & † cùm ſimus in materia exor- 6
bitanti, & contra communes iuris regulas, non debet fieri extenſio, *cap. quæ à iure de reg. iur.* & præſertim in præſumptionibus quæ extenſionem non admittunt Abb. *in cap. vltim. num. 3. de ſponſal.* atque hæc quidem procedunt etiamſi ſponſalia inter puberes contracta fuerint & tantùm nixus poſteà ſecutus fuerit, vt diſertè probatur *in dict. cap. vltim.* propriè enim pubes dicitur adoleſcens, *l. Aurelio. §. 1.* vbi Bart *ff. de liberal. cauſ.* multo igitur magis id dicendum erit, ſi vnus fuerit impubes. † Et in proprijs terminis, nixum inter 7
puberem & impuberem, vel duos impuberes, etiam pubertati proximos, non ſufficere, probant Aretin. *dict. conſil. 142.* & Ruin. *conſil. 103. numer. 2. verſic. tertia concluſio lib. 1.* ratio eſt, quia *cap. 1. de deſponſ. impub. in 6.* requirit ſigna de quibus *in dict. cap. 1. poſt pubertatem perfectam*, vt ſponſalia iuris interpretatione tranſeant in matrimonium, nec ſufficiunt ſi ante interuenerint. Quinimo ſigna non ſufficiunt ante pubertatem, eo caſu quo malitia ætatem ſuppleret, Ruin. *dict conſil. 103. numer. 2. verſic. tertia concluſio, vol. 1.* Maſcard. *dict. concluſ. 1031. num. 4.* Ex quibus ſatis conſtat nixum non ſufficere.

Sed ex alio capite nititur demonſtrare matrimonium adeſſe, quòd ſcilicet etſi filia non perfecerit duodecimum annum, tamen dicit eam fuiſſe viripotentem. † At de iure Canonico, vbi malitia ſupplet æ- 8
tatem, matrimonium cum huiuſmodi contrahi poteſt, *cap. puberes de deſponſ. impub.* Sed eo non obſtante ſemper permaneo in ſententia mea, quia † malitia 9
non præſumitur ante duodecimum annum perfectum in fœmina, niſi probetur, Nauarr. *in manu ca. 22. nu. 29.* probatur autem ſi realiter & cum effectu cognita fuerit, vel per relationem matronarum vt DD. animaduertunt *in dict. cap. puberes.* & ſatis demonſtrat Panormit. *ibid. & in cap. de illis 2. eod. tit.* ratio eſt manifeſta, quia ius præſumit nõ eſſe viripotẽtẽ, niſi habeat duodecim annos: vt igitur euertatur huiuſmodi præſumptio, opus eſt naturali facto in cõtrariũ, vel relatione peritarũ per indubitata ſigna ipſis nota, nec ſufficit ſola hominis imaginatio, cũ igitur hoc caſu nec realis & effectualis copula, nec relatio legitima interuenerit, nõ põt ea dici viripotẽs. Sed paucis diluamus quædã media, quib conatur probare eã fuiſſe viripotentẽ: & primũ, quod ait de adoleſcẽte virginẽ deflorãte etſi nõ ſeminauerit, nihil ad rẽ; cùm nõ probetur defloratio in noſtro caſu, nec probatio erit legitima ex timore quem habebat, ne concepiſſet, dum ægrotabat filia, rerum enim imperiti, etiam ſine cauſa timere potuerunt, nec iuramentum ab ea exquirendum, text. enim alleg. *in cap. atteſtationes*, nec de copula loquitur, & contrarium prætetea probat, deſideratur enim iuramentum, an conſenſerit poſt ætatem perfectam, & non de ijs quæ ante dictam ætatem acta fuerunt,

10 Secundò ait ex Syluest. *in verb. matrimonium octa-uo, §. 15.* † vt affinitas contrahatur, & matrimonium conſumetur, ſufficere vt ſeminetur ad os. Reſpondetur, id verum eſſe, datis habilibus, quæ ſemper præſupponenda ſunt, *l. 1. Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* nempe vt fuerint ætatis legitimæ & matrimonium ratum conſtiterit inter ipſos, de cuius conſummatione agebatur.

Tertiò, in re dubia, inquit, pronunciandum eſt pro matrimonio. Reſpond. eam regulam non procedere in iſtis terminis, ſed intelligi, datis habilibus, ſi probationes hinc inde æquales fuerint, cùm quæreretur an matrimonium eſſet contractum necne, & an validum ſit, pronunciandum eſſe pro matrimonio, ſed in noſtro caſu adeſt inhabilitas, nec ſumus in æqualitate probationum, & præſumptio iuris clara contra matrimonium adeſt, nempe quòd non ſit viripotens, nihil verò contra, quod eam vel euertere vel æquare poſſit, non mirum ſi dicendũ ſit, non eſſe ma-
11 trimonium. † Inſtat, imò, inquit, præſumitur copula in ea quæ eſt proxima pubertati, ex Panorm *in c. continebatur, n. 7. de deſponſ. impub.* Reſpondeo, hoc nõ eſſe verũ in iure, vt patet ex ſuperiorib., nec vnquã Panorm. hoc ſenſit, ſed ſolũ inquit, quòd ſi antequã fuerit pubertati proxima, fuerit deflorata, nõ cenſetur cõſummatum matrimonium, niſi per mulieres expertas probetur viripotens. quod ſi poſtquam erat pubertati proxima, fuerit deflorata nõ eſt opus relatione mulierum: ſat eſt enim quòd fuerit deflorata in ea ætate, vt probetur viripotens, cũ enim hæc duo concurrant, nẽpè proximitas pubertatis & actualis defloratio, præſumitur viripotens. Nõ igitur ex eo quòd eſt pubertati proxima, præſumitur copula, nec hoc vnquã quiſquã ſenſit; ſed ex proximitate & copula præſumitur potẽtia. Præſopponit igitur Abb. copulam actualem, ex qua præſumptionem induerit, non è contrario: At nos id quærimus, an copula adfuerit, & negamus adfuiſſe.

12 Quartò, contendit ſaltem ratũ † eſſe matrimoniũ *ex cap. de illis 2. de deſponſ. impub.* Reſpon. id cap. requirere, præter proximitatem ætatis, vt potentia coeundi adfuerit, & id in principio præſupponit Alexander 3. *in d. c.* & diſertè docet Abb. *in eod. loc. n. 2. & 4.*

Quintò, ſatis fusè diſcrimẽ cõſtituit inter maſculum & fœminam, vt in maſculo requiratur & iudicium & potentia, ideóq; ſi frigidus ſit, diſſoluitur matrimoniũ poſt tẽpus à lege ꝯſtitutũ: At in fœmina requiritur tãtũ prudentia, nec refert an ſit ſterilis. Et ad id rurſus allegat eundẽ Panorm. *in c. continebatur*, & eundem text. necnon *c. vlt. de deſponſ. impub.* Reſpondetur, non eſſe verum in fœmina requiri tantum prudentiam, ſed in vtroq; viro & fœmina requiritur vigor ille naturalis & diſcretio. vt probatur *ex d. cap. de illis 2.* in quo vterq; erat impubes, & in vtroq; deſideratur illa potentia vt aduertunt omnes DD. maximè Panorm. & malitia exponitur. i. vigor naturalis ſeu potentia coeundi. Abb. *ibid. n. 3.* & diſertè docetur *in c. puberes in fin.* & propterea fœminæ appellantur viripotentes quod virum pati poſſint, & deceptio maxima eſt in eo argumẽto ducto à frigiditate maſculorũ, frigiditas impedit maſculum & coarctatio vitioſa fœminam poſtquam vterq; pubes eſt. Non cõſideratur ſterilitas in fœmina, modò ætatẽ legitimam habeat, modò naturaliter apta ſit ad actum venereum. quòd ſi nõ eſſet, vt quia arcta eſſet, diſſolueretur matrimonium, idẽ enim operatur in ea arctatio quod frigiditas in maſculo; ſed in impubere, quamuis pubertati proxima, adeſt naturalis ſterilitas abſq; vitio, & præſumitur arctatio naturalis, ideóq; probanda eſt potentia ex copula actuali, vel etiam ex ſignis per relationem matronarum, vt per Abb. *in d. c. de illis n. 4.* qua probata præſumeretur quoque in illa ætate aptitudo concipiendi naturalis, etſi forſan vitioſa adeſſet, quæ nec in illa ætate, nec in maiori poſſet obeſſe, modò naturaliter fœmina ad id apta eſſet. Nec ſuã ſententiam firmat Panorm. *in d. c. continebatur*, præſupponit, enim, vt iã demonſtratũ eſt, actualem interueniſſe deflorationẽ. Nec etiam *c. conquerebatur*, quidquã facit, in quo cognita erat realiter & cũ effectu, vt ſuprà dictum eſt. Et quoad *c. vlt.* virtutis appellatione, quæ ibi prudentia, & alibi malitia dicitur, vtrobiq; vigor ille naturalis ſignificatur, quamuis alij non prudentiam ſed pudentiam legant; ſed interim ex eo cap. ad ſententiæ noſtræ cõfirmationem diſertè conficitur, quod & Panorm. annotauit *nu. 2. ibid.* puellã circa duodecimũ annum cõſtitutã, non eſſe habilem ad contrahendũ matrimoniũ, niſi aliter eſſet potẽs ad cõcipiendũ Ex quo etiã corroborantur quæ ſuprà diximus, naturaliter debere eſſe aptã ad cõcipiandũ, etſi forsã vitio ſterilis ſit.

Sextò, recurrit ad forũ cõſcientiæ & affirmat ſe expertum eã † viripotentẽ. At vnde id cognouit? ex mo- 13
tu & ardore? hæc non ſufficiunt, quod veſticeps fuerit, hoc etiã nõ ſufficit, Panorm. *in c. puberes, n. 3.* quòd metueret ne ipſa concepiſſet? At ille metus ab imperito profectus, & nullã iuſtam cauſã habẽs, nullius eſt cõſiderationis. Inſtat, ſi quis ſe per mollitiẽ potẽtẽ cognouerit, in cõſcientia tenetur, etſi in foro exteriori nõ ſit matrimoniũ. Da idẽ in fœmina, eã ſcil. realiter cognitam, concedam: At hoc non conſtat, nec illud igitur: quæ ſubiiciuntur, friuolæ ſunt rationes, quarum nulla eſt certa cõcluſio; Non poſſumus, inquit, dubitare, ratũ eſſe, cùm vix dubitetur de conſummato: At vtrunque nego. Ex illa copula imperfecta, inquit, colligitur conſummatio, multò magis potentia. Nego antecedens. Ab externo, inquit, fuit impedita, ergo non impotentia, ſed potentia colligitur. Et quis tibi reuelauit, ſi non impedita fuiſſet, realiter potuiſſe cognoſci, & fuiſſe cognitã poſteã, abſtinuit ſolo metu, ergo fuit viripotens: non ſequitur. Debet aliàs conſtare eſſe viripotentem re mora metu hæc & cætera huiuſmodi nullius omninò ponderis ſunt. Vno verbo, hæc & ſimilia tolluntur, potentiam non probari niſi vel per realẽ cognitionem, vel per relationẽ matronarum, qui tamen etiã poſtremus modus fallax admodum eſt. Tibi verò, vel puellæ, ſemota actuali cognitione, aſſerenti eſſe viripotentem, non creditur, DD. & maximè Panorm. *in d. c. continebatur, & c. de illis 2.*

Poſtrema ratio tua omnibus validior eſt, ſi tamen paulò aliter cõcipiatur, nẽpè ſi demus † nixum in pro- 14
xima pubertati, & poſt nixum conſenſum de præſenti, ex his præſumi potentiã, & per cõſequẽs eſſe matrimonium aſſeramus. Non dico, ſponſalia tranſire in matrimonium per nixũ, nam verum eſt non tranſire, ſed aio, nixũ in ea ætate, & conſenſum de præſenti ſubſequentem, præſumere potentiã, & facere matrimonium: hoc firmare videntur Panorm. *in c. atteſtationes n. 7.* Couarr. etſi ſubobſcurè & inuolutè *d. 4 part. c. 4. §. 1. in fin.* Ruin. *d. conſ. 203. num. 2. verſ. ſecunda concluſio*, Menoch *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 2. num. 55.* & hoc caſu forſan poſt illum nixum, de nouo per verba de præſenti ſe coniunxerunt, quod tamen in ſcripto mihi dato non proponitur. Reſpondeo, quidquid ſit de illa ſententia, quam non eſſe tutam conuincitur ex gloſ. *in dict. cap. atteſtationes*, & ex ratione euidentiſſima ſumpta *ex cap. vnico §. 1. de deſponſ. impub. in 6.* in quo nominatim requiritur copula poſt pubertatem; in caſu certè noſtro ſumus in claris. † Neq; enim loquuntur 15
DD. de proximo pubertati, ſed tãtùm de eo qui propè finem decimiquarti eſt, vel duodecimi, ſi ſit fœmina, & nominatim tempus reſtringunt, vt ad ſummum nõ

vltra

vltra ſex menſes diſtet à perfecta ætate, & ſic ſi ſit fœmi-
na habeat vndecim annos & ſex menſes ad minùs cùm
adeò ſit proxima perfectæ ætati, vt non niſi ſex menſes
deſint, & nixus adſit, & poſt eum conſenſus, præſumũt
potentiam. Atq; hoc omnes, ſcil. vt tantùm ſex menſi-
bus diſtet à perfecta ætate, nemine diſcrepãte, docent,
& maximè Anton. Butr. Panor. Caldet. Præpoſit. & cę-
teri poſt gloſ. *in dict. cap. atteſtationes:* hæc verò, de qua
agimus, nondum attigerit duodecimum annum; con-
cludendum igitur eſt, neque conſummatum neque ra-
tum hîc vllum matrimonium eſſe, ſiue in foro exte-
riori, ſiue interiori verſemur.

CONSILIVM XXXVI.

ARGVMENTVM.

SI feudum alienetur, cui debeatur laudemium, an domino immediato, vel mediato.

SVMMARIVM.

1 *Feudatarius poteſt feudum ſubinfeudare ſine licentia domini.*

2 *Laudemium ſubfeudi alienati debitur domino mediato & ſuperiori, ſi ſubinfeudans nihil ſibi reſeruauerit, ſecus ſi aliquid ſibi reſeruauerit.*

3 *Nec neceſſarium eſt vt aliquid de iuriſdictione ſibi reſeruauerit.* & num. 5.

4 *Duo ſunt directa necnon vtilia dominia, diuerſis reſpectibus, ſuperius & ſubalternum.*

6 *Multi ſimpliciter exiſtimarunt immediato domino laudemium deberi.*

7 *An illud procedat in regno Siciliæ, quoad feuda quaternata.*

8 *Vbi conſuetudo in aliqua prouincia non eſt certa, vicinarum prouinciarum ſequenda eſt.*

9 *Conſuetudine receptum eſt, vt laudemia ſubfeudorum venditorum debeantur immediato domino.*

10 *Ad validitatem conſuetudinis, non eſt neceſſarium vt contradictorio iudicio ſit recepta.*

11 *Quibus caſibus ſcientia Principis eſt neceſſaria, ſufficit ipſius officialium ſcientia, eáque ex lapſu centum annorum præſumitur.*

12 *Laudemia loci Vallisclusæ Epiſcopis Cauallicen. ſoluta, illiſque ſolis homagia præſtita fuerunt à die infeudationis per eoſdem Epiſcopos facta.*

HIs proximis præteritis diebus venditus fuit lo-
cus, Caſtrum & oppidum Vallisclusæ in fauorẽ
D. Annæ de Peruſſis, relictæ quondam domini de Fa-
ra, per dominam Magdalenam Sagnettam Aſtoaudã,
filiam & ſucceſſorem Illuſtriſs. quondam Spiritus Sa-
gnetti Aſtoaudi, domini dum viueret dict. loci Vallis-
cluſæ; venditus, inquam, fuit ſub directo dominio &
maiori Segnoria Reuerendiſs. domini Epiſcopi Ca-
uallicenſis, & ſuperioritate Sanct. domini noſtri Papæ
& Cameræ Apoſtol. Quæritur à quo inueſtitura peti,
cuíque laudemium præſtari debeat. An ſcilicet eidem
Reuerendiſs. Epiſcopo, an verò dictæ Cameræ?

Et eſt affirmatiuè reſpondendũ in fauorẽ dict. Re-
1 uerendiſs. Epiſc. qui cùm feudatarius ſubinfeudauit †
feudum quod habet (quod ipſi permiſsũ eſt abſq; licẽ-
tia ſuperioris, text. eſt *in cap. 1. § ſimiliter de lege Conra.*
Frane. *Curt. in tract. de feudis in 4. par. & in tit. An vaſſ.
poſſint ſine licentia domini alium de feudo infeud.* Petr. de
Gregor. *de conceſſ. feudi, par. 1. qu. 20. n. 11. & 12.*) & deinde
vaſſallus cui feudũ ſuit ſubinfeudatum, illud alienat,
ſolet quæri, ad quem ſpectet inueſtitura & laudemiũ;
an ſcilicet ad priorem & ſuperiorem dominum, an ve-
rò ad immediatum, qui ſubinfeudauit. Ea tamen com-
munis eſt & certa reſolutio, vt ſiquidem ſubinfeudans
2 † nihil ſibi retineat, ad primum dominum ſpectet
laudemium, & ita procedere poſſet gloſſ. *in cap. impe-
rialem, § illud in verb. niſi requiſitus, de prohib. feud. alien.
per Freder.* (ſi tamen hoc gloſſ. præcisè tenet, quod
non videtur feciſſe, quia cùm dixiſſet quòd ſpectat ad
primum dominum, opponit de textu, & non ſoluen-
do oppoſitum, videtur in eo reſidere vt procedat op-
poſitio, & rectè animaduertit Amed. de Põte *in quæſt.
laudem. q. 24. n. 3. circ. fin. verſ. & ideo,*) ſi verò aliquid ſi-
bi retinuerit, ſpectet ad immediatum dominum, &
nouiſſimè docet Amed. de Pon. *d. qu. 24. n. 3.* Afflict. *in
dict. § illud num. 15.* poſt Caner. & alios. Non eſt autem
neceſſarium vt aliquid de iuriſdictione, ſed ſufficit † 3
quod dominium directum cum cenſu ſibi retinuerit,
ſiue id dominium directum appelles, reſpectu ſubin-
feudati, ſiue vtile reſpectu ſuperioris domini, Bald. *in
c. cæterum n. 13. de iudic.* & ſic † conſiderantur duo vtilia 4
dominia, vnum ſupremum, quod ſubinfeudanti re-
manet, & ſubalternum quoddã vtile dominium, quod
transfertur in eum in quem ſubinfeudatio eſt facta,
quiq; habet exercitium vtilis dominij, Bald. *in l. 1. Cod.
vnde legit.* Amed. de Pont. *d. q. 24. n. 58.* & ſic etiam dan-
tur duo directa dominia in eadem re, maius ſcilicet &
ſubalternum, Amed. de Pon. *d. loc. n. 59.* Sufficere † au- 5
tem reſeruationem directi dominij, maximè cum ſen-
ſu vt laudemium ſpectet ad immediatũ dominum, fusè
docet idem Amed. *d. loc. nu. 60.* & omnes Doctores qui
in fauorem ſuperioris domini reſpõdent: ſi tale domi-
nium directum retentum ſit, contrarium cenſent, eũ
ſcilicet rationem afferunt ſuæ ſententiæ: quia, inquiũt,
poſt factam ſubinfeudationem neque directum, ne-
que vtile dominium remanet apud primum vaſallum,
ſed ſolùm quædam reliquiæ vtilis dominij vt patet ex
Clar. *§ feudum, qu. 32. num. 6.* & Maſtril. *in addit. ad Petr.
de Gregor. lib. 1. qu. 2. de iure communi, verſ. ſed quid iſte,*
clarè demonſtrantes, quod ſi directum Dominium re-
tentum fuerit non procedat huiuſmodi ſententia, qua
ad ſuperiorem Dominum ſpectare laudemium aſſeri-
tur. At verò cùm Reuerendiſs. Epiſcopus Cauallicẽſis
de anno 1413. ſubinfeudauit, reſeruauit ſibi directum
ãtũ dominiũ & maiorẽ ſegnoriã, illúdq; feudũ nõ ceſ-
ſit, ſed cõceſſit ſub annuo cẽſu dimidiæ marchæ argẽti
quotãnis ſoluẽdo, multiſq; alijs iurib. vtilib. ſibi retẽ-
tis, nimirũ piſcandi, coquendi & molendi pro familia
gratis, habitandi in Caſtro tẽpore belli, & alijs prout
in ſubinfeudatione facta de dict. ann. 1413. latiùs conti-
netur: quinimò, & ceſſantibus † tot reſeruationibus, 6
ſubuaſſallo alienante feudum, conſenſum immediati
domini exigendum eſſe, non autem ſuperioris & me-
diati, relatis omnibus Doctorũ opinionib. cõcludit &
validis rationib. cõfirmat Andr. Fachin. *lib. 7. cõtrou. iur.
c. 53.* & nominatim laudemiũ deberi immediato domi-
no directo, nõ autẽ ſupremo domino directo, tradunt
Ioan. Fab. *in § adeo, inſtit. de locat.* Soci. iun. *cõſ. 70. n. 31.
lib. 3.* & cõſẽſu immediati domini dũtaxat exigẽdũ eſ-
ſe, (cuius cõſenſus ratione laudemiũ debetur) & plu-
ribus defendit Menoch. *conſil. 226. nu. 157. & 185. & cõſ.
336. num. 5. & 18. & conſ. 546. per totum,* & maximè *à n.
4. vſque ad finem,* in quibus locis atteſtatur de com-
muni opinione, iſte n. dominus immediatus propriè

dominus dicitur iſtius ſubfeudi & ſubfeudatarij, ad eum igitur vtilitates debent pertinere, & nouiſſimè hanc eſſe indubitatam concluſionem aſſeruit Bert. Argent. Rhedon. Prouinciæ præſes, *in ſuo tract. de laudem in cap. quibus laudemia debeantur*, vbi ſubiungit, in vaſſallos vaſſallorum dominis mediatis non eſſe ius, niſi conuentione aliud introductum reperiatur. Quare de iure communi res videtur expedita in fauorem Reuerendiſſ. domini Epiſcopi Cauallicen. domini immediati præfati ſubfeudi Vallisclusæ. Ne-
7 que his obſtat ſi dicatur, † hæc non procedere in feudis quaternatis & nobilibus quorum commodum ad ſupremum dominum ſpectare debet ex Amed. *d. qu. 24. num. 18. in fin.* Nam nec Afflict. quem allegat. *in d. § illud num. 15 & ſeqq* hoc dicit, imò impliciter aſſerit laudemium ſpectare ad immediatum dominum, & And. de Iſern. *in dict. cap. illud num. 9* non loquitur in noſtris terminis, ſed quando offenſa facta eſt ſupremo domino per ſubfeudatarium, & vtcunque ſit, hoc eſt ſpeciale in regno Siciliæ, propter *conſt. poſt mortem*, quæ eſt *lib. 3. num. 15.* ſicut ipſemet Amed. profitetur: quod ius ad rem noſtram non pertinere ait Faquineus *d. lib. 7. controuerſ iuris cap. 53. verſic. quarta eſt ſententia.* Ius autem commune eſt in contrarium, vt extra eam conſtitutionem omnes profitentur. Ratio verò differentiæ inter ius Siciliæ & aliorum Regnorum & prouinciarum eſt, quia quamuis de iure communi feudatarius poſſit ſine aſſenſu domini ſubinfeudare, vt ſuprà dictum eſt, *num. 25. § ſimiliter, de lege Conradi*, tamen in regno hoc eſt prohibitum, Petr. de Greg. *de conceſſ. feud. par. 1. quæſt. 1. num. 24.* & ſolus Rex poteſt in eo regno concedere feuda quaternata, quæ omnia nobilia ſunt, Petr. de Greg. *dict. loc. num. 25.* non mirum ſi eorum commoda ad Regem ſpectent.

8 Præterea, quia conſuetudine † receptum eſt, nedum in hac patria, ſed in omnibus prouinciis circumuicinis (quarum conſuetudo quatenus in hac patria non eſſet
ita certa, † quæ tamen eſt, ſeruanda eſſet, *cap. 1. c. de*
9 *his, diſtinct. 12. cap. ex parte, de cenſib.* Pap. *lib. 13. tit. 1. cap. 3.* Cornuer, *in Henr. Cod. lib. 8. tit. 1. cap. 1.*) vt quoties feuda ſubfeudatariorum alienantur, vt inueſtitura ab immediato domino detur, illique laudemium præſtetur, quæ conſuetudo immemorabilis eſt, & manifeſta, quod pro notorio allegatur, & de dict. conſuetudine atteſtatur Ioan. Faber *in § adeò, circa finem, inſtit. de locat.* & Chaſſan. *in conſuet. Burg. tit. des fiefs § 8. cap. 2. in fin.* & Argent. *vbi ſup.* qui omnes in terminis laudemij loquuntur. Et his proximis præteritis annis accidit in loco Blandiaci, cuius laudemium habuit Reuerendiſſ. Epiſcopus Carpen. eius immediatus dominus, prout apparet ex tranſactione inita ſuper laudemio dict. loci Blandiaci, quod controuertebatur inter emptorem & Reuerendiſſ. Epiſcopum Carpen. & ex quietancia ſolutionis eiuſdem laudemij, facta per eundem Reuerendiſſ. Epiſcopum, vel eius legitimos procuratores, quæ in actis præſentis cauſæ productæ ſunt.

Nec obſtat ſi contra hanc ſecundam rationem di-
10 catur, † huiuſmodi conſuetudinem contradictorio iudicio nunquam fuiſſe receptam, (ſi enim in contradictorio iudicio fuerit recepta, neſcitur nunc;) ſed hoc certum eſt, non eſſe neceſſarium vt ſit recepta contradictorio iudicio: Nam *l. cum de conſuetudine, ff. de legib.* conſilij eſt, non neceſſitatis, ſine enim contradictorio iudicio moribus quoque induci poteſt conſuetudo *vt l. ſed ad ea*, quæ mos, *d. l.* cum de cõſuetudine oritur, quaſi eam retractans, caſu quo quis ex ea voluiſſet inferre, neceſſarium fuiſſe huiuſmodi contradictorium iudicium & omnes Doctores poſt Alberic. & ex neoter. Corraſ. ibidem interpretantur.

Nec obſtat ſi dicatur † ſcientiam Principis neceſſa- 11
riam fuiſſe ad inducendam huiuſmodi conſuetudinem, nam aut ſcientia non eſt neceſſaria, aut ſi eſt neceſſaria præſumitur poſt tantum tempus, Crauet. poſt multos quos refert, *de antiquit. temp. part. 4. § abſolutis num. 14. & 15.* & caſu quo eſſet neceſſaria, aut non præſumeretur, certum eſt ſufficere ſcientiam procuratorum Principis, aut eius Officialium, Bart. *in d. l. ſi Publicanus, § fin. ff. de public.* Crauet. *dict. § abſolutis nu. 23.* Officialium verò ſcientiam adfuiſſe notorium eſt, cùm viderent dominos Vallisclusæ homagium Cameræ nunquam præſtantes, & tamen locum liberè poſſidentes.

Poſtremò, quoad Caſtrum de quo agitur †, & per ea 12
quæ in infeudatione ipſius geſta ſunt alienationibus deinde ſubſecutis, recognitionibus, ac homagijs præſtitis, res videtur carere omni dubio. Vltra enim ſubinfeudationem, de qua ſuprà facta eſt mentio, de anno 1413. die 23. Maij in fauorem nobilis Raymondi Garnerij, cum pactis & retentionibus in dict. inſtrumento infeudationis contentis, idem Garnerius, qui homagium in debita forma Reuerendiſſ. Epiſcopo præſtiterat, per viam permutationis dictũ Caſtrum cum omnibus iuribus, &c. tranſtulit in dominum Guillielmũ Sagnetti de anno 1414. die 17. Nouemb. qui Sagnettus inueſtituram ab Epiſcopo accepit, laudemium eidem ſoluit, quod trezenum in inſtrumento inueſtituræ & ſolutionis laudemij nuncupatur, homagiúmque præſtitit. de anno verò 1445. die 9. Iulij, Carolus Sagnettus, filius eiuſdem Guillielmi, pariter homagium Epiſcopo Cauallicenſi in debita forma fecit, ſub reſeruatione ſemper directi dominij & maioris Signoriæ in fauorem menſæ Epiſcopalis; & cum de anno 1480. vel circa, idem Carolus hoc feudum d. de Stanuilla vendidiſſet, & deinde de anno 15.... idem Stanuilla filio d. Caroli donaſſet, vtroque caſu inueſtitura petita fuit ab Epiſcopis Cauallicen. illiſque laudemia præſtita, homagiáque ab omnibus poſſeſſoribus adhæc vſque tempora dictis Epiſcopis ſolis præſtita fuerunt, ſub dictis reſeruationibus, pręterquam quod infeudatio ſub eiſdem reſeruationibus fuit approbata per S. D. N. PP. prout in alienatione rerũ Eccleſiæ exigitur, de qua tamen approbatione fidem facere non incumbit Reuerendiſſ. Epiſcopo Cauallicen. cùm ſuper validitate, vel inualiditate infeudationis quæſtio non exiſtat & inde moderno Epiſcopo ſeu eius menſæ Epiſcopali nullum generari poſſit præiudicium.

Ex quibus concluditur in fauorem Reuerendiſſimi Epiſcopi Cauallicenſ. Offic. veſtr. &c. cum expenſarum victoria petens ius omni meliori modo, &c. ſaluo iure, &c.

CONSILIVM XXXVII.

ARGVMENTVM.

De eadem re.

SVMMARIVM.

1 *Controuerſa eſt quæſtio, an ſubfeudi venditi laudemium debeatur mediato vel immediato domino.*

2 *Verior eſt opinio eorũ, qui immediato deberi cõcedunt.*

3 *Iure-*

3 *In regno Siciliæ feudatarius non poteſt, ſine conſenſu domini, ſubinfeudare, ſecus de iure communi.*

4 *Opinio qua aſſeritur immediato domino laudemium deberi conſuetudine totius Galliæ, & huius prouinciæ eſt recepta.*

5 *Feuda in Gallia ſunt ad inſtar patrimoniorũ quoad ſucceſſionem, & liberam alienationem.*

6 *Circumſcripta conſuetudine, qua feudum debetur immediato domino, & poſito veriorem de iure communi eſſe ſententiam, qua dicitur, mediato deberi, ea fallit ſi mediatus ſit Princeps.*

7 *Rurſus fallit ſi ſubinfeudans aliquid ſibi reſeruauerit, vt directum dominium & cenſum aliquem.*

8 *Duo ſunt directa dominia, ſuperius & ſubalternum, ſicut etiam duo vtilia dominia.*

9 *Nec neceſſarium eſt vt aliquid de Curte ſeu Iuriſdictione, ſed ſufficit ſi directum dominium reſeruetur.*

10 *Clauſula acceſſoria regulantur ſecundùm naturam principalis contractus.*

QVæ aliàs ſcripſimus in fauorem menſæ Epiſcopalis Cauallicen. circa laudemium ratione oppidi Valliſcluſæ, dominæ Claræ de Peruſſiis, viduæ domini de la Fara, venditi; id ſcilicet dictæ menſæ, ſeu Reuerendiſſ. Epiſcopo eiuſdem, non autem Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ ſoluendum eſſe, vera ſunt, & firma ſubſiſtunt, non obſtantibus iis, quæ nouiſſimè aduerſus dict. menſam in fauorem dict. Reuerendiſſ. Cameræ allegata fuerunt, idque non ſolùm ex reſolutione quæſtionis, generaliter propoſitæ, an laudemium ſoluendum ſit mediato, vel immediato domino, ſed etiam (præſuppoſito & non concesſo, opinionẽ illam, qua dicitur mediato domino laudemium eſſe ſoluendum, ſequendam fore,) quia tres limitationes veræ & certæ, quæ dantur aduerſus huiuſmodi reſolutionem, militant omnes in caſu noſtro. Et, quoad quæſtionem generaliter propoſitam, duæ ſunt præcipuæ ſententiæ ex diametro contrariæ; Nam quæ tertia dicitur, vtriuſque domini conſenſum requirit. Alij quidem † mediato domino ſoluendum eſſe contendunt, quorum aliqui hanc communem, vel magis communem aſſerunt, vt Clar. *in §. feudũ, quæſt. 32.* Mol *in tract. de feud. cap. ex quibus cau. feud. amitt. num. 152.* Borcolt. *de feudis, cap. 8. num. 52.* Mynſing. *cent. 5. obſeru. 66.* Maſtrill. *in addit ad Petr. de Greg. part. 1. qu 2. littera A.* & alij ex aduerſo allegati. Alij verò immediato domino laudemium integrum deberi affirmant, vt Afflict. *in ca. imperialem, §. illud num. 18.* poſt Cametar. & alios, Socin. iun. *conſil. 70. num. 32. lib 3.* Curt iun. *tract de feud. part. 4. principali, num. 89. circa fin.* Fachin. *lib. 7. controuerſ. cap. 53.* Menoch. *conſil. 226. nu. 157. 185 & 187. & conſ. 336. num. 5. 14. & 18. & conſ 546. per tot. & de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 102. per tot.* Atque hanc communem idem Menoch. *d. conſ. 338. nu. 8.* & magis communem *d. conſil. 226. nu. 188.* aſſerit Argent. Redon Prouinciæ præſes, *in ſuo tract. de laudemijs, & quib. laudemia debeantur.*

2 Atque in hoc conflictu opinionum, & † authoribus vtrinque communem, & magis communem aſſerentibus, ea ſequenda, quæ verior eſt & melioribus nititur rationibus. At verò eam, quæ immediato domino laudemium deberi aſſeritur, & veriorem & melioribus niti rationibus docet Menoch. *dict. conſil. 226. numer. 188. & de præſump. libr. 3. præſumpt. 102.* ad quem nos referimus, ne ipſius verba tranſcribamus, & planè id verum eſt, & non eſſe habendum rationem illorum, qui contrarium tenent, ex eo quòd mouentur potiſſimùm authoritate gloſſæ *in cap. imperialem, §. verb. ſed niſi requiſitus,* quæ tamen tantum abeſt, vt hanc ſententiam teneat, quin potiùs contrarium aſſerit, vt ſcilicet immediato debeatur, quia cum dixiſſet, quòd ſpectat ad primum dominum, opponit de textu & non ſoluendo oppoſitum, videtur in eo reſidere, vt procedat oppoſitio, vt rectè animaduertit Amed. à Pont. *in quæſt. laudem. 24. numer. 3. circa fin.* Nec obſtat quod ex aduerſo dictum eſt, de proprio ligone nos confodi ex Menoch. *dict. conſil. 226. numer. 128.* aſſerente vtriuſque domini conſenſum requiri, & ſic vtrique laudemium deberi: Nam Menoch. loquitur in caſu ſpeciali, nimirum in regno Siciliæ, & feudis quaternatis, vt patet ex *numer. 169. & 179.* in quibus hoc † eſt ſpeciale ex conſtitutione regni, vt non niſi 3
de conſenſu ſupremi ſubinfeudari poſſint, Petr. de Gregor. *part. 1 quæſt. 2. num. 13.* cum tamen de iure communi feudorum, feudatarius poſſit ſine licẽtia domini ſubinfeudare, text. *in cap. 1. § ſimiliter, de l. g.* Conr. Franc. Curt. *in tract. de feudis, part. 4. tit. an vaſſal. poſſit ſine licentia domini alium de feudo,* Petr. de Gregor. *dict. part. 1. quæſt. 2. num. 11. 12.*

Sed quidquid ſit, cùm generaliter quæſtio illa proponitur (ne immoremur circa Hartmanni diſtinctionem, & alias, quæ aduerſus aliquas authoritates à nobis allegatas, proponuntur, quod ex quæſtionem generaliter propoſitam reſpiciant, quæ tamen facilè dilui poſſent,) hoc certum eſt, † conſuetudine præ- 4
ſertim in Gallia, & in his regionibus receptum eſſe, vt laudemium præſtandum ſit immediato domino, nulla diſtinctione facta, & in proprijs terminis, quibus verſamur, nimirum cùm primus vaſſallus ipſummet feudum ſibi conceſſum alteri ſubinfeudauit, & deinde alienatur à ſubfeudatario atteſtantur Chaſſan. *rubric. 4. des gens mariez, verſic. du Seigneur,* Faber. *in §. adeò, numer. 7. circa finem, inſtit. de locat.* Bertrand. *conſil. 185. num. 12. verſic. ad ſeptimum, libr. 4.* fusè Claper. *in centur. cauſ. fiſcal. cauſa 15. quæſt. 2. numer. 26.* & Afflict. *dict. §. illud numer. 15.* atteſtatur de conſuetudine Siciliæ. Et præfata conſuetudo Galliæ notoria eſt in hac patria, nec alia probatione indiget, præſertim cùm DD. de ea atteſtentur, & quatenus opus eſt, probatur ex inueſtitura Blaudiaci, & alijs, ſi opus ſit, producendis, & in indiuiduo in ipſomet loco Valliſcluſæ dict. conſuetudo probata fuit ex laudemijs ſolutis Epiſcopo anno 1414. 1450. & 1500. & homagijs per omnes poſſeſſores, & continuò ad hæc vſque tempora, & ſic per ſpacium 200. vel circiter annorum Reuerendiſſimis Epiſcopis Cauallicen. præſtitis, abſque eo quod vnquam Officialibus Sanctiſſimi vel dictæ Cameræ fuerint facta, aut laudemia ſoluta, quæ continua laudemiorum ſolutio, quoties caſus occurrit, & homagiorum præſtatio, abſque dubio concludit, neceſſariò domini immediati, non autem mediati rationem habendam, dictóque immediato laudemium ſoluendum, illiúſque ſolius conſenſum exigendum eſſe in alienatione, ſi neceſſarius eſſet, qui tamen in hac patria non requiritur, cùm feuda † ſint ad inſtar allodialium & patrimonia- 5
lium, & poſſint liberè, irrequiſito domino alienari, dum tamen poſteà inueſtitura à domino petatur, & laudemium eidem ſoluatur, Guilhelm. Benedict. *in cap. Raynutius, verſic. duas habens, num. 67. cum ſeqq.* Iaſon *in l. de quibus num. 54. ff. de legib.* Bertrand. *conſil. 237. numer. 14. libr. 2.* & ſic tollitur quod ex aduerſo dicitur, conſuetudinem non eſſe legitimè probatam, cum ea ſit notoria, & de ea Doctores atteſtentur, & quatenus opus eſſet probatione ex dict. laudemiorum ſolutione, & continua homagiorum præſtatione, in hoc feudo probata eſt, maximè cùm in

huiuſmodi conſuetudine non requiratur præſcriptio temporis, ſed ſufficit quòd aliquo tempore ita fuerit obſeruatum, quia hæc conſuetudo eſt obſeruatiua ſeu interpretatiua, Crauet. *conſil.294.num.8.verſic.21.col.4.* Menoch. *d.conſil.226.nu.173.174.& 175.* atque hæc eſt prima limitatio.

6 Secundò, † quia illa prima opinio, quæ aſſeritur communis, non procedit quando primus vaſſallus eſſet vaſſallus Principis, quia tunc ſecundus vaſſallus non tenetur denunciare Principi, ſed ſuo domino. cui propterea tantùm laudemium debetur, vt docet Bertrand. *dict.conſil.185.lib.4.circa fin.* poſt Iacob. de Ardiz. Aluarot.& Præpoſit. in quo caſu nos verſamur. Primus enim vaſſallus, ſcilicet Epiſcopus Cauallicenſ. eſt vaſſallus Principis, ſummi nimirum Pontificis.

7 Tertiò, ſecluſa † etiam omni conſuetudine, ſi ſubfeudatarius ſubinfeudans non tranſtulerit totum ius ſuum in ſubfeudatarium, hoc certiſſimũ eſt, laudemiũ immediato domino ſoluendũ eſſe. Atq; hãc ſententiam affirmant Bald. *in dict.cap.Imperialem,§.illud, nu.2.verſ.ſciendum,de prohib.feud.alien.per Freder.* Bart. *in l.ſi ſinita,§.ſi de vectigal.num.9.in fin.ff.de damno infecto*, vt eum intelligit Menoch. *dict.conſil.338.num.14.* Eandem ſententiam apertius probarunt Imola *in dict.§.de vectigal.num.5.in fin.colum.penult.verſic.item adde in quantum*, Alexand. *ibidem num.38.* & Rom. *nu.20.* Socin. ſenior. *conſil.256.col.2.verſic.& pro ſolutione*, Afflict. *in dict.§.illud, nu.15.verſic.ſed aduerte*, qui hanc fuiſſe Iſerniæ ſententiam ibi aſſerit, & ibi quoque Aluaro. *num.4.* Amed. apertè *dict.quæſt.24.num.3.* Valaſc. infrà allegatus.

Nec dicendum, vt ex aduerſo tentatur, communem eſſe in cõtrarium: Nam hoc caſu, ſcilicet cùm aliquid ſibi retinuit ſubinfeudatarius ſubinfeudans, omnes conſentiunt laudemium immediato præſtandum, & ij ipſi qui contrarium ſentiunt in illa generali quæſtione, vel Siculi ſunt, & propter conſtitutionem Siciliæ ſine conſenſu ſupremi domini ſubinfeudationem prohibentem in fauorem mediati domini reſpondent, vel clarè demonſtrant ſe eo caſu loqui, quo feudatarius omne ius ſuum transfert in ſubfeudatarium, dum rationem ſuæ ſententiæ afferunt, & inter cæteros, Miſyng. Clarus. Maſtrill. & alij ſuprà nominati, quia inquiunt vtile dominium ita in ſecundum ſubinfeudando fundatarius transfert, vt reliquit nihil penes eum manierit, niſi aliqua vmbra ſolùm, ergo ſi aliquid reſeruauerit, contrarium ſentiunt, & hanc ipſorum fuiſſe mentem, etiam omniũ, qui contrarium ſentiunt, patet etiam ex eo, quòd leges quib. ſuam ſententiã firmant, ponunt caſum quando omne ius transfertur, ſcilicet *l.penult.ff.de ſeruit.exportant.l.qui vniuerſas,§.fin.l.ſi id quod,§.1.l.quamuis §.1.ff.de acquir.poſſeſſ.* quæ leges referuntur à Gloſ. *in dict.§.illud*, pro corroboratione cõtrariæ opinionis, & quod longa ſit differentia inter vtrumq; caſum, nimirum quando vaſſallus, vel emphiteuta ſubinfeudans vel ſubinemphiteuticans ſine reſeruatione, & ſimpliciter, aut cum reſeruatione, & retentione alicuius penſionis, & quorundam iurium, vt hoc poſteriori caſu immediatus dominus recognoſci debeat, cenſeaturq; habere directum dominium ſubalternum, fusè comprobat & oſtendit Valaſc. *de iure emphit.qu.13.à n.10.vſque ad fin.* & potiſſimè *nu.12.& 13.*

8 Datur † enim duplex vtile dominium, vnum ſuperius, quod ſubinfeudanti remanet, quódq; directum, reſpectu ſubfeudatarij appellatur; vtile verò reſpectu ſupremi domini; & ſubalternum quoddam quod trãſfertur in eum, in quem facta eſt ſubinfeudatio Bald. *in l.1.Cod.de legit.* Amed. de Peu. *d.q.24.n.58.* & fusè docet Menoch. *d.conſil.226.num.186.& ſeqq.* Socin. *conſil.256.lib.2.* Valaſc. & Claper. vbi ſuprà, ex quo tollitur omne dubium, quod aliqui faciunt, quomodo duo in ſolidum poſſint eſſe domini eiuſdem rei, & planè nullum inuenimus Doctorem qui, quando feudatarius ſubinfeudans aliquid retinuit, teneat pro mediato domino; imò eo caſu omnes in fauorem immediati reſpondent.

Nec requiritur † vt hæc limitatio habeat locũ, quòd 9
retineatur aliquid de curte ſeu iuriſdictione, cuius exempli gratia aliqui mentionem faciunt, vt Amed. *dict.quæſt.nu.3.* ſed ſufficit quòd reſeruetur dominium directum (ita interpretando illud dominium directum, vt ſuprà diximus) docet Afflict. *dict.§.illud nu.15.* Socin. ſen. *conſil.256.lib.2.& conſil.66.num.4.lib.3.* Amed. *dict.loc.num.69.* Menoch. *dict.conſil.338.num.14.* vbi poſt Bald. & alios docet ſufficere ſi retineatur ius ſuperioritatis & recognitionis, ſicut & Valaſc. loco ſuprà cit. At verò in hoc caſu Reuerendiſſimum dominum Epiſcopum Caualicenſ. dominium ipſum à ſe non abdicaſſe, imò illud & pleraque iura retinuiſſe, patet ex ipſa infeudatione, in qua nominatim retinuit ipſum directum dominium, cenſum dimidiæ marchæ argenti quotannis ſoluendæ, in ſignum maioris dominij, ius piſcandi in defenſo, quod eſt dominicale, gratis frumenta triturandi, & panes coquendi pro vſu familiæ, & commorandi in Caſtro tempore belli, tanquam ſuperiori domino, & quod plus eſt, in homagiis, quæ dict. Epiſcopo præſtita fuerũt, & in ipſomet, quod die ſubinfeudationis præfatæ præſtitum fuit, ipſi domini ſubfeudatarij, domini dict. loci Vallſcluſæ, recognoſcunt Epiſcopum in ſuum dominum & iudicem competentem, ita vt videatur nos eſſe extra omnem dubitationem.

Nec obſtat quod ex aduerſo opponitur, nos eſſe in puris terminis alienationis, & contractum per Epiſcopum Nicolaum factum veram alienationem, & non ſubinfeudationem, continere; ex eo quod Epiſcopi, propter iuramentum quòd præſtant, & etiam ex iuris diſpoſitione, non poſſint res Eccleſiæ in feudum dare; ſequitur, dictum contractum continere veram alienationem, quæ alienatio efficit vt vaſſallus, qui feudum alienauit, non debeat conſenſum adhibere, nec illi debeatur laudemium, ſi feudum alienetur. Nam hæc nihil concludunt, fatemur quod quamuis feudatarius de iure poſſit ſubinfeudare ſine conſenſu domini ſupremi, Epiſcopos tamen non poſſe feuda Eccleſiæ per ſubinfeudationem alienare ſine conſenſu ſummi Pontificis, non quatenus eſt ſupremus dominus in temporalibus, nam eo reſpectu potuiſſet Epiſcopus Canallicen. ſubinfeudare; ſed quatenus ſummus Pontifex, ſine cuius licentia feuda ad Eccleſiam pertinentia, etiamſi ſint in ijs prouincijs, quæ in temporalibus ſummo Pontifici non ſubſunt, non poſſunt vel alienari vel ſubinfeudari.

Fatemur quoque quod ſi ſine licentia, aut confirmatione ſummi Pontificis dict. ſubinfeudatio facta ſit, eam impugnari poſſe, non ex vi Paulinæ *in extrauag. ambitioſæ*, quæ eſt lata anno 1468. & ſic poſterior hac infeudatione, ſed aliàs ex iuris communis diſpoſitione: ſed quid inde ſequitur? Anne quod ex aduerſo dicitur, eſſe veram alienationem, & ſic nihil ſibi remanere, & illi laudemium non deberi? Planè hoc ridiculum eſt, ſed verè ſequeretur, ſubinfeudationem nullam, & locum Valliſcluſæ ad menſam Epiſcopalẽ vt anteà pertinere, & perinde haberi ac ſi ſubinfeudatio nunquam facta fuiſſet; certi enim iuris eſt, Epiſcopum per huiuſmodi contractum nullum, Eccleſiæ ſuæ nocere non potuiſſe, cùm & ipſemet contrahens poſſit ad declarationem nullitatis agere fauore Eccleſiæ.

Nec inquirimus, an verum ſit, licentiam, vel con-

firmatio-

firmationem ſummi Pontificis non interueniſſe, & an ea ex tanto tempore præſumatur, nemo melius ipſa domina de la Fata ſcit, an dicta confirmatio adfuerit, quippè quæ omnia documenta penes ſe habet. Hoc tamen, dictam menſam Epiſcopalem dicto domino Aduocato admodum fore obnoxiam, ſi euraueris vt dictus contractus declaretur nullus.

Sed his non ſatis ſibi fidens, qui ex aduerſo ſcripſit, ſubiungit, Aut dictus contractus de anno 1515. continet ſubinfeudationem (quod tamen contra rei veritatem negat, ex reſeruatione enim directi dominij ac cenſus annui recognitione & homagio Epiſcopo præſtandis, & quod nullum pretium interuenit, ſed ſolùm vacea pro nouo accapito ſoluta fuit, manifeſtiſſimè patet ſubinfeudationem eſſe;) & inquit manet integra Cameræ illibata, nam huiuſmodi diſtinctio eſt contra communem opinionem, primo loco commemoratam. Sed ex ſuperioribus patet non eſſe verum, dato enim quod illa opinio, qua laudemium mediato domino deberi dicitur, eſſet magis communis, ea tantum procedit in abſoluta infeudatione, quando ſcilicet ſubinfeudans nihil ſibi reſeruauit, ſed quando reſeruauit ſibi directum dominium & cenſum, omnes conſentiunt, nemine diſcrepante, immediato deberi, & tunc eſt limitatio illius opinionis quæ aſſeritur communis, recepta, & ab omnibus approbata.

Non obſtat etiam quod dicit, Epiſcopum nihil de iuriſdictione reſeruaſſe, ſuprà enim iam reſponſum eſt, aut reſeruatam eſſe iuriſdictionem, vt patet ex homagijs, in quibus ſubuaſſalli recognoſcunt Epiſcopum in iudicem competentem, aut non eſſe neceſſarium vt reſeruetur aliquid de iuriſdictione. Reſponſumque eſt Amedeo *dict. quæſt.* 24. *num.* 3. per ipſummet Amedeum *dict. quæſt. num.* 60. Socin. ſeniorem, Afflictum, & Menochium ſuprà citatos.

Nec obſtat etiam quod dicitur, non potuiſſe Epiſcopum maius dominium ſibi retinere; nam retinuit directum dominium, & maiorem ſegnoriam, ita dictam reſpectu ſubalterni vtilis dominij, quod tamen vtile dominium eſt reſpectu ſupremi, vt ſuprà dictum eſt, & clarè docet Clapet. *in cent. cauſ. fiſcal. cauſa. V. qu. ... num.* 20. *& ſeq.*

Nec quod dicitur ex aduerſo, Amedeum affirmare tunc dici quem abdicaſſe à ſe omne ius, quando in veritate feudi ponit alium loco ſui, cum ſubinfeudando, & tunc ſubinfeudationem obtinere vim alienationis, nam ſi verba ipſius ponderentur, hoc intelligit, ſi nihil ſibi retinuerit, quod non eſt in hoc caſu noſtro, vbi ſunt tot retentiones.

Non obſtat poſtremò, quod ex aduerſo dicitur Nicolaum ſubinfeudantem dediſſe, donaſſe, & conceſſiſſe dictum feudum cum poteſtate vendendi; nam ea omnia conceduntur ſub retentionibus præmiſſis, taliſque conceſſio intelligitur iuxta naturam contractus feudalis, illæ enim † clauſulæ acceſſoriæ regulantur 10
ſecundum naturam principalis contractus, vt obſeruat, in caſu vaſſalli ſubinfeudantis, Barth. Socin. *conſ.* 66. *num.* 5. *in fin.*

Nec eſt in conſideratione in hoc caſu, quod Epiſcopalis dignitas non moritur, & ſic nunquam feudum redire poſſe ad Cameram; nam, ſi Epiſcopus non ſubinfeudaſſet, perpetuò quoque mãſiſſet apud menſam Epiſcopalem, ita vt non fuerit facta Cameræ deterior conditio eo reſpectu, per huiuſmodi ſubinfeudationem, præterquam quòd in hac patria, vbi feuda ſunt ad inſtar allodialium, illud ius non eſt conſiderabile.

CONSILIVM XXXVIII.

ARGVMENTVM.

DE eadem re.

SVMMARIVM.

1 *Opinio eorum, qui exiſtimant laudemium deberi mediato domino ex ſubfeudo vendito, non procedit quoties ſubinfeudans, directum dominium ſibi reſeruauit.*

2 *De conſuetudine Galliæ & Comitatus Venaiſſini, laudemiũ ſubfeudi vẽditi debetur immediato domino.*

3 *Sed ſecluſa conſuetudine, & præſuppoſito ſequendam opinionem eorum, qui mediato domino laudemium deberi volunt, ea etiam limitatur, ſi primus & ſupremus dominus ſit princeps.*

4 *Rurſus, ſi primus feudatarius poſſit, irrequiſito domino, feudum alienare,* & num. 6.

5 *Feudum ſi ſit conceſſum alicui & eius heredibus, vel ſucceſſoribus quibuſcunque, vel Titio & quibus dederit, eſt abſolute hereditarium ad quoſcunque heredes tranſitorium.*

7 *Feuda in Gallia & Comitatu Venaiſſino ſunt ad inſtar allodialium.*

ARbitror ex ſcriptis hactenus per me datis, conſtare de bono iure Reuerendiſſ. Epiſcopi Canallicen. tam in poſſeſſorio quàm in petitorio, circa laudemium ratione loci Valliſclulæ, per D. Claram de Peruſſijs empti, debitum, idque tam ex iuris diſpoſitione propter retentionem iurium realium in ſubinfeudatione dict. loci, & homagijs inde ſequutis per Epiſcopos Cauallicen. factam; (nam opinio eorum † 1
qui exiſtimant mediato domino laudemium deberi, ſolùm procedit cùm ſubinfeudans nullũ ius reale ſibi retinuit, vt docet Bald. *in cap. imperialem, §. illud num.* 1. Aluarot. *ibid. num.* 4. & Præpoſit. *nu.* 1. *de prohibita feudi alien. per Feder.*) quàm ex † conſuetudine generali 2
Galliæ, huiúſque patriæ, necnon dict. loci particulari, quam eſſe ſequendam omnes fatentur, Bald *d. §. illud num.* 5. Aluar. *num.* 4. Præpoſ. *num.* 2. Afflict. *nu.* 4. *cap. in inueſt. cap. feudales aſſenſus, §. limita quarto, col.* 4. Faber. *in §. adeo, num.* 6. *in inſtit. de locato*, Burſat. *conſ.* 137. *num.* 54. *&* 58. *lib.* 2. Et eſſe de mente omnium *in dict. cap. imperialem*, atteſtatur Roſent. *de feud. cap.* 9. *qu.* 32. *num.* 24. *cum gloſſ. lit. R.* Sed ſecluſa dict. conſuetudine, & attenta ſola iuris diſpoſitione, ac præſuppoſito, veriorem eſſe, & in iudicijs ſequendam ſententiam eorum, qui exiſtimant mediato domino laudemium deberi, † 3
ea exceptionem patitur, ſi primus dominus ſit Princeps, quod docuimus in ſecundis ſcriptis ex Bertrand. *conſ.* 185. *circa fin. lib.* 4. & quam limitationẽ paſſim omnes DD. amplectũtur, inter quos Iacob. de A... *de feudis cap.* 103. Aluarot. *in d. ca. imperialem, in princ. num.* 14. Præpoſit. *ibid. nu.* 4. *in fin.* Capic. *d. loco §. limita ſecundò*, & Roſent. *d. qu.* 32. *in gloſſ. litera M.* At verò in caſu noſtro primus dominus eſt Princeps, Sanctiſſim. ſcilicet dominus N. Papa.

4 Ruſus aſſertores d.ſententiæ † eam limitant,ſi pri-
mus feudatarius poſſit ſine conſenſu domini feudum
alienare,vt quia ſit merè & abſolutè,quod vocant,hę-
reditarium,Thom.de Marin.*tit.de feud. quod tranſit ad
hæredes extran.nu.3.& 4.* Intrigl.*de feud.cent.1. quæſt.*50.
num 17. Wult.*de feud.lib.1.c.9.num.74.fol.*432. ſi ſcilicet
5 † alicui,& ejus hæredibus,ac ſucceſſoribus quibuſcun-
que, vel ſub clauſula, *tibi & cui dederis*,ſit conceſſum,
ſub vnaquaque enim ex his formulis tale dicitur, Mol-
lin.*de feud.c.de ſubſtit. & requiſ.in fin.verſ.ſed inquit.* In-
trigl.*d.q.*50.*num.*158.*cum ſeqq.& num.*174.& multò ma-
gis ſi tale feudum ſit ad inſtar allodialium, Ranchio.
*in tract.de ſucceſſ.ab inteſt.§.7.num.*8 Roſental.*de feud.c.*
6 9 *q.*58.*num.*41. vtroque † enim caſu conſenſum imme-
diati tantum domini exquireodum.& per conſequens
ei ſoli laudemium deberi omnes vno ore fatentur, vt
Aluarot *in d.cap imperialem, §.illud num.*8.Jacobin.de
Sancto Georg. *in ſua inueſt. §. & cum pacto de non alie-
nando,num.22.in fin.* Capic.*d.c.feudales aſſenſus, col.4.§.
limita tertiò pag.*78.Molin.*de feud.c.vlt.nu.*152. *verſ. vel
dicas*, Burſat.*d.conſ.*137.*nu.*57.& ſequitur *lib.*2.Pariſ.de
Poteo *in tract feud.c.*90.*nu.*4. Roſent.*d.q.*32.*nu.*25.

At verò † in hac patria,tota Gallia,& omnibus pro- 7
uincijs cis Alpes conſtitutis,feuda eſſe ad inſtar allo-
dialium, notorium & omnibus eſt manifeſtum, & at-
teſtantur Jaſ. *in l. de quibus nu.*64 *ff de legib.* Guillielm.
Benedict.*in cap.Raynutius, verb.duas habens,nu.*67.*cum
ſeqq.de teſtament.*

Nec dicendum quod ſi Reuer. Epiſcopus Cauallicen d.feudum non ſubinfeudaſſet id non poſſet alienare ſine licentia ſummi Pontificis, nam id procederet, non quia feudum, ſed quia res eſſet Eccleſiaſtica, quæ cujuſcunque qualitatis ſit, ſiue feudalis, ſiue allodialis, ſine licentia ſummi Pontificis, propter Paulinam, diſtrahi non poteſt, & tunc ſummus Pontifex, non tanquam Comes & ſupremus dominus temporalis Comitatus, ſed vt ſummus Pontifex conſideratur, ideoque ſecluſo quod d.feudum eſt de menſa Epiſcopali, id, ſicut cætera Comitatus feuda, ſine licentia ſummi Pontificis liberè alienari poſſet.

CONSILIVM XXXIX.

ARGVMENTVM.

QVando Monaſterium non excludit ſubſtitutum, An ſit ſpectanda mors naturalis, vt locus ſit reſtitutioni fideicommiſſi.

SVMMARIVM.

1 *De conſuetudine Galliæ, Monaſteria, ex perſona Monachorum, ſunt incapacia ſucceſſionis ab inteſtato; nec per ingreſſum Religionis fit tacita dedicatio bonorum.*

2 *Sed ex expreſſa diſpoſitione ingredientis, antequam profeſſionem emittat, vel alterius, ſuccedere poſſunt.*

3 *Monaſterium, capax bonorum, excludit ſubſtitutum ſub conditione,* ſi ſine liberis.

4 *Per ingreſſum Religionis, capacis bonorum, ijs caſibus quibus ſubſtitutus non excluditur, vt plerique non excluditur, non eſt ſtatim apertum fideicommiſſum, ſed expectanda eſt mors naturalis.*

5 *Incertus dies in teſtamento conditionem facit,*

6 *Sed ſi Religio ſit bonorum incapax, plerique exiſtimant non eſſe expectandam mortem naturalem, contraria tamen ſententia verior eſt.*

7 *Sed, ſequendo priorem ſententiam, non eſſe ſcilicet expectandam mortem naturalem, ea limitatur, ſi ingrediens, ante profeſſionem, bona fideicommiſſo ſubjecta vel donauerit vel vendiderit, quamdiu enim viuet Religioſus, tenebit donatio vel venditio.*

NObilis Magdalena de Suffren, in ſuo vltimo teſtamento, de anno 1580. condito, inſtituit hæredes ſuos vniuerſales Antonium primogenitum, & alterum Antonium filios ſuos, eoſque inuicem, ſi ſine liberis decederent, ſubſtituit, & ambobus ſine liberis decedentibus Antoniam & Margaretam filias ſuas, omnibuſque ſic decedentibus, vltimo morienti ſubſtituit clariſſimum quondam Antonium de Suffren Senatorem Regium in Senatu Aquenſi, d.teſtatricis fratrem & ſuos Antonij fratres adeunt hæreditatem, decedunt poſtea dictæ Antonia & Margareta ſine liberis, tum & d.Antonius Senator, relicto Clariſſimo Palamede, etiam Senatore, Joanne Baptiſta, Trophimo & Catharina ſuis liberis. Tandem d. Antonij fratres Religionem Societatis Jeſu ingrediuntur, ac vltimum profeſſionis votum, juxta dictæ Religionis regulas, emittunt.d.dominus Palamedes, tam ex propria perſona, quàm vti ceſſionarius ſororis ſuæ, ac cæteri fratres ipſius, per fideicommiſſum poſt patrem vulgariter vocati, petunt fideicommiſſum in eorũ perſona apertum declarari, ac nobilem Stephanum Reynaudũ ad bonorum, à matre profectorum, detractis, detrahendis, reſtitutionem condemnari; cui d.Reynaudo dicti An-
tonij fratres, antequam d.profeſſioné facerent, omnia
eorum jura ceſſerant, mediante ſumma mille aureo-
rum domui Nouitiatus d.Societatis Jeſu applicando-
rum,& nituntur d.actores † conſuetudine Galliæ qua 1
Monaſteria non ſuccedunt ab inteſtato, & per ingreſ-
ſum Monaſterij non fit tacita dedicatio bonorum, ſed
accreſcunt bona ingredientis, ſaltem ea quæ ei obue-
nerunt jure ſucceſſionis, alijs hæredibus, & fingitur
nunquam fuiſſe hæres. Bened.*in cap.Raynutius, verbo,
& vxorem.nu.*224. Mazuer.*tit. de ſucceſſ & vlt.volunt.
num.*18. Sed ſi nihil aliud præter d. conſuetudinem in
quæſtionem verteretur, res eſſet clara in fauorem d.
Reynaudi: nam ea conſuetudo ſolùm ſucceſſionem
ab inteſtato excludit, vel tacitam dedicationem, non
autem † impedit quominus Monaſterio ex teſtamen- 2
to, vel aliter relinqui, vel profeſſionem emiſſurus, in
fauorem monaſterij, vel alterius cujuſcunque per vltimam voluntatem diſponere, vel per contractum donare, vel vendere poſſit. Quod & ratio naturalis euincit, vt vnuſquiſque antequam per profeſſionem incapax diſponendi reddatur, de bonis ſuis vt voluerit diſponat, *l.1.C.de ſacroſ.Eccleſ.§ diſponat, nouella de trien & ſemiſ.l.in re mandata, C.manda.* & experientia rerum magiſtra hoc docet: paſſim enim in Gallia Monachi, antequam profeſſionem emittant, de re ſua diſponunt per vltimas voluntates & contractus donationum in fauorem, non ſolùm propinquorum & extraneorum, ſed & Monaſterij, & tamen hujuſmodi donationes & contractus ſuum inconcuſsè ſortiuntur effectum, &

nomi-

nominatim d. Maſuer. *d. num.* 18. d. conſuetudinem re-
ſtringit ad ſucceſſionem ab inteſtato, & tacitam dedi-
cationem; in expreſſa verò diſpoſitione vel dedicatio-
ne non habere locum atteſtatur: ſed difficultas præ-
ſentis conſultationis non verſatur in d. conſuetudine,
nec in ea inſiſtendum eſt, quæ d. Reynaudo obeſſe nul-
lo modo poteſt. Quæſtio igitur in eo conſiſtit, quòd
etſi Nouitiatus & Collegia ſocietatis Jeſu ſint capacia
bonorum, tamen domus Profeſſæ ſunt incapaces, &
ſic eùm ingredientes dictam ſocietatem faciunt vlti-
mam eorum poſſeſſionem, poſt quam dicuntur d. ſo-
cietatis Profeſſi, & ad quam, non niſi poſt plures an-
nos ſolent admitti, dicuntur emittere profeſſionem
Religionis incapacis bonorum, & in particulari & in
communi. Quo ſtante, & d. ct. Actores fuerint ſubſtitu-
ti dictis Reuerendis Patribus, ſub conditione, *ſi ſine li-
beris*, nec, hoc caſu, Religio, cùm ſit incapax bono-
rum, poſſit excludere ſubſtitutum, etiam de jure com-
3 muni, ſecluſa omni conſuetudine, † quia hujuſmodi
diſpoſitio ſolùm procedit in Monaſterio capace bo-
norum in communi, *§. ſed & hoc præſenti, auth. de ſan-
ctiſ. Epiſcopis, authent. niſi rogati C. ad S. C. Trebell. c. in
præſentia, de prob.* Bald. *in d. cap. in præſentia, n.* 13. Alex.
conſ. 13. *vol.* 3. Dec. *conſ.* 259. Graſſ. *in §. fideicommiſſum, q.*
40. *num.* 7. Illuſtr. Mantic. *de conject. vlt. volunt. nu.* 8. &
9. Sfortia. Odo *in tract. compend. part.* 6. *tit. an legitimè
tantùm, nu.* 20. *fol.* 12, eumque conditio omnino exti-
tura ſit, nam abſque dubio deceſſuri ſunt ſine liberis
legitimis & naturalibus, quærendum eſt, an mors na-
turalis dictorum Reuerendorum Patrum expectanda
ſit, an verò ex eo die, quo emiſerunt profeſſionem, a-
pertum ſit omnino & cum effectu fideicommiſſum in
fauorem dictorum Actorum, ita vt bona fideicommiſ-
4 ſo ſubjecta, detractis detrahendis & non † expectata
morte naturali, jam nunc ipſis reſtituenda ſint? Et qui-
dem ſi Religio capax eſſet bonorum in communi, et-
iam eo caſu quo Monaſterium non excluderet ſubſti-
tutum, vt pleriſque caſibus non excludit, vel ea mente
conjecturata, vel expreſſa teſtatoris reſultantibus, cer-
tum eſt expectandam fore mortem naturalem, & Mo-
naſterium interim in vita Monachi poſſidere bona fi-
deicommiſſaria, & moriente interim ſubſtituto, eua-
neſcere ſubſtitutionem, *l. Statius, §. Cornelio, ff. de jur. fiſ.*
& ibi Bart. *& in l. cum pater, §. hæreditatem, ff. de leg.* 2.
Bald. *conſ.* 407. *nu.* 13. *vol.* 1. Corn. *conſ.* 8. *nu.* 13. *& conſ.* 253.
nu. 8. *&* 9. *vol.* 4. Didac. *var. reſol. lib.* 1. *cap.* 21. *n.* 7. & Man-
tic. *de conject. vlt. volunt. lib.* 11. *tit.* 7. *nu.* 4. etſi enim con-
ditio, *ſi ſine liberis*, extitura ſit, quia certum eſt liberos
non habiturum, non extitit tamen omnino, quia ad-
huc ſubſtitutus poſſet decedere ante Monachum: nam
dies mortis eſt incertus, *l. .. ff. de condit. & demonſtr.* &
5 dies incertus † in teſtamento conditionem facit, *l. dies
incertus, ff. eod.* is verò qui rogatus eſt hæreditatem re-
ſtituere, cùm morietur, ſi fideicommiſſarius prior de-
ceſſerit, non tranſmittit, quia deceſſit ante implemen-
tum conditionis, *l. vnic. §. ſin autem, C. de cad. toll.* & eſt
caſus *in l. hæres meus, 2. reſponſo, ff. de conditionib. & de-
monſtr.* ſed cùm præſupponamus nos eſſe in Religio-
ne incapaci bonorum in communi, controuerſia eſt
magna inter Doctores, an ſit expectanda mors natu-
ralis, an verò ſtatim, poſt profeſſionem emiſſam, lo-
cus ſit reſtitutioni fideicommiſſi. Et quidem plerique
exiſtimarunt † non eſſe expectandam mortem natu- 6
ralem vt Bart. *in d. l. cum pater, §. hæreditatem*, & poſt
eum Bald. *ibid.* Angel. *in l. ex facto §. ex facto, ad Trebell.*
Dec. *conſ.* 419. Boer. *deciſ.* 354. *num.* 11. & plerique alij Sed
certè contraria ſententia verior eſt, vt etiam eo caſu
mors naturalis ſit expectanda, quam amplexi ſunt I-
mol. *in d. §. hæreditatem*, Alex. *in l. ex facto, §. ex facto,
num.* 8. Salic. *in l.* 1. *num.* 3. *C. de hæred. inſtit.* Socin. *in repe-
titione, l. cum auus, num.* 104. *ff. de condit. & demonſtr.* Fe-
lin. *in cap. licet vndique, extra de offic. deleg.* Rip. *in d. l. ex
facto, §. ſi quis rogatus, num.* 42 *ad Trebell.* & probatur ex
d. l. ex facto, §. ex facto, ad Trebell. & ex *l. cum pater, §.
hæreditatem, ff. de leg.* 2. in quibus patet, quòd ſi toga-
tus deportatur, non redit dies fideicommiſſi, *l.* 1. *in fin.
ff. de bonor. poſſeſſ. contra tab.* & ratio hujus ſententiæ eſt
manifeſta, quia nunquam mors ciuilis æquiparatur
naturali, quando non operatur eundem effectum,
quod omnes, etiam qui contrariam ſententiam tenét,
fatentur, vt Bart. Ang. Boer. & alij ſuprà citati. Sed in
hoc caſu mors ciuilis, hoc eſt profeſſio Religionis in-
capacis bonorum, non operatur eundem effectum
quem naturalis reſpectu dilationis; ideò non ſufficit
mors ciuilis vt aduertunt Imol. Socin. & alij dictis lo-
cis: atque hanc ſententiam fusè comprobat Socin. *in
d. l. cum auus. num.* 104. & omnibus, quæ in contrarium
proponi poſſent, reſpondet, ad quem me remitto, ne
ipſius dicta transcribere videar. Sed demus, citra præ-
judicium veritatis, Bartoli opinionem eſſe ſequen-
dum, † nec expectandam eſſe mortem naturalem pla- 7
nè ad eam datur limitatio, *niſi antequam profiteretur,
bona vel donauerit vel vendiderit*: nam in præjudi-
cium juris tertio eo modo quæſiti, non poteſt fidei-
commiſſarius petere reſtitutionem bonorum alienа-
torum ante mortem naturalem grauati, & ſolùm o-
perari debet effectum mors ciuilis, quatenus domi-
nium adhuc eſſet penes Religionem hujuſmodi pro-
feſſos, & de ea limitatione extat in terminis Bald. *con-
ſil.* 280. incipit, *factum ſic ſe habet, lib.* 1. quem ſequutus
eſt Peregr. *in tract. de jur. fiſci, tit. de deport. num.* 21. *& in
tract. de fideicom. art.* 28. *num.* 63. & ita ſe in facto obti-
nuiſſe pro quodam Marco Antonio Curtio, amico
ſuo, aſſerit, & neminem contradicentem inueni. Quæ
ſanè limitatio, maximam habet æquitatem, ne ſcili-
cet in præjudicium tertij imaginemur mortuum, qui
naturaliter viuit, maximè hoc caſu, quo pecuniæ, ex
hujuſmodi ceſſione jurium, in fauorem d. Reynaudi
facta, redactæ, Nouitiatui d. Societatis Jeſu applicatæ
fuerunt, qui dependet ex his domibus profeſſis, & ſi-
ne quo illæ ſubſiſtere non poſſent: eſt enim ſemina-
rium dictarum domuum. Ex quibus cenſeo, dictos
dominos Actores, neceſſariò mortem naturalem di-
ctorum Patrum de Suffren. expectare debere, & ante
eam nullo modo dictum Reynaudum in poſſeſ-
ſione dictorum bonorum moleſtari poſ-
ſe. Atque ita cenſeo, ſaluo ſem-
per meliori judicio.

CONSILIVM XL.

ARGVMENTVM.

De eadem re.

SVMMARIVM.

1 Monaſterium capax bonorum excludit ſubſtitutum,
2 Et ſi conditio cōcepta ſit hoc modo, ſi ſine liberis ex ſuo corpore procreatis, pleriſque contradicentibus.
3 Quibus caſibus, per profeſſionem Religionis, exiſtit conditio fideicommiſſi, vt ſi Monaſterium ſit incapax bonorum in communi, expectanda eſt mors naturalis vt reſtitutio fideicommiſſi peti poſſit, & nu. 7.
4 Nunquam mors ciuilis naturali æquiparatur, niſi quando hoc iure expreſſum inuenitur.
5 Etiam ſecundum eorum opinionem, qui mortem naturalem expectandam non eſſe contendunt, ſi grauatus ante profeſſionem bona fideicommiſſo ſubiecta donauerit, vel vendiderit, tenet alienatio quamdiu naturaliter viuit in præiudicium ſubſtituti.
6 Patres Societatis Ieſu non fiunt incapaces ſucceſſionis, niſi poſt ſolemnia vota profeſſionis emiſſa; ante verò, etſi tria vota obedientiæ, caſtitatis & paupertatis eaque ſimplicia emiſerint, & vere tunc dicantur Religioſi, tamen manent capaces ſucceſſionis & diſpoſitionis bonorum ſuorum.
8 Ex conſuetudine Galliæ Monaſteria ſunt incapacia ſucceſſionis ab inteſtato, non ſi expreſſe eis relinquantur, ſi autequam ex ipſorum inſtitutione ſunt bonorum capacia.

Quæ aliàs ſcripſi pro validitate diſpoſitionis bonorum & iurium per Reuerēdos dominos Antonium & Ioannem de Suffien Societatis Ieſu Religioſos, dum concluſi, expectandam eſſe mortem naturalem dictorum Patrum antequam Clariſſimus vir Palamedes de Suffren Senator Regius in Parlamento Aquenſi prætendere poſſit fideicommiſſum in teſtamento nobilis Magdalenæ de Suffien ordinatum, in ſui fauorem eſſe apertum, aut ſaltem antequam eo frui poſſit, manent firma, nonobſtantibus quæ ex aduerſo pro d. domino Palamede ſcripta fuerunt.

Neque enim quæſtio in eo verſatur, an Monaſterium ſeu Religio ſit loco liberorum, & an excludat ſubſtitutum: cùm enim verſemur in Religione incapaci bonorum, qualis eſt Religio Societatis Ieſu, poſt emiſſa vota ſolennia profeſſionis, certiſſimum eſt conditionem, ſi ſine liberis, extitiſſe; ex eo, inquam, quòd
1 eſt incapax bonorum: nam † ſi capax fuiſſet bonorum, aliud ſtatuēdum eſſet, § *ſed & hoc præſenti, Auth. de ſanct. Epiſc. auth. niſi rogati C. ad Trebell. cap. in præſentia, extra de probation.* & ibi Bald. *num. 13.* Alex. *conſ. 13. vol. 3.* Dec. *conſ. 259.* & paſſim DD. Nec ab ea receptiſſima doctrina recedendum eſſet, ex eo quòd conditio fuit concepta hoc modo, *ſi ſine liberis ex ſuo corpore procreatis deceſſerit*, quaſi verò tum Monaſterium ſeu
2 Religio non habeatur loco liberorū: nam † etſi ſciam, cùm agitur de Religione bonorum capaci, pleroſque exiſtimare, per ingreſſum Religionis, tum conditionem eo modo conceptam cenſeri extitiſſe, & ſubſtitutum excludere Monaſterium: tamen eam opinionem & limitationem plerique reprobarunt, & contrariam veriorem cenſuerunt, vt Alex. latè *conſ. 121. per tot.* & ibi Apoſtillator qui aſſerit hanc eſſe communem *l. b. 2.* Dec. *conſ. 279. num. 3. & conſ. 419. num. 5.* & fusè *in d. cap. in præſentia*, Crauet. *conſ. 152. num. 1.* vbi etiam aſſerit communem: ſed in his non inſiſtendum, quia hoc caſu Religio eſt incapax bonorum, certumque tunc eſt tunc excludi ſubſtitutum.

Sed quæſtio in hoc verſatur, an ſtatim atque profeſſionem in Societate emiſerunt dicti Patres, apertum ſit fideicommiſſum, an verò expectanda ſit mors naturalis, data ſemper incapacitate bonorum Religionis. Et quamuis controuerſa ſit quæſtio, † verior 3
tamen & magis communis opinio eſt, expectandam eſſe mortem naturalem, vt in terminis docent Imola *in l. cum pater, §. hæreditatem, de leg. 2.* Alex. *in l. ex facto, §. ex facto, num. 8. ad Trebell.* Salic. *in l. 1. nu. 3. C. de hæred. inſt.* Socin. *in repet. l. cum auus num. 104. ff. de cond. & demonſt.* vbi fuſiſſimè articulum diſcutit & omnibus, quæ in contrarium afferri poſſunt, reſpondet, Fel. *in cap. licet vndique extra de off. deleg.* Rip. *in d. l. ex facto §. ſi quis rogatus, num. 42.* quos in prioribus ſcriptis allegaui, & præter eos eam ſententiam ſequuntur & tuentur Apoſtillator poſt pleroſque quos allegat ad Bart *in d. l. cum pater, §. hæreditatem*, Graſſ. *in § fideicommiſſum, quæſt. 41.* vbi hanc aſſerit communem, Sfortia Oddo *tract. de compendio part. 4. art. 3.* Mathea. *de leg. & fideicomm. lib. 3. cap. 23 num. 6.* & planè ea ſententia veriſſima eſt: nam, vt eruditè docet Sfortia Oddo & Graſſus, nunquam † mors ciuilis naturali æquiparatur 4
niſi quando hoc in iure expreſſum inuenitur, vt teſtatur Boer. *deciſ. 323. nu. 6.* Fernand. Vaſq. *de ſucceſſ. progreſſu, §. 26. nu. 40.* poſt gloſ. *in can. placuit, 16. q. 1.* id verò in caſu præſenti non eſt, neque eadem ratio idemque effectus: nam fideicommiſſum conditionale non tranſmittitur, vnde mortuo ſubſtituto ante mortem naturalem inſtituti, fit caducum. Et igitur videatur, vtrùm ſubſtitutus ſuperuiuat necne, non ſat eſt, vt quis mortuus ſit ciuiliter, ſed expectanda eſt mors naturalis. Confirmatur hæc ratio, quia tantum abeſt, vt in caſu noſtro reperiatur æquiparatio expreſſa, quin potiùs totum contrarium adſit, vt *in l. Statius Florus §. Cornelio*, & ibi Bart. & DD. *de iur. fiſ.*

Iis verò omnibus, quæ in contrarium afferri poſſeut, vno verbo ſatisfit, quia omnia in contrarium allegata procedunt in caſu quo idē operatur mors ciuilis, quod operatur mors naturalis, vt docebat Felin. d. loco, ſed hic non idem operatur, vt ex ratione ſuprapoſita patet.

Sed iam demus, priorem ſententiam veram eſſe, qua aſſeritur, mortem naturalem non eſſe expectandam, ſed data incapacitate Religionis, vel ex iuris diſpoſitione, vel ex vi conſuetudinis, ſtatim poſt profeſſionem emiſſam, locum eſſe fideicommiſſo: † ea ta- 5
men ſententia patitur exceptionem, niſi ante profeſſionem inter viuos diſpoſuerit, & iura ſua in alium tranſtulerit, quo caſu omnes conueniunt, mortem naturalem eſſe expectandam, ſaltem quoad fructuum perceptionem, vt in terminis docent Bald. *conſ. 200. incipit, factum ſic ſe habet, lib. 1.* quem ſequuntur Peregrin. *tract. de iur. fiſci, tit. de depert. num. 4 in tract. de fideicomm. art. 28. num. 68.* & ita ſe in facto obtinuiſſe pro quodam Mario Antonio Curtio aſſerit. At verò in caſu noſtro dicti Patres de Suffien, antequam profeſſionem emitterent, de bonis ſuis inter viuos diſpo-

fuerunt

Digitized by Google

utrumque in fauorem domini Reynaudi, mediante ſumma mille aureorum, quos Nouitiatui Auenionenſi bonorum capaci applicauerunt. His verò debuit reſponderi, quod non fuit factum, nec meo judicio fieri poteſt.

Proponitur tamen parte d. Clar. Senatoris aliquid in ſuis ſcriptis, etſi alio modo, quod ſi verum eſſet in facto, hanc limitationem inutilem redderet, caſu quo ſequeremur illam priorem ſententiam qua aſſeritur mortem naturalem non eſſe expectandam cum contendit dictos Patres de Suffren, tempore d. contractus, jam profeſſos fuiſſe, illamque profeſſionem, quam poſt emiſerunt nihil aliud eſſe niſi promiſſionem strictioris regulæ, non perpetua tamen nimius ante fuiſſe profeſſos. Quod ſi verum eſſet, ſequeretur in terminis d. prioris ſententiæ, hujuſmodi limitatione dictos Patres juuare ſe non poſſe; diſpoſuiſſent enim eo tempore, quo ampliùs diſponere non potuiſſent.

Sed facilis eſt reſponſio & longè aliter ſe res habet: 6 † nam ante emiſſionem profeſſionis, quam poſt d. contractum fecerunt, etſi dicerentur & re vera eſſent Religioſi, vtpote qui per tria ſubſtantialia Religionis vota (ſimplicia tamen) Obedientiæ, Caſtitatis, & Paupertatis totos ſe Deo cõſecraſſent, atque adeo (vt cum ſummis Pontificibus loquar) non minus, quàm vel cæterarum Religionum, vel ipſius etiam Societatis Profeſſi, nomen Religioſi mererentur: tamen ex regulis d. Societatis Jeſu, authoritate Apoſtolica approbatis & confirmatis, manent capaces ſucceſſionis & diſpoſitionis, & de bonis quæ tunc temporis habent diſponere vt antea poſſunt, excepto quòd conſenſus ſuperioris eorum requiratur, ita vt ea ſola licentia & conſenſu exceptis, quoad liberam diſpoſitionem (nam quoad ſucceſſionem ille conſenſus non requiritur,) perinde habeantur ac ſi non eſſent Religioſi; votumque illud ſimplex paupertatis, nihil aliud in caſu noſtro operatur, quàm vt ille conſenſus Superioris in eorum diſpoſitione ſit requirendus. Qua in re, vt & in pleriſque alijs à jure poſitiuo pendentibus, Religio Societatis Jeſu longè diſtat ab alijs, priuilegijsq; ſummorum Pontificum quorum eſt jus poſitiuum, & ab eo profecta moderari non tantùm nouitijs & profeſſis, vt in cæteris Religionibus, ſed etiam ijs qui poſt biennium Nouitiatus d. tria vota Religionis ſimplicia emittunt, & verè fiunt Religioſi, conceſſum, vt tamen maneant capaces ſucceſſionis bonorum & diſpoſitionis, quamdiu per vota ſolemnia in Profeſſorum mundum non admittantur.

Quare ſiquidem eam ſententiam ſequamur, qua dicimus, mortem naturalem eſſe expectandam (vt re vera ſequi debemus, tanquam veriorem & communem) abſque alia diſquiſitione, d. Clariſſ. Senator excludendus eſt; ſin verò priorem, nempe naturalem mortem non eſſe expectandam, tamen quia dicti Patres diſpoſuerunt ante profeſſionem, ex vi dictæ limitationis, quæ omnium conſenſu data d. prima opinione vera ſolet dari, excludendus quoque eſt, ita vt quocumque ſe vertat, ſemper, ſaltem nunc, repelli debeat.

Atque hæc quidem omnia de jure communi procedunt, ſed proponit aliud fundamentum ex conſuetudine Gallica, vt ait, deſumptum, qua contendit hærede grauato religioſo facto profeſſo, locum eſſe illico ſubſtitutioni, nec expectandam eſſe mortem naturalem ex Maſuer. *tit. de ſucceſſ. & vlt. volunt.* Bald. *in cap. in præſentia de probat. & in l. cum acutiſſimi, de fideic.* Socin. *in l. cum auus, de condit. & demonſtr.* Bertran. *conſ. 335. lib. 3.*

Planè qua mente hæc proponantur, non video, & primum quidem nihil in dictis locis proponi, quo hujuſmodi fundamentum ex conſuetudine prætenſa deſumptum probetur, docebimus; tunc conſuetudo incapacitatis Monaſteriorum ad ſuccedendum quomodo procedat demonſtrabimus. Edicto verò Regio, ne reſpondebimus quidem, cùm præſertim conſtet latum illud fuiſſe octodecim ipſos menſes, poſt jam celebratum à dictis Patribus dictum contractum.

Quoad primum, ne verbum quidem in d. locis dictæ conſuetudinis, minuſque quòd ſententiæ noſtræ aduerſetur. Et quidem Maſuerius d. loco *num.* 39. clarè affirmat Monaſterium excludere ſubſtitutum, quòd intelligendum eſt de Monaſterio bonorum capaci; ſed antè *num.* 18. conſuetudinis Regni mentionem facit, qua per ingreſſum Monaſterij non fit tacita dedicatio bonorum Monaſterio, qua de re poſtea latiùs, & totam quæſtionem de conſuetudine definiemus, ex eodem Maſuerio, ſed quæſtionis noſtræ ne verbum quidem, ſicut nec Bald. *in d. cap in præſentia*, ſed ſolùm *nu.* 13. Quòd † ſi Monaſterium ſit incapax bonorum, vel 7
capax quidem, ſed nolit habere bona & repudiet, ſubſtitutum non excludi: ſed an expectanda ſit mors naturalis, vt admittatur, an verò alij qui interim ſucceſſuri ſunt, ne verbum quidem, *in l.* verò *cum acutiſſimi num.* 12. diſertè contendit, fratrem minorem non excludere ſubſtitutum, ſed quo tempore admittendus ſit ſubſtitutus, non quærit. Socinus autem *in d. l. cum auus*, tantum abeſt vt allegari debuerit, quin ille ipſe eſt, qui fuſiſſimè hanc noſtram quæſtionem tractat, & *num.* 104. naturalem mortem expectandam determinat.

Quoad Bertrandum *conſ. 335. lib. 3.* is quæſtionem tractat, & recenſet Doctores, hinc inde in ea diſſentientes, data incapacitate Monaſterij: loquitur enim de fratribus D. Franciſci obſeruantiæ, & cum recenſet tenentes, mortem naturalem eſſe expectandam, rationibus eam opinionem firmat: à contraria tamen ſententia, qua non expectandam eſſe aſſeritur, quam authoritatibus tantum, & non rationibus fulſit, non audet diſcedere, quòd tunc diceretur communis: ſatis tamen demonſtrat, ſe alterius eſſe ſententiæ, cùm ait, aliquando opinionem minus communem vincere debere communem; ſed vtcumque ſit, verum eſt quoſdam tenere, naturalem mortem non eſſe expectandam, & forſan ea opinio aliquando communis fuit, ſed contraria eſt nunc abſque dubio communis, vt Sfortia Oddo & Graſſ. locis ſupra citatis atteſtantur. Verior quoque eſt, vt per Socinum *in d. l. cum auus*, & Felinum *in d. cap. licet vndique*; ſed dato, & non conceſſo, hanc opinionem, ſcilicet mortem naturalem non eſſe expectandam, & veriorem vt magis communem, reſtaret tamen exceptio in qua omnes conueniunt, eam non procedere, ſi ante profeſſionem, præſertim inter viuos, de bonis diſpoſuerint, & in ſumma: prædicti Doctores, quibus reſpondimus, loquuntur in terminis juris communis, de conſuetudine verò præfata minimè, ita vt non debuerint pro fundamento probationis allegari.

Ut igitur concludamus primum caput, non ſunt confundendæ quæſtiones: Aliud enim eſt ſi quæratur; an excludatur ſubſtitutus per ingreſſum Religionis bonorum incapacis, vel ex diſpoſitione juris, vel ex vi conſuetudinis, aut etiam capacis, ſi conſtet ex conjecturis certis, teſtatorem Monaſterium excludere voluiſſe, & reſpondendum, ſubſtitutum non excludi. Aliud verò eſt ſi quæratur, an quo caſu non excluditur, ſtatim admittatur; an verò expectanda ſit mors naturalis, & in eo eſt controuerſia inter Doctores: magis tamen communis opinio nunc eſt ac verior, mortem naturalem expectandam: ſed etiam dato quòd

contraria opinio eſſet verior, omnes conueniunt, non procedere, vt ſæpè diximus, ſi ante profeſſionem, grauatus ſua jura in alium tranſtulerit, quia mors ciuilis in præjudicium juris tertio quæſiti æquiparari naturali non debet, cùm (quod magis eſt) regulariter non æquipareretur, niſi vbi id expreſſum eſt, vt ſuprà eſt dictũ.

8 Quod ſecundum, circa conſuetudinem, † nulla alia eſt in Gallia conſuetudo, niſi quòd Monaſterium, capax bonorum, non ſuccedit ab inteſtato, & per ingreſſum Monaſterij non fit tacita dedicatio bonorum, ſed accreſcunt bona ingredientis (vt verbis vtar Maſuerij in contrarium allegati *in tit. de ſucceſſ. nu.* 18.) ſaltem ea quæ obuenerunt jure ſucceſſionis, alijs hæredibus, & fingitur nunquam fuiſſe hæres: ſed ſi expreſsè in fauorem Monaſterij ingreſſus diſponat, multò magis in fauorem alterius. Idem Maſuerius teſtatur valere hujuſmodi diſpoſitionem & expreſſam dedicationem: reſtringit enim conſuetudinem ad ſucceſſionem ab inteſtato & tacitam dedicationem, & diſertis verbis expreſſam excludit, ita vt opus non ſit alia authoritate ad retractandam d. ſententiam, quàm ea ipſa qua aduerſarius nititur.

Poſtremò, non eſt omittendum quod ex aduerſo proponitur, non eſſe faciendam diſtinctionem, an Monaſteria ſint bonorum capacia necne, quia conſuetudo generaliter loquitur: hoc enim verum eſt in terminis conſuetudinis, ſcilicet ſi agatur de ſucceſſione ab inteſtato, & tacita dedicatione, non autem in expreſſa, ad quam Monaſteria bonorum capacia admittuntur, ex Maſuerio d. loco, & quæ neceſſariò facienda eſt, vt eam DD. faciunt, nemine excepto, & ij nominatim quibus aduerſarius nititur, Bald. ſcilicet *in d. l. cum acutiſſimi num.* 12. *&* 13. *& in d. cap. in præſentia num.* 13. Imò ipſe Bartol. contrariæ ſententiæ, naturalem ſcilicet mortem non eſſe expectandam, magnus aſſertor *in d. l. cum pater, §. hæreditatem de leg.* 2. eandem diſtinctionem facit. Et propterea opus fuit in caſu noſtro, vt dicti Patres de Suffren diſpoſuerint, vel in fauorem d. domini Reynaudi, vel in fauorem d. Nouitiatus Societatis Jeſu, qui capax bonorum eſt, vt ex Regulis d. Societatis, authoritate Apoſtolica approbatis, & confirmatis, patet: nam ſi in fauorem domus alicujus profeſſæ d. Societatis diſpoſuiſſet, non valuiſſet diſpoſitio, quòd ſcilicet hujuſmodi domus ſint incapaces bonorum, vt & ipſi Profeſſi, nec poſſunt quidquam poſſidere.

CONSILIVM XLI.

ARGVMENTVM.

AN pater qui filio in contractu matrimonij donationem fecit, teſtamento poſſit ejus filio in rebus donatis ſubſtituere, in fauorem tamen deſcendentium.

SVMMARIVM.

1 *Pater qui filio in contractu matrimonij donationem fecit, poteſt eidem ſubſtituere in fauorem deſcendentium, contra* num. 5.

2 *Hæres tenetur approbare factum defuncti.*

3 *Donatio ſemel perfecta, non poteſt recipere onus, vel conditionem.*

4 *Dos filiæ conſtituta non poteſt ſubjici fideicommiſſo.*

6 *Quæſita per actus inter viuos non ſubjiciuntur fideicommiſſo.*

7 *Non eſt recurrendum ad voluntatis quæſtionem, vbi in verbis non eſt ambiguitas.*

8 *Qui habet facultatem eligendi non poteſt eum, quem eligit, grauare fideicommiſſo.*

9 *Caſus quo pater poſſit fideicommiſſo onerare rem jam antea filio donatam, id non niſi nominatim, de re donata faciendo mentionem, fieri poteſt.*

10 *Qui eligit, quando cenſeatur dare.*

11 *Qui habet jus eligendi, poteſt variare vſque ad mortem.*

12 *Hæres qui adiit hæreditatem ſine beneficio legis & inuentarij, detrahit quod ſibi debetur aduerſus fideicommiſſarium vniuerſalem, non aduerſus creditores vel legatarios.*

13 *Debitè prælegatum non venit in reſtitutionem fideicommiſſi.*

14 *Donatio, contemplatione matrimonij, imputatur in legitimam, niſi dictum ſit, vt donatarius haberet bona donata præcipua, his verbis,* par preciput & aduantage.

VEV les pactes de mariage d'entre Pierre du Puy ſeigneur de Moteſe, & Antholnette de la Jugée, faits l'an 1468. teſtament dudit Pierre de l'an 1471. teſtament de ladite Anthoinette, dame de Rieux, de l'an 1497. teſtament d'autre Pierre du Puy fils du premier lict du ſuſdit Pierre premier en l'an 1502. pactes de mariage de Triſtan, fils deſdits Pierre & Antoinette, en ſecondes nopces, de l'an 1491. autres pactes de mariage dudit Triſtan auec Anne de Narbonne en ſecondes nopces, de l'an 1516. teſtament dudit Triſtan de l'an 1521. pactes de mariage de Jaques ſon fils, de l'an 1533. teſtament d'iceluy Jaques, de l'an 1550. pactes de mariage de François ſon fils, de l'an 1561. teſtament dudit François de l'an 1591. pactes de mariage de Anne de la Jugée, dernier Baron de Rieux, en l'an 1590. le Conſeil ſoubſſigné eſt d'aduis, ledit François, pere dudit Anne dernier decedé, auoir recueilly tout le bien de la maiſon de Rieux, prouenu tant du coſté des hommes que des femmes, & les ſubſtitutions appoſées auſdits pactes de mariage & teſtamens auoir prins fin, ou auant luy, ou en ſa perſonne. Et par contre, la ſubſtitution, appoſée au teſtament dudit François, eſtre ouuerte en la perſonne de Jaques ſon ſecond fils, par le decez ſans enfans maſles de Anne, premier fils dudit François: de façon qu'il ne faut debatre que les detractions que les filles dudit Anne, ou madame leur mere, comme heritiere d'iceluy Anne ſon feu mary, peut faire contre ledit Jaques ſon oncle, & beau frere reſpectiuement, entre leſquelles il faut premierement debattre, ſi ladite Dame, en la qualité que deſſus, peut en premier lieu diſtraire la moitié des biens que ledit François au contract de ſon mariage donna à vn des enfans qui naiſtroit dudit mariage, qu'il nommeroit & eſliroit, & à faute d'eslire, au premier nay, lequel eſtoit ledit Anne, lequel d'ailleurs fut nommé & eſleu par ledit François, tant aux pactes du mariage dudit Anne, que en ſon teſtament, ou bien ſi telle moitié doit eſtre confondue auec tout l'heritage, & eſt ſub-

jette

jette à reſtitution comme les autres biens.

Et de prime face ſemble deuoir eſtre ſujette à reſtitution, attendo que par les pactes du mariage dudit Anne, apres que ledit François a fait nomination d'icelui en ladite entiere moitié deſdits biens, en ſuitte du pacte du mariage d'iceluy François, il y a pacte que ladite moitié appartiendra au premier fils maſle qui ſera procreé dudit mariage d'Anne & dame Louïſe de Cruſſol, &, icelui mourant, aux autres aiſnez d'icelui, gardant l'ordre de primogeniture; & en defaut de maſle, la premiere fille ſera dottee de la ſomme de 60000. liures, & les autres filles ſelon la faculté des biens de la maiſon; par où on tire conjecture euidante, l'intention des parties auoit eſté d'exclurre les filles de l'heritage, & que les biens demeuraſſent en la ligne maſculine; de façon qu'eſtant ledit Anne mort ſans maſles, le bien doit appartenir au premier maſle ſuiuant dudit François qui eſt ledit Jaques, meſmes que ceſt François, duquel Jaques eſt fils qui a fait telle nomination & pacte, & laquelle intention & volonté ſe verifie euidemment par le teſtament dudit François, qui, en termes exprez, au defaut des maſles dudit Anne, appelle ſes autres maſles l'vn apres l'autre, aſſauoir Henri qui eſt decedé, & puis Jaques qui eſt celui duquel il s'agit.

Ceſte opinion eſt confirmee, parce que, ores que la donation faite par ledit François, tant en ſon mariage qu'en celuy de Anne, fuſt pure & ſimple, & ne ſe pûſt tirer aucune conjecture en faueur des maſles, ce
1 neantmoins † ledit François a pû en ſon teſtament faire telle ſubſtitution qu'il lui a plû, en faueur toutesfois de ſes deſcendans, ce qu'ayant clairement fait ledit François, telle ſubſtitution doit ſortir ſon effect, comme en ſemblable cas ſont ſuiuis pluſieurs arreſts au Parlement de Tholoſe, ce que de tant plus doit auoir lieu, qu'il eſtoit à la puiſſance dudit François d'eslire autre que ledit Anne, argum. *l. quidam teſtamento §. fin ff. de leg. 1.*

La troiſieſme, parce que l'on preſuppoſe que ledit Anne eſt heritier pur & ſimple, ſans benefice de la loy,
2 & inuentaire, & par ainſi confondu ſes actions, † & lui peut eſtre opposé judicium defuncti in cæteris agnouiſſe, hæreditatemque ejus adijſſe, *l. Lucius Septicia, ff. de fideic. liber. l. cùm quis decedens, verſ. quæſitum eſt, ff. de leg. 3* & la regle, *ex qua perſona quis lucrum capit, ejus factum præſtare debet, ff. de reg. jur.*

Ce neantmoins eſt plus veritable, telle moitié de biens n'eſtre chargee de fideicommis, d'autant que la donation faite aux pactes du mariage de François, eſt
3 pure, ſans charge de fideicommis: † & de droict, la donation concluë & parfaite, ne peut receuoir condition ni reſtriction, *l. perfecta, C. de donat. quæ ſub modo,* pour autant que telles & pareilles donations entre vifs, eſtâs accomplies & parfaites, ſont & demeureront irreuocables ſans pouuoir eſtre en aucone façõ ſurchargees, qualifiees ni alterees au deceu & contre le vouloir des donataires, auſquels, par icelles le droict eſt irreuocablement acquis, & comme tel faiſant à diſtraire du fideicommis, où aucun leur en auroit eſté enjoint, *l. co-*
4 *heredi §. cùm filia, ff. de vulgar.* ne plus ne moins que le dot d'vne fille, qui eſt dû & cenſé ſon propre patrimoine, vient à en eſtre diſtrait, *l. pater filiam, ff. ad leg. Falcid. l. cùm proponeretur §. filia, ff. ad Trebellia.* & quæ non percipiuntur ex teſtamento, non poſſunt fideicommiſſo dati, *l. ſequens quæſtio, de leg. 2.* & d'auantage, en matiere de pactes & conuentions parfaites, jus ſemel acquiſitum alicui, vlterius ei inuito extorqueri nõ
5 poteſt. † Et en propres termes ainſi le reſould Aufrer. *deciſ. Capellæ Tholoſ. 454.* poſt Joan. Fabr. *in l. 1. C. ſi mancipium ita venierit ne proſtituatur,* & aſſeure, ainſi auoir eſté jugé par diuers arreſts aux ſouuerains Parlements de France. Et à cette opinion conformément a reſpondu Cujas *conſult. 20.* laquelle opinion communément receuë, eſt confirmee par la doctrine de Cinus *in prin. in l. cum virum, C. de fideicom.* & de Bart. *n. 4.* & Socin. *n. 7. in l. Marcellus, §. quidam, ff. ad Trebell.* où ils tiennét
† que les biens acquis par l'heritier auparauant par actes ou contract entre vifs, & d'ailleurs que par diſpoſition de derniere volonté, n'eſtre ſubjets au fideicommis. Tout git à reſpondre à ce qui a eſté aduancé au contraire ci deſſus. 6

Donques non obſtat la premiere. Car ne ſe peut, ni doit tirer conjecture valable du pacte de ſoixãte mille liures, en faueur de la premiere fille, & dotation des autres, en defaut des maſles: car tel pache a eſté mis afin qu'Anne pûſt diſpoſer de la moitié donnee, en cas qu'il n'euſt que des filles de ce mariage, nommément ſi par cas, il venoit à ſecondes nopces, & euſt des enfans d'icelles: ains à bien conſiderer leſdits paches, & intentions des parties, icelui pache a eſté ſeulement mis en faueur deſdites filles: car par les paches ayant eſté appellez les maſles dudit Anne, aſſauoir le premier né, on conſidere que s'il arriuoit, que ledit Anne n'euſt aucun maſle, ains ſeulement des filles du premier lict, & qu'il vinſt à contracter vn ſecond mariage, duquel il euſt des enfans, meſmement maſles, il pourroit, & probablement voudroit, meſmes y eſtant porté par l'amour d'vne ſeconde femme, extraordinairement aduantager leſdits enfans, eſtant la diſpoſition de ladite moitié en ſa liberté, pour le defaut des maſles du premier lict, & des filles duquel demeureroyent mal parties. A quoy ayant voulu les contrahans pourvoir, ont pactisé de donner ſoixante mille liures à l'aiſnée, & de dotter competemment, ſelon les facultez des biens, les autres, & de ce qui a eſté fait pour les aduantager, ne doit eſtre tiree vne excluſion au deſauantage d'icelles, en faueur de leur oncle, duquel n'en a eſté faite aucune mention par la regle commune, *quod in fauorem, de reg. jur. & l. legata inutiliter de lega. 1.* Et ne faut point s'imaginer des conjectures là où nous ſommes en termes clairs, ni appeller ledit Jaques oncle, duquel n'eſt faite aucune mention au pacte, † 7
neque enim eſt admittenda voluntatis quæſtio, vbi in verbis nulla ambiguitas inuenitur, *l. ille aut ille, §. cum in verbis, ff. de leg. 3. l. continuus. §. cùm ita, ff. de verb. oblig. cum ſimil.* & ce de tant plus que nous ne ſommes pas en termes de teſtament, ains in contractibus qui ſtrictè intelligendi ſunt, & tantum valent quantum ſonant, *l. quicquid adſtringenda, de verb. obligat.* Ce qui eſt encores confirmé, parce que à ce contract de Anne, François fait ladite donation, en execution du pacte apposé au contract de ſon propre mariage, auquel il eſt tenu purement de donner à vn des maſles la moitié des biens, & à faute de nommer, appartient au premier nay, qui eſt ledit Anne, & ſi bien, audit cõtract de François, eſt pourueu en cas qu'il n'euſt point de maſles, en faueur des filles, toutesfois telle prouiſiõ eſt caduq̃ & pour nulle, pour auoir eu led. Franç. des maſles.

J'adjouſte encore, qu'il n'eſt vray ſemblable, que Anne, ni les parents de madame ſa femme, de la maiſon de Cruſſol, ayent voulu exclurre ſes filles, en faueur des freres dudit Anne, lequel a bien monſtré en ſon teſtament, telle n'auoir eſté ſon intention, & ne ſommes ici en matiere de teſtamẽt, auſquels le ſeul teſtateur eſtant celui qui diſpoſe cõme maiſtre de ſes biens, l'on prend conjecture de la volõté de lui ſeul, mais nous ſommes en termes de cõtracts auſquels interuiennẽt pluſieurs, & par ainſi ne doit eſtre priſe conjecture de la vo-

lonté d'vn, ains de tous, & comme ja eſt dit, n'eſt pas vray ſemblable que Anne, voluerit præferre fratrem propriæ ſoboli, que ſi telle euſt eſté leur volonté, ils l'euſſent dit, ce que n'ayant eſté fait, caſus ille omiſſus, eſt relictus diſpoſitioni juris communis, par lequel filia excludit patruum.

Non obſtant ce qui a eſté aduancé en ſecond lieu, que ſi bien la donation aux pacts du mariage ſoit pure, toutesfois auoit eſté loiſible au pere, de faire ſubſtitutions en faueur de ſes enfans. Car ſi en tel cas telle opinion a eſté receuë en quelques Parlemens de
8 France, contre la commune diſpoſition de nos Docteurs, par laquelle † is qui habet facultatem eligendi, non poteſt eum quem elegit grauare fideicommiſſo, per text. *in l. vnum ex familia, §. ſed & ſi fundum, ff. de leg.* 2. & ibi DD. Paulus de Caſtro *in d. l. vnum ex familia, §. ſi de Falcidia* fuſiſſime, Peralta *in d. §. ſed et ſi fundum, in princ. & ſeqq.* ce n'a eſté ſinon lors que telle ſubſtitution ſe fait en faueur des autres enfans du donateur, en defaut toutesfois des enfans du donataire & non autrement. Or en ce faict, François ne l'a fait de la façon, ains vient à excluırre les filles de Anne pour appeller ledit Jaques; ce qui eſt corroboré par ce que François eſtoit attenu de faire d. nomination par le pact de ſon mariage, & laquelle il auroit faict aux pacts du mariage de Anne, purement en premier lieu, & puis vn peu plus bas auroit eſté fait pact de ſubſtitution & charge de nomination, que ledit Anne deuroit faire, laquelle defaillant Anne demeure libre d'en pouuoir diſpoſer, & ayant vne fois eſté faite ſubſtitution du conſentement de tous les contractans, & la faculté de nominer & eſlire, transferee de François à Anne, n'a peu ledit François faire nouuelles ſubſtitutions en ſon teſtament & reprendre telle faculté de nommer, moins ſubſtituer, de laquelle il s'eſt vne fois deſpouillé & démis, & auquel François ledit Anne a ſuruеſcu, nec poteſt quod à pluribus conceſſum eſt, ab altero tolli, *l. aliud, ff. de ſolutionibus auth. & contra, C. de repud.* Bartol. *in l. jus gentium, §. adeo, ff. de pactis*, & cùm Annas filius, ex omnium paciſcentium diligentia & liberalitate, fuerit vocatus, quonammodo poſtea per ſolum patrem Franciſcum potuit de nouo & alio modo quàm factum fuerat onerari?

Mais, au cas que nous ſommes, il y a vn peremptoire, qui leue toute difficulté, il eſt nié que François aye fait aucun fideicommis en la moitié donnee: car ſi l'on conſidere bien les paroles de ſon teſtament, on trouuera qu'il fait premierement nomination dudit Anne en ladite moitié en execution du pact du mariage dudit François, duquel il fait mention, quoi que ja il l'euſt nommé au contract de mariage dudit Anne. & aprés le fait ſon heritier general & vniuerſel en tous & vn chacun ſes autres biens; & à iceluy en qualité d'heritier vniuerſel lui fait les ſubſtitutions deſquelles il s'agit, ſans faire en icelles ſubſtitutions aucune mention de ladite moitié donnee: ains, qui plus eſt, l'excluant aſſez apertement par ladite qualité d'heritier vniuerſel appoſee en la ſubſtitution de laquelle ledit François auoit vsé, inſtituant ledit Anne en ſes autres biens, & qui plus eſt, en la nomination precedente n'vſe point du mot, *d'heritier*, ains ſimplement nomme ledit Anne en icelle pour l'auoir & jouyr. Car au cas auquel eſt permis au pere de faire tels fideicommis, eſt neceſſaire
9 que nommément il les charge de fideicommis. † pour autant que ſi les donations qui ne prennent leur effect que par le decez du donateur, faut que nommément ſoyent chargez de fideicommis, adeò vt non intelligantur contineri fideicommiſſo hæreditatis aut bonorum, *l. ſequens quæſtio, verſ. planè ſi nominatem, ff. de leg.* 2. à plus forte raiſon les donations entre vifs fermes & valables de ſoy, ſans attendre confirmation, & ainſi & en propres termes fut jugé par la Cour ſouueraine de Tholoze, comme atteſte Meynard *en ſes notables & ſingulieres queſtions libro 5. chapitre 33. num. 5. in fin. & 7.* & ne nuit ce qui eſt adjouſté à la fin de la ſeconde raiſon aduancee au contraire, aſſauoir que ledit François en pouuoit eſlire vn autre, † & ſic eligendo videtur dare, argum. ſumpto *ex l. ſi Titio pecunia, alias incipit ſi fundum per fideicommiſſum, §. vlt. de leg.* 1. Car nonobſtant cela, tel qui a droict d'election ne peut grauer l'eſleu par fideicommis *par ledit §. ſed et ſi fundum*. Car, comme remarque fort bien Paulus de Caſtro *au d. §. ſi de Falcidia*, illa jura loquuntur in iis qui non tenentur dare neque reſtituere, & ſic neceſſariò, ſed duntaxat ſi volunt, poſſunt id facere: talis enim non adimendo videntur dare de nouo, ſicque poſſunt grauare eum à quo non ademerunt, vt *in d. §. vlt.* ſecus ſi quis teneatur dare, quia per teſtamentum vel per contractum neceſſitas eligendi ſibi eſt impoſita, auquel cas nous ſommes: ainſi l'explique tres doctement, & le confirme par pluſieurs raiſons & authoritez, Peralta *en d. §. ſed et ſi fundum, num.* 9. Mais icy il y a d'auantage, que ledit François n'auoit plus faculté, lors qu'il fit la ſubſtitution, de faire d. election puis qu'il l'auoit ja faite au contract du mariage de Anne, & laquelle eſtoit irreuocable, puis qu'elle auoit eſté faite par pact & en contemplation du mariage, auec obligation de ſes biens & en faueur de l'aiſné, qui ſans election y eſtoit appellé, † quoy qu'autrement telle election ſoit variable juſques à la mort, *l. cum pater, §. à filia, ff. de leg.* 2.

10

11

Ne nuit auſſi le dernier fondement, ſi tant eſt qu'il fuſt vray que ledit Anne fuſt heritier ſimple dudit François, & n'euſt fait aucune proteſtation, en acceptant l'heritage, de ne vouloir confondre ſes droicts & ladite moitié donnee. Car en droict cela n'a lieu qu'en faueur des creanciers, legataires & fideicommiſſaires particuliers, ſed aduerſus fideicommiſſarium vniuerſalem, † hæres quamuis hæreditatem abſque inuentarij beneficio agnouerit, detrahit quod ſibi à teſtatore debetur, *l. cùm hæres, l. Lucius, §. Titio, & §. filiam, §. ad Trebell. l. 1. & 2. C. eod. l. 2. §. cum quis; ff. de hered. vel act. vendit.* & in terminis voluit Caſtrenſ. *in leg. ita tamen, §. ſi ex Trebelliano, ff. ad Trebell. l. ab omnibus, §. fin. ff. de legat.* 1. & plures quos refert & ſequitur Rolandus à Valle *de confect. inuentarij, §. pone hæres grauatus, per totum tractatum, tom. 8. fol. 195.* & Peregr. *de fideicomm. artic. 31. in principio.* Cujus reſolutionis ratio eſt manifeſta, quia textus *in l. fin §. in computatione, C. de jure deliber.* loquitur in caſu in quo quis vellet deducere contra creditores vel legatarios ſingulares, quorum credita & legata poſſunt tranſcendere vires hæreditarias, quia hæres eis etiam tenetur de ſuo, non ſic aduerſus fideicommiſſarium vniuerſalem, cujus fideicommiſſum non poteſt tranſcendere vires hæreditarias, quia non fit niſi de hæreditate, & de eo quod eſt in hæreditate, & non dicitur eſſe niſi quod ſupereſt, deducto ære alieno; vnde ſicut de jure digeſtorum poterat deducere aduerſus fideicommiſſarium, non tamen aduerſus creditores, quibus in ſolidum tenebatur, ita & hodie cum non confecto inuentario remaneamus in jure veteri, licet reſpectu legatariorũ ſecus, quia de jure

12

illo

illo, vltra vires non tenebatur *l. ſi is qui quadringenta, ff. ad Trebell.* hodie ſic, non facto inuentario, & ſic idem eſt in eis quod in creditoribus olim: &, vt paucis dicam, ratio eſt in promptu, nam de jure veteri hæres tenebatur in ſolidum creditoribus, & tamen aduerſus fideicommiſſum poterat deducere quod ſibi debebatur *l. in imponenda, l. ſcriptum, C. ad leg. Falcid.* & in fideicommiſſo vniuerſali non veniunt propria bona grauati, *l. cohæredi, §. cùm filia, ff. de vulgari*, & n'eſt d'aucune conſideration, que, audit teſtament, François fait mention de ladite moitié donnee, & de nou-
13 ueau donne, nam quod magis eſt, ſi teſtator † debitum prælegauerit, & præterea alia fecerit prælegata, quamuis hæc in fideicommiſſo vniuerſali continerentur, non tamen contineretur debitum præfatum, *l. Lucius §. maritus. ff. ad Trebell. Peregr. de fideicommiſſ. d. artic. 31. numer. 2.*

De façon que telle adition, ſans benefice de la loy & inuentaire, ne peut empeſcher que ne ſe puiſſe faire detraction de ladite moitié des biens donnez: mais au faict que nous ſommes il n'y a aucune difficulté: car, à ce que j'entends, ledit Anne, lors de l'adition de l'heritage, declara & proteſta ne vouloir ſe prejudicier en ladite moitié à luy donnee, & aux droicts qu'il y auoit, ne iceux confondre auec l'heritage: & de ce que deſſus reſulte la reſponſe à la loy *ex qua perſona*, car elle n'a lieu ſinon, qu'en ce que le teſtateur a expreſſément ordonné ou fait, auquel faict l'heritier ne peut contreuenir s'il a accepté l'heritage ſimplement, & n'a fait aucune proteſtation; mais en noſtre faict il n'y a aucun expres fideicommis ſur ladite moitié, & ledit Anne proteſta acceptant l'heritage.

Par ce que deſſus appert, ladite moitié donnee deuoir eſtre diſtraicte par la dite dame de Cruſſol, & n'eſtre ſubjette au fideicommis.

Eſt à voir maintenant ſi, outre ladite moitié, ſe deura faire detraction de la legitime & Trebellianique ſur la moitié reſtante. Pour la Trebellianique il n'y a aucune difficulté, & eſt certain ſe deuoir detraire, mais quant à la legitime, la queſtion eſt, ſi ladite moitié doit eſtre imputee à icelle, que ſi cela eſtoit, il ne faudroit traitter de legitime; car ce qui deuroit eſtre imputé ſeroit plus grand que la legitime †. 14
Je ſçay que la queſtion eſt controuerſe, Crauet. *in conſil. 85.* Petrus Facſinæos *controuerſ. iuris lib. 5. c. 82.* Surdus *in conſ. 143.* & Cujac. *conſ. 20.* tiennent la negatiue. Decius *conſ. 20.* Roland. à Valle *conſ. 44. & 70. lib. 4.* Becius *conſ. 20.* l'affirmatiue. Je n'apporte les raiſons d'vne part & d'autre, pour auoir eſté diffuſément aduancees par ledit Becius, pour l'affirmatiue, & Surdus pour la negatiue, attendu que par diuers prejugez en la ſouueraine Cour de Tholoſe, atteſtant ledit Maynard *d. c. 34. lib. 5.* telle donation a accouſtumé d'eſtre imputee, & ce ſelon la plus vraye & plus commune opinion, ſelon laquelle j'ay autresfois reſpondu: ce neantmoins, au faict que nous ſommes, ne la doit eſtre, attendu que François, aux pacts de mariage, fait ladite donation par preciput & aduantage, leſquelles paroles excluent toutes ſortes d'imputation & collation, Surdus *d. conſ. 143. num. 37. verſic. nono.*

CONSILIVM XLII.

ARGVMENTVM.

AN filius, non conficiens inuentarium, poſſit deducere legitimam aduersùs legatarios, & an amittat Trebellianicam ac Falcidiam; & an vtroque per patrem prohiberi poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Filius, ſe immiſcens hereditati paternæ ſine beneficio legis & inuentarij tenetur legata & fideicommiſſa particularia integre ſoluere abſque detractione legitimæ.*
2 *Vbi eſt dolus, ceſſat priuilegium.*
3 *Filius improbè accuſans teſtamentum patris, debitum naturæ amittit.*
4 *Hæres, non conficiens inuentarium, amittit Falcidiam, & quare.*
5 *Legitima dicitur quaſi debitum patris.*
6 *Legitima computatur, non ratione legatorum, ſed omnium bonorum.*
7 *Filius, non conficiens inuentarium, amittit Trebellianicam.*
8 *Trebellianica poteſt prohiberi filijs primi gradus.*
9 *Falcidia filiis primi gradus prohiberi poteſt.*
10 *Filius amittit Falcidiam per non confectionem inuentarij.*

AYant Madame Marguerite de ſainct Michel, dame de Beaujeu & de Briſſieux, acquis les droicts & biens, que feu monſieur Pol de Peruſſis auoit ſur la Baronie de Lauris & ſon terroir, par la tranſaction paſſee entre ladite dame de Briſſieux, & dame Catherine du Galiens, comme heritiere dudit ſieur Pol ſon mary, & tutrice & curatrice de ſes enfans, entant tout que les pourroit toucher, & leſquels droicts & biens appartenoyent audit Pol, en vigueur du fideicommis apposé au teſtament de Jullien de Peruſſis ſon ayeul, declairé ouuert en ſa perſonne par arreſt du Parlement de Paris du 27. Juillet 1596. & ce par la mort ſans enfans maſles, de François de Peruſſis l'aiſné, ſon oncle paternel, ladite dame doit pourſuiure le recouurement de ladite Baronie, contre dame Claire de Peruſſis dame de la Fare, fille & heritiere dudit François, comme tenanciere & occupatrice de ladite place de Lauris. Car ſi bien par ledit arreſt le fideicommis, apposé au teſtament d'Anthoine, premier, Meullion, auoit eſté declairé ouuert en perſonne d'Anthoine troiſieſme, Aymar, François premier & les ſiens, & par ainſi d'Aimar François ſecond, & Aimar Bertrand, auquel, pour eſtre au quatrieſme degré, le fideicommis auoit ja pris fin par l'ordonnance, & duquel ladite damoiſelle de Beaujeu eſt heritiere teſtamentaire; & par ainſi ladite Baronie, comme ayāt eſté des biens dud. Anthoine premier eſt comprinſe & ſujette aud. fideicōmis, & appartient à lad. dame de Briſſieux, toutesfois ne pouuoit eſtre executé juſques à ce

que le jugement de garantie & dettaction, & en fa-
uent dudit Pol de Peroſſis reſerué, & pat meſme
moyen des ſubſtitutions apposées és teſtaments de
Guillaume, Pierre, Beatrix & Aimar, pour faire tant
moindre les dettaſtions d'Anthoine ſecond ven-
deur, fuſt ſait; mais à preſent que ladite dame de
Briſſieux a recueilli lea ſubſtitutions dudit Anthoine
premier, & dudit Julien de Peruſſis, & a le droict de
tous les deux, doit poursuiure ladite dame de la Fara,
pont le deſemparement de lad. Baronie, droicts & biés
acquis par ledit Julien de la maiſon de Briſſieux, ou de
Moullion.

Mais ſi eſt-ce que ladite de la Fare, contre telle
poorſuitte, ſi elle ſe fera, pretend ſe ſeruir de ploſieura
exceptiona, pout empeſcber qu'elle ne ſoit deſſaiſie.
Aſçauoir demanders la legitime deuë audit Françors
ſou pere ſut les biens & heritage de Julien: la Tre-
bellianique, comme grené de rendre, aprea ſa mort,
icelny bien, & à tout euenement la Falcidie, les ac-
quiſitions ſaites par ledit François ſon pere, Preſi-
dent, quand viuoit, au Patlement d'Aix, les repara-
tions ſaites és biens acquis de la maiſon de Briſſieux;
car pour celles qui ont eſté faites és biena acquis
d'ailleurs, elle les a quittees audit Pol, pour la tranſ-
action faite entte eux ſur le deſempatement deſdicts
biens, comme auſſi toutes autres pretentions, qu'elle
auoit ſur leſdits biens, lequel droict, dudit Pol, ladite
dame de la Fare, ont fait pour la conſideration de la-
dite Seigneurie, tant contre la maiſon de Moullion
& Briſſieux, comme celle d'Oreſon & communauté
dudit lieu, & autres quelconques; attendu que ladi-
te dame de Briſſieux ſ'eſt chargee, par la ſuſdite tranſ-
action, de gatantir & deſdommager ladite dame de
Peruſſis, de tous leſdits deſpens, & toutes autres pre-
tentions que ladite dame de la Fare, ou autres, pour-
roint auoir ſut leſdits droicts & biens acquis de ladite
maiſon de Briſſieux.

Telles exceprions & defencea ſ'elideront par lea
moyens ſuiuans. En premier lieu, il y en a vn general,
prouenant du droict, qu'auant ladite tranſaction ap-
partenoit à ladite dame de Briſſieux; c'eſt à ſçauoir en
monſtrant la garantie & detractions, qu'auoit peu
faire Anthoine ſecond, reſeruees audit Pol, eſtre in-
utiles, & ce d'autant que ledit Anthoine auoit vendu
beaucoup plus que ne montoient ſes detractions, &
biens, deſquels il pouuoit diſpoſer, & ce de tant plus,
que faiſant juger les ſubſtitutiona de Guillaume,
Pierre, Beattix, & Aimar, ouuertes en ſaueur des de-
ſcendans d'Anthoine premier, & n'auoit eſté finies à
Anthoine ſecond, ains auoit paſſé outre, ſ'enſuiuroit
les biens, deſquels Anthoine premier auoit diſpoſé,
n'eſtre grand cas, & par ainſi les detractions qu'An-
thoine ſecond auoit peu faire, & par leſquelles ladite
garantie eſtoit ſouſtenue, & auoit eſté fort petites, &
par conſequent les alieoations faites par ledit An-
thoine auoit eſté beaucoup plus grandes que ne mon-
toient ſes droicts: j'entends des alienations faites a-
uant la vente de Lauris: mais poorce que tel juge-
ment ſeroit long, tant pour faire la liquidation des
biens deſdits Anthoine premier & ſecond, & alieoa-
tions faites par ledit Anthoine ſecond, que poor l'ou-
uerture dea fideicommis apposez és teſtameots deſ-
dus Guillaume, Pierre, Beatrix & Aimar, outre ce
que l'euenement de tel jugement ne ſeroit, peut eſ-
tre, tel que ladite dame de Briſſieux pourroit deſirer,
& que ladite dame deſireroit entrer toſt en poſſeſ-
ſion de ladite Seigneurie de Lauris, il ſe faut ſeruir
d'autres moyens plus preſſia & courts, ſana toutes-
fois prejudice du precedent, ains icelui demeurant
en eſtat pour ſ'en ſeruir en temps & lieu: car puis
que ladite dame de Briſſieux a acquis tout le droict
dudit Pol, & par ainſi tous les droicts du fideicom-
mis apposé au teſtament de Julien, luy ſuffit, ſi par
autres voyes peut rabatre les pretentions de ladite
dame de la Fare, qu'elle a contre lea biens ſubjects
au fideicommis de Julien, encores que ladite garantie
fuſt entierement bonne, ce que non, voire meſmes,
qui plus eſt, ſans auoir eſgard audit arreſt, par le-
quel ladite Seigneuria eſt declairee ſubjette au fidei-
commis d'Anthoine premier, & preſupposé qu'icel-
le fuſt entierement & ſans controuerſe ſubjette audit
fideicommis dudit Julien. Je dis donc que toutes ces
choſes, quoi que outre la verité, preſuppoſees, quant
à la legitime, ſur les biens acquis de ladite maiſon de
Briſſieux, car quant aux biens acquis d'ailleurs, ſi la-
dita dame auoir quelque droict de legitime, Falci-
die ou autre, elle l'a quitté par ladite tranſaction fai-
te auec ledit Pol, ledit ſieur Preſident l'a perdue,
ayant eſté heritier ſimple, ob non confectionem in-
uentarij, puis que ne ſ'agiſt d'vn fideicommis vni-
uerſel, ains particulier, quod legatorum naturam ſor-
titur, je ſçay telle queſtion, an † filius non conficiens 1
inuentarium teneatur integra legata & fideicommiſ-
ſa, maximè cùm ea conſiſtant in corporibus, non de-
ducta legitima, ſoluere, & que la gloſe *in Authent. ſed
cùm teſtator, C. ad leg. Falcid. & l. fin. §. penult. C. de jur.
delib.* quas Bartol. & plerique alij ſequuntur, ont te-
nu pouuoir deſduire ſa legitime: toutesfois l'opi-
nion contraire, à ſçauoir, filium ad integrorum lega-
torum & fideicommiſſorum ſolutionem, nulla legi-
timæ deductione ſacta, teneri, verior eſt, & in jure
magis fundata, quam gloſſa *in Nouell. 1. de hered. &
Falcid. §. ſi quis autem non implens, verb. auferri.* Ol-
drad. *conſil. 134. num. 4.* Bald. in *d. l. fin. §. penult.* Imol. *in
l. 1. §. hac ſtipulatio, col. penult. in fin. ff. ſi cui plus quã. per l.
Falcid.* Salicet. *in d. l. vltim. §. ſi autem in fin.* Cuman. *in
d. Authent. ſed cùm teſtator num. 11. cum ſequent.* qui ra-
tionibus in contrarium adductis reſpondet & pleri-
que alij eam ſententiam amplectuntur, & tuentur,
quæ probatur ex *d. l. vlt. in §. ſin autem dubiis, & §. ſin
verò poſtquam, & dict. nouell. 1. §. ſi verò non fecerit,* non
loquuntur enim mixtim tam de filio quàm de extra-
neo, vt Oldrad. conſiderat *d. conſil. 134.* cujus ſententiæ
ratio eſt manifeſta. Lex enim præſumit, ex quo filius
non fecit inuentarium, quòd hæreditas locuplex ſol-
uendo fuerit, & nunc præſumit hæredem ſubtraxiſſe
& *d. nouell. 1. §. ſancimus, in princip.* vt verbis Salicet. vtar
dicto loco, & ob dolum præſumptum, filius non de-
bet legitimam deducere: vbi † enim eſt dolus, non 2
habet locum priuilegium, *l. ſi dubitetur, §. ita demum,
ff. de fideicommiſſ. l. ſed ſi a, § fin. de re judic.* & in iſta ma-
teria facit text. *in l. cum pater, §. legato, l. beneficia, l. hæ-
reditatum, §. ſi quis ex heredibus, ff. ad leg. Falcid. l.
ſumma cum ratione in princip. ff. de pecul.* † Nam & filius 3
improbè accuſans teſtamentum patris, amittit debi-
tum jure naturæ, *l. Papinianus, §. meminiſſe, ff. de inoff.
teſtam.* † & hæredi non conficienti inuentarium au- 4
fertur Falcidia, non alia ratione, quàm quia lex præ-
ſumit eum eſſe in dolo, adeò vt deferat juramentum
in litem aduerſario *d. l. fin. § ſi quis autem, l. tutor qui re-
pertorium, ff. de adminiſtr. tut.* præſumit enim ipſum
ſubtraxiſſe res hæreditarias, *d. nouell. 1. § in nobis,* hac er-
go præſumptione ſuppoſita, filius cogẽdus eſt integra
legata ſoluere, quoniam hoc caſu nõ ſoluit de proprio
matrimonio, nec ex legitima ſua, ſed ex eo quod præ-
ſumitur ſubtraxiſſe, quæ eſt conſideratio Cumani d. lo-
co. Ad hæc, ſi filius, non confecto inuentario, creditor
exiſtẽs patris, non poteſt legatariis creditũ ſuum detra-
trahere,

here, *d.l.ſi.§.in computatione*, quomodo poterit legitima, 5 † quam non debiti propriè ſed quaſi debitum appellamus, *l.ſi.§.1.C.de curat.furioſ.* facit text. *in l. Papinian. §. ſi qui impubes, ff. de inoff. teſtam.* & ideo creditores potiores filio ſunt *in d.§.quarta, l. Papinianus.* Potior verò ipſe eſt legatarijs, inuentario confecto, & ita mediũ obtinet, vt non creditor, ſed quaſi creditor ſit, facit *l.vnic. C.de imp.non lucrat.deſcrip.li.10.in prin.* text. not. *in d.l. Papinianus, in §.quarta autem inuenta.l.in fraud.ff.qui & quibus*; non confecto verò inuentario, cùm creditor verus patris exiſtẽs ex bonis maternis vel aliũde, creditum amittat, quare legitimam, quæ minùs debita eſt, retinebit? Cùm in hac ſpecie legatum potiùs ſit debito, quod debitum potiùs eſt ſemper legitima: facit regul. vulg. *de diuerſ.tempor.præſcrip.l.de acceßionib.* & certè impoſſibile eſt per rerum naturam, filium legitimam deducere, nam filius qui deducere legitimam volt, rationem bonorum inire debet, vt eorum partem ſibi retineat. Sed bona, inuentario non confecto, quanta ſint oſtendere non poteſt, ergo nec legitimam computare, quòd ſi dicat reſpicienda fore legata, vt ſi quadraginta legauit pater, certum ſibi retineat, hæreario iori non poteſt, 6 † cùm non legatorum ſolùm, ſed bonorum etiam debeat haberi ratio. Neque ſequitur, quadraginta legauit, ergo non ſunt plus quàm quadraginta in bonis, eſſet enim peßima conſequentia. Deniq; cùm in ſolidum legatarijs teneatur etiam vltra vires hæreditarias, filius non conficiens inuentarium, quocumq; ſe vertat & quoquo modo computet, nihil ex legatis erit auferendum, pro hoc text. *in l.non dubium, & in l.nec intereſt, & in l.ex aſſe in princ. ff.ad l.Falcid.* & ita in ſua computatione fallitur Bartol. *in authen.ſed cum teſtator. C.ad l.Falcid.* & Bald. *in l.fin.§.fin.C.de iur. deliber.* Nam cum vires patrimonij certò conſtitui non poßint, inuentario non confecto, impoßibile eſt fieri certam legitimæ deductionem. Et nouißimè hanc ſententiam varijs rationibus ijſque euidentißimis confirmauit Franc. Sarmien. *ſelect.interp.l.2.c.7.* ad quem me remitto. Laquelle opinion de tant plus doit auoir lieu en ce faict, auquel ledit Julien auoit fait prohibition de lad. legitime: car ſi bien telle prohibition de droict ne tient, toutesfois ledit François heritier, qui eſtoit Preſidant, homme docte & intelligent, ayant, nonobſtant icelle, accepté l'heritage dudit Julien ſans benefice de la loy & inuentaire, ne doit eſtre receu à diminuer ledit fideicommis à l'occaſion de lad. legitime, ains deuons croire & juger qu'il a ſceu & voulu, que nonobſtant icelle, & ſans y faire aucune conſideration, ladite Seigneurie de Lautis fuſt entierement ſubjecte au fideicommis, & reſtituee ſans aucune deduction. Et certes à bonne raiſon il a voulu cela, & n'a fait aucun inuentaire.

Car (& c'eſt le ſecond moyen pour deſbouter lad. dame de la Fare de la demande en deduction de ladite legitime.) l'heritage dudit Julien eſtoit grand & opulent, conſiſtant en grande quantité de biens meubles & immeubles. & argent qui eſtoit en banque à Lyon, & eſtant led. François vn des coheritiers, il auoit beaucoup plus que ne pouuoit monter ſa legitime, & toutes autres detractions qu'il euſt peu pretendre, apres auoir payé toutes les charges hereditaires, & entre autres le fideicommis de lad. Seigneurie de Lautis; & lad. dame de la Fare le ſçait treſbien, & eſtime qu'elle a ſa conſcience tant en recommandation, qu'elle n'oſeroit ſe purger par ſerment du contraire, & quand elle le feroit, ce que je ne crois, l'on prouuera fort bien les biens dudit Julien, au moins tant que ſurpaſſeroit les detractions que ledit François auroit peu pretendre, meſmes que nous auons deſja en main l'acte de partage fait entre ledit François & Richard coheritiers des biens qui eſtoyent en la preſente ville en Auignon; ce que encores ſe verifie, parce que Richard coheritier ayant heu beaucoup moins que ledit François, à l'occaſion du prælegat de ladite Seigneurie de Lautis, faite en faueur dudit François ſ'eſt neantmoins contenté de ſa part & portion hereditaire, nonobſtant les charges qu'il luy conuenoit porter; ſçachant treſbien ce que luy eſtoit obuenu ſe monter beaucoup plus que ſes droicts, detractions & deductions qu'il pouuoit pretendre ſur les biens de ſondit pere; & parce, conformément à ſon frere, a accepté l'heritage ſimplement. & n'a fait aucune demande de ſa legitime, moins ſ'eſt plaint dudit prelegat, ce qu'il auroit fait, ſ'il en euſt heu moins que nature & le droict luy donnoyent.

Quant à la Trebellianique, je n'eſtime pas que le conſeil de lad. dame de la Fare permette qu'elle la demande, car ne ſ'agiſſant ici d'vn fideicommis vniuerſel, ains particulier, n'eſt à propos de parler de quarte Trebellianique: mais quand ce ſeroit meſmes vn fideicommis vniuerſel, ne la pourroit demander, car ſi bien la queſtion eſt fort controuerſe. An filius ob non confectionem inuentarij amittat Trebellianicam: † tou- 7 tesfois la plus vraye & commune opinion eſt, amittere, quam Bald. ſequitur *in d. Auth.ſed cùm teſtator* & alij quos longa ſerie refert Graſſ. *in §.Trebellianica, q.7. verſ.affirmatiuam.* Couar. *in cap. Raynutius, §.11.in fin.* Apoſtill. *ad Alex.conſ.67.lib.4.n.2.* & auſſi pource que ledit Julien a prohibé lad. Trebellianique; car encores que telle queſtion ſoit auſſi controuerſe, toutesfois la plus vraye & plus cõmune opiniõ eſt, poſſe prohiberi, encores que Guid.Pap. *deciſ.59.* tã in hac quàm præcedenti quæſtione cõtrarium teneat, affirmatiuam tamen ſententiam, † ſcilicet, prohiberi poſſe, & veriorem & 8 magis communem eſſe docet Thob. Nonius *conſ.90. n.21.& ſeq.* quam ſequuntur lõga ſerie relati per Graſſ. *in §.teſtamentum q.62.nu.5.verſ.contrarium verò*, & en ce pays auquel le teſtament a eſté fait; & ſuiuant le droict en iceluy obſerué, on doit juger ſemblables queſtions, où que ſoit pendãt le procez, la choſe n'a aucune difficulté, eſtant receuë, & l'affirmatiue opinion, ſuiuant ce que la Cour de Rome a accouſtumé de juger, Caſſa. *deciſ.4.de teſtam.* Greſſ. *deciſ.129.* Simonet. *dec.88. & in deciſ.diuer.part.vnder.693.& part.2.deciſ.313.* & lors les deux eſtans enſemble en ce faict, aſſauoir non confectio inuentarij & prohibitio, abſq; dubio non poſſit detrahere Trebellianicam.

Mais comme j'ay ci deſſus dit, je n'eſtime pas que lõ parle de lad. Trebellianique, mais l'on demandera la Falcidie, & preſuppoſé qu'elle ſe puiſſe deſtraire de legatis & fideicommiſſis particularibus, ſub conditione relictis, vltra & præter legitimam, ce que toutesfois eſt fort dur de dire, puis que la cõſtitution canonique, qui permet aux enfans du premier degré, detrahere duas quartas, legitimam & Trebellianicam, ſi ſub cõditione grauatus, eſt correctoria juris ciuilis, quo filius primi gradus iudicam tantũ quartã detrahere poteſt, electione tamen ſibi data, an legitimam vel trebellianicã habere maluerit, cùm quandoque vtilius illi ſit vnam potiùs quàm aliam habere, non debet porrigi ad Falcid. & legata, ac fideicommiſſa particularia: en ce faict ne peut auoir lieu la detraction de lad. quarte, quia filius † abſq; aliqua controuerſia nõ poteſt eam deducere ſi 9 à patre prohibita ſit, *d. nouel.1.§.ſi verò expreſſe*, Ruin. *conſ.149.n.4.vol.3* Soc.jun. *conſ.136.nu.9.vol.1.* Hieron. Gabr. *conſ.93.n.11.lib.1.* tam quia † etiam per non confectio- 10 nem inuentarij filius eã amittit, in quo etiam Doctores conueniunt *d. nouell.1.§. ſi verò non fecit*, Graſſ. *in §.Fal-*

cidiaqueſt. 12. Sari *ſelect. interpret. lib.* 2.*c.*7.*nu.*8. & ce à plus forte raiſon que quand elle eſt prohibée, pource que en ne faiſant l'inuentaire adeſt culpa & præſumptio doli, ce que de tant plus en noſtre faict a lieu, auquel & prohibitio & non confectio inuentarij concurrunt.

Pour les acquiſitions que ladite dame de la Fare pretand auoir eſté faites par ledit ſieur Preſident, ſ'il y en a des veritables, ſeront à elle, ſi mieux n'aime les vendre à ladite dame de Briſſieux, mais cela ne doit empeſcher l'execution de l'arreſt, car par deuant le Commiſſaire, qui pour icelle faire ſera deputé, faiſant apparoiſtre d'icelles acquiſitions, elles luy ſeront reſeruées & adjugées: mais je n'eſtime pas qu'il y en aye aucunes, ou ſ'il y en a, ce ſera peu de cas; car j'ay information, que ce ne ſont que permutations faites auec des pieces acquiſes par ledit Julien, ou de la maiſon de Briſſieux, ou d'ailleurs. Or & les vnes & les autres appartiennent à ladite dame de Briſſieux, tant par ledit arreſt, que par ladite tranſaction faite auec ladite dame de Peruſſis, & par où les pieces qui par moyens deſdites permutations ont eſté acquiſes, luy doiuent appartenir.

Les reparations vtiles & neceſſaires & telles que de droict doiuent eſtre payées à ladite dame de la Fare, & de meſmes leſdits deſpens faits pour la conſeruation de ladite Seigneurie, apres toutesfois que leſdites reparations ſeront liquidées & deſpens taxez, comme de raiſon; car toute ſorte de deſpens ne luy doiuent eſtre alouez. mais ne l'vn ne l'autre de ces deux dernieres choſes ne doit empeſcher que ladite dame de Briſſieux ſoit miſe en poſſeſſió de ladite Seigneurie, veu que les ſommes auxquelles ſeront liquidées leſdites reparations & deſpens taxez, ſeront compenſées auec partie des fruicts des biens acquis de la maiſon de Briſſieux, eſtant raiſonnable que telle compenſation ſe faſſe ſans diminution du fonds, pour la conſeruation du fideicommis; attendu meſmes qu'iceux fruicts, chaſcune année, ont monté beaucoup plus que ne faiſoyent les deſpens que conuenoit faire ou pour les reparations neceſſaires, (car quant aux vtiles, le droict y a prouoeu en faueur de ladite dame de Briſſieux, *l. in fundo, cum ſimilibus, ff. de rei vend.*) ou pour la pourſuitte dudit procez; ce que ſçachant treſbien lad. dame de la Fare, procura de mettre vn pache en la tranſaction qu'elle fit auec ledit ſieur Pol, par lequel eſtoit accordé, que en cas que ledit Pol vint à auoir par accord ou ſentence, ladite Seigneurie de Lauris, il quittoit à ladite dame de la Fare les fruicts de dix ans deſdits biens acquis comme deſſus; & par meſme moyen icelle dame de la Fare quittoit ledit ſieur Pol de Peruſſis de toutes leſdites meliorations & reparations, deſpens du procez, & ſemblables detractions: lequel pache maintenant, ce neantmoins, n'a aucun lieu, pour y auoir en ladite tranſaction vn autre pache reſolutif de ceſtui cy, en cas que ledit Pol ou les ſiens quittaſſent le droict qu'ils auoyent ſur ladite Seigneurie, moyennant argent, comme ils ont fait; & lequel pache d'acquit des fruicts de dix ans ladite dame de la Fare auoit procuré fuſſe mis, pour luy eſtre fort aduantageux, ſçachant leſdits fruicts de dix ans ſe monter beaucoup plus que ne faiſoyent ſemblables detractions & pretentions, & ledit ſieur de Peruſſis quoy qu'il cognuſt cela, toutesfois ladite dame de la Fare, l'ayant fait plaider tant d'années, & deſpendre ſi groſſe ſumme de deniers, cerchoit par tout moyen entrer en poſſeſſion des parties des biens qui luy auoyent eſté adjugez pour ſe preualoir aucunement de l'effect de ſon arreſt; & ladite dame comme treſ-accorte & aduiſée, voyant ledit Pol, ſon couſin, las du procez & conſumé en deſpens, ſe preualut de cette occaſion; lequel Pol prouueut aucunement au dommage qu'il receuoit de ladite quittance, par le pache reſolutif en cas d'accord pour argent, ſe propoſant d'accorder comme cela, comme en effect de ſon viuant eſtoit en ce traitté, lequel a eſté ſuiui & paracheué par ſon heritiere, & par ce moyen euiter ledit dommage de quittance des fruicts: que ſi ladite dame de la Fare, pour telles pretentions, ſ'eſt contentée auec aduantage des fruicts deſdits dix ans, à plus forte raiſon maintenant ne doit empeſcher ladite miſſion en poſſeſſion, & ſe doit contenter de la compenſation que ſe fera de ſes pretentions, auec partie deſdits fruicts, attendu qu'elle en eſt comptable de quarante deux ans.

Le droict donc de ladite dame de Briſſieux eſtant ſi clair, ne pouuant ladite dame de la Fare detraire aucunes quartes, & les acquiſitions, ſi aucunes y en a, luy pouuant eſtre adjugées par le Commiſſaire, lors qu'il la deſſaiſira de ladite Seigneurie & les meliorations & reparations & deſpens faits au procez, ſe deuans & pouuans compenſer auec partie des fruicts, ſemble que ſi cela eſt repreſenté à la Cour de Parlement de Paris, ayant fait deuëment appeller ladite dame de la Fare, que ſera donné Commiſſaire pour mettre ladite dame de Briſſieux en poſſeſſion de lad. Seigneurie de Lauris: que ſi l'on pouuoit obtenir promptement adjudication deſdits fruicts, & par meſme moyen la liquidation d'iceux; comme auſſi deſdites reparations & taxation deſdits deſpens, & compenſation, reſpectiuement ſont commis aud. Commiſſaire executeur, ſeroit encores meilleur, & faut taſcher d'auoir vn Commiſſaire de ce pays, pour euiter les grands frais qui ſe feroyent ſ'il en venoit vn de Paris.

CONSILIVM XLIII.

ARGVMENTVM.

De differentia inter donationem factam Titio & liberis, vel Titio pro ſe & liberis ſtipulanti.

An vtroque caſu, vel primo tantùm, liberis vt liberis, non vt hæredibus, cenſeatur donatum.

An hujuſmodi donatio cenſeatur ordine ſucceſſiuo facta.

SVMMARIVM.

1 *Hæredum appellatione, omnes, etiam extranei, continentur.*

2 *Pater, ſtipulando pro ſe & liberis, in materia tranſitoria, cenſetur ſtipulatus pro filiis, non vt filiis, ſed* vt hæ-

vt hæredibus, contra num. 4. 8. 9.

3 *Donatio non ſubſiſtit, vbi nullus eſt affectus recipientis.*

5 *Donatio facta patri & liberis, ſi pater accepit pro ſe & liberis, cenſetur facta ordine ſucceſſiuo.*

6 *Si filij ſint in conditione poſiti, & pater pro illis ſtipuletur, ſunt abſque dubio vocati.*

7 *Donatio eſt ſtricti iuris.*

10 *Cum quæritur, an pater ſtipulando pro ſe & liberis, cenſeatur pro liberis, vt liberis, an vt hæredibus ſtipulari, debet diſtingui an res donata ſit acquiſita ex re patris, an ex ſolo beneficio donantis.*

11 *Donatio filijs naſcituris, notario ſtipulante facta, valet.*

12 *Ei qui ex vtero naſcitur datur reſtitutio.*

13 *Pater pro filijs, tam in poteſtate conſiſtentis, quam emancipatis, ſtipulari poteſt.*

14 *Clauſula in principio appoſita, refertur ad omnia quæ ſequuntur.*

NObilis dominus Colinus des Iſnards, tam nomine proprio, quàm dominæ Gabriellæ de Vincentijs, eius vxoris, à qua mandatum ad id ſpeciale habebat, in contractu matrimonij initi inter nobilem Alziarium des Iſnards, eius filium, & Domicellam Ioannam Iſnardam loci Salenis, donauit donatione inter viuos eidem Alziario & liberis, ex eodem matrimonio producendis, medietatem omnium bonorum ſuorum & dictæ eius vxoris præſentium & futurorum, nec non iuriſdictionem loci de Briantes. Ex eodem matrimonio plures liberi ſuſcepti ſunt: quæritur, an omnes ſimul admitti debeant, nulla diſtinctione ſexus habita, an verò dicta bona ad maſculum hæredem per dictum Alziarium inſtitutum ſpectent: & per conſequens, an ad vnam ſolam ex filiabus per dictum Alziarium dicto maſculo ſubſtitutam, & videretur dicendum, omnes liberos non vocari ad dicta bona.

I. Quia dictus Alziarius acceptauit & ſtipulatus eſt

1 pro ſe & ſuis hæredibus, hæredum † autem appellatione omnes, etiam extranei continentur, *l. ſciendum, l. hæredis appellatione, ff. de verb. ſignif. l. ſi patrum, de probat. l. ſtipulatio iſta, §. ſi quis ita, ff. de verb. oblig. l. viam veritatis, C. locati, l. fina. C. de hæred. inſtit.* ergo non ad liberos, quatenus liberos, ſed quatenus ſunt hæredes, ſi aliqui ſunt hæredes, quinimò ad nullos ſi nulli ſunt hæredes, dicta bona ſpectant.

2 II. Quia pater, † acquirendo & ſtipulando pro ſe & liberis, in materia tranſitoria ad hæredes, cenſetur ſtipulari pro filijs, non vt filijs, ſed vt hæredibus, *gloſ. in l. ſi tibi, §. ſi pactum ff. de pac.* & ibi Barto. *n. 8* & idem Barto. *in l. quod dicitur patrem, ff. de verb. oblig.* & ibi Iaſ. *n. 27.* & Alciat. *num. 18.* Alex. *conſ. 125. lib. 4.* Atqui hæc materia notoriè eſt tranſitoria ad hæredes, igitur enim de re priuati donata, dicendum igitur eſt non ſpectare niſi ad illos hæredes.

3 III. Quia donatio hæc pro † filijs naſcituris ſuſtineri non poteſt, quia nulla traditio, nullus affectus recipientis interuenit; ac donatio ſine affectu & animo recipientis non conſiſtit, *l. & in omnibus, ff. de oblig. & actio.* adeo vt diſputatum ſit, an infanti emancipato, cuius nullus eſt affectus, vtiliter donaretur, *l. 3. C. de acquir. poſſeſſ. l. ſiquidem, 26. C. de donat.* vt fuſiſſimè docet Germanogal. *obſer. lib. 4.*

IV. Quia ſiliceri pro loco de Briantes non videtur ſuſtineri donatio in fauorem filiorum, cum nemo pro illis ad id caput ſtipulatus ſit & acceptauerit. His tamé non obſtantibus, in contrariam deſcendo ſententiam, & exiſtimo, omnes liberos dicti matrimonij vocatos eſſe, diſertè enim donatio facta eſt in fauorem Alziarij & liberorum dicti matrimonij, pro quibus Notarius ſtipulatus eſt & acceptauit; omnibus igitur illis ius eſt quæſitum, cùm ſint in diſpoſitione nominati ex ijs quæ fusè tradit Crauet. *conſil. 288. per tot.* generaliter namque verum eſt, quod quando † pater accepit pro 4
ſe & liberis ſuis ſimpliciter, liberis acquirit, vt liberis, non vt hæredibus, ideòque etſi aliqui hæredes ſcripti non ſunt, partem virilem habere debent; atque hanc ſententiam firmat Bartol. *in l. vt iuriſiurandi, §. ſi liberi n. 40. ff. de oper. liber.* & communem dicit Alex. *conſil. 8. num. lib. 3. & conſ. 119. nu. 4. lib. 5.* quem refert Iaſ. *in l. quod dicitur, nu. 29. ff. de verb. oblig.* eundémque ſequuntur Io. Delect. *de arte teſtan. tit. 11 caut. 10.* Ruin. *conſil. 48. nu. 4. & conſ. 169. num. 7. lib. 1.* Curt. iun. *conſ. 78. n. 3. & ſeqq.* Couarr. *lib. varia. reſol. c. 18 nu. 2. verſ. quinta concluſio:* & quamuis aliqui diſtinguant inter materiam tranſitoriam ad hæredes & non tranſitoriam; tamen indiſtinctè ea ſententia tenenda eſt, vt docet Couarr. vbi ſuprà & Clar. *in §. emphyteuſis, q. 37.* quod adeò verum eſſe contendit, vt licet filij repudient hæreditatem patris, poſſint nihilominus ſuccedere in dictis bonis ex autoritate Salycet. *in Authent. vnde ſi parens, n. 5. C. de inoffic. teſta.* quem refert Alex. *in d. l. quod dicitur, poſt num. 25. verſ. illud tamen intelligas.* & hanc concluſionem communem dicit Iaſ. *in l. 2. n. 188. C. de iur. emphyt.* Alciat *de præſum. in 1. regul. præſump. n. 1.* & cenſetur
† donatio facta ordine ſucceſſiuo vt nimirum bona 5
primò ad Alziarium, deinde ad nepotes Colini, Alziarij filios ſpectent, vt tenet Bartol *in l. quod dicitur, num. 6.* & ita interpretatur communis obſeruantia, vt dicit Corn. *conſ. 6. lib.* Alex. *d. conſil. 120. n. 3. lib. 5.* Decl. *conſil. 239. poſt nu. 3. verſ. tertio principaliter, & conſ. 607. n. 10. & conſ. 662. poſt n. 2.* Clar. *d. §. emphyteuſis q. 37.*

II. Adeſt in hac donatione pactum reſolutiuum, *ſi Alziarius moriatur ſine liberis ex dicto matrimonio procreatis*, at dici ſolet † filios in conditione poſitos, cen- 6
ſeri vocatos, quam ſententiam firmat Bal *in l. prohæreditarijs in fin. nu. 12. verſ. dubitari tamen poſſ. C. de hæred. action.* Caſtren. *in l. ſi cum dotem, ff. ſol. matr.* Iaſ *in l. pecuniam num. 2. verſ. hoc habet locum, ff. ſi certum petat.* Aleia. *conſ. 2. num. 6 lib. 8.* Menoch. *conſ. 25. lib. 4.* Gabriel *lib. 4. tit. de fideicom. concluſ. 4. in fin.* & quamuis multi repugnent, eorúmque ſententia verior ſit & magis probabilis, eamque alias ſequuti fuerimus, tamen vbi pater non eſt ſtipulatus pro ſe & ſuis hæredibus, ſed pro liberis, res clara videtur, ex ijs quæ tradit Crauet. *d. conſ. 228. per tot.* Sed in noſtro caſu, cùm præterquam quòd ſunt in conditione, ſint etiam in diſpoſitione, ipſi abſque dubio vocati ſunt ex propria perſona, non iure hæreditario.

III. Vbi res clara eſt †, non eſt opus argumentis, 7
maximè in contractibus, in quibus verba vt iacent ſunt intelligenda, *c. cum dilectus ext. de donat.* præſertim ſtricti iuris, *l. quicquid adſtringendæ, ff. de verb. oblig.* qualis eſt donatio *l. cum, ff. de donat.*

Poſtremò, liberorum repetita eſt mentio, quanta autem vis ſit geminationis, omnes norant ex *l. baliſta cum ſimili ff. ad Trebel. l. cum ſimus*, & ibi gloſ. & Bartul. *C. de agricol. & cenſit. lib. 11 l. ſi mulier. 2. C. ad Vellei.* non puto autem quemquam verſurum in dubium quin liberorum appellatione, nec non filiorum, veniant filiæ, in materia de qua agitur *l. ſi quis ita, ff. de teſta. tut. l. ſi ita ſcriptum, ff. de lega. 2. l. iuſta interpretatione, ff. de verb. ſignif.*

Nec obſtant quæ in contrarium afferebantur. Ad primum enim reſpondetur, illud procedere ſi ſimpliciter pro ſe & ſuis hæredibus ſtipulatus fuiſſet pater, nulla liberorum mentione facta, pro quibus nemo

ſtipulatus fuiſſet, ſed pro ſe quatenus ipſum concer- nit ſtipulatus eſt: At cùm etiam liberis, donatio facta fuiſſet, Notarius pro illis ſtipulatos eſt, & acceptauit, idcóque cùm per huiuſmodi & donationem & acce- ptationem ius quæſitum fuiſſet liberis, non potuit pa- ter, ratione ſuæ ſtipulationis, in præiudicium filiorum diſponere; ſed ius illis quæſitum manere debet illiba- tum, Bal. *in l. cùm a ſocero, in fin. C. de iure dot.* Angel. *in l. qui Romæ, §. Flauius, n. 3. de verb. oblig.* Dec. *conſ. 159. n. 3. & conſ. 607. nu 12.*

Ad ſecundum, patrem, ſtipulando pro filijs in ma- teria tranſitoria ad hæredes, cenſeri ſtipulari pro filijs, non vt filijs, ſed vt hæredibus, reſpondetur varijs modis.

I. Nos non verſari in illis terminis, nec enim pa- ter, ſed Notarius pro illis ſtipulatus eſt, ita vt inutili- ter quæramus interpretationem ſtipulationis patris, cum de ſtipulatione Notarij agendum ſit. Sed dicitur, eam rationem non militare pro loco de Brantes. Sed ex dicendis in quarta reſponſione dubij ſatisfiet, nec non ex ſequentibus reſponſionibus ad hoc dubium.

II. Differentia eſt, an pater ſimpliciter acquirat & ſtipuletur pro ſe & liberis; an quis donet patri & libe- ris, & pater deinde ſtipuletur. Primo caſu, multi exiſti-
8 mant, in materia tranſitoria ad hæredes, † patrem cen- ſeri ſtipulari liberis vt hæredibus, quia veriſimile eſt patrem cogitaſſe filium ſibi hæredem futurum, *l. ſcri- pto, ff. vnde lib.* quódque voluerit conſulere honori vt haberet hæredem qui ipſius æs alienum ſolueret *cap. tua, ext. de vſuris.* In ſecundo caſu ſecus, neque enim quid pater ſtipulans, ſed quid donans cogitarit, ſpe- ctatur, qui cum filio & liberis apertè conſuluerit, ver- ba vt iacent accipienda ſunt & in ſua propria ſignifi- catione, *l. non aliter de legat. 3. l. 1. § ſi is qui natum, ff. de exercit.* atque hanc mentem eſſe DD. ſatis conſtat ex Menoch. *præſumpt. 48. nu. 2. cum ſeqq lib. 3.* ceſſant enim in noſtro caſu rationes quibus nituntur qui illam contrariam ſententiam tenent, cùm pater ſtipulatur pro ſe & liberis in materia tranſitoria: quod quidem confirmatur ex eo quod pater donauit bona vxoris tanquam procurator eius: non igitur conſiderandum eſt, quid procurator, quid donatarius exiſtimauerint, quámve mentem habuerint & quomodo ſtipulatio- nes ab ipſis factæ interpretandæ ſint; ſed quid man- dans. At, in mandato, dicta domicella Gabriella de Vincens diſertis verbis conſtituit maritum procura- torem ad dandum inter viuos contemplatione matri- monij ſolùm dicto Alziario & eius liberis, in caſum in quem matrimonium quod tractabatur ſortiretur effectum, & non aliter, dimidiam partem bonorum nec non locum de Brantes, cum igitur de liberis ſim- pliciter locuta fuerit, non potuit mandatarius & do- natarius fines mandati egredi, *l. diligenter, § l. poteſt, ff. manda.*

III. Demus, patrem ſolùm ſtipulatum pro ſe & li- beris, & nullum mandatum adeſſe, quod non eſt. Re- ſpondetur adhuc, eam ſententiam non eſſe veram, & ſine diſtinctione, & ſiue ſit tranſitoria materia, ſiue
9 non, quando liberorum ſimpliciter facta eſt mentio, † illis vt liberis, non vt hæredibus, cenſeri acquiſitum, vt ex Couarr. *in d. c. 28. lib. 2. varia. reſol.* & Claro *in d. § emphyteoſis, q. 37.* patet; quibus adde Riminal. iun. *conſil. 284. n. 23 & ſeqq.* quod in noſtro caſu euenit, cum enim liberorum ſit mentio, aut Notarius pro his ſtipu- latur ne verbum quidem de hæredibus, de quibus ſo- lum cùm Alziarius ſibi conſulens pro illis ſtipulatur.

Poſtremò, etſi daremus, illam contrariam opinio- nem eſſe veram contra Clarum; certiſſimum tamen eſt, & hæc eſt communis opinio in eo conflictu ſen- tentiarum, receptam eſſe diſtinctionem, vt ſiquidem 10 res fuit quæſita ex re patris cenſeatur † ille pro ſe & li- beris, vt hæredibus, ſtipulari. At ſi quæſita ſit ex ſolo beneficio concedentis, ſtipulatur pro liberis, vt libe- ris, nec illis poteſt, contrarium diſponendo, præiudi- care, Bal. *in l. 1. in fin. C. per quas perſon.* Socin. *conſ. 127. nu. 9. circa fi. vol. 3.* Ruin. *conſil. 213. n. 4.* vbi dicit magis com- munem *lib. 1.* Socin. iun. *conſil. 104. nu. 15. lib. 2.* Iaſ. *in l. 2. nu. 88. cum ſeqq* & multi quos refert & ſequitur Ga- briel. *tit. de iur. emphyt. concluſ. 2. nu. 47.* in noſtro autem caſu notorium eſt huiuſmodi acquiſitionem non ex re Alziarij, ſed ex mera liberalitate donantis & con- templatione liberorum, qui ex eo naſcerentur, pro- fectam fuiſſe. Quæ vltima reſponſio tollit omnem dif- ficultatem, & habet locum tam in bonis paternis quàm maternis ab auo & auia donatis, & in loco de Brantes.

Ad tertium, quod huiuſmodi donatio pro filijs naſcituris non poſſit ſuſtineri, reſpondetur, verius eſſe, donationes, quinimo pacta †, in contractu matrimonij 11 facta in fauorem filiorum, dummodo Notarius aut pater pro illis ſtipuletur, valere, vt fusè docet Guilliel. Benedic. *in repet. cap. Raynutius in verbo duas ha- bens, num. 197. & in ver. & ſoboles num. 50. ext. de teſta.* Boet. *deciſ. 55. & 172. & 204.* Capel. Tholo. *dec. 553.* Ran- chi. *ad Guido. Pap. deciſ. 267.* Mathæ. *ad Guidon. deciſ. 509.* inualuit enim, vt ait idem Mathæ. longo vſu hic mos, vt ritè conualeſcant donationes in fauorem pro- lis nondum natæ, pacto in contractu matrimonij ini- to, aſſeritque Boer. talem donationem ſuſpenſam re- manere ex natura rei, donec naſcatur, ſicut ex natura rei quærendæ ex ſtipulatione vel legato, ſi in ſtipula- tionem deducitur, quamuis non ſit in rerum natura, dum tamen ſperatur, tex. eſt ſingularis *in l. cum illud §. fin. quan. di. lega. ce. & l. interdum. & l. vbi non apparet, §. illud & l. ſtipulatio ita. § ſi quis inſulam, ff. de verb. obli.* eum notat. *in l. quoties, C. de donat. quæ ſub mo.* Sicut ergo ſpes rei, quæ ſperatur fore, facit valere ſtipulationem; ita & ſpes perſonæ, quia ei, † qui ex vtero naſcitur, da- 12 tur in integrum reſtitutio, licet non ſit minor, nec ma- ior, nec abſens, *l. ei qui, ff de minor.* quæ non eſt alibi ſecundùm Bald. *in rub. ext. de in integ. reſtit. ante fin. in antiq*

Ad quartum reſpondetur, patrem ſtipulatum eſſe pro liberis in his verbis, *Audit Elzias des Iſnards, & aux ſiens enfans naturels & legitimes, procreés dudit ma- riage preſent; & accepteant comme deſſus, la Seigneurie de Brantes,* patrem autem † filijs tam in poteſtate poſi- 13 tis quàm emancipatis ſtipulari poſſe, communis eſt DD. ſententia vt ait Iaſ. *in l. quod dicitur, num 18. & in l. quod nunquam, §. 1. num. 2. ff. de verb. oblig.* nec ſibi ſoli, ſi ipſius quoque facta ſit mentio, dominium rei in ſtipu- lationem deductæ, ſed filijs etiam acquiſiuiſſe cenſeri affirmant Alex. & Iaſ. *in d. l. quod dicitur,* & Viui. *opinio 138. lib. 1.* & in terminis donationis, de qua agimus, Boet. *dict. deciſ. 172.* & Ranchi *ad d. Guido. dec. 267.* nec vis facienda eſt in his verbis, *comme deſſus,* referuntur enim ad omnia, & ſic ad hæredes Alziarij quatenus ipſius intereſt, & liberos etiam quatenus ipſorum in- tereſt & vbi ſcrupulus remaneret aliquis, quod non credimus, ea verba potiùs ſuperflua ſunt quàm ne- ceſſaria, ex quibus nulla poteſt fieri altercatio ad ea quæ iam diſertè cauta ſunt: At in principio, ante quam ali- qua bonorum donatorum fiat mentio, ſtipulatio & ac- ceptatio, generaliter per Notarium pro † liberis facta 14 eſt, quæ ex natura ſua refertur ad omnia quæ ſequun- tur, *l. cale ſcriptura. §. fin. ff. de le. at. 1.* vbi Aret. *l. 1. §. filius, ff. de liber. & poſthum. l. 1. C. de liber. præterit. l. in- quiſitio, in fin. de appellat.* maximè attento tenore man- dati, de

dati, de quo ſuprà, ſecundùm quod omnia interpretanda ſunt & contra quod nihil potuit fieri. Ex quibus concluditur, dictos omnes liberos æqualiter in bonis donatis ſuccedere debere, excepta tamen tantùm legitima Alzиarij, de qua diſponere potuit, quæ eſt duodecima pars hæreditatis totius, cum præſupponantur quatuor liberi tempore mortis.

CONSILIVM XLIV.

ARGVMENTVM.

DE eadem re.

SVMMARIVM.

1 *Si quis donet Titio & liberis, vt liberis, non vt hæredibus; cenſetur donaſſe,* & num. 4.

2 *Si verò ſimpliciter, Titio pro ſe & liberis ſtipulanti, cenſetur liberis, non vt liberis, ſed vt hæredibus ſtipulatus in materia tranſitoria.*

3 *In materia verò non tranſitoria, ſemper cenſetur ſtipulatus vt liberis.*

DOminatio veſtra animaduertat illam eſſe receptiſſimam & certiſſimam DD. ſententiam, fieri diſtinctionem, an verba proferantur à concedente an à recipiente: Vt ſiquidem à concedente, propriè intel-
1 ligenda ſint vt iacent, ideóque ſi † donetur Titio & liberis, cenſeatur donaſſe vt liberis, non vt hæredibus. At ſi à recipiente, vt ſi donauit ſimpliciter Titio pro ſe & liberis recipienti, eſt controuerſia DD. vt in præcedenti conſilio. Sed communis opinio videtur vt
2 cenſeatur † ſtipulatus liberis, vt hæredibus idque in materia tranſitoria ad hæredes, in qua verſamur; in alia † enim materia vtroque caſu liberis ſolùm, vt libe- 3
ris, cenſetur acquiſitum. Sed in primo caſu, in quo
verſamur †, certiſſima eſt, vt dixi, & receptiſſima 4
ſententia vt cenſeatur acquiſitum liberis, vt liberis, nō vt hæredibus, quando nimirum verba à concedente ſunt prolata, & præter Dec. *in conſil.* 212. hoc docent in terminis Socin. *in l. gallus*, *§. etiam, num.* 7. *verſ. ex dictis.* Bartol. *ibid. num.* 4. & vnam vel aliam interpretationem, diſtinctione facta, an à concedente vel à recipiente verba proferantur, argumentu ducto ex eorum doctrina, ad dictionem *liberorum* vel *filiorum*, præter eundem Dec. *conſil.* 212. docet idem Dec. *conſil.* 239. *num.* 4. *cum ſeqq.* Bertran. *conſil.* 234. *num.* 9. *in vltima ratione lib.* 2. *prio.* Berous *conſil.* 155. *num.* 7. *verſ.* & tanto magis. Marcobus *conſil.* 3. *num.* 26. *verſ. ſed quidquid ſit*: qui quamuis in ſuo caſu contrarium reſpondeat, quòd verba à recipiente eſſent prolata, tamen ſatis demonſtrat ſe contrarium reſponſurum ſi à concedente eſſent prolata: quibus addi poſſunt, quæ, etſi non omnino in terminis, dicuntur à Tiberio Decian. *reſp.* 9. *nu.* 19. *vſque ad fi. lib.* 4.

CONSILIVM XLV.

ARGVMENTVM.

DE eadem re.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta Titio & liberis, Notario pro liberis ſtipulante, ordine ſucceſſiuo cenſetur facta.*

2 *Et quæritur liberis, vt liberis; ita vt in præiudicium ipſorum pater donatarius de bonis donatis non poſſit diſponere, nulla diſtinctione facta, an materia ſit tranſitoria nec ne.*

3 *Nec pater donatarius plus poſſit vni ex liberis relinquere quàm alteri, ſed omnes æqualiter in bonis donatis ſuccedent.*

IN controuerſia, quæ nunc pendet indeciſa inter D. Ioannem Priſium, Doctorem medicum, vti maritum & coniunctam perſonam domicellæ Genoueſiæ des Iſnards, ſuper donatione in contractu matrimonij quondam N. Alzиarij des Iſoards, & N. Ioannæ Iſnardæ, per dictos des Iſnards patrem & matrem facta, res clara videtur in fauorem d. D. Priſij, & ne inutilibus quæſtionibus eam inuoluamus vt quæ ſcopum verè attingamus, non eſt hîc quærendum, quando pater ſtipulatur pro ſe & liberis in materia tranſitoria ad hæredes, an cenſeatur ſtipulari liberis vt liberis, an vt hæredibus. Id quærendum eſſet, ſi dict. Culinus & Gabriella donaſſent ſimpliciter filio Alzиario, ſtipulanti pro ſe & liberis; ſed aliter ſe res habet in facto noſtro: Nempe dicti Colinus & Gabriella donarunt Alzиario & liberis, ex eo matrimonio naſcituris: vnde naſcitur quæſtio, & hic eſt ſtatus cauſæ: An quando pater dat filio & liberis, ex eo matrimonio naſcituris, pro quibus Notarius ſtipulatus eſt, cenſeatur liberis, nepotibúſque donatoris ordine ſucceſſiuo donatum, ita vt de dictis bonis donatis non poſſit filius idémque pater donatarius liberè diſponere in præiudicium filiorum ſuorum, eorumdémque nepotum & † ordine ſuc- 1
ceſſiuo, hoc eſt, primò patri, &, poſt ipſius mortem, eius liberis cenſeri donatum, indubitati iuris eſt, vt per Bartol. & DD. *in l. gallus*, §. *quidam rectè*, *ff. de liber. & poſthum.* & in ſpecie notat Bertran. *conſil.* 138. *num.* 14. *& ſeqq. vol.* 2. poſt Barto. *in l. quod dicitur* 2. *nu.* 6. *ff. de verb. ſignif.* Iaſ. *in dict.* §. *quidam rectè, num.* 24. & Paul. *nu.* 10. faciunt tradita per Angel. *conſil.* 38. dictum † autem fi- 2
lium, eundémque patrem donatarium, de dictis bonis donatis diſponere non poſſe in præiudicium filiorum, eorumdémque nepotum, qui expreſsè ab auo ad dicta bona ſunt inuitati, eſt etiam certi iuris & intrepidè ſic firmant DD. nulla diſtinctione facta, an materia ſit tranſitoria ad hæredes nec ne: eam enim faciunt cùm de interpretatione ſtipulationis paternæ agitur, non in quæſtione noſtra, in qua de verbis tantùm donantis quæritur, & docent hoc in terminis Dec. *conſil.* 216. *& conſil.* 239. *num.* 4. *cum ſeqq.* Bertran. *conſil.* 234. *nu.* 11. *in vltima ratione lib.* 2. *prio. & conſil.* 138. *per tot.* vbi omnino videndus eſt, *lib.* 2. *poſter.* Bero. *conſil.* 155. *nu.* 7. *verſ.*

& tanto magis. Marcab. *conſil.3. num.26.verſ.ſed quicquid ſit.* qui, quamuis in ſuo caſu contrarium reſpondeat, quia verba à recipiente tantùm erant prolata, tamen ſatis demonſtrat, quòd ſecundùm noſtram ſententiam reſpondiſſet, ſi verba à concedente fuiſſent prolata, & in hoc nullum inueni contradicentem. Inde ſuboritur alia quæſtio; Vtrùm pater, idémque filius,
3 poſſit † præiudicare filijs ſuis, ijſdémque nepotibus donando plus vni quam alteri: quæ quidem quæſtio, etſi generaliter ſoleat proponi, non cadit tamen in caſum noſtrum, quia, vt habeat locum, debet pater diſertè & nominatim de dictis bonis diſponere, plus vni donando quàm alteri. At hîc ſimpliciter hæredem inſtituit, nulla bonorum donatorum facta mentione. Sed demus, nos eſſe in illis terminis, & nominatim de dictis bonis diſpoſuiſſe, aſſerendum tamen eſt, non potuiſſe patrem hoc facere, ſed cenſeri omnes æqualiter vocatos irreuocabiliter: Etſi enim aliqui contrarium hoc caſu teneant, tamen verior & magis communis opinio eſt, quòd pater non poſſit plus vni quàm alteri donare. Atque hanc ſententiam noſtram diſertè tenent Bartol. *conſ.59. dominus Amatus, & conſ.64 quæſtio iſta, & in l. vt iuriſiurandi, §. ſi liberi, ff. de oper. libert. & in l. mortis cauſa, de donat. cau. mort.* maximè per rationes ibidem per ipſum aſſignatas, quæ conueniunt caſui noſtro; idem quod Bartol. docet Caſtren. *in l. idem Iulianus, §. ſi quis alieni ff. de legat.* 1. ſed in terminis Stephan. Bertran. *d. conſ.138. num. 24. & per tot. lib. 2. poſter.* magis communem dicit Alexand. *conſ 106. viſo themate. & conſ.107. in cauſa de Campegio num.1. lib. 4.* Couarru. *lib.2. variar. reſol. cap.18. num.2.* Iaſ. *in l.2. nu.207. cum ſeqq. C. de iur. emphyt.* Tiraquel. plura cumulans *in tract. de retrac. conſang. §.11. gloſ.6. nu.24.* Syluan. *conſil.15. à nu.1. vſque ad num.21.* qui hanc opinionem communem atteſtatur, & ſimiliter Socin. iun. *conſil.78. num.35. lib.1.* Ioan. Dilect. *de arte teſtam tit.3. caut.8. num.3.* & ita magis in terminis tenet Vincen. Anna *allega.31. num. 2. & 3.* & Menoch. *de præſumpt. lib.3. præſumpt.28. num.15.* his adde Dec. Beſo. & Marcab. ſuprà allegatos. Et quamuis aliqui ex his loquantur in emphyteuſi, ij tamen non præſupponunt donationem factam filio & liberis, ſed loquuntur de emphyteuſi acceptata pro ſe & liberis, & ſic cum in vtroque caſu ius quæratur liberis, vt liberis, non vt hæredibus, (primo quidem caſu ex liberalitate & prouidentia donantis, ſecundo quia ſumus in materia non tranſitoria ad hæredes, præſuppoſito nunc & non conceſſo, veram eſſe ſententiam, ſtipulationem huiuſmodi, ſi facta fuiſſet in materia tranſitoria, cenſeri factam liberis, vt hæredibus;) bene procedit quæſtio; An pater poſſit vni plus quàm alteri relinquere vel donare, & cæteris eo modo præiudicare, quæ tamen omnes concludunt, non poſſe; cuius rei ratio eſt manifeſta, quia iſti nepotes non habent dicta bona à patre ſuo, ſed ab eorum auo, à quo æqualiter ſunt inuitati, & ſic ius eis quæſitum ab auo, pater tollere non poteſt, nec in eo eis præiudicare, & omnium nouiſſimè in proprijs terminis, donationis factæ à patre filio, & liberis ex eo naſcituris, contemplatione matrimonij, veriorem & magis communem aſſerit Iacob. Cancer. *variar. reſol. lib.1. cap.8. num. 64.* ipſe quidem quando pater de dictis bonis plus vni donauit quàm alteri, ait ſibi videri contrariam opinionem æquiorem; fatetur tamẽ, noſtram & veriorem & magis communem, quam propterea in hac patria & tribunalibus his cogimur ſequi, ſed ſi de dictis bonis nominatim plus vni quàm alteri non dederit, in quo caſu nos ſumus (nulla enim expreſſa de dictis bonis diſpoſitio per dictum Alziarium facta eſt, ſed ſimplex hæredis inſtitutio, quæ in dubio de bonis, de quibus potuit diſponere, intelligenda eſt, quæque non eſt inutilis, tum quòd haberet legitimam in bonis patris ſui Colini & Gabriellæ, tum quòd bona aliunde quæſita habuerit, maximè ex ſucceſſione dominæ Magdalenæ de Merlis:) Si inquam de dictis bonis pater nominatim non diſpoſuerit, in quo caſu ſumus, dictus Cancerius intrepidè tenet, bona filijs æqualiter quæſita eſſe irreuocabiliter, tum dicto loco *nu.62. circa fin.* tum etiam antea *eod. c. nu.33.* His adde, donationem hoc caſu fuiſſe factam, contemplatione liberorum ex eo matrimonio naſciturorum, vt in ſuperioribus ſcriptis demonſtrauimus, & patet ſatis ex lectura donationis; aut ſaltem ex cauſa communi tam patris quàm filiorum, quo caſu ſuccedit indubitata ſententia, patrem, etiamſi nominatim de dictis bonis diſponeret, non poſſe plus vni quàm alteri ex filijs donare; ſed omnes æqualiter ſuccedere, ex Menoch. *dict. præſ.28. nu.16.* iſtuatur quod hæc donatio ſit facta ordine ſucceſſiuo, & ſic filijs poſt mortem patris, & tunc ſuccedit etiam alia indubitata ſententia, filiorum contemplatione cenſeri donationem factam, quibus propterea per patrem præiudicari non poteſt, plus vni quam alteri donando, ex Menoch. *dict. loco num.4.* poſt plures per eum allegatos. Ex quibus concluditur, pronuntiandum eſſe in fauorem dicti domini de Priſis.

CONSILIVM XLVI.

ARGVMENTVM.

De eadem re.

SVMMARIVM.

1 *Pater ſtipulando pro ſe & liberis, illis vt liberis cenſetur ſtipulatus, non vt hæredibus.*

2 *Communis tamen eſt in contrarium, quæ intelligenda eſt, ſi ex re patris res quæſita ſit, non ſi ex mera liberalitate concedentis.*

3 *At ſi donatio facta ſit Titio & liberis, certiſſimum eſt, liberis vt liberis acquiri, quomodocumque pater ſtipuletur, modo Notarius ſimpliciter pro liberis ſtipuletur.*

4 *Reſpondetur* dec. Suidi 382.

5 *Donatio filiis naſcituris facta valet.*

6 *Donatio profectitia, filio facta, iurata valet, & eſt irreuocabilis propterea ſtatim filio quæritur.*

7 *Donatio, contemplatione patris facta, imputatur in legitimam.*

8 *Reſpondetur* Menochio conſil.286.

QVia fusè ſcriptum eſt in fauorem domini de Priſis, & ex rationibus ante deductis apparet de bono iure ipſius, & res agitur coram viro eruditiſſimo, ſolùm pro informatione animi dicetur, magnam eſſe differentiam, An quia donet patri & liberis ex matrimonio ſuſcipiendis, eodem patre ſtipulante pro ſe & eiſdẽ liberis, vel pro ſe & eiſdẽ liberis hæredibus, nihil

enim

enim refert, modò Notarius pro eiſdem liberis ſtipu-
letur: & an quis donet patri ſimpliciter, & is pro ſe &
liberis ſtipuletur, etiam nulla hæredum facta mentio-
ne (nam ſi hoc caſu fieret hæredum mentio, nulla eſ-
ſet difficultas) In ſecundo caſu, vt ab eo incipiam &
primum in vltimum locum referam, magna eſt con-
trouerſia DD. verior tamen ſententia eſt, ſi hæredum
1 non eſt facta mentio, & † pater pro ſe & liberis tan-
tùm ſtipuletur, nulla diſtinctione facta, an materia ſit
tranſitoria ad hæredes nec ne, patrem cenſeri ſtipula-
tum liberis vt liberis, non vt hæredibus, Couarr. *varia
reſol. lib. 2. cap.* 18 Clar. *in §. emphyteuſis quæſt.* 37. Sed de-
2 mus hoc caſu † communem eſſe in contrarium, quan-
do ſumus in materia tranſitoria ad hæredes, tamen il-
la intelligenda eſt vbi pater ſtipulatur rem quæſitam
ex re patris, non ſi ex beneficio & mera liberalitate
concedentis, & hæc eſt communis opinio ex Gabriel
lib. 3. tit. de iur. emphyt. n. concluſ. 2 *num.* 47. & propterea
in noſtro facto ſi donator nullam liberorum mentio-
nem feciſſet, ſed ſimpliciter donaſſet patri, pro ſe & li-
beris ſtipulanti, cùm hoc mane. ex mera liberalitate
concedentis, liberis vt liberis, non vt hæredibus acqui-
ſitum eſſet.

Sed nos ſumus in clarioribus terminis, nempe in
primo caſu diſtinctionis in principio propoſitę, quan-
3 do ſcilicet donans dat † Titio & liberis; quomodo-
cumque enim Titius ſtipuletur, hoc eſt ſiue non faciat
mentionem hæredum, ſiue faciat, dummodo Nota-
rius pro liberis ſimpliciter ſtipuletur, ſemper liberis vt
liberis cenſetur acquiſitum: ſubſtantia enim donatio-
nis conſiſtit in verbis donantis, quæ cùm corrobo-
rentur ſtipulatione vel patris vel Notarij, (ſufficit enim
Notarium ſtipulari etſi pater hæredum mentionem fe-
cerit) certiſſimum eſt liberis vt liberis ius eſſe quæſi-
tum, qua in re videatur in terminis Dec. *conſil.* 607. *nu.*
8. & ita vſus ſemper obſeruauit & obſeruat, ſolétque
ſemper fieri differentia an donetur Titio & liberis, an
ſimpliciter Titio pro ſe & liberis ſtipulanti.

4 Nec repugnat † *dec.* Sudi 312. vno enim verbo re-
ſponderi poteſt, eam procedere quando pater ſtipula-
tur pro ſe & liberis; non quando donans dat patri ei-
démque filio donatoris & liberis, quod patet ex lectu-
ra dictæ deciſionis. Sed tamen ſigillatim illi reſpon-
debitur.

Primò igitur, non eſt facienda vis in coniecturis al-
latis per Surdum, quæ vel non ſunt veræ, vel non pro-
cedunt in caſu noſtro: nam quòd ſtipulatio de filijs
naſcituris intelligitur facta de filijs vt hæredibus, non
obſtat, neque enim quærimus de hoc, ſed an donatio
facta Titio & liberis, cenſeatur facta vt hæredibus.
5 Cùm enim ea donatio † liberis naſcituris facta valeat,
Benedic. *in cap. Raynutius, ver. duas habens, num.* 97. *&
in vrb. & ſi oboles, num.* 50. *ext. de teſta.* Ranchi. *ad Guid.
deciſ.* 267. Math. *ad eundem, deciſ.* 505. Si ita facta eſſet
ea vt iacet intelligenda eſt, & liberi ſimpliciter intelli-
gendi, & non contra huiuſmodi dictionis ſignificatio-
nem ad aliam omnino diuerſam retorquenda, vt per
Crauet. *conſil.* 188. qui omnino videndus eſt.

Secunda, quod pater ſtipulando ſibi & filio cenſea-
tur ordine ſucceſſiuo ſtipulari, ea vera eſt in ſe. Sed ni-
hil concludit, imò conſequentia falſa, maximè cùm de
donatione patri & filijs facta, non de ſtipulatione aga-
mus; cenſetur quidem ordine ſucceſſiuo facta dona-
tio, ſed non ſequitur debere filios eſſe hæredes, ſiue
enim ſint, ſiue non, poſt patrem ex vi donationis, vt li-
beri, non vt hæredes, vocantur, vt eruditè docet Dec.
dict. conſil. 607. *num.* [illegible] & paſſim DD. *in l. Gallus, §. qui-
dam recte, ff. de lib. & poſthum.* alioqui enim ſequeretur
magnum abſurdum in illa quæſtione; An plures, col-
lectiuè vocati, cenſeantur ordine ſucceſſiuo vocati, ſi-
ue in teſtamentis, ſiue in contractibus de qua DD. *in
dict. §. quidam recte*, & fuſiſſimè Tiber. Decian. *conſil.* 1.
lib 1. quod eo caſu, quo cenſentur ſucceſſiue vocati,
non eſſent vocati, niſi eſſent hæredes illius qui primò
admiſſus eſt, quod eſt contra omnem iuris ſenſum.

Tertia quæ proponitur, quia cenſetur facta patris
contemplatione, & ſic totum hoc cenſetur profecti-
tium. Primùm negatur, ſolius patris contemplatione;
ſed demus, contemplatione patris factam, anne ſequi-
tur in poteſtate patris eſſe dare cui voluerit; minimè
gentium: Non eſt confundendum peculium profecti-
tium cum donatione profectitia, iuramento firmata:
peculium ſemper manſit & quoad vſumfructum &
quoad proprietatem in iure patris; Sed † donatio pro- 6
fectitia, iuramento firmata, acquiritur filio irreuocabi-
liter, ſiue ab ipſomet patre, quod magis eſt, facta ſit,
Anton Gabriel. *lib. 3. tit. de donat. concluſ.* 4. Clar. *§ dona-
tio quæſt.* 8. *nu.* 8. ſiue ab alio, quod minus eſt, contem-
platione † patris facta, hunc habet effectũ vt in legiti- 7
mam imputetur, ſed quod ea, vt habeat effectum, ne-
ceſſarium ſit filios eſſe hæredes, vel à patre reuocari
poſſit, nemo vnquam dixit, Socin. iun. *in l in quartam
nu. n.* 112 *ff. ad leg. falcid* Cuceh. *in repet. Authen. nouiſſi-
ma.* Gaſſ. §. *legitima quæſt.* 19. *num.* 6. Si igitur hoc caſu
eſſet contemplatione patris facta, quæ tamen non eſt,
quæri poſſet, an in legitimam imputanda eſſet, ſed
quod ab vno auferri poſſit, vt alteri detur non ſe-
quitur.

Quarta coniectura non procedit hîc, cùm funde-
tur in ſtatuto quod non viget in hac patria.

Quinta etiam non habet locum, cùm non agamus
de eo qui expreſsè pro ſe & hæredibus ſtipulatus eſt,
ſed qui donat patri & liberis.

Minus etiam ſexta, quæ poſtrema eſt, neque enim
vlla eſt huiuſmodi clauſula in medietate poſt patrem
& filios appoſita: ſed agimus de donatione patri, ei-
démque filio donatoris & liberis facta.

Tertia principalis ratio Surdi reincidit in primam;
& ſic, cùm quæritur, an pater ſtipulãdo pro ſe & filijs,
quam interpretationẽ illa verba habeant? Sed nos lo-
quimur de verbis donationis, & non de ſtipulatione.

Poſtrema ratio non militat, neque enim ſumus in
dubijs, ſed in claris.

Poſtremò, affertur conſil. Menoch. 286. † cui varijs 8
modis ſatisfit, multa enim concurrunt vel in ſuo vel in
noſtro caſu, quæ vel in vno vel in altero deſunt.

Primùm inſpiciatur bene caſus conſilij, & videbi-
tur non eſſe donationem factam Ludouico, de quo
ibi agitur, & liberis: Etſi enim in fine donationis ſit
tantùm mentio Ludouici, & dicitur, emptionem re-
rum donatarum fuiſſet factam nomine d. Ludouici,
ita vt mirum non ſit ſi illa verba, poſteà ſubiecta, de-
beant intelligi de hæredibus, neque enim ius Ludoui-
co iam ſemel quæſitum debuit minui; imò ne minua-
tur, & vt Saluum maneat, debent illa verba, *& ſuis de-
ſcendentes*, poſtea ſubiecta intelligi, quatenus hæres
eſſet.

Secundò, Notarius pro liberis ibi non ſtipulatur,
imò nulla omnino ſtipulatio pro liberis interceſſit;
non mirum ſi liberis, vt liberis, ius non eſt quæſitum.

Tertiò, non agebatur de liberis ex eo matrimonio
procreatis, ſed de liberis ex ſecundo matrimonio in
cuius contractu nulla interceſſerat donatio quæ, om-
nia ceſſant in noſtro caſu in quo diſertè donatio fit
Alziario & eius liberis, pro quibus ſtipulatur No-
tarius, & qui nati ſunt ex eodem matrimonio cu-

ius contemplatione fiebat donatio.

Poſtremò, in proprijs terminis Menochij, aut ratio, ſuper qua ſe fundat, non eſt in hoc caſu, aut non eſt vera: nam ait in ſuo facto, donationem filio factam fuiſſe, vt alliceretur ad matrimonium contrahendum, quod fortè contrahere recuſabat; & ſic ea re patris, & ipſius ſolius contemplatione. ſatis innuens diſtinctionem, quam ſupra diximus, veram; cùm pater ſtipulatur pro ſe & liberis; An ſcilicet ea re ſua ſtipuletur, an ex mera liberalitate donantis & concedentis (etſi enim eſſemus in proprijs terminis ſtipulationis factæ pro ſe & liberis, & donatio ſimpliciter facta fuiſſet, abſque vlla mentione liberorum) cenſeretur ſtipulatus pro liberis vt liberis propterea totos neruos intendit, vt demonſtret, ex bonis patris hoc profectum cenſeri, vt nimirum alliceretur ad contrahendum:

Ad hoc reſpondeo primò, nos non eſſe in illis terminis, cum non agamus quam vim habeat ſtipulatio facta pro ſe & liberis, ſed quam vim habeat donatio facta Alziatio & liberis.

Secundò, etiam ſi ageremus ſolùm de ſtipulatione, non eſſemus in terminis Menochij, neque enim donatio fit, vt Alziatius alliciatur, ſed vt pater Ioannæ Ilnardæ det filiam Alziatio, quam alioquin non fuiſſet daturus, & vt liberis, ex eo matrimonio procreandis, conſuleretur, quibus non eſſet conſultum, ſi in poteſtate patris eſſet vni tantùm dare & propterea, in ea donatione, liberorum ex eo naſciturorum fit mentio, in caſu Menochij, omnium Ludouici deſcendentium, quòd in caſu Menochij volebat pater allicere Ludouicum ad contrahendum, propterea habita eſt ratio quorumcumque ipſius filiorum. At, in caſu noſtro, donans voluit allicere patrem Ioannæ, vt eam daret filio Alziatio, propterea ſolùm filijs ex eo matrimonio conſuluit; illis igitur ius irreuocabiliter quæſitum eſſe debet, nec in poteſtate patris conſtiturum eius det.

Quod de eo, quod donatur contemplatione patris, ibi docet Menoch. refellitur ex ijs quæ ſuprà diximus fusè ad tertiam coniecturam Surdi.

Adde his, quod reſpicier tam primam quam ſecundam conſiderationem Menoch. ex tenore donationis patere manifeſtè potiùs vt conſuleretur liberis ex dicto Alziatio, quàm ipſius contemplatione, neque vt alliceretur ad contrahendum, ſed vt conſuleretur liberis, irreuocabiliter donationem hanc factam fuiſſe, ex eo quod diuerſis in locis dat in caſum, in quem tale matrimonium ſortiatur ſuum effectum, & non aliter: & deinde ea pacto reſolutiuo appoſito, nempe vt moriente Alziatio ſine liberis, res donatæ redirent ad donatorem, vt in primis ſcriptis, & ex his creditur ſatisfactum dubijs in contrarium propoſitis.

Poſt hæc ſcripta reperi hanc quæſtionem apud Fontanellam *de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſ. 9. par. 1 à num. 7. vſque ad num. 19.* vbi hanc opinionem, quòd omnes filij cenſeantur æqualiter vocati, teſtatur communiter receptam in Cathalonia, in vtraque aula tam Regiæ Audientiæ quàm Reuerēdi Cancellarij, eámque comprobat varijs deciſionibus ac iuribus & rationibus, & ijs, quæ in contrarium afferri ſolent, reſpondet; & ita in facti contingentia obtinuit, ex quibus exiſtimo ampliùs non eſſe dubitandum.

FINIS PRIMI TOMI.

Digitized by Google

ADMODVM REVERENDI ET

Perilluſtris Domini

D. LVDOVICI BELLI

I. V. D. LEGVM COMITIS, ET IN AVENIONENSI ARCHIEPISCOPATV Vicarij Generalis, &c.

Conſilium XLVI.

ARGVMENTVM.

EXEMPTIO à decimis de certo genere frůctuum an, quomodo, & quanto tempore per laicos acquiri poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ debentur de omni genere fructuum.*
2 *Et nominatim de croco.*
3 *Decimæ ſecundùm Canoniſtas etiam hodie dè iure diuino debentur.*
4 *Secundùm verò Theologos quota earum eſt de iure humano & pontificio, etſi in ſui ſubſtantia ſint de iure diuino.*
5 *Quæ ſententia vſu recepta eſt, dummodo huiuſmodi quota ſit ſufficiens ad ſuſtentationem Miniſtrorum & Sacramentorum adminiſtrationem.*
6 *Lex veteris Teſtamenti de quota decimæ erat iudicialis adeóque abrogata.*
7 *Conſuetudine legitimè præſcripta laici eximi poſſunt à decimis perſonalibus, à prædialibus verò, non quoad eam partem, quæ eſt neceſſaria ad Miniſtrorum ſuſtentationem & Sacramentorum adminiſtrationem, quoad reliquum verò poſſunt.*
8 *Exemptio ſolutionis decimæ in certo genere fructuum conſuetudine quæri poteſt, non tamen in ſtituta.*
9 *Tota decima nulla præſcriptione per laicos tolli poteſt, quota poteſt.*
10 *Quod intelligendum eſt, ſi pars, quæ ſoluitur, non eſt ſufficiens ad Parochi ſuſtentationem & Sacramentorum adminiſtrationem.*
11 *Ad huiuſmodi verò præſcriptionem immemoriale tempus vel quadraginta anni cum titulo requiruntur.*
12 *Ad conſuetudinem verò ſecundùm quorundam opinionem quadraginta tantùm etiam ſine titulo & bona fide requiruntur.*
13 *Alij verò immemorialem conſuetudinem requirunt, quorum ſententia verior eſt & receptior.*
14 *Secundùm quam & in Gallia, & in Hiſpania iudicatum fuit, vbi de croco agebatur.*
15 *Variæ differentiæ inter conſuetudinem & præſcriptionem recenſitæ.*
16 *Hæ tamen ſunt eſſentiales, quod conſuetudo conſtituat ius commune omnibus alicuius prouinciæ, regionis, vel populi, præſcriptio ius priuatum alicui & contra aliquam determinatè.*
17 *Præſcriptio reſpicit bonum vnius & damnum alterius, non verò conſuetudo quæ ſolùm eſt in communem vtilitatem.*
18 *Quoties priuata perſona contra Communitatē vel Vniuerſitatem, vel è contrario: vel Communitas contra Communitatem aliquid acquirit, eſt præſcriptio non conſuetudo, &* nu. 20.
19 *Præſcriptione vni aliquid acquiritur & alteri aufertur, conſuetudine vni acquiritur quidem, alteri tamen non aufertur.*
21 *Quoties Communitas ſeu Vniuerſitas acquirit exemptionem à decimis in certo genere fructuum, eſt præſcriptio non conſuetudo,* & n. 24.
22 *Omnis præſcriptio eſt conſuetudo, ſed non omnis conſuetudo eſt præſcriptio.*
23 *Si promiſcuo vſu duarum ciuitatum paſcua ſint communia, eſt præſcriptio, non conſuetudo.*
25 *Acquirens vel contra quem acquiritur, etſi ſit priuata perſona vel Communitas, non facit, vt ſit conſuetudo, ſed ſi ius diſponens introducatur, quia ſi quid aufertur vni & Communitati acquiritur, eſt præſcriptio, non conſuetudo.*
26 *Doctores in materia decimarum exemptionis plerumque conſuetudinem pro præſcriptione accipiunt, & his dictionibus promiſcuè quaſi ſynonymis vtuntur, quòd omnis præſcriptio ſit conſuetudo.*
27 *Reſpondetur Pariſio, Couarru. & alijs exiſtimantibus exemptionem à decimis in certo genere fructuum conſuetudinem dici, in eáque tantùm quadraginta annos requiri.*
28 *Præſcriptionem toto cælo diſtare à conſuetudine & acquiſitionem exemptionis à decimis nullo modo conſuetudine, ſed præſcriptione fieri.*
29 *Reſpondetur glo.* in c. vlt. de conſuetu. ver. legitimè.
30 *Reſpōdetur* c. cum Eccleſia de cauſa poſſeſſ. & propr.
31 *Reſpondetur* c. auditis de præſcrip.
32 *Reſpondetur rationi diuerſitatis quæ aſſertur inter priuatam perſonam & Communitatem.*
33 *Præſcriptio, qua quæritur huiuſmodi exemptio, eſt odioſa, quatenus per eam huiuſmodi exemptio acquiritur, non quatenus debet eſſe immemorialis vel quadragenaria cum titulo, imò fauorabilis.*
34 *Immemorialis præſcriptio differt à centenaria.*

35 *Quæ requiruntur ad probationem immemorialis.*
36 *Non ſufficit quod teſtes negatiuè deponant, ſcilicet ſe numquam vidiſſe vel audiuiſſe id, ſed debent etiam affirmatiuè deponere, vt ibi explicatur.*
37 *Requiſita ad immemorialem probandam debent omnia ſimul concurrere in vnoquoque teſte, nec vnus teſtis per alium ſuppletur.*
38 *Etſi præſcriptione legitima exemptio à decimis de certo genere fructuum quæſita ſit, ſi tamen in prædiis, in quibus fructus decimabiles ſolebant percipi, ſeminentur illi de quibus eſt quæſita exemptio, debebitur decima.*
39 *Niſi de nouo in eo prædio præſcriptione acquiratur exemptio.*
40 *Exemptus à decimis pro ſuis poſſeſſionibus per priuilegium ſi alias acquirat ex quibus debebantur decimæ, pro illis non eſt exemptus, niſi exemptio fuiſſet conceſſa pro poſſeſſionibus quas habet & habebit.*
41 *Decimæ debentur non deductis expenſis quantumuis magnis.*
42 *Nec ſemina.*
43 *Teſtes vltra numerum decem ex ſtatuto Auenionis non probant, & eorum examen nullum eſt.*
44 *Quod hoc caſu verißimum eſt, cùm poſt productionem decem Procurator Collegij ſe oppoſuerit, & Commiſſarius decreuerit, vt eorum depoſitionis ea ſolum haberetur ratio, quæ de iure haberi debet.*
45 *Verba ſtatuti negatiua induunt formam, quæ non ſeruata actus non valet, & n. 46.*
47 *Plures articuli pro vno habentur, ſi vnum factum continent.*
48 *Productionem vltra decem ſufficit aduerſarium ſe oppoſuiſſe, vt examen & depoſitio ſint nullius momenti, etſi non appellauerit.*
49 *Et non obſtante oppoſitione examinati neque probant neque indicium faciunt.*
50 *Eccleſia reſtituitur aduerſus omiſſam appellationem.*
51 *Ad regulam, quæ dicitur, priuilegiatum non vti priuilegio ſuo contra priuilegiatum dantur aliquæ limitationes.*
52 *Teſtes intereſſe habentes non probant.*
53 *Nec vnus ſupplet alium.*
54 *Nihilque probant, etſi intereſſe veniret in conſequentiam, dum tamen hoc principaliter agatur.*
55 *Teſtes de vniuerſitate non probant, ſi eorum interſit.*
56 *Vel de re graui agatur.*
57 *Teſtes deponentes pro decima præferuntur deponentibus contra eam.*
58 *Teſtes infames pro decimis deponentes probant.*
59 *Vnus teſtis contra producentem planè probat.*
60 *Non obſtante proteſtatione de dicendo contra perſonas & dicta, per partem aduerſam non acceptata, ſi clauſula ſi & quatenus videatur, adiecta ſit.*
61 *Doctrina, qua teſtibus pro reo deponentibus magis creditur, procedit in animalibus, nec etiam habet locum, quando cauſa eſt fauorabilis actori.*
62 *Per ſingulorum teſtium depoſitiones demonſtratur immemorialem non probari & in nullo requiſita ad eam probandam concurrere.*
63 *Nec ſi dicta conſiderentur, probata eſſet immemorialis.*
64 *Præſupponendo citra præiudicium veritatis exemptionem huiuſmodi acquiri conſuetudine non præſcriptione non propterea minus immemorialis requireretur.*
65 *Præſertim, quòd duo concurrunt, quod huiuſmodi conſuetudo eſt contra Ius Canonicum, & ius alteri auſertur.*
66 *Ad probandam conſuetudinem teſtes deponere debent de actibus quos viderunt & eſſe concordes in illis.*
67 *Qui etiam teſtes non debent eſſe ſingulares.*
68 *Imò debent eſſe conteſtes etiam in tempore.*
69 *Et perſonis.*
70 *Et debent affirmatiuè deponere de actibus quos viderunt, nec ſufficit quod negatiuè deponant.*
71 *Nec probant ſi deponant de auditu.*
72 *Conſuetudo in deciſoriis debet probari plenè.*
73 *Et fortiter.*
74 *Eſt quaſi impoſſibile conſuetudinem benè probare.*

VERTITVR lis, eáque grauis inter venerabile Collegium ſocietatis Ieſu Auenionis, cui Prioratus loci de Paternis in Comitatu Venaiſſino vnitus eſt, eo nomine decimas de croco in territorio dicti loci excreſcente petens, & Conſules ac Communitatem dicti loci cauſam particularium conuentorum aſſumentes, eóſque ac omnes de dicta Communitate à dictæ decimæ ſolutione exemptos aſſerentes & contendentes. Quis bonam cauſam foueat mihi inueſtigandum eſt, quod vt facilius præſtetur, aliquæ inſpectiones præmittendæ ſunt.

Prima, decimas de omnibus frugibus ex terra excreſcentibus exſoluendas eſſe (ne hîc de perſonalibus loquamur, ſed tantùm de prædialibus) *Geneſ. cap.* 14. & 28. *Exodi c.* 22. & 23. *Leuiti. c.* 27. *Numer.* 18. & 32. *Deuter.* *Thobi.* 1. *Lucæ* 11. & 18. *Matthæi* 22. & 23. *c.* 1. *de decimis ibi omnium frugum.* ibique Panor. explicat de omnibus fructibus è terra prouenientibus *per text. in l. frugem ff. de verb. ſignifi. c. nuntios c. ex parte* 2. *eod. tit. & nominatim*, quod de croco ſoluenda ſit decima teſtantur Ancha. *in c. ad Apoſtolicam* 2. *nota de decim.* Aufrer. *ad Capell. Tholoſ. q.* 409. vbi per arreſtum Parlamenti Vaurri de anno 1485. contra ſubditos Epiſcopi Albienſis ita deciſum fuiſſe refert Boer. *in conſuet. Bituri tit. des couſtu. prædi.* §. 12. *fol.* mihi 68. Rebuff. *tract. de decim. q.* 8 *n.* 3. & 8. & *q.* 13. *n.* 41. Camil. Borrel. *conſ.* 20. *nu.* 9. Monetà *in tract. de decim. c.* 4. *n.* 8. *etſi crocum ſeminetur in prædiis antea heremis & ſterilibus*, Abbas & alij *in c. commiſſum de decim.* Azor. *inſtit. mora. par.* 1. *lib.* 7. *c.* 35. *fol.* 1096. *col.* 2. *verſ. decimo quæritur.* 1 2

Secunda, an decimæ ſint de iure diuino necne, ex qua dependet quodammodo reſolutio alterius principalis inſpectionis & quidem lege veteri probari certum eſt. Sed an etiam hodie lege Euangelica debeantur, magna eſt controuerſia inter Canoniſtas & Theologos. Canoniſtæ enim communiter tenent etiam hodie de iure naturali & diuino deberi, præcipuè *glo.* Archid. Ancha & alij *in c.* 1. *de decim. in* 6. Imò *in c. vlt. de parochi.* Cardi. & Io. Andr. *in rub. de decim.* Hoſtien. *in ſumma eod. tit.* §. & *vtrum verſ. ſeptimo quæritur*, Anton. de Butrio *in c. parochianos colu.* 2. *de decim.* Abbas *in c. in aliquibus colu. vlt. de decim.* Alex. *conſ.* 60. *lib.* 4. And. Hiſpa. *de regu. decim. q.* 8. *nu.* 3. & eſt communis ſecundùm Philip. Franc. *in d. c.* 1. *nu.* 1. *de decim. in* 6. dicit communem plures allegans, Vaſqu. *lib.* 2. *contra illuſt. c.* 89. *nu.* 1. eandem opinionem latiſſimè probat Rebuff. *qu.* 1. *nu.* 2. *cum ſeqq.* præcipuè 10. & 14. fusè Caualllos *in ſpecu. practi. quæſt. par.* 1. *q.* 437. 3

Theologi verò communiter tenent decimas etiam prædiales licèt in genere iure diuino & naturali debeantur, iuxta tamen veram & præciſam decimæ partis aſſignationem, iure tantùm humano & Pontificio ſtatutas eſſe, non verò diuino, Euangelico, nec naturali, vt Hugo de Sancto Victore *lib.* 1. *de ſacramen. par.* 11. *c.* 4. & 11. & S. Thomas *ſecunda ſecundæ q.* 87. *articul.* 1. *per tot.* & *quolib.* 2. *artic.* 8. Florentin. *in ſua ſumm. parte* 2. *tit.* 4. *c.* 3. §. 5. Ange. *in ſum. ver. decima q.* 2. Syluest. *eod. ver. decima q.* 3. & 4. & alij communiter, quos refert Didac. Couar. *variar. reſol. c.* 17. *in princ. verſ. præterea decima.* & hoc receptum à Theologis aduerſus Canoniſtas teſtantur Nauar. *in Apolo. de reddi. eccleſi. q.* 1. *moni.* 69. *in prin.* & Speculum *coniug.* 10. *par.* 2. *artic.* 21. *pa.* 433. 4

Quæ

5 Quæ ſententia Theologorum eam declarando vt quota decimæ ſit talis, quæ ad Clericorum ſpiritualia miniſtrantium alimenta congruámque ſuſtentationē, & Sacramentorum adminiſtrationem ſit ſufficiens, vſu recepta & verior eſt, vt fusè docet Gutier. *Canonic. quaſti lib. 2. cap. 21. numer. 2. cum multis ſeqq.* Azeuedo *in conſtit. Hiſpan. nouæ recopila. lib. 1. tit. 5. l. 1. num. 12.* quia etſi lege veteri taxatio quotæ ad decimam eſſet facta, tamen id post mortem Chriſti abrogatum fuit, ſiue quia
6 id ceremoniale ſit, & lex de decimis ſoluēdis ex ea parte ſit ceremonialis, ſiue quia ſecundùm diuum Thomam & veriorem opinionem huiuſmodi lex iudicialis fuerit, vt refert ſum. Aſten. *part. 2. lib. 6. numer. 35. in tit. de decim.* eſtque communis, vt teſtatur additio marginaria *ad cap. 1. de decim. in 6.* & ſequitur Gutier. *d. c. 21. num. 12.* tametſi Rebuff. *d. q. 1. num. 13. & 14.* exiſtimet illud præceptum vetus non eſſe extinctum nec reuocatum: nec repugnant loca Sancti Euangelij quæ in contrarium afferri ſolent ex *Matthæi c. 23. & Lucæ* 18. ibi namque Dominus Redemptor noſter non definit quotam decimæ, nec eam præcepit, ſed tantùm decimas in genere approbauit, quod non negamus, de iure, nempe Euangelico eas eſſe quoad eam partem, quæ ad congruam & honeſtam ſuſtentationem miniſtrorum Eccleſiaſticorum eſt neceſſaria. Non etiam obeſt quod Romanus Pōtifex pleriſque in locis & diui Hieronym. Auguſtin. Ambroſ. & cæteri viri doctrina & ſanctitate illuſtres teſtimoniis Veteris Teſtamenti in hac controuerſia vtantur, quibus probent decimas ab ipſo Deo inſtitutas ac præceptas fuiſſe, id ſiquidem faciunt, vt oſtendant Eccleſiam eiúſque Principem legem à Deo Iſraelitis datam imitatos fuiſſe, ita Soto *lib. 3. de Iuſti. & Iure qu. 4. art. 1. verſ. tertia concluſio*, & Couar. *d. c. 17. ante n. 2. verſ. quamobrem.*

7 Tertia, an conſuetudo legitimè præſcripta ſufficiēs ſit ac valida ad eximendos laicos à ſolutione decimarum, nécne: & quidem *glo. ver. conſuetudine in c. in quibuſdam de decim.* cenſet nullam conſuetudinem eximere poſſe laicos à ſolutione decimarum prædialium, nec perſonalium, niſi ea ſit à Romano Pontifice ab aliqua parte earum comprobata, quod latiſſimè ex pluribus probat Didac. Peres *l. 1. titul. 5. lib. 1. ordina. column. 198. verſ. eſt tamen circa hac dubium cum pluribus ſequentibus & column. 204. verſ. hæc opinio.* Et vt omittam varias opiniones, quæ hac in re afferri ſolent, hæc eſt receptior ſententia & verior, conſuetudinem poſſe eximere laicos à ſolutione decimarum perſonalium, quoad verò prædiales quæſtio reſoluenda venit ex ſupradictis in ſecunda inſpectione, nempe quod decimæ ex ea parte qua iuris naturalis & diuini inſtituto proceſſerunt, & ſic quoad congruam & neceſſariam ſuſtentationem clericorum ſpiritualia miniſtrantium nulla conſuetudine tolli nec diminui poſſunt. Secus verò quoad id quod decimæ habent à iure Pontificio, nempe quoad quotam, & ſic quoad partem non neceſſariam ad congruam ſuſtentationem Clericorum, in ea namque conſuetudo rationabilis & legitimè præſcripta non ſoluendi decimam valida erit, vt optimè probat ſic reſoluens quæſtionem hanc Couarru. *dict. cap. 17. numer. 8. verſ. quibus mehercle.* Et quæ ſententia veriſſima eſt, quam amplectuntur Vincen. & Panormit. *dict. cap. in quibuſdam de decimis.* Bald. *in l. competit Cod. de præſcript. tri. an.* Fulgoſ. *conſil. 166. column. 2.* Socinus *conſil. 297. column. 3. lib. 2.* Pariſi. *conſilio 25. numer. 21. lib. 4.* Fran. Balb. *de præſcript. in prima part. quinta part. princip.* Et teſtatur communem eſſe ex teſtimonio Boerij Couar. *dict. cap. 17. numer. 8. verſ. quidam verò cenſent.* Et receptiorem ex eod. Boer. plures alios ſequaces eiuſdem opinionis citans Mencha. *controuer. illuſt. cap. 89. num. 8. verſ. altera fuit opinio.* Azor. *inſti. lib. 7. cap. 37. fol. 1108. colum. 2. in fin.* & vſu receptam Guido *deci. 284.* Papon. *lib. 1. tit. 12. arreſt. 3.* Autos Syntag. *comm. opi. tom. 1. tit. de decim. cap. 1.* Bimi. *conſ. 12. numer. 14. vol. 1.* Euerard. *conſil. 183. numer. 17.* Rebuff. *de decim. q. 13. num. 46.* Cancer *lib. 1. c. 23. num. 11. de decim.*

Quarta, an nedum quota decimæ conſuetudine poſſit minui, ita vt ſit tantùm vigeſima vel trigeſima, ſed etiam vt de certo genere fructuum, vt feno, oliuis, & ſimilibus nulla ſoluatur, induci poſſit, hæc quæſtio maiorem habet difficultatem quàm prior, quod ſcilicet quoad illud genus fructuum exemptio à tota decima proponatur, ideóque in Hiſpania nulla conſuetudine vel præſcriptione huiuſmodi exemptio à certo genere fructuum quæri poteſt, vt atteſtatur Fontanel. *de pact. matrimon. gloſſ. 19. num. 61.* præſertim *verſ. verum eſt*, & *num. 85.* & Regium Senatum ita iudicare ſolitum teſtatur Cancer. *dict. cap. 23. numer. 10. de decim. lib. 1.* verius tamen eſt huiuſmodi exemptionem à certo genere fructuum conſuetudine quæri poſſe, Caſtren. *conſ. 17. lib. 2.* quem refert & ſequitur, dicens hanc conſuetudinem paſſim in toto orbe terrarum vigere, Couar. *dict. cap. 17. num. 8. verſ. ſeptimo.* Rebuff. *d. q. 13. numer. 11.* Gutier. *dict. cap. 21. num. 40.* Azor *inſti. moral. lib. 3. cap. 37. fol. 1109. colum. 1.* quæ ſententia abſque dubio verior eſt, ſi ex reliquis decimis neceſſaria miniſtris Eccleſiaſticis ad ſuſtentationem miniſtrari poſſunt. 8

Quinta, an quod in conſuetudine dictum fuit, procedat quoque in præſcriptione, & vt nullas ſoluant decimas laici, præſcribere nullo modo poſſunt, iuxta glo. *in d. c. in quibuſdam verſ. conſuetudine*, ibi *hoc dico in laicis*, Rebuff. *d. quæſt. 13. nu. 55. & 56.* Dominic. *in cap. 2. numer. 13. de decim. in 6.* & inquit Barbat. *conſ. 53. column. 6. volum. 2.* laicum teneri ad ſoluendas decimas, etiam ſi per centum annos non ſoluerit, quia ſi tardiùs dare peccatum eſt, quanto maius peccatum eſt non dediſſe? *cap. decima in prin. 16. quæſt. 1.* etſi Couar. contrarium ſentiat *d. c. 17. num. 10.* quotam tamen decimæ præſcribere poteſt laicus, nempe vt ſoluat duodecimam, vigeſimam, vel aliam partem, vt *in cap. commiſſum, cap. dilecti, cap. cùm ſint. & d. c. in quibuſdam de decim.* Ad hoc enim laicus non eſt incapax, ita firmat Pariſi. *conſ. 25. numer. 21. lib. 4.* quem etiam refert & ſequitur Rebuff. *dict. quæſt. 13. numer. 71.* dicens ſic fuiſſe iudicatum in illo Senatu, quod ſublimitat ipſe ibid. quando Curatus indigeret & non poſſet commodè 9 10
uiuere ex illa parte, quia tunc poterit petere decimas integras non obſtante aliqua præſcriptione, ſecundùm Ange. de Claua. *in ſum. ver. decima* §. 2.

Sexta, quantum tempus requiratur ad inducendam vel conſuetudinem vel præſcriptionem. Et quoad præſcriptionem certum eſt, vel tempus immemoriale requiri, vel quadraginta annos cum titulo *ex cap. 1. de præſcript. in 6.* quod in hoc expreſſum eſt, ex quo id tenet Rebuffus *dict. quæſtion. numer. 81.* Couar. *dict. cap. 17. numer. 8. & 10.* Moneta *de decim. cap. 5. numer. 112.* Sed an in conſuetudine idem ſtatuendum ſit, controuerſum eſt, aliqui enim exiſtimarunt quadraginta annos ſufficere etiam ſine titulo & bona fide, vt Pariſi. *conſil. 25. numer. 6. & 27. lib. 4.* Couar. *dict. cap. 17. nu. 8. verſ. decimo his omnibus*, Didac. Peres *in l. 1. tit. 5. lib. 1. ordina. veter. column. 205. verſ. eſt tamen circa prædicta*, Gutier. *dict. cap. 21. numer. 65.* Moneta *dict. cap. 5. numer. 113.* Suares *de virtu. & ſta. religio. lib. 1. cap. 13.* Molina *de Iuſti.* 11

& Iur. diſputat. 75. *idque ex gloſſ. fin. in capit. final.* & ibi
dd. *de præſcript. & in capit. final. de conſuetud.* & patere
aiunt ex *text. in capit. cum eccleſia, de cauſa poſſeſſ. & cap.
auditis de præſcription.* rationémque diuerſitatis affe-
runt inter priuatam perſonam & Communitatem,
præſertim Suares, quia hæc eximitur vi conſuetu-
dinis, illa vi præſcriptionis, quæ cùm ſit odioſa
ex dict. capite 1. non debet extendi ad conſuetu-
dinem, quia illud caput continet jus reſtrin-
gens.

13 Alij verò exiſtimarunt etiam in conſuetudine, ſi
tamen ita reuocanda ſit, requiri immemorialem, vt
Socinus *conſil.* 297. *libro* 2. Fulgo. *conſil.* 166. & expreſ-
ſius Balb. *de præſcription. quinta part. prin. quæſtio.* 6. Re-
buff. *dict. quæſt.* 13. *numer.* 53. *in fin.* Didac. Perea ſibi
contrarius, vbi ſuprà *column.* 203. *verſ. non ſoluendo*, Sua-
res ſibi contrarius *de legibus libro* 7. *capito* 1. *numer.* 9.
& ſequentibus. Azor. *libro* 7. *capito* 37. *folio* 1109. *column.*
1. *in fin.* in his verbis *nunquam ſoluiſſe.* Bellon. *conſil.* 55.
14 Secundùm quam ſententiam tribus vicibus Senatus
Catalognæ iudicando ſuper exemptione decimarum
præſuppoſuit immemorialem, vt refert Fontanel. *de
pact. nupti. clau.* 4. *gloſſ.* 19. *parte prima numer.* 41. & ſe-
cundùm eandem ſententiam iudicatum fuiſſe in Cu-
ria Bituricenſi refert Boerius *in conſuetud. Bituric. tit.
de conſuetud. prædi.* §. 12. vbi ait fuiſſe inter Epiſco-
pum Albienſem & eius ſubditos magnum proceſ-
ſum in dicta Curia ſuper decima crocorũ, nam ſubdi-
ti allegabant nunquam ſoluiſſe de conſuetudine de-
cimam crocorum, tamen ſuccubuiſſe: idémque refert
Aufret. *ad dict. quæſtion.* 109. per arreſtum in Curia
Parlamenti prolatum anno 1485. decimo ſeptimo Se-
ptembris definitum. Quæ ſententia abſque dubio &
verior & receptior eſt, quam Doctores Galli paſſim
amplectuntur, & ſecundùm eam in Gallia iudicari ſo-
let, vt conſtat ex Aufret. Boer. & Rebuff. locis ſuprà
citatis.

Quæ ſententia confirmatur ex eo quòd vt benefi-
ciati alterius oppidi vigore conſuetudinis poſſint par-
ticipare de decimis quando Eccleſia habet Rectorem
penes quem reſidet cura animarum, requiritur im-
memorialis, vt fuit iudicatum in vna Toletana 22.
Iunij 1570. coram Bubalo, cùm jus reſiſtat, nam Cu-
ratus habet intentionem fundatam de Iure in deci-
mis *cap. ſtatuimus* 16. *quæſtion.* 1. *capit. à nobis capit. cùm in
tua cap. cùm contingat de decim.* referente Antonio
Gennen. *in praxi Archiepiſcop. capito* 48. *numero* 7. *&*
8. multo magis vt laici ab iis in certo genere fructuum
eximantur.

Et veritas huius ſententiæ pendet ex eo, an cùm
Communitas acquirit exemptionem à quota deci-
marum, dicatur conſuetudo vel præſcriptio, & an na-
turam præſcriptionis vel conſuetudinis induat, quod
ex vera differentia inter conſuetudinem & præſcri-
ptionem cognoſci poteſt, & vt varias differentias, quæ
15 ſunt inter eas omittam, de quibus Matien. *in l.* 1. *gloſſ.*
6. *numer.* 3. *titul.* 7. *libro* 5. *copilati.* Molina *de primogenit.
libro* 1. *titul.* 6. *numer.* 10. *& ſequent.* Balb. *de præſcript.*
1. *part. quæſtione* 10. Couarru. *in capit. poſſeſſor. part.* 2.
§. 3. *numer.* 2. Crauet. *de antiqu. tempor.* 4. *part. in
princip. vſque ad numer.* 41. vbi ponit tredecim differen-
tias, Hoſtien. *in ſumm. de conſuetud.* §. *final.* Alberic. *in
dictionario ver. conſuetudo*, gloſſ. *in cap. vltim. de conſue-
tud. & in capit. vltim.* 18. *quæſtion.* 2. Hæ ſunt veræ & eſ-
ſentiales inter vtramque differentiæ, ex quibus co-
gnoſcitur natura vtriuſque, & quid in vnaquaque ſta-
tuendum ſit diſcernitur, nimirum conſuetudo ex
16 communi & promiſcuo vſu jus conſtituit non ſcri-
ptum commune omnibus alicuius prouinciæ, regio-
nis vel populi, præſcriptio autem jus conſtituit priua-
tum alicui & cõtra aliquem determinatè. Quare con- 17
ſuetudo non reſpicit bonum vnius & damnum alte-
rius, vt præſcriptio, ſed ſolùm eſt in communem vtili-
tatem. Vaſques *in ſecundam ſecundæ, tom.* 2. *quæſt.* 97. *arti.* 18
3. *numer.* 5. ex qua colligit Couarru. non conſuetudi-
nem, ſed præſcriptionem appellandam, quoties Com-
munitas contra certam perſonam, aut certa perſona
contra Communitatem, aut vniuerſitatem longo vſu
aliquid acquiſiuit, quia vtroque modo illa eſt in dam-
num aut vtilitatem priuatam.

Præſcriptione, vni aliquid acquiritur, & alteri au- 19
fertur, at conſuetudine, vni acquiritur, alteri tamen
non aufertur. Ideóque Aymo & Matien. aſſerunt
vniuerſitatem aduerſus priuatam perſonam, & pri- 20
uatam perſonam aduerſus vniuerſitatem, & vnam v-
niuerſitatem aduerſus aliam, præſcribere potius,
quàm conſuetudinem inducere. Vaſques *dict. loco
numer.* 7. ex quibus ſequitur, cùm Communitas ac-
quirit exemptionem decimarum circa certum genus 21
fructuum, præſcriptionem eſſe, non conſuetudinem:
nam jus à Priore aufertur & acquiritur Communita-
ti, & hoc caſu vniuerſitas vicem priuatæ perſonæ ſu-
ſtinet.

Quæ confirmantur ex eo, quòd conſuetudo &
præſcriptio non differunt, vt omnino diuerſa, ſed vt
commune & ſpeciale. Omnis enim præſcriptio, eſt 22
conſuetudo: Sed non omnis conſuetudo, eſt præ-
ſcriptio. Vaſques *d. loco num.* 8. & conſuetudo verſatur
circa facta hominum, non circa res, perſonas, & loca.
Ideóque ſi promiſcuo vſu duarum Ciuitatum paſcua 23
ſint communia, erit præſcriptio, non conſuetudo, Co-
uar. cùm hoc caſu conſuetudo non ſit circa facta ſo-
lùm hominum, ſed circa res, & locum, eſt enim circa
paſcua. Vaſques *d. loco n.* 11.

Confirmatur rurſus & in terminis, quòd Com- 24
munitas teneatur, aut eximatur à ſolutione decima-
rum, eſſe præſcriptionem, & non conſuetudinem do-
cet Bellon. *conſil.* 56. Author Syntagm. *commu. opin. lib.*
1. *titul. de decimis*, & Vaſques *dict. loco numer.* 10. cuius
rei ratio eſt manifeſta, quia quando per Communi-
tatem acquiritur jus, vt exemptio decimarum in
parte, non dicitur conſuetudo, ſed præſcriptio, quia
conſuetudo eſt jus diſponens, & non jus acquiſitum
vt hoc, ideóque dicitur præſcriptio, & tunc Commu-
nitas habetur tanquam vnus priuatus poſſeſſor aut
dominus. Nec acquirens, aut contra quem acquiri- 25
tur, an ſit priuata perſona, vel Communitas, facit con-
ſuetudinem, ſed res, ſcil. ſi jus diſponens introducatur.
Sed ſi quid aufertur vni, & acquiritur Communitati,
eſt præſcriptio, non conſuetudo, vt fusè & eruditè do-
cet Suares *in tract. de legib. lib.* 7. *c.* 1. *num.* 9. 10. *&* 11. poſt
Bartol. *in l. de quibus quæſt.* 1. *ff. de legib.* Panormi. & Roc.
Curti. *in c. vlt. de conſuetud. cum* gloſſ. *ibi in ver. legitimi.*
Crauet. *de antiquitat. tempor.* 4. *part. in princip.* Balb. *de
præſcript. part.* 1. *quæſt.* 10. Curti. *in d. c. vltim. ſectio.* 5. *num.*
3. Couarru. *in reg. poſſeſſor par.* 2. §. 3. *num.* 2. Matien. *lib.* 5.
recopila. tit. 7. *l.* 1. *gloſſ.* 6. *num.* 3. Molin. *de primogen. lib.* 1.
cap. 6. *numer.* 10. Et quoties conſuetudinem, huiuſmo-
di exemptionem, Doctores appellant, abuſiuè dictio-
ne *conſuetudinis* vtuntur, & quatenus omnis præſcri-
ptio, conſuetudo eſt, quódque eo caſu, vtriuſque ea-
dem eſt natura, & in hac materia exiſtiment eſſe Sy-
nonyma, eámque habent pro præſcriptione, quod
ex dictione *ana* qua vtuntur, euincitur, vt Bel-
lon. *dicto conſil.* 55. Fontanell. *dicta clauſula* 4. *gloſſ.*
19. *parte* 1. *numer.* 41. Azor *libro* 7. *inſtit. capite* 36.

verſ.

*verſicul.quarta quæritur,& verſ.cæterum aliter fol.*111. & contra omnem iuris rationem eſſet, ſi hoc caſu vellemus naturam veræ conſuetudinis, præſcriptioni tribuere, cùm de exemptione decimarum agitur, non autem præſcriptionis naturam conſuetudini adaptare, quatenus huiuſmodi exemptionem conſuetudinem appellare velimus, vt Pariſi.fecit, & malè, cùm ex eo non definiatur aliquod ius non ſcriptum commune omnibus, quod proprium & eſſentiale eſt conſuetudinis; ſed ſi jus percipiendi decimas à Priore, ad quem illæ ſpectant, auferatur, & exemptio per eandem contra jus Communitati acquiratur, vt omnino ſtatuendum ſit quomodocumque voces acquiſitionē huiuſmodi exemptionis, ſiue conſuetudinem, ſiue præſcriptionē, eam ſecūdùm naturam præſcriptionis regulandam eſſe, cùm omnis & tota natura præſcriptionis, non autem conſuetudinis in ea adſit.

27 Ex quibus facilè reſponderi poteſt iis quæ in contrarium adducta fuerunt: & primum quidem non obſtat authoritas Pariſi. Couar. Gutier. Monet. Fontanel. & Molin. Theologi: hi enim manifeſtè lapſi ſunt, vt ex ſupradictis patet, exiſtimantes acquiſitionem exemptionis per Communitatem conſuetudine, non præſcriptione fieri, & conſuetudinē pro præſcriptione ſumentes, cùm tamen cōſuetudo, cùm in ea dicitur, neq; titulum, neq; bonā fidem requiri, & quadraginta an-

28 norum ſpatio induci, toto cœlo à præſcriptione differat, & vtriuſq. diuerſiſſima ſit ratio & natura: nam cùm per conſuetudinem nec vlli ius auferatur, nec alteri acquiratur, ſed ſolum jus non ſcriptum commune inducatur, non mirum, ſi neq; titulus, neq; bona fides deſideretur. Ad quid enim deſideraretur, cùm per eam nemini damnū vel iniuria inferatur? non mirum igitur ſi quadraginta anni ſufficiant ſine titulo. At in præſcriptione longè ſecus eſt, & ſic in exemptione decimarum, cùm vni jus ad ipſum ſpectans auferatur, & alteri acquiratur, vt ſuprà dictum fuit.

Quoad Didac. Peres ipſe contrariam poſtea ſententiam fuit amplexus, vt ſcilicet immemorialis vel quadragenaria cum titulo requiratur.

Quoad Suarem, ſenior factus & re melius diſcuſſa hanc ſententiam fuit amplexus *in d. trac. de legib.* longè poſt librum *de ſtatu religio.* editum.

29 29 Non obſtat glo. *in ver. legitime c. vltim. de conſue.* cum *notatis in eadem per Doctores*: ea enim procedit in vera conſuetudine, per quam jus in commune acquiritur, nec quidquam vlli aufertur, quæque vt legitima ſit, multa requiruntur, de quibus in eadem gloſſ. ſed nos negamus huiuſmodi exemptionis acquiſitionem eſſe conſuetudinem, imò aſſerimus eſſe præſcriptionem.

30 Nec obſtat *c. cùm Eccleſia de cauſa poſſeſſ. & propri.* Illud enim de præſcriptione, non conſuetudine loquitur, quam enim *in verſ. verum quoniam*, conſuetudinem vocat, paulo pòſt præſcriptionem appellat, & re-uera non poterat eſſe conſuetudo, ſed præſcriptio, cū agatur de præſcribēdo jus eligendi Epiſcopū per Clericos conuentualium Eccleſiarum, vt ſcilicet cum Canonicis cathedralis Eccleſiæ ſimul Epiſcopum eligerent, & cùm agatur de jure incorporali acquirēdo, glo. *in ver. breuitatem*, patientiam loco tituli haberi contēdit, necnon alias ſolutiones dat ad defectum tituli: & vtcumque ſit, cùm præſcriptio ſit, nihil refert quantum temporis requiratur in caſu *d. c. cum eccleſia*: ſatis enim eſt quod in præſcriptione exemptionis decimarum, & diſpoſitione *d. c. 1. de præſc. in 6.* immemorialis requiratur, & vtriuſque capitis caſus toto cœlo differant inter ſe.

31 Minus obſtat *c. auditis de præſcrip.* In quo etiam nec agitur, nec agi potuit de conſuetudine, cùm agatur de præſcribendo jure Epiſcopali per Epiſcopum in certis eccleſiis, quas Abbas ad ſe pertinere contendebat, & in qua præſcriptione ſicut regulariter in præſcriptionibus jurium incorporalium de Iure Canonico requiruntur tantum quadraginta anni, quod nihil habet commune cum diſpoſitione *d. c. 1. in præſcrip. in 6.* in cuius caſu ſpecialiter quadragenaria cum titulo, vel immemorialis, requiritur: quod ſi ex *dict. c. auditis*, aliquod argumentum duci poſſet, ex eo non probaretur in conſuetudine exemptionis decimarum, ſi conſuetudo dici poſſet, requiri tantùm quadraginta annos, ſed in præſcriptione exemptionis earundem requiri tantum quadraginta annos ſine titulo contra omnium electorum ſententiam & diſpoſitionem *dict. cap.* cum, vt iam diximus, non de conſuetudine, ſed de præſcriptione nominatim in eo agatur.

Non obſtat ratio diuerſitatis quam ſubiungunt inter priuatam perſonam & Communitatem, quòd ſcilicet hæc vi conſuetudinis, illa verò vi præſcriptionis exemptionem acquirat: nam huiuſmodi ratio eadem eſt cum dicto, & pro ratione proponitur, quod eſt in quæſtione, quæ etiam in ſe non eſt vera: nam ex ſuperioribus patet Communitatem in terminis exemptionis vice priuatæ perſonæ fungi, nec conſuetudinem, ſed præſcriptionem eſſe eam, qua exemptionem à decimis acquirit. 32

Longè minus obſtat quod ſubuectitur poſtremo loco ad confirmationem dictæ prætenſæ rationis diuerſitatis, nimirum præſcriptionem tanquam odioſam non debere porrigi & extendi ad conſuetudinem, cum *dict. cap.* 1. contineat ius reſtringēs, neque enim extendimus præſcriptionem ad conſuetudinem, ſed dicimus Communitatem non conſuetudine, ſed præſcriptione huiuſmodi exemptionem acquirere. De- 33 inde quatenus dicta præſcriptio odioſa eſt, id eſt, quatenus per eam huiuſmodi exemptio poteſt acquiri, non quatenus immemorialis eſt, vel ſi quadragenaria, titulus deſideratur, imò quanto minus ea permittitur, & quanto plura ad eam inducendam requiruntur, tanto fauorabilior eſt, in fauorem ſcilicet decimarum, vt ſcilicet eæ integræ ſoluantur.

Septima inſpectio eſt, an immemorialis eadem ſit 34 cum centenaria, & ideo qui centenariam probauerit, cenſeatur immemorialem probaſſe? controuerſa eſt quæſtio: quidam enim, vt Rebuff. *dict. quæſt.* 13. *numer.* 94 & Monet. *dict. cap.* 3. *num.* 75. & alij multi, quos refert & ſequitur Anton. Gabriel *comm. conclu. lib.* 5. *titu. de præſcript. conclu.* 1. *num.* 71. exiſtimarunt eundem eſſe: alij verò, vt Couar. *in dict. regula poſſeſſor* 2. *par.* §. 3. *numer.* 6. Fontanel. *d. clau.* 4. *gloſſ.* 19. *numer.* 64. Caſtillo *de vſufruc. lib.* 1. *cap.* 68. *numer.* 14. Moli. *de primoge. lib.* 2. *cap.* 6. *à numer.* 46. Oldra *conſ.* 254. *numer.* 18. & alij multi quos refert Gabriel. *dict. concluſ.* 1. *numer.* 72. exiſtimarunt immemorialem maiorem eſſe centenaria, quorum ſententia verior & omnino ſequenda eſt, quod ſcilicet Rota Romana eam ſoleat amplecti, vt fuit firmatum in vna Salaman. coram Seraphino 454. *par.* 1. & in Burgen. Indemniorum 8. Martij 1599. coram bo. mem. D. Lita.

Octaua, quæ requirantur ad probationem imme- 35 morialis, reſpōdeo requiri, primò quòd teſtes deponāt de viſu de quadragenaria, ideòque ſint ad minus 54. annorum: ſecundò quòd teſtes neceſſariò dicant communē opinionem fuiſſe & eſſe, quòd de contrario vſu non exiſtat memoria: tertiò quòd teſtes ita ſemper viderint & audiuerint à ſuis maioribus, prout voluit gloſſ. quam ibi Doctores ſequuntur *in capite* 1. *de*

praſcript.in 6.Specula.in tit.de probati.verſ.vltimo quæ-
ritur kap.Gemi.& Franc.in d.c.1. & alij multi,quos re-
ferunt & ſequuntur Couar.d.§.3.n.7.Gabriel.d.conclu.
36 1.n.74.Monet.d.c.5.n.76.Mynſinge.obſer.centu.1.obſeru.
50.nec ſufficit, quòd teſtes negatiuè deponant, dicen-
do quòd nunquam viderunt aut audiuerunt ſolui de-
cimam: ſed debent etiam affirmatiuè deponere, ſcili-
cet quòd communis opinio eſt,memoriam non eſſe in
contrarium, & vidiſſe obſeruari ſuis temporibus,& à
ſuis maioribus audiuiſſe hoc obſeruatum, nec vidiſſe
aut audiuiſſe quempiam qui aliter viderit obſeruari,&
prætere a de actibus deponere debent.Pe.de Rauen de
conſuet.n.151.& 196.Roe in c.ſi.n.368.& 645.Natta conſ.
154.n.5.lib.1.Rolan.à Valle conſ.2.n.122 lib.1.
37 Quod adeo verum eſt, vt ſinguli teſtes de his om-
nibus deponere debeant,nec vnius depoſitio per alte-
rius depoſitionem iuuari poſſit: ſed de his omnibus
copulatiuè ſinguli teſtes deponere debent,alioqui nõ
probant,vt Rota ſolet iudicare & ſæpius fuit deciſum,
vt coram Bubalo in vna Iſpalen. decimarum de tribu-
cena.20.Iunij 1594. & Britorionen .S. Columbarij 24.
Iunij coram Lanceloto 1601. & in vna Tulen. iuriſdi-
ctionis 22.Maij 1596. coram Pamphilio,vbi per exten-
ſum hæc requiſita ponuntur, & reprobatur Molina
qui tenuerat teſtes coniungi poſſe pro habendis requi-
ſitis,vt in copia quæ datur.
38 Nona,poſito quòd probata eſſet immemorialis in
territorio, ſi tamen conſtaret aliqua prædia aliàs fuiſſe
ſeminata de eo genere fructuũ ex quibus decima ſol-
uebatur,ſi deinde crocum in illis fuerit ſeminatum,an
immemorialis prodeſſet, ita vt non deberetur decima
de croco ex dicto prædio excreſcente. reſpondetur nõ
prodeſſe:quoties enim in aliquo fundo ſolebant per-
cipi fructus ex quibus ſoluitur decima, ſi deinde cola-
tur & ponantur fructus ex quibus non ſolet ſolui de-
cima, ex illis tamen ſoluetur, ne vna & eadem res di-
uerſo iure cenſeatur,Fontanel.d.gloſſ.19.nu.77.non ob-
ſtante quacumque conſuetudine ſeu præſcriptione c.
cum in tua de decim. vbi omnes l.cum quis ff de vſuca.Fer-
reri.in 3.par.obſer.c.275.lit.C.Gutier.d.c.21 à num.91.cum
ſeqq.Forget des choſes decimales c.8.n.4. tex.inc.commiſ-
ſum de decim.facit l.certo in prin.ff.de ſeruitu.vrba.præd.
& ibi Accurſ. & Bartol. fundus enim ſubrogatus eſt
eius naturæ cuius is in cuius locum ſubrogatur, & quia
poſſeſſio in vna ſpecie conſeruat in alia,Fontanel.ibid.
39 niſi nominatim & in ſpecie in eo fundo poſtea indu-
cta fuiſſet conſuetudo ſiue præſcriptio, qualis de iure
requiritur, quadragenaria ſcilicet cum titulo vel im-
memorialis,Butri.in d.c.cum in tua n.2.Rebuff. d. tract.
q.14.n.27.licet n.23 videatur contrarium dixiſſe, Abb.
in d.c.cùm in tua n.5.& ſæpe Rota ita iudicauit,vt refert
Fontanel n.79. & conſtat ex Rota diuerſo deci.423 nu.
40 6.& 471.lib.3. ideoque ſi quis eſt exemptus à decima
pro ſuis poſſeſſionibus, ſi alias acquirat ex quibus de-
cima ſoluebatur, non erit exemptus niſi priuilegium
eſſet pro poſſeſſionibus, quas habet & habebit Can-
cer lib 1.c.23.n.3.de decim.
41 Poſtrema, cùm tot expenſæ fieri debeant pro croci
perceptione,an in ſolutione decimarum ſint deducen-
dæ,reſpondetur non eſſe deducendas tex.in c.tua nobis
c.paſtoralis c.non eſt in poteſtate & cap. cum homines vbi
Abb.& cæteri de decim.notat Archidi.in c. reuertimini
in ſi.16.q.1.S.Antoni.in ſum 2 part.tit.4.c.3.de decim.Re-
buff.q.1.n.3.&alij quos referunt & ſequuntur Tiraqu.
de retract.ligna. §.15.glo.1.n.10.Capici.deci.20.nu.2.Viui.
deci.4.n.1.Marc.deci.Delphi.198.nu 1.par.2. Soto de Io-
ſti.& Iur.lib.9.q.4.arti.2.in fi.Roderi.in ſum.ver.deciſmos
42 nu.4.Rebel.de obliga.lib.7.de expen.q.8.n.11. imò neque
ſemina deducuntur.Marc.d.n.1. Armil.in ſum.ver.deci-
ma§.1.Viui.d.deci.4.n.14 Nauar.in manua.c.21.n.31.verſ.
ſecundo peccat Sylueſt.ver.decima n.13.§.7.verſ.quartum
& verſ.quintum & n.15.§.9.& eſt text. in c.tua nobis vbi
Abb.n.1.& alij de decim. ratio autem quare expenſæ ex
his decimis non deducantur, cùm aliàs fructus dican-
tur deductis expenſis l. fructus cum ſimi ff.ſolu.matrim.
illa eſt præcipua, quia agitur de quota, non de totis
fructibus reſtituendis,& voluit Abb.in d.c.paſtoralis &
poſt Hoſtien.in ſum.tradit Viui.d.deci.4.nu.15.aliæ ra-
tiones videri poſſunt per Abb.in d.c.paſtoralis, & Do-
ctores in d.l.fructus.
Ex quibus concluditur dictum Collegium ſocie-
tatis Ieſu vti Priorem Prioratus de Paternis habere iu-
ris diſpoſitionem & regulam pro ſe, vt decimam ex
croco, ſicut ex aliis fructibus in eius territorio excreſ-
centibus ad rationem vigeſimæ, nulla expenſarum,
ſumptuum & ſeminis deductione facta percipere poſ-
ſit,& vt Communitas ab eis ſe eximat probare debere
legitimè immemorialem, ſiue conſuetudinem, ſiue
præſcriptionem voces.
Illud igitur nunc inquirendum eſt, an huiuſmodi
immemorialis parte Communitatis ſit legitimè pro-
bata, & quidem quinque fundamentis demonſtrabo
non eſſe legitimè probatam.
Primum eſt,quia etſi magnus & effrenatus numerus
teſtium fuerit examinatus, ſcilicet ſexaginta nouem,
duo enim poſteriores ſunt tantum reprobatorij,nihil-
ominus cum poſt decem teſtium productionem & ex-
amen,dicta Communitas alios produceret,& Procu-
rator dicti Collegij ſe oppoſuerit, contenderitque vl- 43
tra decem alios non eſſe recipiendos, ſtatuto Auenio-
nis huiuſmodi receptionem impediente, & poſt lon-
gam altercationẽ Commiſſarius interlocutus fuerit, 44
quod ſi vltra decem ſuper vnoquoque articulo inue-
niantur producti & examinati, eorum depoſitionis ea
ſolum habeatur ratio quæ de iure haberi debet & nõ
alia. Ex depoſitionibus autem decem primorum te-
ſtium nihil concludenter probatum ſit, ſequitur nulla
habita ratione aliorum teſtium poſt decem examina-
torum, etſi aliqui ex his concludenter deponerent, qua
de re infrà latiùs diſſeremus, dictam Communitatem
probatione deficere, ideoque ad ſolutionem decima-
rum croci condemnandam, teſtes enim vltra numerũ
decem producti fidem non faciunt obſtante d. ſtatuto
lib.2.rub.9.arti.14 primò, quia dictum ſtatutum vtitur
verbis negatiuis non recipiantur, quæ inducunt formã,
qua non ſeruata actus non valet ſecundùm Orian. in 45
c quoniam contra c.2.de dilatio n.17.Barba conſ.8.nu.8.&
in terminis, quòd dictum examen teſtium ſit ipſo iure 46
nullum docet Rebuff.tract.de teſtib.to.2.in conſti. Regi.
glo.1.n.3.in fin.
Nec obſtat, quòd ſint plures articuli, & ſuper quo-
libet non fuerint examinati plus quàm decem,nam re-
ſpondetur poſito in facto id verum eſſe, quod tamen
non eſt, omnes doctores articulos pro vno habere, cũ 47
vnum factum tantùm contineant, nempe à tempore
immemoriali crocum in loco de Paternis fuiſſe plan-
tatum vt cauetur in d.ſtatuto Auenionis lib.2.rub.9.ar-
ti.14.& Rebuff.in d.trac glo 3. n.1. & ſeqq. Nec etiam
obſtat, quod à tali admiſſione debuit appellari, nec
ſufficeret oppoſitio ex tradit. à Farina de teſtib q 62. nu.
366.nam reſpondetur, quòd imò ſola oppoſitio ſuffi- 48
ciebat, vt in terminis tradit Gomeſ.variar.reſol.lib.1.c.
11.num.21. & producti & examinati non obſtante dicta
oppoſitione non probant, nec indicium quidem fa-
ciunt d.nu.21. Farina.d.q 62.num.286. vbi dictio non in
meo codice videtur delenda, Rebuff. in terminis no-
ſtris,glo 8.nu.1.& ſeqq. Farina autem in contrarium al-
legatus & ab eo citati non loquuntur in noſtris termi-
nis,

Digitized by Google

nis, ſed in caſu longè diuerſo, nempe quando iudex reſeruat exceptiones allegatas contra teſtes in fine litis, quod facere poſſe ibi dicunt. Hîc verò non agitur contra teſtes, ſed contra productionem ipſam factam contra formam ſtatuti, quam iudex admittere nullo modo poteſt, præſertim parte aduerſa reluctante, ibi *non recipiantur.* Vnde non bene infertur vulgaris iuſſibus.

50 Et in omnem euentum non eſſet deneganda reſtitutio ipſi Collegio aduerſus omiſſam appellationem, ſi qua opus fuiſſet, ad tradita per Sforti. Odo *de reſtit. in integ. part. 2. q. 69. artic. 2. & ſeqq.* qui licèt loquatur de minore, tamen idem dicendum de Eccleſia, quæ minori æquiparatur *in dict. trac. part. 1. queſt. 3. articul. 4. & 32.*

51 Nec obſtat regula, quod priuilegiatus contra priuilegiatum non vtitur priuilegio ſuo, & ſic hoc caſu, quo agitur contra Communitatem, quæ etiam æquiparatur minori, priuilegium illud reſtitutionis videatur ceſſare, quoniam dicta regula ceſſat, quando vnus ex priuilegiatis habet priuilegium in ſpecie, vt hic, Odo *d. trac. par. 1. q. 18. arti. 4. n. 34.* dictum autem Collegium in caſu iſto habet priuilegium ſpeciale reſpectu decimarum, itêm & reſpectu ſpecialis indulti Pontificij: itemq; ceſſat, cùm dictum Collegium certet de damno *d. arti. 4. n. 33.* item quia dictum Collegium habet potentius priuilegium *d. arti. 4. n. 32. & arti. 5.*

Secundò reſpondetur non eſſe habēdam rationem dictarum atteſtationum, quia etiam circunſcripto dicto ſtatuto Auenionenſi adhuc non poteſt dici probata intētio dictæ Communitatis per dictos teſtes, quoniam ferè omnes deponunt in cauſa propria, ſaltem in
52 qua manifeſtum habent intereſſe, cùm crocum plantent, aut plantare poſſint in territorio de quo deponunt, Farina *de teſtib. q. 60. nu. 1. & ſeq.* & nihil omnino
53 probant *nu. 3.* & vnus non ſupplet alterum, *n. 14.* etiam
54 ſi intereſſe veniat in conſequentiam, cùm hoc tamen
55 principaliter agatur *n. 5. & 10.* itẽm quia ſunt de vniuerſitate, & ideo inhabiles, Farina *d. q. 60. n. 496.* præſer-
56 tim cùm hîc agatur de materia graui *n. 521.*

57 Tertiò reſpondetur, dato quod dicti teſtes fidem facerent, tamẽ cedere debere teſtibus parte dicti Collegij productis, Farina *d. q. 60. n. 534.* præſertim cùm illi de Collegio melius & certius deponant, ex traditis à Mynſin. *obſer. 38. n. 4.*

58 Nec obſtat, quòd forſan ſint infames, nam præterquam quod de eo non conſtat ex tradi. à Farina. *de teſtib. q. 60. n. 12. & ſeqq. & n. 97.* hîc verſamur in caſu, vbi teſtis etiam infamis admittitur ex traditis ab eod. Farina. *q. 56. n. 1. & ſeqq.*

Quartò reſpondetur, etiam ſi teſtes ex aduerſo pro-
59 ducti probarent, quòd tamen vnus ex eis atque adeò plures deponunt contra producentem, nempe crocũ à quadraginta tantùm annis fuiſſe in dicto territorio plantatum, nominando etiam eum qui primus plantauit, ille enim ſolus vel alter plenè probant contra dictos producentes Farina *d. q. 62. n. 211. & ſeqq.* nec nocet proteſtatio dicti Collegij de dicendo contra per-
60 ſonam & teſtes. Nam dicta proteſtatio fuit facta, ſi & quatenus, quo caſu non nocet nec impedit, quominus proteſtãs dicta depoſitione ſe iuuare valeat, vltra quod dicta proteſtatio non fuit acceptata per producentem, quo caſu non poteſt proteſtanti officere, Farinac. *d. q. 62. n. 257.* cum aliis ibi citatis.

61 Nec obſtat, ſi dicatur, quòd teſtibus pro reo deponentibus magis credatur. Nam reſpondetur id procedere tantùm in cauſis criminalibus, Farina *d. tract. qu. 63. regu. 5. n. 256.* item non procedit in cauſa dicti Collegij, cùm ſit fauorabilis, vt prædictum eſt *de regu. 5. limi. 1. n. 168.* item quia dictum Collegium eſt dignius Communitate, *regu. 17. n. 192.*

Poſtremò reſpondetur, ſi ſingulorum teſtium dicta 62
expendantur, & neminem pertinenter deponere, & in nullo omnia requiſita ad probandam immemorialem adeſſe nimirum.

Primus Claudius de Meſin loci Caſtri-noui ætatis 60. annorum non deponit de viſu, ſed tantùm de auditu, & tantũ à viginti annis, nec de fama, idque quoad locum de Paternis, & quoad locum Caſtri-noui deponit negatiuè; nec quod à maioribus audiuerit, nec etiam de fama, & notorium habet intereſſe, quia ſe fatetur crochiſare, quódque opus eſt magna quantitate fimi.

2 Nicolaus Magiſter dicti loci ætatis 80. annorum non etiam deponit de viſu, ſed tantùm de auditu à 40. vel 50. annis quoad locum de Paternis, & eſt crochiſans, nec de fama, & quoad quantitatem fimi vt primus.

3 Ioannes Carreau dicti loci ætatis 80. annorum tantùm de auditu quoad locum de Paternis, & negatiuè ſcilicet non audiuiſſe fuiſſe ſolutam decimam ratione croci, & quoad locum Caſtri-noui de ſe tantùm, quod ſcilicet non ſoluerit, & quoad alia loca negatiuè, & eſt crochiſans. nec de fama, de fimo, vt primus.

4 Michael Roſan dicti loci ætatis 60. annorum de auditu tantùm quoad locum de Paternis, & quoad Caſtrum-nouum de viſu quidem, ſed de auditu negatiuè, ſicut & quoad alia loca, & eſt crochiſans, nec de fama, de fimo, vt primus.

5 Henricus Point loci de Murs ætatis 80. annorum nihil dicit, ſed tantùm à 50. annis vidiſſe crocum ſeminatum in quibuſdam prædiis territorij de Paternis, & ſe crochiſare in territorio de Murs, nec ſoluere decimam, & omnia requiſita ad faciendam fidem deficiunt.

6 Ioannes Vergier dicti loci de Murs ætatis 65. annorum nihil dicit, niſi à 40. annis vidiſſe crocum ſeminatum in territorio de Paternis, ſed quoad ſolutionẽ decimæ non de viſu, ſed tantùm de auditu, idque negatiuè ſe ſcilicet non audiuiſſe quod ſolueretur, & quoad locum de Murs affirmatiuè quidem, ſed de auditu, non de viſu, nec de fama, de auditu, inquam, ab iis qui crochiſant.

7 Petrus Briſſon loci Caſtri-noui ætatis 60. annorum nihil, niſi vidiſſe à 36. vel 40. annis crocum ſatum in territorio de Paternis, ſed quoad ſolutionem decimæ nec de viſu, & de auditu negatiuè, quod ſcilicet nunquam audiuerit ſolutam decimam & quoad Caſtrum-nouum ſe à 10. annis nõn ſoluiſſe decimam, & quod audiuit quod in locis, vbi crocum ſeminatur, non ſoluitur decima, ſed non loquitur de maioribus, nec de fama, & eſt crochiſans.

8 Sufrenus Sauuatier de Gordes ætatis 57. annorum à 40. annis vidiſſe crocum ſeminatum in aliquibus terris loci de Paternis, & quod audiuit, quod ab omni tempore ſeminabatur crocum, ſed quoad ſolutionem decimæ non de viſu, & de auditu negatiuè, nec de fama, & quoad locum de Gordes patrẽm ſuum de croco in quodam horto ſeminato non ſoluiſſe decimam, & quod frater ipſius eſt crochiſans.

9 Arnaldus Caballus dicti loci de Gordes ætatis 80. annorum quod à 50. annis audiuit crocum ſeminatum in territorio de Paternis, & ſe audiuiſſe à patre & maioribus, quòd ab omni tempore fuit ibi ſeminatum crocum, ſed quoad ſolutionem decimæ non de viſu, & de auditu negatiuè, quoad loca in quibus crocum ſeminatur, ſed quoad ſe & alios in dicto loco de Gordes à 10. annis ſeminaſſe & non ſoluiſſe decimam, &

ſte eſt crochiſans, nec de fama.

10 Petrus Bertraud dicti loci de Go. des ætatis 65. annorum vidiſſe & audiuiſſe crocum ſeminatum in territorio de Paternis, ſed quoad ſolutionem decimæ non de viſu, & de auditu negatiuè, & quoad locum de Gordes de viſu, ſed eſt crochiſans, & non de auditu à maioribus, nec de fama.

11 Iacobus le Blanc loci de Saumane ætatis 80. annorum quòd vidit & audiuit ab omni tempore ſeminatum crocum, & quoad ſolutionem decimæ affirmatiuè quidem, ſed de auditu tantùm, non de viſu, nec de fama.

12 Guilielmus Veran loci Venaſcæ ætatis 90. annorum, ſunt 80. anni vidiſſe crocum ſeminatum in territorio de Paternis per ſpatium ſeptem vel octo annorum, quo moratus fuit Paternis, & poſtea eundo, ſed quoad ſolutionem decimæ de auditu, primùm affirmatiuè quidem, poſtea negatiuè, nec de fama: ſed in loco Venaſcæ non ſolui decimam, ſed ipſe eſt crochiſans, nec de fama, de fimo, vt primus.

13 Girandus Iouſſerme dicti loci Venaſcæ ætatis 80. annorum vidiſſe in parua quantitate crocum ſeminatum cùm eſſet annorum duodecim, ſed quoad ſolutionem decimæ non de viſu, & de auditu negatiuè, nec de maioribus, nec de fama, & quod pater ipſéque ſunt crochiſantes in dicto loco, & quod non ſoluerunt decimam, de fimo, vt primus.

14 Peiton Bauttau loci du Bauſſet ætatis 70. annorum vidiſſe crocum ſeminatum in loco de Paternis à 50 annis, ſed quoad ſolutionem decimæ non de viſu, & de auditu negatiuè primum, & poſtea affirmatiuè à perſonis crochiſantibus loci Paternarum non ſoluere decimam, audiuítque etiam non ſolui decimam de nuce & amãdulis excreſcentibus in certa parte territorij, ſicut depoſuerat præcedens, de fimo, vt primus.

15 Benedictus Ricardus loci S. Deſidesij ætatis 92. annorum ſe à 60. annis vidiſſe & ab antiquis audiuiſſe crocum ſeminari in territorio de Paternis, ſed quoad ſolutionem decimæ negatiuè deponit non audiuiſſe, nec de viſu, nec de fama, & ipſe eſt crochiſans in loco S. Deſiderij & ſe non ſoluiſſe decimam, quod audiuit ab habitatoribus de Paternis non ſoluere decimam de oliuis, & feno, & nucibus in certa parte territorij, ab iiſque audiuiſſe ſe ſoluere decimam de granis, leguminibus, & tacemus & de cęteris non, de fimo bene, ita quod requirantur 20. quadrigæ pro vna eiminata terræ.

16 Antonius Sillan dicti loci S. Deſiderij ætatis 80. annorum, vt proximè præcedens, & eoſdem paritur defectus.

17 Spiritus Periet loci Paternarum ætatis 60. annorum habet intereſſe, deponit de viſu negatiuè, nec de 40. annis, nec de fama, & de auditu à Paternenſibus, quòd non ſoluebant decimam, & de cæteris locis de auditu negatiuè, & eſt crochiſans.

18 Laurentius Andeſene ciuitatis Carpen ætatis 75. annorum quod à 40. annis vidit terram in Baſtida de Piemontois ſeminatam ex croco, & quaſdam alias terras in territorio de Paternis, & de anno in annum plures fuerunt ſeminatæ, & ſeminatio aucta, ſed quoad ſolutionem decimæ nec de viſu, nec de fama, & de auditu negatiuè, ſed de eodem auditu affirmatiuè quoad locum Caſtri noui & Carumbi, idque ab habitatoribus eorundem locorum, quoad verò alia loca de auditu negatiuè, & quod à parte audiuit, quòd ab omni tempore ſeminabatur crocum in dicto loco, & ipſe eſt crochiſans, & quod eſt lis inter Epiſcopum & ciues Carpen.

19 Guilien Carle Carpen ætatis 70. annorum ſe vidiſſe crocum in Baſtida de Piemontois, ſed de ſolutione decimæ nihil omnino.

20 Antonius de Tomaſſis loci Bauſſeti ætatis 54. annorum non deponit de viſu, & de auditu negatiuè, nec de fama, poſtea affirmatiuè de auditu quoad loca Auſaicæ, Caſtri-noui, Venaſcæ, & de Paternis, & ipſe eſt crochiſans ab anno, & non ſoluit decimam.

21 Antonius Botteli Carpen ætatis 55. annorum nec de viſu, nec de fama, & de auditu negatiuè quod pater fuit crochiſans in loco Carpen & non ſoluit decimam.

22 Bartholomæus la Barbe Carpen ætatis 64. annorum nec de viſu, nec de fama, & de auditu negatiuè, & eſſe litem de croco in ciuitate Carpen.

23 Iaumes Deniet Carpen ætatis 70. annorum de ſolutione decimæ, vel non, nihil.

24 Ludouicus Ioannes loci de Montiliis & habitator Carpen à 47. annis 62. annorum, quòd cum pater Paternas ſe contuliſſet pro arrendamento quod tenebat, ipſe iuuenis annorum circiter decem vidit quod in aliquibus terris ſeminabatur crocum, & quod ipſe cum aliis pueris ibat illud videre tãquam rem quæ non à longo tempore erat in viſu in dicto loco, & audiuerat dicere, quod erat aliquod tempus quo quidam Pedemontanus cœperas crocum ibi ſeminare in quodam rure ſuo quod deſignat, eſt crochiſans in loco Carpen, & quod non ſoluit decimam ibi.

25 Antonius de Serrepui loci Caſtri-noui ætatis 80 annorum ſe audiuiſſe dici à patre & matre ſua & aliis quod in loco de Paternis ſeminabatur crocum, & non audiuit dicere, quod de eo ſolueretur decima, & ſic negatiuè, nec deponit de viſu, aut fama, eſt crochiſans in dicto loco Caſtri-noui, & ait ſe non ſoluiſſe decimam, nec audiuiſſe quòd in aliquo loco vbi ſeminaretur crocum, de eo ſolueretur decima.

26 Spiritus Courle loci S. Deſiderij ætatis 60. annorum dicit, quòd ab anno ætatis ſuæ nono vidit plures terras in loco de Paternis ſeminatas de croco, audiuiſſéque à patre, matre, & aliis, quòd ab omni tempore in dicto loco ſeminabatur crocum, nec vnquam audiuiſſe, quòd de eo ſolueretur decima, quódque ipſe eſt crochiſans in dicto loco S. Deſiderij, nec ſoluit decimam, & ſic quoad locum de Paternis nec de viſu, nec de fama, & de auditu negatiuè: quod in quadam parte territorij de Paternis non ſoluitur decima de oliuis, ſicut nec de nucibus, amigdalis in toto territorio, nec de herbis & fructibus arborum, & audiuit à Paternenſibus & aliis, quòd excepto vino, & aliis quæ exprimit, de cæteris non ſoluunt decimam.

27 Benedictus Puluinellus notarius Carpen ætatis 73. annorum, quòd à 60. annis vidit crocum ſeminatum in loco de Paternis, de ſolutione decimæ nihil.

28 Sebaſtianus Paſcot pharmacopola Carpen ætatis 66. annorum ſe audiuiſſe à 50. annis crocum ſeminari in loco de Paternis, quod vendebant pharmacopolis Carpen, vt ipſe vidit, & à 30. annis ſe vidiſſe crocum ſeminatum in territorio de Paternis, nec vnquam audiuiſſe dici, quòd de croco ſoluatur decima, & ſic negatiuè, nec de viſu, nec de fama.

29 Poncetus Periet originatius Maſani & habita-

tos

tor Carpen ætatis 57. annorum, vidit à 40. annis, quòd crocum ſeminaretur in loco de Paternis, nec vnquam audiuit, quòd de eo vllo in loco ſolueretur decima, & ſic negatiuè, nec de viſu, nec de fama, & eſt crochiſans in loco Carpen.

30 Ianotus la Riuiere phatmacopola Carpen ætatis 62. annorum, qood à quadiaginta ſex annia crocum ſeminaiur in loco de Paternis, & ounquam audiuit loqui de decima, ſi ſolueretur, necne.

31 Ioannes Petiti phatmacopola Carpen ætatis 62. annotum, quòd ab anno 1563. ſciuit quòd in loco de Paternis crocum ſeminabatur, ſéque audiuiſſe à Paterneoſibus, quòd non ſoluebant decimam. Super additionalibus dicit Spiritum Gallet de Montiliis eſſe pauperem, qui viuit de operibus ſuis, & cuſtodiuiſſe ſua prata. Guilielmum Daus de Montiliis eſſe paſtorem, & habere duos boues & alia animalia cornuta. Claudium Vian eſſe pauperem & diſſipaſſe hæreditatem, quam habuerat à conſobrino, & eſſe renderium cuiuſdam turis vxoris Domini Villardi, cuius curam habet Vicarios Carpen, quódqoe Epiſcopus Carpen habet quartam partem decimæ Prioratus de Paternis. Iacobum Delphinum eſſe procuratorem Partum Ieſuitarum. Spiritum Rouſſet fuiſſe famulum domeſticum Epiſcopi Carpen, vt audiuit. Ioannem Nodom conſumpſiſſe bona ſua, cùm voluiſſet facere tranſire fluuium Neſque intra paludes de Paternis.

32 Andreas Figurat mercator Carpen ætatis 81. annorum, quòd à quinquaginta ſex annis vidit crocum ſeminatum in loco de Paternis, & audiuit qood antea ſeminabatur, & qood nuoquam audiuit dicere, quod ſolueretur decima in dicto loco, aut aliis in quibus ſeminabatur crocum, & ſic nihil de viſu, nec de fama, aut aliis requiſitis, & filius ipſius eſt crochiſans Carpentoracti.

33 Stephanus Bomboneau loci Lauriaci ætatis 70. annorum, cùm eſſet ætatis 25. annorum, ioit habitatum ad locum de Paternis, & ab eo tempore vel à qoinquaginta annis vel circa, vidit crocum ſeminatum io magna quantitate, & aodiuit ab aliis qood ſemper fuit ſeminatum, & nunquam audiuit quòd ſolueretur decima in dicto loco aut aliis vbi ſeminatur crocum, & ſic ſunt defectus qui in proximè præcedenti.

34 Iacobus Carle loci Lauriaci ætatis 90. annorum, quòd cùm eſſet ætatis viginti quinque annorum vidit crocum ſeminatum in loco de Paternis, quod ſemper augebatur de anno in annum, & audiuit à patre & aliis quod antea ſeminabatur, nec vnquam audiuit, quod in dicto loco, vel in loco Flaſſani, Maſani, Carumbi, aut aliis, vbi ſeminabatur crocum, ſolueretur decima, & ipſe aliàs in loco Lauriaci ſeminaoit crocum, oec ſoluit decimam, & ſic iidem defectus, quódquè ipſe & filius volunt ſeminare crocum.

35 Bartholomæus Cabrier loci Malemortis ætatis 76. annorum, quòd à 56. annis vidit crocum ſeminatum in loco de Paternis, & quòd nunquam audiuit dicere, quòd ſolueretur decima in dicto loco aut aliis, & quod audiuit ab illis qui faciebant crocum in loco Malemortis, quòd non ſoluebant decimam, & ſic iidem defectus.

36 Petrus Arnaud ætatis 66. annorum & habitatur Malemortis à 58. annis, quod vidit à 50. anois crocum ſeminatum in loco de Paternis, & quod nunquam audiuit, quòd ſolueretur decima in dicto loco aut aliis, & ſic iidem defectus, & qood in loco Malemortis ſit crocum & non ſoluitur decima, & ſic non deponit de 40. annis nec de viſu quoad locum Malemortis, & quod ipſe quandoque dixit Patres ſocietatis *auoir tort*, quòd peterent decimam, & quòd ipſe mallet quòd Paternenſes vincerent quàm dicti Patres.

37 Pierre Gran loci Malemortis ætatis 70. annorum, quòd à 50. vel 55. vidit crocum ſeminatum in loco de Paternis, & audiuit quòd ab omni tempore ſeminabatur, nec vnqoam audioit quòd ſolueretur decima in dicto loco vel aliis, vbi ſeminatur crocum, & quod ab omni tempore in loco Malemortis ſeminatur crocum, & non ſoluitur decima, ſed non depooit de quadragenaria de viſo, nec de fama.

38 Dionyſius de Bonadona loci Malemortia ætatis 68. annorum, quòd à 40. annis vidit crocum ſeminatum, nec vnquam audiuit, quòd ſolueretur decima io dicto loco vel aliis, & ipſe eſt crochiſans in loco Malemortis, nec ſoluit decimam, nec de fama.

39 Abziarius Arnaud loci de Viles ætatis 66. annorum, quòd à 45. annis vidit crocum ſeminatum in territorio de Paternis, & audiuit ab aliis quod antea fiebat, nec vnquam audiuit, quòd ſolueretur decima in dicto loco vel aliis, & filius ipſius crochiſat, & ſic iidem defectus.

40 Ioannes Gaſſin ſartor loci de Viles ætatis 80. annorum, quòd vidit erocum ſeminatum in dicto loco de Paternis, & quod audiuit ſemper ita fuiſſe factum, & quòd ounquam audiuit, quòd ſolueretur decima ibi aut aliis in locis, & ſic iidem defectus.

41 Abziarius Morier dicti loci de Viles ætatis 80. annorum, quòd à 60. annis laborauit in loco de Paternis, & vidit crocum ſeminatum, & audioit quòd aotea ſemper ita foit, & nunquam audiuit, quòd ſolueretor decima io dicto loco vel aliis, & quòd ipſe erochiſat in dicto loco de Viles, nec ſoloit decimam, ſicut nec alij dicti loci, & ſic iidem defectus.

42 Ioannes Martin dicti loci de Viles ætatis 64. annorum, quòd à 48. annis ſeminatur crocum in loco de Paternis, & quòd nonquam audiuit, quod ſoloeretor decima in dicto loco vel aliis, & ſic iidem defectus.

43 Ioannes Duran loci Maſani ætatis 80. annorum, quòd à 60. aonis vidit crocum ſeminatum in loco de Paternis, & audiuit quòd aotea fiebat, nec vnquam audiuit, quòd ſolueretur decima, & quòd à tribus aonis ipſe crochiſat in dicto loco Maſani, nec ſoluit decimam, ſicut nec alij dicti loci, & ſic iidem defectus ſcilicet, quòd nec de viſu, nec de fama, nec de auditu affirmatiuè, & idem in ſequentibus teſtibus aſſerendum eſt, ne ſæpius idem repetamus.

44 Antonius Laureus loci Maſani ætatis 80. annotum, quòd à 60. annis vidit crocum ſemioatum in loco de Paternis, & audiuit, quòd antea fiebat, nec vnquam audioit quòd ſolueretur decima, & in loco Maſani nec vidit, nec audiuit ſolui decimam.

45 Colin Benoit dicti loci Maſani ætatis 78. annorum, quòd à 63. annis vidit crocum ſeminatum in loco de Paternis, & nunquam audiuit dicere, quòd ſolueretur decima, & quòd in loco Maſani vidit crocum ſeminatum & quòd ipe ſeminauit de quo non ſoluit decimam ſicut nec alij.

46 Alexander Serre dicti loci Maſani ætatis 80. annorum, quòd à 40. annis vidit crocum ſeminatum

in dicto loco de Paternis, & audiuit, quòd in dicto loco non ſolueretur decima, ſed non deponit de viſu, nec de fama, & quod in loco Maſani audiuit à crochiſantibus quòd non ſolueretur decima, & audiuit eſſe litem inter Epiſcopum Carpen & habitatores Maſani pro decima croci.

47 Leidier Treſelier dicti Maſani ætatis 64. annorum, quòd ab omni memoria vidit crocum ſeminatum in loco de Paternis, & quòd nunquam audiuit, quòd in dicto loco vel aliis ſolueretur decima, & quòd audiuit à crochiſantibus non ſolui in dicto loco Maſani.

48 Ioannes Agar dicti loci Maſani ætatis 70t. ann. ab 80. annis vidit crocum ſeminatum in dicto loco de Paternis, & audiuit à patre & auo, quòd antea fiebat, nec vnquam audiuit, quòd in dicto loco, vel loco Maſani, vel aliis locis ſolueretur decima.

49 Ioannes Montagar dictus Bourrer dicti loci Maſani ætatis 80. annorum, quòd à 65. annis vidit crocum ſeminatum, & audiuit, quòd ab omni tempore fiebat, nec vnquam audiuit, quod ſolueretur decima, nec vidit ſolui aut peti in loco Maſani.

50 Spiritus Guilien originarius habitator de Paternis ætatis 57. annorum, quòd à 45. annis vidit crocum ſeminatum in loco de Paternis, & nunquam audiuit, quòd ſolueretur decima, & audiuit à pluribus habitatoribus Maſani, quòd in dicto loco & aliis, vbi crocum ſeminatur, non ſoluitur decima, ſed nec de viſu, nec de fama, & alias deponit de vinteno, quòd ex aliis fructibus percipitur, ſicut nonnulli ex ſuperioribus: & eſt crochiſans in loco Paternarum, & audiuit, quòd Spiritus Galon originarius Paternarum Montilios ſe contulit, quòd anſeres furatus fuiſſet Capitaneo Meinier, & quòd Ioães Amier dit Mandon non eſt reputationis *d'eſtre homme de bien*, quòd ſibi videtur non eſſe rationabile, quòd ſoluatur decima de croco, poſtquam ea non fuit ſoluta.

51 Nobilis Arnaud de Choiſilat loci de Paternis ætatis 50. annorum, quòd à 40. annis vidit crocum ſeminatum in dicto loco, & ab aliis audiuit fuiſſe antea, & nunquam audiuit, nec vidit, quòd ſoluta fuerit decima, nec minus petita niſi ab aliquot annis, nec vnquam audiuit, quòd in aliquo loco ſolueretur decima de croco, & quòd Paternenſes non ſoluunt decimam in certa parte territorij, ſicut nec de nucibus & amigdalis, quòd Iacobus Dauphin eſt procurator Ieſuitarum, Spiritus Rouſſet pauper & alias famulus Pauli Sadoleti Epiſcopi: Nandon malę reputationis.

52 Antonius Robert loci de Gordes ætatis 72. annorum, quòd à 40. annis vidit crocum ſeminatum in loco de Paternis, nec vnquam audiuit, quòd ſolueretur decima, ſicut in loco de Gordes non ſoluitur, & ipſemet qui crochiſat, non ſoluit. & ſemper à pluribus audiuit, quòd de croco non ſoluitur decima in vllo loco.

53 Ioannes Imbert dicti loci de Gordes ætatis 70. annorum, quòd à 35. annis vidit crocum ſeminatum in loco de Paternis, & ſæpius audiuit à Paternenſibus ſimilia verba, Bonum eſt plantare crocum, quia de eo non ſoluitur decima, & quòd à 25. annis crochiſat in dicto loco de Gordes, & non ſoluit decimam, ſicut nec alij.

54 Vincentius Taxi dicti loci de Gordes ætatis 61. annorum quòd à 40. annis vidit crocum ſeminatum in loco de Paternis, & audiuit à patre & aliis, quòd longè antea ſeminabatur, nec vnquam audiuit, quòd in dicto loco, aut alibi, ſolueretur decima, & ſemper audiuit, quòd in loco de Gordes nec ſoluitur nec petitur.

55 Arnaud Spenet de Cabreriis ætatis 75. annorum, quòd à 60. annis vidit crocum ſeminatum, & nunquam audiuit verum de eo ſolueretur decima, necne, & nunquam audiuit, quòd vllo in loco ſolueretur decima.

56 Ioannes Paget dicti loci de Cabreriis ætatis 78. annorum, quòd à 50. annis vidit crocum ſeminatum, nec audiuit, quòd in dicto loco vel alibi ſolueretur decima.

57 Stephanus Buiſſe loci Villænouæ habitator à 50. annis loci Thoti ætatis 85. annorum, quòd à 55. annis vidit crocum ſeminatum, & audiuit à pluribus Paternenſibus, quòd non ſoluebant decimam, & idem audiuit ab habitatoribus Caſtri noui, audiuit etiam quòd in aliis locis non ſoluebatur decima.

58 Ioannes Blanquerij dicti loci de Thoro ætatis 80. annorum, quòd à 50. annis vidit crocum ſeminatum, nec vnquam audiuit, quòd in dicto loco vel alibi ſolueretur decima.

59 Ludouicus Gerbat dicti loci ætatis 70. annorum, quòd à 55. annis vidit crocum ſeminatum, & audiuit à Philippo Gerbat eius patre à 30. annis defuncto, qui tunc excedebat 90. annum, quòd in dicto loco ſeminabatur crocum, nec de eo ſoluebatur decima, & ſæpe audiuit, quòd de croco in nullo loco ſoluebatur decima.

60 Ioannes Manin dicti loci ætatis 70. annorum, quòd à 50. annis vidit crocum ſeminatum, nec vnquam audiuit, quòd de eo ſolueretur decima, & ſæpe plures ei dixerunt, quòd de eo non ſoluebatur decima.

61 Romanus de Rien loci Saumane ætatis 70. annorum, quòd à 55. annis vidit crocum ſeminatum, nec vnquam audiuit, quòd de eo ſolueretur decima ibi vel alibi.

62 Spiritus Pete villæ Inſulæ ætatis 70. annorum quòd à 50. annis vidit crocum ſeminatum, nec vnquam audiuit, quòd de eo ſolueretur decima ibi vel alibi.

63 Ioannes de la Torri dictę villę Inſulę ætatis 75. annorum, quòd à 55. annis vidit crocum ſeminatum, nec vnquam audiuit, quòd ibi vel alibi de eo ſolueretur decima.

64 Marcelinus Filiolus dictus Vaguet dicti loci ætatis 80. annorum, quòd à 60. annis vidit crocum ſeminatum, & non audiuit ſi ſolueretur decima necne.

65 Hercules Pequi loci S. Maximini ætatis 60. annorum, quòd anno 1567. quo faciebat bellum in Comitatu vidit crocum ſeminatum, & nunquam audiuit, quòd ſolueretur decima, & quòd in loco S. Maximini fit crocum in magna quantitate, & ipſemet facit, nec ſoluit decimam, ſicut nec alij.

66 Honoratus Martelli dicti loci ætatis 65. annorum, quòd audiuit à multis ſenioribus, quos nominat, crocum ſeminari in loco de Paternis; & ipſe crochiſat in loco S Maximini in magna quantitate; & nunquam audiuit, quòd in loco de Paternis ſoluatur, decima, & quòd in loco S. Maximini nec ſoluitur, nec petitur 67. Gaſpar Queirel dicti loci ætatis 66. annorum, quòd audiuit à pluribus, quos nominat, crocum ſeminari in loco de Paternis, & nunquã audiuit, quòd de eo ſolueretur decima, ſicut in loco S. Maximini & aliis circumuicinis non ſoluitur, ſicut ipſe ſcit, quia ipſe

ipſe crochiſat, & pater eius crochiſauit ab omni tem-
pore.

68 Ponterus Cartous loci de Meramies ætatis 89.
annorum, quòd ab omni eius memoria vidit crocum
ſeminatum, & nunquam audiuit, quòd ibi vel alibi
ſolueretur decima, aut fuiſſet petita, ſicut ipſe qui à 50.
annis crochiſat in dicto loco de Meramies, eam non
ſoluit, nec ab eo fuit petita.

69 Bartholomæus Roux dicti loci ætatis 75. an-
norum quòd à 50. annis vidit crocum ſeminatum, nec
audiuit quòd ſolueretur decima, ſicut ipſe, qui cro-
chiſat in dicto loco, non ſoluit, nec ab eo petitur.

70 Paulus Fauquer de Montiliis ætatis 45. anno-
rum, non deponit niſi contra teſtes, nec ſunt repro-
bationes ſufficientes.

71 Vincentius Henri dicti loci idem præſtat.

63 Ex quibus apparet in nullo teſte concurrere om-
nia requiſita ad probandam immemorialem, & nul-
lum eam legitimè probare, & quòd magis etſi velle-
mus eorum dicta coniungere (quod tamen fieri non
poteſt vt ſuprà nu. 37. dictum fuit) & vnius depoſitio-
nem per aliam ſupplere, non aſſent tamen probata
requiſita ad immemorialem, præſertim, quòd nemo
de viſu de quadraginta deponit, vt ex lectura depoſi-
tionum conſtare poteſt.

Atque hæc quidem præcedunt, præſuppoſito, quod
tamen veriſſimum eſt, quòd huiuſmodi exemptio præ-
tenſa acquiratur per præſcriptionem non per conſue-
tudinem. Sed dato iam citra præiudiciũ veritatis quòd
hic modus acquirendi exemptionem conſuetudo eſ-
64 ſet, non præſcriptio, non propterea minus ad eam in-
ducendam requireretur tempus immemoriale, vt exi-
ſtimarunt Innocen. in c. cum dilectus num. 6. de conſuetu.
Anto. Butri. in c. fin. 34. & ibi Abb. nu. 1. d. tit. Alex. conſ.
136. n. 17. lib. 2. & conſ. 17. in prin. lib. 6 Aimo conſ. 96 nu. 8.
Bion. conſ. 36. n. 5. Paleoh. conſ. 102. n. 2. Rolan à Val. conſi.
2. n. 121. lib. 1. Thobi. Nonn. conſ. 48. n. 3. Collegii Peru. in-
ter conſ. eiuſdam Thobi. conſ. 72. n. 23. & ſic omnes de-
fectus circa probationem immemorialis concurrerent
in conſuetudine.

65 Rurſus poſito, non conceſſo, 40. annos ſufficere ad
conſuetudinem inducendam ſecundùm aliorum opi-
nionem, de qua Rocus d. c. fin. n. 293. Iaſ. conſ. 127. num. 18.
lib. 1. Aimo de antiqui. tempo. q. 4. in prin. nu. 7. in caſu in
quo verſamur, ex non ſufficeret, tum in ex duo con-
currant, in quorum vnoquoque ſecũdùm opinionem
eorum, qui minus tempus requirunt, 40. anni deſide-
rantur, vnum eſt, quia eſt contra ius Canonicum, quo
decimæ debentur de omni genere fructuum, & nomi-
natim de croco, Præpoſi. in c. fruſtra n. 6. diſtinc. 8. Roc.
& Aimo d. locis, Pancirol. conſ. 62. num. 38. lib. 1. Alte-
rum, quia venit ad detrahendum iuri alicuius Eccle-
ſiæ, quo caſu, etſi non contra, ſed ſolum præter ius, e-
ſt idem tempus requiritur, Innocen. in d. cap. cum dile-
ctus n. 6. Abb. d. c. fin. nu. 10. Ruin. conſ. 164. n. 27. lib. 5. Pa-
riſi. conſ. 27. n. 28. lib. 1.

66 Poſtremò dato etiam quòd eſſemus in vera con-
ſuetudine, & ſolum 40. anni requirerentur, per huiuſ-
modi tamen depoſitiones teſtium, non eſſet probata,
vt debet. Debent enim teſtes deponere de actibus,
quos viderunt, & eſſe concordes in illis: non enim
probarent, ſi vnus deponeret de vno actu, alius de a-
lio, Ripa in l. admonendi nu. 208 ff. de iureiur. Deci. conſil.
675. ſub n. 10. Oſaſc. dec. 99. n. 8. Suarez in theſau. recepta.
67 ſenten. in ver. conſuetudo n. 288. Itémque neque ſi aliàs
teſti eſſent ſingulares, Bald. in d. l. de quibus nu. 119. vbi
exemplificat in omnib. prædicamentis ſeriam, & quòd
68 teſtes debeant eſſe conteſtes, etiam in tempore, voluit
Alex. in terminis conſuetudinis conſ. 131. nu. 9. lib. 2. &
conſ. 173. n. 7. lib. 6. & in perſonis quibus præſentibus 69
fuerunt viſi actus, quod debent teſtes concordare, vo-
luit Pet. de Ravenn. de conſue. n. 151. adde quod teſtes in-
tereſſe habent, vt ſuprà nu. 52. dictum fuit. Præterea te- 70
ſtes debent affirmatiuè deponere de actibus ipſis, quos
viderunt, nec ſufficit negatiuè deponere, Bombi. conſil.
87. n. 3. Purpura. conſ. 109. n. 32. quemadmodum ſuprà di-
ctum eſt in immemoriali nu. 36. nec probantur ſi depo- 71
nant de auditu, Aymo conſ. 814. n. 15. lib. 5. & multa alia
ad conſuetudinem probandam requiruntur, & plenè 72
in deciſoriis, in quibus verſamur, debet probari, Barto.
in l. 2. nu. 31. C. quæ ſit longa conſue. Aymo conſ. 225. in princ.
& formiter eſt probanda, Roland. conſ. 13. num. 10. lib. 4.
quæ ferè omnia ceſſant in depoſitionibus dictorum 73
teſtium, vt non mirum ſi dicatur rem quaſi impoſſibi- 74
lem eſſe probare conſuetudinem ſecundùm Io. Franc.
Purpuræ. conſ. 66. n. 11. lib. 1. Cat. Pariſi. conſ. 25. n. 20. lib. 1.
Paſeihum. conſ. 28. n. 7. Neuiz. conſ. 47. num. 9. Curt. iun.
conſ. 184. Aymo conſ. 325. & conſ. 683. n. 5. lib. 4. & pro ma-
iori ſupradictorum probatione ſequentes deciſiones
adiiciendas cenſui.

REVER. P. D. SERAPHINO

Iſpalenſis decimarum *Lunæ 6. Iunij* 1580.

Dubitatur, an probetur immemorialis poſſeſſio Il-
luſtriſſimi & Excellentiſſimi Ducis percipiendi
decimas, de quibus agitur, præſupponendo, quòd lis
inceperit de anno 1515. vt Domini Canonici volunt, vel
de anno 1526. vt prætendit Dux. Et fuit, nemine diſcre-
pante, reſolutum non probari, cùm non probentur re-
quiſita iuxta doctrinam glo. quam Rota ſequitur in c.
ſi vnde præſcript. in 6. nam incipiendo à 15. teſte, quia alij
fuerunt nulliter examinati, & de eis poſtea agetur, cùm
fuerit quater examinatus, in nullo tamen examine cõ-
cludenter deponit. Nam in primo de anno 1535. depo-
nit de viſu per 40. annos, & ſic demendo tempora litis
31. annos ante litem, neque deponit de auditu à maiori-
bus, neque de fama. In 2. examine licet deponat de
viſu de 55. annis, tamen deponit per dictionem *citra* ſi-
ne copula, ideo non probat iuxta doctrinam Bartol.
quam Rota ſequitur in l. Celſus de vſucap. De fama au-
tem deponit per verbum *eſt*, & non per verbum *fuit*. In
3 examine dicit quidem articulum verum, ſed in red-
ditione rationis dũ dicit ſe vidiſſe ſolui decimas Duci
& ſuis anteceſſoribus, non deponit à quanto tempore,
& ideo cùm deficiat in ratione ſui dicti, non attendi-
tur dictum, ſed ratio, Socin. conſ. 4. n. 27. lib. 1. Pariſi. conſ.
88. n. 58. & 60. lib. 3. In 4. examine non deponit de fama.
In vltimo verò examine repetitio vigore remiſſoriæ
licet ad octauum confirmet primum dictum, tamen ad
nonum videtur ſe reſtringere quoad Ducem ſolum de
auditu, & ſuper nono interrogatorio, quòd ille qui
eum vocauerat ad ſe examini ſubiiciendum, dixerat
ei, vt ſe firmaret in dictis per eum antea.

2 Teſtis deponit tantùm de viſu à quatuor vel
quinque annis in 1. examine. In 2. examine deponit
quidem quod Dux percipit, ſed non à quanto tem-
pore.

3 Teſtis non deponit de auditu à maioribus, nec
de fama per verbum *eſt* aut *fuit*.

4 Teſtis in 1. examine non percurrit 40. annos ante
litem, & deponit per dictionem *citra* ſine copula, &
non deponit de fama per verbum *fuit*. In 2. examine
vltra primos defectus non deponit de auditu à maio-
ribus.

5 Teſtis non deponit de fama, & in vltimis duo-
bus examinibus deponit de 50. annis de viſu, & ita non

probat per 40. annos ante litem.

6 Non probat de 40. annis ante litem, nec probat famam per verbum *fuit*.

7 Non deponit de auditu à maioribus, nec de fama.

8 Deponit tantùm de auditu ab attendatoribus.

9 Non percurrit tempus 40. annorum ante litem.

10 Non percurrit 40. annos ante litem motam, cùm deponat de annis 50. & eſt examinatus de anno 1553.

11 Deponit tantùm ab anno 1526. & ſic poſt litem motam.

12 Non percurrit 40. annos ante litem motam.

13 Eodem vitio laborat.

14 Itidem.

15 Non deponit de aliquo certo tempore.

16 Eodem morbo laborat.

17 Deponit de quatuor tantùm annis citra.

18 Non percurrit 40 annos ante litem motam.

19 & 20. Nihil penitus probant.

Ex teſtibus verò nulliter examinatis duo pro parte Ducis allegantur. 2. Ferdinandus Riques ſenior, qui deponit à 60. annis & vltra, & ſic ſine copula *& citra*, & non deponit de fama, niſi per verbum *eſt*, & licet in ſecundo & tertio examine deponat de fama per verbum *fuit*, tamen non deponit de viſu, ſed ſolùm de auditu, neque poſſunt iſtæ depoſitiones coniungi, cùm deponat in primo de donatione de Monteacuto, in alius verò de Tribuceos, ideo cùm hæc probatio ſit dubia & incerta, interpretanda eſt contra producentem, Rota *deci.6. de teſtib. in antiq.*

Alius teſtis, qui deducitur, eſt 14. Ioannes Freates, qui nihil penitus probat, quia deponit de fama per verbum *eſt*, & ibi deponit de poſſeſſione Regis reſpectu territorij Xeritij, non autem de poſſeſſione Ducis. Et aduertendum quòd articulus 4. deficit in fama, quia non articulatur fama: in ſequenti verò articulo in quo ſpecificè articulatur poſſeſſio Ducis, deponit ſolùm de viſu, nec dicit à quo tempore, nec deponit de auditu à maioribus.

Cæteri teſtes nulliter examinati non probant requiſita, & ideo informantes pro Duce non ſe fundant in illis, & mirum eſt in tot repetitis examinibus nullum prorſus reperiri qui concludenter probet: quod neque etiam probatur ex illis teſtibus fama priuilegij, ſed hoc extra dubium.

Concluditur igitur ex teſtibus non probari immemorialem.

REVER. P. D. PANPHILIO.

Calaguritana Oblationum Veneris 21. Octobris 1588.

FVit reſolutum D. Comites non probare immemorialem poſſeſſionem, neque famam priuilegij percipiendi Oblationes, & conſiderabant Domini, quòd hic agitur de probando priuilegio valde inuerſimili, cùm valde occurrant exempla, in quibus perceptio oblationum fuerit laico conceſſa. Quamuis enim decimæ ante Concilium Lateranenſe ſolerent concedi in feudum, vt traditur *in c. cum Apoſtolica, de his quæ fiunt à Prælat.* & ideò in eis admittatur immemorialis cum probatione famæ priuilegij, vel recognitione Eccleſiæ, vt latè fuit deciſum in illa Toletana iuris decimandi coram R P D. Blanchetto, tamen de oblationibus non facile reperitur, & ideò cùm jus commune reddat laicos earum incapaces, quia ſolis clericis debentur, Hoſtien. *in ſum. de Paroch. num.3. verſ.32. eſt quotidiana.* Maluet. *in trac. oblati. in 3. & 4. dubio*, adeò quòd non valet conſuetudo in contrarium, & quòd magis eſt, quoad oblationes quæ fiunt imagini ſitæ in domo priuata, Soe *in trac. obla. libel. 18.* Maluet. *vbi ſuprà in 4. dub. n.6.* ac etiam reſiſtat Concil. Tridenti. *c.9. ſeſſi.25. verſ. patroni.* vtique priuilegium de eis percipiendis redditur valde inuerſimile, vnde fit, vt requiratur exactior probatio, Imol. Abb. & alij *in c. quia veriſimile de præſump.* Deci. *conſ.177. in prin.* & quod teſtes deponentes inuerſimilia debeant magis exactè deponere, tradit Areti. *in c. tertio loco n.9.* & Felin. *n.5. de probat.* & in ſpecie, quòd non facile ſit admittenda probatio famæ priuilegij inuerſimilia, tradit Felin. *in c. cum ex officij nu.13. verſ. ſecundò dico de præſcript.* & fuit conſideratum in illa Toletana juris nominandi coram R.P.D. Orano, vbi fuit dictum, teſtes debere eſſe tales, vt de eis non ſit aliqua veriſimilis dubitatio, quòd debeant deierare, Alex. *conſ.99. in fin. lib.3.* Aymo *conſ.56. n.21. & conſ.75. & conſ.129 in fine.* Probatio autem, quæ in hoc caſu affertur, viſa eſt Dominis valde debilis, quia ex decem teſtibus, quorum ſummarium dictum fuit, duo videlicet 9. & 10. non fuerunt habiti in aliqua conſideratione, quia fuerant examinati coram iudice laico, & ideo eorum examen ſuſtineri non poteſt, quia cùm hæc cauſa ſit Eccleſiaſtica c. *ex tenore de foro compe. Clem. 2. de iudic.* Calder. *conſ.13. eod. tit.* non poterat coram iudice laico tractari *c.2. de iudic. cum vulga.*

Ex aliis teſtibus 1.2.6. 7. & 8. non ſunt eius ætatis, vt poſſint deponere de viſu per 40. annos ante litem motam, quod eſt vnum de præcipuis requiſitis ad probandam immemorialem, vt tradunt Doctores *in cap. 1. de præſcript. in 6.* cùm enim ad hunc effectum teſtes debeant eſſe ſaltem ætatis 54 annorum, Gemi. Franc. & alij *in d.c.1. latè Couar. in regu poſſeſſor. in 2. par. §.3. num.7. verſ. teſtes verò.* & fuit dictum de anno præſenti coram R P.D. Blanchetto in cauſa Coochen. limitum, & illis addendi ſunt 17. anni, quibus lis quæ fuit cœpta de anno 1567. perdurauit, apparet dictos teſtes de anno 1584. quo fuerunt examinati, debuiſſe eſſe ætatis annorum ſaltem 71. & tamen primus teſtis eſt ſolum annorum 64. ſecundus annorum 61. ſextus annorum 60. ſeptimus pariter annorum 60. octauus annorum 62.

Ex reliquis verò teſtibus, qui ſunt idoneæ ætatis 5°. ſuper 5. articulo vbi de illis oblationibus deponit, nihil dicit de tertio requiſito, quod nunquam contrariũ viderit vel audiuerit, ſed ſolum ait ſuos maiores non vidiſſe nec audiuiſſe contrarium, & tamen hoc requiſitum eſt omnino neceſſarium, gloſſ. & D. omnes *in d. c.1.* Couar. *in d. regu. poſſeſſor par. 2. §.3. n.7.*

Vnde hæc probatio ad ſummum reducitur ad duos teſtes, videlicet ad tertium, quem Domini dicebant ſatis in eius dicto concludere famam priuilegij & poſſeſſionem immemorialem cum omnibus requiſitis, licet mihi videretur aliquo modo deficere in probanda continuatione temporis 40. annorum, quia deponit per verbum *curr.* abſque copula præcedenti, nec addit aliquid quod denotet temporis continuationem, vt neceſſe eſſet ex vulgata doctrina, Bart. *in l. Celſus nu.23 ff. de vſucap.*

Et ad quartum teſtem qui etiam nonnullis ex Dominis non videbatur benè concludere de 40. annis de viſu, quia licet deponat vidiſſe eius Comites ſucceſſiuè percipere has oblationes, tamen non deponit de aliquo præciſo tempore, & ideo non concludit de dictis 40. annis niſi quatenus veriſimile eſt dictos eius Comites viaiſſe per dictos 40. annos.

Et licet illi duo teſtes in dicto concluderent, tamen videbatur Dominis non ſufficere propter inuerſimilitudinem negotij, & quia etſi teſtes patiuntur multas exce-

exceptiones,ſunt enim vaſalli Comitis, quòd multum eis diminuit de fide *l.ſdones ff. de teſtib.* & fuit dictum in illa Toletana juris nominandi : item deponunt per eundem præmeditatum ſermonem, cùm omnes dicāt vidiſſe Comites poſſidere & percipere oblationes per conceſſionem Apoſtulicam *l.3.§.ideoque,* & ibi Barto. & alij *ff. de teſtib* Aymo *conſ.58 in fin.* item eorum depoſitio redditur ſuſpecta ex eo quod nonnulli alij teſtes pro eodem Comite examinati de la fama nihil deponunt, Aymo *conſ.57.num.10.* quod etiam ſimiliter fuit conſideratum in dicta cauſa Toletana juris nominandi: & ideò Domini concorditer concluſerunt non probari dictam immemorabilem poſſeſſionem,& conſequenter nec famam priuilegij.

REVER. P. D. SERAPHINO.

Capuana Rectoria. Veneris 22. Martij 1596.

QVæſitum fuit, an conditiones appoſitæ in decreto ſacræ congregationis Concilij eſſent iuſtificatæ ad effectum confirmationis ſententię, & diſcuſſa diligenter materia Domini concluſerunt, quantum ad primam conditionem, quòd à tempore immemoriali cura animarum reſederit penes Capellanum, & non penes Rectorem, eam non eſſe iuſtificatam. Nam primus teſtis Marcus cùm ſit annorum 52. tantùm, non poteſt probare immemoriabilem : nam ad hunc effectum Rota requirit quod deponat de viſu per 40. annos, & ſaltem ſit ætatis 14. annorum reſpectu eorum de quibus deponit iuxta doctrinam Gemi. Franch & aliorum *in 1. de præſcripc. in 6.* Couarr. *in regul. poſſ ſſor. in 2. par. §.3. num. 7. verſ. teſtis verò,* Caputaq. *deci. 71. par. 3. & 390. par. 2.* vltra quod iſte teſtis fatetur, quare tempus 40. annorum deberet eſſe ante dictam Synodum, de quo nullus teſtis deponit reſpectu aliarum parochialium : nam reſpectu ſecundi ceſſat iſta difficultas, cùm non conſtet vnquam vacaſſe poſt Synodum.

2. Teſtis bene concluderet, ſi probaret publicam vocem & famam, ſed eam non probat, cùm tantùm dicat, ſi ſapeua publicamente, neque dicit ſe nihil vidiſſe.

3. Teſtis Octauianus loquitur à 40. annis & amplius vſque quo fuit facta Synodus, quæ cùm facta fuerit anno 1567. videtur deponere ante eius natiuitatem, & fatetur poſt Synodum collatas fuiſſe Rectorias vti parochiales, & non deponit de publica voce & fama, niſi quod ſui Maiores id dicebant.

4. Teſtis Ioannes Bernardinus loquitur de tempore ſuæ recordationis, & vbi dicit de 50. annis, loquitur de auditu, & ipſe quoque fatetur poſt Synodum contrarium fuiſſe obſeruatum.

Vltimus teſtis non deponit ſe nihil in contrarium vidiſſe vel audiuiſſe, & in ſumma Synodus illa turbat totam hanc probationem.

Quantum ad alteram conditionem, quod Capellania habeat ſufficientes redditus, fuit dictum, quòd licet teſtes ſint ſatis debiles, tamen iſta probatio coadiuuatur ex aſſertione Epiſcopi qui in vnione aſſerit eā eſſe pinguem, & ideò poteſt iſta probatio ſuppleri iuramento, maximè ſtante præſumptione quod beneficia præſumuntur habere ſufficientes redditus.

Et ita concluſum reliquis quæ prolixè deducuntur extra dubium prætermiſſis.

ARGVMENTVM.

AN Exemptio ſoluendi decimas præſcriptione vel conſuetudine quæri poſſit, eáque præſcriptio vel conſuetudo qualis & quanta eſſe & quomodo probari debeat.

SVMMARIVM.

1 *Decima de croco debetur.*
2 *Exemptio à decimis non conſuetudine, ſed præſcriptione quæritur, nec conſuetudo, ſed præſcriptio modus eam acquirendi eſt.*
3 *Eſſentialis differentia inter conſuetudinem & præſcriptionem eſt, quòd per hanc ius aufertur ab vno & acquiritur alteri, per illam verò minimè.*
4 *Immemorialis requiritur ad exemptionem ſoluendi decimas de certo genere fructuum acquirendam.*
5 *Immemorialis requiritur quoties agitur de inducenda conſuetudine contra ius commune & contra priuatum, in his in quibus inducentes conſuetudinem non poſſunt ſtatuere.*
6 *Quoties conſuetudo eſt contra ius, & de iis quæ inducentes conſuetudinem non poſſunt ſtatuere, tunc non eſt conſuetudo, & idem tempus requirit quod in præſcriptione.*
7 *Requiſita ad immemorialem probandam.*
8 *Teſtes deponentes de quadragenaria de viſu, debent deponere per dictionem* & citra *alioquin non probant.*
9 *Et debent deponere de fama per verbum* fuit *&* eſt*, Nec ſufficit quòd deponent de fama ſuper articulo finali, ſed in corpore articulorum, vbi nominatim de fama debet articulari.*
10 *Si per ſtatutum* 10. *tantùm teſtes poſſunt examinari, reliqui examinati nullam fidem faciunt, & examen eſt ipſo iure nullum.*
11 *Vnus idémque articulus dicitur etſi plures ſint quoties vnam eandémque continent materiam.*
12 *Quando conſuetudo eſt introducta ab inferiori contra legem ſuperioris requiritur ſcientia & patientia eiuſdem niſi ſit immemorialis.*
13 *Conſuetudo non poteſt induci ab eo qui caret iuriſdictione: & qui non poteſt ſtatuere, non poteſt conſuetudinem inducere.*
14 *In conſuetudine inducenda requiritur ſaltem contradictio extraiudicialis, & ea probari debet.*
15 *Et ſi ſit contra ius, debet in iudicio eſſe obtenta.*
16 *In conſuetudine regulariter, neque bona fides, neque titulus requiritur.*
17 *Fallit ſi per eam ius auferatur vni & acquiritur alteri.*
18 *Cum Communitas aduerſus priuatum, vel priuatus aduerſus Communitatem quid acquirit, Communitas fungitur vice priuati & eſt præſcriptio non conſuetudo.*
19 *Cùm agitur de exemptione quærenda, conſuetudo non poteſt induci non docto de interpellatione ſoluendi, & de negatione cum acquieſcentia.*
20 *Teſtes de conſuetudine deponentes debent eſſe conteſtes & ſingulares non probant.*
21 *Et ſingularitas circa actus & tempora obſtat ne probetur conſuetudo.*
22 *Teſtes intereſſati quòd ſit conſuetudo eam non probant.*
23 *Nec iuramentum in ſupplementum defertur.*
24 *Teſtes ad probandam conſuetudinem debent deponere vidiſſe actus fieri ex quibus inducitur conſuetudo & eoſdem actus frequentari, & per tantum tempus quod inducatur conſuetudo.*
25 *Et iſta tria copulatiue debent probari.*

26 *Teſtes debent reddere rationem conſuetudinis etſi non interrogati.*

27 *Et debent deponere de viſu, in hunc modum obſeruari, ab iſtiuſmodi perſonis, in tali loco, per tantũ temporis ſpatium.*

28 *Et praciſè de viſu, idque de quadragenaria deponere debent.*

29 *Et in quadragenaria quacunque debent teſtes deponere continuato tempore ſe ſemper ita vidiſſe.*

30 *Nec ſufficit per verbum* ſæpe *vel* ſæpiſſimè *deponere.*

31 *Debéntque affirmatiuè deponere, & de actibus quos ipſi viderint, nec ſufficit negatiuè deponere.*

32 *Cùm articuli non continent requiſita ad conſuetudinem teſtes non probant.*

33 *Immemorialis habet vim tituli, & in ea licet quemcumque titulum allegare.*

34 *Centenaria quandoque pro immemoriali accipitur.*

35 *Immemorialis diuerſa eſt à centenaria.*

36 *Ad centenariam probandam requiritur vt teſtes deponant de quadragenaria de viſu.*

37 *Reſpondetur pratenſa conſuetudini generali & nullam eſſe docetur.*

38 *Reſpondetur tranſactioni de anno 1252.*

39 *Reſpondetur atteſtationi eorum qua in comitiis Comitatus de anno 1594. facta fuerunt.*

40 *Reſpondetur illis qua contra teſtes parte Collegij examinatos obijciuntur.*

41 *Probatio ſuper immemorabili corruit quotieſcumque de initio conſtare poteſt.*

42 *In materia decimarum & in fauorem earumdem teſtes infames admittuntur & probant.*

43 *Reſpondetur actis quibus pratenditur probatum ab omni tempore crocum ſolitum plantari.*

44 *Suſtinetur depoſitio teſtium circa decimam de croco in loco.*

45 *Demonſtratur croci plantationem, ſi decima non ſoluatur magno damno Collegij futuram.*

46 *Etſi conſuetudo non ſoluendi decimas de croco eſſet legitimè inducta, ſi tamen in pradiis in quibus ſolebant fructus decimabiles ſeminare, plantetur crocum, debebitur decima.*

CONSILIVM XLVII.

ILLIS, quæ fusè ſcripſimus circa litem pendentẽ corã R.D. Auditore inter Collegium Aueniõẽſe ſocietatis Ieſu, cui Prioratus de Paternis in Comitatu Venaiſſino authoritate Apoſtolica vnitus eſt, & DD. Conſules, Cõmunitatem & particulares d. loci ratione decimæ croci in eius territorio excreſcentis, quædã adiicienda ſunt, quæ poſtquã mihi cõmunicatus fuit proceſſus & eum perlegi, occurrerunt. Et quidem dictum Collegium habet rationem fundatam in iure quo decima de omnib fructibus, & nominatim de croco debetur, ſed aduerſus hoc procurator d. Communitatis opponit ſe exemptionem ab huiuſmodi decima acquiſiuiſſe.

Primò quidẽ ſe fundat in immemoriali cõſuetudine, qua decimã de croco nõ deberi contendit, eámque putat ſe legitimè probaſſe per depoſitiones 69. teſtium in hac cauſa examinatorum.

Secundò, aſſerit d. Cõmunitatem priuilegiũ à ſummis Pontificibus & aliis ad id poteſtatẽ habentib. decimas de croco nõ ſoluendi habuiſſe, & ex vi illius priuilegij & tituli à centum & vltra annis in poſſeſſione eſſe decimã de croco nõ ſoluendi, qua poſſeſſione probata & quã ſe probaſſe ex dictis teſtium depoſitionibus exiſtimat, priuilegium quoq; illud & titulum cẽſeri probatum: idq; ex eo quod quoties per ſtatutum vel principem omnis præſcriptio, etiam centenaria tollitur, ſi tamen allegetur titulus, & ex vi illius per centum annos eo modo poſſediſſe ex poſſeſſionis huiuſmodi probatione titulus etiam probabitur.

Tertiò, ex prætenſa conſuetudine generali quã allegat in omnib. locis Comitatus & aliis vicinis, qua prætendit decimã non deberi de croco, ex qua ſi etiã nunc tãtùm inciperet crocum plantari in dicto territorio de Paternis non deberetur decima de huiuſmodi croco, quia d. locus debet regulari ſecundùm conſuetudinem generalem in d. Comitatu Venaiſſino & locis circumuicinis receptam.

Quartò, ex tranſactione aliàs inter Epiſcopũ Carpen. & Priorẽ d. loci ex vna, & Conſules ac Cõmunitatem d. loci ex alia inita ann. 1252. 10. Kal. Auguſt. qua datur forma in decimis frumenti, leguminum, & vini ſeruãda, ſed de croco ne verbum quidem, ex quo ſequitur, ſolitum non eſſe de eo decimam ſolui: qui enim vnum includit, aliud excludit.

Quintò, ex atteſtatione Comitiorum d. Comitatus Carpentor. habitorũ ann. 1594. die 25. Maij per quã apparet, quòd cũ domini de Clero primũ ſtatum patriæ conſtituentis inter alia capita, ſuper quibus prouideri poſtulabant, petiiſſent quoq; vt de fæno, oliuis, croco, & ſimilib. fructibus, de quib. eſt ſolitum non ſolui decimam, ſi ſeminarentur vel plantarentur in prædiis, in quib. antea fructus decimáles ſolebant plantari vel ſeminari, vt de illis decima ſolueretur, reſpõſum fuit per Illuſtr. Card. de Aquauiua Legatũ, vt ſolitũ ſeruaretur. Ex quo duo inferũtur, vnũ, quod ſcil. de croco non eſt ſolitũ ſolui decimam: alterum, Illuſt. Legatum noluiſſe conſuetudinẽ huiuſmodi tollere, nec contra illam aliquid decernere, ſed in ſtatu, in quo erat, reliquiſſe.

Nec contentus fuit his quinque modis ſuam exemptionẽ immunitatis fundare, ſed etiã ea quæ pro parte d. Collegij ad confirmandã ſuam intentionem & iuris cõmunis diſpoſitionem deducta & probata fuerant, enixus eſt euertere: primũ quidem cùm parte d. Collegij credatur probatum per decem teſtes crocum nonniſi à 45. annis ante litem, cœptum fuiſſe ſeminari vel plantari, & ſic excludi nedum immemorialem, cùm de origine conſtet, ſed etiam centenariam eorum depoſitionibus non eſſe ſtandum tribus modis conatur demonſtrare.

Primò, ex maiori numero teſtium pro parte d. Communitatis examinatorum, qui creduntur depoſuiſſe, quòd ab omni tempore eóque immemoriali crocum in d. territorio & locis circumuicinis plantabatur & ſeminabatur, quódque de eo decima non ſoluebatur, nec ſoluta fuit.

Secundò, obiiciendo cõtra perſonas teſtium, quòd ſint pauperes & per ſentẽtias de criminibus condemnati, quod & per teſtes ſcilic. 31. 50. 51. 70. & 71. & per extractum Cataſtri de Montiliis fol. 484. & ſententiis contra aliquos teſtes latis inſertis fol. 475. verſo exiſtimat ſe probaſſe.

Poſtremò per acta, quæ faciunt rem notoriam, probat crocũ ſolitũ plantari iam inde ab ann. 1511. ſcilicet per ſeptẽ inueſtituras, & in emphiteuſim dationes factas à nobili Franciſco de Thelan Do. de Mometaneis de d. anno 1511. inſertas fol. 402. verſo 416. 418. verſo. 423. 427. verſo 430. 433. & aliam de anno 1516. 21. Februarij fol. 433. verſo. & arrendamentum redditum d. Domini Franciſci, in quo inter alia ſibi reſeruat medietatem croci quod ſolet percipere à ſuis emphiteutis de anno 1520. & 20. Martij fol. 408. Et cùm parte dicti Collegij fuiſſent examinati duo teſtes ad enceruandam cõſuetudinẽ generalẽ ex aduerſo deductã, quib. creditur probatã in loco de Flaſſano decimã de croco ſolui, enixus eſt quoq; dictas probationes euertere obiiciẽdo contra teſtes de eorum paupertate ex extractu Cataſtri fol. 494. ex ſententia qua dd. teſtes ſcilicet Ioannes Guibert & Anthonius Bernard fuerunt condemnati fol.

fol. 493. Deniquecùm parte etiam d. Collegij fuiſſet
deductum,&, vt creditur, probatum ex d. planratione
croci,ſi decima non ſoloeretur,d. Collegium paſſurum
fuiſſe magnum damnum, quódque redditus Priora-
tus dimiouerentur, præſertim cùm crocum plantetur
in pleriſqoe prædiis,in quibus antea frumeutum ſole-
bat ſeminari, & ea quo frumento Prior abſque dubio
decimam percipere ſolet. Idque euiaus eſt euertere,
primò ea ſubiectiooe oculari iuſerta fol. 689. ea qua e-
xiſtimat apparere qoatenus crocũ to terris beremis&
ſterilibus,io quibos antea nihil ſeminabatur,ſolet plã-
tari, & in qoibus terris poſtquam per aliquus auoos
crocum produaerunt, frumeotum ſeminatot propter
pinguedinem earum ea quantitate fimi in his proue-
nientem,quódque prata ex quibus in aliqua parte ter-
aitorij non ſolet decima ſolui, ad culturam aliqua ſal-
tem fuetunt redacta, ,& in eis frumeotum ſemiuatur,
deinde ex arrendamentis dicti Prioratus, ſcilicet ea ar-
rendamento de ann. 1582. & 1. Octob. fol. 615. verſo quo
fructus Prioratus fuerunt arrendati 640. ſcutis, & ta-
men auuo 1582. & 29. Auguſti fol. 623. arreudamentum
creuit ad 700. ſcuta, anno verò 1604. & 10. Iulij fol. 631.
ad 800. anno 1610. fol. 664 ad 800. & 5. chargias olei, &
anno 1614. & 20. Februarij, fol. 640. eodem modo quo
præcedenti. Ita quod tantum abeſt,vt redditus dimi-
nuti fuerint, quin porius arrendamenta ſemper creue-
rint:his tamen non obſtantibus in fauorem d. Collegij
pronunciandum eſt, vt ſcilicet decima de croco vt de
cæteris fructibos debeatur. Collegij enim intentio eſt
1 in iure fundata, & habet regulam pro ſe, quâ decima
de omnibus fructibus, & nominatim de croco debe-
tur, Ancha. *in cap. ad Apoſtolicas in 1. notab. de decim.* Au-
fret. ad Capel. Tholo. *q. 109. & q. 431.* Boer. *in conſuetud.*
Bit. tit. des couſtu. prædi. §. 12. Rebuff. *de decim q. 8. n. 3. &*
8. & q. 13. n. 41 Borrel. *conſ. 20. nu. 9.* Mouet. *de decim. c. 4.*
n. 8. Chopin. *de ſacra polit. tit. 4. nu. 4. in fin.* Anthon. Fa-
bric. Bleynian. *in introductione in theoriam, & praxim*
beneficior. tit. de decim. n. 24. in gloſ. fol. mihi 53. Si igitur
demonſtrauero nihil legitimè in contrarium adduci
pro parte Paterneuſium,& ratiooibus eorum ſatisfe-
cero, ſtaudum erit dictæ regulæ.

Non obſtat igitor quod primo loco dicebatur per
immemorialem conſuetudinem in d. loco iodoctam
probatam eſſe decimæ croci eaemptionem: nam præ-
ſuppouendum eſt immemorialem reqoiri cooſuetudi-
2 nem ad huiuſmodi exemptionem inducendam, ſi ta-
men huiuſmodi exemptioois acquiſitio, conſuetudo
& non præſcriptio dicenda ſit, renera enim non con-
ſuetudo, ſed præſcriptio eſt, vt fusè docuimus *in 1. conſ.*
n. 15. vſque ad nu. 27. ſed potiſſimum ea ratione, quia eſ-
ſentialis differentia inter conſuetudioem & præſcri-
3 ptionem ea eſt, quòd per præſcriptionem jus aofertur
ab vno & acquiritur alteri, per conſuetudinem verò
minimè, Abbas *in c. fin. de conſuet.* Crauet. *de antiqu. tem-*
por. par. 4. in princ. n. 21. in terminis Puteus *dec. 387. lib. 2.*
4 *& dec. 252. lib. 3.* Seraphi. *dec. 410. n. 1.* immemorialem in-
quit reqoiri conſuetudinem, ea Socin. *conſ. 297. libr. 2.*
Fulgoſ. *conſ. 166.* Balb. *de præſcrip. 5. parte. princ. qu. 6.* Re-
buf. *d. q. 13. n. 53.* Didac. Peres *in l. 1. tit. 5. lib. 1. ordina. vete.*
col. 203. verſ. non ſoluendi, Suar. *de legibus lib. 7. c. 1. nu. 9. &*
5 *ſeqq.* Azor. *lib. 7. c. 37. fol. 109. col. 1. in fi.* in his verbis *nun-*
quam ſoluiſſe, Bellon. *conſ. 55.* vt fusè dixi in priori *conſ. n.*
13. Idq; eo maximè hoc caſu ſtatuendũ eſt, quo agitor
de inducẽda conſuetudine contra jus cõmune & con-
tra priuatũ, multo magis Priorẽ & Eccleſiam in his in
quib. inducentes conſuetudinem nõ poſſunt ſtatuere:
quo caſu certiſſimũ eſt immemoriale requiri, Aretin.
conſ. 132. n. 4. qui loquitur in vniuerſitate contra priuatã
perſonã, & eum ſecutus Tuſc. *to. 2. lit. C. concl. 796. nu. 9.*
Confirmatur rurſus, quia quoties cõſuetudo eſt contra 6
jus, & de iis quæ inducẽtes conſuetudinẽ oon poſſunt
ſtatuere, tunc non eſt cõſuetudo, & idẽ tempus requi-
ritur quod in præſcriptione, Craoet. *de antiqu. tempo. 4.*
par. § 1. n. 13. poſt multos quos refert & ſequitor Tuſc.
d. concl. 796. n. 14. At verò certũ eſt, quòd ſi præſcriptio-
ne qoæratur exẽptio oon ſoluẽdi decimas de certo ge-
oere fructuũ immemorialis requiritur *c. 1. de præſc in 6.*

Præſupponendũ quoq; eſt ad immemoriale probã- 7
dam requiri, vt teſtes depouant de 4. copulatiuè, ita
vt voius dictũ noo ſuppleatur per aliũ, & ſi in vno de-
poſitio vnius teſtis defecerit, omnioo deficiat, primò,
quòd teſtis ſiue ad minus 54. annorũ & deponant à 40.
annis de viſu: ſecundò, quòd teſtes ita ſemper viderint
& audiuerint à ſuis maioribus: tertiò, quòd nunquã vi-
derint aut audiuerint, quòd fuerit obſeruatũ cõtrariũ:
quartò, quòd depouant de fama, dicántq; cõmunem
opinionẽ fuiſſe & eſſe, quod de cõtrario viu nõ ea iſtat
memoria *ex glo. in c. 1. de præſcript. lib. 6. in ver. memoria*,
quã DD. paſſim ſequũtur, qnos refert Co[illegible] *in reg. poſ-*
ſeſſor. par. 2. § 3. nu. 7. Monet. *de decim. c. 5. n 76.* Mynſing.
obſer. centur. 1. obſeruat. 30. Gabriel *de præſcri. concl. 1. n. 74.*
& ita in Rota ſolet iudicari & diuerſis temporib. variæ
deciſiones id probantes factæ fuerunt, Capotaqu. *dec.*
71. par. 2. & in vna Iſpalen. decimarũ 6. Iunij 1580. corã
Seraphino, quæ nunc typis eſt edita in lib. Deciſionũ
d. Seraphini *dec. 469.* & io vna Pacen. 1594. corã eod. Se-
raph. quæ eſt in ſuo *lib.* 1102. & in vna Calaguritana ob-
lation. 10. Nouemb. 1588. corã d. Pãphilio, & in vna Ca-
ptiana Rectoriæ 22. Mart. 1596. corã eod. Seraphi. & in
vna Sotana iuriſdictionis 8. April. 1603. corã eod. Pam-
philio, & alia Pacen. parrochialis 1603. corã eod. Pãphi-
lio, & in vna Tulen. iuriſdictionis 22. Maij 1596. coram
eod. vbi per extenſum hæc requiſita ponũtur & repro-
batur Molina, qui tenuerat teſtes cõiungi poſſe pro ha-
bendis requiſitis necuõ in vna Iſpalen. decimarum de
Terbucena 20. Iun. 1601. corã Lãceloio, & in vna Ciui-
taten. decimarũ 4. April. 1588. corã Bubalo, & in ead. 6.
Feb. 1589. corã Mantica, & in Sabinen. juris Patronatus
26. Nouẽb. 1594. corã Litta, quas tamen 5. præ manibus
nõ habeo. Quæ adeò vera ſunt, vt teſtes deponẽtes de 8
viſu debeãt deponere per dictionẽ *& citra*, ita vt ſi co-
pulatiua *&* deſit, depoſitio corruat, & ita iudicat Rota,
vt in dictis deciſionibus, præſertim Iſpalen. coram Se-
raphino & Calaguritana coram Pamphilio, & antè ita
reſponderat Alex. *conſ. 45. num. 7. lib. 2.*

Rurſus adeò vera ſont, vt deponẽtes de fama debeãt 9
deponere per verbũ *fuit*, & *eſt*, ita vt ſi vna ex iſtis duab.
dictionibus, *fuit* vel *eſt* deſit, depoſitio corruat, & ſi nõ
ſit articulatũ de fama in corpore articulorũ, dũ fit men-
tio immemorabilis, & depooãt tantũ de fama ſuper ar-
ticulo finali quo ſolet dici, de quib. omnib. fuit, & eſt
ſcil. depoſitio nihil operetur, vt fuit dictũ in dicta Iſ-
palen. corã Seraph. & Calaguritana corã Pamphilio &
Pacen. corã Seraphino, quæ eſt 1102. *n. 4.* bis ſic præſup-
poſitis reſpondetur ad primũ fundamentum, quod o-
mniũ potiſſimũ eſt, & ex cuius veritate vel falſitate de-
ciſio huius litis videtur pendere, vt omittam varias re-
ſpõſiones, quas *in priori conſ.* dedi, *n. 43. cum multis ſeqq.*
Reſpõdeo non eſſe habendã vllã rationem, niſi primo-
rum decẽ teſtium obſtante ſtatuto Aueoionis, quo nõ
niſi decẽ teſtes ſuper vnoquoque articulo examinari
poſſunt *lib. 2. rub. 2. art. 9. & 14.* qoia ſtatutũ vtitur ver-
bis negatiuis *non recipiãtur*, quæ inducunt formã qua
non ſecuta actus nõ valet, ſecundũ Ocian. *in c. quoniam*
contrac. 2. de dilatio. n. 17. Barba. *conſ. 8. n. 8.* & in terminis
quod dictum examen teſtium ſit ipſo jure nullum,
docet Reboff. *in tract. de teſtibus to. 2. in conſti. reg. glo. 1.*
numer. 3. in fine. Vnus verò idémque articulus dicitur,

etſi plures ſint quæ ſies vnam eandémq; materiam cõ-
tinent, vt cauetur *in d. ſtatuto art.* 14. & ducet Rebuff.
in d. tract. glo. 3. at verò creditur decem primos teſtes &
plures alios ſequentes nihil probare, & his quæ poſſét
dici cõtra d. ſtatutum ne habeat locũ in caſu de quo a-
gitur, fusè ſatisfactum fuit *in priori conſ. n.* 48. *& ſeqq.* ſed
vt ſecurim ad radicem ponamus, poſito quod depoſi-
tionum omnium teſtium eſſet habenda ratio, nec ſta-
tuto vllo modo locus eſſe poſſet, reſpondetur nos nõ
credere vllum eſſe teſtem, in cuius depoſitione omnia
adſint requiſita ad immemorialem probandã, imò nec
vllũ eſſe qui de quadragenaria de viſu deponat, nec de
fama eo modo quo ſuprà dictum eſt, deponere debere,
quod an verũ ſit facile videbit Dominus Iudex, ſi per-
currat ſingulas depoſitiones, & requiſita vnicuique
applicet, & eo magis credo omnes teſtes in probatione
immemorialis deficere, quod nec articuli legitimè cõ-
cepti ſint ad immemorialem probãdam, ſed demus ci-
tra præiudicium veritatis nos verſari in terminis vetæ
conſuetudinis, in qua nec titulus, nec bona fides requi-
rantur & ſufficiant 40. anni ad eam inducẽdam, 40. in-
quam, cùm ſit contra Ius Canonicum, contendimus eã
per huiuſmod teſtes nullo modo probari, multa enim
deficiunt quæ ad eam vel inducendam vel probandam
neceſſaria ſunt.

12 Primò, quia quando conſuetudo eſt introdu-
cta ab inferiori contra legem ſuperioris, requiri-
tur ſcientia & patientia eiuſdem niſi ſit immemorialis,
Roman. *conſ.* 218. *præſens nu.* 6. *in fin. verſ. ex his* quos ſe-
quitur Tuſc. *d. lib.* 2. *concluſ.* 796. *nu.* 34. Oldrad. *conſ.* 172.
n. 3. *verſ. ad* 3. *& conſ.* 244. *n.* 7. Præciſè enim conſuetudo
inducitur ex obſeruantia 40. annorum, quando eſt con-
tra jus Caſtrenſ. *conſ.* 179. *colum.* 4. *verſ. nec obſtat lib.* 1. nec
obſtat ſi dicatur conſenſum Principis regulariter non
requiri, *ex eo. conſ.* 268. *libr.* 4. quia illud intelligendum
eſt in iis quæ poteſt populus, ſecus ſi agatur de conſue-
tudine in caſu, in quo populus non poteſt ſtatuere,
Curne. *conſ.* 188. *n.* 10. *& conſ.* 296. *n.* 5. *lib.* 4. vt doctè inter-
pretatur Tuſc *d. lib. concluſ.* 795. *nu.* 29. nam conſuetudo
eſt actus iuriſdictionis, ideò introduci non poteſt ab
eo qui caret iuriſdictione, & qui non poteſt ſtatuere,
13 nec poteſt conſuetudinem inducere, Alex. qui loqui-
tur in Communitate Maſcar. *conſ.* 175. *n.* 12. *verſ. vltra præ-
dicta lib.* 6. Crauet. *conſ.* 133.

14 Secundò, ne intrẽ in illam quæſtionem, an cõſuetu-
do debeat probari obtenta in cõtradictorio iudicio ad
hoc vt valeat, hoc certum eſt ſaltem cõtradictionẽ ex-
traiudicialem requiri & probari debere, Craue. *conſ.* 55.
n. 6. *verſ. poſtremo*, Tuſc. *d. lib.* 2. *concl.* 798. *n.* 1. & quando
15 eſt cõtra ius, vt hæc, ſaltem in iudicio debet eſſe obſer-
uata, etſi non adfuerit contradictio, Abbas *conſ.* 73. *nu.*
10. *lib.* 2. Anch. *conſ.* 178. *col. fi. verſ. non obſtat*, Tuſc. *d. cõcl.*
798. *n.* 5. *&* 6. poſt Bero. *conſ.* 162. *li.* 3. Neutrũ autẽ ex his
hoc caſu articulatũ, nec per conſequens probatũ fuit.

16 Tertiò, etſi in conſuetudine regulariter neq; bona fi-
des ex Alex. *conſ.* 6. *in prin. lib.* 1. Iaſo. *in l. de quibus nu.* 49.
ff. de legib. neq; titulus, Alex. *conſ.* 136. requirantur, tamẽ
17 quando per eam jus aufertur vni & acquiritur alteri, v-
trumque requiritur, Bellam. *conſ.* 10. *nu.* 33. *verſ.* 3. *princi-
paliter*, quia tunc conſuetudo cenſetur habere notiorẽ
præſcriptionẽ: tendit enim ad jus formatũ quærendũ
vni in alterius præiudiciũ, & ſic recedit à natura propriè
conſuetudinis, & magis accedit ad naturã præſcriptio-
18 nis: nec obſtat ſi dicatur Bellam. loqui, quando cõſue-
tudo inducitur inter particulares: nã eùm Communi-
tas aduerſus priuatum vel priuatus aduerſus Commu-
nitatẽ quid acquirit, Cõmunitas fungitur iure priuati,
Vaſq. *in ſecunda ſecunda, to.* 2. *q.* 97. *art.* [illegible] *n.* 5. poſt Couar.
Aymon. & Marien. Nullum autem ex dictis tribus re-
quiſitis in hoc caſu adeſſe credimus ex eo quod nul-
lum ex illis articulatum ſit.

Quartò cũ agatur hîc de quætẽda exẽptione, huiuſ-
modi cõſuetudo non poteſt induci nõ docto de inter- 19
pellatione ſoluendi & denegatione cum acquieſcẽtia,
Seraph. *d. dec.* 1102. *n.* 8. ſicut cũ agitur de exẽptione à ſo-
lutione collectarũ, Bald. *trac. de præſcript. in ſecund. par.
quinta par. principalis q.* 7. *n.* 4.

Quintò requiritur, vt teſtes de cõſuetudine depo nẽ-
tes ſint conteſtes, quia teſtes ſingulares non probãt cõ- 20
ſuetudinẽ, Alex. *conſ.* 173. *n.* 6. *lib.* 6. Menoc. *conſ.* 187. *n.* 57.
lib. 2. vbi quòd ſingularitas circa actus & tẽpus obſtat
ne probetur conſuetudo, & communem ac magis cõ- 21
munem dicit Podẽ. *dec.* 99. *n.* 8. Tuſc. *d. lib.* 2. *conclu.* 795.
n. 47. *&* 49.

Sextò, teſtes intereſſati quod ſit conſuetudo, 22
eam non probant, Alex. *conſ.* 136. *n.* 20. *lib.* 2. nec com-
modum ſentientes, idem Alex. *conſ.* 107. *n.* 3. *lib.* 1. & iura-
mentum in ſupplementũ non defertur, Alex. 173. *n.* 10. 23
lib. 6. Tuſc. *d. loco n.* 50. *&* 51. at verò in caſu noſtro credi-
tur teſtes omnes eſſe ſingulares, nec vllum eſſe conte-
ſtem, & omnes etiam intereſſatos vel quod crochiſeor,
vel quòd intersit oe in loco, in quo morantur, decima
de croco ſoluatur, vel quòd lis ſit inter Communitatẽ
loci, cuius ſunt, & Priorem eiuſdem. Et notandum eſt
quod teſtes Paternenſes eos nedum intereſſatos, ſed
partes litigantes eſſe, vt patet ex conſ. quod publicè rẽ-
tum fuit in d. loco inſerto, fol. 322. vbi dicitur agi in hac
lite in quo interfuerunt 356. perſonæ de eorum bonis,
quæ eſt proſequenda expenſis communibus, cùm aga-
tur de omnium intereſſe, & quod ſolicitandæ ſint Cõ-
munitates vicinæ, & ad hos fines mandatum faciunt
procuratoribus, qui in hac cauſa comparuerunt.

Septimò, teſtes debent deponere vidiſſe actus fieri, 24
ex quibus inducitur conſuetudo, & eoſdem actus fre-
quentari, & per tantum tempus quod inducatur con-
ſuetudo, alioqnin non probant, Deci. *conſ.* 483. *n.* 25. vbi
dicit cõmunẽ Tuſc. *conſ.* 794. *n.* 4. *d. lib.* & iſta tria copu- 25
latiuè debent probari, aliàs non eſſet probata conſue-
tudo, ſi vnum deficeret, Curt. *iun. conſ.* 184. *n.* 10. *& plene*
Alex. *conſ.* 173. *n.* 7. *verſ. quin imò lib.* 6. Tuſc. *d. lib.* 2. *concl.*
790. *n.* 12. Nullum verò ex teſtibus ita deponere exiſti-
mamus, imò credimus nullum de viſu credere poſiti-
uè, quòd ſcilicet viderunt crocum percipi abſque eo
quod decima de eo ſolueretur.

Octauò, teſtes reddere debent rationem conſuetu- 26
dinis etiam non interrogati, aliàs non probãt, Menoc.
conſ. 187. *n.* 57. *verſ. requiritur lib.* 2. Tuſc. *concluſ.* 795. *n.* 56.
etiamſi periti ſint, quia nihilominus debent reddere
rationem etiam non interrogati, & non probant, licet
dicant eſſe conſuetudinem, quia teſtes debẽt de facto
deponere, Decia. *conſ.* 402. *nu.* 14. vbi dicit communem,
Tuſc. *concluſ.* 799. *n.* 45. *&* 46.

Nonò, in probanda conſuetudine oportet quod te- 27
ſtes deponant vidiſſe hunc in modum obſeruari ab i-
ſtiuſmodi perſonis in tali loco per tantum temporis
ſpatium, vt omnes DD ſcripſerunt *in d. l. de quibus & in
l.* 1. *&* 2. *C. quæ ſit longa conſue.* Areti. & Fab. *in §. ex nõ ſcri-
pto inſti. de iure natu.* & poſt eos in terminis Maſcard. *cõ-
cluſ.* 424. *n.* 56. Poſtremo præciſè de viſu, Decia. *conſ.* 215. 28
n. 2. idque de quadragenaria, Maſcard. *d. concluſ. nu.* 32.
per c. fin. de conſuetu. & Bartol. & alios quos refert & ſe-
quitur. Multáque alia requiruntur ad probandam con-
ſuetudinem, de quibus Deci. *d. conſ.* 215. *n.* 2. & in quadra- 29
genaria de viſu probanda tam in immemoriali quàm
in alia non ſufficit quòd teſtis deponat ſe ſæpe vel ſæ-
pius aut etiam ſæpiſſimè vidiſſe: ne que enim huiuſ-
modi probatio eſt ſufficiens, cùm teſtes debeant depo-
nere continuato tẽpore, ſe ſemper ita vidiſſe, Alex. *cõſ.*
177.

177.*n*.8.*lib*.6. Deci.*conſ*.144.*nu*.4. & verba *ſæpe* & *ſæpiſſi-*
me non habent vim continuationis, Alba *conſ*.150.*nu*.5.
Alex.*in l.ſi*. §.*& hæc quidem n*.5. *C. de iure deliber.* Halta
conſ.410.*n*.18. & de teſte deponẽte quem feciſſe aliquid
per plures annos, quod non concludat continuationẽ,
Alba *d.conſ*.110.*nu*.5. Menoch.*conſ*.187.*n*.57. Tuſc.*d con-*
31 *cluſ*.799. His adde quod teſtes debent affirmatiuè de-
ponere, & de actibus ipſis quos viderunt: nec ſufficit
negatiuè deponere, Bombin.*conſ*.87.*n*.3. Purpurat.*conſ*.
109.*nu*.12. quemadmodum ſuprà dictum eſt in imme-
moriali *n*.36. nec probabunt ſi deponãt de auditu, Ay-
mon.*conſ*.814.*n*.15.*lib*.5. Ex quibus concluditur, ſiue di-
camus hoc caſu requiri conſuetudinem immemoria-
lem, quod verius eſt, ſiue quadragenariam tantùm,
neutram probatam cùm requiſita ad ipſas nequidem
articulata ſint, cùm enim articuli non contineant re-
32 quiſita, teſtes non probant, Seraph.*dec*.470.*n*.1.
33 Non obſtat quod ſecundo loco dicitur titulum pri-
uilegij allegatum fuiſſe, & ex probatione centenariæ
titulum cenſeri probatum, nã reſpondetur primò illud
procedere in immemoriali quæ habet iam tituli ex iu-
ſta cauſa, Seraph.*dec*.303.*n*.4. & in qua licet quemcũ-
que titulum allegare, Gabriel *de præſcrip.concl*.1. *nu*.71.
Serap.*dec*.707.*n*.3. & quatenus aliqui DD. de cẽtenaria
34 loquantur, eam pro immemoriali accipiunt, Aret. *d.*
conſ.172. vt plerũq; æquiparãtur, Serap.*d.dec*.707.*n*.2.
35 Secundò reſpondetur, quod etſi dicamus centena-
riam diuerſam eſſe ab immemoriali, & eam non facere
immemorabilem iuxta opinionem Roꝫ, vt per Serap.
dec.1141.*n*.10. tamen ſi per teſtes probetur, nõ propterea
minus requiſita ad immemorialem deſiderantur, cùm
centenaria non minoris ſit efficaciæ quã immemoria-
lis, & iſtius probatio ſit debilior, Serap. *d.dec*.1141.*n*.10.
36 Denique reſpondetur ad probandam centenariam
per teſtes neceſſarium eſſe, vt teſtes de viſu deponant
de quadragenaria, cùm in conſuetudine merè quadra-
genaria deſideretur Decia.*d.conſ*.215.*nu*.2. Maſcard.*d.*
concluſ.424.*n*.56.
37 Non obſtat, quod tertio loco dicebatur ex generali
conſuetudine in hac & vicinis prouinciis decimam nõ
ſolui de croco, quæ propterea in loco de Paternis ſe-
quẽda eſt, nam reſpondetur primò huiuſmodi cõſue-
tudinem generalem non eſſe probatam, cùm requiſita
vel ad immemorialem vel ad quadragenariam, de qui-
bus ſuprà articulata non fuerint, nec vllo modo credũ-
tur probata. etſi enim aliquæ qualitates teſtiũ, vt quod
non ſint ſingulares vel non intereſſati in conſuetudine
generali probanda non requirantur, tamen quæ formã
& modum depoſitionis reſpiciunt, vt quod deponant
de viſu de quadragenaria, in vtraque ſcilicet tam im-
memoriali quàm alia, & alia requiſita quoad imme-
morialem, de quibus *per gloſ.in ver. memoria c.1.de præ-*
ſcrip.in 6. omninò deſiderantur, neq; enim DD. quoad
hoc faciunt illam differentiam inter conſuetudinem
generalem prouinciæ vel particularẽ alicuius loci, ſed
ſimpliciter & abſolutè in quacumque cõſuetudine ſi-
ue generali, ſiue particulari dicta requiſita quoad for-
mã & modũ depoſitionis eſſe neceſſaria contendunt.
Deinde reſpondetur, quòd etſi teſtes pertinenter de-
poſuiſſent, tamen eorum depoſitiones de falſo con-
uincerentur, quia ex teſtibus pro parte d. Collegij e-
xaminatis patet quod in loco de Flaſſano ſoluitur de-
cima de croco. Habemus etiã præ manibus ſententiam
ex qua apparet in territorio de Lauriol ſolui decimam
de croco: conſtat etiam ex depoſitionibus teſtium ex
aduerſo examinatorum in quibuſdam locis Comita-
tus litem eſſe inter Priorem & Communitatem ſuper
ſolutione decimæ de croco, vt in loco Maſani, de quo
deponunt teſtes 46. & 47. & in ciuitate Carpen. vt de-
ponunt teſtes 18. & 22. Habemus etiam præ manibus
atteſtationem ſuper litibus quæ pendent ratione ſolu-
tionis decimæ croci in d. ciuitate Carpen. locis Catõbl
S. Deſiderij Auelletonis, & de Mõtiliis: nec non depo-
ſitiones teſtium in vim monitorij & actum notorieta-
tis ſuper ſolutione decimæ de croco in d. loco Flaſſani,
quæ omnia vel producentur, vel petetur, vt iudex tan-
quam ſuper notorio ſe informet iuxta cedulam in a-
ctis productam ante decretum de portando.
Non obſtat 4^m. ex trãſactione de ann. 1252. deductũ, 38
neq; enim potuit fieri mentio de decima croci, cùm de
eo tẽpore nullum plãtaretur, nec ducentis & quinqua-
ginta, & vltrà annis poſtea plantatũ fuit, vt facilè ex de-
poſitionib. teſtium etiam ex parte aduerſa examina-
torũ cognoſci poteſt. Præterea tractatur ſolũ de deci-
mis earũ rerũ de quib. erat cõtrouerſia: nã & aderãt ali-
quæ aliæ res de quib. etiã tunc tẽporis ſoluebatur deci-
ma, vt erat & eſt fænum in aliqua parte territorij, de
quibus nulla mẽtio, quod de illis nõ erat cõtrouerſia.
Non obſtat 5^m. ductũ ex atteſtatione eorũ quæ in co-
mitiis Comitatus de ann. 1594. tentis facta fuerãt, neq; 39
enim aſſeritur conſuetudinẽ eſſe, vt de croco nõ ſolua-
tur decima: nã ſi huiuſmodi illatio, ſcil. talem eſſe con-
ſuetudinẽ, fieret de croco, fieret & quoq; de fæno & o-
liuis, de quib. perinde ac de croco fit mentio; at hoc eſt
falſum; in pleriſq; enim locis Comitatus & nominatim
in loco Paternarũ ſoluitur decima de oliuis & fæno in
certa parte territorij, vt notorium eſt, & ex actis, & no-
minatim ex depoſitionib. teſtium pro parte aduerſa e-
xaminatorũ creditur apparere. Probatur igitur quod
caſu quo in aliquib. locis ea eſſet cõſuetudo, vt nõ ſol-
ueretur decima de fæno, oliuis & croco, vt ſolueretur
de prædiis in quib. antea fructus decimab les percipie-
bantur, ſed bon. memo. Card. Aquauiua, qui dictis co-
mitiis præſidebat, nihil de nouo ſtatuere voluit, ſed
ſimpliciter vt ſolitum ſeruaretur ordinauit: ex quo ni-
hil poteſt inferri, an quid ſoluũ ſit necne, ſed aliunde
quærẽdum eſt, ideóq; eſt illud ipſum quod eſt in quæ-
ſtione, an ſcilicet adſit conſuetudo legitimè inducta,
vt in loco de Paternis de croco non ſoluant decima,
conſuetudo, inquã, abutendo nomine conſuetudinis,
nam ſi aliqua exemptio eſſet quæſita, non per conſue-
tudinem, ſed præſcriptionem id factum fuiſſet.
Non obſtante etiam ea quæ contra fundamenta dicti
Collegij opponuntur, ac primò quidẽ dum nituntur e- 40
uertere depoſitiones teſtiũ pro parte Collegij exami-
natorum, ex eo quod teſtes pro parte Cõmunitatis e-
xaminati plures ſint numero, ſcil. 69. Nã cùm teſtes Cõ-
munitatis nihil legitimè depoſuerint, & omnia defi-
ciant quę requiruntur, ne dũ ad immemorialẽ, ſed etiã
ad aliã conſuetudinẽ probandã eorum non eſt haben-
da ratio. Deinde cùm depoſitiones vltra decẽ nullius
ſint momẽti, ex vi ſtatuti Auenionẽſ. vt ſuprà dictũ fuit,
ſequitur pluralitatem teſtium non poſſe opponi. Adde
quod, vt certò creditur, in nulla depoſitione adeſſe re-
quiſita ad huiuſmodi conſuetudinẽ probandã id ma-
ximè creditur, ne dum in decẽ primis, ſed & in ſequẽ-
tib. quouſq; oppoſitio parte procuratoris d. Collegij
fuit facta. Adde quod omnes dd. teſtes ſunt intereſſati.
Sed vtcumq; ſit, certò creditur ex depoſitionib. te-
ſtium pro parte Collegij examinatorum, necnon pro
parte d. Cõmunitatis, quod ſufficit, conſtare de initio,
quo crocũ cœpit ſeminari, pręſertim ex 17.19.24.36.45.
47. quo ſtante certiſſimũ eſt in iure immemorialem, nõ
probari, probatio enim ſuper immemorabili corruit 41
quotieſcũque de principio conſtare poſſit, quia quo-
cumque pacto adſit memoria initij, non poteſt dici rẽ
ab immemorabili ſic eſſe Caſtren. *conſ*.432.*ſub.n*.2.*lib*.
2. Aim.*de antiq.tempo par*.4.§.*abſolutus ſub.nu*.60. & Co-

narra. *in reg. poſſeſſor part. 2. §. numer. 4. verſ. ex quibus late* Molin. *de primog. Hiſpan. lib. 2. c. 6. nu. 60. & 64. cum ſequent.* & fuit dictum coram bo. memo. Illuſtriſſimo Pamphilio in vna Tullen. Iuriſdictionis 12. Martij 1599. in Burgen. Quindeniorum 8. Martij 1599. coram bonæ memoriæ Litta, & in eadem 14. Iunij 1599. coram Illuſtriſſimo Mellino, & in vna Burgen. 25. Maij 1601. coram bonę memo Illuſtriſſimo Seraphino, & licet deponerent à centum ducentis & vltra annis crocum plantatum, huiuſmodi tamen depoſitiones non ſuffragarentur, cùm immemorabilis ſolùm intret vbi non conſtat de initio, Cardin. Seraphin. *deciſ. 454. nu. 1.* Et fuit dictum in Placentina decimarum 29. Maij 1587. coram bo. mem. Otauo, & in Comment. Decimarum 10. Aprilis 1595. coram Illuſtriſſimo Cardin. Melloia ſequendo opinionem Ioannis Andreæ *in c. 1. de præſcript. lib. 6. in fine.*

Quoad ſecundum obiectum contra depoſitiones teſtium, reſpondetur eos non eſſe criminoſos aut de criminibus condemnatos, ex quibus eorum depoſitiones ſtandum non ſit, ſunt enim leuiſſima delicta, præſertim ex immiſſione animalium in terras cultas & ſimilibus de quibus in aſſiſiis ad leuiſſimas pecuniarias pœnas condemnantur, ratione quorum nullā irrogari infamiam notorium eſt, nec pauperes, vt præſupponitur, & ex actis & ex aduerſo productis conſtat, & vtcumque ſit in materia decimarum & in fauorem earumdem, omnes teſtes admittuntur & fidem faciunt etiam infames, vt per Farinac. *de teſt. lib. q. 56. nu. 1. & ſeqq.*

43 Et quoad tertium idque poſtremum obiectū quod proponitur contra depoſitiones teſtium d. Collegij, quod ſcilicet per acta probetur, iam inde ab anno 1511. crocum ſolitum ſeminari, non reſpondere teſtes deponere de territorio de Paternis, dicta verò acta ſolùm reſpicere territorium de Mometaneis, præterea etiam in dicto territorio fuiſſe in parua quantitate, & vtcumque ſit, nō probari ab immemorabili tempore, ſed nec à 100. annis, cùm lis cœpta fuerit anno 1591. inſtante D. Paulo Sadoleto tunc Priore de Paternis, vt & proceſſuris iunctis proceſſui fol. 1. & reſumpta per Collegiū anno 1603. & 7. Septemb. fol. 2. proceſſus principalis.

Nec nocent quæ proponuntur contra duos teſtes
44 parte Collegij examinatos deponentes de decima quæ ſoluitur de croco, quod in territorio Flaſſani plantatur, ſiue enim de paupertate agatur, ſiue de infamia, quæ tenera nulla eſt, ea non ſunt talia quæ depoſitionem ipſorum eneruent, vt ex lectura actorum ad eum finem productorum appatet. Et prętetea illud eſt adeò notorium, quod ſcilicet decima ſoluitur de croco in territorio Flaſſani, vt alia probatione non indigeat, de quo etiam Illuſtris Dominus Auditor ſi aliquem ſcrupulum habeat, poteſt ſe ex officio informare, & actum notorietatis nec non reuelationem ſuper eo habemus, vt ſuprà dictum fuit.

45 Cùm autem aduerſarij demonſtrare conantur non eſſe verum quod pro parte Collegij deductum fuit ſi decima de croco non ſolueretur, deteriorem fieri Prioratus conditionem, reditúſque illius minores futuros, præſertim quod planteret in pleriſque prædiis in quibus antea frumentum ſeminabatur, nihil faciunt: nam cùm primum contrariū oſtendere conātur ex eo quod plantatur in pleriſque terris eremis in quibus poſtea ſeminatur frumentum, idémque aſſerunt de quibuſdam pratis in parte territorij ſitis, in qua de fæno non ſoluitur decima: reſpondetur quod quatenus hoc aliquando, tatò tamen verum fuerit, hoc fieri ratione magnæ quantitatis fimi qui ſolet poni, vt ipſimet fatētur, & creditur ex depoſitionibus teſtium probari, quo fimo priuantur prædia, in quibus frumentum ſolet ſeminari, quod lubenter faciunt propter maximum lucrum quod ex croco faciunt, vt creditur etiam per teſtes dd. Paternenſium probatum, præſertim 33. 58. & 60. ita vt cum magno damno Prioris in dictis terris eremis & pratis poſtea ſeminetur frumentum, etſi quod lucrū inde Prior percipiat, eſt cum maximo eiuſdem dāno, & è contrario Paternenſes, damno quidē aliquo afficiūtur ex priuatione fimi in prædiis cultis, ſed id cum maximo lucro quod ex croco percipiunt compenſatur. Adde quod crocum plantetur in pleriſque locis cultis, in quibus antea frumentum ſeminabatur, ex quo magnum damnum ſentit Prior, & quomodocumque ſit, ſiue damnum adſit, ſiue commodum ſemper de iure debet ſolui decima.

Et cùm poſtremo loco demonſtrare prætendunt nullum damnum ex plantatione croci ex non ſolutione decimæ eiuſdem Collegium ſentire, ex arrendamētis quæ ab anno 1582. vſque in præſens facta fuerunt, quod ſcilicet de d. anno 1582. arrendaretur ſolum 640. ſcutis ſempérque creuerit, adeo vt iam arrendetur 800. ſcutis, & 5. chargiis olei: reſpondetur ex eorum productis de contrario apparere, nam produxerunt arrendamentum de anno 1569. inſertum in fol. 512. quo arrēdatus fuit Prioratus ad 820. ſcuta, & propter magnam quantitatem croci, quæ cæpit fieri in prædiis cultis, reditus fuerunt adeò diminuti, vt dicto anno 1582. non niſi 640. ſcutis arrendarentur, cùm è contrario debuiſſent augeri: notorium enim eſt omnia arrendamenta aucta quotannis fuiſſe ab eo tempore vſque in præſens. vnde factum fuit, vt à dicto anno 1582. creuerint: & niſi plantatio croci obfuiſſet à dicto anno 1569. longè plus creuiſſent, & ex proportione & collatione arrendamenti de dicto anno 1569. cum poſtremo arrendamento patet manifeſtè dictam plantationem croci impedimento fuiſſe quo minus creuerit arrendamentum d. Prioratus ad exemplar aliorum Prioratuum & bonorum temporalium.

Illud poſtremo loco animaduertendum eſt, quod 46
quamuis conſuetudo eſſet legitimè inducta, ne de croco ſolueretur decima, quoad tamen crocum quod plantatur in prædiis in quibus fructus decimabiles ſolerent ſeminari & percipi non obſtante dicta conſuetudine, decima de croco in dictis prædiis excreſcente ſolui deberet, vt ſæpius in Rota deciſum fuit, præſertim in vna Sabinen. decimarum 15. Decemb. 1582. coram Aldobrandino & Ciuitatenſi decimarum, 6. Februarij 1589. coram Illuſtriſſimo Mantica, & Ciuitatenſi decimarum 18. Maij 1596. coram Gipteo, & Paſſenſi decimar. 13. Iulij 1601. coram Cochino, & Sabinen decimar. 8. Februarij 1602. coram Pamphilio, & Conchenſi decimar. 5. Decemb. 1612. coram Piroano, & in ead. coram eodem Piroano 10. Maij 1613. & in ead. coram eod. 8. Nouemb. 1613.

ARGVMENTVM.

AN ad exemptionem decimarum de certo genere fructuum in totum acquirendam requiratur immemorabilis vel quadragenaria cum titulo ad exemplar præſcriptionis, de qua *in c. 1. de præſcrip. in 6.* an verò ſufficiat quadragenaria ſine titulo & bona fide, ſicut regulariter vera conſuetudo contra ius ſolet ita induci.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Immemorabilis vel quadragenaria cum titulo requiritur ad acquirendam in totum exemptionem de certo genere fructuum.*
2 *Immemorabilis habet vim tituli & priuilegij etiam contra habentem intentionem fundatam de iure.*
3 *Eſſentialis differentia inter conſuetudinem & præſcriptionem eſt, quod per præſcriptionem ius auferturab vno & acquiritur alteri, per conſuetudinem verò minimè.*
4 *Idque ſiue Communitas contra priuatum, ſiue priuatus contra Communitatem, ſiue Communitas contra Communitatem, quia tunc Communitas fungitur iure priuati.*
5 *Vt Communitas eximatur à ſolutione decimarum, præſcriptio eſt non conſuetudo.*
6 *Poſito quod eſſet conſuetudo, debet eſſe immemorabilis, idque certiſſimè tribus concurrentibus, ſcilicet quod populus non habeat autoritatem legis condendæ, quod ſit contra ius, & quod ius vni auferatur.*
7 *Immemorabilis requiritur vt beneficiati alterius oppidi poſſint vigore conſuetudinis participare de decimis quando eccleſia habet rectorem cum cura animarum.*
8 *Curatus habet intentionem fundatam de iure in decimis.*
9 *Non valet argumentum à quota ad totalem exemptionem de certo genere fructuum.*

CONSILIVM XLVIII.

PVNCTVS quæſtionis verſatur in
hoc, an ad exemptionem decimarũ
de certo genere fructuum in totam
acquirendam requiratur conſuetu-
do immemorabilis, vel quadragena-
ria cum titulo ad exemplar præſcri-
ptionis, de qua *in c.1. de præſcription.*
in 6. An verò ſufficiat quadragenaria ſine titulo & bo-
na fide, ſicut regulariter vera conſuetudo contra ius
1 ſolet ita induci. Et affirmatiuam immemorialem ſcili-
cet requiri vel quadragenariam cum titulo in puncto
quæſtionis paſſim Doctores amplectuntur, vt Socin.
conſ.97. lib.2. Caſtrenſ. *conſ.17. in fi. lib.2.* Fulgoſ. *conſ.166.*
Anchara. *in c. ad Apoſtolicam num.4. extra de decim.* Ber-
trand. *conſ.84. num.2. lib.7.* Ioſephus Ludouic. Beruſ. *dec.*
106. n.35. Gilken. *de vſuc. & præſc. par.1. c.6. per tot.* præ-
ſertim *n.183. & 184. cum ſeqq.* Balbus expreſſius *in tract.*
de præſcript. 5. par. principia q.6. Ruin. *conſ.142. n.12. 15. 20.*
26. 27. ſimul iunctis, vbi reſpondet quidem contra lai-
cum qui habet ius decimarum ante Lateranenſe Cõ-
cilium, vt ſufficiat quadragenaria ſine titulo, ſed ſi a-
geretur contra Eccleſiam ipſam, contrarium aſſe-
rendum eſſe docet. Pariſ. *conſil. 25. lib. 4.* ſcribens in
eodem facto quo Ruin. Rebuff. *in tract. de decim.*
quæſtion. 13. numer. 41. & 53. circa finem. Aufrer. ad
Capell. Tholoſ. *quæſtion. 109. & in ſtilo Parlamen-*
tor. arreſt. 62. Boerius *in conſuetud.* Bitoriceoſ. *titul. des*
couſtu. pradi. §.12. Chopin. *de ſacra Polit. tit.4. n.4. in fin.*
Cancer. *c.23. de decim. num.10.* Anthonius Fabric. Bley-
nian. *in introduct. in Theor. & prax. benefic. tit. de decim.*
n.24. in gloſ. fol. mihi 53. Didac. Perez *in l.1. tit.5. lib.1. or-*
dination. viter. col. 203. verſ. non ſoluendi. Bellon. *conſ.55.*
Author Syntagmat. *com. opin. tit. de decim. c.1.* Suares *tit.*
de legibus 7. c.1. nu.9. & ſeqq. Azor. *Inſtitut. moral. lib.7. c.*
37. fol.109 col.1. in fi. in his verbis, nunquam ſoluiſſe.

Et ſecundùm hanc opinionem ſæpiſſimè ita iudi-
catum fuiſſe, etiam vbi de decima croci ageretur, refe-
runt Aufrer. Boer. Rebuff. & Chopin. in locis ſuprà ci-
tatis, & in quocumque genere fructuum ita iudicari
ſolitum in Hiſpania refert Cancer. *d. c.23. n.10.* Et cùm
aliqui ex his vt Ancharan. ſimpliciter aiunt non poſſe
induci conſuetudinem, non concludunt immemora-
bilem, quia habet vim tituli & priuilegij, *l. hoc iure §.* 2
ductus aquam, ff. de aqua quotidiana & æſtiua, *capus a-*
quen. dec.395. par.3. etiam contra habentem intentionẽ
fundatam de Iure, Caſtrenſ. *conſ.423. n.3. verſ.2. dubium*
lib.2. Tob. Noni. *conſ.83. n.5.* Rebuff. *d. tract. de decim. qu.*
13. n.53. Vaſquius *controuerſia. illuſtr. lib.2. c.58. num.40.* &
fuit dictũ in cauſa Ciuitaten. decimarum 15. Decemb.
ann.1594. & 17. Maij 1595. coram Giprio, vt refert Farina.
dec.303. n.3. lib.2. Reſponſor.

Hancque etiam ſententiam Rotam Romanam am-
plecti ſolitam euincitur *ex dec.471. lib.3. diuerſor. & d.*
dec.303. apud Farina. *2. lib. Reſponſor.* nam cùm quærere-
tur, an remiſſoria eſſet danda pro probatione conſue-
tudinis non ſoluẽdi decimas de certo genere fructuũ,
& an probaretur releuantia, dictum fuit probari, quia
articulabatur immemorabilis conſuetudo non ſoluẽ-
di decimas, quæ ſuffragatur, & habetur pro releuante
ad hoc effectum, verba ſunt *d. dec.303.* quæ ſe refert *ad*
d. dec.471. in qua agebatur de decima olei per Fratres
Celeſtinos contra inſulanos huius Patriæ, in qua etiam
articulata fuerat immemorabilis. Ex quo ſequitur qua-
dragenariam non ſuffeciſſe, nec releuantiam adfuiſſe,
niſi immemorabilis deducta fuiſſet, ideóque *in ſumma-*
rio d. dec.471. necnon in indice generali dicitur, quod de-
cimarum ſolutionem abnegans ex immemorabili cõ-
ſuetudine, eam probare tenetur. Cuius ſententiæ ea
potiſſimum ratio eſt, quia huiuſmodi conſuetudo non
eſt vera conſuetudo, & abuſiuè & impropriè ita no-
minatur, ſed eſt verè præſcriptio. Ea enim eſt vera & 3
eſſentialis differentia inter conſuetudinem & præſcri-
ptionem, quod per præſcriptionem ius aufertur ab v-
no & acquiritur alteri, per conſuetudinem verò mini-
mè, Abbas *in c. fin. de conſuetud.* Crauet. *de antiquit. tem-*
por. par.4. in princ. n.21. Pute. *dec.387. lib.2. & dec.252. lib.*
3. Seraphin. *dec.410. nu.1.* idque ſiue Communitas con- 4
tra priuatum, ſiue priuatus contra Communitatem, ſi-
ue Communitas contra Communitatem, quia tunc
Communitas fungitur vice priuati, vt ſi de iure paſcen-
di ageretur, jus aliquod acquiſierint, Couar. *in c. poſſeſ-*
ſor malæ fidei 2. par. §.3. n.2. Ioannes Manzien. *in l.1. gloſſ.*
6. nu.3. tit.7. lib.5. compilation. Crauet. *de antiquit. tempor.*
4. par. in princ. n.28. Vaſques *in ſecundã ſecundæ to.2. q.97.*
art.3. c.1. n.5. & 7. ideóque cùm duarum Ciuitatum paſ-
cua promiſcuo vſu ſunt communia, potius eſſe præ-
ſcriptionem quàm conſuetudinem contẽdit Vaſques
d. nu.7. quia vt inquit, tunc vni ciuitati acquiritur jus
paſcendi, in alterius pratis, & alteri aufertur proprie-
tas eorum pratorum, & in terminis cùm Communitas
eximitur à ſolutione decimarum, eſſe præſcriptionem 5
& non conſuetudinem docet Vaſq. *d. loco nu.10.* & ſen-
tiunt Bellon. *d. conſ.55.* & author Syntagmatis *d. lib.1. tit.*
de decim.

Et ex eo quod Communitas tunc fungitur vice pri-
uati & certitudo perſonarũ ex parte vtriuſque, Com-
munitas enim eſt certa, Prior quoque contra quem ac-
quiritur exemptio à decimis.

Et poſito iam, quòd eſſet conſuetudo, & verſare- 6
mur in terminis conſuetudinis, non propterea minus
deberet eſſe immemorabilis, idque certiſſimè tribus
concurrentibus: ſcilicet quod populus non habeat au-
thoritatem legis condendæ, ſecundò quòd ſit contra
jus, tertiò quòd jus vni auferatur, Aretio. *conſ.131. n.4.*
qui loquitur in vniuerſitate contra priuatum, Crauet.
d. tract. 4. par. §.1. n.13. cum ſeqq. poſt multos, quos refert
& ſequitur, nam tunc, vt eruditè docet idem Crauet.
Conſuetudo, inquit, induit naturam præſcriptionis, &
in ea requiruntur ea ipſa quæ in præſcriptione requi-
rerentur. Quæ tria hic concurrunt: neque enim popu-

Ius Paterneuſis vel etiam Comitatenſis habet facultatem legis condendæ: & eſt contra jus, quo de omnibus fructibus, & nominatim de croco debetur decima, Aufret. *ad Capell Tholoſ. d. qu. 109. & 433.* Boer. *in conſuetud. Bituricenſ. d. tit. des couſtumes, prædial. §. 12.* Rebuff. *d. tract. de decim. q. 8. n. 3. & 8. & q. 13. nu. 41.* Borrel. *conſultatione 20. nu. 9.* & pèt eam auferrot jus Priori competeus.

7 Confirmatur hæc ea eo quòd vt Beneficiati alterius oppidi vigore conſuetudinis poſſint participare de decimis quando Eccleſia habet Rectorem penes quem reſidet cura animarum, requiritur immemorabilis, vt fuit iudicatum in vna Toletana 22. Iunij 1570. coram
8 Bubalo cùm jus reſiſtat: nam Curatus habet intentionem fundatam de jure in decimis, *can. ſtatuimus 16. q. 1. c. à nobis, c. cùm in tua, c. cùm contingat de decimis*, referẽte Anthonio Genuen. in praxi Archiepiſcopi *c. 48. n. 7. & 8.* multò magis requiritur immemorabilis, vt laici ab iis in certo genere fructuum eximantur.

Non obſtat Couar. *d. c. 17. verſ. 10. qui neque communem allegat*, & ſoluit Pariſ. *in conſ. 25. n. 6. & 27. lib. 4.* 0 authoritate nititur, nam manifeſtè fallitur & refellitur ea ſcipſo ex his ſc. licet quæ dixit *in d. c. poſſeſſor 2. part. §. 3. n. 2.* vbi cùm jus aufertur vni & acquiritur alteri, etſi id ſit in fauorem Communitatis vel contra eam, dicit eſſe præſcriptionem non conſuetudinem: cùm verò id adſit hoc caſu quo agitur de auferẽdo jure decimæ Priori, & acquirenda exemptione Communitati, ſequitur eſſe præſcriptionem & non conſuetudinem. At verò *in d. c. 17. nu. 8. verſ. 10.* fatetur quòd ſi ageretur de præſcriptione, ea deberet eſſe immemorabilis, & verum eſt *ex c. 1. de præſcript. in 6.* Pariſ. quoque per tranſennam id dicit rem non expendens, accipiens conſuetudinem pro præſcriptione, & ſequens naturã veræ cõſuetudinis, quæ non eſt in caſo de quo quæritur, & deinde cõtrarium reſpondet *d. conſ.* Et vtcùmque ſit contra eas & forſan quoſdam alios qui eandem ſententiam negatiuam amplectuntur, communis eſt in contrarium, vt ex DD. ſuprà allegatis patet, & cùm Rota Romana affirmatiuam teneat, non eſt amplius in hoc inſiſtendum.

Non obſtat, etiam ſi dicatur ad conſuetudinem inducendam circa quotam decimæ ſufficere 40. annos *vt dec. 1102. per Balb. de præſcript. par. 2. 5. par. princ. q. 7.* nam præſuppoſito eam opinionem eſſe veram, neque enim opus eſt de eius veritate nunc diſquirere, reſpondetur non eſſe ducendum argumentum à quota ad totalem exemptionem de certo genere fructuum, à DD. enim ſi caſus ſeparantur, & ipſemet Couar. ſeparat *d. num. 8. verſ. 6. & verſ. 7.* quota enim eſt cùm agitur de reducenda decima ad vigeſimam aliámve portionem, vt ipſe Couar. allegando Guidon. *dec. 284.* vbi de quota loquitur, explicat *d. verſ. 6.* in alio verò caſu agitur de totali exemptione à certo genere fructuum, vt ipſe etiam explicat *d. verſ. 7.* allegando Caſtrenſ. *d. conſ. 17. lib. 2.* qui tamen in fine ſatis demonſtrat en caſu requiri immemorabilem, cùm ait debuiſſe probari quod de fœno nunquam conſueuerit ſolui decima, ratio differentiæ hæc eſt ex Rebuff. *d. tract. de decim. q. 13. nu. 40. & 41.* iuncto cum *n. 46.* quia quòd nulla ſoluatur decima de certo genere fructuum eſt contra jus naturæ, quia de omnibus fructibus debet ſolui in recognitionem Dei, at verò conſuetudo non ſoluendi integrè decimam non eſt contra jus naturæ aut diuinum, quia ſoluendo aliquid pro decima impletur Dei præceptum de ſoluendo, & recognoſcitur ac honoratur Deus ex ſubſtantia poſt Innocent. Panormit. & alios *in c. in aliquibus de decim.* & Rebuff *in d.* ratione diuerſitatis intellexiſſe de certo genere fructuum, conſtat ex his quæ de croco tradit *nu. 41.* & in terminis quod alia habeatur ratio conſuetudinis circa quotam & illius quæ eſt circa certum genus fructuum, vt illa quidem admittatur, hæc verò non, docet Cancer. *d. tit. 23. n. 10. & 11.*

Non obſtat poſtremò dec. corã N. manuſcripta, ea enim loquitur tantùm cùm agitur de minutis, in quibus facilius conſuetudo admittitur, vt ipſemet Rebuf. noſtræ ſententiæ, magnus aſſertor docet *d. q. 13. num. 51.* tum quòd, vt inquit, de minimis non curat prætor, *l. ſcio ff. de in integr. reſtitut.* tum quòd non congruit honeſtati miniſtrorum Dei de huiuſcemodi minutis perquirere, vt ſcribit B. Tho. *in ſecunda ſecundæ qu. 87. art. 2. c. 3. in fin.* vt refert Aſten. *in rub. de dec. art. 4. in fin.* & propterea non valet argumentum, de decimis minutis ad groſſas, nec in eis militat tanta ratio, Mareſc. *var. reſol. lib. 2. c. 95. n. 18.* poſt Turrecremat. *in c. reuertimini num. 11. verſ. ad 6. 16. q. 1.* Ex quibus concluditur, cùm agitur de conſuetudine inducenda, ex qua quis eximitur à ſolutione decimarum de certo genere fructuum, eam debere eſſe immemorabilem vel quadragenariam cum titulo.

ARGVMENTVM.

An immemorabilis probata ſit in caſu de quo agitur.

SVMMARIVM.

1 *Ex eo quod quis dicit ſe nunquam vidiſſe vel audiuiſſe quid fieri non ſequitur non fuiſſe factum.*
2 *Vt conſuetudo negatiua probetur, oportet vt teſtes deponant actus ſemper fuiſſe factos.*
3 *Affirmatiua vt probetur, teſtes deponere debent continuato tempore ſe ſemper ita vidiſſe.*
4 *Debent etiam deponere de viſu à 40. annis & citra.*
5 *Verba negatiua inducunt formam, qua non ſeruata actus non valet.*
6 *Vnus & idem articulus dicitur etſi ſint plures quoties vnam & eandem materiam continent.*
7 *Teſtes producti & examinati non obſtante oppoſitione de ſtatuto ne indicium quidem faciunt.*
8 *Teſtes intereſſati non probant.*
9 *Vnus non ſupplet alterum etiamſi intereſſe veniat tantùm in conſequentiam.*
10 *Falſus teſtis in vno ex ſubſtantialibus eſt in omnibus falſus.*
11 *Vnus vel alter teſtis plenè probat contra producentem.*
12 *Immemorabilis non probatur quoties conſtat de initio.*
13 *Decima debetur de fructibus de quibus non ſolet ſolui quando ſeminantur in terris in quibus ſeminabantur fructus decimabiles.*

CONSILIVM XLIX.

PRÆSVPPOSITO ad acquirendam exemptionem ſoluendi decimam de certo genere fructuũ in totum conſuetudinem immemorabilem requiri *ex dec. 471. lib. 3. diuerſor. & dec. 303.* apud Farinac. *lib. 2. reſponſor*, vt fusè docui dum de hac quæſtione ſcripſi his proximè elapſis diebus.

Præſup-

Præſuppoſito etiam quòd ad probandam immemorabilem, teſtes debent de 4. deponere: ſcilicet quod dicti teſtes ætatis ad minus 54. annorum, deponant de 40. annis & citra de viſu. Secundò, quòd ita ſemper viderint & audiuerint à Majoribus ſuis. Tertiò, quòd nunquam viderint aut audiuerint quòd fuerit obſeruatum contrarium. Poſtremò, quòd deponãt de fama, dicántque communem opinionem fuiſſe & eſſe quod de contrario vſu non exiſtat memoria, *ex gloſ. in c.1. in verb. memoria, de præſcript. in 6.* quam DD. paſſim ſequuntur, quos refert Couar. *in regn. poſſeſſor. part. 2. §. 3. n. 7.* Natta *conſ. 154. n. 5. & 6.* Mynſinger. *obſeruat. centur. 1. obſeruation. 30.* Gabriel *de præſcript. concluſ. 1. n. 74.* & nouiſſimè Mareſcot. *variar. reſolut. lib. 2. c. 100. n. 9. & 10.* & ſecundùm quam Rota ſolet iudicare, Caputaquenſ. *dec. 71. par. 2.* Seraphin. *dec. 454. & dec. 1102.* Farinac. *dec. 276. n. 5. & dec. 369.* per totum *lib. 2. reſponſor. & in varijs manuſcriptis* & quos refert Mareſcot. *d. c. 100. n. 10.* & de quibus 4. vnuſquiſque teſtis copulatiuè debet deponere, vt fuit dictum in vna Tulenſi Iuriſdictionis 22. Maij 1596. coram Pamphilio manuſcripta, vbi per extenſum hæc requiſita ponuntur & reprobantur, Molina, qui tenuerat teſtes coniungi poſſe pro habendis requiſitis & *d. dec. 369.* apud Farin. *lib. 2. reſponſ.* & in vna Iſpalen. decimarum de 20. Maij 1594. coram Card. Mãtica, & refert Mareſcot. *d. nu. 10. verſ. & quilibet teſtis* à 40 inquam annis, de viſu cum his verbis *& citra* ita vt ſi copulatiua *&* deſit, depoſitio corruat, Seraph. *d. dec. 469. & dec. 1102. num. 3. & in alijs deciſionibus relatis per* Mareſcot. *d. c. 10. n. 12. & 13.* & ante ita reſponderat Alex. *conſ. 45. n. 7. lib. 2.* Rurſus de fama, per verbum *fuit & eſt*, Seraph. *d. dec. 469.* & multis alijs manuſcriptis: nec ſufficit, quòd de ea ſuper articulo finali deponant, ſed debet deponi de ea dum de immemorabili articulatur, Seraph. *d. dec. 1102. nu. 4.* His, inquam, præſuppoſitis in lite exemptionis decimarum de croco inter R. P. Rectorem Collegij Societatis Ieſu Auenionenſ. & Communitatem & incolas loci Paternarum Comitatus Venaiſcini, quæritur an pro parte Paternenſium immemorabilis fuerit legitimè probata.

Dubium facit, qui Paternenſes exiſtimant ſe probaſſe negatiuam ex eo quod plerique teſtes deponunt ſe nunquam audiuiſſe, & forſan aliqui adiungunt nec vidiſſe quod decima de croco fuerit ſoluta: affirmatiuam verò, ex eo quod plerique ex teſtibus deponunt ſe ab omni tempore vidiſſe, & aliqui forſan adiungũt audiuiſſe à majoribus crocum in territorio de Paternis ſeminatum: non eſſe autem opus vt depoſuerint de viſu à 40. annis & citra poſtquam Prior in articulis aſſerit decimam de croco ſibi non fuiſſe ſolutam, eámque propterea petit: de fama quoque non fuiſſe neceſſarium vt deponerent ex contentis in dictis articulis & depoſitione.

1 Sed ad hæc reſpondetur nullum ex requiſitis videri interueniſſe: & quidem quoad negatiuam, quia dicere quod nunquam audiuerunt vel viderunt contrarium fieri, non ſequitur non fuiſſe factum: potuerunt enim nec audiuiſſe nec vidiſſe, & tamen fuiſſe factum, Bertrand. *conſ. 187. nu. 1. & 2. lib. 6.* & vt huiuſmodi negatiua conſuetudo legitimè probetur, non ſufficit quòd teſtes dicant ſe non vidiſſe, ſed debent ita coarctare negatiuam vt concludat Bartol. *in l. 1. §. hoc interdicto ff. de itinere actúque priua.* maximè non docto de interpellatione ſoluẽdi, & denegatione cum acquieſcentia Prioris *iuxta not. in l. 1. Cod. de ſeruitutibus & aqua*, vt docet Seraphin. & hæc ſunt ipſius verba *d. dec. 1102. n. 8.* ſicut cùm agitur de exemptio. à ſolutione collectarũ, Balb. *tract. de præſcript. in ſecundam partem dict. quinta partis*
2 *princ. q. 7. n. 4.* & in terminis quod vt conſuetudo negatiua probetur, opus ſit vt teſtes exprimant, quòd actus fuerint facti ſemper propter contradictionem alterius partis repugnantis docet Mareſcot. *d. c. 100. num. 6.* poſt Franc. & Abbatem necnon Cottam *dec. 393.* depoſitio quoque circa affirmatiuam non concludit, neque enim ſequitur, fuit ſeminatum crocum, ergo ſeminatio fuit continuata ab eo tempore de quo deponũt vſque ad litem abſque eo quòd decima fuerit ſoluta, adeò vt quamuis deponant à 60. annis nedum audiuiſſe, ſed vidiſſe non probarẽt *dec. 344.* apud Farina. *lib. 2. reſponſ.* nec teſtes in quacumque præſcriptione vel conſuetudine declarantes ſe ſæpe, ſæpius aut ſæpiſſimè vidiſſe, legitimè probant affirmatiuam: neque enim huiuſmodi probatio eſt ſufficiens, cùm teſtes debeant depone- 3
re continuato tempore ſe ſemper ita vidiſſe, Alex. *conſ. 177. n. 8. lib. 6. dec. conſ. 144. n. 4.* & verba *ſæpe & ſæpiſſima* non habent vim continuationis, Alba. *conſ. 150. nu. 5.* Alea. *in l. fin. §. & hæc quidem n. 5. C. de iure deliber.* ex Bertrand. *d. conſ. 187. n. 1. & 2. lib. 6.* Natta *conſ. 410. n. 18.* & de teſte deponente quem feciſſe aliquid per plures annos quod non concludat continuationem, Alba. *dict. conſ. 150. n. 5.* debuerunt ergo deponere quod viderunt crocum ſeminatum & collectum abſque eo quòd de ipſo fuerit ſoluta decima.

Debuerunt quoque deponere à 40. annis & citra de 4
viſu, nec ab eo ex contentis in articulis liberantur, quia qui articulat, non fatetur, & non ſequitur, peto decimam croci, quia non fuit mihi ſoluta, ergo ab immemorabili tempore, & præſertim à 40 annis & citra, decima non fuit ſoluta. Denique ſi ex eo quod decima petitur & dicitur non ſoluta, teſtes non deponere debeant à 40. annis & citra de viſu, ſequeretur illud requiſitum, quod omnino neceſſarium eſt, eſſe inutile, quia omnes petendo decimas id aſſerunt, alioquin nõ peterent, & tamen DD. ſiue agant de acquiſitione iuris decimandi, ſiue de exemptione ab eiſdem, & nominatim Rebuff. *d. q. 13. n. 94. cum ſeqq.* volunt & requiſiũt vt teſtes deponant de quadragenaria de viſu, ſicut & requirunt vt deponant de fama publica, eo modo quo ſuprà dixi: & non videant qua ratione poſſint liberari ab eius probatione, ex eo quod forſan probatum ſit ab antiquiſſimo tempore crocum ſeminatum, vt ex eo quòd perita ſit decima.

Et hæc quidem quoad dictá teſtium: quoad perſonas verò, non videtur illis fides adhibẽda, primò, quia non videtur niſi decem teſtium primorum habendam rationem, obſtante ſtatuto Auenionen. quo non niſi 10. teſtes ſuper vnoquoque articulo examinari poſſunt *lib. 2. rubr. 2. art. 9. & 14.* quia ſtatutum vtitur verbis negatiuis *non recipiantur*, quæ inducant formam, qua non 5
ſeruata actus non valet ſecundùm Orian. *in c. quoniam contra c. 2. de probation. n. 17.* Barbatiam. *conſ. 8. n. 8.* & in terminis quod d. examen teſtium ſit ipſo iure nullum docet Rebuff. *in tract. de teſtibus tom. 2. in conſtitut. Reg. gloſſ. 1. num. 3. in fin.* Vnus verò idémque articulus dici- 6
tur, etſi plures ſint, quoties vnam eandémque materiam continent vt cauetur in dicto ſtatuto *d. art. 14.* & docet Rebuff. *ind. tract. gloſ. 3.* certiſſimè à die oppoſitionis quæ hoc caſu fuit facta poſt teſtium productionem, vt in terminis tradit Gomeſ. *var. reſ. lib. 3. c. 15. nu. 21.* & producti & examinati non obſtante dicta oppoſitione nec iudicium quidem faciunt, Gomeſ. *d. n. 21.* Farinac. *de teſtibus q. 62. n. 286.* Rebuff. in terminis noſtris 7
d. tract. 8. num. 1. At verò creditur primos decem teſtes nihil deponere ad rem nec alios poſt 10. ante oppoſitionem quidquam concludere pertinenter ſicut nec etiam ſequentes, quia omnes teſtes aut ſunt Paternen- 8
ſes aut eorum locorum in quibus ſeminatur crocum, & ferè omnes crocum ſeminant, aut verò eorum loco-

rum in quibus ſimilis lis eſt, Rot. *deciſ.322. per tot.344. per totum* apud Farina. *lib.2.reſpon.*Farin.*de teſtibus qu.60.n.534.* quia habent intereſſe manifeſtum, cùm crocum plantent aut plantare poſſint in territorio de quo deponunt, Farinac.*de teſtibus q.60. nu.1.& ſeqq.* &
9 nihil omninò probant *nu.3.* & vnus non ſupplet alterum, *nu.14.* etiamſi intereſſe veniat in conſequentiam, cùm hoc principaliter agatur *nu.5.& 10.* Tertiò & poſtremò, quia falſi ſunt in ſubſtantialibus, cùm aſſerunt conſuetudinem eſſe vbique, vt de croco non ſoluatur decima, at verò ex actis contrarium apparet: falſus
10 verò teſtis in vno ex ſubſtantialibus eſt in omnibus falſus, Farinac.*q.67.§.4.n.111.*

Poſtremò his omnibus etiam ceſſantibus, quæ tamẽ non ceſſant, prætenſa probatio immemorabilis omnino corruit, quia certo creditur ex depoſitionib. teſtium pro parte Collegij examinatorum, necnon pro parte Communitatis, quod ſufficit, adeò vt vnus vel alter ex
11 aduerſo productus plenè probet contra Paternenſes producẽtes Farin. *de teſtibus q.62.n.211.* nec proteſtatio de dicendo cõtra nocet, quia fuit facta, ſi & quatenus, Farin.*d.q.62.n.257.* cum aliis ibi citat conſtare de initio
12 quo crocum cœpit ſeminari, præſertim ex 17.19.24.36.45.47. quo ſtante certiſſimum eſt in iure immemorabilem non probari: probatio enim ſuper immemorabili corruit quotieſcumque de principio conſtare poteſt, quia quocumque pacto adſit memoria initij, non poteſt dici rem ab immemorabili ſic eſſe, Caſtrenſ.*conſ.423.ſub n.2.lib.2.* Crauet.*de antiquit. tempor. par.4.§.abſolutis ſub n.60.* Couar.*in reg. poſſeſſor. par.2.§.3.nu.4.verſ.ex quibus late* Molin. *de primogen. Hiſpan. lib.2.c.6.n.60.& 64.cum ſeqq.* & fuit dictum coram bo. mem. Illuſtriſſimo Pamphilio in vna Tullen. Iuriſdictionis ann.1599. in Burgen. quindeniorum 8. Martij 1599. coram bonæ memor. Litta, & in eadem 14. Iunij 1599. coram Illuſt. Card. Mellino, & in vna Burgen. 25. Maij 1601. coram bon. mem. Illuſtriſſimo Seraphino & in aliis relatis per Tuſc.*tom.8.litt.3.concluſ.40.n.3.* & licet deponerẽt à centum, ducentis & vltra annis crocum ſeminatum, huiuſmodi tamen depoſitiones non ſuffragarentur, cùm immemorabilis ſolùm intret vbi non conſtat de initio Card. Seraph.*dec.454.nu.1.& 4.* & fuit dictum in Placentina decimarum 29. Maij 1587. coram bonæ memoriæ Orano, & in Comenſi decimarum 10. Aprilis 1595. coram Illuſtriſſimo Card. Mellino ſequendo opinionem Ioan. Andreæ *in c.1.de præſcript. lib.6.in fin.*

Et hæc quidem de croco quod ſeritur in terris eremis, ſed ſi ſeminetur in terris in quibus antea frumentum vel alij fructus decimales percipiebantur, eſt certiſſimum quòd non obſtante d. conſuetudine præſuppoſito quòd fuiſſet legitimè probata, quod de croco tanquam ſubrogato decima debeatur, *c. cum in tua vbi omnes & c. commiſſum, de decim.* & ita Rota ſolet iudicare, vt *dec.423.n.6.& dec.471.lib.3.* & in terminis *deciſ.70.* apud Polectum & fuit tantum in vna Conchenſi decimarum 5. Maij 1600. & 27. Iunij 1601. coram Card. Pamphilio, vt refert Mareſca. *var. reſol. lib.2.c.95.n.26.*

ARGVMENTVM.

An centenaria probata ſit in caſu.

SVMMARIVM.

1 *Centenaria habet vim immemorabilis & multa alia priuilegia.*
2 *Si immemorabilis non ſit probata multo minus centenaria.*
3 *An centenaria probetur per inſtrumenta.*
4 *Per teſtes quomodo probetur.*
5 *Licet probata eſſet centenaria, non tamen probata eſſet immemorabilis quæ in caſu de quo agitur, neceſſaria eſt.*
6 *Centenaria non eſt maior immemorabili imò nec par.*
7 *Conſtito de initio ceſſat immemorabilis.*
8 *Quoties præſumptio eſt contra ſe iuuantem centenaria, neceſſarius eſt titulus, qui tamen in immemorabili nunquam requiritur.*
9 *Eccleſia parrochialis habet intentionem fundatam ſuper decimis.*

CONSILIVM L.

PATERNENSES cùm videant non poſſe euitare quin immemorabilis requiratur ad quærendam exemptionem in totum de certo genere fructuum, dubitẽtque admodum eam non fuiſſe legitimè probatam, recurrunt ad centenariam quam e-
1 xiſtimant ſe probaſſe, aiuntque eam vim immemorabilis habere, imò eam maiorem, ex ea titulum præſumi, habere vim conceſſionis & priuilegij, & nunquam centeri excluſam, aliáque multa habere priuilegia quę refert Gaſp. Theſaur. *forenſ. quæſtion. lib.2.c.27.*

Sed reſpondetur 4. modis, primò poſito quòd per ſcripturam centenaria probari poſſit, quod alij negãt, alij concedunt, modis tamen quos proponunt, vt per Abbat. *in c. cum nobis de præſcript.* hic nullo modo probari: acta enim quæ ad hunc finem producuntur, ſunt tantùm ab anno 1511. & reſpiciunt territorium de Mumetaneis in quo de d. anno crocum, in parua tamen quantitate, ſeminabatur: & vtcumque ſit, non probatur centenaria, cùm lis cœpta fuerit anno 1591. inſtante R.D. Paulo Sadoleto tunc Priore de Paternis, vt conſtat ex procuraturis iunctis proceſſui fol. 1. & reſumpta per Collegium ſocietatis Ieſu Auenion. anno 1605. & 7. Septembris fol.1. proceſſus principalis.

Secundò, reſpondetur, quòd ſi immemorabilis non ſit probata, multo minus erit centenaria, cuius probationem alij impoſſibilem aſſeruerunt *poſt gloſ. in dict. c. cum nobis de decim.* alij non impoſſibilem quidem, ſed difficillimam, vt Couar. *in c. poſſeſſor malæ fidei ſecundæ partis §.3.n.8.& n.9.verſ.2. probationemque conſuetudinis* cuius initij memoria non extat, in contrarium faciliorem eſſe omnes fatentur, Couar.*d.§.3.6.* Seraphin.*dec.1141.n.10.* quod & veriſſimum eſt, cùm centenariam per inſtrumenta plerique exiſtiment probari non poſſe, vt Dec. *in c. cum dilecta n.10. notab. de confirmatio.* vti certè nonniſi eo modo quo tradit Abbas *in d. c. cum nobis n.5.* & ad minus centum, ſecundùm Couar. *d. §.3. nu.8. verſ. imò* & teſtibus, qui de viſu deponere debent, quia probatio eius per auditum & famam reprobatur *per gloſſ. & DD. in dict. c. cum nobis*, & Crauet. *de antiquit. tempor. par.4.§. materia ſingularitatis nu.52.* ideóque ſolet recurri ad immemorabilem, vt ſcilicet ea probetur modis ſuprà poſitis; & ſi in contrarium quidquam nõ ſit probatum à centum annis & citra, ex eo præſumptio ſufficiens reſultat ad obtinendum iure centenariæ, Couar.*d.§.3.n.9.verſ.2. ſecundo ſtatu*, hoc verò caſu neque inſtrumenta adſunt neceſſaria, vt ex ſuperioribus patet, & nullus eſt teſtis qui 100. annos habeat, vnde concluditur verum quod ſuprà poſui, quod ſi imme-

immemorabilis non ſit probata , multo minus erit
centenaria.
5 Tertiò , reſpondetur, etſi probata eſſet centenaria,
non tamen eſſet probata immemorabilis, quæ in caſu,
de quo agitur, eſt neceſſaria, Alex. conſ.16.n.16.lib.5. Co-
6 uar. d. §.3.n.7.verſ.hinc falſum : neque enim verum eſt
centenariam maiorem eſſe immemorabili, imò nec pa
rem, Couar. d.n.7.verſ.hinc falſum, & hanc opinionem
tenet Rota Seraphin. dec.454.nu.4. & ratio eſt manife-
7 ſta, quia centenaria initium habet : conſtito autem de
initio, ceſſat immemorabilis, Crauet. de antiqu. tempo.
par.4.§.abſolutis ſub.nu.60. Conar. in reg. poſſ. ſor. par.2.
§.3. num.4 verſ. ex quibus, latè Molin. de primogent. Hi-
ſpan. lib.2.c.6.n.60.& 64.cum ſeqq. & fuit dictum coram
bon. memoriæ Illuſtriſſimo Pamphilio in vna Iulen.
iuriſdictionis 22. Martij 1599. in Burgen. quindeniorum
8. Martij 1599. coram bon. mem. Litta, & in ead. 14. Iu-
nij 1599. coram Illuſtriſſimo Mellino.
8 Poſtremò, reſpondetur, centenariâ ſe iuuare non
poſſe, quia quoties præſumptio eſt contra eâ ſe iuuã-
tem, neceſſarius eſt titulus, qui tamen in ea cuius me-
moria non extat in contrarium , nunquam requiritur
c.1. de praeſcript. in 6. Din. in reg. poſſ. ſor. nu 27. de reg. iur.
in 6. DD. communiter in c. ſi diligenti de praeſcript. præ-
ſertim Bellamera n.28. col. vlt. Conar. d.§.3.n.6. verſ. pri-
ma quidem & n.7. verſ. hinc falſum, & nu.9. verſ. primum
quidem & verſ.4. ſi tractatur , atque hanc ſententiam
receptiori DD. calculo receptam atteſtatur idem Co-
uar. d.n.6. verſ. prima quidem. Præſumptionem verò eſ-
ſe contra Paternenſes exemptionem à decimis de cro-
co prætendẽtes certum eſt, quia Eccleſia parrochialis,
& ſic d. Collegium tanquam Prior dicti loci de Pater- 9
nis habet intentionem fundatam ſuper decimis fru-
ctuum qui colliguntur intra fines Parrochiæ, DD. in c.
fin. de parroch. & in cap. cum contingat de decim. Put. dec.
371. lib.1. latè Cardinal. conſ.26.n.4. Mareſcot. var. reſol.
lib.2.c.95.nu.12.& 13. Ergo hoc caſu requireretur titulus,
qui non adeſt : qui ſi adeſſet, non centenaria, ſed quã-
dragenaria, quæ eo caſu ſufficeret, d.c.1. de praeſcript. in
6. tueri ſe deberent.

ARGUMENTUM.

AN immemorabilis probetur per teſtes deponentes ſe vidiſſe ab antiquiſſimo tempore & audiuiſſe à maioribus crocum in territorio de Paternis ſeminatum fuiſſe, & nunquam vidiſſe aut audiuiſſe decimam de eo ſolutam, etſi non deponant de quadragenaria , de viſu nec de fama.

SUMMARIUM.

1 Cùm ius aufertur vni & acquiritur alteri , verè eſt praeſcriptio, & abuſiuè appellatur conſuetudo.
2 Et certiſſimum eſt, ſi eſt praeſcriptio, aut requiri quadragenariam cum titulo, aut immemorabilem.
3 Et ſi eſſet conſuetudo & non praeſcriptio , tribus tamen concurrentibus, vt ibi induit naturam praeſcriptionis & omnia requiſita ad praeſcriptionem neceſſaria ſunt ad huiuſmodi conſuetudinem inducendam.
4 Articulans immemorabilem tenetur eam probare.
5 Requiſita ad probationem immemorabilis, & n.9.
6 Teſtes vltra decem examinati non probant ſtante prohibitione ſtatuti.
7 Nec intereſſati.
8 Nec falſi in vno ex ſubſtantialibus.
10 Conſtito de initio ceſſat immemorabilis.
11 Etſi probatum ſit ab immemorabili aliquod genus fructuum fuiſſe ſeminatum & negatiua de eo non fuiſſe ſolutam decimam iuncta petitione illius qui ſibi deberi praetendit, non cenſetur probata immemorabilis ad quaerẽdam exemptionem de eo genere fructuum.
12 Et poſito quod ſufficeret negatiua iuncta petitione, ſaltem ipſa plantatio debet probari ab immemorabili, non probatur autem niſi teſtes deponant de plantatione à 40. annis & citra de viſu necnon de fama.
13 Conſuetudo negatiua non probatur, niſi teſtes deponãt, quòd actus fuerint facti , propter contradictionem impugnantis aut non docto de interpellatione & de negatione cum acquieſcentia.
14 Conſuetudo cùm ſit facti ex non facto, non poteſt induci & ex non eſſe vel ex non actibus.
15 Et conſuetudo & praeſcriptio ſine poſſeſſione non poſſunt induci.
16 Ad exemptionem ſeu liberationem decimarum neceſſariò requiritur interpellatio, & denegatio ſeu contradictio.
17 Difficilius eſt probare immemorabilem quàm centenariam, nec probata centenaria probatur immemorabilis.
18 Quoties praeſumptio eſt contra ſe iuuantem centenaria , requiritur titulus.
19 Prior habet intentionem fundatam ſuper decimis.
20 Si fructus non decimabiles ſeminentur in terris in quibus antea percipiebantur fructus decimabiles, de iis ſoluitur decima.

CONSILIUM LI.

PVNCTVS quæſtionis circa probationem immemorabilis verſatur in hoc , an ex eo quòd teſtes pro parte Paternenſ. examinati deponũt ſe vidiſſe ab antiquiſſimo tempore & audiuiſſe à maioribus crocum in territorio de Paternis ſeminatum fuiſſe, & nunquam vidiſſe aut audiuiſſe decimã de eo ſolutam, cenſeatur probata immemorabilis , etſi dicti teſtes non deponant de quadragenaria, de viſu nec de fama, quę tamen duo ſunt neceſſaria ad probationem immemorabilis, quæ dicti Paternenſes exiſtimant non eſſe neceſſaria in hoc caſu, imò illis ſatisfactum ex eo quòd Prior petendo decimam iudicialiter & dicendo ſibi non fuiſſe ſolutam, videtur confiteri id quod ex dictis duobus requiſitis probaretur , & nulla eſt melior probatio quã quę ex cõfeſſione reſultat. pręſertim hoc caſu quo non agitur de aliquo iure poſitiuo & affirmatiuo quærendo , ſed de iure negatiuo & libertate ac exemptione non ſoluendi decimam.

Quæſtio hæc diſcutienda eſt, præſuppoſito requiri conſuetudinem immemorabilem ad exemptionem de certo genere fructuum in totum acquirendam, vt eam ſententiam nec quadragenariam ſufficere, & veriorem & communi DD. calculo receptam in alijs ſcriptis docui. Veriorem quidem, quia cùm per eam jus vni ſcilicet Priori auferatur, & alteri, ſcilicet Communitati acquiratur , verè eſt præſcriptio , & abuſiuè conſuetudo appellatur, Crauet. de antiq. tempor par.4. in princ. num.21. Puce. dec.387. lib 2. & dec. 252. lib.3. Seraphin. dec. 420. nu.1. quibus adde Achill. de Graſſ. poſt multos quos refert dec.3. tit. de decim. At verò ſi ſit præſcriptio, certiſſimum eſt aut quadragenariam cum titulo aut immemorabi-

3 lem requiri *c.1.de præſcriptionibus in 6.* necnon, quia etſi
conſuetudo eſſet,& non præſcriptio, tribus tamen cõ-
currentibus, ſcilicet quòd ſit inducta à populo, qui nõ
habet poteſtatem legis condendæ, quòd ſit contraius,
& quod per eam jus vni auferatur, induit naturã præ-
ſcriptionis, ita quòd ea omnia quæ in præſcriptione
requirerentur, ſint neceſſaria ad huiuſmodi conſuetu-
dinem inducendam, Areti. *conſ.132.n.4.* Crauet. *d. tract.
de antiquit. tempor. par. 4. §.1. nu.13. cum ſeqq.* quæ omnia
ſic concurrunt, Paternenſes enim non habent autho-
ritatem legis condendæ, & de jure, de croco debetur
decima, Aufrer. *ad Capell. Tholoſ. q.109. & q.433.* Rebuff.
tract. de decim. q.8. nu.3. & 8. & q.13. n.41. Botrel. *conſult.
20. n.9.* & per eã jus Priori cõpetẽs aufertur, DD. *in c. fi.
de parroc. & in c. cum contingat de decim.* Pute. *dec.371. li.
1.* Mareſcot. *variar. reſ. lib. 2. c. 95. n.12.*

Communi DD. calculo receptam, quod ex 21. do-
ctoribus per me allegatis probaui vltra duas Rotæ de-
ciſiones, ſcilicet *dec. 471. lib. 3. diuerſor. & 303.* apud Fa-
rinac. *lib. 2. reſponſor.* quæ plurium DD. numerum ſolẽt
facere in inueſtigatione communis opinionis, ſed in
hac patria omnium vice cenſentur & communi opi-
nione præferuntur, eũm ſi aliter, quàm Rota ſoleat, iu-
dicaretur, cauſa per appellationem & commiſſio-
nem S^mi. ad eam deuoluta, ſententia reuoca-
retur.

His verò adde Vincent. de Franch. *deciſ. 103 per tot.*
Crauet. *conſ. 12. per tot.* Fabr. *in Cod. Fabrian. lib. 8 tit. 33 quæ
ſit longa conſuetudo defin. 3.* & Perig. *conſ. 14. n. 24.* vbi Co-
uarruuiam quadragenariam ſine titulo ſufficere con-
tendentem reprobat, & communem eſſe contra ipſum
teſtatur, quòd in caſu, in quo verſamur, eò certius aſ-
4 ſerendum eſt, quod per Paternenſes fuit articulata im-
memorabilis, quam propterea tenentur probare, vt in
terminis definiunt Rota *d. dec. 471. præſertim*, quòd
quadragenaria aliter & articulatur & probatur quàm
immemorabilis.

5 Præſupponitur quoque ad probationem immemo-
rabilis 4. requiri ſcilicet, primò, quòd teſtes ætatis ad
minus 54. annorum deponant de 40. annis & citra de
viſu: ſecundò, quòd ita ſemper viderint & audierint à
maioribus ſuis: tertiò, quòd nunquam viderint aut au-
dierint quòd fuerit obſeruatum contrarium; poſtre-
mò, quòd deponant de fama, dicántque communem
opinionem fuiſſe & eſſe quòd de contrario vſu non
exiſtat memoria, vt *per gloſ. in dict. c. 1. verb. memoria de
præſcriptionibus in 6.* Couar. *in c. poſſeſſor. par. 2. § 3. nu.7.*
Mareſc. *d. lib. 1. c. 100. nu. 9. & 10.* & alios in meis priori-
bus ſcriptis allegatos: inter quæ duo admodum ſunt
neceſſaria, ſcilicet quòd deponant de quadragenaria
& citra de viſu, ita vt ſit copulatiua & deſu, continuat de-
poſitio, Seraphin *dec. 469. & dec. 1102. nu. 3.* Mareſcot. *d.
c. 100. n. 12. & 13.* quibus adde Farinac. *dec. 233.* in qua fe-
rè omnium teſtium ibi deſignatorum depoſitio defe-
ctu illius copulatiuæ & nullius momenti redditur &
de fama, per verbum *fuit & eſt*, Seraphin. *d. dec. 469.* nec
ſufficit quòd de ea ſuper articulo finali deponant, ſed
debet deponi de ea dum de immemorabili articulatur,
Seraphin. *d. dec. 1102. n. 4.* & de omnibus 4. vnuſquiſque
e ſtis copulatiuè debet deponere, nec teſtẽs coniungi
poſſunt, quam ſententiam contra Moſio. Rota tenet,
vt fuit dictũ in vna Tulen. iuriſdictionis 22. Maij 1596.
coram Pamphilio manuſcripta, & *dec. 369.* apud Fari-
nac. *lib. 1. reſponſor.* & aliis manuſcriptis relatis per Ma-
reſcot. *d. c. 100. n 12. & 13.*

6 Tertio loco præſupponendum eſt, me per quinque
fundamenta in aliis ſcriptis docuiſſe immemorabilem
non fuiſſe probatam. Primũ erat, quia vltra 10. primos
teſtes nulla eſt habenda ratio aliorum, & ne iudicium

quidem faciunt, ſtante ſtatu Aueniõ. *lib. 2. rubr. 1. art 9.
& 14.* quippe quod verbis negatiuis *non recipiatur*, v-
titur, vt in terminis docet Rebuff. *tract. de teſtibus 10. 2.
in conſtitut. reg. gloſ. 1. n. 3. in fin.* primi verò decem nihil
probant concludenter. Secundũ erat, quia omnes te-
ſtes aut ſunt Paternenſes aut eorum locorum in qui- 7
bus ſeminatur crocum, & ferè omnes crocum ſeminã-
tes, aut eorum locorum, in quibus ſimilis lis eſt, & in
ſumma intereſſe habentes, Rota *dec. 322. per tot. & dec.
344. per totum*, apud Farin. *lib. 2. reſponſor.* idem Farinac.
de teſtibus q. 60. n. 534. teſtium, quia falſi ſunt in ſubſtan- 8
tialibus, cùm aſſerunt conſuetudinem eſſe vbique vt
de croco non ſoluant decima, at verò ex actis contra-
rium apparet: falſus verò teſtis in vno ex ſubſtantiali-
bus eſt in omnibus falſus, Farina. *q. 67. § 4. n. 111.* Quar-
tum erat, quia nullus teſtis deponit de quadragenaria 9
de viſu nec de fama omnino, tantum abeſt vt eo modo
quo ſuprà dixi, depoſuerint, quæ tamen duo omnino
ſunt neceſſaria ad probationem immemorabilis, vt ſu-
prà dictum fuit. Quintum & poſtremum, quia tam
ex teſtibus pro parte Collegij examinatis, quàm ex te- 10
ſtibus pro parte Paternenſium, præſertim duobus vi-
delicet vigeſimo quarto & quadrageſimo ſeptimo, cõ-
ſtat de initio quo crocum cœpit ſeminari, conſtito au-
tem de initio ceſſat immemorabilis, Crauet. *de antiqu.
tempor. par. 4. § abſolutis ſub. n. 60.* Couar. *in reg. poſſeſſor.
par. 2. § 3. nu. 4. verſ. ex quibus* latè Molin. *de primogen.
Hiſpan. lib. 2. c. 6. num. 60. & 64. cum ſeqq* & fuit dictum
coram bon. mem. Illuſtriſſimo Pamphilio in vna Tul-
len iuriſdictionis 22. Martij 1599. in Burgen. quinde-
niorum 8. Martij 1599. coram bo. mem. Litta, & in ead.
14. Iunij 1599. coram illuſtriſſimo Mellino, ſed contra
quartum fundamentum opponitur dubium, de quo
ſuprà & dicitur, quòd ex eo quod prætenditur proba-
tum per teſtes à tempore immemorabili crocum fuiſſe
plantatum in territorio de Paternis, quódque teſtẽs
nunquam audiuerint aut viderint decimam de croco
fuiſſe ſolutam, imò aliqui dicant ſe audiuiſſe non fuiſſe
ſolutam, juncta petitione R. P. Rectoris, ex qua reſul-
tat confeſſio decimam de croco non fuiſſe ſolutam,
non fuiſſe opus vt teſtes deponerent de quadragena-
ria, nec de viſu nec de fama.

Ad hoc reſponderut tribus modis (præter ea qui-
bus demonſtrauimus in prioribus ſcriptis circa quæ-
ſtionem, an ſit probata immemorabilis, necne, nullum
ex requiſitis ad immemorabilem probandam interue-
niſſe,) primò DD. ſiue loquantur de jure decimandi,
& ſic poſitiuo, acquirendo, ſiue de libertate à decimis
de certo genere fructuum, & ſic de iure negatiuo, in v-
troque caſu requirere immemorabilem: tum ſubjiciũt
quæ ſint neceſſaria ad immemorabilem, & 4. de quib.
ſuprà propoſuimus demonſtrantes in vtroque caſu di-
cta 4. eſſe probanda, nulla differentia facta inter jus
poſitiuum ſiue affirmatiuum, & negatiuum, præſertim
Rebuff. *tract. de decim q. 13. n. 94. cum ſeqq.* quod ſi ex ad-
uerſo prætendatur eſſe differentiam inter affirmatiuũ,
& negatiuum, proferre debent Doctores qui eam ſta-
tuunt. Quod adeò verum eſt, vt ſi teſtes deponant ſu-
per liberationem à decimis ex eo quod aliqui fructus
ab antiquiſſimo tempore fuerunt ſeminati, & nunquã
viderunt vel audiuerunt decimam de iis fuiſſe ſolu-
tam, ſint ſuſpecti de falſo, quia potuit eſſe ſoluta deci-
ma, & tamen ipſi neque viderint neque audiuerint,
Bertran. *conſ. 187. n. 1. & 2. li. 6.* nec ex petitione R. P. Re-
ctoris liberati ſunt deponere de dictis duobus requi-
ſitis, ſcilicet de quadragenaria & citra de viſu & de fa-
ma, alioquin ſemper inutilia eſſent, cùm ſemper petitio
adſit, & re vera ita ſe res habet, quia ex eo quod pe-
to decimam, non ſequitur crocum ſeminatum & deci-
mam

mam ſolutam non fuiſſe à 40. annis & citra vſque ad litem, *dec.*544. apud Farinac. *lib.* 2. *reſponſor.* continuatio enim temporis probanda eſt, Alex. *conſ.* 177. *nu.* 8. *lib.* 6. Dec. *conſ.* 144. *n.* 4. Alba *conſ.* 150. *n.* 5.

11 Et in terminis, quod etſi probatum ſit ab immemorabili aliquod genus fructuum ſeminatum, & negatiuè de eo non fuiſſe ſolutam decimam, iuncta petitione illius qui ſibi deberi prætendit, non cenſeri legitimè immemorabilem probatam ad quærendam exemptionem ſoluendi decimas de eo genere fructuum, Bertran. *conſ.* 247. *lib.* 5. *poſter.* De Franch. *dec.* 7. *per totum*, & Rota *d. dec.* 441. nam etſi in ea adeſſet immemorabilis & petitio P P. Celeſtinorum, tamen Inſulani cauſa ceciderunt, condemnatique decimam de oleo ſoluere, vt ſoluunt. Dominatio veſtra poterit ex officio de eo ſe informare, quod quatenus opus eſt vt faciat, petitur & quod etiam non ſint liberati, vt deponant de fama, vt ſuprà non obſtante d. petitione, tradit in terminis Alex. *conſ.* 136. *n.* 8. *verſ. præterea lib.* 2.

Secundò, reſpondetur, poſito quòd ſufficeret probatio negatiua quod nunquam audiuerint vel viderint, & quod ab antiquiſſimo tempore crocum fuerit

12 plantatum iuncta petitione illius qui ſibi decimam deberi contendit, ſaltem ipſa plantatio ab immemorabili deberet probari, non probaretur autem niſi teſtes deponant de d. plantatione à 40. annis & citra de viſu nec non de fama; nec tergiuerſationi vllus poteſt eſſe locus, quia eſt factum poſitiuum & affirmatiuum, cuius probatio non poteſt reſultare à confeſſione præieſa reſultante ex petitione, cùm ea nihil contineat quã decimam non fuiſſe ſolutam: cùm autem nullus ſit teſtis qui de plantatione eo modo deponat, ſequitur neceſſariò immemorabilem non fuiſſe probatam.

Tertiò & poſtremò, reſpondetur (& hæc reſponſio erit ſextum fundamentum principale, quo nedum immemorabilis, ſed cuiuſcumque alterius conſuetudinis

13 probationem euertit & impedit.) Reſpondetur, inquam, quod cùm verſemur in conſuetudine negatiua, non fuiſſe ſcilicet ſolutam decimam de croco, ea non probatur ſi teſtes exprimant, quòd actus fuerint facti propter contradictionem alterius partis impugnantis, vt aliqui loquuntur, aut vt alij dicunt, non docto de interpellatione ſoluendi, & denegatione cum acquieſcentia, iuxta *not. in l.* 1. *C. de ſeruit. & aqua*, atque hanc ſententiam amplectuntur & firmant

1. Abb. *in c. ad noſtram ext. de confirmatio. vtili vel inutili, & in c. Ioannes n.* 9. *de cleric. coniugat. & in c. Abbate de verb. r. ſignificatione.* 2. Philip Franc. *in c. fin. n.* 5. *verſ. ſed quæritur nu.* 1. 3. Caſtren. *in l. de quibus n.* 10. *ff. de legibus.* 4. Alex *d. conſ.* 136 *n.* 19. *lib* 2. 5. Cuman. *conſ.* 149. *n.* 4. 6. Riminald. iun. *conſ.* 10. *n.* 29. *cum multis ſeqq.* omninò videndus, obiectioni enim, quæ fieri poterat de actibus voluntariis, optimè reſpondet *& conſ.* 589. *numero* 47. 7. Balb. *tract. de præſcript.* 2. *par.* 5 *par. princ. n.* 4. 8. Riminald. ſen. *conſ.* 31. *nu.* 52. 9. Cotta *dec.* 393. *relatus per Mareſcot. var. reſol. lib.* 2. *c.* 100. *num.* 6. 10. Seraph. *de dec.* 1102. *n.* 8. 11. Peregrin. *conſ.* 21. *n.* 17. *lib.* 2. 12. Mareſcot. *d. conſ.* 100. *n.* 6. 13. Brun. *conſ.* 32. *n.* 8. *quos multos refert.* 14. Roſſilla *in ſumma verb. conſuetudo n.* 5. 15. Azor *tom.* 1. *lib.* 5. *c.* 4. *q.* 7. 16. Salas *diſp.* 19. *de legib. ſect.* 20. *num.* 114. 17. Rebell. *de obligation. iuſtitiæ lib.* 1. *q.* 5. *n.* 23.

14 Cuius ſententiæ duplex ratio redditur: prima quia cùm conſuetudo ſemper ſit facti *l. de quibus ff. de legib.* *§. ex non ſcripto Inſt. de iur. natur.* ex non facto non poteſt induci, vt inquit Abbas *in d. c. ad noſtram*, & ex non vſu vel ex non actibus, vt inquit Alex *d. conſ.* 136. *nu.* 19. indéque idem Abb. *conſ.* 53. *n.* . *lib.* 2. decidit ex eo ſolo quod exhibeantur aliqua inſtrumenta in quibus non ſit deſcriptum nomen Imperatoris ad probandum per conſuetudinem eſſe derogatum iuri ſcripto *in authent. vt præponatur nom. Imperator.* non ſufficiat, ſed vlterius probari oportet illis inſtrumentis datam fuiſſe fidem quando de eorum validitate fuit dubitatum. Altera 15 ratio eſt, quia & conſuetudo & præſcriptio ſine vſu vel poſſeſſione non poſſunt induci, *l. ſine poſſeſſione ff. de vſurpatione c. ſine poſſeſſione. de regulis iuris in* 6. Sed ex eo quòd particulares non ſoluerint decimas, nulla acquiritur poſſeſſio non ſoluendi, niſi interuenerit prohibitio ipſorum aduerſus volentes exigere decimam, cùm horum patientia, vt dicitur, de præſcriptione libertatis aduerſus ſeruitutes, *ad not. per Bartol. & DD. in l. ſequitur §. ſi viam ff. de vſucapion. in l. final. quemadmod. ſeruit. amittan. & in l.* 1. *Cod. de ſeruitut. & aqua.* ergo quam rationem affert Peregr. *conſ.* 14. *n* 1.

Et in terminis exemptionis ſeu liberationis à ſolu- 16 tione decimarum, quod requiratur neceſſariò interpellatio & negatio ſeu contradictio, tradunt Cuman. *conſ.* 84. & Peregr. *d. conſ.* 14. *n.* 20. & de eo factum fuit, vt quoties huiuſmodi quæſtio an ſcilicet per conſuetudinem exemptio à ſolutione decimarum de certo genere fructuum quæſita fuiſſet, etſi probatum fuiſſet nunquam ſolutam decimam, neque extare memoriam in contrarium, non obſtante huiuſmodi probatione & confeſſione reſultante ex petitione quæ fiebat in iudicio & perceptione fructuum, ſemper condemnati fuerunt: quod ſcilicet non ſufficiat fructus ab omni tempore perceptos fuiſſe, de illis decimam nunquam ſolutam, & nunc eam peti; niſi probetur interpellationẽ & denegationem ſeu contradictionem interueniſſe, ab eo tempore conſuetudinem inductam fuiſſe, ita, inquam, vbique iteratum ſemper fuit iudicatum, vt eo non obſtante condemnarẽtur, ſcilicet Neapoli. Franc. *dec.* 103. vbi agebatur de decima paleæ. Romæ *d. dec.* 44. *par.* 3 *diuerſor.* cùm ſententia in fauorem Celeſtinorum ſequuta fuerit, vbi de oleo agebatur. Peruſij, Joſeph. Ludouic. *dec.* Peruſ. 100. *n.* 35. In Sabaudia, Faber *in Cod. Fabria. lib.* 8. *tit.* 35. quæ ſit longa conſuetudo definit. 3. vbi de vino, quod ex torculari deſumebatur. In Gallia *in diuerſis ipſius Curiæ & Parlamentis.* Rebuff. *d. q.* 13. *n.* 4. Aufrer. *ad Capell. Tholoſ. d. qu.* 109. Boer. *in conſuet. Bituricen. tit. des couſtumes prediales* §. 12. Chopin *de ſacra polit. tit.* 4. *n.* 4. *in fin.* qui de ipſomet croco loquuntur. In Hiſpania & Senatu Aragoniæ, Cancer. *var. reſ. c.* 23. *de decimis n* 10.

Ex quo ſequitur in caſu noſtro poſito quod legitimè probatum fuiſſet ab immemorabili crocum in territorio de Paternis plantatum ſeu ſeminatum, & nunquam de eo ſolutam decimam, & nunc eam peti, nihilominus Paternenſes ad eius ſolutionem condemnari debent ad exemplar tot iudiciorum, quibus prudentiores eſſe non debemus.

Nec nocet ſi dicatur, etſi conſuetudo non eſſet legitimè probata in d. loco de Paternis, ſufficeret conſuetudinem generalem prouinciæ, de qua articulatũ fuit, eſſe probatam. Reſpondetur enim, quod ſi immemorabilis & particularis conſuetudo dicti loci non ſit probata, multò minus erit generalis, cùm quoad eam ceſſet confeſſio tacita, quam prætendunt elici ex petitione Rectoris & dicta requiſita non interuenire. Reſpondetur rurſus non eſſe verum talem eſſe conſuetudinem generalem & conſtare de contrario, non in locis Haſſani & de Auteolis ſiue Lotiul ſoluitur decima de croco, & in Ciuitate, & locis Carpen Maſſani, Caruneri, ſancti Deſiderij, Auelleronis & de Montilius lis & proceſſus pendet ratione decimæ croci, vt patet ex teſtibus 18. 22. 46. & 47. & atteſtationibus litis pendentis in dict. locis, ita vt plura ſint loca in quibus ſue

ſoluitur decima, aut litigatur, quàm in quibus ſeritur crocum & decima pacificè non ſoluitur.

Non obſtat etiam ſi dicatur ſic adeſſe titulum tranſactionem ſcilicet de anno 1242. 10. Kalend. Auguſti, quo caſu quadragenaria ſufficeret. Reſpondetur tantum abeſſe, vt dicta tranſactio pro titulo poſſit eſſe quin potius contra ipſos retorquetur, nam cùm in ea quantitas decimæ pro frumento & vino præſcripta fuiſſet, non dicitur de aliis fructibus non eſſe ſoluendā decimam, vt præſupponebatur, vel etiam quòd minus eſſet non omittitur mentio aliorum fructuum affirmatiua, ſed in vltimo capite nominatim dicitur, quòd de hortolariis & de omnibus aliis & ſingulis (verba ſunt tranſactionis) de quibus ſuperius non eſt facta mentio, de quibus dare decimam conſueuerant, dent omnes & ſinguli de d. Vniuerſitate decimam eorum quæ dare conſueuerant temporibus retroactis, quæ verba cùm affirmatiuè ſint concepta, vt ſcilicet de hortolaſiis & cæteris fructibus, non excludunt, ſed includunt cæteros fructus vltra frumentum & vinum. Quod & obſeruatio ſequuta oſtendit: nam & de oleo & de fæno in certa parte territorij ſoluitur decima.

His adde quod de tempore dictæ tranſactionis crocum non ſeminabatur, ideóque non poteſt ſeruire de titulo, vt ſit acquiſita immunitas ſoluendi decimam de eo.

Poſtremò, etſi eſſemus in terminis quadragenariæ, ea non eſſet probata, vt fusè deduxi in primis allegationibus Dominationi veſtræ datis ex magno meo conſilio deſumptis ne hic competantur.

Non obſtat ſi dicatur quod in alio capite d. tranſactionis dicitur, quòd facta ſolutione, vt in ea ordinatur, nihil amplius peti poſſit, ea enim verba ad quotam decimæ ſoluendam, non an ſoluenda ſit referuntur.

Nullam mentionem facio centenariæ, ad quam nō puto Paternenſes recurrere velle: tum quod inſtrumēta quæ ad hunc finem producunt, non afficiunt territorium de Paternis, etſi afficerent, non ſunt niſi de an. 1591. reſumpta verò & renouata anno 1605. tum quòd ſi non ſit probata immemorabilis, multo minus centenaria quæ difficilioris eſt probationis, Couar. *in c. poſſeſſor malæ fidei 2. par. §. 3. nu. 8. verſ. 2.* Seraphin *dec.* 1141. *numer.* 10. adde quod probata centenaria, non eſt probata immemorabilis, quæ hoc caſu requiritur, Alexand. *conſ. 16. numer. 16. lib. 5.* Couar. *d. §. 3. nu. 7. verſ. in falſum.* Poſtremò, quia cùm præſumptio ſit contra ea ſe iuuantem neceſſarius eſt titulus, Coua. *d. §. 3. n. 6. verſ. primum quidē & n. 7. verſ. in falſum, & n. 9. verſ. prima quidem & verſ. 4. ſi tractatur*, hancque ſententiam receptiori DD. calculo receptam tractatur *d. n. 6. verſ. ſi quidem.* Præſumptio verò eſt contra Paternenſes, quia Eccleſia parrochialis, & ſic dictum Collegium tanquā Prior dicti loci de Paternis habet intentionem fundatam ſuper decimis fructuum, qui colliguntur intra fines Parrochiæ, DD. *in c. final. de parroch. & in c. cum contingat de decim.* Pute. *dec.* 371. *lib.* 1. Mareſcot. *var. reſol. lib. 2. c. 95. n. 12. &* 13. Et hæc quidem de croco quod ſeritur in terris eremis, ſed ſi ſemineretur in terris, in quibus anteà frumentum vel alij fructus decimabiles percipiebantur, eſt certiſſimum, quod non obſtante dicta cōſuetudine (præſuppoſito quod fuiſſet legitimè probata, quod de croco tanquam ſubrogato decima debeatur, *c. cum in tua vbi omnes & c. commiſſum de decimis*, & ita Rota ſolet iudicare, vt *dec. 423. num. 6. & dec. 471. lib. 3.* & in terminis *dec.* 70. apud Paleotum, & fuit tentum in vna Conchenſ. decimarum 5. Maij 1600. & 27. Iunij 1601. coram Cardinale Pamphilio, vt refert Mareſcot. *variarum reſolut. lib. 2. cap. 95. num. 26.*

16 (margin, beside "ſi non ſit probata immemorabilis")

A R G V M E N T V M.

FIdeicommiſſum cum onere ferendi nomen & arma teſtatoris, an & quando ſit perpetuum habens poteſtatem nominandi, an poſſit nouum fideicommiſſum inſtituere.

Donatio ſuſceptis liberis an reuocetur ipſo iure.

Non acceptata nulla eſt in Gallia.

Legitima filij qualis & quanta ſit.

S V M M A R I V M.

1 *Ex onere ferendi nomen & arma ſaltem in Gallia non inducitur fideicommiſſum perpetuum.*
2 *Qui ius nominandi habet nouum fideicommiſſum nominato iniungere non poteſt.*
3 *Ex nominis & armorum delationis grauamine in perpetuum inducitur maioratus & perpetua primogenitura.*
4 *Licet in Gallia non ſit certum onus ferendi nomen & arma ſimpliciter iniunctum perpetuare fideicommiſſum, tamen ſi quid adſit denotans graduum pluralitatem vel perpetuitatem eſt indubitatum.*
5 *Verbum* perpetuò *nullam habet præfinitionem temporis ſicut & dictio* ſemper *quæ æquiparantur.*
6 *Dictio* perpetuò *de ſui natura inducit perpetuum fideicommiſſum.*
7 *Quoties adſunt veſtigia Maioratus, conditio ferendi nomen & arma inducit perpetuum fideicommiſſum.*
8 *Maioratus veſtigia ſunt, ſi vocatus eſt proximior iſque vnicus.*
9 *Vna pars teſtamenti declarat aliam.*
10 *Legatum & fideicommiſſum dubium ex circumſtantiis declaratur.*
11 *Onus perpetuò iniunctum arguit perpetuitatem fideicōmiſſi.*
12 *Oneratus cenſetur honoratus & ſic vocatus.*
13 *Conſeruatio bonorum in agnatione perpetuat fideicommiſſum.*
14 *Executio regulatur à cauſa principali & primitiua.*
15 *Heres qui habet facultatem nominandi vnum de familia poteſt nouum fideicommiſſum imponere in fauorem ulterius de familia, dummodo non fiat in præiudicium eorum qui nominatim vocantur à primo teſtatore.*
16 *Receptiſſimum eſt in Gallia, quod pater, qui donauit filio ſimpliciter in contractu matrimonij, poteſt tamen in teſtamento eidem ſi ſine liberis deceſſerit, alios eius filios ſubſtituere & primogenituram ordinare.*
17 *Fideicommiſſum relictum propinquiori de familia eſt perpetuum.*
18 *Licèt in ſingulari numero vocatus ſit.*
19 *Inſtitutio heredis non continet bona fideicommiſſaria.*
20 *Reſpondetur ad hoc & n.* 22.
21 *Per heredis inſtitutionem cenſetur nominatio de illo facta.*
23 *Prioribus derogatur per ſequentia.*
24 *Donatio reuocatur ipſo iure ſuſceptis liberis.*
25 *Fallit quando donans de tempore donationis habebat liberos.*
26 *Donatio reuocatur quidem ipſo iure, dum tamen pater declarauerit.*

Digitized by Google

27 L.ſi vnquam C.de reuo.dona. *expreſſè renuntiari poteſt.*
28 *Solúmque reuocatur uſque ad legitimam.*
29 *Ceſſat* d. l. ſi vnquam *quando de liberis cogitatum fuit.*
30 *Donatio non acceptata nulla eſt in Gallia, licet de iure communi ſtipulatio notarij vel retentio vſuſfructus ſufficerent.*
31 *Donatio inſinuata inſtante donatario aut eius procuratore ſpeciali dicitur legitimè acceptata.*
32 *Requiſita per ſtatutum alioqui annullans actum non poſſunt adimpleri per æquipollens.*
33 *Donatio mutua inter coniuges eſt permiſſa.*
34 *Donatio inter coniuges morte confirmatur, præſertim interueniente traditione ſiue vera ſiue falſa.*
35 *Legitima filiorum eſt ſemis cùm ſunt vltra quatuor.*
36 *Donationes impinguant non minuunt legitimam.*

CONSILIVM LII.

ILLVSTRIS & Potens quõdam Domious Amalricus de Mootdragon Condominns d. loci & Dominus d'Arbonx ſuo teſtamẽto de an. 1541. & 19. Maij hæredem ſuum vniuerſalem inſtituit Paulum Albertum eius nepotem, dum tamen deferat nomen & arma ſeu inſignia d.teſtatoris, & liberos eius maſculos naturales & legitimos, præferendo primogenitum ſecundo genito, & ſic ſucceſſiuè de vno ad alium ordine primogenituræ ſeruato eum onere deferendi nomen & arma dicti teſtatoris. Quod ſi dictus Paulus moreretur ſine liberis maſculis habilibus ad ſuccedendum, ei ſubſtituit Odoardum Albertum eius etiã nepotem & d.Pauli fratrem, & poſt eum eius liberos maſculos dict.ordine primogenituræ ſeruato, & cum etiã d. qualitate deferendi nomen & arma: deinde ad alios gradus ſubſtitutionum proceſſit ſemper eodem primogenituræ ordine ſeruato.

Quatuor verò diebus poſtea, ſcilicet 23. eiuſdem menſis & anni idem Amalricus codicillum fecit, quo formam dictarum ſubſtitutionum mutauit, ordinauitque quòd caſu quo d.Odoardus decederet ante dictũ Paulum, & quòd dictus Paulus hæres pariter poſtea decederet ſine liberis, ſubſtituit dicto Paulo in omnibus & ſingulis bonis ſuis vnum ex pluribus proximioribus parentibus de ſanguine d.Pauli maſculum, & in defectum maſculorum vnam ex proximioribus dicti Pauli parentibus fœminam de ſuo ſanguine, aut tales perſonas filium vel filiam quam placuerit dicto Paulo aut voluerit eligere & nominare in ſuo teſtamento & vltima voluntate, cum onere deferendi nomen & arma dicti teſtatoris & ipſius domus in perpetuum: & in defectum quod nulli eſſent parentes proximi, aut quòd dictus Paulus hæres teſtatus non fuiſſet, voluit quòd ſubſtitutiones per ipſum factæ in d. ſuo teſtamento in fauorem & vtilitatem primogeniti maſculi filij Nobilis Eraſmi de Cauailloo & Ioannæ de Calabrun habeãt locum & ſuum ſortiantur effectum, dictas ſubſtitutiones approbando & confirmando.

Dictus Amalricus moritur in ea voluntate, Paulus Albertus adit hæreditatem deferendo nomen & arma familiæ de Mondragon, moritur poſtea Odoardus relicta filia, & tandem de anno 1592. & ſexto Nouembris dictus Paulus teſtamento ſuo hæredem vniuerſalem inſtituit Paulum de Miſtral Baronem de Croze eius ex ſorore nepotem, cum onere & conditione deferendi nomen & arma de Mondragon, & poſt eum voluit quòd eius hæreditas & bona ſint & pertineant pleno iure ad Paulum de Miſtral eius filiolum primogenitum filium dicti ſui nepotis & hæredis, & caſu quo decederet ſine filiis maſculis legitimis & naturalibus, ad ſecundo genitum maſculum dicti Domini de Croze, & poſt eum ad tertium, & ita de maſculo in maſculum in caſum mortis ſine maſculis, ſeruando ordinem primogenituræ de vno ad alium, ſubſtituit dicto Domino de Croze eius liberos maſculos cum dicto onere deferendi nomen & arma; prohibendo in ampliſſima forma & ſpecialiter omnes detractiones quartarum legitimæ, Falcidiæ & Trebellianicæ, & alias cuiuſcumque generis: & omnibus deficientibus & decedentibus ſine maſculis, ſubſtituit primogenitum, inſtituendo primogenituram perpetuam in fauorem maſculorum deſcendentium ex ſuis filiabus cum dicto onere deferendi nomen & arma, & omnibus deficientibus procedit ad alios gradus ſubſtitutionum, & in defectum omnium proximiorem maſculum de familia dicti teſtatoris, nota ſumpta per Magiſtrum Biiodi notarium Montisdraconis.

Dictus Paulus de Miſtral dictam hæreditatem dicti Pauli de Montdragoo ſimpliciter & abſque beneficio legis & inuentarij adiuit & pro hærede ſe geſſit, & ſub qualitate hæreditaria ex vi dicti teſtamenti homagium præſtitit de dicto loco de Montdragon in Curia ſuprema rationum Prouinciæ, ac tandem de anno 1611. & vigeſimo tertio Martij teſtamento ſuo hæredem vniuerſalem inſtituit Dominam Siluiam de Brancas eius vxorem, cum onere reſtituendi poſt eius deceſſum eius hæreditatem & bona ei ex dictis filiis maſculis quem eligere & nominare voluerit, capaci tamen; declarando ſe deſiderare, vt loca & iuriſdictiones de Montdragoo & d'Arboua, & omnia quæ fuerunt dictorum Amalrici & Pauli de Montdragon & inſulas Rhodani, & bona quondam Ioannæ de Leſcaris de Tande eius materteræ & vxoris dicti Pauli de Montdragon, nec non partem iuriſdictionis quam acquiſiuit loci de Barbentana, ad vnum ſolum ex dictis liberis per eam eligendum & nominandum ſpectare; locum verò de Croze & de Mirabel in Delphinatu, & bona quæ habebat in locis Sancti Remigij, Graniſionis, Maillanes & de Nonis cum ſuis dependentiis ad alterum ſpectare, ordinando poſtea ſubſtitutiones, de quibus nunc non eſt quæſtio.

Quæritur, an dictus Paulus Albertus inſtituendo hæredem dictum Paolum de Miſtral eius ex ſorore nepotem potuerit fideicommiſſum perpetuum, de quo ſuprà, facere, ita quòd ex vi illius Paulus Miſtral iunior & filius primogenitus dicti Pauli Miſtral nepotis ſit vocatus, ideóque nulla ſit habenda ratio teſtamenti per eumdem Miſtral patrem conditi. An verò nulla habita ratione fideicommiſſi per eumdem Paulum Albertum ordinati, dictus Paulus Miſtral ſenior idémque pater ſit vocatus ex vi codicilli per dictum Amalricum de Moutdragon conditi, in eóque defecerit fideicommiſſum, & propterea teſtamento per ipſum condito ſit ſtandum.

Et hæc quidem quoad bona quæ fuerunt dicti quõdam Amalrici, nam quoad alia bona, præſertim Barbentanæ ſita, ea duplicis generis ſunt: aut enim ipſi fuerunt donata per dictum Miſtral ſeniorem, aut aliunde per ipſum acquiſita; & dummodo donatio huiuſmodi valida fuerit, non eſt dubium quin teſtamento dicti Alberti ſit ſtandum. Erit igitur ſecunda inſpectio circa validitatem vel inualiditatem dictæ donationis de anno 1578. & decimo ſeptimo Septembris factæ.

Tertia & poſtrema an d. Miſtral iunior de aliis bo-
na de quibus Paulus Miſtral ſenior & pater diſponere
potuit, ſicut & de bonis maternis legitimam petere
poſſit, & quæ quantáque ea ſit.

Quoad primũ, videtur quòd ſcilicet d. Paulus Mi-
ſtral ſenior ſit vocatus, in eóq; fideicommiſſum extin-
ctũm ſit, idque ſine expreſſis verbis codicilli, quibus
proximiorem maſculum de ſanguine Pauli Alberti
vocauit, ſiue ex nominatione per dictum Albertum
facta: nam primo caſu cùm proximior vocatur, ſat eſt
ſemel vnum ex proximioribus admiſſum, qui ſequen-
tibus non cenſetur grauatus reſtituere, nec vis facien-
da eſt in eo quod iniunxit, vt deferrentur nomen &
arma; ex eo enim ſaltem in Gallia non inducitur per-
petuum fideicommiſſum, Charond. *lib. 8. reſponſor. cap.
45. & lib. 10. cap. 37. & 41.* & aux Pandectes du droict
François *lib. 2. cap. 15. fol. mihi* 151. & aux memorables
obſeruat. verb. option. fol. 231. & in verb. fief, in fin. fol. 151.
Robert. *rer. iudicatar. lib. 4. cap. 4. fol. 80.* Ferrer. *ad Gui-
don q. 467.* Pele. *quæſtion. illuſtr. q. 25. per tot.* præſertim
circa *fin. & q. 56.* idémque in Hiſpania ſeruandum do-
cet Palaez *de Maiora. lib. 2. c. 6. n. 23.* & generaliter docet
Hotoman. *conſ. 61.*

a Secundò verò caſu, qui jus nominandi habet no-
num fideicommiſſum nominato iniungere non po-
teſt, *l. vnum ex familia §. 1. & §. ſed et ſi fundum ff. de leg.
2.* & ibi Peral Spino. *de teſtamen. gloſſ. 27. princip. de fi-
deicommiſſar. ſubſtitutio. numer. 60. cum ſeqq.* fusè Mo-
lin. *de Hiſpan. primogenit. lib. 2. cap. 4. numer. 10. cum
ſeqq.*

Veriùs tamen exiſtimo fideicommiſſo per dictum
Paulum Albertum ordinato ſtandum eſſe; multa enim
in hoc caſu concurrunt, ex quibus concluditur men-
tem Amalrici fuiſſe, vt induceretur perpetuum fidei-
commiſſum. Primò, quia facultatem nominandi de-
dit dicto Paulo Alberto, cum onere tamen deferendi
3 nomen & arma teſtatoris in perpetuũ, nam ex nominis
& armorum delationis grauamine perpetuus maiora-
tus inducitur, cenſetúrque teſtator ea bona velle per-
petuò iure primogenituræ cõſeruari, Guid. Pap. Guil-
lelm. Benedict. *in repet. c. Raynutius, de teſtam. verb. in eo-
dem teſtamento relinquens il primo num. 174.* Ripa *in l. 1.
nu. 10. C. de pact.* Celſ. qui plures refert *conſ. 20. num. 40.*
Tiraquel. *de primogen. q. 64. nu 3. & in l. bones §. hoc ſer-
mone ff. de verbor. ſignificat. in regu. eiuſd. l. num. 124.* Et
quamuis huiuſmodi ſententia, cùm onus ferendi no-
men & arma, eſt ſimpliciter iniunctum, non eſt omni-
4 nò certa in Gallia ex Charond. & aliis ſupra citatis; ta-
men ſi aliquid adſit quod pluralitatem graduum de-
notet, vt ſi dictio collectiua vel quid ſimile plurium
graduum perſonarum adſit, Cephal. *conſil. 134. num. 29.
& ſeqq.* Alciat. *conſil. 36. num. 10. lib. 9.* vel quid aliud per-
petuitatem denotans, vel aliqua veſtigia Maioratus
adſunt, eſt indubitatum, Molin. *d. lib. 1. c. 5. nu. 34.* quod
hoc caſu præſertim ſtatuendum eſt, quo omnia requi-
ſita per Ferrer. *d. q. 467.* & eum quem ſequitur, adſunt:
a· verò hoc caſu nedum aliquid adeſt perpetuitatem
d·notans, ſed clarè vt perpetuò nomen & arma defer-
5 t nitur, ſtatuit dictus Amalricus, verbum enim *perpetuò*
intelligitur ſine præfinitione temporis, *l. cum debere co-
lumnam ff. de ſeruit. vrban. prædior.* Dec. *conſ. 516. num. 15.*
Cephal. *d. conſ. 134. num. 30.* Alberic. *in verb. perpetuò per
text. in l. falſo C. de diuerſ. reſcript. l. purè ff. de doli except.
c. 2. § fin. ext. de hæretic.* ſicut & dictio *ſemper*, nam per-
petuò & ſemper æquiparantur, Cephal. *dict. conſil. 134.
nu. 30.* Alciat. *d. conſ. 36. n. 10. lib. 9.* Bertachin. *in verb. per-
petuò, per gloſſ. in rubr. proœmy inſtitut. verb. ſemper & l. 1.
ff. ſol. matr.*

Secundò, mens elicitur ex eadem dictione *perpetuò*, 6
quæ de ſui natura inducit perpetuum fideicommiſ-
ſum, Peregrin. *conſ. 44. nu. 8. lib. 4. & in tract. de fideicom-
miſſ. artic. 30. n. 13. & ſeqq.*

Tertiò, quoties adſunt veſtigia Maioratus, conditio 7
ferendi nomen & arma inducit perpetuum fideicom-
miſſum, Moli. *d. c. 5. n. 34.* at verò in noſtro caſu nedum
adſunt dicta veſtigia tacitè ex eo quòd in caſum nõ no- 8
minationis *proximior* vocatus eſt, Ferrer. *ad Guid. d. q.
467.* & quia vnicũ vocat cũ d. onere ferendi nomẽ & ar-
ma, Guid. Pap. *d. q. 457.* Papõ en ſon recueil *tit. des ſub-
ſtitut. arreſt. 14.* Peralt. *in d. §. ſed et ſi fundum nu. 19. pag.
mihi* 596. Tiraq. & Benedict. locis *ſupr. cit.* vtroque enim
caſu, cùm plures eſſe poſſent in eodem gradu, primo-
genitus tantùm iſq; maſculus vocatur ex dictis Ferrer.
Guido. & aliis; ſed etiam expreſsè in ſequentibus gra-
dib. ordinatur primogenitura perpetua maſculina per
dict. Amalricum, ſicut & in eius teſtamẽto. Ergo mens
quoque ipſius fuit vt ea etiam in nominando per Pau-
lum Albertum inſtitueretur: vna enim pars teſtamen- 9
ti aliam interpretatur, & voluntas diſponentis decla-
ratur ex eo quod alio in loco ſcripſit, *l. ſi ſeruus plurium
§. fin ff. de leg. 1.* Menoch. *conſ. 193. nu 2.* & per ſequentia
præcedentia declarantur, ſicut è contra, *d. l. ſi ſeruus plu-
rium §. vlt. ff. de leg. 1. l. fin. § cui dulcia ff. de vino, tritico,*
Anchar. *conſ. 27. n. 7.*

Quartò, ex præcedentibus dependens, quia cùm in
perſona d. Amalrici eius familia finiret, voluit perpe-
tuare familiam ſuam in propinquis d. Alberti vocando
primò proximiorem maſculum, & in defectum maſ-
culorum, fœminam, per alternatiuam, deinde liberam
facultatem eligendi quem vellet filium vel filiam dicto
Alberto concedens, cum onere tamen deferendi no-
men & arma in perpetuum, & in defectum proximio-
rum vel non electionis & quod teſtatus non fuiſſet, in-
ſtituendo primogenituram perpetuam maſculinam;
ex quibus infertur mentem fuiſſe vt induceretur per-
petuum fideicommiſſum, attenta conſuetudine nobi-
lium, dignitate perſonarum, qualitate bonorum in iu-
riſdictionibus conſiſtentium & ſuprà narratis circum-
ſtantiis, ex quibus dubium legatum & fideicommiſ-
ſum ſolet declarari & interpretationem accipere, *d. l. ſi* 10
ſeruus plurium §. vlt. ff. de leg. 1. DD. *in l. fideicommiſſum §.
hæc verba ff. de leg. 3. in l. cum ita §. in fideicommiſſo
ff. de leg. 2.* & Baldus *in l. quoties Codic. de fideicom-
miſ.*

Quintò, ex eo quod voluit familiam ſuam perpetuò
conſeruare per nominis & armorum delationem, cen- 11
ſetur inductum perpetuum fideicommiſſum; onus e-
nim perpetuò iniunctum perpetuitatem arguit fidei-
commiſſi, Anchar. *d. conſ. 27. nu. 7. col. vlt.* Decian. *conſ. 41.
nu. 61. lib. 1.* Roland. *conſ. 70. n. 31. lib. 3.* dum Ancharanũ
allegant. Nec obſtat quod ex aduerſu dicitur ex onere
deferendi nomen & arma d. Amalricum noluiſſe per-
petuum & reale fideicommiſſum inducere, ſed ſo-
lùm vt deſcendentes à nominato vel ſubſtituto per-
petuò deferrent nomen & arma; nam ex ſuprà dedu-
ctis contrarium verius eſſe apparet, præſertim quod
huiuſmodi voluntas ſine fideicõmiſſo perpetuò eſſet
illuſoria & fruſtratoria, deſcendẽtes enim à nominato
vel ſubſtituto poſſent ſi vellent non deferẽdo nomen
& arma inutilem & vanam reddere diſpoſitionem
teſtatoris: quod ne in ipſorum poteſtate ſit, & vo-
luntas teſtatoris omninò ſeruetur, ſcilicet vt nomen
& arma perpetuò deferantur, neceſſariò dicendum
eſt fideicommiſſum reale & perpetuum eſſe iniunctũ,
vt eius metu ad id cogantur, & vno non faciente, cæte- 12
ri admittantur & deferant; nam ex eo quod voluit vt
per-

perpetuò deferrent, & ſic cuertauit, cenſetur quoque honoraſſe & ſic vocaſſe, *l. ab eo C. de fideicom.* & in terminis oneris delationis nominis & armorum, Celſ. Hu-
13 go. *d. conſ. 20. nu. 40.* Quemadmodum etiam inducitur perpetuum fideicõmiſſum ex eo quòd teſtator voluit bona ſua in agnatione perpetuò conſeruari, *text. in l. codicillis, alias l. Lucius Titius §. iuſticato in verb. per vniuerſum tempus ff. de leg. 2.*
14 Sextò, quia omnis exequutio regulatur & æſtimatur ab eius cauſa principali & primitiua, & ſecundùm eam determinatur *l. 1. vbi ex ea iſtud notant* Bart. Angel. Ioan. de Imo. & Paul. de Caſt. *ff. de ſolution.* Peral. *in dict. §. ſed et ſi fundum numer. 12. pag. mihi* 588. ergo in noſtro caſu electio quæ eſt executio voluntatis dicti Amalrici debet ſecundùm eius mentem fieri & declarari, quæ cùm fuerit vt perpetuò deferrentur nomen & arma per propinquos dicti Alberti, potuit & debuit ſecundùm quod dictus Amalricus voluit fideicommiſſum facere, & quod fideicommiſſum non tam fecit, quàm factum ab Amalrico declarauit.
15 Septimò, quia etſi hæres, qui poteſt eligere vnum de familia, non poſſit fideicommiſſum imponere, tamen fallit ſi imponat in fauorem alterius de familia, niſi hoc fieret in præiudicium eorum qui nominatim vocantur poſt nominatum à primo teſtatore, Peral. *in d. § ſed et ſi fundum n 17.* poſt Bart. *ibid. nu. 2.* & Bald. *in princ.* & ita accepi fuiſſe iudicatum in Parlamento Aquen. in cauſa Comitis du Bar. Quod confirmatur ea
16 a doctrina in Gallia receptiſſima, quod etſi pater ſimpliciter donauerit filio in contractu matrimonij, poteſt tamen in teſtamento eidem ſi ſine liberis deceſſerit, alios ſuos filios ſubſtituere & primogeniturã ordinare, Boer. *q. 204. nu. 5.* Ferret. ad Guid. *dec* 104 Fernand. *inc. vn. de fil. nat. ex matrimon. ad morganat. c. 9 ſub nu. 4.* Cuiac. *conſultat. 58 per text. in l. fin. §. filiaff. de leg. 2.* At verò hoc caſu ea libertate quem vellet eligendi per alternatiuam d. Alberto data potuit eligere Paulum Miſtral iuniorem, ergo potuit eumdem ſubſtituere Paulo Miſtral ſeniori quem elegit.

Octauò, ſi dictus Albertus neminem elegiſſet, ex primo gradu ſubſtitutionis, proximior de ſanguine Alberti maſculus & in defectum fœmina vocabantur, quod ſi accidiſſet, primogenitus & ſenior ſucceſſiſſet, *arg. l. fin. de fide inſtrum.* Bald. *ad l. procurator n. 2. C de eodem.* Decian. *conſ 71. vol. 3.* Ferret. *ad d. dec. 467.* proximior autem vocatus & admiſſus cenſetur grauatus aliis de ſanguine ſucceſſiuè reſtituere, fideicommiſſum enim relictum propinquiori de familia eſt perpetuũ, & pro-
17 pinquior admiſſus cenſetur rogatus ſequentibus in gradu ſucceſſiuè reſtituere, *l. cum ita §. in fideicommiſſo l. peto §. fratre ff. de leg. 2* Bald poſt Angel. *conſ. 321. ſtatuto cauetur lib. 1* Anchar. *conſ. 27. verſ. eſt enim mihi.* Bertran. *conſ. 30. vol. 1. poſter.* & alij quos longa ſerie refert & ſequitur Peregrin. *de fideicommiſſ artic. 19. nu. 16. & 17.* Et
18 quamuis cùm non dictione plurali *proximiores*, ſed ſingulari *proximiorem* vocauit Crauet. *conſ. 180.* contrarium exiſtimauerit, eius tamẽ diſtinctio eſt communiter reprobata, & contra ipſius conſ. fuit iudicatum, vt ipſemet fatetur, Peregrin. poſt multos *d. artic. 19. nu. 16. & 17.* & Anchar. doctrinam *d. conſ. 27.* communiter eſſe receptam teſtatur Decian. *conſ. 41 nu. 59. & ſeqq lib. 1.* Et quamuis aliqui contrarium ſenſerint, tamen ſi aliqua ſint verba tractum temporis habentia, vel perpetuitatem ſui continuationem deſignantia, omnes conueniunt fideicommiſſum eſſe inductũ inter propinquiores de vno ad alium: hoc verò caſu clara ſunt huiuſmodi verba, cùm nõ ſimpliciter propinquiorem, ſed cum onere vt nomen & arma in perpetuum deferrent, ſubſtituerit. Quod ſi hoc procedit ſi nominatio non fuiſſet facta, idem abſque dubio ſtatuendum eſt ea facta, præſertim cùm ſint in vno eodémque contextu orationis, imò eſt vnus idémque gradus nominationem vel non nominationem continens, qui propterea non debet diuerſimodè intelligi: ſed & idem dicendum eſſet ſi eſſent diuerſi gradus, cùm vnus ex alio declarandus ſit, *dict. l. ſi ſeruus plurium §. vltimo, ff. de leg. 1.*

Poſtremò, quia dictus Paulus Miſtral ſenior hæreditatem dicti Pauli Alberti ſine beneficio legis & inuentarij adiuit, ideóque diſpoſitioni illius omninò ſtare tenetur: neque huic rationi obſtat ſi dicatur quod 19
inſtitutio hæredis ſimpliciter facta non videtur includere bona fideicommiſſo ſubiecta & ſic prohibita alienari, Bartol. *in dict. l. codicillis §. iuſticato ff. de leg. 2.* & cenſeri Paulum ſolum quoad ſua bona fideicommiſſum iniunxiſſe, non quoad ea quæ ex teſtamẽto Amalrici ad eum ſpectabant *text. eſt in l. in imponenda & l. irritum C. ad leg. Falcid.* Pariſ. *conſ. 93. nu. 58. lib. 2.* nam ad 20
hoc variis modis reſpondetur. Primò aliam eſſe rationem ſi ad d. Paulum ex vi fideicommiſſi ab Amalrico iniuncti ſpectaſſent, aliam verò cùm non niſi ex vi nominationis per Albertum factæ; primo enim caſu procedere poſſent quæ in contrarium dicuntur, ſecundo verò ſecus, quia nominando etiam tacitè ſcilicet hæredem inſtituendo (per inſtitutionem enim hæredis cenſetur nominatio de illo facta, Papon *lib. 20. tit. 2. ar-* 21
reſt. 2. Charond. *reſponſor. lib. 7. c. 62.* Ranchin. *deciſion. par. 4. concluſ. 220.* Cuiac *conſultat. 58.* & Pelc. *q. 5.*) de omnibus bonis tam ſuis quàm Amalrici diſponit, ideóque fideicommiſſum à dict. Paulo Alberto iniunctum debet omnia bona de quibus diſponit afficere. Secun-
dò, reſpond etiam in terminis ſimplicis fideicommiſſi 22
quando teſtator intellexit quoque de bonis fideicommiſſo ſubiectis; hæres ſimpliciter adiens hæreditatem ſeruare tenetur illius diſpoſitionem, Pariſ. *conſ. 83. n. 802 lib. 3.* Dec. *conſ. 254. poſt nu. 3.* quod hoc caſu accidit, cùm dictus Albertus tanquam Dominus de Montdragon teſtatus fuerit & fideicommiſſa ordinarit, iuxta mentẽ d. Amalrici, iuſſeritque vt nomen & arma de Montdragon deferrentur. Ex quo neceſſariò infertur de bonis illius teſtatum fuiſſe, alioquin ſi de ſuis tantùm bonis propriis intellexiſſet & ea ſola fideicommiſſo ſubieciſſet, non nomen & arma Amalrici, ſed propria deferri iuſſiſſet: ſed quia bona dicti Amalrici non potuit trãsferre niſi ſub eo onere, ideò illud iniunxit, propria etiam bona illi ſubjiciendo, familiam Amalrici ſuæ præferendo in gratiam quod maiorem partem bonorum ab eo accepiſſet: diſpoſuit quoque clarè per legatum certo caſu de molendino in loco de Montdragon ſito, quòd ſcilicet inſtitutione omnia bona per ipſum poſſeſſa comprehendiſſet, eáque fideicommiſſo ſubieciſſet: ſed & ipſe Miſtral ſenior intellexit d. Albertum de dictis bonis diſpoſuiſſe & ea comprehenſa in hæredis inſtitutione, cùm homagium præſtando de dictis bonis dixerit ea ad ſe ex vi vltimæ voluntatis dicti Alberti perueniſſe. Non eſt omittendum *dict. l. in imponenda & l. irritum Cod. ad leg. falcid.* dum de imponenda legatorum ratione & detrahenda falcidia agitur, id nonniſi per vim retentionis fieri, nam ſi legata ſoluta fuiſſent, modò ne per errorem facti, ſolutum repeti non poteſt ex cauſa falcidiæ, *l. error facti Cod. ad leg. falcid.*

Ex quibus videtur omninò concludendum ſtandum eſſe fideicommiſſo per Paulum Albertum ordinato, vſque tamen ad quartum gradum incluſiuè iuxta ordinationes Regias.

Nec obſtant rationes ſuprà in contrarium adductæ.
Ad primam quidem qua dicitur proximiore vocato,
eo ſemel admiſſo extinctū eſſe fideicōmiſſum, nam cō-
traria ſentētia, quòd ſcilicet cenſeatur grauatus ſequē-
tib. inſtituere, eſt verior, idque abſq; dubio vbi adſunt
aliqua verba tractū temporis vel perpetuitatem deno-
tantia, vt hoc caſu, ex his quæ ſuprà diximus in 8. fun-
damento. Adde quòd non poſſet ſe prætendere vocatū
ex primis verbis, ſed tantùm ex nominatione in inſti-
23 tutione contenta per Albertum facta: primis enim
verbis ſubſtitutionis derogatur per ſequentia, quibus
libera facultas eligēdi etiam non proximiorem datur
d. Alberto, *l. nam ad ea, l. ſub diuerſis ff. de condition. &*
demonſtration. facit l. ſi heredi plures ff. de condition. inſti-
tution. l. ſi is qui ducenta §. fin. ff. de reb. dub.
Non obſtat quod ſecundo loco dicitur ex onere de-
lationis nominis & armorum in Gallia non cenſeri in-
ductum perpetuum fideicommiſſum, nam ei ſatisfit ex
dictis ſuprà in primo fundamēto ob dictionem *in per-*
petuum quæ non poteſt verificari in vna perſona, ideó-
que ex eo arguitur perpetuum fideicommiſſum per
Amalricum intellectum & per d. Albertum declara-
tum & clarè iniunctum.
Non obſtat poſtremò eum qui jus nominandi ha-
bet nō poſſe nouo fideicommiſſo nominatum graua-
re; nam hoc verum quidem eſt regulariter, ſed fallit
quando alia eſt mens teſtatoris, quam hic fuiſſe ex ſu-
prà deductis patet, ita quòd d. Albertus non nouum fi-
deicommiſſum, ſed ab Amalrico inſtitutum vel decla-
raſſe vel exequutioni demandaſſe cenſetur, Patiſ. *conſ.*
11. *nu.* 28.
Et hæc quidem dicuntur præſuppoſito fideicōmiſ-
ſum ab Amalrico inſtitutum non fuiſſe factum cadu-
cum, etſi Odoardus non deceſſerit ſine liberis, ſed re-
liquerit filiam, nam ſi ex eo fuiſſet factum caducum,
nos eſſemus in claris, potuiſſet enim Albertus de di-
ctis bonis liberè diſponere & ea perpetuò vinculare:
fuiſſe verò ex eo factum caducum Domini Conſulto-
res Nemauſenſes aſſeruerunt ad quos me remitto.
Quoad ſecundam inſpectionem de donatione, ſoli
24 remouenda ſunt quæ in contrarium proponuntur. Pri-
mò opponitur ſuſceptione liberorum reuocatam fuiſ-
ſe ipſo iure d. donationem, *l. ſi vnquam C. de reuocan. do-*
nation. cùm ſit facta de parte notabili bonorum ſuorū,
& hæc eſt magis communis DD. opinio relata per Rip.
lib. 3. interpretat. titul. de donation. q. 7. & 8. nu. 14. 15. & 16.
Cancer. *lib. 1. var. reſol. c. 8. de donation. n. 83.* poſt Bart. &
plures quos allegat Tiraquel. *in Commentar. d. l. ſi vn-*
quam in gloſ. omnia vel partem aliquam n. 4. Papon *en ſon*
recueil lib. 11. artic. 19. 20. & 21. & en ſes notair. lib. 1. tit. des
donations fol. mihi 358. ver. reſpondetur quod ſi de tem-
25 pore donationis d. Paulus pater habebat filium, vt ha-
buiſſe mihi dicitur, certiſſimum eſt per ſuſceptionem
aliorum liberorum non reuocari donationem, Tiraq.
in d. l. ſi vnquam in verb. filios non habens per tot. Sed poſ-
ſito, quòd nullum habuiſſet, dicta in contrarium non
procedere, quando pater diutiùs vixit, permiſitq; do-
natarium ſemper re donata vti, nec ſignum aliquod o-
ſtendit immutatæ ſuæ in ipſum donatarium volunta-
tis; nec aliquo pacto declarauit velle donationem re-
uocari propter illam ſequentem liberorum natiuitatē,
cùm id facere potuiſſet; nam tunc cenſetur tacitè vo-
luiſſe donationem ratam manere non obſtāre tali na-
tiuitate. ita Tiraquel. *in commentar. d. l. ſi vnquam C. de*
reuocand. donat. in verb. ſuſceperit liberos. num. 211. & ſeqq.
poſt multos quos refert, & in verbo *reuertatur nu. 299.*
Mangil. *tract. de imputation. & detraction. q. 102.*
Nec verum eſt, quod ea Papone aux dicts *notair. tit.*
des donat. fol. 360. ver. deducitur, patrem d. l. ſi vnquam, ta-
citè vel expreſsè renuntiare non poſſe; modò ne legi-
tima fruſtrentur, & donatio non ſit inofficioſa, cùm e-
tiā viuis & exiſtentibus filiis poſſit donationem huiuſ- 26
modi, modò ne inofficioſam facere: verius enim eſt i-
pſo quidem iure fieri, dum tamen pater declarauerit,
Tiraquel. *in d. verb. reuertatur n. 10.* fusè Mangil. *dict. q.* 27
102. eique expreſsè renuntiari poſſe, Tiraquel. *d. loco n.*
96. & ſeqq. Mangil. *d. tract. q. 103.* Clar. *in §. donatio qu. 22.* 28
n. 4. ſolúmque vſque ad legitimam reuocari, Tiraquel.
d. verb. reuertatur n. 3. nec verum eſt fauore liberorum
eam legem inductam, ſed fundari in veriſimili mente
donantis, qui ſi de liberis cogitaſſet, donaturus non e-
rat, vt Tiraquel. & Mangil. dictis locis docent.
Sed etſi illa ratio ex diutina poſſeſſiōne non benè 29
verificaretur in hoc caſu & dubia eſſet in facto, ex his
quæ poſtea dicentur, tamen ceſſat *d. l. ſi vnquam*, quia
de liberis cogitauit, & de illis mentionem fecit, Tiraq.
in præfat. d. l. ſi vnquam num. 63. & ſufficit ſi in vna parte
donationis de illis mentionem fecerit, vt hic, Tiraqu.
d. loco n. 73. & ſeqq.
Secundò, opponitur non fuiſſe d. donationem nec 30
tempore illius nec poſtea acceptatam, quæ propterea
in Gallia nulla eſt, ex Ordinatione Franciſci I. de anno
1539. & Henrici II. de anno 1549. Charond. *au Code Hē-*
ry lib. 6. tit. 5. arreſt. 4. Frerot *aux Baſiliq. eod. lib. & titul.*
arti. 4. & 5. Papon *en ſon recueil lib. 11. tit. 1. artic. 8. & 10.*
Louet *en ſon recueil. lit. D. c. 11.* etſi alioquin ſtipulatio
notarij vel retentio vſusfructus de iure communi ſuf-
feciſſet, iuxta *l. abſenti* vbi DD. *ff. de donatio.* etiā in Gal-
lia ante dictas Ordinationes, De Luc, *lib. 8. tit. 5. c. 1.* Re-
ſpondetur huiuſmodi donationem ipſo facto & re ipſa
fuiſſe acceptatam; tum quòd fuerit inſinuata inſtante 31
d. Alberto ſeu eius procuratore, cui ad id mandatum
ſpeciale dedit cum inſertione tenoris d. donationis, vt
in puncto tradit Maynard. *2. par. lib. 7. c. 84. fol. mihi 587.*
verſ. car autrement, tum quòd bonis donatis quamdiu
vixit, pacificè vſus fuerit.
Nec obſtat quòd bonorum à Domina de Tande
prouentorum vſumfructum ipſa ſibi reſeruauerit, bo-
norum verò per d. Miſtral ſeniorem in loco Barben. ac-
quiſitorum vſumfructum ipſe d. Dominæ de Tande
donaret, quæ nonniſi anno vel circa ante d. Albertum
deceſſit, eùmque propterea dictis bonis non fuiſſe ga-
uiſum, eáque non poſſediſſe. Reſpondetur enim non
obſtātib. dictis reſeruatione & donatione fructuum d.
Albertum ſemper ea bona poſſediſſe, vt ex inſtrumen-
tis locationum conſtat, & teſtibus ſi opus ſit probabi-
tur; idque videntibus & conſentientibus dictis de Tā-
de & Miſtral. Et quod plus eſt, d. Miſtral tanquam pro-
curator d. Alberti quædam geſſit coram Domino de
Mazarques Commiſſario in loco de Montdragon de
anno 1603. & 9. Septembris, eum aſſerens Condomi-
num Barbenianæ, qualis tamen non erat, niſi ex vi do-
nationis per d. Miſtral factæ.
Nec obſtat ſi replicetur, quòd cùm ſtatuto aliquid
de eſſentia requiritur, quo non interueniente actus 32
declaratur nullus, non ſufficere ſi illud per æquipol-
lens adimpleatur, Alex. *conſ. 212. nu. 5. lib. 6.* doctrina e-
nim Alex. procedit quando in ipſo actu aliqua ſolem-
nitas de eſſentia requiritur, qua deficiente annullatur
contractus, quod non eſt hoc caſu, cùm poſt contra-
ctum acceptatio poſſit fieri: & præterea non ſolùm æ-
quipollens, ſed maioris momenti videtur eſſe quæ re
ipſa & facto, vt in caſu noſtro, quàm quæ verbis fit. Sed
vtcumque ſit, ſufficit inſinuatio inſtante donatario vel
eius procuratore ſpeciale mandatum habente cum in-
ſertione donationis, vt dicatur legitimè acceptata, ex
Maynar. *loco ſupr. cit.*
Tertiò, opponitur ſolemnitatem à ſtatuto prouin-
ciæ

ciæ *in tit. de inſinuan. donation.* requiſitam non interueniſſe. Reſpond. vnius Conſulis præſentiam interueniſſe, & cùm fuerit ad inſtantiam d. Miſtral legitimè inſinuata, id ſufficere; præſertim cùm tantus temporis lapſus acceſſerit, quo omnis actio eam impugnandi eſt præſcripta. Adde quòd legitima cauſa eam faciendi adfuit vt ſcilicet d. Albertus induceretur ad inſtituendum hæredem d. Miſtral, vt fecit. Quæ dicuntur præſuppoſito quòd probetur d. Miſtral fuiſſe minorem de tempore d. donationis; quam ſi de eo non conſtiterit, ceſſat ſtatutum.

Quartò opponitur d. Miſtral tempore d. donationis fuiſſe minorem, ideóque tanquam læſum reſtituendum. Reſpond. poſito quòd id probaretur, de quo tamen non conſtat, reſtitutioni omnem viam præcluſam, cùm à tempore d. donationis quadraginta & vnus anni, & vſque ad mortem d. Alberti vltra viginti ſex effluxerint.

Quintò opponitur, quia d. Albertus deceſſit ſine liberis ſuperſtite d. Miſtral donatore, per jus reuerſionis bona donata ad illum redire. Reſpond. primò dict. jus contra jus commune (neque enim *in l. quod ſcriis §. 1. C. de bon. quæ liber.* in qua fundatur, dicitur id quod prætenditur) in aliquibus Parlamentis Galliæ, vt Tholoſano & Pariſienſi, non eſſe in vſu in omnibus, vt Gratianopolitano, videndúmque eſſe, an in Aquenſi ſit receptum. Secundò illud jus tantùm introductum eſſe in fauorem patris, matris vel aui donantis, præmoriente filio donatario ſine liberis, non aliorum, ita quòd nec in fauorem filij donantis patri, ſi alioquin donatio valuiſſet, haberet locum. Tertiò, claré conſtat ex d. donatione & ex verbis in principio poſitis relatiuis primæ donationis eum voluiſſe donare & donationẽ ſortiri effectũ etiã ſi Albertus prædecederet, ita quòd d. ius reuerſionis, ſi illi locus eſſet, ceſſaret & illi renunciatum fuiſſet. Vltimò, quia d. Miſtral adiuit hæreditatem d. Alberti ſine beneficio legis & inuentarij, ideóque fideicommiſſum ab eo ordinatum ſeruare tenetur.

Poſtremò, opponitur quoad bona d. Dominæ de Tande donationem videri factam in fraudem, quòd ſcilicet inter eam & d. Albertum fieri non potuiſſet. 33 Reſpondetur, præterquam quod donatio inter d. Miſtral & d. Dominam de Tande fuit mutua, quæ etiam inter coniuges eſt permiſſa, vt docet Socin. *in regul. in verb. donatio inter vir. & vxor. fallen. 1.* Hippol. de Marſil. *ſingula.* 50. eam morte d. Dominæ de Tande fuiſſe 34 confirmatã, præcipuè traditione interueniente ſiue vera ſiue ficta, *l. 1. l. donationes quas parentes C. de donation. int. vir. & vxor.* Bart. *in l. Papinianus ff eod.* Quod hoc caſu omninò dicendum quo d. Miſtral quamdiu vixit eam non impugnauit, & vt ſæpe dictum eſt, hæreditatem d. Alberti ſimpliciter adiuit. Nec refert ſi dicatur d. Dominam de Tande in ſuo teſtamento dicta bona donata d. Miſtral quatenus opus eſſet legaſſe, ideóque ea ex vi legati ad eum pertinere; nam reſpondetur id legatum ex abundanti fuiſſe factum, nec neceſſarium fuiſſe, cùm in omnem caſum d. donatio morte d. Dominæ de Tande fuiſſet confirmata, & titulum ſubſequentem; præſertim non neceſſarium, non inualidare, ſed confirmare præcedentem.

Tertia & poſtrema inſpectio eſt circa legitimam patris matríſque d. Miſtral iunioris, in qua paucis dicendum eſt eam eſſe decimam partem bonorũ, cùm quinque liberos reliquerint, deductis ſcilicet funeris impẽſa & ære alieno: id tamen aduertendum eſt legitimam in bonis patris eſſe ſoluendam etiam habita ratione bonorum per d. Miſtral d. Alberto donatorum, perinde ac ſi donatio facta non fuiſſet; donationes enim im- 35 pinguant non minuunt legitimam, Caſtrenſ. *conſ. 416. in fin. lib. 1.* Seraphin. *deciſion. 416. quæ in nouiſſ. diuerſor. eſt 488. part. 1.* Tuſchus *practic. concluſion. litera L. concluſion.* 401. *numer.* 13. Aueniode hac die 10. Maij 1619.

ARGUMENTUM.

Teſtamentum ad alterius interrogationem factum an valeat.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum & multo magis codicillus ad alterius interrogationem factus valet.*
2 *Fallit ſi diſponens erat morti proximus.*
3 *Si non à notario ſed à priuata perſona interrogetur.*
4 *Si à perſona ſuſpecta interrogetur moribundus.*
5 *Si non habuerit mentem diſponendi & ſit moribundus.*
6 *Si nedum proponatur non ſanæ mentis, ſed dubium ſit, an ſit ſanæ mentis: moribundus autem non præſumitur ſanæ mentis, aut ſaltem animum teſtandi habuiſſe.*
7 *Iudicis arbitrio relinquitur, quæ ſigna & coniectura ſufficiant ad excludendum animum teſtantis.*
8 *Si diſponens non habet eam voluntatem aut neſcit quod agit, corruit qualibet eius diſpoſitio.*
9 *Adeò vt nec inter liberos ſuſtineatur.*
10 *Nec fauore piæ cauſæ.*
11 *Licet teſtator ſuam voluntatem declarauerit, tamen ſi quid aliud faciendum eſt & interim moriatur, nulla eſt.*
12 *Diſponens præſentibus iis quibus relinquit & abſentibus proximis & confidentibus non præſumitur diſponere voluiſſe.*
13 *Notario recuſante voluntatem diſponentis ſcribere, quia eū in ſtatu diſponendi non vidit, huiuſmodi voluntas nihil operatur.*
14 *Quando per teſtes probatur aliqua diſpoſitio, teſtes debent eſſe in omnibus & per omnia conformes.*

CONSILIVM LIII.

VIſis articulis in cauſa vertente inter Dom. Franciſcum Hugues & Domicellas Catharinam, Blanchiã, Alexandram, Franciſcam d'Alfonſe ſorores, & honeſtas filias, Antonetam Hugues & Catharinam Iacomne ex vna, & dominos Franciſcum & Thomam Aydius ex alia partibus, hinc inde datis, & reuelationibus teſtium in vim monitorij deponentium, exiſtimo in fauorem dictorum Aydius pronuntiandum, & dictos Hugues & Alfonſe à petitione legatorum ſibi reſpectiuè factorum, quippe quæ de jure ſubſiſtere non poſſint, repellendos, ipſiſque ſilentium perpetuum imponendum: nam etſi ea ſit cõmunis & recepta doctorum ſententia, teſtamentum & 1 multo magis codicillum ad interrogationem alicuius factum valere *ex gloſ. in l. habemus* quam ibi Bart. Bald. Alberi. Salicet. & alij ſequuntur *C. de teſtamentis* & communem atteſtantur Alexan. ibi, & *in conſ. 12. col. 3. lib. 1.* Corn. *conſ. 77. col. 4. verſ. nõ obſtat lib. 4.* Decius *conſ. 489. n. 3.* Iaſ. *conſ. 144. in fin. lib. 1.* Ioan. Bapt. Plot. *in 1. vol. conſil. ad cauſas vlt. volunt. conſ. 168. n. 4.* Graſſ. *in §. inſtitutio q. 17. n. 5.* Nec refert, vt quidam exiſtimant, an à notario, ſed ab alio interrogetur teſtator, Menoch. *præſumpt. lib. 4. præſumpt. 8. n. 15.* tamen pleriſque caſibus & ex eo-

ie&ctuiris ab huiuſmodi opinione receditur. Eſt enim huiuſmodi quæſtio, an diſpoſitio teſtatoris ad interrogationem alterius facta valeat tota coniecturalis, vt inquit d. Menoch. *d. præſumpt. nu.* 1. Ideóque facillimè & ex aliis cauſis ab ea ſententia recedit, quarum pleræque in caſu io qoo verſamor, militant, earúmque prima & potiſſima eſt, ſi teſtator, qui ad interrogationẽ
2 alterius diſpoſuit, fuerit morti nimium proximus, vt in terminis docent, & communem atteſtaotur Paulus de Caſtro *in l. hac conſultiſſima* §. *at cum humana C. qui teſtam facere poſſ.* Angel. Aretin. *in princip. de teſtamentis*, Fernand. Vaſqu. *illuſtrium controuerſ. lib.* 3. *c.* 101. *nu.* 5. hócque dicit eſſe ſine dubio Clar. §. *teſtamentum q.* 37. *verſ. ſcias ergo*, Couat. *in c. cum tibi nu.* 4. *extra de teſtam.* Graſſ. *in* §. *ſubſtitutio q.* 17. *n.* 7. Domicella verò Margarita de Damianis cùm ad interrogationem reſpondit, adeò erat morti proxima, vt nimis vna hora poſtea deceſſerit & quod quodammodo eſſet in agonia in Marini depoſuit.

3 Secunda eſt, ſi non à notario, ſed à priuata perſona interrogata fuit, Bald. *d. lege iubemus n.* 6. *in fine*, Benedictus *in c. Raynutius verb. in extremis poſitus nu.* 37. *verſ. ſirus forte eſſet*, Gabriel *de teſtam. concluſ.* 2. *nu.* 9. Et quãuis à pleriſque reprobetur hæc ſecunda coniectura, & contraria ſententia magis communis dicatur, vt per Clar. *d. q.* 37. *num.* 3. tamen ſi iungatur ad præcedentem qnod ſit moribundus, qui interrogatur, eam admodum confirmat.

4 Tertia ſi ea perſona, quæ interrogationem facit, ſuſpecta ſit, & interrogatio fiat moribundo, certiſſimum eſt, huiuſmodi diſpoſitionem non valere, Gabriel *d. conclu* 2. *n.* 16. qui hanc magis communem aſſerit, Clar. *d. q.* 37. *n.* 6. *verſ. item ſcias*, atque his duobus concurrẽtibus ſcilicet quod interrogatio à perſona ſuſpecta & moribundo fiat, magis communem eſſe aſſerit, Socin. iun. *conſ.* 183. *n.* 27. *& ſeq. lib.* 2. Menoch *d. præſumpt.* 8. *nu.* 40. poſt Caſtrenſ *conſ.* 156. & alios, Graſſ. *in d.* §. *ſubſtitutio q.* 17. *num* 10. poſt multos quos refert: hoc verò caſu perſonam fuiſſe priuatam, nimirum Dominom Henricum Felix certum eſt, ſuſpectum verò probatum fuit, quippe qui variis propinquitatis & conſanguinitatis modis cum d. Hugues coniunctus ſit & ex dd. etiam reuelationib. talem eſſe manifeſtè conſtat, nam cùm ipſe ſolus eum Priore Carmelitarũ cubiculum d. Margaritæ ingreſſus fuiſſet, eo poſtea egreſſo dixit, eã velle diſponere eo modo quo poſtea diſpoſuit, quod non eſſe verum ex depoſitione d. Prioris paret, qui clarè aſſerit eam noluiſſe diſponere, & quantumuis ab ipſis interrogata tenuiſſe omninò: ſed & ipſe Fœlix propriũ habet intereſſe, tùm deponat ſe vnà cum d. Priore deputatum ad diſtribuendum ducenta ſcuta abſque vlla expreſſione, in quos referr.

5 Quarta, ſi non conſtet antequam interrogaretur teſtatorem habuiſſe mentem diſponendi, quæ coniectura ſimpliciter propoſita, etſi à pleriſque reprobetur, tamen ſi reſponſio ad interrogationem fiat à moribundo, vel ab eo qui eſt valde infirmitate grauatus, eſt certa, hancque magis communem, & ita in ſupremo Senatu Mediolanenſi iudicatum fuiſſe teſtatur Clar. *d. q.* 37. *n.* 7. poſt Bertrand. *conſ.* 194. *n.* 3. *lib.* 3. *poſterior.* & Soci. *d. conſ.* 83. *n.* 32. Idémque affirmat Couar. *in d. c. cum tibi nu.* 4. & Simon de Pract. *de interpret. vltim. voluntatum lib.* 2. *interpret.* 1. *dub.* 2. *col.* 1. *n.* 53 *fol.* 196. Iaſon *conſil.* 3. *num.* 37. hoc verò caſu tantum abeſt, vt conſtet dictam Margaritam habuiſſe animum diſponendi antequam interrogaretur, quin potius conſtat de contrario ſcilicet non habuiſſe mentem diſponendi & ante & poſt interrogationem; ante quidem ex depoſitione d. Prioris poſt verò ex plurium teſtium depoſitionibus, quibus apparet, quod cùm notarius aduenisſet poſt interrogationem à Felice factam recuſauit omninò, & vel tacendo vel ſigno, vel clarè profeſſa eſt ſe nolle diſponere & verba protulit, quibus apparebat ſe vexari, & importunè ſollicitari ad diſponendum cùm dicebat, quàm bonum eſſet bona non habere, iſti volunt mea habere & ego nolo, nec dicendum eſt huiuſmodi recuſationem diſponendi, cùm notarius adeſſet ab ea factam intelligendam eſſe de hæredis inſtitutione & teſtamento, non autem de legatis huiuſmodi quæ per viam codicillorum potuerunt fieri, nam cùm hæc proponatur mulier & per conſequens iuris ignara nec vlla mentio codicillorum facta fuerit, neſciuit differentiam teſtamenti & codicillorum & quamcumque diſpoſitionem intellexit, cùm ſe nolle teſtari vel diſponere reſpondet, idque eo magis aſſerendum, quòd huiuſmodi legata totam ipſius hæreditatem abſorbeant, quin & aliqui teſtes & inter cæteros d. Turc & Marini nedum de teſtamento, ſed generaliter de diſpoſitione deponunt, ſcilicet eam reſpondiſſe ſe nolle de ſuis bonis diſponere, vt ex depoſitione d Marini apparet mẽtem interrogantium fuiſſe vt teſtamentum fieret. Po 6
ſtremò eſt, ſi nedum proponatur non ſanæ mentis teſtator qui ad interrogationẽ reſpôdit, quo caſu certiſſimum eſſet non valere, ſed ſi ſolum dubium ſit an ſanæ mentis ſit, & interrogatio fiat ei qui eſt valde infirmitate grauatus, certum eſt huiuſmodi diſpoſitionem non valere, eum verò qui in articulo mortis eſt, & paulo poſt interrogationem & reſponſionem factam ſimpliciter per verbum, ſic è vita diſceſſit, non præſumi ſanæ mentis aut ſaltem conſilium & voluntatem teſtandi habuiſſe teſtantur Socin. iun. *d. conſ.* 183. *nu.* 6. *& nu.* 37. *vol.* 2. Com. *conſ.* 132. *n.* 3. *& ſeqq. vol.* 1. Illuſtriſſimus Mãtica *de coniect. vlt. volunt. lib.* 2. *tit.* 6. *num.* 9. & ſenſit Menoch. *d. præſumpt.* 8. *num.* 37. *verſ. declaratur nunc* quod præſertim in d. de Damianis quæ decrepitæ erat ætatis, annorum ſcilicet 75. procedere debet, ſed præterea in caſu in quo verſamur adſunt ſigna, quæ excludunt ſanam & deliberatam mentem aut ſaltẽ animum teſtãdi, quo caſu omnes fatentur huiuſmodi diſpoſitionem non ſubſiſtere, Zazius *d. conſ.* 3. *num.* 37. *verſ. nam* primò Socin. iun. *d. conſ.* 183. *n.* 20. Menoch *d. præſumpt.* 8. *nu.* 37. *verſ. declaratur*; ſigna verò hæc ſunt, quòd poſt interrogationem & reſponſionem cum præſente notario interrogata an vellet diſponere, clarè reſpondit ſe nolle, & alia vice facto ipſo recuſans, reſpondit malum eſſe habere bona, importunitatem interrogantium accuſans, & quidam addunt hoc velle ſua bona habere, ſed ſe nolle, alia vice tacent, dictúſque Marini clarè deponit eam non ſibi conſtare, vel vix loqui poſſe ex gutture ſcil. potius quàm ore, & quòd omnem difficultatem tollit interrogata ab ipſomet Hugues an vellet ſibi aliquid relinquere, ita tacuit, vt dictus Hugues eam nolle diſponere indicauit, vt deponit d. Turc. Ex quo neceſſariò ſequitur, quod cùm paulò ante à d. Felix interrogabatur, an relinqueret 50. ſcuta d. Hugues mentis compotem non fuiſſe, & neſciuiſſe quid ageret, certè mentem ei relinquendi non habuiſſe, Corn. *d. conſ.* 73. *col.* 4. *verſ. & ponderandum eſt lib.* 1. Menoch. *d. præſumpt* 8. *n.* 41. *verſ quintum & verſ ſextum ſimul.* Quibus concurrentibus imò longè paucioribus Iudex arbitrari debet eam diſponendi conſilium & voluntatem nõ habuiſſe, & defectu voluntatis corruere huiuſmodi diſpoſitionem: præſertim cùm judicis arbitrio relin- 7
quatur, quæ ſigna & coniecturæ ſufficientes ſint ad excludendum animum teſtantis, Corn. *d. conſ.* 73. *n* 7. *lib.* 1. Menoch. *d. præſumpt.* 8. *n.* 37 *verſ. declaratur*: quæ omnia corroborantur ex eo quòd ſi huiuſmodi diſpoſitio teneret omnia ſua bona, ad extraneos tranſmitterentur, &

venien-

veoieotes ab inteſtato,ac propioqui ipſius illis omni-
no priuati eſſent.

Nec his obſtat ſi dicatur huiuſmodi diſpoſitionem
in vim codicillorum ſuſtineri, faciliúſque legata, quã
hæredis inſtitutionem ad interrogationem facta vale-
re, Menoch. *d. præſumpt.* 8.*n.*42. Legata enim nutu fieri
poſſunt: nam reſpondetur præter quam quod non fuit
habitus animus codicillum faciendi, imò potius teſta-
mentum ex ſuperioribus apparere defectu voluntatis
huiuſmodi diſpoſitiones corruere, neq; enim aut ha-
bebat voluntatem diſponendi aut ſciebat quid ageret:
8 quo caſu notum eſt quamcumque diſpoſitionem ſiue
teſtamentum ſiue codicillum, ſiue donationem cauſa
mortis, aut aliam quamuis & tam quoad hæredis inſti-
tutionem quàm quoad legata & fideicommiſſa nul-
lius eſſe momenti *l. ex ea ſcriptura in principio*, ibi Bald.
Imol. & cæteri, *ff. qui teſtamentũ facere poſſunt, l. fideicom-
miſſa* §.1.*ff. de legat.* 3. *gloſ.* & DD. *in l. ſi quis teſtamentũ*,
ibique Paulus de Caſtr. *n.*12.*cum ſeqq. ff. qui teſtamentum
9 facere poſſunt*, adeò vt nec inter liberos ſuſtineatur *d. l.
ſi quis teſtamentum & d. l. ex ea ſcript. & d. l. fideicommiſ-
10 ſa* §.1. nec fauere piæ cauſæ, Bald. *in l. hac conſultiſſima* §.
*ex imperfecto n.*1.2.*&* 3. *de teſtamẽtis, d. l. ſi quis teſtamen-
tum*, & ibi Angel. & Caſtrenſ. *n.*3. & DD *in d. l. fideicõ-
miſſa* §. *quoties*, Clarus *in* §. *teſtamentum q.*7. Graſſus *in*
§. *teſtamentum q.*19. & in terminis diſpoſitionis ad in-
terrogationem alicuius factæ quando adſunt circum-
ſtantiæ defectum voluntatis, vel ſanæ mentis arguen-
tes, docet Menoch. *d. præſumpt.* 8.*nu.*37. *verſ. declaratum
nunc in fine*, & *conſ.* 45.*n.*42. *cum ſeqq.*

Atque ex his quidem clarum & apertum videtur
huiuſmodi diſpoſitionem & legata ſuſtineri non poſ-
ſe, ſed tamen & multo clariora & certiora redduntur
ex multis aliis circunſtantiis, quæ in hoc caſu concur-
runt. Prima, quia verba interrogationis non ſunt con-
cepta in tempus præſens, & ita vt præſentem & præci-
ſam voluntatem denotent, ſed ſolùm erant præpara-
toria ad ſcripturam quam parabant, vt notarius face-
ret, qui ad hoc expreſsè vocatus fuerat, vt ex ipſius de-
poſitione patet: quo caſu certum eſt quod quantum-
11 uis teſtator declaret voluntatem ſuam, ſi tamen ea nõ
ſit tunc præciſa, ſed poſtea aliquid aliud ſit faciendum,
& interim moriatur teſtator, eam non valere nec faue-
re piæ cauſæ, Old. *conſ.* 119. Iaſ. *conſ.* 165. *col.* 2. *verſ. ſed per
aduocatos lib.*4. Clar. §. *teſtamentum q.*7.*nu.*3.*& ſeqq.* qui
hanc communem docet & *q.*9. vbi etiam hoc in teſta-
mento inter liberos procedere contendit.
12 Secunda, quia erat in medio eorum quibus legata
relinquebantur, aut qui illis erant affecti, & admodũ
amici omnibus eius propinquis & confidentibus ab-
ſentibus, ita potius vt illis complaceret, vel vt ab il-
lorum importunis ſuggeſtionibus ſe liberaret, reſpon-
diſſe per dictionem *ſic*, non quod ita voluerit diſpone-
re, Zazius *cõſ.*3.*n.*37 *ſed com. plur. d. loco n.*54. fuerè Nico-
laus Reuſnerus *in tract. de teſtamentis* 1.*par.*6.16.*n.*11.*&
ſeqq.*

Tertia, quòd notarius, qui vocatus fuerat ad ſcribẽ- 13
dum eius voluntatem recuſauit id facere, quia eam in
ſtatu diſponendi non vidit, ita vt & defectu ſanæ men-
tis vel voluntatis totum hoc tanquam imperfectum
ſuſtineri non poſſet, Reuſnerus *d. tract. part.*5.*c.*7. *per
totum.*

Quarta, quia ſi proponeretur aliqua diſpoſitio, quæ
tamen certè nulla eſt, cùm tamen mox dũ curarent vt
notarius induceretur ad ipſius voluntatem ſcribendã,
clarè ad ipſius interrogationem reſpondens profeſſa
eſt ſe de bonis ſuis diſponere nolle, ea prima diſpoſitio
vel nulla fuit, vel reuocata per hæc verba cenſetur.

Quinta, quia ſi teſtes de huiuſmodi diſpoſitione de-
ponentes non ſunt vnanimes, & in omnib. conformes,
ſed variè aut non integrè deponunt. Aliqui enim de
certis teſtibus, alij de aliis, quidam quaſi omnes teſtes
ſimul eſſent, alij verò quaſi quidam poſtea venerint,
quidam vt dominus Chriſtianus, non de omnibus le-
gatis, ſed de quibuſdã tãtùm deponunt, & aliter proue
fuſiùs & benè deductũ eſt in articulis replicatoriis, ad
quos me remitto: quo caſu certũ eſt huiuſmodi diſpo-
ſitionẽ legitimè non eſſe probatam: quando enim nõ
per ſcripturã, ſed per teſtes probatur aliqua diſpoſitio, 14
teſtes debẽt eſſe de omnibus & per omnia conformes,
ita vt ſi in vno depoſitio deficiat, tota quoque diſpoſi-
tio corruat, Bald. *in l. cum antiquitas C. de teſtamen.* Brun.
*conſ.*14.*nu.*2.*lib.*2. Graſſ. *in* §. *teſtam. q.*59.*nu.*2. & Vaſill. *de
aſſi. diſ.*240.

Sexta, quia teſtes non ſunt omni exceptione maio-
res aut ſaltem tales quorum depoſitioni fides adhiberi
debeat: nam præterquam quod ferè omnes ij ipſi ſunt
quidam de Damianis importunè premebant, vt diſpo-
neret in fauorem d. Hugues & aliorum, & D. Martinus
non tanquam teſtis, ſed tanquam notarius adhibitus
fuerat, qui propterea integri teſtes dici vel eſſe non
poſſunt, ſigillatim & in indiuiduo ſinguli teſtes repro-
bati fuerũt vt patet ex d. articulis replicatoriis ad quos
me remitto. Certum verò eſt teſtes huiuſmodi ſecluſa
ſcriptura diſpoſitionum vltimæ voluntatis non proba-
re illiſq; ad eam probandam fidem nõ eſſe adhibendã.

ARGVMENTVM.

DE eadem re, & an in declaratione ambiguæ voluntatis requiratur idem numerus teſtium qui in diſpoſitione neceſſarius eſt.

SVMMARIVM.

1 *Ambiguitas circa qualitatem legati vel legatarij validè declaratur coram duobus teſtibus.*
2 *In iis quæ reſpiciunt ſubſtantiam voluntatis requiritur idem numerus teſtium eadémque ſolemnitas in declarando quæ in dando.*
3 *Quando moribundus ad alterius interrogationem diſponit, corruit diſpoſitio ſi non conſtat de præambula voluntate.*
4 *Eóque caſu requiritur idem numerus teſtium in declarando qui in dando legato.*
5 L. Pamphilo §. propoſitum ff. de lega. 3. *in quibus terminis procedat.*
6 L. Theopompus ff. de dot. prælega. *quomodo procedat.*
7 *Poſito quod duo teſtes ſufficerent ad probandam declarationem voluntatis debent eſſe omni exceptione maiores.*
8 *Teſti amico & procuranti vt alij deponant, non eſt credendũ.*
9 *Nec ſibi contrario aut vario.*
10 *Varij defectus ex quibus corruit diſpoſitio facta ad interrogationem alterius etiam probata voluntate præambula.*
11 *Si teſtator articulatè non loquitur, vnus eſt modus infirmandi diſpoſitionem ad interrogationem, ſed non ſolus, ideò licet articulatè loquatur, ſi tamen adſunt alij defectus, corruit diſpoſitio.*
12 *Ex eo quod quis grauiter ægrotat & interrogatur à perſona ſuſpecta corruit diſpoſitio.*
13 *Quomodo procedit illa doctrina, quod licet aliqui teſtes non meminerint omnium per teſtatorem ordinatorum, ſubſiſtit diſpoſitio.*

CONSILIVM LIV.

1 AD dubiis doctiſſimè propoſita contra dominos Tidinos in cauſa quam habent ſe defendendo contra Dominos d'Hugues, Alphonſe & alios, reſpondetur verum quidem eſſe, quod quādo non diſputatur de ſubſtantia legati, & certum eſt teſtatorē ſuis voluiſſe diſponere & diſpoſuiſſe, ſed eſt ambiguitas aliqua circa qualitatem vel legati vel legatarij, ſufficere huc caſu teſtatorem declaraſſe voluntatem coram duobus teſtibus *l. heredes palam §. ſi quid poſt factum. ff. de teſtamentis* & in his terminis loquitur Mantic. *lib.3. tit.1. num.* 12. ſed ſi agatur de iis quæ concernunt
2 ſubſtantiam voluntatis diſponentis vel etiam indiciis, quæ reſpiciunt dictam ſubſtantiam & probationem dictæ voluntatis, vel ſi agatur de confirmando per declarationem legato quod alioquin ſine huiuſmodi declaratione eſſet omnino inutile, tunc idem numerus teſtium eadémque ſolemnitas adhiberi debet in declarando, quæ in dando vel legando requiritur, & ea eſt vera & communis ſententia Doctorum, Barto. *in d. l. heredes palam §. ſi quis poſt factum num.* 4. & Paulus de Caſtr. *nu.* 13. *ff. de teſta* Bald. *l. cum proponebatur circa pro. ff. de lega.* 2. & Ioann. de Imol. *in dict. lege cum proponebatur*, Iaſon *in l. errore. n.* 7. *C. de teſta.* Pan. *conſil.* 58. *nu.* 33. *lib.* 3 Mynſin *ſing. obſer. centur.* 4. *obſer.* 89. Ranchin. *ad Guido. Pap. q.* 13. Math. *ad eundem Guido. q.* 528. & idem ipſe Mantic. *eod. tit. n.* 14 in quo caſu nos verſamur, quia ſecluſa illa declaratione ex qua prætenditur diſpoſitionem factam ad interrogationem confirmari, legata eſſent omnino inutilia, quia quando diſpoſi-
3 tio ad interrogationem alterius fit per eum qui adeò infirmitate grauatur, vt poſt vnam vel alteram horam deceſſerit, ſi non conſtat de clara præambula voluntate ex eo ipſo ſolo corruit, Socin. *conſ.* 183. *n.* 32. *lib.* 2. Clarus *in §. teſtamentum q.* 37 *nu.* 7. & alij in prioribus ſcriptis allegati & præter eos Tyber Deciān. *conſ.* 65 *nu.* 13.
4 *lib.* 2. & Crauetta *conſ.* 117. *n.* 1. & 2. in quibus terminis D. Barto. Bal. Caſtren. Iaſon & Mantica eundem requirūt numerum teſtium in probāda declaratione qui requi-
5 ritur in dando legato. Nec obſtat *l. Pamphilo in §. propoſitum ff. de legat.* 3. ea enim non videtur facere ad rem, conuocauerat enim amicos, eóſque teſtes in numero acquiſito, & conſtat *ex gloſſ. in ver. contubernali* (erat enim miles qui teſtabatur, & ſic duo vel tres teſtes ſufficiebant, vt docet *d. gloſſ.* 1. & voluntatem ſuam in teſtationem Caniſſenis redegerat & interrogatus reſponderat ſe ita teſtari, vltra quod non ſine myſterio præſupponit teſtatorem neque liberos neque
6 cognatos habuiſſe. Non obſtat *l. Theopompus* cum ibi *nota. ff. de do. prælega.* Nam in ea teſtamentum legitimè lerat factum, ſicut & codicillus & coram legitimo numero teſtium, & quærebatur, an dos minori filiæ conſtituenda eſſet de omnibus bonis, in quibus erat æqualiter inſtituta, ſumenda, & in eadem quantitate quam pater maior filiæ conſtituerat, & quemadmodum pater potuerat per codicillos circa hoc voluntatem ſuam declarare, & illi ſtandum fuiſſet, an idem permiſſum ſit ei, cui pater teſtator commiſit.

Quæritur & reſpondetur ſtandum eſſe præſertim, quia declaratio quæ fit, eſt conformis conſtitutioni dotis per patrem maiori filiæ factæ, atque ita hanc *l.* interpretatur Alcia. *lib.* 2. *parer. c.* 19. & ita eam intelligit Mantica *d. tit.* 1 *n.* 15.

Secundò, reſpondetur ad *d. l.* eam intelligi cùm agitur de interpretanda obſcura voluntate, quæ alioqui ex ſe valida eſt, per eum de quo teſtator confidit, ve eam etiam intelligit d. Mantic. *d. tit. n.* 13.

Tertiò, reſpondetur ad eandem *l.* ex Bald. *in dict. l. cum proponebatur* eam non habere locū in caſibus vbi certus numerus teſtium requiritur, prout in noſtro caſu requiritur ex ſupradictis, & adeò requiritur idem numerus ad probandam declarationem cōfirmatoriā diſpoſitionis circa huiuſmodi legata, vt iidem ipſi numero teſtes qui interuenerunt in diſpoſitione debeant deponere circa declarationem, Iaſ. *in d. l. errore n.* 7 *C. de teſta.* Bald. *in d. l. cum proponebatur*, Mynſin. *d. obſeru.* 98. *centu.* 4. Ranchin. *ad d. q.* 130.

Secundò ad d. primum dubium reſpōdetur, poſito, non conceſſo, imò expreſsè negatur ſufficere duos teſtes ad probandam huiuſmodi declarationem volun- 7
tatis præambulam, planè ij omni exceptione maiores deberent eſſe, Caſtren. *in l. ſi contractus C. de fide inſtrument.* At verò ambo teſtes Dominus ſcilicet Felix & Prior Carmelitarum qui prætenderentur de huiuſmodi declaratione voluntatis præambula depoſuiſſe ſuſpectiſſimi ſunt & patiuntur plures defectus: nam Do- 8
minus Felix eſt propinquus vel affinis certè amiciſſimus Domini Hugues legatarij & inſtigator teſtium ad deponendum ſe ingeſſit & procurauit & ſollicitauit cum magna affectione vt teſtes deponerent pro validitate diſpoſitionis cui propterea credi nō debet, Menoch. *conſ.* 45. *n.* 25. Surd. *conſ.* 314. *num.* 19. *vol.* 3. Oſaſc. *conſ.* 65. *n.* 27. adde quod ipſe faciebat interrogationes dictæ teſtatrici quod ſiue fecerit motu proprio ſiue ad inſtructum legatariorum eum ſuſpectiſſimum demonſtrat, nec non etiam quia extra præſentiam teſtatricis voluit dictare notario diſpoſitionem teſtatricis, vt creditur conſtare ex depoſitione d. Marini notarij. Prior verò 9
Carmelitarum ſibi ipſi contrarius eſt; reuelationes enim eius de directo contrariantur depoſitioni & quāuis reuelatio non fuerit iurata, depoſitio autem fuerit, tamen illa varietas præſertim cùm reuelatio fiat ad exonerādam conſcientiam operatur, vt vel neutri depoſitioni ſtandum ſit aut ad minus de ſecunda depoſitione iurata valde detrahatur *ex tradi. per Farinac. de teſtib. lib.* 3. *q.* 66 *par.* 6. *n.* 226. & Clar. *in pract. crimin. q.* 53. & ambo intereſſe habent, cùm ſint deputati diſtributores legatorum priorum.

Poſtremò reſpōdetur, poſito & non conceſſo, quòd huiuſmodi præambula declaratio voluntatis eſſet ſufficienter probata, quod tamen per expreſsè negatur, non ſequitur propterea quod diſpoſitio à moribundo facta ad interrogationē cum defectibus & circūſtantiis de quibus in prioribus ſcriptis, valeat: defectus quidē ille probationis præambulæ volūtatis inficit diſpoſitionē à moribundo per interrogationē factam etiam multis aliis concurrentib. in quibus terminis loquitur Reuſne. *conſ.* 17. *n.* 1. ſed quamuis ille defectus non adeſſet, imò conſtaret legitimè de præambula illa voluntate, ſi tamē concurrant, vt concurrunt alij defectus de quibus in
prioribus ſcriptis, nimirum quod teſtator ſit morti 10
proximus & grauiſſima infirmitate oppreſſus, quippe qui poſt lapſum vnius horæ deceſſerit, quod ſit interrogatus à perſona priuata eáque ſuſpecta, quòd ab eo qui non præſumatur ſanæ mentis vel voluntatem diſponendi habuiſſe, qualis eſt ille qui eſt valde infirmitate grauatus, & paulo poſt interrogationem & reſponſionem factam ſimpliciter per verbum *ſic*, è vita deceſſit, Socin. iun. *conſil.* 183. *num.* 6. & 37. *vol.* 2. Corne. *conſil.* 232. *num.* 14 & *ſeq. vol.* 1. Mantic. *de coniect. vltimar. volunta. lib.* 2 *titul.* 6. *numer.* 9. quique præſumitur potius vt ab importunitate ſe liberaret ad complacendū iis qui ſunt præſentes quam quod ita voluerit diſponere reſpondiſſe, Caſtren. *l. hac conſultiſſima § ac cum humana numer.* 2. *C. qui teſtamentum fac. poſſ.* Zoſ. *conſil.* 3. *n.* 37.

nummer.37. Soci.*cõſ*.229. Brun. *conſil*. 306.*circa fin*. rurſus quod huiuſmodi declaratio non erat præciſa, ſed per verba futuri temporis concepta, Oldr.*conſ*.139. Iaſ.*conſ*. 365.*col*.2.*verſ*.*ſed per aduocatos lib*.4. Quod diſpoſuit in medio eorum qui erant amici & affecti legatariis, omnibus propinquis & confidentibus teſtatricis abſentibus, quod notarius recuſauerit ſcribere eius voluntatẽ, quia eã in ſtatu legitimè diſponendi nõ inuenit, ad q faciũt óptimè, quæ Crauet. *conſ*. 117. tradit de ea quę erat valde infirma, & cui Curatus noluit ſacramentum Euchariſtiæ dare, quódque ſtatim poſt prætenſam reſponſionem, clarè ad interrogationem reſpõdens profeſſa eſt ſe nolle de bonis ſuis diſponere, non videtur dubium etiam præſuppoſita dict. prætenſa præambula declaratione voluntatis, quin dicta diſpoſitio corruere debeat quæ adeò vera ſunt, vt duo ſufficiant, vt huiuſmodi diſpoſitio inefficax reddatur, nimirum quod interrogatio fiat moribundæ per perſonam ſuſpectam: ea iſta enim conſideratione perſonæ interrogatæ & interrogantis DD. communiter affirmant diſpoſitiõnẽ eſſe inualidam & eſſe locum limitationi ad *l. iubemus*. Decius *conſ* 86.*n*.20.22.*&* 24 Socin.*conſ*.183.*num*.27.*&* *ſeqq.lib*.2. Menoch.*conſ*.45.*n*.19. Tyber. Dun. *conſ*.65.*nu*. 16.*lib*.2.

Quoad ſecundum patet reſponſio ex ſupradictis,
11 nam ſi teſtator articularè nõ loquitur, vnus eſt modus infirmandi diſpoſitionem per interrogationem factam ex Renſn.*d.conſ*.17.*n*.46.*& ſeqq*.& Rotæ *dec*. 638. *in nouis* 1.*partis*, ſed non ſequitur quod quamuis articularè loquatur & reſponderit articularè quod ſic, quin ſi alia concurrant, de quibus ſuprà corruat diſpoſitio, nã quod articularè non loquatur, eſt vnus modus infirmandi, ſed non ſolus, vt ex ſuperioribus patet & ex ipſamet *dec*. 683. Etſi articularè loqueretur, ſi interrogatio fiat à ſuſpecta perſona, corruit diſpoſitio noſtra, ſcilicet 5. & 7. In noſtro verò caſu fuit ſuſpectiſſima perſona interrogantis *conſ*.15. ſuprà narratis, & quod ſollicitauit notarium vt diſpoſitionẽ ſcriberet, ex ſuo dictamine, non ſpectato quod notarius teſtatricem alloqueretur, nec poteſt negari quod quamuis in ſuum commodum legatum pium conuertere non poſſit, quin intereſſe in eius diſtributione habeat, quia poteſt iis diſtribuere quibus ſibi viſum fuerit, & eos ſibi obligare.

Ad tertium reſpondetur non poſſe dici liberam voluntatem d. d'Ambianis concurrentibus ſuprà narratis, quæ quamuis omnia non concurrerent, & tãtùm duo ex his adeſſent, nimirum quod eſſet in graui infirmitate conſtituta, & tali ea qua infra vnam vel duas
12 horas deceſſiſſet, vt hæc poſt vnam horam deceſſit, & quod interrogatio ſit facta à perſona ſuſpecta, vt hæc fuit ſcilicet à dicto domino Felix, ſufficere vt diſpoſitio defectu voluntatis corruere debeat, vt ſuprà dictum fuit ex Deciſ.*conſ*.86.*nu* 20, 22. & præſertim 24 poſt Caſtren.*conſ*.155.*col*.1.*verſ*.*& idem dicendum & col*. 2. *verſ*. *ſed quando lib* 1. nam vt inquit Dec. *n*.22. poſt Caſtren. *in d.l.hac conſultiſſima C. qui teſtamentum facere poſſunt*, tunc licet ad notarij interrogationem teſtatrix reſpõderet, videretur quędam potius ſuggeſtio quàm volũtas & deliberatio, & propter inſtantem mortis cogitationem & turbationem dici non poteſt teſtatricem cũ plena animi deliberatione diſpoſuiſſe. Adde quod interrogatio fuit facta ab alio quàm à notario, quin imò poſtquam notarius adfuit non iuſſu teſtatricis, ſed ab ipſo Domino Felix vocatus, recuſauit ſe velle diſponere. Nec obſtat quod dicitur recuſaſſe teſtari & hæredem inſtituere, non autem legata relinquere, nam præterquam quod vnus teſtis vt creditur, loquitur de diſpoſitione generaliter, cùm hæc ſit mulier & ſic iuris ignara, neſciens differentiam inter teſtamentum & codicillos, & inter inſtitutionem hæredis & legata, eáq; moribũda, quippe quæ poſt vnam horam deceſſit, huiuſmodi recuſatio debet intelligi de quacumque diſpoſitione bonorum, & ita verba recuſationis concepta ſunt, vt ex iis clarè conſtet eam nullo modo diſponere voluiſſe, & reſponſionem interrogationi factam fuiſſe vt ſe ab importunitate liberaret, nõ quod ita fieri vellet, nam ſi ea fuiſſet ipſius voluntas & hæredem quidem inſtituere noluiſſet, ſed legata relinquere voluiſſet, cur cùm notarius adfuit, ſaltem codicillos non fecit, præſertim quod ij, quorum intererat, notariũ vocari curauerant, vt eius voluntatem ſcriberet? Ex quo demonſtratur eos exiſtimaſſe reſponſionem ad interrogationem non fuiſſe diſpoſitionem præciſam, ſed inquiſitionem voluntatis teſtatricis, vt deinde ea ſcriberetur per notarium qui vocabatur, & ſic cùm aliquid aliud poſt eam faciendum eſſet, non poteſt ſuſtineri in vim diſpoſitionis factæ, Oldr.*conſ*.119. Iaſ.*conſ*.165.*lib*.2. Clarus *in* § *teſtamentum q*.7.*n*.3. quod ex eo etiam clarius conſtat, quia poſtquam notarius fuit vocatus, dictus Dominus inſtituit vt notarius ſcriberet huiuſmodi voluntatem, qui tamen recuſauit, quia videbat dictam teſtatricem non eſſe eius voluntatis. Confirmantur hæc ex traditis per Deci. *dict. conſil*. 86. *num*.22.*verſ*. *confirmantur a communiter contingentibus*, nam qui ad teſtamenti confectionem deliberatè veniunt, notarium & teſtes ad ſe accerſi iubent, & illum rogant vt teſtamentum conficiat, hos autem vt adſint. at in noſtro caſu ſunt & in caſu Deci. teſtatrix neque notarium neque teſtes vocari iuſſit, ſed ab iis qui intereſſe habebant vel eorũ amiciſſimo fuit vocatus. Adde poſtremò quod doct. loquuntur, quãdo quis declarauit ſuam voluntatem & notarium vocari iuſſit ac teſtes & coram illis interrogatur an velit ita teſtari, & reſpondet quod ſic, vt docet Deci.*d.conſ*.86.*num*.31.*&* 32. poſt Caſtren. Alex. Cro:. Ri. & alios.

Ad poſtremum dubiũ, non creditur Dominos Marinum & Peyroardum & Scaderium deponere prout præſupponitur in dubio ſi bene eorum dicta ponderẽtur, ſed quomodocumque deponãt, cùm teſtatrix teſtes notariumque vocari non iuſſerit, & nihil ex ſe locuta ſit, & data ignorantia diſtinctionis legatorum & hæredis inſtitutionis & graui infirmitate ex qua poſt horam deceſſit, non poteſt ſubſiſtere eius diſpoſitio, & aliàs patet reſponſio ex dictis ad primum & immediatum dubium, cùm verò in fine dictorum dubiorum reſpondetur quibuſdam obiectionibus quæ fieri poſſunt aduerſus d. Hugues & alios nominatos in lite, & dicitur quod aliqui ex teſtibus examinatis non meminerint aliquorum per teſtatricem ordinatorum, qui tamen fuerant tenori totius ordinationis præſentes, & contenditur non propterea minus diſpoſitionem valere ex trad. per Graſſ.*in* §. *teſtamentum q*.59. *n*.2.*in fine*. huiuſmodi reſponſio non videtur poſſe ſtare, nam doctrina Graſſ. eſt in lõgè differentibus terminis, nimirũ cùm vna pars teſtamenti per 7. teſtes probatur, & dicunt ſe non plus ſcire, & alia pars per alios 7. quo etiã caſu teſtamentum non dicitur probatum, vt diſertè contendit & communem aſſerit Vaſq. *de ſucceſſ. creat*. §.22.*n*.91. limitationem affert Iaſ. *in l.cùm antiquitas* §. 9.C.*de teſtam*. quem ſequitur Graſſ. ſi teſtes memoria excideri nt, ſed duo præſupponit vt limitatio locum habeat, vnum quod per 7. teſtes ea pars, cuius non meminerunt alij teſtes, probata ſit, aliud vt id de quo agitur per illos 7. teſtes probetur, etſi non recordentur aliorum de quibus non agitur, at in noſtro caſu vtrumque deficit, neque enim vna pars diſpoſitionis nec omnia ea de quibus agitur probantur per 5. teſtes vt de-

Google

bet cùm non teſtamentum, ſed codicillus prætendatur hæc diſpoſitio.

Sed demus 5. teſt es de omnibus integrè probare, quid inde? ſemper enim militant ea quæ diximus de grauiter ægrotante, moribunda, interrogatione à ſuſpecto facta & alia de quibus ſuprà, ex quibus corruere debet diſpoſitio. Cùm deinde reſpondetur ad id quod objici poterat d. teſtatricem balbutientem locutam, non propterea minus diſpoſitionem valere ex Graſſ. *in § inſtitutio q. 17. n. 8.* Mantic. *lib. 2. tit. 6. nu. 1. 3. & 4.* & Rota *dec. 638 par. 1.* huiuſmodi reſponſio non videtur poſſe conuenire, nam prædicti doctores præſupponunt conſtare de voluntate teſtantis vltra illam reſponſionem & quod ad iſta reſpondendum deliberatè veniebat, vt docet Mantic. *n. 9. dict. loco.* ſed nos contendimus non conſtare de voluntate teſtatricis, præſertim circumſtantiis & defectibus ſuprà poſitis concurrentibus.

ARGVMENTVM.

De eadem re.

SVMMARIVM.

1 *Licet diſpoſitio ad interrogationem etiam à priuata perſona factam ſubſiſtere poſſit, tamen aliis concurrentibus qualitas priuatæ perſonæ multum nocet.*

2 *Idque abſque dubio ſi a moribundo fiat.*

3 *Et interrogetur à perſona ſuſpecta.*

4 *Licet legata ad interrogationem facilius relinqui poſſint, tamen ſi adſint circumſtantiæ defectum voluntatis aut ſanæ mentis arguentes non ſuſtinentur.*

5 *Diſpoſitio ad interrogationem à moribundo vel grauiter ægrotante non ſubſiſtit.*

6 *Moribundus præſumitur non ſanæ mentis aut ſaltem voluntatem teſtandi non habuiſſe.*

7 *Etſi teſtes in codicillis non debeant eſſe rogati, tamen vbi voluntas eſt dubia, teſtes debent eſſe vocati etiam ſi agatur de legatis vel fideicommiſſis.*

8 *Quoties relictum eſt inutile ſi non confirmetur per declarationem, eadem ſolemnitas requiritur in declarando, quæ in dando.*

9 *Verbum* volo relinquere *per ſe ſolum non inducit relictum.*

10 *Verbum* volo *an inducat perfectam diſpoſitionem.*

11 *Teſti contrario aut vario aut omnino ſtandum non eſt, aut de ſecunda depoſitione valde detrahitur.*

CONSILIVM LV.

ETSI ex meis primis ſcriptis & reſpōſionibus quas fieri ad dubia mihi propoſita videantur eliſæ reſponſiones factæ ad dubia data Domino Hugues & litis conſortibus, nihilominus exiſtimaui paucis in indiuiduo eas ſubſiſtere non poſſe oſten-

1 dendum eſſe, non vt clarius & certius de iure D. de Fidinis innoteſcat. Ac primum dum aduocatus d. Domini Hugues præſupponit diſpoſitionem teſtatoris ad interrogationem valere, etſi fiat à priuata perſona ſi nihil aliud adeſſet, id forſan procedere poſſet, ſed ſi alia concurrant qualitas priuatæ perſonæ multum operatur ad annullandam huiuſmodi diſpoſitionem, Bal. *in l. iubemus nu. 6. in fin. C. de teſta.* Benedict. *in c. Raynutius ver. in extremis poſitus n. 37. verſ. ſeruus forte,* Gabriel. *de teſta concl. 2. n. 9.* idque abſque dubio ſi à moribun-

2 do fiat, vt elicere licet ex Deci. *conſ. 86. n. 31.* qui præſupponit à notario interrogationem factam, notario, inquam, iuſſu teſtatoris nō affinium, vocato rurſus eum præſupponit dictam diſpoſitionem valere, etſi interrogatio fiat à perſona ſuſpecta ex Menoch. *præſumpt. 8. n. 20. lib. 4. & conſ. 45. n. 7. & 35.* ſi Menoch. ſententia vera eſt, ne de eius veritate nunc inquiram, ea procedit in terminis in quibus loquitur, nimirum cùm facta eſt te-

3 ſtatori non moribundo, ſed ſi fiat moribundo à perſona ſuſpecta, nunc conueniunt nullis etiam aliis circumſtantiis concurrentibus diſpoſitionem nullius eſſe momenti, idem Menoch. *d. præſump. 8. nu. 40.* Socin. iun. *conſ. 183. n. 27. & ſeq. lib. 2.* Graſſ. *in § inſtitutio q. 17. nu. 10.* Deci. *d. conſ. 86. n. 14.* ſed etſi fieret non moribundo, ſi tamen alia concurrant idem Menoch. *d. conſ. 45. nu. 37.* exiſtimat d. diſpoſitionem non valere.

Secundum eius præſuppoſitum, quod multo magis legata ad interrogationem facta valeant ex Gram. *dec. 37. n. 30. 31. & 32.* quamuis diſponens illico deceſſerit D. Lauren. *dec. 32.* non ſubſiſtit hoc caſu quo tot circumſtantiæ concurrunt defectum voluntatis vel ſanæ mētis arguentes, vt docet idem Menoch. *d. præſumpt. 8. nu. 37. verſ. declaratur nunc in fin. & conſ. 45. nu. 42. cum ſeqq.* & latius dixi in prioribus ſcriptis *verſ. nec hoc obſtat & d. dec. Auenionis* præſupponit diſponentem omnino ſanæ mentis fuiſſe & clarè de ipſius voluntate conſtitiſſe & ſic præſupponit circumſtantias quæ ſunt in hoc caſu, in ſuo ceſſaſſe. 4

Tertium præſuppoſitum quod huiuſmodi diſpoſitio ad interrogationem valet, etſi non conſtet de præambula voluntate ex Menoch. *d. conſ. 45. num. 34. & 38.* non ſubſiſtit, nam verius eſt ſi fiat à moribundo vel ab eo qui eſt valde infirmitate grauatus diſpoſitionem non valere vt teſtantur Clarus *in § teſtamentum qu. 37. n. 7.* Socin. *d. conſ. 183. nu. 32.* & Couar. *in c. cum tibi de teſta.* & ſi de Præ. *de inter. vlti. volunt. lib. 2. interp. 1. dub. 2. fol. 1. n. 53. fol. 196.* his adde Rod. Suar. *alle. 1. nu. 35. & ſeqq. omnino videndum.* 5

Quartum præſuppoſitum quod Domina d'Ambianis quæ diſpoſitionem dicitur feciſſe, eſſet ſanæ mentis tempore quo interrogata fuit, non etiam ſubſiſtit, erat enim adeò morti proxima, vt eam non fuiſſe ſanæ mentis aut ſaltem non habuiſſe conſilium & voluntatem teſtandi DD. præſumant, præſertim Socin. *in d. conſ. 183. n. 6. & 37. vol. 2* Corn. *conſ. 232. n. 13. & ſequentibus vol. 1.* Illuſt. Mantic. *de coniect. vlti. volunt. lib. 2. tit. 6. nu. 9.* quod abſque dubio procedit concurrentibus circumſtantiis his ſcilicet quod d. d'Ambianis nihil ex ſe ipſa & proprio motu dixerit, quod adſtantes exiſtimauerint eum non diſpoſuiſſe præciſè, ſed notarium adhibendum ad diſpoſitionem ſcribendam, quod d. notarius non iuſſu d. d'Ambianis, ſed prætenſorū legatariorum vel eorumdē amicorum vocatus fuit, quod poſtquam venit d. notarius voluit ſcribere diſpoſitionem, iudicans eam non eſſe in ſtatu, in quo poſſet diſponere, quódque ea in conſpectu notarij nullo modo ex ſe declarauerit ſe quicquā velle relinquere, imò poſtquam ei ſuggeſtum fuit, vt diſponeret, clarè recuſauit. Nec dicendum eſt noluiſſe hæredem inſtituere, ſed legata relinquere, nam eius mentem fuiſſe nullo modo diſponere patet, ex eo quod eſſet mulier decrepita & moribunda, neſciebat diſtinctionem inter codicillos & teſtamentum, quod præſertim hoc caſu dicendum eſt quo legata abſorbent totam hæreditatem, & in effectu eſt diſpoſitio de omnibus bonis, de quibus tamē 6

le nol-

Digitized by Google

ſe nolle diſponere clarè profeſſa eſt, & cõqueſta quod præſentes eius bonis inhiarent, denique ſi legata voluiſſet facere, non hæredem inſtituere, cur non declarauit? certè præſente notario voluntatem ſuam circa legata & ſe declaraſſet & eam ſcribi vel curaſſet vel permiſiſſet. Adde his quod omnes teſtes fuerunt for-
7 tuiti & non iuſſu ipſius accerſiti, etſi enim in codicillis teſtes non debeant eſſe rogati, tamen quando voluntas teſtatoris eſt dubia, teſtes debent eſſe accerſiti etiãſi agatur de legatis vel fideicommiſſis, Socin. *in l. ſi quis ita n.3. de verb. obliga.* Roi. *conſ.192.n.4. & conſ.204.nu.5. lib.2.* Socin. iun. *conſ.179. per tot. lib.*2. qui, ſi placet, videatur, quod eo magis hoc caſu dicendum eſt, quo nulla notarij vocatio iuſſu teſtatoris facta, nulla ſcriptura per d. notarium confecta quod diſponens nihil ex ſe dixerit, ſed tantùm ad interrogationem per dictionem *ſic* reſponderit, quod per ſolos teſtes prætendatur probata huiuſmodi diſpoſitio, & tamen non cõſtat quod coram teſtibus ſolum abſque ſcriptura dictis d'Ambianis voluerit diſponere, imò ea vocatione notarij conſtat de contraria mente, nullam ſcilicet cenſeri factam diſpoſitionem coram d. teſtibus non vocatis, ſed fortuitis, ſed ſi quæ facienda erat, eam per notariũ ſcribendam, ſed planè nullo modo eam facere voluit d. d'Ambianis, cùm neque teſtes conuocari fecerit, neque notarium vocari iuſſerit, imò coram eo à prætenſis legatariis vocato, noluerit diſponere.

Quintum præſuppoſitum tollitur ea dictis in quarto præcedenti hôc addito, dictam d'Ambianis effectu ipſo recuſaſſe relicta de quibus agitur, quia cùm ipſi diceretur ea nõ poſſe ſubſiſtere, niſi hæredem inſtitueret, noluit tamen id facere, imò conqueſta eſt, quò illi præſentes vellent ſua bona.

Sextum præſuppoſitum tollitur ea his quæ fusè dixi in reſponſionibus ad primum dubium, quoties e-
8 nim relictum eſt prorſus inutile, ſi non confirmetur per declarationem voluntatis tunc eadem ſolemnitas adhiberi debet in declarando, quæ in dando requiritur, Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.3. tit.*1.*n.*14. & alij in primis reſponſionibus allegati, & ſic numerus 5. teſtium in quo caſu verſamur, cùm niſi probetur præambula voluntas, diſpoſitio ad interrogationem à moribundo facta non ſubſiſtat, nec obſtat Socin. *conſ.*178. *n.*5.6.7.16. & 17. *lib.*2. loquitur enim in longè diuerſis terminis, quando ſcilicet integrum teſtamentum teſtator ordinauit per mediam perſonam duorum quibus aperiebat ſuam voluntatem, quam poſtea vnus ex his dictabat notario, præſente teſtatore, qui poſtea teſtamentum recitauit, quibus omnibus concurrẽtibus, cùm cõſtaret clarè de voluntate diſponentis, non mirũ ſi teſtamentum ſuſtineatur, quæ quantum diſtent à noſtro caſu notoriũ eſt, & quatenus Aduocatus d'Hugues velit Socin. in terminis noſtris intelligere, huiuſmodi doctrina eſt communiter reprobata ab omnibus doctoribus à me allegatis in reſponſione ad primum dubium mihi datum, & ea ea aperiretur feneſtra falſitatibus, nec per eandem doctrinam excluditur ſuſpicio ſoggeſtionis.

Præterea in caſu Socin. perſona legitima erat inſtituta, & ea quæ ea prudentia conuenientius debebat inſtitui, cùm eſſet maſculus haberétque filios, qui propterea fœminæ licet proximiori in gradu præferri debebat, vt docet d. Socin. *nu.*18. & 19. quod ſi exclusis venientibus ab inteſtato inſtituiſſet extraneum, idem Socin. valde dubitaret de validitate huiuſmodi teſtamenti.

Poſtremò in terminis noſtris cum probanda eſt præambula voluntas ad validandam diſpoſitionem à moribunda factam ad interrogationem non ſufficere in genere eam probare, ſed diſtinctim & in ſpecie probandam eſſe Roder. Suares de *alleg.1.nu.*56. & ita dicit tenere Albertum Pap. relatum per Ioann. And. & Clarum, *q.37.n.7. verſ. &* quod non conſtat teſtatorem habuiſſe prius animum ita teſtandi.

Ex quibus cùm eius præſuppoſita non ſubſiſtant, corruent & eius reſponſiones ad dubia & quidem reſponſio ad primum dubium cùm ex ſuperioribus, nec non ex iis quæ in reſponſionibus meis ad dubia mihi data deduxi, appareat non conſtare de præambula voluntate, & negatio quam fecit d. d'Ambianis, hæredem inſtituendi, includat in ſe negationem legatorum vt ſuprà oſtendi, imò creditur aliquos teſtes depoſuiſſe eam recuſaſſe generaliter ſe velle diſponere, ſequitur dictam reſponſionem non ſubſiſtere.

Nec valet etiam reſponſio facta ſecundæ parti circa ſuſpectam perſonam dicti primi dubij, cùm ex ſuperioribus pateat ſi huiuſmodi interrogatio ſit facta moribundo per ſuſpectam perſonam, diſpoſitionem non valere, Dominum verò Felix fuiſſe ſuſpectum, docui in prioribus ſcriptis, nec nocet quod contenditur non fuiſſe ſuſpectum teſtatrici quod aduocatus contendit requiri ex Clar. § *teſtamentum q.37.n.6.* nam ſatis teſtatrici eſt ſuſpectus ex eo quod ſe ingeſſit ad interrogandum ſe ex ſe ipſo vt per Crauet. *conſ.*10. *nu.*13. quodque non niſi in fauorem eorum quibus amiciſſimus erat, excluſis propinquis teſtatricis interrogationem fecit, quodque poſtea ſollicitauit teſtes ad deponendum pro validitate teſtamenti, & quamuis mei nõ ſit affinis meus, non propterea minus d. Dominus Felix dicetur ſuſpectus ob ſummam amicitiam & coniunctionem quam cum legatariis habebat, quodque ſe ingeſſerit vt dixi & teſtes ſollicitauerit vnà cum parte, ex quo arguitur maxima affectio. Reſponſio quoque ad 2. dubium data non ſubſiſtit ex ſuperioribus, præſertim quod eſſet mulier decrepita moribunda, & per conſequens neſciens differentiam inter teſtamentum & codicillos, præſertim quod legata abſorbeant totam hæreditatem, & quod ſi ea voluiſſet reuera facere, id dixiſſet & ea recepiſſet cùm recuſauit diſponere. Nec quoque ſubſiſtit reſponſio ad tertium dubium: neque enim conſtat eam ipſius præciſam voluntatem, nec etiam Dominum Felix eam mentem habuit cùm voluerit eam ſcriptis redigi, quod tamen non potuit ex recuſatione d. d'Ambianis, quæ confirmantur ex Socin. *conſ.*179. *per totum*, ſed præſertim *nu.*79. *in fine*,
vbi inter alia dicit quod verbum *volo relinquere* per ſe 9
ſolum non inducit relictum cùm voluntas faciendi ab ipſo actu longe differat. Nec nocet quod ex Mantic. *lib.*12. *tit.*11. *verſ.*2. dicitur verbum *volo* inducere perfe-
ctam diſpoſitionem, nam loquitur in terminis aditio 10
nis hæreditatis quæ fit per verbum *volo* non in diſpoſitione teſtatoris quæ debet eſſe præciſa maximè ſi teſtator ſit moribundus, deinde non fuit probatus animus deliberatus, vt ex aduerſo non bene præſupponitur & quæ dicuntur *de l. mum. ff. de lega.* ter procedunt cùm de præciſa, abſoluta, indiuidua voluntate, eáque de præſenti conſtat; quoad verò *l. Pamphilo §. propoſitum ff. de lega.*3. reſpondi fusè in reſponſionibus ad dubia mihi data, & reſpondet Socin. *d. conſ.*179.*n.*38.39.60. 61.62. & 79. qui videatur ſi placet, ne hic eius dicta tranſcribam, quibus adde quod in terminis *d. §. propoſitum*, teſtes debent eſſe accerſiti & non fortuiti, quia, vt tradit Socin. *in l.* 1. §.5 *quæſita n.*3. *ff de verb. oblig.* etſi adhibitio teſtium non eſſet neceſſaria ad ſolemnitatẽ actus, cùm agatur de legatis, tamen eſt omninò neceſſaria ad tollendam dubitationem voluntatis.

Nec etiam ſubſiſtit reſponſio data ad vltimum dubium, verius enim eſt contrarietatem & diuerſitatem

eſſe in teſtibus, nec de omnibus teluctat omnes deponere: ſed præſertim Priorem Carmelitarum de præambula voluntate nec non de prætenſa diſpoſitione d. de Ambianis deponentem, ſibi contrarium: nec conſiliationem ſui dicti ex aduerſo prætenſam fieri poſſe: attẽtis ſexo, ætate, graui infirmitate, & ignorãtia d. de Ambianis & ex collatione eius reuelationis cum depoſitione conſtabit.

Nec ſic ſimpliciter quæritur cui dicto ſtandum ſit, an ei quod in vim reuelationis fuit factum, an iudiciali: ſed dicimus quod cum d. teſtis contrarius aut varius
11 fuit in reuelatione ad monitorium & depoſitione iudiciali ex eo aut neutri dicto ſtandum eſſe aut ſaltem valde minui fidem iudicialis depoſitionis ex *fan. de teſt. lib. 3. q. 66. par. 6. n. 226.* & Clar. *in pra. crimin. qu. 53. n. 11.* & in terminis docet Paoor *conſ. 52. n. 1. lib. 1.* Nec valet reſponſio quæ fit ad Clar. ex lectura ipſiuſmet: ſed præſertim quod ad inſtantiam dd. Eydius. Non fuit ſecundò, & iudicialiter examinatus dictus Prior, ſed tantùm vocatus ad recognoſcendam ſuam inſcriptionem appoſitam in reuelatione, quam ex ſe ipſe facit, ad depoſitionem iudicialem varietas depoſitionis eiuſdem non poteſt in præiudicium dd. Eydius ſanari: ex Pau. *d. conſ. 52.* qui videatur ſi placet.

ARGVMENTVM.

MAtrimonium ſine denunciationibus, parrocho, & conſenſu patris à filiofamilias contractum an valeat.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium à non parrocho celebratum nullum eſt per Concilium Tridentinum.*

2 *Sed cùm non ſit receptum in Gallia, ibi erit validum.*

3 *Nec obſtat Ordinatio Regia in hoc conformis Concilij, nec publicatio dicti decreti Concilij in Synodo Diœceſana, quia debuit publicari in propria parrochia.*

4 *Defectus conſenſus Paterni non reddit matrimonium inualidum etiam in Gallia.*

5 *Defectus denunciationum etiam vbi publicatum eſt Concilium non annullat matrimonium.*

6 *In Gallia tamen recentioribus temporibus huiuſmodi matrimonia infirmata fuerunt.*

CONSILIVM LVI.

SI iuris rigorem ſequamur, matrimonium, de quo agitur in Diœceſi Nemauſen. coram Sacerdote, etſi non Parrocho vllius ex coniugibus per filiumfamilias inſcio patre, & nullis denunciationibus præcedẽtibus cõtractum validũ eſt. Nam quoad pri-
1 mum ſcilicet quod non à parrocho ſit celebratũ, quod per *Conſ. Trident. c. 1. de reformatio. ſeſſ. 24.* neceſſarium
2 eſt, aliquin nullum eſt matrimonium, cùm d. Concilium non ſit receptum in Gallia, ex vi decreti d. Concilij nõ erit nullum, vt in terminis docet Sanchez *lib. 3. diſput. 18. n. 1.* Nec refert quod per ordinationem Regiã eadẽ 3
forma ſit inducta, & ſic quoad receptum Concilium, quodq; d. decretum Concilij fuerit publicatum in Synodo Diœceſana Nemauſen. vbi aderat Parrochus contrahentium, nam vt d. decretum liget, debet eſſe publicatum in parrochia propria, nec ſufficit publicatio facta in Synodo, vt per Illuſtriſſimos Cardinales Congregationis interpretationis Concilij Triden. definitum fuit, per Farinac. *ad d. c. pag. 280.*

Defectus quoque conſenſus paterni non reddit d. 4
matrimonium inualidum, etiam de iure cõmuni Pontificio, *c. cùm locum, de ſponſalibus, c. cùm cauſam de raptoris.* Gregor. Tholoſ. *in partion Iuris Canon. lib. 3. cap. 3.* & ita etiam per d. Concilium Trident. *d. c. 1.* definitũ fuit. Idque verum quoque eſt in Gallia non obſtante conſtitutione Henrici II. contra filiosfamilias ſine conſenſu parentum nuptias contrahentes, vt per Gregor. *d. loco in gloſſ.*

Defectus quoque denunciationis etiam vbi rece- 5
ptum & publicatum eſt Concilium non annullat matrimonium, vt etiam per d. Cardinales ſæpe reſolutum fuit, Farinac. *ad dict. cap. 1. fol. 270.* tamen recentioribus 6
temporibus proferuntur aliqua arreſta, quibus huiuſmodi matrimonia in Gallia infirmata fuerunt, vt refert Frerot *aux Baſilicq. lib. 6. tit. 1. art. 1. & 3.* ſi benè vel malè ipſi viderint.

ARGVMENTVM.

DE limitibus territoriorum Ciuitatis Auen. & loci de Nouis.
De aggeribus per dictam Ciuitatem in flumine Durentiæ factis & faciendis.
De directione ſeu gubernio portus dicti de Nouis.
Et ad quem iuriſdictio & dominium Durentiæ pertineat.

SVMMARIVM.

1 *Territorium Auenionis aliàs protendebatur vltra Durentiam inter territoria Caſtrireinardi, Barbentanæ, & Rognonaſſij* & n. 5. 6. 13. 14. & 15.

2 *Ciuitas Auenionenſis aliàs fuit Reſpublica.*

3 *Epiſcopus Auenion. recognoſcebat ſolum Imperatorem, & ſalua Imperiali iuſtitia & ſupremo dominio habebat omnia iura Imperialia.*

4 *A quo tempore recognoſcere cœperit Comitem Prouinciæ.*

7 *Imperator Carolus quartus quem Comites Prouinciæ recognoſcebant in Supremum Dominum, donauit ſummo Pontifici & Romanæ Eccleſiæ omnia iura Imperij & Supremum dominium quod habebat in Ciuitate Auenionis & Caſtris à Regina Ioanna venditis.*

8 *Quomodo integrum dominium Ciuitatis Auenion. ad Reginam Ioannam pertinuerit & propterea eam vendere potuerit, & quomodo Comites Tholoſæ & Barcinonæ inter ſe diuiſerint ea quæ Comites Prouinciæ poſſidebant ductis in vxores Dulcia & Faytide filiabus Gilberti Comitis Prouinciæ.*

9 *Quo tempore Ciuitas Auenion. deſiit eſſe Reſpublica.*

10 *Ducatus Narbonen. Comitatus Tholoſæ, & Auenionis cum Caſtris ab ea dependentibus Philippo le hardi filio Ludo- [illegible] IX qui ſanctus fuit, obuenerunt.*

11 *C[illegible] Venaiſſinus ſedis Apoſtolicæ, & ibi quædam de [illegible] aula & regno Neapolitano ſcitu digna.*

12 *[illegible] Fra[illegible]orum fuerunt Comites Prouinciæ.*

16 *Flumi-*

16 *Flumina Monarchias diuidunt & vſque ad dimidium illorum ſunt vniuſcuiuſque Principis.*

17 *Reſcriptum ſubreptitium corruit non obſtante clauſula motus proprij.*

18 *Idque indubitanter quando falſum exprimitur.*

19 *Ratificat qui facto & re ipſa approbat.*

20 *Ratificatio fit re non minus quam verbis.*

21 *Tranſactio non poteſt pro parte reuocari.*

22 *Ex contractibus Principum transfertur dominium abſque traditione.*

23 *Fines Prouinciarum & Monarchiarum ſunt imprascriptibiles cùm ſunt certi.*

24 *Contra Eccleſiam Romanam & iura ſuprema requiritur centenaria.*

25 *Geſta per vim contra particulares alicuius loci nec illi nec Principi nocent.*

26 *A decimis ſpiritualibus non infertur ad dominium temporale.*

27 *Verba enuntiatiua non probant intra centum annos.*

28 *Ex ſola deſcriptione in cataſtro nihil inferri poteſt.*

29 *Violenta exactio non tollit ius illius qui cogitur.*

30 *Particulares Principi aut Communitati præiudicare non poſſunt.*

31 *Conſumpto antiquo territorio per flumen, ij quorum erat, nihil in eo quod de nouo creuit prætendere poſſunt.*

32 *Continuo quid faciens acquirit ius faciendi.*

33 *In actibus continuam cauſam habentibus nec requiritur titulus nec illius allegatio, idque certiſſime data ſcientia & patientia aduerſarij.*

34 *Scientia præſumitur quoties quid in publico & per plures annos & continuo factum ſuit & eſt notorium facti permanentis.*

35 *Ripæ appellatione quid veniat.*

36 *Alueus quid ſit.*

37 *Aggeres fieri poſſunt intra totum interuallum quod venit ripæ appellatione, dummodo tamen curſus aquæ naturalis per æſtatem ſolitus non mutetur.*

38 *Poteſt tamen diuerti ad euitandum damnum intolerabile.*

39 *Aggeres fieri poſſunt, vt flumen reducatur in antiquum & priſtinum alueum.*

40 *Iure Gallico flumina ad Regem ſpectant & iure communi ſi originem ſumunt in regno quod an ſit verum, num. 45. & 46.*

41 *Portus de Nouis fuit Templariorum, poſtea ordinis ſancti Ioannis Hieroſolymitani, qui omnia ad ſe ſpectantia in Comitatu Venaiſſino, & nominatim domum Bonipaſſus donauit ſedi Apoſtolicæ.*

42 *Ioanna Regina cum eſſet Comitiſſa prouinciæ & Domina Auenionis eam vendendo cenſetur omnia regalia & flumina tranſtuliſſe; præſertim quia in fauorem Romanæ Eccleſiæ & extantibus in contractu clauſulis prægnantibus quæ id important.*

43 *Varia bella eorúmque ſucceſſus inter Clodoueum quintum Regem Francorum & Gondebault Regem Burgundiæ & inter eorum ſucceſſores & quomodo regnum Arelatenſe Boſſono conceſſum per Carolum Caluum Galliarum Regem ſimul & Imperatorem, & quomodo Boſſonius ſecundus ob reuerentiam erga ſocerum, qui ſe Regem Prouinciæ dicebat, Regni nomine ſepoſito Comes Prouinciæ vocari cœpit.*

44 *Diuiſio inter Imperatorem & Regem Francorum, qua omnia quæ cis Rhodanum eſſent à parte Delphinatus & Prouinciæ Imperatorem, reliqua vero Regem recognoſcerent, ratificata inter Henricum primum Regem Francorum & Conradum Imperatorem.*

47 *Delphinatus per Humbertum Delphinum Viennenſem Philippo Valeſio donatus.*

CONSILIVM LVII.

IN lite, quæ vertitur inter officiales ſanctiſſimi Domini noſtri Papæ & Ciuitatem Auenion. ex vna & Chriſtianiſſimi Francorum Regis & Cõmunitatem de Nouis ex alia parte, de tribus agitur, ſcilicet de limitibus territoriorum dictæ Ciuitatis Auenionen. & dicti loci de Nouis, de aggeribus ſeu paleriis quas vocant, per dictam ciuitatem in flumine Durentiæ à parte ipſius factis & faciendis, & de directione ſeu gubernio portus vocati de Nouis, reditus enim illius ad R^dam^. Cameram ſpectare omnes conueniunt, & ratione huius tertij tractatum fuit de quarto ad quem ſcilicet ſpectaret iuriſdictio & Dominium Durentiæ.

Quoad primum duo diſcutienda ſunt, vnum, an conuentio ſuper iiſdem controuerſiis aliàs inita de anno 1506. à natiuitate & 1605. ab incarnatione & de mẽſe Ianuarij iuſta Regiq́ue vtilis fuerit: alterum, an poſt conuentionem aliqua acciderint, ex quibus d. Communitas de Nouis ius acquiſierit, dictæq́ue conuentioni ſtare non teneatur.

Vt verò iuſtitia dictæ conuentionis cognoſcatur, duo rurſus inſpicienda ſunt: vnum, an territorium Auenionenſe ante dictam conuentionem vltra Durentiam protenderetur inter territoria Caſtrireinardi, Barbentanæ & Rognonaſſij. Alterum, an de d. tempore territorium dict. loci de Nouis protenderetur vltra Durentiam à parte Auenion.

Et quidem quod territorium Auenionenſe exten- 1
deretur vltra Durentiam à parte prouinciæ inter territoria
dictorum locorum. Probatur primò ex diuiſione
facta inter dictam ciuitatem Auenion. & Epiſcopum
tunc Auenion. Dominum maiorem loci Barbentanæ
aliosq́ue Dominus, incolas & habitatores eiuſdem loci
ex vi ſententiæ arbitralis inter ipſas publicatæ de
anno 1234. 15. Calendas Iulij, de qua fol. 124. de poteſtate
enim compromittentium & diuidentium dubitari
nõ poteſt, cùm de dicto tempore ciuitas Auenion. 2
eſſet Reſpublica, & poteſtas eiuſdem ac Conſules interuenerint,
vt ex lectura dictæ diuiſionis cõſtat, & Epiſcopus
Auenion. non recognoſceret Comites Pro- 3
uinciæ, ſed ſolùm Imperatorem, omniáque iura Imperialia
ſalua Imperiali iuſtitia & ſupremo dominio non
minus ac Comites Prouinciæ haberet, vt per priuilegia
per Fridericum Imperatorem d. Epiſcopo & Eccleſiæ
Auenion. conceſſa patet de anno ſcilicet 1157.
1161. & 1178. de quibus fol. 1250. 1055. & 826. nec cœpit
Comitem Prouinciæ recognoſcere niſi de anno 1274. 4
fol. 1057. & quæ diuiſio habuit effectum & aliqui ex
terminis poſitis de annis 1496. & 1500. extabant, nimirum
terminus in Claperio & alius in Violo de Frachor
& in eo qui erat in plano Rognonaſſij, aderant inſculpta
inſignia Romanæ Eccleſiæ, Claues ſcilicet, vt patet
per ſubiectionem ocularem de anno 1496. fol. 491.
499. & 501. vſque ad fol. 506. & aliam per Commiſſarios
de anno 1500. fol. 1392. & 1395. & 1439. & 151 vſque
ad fol. 1525. & teſtium depoſitiones coram dictis Cõmiſſariis
factas qui omnes prouinciales ſunt, & maior
pars illorum de loco Barbentanæ; & nedum de terminis
& de auulſione illius Violi de Frachor, ſed & quod
territorium Auenion. eò protenderetur legitimè deponunt.

Secundò, ex venditione Caſtrireinardi per Reginam Ioannam Prouinciæ Comitiſſam de anno 1348. die 13. Ianuarij fol. 666. part. 1. in eo quod confrontat

territorium dicti loci cum territoriis de Nouis, Auen.
& Barbentanæ, quod nõ fieret ſi territorium Auenion.
vltra Durentiam non protẽderetur, rurſus in eo quod
vendit quoque portum quem aſſerit eſſe in territorio
Auenion. cum riparagiis cis & vltra Durentiam ſitis,
quia ſcilicet ſine illis portus conſiſtere non poſſet, &
ſunt acceſſoria neceſſaria ad illum & quæ verba, *cis &
vltra Durentiam*, referuntur ad riparagia, imò annectuntur
cum illis, & non ad territorium Caſtrireinardi,
de quo in capite præcedenti, eóque ſeparato, abſolutè
& perfectè fuerat conuentum & facta mentio.

Tertiò, ex venditiõne Auenion. de anno 1349. & 9.
Iulij fol. 95. per Reginam Ioannam facta, & per eandem
confirmata eodem anno 21. Iunij fol. 103. in eo
quod ait confrontari inter territoria de Nouis Caſtrireinardi
& Barbentanæ: cùm enim ſaltem locus Barbentanæ
nunquam prætenderit, quòd territorium eius
extenderetur vltra Durentiam à parte Auenion.
neceſſariò ſequitur quod territorium Auenion. protendatur
vltra Durentiam à parte Prouinciæ, alioquin
non eſſet inter territoria dictorum locorum, & non
diceretur confrontari cum territorio Barbentanæ, ſed
cum Durentia, & quemadmodum dom̃ in primo capite
confrontationis dicitur eſſe intra territoria Pontiſſorgiæ,
Vedenæ & de Cauiſmontibus, quòd reuera
intra ea territoria ſitum ſit territorium Auenion. eadem
quoque interpretatio facienda eſt de tertio capite
confrontationis inter territoria dictorum locorum
de Nouis, Caſtrireinardi & Barbentanæ. Denique
ſicut confrontauit dictum territorium cum Rho-
7 dano, confrontaſſet quoque cum Durentia, ſi vltra eã
non porrigeretur: & ad maiorem validitatem dictæ
venditionis, quia Comites Prouinciæ, & ſic dicta Regina
Ioanna recognoſcebat Imperatorem in ſupremũ
Dominum, Imperator Carolus IV. omnia iura Imperij
ſupremúmque dominium quod habebat in dicta
ciuitate Auenion. & caſtris ab ea dependentibus ſummo
Pontifici Eccleſiæque Romanæ donauit d. anno
8 1349. & de mẽſe Nouembr. fol. 122. & vt ſciatur quomodo
integrum dominium d. ciuitatis ad d. Ioannam Reginam
pertinuerit, & propterea d. venditionem facere
potuerit, Comites Prouinciæ ſolebant poſſidere ferè
omnia quæ Alpibus, Mari mediterraneo, Rhodano
& Lizera continebantur ſub ſupremo dominio Imperatoris:
dixi *fere*, quia aliqua loca per ipſummet Imperatorem
poſſidebantur, quæ diuerſis Epiſcopis conceſſit,
præſertim Arelatenſi & Auen. Comitatus quoq;
Fontiſaquetij vulgò *Forcalquier* vocatus à particulari
Domina Imperatorẽ recognoſcẽte poſſidebatur: hæcque
eatenus & permanſerunt vſque ad Gilbertum,
qui cum duabus filiabus Dulcia & Faſtide ſuperſtitibus
deceſſiſſet, eæque Alphonſo Comiti Tholoſæ &
Duci Narbonæ, & Raymundo Comiti Barcinoniæ
nupſiſſent, inter eos diuiſio inita fuit de anno 1125. fol.
674. qua quidquid continebatur intra Durantiam, Alpes,
mare mediterraneum & Rhodanum, Duci Barcinoniæ
obuenit; id verò quod continebatur eadem
Durentia, Lizera & Rhodano, Comiti Tholoſæ, remanentibus
communibus inter eos ciuitate Auenion.
& locis Pontiſſorgiæ de Cauiſmontibus & aliis, & deficiente
progenie maſculina Comitem Barcinoniæ in
Berengario: quartò Beatrix eius filia & hæres nupſit
Carolo Duci Andegauiæ fratri Ludouici IX. qui Sanctus
fuit, poſt quem Carolus II. Claudus dictus; eius
filius, deinde Robertus eius nepos, ac tandem Ioanna
I. ex eius filio prædefuncto neptis, Comites Prouinciæ
ſimiliter Reges Neapolis fuerunt. Quoad verò Alphonſum
Comitem Tholoſæ vltimi eius ſucceſſores
fuerunt duo Raymundi, vnus ſenior, alter iunior dictus,
cùm ambo hæreſi Albigeorum infecti eſſent, &
abiuratione ſucceſſiuè facta abſoluti, tandem vt variis
bellis, quæ eo nomine geſta fuerant, finis imponeretur,
& Raymundus ſenior circa annum 1227. deceſſiſſet,
matrimonium initum fuit inter Ioannam filiã Raymundi
iunioris & Alphonſum alterum fratrem d. Ludouici
IX. ea lege, vt ſi ſine liberis decederet, bona d.
Raymũdi Coronę cenſerentur applicata. d. verò Raymundo
patri, dum viueret, primum rum filio certorũ
locorum vſufructu relicto in pœnitentiam hæreſia, qua
infecti fuerant, & bellorum per ipſos geſtorum fuit iniunctum,
vt d. Ludouicum IX. in bello, quod in Africa
geſturus erat, ſequeretur; quod & fecit, ibiq; ne peſte
deceſſit, ſicut & Ludouicus Rex; ideóque d. Alphonſus
tanquam maritus Ioannæ filiæ Comitatum Tholoſæ,
Ducatum Narbonæ, Comitatum Venayſſini &
dimidium dominij ciuitatis Auen. & locorum de Cauiſmontibus
& Pontiſſorgiæ & aliorum, quæ remanſerunt
communia cum Comitibus Prouinciæ, conſecutus
fuit, & tãquam talia ſimul & Comes Prouinciæ
conuentionem cum Conſulibus ciuitatis Auen. inierunt
anno 1251. fol. 635. & ex eo tempore deſiit eſſe 9
Reſpublica qualis manſerat per ſpatium 90. vel circa
annorum: tandémque dictis Alphonſo & Ioanna circa
annum 1270. abſque prole defunctis Ducatus Narbonæ, 10
Comitatus Tholoſæ & dominium d. ciuitatis Auen.
cum caſtris ab ea dependentibus Philippo d. *le
Hardy* filio d. Ludouici IX. obuenerunt; Comitatus
verò Venayſſinus ſedi Apoſtolicæ ex vi pacis Pariſien. 11
dum de Raymundo iuniore hæretico in gratiam recipiendo
ageretur, initæ inter eoſdem Ludouicum &
Raymundum medio Cardinalis ſancti Angeli legati
Gregorij IX. de anno 1228. tandem verò matrimonio
inito inter filiam d. Caroli II. & Carolum Valeſium
filium d. Philippi procurante d. Carolo I. patre Rege
Neapolis, in dotem Ducatus Andegauiæ conſtitutus
fuit, ſed dict. Philippus ceſſit dictis Carolis omne ius
quod in ciuitate Auen. & caſtris ab ea dependentibus
& adiacentibus ad ipſum ſpectabat, & quam ceſſionẽ
ſeu donationẽ Philippus Pulcher eius filius cũ dictus
Carolus II. ad eum in Galliam veniſſet, confirmauit
circa annum 1290 & ab eo tempore d. Caroli I. & II.
Robertus & Ioanna d. ciuitatis Auen. cum caſtris dependentibus
in ſolidum domini fuerunt: proptereàq;
d. Ioanna venditionem d. ciuitatis de qua ſuprà, legitimè
facere potuit: cui Ioannæ in regno quidem Neapolitano
ſucceſſit Carolus III. d. Caroli II. ex Ludouico
Duce Durachij eius filio & Carolo nepote pronepos,
& Margaritæ d. Ioannę ſororis maritus, poſtquã
eandem Ioannam & Mariam alteram ſororem interfici
feciſſet. Eidémque Carolo tertio ſucceſſit Ladislaus
eius filius, & poſt eum Ioanna ſecunda illius ſoror, in
qua prima progenies Ducum Andegauiæ, Regum
Neapolitanorum, quæ initium ſumpſerat à d. Carolo
primo fratrę d. Ludouici finem habuit: in Comitatu
verò Prouinciæ eidem Ioannæ ſucceſſit Ludouicus I.
Dux Andegauiæ: nam cùm vt ſuprà dictum eſt, d. Ducatus
fuiſſet datus Carolo Valeſio pro dote Catharinę
filiæ Caroli ſecundi Regis Neapolitani, ex eoque matrimonio
progenitus fuiſſet Philippus Valeſius, qui deficiente
progenie maſculina Philippi Pulchri pronunciatus
fuit Rex Franciæ contra Regem Angliæ. dictus
Ducatus fuit rurſus Coronæ vnitus: tandémque Ludouico
filio ſecundo genito Ioannis filij dicti Philippi
Valeſij in appannagium datus, qui d. Ioannæ in dict.
Comitatu per adoptionem, quam de ipſo fecit, ſucceſſit,
& in eo ſecunda progenies Ducum Andegauiæ
cœpit, eidémque Ludouico I. Ludouicus II. filius,
& poſt eum Ludouicus III. d. ſecundi filius, qui
à d.

Digitized by Google

à dicta Ioanna II. fuit adoptatus, inde bella inter eum eiúſque ſucceſſores & Reges Aragoniæ ratione Regni Neapolitani dicto Ludouico tertio ſucceſſit Renatus frater, eidémque Renato Carolus ex alio Carolo fratre nepos, qui hæredem inſtituit Ludouicum vndecimum Regem Francorum circa annum 1481. & ab eo tempore hucuſque 12 Reges Francorum Comites prouinciæ fuerunt, quæ ex hiſtoriis quidem probantur, ſed fusè & dilucidè narrantur à Stephano Paſquier *en ſes recherches de la France lib.* 15. *cap.* 25. *&* 26. Sed redeamus ad rem, ſcilicet territorium Auenionenſe ante dictam conuentionem vltra Durentiam ſe extendiſſe, quod probatur.

13 Quartò, ex Aueramento loci Barbentanæ antiquo ſine anno & die de quo ſol. 1442. in quo multa prædia deſcribuntur per incolas dicti loci poſſeſſa in territoriis Vlmidampal, Barban & aliis infra dictos terminos diuiſionis de anno 1234. & aliàs vltra Durentiam ſitis quæ dicuntur eſſe in territorio Auenion. eo enim tempore nondum inualuerat conſuetudo, qua bona allibrantur in loco vbi ſita ſunt, ſed juris communis diſpoſitio ſeruabatur, qua quis allibratur in collectis nedum pro bonis in loco domicilij, ſed vbicumque ſitis, bonáque quoad collectas perſonam domiciliúmq; eius ſequuntur. Nec inſtandum eſt hoc non habuiſſe locum quoad bona in alia Monarchia ſita; nam omnino exiſtimandum eſt d. Aueramentum fuiſſe factum de tempore quo Comites prouinciæ erant inſolidum Domini Ciuitatis Auenion. & ſic poſt dictam ceſſioné & ante d. venditionem, nec alia interpretatio dictorú verborum, *in territorio Auenionis*, abſque violentia dari poteſt, quàm vt tenera ſint in territorio Auenion. præſertim cùm ſi præſupponeremus eſſe de territorio Barbentanæ, nedum bona in dictis locis ſita per incolas Barbentanę, ſed & per Ciues Auenion. poſſeſſa deſcripta fuiſſent, cùm tamen nulla per Auenionenſes poſſeſſa, ſed ſolùm per incolas Barbentanæ deſcripta fuerint, & nihilominus maxima pars bonorum intra dictos terminos ſitorum per Ciues Auenion. poſſideretur.

Quintò, ex variis actibus juriſdictionis aut æqui-14 pollentibus per officiarios ciuitatis Auenionis vltra Durentiam intra dictos terminos vel in eiuſdem inſulis factis, præſertim per Conſules ciuitatis Auenionis de anno 1176. quo tempore ciuitas erat Reſpublica fol. 839. & per ſtatuta antiqua ejuſdem ordinando ſuper bonis & juribus quæ d. ciuitas habebat vltra Durentiam fol 291. & per alia condita de anno 1239. ſol. 1336. vſque ad fol. 1339. & per venditum honorem per præceptorem Sancti Ioannis anno 1244. Kalend. Martij ſol. 1169. ver. & per judicem Curiæ temporalis pro terminandis tenementis in Catono & Barbano ad finiendas controuerſias quæ erant inter Bertrandum Berengarij & liberos Augerij Brega ex vna, & hoſpitale ſancti Ioannis Hieroſolymitani ex altera de anno 1263. fol. 1145. per venditionem pitræ ſuper portu Rognonaſſij ſiti in territorio Auen. de anno 1307. 1. Martij fol. 1167. per præconiſationes de mandato S^mi, factas ex decreto judicis Curiæ temporalis 11. Iunij 1380. à quibus Syndici Barbentanæ appellarunt ad Viguerium Auenion. & inde decretum repoſitionis ſequutum fuit fol. 1341. liberationem in incantu publico coram iudice Curiæ temporalis vnius mediæ pitræ ſuper d. portu Rognonaſſij de anno 1390. & menſibus Iunij & Octobris, in executionem ſententiarum Auenioni antea latarum fol. 1277. alias præconiſationes mandato judicis dictæ Curiæ temporalis 19. Maij 1380. fol. 839. alias mandato D. N. Papæ ad inſtantiam Conſulum die 23. Auguſti 1383. cum viſitatione loci ratione oppoſitionis per Dominum Caſtrireinardi factæ & eo præſente qui aſſeruit portum Caſtrireinardi & territorium citrà & vltrà eſſe in territorio Auenionis ſol. 840. Mandamentum Domini Camerarij pro ſtabilimento portus in flumine Durentiæ à Romera vſque ad Rhodanum à parte Barbentanæ 25. Nouembris 1389. & ſtabilimentum inde ſequutum per ſeruientes Papales fol. 829. & 837. liberationes Rognonaſſij ab omni tempore in Ciuitate Auenionis mandato Dominorum judicum factas, præſertim 24. Auguſti 1491. & 5. Nouembris 1496. fol. 1273. & per innumeros alios actus, de quibus conſtat per examen teſtium de anno 1449. fol. 868. ſecundæ partis deponentium ſuper decimo articulo contento folio 867. & alias depoſitiones teſtium de anno 1486. coram Petro Cotardi & Stephano Petit commiſſariis Regiis, de quibus 1. *part. proceſſus fol.* 501. *vſque ad fol.* 506. quorum commiſſio eſt præſentata folio 491. quibus fit oſtenſiu territorij contentioſi verſus Barbentanam quod dicitur eſſe de territorio & juriſdictione Auenion. ſol. 492. commiſſióque per dictos Cotardi & Petit data Guillarto & Renardo inſeritur fol. 498. *verſ. & proceſſus verbalis*, & viſitatio per dictos Guillard & Renard facta *fol.* 499. *& ſeqq. verſ.* depoſitionéſque teſtium coram iudicibus Auenionenſibus anno 1485. ad quas ſe referunt teſtes coram dictis Cotardi & Petit examinati inſeruntur fol. 525. vſque ad ſol. 635. & articulus 16. ſuper quo quoad id de quo agitur, deponunt, eſt fol. 515.

Poſtremò per alias depoſitiones teſtium 1550. parte Ciuitatis Auenionis examinatorum in fine proceſſus inſertas, ſcilicet per quintum teſtem ſuper 21. articulo ſol. 29. ſextum ſuper 24. ſol. 33. & nonum ſuper eodem ſol. 50.

Poſtremò, ex variis contractibus nouorum accapitorum, venditionum, permutationum, diuiſionum 15, recognitionum, de prædiis vltra Durentiam nec non in inſulis eiuſdem ſitis, quæ in dictis contractibus enunciantur eſſe in territorio Auenionis, vel in Vlmodampal, vel Barban, vel Iulians, vel Patins Auenion. & præſertim de annis 1229. 1246. 1297. 1301. 1319. 1388. 1340. 1344. 1346. 1350. 1351. 1366. 1370. 1371. 1373. 1378. 1380. 1381. 1383. 1392. 1404. 1405. 1406. 1412. 1425. 1427. 1428. 1429. 1430. 1431. 1434. 1437. 1440. 1443. 1447. 1458. 1475. 1488. & in pleriſque dictorum annorum varij contractus diuerſis menſibus vniuſcuiuſque anni inueniuntur, de quibus ſol. 131. 147. 155. 164. 167. 169. 171. 173. 203. vſque ad ſol. 233. ver. & 340. vſque ad fol. 360. 841. 844. 934. 940. 944. 953. verſ. ſol. 1352. vſque ad fol. 1376. ſed quatuor potiſſimum conſiderandi ſunt, vnus de anno 1344. fol. 147. quo paſcua Auenionis vltra Durentiam in palatio Comitali Auenion. locantur. Secundus noui accapiti cuiuſdam terræ quindecim eyminatarum ſitæ in territorio Auenionis loco dicto in Romere vltra Durentiam facti per quemdam Condominum Caſtrireinardi de anno 1290. ſol. 448. Tertius per eumdem Dominum factus eodem anno fol. 808. ſecundo volumine. Poſtremus cuiuſdam reditus per Condominos Barbentanæ facti pro quadam terra in territorio Auenionis ſita loco dicto Barban, de anno 1425. ſol. 1200. 2. volum. cum Regina Ioanna ſiue eius officiales ſcruerint, & Domini Caſtrireinardi & Barbentanæ faſſi fuerint territorium Auenionis ſe extendiſſe vltra Durentiam.

Iis verò quæ in contrarium proponuntur, ex ſequentibus ſatisfiet, ſi præmiſerint ſedem Apoſtolicam ac Ciuitatem Auenion. fuiſſe in pacifica poſſeſſione territorij vltra Durentiam intra limites, de quibus in d. diuiſione inter Epiſcopum & Condominos Barbent. ac Ciuitatem Auenion. de anno 1234. inita nec non inſularum Durentiæ vſque ad annum 1434. vel circa quo dict. poſſeſſio cœpit turbari, præſertim in Vlmodampal per Comites Prouinciæ eiuſque officiales, indéq; d. pars territorij locus côtentioſus cœpit eſſe, dictáque turba probatur: Primò, per proceſſus as factas nomine Sanctiſſimi & Ciuitatis Auenion. de anno 1449. & de menſe Octobris coram Commiſſariis à legato Auenion. deputatis, coram quibus nominatim deducitur & articularur de turba ibi data fol. 868. in 2. part. Secũdò, per protestationẽ de anno 1458. die 8. Iulij per procuratorem fiſcalem Auenion. nomine Sanctiſſimi, & d. Ciuitatis contra quoſdam aſſertos iudicem & Baiulum à Comite Prouinciæ deputatos pro exercenda iuriſdictione, præſertim infra tenementum Vlmidampal & in proceſſu fol. 269. & quoad territorium à parte de Nouis, turba plenè probatur per depoſitionem quarti teſtis pro parte dictorum de Nouis producti & examinati, coram Cômiſſariis de anno 1550. & in prioribus atteſtationibus fol. 23. ætatis 65. annorum, memoriæ verò 56. dum nominatim deponit à 50. annis & vltrà, pignorationem animalium ad homines de Nouis pertinentium in ea parte territorij contentioſi repertorum factas fuiſſe mandato & authoritate officialium d. Ciuitatis Auenion. qua turba nonobſtante, cõtinuabant nihilominus Auenionenſes ſuam poſſeſſionem, vt ex in empbyteuſin dationibus, vẽditionibus, diuiſionib. & ſimilibus contractibus ſuprà narratis de annis 1430. 1431. 1434. 1437. 1440. 1443. 1447. 1458. 1475. 1488. nec non ex actis iuriſdictionis exercitæ de anno 1472. & de menſe Martij ſuper flumen Durentiæ per ſeruientes Curiæ Auenion. capiendo quendam delinquentem, fol. 697. ex quo, vno verbo reſpondetur variis documentis in contrarium adductis, quæ ab anno 1431. vſque ad concordiam de anno 1506. facta fuerunt, cùm enim ante ea tempora Auenionenſes fuiſſent in pacifica poſſeſſione dicti territorij vltra Durẽtiam per huiuſmodi actus non potuerunt priuari iure ſuo, tum quòd non fuit pacifica poſſeſſio officialium Regis, tum quòd tempus ad præſcribendum caſu quo res eſſet præſcriptibilis de quo infrà, centum ſcilicet annorum, cùm agatur contra Romanam Eccleſiam, & alia requiſita ad præſcribendum non interuenerint; vltra quod ſingulis documentis ſigillatim reſponſum fuit, vel quòd clandeſtinè facta fuerint, vel quòd effectum non habuerint, vel quòd non vocata parte, vel quòd per iudicem incompetentem, vel, quod per tales qui iuri Sanctiſſimi præiudicare non potuerunt, & aliis modis ſatisfit, inquam, vno verbo ratione dictæ turbæ, executionibus factis in territorio Vlmidampal per officiales Regios anno 1446. fol. 726. explectis factis in dicto territorio Vlmidampal de anno 1447. fol. 1507. ordinationis factæ per Baiulum d. Vlmidampal pro relaxatione granorum arreſtatorũ pertinentium ad poſſidentes bona in d. territorio de anno 1451. fol. 1079. literis Regis Renati ſuper vnione dicti territorij Vlmidampal cum Caſtroreinardo cum deputatione Baiuli in dicto loco de dicto ann. 1451. fol. 1515. pignorationibus in Vlmidampal factis per officiales Caſtrireinardi de anno 1451. & 1452. fol. 723. reductioni focagij Barbentanæ de anno 1452. fol. 734. ſententiæ latæ per Cômiſſarium Seneſcalli fol. 357. Prouinciæ contra Balthazarem de Sado volẽtem impedire homines de Barbentana de paſcendo in dicto territorio Vlmidampal de anno 1458. fol. 750. tribus inſtrumentis nouorum accapitum factorum per Baiulum dicti Vlmidampal de annis 1458. & 1460. fol. 1800. inſtrumento venditionis factæ cuidam Auenion. de quadam terra in d. Vlmidampal cum inueſtitura data per Baiulum eiuſdem de anno 1460. fol. 1803. homagio præſtito Bellæ Valli Seneſcallo Prouinciæ per poſſidentes bona in inſula de Barban de anno 1464. fol. 1100. deputationi Baiuli factæ per Bellevalle in territorio Vlmidampal de eodem anno 1464. fol. 1102. informationibus ſumptis per Baiulum d. Vlmidampal ratione verborũ illatorum in eodem loco de anno 1465. fol. 1104. immiſſioni in poſſeſſionem in fauorem domini de Halcon Seneſcalli prouinciæ locorum Caſtrireinardi, Malliaoes & Vlmidampal de anno 1468. fol. 1085. inſtrumento tranſactionis initæ inter laboratores poſſidẽtes bona in inſulis Durentiæ & homines de Barbentana de anno 1470. fol. 741. deſcriptioni inter focos prouinciæ quam *afouagement* vocant de dicto Vlmidampal de anno 1471. creationi Baiuli & vnius ſoci inſulæ Barban anno 1472. ordinationi factæ per Regem Renatum ſuper inſula de Barban ratione talearum de dicto anno 1472. fol. 656. quæ eſt eadem cum proximè præcedenti: homagio facto Regi Renato vel Regibus Franciæ poſt acquiſitionem prouinciæ per Dominum Caſtrireinardi de Vlmidampal & inſula de Barban de anno 1474. fol. 1519. & de anno 1477. fol. 1526. & de anno 1483. fol. 1529. & de anno 1485. fol. 1532. & de anno 1493. fol. 1536. atteſtationibus pignorationum factarum per officiales Caſtrireinardi contra aliquos de Barbẽtana depaſcentes in Vlmodampal de anno 1476. fol. 720. venditioni paſcuorum inſulæ de Barban factæ per Capitaneum Caſtrireinardi de eodem anno 1476. fol. 729. homagio præſtito per Dominum Tartulles de bonis per ipſum poſſeſſis in Barban de anno 1479. fol. 1103. proceſſui verbali ſuper captura quorumdam Auen. captorum per officiales Caſtrireinardi in Durentia, non obſtantibus inhibitionibus officiariorum Auenion. de anno 148. fol. 701. atteſtationi 22. accapitum factorum per Clauarium Caſtrireinardi in territorio Vlmidampal de anno 1488. fol. 438. informationibus ſumptis per Baiulum Vlmidampal contra certos particulares qui deliquerant in d. territorio de anno 1492. fol. 464. iuramento ſeruientis deputati per officiarios Regios in Vlmodampal de anno 1502. fol. 724.

Quoad verò quinternum cenſuum & ſeruitiorum quæ habebat Rex Siciliæ dum in eo deſcribuntur aliqui iiq; pauci cenſus in territorio Auenion. vltra Durentiam à parte Auenion. cùm ſit ſine die, exiſtimandum eſt confectum eo tempore quo adhuc erat Dominus Auenion. cùm pari paſſu deſcribantur cenſus Maſſiliæ & in aliis locis prouinciæ exiſtentib. quinimò contra eos retorquetur; eo enim ipſo quod territoriũ Auenion. vocat, non eſſe de Comitatu prouinciæ loquitur, præſertim quòd etſi iam Auenio forſan fuiſſet vendita, non eſſet inconueniens vt Comes prouinciæ aliquos cenſus eóſque paucos in territorio Auenion. haberet.

Quoad informationes per officiales Regios ſumptas ad inſtantiam Auenion. de anno 1449. Ex quibus inter alia apparet officiales Regios eſſe ſolitos exercere iuriſdictionem in territorio Vlmidampal fol. 426. Reſpondeo, primò non vocato procuratore fiſci fuiſſe factas, & ſic iuribus S^mi. non potuiſſe præiudicare. Secundò, nullam fidem facere, quia teſtes deponunt extra articulos ſuper interrogationibus extra in eis côtenta factis. Poſtremò, quia deponũt de tempore præſenti aut ſaltem de 20. annis retrò aut circa, & ſic de tempore turbæ; examinati verò de eodem anno per

Commiſſa-

Commiſſarium à Vicelegato deputatum, de antiquiſſimo tempore deponunt.

Quoad quatuor recognitiones terrarum in loco d. à Malplus de anno 1347. fol. 661. dictæ terræ non dicuntur eſſe de territorio Caſtrireinardi vel Barbentanæ, & poſito quòd eſſent intra terminos dictæ diuiſionis de anno 1234. de quo tamen legitimè non conſtat, non eſt inconueniens vt Dominus dictorum locorum haberet aliquos cenſus intra dict. terminos vt in territorio Auenion. nam & ſuprà enuntiata ſunt aliqua noua accapita per dictos Dominos in d. territorio quod aſſerunt eſſe Auenion. facta.

Quoad inſtrumentũ diuiſionis Comitum Barcinoniæ & Tholoſæ de anno 1125 fol. 674. & in feudationẽ Comitatus prouinciæ factam per Imperatorem Fridericum Raymundo Berengario anno 1162. fol. 297. venditionem Caſtrireinardi de anno 1348. fol. 666. tantum abeſt, vt iuuet intentionem dictorum de Nouis, quin potius validiſſima ex illis argumenta ſumuntur contra eos, vt ſupra dictum fuit quoad venditionem Caſtrireinardi, & infrà dicetur quoad diuiſionem & infeudationem.

Quoad extractũ Carastri Barbentanæ ſine anno & die in quo decem poſſeſſiones ſitæ in territorio Vlmidampal aut Romeia reperiuntur deſcriptæ fol. 719. Ex eo Caraſtro validiſſimum ſumitur argumẽtum contra ipſos, vt ſupra demonſtratum fuit, & dictæ decem poſſeſſiones cùm non enuntietur in quo territorio ſint, Barbentanæ ſcilicet vel Auenion. exiſtimandum eſt fuiſſe in territorio Auenion. ex eo quod plures aliæ poſſeſſiones in dictis locis ſitæ deſcribantur, & nominatim dicantur eſſe in territorio Auenion. & vna pars Caraſtri per aliam interpretanda ſit.

Quoad inſtrumentum diuiſionis territorium Caſtrireinardi Barbentanæ, Rognonaſſij, & Vlmidampal de anno 1468. fol. 706. vltra quod eſt de tempore turbæ nihil ex eo pro Prouincialibus infertur, quinimo Vlmidampal ſeparatur à dictis locis, & concordant omnes in termino qui eſt in plano Rognonaſſij & quod per ipſum territorium Vlmidampal ſeparetur ab aliis, in quo cùm ſint inſculptæ claues inſignia ſedis Apoſtolicæ, infertur d. Vlmumdampal eſſe de territorio Auenion.

Quoad inſtrumẽtum diuiſionis territoriorũ loci Nouarũ & Caſtrireinardi de anno 1322. fol. 1047. dum in eo dicitur terminos, qui ponuntur, ſeruire pro diuiſione eorum quæ vltra Durentiam poſſent habere. Reſpond. primò, rem eſſe inter alios actam, ſecundò, certò non affirmari an aliquid habeant vltra Durentiam. Poſtremò inferri nihil eos habuiſſe vltra Durentiam, quia alioquin terminos ibidem appoſuiſſent.

Quoad litteras Gubernatoris prouinciæ quibus mandatur locumtenenti judicis Taraſconis de deputando Baiulum in Vlmodampal, manutenendo locum Barbentanæ in poſſeſſione Caraſtrandi Auenionenſes poſſidentes bona in dicto territorio de anno 1012. fol. 1066. Reſpond. illud factum fuiſſe ante dictam diuiſionem inter dictos Comites Barcinoniæ & Tholoſæ de anno 1125. & ſic tempore quo vnus idémque erat Dominus prouinciæ Auenion. Comitatus Venayſſini, non mirum ſi cuicumque ex ſuis officialibus dictorum locorum & prouinciarum committere potuit de dictum Baiulum deputando. Quoad verò poſſeſſionem Caraſtrandi in fauorem Barbentanæ, ab ea diſceſſum fuiſſe per dictam diuiſionem de anno 1234.

Quoad proceſſum non ſignatum factum per Dominum Torbinum Cõmiſſariũ Regium inter Epiſcopum Cauallicen. & Dominum Vrgonis de anno 1171. fol. 1068. nihil continet niſi conceſſionem aquæ ad molendina facienda & aliàs ad libitum Epiſcopo Cauallicen. factam per Reymundum Comitem Tholoſæ, quæ tantum abeſt vt iuuet intentionem prouincialium, quin potius illorum intentionem deſtruit. Comitatus enim Venayſſini, & ſic Ciuitas Cauallionis Comiti Tholoſæ per dictam diuiſionem de anno 1125. obuenerat, ideoque ab eo & non à Comite prouinciæ d. jus aquæ Epiſcopus Cauallicen. impetrauit, indeq́ue infertur Durentiam à parte Cauallionis ad Comitem Tholoſæ ſpectaſſe, & ex vi d. juris Epiſcopus aliis dict. jus aquæ conceſſit ſub cenſu annuo anno ſcilicet 1327. fol. 1018. & anno 1351. fol. 1025. Nec ſcrupulus eſt habendus ex eo quod dictus Comes Tholoſæ dicitur Marchio prouinciæ, nam nomen Marchionis erat ſignum dignitatis, & d. nomen tam Comes Tholoſæ quã eius ſucceſſores vſurparunt, vt patet ex conuentione Auenion. de anno 1251. fol. 635. quæ initur inter Alphonſum fratrem diui Ludouici qui ſucceſſerat Reymundo Comiti Tholoſæ ex vi matrimonij cum Ioanna eius filia initi, & Carolum Ducem Andegauię alium fratrẽ Ducis Ludouici qui Comitatum prouinciæ nactus fuerat ex vi matrimonij cum Beatrice filia & hærede Berengarij Comitis prouinciæ, in qua vterque ſe Marchionem prouinciæ nominat.

Præſentationi Pontanerij Curiæ Aquenſi factæ per Dominum Vgolenum pręceptorem Sancti Ioannis Hieroſolymitani die 24. Martij 1452. fol. 302. Reſpond. primò id fuiſſe de tempore turbæ. Secundò, d. Vgolenum nomine Ciuitatis preces porrigẽtem non potuiſſe dict. Ciuitati. Minus verò ſanctiſſimo Domino noſtro, de quo nulla in dicta ſupplicatione mẽtio, pręiudicare. Tertiò, procuratam fuiſſe excarcerationem d. Põtanerij per Auenionẽſes, quod ſcilicet rehaberẽt nauigia, chordas & alia ad portum neceſſaria, quæ prouinciales via facti per vim armatam abſtulerant, vt ex d. pręſentatione conſtat, & ex actibus violentiæ nullum jus officiales Regij acquirere potuerunt.

Atteſtationibus cuiuſdam leuę ſeu parcellę cẽſuum Regiorum vltra Durentiam de menſe Septembri 1377. fol. 1064. Reſpond. nullam fidem facere; & idcircò ex ea nihil inferri, maximè cùm in ea nulla ſit certa prædiorum deſignatio.

Poſtremò, litteris atteſtatoriis Curiæ computorum prouinciæ, qualiter officiales Taraſconis compita reddiderunt eidẽ Camerę emolumentorũ Vlmidampal ab anno 1438. vſque ad annum 1447. fol. 1538. Reſp. id de tempore turbæ factum, pręſertim quòd nec ante d. annum 1438. nec poſt 1447. vllę huiuſmodi redditiones inueniuntur.

Ex quibus concluditur non obſtantibus ex aduerſo deductis territorium Auen. vltra Durentiam intra territoria Caſtrireinardi Rognonaſſij & Barbentanę ſe extendiſſe.

Iam verò ad ſecundam partem primi membri capitis, principalis circa ſtatum territorium ante d. conuẽtionem accedentes, videndum eſt, an territorium de Nouis ante d. conuentionem vltra Durentiam à parte Auenionis ſe extenderet, & cùm habeant & juris diſpoſitionem, qua flumina huiuſmodi Monarchias diuidunt, & vſque ad medium illorum ſunt vniuſcuiuſque prouinciæ, & dictã diuiſionem de anno 1125. contra ſe, ipſis incumbit onus probandi, ſatiſque erit ſi iis quæ pro probatione afferunt, reſpondeatur. Nec obſtat, ſi dicatur locum de Nouis de dicto tempore, & poſtea vſque ad annum 1274. quo per ſententiam arbitralem Epiſcopum Auenion. pro locis Barben. & de Nouis Comitem prouinciæ recognouit, de qua fol. 1058. non ad Comites prouinciæ, ſed vel ad Imperatorem vel ad 16

Epiſcopum Auenion. ſpectaſſe: nam non propterea minus dicta Durentia erat limes conterminus Comitatus prouinciæ, à quocumque loca particularia poſſiderentur & Comitatus Venayſſini & Ciuitatis Auenionis.

Reſpondetur igitur vno verbo, iis omnibus quæ in contrarium producuntur, quæ de tempore turbæ facta fuerunt, præter reſponſiones, quæ ſingulis actibus datæ fuerunt, quòd res inter alios acta, quòd clandeſtinè, quòd non concludenter probent, quòd legitimum tempus, ſcilicet centum annorum non intercesſerit ad præſcribendum contra Eccleſiam Romanam caſu, quo res eſſet præſcriptibilis. Reſpondetur, inquam, ratione dictæ turbæ ſcilicet venditionibus paſcuorum ab anno 1438. vſque ad annum 1497. quarum aliquæ ſunt fol. 398. tredecim dationibus ad nouum accapitum per Epiſcopum Auenionis ſeu eius Vicarium terrarum vltra Durentiam à parte Auenion. ſitarum ab anno 1440. vſque ad annum 1565. quarum decem ſunt fol. 380. & vna fol. 405. ſententiæ latæ in fauorem Comitis Nouarum contra Epiſcopum Auenionis ſuper paſcuis, tam citra quàm vltra Durentiam de anno 1441. folio 1478. Rotulo Auenionenſium qui ſoluerunt taleas in loco Nouarum pro bonis vltra Durentiam ſitis à parte Auenionis de annis 1463. 1466. 1468. 1484. 1490. fol. 407. venditioni ligni factæ per Conſulem Nouarum anno 1470. incipiendo à territorio Cauiſmontium vſque ad Pilam Bompaſſus fol. 403. relationi Baneriorum loci Nouarum ſuper pignoratione depaſcentium citra Durentiam à parte Auenionis anno 1484. fol. 406. extractui proceſſus facti per habitatores Nouarum ad demonſtrandum & deſignandum territorium, de quo agitur, contentioſum de anno 1491. fol. 410. & informationibus ſuper euulſione armorum Regis facta per Auenionenſes de dicto anno fol. 425. ex qua tantum abeſt, vt aliquid inferri poſſit in fauorem loci de Nouis, quin potius ex ea oſtenditur Auenionenſes non fuiſſe paſſos dictos de Nouis prætendiſſe eorum territorium vltra Durentiam à parte Auenion. porrigi, præſertim quòd dicta auulſio in effectu fuit approbata per concordatum dictum interim de dicto anno 1491. fol. 1020. Notandum quoque dictam ſententiam latam contra Epiſcopum Auenionis per eius Vicarium, in qua ex aduerſo videtur magna vis fieri nullo modo etiam ex ſe nocere: agebatur enim de paſcuis vltra Durentiam à parte Prouinciæ ſitis, & præter quædam quæ dicuntur ſpectare ad Epiſcopum, Communitas prætendebat cætera ad ſe pertinere, & in articulis ſubiungitur idem prætendere de paſcuis cis Durentiam ſitis abſque vlla eorum expreſſione, & in ſententia nulla eorum mentio fit, ſed ſolum generaliter ordinatur exceptis quibuſdam ad Epiſcopum ſpectantibus, reliqua ad dictam Communitatem pertinere, dictæque ſententiæ tanquam latæ inter eos & ab eo, quorum intererat, vt territorium de Nouis vltra Durentiam à parte Auenion. protenderetur non vocatis Auenionenſibus, illiſque inſciis, nulla eſt habenda ratio.

Supereſt igitur vt reſpondeamus octo recognitionibus de prædiis vltra Durentiam ſitis in fauorem Archiepiſcopi vti Domini Nouarum factis de anno 1363. & 1399. quarum quatuor ſunt fol. 718. Sunt enim factæ inter alias perſonas, per quas juribus S^{mi}. & Ciuitatis non poteſt præiudicium fieri, præſertim cùm paucæ numero ſint, quarum quatuor vno eodémque modo ſatisfit venditioni paſcuorum de anno 1407. & 1410. nam ea tam paucis actibus & eo modo geſtis nihil concludenter poteſt inferri contra juris diſpoſitionem ex ſuprà deductis confirmatam.

Sola reſtat diuiſio territoriorum de Nouis & de Cauiſmontibus de anno 1320. & decimo ſexto Ianuarij fol. 681. quam pro titulo ſuæ intentionis allegant dicti de Nouis, ſed reſpondetur eam fuiſſe rem inter alios actam, ex qua juribus S^{mi}. non potuit præiudicari: deinde cùm de dicto tempore Caſtrum de Cauiſmontibus à ciuitate Auenionis dependeret, dicta diuiſio non potuit fieri ſine interuentu dict. ciuitatis pro intereſſe ſuo & Roberti Regis Siciliæ, & Comitis Prouinciæ, & propterea ea non obſtante, cùm diuiſio facta fuit inter dictam ciuitatem Auenionis & locum de Cauiſmontibus, limites etiam nunc exiſtentes cum ſculptura inſignium ſedis Apoſtolicæ à parte reſpicientes dictam ciuitatem ita plantati fuerunt, vt primus ſit poſitus iuxta domum Bonipaſſus oſtendens territorium per dictos de Nouis prætenſum eſſe de territorio Auenion.

Et dato citra præiudicium veritatis, quòd dictæ diuiſioni & limitibus in eâ deſignatis ſtandum eſſet, dicti limites amplius non extant nec probati fuerunt, nam teſtes qui de his, præſertim de ponte paleriarum deponunt, nullam fidem faciunt: tum quòd aut non pertinenter & concludenter deponunt; tum quòd ciues vel habitatores loci de Nouis ſint, & propterea inhabiles ad deponendum de finibus territorij: denique etiam dictis defectibus ceſſantibus, quia contra veritatem deponunt: locus enim vbi prætenditur fuiſſe pons paleriarum, & nunc & de dicto anno 1500. in ſubiectione oculari deſignatus eſt verſus Auenion. & Septentrionem, & tamen dictus pons paleriarum erat verſus Occidentem, vt expreſſis verbis aſſeritur in dicta contentione de dicto anno 1506. & neceſſariò infertur ex dicta diuiſione de anno 1320. termini enim deſignantur à ſexta pila verſus Occaſum, deinde caput terræ Limaris verſus etiam Occaſum: tum pons paleriarum, cuius cùm mentionem facit, non reperit quidem verſus Occaſum, ſed neceſſariò ex præcedentibus infertur, Auenionem verò & per conſequens locum per ipſos prætenſum eſſe verſus Septentrionem, & euidentia rei demonſtrat, & bis articulatur per procuratorem Regium de dicto anno 1500. fol. 185. articulo decimo, & fol. 374. ver. articul. 1. & nunc in ſubiectione oculari Procuratores de Nouis faſſi fuerunt dictum locum prætenſum eſſe verſus Septentrionem. Ex alio etiam conuincitur falſitas, quòd in menſuratione facta de dicto anno 1500. ſecundùm intentionem & deſignationem dictorum de Nouis à ponte Bonipaſſos vſque ad ficulneam ſunt paſſus 143. & à prima ficulnea vſque ad aliam ficulneam paſſus 33. & ab eadem vſque ad caput terræ quæ dicitur fuiſſe Petri Limaris paſſus 50. & à dicta terra vſque ad prætenſum pontem paleriarum 2490. paſſus: non eſt autem veriſimile, cùm primi termini adeò fuerint propinqui, nullum limitem poſitum fuiſſe inter dictam terram Petri Limaris & pontem paleriarum prætenſum, cùm adeò inuicem diſtent. Rurſus & ex eo etiam conuincitur, quia in diuiſione de anno 1320. dictus pons paleriarum eſt vltimus terminus ad quem: at locus per dictos de Nouis deſignatus non eſt talis, quinimò per dictam commenſurationem ab eo vſque ad primam Braſſeriam Durentiæ ſunt paſſus 1750. & reuera dictus pons paleriarum fuit verſus Occidentem, & non longè diſtans à dicta terra Petri Limaris verſus Durentiam & iuxta palerias, vnde nomen ſumpſerat, vt ex informationibus per Dominum de Albis Commiſſarium Regium de anno 1511. conſtat, & veriſimile eſt fuiſſe iuxta palerias in loco vbi erant apertæ, vt duceretur aqua ad molendina

in

in territorio Auenion. exiſtentia; & propterea ſi quod territorium fuit dict. loci de Nouis vltra Durentiam à parte Auen. illud fuit paruæ admodum longitudinis & latitudinis, ita quod ex actis appareat territorium Auenion. quod extendebatur vltra Durentiam à parte Prouinciæ decuplo exceſſiſſe territorium per dictos de Nouis prætenſum, ideóque cum per dictam conuentionem dictum territorium Auenion. conceſſum fuerit Regi in compenſationem dicti territorij per dictos de Nouis prætenſi, ſequitur eam admodum Regi vtilem fuiſſe; publicæ tamen quietis ratione factam, vt ſcilicet Durentia diuiſionem Monarchiarum faceret, indéque omnis rixarum & contentionum anſa præſcinderetur.

Ex quibus primo membro primi capitis ſatisfit, docetúrque dictam conuentionem Regi maximè vtilem & proficuam fuiſſe, &, ſi facta non fuiſſet, faciendam eſſe.

Iam ad ſecundum membrum dicti primi capitis accedamus; an ſcilicet poſt dictam conuentionem aliquid acciderit, ex quo vel ab ea diſceſſum fuerit, vel aliquod jus nouum dicti de Nouis acquiſierint. Et quidem dicta conuentio, per quam quidquid erat cis Durentiam ſpectabat ad ſedem Apoſtolicam, & erat de territorio Auenion. quidquid verò vltra Durentiam, ad Regem Chriſtianiſſimum, & de territorio de Nouis, inſulæ verò intermediæ remanebant communes quoad jus depaſcendi, lignerandi &c. inter Auenionenſes & Nouenſes, & quoad delictorum in eis commiſſorum coertionem & alias juriſdictionum exercitium; erat locus præuentioni inter officiales S^tis. & M^tis. ſuæ, permiſſumque Auenionentibus, aggeres ſeu paleriàs à parte ſua vſque ad 3. palmas intra aquam facere: legitimè fuit homologata per Senatū Aquen. audito Regis Procuratore, cúmque ea intimata fuiſſet officialibus Archiepiſcopi & Conſulibus de Nouis, illi quidem ſe illi acquieſcere, ſiluis tamen directis dominijs & jure decimandi ad rationem decimæ partis fructuum quæ Archiepiſcopus habebat; reſponderunt. Ij verò Conſules ſcilicet d. conuentioni quatenus contrà non conſenſerunt & literas in contrarium à Rege Ludouico procurarunt, quæ fuit cauſa rurſus ad dictum Ludouicum XI. recurrendi, qui per ſuas literas patentes dicto Senatui Aquen. mandauit, vt ſi vocatis & auditis vocandis & audiendis nullum ex ea Nouenſibus inferri præiudicium cognoſcerent, eam confirmarent: in quam executionem duo Commiſſarij per dictum Senatum deputati ſupra locum contentioſum acceſſerunt, & auditis ad plenum partibus viſiſque documentis dictam conuentionem confirmarunt, dictáſque partes ad contentorum in eis obſeruationem condemnarunt præſentibus audientibus, & non contradicentibus Nouenſibus anno à natiuitate Domini 1509. ab incarnatione verò 1508. & de menſe Ianuarij.

Contra huiuſmodi conuentionem opponitur defectus, vt præſupponitur, poteſtatis eorum qui eam fecerunt, ſed quatenus aliquis eſſet per huiuſmodi binā confirmationem, præſertim per ſecundam perordinationem in contradictorio judicio factam, & in rem iudicatam tranſactam, Senatus fuit

Secundò, huiuſmodi conuentionem fuiſſe reuocatam per eundem Ludouicum de anno 1511. Reſpondetur primò, huiuſmodi reuocationem & prohibitionem à Principe ad vnius partis inſtantiam ſeu requiſitionem

17 factam eſſe ſubreptitiam, ideóque corruere, non obſtantibus clauſula motus proprij, & alijs ſimilibus; ita ſingulariter declarat Socin. iun. *conſ. 77. n. 98. & 99. vol.* 1. facit text. *in l. doli § diuerſum ff. de donationibus*. Idque indubitanter procedit, quando ſubreptio eſſet 18 propter falſam expreſſionem, vt in caſu, de quo agitur, ex Panormit. *in cap. quia circa 2. col. verſ. ſed quæro de conſanguinit. & affinit.* Telin. *in c. ad aures col. 7. verſ. quartus caſus de reſcript.* Anchar. *conſ. 138.* qui ideo eſſe voluit etiam ſi non adeſſet partis inſtantia, quia motus proprius non tollit falſitatem cauſæ, videlicet *in conſil. 180.* Telin. *in cap. cauſam quæ 2. de teſtib.* & latè poſt eos & alios Trentacinq. *var. reſolutionum lib. 1. ſub titul. de reſcript. reſolut. 5. n. 32. 33. & 34.*

Prima autem ſubreptio eſt in eo, quod narrat huiuſmodi conuentionem Regi præiudicialem fuiſſe, cùm tamen ex ſuperioribus & ex dicta ſententia de anno 1508. de contrario conſtet Regi ſcilicet admodum vtilem: Sancti. verò ſuæ & Auenionenſibus admodum damnoſam. Secunda, cùm dicitur tres menſes ad habendam ratificationem ſummi Pontificis elapſos, cùm tamen de huiuſmodi termini aſſignatione nullo modo conſtet, nec potuit ille terminus ſub pœna nullitatis conuentionis aſſignari, cùm in dicta conuentione hoc non fuerit cautum: etſi enim in homologatione primæ conuentionis fuerit iniunctum Auenionenſibus de habenda dicta ratificatione abſque vlla termini præfinitione: tamen ſecunda confirmatio fuit ſimpliciter facta, & bene: ſatis enim ratificata cenſebatur, tum ex eo quod officiales Sanctiſſimi dictam ſecundam confirmationem procurarunt, tum quod S^mus. facto & re ipſa eam ratificauit, dimittendo territorium Auenion. vltra Durentiam exiſtens & permittendo ab officialibus Regiis illud poſſideri, Crauc. *conſ. 673. numer. 4.* poſt Socin. *conſil. 158. numer. 4. verſic. ſed contra inſtrumentum libro 2.* Angel. Dec. & alij ibi per eum allegati. Ratificatio autem 19 non minus re quàm verbis fit, imò quæ re fit, potentior eſt quàm quæ verbis, *l. Paulus reſpondit ff. rem ratam habe. l. de quibus ff. de legibus cum ibi notat.* Brun. 20 *conſil. 34. numer. 10.* Montan. *in tract. de finibus regund. conſil. 105. numer. 2.* Tertia, dum aſſeritur dictam conuentionem fuiſſe prouiſionalem quouſque Regi aliter placuiſſet; purè enim & ſimpliciter partes illi ſtare debent, quouſque aliter per vtrumque Principem ordinatum fuerit, vt ex ipſis lecturis apparet. Quarta, dum aſſeritur præiudicialis Regi ex eo quod tempore belli non poſſit facere munitiones in ea parte territorij, ea enim fuit tam modica, vt illius nulla ſit habenda ratio, quæ verò Regi remiſſa, maxima; & eadem poteſtate munitionem in ea faciendi officiales Sanctiſſimi ſe priuabant. Sed in vanum fit mentio dictarum munitionum & belli inter Regem & Auenionenſes; cùm Reges non minus ea ciuitate in grauibus negotiis & bellis gerendis ac ſuis propriis vſi fuerint, adeóque ſit Prouinciis Regiis circumdata, vt nullo vnquam tempore bellum huiuſmodi fuerit aut futu[illegible] imaginari poſſimus. Quinta, quia in ea conuenti[illegible] in ſingulari, & ſic primæ tantùm fit mentio, non autem ſecundæ in contradictorio factæ, quam ſi Rex notam habuiſſet, nunquam d. reuocationem feciſſet, quod ſcil. ex eo omnes cauſæ d. reuocationis nō veræ demōſtrentur. Reſpondetur rurſus ad d. reuocationē eā non poſſe ſubſiſtere, cū officiales Regij vterētur portione territorij Auen. per eam illis dimiſſa: cōtradictoria verò ſunt quòd conuentio reuocetur, & tamen Rex d. portione territorij ex vi d. conuentionis vtatur, qui propterea non potuit d. concordiam pro vna tantùm parte re- 21 uocare, ſed debuit in primis & ante omnia d. territoria per indiuiſum relicta reſtituere *per text. in l. ſi diuerſa pars C. de tranſaction. cum ibi notat per gloſſ.* &

DD. & ita deciſum fuit in Rota Romana referente Verallo *deciſ.417. per totum, part.* 3. tranſactio enim eſt quid indiuiduum, & debet aut in totum obſeruari, aut in totum euacuari, Verall. vbi ſupr. DD. *in dict. l. ſi diuerſa.* Adde rurſus quòd cùm huiuſmodi conuentio fuerit facta quouſque principibus aliter viſum eſſet, idque geminatè in prima ſcilicet & ſecunda confirmatione, vnus ex his ſolus abſque vlla alterius participatione eam reuocare non potuit: ideóque Franciſcus dictam conuentionem cum inſertione ſecundæ de anno 1515. confirmauit: quæ quamuis non fuerit præſentata Senatui pro ea homologanda, non propterea tamen minùs effectum ſuum ſortiri debet, cùm duæ conuentiones per eam confirmatæ fuerint, legitimè homologatæ, nulla dictæ reuocationis, tanquam ſobreptitiæ habita ratione, cuius vtpote per Auenionenſes ignoratæ in dictis litteris Franciſci mentio fieri non potuit. His, quæ diximus de ratificatione ſummi Pontificis, adde quod ad abundantiorem cautelam abſque eo quod neceſſarium fuiſſet, Leo 10. per ſuum Breue de anno 1414. dictam conuentionem ratificauit, nec dicendum tempore non legitimo id factum, poſt ſcilicet dictam reuocationem: tum quòd ex nullius momenti exiſtente, vt ex ſuperioribus concluditur, ratificatio quandocunque facta retrahitur ad tẽpus conuentionis: tum quòd Rege ſeu eius officialibus partem territorij Auenion. ſibi demiſſam continuò & ſucceſſiuè poſſidentibus, cenſentur quotidie & facto ipſo eam ratificare, & durante illa continuatione poſſeſſionis S^mus. Pontifex ratificaos cenſetur legitimo tempore id feciſſe.

Tertiò, opponitur dictam conuentionem executioni non fuiſſe demandatam, imò in vim dictæ reuocationis Dominum de Albis Commiſſarium pro illius executione deputatum informationes ſumpſiſſe & terminos in dicta parte territorij fixiſſe. Reſpond. eam executioni demandatam fuiſſe & illi partes ſtetiſſe vſque ad annum 1512 quo noua turba interuenit, & quoad partem territorij Auenion. per dictam conuẽtionem remiſſam ſemper hucuſque, quemadmodum & quoad paleriarum conſtructionem, quæ verò per d. Dominum de Albis geſta fuerunt, nullius momenti ſunt, tum defectu poteſtatis: quæ enim ſunt contentioſa inter duos Reges, non per vnius, ſed per vtriuſq; officiales terminanda ſunt: tum quòd parte non legitimè vocata ea fecerit. Adde quod admodum exceſſit terminos longè vltrà affigendo quàm in narratiua dictæ reuocationis & articulis corà ipſo datis exprimeretur. Quod ſi dict. terminos affixit de facto, de facto quoque per Auenionenſes fuerunt euulſi, eodem planè modo quo ſimiles termini per Commiſſarium Regium de anno 1490. poſiti fuerunt per Auen. euulſi, vnde concordatum dictum interim de anno 1491. fuit factum, de quo fol. 1029. Ita vt dicti termini per Dominum de Albis appoſiti nullo modo manſerint poſiti, nec tales fuerint viſi, minúſque nunc vlli extẽt: & per huiuſmodi euulſionem Auenionẽſes ſuam poſſeſſionem & dictæ concordiæ executionem continuarunt: & quæ executio ex abundanti fuit facta, cùm ex
22 contractibus principum transferatur dominium abſq; traditione, neque propterea ſit opus aliqua executione, ex Ruino *conſ.32. nu. 4. lib. 1.* Angel. *ind. officium in fin. ff. de rei vendic.* vltrà quòd ex huiuſmodi concordia poſſeſſio territorij contentioſi, quæ ante eam erat, penes Auenionenſes manſit, & continuata fuit penes ipſos, ideóque non fuerit opus aliqua noua executione.

Quartò, opponitur varios actus ab ea tranſactione hucuſque in contrarium factos fuiſſe, per quos vel à concordia diſceſſum vel jus nouum præſcriptione per Nouenſes quæſitum fuit, ſcilicet primò 25. venditiones paſcuorum ab anno 1512. vſque ad annum 1540. ſecundò, Archiepiſcopus Dominus de Nouis in loco contentioſo decimarum jus percepit ad rationem decimæ, cùm tamen in territorio Auenionenſi non niſi ad rationem quadrageſimæ vel ſexageſimæ percipiat. Et ad hos fines productum fuit arrendamentum decimæ vltra Durentiam de anno 1536. & arrendamenta furni, quibus inter alia Renderius tenetur portare decimam vltra & citra Durentiam de annis 1544. 1545. 1551. 1554. Tertiò, quinque inſtrumenta de annis 1512. 1514. 1546. 1550. 1575. quibus aliqui ciues Auenion. vel emerunt vel ad nouum accapitum acceperunt prædia vltra Durentiam à parte Auenionis ſita, quæ enunciatur eſſe in territorio de Nouis.

Quartò, ex ſeptem actibus iuriſdictionalibus dum ſcilicet equus Iudæi in dicta parte territorij captus per Curiam de Nouis venditus de anno 1515. dum per arreſtum Senatus de anno 1532. ordinatur Commiſſarium Regium & Iudæum in dicta parte territorij per Auenionenſes captos reſtituendos eſſe, dum fiunt æſtimationes prædiorum vel damnorum per officiales de Nouis in territorio contentioſo, præſertim in Baſtida Domini de Guiſſens de annis 1540. 1591 & 1592. dum proceſſus criminalis fit contra Angelum Simple de anno 1540. & ad inſtantiam illius contra alium de anno 1546. litteræ Regis Henrici ad ſupplicationem Conſulum Auenion. emanatæ, quibus fatentur territorium de Nouis vltra Durentiam ſe extendere à parte Auenion. dum petunt vt impedimenta quæ ipſis dantur, ne aggeres ſeu palerias conſtruant, tollantur, alioquin ne dum territorium loci de Nouis, ſed & ciuitatis Auenion. Durentiam abſorpturam, ſeque per illas ſubjiciunt Senatui Aquen. dum eas præſentãt & juſtitiam petunt contra impedientes de anno 1557. Sextò Caſtrum dicti loci de Nouis de anno 1549. in quo ſeptem perſonarum bona vltra Durentiam ſita ſunt Caſtrata. Septimò, pignorationes factæ vltra Durentiam ratione talearum dicti loci ſcilicet de anno 1508. 1512. 1535. 1536. 1596. 1598. Nam quæ dicuntur de anno 1522. & 1531. non ſunt. Octauò, ſolutiones aliquot talearum, quæ inueniuntur deſcriptæ in libris loci de Nouis factæ per poſſidentes bona vltra Durentiam ab anno 1553. vſque ad annum 1598. Poſtremò, Vincent impoſitio de anno 1574. quo bona vltra Durentiam etiam comprehenduntur.

His reſponſum fuit & generaliter & ſpeciatim: generaliter quidem, quia non poteſt dici diſceſſum à dicta concordia, niſi nouum jus poſt eam fuerit acquiſitum, per præſcriptiones ſcilicet: at verò quoties fines 23
Prouinciarum multò magis Monarchiarum ſunt certi, prout in caſu noſtro, præſcribi nullo vnquam tempore poſſunt, & dicuntur omnino impræſcriptibiles, Abb. *in c. ſuper eo in ſi. de parroch gloſſ. in pragmat. ſanction. verſ. limites*, Hieron. de Monte *tract. de finibus regund. c. 71. n. 2. & ſ. & in c. 76. n. 3. facit text. in c. quia iudicante de præſcription.* quem ponderat idem de Monte *in d. c. 71.* Eámque concluſionem extendit idem de Monte *in c. 79. n. 1.* vt habeat locum nedum in confinibus, verùm etiam in his quæ adhærent & cohærent dictis confinibus, Marc *dec. 351. n. 1. & 8. par. 2.* & nouiſſimè Ferret. ad Guidon. Papæ *dec. 193.* Secundò, quatenus aliqua
24 præſcriptio potuiſſet induci, ea nõ minor cẽtenaria eſſe deberet, tũ quia agitur de præſcribendis iuribus ſupremæ autoritatis per Carolũ IV. Imperat. in ſummũ Pontificem tranſlatis de menſe Nouembris, anno 1348.

fol.

fol. 112. tum quia agitur de præſcriptione inducenda contra Romanam Eccleſiam, Alea *conſ.* 84. *num.* 2. *lib.* 1. Corn. *conſ.* 268. *nu.* 23. *lib.* 4. Socin. ſen. *conſ.* 86. *nu.* 13. *lib.* 1. Peregin. *de iure fiſci lib.* 6. *tit.* 8. *n.* 5. latè Menoch. *conſil.* 1101. Etſi non ageretur de iuribus ſupremæ authoritatis, vt prædicti DD. docent & probatur *ex l. fin.* & Authent. *quas actiones C. de ſacroſanct. Eccleſ.* adeò vt dici poſſit, & titulum quoque eſſe neceſſarium, aut immemorialem requiri, cum exiſtentibus titulis, de quibus ſuprà hæc præſcriptio ſit contra jus, & jus ei reſiſtat, ea trad. per Telin. *in c. ad audientiam ſub. n.* 26. *verſ. & tamen in præſcriptione, extra de præſcription.* nam ſi eo caſu contra alias Eccleſias vel quadragenaria cum titulo vel immemorialis requiritur *c.* 1. *de præſcript. in* 6. in Eccleſia Romana aut debet eſſe centenaria cum titulo aut immemorialis, alioquin nullum eſſet diſcrimen inter Romanam Eccleſiam & alias. Nec valet inſtantia quæ fuit facta, Summum Pontificem hic non vt Summum Pontificem, ſed vt Comitem Venayſſinum vel vt Dominum Aueniona conſiderari: hoc enim eſſet priuilegium quoad præſcriptionem Romanæ Eccleſiæ omninò euertere, cùm id illi competat pro Comitatibus & Dominis tẽporalibua, nec pnſſit ſeparari quoad hæc qualitaa Romanæ Eccleſiæ à rebua ad ipſam ſpectantibus: in noſtro verò caſu nec centenariam adeſſe certum eſt, cùm actus in contrarium prætenſi non niſi ab anno 1512. cœperint.

Tertiò, reſpondetur, ſiue centenaria, ſiue immemorialis ptoponarur, præſcriptin debuit eſſe æſtimata abſque interruptione, & nominatim etiam in immemoriali requiritur, vt non fuerit viſum aut auditum aliquid in contrarium, gloſ. *in dict. c.* 1. *de præſcript. in* 6. *in verb memoria*, cum ibi notat per Canoniſtas Alexand. *conſ.* 136. *circa fin. vol.* 6. Ferret. ad Guidon Pap. *dec.* 357. Poſſeſſionem verò ſi quæ ſit, non fuiſſe continuam, imò interruptam, probatum fuit, primò ea actibus, juriſdictionalib. de annis 1556. & 1557. dum talea impoſita & exacta fuit pro refectione aggerum ſeu paleriarũ etiam poſſidentibus prædia in loco contentioſo, & de anno 1501. dum dé controuerſiis prædiorum dicti loci coram judice S. Petri inter Magiſtrum Fabry & Simple, & de anno 1507. ad inſtantiam Guillelmi Belli litigatum fuit, & dum annis 1602. & 1604. proclamata fiunt vt poſſidentea incrementa Durentiæ exhibeant eorum inſtrumenta & titulos ea vi quorum ea poſſident, quod & executioni demandatum fuit. Secundò, ex Cataſtro d. Ciuitatis confecto anno 1585. (eo enim anno primum cœpit eſſe in d. Ciuitate Cataſtrum, in quo prædia in dicto loco exiſtẽtia deſcripta ſunt. Tertiò, ex talearum impoſitione & ſolutione inde ſequuta pro prædiis per Magiſtroa Fabry, Guillelmum Bellum & Simple de anno 1591. per eundem Simple de anno 1601. & per eundem authoritate judicum S. Petri de anno 1605. Quartò, ex Nouis acceptis de incremẽtis Durentiæ per Conſules Auenion. factis, & nominatim vno d. Fabry de anno 1594. Quintò, ex eo quod pleraque prædia in d. loco dicuntur eſſe in territorio Auenionis, & nominatim Baſtida des Angelins Simples in diuiſione per ipſoa facta de anno 1555.

Quartò, reſpondetur actus per Nouenſes factos cõtra quoſdã particulares Ciuitatis Auenionis, & vt plu-
25 rimum per vim ſeu violentas executiones d. Ciuitati minùſque juribus S^{mi}. potuiſſe præiudicare, ex notat. per Innocent. & Canoniſtas *in cap. accedentibus de priuileg.* Iaſ. *in l. fin. ſub. num.* 58. *verſ. tertiò ff. de conſtitution. princip.* Alex. *conſ.* 33. *n.* 3. *vol.* 5. & in terminis tenet Surd. *conſ.* 323. *n.* 10. *&* 11. *vol.* 3. vbi etiam infert, quòd ſuper tali poſſeſſione & obſeruantia non poteſt fieri fundamentum, multò minùs actus dictorum particularium, etiã ſi voluntarij fuiſſent juribus D. N. P. potuiſſent præiudicare, ex Bald. *in l. fin. num.* 35. *C. de edic. di. Adria. tollen.* quem refert & ſequitur Socin. iun. *conſ.* 146. *num.* 18. *&* 124. *lib.* 3. & in terminis docet Menoch. *d. conſ.* 1101. *n.* 40. 41. *&* 42. Et quamuis hæ ſolutionea videantur omninò ſufficere, tamen actus in contrarium deductos ſigillatim percurrendo.

Ad primum de venditionibus paſcuorum, præterquam quod non legitimè conſtat, quòd effectum habuerint, dicitur eas primùm clandeſtinè & inſcientibus Auenionenſibus factas, & veriſimile eſt eas poſtea impediuiſſe cùm ab anno 1540. nullæ reperiantur factæ; & cum eo tempore deſtiterint, non poteſt ex iis aliqua continua poſſeſſio inferri.

Ad ſecundum de decimis nihil eſt; à decimis enim 26
ſpiritualibus non poteſt inferri ad dominium temporale, Bertrand. *conſ.* 350. *n.* 1. *lib.* 2. *prior* Hieron. de Monte, *d. tract. de fin. reg. ac.* 15. *n.* 3. Et paſſim ac nominatim Archiepiſcopus Auenion. decimaa percipit à parte regni Franciæ in inſulas Rhodani, præſertim hoc caſu id procedit quo officiales Archiepiſcopi, dum d. conuẽtio de anno 1506. eis intimaretur, reſponderunt ſe ei acquieſcere, cùm hoc tamen vt jus directorum dominorum & decimandi ſibi ſaluum reſeruaretur, quod & per d. conuentionem fuerat factum, dum expreſſè in ea cauetur vt jura particularium ſalua & intacta remaneant.

Ad tertium de quinque inſtrumentis, quibus prædia dicuntur eſſe in territorio de Nouis, fuiſſe rem inter alioa actam & clandeſtinãm, & cùm ſint intra centum annoa, verba enuntiatiua non probare, Iaſ. *in l.* 27
cùm aliquis Cod. de iure delib. Maſcard. *concluſion.* 394. *num.* 4.

Ad quartum, reſpondetur eoa actus eſſe paucos & non continuatoa, & aut violenter & de facto aut erroneè, & clandeſtinè inſciiſque Auenionenſibus factoa, quod præcipuè conſtat ex his qui contra Simple vel per ipſum facti ſunt, cùm probè ſciret ex ipſarum propria diuiſione, de qua ſuprà, eſſe in territorio Auenionenſi.

Ad quintum per errorem conſules narraſſe eſſe de territorio de Nouis vt faciliùs inducerent regem ad tollenda impedimenta quæ aggeribus faciendis dabãtur: neceſſarium autem fuiſſe in Senatu experiri, quia actor forum rei ſequitur & in ſumma ex dictis vel geſtis eorum, D. N. P. & d. Ciuitatis juribus præiudicari non potuiſſe.

Ad ſextum, de Cataſtro, reſpondetur vt plurimum ſine effectu manſiſſe, nec de ſolutionibus poſſidentiũ bona in d. loco legitimè conſtare: vnde ex dict. deſcri- 28
ptione nihil poteſt inferri, Maſcard. *conclu.* 273. *nu.* 6. *&* 7. & non niſi anno 1549 factum.

Ad ſeptimum, ea tantùm ſunt ſex numero ab anno 1512. magno interuallo temporum & per violentiam, & nominatim ex de annia 1598. eodem quo prætetito anno modo factæ: ea quibus nihil etiam inferri poteſt: violentia enim exactio non tollit jus illiua qui cogitur 29
ad faciendum *l. cura circa princ. verſ. ſi per vim ff. de muner. & honor.* Telin. *in c. cum acceſſiſſent num.* 29. & ibidem *dec. col. penul. verſ. 5. intelligitur extr. de priuileg.* Put. *dec.* 188. *lib.* 2. Verall. *dec.* 377. *par.* 2. nam quoad pignorationem factam de anno 1508. illius nulla eſt habenda ratio, ea ſcilicet poſt primam conuentionẽ de anno 1506. durante tempore oppoſitionis dictorum de Nouis & ante ſecundam confirmationem de anno 1509. à natiuitate & de menſe Ianuarij, qua ad d. conuentionis obſeruationem condemnati ſunt, ideóque etiam ceſſantibus rationibus ſuprà dictis, præſcriptio, ſi quæ poſſet eſſe, à d. anno incipere non poſſet.

Ad octauum,eę parui momenti ſunt & non niſi ab anno 1553. & quæ per particulares homines factæ nullo titulo exiſtente,imò contrario ſcilicet d.conuentione militante non potuerunt D.N.P.& d.Communitati præiudicare,Surd.*conſ.323.n.10.& 11.vol.3.*

Ad poſtremum de vingtenn, reſpondetur vt ſuperioribus, & præſertim quòd non conſtet de ſolutionibus quódque effectum habuerit.

30 Ex quibus conſtat nihil poſt dictam concordiam accidiſſe, ex quo Nouenſes d.concordiæ ſtare non teneantur aut aliquod jus per præſcriptionem acquiſierint.

Illud poſtremò addendum eſt, ſi agatur de territorio per Nouenſes vltra Durentiam à parte Auenion. prætéſo,eſſe quæſtionem de lana caprina,nam ſi quod fuit huiuſmodi territorium de tempore d.conuentionis,illud omnino per Durentiam fuit conſumptum,vt fusè demonſtratum fuit in poſtremis reſponſionibus per dominos Aduocatos d.Stis. & ciuitatis incipientibus, *Reſpondant aux inſtances*, & ſi quod cura, induſtria & expenſis Auenion. incrementum nunc factum fuit, illud amplius non poſſe dici de territorio de Nouis,etiam ſecluſa d.conuentione,quia illa portio territorij antiqua deſiit eſſe in rerum natura,& quod nunc 31 creuit,nouam habet faciem & formam,ideóque in eo nihil Nouenſes prætendere poſſunt, *l. adeò §.quod ſitotum verſ.cuius tamen ff. de acquirend. rer. domin. cum ibi notatis.*

Atque hæc quidem quoad primum caput controuerſię territorium concernẽs in quo generaliter docetur & euincitur dict. conuentioni omninò ſtandum: quod etiam ſubſeruiet capitibus ſequentibus.

Iam verò ad ſecundum principale caput accedentes de aggeribus & paleriis,in eo duo rurſus inſpiciẽda ſunt, vnum an Auenionenſes dictos aggeres facere potuerint præſertim in eo loco vbi facti ſunt: alterum an ſecundùm formam & rationem juris & de materia legitima facti ſint.

Quoad primum Nouenſes contendunt non licuiſſe Auenionenſibus in Durentia aggeres facere, ideóque aliàs ſcilicet de anno 1470. fuiſſe factum proceſſum criminalem per officiales Caſtrireinardi contra Auenionenſes ratione paleriarum fol.305. Indéque literas ſeneſchalli prouinciæ emanatas directas Capitaneo Caſtrireinardi pro demolitione paleriarum, quæ executæ fuerunt fol.307. informationéſque ſumptas fuiſſe per locumtenentem judicis Caſtrireinardi ad oſtendendum incolas d. loci eſſe in poſſeſſione demoliendi palerias Auenionenſium de anno 1471. fol.314. aliáſque informationes ſumptas per officiales Caſtrireinardi contra Auenionenſes ratione dictarum paleriarum anno 1490.fol.728.& inde viſitationem dictarũ paleriarum ſequutam per officiales prouinciæ in præſentia Oratorum Auenionenſium quarum aliquæ demoliri mandantur, quod & factum fuit de anno 1491. fol. 321. & vtrumque ſit dictas palerias in d.loco fieri non potuiſſe ſiue inſpiciamus tempus ante conuentionem ſiue illius:ante quidem: quia ſunt factæ in territorio de Nouis, poſt,quia ſunt factæ in inſulis & iſelis, Gallicè *iſles & iſeles*, quæ per d.conuentionem remanſerunt communes Auenionenſibus & Nouenſibus:ſocius autem inuito ſocio in re communi nihil facere poteſt.

Pro parte verò d. ſuæ Stis. & Ciuitatis fuit edoctũ licuiſſe & licere facere d. aggeres in d.loco: tum ex juris communis diſpoſitione, tum ex titulo legitimo in contradictorio iudicio obtento: cùm enim aliàs fuiſſet huiuſmodi controuerſia & officiales Stis. ſuæ ac Comitis prouinciæ ea de re tractaſſent, tandem concluſum fuit licere Auenionenſibus aggeres in ripa Durentiæ facere vt in ſuo proprio territorio, vt patet ex litteris patentibus Ludouici II. Comitis prouinciæ & Regis Siciliæ de anno 1400. fol. 476. ex quibus duo eliciuntur, ſcilicet licuiſſe Auenionenſibus aggeres ibi facere, & ripam Durentiæ eſſe de territorio Auenion. & aliis litteris Regis Renati de anno 1474. fol.476. cũ ſimilis eſſet controuerſia inter Auenionenſes & homines Caſtrireinardi & Barbentanæ, & officiales hinc inde conueniſſent dictas palerias fieri licuiſſe,dictum fuit, adiecta tamen clauſula ſecundùm formam juris, quæ non erat in dictis litteris Ludouici II. ſed in hoc non eſt facienda vis,cùm ea clauſula ſemper intelligatur. His adde quòd ab antiquiſſimo tempore, cuius initij memoria non extat in contrarium. Extant aggeres ſeu paleriæ verſus conuentum Bonipaſſus, & quæ ab anno 1556.vel 1557. hucuſque factæ fuerint, ſunt cõtinuando dictas antiquas, vt fuit viſum in ſubiectione oculari, & ſic Auenionenſes eas faciendo continuarunt poſſeſſionem in qua erant: & quod magis eſt eas à dicto anno 1557.hucuſque continuatiuè & ſucceſſiuè per diuerſos annos facientes videntibus & non contra- 32 dicentibus Nouenſibus, nedum ius ſuum eas faciendi confirmarunt, ſed ſi non habuiſſent, acquiſiuiſſent, *l ſi quis diuturno ff. quemadmodum ſeruit.* amittantur, vbi gloſſ. & DD. ex Notat. *in l.ſeruitutes ff. de ſeruit. in l. a. cod. & in l.1.§.fin.* vbi gloſſ. *in verb.quamdiu ff de aqua & aqua pluuia arcen.* Canoniſtæ *in c. ſi diligenti, extr. de præſcription.* adeò vt nec titulus neceſſariò requiratur, nec vbi agitur de iuribus continuam cauſam habenti- 33 bus vt hoc caſu illius allegatio, Balbus *de præſcription. 2.par. 4.partis principalis q.2.n.1.* Idque certiſſimè data ſcientia ac patientia aduerſarij. Cæpol. *de ſeruitut. c. 19 n.11.& 12.* ſcientiam verò habuiſſe ex eo euincitur, quod in publico hæc & per plures annos & continuè facta ſint, ex gloſſ. *communiter approbata in l.ſi tutor petitus C.de priuileg.tutor.* quam ſequitur Grammatic *notoria fuerunt*, ex Bartol. *in l.1.§.in pari ff de recept. arbitr.* idque indubitanter, quando ſunt notoria facti permanentis, vt hic Innocent. *in c.tua non, n.2 in fi & n.3.de cohabitatio. cler. & mulier.* quæ cum aliis latè congeſtis ſequitur Maſcard. *conclu.1108. & nu.7.& 8* patientiam verò, quia tantum abeſt vt contradixerint, vt plerique Nouenſium bona vltra Durentiam à parte Auenion. poſſidentes eas fieri inſtiterint vt ex dictis literis Henrici II. de anno 1557. ex aduerſo productis conſtat, & in talea eo nomine per Auenionenſes indicta contribuerint. Quod ſi ex dictis titulis licuit Auenionenſibus d.aggeres facere, multò magis poſt d. conuentionem de anno 1506. qua nedum nominatim id cauetur, ſed & ad tollendas controuerſias quæ poſſent oriri an cenſerentur factæ ſecundùm formam juris, per eam permitti eas fieri 8.palmis intra aquam.

Et verò quod dicebatur proceſſum criminalem factum & informationes ſumptas ratione paleriarum per Auenionenſes factarum, & in executionem literarum ſeneſchalli demolitas de annis 1470. & 1471. Reſpondebatur hoc verum fuiſſe & de facto proceſſiſſe: ideóque officiales Smi. conqueſtos, indéque inter eos & officiales Regis Renati conferentiam habitam, ordinatúmque licuiſſe Auenionenſibus dictas palerias facere, vt ex d. litteris Regis Renati de anno 1474. apparet.

Quod verò informationes de anno 1490. & demolitionem de anno 1491. de quibus ſuprà id accidit, quia 14.palmis intra aquam ipſius curſum diuertendo, & ſic contra formam juris factæ fuerant.

Nec poteſt prætendi, ſi conſideremus tempus ante conuentionem eſſe factas in territorio de Nouis, id enim

nim negatur, & contrarium omnino conuincitur ex dictis literis Ludouici ſecundi de anno 1400. quibus conſtat in contradictorio fuiſſe dictum Auenionenſibus licitum eſſe eas facere tanquam in territorio ſuo, vt ſuprà dictum fuit. Poſt dictam verò conuentionem, inſulæ quidem per eam remanſerunt communes, ſed creditur de his tantùm intelligendam, quæ verè inſulæ ſunt, quæ aqua circumdantur, non de incremētis Durentiæ terræ ſolidæ contiguis, in quibus virgulta excreſcunt ad inſtar inſularum, quæ ex aduerſo dicuntur vocari *Iſcles*, nam etſi in primis capitibus conuentionis fiat mentio copulatiuè *des Iſles & Iſcles*, poſtea tamen in aliis alternatiuè, & tādem ſolam *des Iſles* mentionem facit, ſatis demonſtrans *Iſles & Iſcles* pro eodem accepiſſe, nec differentiam ex aduerſo prætenſam voluiſſe facere: quod etiam ex verbis illius manifeſtè euincitur, cùm dicitur omne territorium inſequendo aquam Durentiæ fore ſanctitatis ſuæ, quod non eſſet, ſi incrementa extra aquam exiſtentia eſſent communia, ſed & mentem contrahentium eam fuiſſe elicitur ex eo quòd voluerunt Durentiam facere diuiſionem duarum Monarchiarum, vt omnibus controuerſiis occurreretur; quòd ſi incrementa manſiſſent communia, quotidie eſſent cauſa turbarum, dum quæreretur, an eſſent incrementa nécne, an deſinerent eſſe, an manerent. Poſtremò, *Iſcles* accipi pro inſulis veris, docetur ex tranſactione inita inter Conſules Cauallionis & Dominum de Vrgone de anno 1472. in qua copulatiuè *Iſles & Iſcles* dicuntur communes, vt in noſtro caſu, ſed quomodo intelligantur, explicat, dum ait, ſiue parua ſiue magna quantitate aquæ circumdentur; ergo ſi ſint incrementa, nec aqua circumdentur, non erunt communes, ſed illius territorij à parte cuius ſunt.

Sed quomodocumque accipiantur, & poſito, citra præiudicium veritatis, quod huiuſmodi incrementa manſiſſent communia, potuerunt paleriæ in his fieri inuito ſocio cùm per dictam conuentionem potuerint fieri in ipſamet aqua, ſpatio tamen octo palmorum.

Et hæc quidem quoad primum membrum huius ſecundi capitis: quoad verò ſecundum, formam, rationemq́ue iuris ac materiam paleriarum reſpiciens, ex aduerſo prætenditur illegitimè factas, quòd in alueo Durentiæ curſum ipſius diuertendo & damnum vicinis inferendo factæ ſint, quodq́ue ex lapidibus magnis & quadratis, cùm tamen ſolum ex palis cum *des cailloux*; vnde nomen paleriarum, fieri debuiſſent. Reſpondebatur autem dictos aggeres fuiſſe factos in ripa fluminis. Ita & eo modo quo curſus aquæ fluere ſolens per æſtatem non impeditur, quod iure permiſſum eſt: ripæ enim fluminis totus ille locus cedit, & ripæ ap-
35 pellatione venit qui interiacet ab extremo naturalis rigoris hiberni procurſu vſque in eum locum, in quo certus & naturalis fluminis curſus per æſtatem plerúque contineri conſueuerit, *l.1.§.ripa, & l.penult.§.ripa* cum ibi notat. per Gloſſ. & DD *ff.de fluminibus*. Cæpol. *de ſeruit.ruſtic.præd.c.118. alias 36.n.1.tit.de ripa*, Socin. ſen. *conſ.79.inſ.lib.3.* Ioan. Bapt. Aymus *de alluuion.lib.*
36 *1.c.9.§.1.n.7. & c.12.n.2. vſque ad n.7.* Alueus autē verè ille dicitur, quo naturalis curſus aquæ æſtate continetur *l.1.§.is autem ff.ne quid in flum.publico*, cum ibi notat. per Gloſſ. & DD. Cæpol. *de ſeruit.ruſtic. præd c.116. alias 34.n.2.* Aym. *d.c.12.n.5.in fin.* de iure verò permiſ-
37 ſum eſt munitiones facere intra illud totum interuallum, quod ripæ appellatione venit, dum tamen curſus aquæ naturalis per æſtatem ſolitus non mutetur *l.1.C. de alluuion.l.1.§.ſunt qui putent.* & *§.etſi alia ff.ne quid in flumin.publ.* cum ibi not. per Gloſſ. & DD. Roffred. *in tract.libellorum, tit.de interd.ito*, vt liceat ripas publici fluminis reficere vel munire. Quod adeò verum eſt, vt ſi munitiones fiant ad euitandum grande damnum, quod flumen dare ſolebat, poſſint fieri, etſi curſus fluminis ad aliquid immutetur, quia tunc non cenſetur fieri cum iniuria, Cæpol. vbi ſuprà *c.119. alias 37. num.5. verſ.ſed quid ſi flumen*, Polydor. Ripa *obſeruat.53.nu.2.& ſeqq.* præſertim verò *nu.5.* Franciſc. Marc *q.270.nu.1.vſque ad n.5.par.2.* vbi firmat licere Braſſerias fluminis omnino diuertere ad matrem fluminis quam appellat filum ſeu ventrem, quem dicit eſſe in medio ſeu magis profundo, per tex. *in l.1.ff.de ripa munien.* In noſtro verò caſu omnia hæc concurrerunt, aderat enim magnum & euidens damnum, ni dictæ munitiones factæ fuiſſent: Durentia enim territorium Auenionenſe conſumpſiſſet vſque ad ciuitatem cum magno illius periculo, & extra alueum naturalem æſtate ſolitum factæ fuerunt, vt ad oculum patuit.

Secundò, reſpondetur hoc caſu pro tutela & neceſ- 38
ſaria conſeruatione ciuitatis Auen. & territorij alioquin perituri dictas munitiones potuiſſe fieri, etſi curſus dicti fluminis diuerteretur, & aliter flueret quàm priore æſtate fluxerat, ad euitandum ſcilicet tale damnum intolerabile, *per text.in d.l.§.ſed etſi alia verſ.pleroſque ſcio ff.ne quid in flumi.publico:* & ex not. *in d.l.C.de alluuion.* Franciſc. Marc. in terminis terminantibus *qu.344.n.3.par.2.*

Tertiò, reſpondebatur, quòd alueus dicti fluminis curſum ſuum naturalē habebat à parte prouinciæ iuxta & prope rupem loci de Nouis, vt ex informationibus per Dominum ſenatorem de Morier ex aduerſo productis conſtat, & deinde dictum alueum derelinquendo curſum ſuum vertit opere manufacto Prouincialium verſus territorium Auenionenſe, quòd Auenionenſes parati ſunt probare, quo caſu potuerunt aggeres facere etiam ad effectum dict. curſum nouum auertendi, & flumen reducendi in ſuum priſtinum & 39
antiquum alueum, præſertim cùm bona pars territorij Auenion. conſumpta fuiſſet, & reliquum vſque ad mœnia conſumendum eſſet, vt docent Polydor. *d.obſeruat.53.n.10.* & in terminis Pariſ. *conſ.105.per tot.lib.1.* qui etiam ſuperiores omnes concluſiones firmat.

Quoad verò materiam, dicebatur à Nouenſibus conſuetudinem in Gallia eſſe, vt dict. aggeres ex ligno non ex lapidibus quadratis & magnis fierent, quod pro parte Auenionenſium negabatur, & contrarium oſtendebatur in aggeribus & paleriis in Rhodano per dictos Auenionenſes ab omni tempore ad hæc vſque tempora factis, in ipſaque Durentia antiquiſſimam paleriam eſſe ex iiſdem lapidibus & ab anno 1557. huc vſque factā in continuationem dict. antiquæ, videntibus, ſcientibus & non contradicentibus Nouenſibus: & conſuetudinem Galliæ, ſi quæ eſſet, quæ tamen non eſt, non eſſe ſequendam, cùm agitur de flumine duas Monarchias diuidente: in controuerſiis enim duorum Principum ſupremorum, non conſuetudo in vnius Monarchiæ, ſed ius commune ſequendum eſt, quo huiuſmodi aggeres ex lapide fieri nullo modo prohibetur, & in caſu de quo agitur periti retulerunt dictos aggeres ex dictis lapidibus faciendos propter rapacitatem Durentiæ. Adde quòd adeſt penuria ligni prope Durentiam & copia dictorum lapidum in lapidicina propinqua. In demolitione verò paleriarum de dicto anno 1491. fit quidem mentio eas fuiſſe ex dictis lapidibus, quòd quales eſſent narrandum erat, ſed nō ex eo fuerunt deſtructæ, ſed quia erant 14. palmis intra aquam curſum illius diuertendo: & vt ius dict. S^tæ. & Ciuitatis clarius & certius redderetur, Domin. Aduocati ipſarum poſuerunt in facto aggeres de quibus agitur in continuationē antiquorū ita factos, vt ſint ea-

tra alueum Durentię in æſtate ſolitú, & damnum illatú
territorio de Nouis nō ex his, ſed ex eo quòd aqua Du-
rentiæ magno impetu longè ſupra ponté & palerias fe-
cit rupes vulgariter dictas *Malancens* verſus iter de
Cauismōtibus ad Bonipaſſum, ex quo aqua reiicitur
contra territoriū de Nouis, indéq; damnū illi illarum,
idq; ante ann. 1587. quādoq; pilæ duæ d. pontis quæ di-
cūtur lapidib proiectis in aquā clauſæ, cùm id factum
fuit, aquam Durentiæ non eſſe ſolitam per illas fluere,
fuiſſeq; in ſicco quo iam antea aqua ex ſupra d. impetu
curſum diuerterat ſuum extra d. pilas, quod niſi dicti
aggeres facti fuiſſent, Durentia territorium Auen. con-
ſumpſiſſet cū periculo ciuitatis, & ſic non ad iniuriam,
ſed propter neceſſitaté erant factæ: deniq; de tēpore d.
conuentionis de ann. 1506. locū vbi ſunt d. aggeres cō-
ſtructi, fuiſſe terrā ſolidā & longè diſtanté à curſu Du-
rentiæ tunc fluente, & alia huiuſmodi ad quæ probāda
ſe petierūt admitti, quod recuſabāt arbitri Regij, quòd
ex eorū probatione viderent prætenſionē Nouentium
omnino euerſam: & periculū erat ne re infecta omnes
diſcederent, ni Illuſt. Viceleg. pro ſua prudētia curaſ-
ſet totū hoc negotiū componi: ſed quia de principio,
progreſſu & ſucceſſu cōferentiæ, nec non conuentione
quam ſecretò fecit (ſi tamen ſummus Pontifex & Rex
eam gratam haberent) idem Illuſtriſſ. Vicelegatus fusè
ſcribit, nihil de his dicam: & hæc quidem de paleriis, &
ſic de ſecundo capite principali.

Quoad tertiā directionem portus vocati de Nouis
cōcernens pro parte Nouenſiū dicebatur ad ſe ſpecta-
re; ex eo quòd eſſet in territorio illius quod locus de
Nouis cū aliis per Federicum Imperatorē fuerat Epiſc.
donatus an. 1157. fol. 1250. & poſtea pons Bonipaſſus ſc.
de ann. 1161. fol. 1055. in cuius locum ſucceſſerat portus,
quod ſaltē multa priuilegia in d. portu haberet, vt cō-
ſtat ex arrendamento illius & inde ſecutis de an. 1428.
fol. 1486. quòd iuramenti præſtatio & miſſio in poſſeſ-
ſionē renderiorum d. portus fieri ſolerent per officiales
de Nouis. Poſtremò, quòd iuriſdictio & dominiū Du-
rentiæ ad Regē & non ad S^tem. ſuam ſpectarent, ideóq;
directio eiuſdē per officiales Regios fieri debebat, in-
déq; natum eſt quartū caput controuerſiæ, ad quē ſc.
iuriſdictio & dominiū Durentię ſpectaret: & pro parte
Regiorum dicebatur ad Regem pertinere, ex iure ſcil.
40 Gallico quo flumina ad Regē ſpectant. Boer. *conſ.* 24.
& Gui. Pap. *q.* 577. ex iure communi, quia originē ſumit
in Delphinatu, & ſic in regno, & excurrens per illud,
ingreditur Rhodanū prope Auen. ex titulo legitimo,
ſc. ex literis patent. Regis Renati de d. an. 1474. in qui-
bus ius paſcendi Auenionenſib. conceditur vſque ad
magnam Braſſierā Durētiæ, & ſic iuriſdictio dominiū-
que illis negantur ex tranſactione inter Conſules Ca-
uallionis & D. de Vrgone de an. 1472. qua dicitur iuriſ-
dictionē Durētiæ in ea parte ad D. de Vrgone ſpectare
ex confeſſione Domini de Cauismontibus aſſerentis
Durentiam eſſe de territorio de Cabanis, & ex poſſeſ-
ſione in qua contendebant ſe eſſe, & quam per actus
ſuprà narratos ſe probaſſe contendebant.

Pro parte verò S^tis. ſuæ & ciuitatis Auen. dicebatur d.
41 directionē portus ad ſe ſpectare, quia ſc. ille pertinue-
rat ad Templarios, & poſt eorum cōdemnationem ad
ordinē S. Ioannis Hieroſolymitani, & in Capitulo eorū
generali omnia quæ ad ipſum pertinebāt in Comita-
tu Venaiſ. exiſtentia, & nominatim domū Bonipaſtus
cū ſuis dependentiis ſeu pertinētiis fuerunt ſedi Apo-
ſtolicæ donata, vt apparebat ex inſtrumento donatio-
nis producto de an. 1320. & 25. Nouemb. & deinde ſcil.
de an. 1321. Conuentū Carthuſian. Bonip. erexit, & pro
eius fundatione omnia quæ ex d. domo dependebant,
aſſignaſſe, reſeruato tamē portu Durētiæ fol. 965. & ab
eo tēpore huc uſq; pacificè Cameram Apoſtolicam d.
portū poſſediſſe, illiúſq; fructus & emolumēta perce-
piſſe & percipere, arrendamentáque ipſius in ciuitate
Carpen. per officiales Cameræ facta, locúmq; portus
pro voluntate ſuperiorū in his partibus S^tis. ſuæ muta-
tum, & nominatim de mandato Illuſtr. Cardin. Philo-
nardi de an. 1601. & 1602. & reſpōdebatur in cōtrarium
deductis negādo dict. palerias in territorio de Nouis,
idq; certiſſimè poſt d. conuentionē, quinimò & ea ſe-
cluſa, & præſuppoſito, quod territorium de Nouis cis
Durentiā protenderetur, conſtituendo portum magis
prope Conuentū Bonipaſſus, & ſicio territorio de Ca-
uismōtibus: ex commiſſione verò d. loci de Nouis &
donatione pontis, nihil infertur: ex hoc enim indéque
facta fuit remiſſio per Viceugeriū Cauallionis officia-
riis Prouinciæ de quodā delinquente capto in Duren-
tia de anno 1488. fol. 1077. ex hoc enim conſtat, pontē
iam tunc fuiſſe diruptum, cū ſuper illum prohibeātur
fieri fortificationes & ædificia inuito Epiſc. & ſup. do-
ctū fuerit, portum ſpectaſſe ad Tēplarios, poſtea ad e-
quites Hieroſolymitanos, & ex eorū donatione ad ſū-
mum Pontificem qui eundē in erectione Conuentus
Bonipaſſus ſibi reſeruauit, eóque ſemper pacificè vſus
fuit, illiúſq; reditus percepit: conceſſione verò d. loci
nulla mentio vel pontis, vel portus, vel Durentiæ: nec
inconueniēs eſt, quòd aliqua priuilegia Epiſcopus ha-
bueit, vt ſcil. ex parte territorij de Nouis Cunes ſeu
Hordæ affigantur, vt neceſſariū eſt; denique ex priui-
legiis, quæ potuiſſet habere Epiſcopus præſertim cùm
non controuertatur, quin omnes reditus d. portus ad
Camerā ſpectent, non poteſt quidquā inferri ad dire-
ctionē d. portus in fauorē officialium Regis. Iuramenti
verò præſtatio & miſſio in poſſeſſionem fiunt ex com-
miſſione officialium Cameræ, per quos & in ciuitate
Carpen. arrendamenta d. portus fiūt, vt inde potius in-
feratur cōtra officiarios Regis. Quoad poſtremū de iu-
riſdictione & dominio Durentiæ, ex quo aliud, idque
quartū caput cōtrouerſiæ fuit excitatū, an ſcil. ad S^tem.
ſuam vel M^tem. iuriſdictio & dominiū Durētiæ ſpecta-
ret, dictū fuit ad S^tem. ſuam pertinere vſq; ad dimidiū
Durētiæ. Primò, ex iuris diſpoſitione, quo huiuſmodi
flumina pro dimidio ad vnūquemque Principem ſpe-
ctant. Secūdò, ex d. diuiſione de an. 1125. & infeudatio-
ne Federici de an. 1162. fol. 297. relatiua ad d. diuiſionē,
confirmatio enim potius quā infeudatio eſt quoad lo-
ca in d. diuiſione cōtenta. Tertiò, ex cōceſſione aquæ.
Epiſc. Cauallien. per Comitem Tholoſæ in cuius locū
ſucceſſit ſummus Pōtifex an. 1171. fol. 1068. de qua ſup.
Quartò, ex d. cōceſſione pōtis facta Epiſ. Auen. de an.
1161. ſi enim Durētia ad Epiſc. qui tūc temporis Impe-
ratorem ſolum recognoſcebat, & eadē iura illi in loco
de Nouis competebant, quæ Comitibus in cæteris lo-
cis pertinuiſſet, & quod magis eſt, territoriū de Nouis
vltra Durentiā extēſum fuiſſet, non erat opus illa do-
natione pōtis, qui eo caſu ad ipſum ſpectaſſet. Quintò,
ex cōceſſione deriuationis aquæ ex Durētia à parte A-
uenio. dum ciuitas eſſet Reſpublica ad vſum molendi-
norum facta de ann. 1219. fol. 284. quæ effectum habuit
ab eo tempore huc uſque, vt notorium eſt, & riuulus
ille Durenſula vocatur. Sextò, ex d. venditione ciuita-
tis Auen. de ann. 1348. cùm enim Regina Ioanna omne 41
ius vendiderit & tranſtulerit, ipſáque eſſet Comitiſſa
prouinciæ & Domina Auen. omnia regalia & flumina
cenſetur quoque tranſtuliſſe, Cæpol. *tract. de ſeruit. tit.
de flumin. n.* 13. præſertim, quia fuit in fauorē Romanæ
Eccleſiæ facta, Alb. *conſ.* 64. *n.* 87. *nota. conſ.* 580. *n.* 5. præ-
ſertim exiſtētibus verbis & clauſulis prægnātibus in d.
cōtractu vēditionis exiſtētibus quib. omnia regalia cu-
iuſcumque generis ea ſint cenſentur remiſſa, Cumano.
conſ.

conſ. 102. Fuſc. Tuſcho *in verb. regalia concluſ.* 32. Septimò, donatione Caroli Imperatoris omnium iurium Imperialium & ſupremi Dominij quod in dicta ciuitate Aueniouis eiuſq; territorio habebat de anno 1348. & menſe Nouembris fol. 1022. Poſtremò ex variis exercitiis iuriſdictionis ſupra Durentiam, & illius occaſione factis ſupra in quinto fundamento primi capitis circa territorium deductis, præſertim ex ſtatutis Auenion. de anno 1176. & de annó 1293. & præconiſationibus ac mandamentis authenticè ſumptis Pontificum, [illegible] Maij & 11. Iunij de anno 1580. & 1583. 23. Auguſti, & mandamento Camerarij 25. Nouembris 1589.

Reſpondebatur verò in contrarium deductis, neque enim ius Gallicum hoc caſu erat in conſideratione, tum quòd cùm de controuerſiis inter duos ſupremos Principes agitur, non eſt ſequenda conſuetudo vnius, ſed ius commune, vt ſuprà dictum fuit; tum quòd Comitatus Veneſſini & Ciuitas Auenion. de tempore quo fuerunt Sedi Apoſtolicæ acquiſita, vel ante, non erant Regi Francorum, ſed Imperio ſubdita, & in illis Imperatorem tanquam ſupremus Dominus recognoſcebatur: etſi enim Cludouæus Francorum Rex quin-
43 rus bello vicit circa annum 508. Gundebaudi Regem Burgundiæ, Prouincia tamen quæ illi ſubetat, ſibiſiphus conceſſa fuit: ſed & ipſe poſtea victus circa annum 512. quæ de regno Burgundiæ acquiſiuerat, amiſit, & quamuis etiam rurſus inclinatione prouincialium ad Reges Galliæ redierat, & Gontrano Regi Aureliani & partis Burgundiæ ex conuentione fratrum ceſſerit circa annum 575. tempore Chereberti Regis Francorum: rurſus tamen amiſſa fuit, quoniam Carolus Caluus Galliarum Rex ſimul & Imperator Girardo Comite Viennæ & Prouinciæ expulſo eam rurſus quidem acquiſiuit, ſed non ſub qualitate regni Arelatenſ. eam Boſſono ſuæ vxoris ſuæ fratri in dotem Hermengardæ ex filia Ludouico neptis ſimpliciter conceſſit, qui Boſſonus dictum regnum tanquam à nemine nuſquam ab Imperatore recognouit, à dicto Carolo Caluo omnino auerſus, quod præſenſerit; eum varias ciuitates in Italia ad ſe rationé vxoris pertinentes occupare velle; quæ geſta fuerunt circa ann. 891. & vt in vita Ludouici Pij & Caroli Calui hiſtorici laſſerunt. Et poſtquam Reges Galliæ deſierunt eſſe Imperatores, mortuo ſcilicet Ludouico ſecundo Francorum Rege vigeſim. ſept. circa an. 888. d. Boſſonus & Reges Arelate eius ſucceſſores, ſcilicet Ludouicus ann. 889. Hugo Lotharij Lotharingiæ Regis filius, ſemoto Carolo Ludouici filio, qui ſolum Viennæ Comes remanſit, Hugo, inquam, Arelaten. & Italiæ Rex anno 926. & poſt eum Rodulphus Burgundiæ Rex; cui ſucceſſit Boſſonus II. eius filius, qui ob reuerentiam, quam habebat erga Hugonem ſocerum, qui Regem Prouinciæ ſe dicebat, Regis nomine ſepoſito Comes Prouinciæ vocari cœpit, ſicut & eius ſucceſſores ſcilicet Guillelmus I. Guillelmus II. Otho anno ſalutis 1039. & Gilbertus anno 1090. de cuius filiabus & diuiſione inter Comites Tholoſæ & Barcinoniæ earum maritos ſuprà dictum fuit, illi, inquam, omnes vel neminem vel Imperatorem recognouerunt. Et propterea dictus Raymundus Comes Barcinoniæ infeudationem Comitatus Prouinciæ ſibi obuentæ ſeu potius confirmationem d. diuiſionis à Federico Imperatore anno 1163. de qua ſuprà accepit.

44 Et vt hæc dilucidiora ſint, cùm Regnum Burgundiæ aliàs latè diffuſum fuiſſet, & in ſe contineret Ducatum & Comitatum eiuſdem: Sabaudiam, Prouincias Lugdunenſem, Foreſianam, Baiulenſem, Delphinatum & Prouinciam, Arelate verò eſſet caput regni, illudque inter varios Principes ſucceſſu temporis diuiſum, qui per eos poſſeſſa cum omnibus Regalibus tenebant, Imperatorem quoad ſupremum Dominum ſolum recognoſcentes, eodem planè modo quo nunc Duces Sabaudiæ, Hetruriæ, Mantoæ, Mutinæ, & cæteri ſimiles, & controuerſia orta eſſet inter Imperatores & Reges Galliæ de ſupremo dominio dictarum prouinciarum, ita inter ipſos diuiſæ fuerunt, vt quæ cis Rhodanum eſſent à parte Delphinatus & Prouinciæ, Imperatorem, reliquæ verò Regem recognoſcerent, & quæ diuiſio ratificata fuit inter Henricum I. Regem Francorum, & Conradum anno 1037. Ideóque in dicta pace Pariſien. de anno 1228. nominatim id probatur, cùm dicitur terram Raymundi Comitis Tholoſæ, quæ eſt in Imperio vltra Rhodanum ſpectare debere ad ſedem Apoſtolicam, & cùm Carolus quartus, vt ſuprà dictum eſt, ius ſupremi dominij, quod in ciuitate Aueniouis habebat, ſedi Apoſtolicæ donarit, Comitatus Prouinciæ non niſi circa annum 1481. ex teſtamento Caroli nepotis ex fratre Renati, Regi ſubiici cœperit, iuris Gallici nulla eſt habenda ratio.

Nec vlla vis facienda eſt Arreſtorum, de quibus Boetius *dict. conſil.* 24. tum quod de facto contra iu-
45 ris diſpoſitionem dominium totius Rhodani dicitur ad Regem pertinere, vt ſatis innuit Guid. Pap. *dict. deciſ.* 577. & paſſim DD. & præſertim Marc. in ſuis deciſionibus, fatentur, dictaque arreſta defectu poteſtatis ordinantis nullius fuit momenti cùm ageretur de re inter duos Principes controuerſa, & quod magis eſt, ipſi Principes, ſcilicet Pontifex & Rex, quoad portionem Rhodani in ræ territorium Auenion. fluentis cognitionem illius ſibi ſumpſiſſent, Commiſſarios hinc inde deputando, qui conferentiam ea de re fecerunt de anno 1450. Et proceſſus per eos inſtructus fuit, ſententiaque prouiſionalis expectando definitiuam lata: tum quod de Rhodano non de Durentia in illis agitur.

Et verò quod dicebatur de iure Romano, quod 46
ſcilicet Durentia ex Delphinatu initium ſumeret, reſpondebatur neque in iure neque in facto verum; in iure quidem, quia flumen atque aqua exceſſit territorium, in quo naſcitur, fit communis inter eos intra quorum territoria fluit, Bart. *in tract. de Tiberiadis in* 1. *par. in materia alluuionis, ſuper verb acquirit nobis*, Bald. *in cap.* 1. §. *ſi quis*, Manſo *de controuerſia*, Cæpol. *in tract. de ſeruit. tit. de flumin. circa fin. & tit. de Mari*, Petr. Iacob. *in prax. tit. ſuper iuriſdictione libelli in circa fin.* In facto verò, quia Durentia ſumit principium in montibus Delphinatus, qui non niſi poſt ciuitatem Auenion. acquiſitam per ſummum Pontificem, etſi paucis annis poſtea, cœpit Regi, ſcilicet Philippo Valeſio ſubiici per donationem illi ſucceſſoribuſque ſuis per Humbertum Delphinum Viennenſem factam, cum ea qualitate, vt primogenitus Regis, quamdiu non eſſet Rex, Delphinus vocaretur.

Litteræ Regis Renati de anno 1474. non iuuant intenſionem Nouenſium, in quibus fit tantùm mentio paleariarum & iuris depaſcendi, quòd de illis tantùm tunc eſſet controuerſia; non de dominio aut iuriſdictione Durentiæ: ideóque additur in illis clauſula, in eis contenta facta fuiſſe per modum expedientis & quouſque aliter ordinatum fuiſſet: propterea anno 1499. & 1500. quibus inſtructus fuit proceſſus & 1506. quo conuentio fuit inita, fuit concordatum iuriſdictionem ſupra Durentiam & eius inſulas tanquam ſuram communem locumque fore præuentioni inter officiales ſuæ S^{tis}. & M^{tis}. dominium verò & pro-

Digitized by Google

prietatem illius relictam iudicio & determinationi earundem.

In tranſactione inter Conſules Cauallionis & Dominum de Vrgone inita, quæ tamen non fuit in actis producta, Dominus de Vrgone aſſerit quidem ſibi iuriſdictionem ſupra Durentiam competere quandiu durat eius territorium, ſed in principio tranſactionis, nominatim cauetur, eam fieri ſine præiudicio ſupernæ iuriſdictionis Summi Pontificis & Comitis Prouinciæ: & poſito quòd aſſertio dicti Domini de Vrgone eſſet vera, non eſt inconueniens, quod huiuſmodi iuriſdictionem ſubalternam ſub ſuprema iuriſdictione ſummi Pontificis & Comitis vniuſcuiuſque vſque ad medietatem fluminis acquiſiuiſſet, & remiſſio per Viceuiguerium Cauallionis illegitimè & nulliter fuit facta, neque enim eam habebat poteſtatē quæ ſoli Rectori Comitatus vel Vicelegato competit, neq; potuit iuribus S^tis. ſuæ præiudicare. Denique non eſt arguendum à Durentia iuxta territorium Cauallionis, & ſic in Comitatu Venaiſſino, ad eam quæ eſt iuxta territorium Auenion. Maiora enim iura in hac ciuitate ſummo Pontifici, ex dicta venditione per Reginam Ioannam facta, & conceſſione Caroli quarti competunt.

Conſul ſiue Procurator ſiue Dominus de Cauiſmontibus confeſſionem, de qua ſuprà erroneè fecit, nec iuribus S^tis. ſuæ præiudicare potuit: ſed & ipſe cùm ſe referat ad diuiſionem inter Comites de Cauiſmontibus & de Cabanis de anno 1322. de ipſa huiuſmodi confeſſionem retractat; ea enim diuiſione tantum abeſt, vt Nouenſes ſe iuuare poſſint; quin potius ex ea neceſſariò concluditur totam Durentiam ad Regem non pertinere, cùm dict. territoria inter ſe diuidantur per quintam pilam dicti pontis, & eo modo, vt quidquid eſſet à dicta quinta pila verſus locum de Cauiſmontibus, eſſet de territorio eiuſdem.

Poſtremò exercitiis iuriſdictionis ſupremę ſatisfactū eſt in primo cap. præſertim, quòd actus pleriq; in ipſam et Durentia per Auenionenſes facti ſuprà enarrati ſint: in contrarium verò allati non ſunt in Durentia, excepto illo, ratione cuius fuit facta remiſſio de qua ſuprà.

Ex quibus in omnibus 4. Capitibus contra Nouenſes concludebatur.

ARGVMENTVM.

Collatio Vicelegati per reſignationem præfertur collationi Capituli per obitum.

SVMMARIVM.

1. *Capitulum, dicitur inferior ordinarius, nec poteſt prætendere facultatem conferendi iure naturali ſiue communi, nec comprehenditur in reſcriptis gratioſis, ſicut Epiſcopi qui ſunt ordinarij locorum.*
2. *Regulæ de veriſimili notitia non poteſt opponi contra impetrantem ex cauſa reſignationis.*
3. *Reſignatarius in poſſeſſorio &, petitorio præferri debet omnibus aliis.*
4. *Productum a parte aduerſa dicitur probatio propria.*
5. *Omnis actus habetur pro facto in præiudicium eius qui præſtat impedimentum.*

CONSILIVM LVIII.

VEVS les actes du procés deuolu par appel en la ſouueraine Cour du Parlement d'Aix entre Meſſire Antoine Albert appellant de ſentence renduë par le ſieur Lieutenant des ſubmiſſions de Marſeille, & Meſſire Iacques Vitalis appellé & intimé d'autre, pour raiſon de l'office de Sacriſtain en l'Egliſe Cathedrale de la ville de Marſeille, duquel ledit Albert par reſignation du dernier poſſeſſeur dudit office auroit eſté pourueu par le Seigneur Vicelegat d'Auignon du quatorzieſme Mars mille ſix cens & vn. & au contraire ledit Vitalis pretendoit auoir eſté pourueu dudit office du meſme iour par le decés dudit dernier poſſeſſeur decedé audit iour ſur le ſoir, par le Chapitre de ladite Egliſe. Et eſtant queſtion quel d'ieux doibt eſtre preferé & a meilleur tiltre audit office de Sacriſtain, ſoit qu'il s'agiſſe du poſſeſſoire ou petitoire. Tout bien conſideré, les ſouſſignés portent aduis pour la preference dudit Albert ſoit au poſſeſſoire quelconque, ſoit au petitoire, & ce par les fondements & raiſons ſuiuantes.

En premier lieu pour auoir eſté ledit Albert pourueu à la reſignation dudit dernier poſſeſſeur par le Seigneur Vicelegat d'Auignon en meſme iour. Mais la faueur qui aſſiſte la reſignation ne, inter viuos, ſi telle & ſi grande, qu'elle la rend preferable à toute autre prouiſion, ioint qu'il doit eſtre conſiderable la prerogatiue du Collateur dudit Albert, ſçauoir ledit Vicelegat d'Auignon en qualité de Vicaire de N.S.P. le Pape à l'eſgal de la qualité du Collateur dudit Vitalis qui eſt le Chapitre de ladite Egliſe, lequel eſt repute inferior ordinarius, *& ne peut pretendre pouuoir de conferer* iure naturali ſiue communi, *comme les Eueſques, leſquels ſont appellés* Ordinarij locorum, *& non* Inferiores, & comprehenduntur in reſcriptis gratioſis. 1
Ce qui n'eſt pas des inferieurs Collateurs, comme le Chapitre, c. cū in illis §. ſi. de præuen. in 6. Rulæus priuileg. 52. per tot. & maxime in ſi. Petrus Gregor. in inſtitut. rei benefic. c. 58. n. 2. & 15. *leſquels ne ſont fondés qu'en priuileges & couſtumes. Et ainſi pour la preference du pourueu par le Pape ou ſes Legats* ex cauſa reſignationis *du meſme iour des prouiſions faites par l'ordinaire* per obitum, *auoir eſté ſouuent iugé par les Cours ſouueraines tant de Paris que de Rouen, eſt rapporté par Forget au traicté du Droict de Regale ſt. 39. lequel ſuit ceſte opinion, meſmes en cas que la collation du Pape faite* ex cauſa reſignationis *contint derogation à la reigle de vingt iours.*

En ſecond lieu, pour autant que origo prouiſionis, *laquelle deſcend de reſignation, eſt fondamentale, & doit eſtre ſur tout conſiderée, & garentit ladite prouiſion de la reigle* de veriſimili notitia, *comme dit ſort bien Coſm. Guimier* in § nec etiam collationes in verb. faciendas in ſi. de collation. in pragm. ſanctio. 2

Troiſieſmement la preference doit eſtre aſſeurée audit Albert, comme ayant meilleur tiltre, & non ſeulement au petitoire, mais auſſi quant à la recreance, laquelle doit eſtre adiugée au reſignataire entre plusieurs contendants de la poſſeſſion d'vn benefice par diuerſes ſortes de vacations, comme en ce faict, dont s'agiſt, pretendant ledit Vitalis auoir droict en iceluy en vertu de ſes prouiſions ex cauſa obitus, *& ledit Albert* ex cauſa reſignationis, *ayant eſté ledit Albert notoirement greué par l'adiudication de ladite recreance faite par ladite ſentence dudit ſieur Lieutenant au proffit dudit Vitalis, & ainſi auoir eſté ſouuent iugé, & la recreance adiugée en ſemblable cas au reſignataire l'aſſeure. Papō au recueil de ſes arreſts* lib. 8. tit. 10 *des ſequeſtres* c. 10. *& le rapporte auſſi de Broſſes en ſon Code de deciſiōs* lib. 3. tit. 11. dec. 11. *& le meſme Papon pour eſtre la ſuſdite reſolution plus que certaine & aſſeurée en autre le rapporte au* lib. 2. tit. 7. *des prouiſions* c. 11. *& en apres le meſme de Broſſes audit Code de ſes deciſions* lib. 3. tit. 31. dec. 11. *Rochetę au recueil de ſes deciſions tit. des prouiſiōs & collatiōs, verſ. ſi en meſme iour, concluant treſtous pour la preferēce du reſignataire, & que ſes prouiſions faites le meſme iour doiuent*

eſtre

eſtre cenſées anterieurés à celles de l'ordinaire par les raiſons ſuſdictes, & ce, ſoit qu'il s'agiſſe poſſeſſoirement ou petitoirement.

Conſiderable auſſi pour vn quatrieme fondement, ſeruant grandement à ladite preference dudit Albert la lettre miſſiue eſcritte dudit temps deſdites prouiſions par le feu ſieur Laurês Ioannis lors ſecretaire de la legation d'Auignon audit Meſſire Vitalis ſon grand amy, par laquelle il luy baïlloit aduis en ces meſmes mots; Que ledit Albert le iour de ſon impetration arriua en Auignon auant quatre heures, & qu'il ne luy vouloit donner l'inſtrument de l'heure ny le deſpeſcher qu'à l'heure de cinq, laquelle lettre eſt probatio probata, ayant eſté produitte pour la part dudit Vitalis meſme, & par icelle demeure verifié, qu'auant quatre heures dudit iour quatorzieſme Mars 1601. ledit Albert ſe ſeroit preſenté audit ſecretaire de la legation pour auoir les prouiſions dudit office de Sacriſtain & par ainſi ante obitum dudit dernier poſſeſſeur & reſignant, comme auſſi demeure ſuffiſamment verifié l'empeſchement donné audit Albert, & à ſes expeditions par ledit ſieur Ioannis, les ayant retardées, & ne luy ayant voulu donner l'inſtrument de l'heure pour gratifier ledit Vitalis & à ſon profit contre tout debuoir & raiſon. De maniere que attendu ledit retardement & empeſchement donnez audit Albert & au preiudice de ſon droict, & pour aduantager ledit Vitalis, doiuent operer au profit dudit Albert, comme ſi omninò tempore debito congruo les prouiſions luy auoient eſté faites attendu que par la diſpoſition du droict omnis actus habetur pro facto in præiudicium & odium eius qui præſtat impedimentum, Ferret. conſ. 3. n. 1. lib. 1.

Ce que d'autant plus doit auoir lieu en la preſente cauſe, d'autant que non ſeulement ladite lettre, mais auſſi le ſac & pieces dudit Vitalis ſe treuuent eſgarez par faulte dudit Vitalis, laquelle perte de papiers argue auſſi ledit Vitalis eſtre mal fondé. Par toutes les ſuſdites raiſons & mouuements, meſmes ayant eſté ſuffiſamment reſpondu par les ſieurs Aduocats dudit Albert à tout ce qui a eſté auancé contre luy pour la part dudit Vitalis, les ſoubſignés portent l'aduis comme deſſus pour ledit Albert, & pour la preference de ſes prouiſions à celles dudit Vitalis.

ARGVMENTVM.

AN & quam iuriſdictionem in Religioſos Prioratus ſancti Donati & collationem beneficiorum eius Eccleſiæ habeat Rector Collegij ſocietatis Ieſu Turnone erecti, cui dictus Prioratus autoritate Apoſtolica vnitus eſt.

SVMMARIVM.

1 Correctio & diſciplinæ regularis obſeruantia de iure ſpectat ad ſuperiorem monaſterij ſeu Collegij regularis.
2 Correctio verò criminum ſpectat ad Epiſcopum, niſi ab ipſius iuriſdictione exempti ſint religioſi.
3 Stante huiuſmodi exemptione ſuperior eſt eorum ordinarius & ad eum ſpectat beneficiorum collatio.
4 Per vnicum actum acquiritur quaſi poſſeſſio.
5 Idque certiſſimè quando non conſtat de contraria poſſeſſione aduerſarij & n. 13.
6 Præſcriptione acquiritur ius conferendi & ſufficit ſola bona fide cum titulo, ſiue temporis abſque titulo.
7 Centenaria præſcribuntur etiam imprœſcriptibilia.
8 Nec requiritur ſcientia & patientia ſuperioris.
9 Habet ſue vim priuilegij.
10 In poſſeſſorio ſemper vltimus ſtatus inſpiciendus eſt.
11 Commendatarij perpetui habentur vt titulares.
12 Et habent eandem iuriſdictionem.
14 Ad præſcribendam iuriſdictionem, etſi contra Principem ſuperiorem requiratur centenaria vel immemorabilis, tamen contra inferiorem à Principe ſufficit præſcriptio ordinaria 10. vel 20. annorum.
15 De eo quod tranſiuit in iudicatum, non eſt amplius diſputandum.
16 Prouiſus à poſſeſſore præfertur prouiſo à vero collatore.
17 Vnio beneficij facta alteri acceſſoriè operatur extinctionem & ſuppreſſionem nominis & tituli beneficij vniti.

CONSILIVM LIX.

QVÆRITVR, an & quam authoritatem & facultatem circa iuriſdictionem in Religioſos Prioratus ſancti Donati, & Collationem Canonicatuum ac Beneficiorum eius Eccleſiæ habeat R. P. Rector ſocietatis Ieſu Turnone erecti, cui dictus Prioratus authoritate Apoſtolica eſt vnitus. Vt verò huiuſmodi quæſtioni ſolidè ſatisfiat, tria diſcutienda ſunt. Primum, an priores titulares dict. Prioratus aliquam huiuſmodi facultatem habuerint. Secundum, an Priores Commendatarij eadem retinuerint. Tertium, an eadem dict. R. Rectori competat, an verò ob vnionem de eo factam dictæ facultati derogatum ſit.

Quoad primum ex tranſactione de anno 1530. inter Archiepiſcopũ Viennenſem, in cuius Diœceſi eſt dictus Prioratus & Priorem tunc exiſtentem inita cõſtat dictum prioratum religioſos eiuſdem ac ſeruientes ac domeſticos eſſe exemptos à iuriſdictione dicti Archiepiſcopi, quippe qui Prioratus à ſede Apoſtolica immediatè dependet, & propterea per dictam tranſactionem certus numerus Presbyterorum, Clericorum, & aliorum inſeruientium vltra religioſos per dictum Priorem aſſumendorum præſcribitur, qui à iuriſdictione Epiſcopi eſſent exempti, ne ſcilicet ſi maior numerus aſſumeretur, maius præiudicium iuriſdictioni ipſius fieret, & effrænatus numerus qui ante dictam tranſactionem ſumebatur, indéque magnum præiudicium iuriſdictioni ipſius Archiepiſcopi generabatur, potiſſima fuit cauſa illius ineundæ, vt in ea aſſeritur. Cum itaq; ſint exempti à iuriſdictione ipſius Archiepiſcopi, ſequitur neceſſariò iuriſdictionem in Religioſos, alioſque Presbyteros ſæculares inſeruientes, famulos, & domeſticos ad dictum Priorem ſpectaſſe; correctio enim & diſciplinæ regularis obſeruatio de iure ſpectat ad ſuperiorem Monaſterij ſeu Collegij regularis, ſiue Abbas ſiue Prior, ſiue quocumque alio nomine nuncupetur, c. cum ad monaſterium §. Abbates, & ibi doctores de ſtatu Monachorum cap. quanto, de officio ordinarij; 1 ſed & criminum coercitio hoc caſu ad dictum Priorem ſpectare debet, cùm ſint à iuriſdictione dicti Archiepiſcopi exempti, ad quem alioquin huiuſmodi exemptione ceſſante pertinuiſſet Can. hoc tantum Can. Abbatem 18. quæſtion. 2. Aufrer. ad Capell. Tholoſan quæſtion. … Cheneren ſon recueil de reglements … cap. … verſ. eſt vne maxime pag. … lib. 28. Prior enim propter dictam exemptionem ſuccedit in authoritatem Archiepiſcopi, ne delicta maneant impunita: 2 remque ita ſe habere ex actibus poſſeſſoriis, conſtituitq; ſuper eo latis de quib. in ſecundo

membro agemus, apparet. Quoad verò collationem
d. Canonicatuum & Beneficiorum idem ſtatuendum
3 eſt, ad Priorem ſcilicet pertinere, tum quod ſtante d.
exemptione Prior eſt ipſorum ordinarius, notatur in
*c. ordinarius de offic. ordinar. & in c. ſi ſolo de conceſsio.
preben. in 6.* fusè Nicol. Gar. *tract. de benefic. 5. par. c. 4. n.
1. & 2,* ad quem de iure Beneficiorum collatio ſpectat,
Abb. *in c. cum Eccleſia Vulterana n. 8. de electio. & in cap.
nonne n. 6. de his quæ fiunt a prælat.* Selua *de benefic. par. 2. q.
22. caſu 6. n. 27.* Nicol. Gar. *d. c. 4. nu. 234.* tum quod ex di-
cta tranſactione apparet Presbyterorum & Clericorũ
ſecularium aliorúmque inſeruientium aſſumptionem
& incorporationem ad Priorem ſpectare, ex quo ſe-
quitur idem de Canonicatuum & Beneficiorum pro-
uiſione & collatione ſtatuendum eſſe.

Sed quod omnem ſcrupulum amouet, eſt, quia nõ
conſtat d. Religioſos ſeu Capitulum aliquam vnquam
huiuſmodi collationem ſeu prouiſionem feciſſe, imò
de contrario ſcilicet Priorem, Canonicatus & Benefi-
cia contuliſſe apparet ex prouiſionibus de anno 1583.
1595. 1597. quarum prima per Priorem titularem ſeu e-
ius Vicarium, duæ verò ſeqq. per dict. Ioannem Chauſ-
ſon Commendatarium, per cuius conſenſum & reſi-
gnationem dicti Prioratus d. Collegio fuit vnitus, fa-
ctæ fuerunt, & omnes effectum habuerunt. At verò e-
4 tiam per vnicam collationem d. Prior diceretur eſſe in
quaſi poſſeſſione conferendi, Panormit. *in c. cum Eccle-
ſia Sutrina n. 23. de cauſa poſſeſſionis & proprietatis*, Alex.
conſ. vlt. n. 1. lib. 1. Apoſtillator. modern. Pariſ. *ad d. c. cum
Eccleſia Sutrina*, Rebuff. *in ordinat. Reg. tract. de mater-
nis poſſeſſoriis in præfat. n. 188.* idque certiſſimum & abſq;
eo quod per Religioſos eadẽ re controuerſia moueri
poſſit, quando non conſtat, hoc caſu Religioſos fuiſ-
5 ſe aliquando in poſſeſſione conferendi *c. ex litteris 7.
de iure patron.* & ibi DD. & *c. cum olim cert. de cauſa poſ-
ſeſſ. & propr.* & ita iudicatum refert Pele. in termini[s]
reg. de trienn. actio forenſ. lib. 1. act. 33. ſed hoc caſu ne-
dum vna, ſed plures adſunt collationes etiam vltra 40.
annos, quo caſu etſi Priori huiuſmodi ius non com-
petiiſſet, præſcriptione acquiſitum fuiſſet, ſoláque bo-
6 na fides cum lapſu temporis ſine titulo ſuffeciſſet nul-
la diſtinctione rerum prophanarum vel ſpiritualium
facta, quod etſi aliàs controuerſum fuit, hodie tamen
tenendum eſt, vt per Couarr. *lib. 1. reſol. c. 17. n. 7. & in c.
poſſeſſor malæ fidei 2. part. § num. 8. verſ. 2.* & quod magis
eſt, præſupponitur quod à 100. & 200. annis Priores
ſint in dicta poſſeſſione conferendi, vbi verò centena-
ria proponitur, res eſt extra omnem dubitationem, cũ
7 per eam præſcribatur omne ius etiam impræſcriptibi-
le, etiam cuius præſcriptioni lex reſiſtit, Balb. *de præ-
ſcription. par. 4. 5. par. princ. col. 8. verſ. limita hanc*, Socin.
iun. *conſ. 76. n. 94.* nec ſcientia & patientia ſuperioris re-
quiritur, Alex. *conſ. 14. n. 18.* & ex tanto tempore præſu-
8 mitur legitimus titulus, *l. hoc iure § ductus aquæ, ff. de a-
qua quot. & æſtiu. c. ſu[per] q[uibu]ſdam § præterea*, vbi Ab-
bas *de verb. ſigni[f]* Iaſon *in l. quominus nu. 42. ff. de flu-
minib.* habe[t]q[ue] vim priuilegij iuſtè & decenter con-
9 ceſſi *d. § ductus aquæ* Socin. iun. *d. conſ. 76. nu. 92.* multá-
que alia [pri]uilegia habet, de quibus nouiſſimè Gaſpar.
10 Theſaur. *quæſtion. forenſ. lib. 2. c. 27.* Sed non eſt inſi-
ſtendum in centenaria, vel etiam quadragenaria, nec
onus eam probandi aſſumendum, cùm vnica collatio
multo magis trina ſufficiat, etiam de contrario non
conſtet, cùmque vltimus ſtatus inſpiciendus & ſequẽ-
dus ſit, Rota *dec. 2. de præbend. in nouis.* Selua *3. par. qu. 11.
qualita. 22. n. 40.* Rebuff. *in concord. tit. de collation. §.
volumus, verb. regularia*, Maſcard. *concluſ. 172.* Gregor.
de benefic. c. 10. & Pacian. *de probatio. lib. 2. c. 31. à numer. 8.
& 12.*

Quoad ſecundum quo de Prioribus Cõmendata-
riis agitur: circa iuriſdictionem quidem, idem quod de
titularibus ſtatuendum eſt; nam Commendatarij per-
petui habentur vt titulares, cenſentúrque & reputan-
tur titulares, & ideò diſpoſitio & iura loquentia de ti-
tularibus ſeu de veris Prælatis, habent locum in illis,
Sarnen. *q. 5. de triennio. & 4. de publicand.* Prob. *in ad- 11
dition. ad Monach. in c. nemo n. 16 cum ſeqq. de electio. in 6.*
fusè Nicol. Garc. *tract. de benefic. 4. par. c. 5. num. 48.* Tor-
ger *tract. des perſonnes & choſes Eccleſiaſtiq. c. 25. num. 2*
adeò vt ſi titularis iuriſdictionem in Clericos ſuæ Ec- 12
cleſiæ habeat, Commendatarius quoque habeat, vt in
terminis docent Boer. *dec. 271. n. 3.* vbi id. nedum apud
Gallos, ſed apud Italos obtinere contendit, Prob. *in d.
c. nemo n. 13. 14. 23. 30.* Anton. Fab. *in Cod. Fabrian. lib. 1.
tit. 3. definitio. 34.* & quamuis Chopin. *lib. 2. de ſacra po-
lit. tit. 8. n. 13. & 26. & lib. 3. c. 1. n. 19.* contrarium videatur
ſentire, & Ferrer. ad Guidon. *qu. 559.* diſſentientes opi-
niones conciliando Cardinalatus dignitatem requi-
rat, vt Prælatus Commendatarius iuriſdictionem in
Religioſos exerceat, ſequutus Chenum *in d. c. 7. ver.
c'eſt vne maxime*, tamen Buerij ſententiam indiſtinctè
veriorem docet Bleyman. *in introductio. in theor. &
prax. beneficior. lib. 3. tit. 8. & benefi. intit. & commend. nu.
24. in gloſſ. lit. F.* & clare conſtat ex Fabro *d. definit. 34.*
nam, vt inquit, *in d. c. nemo, n. 23.* Commendatarius per-
petuus melius cenſetur verus Abbas & Prælatus, &
maior in his quæ ſunt iuriſdictionis & adminiſtratio-
nis prælaturæ quàm titularis.

Et hæc quidem ſecundùm iuris diſpoſitionem, ſed
in hoc caſu res videtur ſine difficultate propter actus
iuriſdictionis exercitos per Commendatarium, Domi-
num ſcilicet Chauſſon tunc Priorem de anno 1608. & 13
17. Martij, & 1611. & 23. Maij: ex quibus de poſſeſſione
d. Prioris Commendatarij legitimè conſtat, præſertim
cùm non appareat de poſſeſſione dict. capituli, dictio
Prioratus vel *Præpoſiti Dulcien.* ex Alex. *d. conſil. vlt. nu.
1. lib. 2. Apoſtill. in d. c. cum eccleſ. Sutrina*, & Rebuff. *in d.
tract. de inter. poſſeſſ. in præfatio. nu. 188.* & cùm præſup- 14
ponatur etiam ante d. annum 1608. exercitium iuriſdi-
ctionis per d. Priores Commendatarios, poſito quod
d. iuriſdictio ipſis non competiiſſet, eam per præſcri-
ptionem acquiſiiſſet & ad eam præſcribendã, etſi, ſi id
fieret contra Principem ſuperiorem, requirantur vel
centum anni, ex Bald. *in c. ſi diligenti n. 10. de præſcript.
& in l. fin. nu. 35. C. de edicto di. Adr. tollen.* qui tamen ſibi
ipſi quoad titulum contrarius eſt: in d. enim *c. ſi dili-
genti* non requiri, *in d. verò l. vlt.* requiri contendit vel
immemorabilis, qua probata implicitè probatur titu-
lus, & ita eſt communis opinio & aſſerit Felin. *dict. c. ſi
diligenti n. 11. de præſcript.* & Balb. *d. tit. de præſcript. in 1.
p. 5. p. princ. num. 4. verſ. circa primum tamen*, cùm hoc ca-
ſu ageretur de iuriſdictione per præſcriptionem ac-
quirenda contra inferiorem à Principe ſcilicet contra
Capitulum d. Prioratus vel contra Præpoſitum Dul-
cien. quatenus illi aliquando competiiſſet, decem anni
inter præſentes & 20. inter abſentes ſufficerent, vt cõ-
cludit Anchar. *conſ. 142.* & Balb. *in d. tract. de præſcriptio.
in 2. par. 5. part. princip. verſ. circa primam*, hancq; com-
munem aſſerit Auendañ. *in tract. de exequend. mandat.
1. par. c. 1. nu. 21. verſic. ſi verò agat, pag. mihi 45.* poſt mul-
tos quos refert & ſequitur; ſed non recurrendum ad
huiuſmodi præſcriptionem, nec onus eam probandi
aſſumendum, cùm adſit ſententia in contradictorio iu-
dicio per Vicarium Viennenſem lata, & arreſtum inde
ſuper appellatione ab abuſu ſequutum de anno 1616.
quibus plena iuriſdictio in d. Religioſos & criminum
per eoſdem commiſſorum coercitio dict. Priori tunc
Commendatario adiudicatur, & ad illum ſpectare de-
cerni-

cernitur, quæ cùm in rem iudicatam tranſierint, non eſt amplius de his diſputandum, *c. quod ad conſultatio-nem de re iudic* Geminian. *conſ. 63. n. 10. ver. ſed puto hanc*
15 *ſententiam*, Din. *conſ. 20. quæſtio talis eſt, in princ.* Caſtren. *conſ. 16. n. 3. verſ. videndum lib. 1.* quod adeò verum eſt, vt etſi ſententia eſſet iniuſta: ſi tranſiuit in iudicatum, & eſt contra ius litigatoris, pro veritate habeatur, Abb. *conſ. 60. n. 3. verſ. hinc dicunt.*

Circa verò collationem beneficiorum nullum eſt dubium, quin Commendatarius poſſit eam facere, eſt
16 enim ille in fructu, ita quòd prouiſus ab habente poſſeſſionem præferatur prouiſo à vero collatore, Innocent. *in d. c. cum eccleſia ſutrina de cauſa poſſeſſ. & proprietat.* Maſcard. *conclu. 173.* omnium autem fructuum perceptio & de illis ad libitum diſpoſitio ad Commendatarium ſpectat, Panormit. *in cap. cum nobis olim de electi.* Guid. Pap. *dec. 152.* Ioann. Gali in arreſtis *qu. 20.* Forget *d. c. 25.*

Quod poſtremum tantum abeſt, vt per vnionem d. facultati circa iuriſdictionem & collationem beneficiorum derogatum ſit, quin potiùs etſi ex dictis Cõmendatario non competiiſſet, d. tamen Rectori competeret, quia d. Prioratus ſimpliciter & abſolutè d. Collegio ſocietatis Ieſu abſque vlla mentione Commendæ perpetuò & acceſſoriè non principaliter vnitus eſt, vt ex tenore bullæ vnionis conſtat: ex quo ſequitur
17 Rectores d. Collegij omnimodam authoritatem in eo habere debere: nam vnio vnius beneficij facta alteri acceſſoriè operatur extinctionem & ſuppreſſionem nominis & tituli beneficij vniti, & iudicatur vt prædium eius cui fit vnio, Oldrad. *conſ. 257. n. 15.* Sarnen. *in reg. de trienn. q. 8. & de infirmis q. 15.* Rebu. in praxi in forma nouæ prouiſionis *verb. cũ annexis*, Rota *dec. 758. n. 6. part. 1. & dec. 133. n. 16. par. 2.* & fuit dictum in vna Verdunen. Decanatus de anno 1580. & in cauſa Burgen. ſeruitij Decani 13. Iunij 1594. & aliis relatis per Garc. *d. tract. par. 12. c. 2. n. 12.*

Quæ veriſſima docentur ex trad. per Angel. *conſil.* 247. omninò videndum, multa enim ad ſuperiorum confirmationem adducit, demonſtratque beneficium vnitum adeò ſequi naturam & qualitatem Monaſterij, cui vnitur, vt ſi aliqua ſecularia beneficia ſpectarẽt ad collationem beneficij vniti, poſſint ratione vnionis & naturæ ac qualitatis beneficij, cui vnitum eſt, conferri regulari, & Angel. ſequitur Tuſc. *vol. 1. lit. B. conclu. 76. num. 3.*

Poſtremò, ego nullam vim facio in eo quod aſſeritur dictos Religioſos ſe de annis 1612. & 1613. ſubrecisſe iuriſdictioni Præpoſiti Dulcienſ. aliquos ex his profeſſionem in manibus Vicarij eiuſdem feciſſe, epiſtolam d. Præpoſiti vni ex dictis Religioſis directam commiſſionem continentem pro cæteris religioſis ad profeſſionem admittendis: nam præterquam quod huiuſmodi quæ dicuntur profeſſiones tales non ſunt, quia ſolum obedientiæ votum continent, non facio, inquam, vim, quia non potuerunt fieri in præiudicium iuris d. Prioris, præſertim dict. arreſti in rem iudicatam tranſacti.

A R G U M E N T U M.

DE eadem re, & an beneficia regularia regularibus, ſecularia ſecularibus, & regularia à regularibus, ſecularia à ſecularibus perpetuò conferenda ſint.

S V M M A R I U M.

1 *Beneficia regularia regularibus, ſecularia ſecularibus conferenda ſunt* & n. 7.
2 *Regularia non niſi a regularibus ſuperioribus conferenda.*
3 *Licet regulariter beneficium ſeculare non poſſit per regulares conferri, poteſt tamen ſi ex fundatione, inſtitutione, vel antiqua poſſeſſione eorum collatio ad monaſterium vel ſuperiorem illius pertineat.*
4 *Licet beneficium ſeculare per regulares conferri non poſſit: poteſt tamen tribus caſibus, quorum primus eſt, ſi huiuſmodi beneficia regularis, à quibus collatio quorundam aliorum dependet, vnita ſunt eccleſiis cathedralibus, collegiatis, vel collegiis ſecularium.*
5 *Si per quadragenariam præſcriptum fuerit huiuſmodi ius conferendi à ſecularibus, nam eo temporis lapſu mutatur qualitas & ſtatus beneficij quando conſtat de vera qualitate beneficij alias attendendus eſſet vltimus ſtatus.*
6 *Si collator ſit commendatarius.*
8 *Præſcriptione 40. annorum ſeculares regularia poſſidere poſſunt.*
9 *In poſſeſſorio ſufficit quem eſſe in poſſeſſione conferendi per vnicum actum.*
10 *Regula de triennali iuuat ſecularis qui pacificè poſſedit beneficium regulare & è contra*
11 *Licet olim regularia non niſi expreſsè profeſſis conferri poſſent, tamen hodie conferri poſſunt non profeſſis, dum tamen illa habitum ſuſcipiant, & profeſſionem emittant.*
12 *In E[illegible] parochialibus ſeu Curatis ſecularibus Monachus ſeu Religioſus promoueri poteſt, maximè ſi eſt aptus conſcientiæ quod tamen non eſt ab omnibus receptum.*
13 *Canonici regulares ſecularia beneficia curata abſque vlla DD controuerſia obtinere poſſunt.*
14 *Non valet argumentum negatiuè, non poteſt quis dare habitum, recipere vota & profeſſionem, & huiuſmodi actus ſpirituales exercere, ergo nec beneficia conferre.*
15 *Non valet etiam argumentum negatiuè a iuriſdictione ad collationem. Sed affirmatiuè validè concludit argumentum a maiori ſcilicet ad minus. Vſque in finem reſpondetur omnibus aliis quæ in contrarium allata fuerant.*

CONSILIVM LX.

SCRIPSERAM circa facultatem conferendi beneficia & iuriſdictionem exercendi R. P. Rectori Collegij ſocietatis Ieſu Turnone erecti in Prioratu ſancti Donati de Vlcio d. Collegio vnito competentem, & iuxta per me incluſa per arbitros à d. Rectore & Religioſis dict. Eccleſiæ de Vlcio electos fuit pronunciatum ſuper poſſeſſorio; ſed cùm à d. ſententia arbitramentali per d. Religioſos appellatum vel recurſum fuerit ad Senatum Gratianopolitanum, & ad me tranſmiſſa fuerint quæ duo Aduocati Gratianopolitani in fauorem dict. Canonicorũ ſcripſerant, quibus non obſtantibus dicta ſententia fuerat ſequuta: etſi ex prioribus meis ſcriptis diluì poſſent per dictos Aduocatos dicta, nihilominus exiſtimaui hæc addenda, vt omnem dubitandi cauſam præſcinderem, & ſic lius d. ſententia confirmaretur.

Et quidem poſtſtremo ſe fundant in axiomate iuris, quo beneficia regularia, regularibus, ſecularia ſecularibus, ſunt conferenda, ex cuius intellectu reſolutio eorum de quibus contenditur, pendet, pro cuius

probatione allegant *c. cum de beneficio de praben. in 6. & cap. nullus ext. de elect. Clement. quia regularis de ſupplen. negligen. prælator. Clement. 1. de electio. Clem. ne in agro §. cæterum verſ. ſane prioratus de ſtatu monachor. pragmat. ſanct. titul. de collation. §. illi vero ad quos, concordat. in §. volumus cum ibi not.* per Rebuff. *de electio.* & nouiſſimè Concil. Trid *ſeſſ. 14. c. 10.* ſed ſi dict. axioma adeò ipſis placebat, & tantam vim in eo facere volebant, allegare poterant, Coſin. *tit. de collation. §. illi vero verb. Religioſis*, Rebuff. *in prax. tit. de diſpenſat. cum regular. & in tract. de pacific. poſſeſſio. nu. 311 alias 259.* Corraſ. *tract. de benefi. 3. par. c. 5. nu. 13.* Mandoſ. *de ſignat. grat. tit. de diſpen. verſ. beneficia regularia, & verſ. Prioratus, & verſic. Monacho. & tit. de diſpenſat. monachor. pro obtinen. benefic.* Couarru. *in c. 2. de teſtam. nu. 2. & 3.* Hoieda. *in tract. de incompat. benefic. c. fin. nu. 92.* Nauar. *conſ. 3 de praben.* Flamin. Pati. *de reſignat. lib. 4. q. 5.* & Man. Rodrig. *quæſt. regular. tom. 1. qu. 34. art. 3.* & poſt hos Gonzal. *de regul. menſium gloſſ. 7. à n. 3. & gloſſ. 8.* & Card. Tuſc. *conclu. 67. lit. B.* Addunt huiuſmodi regularia beneficia non niſi
2 à ſuperioribus regularibus eſſe conferenda & pro probatione allegant Fabr. *in ſuo Cod. lib. 1. tit. 2. de ſacroſanct. eccleſ. definit. 26. 65. 77.* vbi non niſi ſuperiores regulares eiuſdem ordinis & non alterius, & non Epiſcopus (etſi alioquin in ſua diœceſi habeat intentionem fundatam) niſi ex negligentia ſuperiorum iuxta *dict. Clement. 1. de elect.* huiuſmodi beneficia conferre poſſunt. Citant quoque Nicol. Gunoutæ *in Enchirid. tit. de collat. cap. 2.* ſed non appoſitè afferunt rationem *in Concil. Trident. d. c. 10.* expreſſam ſcilicet ne veſtem lana lino que contextam induant, ea enim refertur ad perſonas quibus conferuntur de quibus ſolùm agitur *in d. c. 10.* vt ſcilicet regularia non niſi regularibus conferantur non ad collatores.

Hæc ita generaliter propoſita regulariter vera ſunt, nec in controuerſiam illud axioma deducitur quod in ſe veriſſimum eſt, ſed eis eſt in intellectu illius, quomodo nimirum, quando & in quibus procedat. Quod vt oſtendatur, duo capita conſtituenda ſunt, vnum circa collatorem, alterum circa eos quibus beneficia conferuntur.

Quoad primum duo rurſus inueſtiganda ſunt: primum, an regulares aliquo caſu beneficia ſæcularia: ſe-
3 cundum, an ſæculares aliquo caſu beneficia regularia conferre poſſint. Et vt de primo membro primi capitis diſſeramus, ſtatuendum eſt, quod etſi regulariter ſæcularia beneficia non poſſent per regulares ſuperiores conferri, quandoque tamē poſſunt, ſi nimirum ex fundatione, inſtitutione vel antiqua poſſeſſione eorum collatio ad monaſterium vel ſuperiorem illius pertineant, Angel. *conſ. 24. punctus Papa vnius in prin.* Tuſc. *to. 1. verb. beneficia conclu. 67. n. 3.* & in ſpecie generaliter omnium vicariarum perpetuarum, quæ in beneficiis, curatis, monaſteriis vnitis inſtituuntur præſertim ex directo Conc. Trident. *c. 7. ſeſſ. 7.* præſentatio ad ſuperiorem monaſterij ſpectat, tam ex iuris communis diſpoſitione, quàm ex Bulla Pij quinti 46. ſub datum Romæ apud ſanctum Petrum anno incarnationis 1567. 7. Kalend. [illegible] cùm tamen eæ ſæculares ſint, & regulariter [illegible]ibus conferantur.

Circa [illegible] membrum primi capitis, quo quæritur, an [illegible] beneficia ſeculares conferre poſſint; reſpon[illegible] regulariter non poſſe, tres tamen caſus excipiuntur. Primus, ſi huiuſmodi beneficia regularia, à quibus collatio quorundam aliorum dependeat, ſint vnita Eccleſiis Cathedralibus Collegiatis, Collegiis etiam ſcholarium, vt hic Aueniori, & aliis Corporibus aut etiam Prioratibus; nam cùm per huiuſmodi vnionem beneficium vnitum iudicetur, vt prædiū eius cui ſit vnio, huius ſuperiores habent eandem authoritatem & poteſtatem conferendi quam habebant poſſeſſores beneficij vniti, Oldrad. *conſ. 257. nu 15.* Sarnenſ. *in reg. de trienna q. 8. & de infirm. qu. 15.* Rebuff *in praxi in forma noua prouiſionis verb. cum annexis*, Rota *deciſ. 758. n. 6. par. 1. & deciſ. 33. n. 16. par. 2.* & fuit dictum in vna Verdunenſ. decanatus de anno 15[illegible]. & in cauſa Burgen. ſeruitij Decani 13. Iunij 1594. & aliis relatis per Garz *tract. de benefic. par 12. c. 2. n. 1.*

Secundus, ſi per 40. annos ſæcularibus fuerint collata; nam eo temporis ſpatio mutatur qualitas & ſtatus beneficij *d. c. cum de beneficio*, & ibi DD. *de praben. in 6.* ſcilicet quando conſtat de vera qualitate beneficij. 5
nam ſi de contraria qualitate & anteriori ſtatu non conſtaret, attendendus videtur vltimus ſtatus, maxime ſi eſt ſæcularitatis qui eſt magis iuri conformis, Rota *dec. 2. de præb. in nouis*, Felin. *in c. in noſtra de reſcript. n. 43.* Selua *3. par. q. n. quæſita. 22. n. 40.* Rebuff *in concord. tit. de collatio. §. volumus verb. regularia.* Hoieda *d. c. fin. nu. 90.* & Maſcard *concluſ. 172.* qui tamen ſatis confusè loquitur, & Petr. Gregor. *de benefic. c. 10. n. 12.* Pacian *de probation. lib. 1. c. 14 nu 8. & 12.* & poſt hos Gonzal. *gloſſ. 7. a n. 8 & 15. & gloſſ. 8 a n. 32.* & quòd quando cōſtat de anteriori ſtatu, requiratur poſſeſſio 40. annorū ad mutationē illius, fuit reſolutum in vna Tridentina Prioratus 17 Nouembris 1594. coram Orano & in Salan ātina Vicariæ 1596. & in Bracaren. Monaſterij 16. Decemb. 1597. coram Pamphilio, quæ verò requirantur ad mutandum ſtatum beneficij explicat Rebuff. *in concordat. tit. de collation. §. volumus verb. regularia pag. mihi 4. 8.*

Tertius caſus eſt, ſi Collator ſit Commendatarius, 6
quem certiſſimum eſt nemine repugnante poſſe regularia beneficia à ſua Commenda dependentia conferre; collatio enim beneficiorum eſt in fructu, notatur *in c. cum olim ext. de maiorit. & obedien.* ita quod prouiſus ab habente poſſeſſionem præfertur prouiſo à vero collatore, Innocent. *in d. c. cum eccleſia ſutrina de cauſa poſſeſſ. & propriet.* Maſcard *concluſ. 74.* omnium autem fructuum perceptio & de illis ad libitum diſpoſitio ad Commendatarium ſpectat. Panorm. *in c. cum nobis olim de elect.* Guid. Pap. *dec. 152.* Ioan. Gall. *in arreſt q. 20.* Forget *tract. des perſonnes & choſes Eccleſiaſtiques c. 15 nu. 2.* & in terminis tradit Rebuff. *in praxi tit. de Commenda. n. 0. cum ſeqq.*

Quoad ſecundum caput principale perſonas eorum quibus conferuntur, concernēs, duo etiam membra conſtituenda ſunt, vnum, an regularia beneficia 7
ſæcularibus conferri poſſint aliquo caſu; alterum, an ſæcularia beneficia regularibus, & ad vtrumque regulariter reſpondendum eſt non poſſe, & inde conficitur axioma, de quo ſuprà certiſſimum, regularia regularibus, ſæcularia ſæcularibus, & quoad eas perſonas conueniunt duæ rationes, quæ ad illud axioma ſolent dari, vna quæ traditur *in d. clement. de electio.* ne ſcilicet perſonæ diſparis profeſſionis vel habitus ſimul in eiſdem monaſteriis ſocientur. Altera *in d. c. 10. ſeſſ. 14.* ne ſcilicet veſtem lino lanáque contextam induant.

Sed tamen primum membrum recipit duas excep- 8
ptiones: vnam, ſi per 40. annos interuenientibus requiſitis, per Rebuff *d. §. volumus, verb. regularia*, ſæcularibus fuerint conceſſa, vt per DD. ſupra citat. & nouiſſimè ac fuſiſſimè per Nicol Garc *in tract. de benefic. par. 7. c. 10. n. 34. cum ſeqq.* & hoc quidem etiam ſi in petitorio verſaremur, ſed in poſſeſſorio in quo ſolo nunc verſamur, & propterea recurſum eſt ad Senatum, Gui. Pap. *qu. 1.* non requiritur tantus temporis lapſus, ſed 9
ſufficit, quòd quis ſit in poſſeſſione conferendi etiam per vnicum actum, textus eſt *in cap. ex litteris 7. de iure*

patro-

patronat. & ibi DD. *& c.cum olim.extr.de cauſ.poſſeſſ.& propriet.* Panormit. *in dict.c.cum eccleſia ſutrina per eum textum d.tit.de cauſa poſſeſ. & propr.n.23.* Alex. *conſ.vlt. n.1.* … Apoſtolic. *ad d.cap.cum eccleſia ſutrina*, Rebuff. *tract. de mater.poſſeſſor.in præfatio.n.188.& ſeqq.* & ita iudicatum refert Ludouic. *ciuſon forenſ.lib.1.actiton.33.* Quod adeò verum eſt, vt ſi ſæcularis poſſederit pacificè per trien. ium beneficium regulare, vel contra etiam ſine
10 diſpenſatione iuuenit regula de triennali, Rebuff. *in d.tract.de pacific.poſſeſſor.nu.139.& 259.* Forget *au traictè des perſonnes & choſes Eccleſiaſtiques c.39.n.7.* At verò in noſtro caſu adſunt tres collationes per 34. vel circa annos, ab anno ſcilicet 1563. continuatas, quæ effectum ſortitæ pacificè fuerunt, quibus Canonicatus, de quibus agitur, non profeſſis collati fuerunt.

Secunda exceptio eſt, ſi conferatur quidem ſæcula-
11 ribus, ſed ij poſt eam habitum religionis ſuſcipiant, & deinde profeſſionem faciant: etſi enim iure antiquo regularia beneficia non poſſint conferri ſæcularibus, imò nec nouitiis, ſed debent dari expreſsè profeſſis, *c. nullus de elect.in 6.clem.1.de ſuppl.negl.prælat.& clem. 1.§.fin. de ſtatu monachor.* & ibi Paul. & Dominic *nu. 6.verſ.in ead.gloſſ.ibi nullus*, & Franc. *in c.beneficia n.1.circa fin.de reg.iur.in 6.quidquid conſeat gloſſ.ibi verb.conferendum*, Azor. *lib.12.c.3 q.1.* adeò vt habilitas & capacitas perſonæ debeat adeſſe de tempore prouiſionis, nec poſtea ſuperueniens eam validare poſſit; tamen hodie *ex Concil.Tridentin. d.ſeſſ.14.c.10.* poſſunt conferri non profeſſis, dum tamen poſt habitum ſuſcipiant, & profeſſionem emittant, vt Congregatio Illuſtriſſimorum Cardinalium interpretationis Concilij Tridentini *ad c. 10.* declarauit 12. Decemb. 1585. in hæc verba, *præter Papam.* Ordinarij quoque collatores poſſunt conferre regularia beneficia in titulum regularibus profeſſis prouideri conſueta, etiam ſæcularibus, qui illius ordinis habitum omninò ſuſcipere & profeſſionem emittere tenentur, quia hoc capite loquitur generaliter & intelligit de Ordinariis, nam quando vult intelligere de Papa, illum nominat, vt *c.11.ſeſſ.25.de reg.* & quia loquitur per dictionem, *vel*, & ſic videtur huic æquiparare hos duos: Abbatiæ verò & beneficia adminiſtrationē habentia non niſi profeſſis iuxta Canones per ordinarios conferri poſſunt. Quam declarationem adducit Gonzales *de reg.mēſium gloſſ.8. nu.78.* Nec in prouiſione debet apponi clauſula *ex nunc* pro *vt ex tunc*, ſicut eadem congregatio cenſuit in hæc verba, in prouiſionibus beneficiorum, quas ordinarij inferiores faciunt non profeſſis non eſſe apponendum hoc decretum, *ex nunc* pro *vt ex tunc*, & poſtquam in ſolis prouiſionibus Apoſtolicis apponi conſuetum, ſed prouiſiones faciendas eſſe purè & ſimpliciter ad formam Concilij *d.c.10.* vt qui habitum omninò ſuſcipere & profeſſionem emittere teneantur; & quam etiam refert Gōzales *dict. loc.* ita nunc omnino tenendum & iudicandum eſt ex traditis per Nicol. Garc. *d.tract.7. part.c.10. num.14. verſ.declarauit etiam.* quæ in noſtro caſu omnino procedere debent, præſertim attenta dicta poſſeſſione.

Secundum quoque membrum, quo quæritur, an
12 ſæcularia beneficia regularibus conferri poſſint, patitur exceptionem iure communi inſpecto, nimirum ſi agatur de eccleſiis parrochialibus ſeu Curatis, ad quas promoueri petit Monachus ſeu Religioſus maximè ſi eſt aptus Concionator, *c. in parrochia 16.qu.1.* vbi *gloſſ. c. quod Dei timorem de ſtatu monachor.* & ibi Abbas dicens communem, Coſm. *in pragmat.ſanct. tit. de collatio. §. illis vero verbo religioſi*, Selua dicens etiam communem *de benefic.par.3.q.70.* Corraſ. *de benef.par.1.c.5.nu.7. & par.3.c.5.n.14.* Sylueſter *verb.religio.4.7.q.3.& 4.* Rodriguez *tom.1.quæſtio.regular.q.34.art.4.* Leſſius *de Iuſt. & Iur.lib.2.c.34.nu.6.* & alij quos longa ſerie refert Nicol. Garc. *d.c.7.nu.17.* quod tamen non ab omnibus receptum eſt. Contrarium enim tenuerunt Rota *deciſ.5. de iur.patron.& dec.28.de praeben.in nouis*, Bellame. *dec. 713.& 750.* Rebuff. *de pacific.poſſeſſ.nu.311.alias 259. & in praxi tit.de diſpenſ.cum regul.n.5.13.& 40.* Couar. *in c.2. n.3 de teſtamen.* Nauarr. *conſ.10.de regularib.& conſ.11.n. 6. de ſtatu monachor.* qui poſteriores admittunt poſſe conferri ſæcularia Monachis cum diſpenſatione etiam ſolius Epiſcopi, vt tenet Rota & Bellame. *dec.ſupra cit.* & Felin. *in cap.in noſtra correll.* … *40.* & Caputaquen. *dec.85.par.1.* Staphil. *de var.mod.vacationis modo 6.nu.5.* Couar. *d.n.3.* & Gonzales *gloſſ.7.n.52.* quamuis Gomez. *de gratiis ſpectatiu.n.70.* & Mendoz. *tit.de diſpen.monachor.in princ.* exiſtimauerint Epiſcopum non poſſe in hoc diſpenſare, & opus eſſe diſpenſatione ſummi Pōtificis non poſſe Monachus curata beneficia obtinere, vt ex declarationibus *ad d.c.10.q.14.& ad c.18.q.24.* cōcluditur, & quas Gonzales refert *gloſſ.7.nu.53.* & Garc. *dict.cap.10.num.31.cum ſeqq.* & hæc quidem quoad Monachos.

Sed quoad Canonicos regulares iure communi inſpecto omnium conſenſu, & abſque controuerſia, re- 13
ceptum eos ſæcularia beneficia curata obtinere poſſe *dict.c. quod Dei timorē de regular.* Caputaquen. *dec.85.* Guido Bonus *dec.96.in manuſcriptis*, Mendoſ. *titul.de prouiſionibus verſ.regulares*, Nauarr. *conſ.11.& 12.de ſtatu Monachor.* nec eſt neceſſaria diſpenſatio Epiſcopi, & fuit reſolutum in vna Papien. iuriſpatronatus 6. Martij 1598. coram Domino Seraphino Decano, quidquid dicat Flamin. Pariſ. *de reſignat.benefic.lib.4.q.5.n.5.* & Caputaquenſis ibi quem citat, loquitur reſpectu Monachi, vt fusè tradit Garc. *d.c.7.n.25.* quam tamen ſententiam Rebuff. *d.tit.de diſpenſat cum regularibus nu.40.* non admittit, niſi vbi Canonicus regularis præficitur cauſa prædicationis, aut ſi fuerit diſpēſatus, aut in ſubſidium aliis deficientibus ſæcularibus. Sed & quoque hodie videtur dictos Canonicos regulares ſecluſa diſpenſatione Papæ beneficiis ſæcularibus præferri non poſſe ex d. declaratione ſacræ congregationis *ad d. c. 10.ſeſſ.14.*

Ex quibus apparet, in caſu, in quo verſamur, nos eſſe extra difficultatem, nam ſi Collatorem reſpiciamus, propter vnionem, non eſt dubium quin dict. Rector, etſi non ſit Regulæ ſancti Auguſtini, poſſit conferre, idémque ſtatuendum, ſi eos, quibus conferuntur, conſideremus, tum inſpecta d. poſſeſſione in qua ſunt priores ſæcularibus d. Canonicatus conferendi, tum quia poſt collationem ij quibus conferuntur, tenentur habitum ſumere & profeſſionem emittere per d. ſententiam arbitramentalem.

Et quamuis hæc omnino videantur ſufficere ad victoriam cauſæ reportandam, nihilominus ſuper paucis percurrere quæ in contrarium adducuntur.

Tria igitur ſibi proponunt diſcutienda: primum, an Commendatarius beneficia conferre poſſit: ſecūdum, an habitum monachalem conferre & profeſſionem recipere: tertium, poſito quod Rector poſſit conferre beneficia, an collatio de qua agitur, ſubſiſtat. Duo prima ſimul tractant & coniungunt, & deciſionem ſecūdi pro ratione primi afferunt, indéque concludunt, ſecundo vt primo ſatisfactum: primum ſcilicet Commendatarium non poſſe conferre beneficia, tribus rationibus probare nituntur.

Prima ex dicto axiomate, quòd regularia beneficia regularibus & ab ipſis vel regularibus ſuperioribus conferenda ſunt, quod probant modis ſupra poſitus.

Secunda, quia non poſſunt habitum conferre, nec vota profeſſionémque recipere, & huiuſmodi iura ſpiritualia exercere, ex Chopino *Monaſtic. lib. 1. tit. 2. de iuriſdict.* Cœnobiarchæ, præſertim *n. 6.*

Tertia, quia non habens iuriſdictionem in Monachos etiam conſentientes ex Concilio Eccleſiæ Gallicanæ habito anno 1579. *cap. de reform. regular.* quo Religioſi obſequio Epiſcopi cuiuſcumque prælati ſe ſubijcere non debent; & Concil. Trid. *cap. prohibet 4. de reform. ſeſſ. 25.*

Quibus ex ſuperioribus facilè ſatisfit: nam quoad primam, eam non obſtare edoctum fuit ex vi & natura vnionis ex poſſeſſiuum in qua ſunt Commendatarij d. Prioratus, & ex eo quod poſt collationem factam, prouiſi habitum ſuſcipere & profeſſionem emittere tenentur.

Ad ſecundam reſpondetur non valere argumentum negatiuè, Nō poſſunt dare habitum, recipere vota & profeſſionem, & huiuſmodi actiones ſpirituales
54 exercere, ergo nec beneficia conferre; nam collatio eſt in fructu, vt ſuprà edoctum fuit, cætera non. Sed quorſum huiuſmodi rationem attulerunt? quorſum quoque ſecundum caput eorum conſultationis conſtituerunt circa hanc quæſtionem, an Commendatarius habitum dare & profeſſionem recipere poſſit, cùm dict. Pater id non prætendat, nec vnquam prætenderit, ſi atque hoc per Vicarium ordinis fieri & exerceri deberet, quemadmodum videtur alijs beneficiis d. Collegio alijſque d. ſocietatis Collegijs vnitis fieri? Non eſt igitur in hoc inſiſtendum.

Ad tertiam reſpondetur, primò non valere quoque argumētum negatiuè à iuriſdictione ad Collationem,
55 quia non ita facilè iuriſdictio ac collatio Commendatario conceditur. Patet, quia quoad collationes omnes conueniunt, quoad verò iuriſdictionem & correctionem, ſi Commendatarius non ſit Cardinalis, aliqui, vt Chopin. Chenu & Ferter. contrarium ſentiunt, ſed affirmatiuè argumentum valde concludit, à maiori ſcilicet ad minus, dicendo, Commendatarij habent iuriſdictionem & correctionem in Religioſos, vt Titulares, ergo multo magis collationem beneficiorum, vt neſciam quomodo DD. conſulentes voluerint iuriſdictionem faciliùs quàm collationem concedere.

Secundò, reſpondetur non obſtantibus per dict. Chopin. Chenu & Ferter. deductis verius eſſe Commendatarios indiſtinctè iuriſdictionem in Religioſos habere, quod quia ex Boer. *dec. 271. n. 3.* Anton. Fabro *in ſuo Cod. Fab. lib. 1. tit. 3. definit. 34.* Bleyma *in introduct. in theor. & prax. beneficior. lib. 3. tit. 8. de beneſic. in tit. & in Commend. num. 24. in gloſ. lit. F.* docui in prioribus meis ſcriptis, ad ea me refero.

Nec ſubſiſtit reſponſio, quam dant ad Fabrum ipſe clarè & generaliter loquatur, nec Fabrum Fabro eod. *Cod. lib. 1. tit. 30. de ſacroſanct. eccleſ. definit. 26. 65. &* 77. opponere debuerunt, cùm in dictis locis, à quibus collatio beneficiorum fieri debeat, tractet, eámque regulariter à ſuperioribus regularibus faciendam definiat, & certum ſit, de Commendatarijs verò ne verbū quidem; in d. verò *tit. 3. definit. 34.* de Cōmendatarijs & iuriſdictione eis competente agat, nec debuerunt exiſtimare virum tantæ doctrinæ & meriti in eodem libro & duobus titulis immediatè ſe ſubſequentibus ſibi contrarium fuiſſe.

Nec etiam reſponſio ad Boer. *d. dec. 271.* valet, qui dicit quòd Commendatarius iuriſdictionem habeat nedum apud Gallos, ſed apud Italos receptum contendit.

At, inquiunt, Boer. teſtatur conſuetudine contrarium poſſe induci, vt ſcilicet correctio ſpectet ad ſuperiorem hebdomadarium aut alium ex Religioſis alicuius conuentus, & ita Religioſos Eccleſiæ Condomen. admiſſos fuiſſe ad probationem huiuſmodi conſuetudinis. Reſpondetur id verum eſſe; ſed ſi conſuetudine contrarium recipi poteſt, niſi de ea conſtet, verum erit Commendatarium fundatum eſſe in iure, vt iuriſdictionem habeat: & tantum abeſt, vt hoc caſu de conſuetudine contraria conſtare poſſit, quin potius, etſi alioquin de iure Commendatarius non poſſet, hoc caſu poſſit; tum quòd conſuetudine hoc in d. Prioratu receptum eſt; tum quod ſuper hoc ſententia ſuit lata in rem iudicatam tranſacta, vt in dictis meis prioribus ſcriptis, ad quæ me refero, demonſtraui.

Quæſtioni verò, quam faciunt circa iuriſdictionem, ſi per Patrem Rectorem collatio fieret ſæculari, & ſic, vt præſupponūt, inhabili, ſi delinqueret, quis eum corrigeret? ex ſuperioribus reſpondetur, huiuſmodi ſæcularem teneri habitum ſuſcipere & profeſſionem facere; ſed ſi interim delinqueret, correctionem ſpectare ad Rectorem, ſicut ante vnionem correctio Canonicorum, antequam profeſſionem emitterent, ad Commendatarium pertinuit, vt ex actis & ſententia, de quibus in dictis meis prioribus ſcriptis, apparet.

Poſtremò, reſponſio, quam dant circa quæſtionem poteſtatis conferēdi beneficia Commendatario competentis ad Rebuff. *tit. de Commenda n. 60.* eſt omnino vana, pace ipſorum dixerim, loquitur enim generaliter de quacumque Commenda, imò principaliter de Commenda perpetua beneficiorum regularium, vt cuicumque omnia quæ in d. *tit. de Commenda* propoſita leguntur clarè conſtare poteſt.

Et hæc quidem circa quæſtionem generaliter propoſitam de poteſtate conferendi beneficia Commendatario competente, quam tandem problematicam poſſe cenſeri aſſerunt, ſed quomodo problematicam, cùm nullum ſibi [illegible] proferant qui contrarium ſentiat: eam certiſſimam & veriſſimam, vt eſt, aſſerere debuerunt.

Sed, vt aiunt, à theſi ad hypotheſim adueniendo & poſtremum caput eorum conſultationis diſcutiendo, collationem, de qua agitur, ſubſiſtere non poſſe contendunt, ſubiſque rationibus id probare nituntur.

Primò, quod ſi d. Rector prætendat d. collationem facere potuiſſe, doli exceptione ſubmouendus eſt; quia cùm agerentur de homologandis Bullis declaratio facta fuit 26. Februarij anno 1615. per procuratorem habentem ad hoc ſpeciale mandatum die 3. Nouembris 1615. per quam aſſeruerunt, ſe iuribus Canonicorum aut regulis & inſtitutionibus eorum antiquis vel ſoſſitis nullo modo derogare velle, minúſque illis turbam aut impedimentum aliquod in eo quod concernit eorum Canonicatus munia & officia diuina dare.

Secundò, quia non agitur hîc de Commendatario, ſed de beneficio vnito, quod omnino tranſlatum eſt in Collegium Turnonium, cum extinctione tituli & ſuppreſſione regulæ, eſſéque contradictionem, quòd regula ſit extincta, & nihilominus habeat ſuas operationes & functiones antiquas.

Tertiò, quia collatio, de qua agitur, fuit facta ſæculari, & quamuis ius conferendi competeret, dict. Rector deberet tamen conferre perſonæ idoneæ & habili ſcilicet Religioſo profeſſo.

His paucis ſatisfit ad primum, ex collatione Canonicatuum & beneficiorum & exercitio iuriſdictionis in Religioſos nullo modo derogari eorum iuribus, in eodemque ſtatu omnino verſari, in quo erant ante vnionem, ſolúmque ius prioris in Rectorem tranſlatum, nec per vnionem dicti Religioſi adrogare ſibi debent collationem & iuriſdictionis ius quod nunquam

habue-

Digitized by Google

habuerunt: quæ cùm ſint notoria & ad oculū pateant, non eſt opus vt recurramos ad vulgarē, certam tamē doctrinam; multo magis hoc caſu quo d. Religioſi nedum non acceptarunt, ſed eas reſpuerunt & recuſarūt.

Ad ſecundū reſp. quòd ſi Commendatarius poteſt conferre beneficia, multo magis poteſt Collegiū cui vnitus eſt Prioratus ex rationibus quas deduxi in dict. meis prioribus ſcriptis, & quæ in contrarium proponūt, retorquentur contra ipſos; verum enim eſt extinctum eſſe primū titulum cum ſuppreſſione regulæ, & beneficiū omniaq; illius iura in Collegium tranſlata, ſed ex eo ſequitur, nō quod prætendunt, ſed totū contrariū, nimirum Rectorē poſſe conferre beneficia dependentia à d. Prioratu, cùm tūc beneficium vnitum iudicetur vt prædiū eius cui fit vnio, vt ſuprà docui ex Oldr. & aliis. Nec vllam imaginari poſſumus contradictionem, cùm propter vnionem beneficia depēdentia habeantur ac ſi ſemper à beneficio vnito dependiſſent.

Ad tertiū patet ex ſuperioribus reſponſio, tū quòd Priores fuerunt & ſunt in poſſeſſione conferendi Canonicatus his qui non ſunt profeſſi, tum quod per ſententiā arbitramentalem prouiſi tenētur intra certum tempus profeſſionem facere, & hoc ſtante, per Concil. Trident. regularia poſſunt conferri ſæcularibus, vt ſupra dictum fuit.

Quæ verò in principio Conſilij & paſſim in progreſſu contra Patres d. ſocietatis, non Iuriſconſultorū, ſed declamatorum & cauſidicorum more ad conciliādam illis inuidiam deducunt, contemnenda cenſeo; præſertim quòd res agitur coram integerrimis & doctiſſimis Senatoribus, qui dictorum Patrum ſinceritatem & cādorem in omnibus eorum actionibus, & zelum ad procurandam animarum ſalutem notiſſima habent.

Ex quibus concluditur pronunciandum eſſe malè prouocatum ſeu recurſum per dictos Religioſos; bene verò pronunciatum & iudicatum per dictos arbitros, ideoque eorum ſententiam confirmandam.

A R G U M E N T U M.

REducens cenſus ſuæ Eccleſiæ ſine autoritate ſummi Pontificis, an incidat in pœnam excommunicationis, aut ſaltem in ſacrilegium, periurium & alias pœnas extrauagantis *ambitioſè de reb. eccleſ. non alienan.*

An Epiſcopus eam ob cauſam contra regulares inquirere poſſit.

S V M M A R I V M.

1 *Non licet appellare niſi à grauamine irreparabili.*
2 *A denegatione remiſſionis cauſæ appellari poteſt ad vtrumquè effectum & n. 4.*
3 *Appellatio non recipitur niſi per publica documenta prius cōſtet appellationem fuiſſe interpoſitam à diffinitiua vel habente vim diffinitiua, aut à grauamine quod per diffinitiuam reparari non poſſit.*
5 *Inhibitiones contra formam c. Romana de appellatio. in 6. ſunt nullæ.*
6 *Epiſcopus eſt iudex competēs omnium cauſarum in prima inſtantia, etſi contra Religioſos agatur, in diœceſi tamen ſua exiſtentes, etiam ſi morentur in beneficiis ſiue curatis, ſiue non, vbi non viget regularis obſeruantia maxime ſi regulares notoriè delinquunt. & procedunt etiam quando regulares mittūtur ad regēdas eccleſias ſuorū monaſteriorū.*
7 *Epiſcopus eſt iudex competens regularium quando incidunt in excommunicationem, ſacrilegium, periurium, &c.*
8 *Paulina quoad pœnas externas non eſt in vſu.*
9 *Ex alienatione rerum eccleſiæ facta contra formam iuris ſequitur ſolum nullitas contractus, & ciuiliter tantum ab eo cuius intereſt, criminaliter verò à nemine agi poteſt.*
10 *Bona fides excuſat à delicto.*

CONSILIVM LXI.

RES ſic ſe habet, ad inſtantiam Procuratoris Fiſci R^mi. Epiſcopi Carpen. ſumptę fuerunt informationes contra Reu. D. Ioannē Bernard Religioſum & Operarium Monaſterij Montis-maioris ſecus Arelat. qui de mandato Capituli d. Monaſterij, Bedoini in Comitatu Venaiſſino nunc moratur, vt Eccleſiæ & rerum Prioratus d. loci d. Monaſterio vniti adminiſtrationē habeat, ex eo quod ſunt 26. vel circa anni quòd d. Bernard necnon Sacriſta d. Monaſterij mandatū ab eo habentes reductionē quorumdam cenſuum d. Prioratus fecerunt, contendens d. Procurator d. Bernard ex huiuſmodi reductione ſine authoritate ſummi Pontificis facta, incidiſſe in excommunicationem aut ſaltem ſacrilegium, periuriū aut alias pœnas *extrauagant. ambitioſæ de reb. eccleſ. non alienand.* ſumptiſque informationibus decreta & executa fuit die 22. Decemb. citatio perſonalis contra d. Bernard ad compārendum coram D Reuer. Epiſcopo Carpen. iſque medio Procuratoris ad hoc ſpeciale mādatum habentis coram eod. Reu. Epiſcopo comparuit circa conſenſum indebitum & iuriſdictionis prorogationem, & expoſuit peruenifſe ad ſui notitiam ſumptas informationes fuiſſe ratione d. reductionis cenſuum, quod tamen faciēdo nullo modo deliquerat, & oppoſuit de non delicto, & quatenus eſſet, fuiſſe præſcriptū ſpatio viginti annorum & vltra, & ceſſante præſcriptione, non à ſe, ſed ab ipſo Monaſterio fuiſſe cōmiſſum, cùm non niſi tanquam Procurator eiuſdem d. reductionem feciſſet, eámque poſtea Capitulum d. Monaſterij legitimè cōgregatum in ampliſſima forma ratificaſſet, & vtcomque ſit, D. Reu. Epiſcopum non eſſe iudicem competentem, huic d. Bernard operarij ſiue d. Monaſterij & religioſorum eiuſdem, ideoque R. Epiſ. requiſiuit, vt d. proceſſuras & citationem colla*ret* & reuocaret, eundémque Bernard ad iudicem competētē remitteret, & in caſu recuſationis vel dilationis appellauit ad ſummum D.N. Papam, S. ſedem Apoſtolicam exhibuitq; mandatum d. Monaſterij ſeu Capituli inter alia continens poteſtatem recognitiones faciēdi & epiſtolam eiuſdem pro reductione cenſuum facienda, idem R. Epiſc. non admiſit d. appellationem.

Introducta fuit coram Illuſtr. Vicelegato, & in ſupplicatione fuerunt omnia ſuprà dicta narrata, ita vt ex lectura eiuſdem conſtare poſſet eidem Illuſt Vicelegato, an grauamina eſſent talia à quibus legitimè appellari, & iudex ad quē, appellationem admittere, & de ea cognoſcere, vel eam cōmittere poſſet & pro iuſtificatione contentorū in d. ſupplicatione exhibuit acta coram d. R. Epiſc Carpen. circa d. petitionem ceſſationis proceſſurarū & remiſſionis cauſæ, ideoq; eam commiſit Mag^co. Bellono Rotę auditori & coram eo Capitulum d. Monaſterij ſe cauſæ iunxit qui citationem cum inhibitione decreuit, cuius executioni idem Reu. Epiſcopus reſpondit ſe non haberi pro inhibito, & non obſtantibus inhibitionibus ſe ad vlteriora proceſſurum, quòd appellatio admiſſa & commiſſa & inhibitiones laxatæ contra decreta Concilij Tridentini fuiſſent, ſimilemque reſponſionem Notarius Fiſci

Epiſcopalis fecit, ſe ſcilicet non obſtantibus inhibitionibus ſibi factis, non deſtiturum procedere in hac cauſa ſi ab eod. Reuer. Epiſcopo ſibi præciperetur. Decernuntur aliæ inſtitutiones ab eod. Illuſt. Vicelegato, quæ exequutioni demandātur, & præterea præcipitur Notario de extrahendo acta, qui reſpondit ſe paratū, dum tamen ante omnia ſibi numerentur 25. floreni, & cùm acta conſignabit, reliquum expenſarum, tam in d. cauſa quàm pro extractu factarum, ſoluatur; dantur illi 25. floreni & reliquum promittitur, aliquo tempore poſtea requiritur de dando dict. acta. Reſpondet eundem R. Epiſ. & originaria actorum & extractum quem fecerat, penes ſe retraxiſſe, vt per quittantiam per eundem R. Epi. factam oſtendit.

Dum verò hæc Carpentorati geruntur in termino aſſignationis coram dict. Domino Commiſſario ad videndum ſe pronuntiari iudicem competentem comparet D. Guyon tanquam Procurator d R. E. citra conſenſum indebitum: & contendit non eſſe locum dictæ pronunciationi, imò cauſam eſſe remittendam eidem Reuer. Epiſcopo & quam remitti petiit, & in caſum recuſationis aut dilationis appellauit ad ſummum, & ad hos fines produxit cedulam continentem rationes, quibus cauſa remitti debet cum cauda appellationis, & ex parte Monaſterij & Bernard petitur d. Commiſſarium ſe pronuntiare iudicem competentem, & pro ampliori iuſtificatione eorum quæ acta fuerant coram d. R. E. inſtāte procuratore d. Bernardi producitur ratificatio d. reductionis cenſuum per Capitulum dicti Monaſterij facta.

De hoc igitur nunc quæritur, an non obſtantibus per dictum Dominum Guyon deductis, d. Dominus Bellonus ſe debeat pronuntiare iudicem competentem & ad vlteriora in cauſa procedere.

Percurrenda ergo ſunt quæ in contrarium deducũtur, vt oſtendatur dictum Dominum Bellonum non debere ſe pronuntiare iudicem competentem & cauſam debere remittere, & quidem d. D. Guyon prætendit id probare.

1 Primò, ex nullitate appellationis, quia non licet appellare niſi à grauamine irreparabili *gloſ. fin. in l. 4. C. de dilat. gloſ. penult. in l. ab executione C. quorum appellat. non recipiantur*, quod & ſtatutum Auenion. notauit *lib. 2. rubr. 24. art. 1.* Reſp. à denegatione remiſſionis cauſæ
2 præſertim ratione incompetētiæ petitæ appellari poſſe, & appellationem vtrumque effectum habere deuolutiuum & ſuſpenſiuum, Bart. *in l. 2. ex quacumque n. 10. verſ. quæro vtrum à ſententia ff. ſi quis in ius vocat. non ierit, & in eiuſd. repetit. n. 14. verſ. iuxta hæc quæro*, Bald. *in l. 2. nu. 13. verſ. ſeptimo quæro. C. de Epiſcopa. audien* Innocent. *in c. paſtoralis n. 6. de offic. iudic. de leg.* Copic. *deciſ. 34. n. 11.* Guid. Pap. *dec. 10. ſi iudex pronuntiet nu. 1. & dec. 75. ſed circa hoc ſub n. 2.* fusè Scaccia *de appellation qu. 17. limitat. 6. membro 7. n. 47.*

Secundò, ex nullitate admiſſionis d. appellationis,
3 quia appellationes non debent recipi niſi per publica documenta, quæ realiter exhibeantur, prius conſtiterit appellationem à ſententia diffinitiua vel habente vim diffinitiuæ. aut à grauamine quod per ſententiam diffinitiuam reparari non poſſit, fuiſſe interpoſitam, ex decreto ſacræ congregationis de anno 1600. & 16. Octobris relato per quarant. *verb. Archiepiſcopi* fol. 68. Reſpon. ſatisfactum fuiſſe decreto ex productione actorum appellationis interpoſitæ, ex quibus conſtat, & de citatione decreta, de cauſis quibus petita remiſ-
4 ſio, & de denegatione eiuſdē à qua licitū eſt appellare, & appellatio debet admitti per dictum Illuſtriſſim. Vicelegatum *ex DD. ſuprà cit.* quibus adde Rebuff. *tract. de ſententiis execut. artic. 10. gloſ. 1. n. 9. verſ. 8. tom. 1.* Myſing. *ſingular. obſeru. centur. 3. obſeruat. 35.* Dec. qui de communi teſtatur *conſ. 21. in fi. n. 42. & conſ. 31. n. 2. & 3. lib. 1.*

Tertiò, ex nullitate inhibitionum, quod ſcilicet fuerunt laxatæ contra formam c. Romanæ, præſertim *in §. autem & §. quod ſi de appellat. in 6. renouat. per Conc. Triden. ſeſſ. 22. c. 7. necnon d. decretō ſacræ congregationis verſ. inhibitiones per Quarant. repetiti quoad hoc in d. verb. Archiepiſcopi verb. tertio quæro fol. 65.* Reſp omnibus ſatisfactum: nam per d. acta iudici ad quem, conſtitit de grauamine & iuſta cauſa appellandi, & in commiſſione omnia diſtinctè fuerūt expreſſa ob quæ appellatio fuerit interpoſita, præſertim quod d. decretum ſacræ congregationis *verſ. inhibitiones iuncto ſequenti verſ. ſi appellans*, non coniunctiuè, ſed alternatiuè ſententiæ aut appellationis exemplum requirit.

Quartò, corroborando primā & ſecundam nullitatem prætenſam aſſerit nullum factum fuiſſe decretum, ideóq; d. Bernard nō potuiſſe appellare. Reſp. cōſtare ex actis de denegatione remiſſionis re ipſa facta.

Quintò, ad corroborationē tertiæ nullitatis prætenſæ dicitur non poſſe conſtare de ſententiæ inſcriptione in laxatione inhibitionum, cū nulla fuerit lata. Reſp. vt ſuprà proximè, & omnia coram d. Epiſcopo geſta cum decreto non admiſſionis appellationis, & ſic denegationis remiſſionis fuiſſe in commiſſione expreſſa.

Sextò, dum d. Procurator vult occurrere obiectioni, quod ſcilicet d. Bernard petierit ſe remitti ad iudicem competentem, ait nullam huiuſmodi fuiſſe factam inſtantiam per d. Bernard aut alium eius nomine comparentem. Reſp. ex d. actis de contrario conſtare.

Septimò, dicitur d. Epiſcopum fuiſſe & eſſe iudicē 6
competentem cùm omnes cauſæ in prima inſtantia ad ſuum forum pertineant *ex Conc. Trid. ſeſſ 24. c. 20. cauſæ omnes*, etſi contra Religioſos agatur in diœceſi tamen ſua exiſtētes, tum quod d. Epiſcopus dicitur eſſe in tali poſſeſſione, tum ex decreto Concil. Triden. *ſeſſ. 6. c. 3.* & Bulla Clementis VIII. *q. 45.* quæ incipit, *Sedis Apoſtolicæ*, contra Franciſcanos de Obſeruantia, relata per Zerol. *verb. excommunicationis cauſa q. 4. fallen. 7.* etiamſi morentur in Abbatiis, Prioratibus & Beneficiis, ſiue Curatis, ſiue non, vbi nō viget regularis Obſeruantia, *ex d. Conc. Trid. ſeſſ 21. c. 8.* nec poſſit d. Bernard contendere in d. loco Bedoini vigere regularem Obſeruantiā, quæ maximè procedunt vbi regulares ſunt notoriè delinquentes *d. Conc. ſeſſ. 25. c. 2. de regular.* procedunt etiā quando illi regulares mitterentur ad regendas Eccleſias ſuorū Monaſteriorum ſubditas locorū ordinariis, *c. 1. §. in eos verſ. niſi forſan de priuileg. in 6. quod d. Concil. ſeſſ. 7. c. 14. mandat obſeruari*, quæ in hoc caſu abſque dubio procedere contendit d. D. Guyonus. quia Religioſi Montis maioris nullum ſibi conſeruatorem elegerūt, ex quo fiunt ſubditi locorum ordinariis, iuxta declarationem Gregorij XIII. relatam à Quaran. *verb. priuilegia regularium fol. 407.*

Poſtremò, quia cùm inciderit in pœnam excōmu- 7
nicationis, aut ſaltem in ſacrilegiū, periurium & alias expreſſas in extrauagan. inſerta per Quaran. *verb. alienatio rerum Eccleſiæ fol. 7.* ſequitur eſſe iudicem competentem, quia an talis poſſit Miſſam celebrare aut ingredi Eccleſiam hoc eſt iuriſdictionis Ordinarij.

His reſpondetur, quòd ex illis prætenditur probari d. Epiſcopum eſſe iudicem competentem d. Bernard, ideoq; iuſtè cauſam non remiſiſſe. & appellationem in caſum non remiſſionis interpoſitam non admiſiſſe: ſed hæc reſpiciunt articulū ſeparatum ab eo de quo nunc iudicandū eſt: aliud enim eſt quærere, an in caſum non remiſſionis cauſæ petitæ appellari potuerit, appellatio admitti per ſuperiorē & cōmitti. & per Commiſſarium citatio cū inhibitionibus decerni, eaq; exequi potuerit

rebus

rebus exiſtentibus vt ſuprà, & an Epiſc. Carpen. d cauſæ & Bernard fuerit iudex cõpetens & non remittendo grauauerit d. Bernard, necne. De primo articulo nũc agitur: continet enim exceptioné impedientem d. Commiſſariũ ſe iudicem cõpetentem pronunciare, etſi vera eſſet, operautem, vt cauſa deberet remitti ad d. Epiſc. ſuper quo pronunciandũ eſt, an ſcil. Commiſſarius ſe debeat pronunciare iudicẽ competẽtem & ad vlteriora procedere, an verò cauſam remittere. De ſecundo verò articulo neq; de eo nunc poteſt cognoſci: ſi enim exceptio, de qua in primo articulo, vera eſſet remittẽda ad d. Epiſc. nec inueſtigandũ eſſet, an fuiſſet iudex cõpetens, necne: ſi autẽ vera non ſit, tunc Cõmiſſarius vel expreſſe debet ſe pronunciare iudicẽ cõpetentem, vel re ipſa, ad vlteriora procedendũ eſſe decernendo, quo facto cognoſcitur de grauamine per dict. Bernard prætenſo & per d. Epiſc. ſibi illato, & de competentia vel incõpetentia eiuſdẽ Epiſcopi & ad hos fines partes hinc inde dicent quidquid voluerint, ita quod pro nũc omnia ſupra deducta in 7. & poſtremo capite non ſint præſentis ſpeculationis, nec nunc de illis cognoſci poſſit aut debeat. Nihilominus tamen ex abundanti & pro maiori cautela, & ſaluo iure plenius ſuo loco & tẽpore reſpondendi, dicitur duo potiſſimũ appoſita fuiſſe corã Reu. Epiſc. vnum, nullũ adfuiſſe delictũ in d. reductione cenſuũ; alterum, caſu quo eſſet aliquod delictũ, illud vel fuiſſe præſcriptum vel non d. Bernard, ſed Monaſterij fuiſſe, cuius mandato fuerat facta reductio, dictũque Epiſc. neq; d. Monaſterij, neq; d. Bernard iudicem cõpetentem eſſe. Quoad primum præſuppoſito citra veritatis præiudiciũ quod d. reductionem cẽ-
8 ſuum intraret Paulina, & quod præſcriptione 20 annorum, quo temporis ſpatio crimina ſolent præſcribi, d. Bernard ſe iuuare non poſſet, vno verbo dicitur Paulinã in pleriſq; locis non eſſe vſu receptã, nominatim in his partibus & ferè nullibi quoad externas pœnas ſcil. excõmunicationis, priuationis benef.cij, & ſimiles, imò quoad eas grauiſſimi DD. ſimpliciter & abſoluè non eſſe vſu receptã aſſeruerunt, Caiet. *in ſum. verb. excom. c. 75.* Couar. *lib. 2. var. reſol. c. 16. nu. 6.* Nauar. *in Enchir. c. 23. ſub n. 62. & c. 27. n. 149. & in compendio alienat. n. 21. & in conſ. 10. n. 2. de reb. eccleſ. nõ alien.* Cardin. Tolet. *in inſtructor. ſacerdot. li. 3. c. 91. n. 6 & 7.* Silueſter *in ſum verb. excommunicatio 7. n. 38. in fi.* Sarmen. *de redditibus eccleſiæ par. 1. lib. 2. n. 20.* Ioan. Gotier *lib. 1. canon. quæſtion. c. 8. nu. 2.* Molin. *de contract. lib. diſp. 466. n. 8.* Redoan. *de reb. eccl. non alien. q. 36. n. 21. & q. 51. nu. 25.* Eman Sa *verb cõductio aphor. 9. 13. & 14.* Moedan. *dec. 1. de cõſtitut. ſtatut. ad extrauagan. ambitioſe nu. 74. circa fin.* vbi aſſerit ſe millies ita vidiſſe practicari, & poſſe inueniri infinita inſtrumẽta cõfecta ſuper huiuſmodi alienationũ contractib. authoritate Epiſc. ſeu eius Vicarij ad id poteſtatẽ habentis celebratis, & praxis ita ſe habet in his partib. nam alienationes rerũ Eccleſiaſticarũ paſſim fiunt, nec alterius authoritas quã ordinarij interũenit, qui vel per ſe ipſum vel per Vicariũ à ſe deputatũ de validitate alienationis cognoſcit, & eã vel faciẽdã permittit vel factũ ſub eius beneplacito confirmat, ſi in euidentẽ eccleſiæ vtilitatẽ cedere cognouerit, & in contradictorio iudicio ita fuit ordinatũ in cauſa horti iuxta muros Carpen. ad inſtantiã d. Maſuger tunc rectoris Capellaniæ, cuius d. hortus erat cenſualis cõtra D. N. de Seguins, in quo impugnabatur in emphyteuſim datio d. horti ex vi Paulinæ, & in contrariũ dicebatur non eſſe vſu receptã, fuitq; pronunciatũ d. donationẽ in emphyteuſim validã, ſententiaque in cauſa appellationis confirmata.

At forſan dicetur ſaltẽ Ordinarij authoritas interuenire debet. Reſp. ſi in noſtro caſu talis eſſet alienatio, in qua interuenire deberet ſolẽnitas à iure requiſita, & ſic Ordinarij authoritas (multi enim ſunt caſus in quibus huiuſmodi ſolẽnitas non requiritur can. *ſine exceptione, can. terrulas 12. q. 2.* Rebuff. *in tract. de alien. rer. eccleſiaſt.* circa interpretationem d. Canonum & in diſcurſu proceſſus probabitur in caſu in quo verſamur, nõ fuiſſe requiſitã, & ex eo ſolũ ſequeretur nullitas contractus,
9 *ex d. c. ſine exceptione*, non autẽ pœna excõmunicationis, priuationis beneficij & ſimiles, quæ ſecluſa Paulina iure cõmuni non ſunt ſtatutę, Quarant. *in verb alienatio n. 5. verſ. ſeẽ pro maiori, fol. 10.* ideòq; ciuiliter tantũ ad declarationẽ nullitatis alienationis ab eo ſolũ, cuius intereſt, non ab alio, nec criminaliter ab vllo agi poteſt. Et quod dicitur de periurio, illud procedit tantũ in Prælatis & Abbatibus, qui in eorũ receptione de nõ alienando iurãt iuxta formã in Bulla præſcriptam Quaran. *d. verb. alienatio n. 6.* & quod de ſacrilegio etiã dicitur, ſolũ in foro conſcientiæ procedit, vt conſtat ex dictis per Caiet. *in d. verb. excõmunicatio c. 75.* non autẽ, vt tanquã ſacrilégus de ſacrilegio in foro externo puniri poſſit. Quoad ſecundũ ex actis apparet, quòd ſi aliquod delictũ eſt, illud eſſet Capituli Montiſmaioris, & nõ d Bernardi, cũ is de mandato d. Capituli d. reductionẽ fecerit, factámq; d Capitulũ ratificauerit; quo ſtãte certũ eſt d. Epiſc. non eſſe iudicẽ competentẽ cum quòd d. Monaſteriũ ſit extra diœceſim Carpen. ſed etſi vellemus conſiderare aliquod delictũ in d. Bernard, & poſito quòd dict. extrauag. eſſet in vſu, illius nulla eſſet habẽda ratio, imò omninò ab ea excuſandus, attẽta d. epiſtola quæ mãdabatur de d. reductionẽ faciẽdo & ratificatione ſecuta, bona enim fides eum excuſaret, quia
10 dicitur *in d. extrauag. præſumpſerit*, Nauar *in d. commen. alien. rer. eccleſ. n. 16.* Quaran. *in d. verb. alienatio n. 9. & n. 50.* lex enim poſita contra præſumentes aliquid facere, nõ cõprehendit eum qui abſq; dolo vel contẽptu bona fide vel ſimplicitate facit, Zabarel. *in clem. 1. nu. 22. de priuileg.* Nauar *in c. accepta oppoſit. 8. de reſtitutio. ſpoliator. & in manuali.* Sed dato citra præiudicium veritatis, quod poſſet dici delictũ d. Bernard, nec quoq; illius eſſet iudex cõpetens d. Epiſc. cùm regularis ſit & nunc moretur in loco Bedoini de mãdato d. Capituli Montiſmaioris, ipſum repræſentãs & illius vicefungens in Prioratus d. loci adminiſtratione, ibiq; regulariter viuens, & regulã S Benedicti obſéruãs. Non obſtat poſſeſſio procedendi cõtra regulares, quia ea negatur, & in diſcurſu proceſſus probabitur, quòd cũ aliàs Epiſcopi Carpen. voluiſſent procedere cõtra Religioſos Mõtiſmaioris Bedoini cõmorantes, fuiſſetq; oppoſitũ de incõpetentia, & à nõ remiſſione appellatũ, tandẽ fuiſſe pronunciatum non potuiſſe procedere contra ipſos.

Nõ obſtat Cõc. Trid. *ſeſſ. 6. c. 3.* & Bulla Clemẽtis VII. loquuntur enim tantùm de Religioſis extra clauſtra vagantibus, & ex lectura d. Bullæ interpretatiuæ *d. c. 3.* cõſtat qualis nõ eſt hic de quo agitur cũ certam ſedem habeat Bedoini, vbi moratur de mandato Capituli Montiſmaioris. Nec etiam obſtat *c. 8. ſeſſ. 21.* procedit enim tantùm in terminis viſitationis, cũ diſtinctione ibi poſita, ſi vigeat regularis Obſeruãtia necne, & ſecũdũ formam in eo capite præſcriptã; at verò nos loquimur de delicto via ordinaria, nedum extra viſitatiunẽ, ſed & extra motum correctionem puniendo.

Nec etiã *c. 14. ſeſſ. 25.* loquitur enim de Religioſo qui citra clauſtra degit, & extra ea ita notoriè delinquit, vt ſcandalo ſit populo; at verò in hoc caſu, quæ notorietas delicti ſcandalum generans adeſt in d. reductione.

Nec etiam *c. 1. de priuileg. in 6.* renouatum per Concil. Triden. *ſeſſ 7. c. 14.* procedit enim tantùm cùm adeſt pars ciuilis quæ agit ratione ſui intereſſe contra Religioſum delinquentem, vt ex lectura textus, Franco & aliis *in d. cap. conſtat, vel ex d. conſ. in ciuilibus ſi de ſala-*

rio, mercede, vel miſerabilibus perſonis agatur.

Nec etiam declaratio, de qua Quaranta, ſi regulares nō elegerint Conſeruantem, ea enim ſolum habet locum intra Italiam, vt ex eius lecturæ patet, & deinde non eſt opus electione Conſeruatorum in hac patria, cùm omnes regulares habeant conſeruatorium & iudicem formatum, & ſpecialiter vt de eorum cauſis tam ciuilibus quàm criminalibus cognoſcat inſtitutum Vicegerentem, ſcilicet Auen. qui Auditorem Cameræ repræſentat & praxis ita ſe habet, vt Monaſteria & domus quæ priuilegia exemptionis habent, nullum eligant Conſeruatorem, ſed coram d. Vicegerente in ciuilibus & criminalibus eorum cauſis agant & conueniantur.

Nec etiam quod dicitur incidiſſe in excommunicationem, ſacrilegium, periurium, & eſſe Epiſcopalis iuriſdictionis, vt cognoſcatur, an d. Bernard poſſit Miſſam celebrare, aut ingredi Eccleſiam. Reſp. enim primo Extrauag. *ambitioſæ* ſiue Paulinam, non eſſe in vſu, vt ſuprà dictum eſt, & quoad ſacrilegium & periurium ſuprà quoque reſponſum fuit, & ceſſantibus pœnis in ea contentis non eſſe opus inquirere, an poſſit celebrare Miſſam. Secundò, reſpond. Epiſcopum de his poſſe cognoſcere, ſi perſonæ non ſint exemptæ, ſed ſint eius iuriſdictioni ſubditæ, de exemptis verò eorũ iudex competens, de iis, hoc eſt, an poſſint celebrare Miſſam, vel ingredi Eccleſiam, inquireret. Vanum omninò eſt, quod ſubiungit, quòdque totam quæſtionem omninò reſoluere contendit, debuiſſe ſcilicet remiſſionem à d. Reu. Epiſc. peti, ex actis enim apparet eam petitam; & in caſum non remiſſionis vel dilationis appellatum.

His omnibus adde declarationem ſacri Conc. Trid. & extenſionem etiam ad Monachos ſancti Benedicti per Pium V. factam anno 1567. 17. Kalend. Septemb. incipientem, Ad perpetuam rei memoriam ex ſupernæ diſpoſitionis 38. numero, de qua in Bullario fol. 987.

Ex quibus concluditur d. Dominum Bellonum ſe iudicem competentem pronuntiare debere, & ad vlteriora in cauſa procedere.

ARGUMENTUM.

Criminoſus an reſignare poſſit beneficium.

SUMMARIUM.

1 *Quando agitur de crimine, ex quo quis beneficio priuatur ipſo iure non poteſt reſignare.*

2 *Si ſententia requiratur, etiam poſt eam ſi appellatum ſit, reſignare poteſt.*

3 *Nullum crimen communiter priuat ipſo iure paucis exceptis.*

4 *Adulterium non priuat beneficio ipſo iure.*

5 *In ſacrilegio idem ſtatuendum eſt.*

6 *In ſortilegio & homicidio non qualificato pariter.*

7 *Criminoſus poſt impetrationem ſibi intimatam beneficio in fauorem alicuius renunciare nequit.*

8 *Non obſtante intimatione & præſentatione impetrationis criminoſus poteſt ſimpliciter reſignare. Sed non obſtante tali reſignatione ſimpliciter facta iudex procedet ad vlteriora propter intereſſe impetrantis.*

CONSILIUM LXII.

DOMINUS Simon Bartellus impetrauit Vicariam perpetuam loci de Valenſulia diœceſis Rhegienſis tã quam certo modo vacantem *ex c. irregularitatis* per D. Adamum de Combis incurſæ, ex eo quod cùm per eius incapacitatem & crimina per eum commiſſa, interdicta ei fuiſſet adminiſtratio ſacramentorum, non obſtante d. interdictione ea adminiſtrauerit, necnon ratione adulterij, ſacrilegij & ſortilegij per eum commiſſorum.

Quæritur, an pendente iudicio d. de Combis poſſit d. Vicariam reſignare & d. Bartelli interpretationem inutilem reddere.

Reſpondetur, quòd ſi ageretur de criminibus, ex quibus ipſo iure quis eſt priuatus beneficio, expeditũ
1 eſſet reſignare non poſſe, vt per Rebuff. *in prax. tit. de amittend. benefic.* & Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib. 3. q. 1. per tot.* ſed ſi talia ſint crimina ex quibus quis non
2 ſit priuatus ipſo iure, ſed veniat priuandus per ſententiam, certum eſt poſſe in fauorem reſignare, Pariſ. *d. lib. 3. q. 16. in princ.* etiam poſt receptas probationes & cõcluſum in cauſa, vt poſt Anthon. de Butrio *in c. dudum 2. n. 11. verſ. nota conſilium de elect.* docet Pariſ. *d. q. 16. n. 11.* Et quod plus eſt, etiam ſententia priuationis contra inquiſitum lata, ſi ab ea appellatum ſit, Rebuff. *d. tit. de modo amitten. benefic. n. 52. verſ. ideo reſignatio*, Pariſ. *d. loco numer. 17.*

Tota vis igitur in eo eſt, vt ſciamus, an crimina, de quibus ſuprà, ſint huiuſmodi, quæ inducãt priuationẽ ipſo iure, an verò requiratur ſententia priuationis. Et quidẽ cõmuniter nullum crimen inducit priuationem ipſo iure, Ioan. de Selua *de benefic. par. 3. q. 1. nu. 9.* Pariſ. *d. q. 16. n. 5.* paucis exceptis de quibus per Rebuff. *d. tit. de modo amitten. benef.* & Pariſ. *d. lib. 3. q. 1.* inter quæ cùm ſuprà mentionata non numerentur, dicendũ eſt requiri ſententiã priuationis, & in ſpecie quod beneficia ante irregularitatem obtenta non vacent, per eam ipſo iure docent Rebuff. *de pacific. poſſeſſor. nu. 280. alias 226.* Nauar. *in manu. c. 27. n. 151. alias 249.* & fusè Nicol. Garcia. *tract. de benefic. par. 11. c. 10. n. 47.*

Quoad adulterium, vt ſcilicet non ſit priuatus ipſo 4
iure, ſed priuandus & deponendus ſit per ſententiam, Grillaud. *de diuerſ. criminib. lib. 3. q. 2. 12. & ſeqq. & q. 6. n. 11.* Diaz. *in pract. crimin. canonica c. 79.* Clar. *in §. adulterium nu. 7.*

Quoad ſacrilegium, vt idem ſtatuendum ſit, eſt *text.*
in c. venerabilem de elect. verſ. numquid enim & quemadmodum de iureiuran. gloſſ. in can. cum omnibus diſtinct. 81. Rebuff. *d. tit. de modo amitten. benef. n. 56.* 5

Quoad ſortilegium, imò quod magis eſt, quoad homicidium non qualificatum, Innocent. *in c. cum noſtris de conceſſ. præbend.* Diaz. *in d. praxi c. 88. col. penult.* Clar. *in §. homicidium ver. de iure autẽ canonico*, Pariſ. *d. q. 16. n. 4.* 6

Sed remedium eſt, vt interpretatio intimetur criminoſo, nam tunc renũciatio facta per ipſum in fauorem alicuius eſſet inualida ob clauſulam decreti irritantis poſitam in interpretatione facta per tertium *c. ſibi qui de reſcript. lib. 6. c. dudum de præben. c. 1. de conceſſio. præben. lib. 6.* Boer. *dec. 205. n. 8.* Pariſ. *d. q. 16. n. 35.* 7

Verum quidem eſt, quòd non obſtante d. intimatione & præſentatione impetrationis criminoſus poteſt ſimpliciter, non tamen in fauorem reſignare beneficium, Geminian. *conſ. 105. colum. 2. verſ. quoad primum*, Ferrar. *cautela 44.* Boer. *d. dec. 205. n. 7.* ſed tamẽ propter hanc renunciationẽ ſimpliciter factam iudex non ceſſabit à iudicio, ſed ad vlteriora procedet propter intereſſe impetrãtis, Ioan. And. poſt Hoſtienſ. *in c. per tuas ſuper gloſſ. vlt. de ſimon.* Sarne. de anna *q. 42. num. 4.* & ita ſeruat Rota, Pariſ. *d. q. 16. nu. 41.* huiuſmodi enim renunciatio videtur facta in fraudem & in præiudicium iuris illi tertio acquiſiti, Anan. *in c. 3. de colluſio. detegen.* Barbat. *conſ. 11. col. 15. lib. 1.* 8

ARGU-

ARGVMENTVM.

DE Eminentiſſimorum & Reuerendiſſimorum Cardinalis Burgheſij in Legatum, & I. Franciſci Archiepiſcopi Patracenſis in Vicelegatum deputatione & creatione per ampliſſimum Senatum Tholoſanum publicanda, homologanda, & regiſtranda.

SVMMARIVM.

1 *Legati Auenionen. à tempore quo ſedes Apoſtolica Auenione Romam tranſlata fuit vſque in præſentem diem.*

2 *Legati Auen. vſque ad Card. Farneſium & poſtea tempore Card. Borbonij facultatibus legationis in prouincia Narbonenſi vſi fuerunt.*

3 *Albini Aubeine ſeu peregrini officiorum, beneficiorum in Gallia ſunt incapaces, niſi Rex ius Francigenarum conceſſerit, quod vel ſimpliciter quoad officia & beneficia vel generaliter quoad omnia ſit.*

4 *An ius Albinatus in prouincia Occitania habeat locum.*

5 *Pluriqne Legati de Latere per Galliam conſtituti.*

6 *Intereſt Eccleſiarum & ſubditorum Regis vt Legatus Auen. vtatur facultatibus ſuis in prouincia Narbonen. ſimul & Arelaten. & aliis ſibi commiſſis.*

7 *Multa poteſt Legatus de Latere quæ non poſſunt Ordinarij.*

8 *Legatus de Latere concurrit cum Ordinario.*

9 *Ordinarij nullum legitimum præiudicium ex legatione Auenion. habent & n. 11. & n. 31.*

10 *Regula de infirmis reſignantibus DD. dicunt in Gallia non habere locum in ordinario.*

12 *Legati de Latere in Francia conſtituti & recepti.*

13 *Legatus de Latere & nominatim Auenion. Vicelegatum ſeu Vicarium & locum tenentem deputare poteſt.*

14 *Ex obſeruantia & modo vtendi declarantur commiſſiones & contractus.*

15 *Delegatus à principe ſubdelegare poteſt.*

16 *Legatus in prouinciis ſibi commiſſis eſt ordinarius.*

17 *Legatus in prouincia ſibi commiſſa poteſt ea omnia quæ Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi & alij ordinarij.*

18 *Legatus de Latere omnia poteſt quæ ſummus Pontifex, exceptis iis quæ ſibi reſeruant & paucis aliis.*

19 *Vicelegatus Auen ex cauſa & ad tempus Vicarium & locum tenentem facere poteſt.*

20 *Vicarius Epiſcopi de eius mandato Vicarium facere poteſt.*

21 *Intellectus c.* Clericos ex. de offic. Vicar.

22 *Legati de Latere, an in Gallia Vicelegatos & Vicarios deputare poſſint.*

23 *Diſcrimen inter Legatos in Franciam deputatos & Auen.*

24 *Cardinalis de Ambaſia prius Legatus in Francia, poſtea Auenion. fuit.*

25 *Vicelegatus à Legato creatus & à Papa confirmatus, ab ipſo Papa cenſetur conſtitutus.*

26 *Prouincia Narbonen. eſt iuris ſcripti.*

27 *Delphinatus, prouincia Prouincia, & lingua Occitania, quo tempore Regno Franciæ acquiſita fuerunt.*

28 *An prouincia Narbonen. in legatione Auenion. comprehendatur.*

29 *Non eſt neceſſarium, vt qui præeſt legationi Auen ſit Cardinalis.*

30 *Legatus de Latere ampliores facultates habet Legato ſimplici, ſed Auen. ampliores quam Legatus de Latere.*

31 *Legatus de Latere poteſt conferre beneficia in prouincia ſibi commiſſa.*

32 *Nouum dici non poteſt quod aliàs fuit.*

CONSILIVM LXIII.

VIſo breui S.D.N. Papæ Pauli V. quo Eminentiſſimum Scipionem tituli Sancti Criſogoni Preſbyterum Cardinalem Burgueſium in Vicarium & Legatum de Latere Auen. deputat mentione facta prouinciarum Viennen. Arelaten. Ebredunenſ. Aquen. & Narbonenſ. ſub datum Romæ apud ſanctum Marcum die 20. Iunij 1613. literis deputationis in Vicelegatum de Eminentiſſimo Patracenſi Archiepiſcopo ab Eminentiſſimo Burgueſio Legato emanatis die 1. Aprilis 1614. breui confirmationis dictæ deputationis in Vicelegatum S. D. N. Papæ ſub datum Romæ apud ſanctam Mariam Maiorem die 14. Aprilis anno 1614. literis Regis Chriſtianiſſimi, quibus ampliſſimo Senatui Tholoſano mandatur, vt deputationem & creationem dictor. Legati & Vicelegati cum facultatibus eis conceſſis, ſub quibuſdam tamen reſtrictionibus, recipiat & homologet & regiſtrentur datis Pariſiis 27. Octobris 1614. Arreſto per eundem Senatum dato circa regiſtrationem, verificationem & homologationem literarum legationis bon. memoriæ Cardinal. Borbonij 20. Auguſti 1565. alio arreſto verificationis & homologationis deputationis Cardinalis de Armaniaco in Collegam, Regentem & Vicarium generalem per dictum Cardinalem Borbonium factæ 30. Martij 1568. alio arreſto, quo dictus Senatus ordinauit non eſſe locum regiſtrationi & homologationi deputationis bonæ memoriæ Cardin. de Aquauiua in Legatum Auenionen. 2. Auguſti 1596. nec non ſcriptis Syndici Cleri prouinciæ Narbonenſis ſe regiſtrationi & homologationi deputationis dictorum Burgueſij Legati & Archiepiſcopi Patracenſis Vicelegati opponentis, exiſtimo rationes per dictum Syndicum deductas non fore impedimento, quominus dictæ literæ Regiæ, & deputationes regiſtrentur & homologentur.

Quod vt clariùs eluceſcat, præſcribendum eſt, quod 1
cùm per ſpatium 70. vel circa annorum in ciuitate Auenionis ſummi Pontifices ſedem habuiſſent, ideóque ex prouinciis, præſertim circumuicinis, vt ſunt Viennen. Ebredunen. Arelaten. Aquen. Narbonenſ. ad eos frequenter recurreretur, iis diſcedentibus conſtituerunt gubernatores & Legatos, quibus ampliſſimas facultates in dictis prouinciis conceſſerunt, & primum quidem Franciſcum Archiepiſcopum Narbonen. S. R. C. Camerarium, qui Legatus fuit vſque ad anonm 1432. & poſt eum ſequuti ſunt ſucceſſiuè,

Alphunſus Cardinalis ſancti Euſtachij in Concil. Baſilienſi creatus anno 1433. Petrus de Frexo S. R. C. Cardinalis anno 1454. Carolus de Borbonio Cardinalis anno 1465. vſque ad annum 1476. Iulianus de Ruere Cardinalis Italus ab anno 1476. vſque ad annum 1503. quo tempore fuit in Pontificem electus & Iulius ſecundus nominatus. Georgius de Ambaſia Cardinalis ab anno 1503. vſque ad annum 1510. Robertus Bicto Cardinalis ab anno 1511. vſque ad annum 1514. Franciſcus de Claromunte Cardinalis ab anno 1514. vſque ad annum 1541. Alexander Farneſius Pauli tertij nepos Cardinalis ab anno 1541. vſque ad annum 1565. Carolus de Borbonio Cardinalis ab anno 1565. Georgius de Armaniacu Card. Collega eo ann. prædicto 1565. àd. de Borbonio in ſuum locum ſubſtitutum qui eius vice legationem regeret. Octauius de Aquauiua de Aragonia Card. ann. 1593. vſque ad ann. 1599. Cintius Aldobrandinus Cardin. Clementis VIII. nepos anno 1604.

Scipio Cardinalis Burgheſius ab anno 1607.
Qui omnes vſque ad Farneſium in d. prouinciis &
nominatim in Narbonẽſi ſuis facultatibus vſi fuerunt
vt ipſemet Rex atteſtatur in literis dicto Cardinali
Borbonio conceſſis apud Maynard. *lib. 1. cap.* 50. in
quibus literis fit mentio nationis Gallicæ, vt tacitè
cauſam, propter quam Farneſium excluſit, innuat,
non quod antea Itali non fuerint recepti, vt ex infrà
dicendis apparebit, & nominatim dictus Iulianus de
Ruere in prouincia Narbonenſi, facultatibus vſus
eſt, vt ex regiſtris apparet, & expreſſio Farneſij hoc e-
uincit. Si enim nulli Itali recepti fuiſſent, ſimpliciter
facta fuiſſet mentio nationis Gallicæ abſqua expreſ-
ſione Farneſij (quem tamen ſeu eius Vicelegatum
plures prouiſiones in dicta prouincia feciſſe ex regi-
ſtris legationis conſtat) facultates minimè ſicut nec
cæterorum poſt Cardinalem Borbonium creatorum
in Senatu Tholoſano regiſtratæ fuerunt, quamuis illi
omnes in cæteris prouinciis ſupradictis non minus ac
prædeceſſores ſui iis vſi fuerint, quod non alia ratio-
ne exiſtimo factum, quàm quia dictus Farneſius &
cæteri poſt eum Itali fuerunt, & ſic Albini & iure Al-
3 binatus ſeu Aubeine vel peregrinitatis in Gallia re-
cepto huiuſmodi dignitates & facultates exercendi
incapaces ex ordinatione Caroli ſeptimi, die decimo
Martij 1431. Bacquet *au traicté du droict d' Aubeine, c.*
15. Charond. *lib. 2. Pandect. cap.* 8. Benedict. *in cap. Ray-
nutius ver. & vxorem nomine Adelaſiam numer.* 481.
ſed huiuſmodi defectus tollitur ex literis Regiis,
quibus mandatur, vt non obſtante defectu nationis
eorum facultates recipiantur ex quo ius Francigena-
rum quoad huiuſmodi dignitates & officia conſe-
quuntur, Bacquet *cap. 1. numer.* 4. *& cap.* 15. *& cap.* 22.
cum multis ſeqq. quod tamen non poſſet extendi ad
ſucceſſionem, neque teſtandi facultatem, niſi nomi-
natim id dictum eſſet, Bacquet *dict. tract. cap.* 11. quod
4 multo magis in dicta prouincia Narbonenſi locum
habere debet, in qua dictum ius non eſſe receptum,
& ita in Senatu Tholoſano iudicatum teſtatur Bene-
dictus *in dict. capit. Raynutius ver. & vxorem nomine
Adelaſiam numer.* 494. Maynard. *lib. 4. cap.* 57. etſi e-
ius ſententiæ nouiſſimis temporibus non ſit admo-
dum tuta ex iis quæ deducit ampliſſimus Præſes de
l'Eſtan dicti Senatus in ſuo primo ſolemni arreſto,
& hoc veriſſimum eſſe huiuſmodi literas Regias red-
dere Italos dictarum legationum capaces, & non ob-
5 ſtante defectu nationis facultatibus vſos conſtat ex
legatione in Frãciam regionem à Paulo tertio, Hie-
ronymo Verallo decreta anno 1549. & à Pio quarto,
Hippolito Ateſtino Cardinali Ferrarienſi anno 1561.
Chopinus *de ſacra politia lib. 2. titul. 4. numer.* 3. &
à Sixto quinto, Cardinali Cayetano anno 1583. &
à Clemente octauo, Cardinali Aldobrandino anno
.... (& ante eos omnes fuit Cardinalis Albanus, &
alij, quos refert Nicolaus Boerius *tractat. de poteſtate
legat. de Latere* in Gallia edito *numer.* 3. *verſ. 6. &
vltimo*, & quoad legationem Auenionis à Sixto
quarto, Iuliano de Ruere dicto anno 1476. qui om-
nes mediantibus literis Regiis dictis facultatibus v-
ſi fuerunt, idémque præſtiterunt dictus Farneſius,
cæterique poſt Borbonium in dictis prouinciis Vien-
nen. Arelaten. Aquen. Ebredunen.

Quod ſi prætendatur ob bonum publicum, vel
6 ne iuribus Regiis, vel Eccleſiæ Gallicanæ, & Archie-
piſcoporum, Epiſcoporum & Ordinariorum, præ-
iudicium fieret, ſi rem exactè perpendamus, aliter
ſe habere inueniemus. Nam quoad bonum publi-
cum, longè vtilius eſt, imò quodammodo neceſ-
ſarium videtur, vt Legati vel Vicelegati Auenionen-
ſes adſint, vt ſcilicet ſubditi Regis certius proui-
ſiones conſequantur in his caſibus, quibus Ordina-
rij prouidere non poſſunt, ne ſemper Romam ire 7
cogantur, vt ſi agatur de diſpenſationibus in gradi-
bus conſanguinitatis, affinitatis, cognationis, ſpiri-
tualis, & publicæ honeſtatis in gradibus ſibi per fa-
cultates promiſſis, de promotione illegitimorum
ad ſacros ordines & beneficia curata, & diſpenſa-
tione eo nomine facienda, de beneficiis in Com-
mendam concedendis, Chopinus *dict. lib. 2. titul.* 6.
numer. 5. de Sacerdotiis nondum vacuis certis per-
ſonis aſſignandis, ita vt ſequuta vacatione ordina-
rius ea conferre nequeat, *cap. præſenti de offic. lega. in
6.* Specula. *in §. nunc tractemus titul. de legato*, Cho-
pinus *dict. numer.* 5. quod tamen nunc ſublatum eſt
de penſionibus ex cauſa reſignationis, tranſactio-
nis ac permutationis vt æqualis reddatur imponen-
dis de incapacitate ad beneficia ratione criminum
incurſa, & de irregularitate abolendis de abſolutio-
ne ab excommunicatione pleriſque in caſibus &
infinitis aliis quæ Ordinarij facere non poſſunt, quo-
rum tamen facultas Legato de Latere, de quibus
Ioannes Selua *tractat. de benefic. part. 2. quæſtion. 3. nu-
mer.* 46. Nicolaus Boerius per totum, Hieronym.
Alba *tractat. de Cardin. quæſtion. 42. cum ſequentibus*,
eadémque & nullo maior Legato vel Vicelegato A-
uenionen. eſt conceſſa, qua in re maxima inconue-
nientia accidere poſſunt, dum per tempus non licet
Roma prouiſiones habere, quin & in iis quæ Ordi-
narij poſſunt, & cum quibus Legati, ſaltem de
Latere concurrunt *cap. 1. de offic. legat. in 6.* Chopi- 8
nus *dict. numer.* 5. Æneas de Fadro *de benefic. reſeru.
pla. 2. prælud. 2. numer.* 1. & nondum quoad beneficio-
rum collationem cum ſcripto Ordinario collatore,
ſed etiam cum alio inferiori collatore, Roman. *con-
ſil. 361. numer. tertio.* Intereſt Reipublicæ, vt ad-
ſit Legatus Auenionenſis, vt ſcilicet ſubditi Re-
gis plures habeant, ad quos recurrere poſ-
ſint.

Quoad verò iura Regis vel Eccleſiæ Gallicanæ
per reſtrictiones & modificationes in literis Regiis
appoſitas, ne illis præiudicium fiat, optimè proui-
ſum eſt, & quatenus non fuiſſet, Ampliſſimus Se-
natus pro ſumma eius prudentia prouideret, ſicut
aliàs fecit, in homologatione facultatum dicti Car-
dinalis Borbonij. Et quoad iura Archiepiſcopo-
rum, Epiſcoporum & Ordinariorum, exceptis bene- 9
ficiorum vacationibus per obitum, & reſignationi-
bus quæ ab infirmis fiunt, qui tanto tempore non
viuunt, vt Romæ reſignatio fieri poſſit, nullum
in cæteris præiudicium prætendere poſſunt, cùm in
iis ad Romanum Pontificem recurri poſſit: imò
intereſt Reipublicæ, vt ſubditi à Legato vel Vice-
legato citius & facilius quod ſibi neceſſarium eſt,
conſequantur, ſed & quoad dictas vacationes per o-
bitum & reſignationes ab infirmis tardò contingit, vt
ſi iure ſuo fruſtrentur, cùm citius obitum beneficia-
torum quàm Vicelegatus ſcire poſſint, & regula
de viginti in reſignationibus coram Ordinario fa-
ctis in Gallia non habeat locum, Rebuffi *opinione
in tractat. nominat. quæſtion. 17. numer. 5. reprobata*, Pa-
pon. *libro 3. titul. 2. arreſt.* 1. Maynard. *lib. 1. cap.* 53. Cho-
pinus *de ſacra polit. libro 1. titul. 6. numer.* 5. Loüet
litera B. numer. 42. fusè Gregorius *in inſtit. rei benefic.
cap. 31. numer.* 16. Sed planè tantum abeſt, vt
huiuſmodi conſideratio ſit alicuius momen-
ti, quin potius interſit admodum Eccleſiarum

&

& ſubditorum Regis, vt huiuſmodi reſignationes & impetrationes in legatione Auenionenſi fieri poſſint: quoties enim eæ pendent à mera & ſola voluntate Ordinariorum, nec aliò quàm Romam recurri poteſt: quod, vt, antequam fiat, Ordinarij inanem reddunt Romanã prouiſionem eos præueniendo, ſcitur quomodo Ordinarij poſſint ſuis famulis & à ſe dependentibus conſulere, doctos & benemeritos reúcere, cui malo ſoccurritor, ſi in legatione Auenionis prouiſiones fieri poſſint, præſertim, cùm Legati Auenionenſes huiuſmodi reſignationes admittere & beneficia per obitum vacantia primo petenti ſoleant concedere, idoneo tamẽ & capaci, qui propterea ad id deputatos examinatur, vel examini ordinario committitur, ideóque cùm aliæ de tempore Benedicti XIII. cui in ſchiſmate, cui obediebat Gallia, omnes prouiſiones Apoſtolicæ ſublatæ fuiſſent, viſo abuſu Ordinarij, & quantum intereſſet, ne ij ſoli beneficia conferrent, ad inſtantiam Vniuerſitatis Pariſienſis reſtitutæ fuerunt, Paſcaſ *in ſuis perquiſitionibus Gallicis & ſis recherches lib.3.c.18.col.2.*

Poſtremò, ſi huiuſmodi ratio eſſet conſideranda, ſequeretur nunquam Legatos in Gallia deputandos, cùm tamen ab omni tempore contrarium ſemper viſum fuerit, & nulla habita ratione iuris Ordinariorum, ipſorum facultates, cum quibuſdam tamen modificationibus, receptæ fuerint, vt conſtat
12 ex ſupradictis Legatis Verallo, Aretino, Caietano, & ante eos in Legato de Ambaſia ab Alexandro VI. cuius legationis reſcriptum iuſſu Ludouici duodecimi in Curia promulgatum fuit Boiſio Cardinali à Leone decimo, Nonis Septembris anno 1509. Patrano Senatum Epiſcopo Cardinali à Clemente ſeptimo pridie nonas Ianuarij anno 1529. Legatis creatis, Chopin. *dict.lib.2.titul.4.numer.3.* & ante eos omnes fuit Epiſcopus Arelatenſ. in Galliam & Britanniam *cap. in Galliam 25. quæſt.2.* Cardinalis, de quo *in cap.1.de poſtula.prælato, & cap.nouit de offic.lega.* alius Cardinalis, de quo *in cap ſuper quibuſdam, §.fin.de verborum ſignificatione.* Cardinalis Albeoe, de quo Ioannes And. *in addit.ad Specula.de offic.leg.§.qualiter*, & alij quos refert Nicolaus Boerius *dict. tract. numer.31. verſ.6. & vltimo*, & tamen in illis difficilius debuiſſent recipi facultates, cùm latiùs ſe protenderent; & quibus ſic præmiſſis reſpondetur ad ea quæ in con-
13 trarium per dictum Syndicum deducta fuerunt, ac primùm, cùm contendit Legatum non poſſe Vicelegatum aut Vicarium deputare *ex cap. Clericos de offic. vicarij.* Reſpondeo hanc ſententiam eſſe iuri contrariam, quo certum eſt huiuſmodi Legatos, præſertim de Latere, poſſe Vicelegatum vel Vicarium deputare, Panormit. *in cap. nouit numer.3. de offic. lega.* Gambia *de offic. & poteſt. Lega. de Latere lib.8.de poteſta. lega. in iudicia numer.8.* & in terminis Marcus *lib.1. quæſtion.317. per totam*, & in terminis Legati Auenionen. quòd Vicelegatum vel locum tenentem poſſit deputare, docet Bertrandus *conſil.73.lib.1. poſt & conſil.117. numer.2. eodem lib.* & ipſemet Chopinus fatetur *dict.titul.6.* qui tamen fallitur in eo quod exiſtimat Vicelegatum creari ſolum, quod Comitatum Venaiſſinum & dominia temporalia ſummi Pontificis: nam verius eſt huiuſmodi Vicelegatum creari in omnibus prouinciis Legato Auenionenſi commiſſis, vt docet Bertrand. *dict.conſil.117.numer. 3. circa finem*, idque potuiſſe facere in vim ſuæ legationis & ex vſu & obſeruantia in dicta legatione ſequuta: omnes enim Legati Vicelegatos deputarunt in omnibus prouinciis ſibi commiſſis, eandémque facultatem, quam habebant, ipſis conceſſerunt, vt experientia docet, & teſtatur Bertrand. *dict. conſil.117.* & quæ conſuetudo in talibus valet & præbet facultatem hoc faciendi per hoc quod habetur *in l. cum prætor §.1.* & ibi gloſſ. *de iudic.* & hoc ibi etiam voluit Angel. & Bertrand. *dict.conſil.117.numer.8.* poſſe, inquam, facere Vicelegatum ex vi legationis, etſi in ſuis literis expreſsè hoc non diceretur, 14
ex vſu & obſeruantia ſecuta euinceretur: nulla enim melior deſumi poteſt interpretatio, quàm ex obſeruantia ſecuta, Menochius *conſil.390.numer.16.* Crauetta *conſil.1. pro genero, numer.318.* & verba contractus declarantur ex conſuetudinib. & modo vtendi, Bartol. *conſil.59. volum.1.* ſicut etiam fallitur dictus Chopinus, cùm dicit Legatum eſſe Auenionen. Archiepiſcopum: nihil enim habet commune legatio cum Archiepiſcopatu, nec Legatus eſt Archiepiſcopus Auenionen. niſi Archiepiſcopus creetur Legatus, aut Legato conferatur Archiepiſcopatus, cuius ſententiæ, quod ſcilicet Legatus poſſit facere Vicelegatum, rationes ſunt eæ ipſæ, quas dictus D. Syndicus pro ſuæ ſententiæ fundamentis proponit, quæ tantum abeſt, vt eam aſtruant, quin potius omnino deſtruunt, eæ verò ſunt, quia, vt ipſe inquit, ſummus Pontifex Legato vices ſuas commiſit *cap.1. & 2.de offic. lega. in 6.* ſed ex eo ſequitur Legatum vices ſuas committere poſſe, quia delegatus à 15
Principe poteſt ſubdelegare, *l. a iudic. Cod. de iudic.* & ibi Iaſo. Bartol. *in l. vnica in fin. Cod. qui pro ſua iuriſdiction.* Bartolus & alij *in l.1. de offic. eius*, vbi latè Iaſ. Ranchi. *ad Guido.q.624.*

Altera ratio eſt, quia, inquit, Legatus eſt Ordinarius in prouincia ſibi commiſſa, & qui non niſi 16
Cardinalis creari poteſt, vt dicatur de Latere, *cap. ad eminentiam de ſentent. excommu. cap. volentes de offic. lega.* Panormit. *in cap.1.eodem*, & verum eſt *cap. 2. de offic. lega. in 6. clem. 2. de offic. ordinar.* Feda. de ſen. *conſil.191. circa fin. verſ. etſi obſcuretur*, Calder. *conſil. 182. in fin. alias 2. de offic. lega.* Bertrandus *dict. conſil. 117. numer. 2.* Gregorius Tholoſanus *in partit. iuris Can. lib.5. titul.5. cap.2.* in quo etiam fallitur Chopinus, dum *dict. titul. 6. numer. 3.* putat Legatum Auenionen. eſſe ſolum ordinarium in prouincia in temporali Sanctiſſimo ſubdita, non in Vienen. Ebreduneo. & cæteris Galliæ prouinciis, nam textus & Doctores ſuprà citati diſertè contendunt eſſe ordinarium in omnibus prouinciis ſibi commiſſis, & nominatim Bertrandus *dict.conſil.73. numer. 7. & dict. conſil. 117.* neque enim in deputatione Legatorum habetur vlla ratio dominij temporalis Sanctiſſimi, ſed ſolùm poteſtatis ei competentis, etiam non dato dominio temporali, quod tamen ſi adſit, quædam alia poteſt Legatus, ſed hoc nihil ad rem, nec ex eo quod Legatus in Galliam conſtitutus non niſi poſt regiſtrationem & publicationem ſuarum literarum legationis poteſt facultatibus ſuis vti, Papon. *lib. 2. titul.1.ar.1.* Gregorius in ſyntagmat. *lib.15.titul.4. in fin.* ſequitur non eſſe Ordinarium, & non benè arguit Syndicus: hoc enim exercitium legationis non qualitatem ipſius, an ſcilicet ordinaria vel delegata ſit, reſpicit, & hoc generale eſt, vt omnium etiam Magiſtratuum Regiorum literæ regiſtrentur & publicentur, antequã eas exerceant, & huiuſmodi regiſtratio & publicatio fit, vt videatur, an quid commiſſum ſit contra iura Regia vel Eccleſiæ Gallicanæ, non vt alteretur natura & qualitas, quæ Legatis à iure data eſt: at verò ex huiuſmodi ratione, quòd ſcilicet Legatus Ordinarius ſit, ſequitur

Legatum poſſe creare Vicelegatum, cùm certiſſimum in iure ſit ordinarium vices ſuas alteri in totum vel pro parte committere poſſe *l. ſolet cum l. ſeq. ff. de iuriſdict. omn. iudic.* & nominatim, quod Legatus vices ſuas alteri in totum vel pro parte committere poſſit, ſicut cæteri ordinarij, probatur *ex c. ſtatutum de reſcript. in 6. & c. cum Bertold.* & ibi notat Panormit. *de re iudica.* alia poteſt dari ratio, quia Legatus in prouinciis ſibi commiſſis poteſt illa omnia quę poſſunt Primates, Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates & omnes alij illarum prouinciarum ordinarij *c. legatos de offic. lega. in 6.* Io. And *in rubr. de offic. lega. in gloſſ & in c. 1.* Calderi. *conſ. 457. alias vnico de Baptiſmo in princ. imò ampliorem*, Bertran. *conſ. 73. n. 1. lib. 1. poſt.* ita vt in ſua prouincia dicatur Epiſcopus exemptorum, Calderi. *conſil. 81. quod eſt 1. de offic. lega.* At verò Epiſcopus poteſt ſibi conſtituere Vicarium *c. fin. de offic. vica. in 6.* multo ergo fortius, vt inquit Bertran *d. conſ. 117. nu. 2.* aut ſaltem non minus hoc poteſt Legatus.

18 Confirmatur etiam, quia Legatus de Latere ea omnia poteſt quæ ſummus Pontifex ſi ſpecialiter non reſeruauit, quia vices eius gerit *c. cum venerabilis de conſuetu. & c. 1. de offic. lega.* Specula. *in §. ſupereſt § nunc tractemus, & §. nunc oſtendendum verſ. legatus de offic. lega.* imò ſecundùm eundem Specula. *in d. §. ſupereſt col. 7.* quibuſdam iiſq; ue paucis de quibus Spec. *in d. §. nunc oſtendendum*, poteſt etiam Legatus interpretari mandatum D. Papæ *c. 1. de poſtula. prælato.* qua de re fusè Boerius *d. tract. num. 6.* quemadmodum igitur Papa, ita & Legatus Vicelegatum creare poteſt.

Quæ adeò in iure vera ſunt, vt, quod magis eſt,
19 dictus Vicelegatus Vicarium & locum tenentem ex cauſa, vt abſentię, & ad tempus creare poſſit, vt fusè docet Bertrand. *d. conſ. 117. nu. 4. in fi. cum ſeqq.* & Marc. *d. q. 327.*
20 quemadmodum Vicarius Epiſcopi poteſt alium Vicarium de conſenſu vel mandato eius conſtituere, Fede. de Sen. *conſ. 302. in fin. verſ. recipiamus ergo*, Mar. *d. q. n. 23.* quorum ratio eſt, quia & Vicelegatus & Vicarius ſunt Ordinarij, qui propterea omnia ſibi commiſſa alteri delegare poſſunt, vt fusè docet Bertrand. omnino videndus *d. conſ. 117.* & variis rationibus comprobat, vt in effectu penes Boer. Card. de Ambaſia, Vicelegatus de Stagno deputauit alium Vicelegatum, & noſtris temporibus Card. de Armeniaco Borbonij collega ſeu Vicelegatus cùm in Prouinciam prouinciæ mandato Regis ſe conferret, tumultuum ſedandorum cauſa, Dominicum de Grimaldis tunc Rectorem Comitatus in Vicelegatum deputauit.

21 Nec obſtat *c. Clericos de offic. vicar.* illud enim intelligendum eſt de Vicario qui ſecutus in diuinis, cuius ad hoc induſtria cenſetur electa, & ita intelligendum eſſe docet Panormit. *in rubr. dict. titulo*, & prætereà quomodocumque intelligatur etiam in terminis in quibus verè intelligendum eſt, ad tempus & ex magna cauſa, modò non nimis frequenter, poteſt Vicarius alium relinquere loco ſui, ex Hoſtien. *in d. c. clericos*, & Panormit. *circa fin* Denique hoc caput non poſſet opponi in quæſtione, an Legatus Vicelegatum creare poſſit ſed in alia, an Vicelegatus Vicarium poſſit creare, quemadmodum Bertran. quoad eam quæſtionem illud opponit *d. conſ. 117. n. 5.* & reſpondet vt ſuprà diximus ex Hoſtien. quem ſequitur Io. de Imo. *in d. c. clericos verſ. licet autem in iure.*

Poſtremò ſopradicta certiſſima ſunt in caſu noſtro, quo deputatio dicti Vicelegati fuit per Papam confirmata, & per breue Apoſtolicum omnia ei conceſſa, quæ Legatus petierat, quo caſu ab ipſo ſummo Pontifice cenſetur creatus, vt infrà latiùs demonſtrabitur, vt iam quæri non debeat, an Legatus Vicelegatum, ſed an Papa Vicelegatum creare potuerit, nec refert quòd Vicelegati nomine eum deſignauerit, qui non propterea minus omnia poteſt quæ Legato de Latere competere poſſunt, cùm nominatim ei conceduntur. Nam & ſolent ſummi Pontifices quandoque in legatione Auenion. gubernatores conſtituere, qui cùm Cardinales non ſint, Vicelegati titulo deſignantur, qui tamen vi Legationis eaſdem facultates habent quam haberent Cardinales, & ſic de Latere Legati creati, quemadmodum noſtris temporibus vidimus in bon. mem. Dominico de Grimaldis Archiepiſcopo Auenion. poſt obitum Cardinalis Borbonij.

Epiſcopo Biſigniacenſi, rurſus eodem Grimaldo, & poſt eius obitum Illuſtriſſimo Sauello, & Illuſtriſ. Carolo de Comitibus nunc Cardinali, qui omnes ne dũ facultates de iure communi Legatis de Latere competentes vi Legationis habuerunt, ſed longè plures & maiores, quæ conceſſæ ſunt per facultates Legationis, vt ex lectura compendij earum typis mandati patet.

Sed inſtabitur hæc quidem in iure vera eſſe, ſed in 22
Gallia hoc receptum eſſe, vt Legati Vicelegatos vel Vicarios deputare non poſſint, vt atteſtatur Rebuff. *titu. de reſeruat. in concord. § an cathedralibus tamen, verſ. ſubſtitutus tamen*, & allegat arreſtum Senatus Pariſienſis de anno 1519. die 5. Septembr. in regiſtratione facultatum Legati de Boiſio, & ſequitur Chopin. *dict. lib. 2. tit. 4. n. 3. & tit. 6. nu. 5.* ſed ad hoc variis modis reſpondetur. Primo huiuſmodi reſtrictionem factam fuiſſe, ne per ſubſtitutum cum ſimili poteſtate eo præſente vel abſente Legatione vti poſſent, vt de Legatis de Ambaſia & du Prat teſtatur, Maynard. *lib. 1. c. 47.* & de Boiſio, Rebuff *d. loco*, & ſequitur Chopin. *locis ſupra citatis*, non quòd iure fieri non potuiſſet, vt ex ſuperioribus patet, ſed quia ita viſum eſt ſupremo illi Pariſienſi Senatui, qui pro ſua prudentia, quæ iuris ſunt prout Reipublicæ Franciæ ſeu Galliæ vtilitas exigit, ſolet temperare & reſtringere, ſed huiuſmodi reſtrictio potius verbalis & pro dignitate tantum tuenda, quàm realis eſt: nam per eam negatur quidem poſſe ſibi ſubſtitutum cum ſimili poteſtate, regentem tamen, cancellarios & alios officiarios habere poſſe permittitur, qui effectu & re ipſa facultates ſuas exerceant, nihil autem refert quo nomine vocetur deputatus à Legato, modò eius facultates exerceat.

Secundò, reſpondetur huiuſmodi reſtrictionem factam eſſe Legatis per Franciam conſtitutis, quibus Legatio ratione perſonæ deputatæ decernitur, ita vt Legatio ratione perſonæ inſtituatur, at ſecus eſt in Legato Auenion. in quo Legatio nõ inſtituitur ratione perſonæ, ſed perſona deputatur & eligitur ratione Legationis iam à multis annis inſtitutæ, quæque in futurũ perpetuo duratura eſt. Vtriuſque autem eſt manifeſta 23
differentia, quia primi generis Legatio non eſt dignitas, ſed ceſſante Legato extinguitur Legatio, nec habet ſucceſſorem, Bero. *in c. quoniam Abbas n. 113. de offic. delega.* vbi dicit communem, Tuſc. *to. 5. litera L. concluſ. 106.* licèt Præſides & Proconſules æquiparentur Legato, qui dicuntur habere dignitatem & ſucceſſorem; tamen illud eſt impropriè, Bero. *in d. c. quoniam n. 104.* Secundi verò generis eſt dignitas & habet ſucceſſorem, & perpetuò durat, etſi deputatio Legati finiatur, Socin. *in conſ. 128. per tot. lib. 3.* & propriè æquiparatur proconſuli & præſidi, imò maiorem illis poteſtatem habet, Specula. *in d. tit. de legato §. nunc oſtendemus*, cùm poſſit omnia quæ poſſet ſummus Pontifex, exceptis quibuſdam *in d. §.* enumeratis, & iis quæ Papa ſpecialiter ſibi reſeruat, vt ſuprà diximus. Atque hanc diſtinctionem cenſuit ipſe Chopin. *d. tit. 6. n. 4.* non mirum igitur ſi reſtri-

ctio

ctio data ad Legatos primi generis non debeat extendi ad hos, cùm in illis potiſſimum habeatur ratio perſonæ, in his verò prouinciæ, cui ineſt legatio, cuius exercendæ cauſa deputantur Legati.

24 Sed inſtabitur, Cardinalem de Ambaſia fuiſſe Legatum Auenion. ideóque hanc reſponſionem, ex huiuſmodi diſtinctione ſumptam corruere. Reſpondetur, dictum de Ambaſia primum fuiſſe Legatum primi generis in regno Franciæ & aliis prouinciis ei adiacentibus anno 1501. nonas Aprilis ab Alexandro VIII. creatum, vt ex literis eius Legatioris in principio libelli dicti Nicolai Boerij inſertis conſtat, & in regiſtratione facultatis eiuſdem fuiſſe tunc huiuſmodi reſtrictioné adhibitam ex Chopin. *d. tit. 4.* & Maynard. *d. c. 47. nu. 1.* dum de d. de Ambaſia, do Prat & aliis in Franciam Legatis loquuntur: dicto enim tempore quo d. de Ambaſia fuit in Franciam Legatus creatus, Legationi Auenion. præerat Iulianus de Ruere, qui cùm poſtea dict. anno ſcilicet 1503. in Pontificem Maximum fuiſſet electus, Legationem quoque Auenionenſem d. de Ambaſia commiſit, cui quoad hanc Legationem nullam huiuſmodi fuiſſe factam reſtrictionem ex eo colligitur, quòd eam per Vicelegatos, imò per Vicelegatorũ Vicarios rexerit & gubernauerit, ex Bertrand. *d. conſ. 73. & 117. lib. 1. poſter.*

Rurſus inſtabitur, Cardinalem Borbonium Legatum tantùm Auenionenſem fuiſſe, & nihilominus eadem reſtrictionem de non exercendo legationem pag aliam fuiſſe factam, apud Maynard *lib. 1. c. 50.* Reſpondetur id verũ eſſe, ſed verbo tenus, an ſtatim poſtea facultates Cardin. de Armaniaco & ipſis Vicelegati nomine propter dignitatem Collegæ Senatus receptæ.

Tertiò, reſpondetur in caſu, in quo verſamur, nos eſſe extra dubium, cùm facultates dicti Archiepiſcopi Patracenſis fuerint per ſummum Pontificem confirmatæ, tunc enim cenſetur ipſe Pontifex illum conſti-
25 tuiſſe, Bertrand. *d. conſ. 117. n. 3.* ad quod inducit text. *in l. item eorum § ſi decuriones ibi: parui enim refert ff. quod cuiuſ vniuerſ. no.* facit text. *in l. 4. § omnia enim noſtra C. de iu. veter. enucle.* & quod habetur *in l. cùm eſſent ff. de ſeruit. ruſt. prædi.* quòd hoc dilemmate neceſſario conuincitur: nam aut d. Illuſtriſ. Burghelius potuit dictum Archiepiſcopum Patracenſem in Vicelegatum deputare, aut non. Primo caſu habemus quod quærimus. Secundo caſu deputatio nullius fuit momenti, & robur accipit à confirmatione, ita vt ac ſi ex confirmatus valeat vt nunc, Caſtren. *conſ. 248. n. 4. in fin. verſ. allud autem lib. 2.* Tuſc *10. 2. lit. C. concl. 706.* vt iam non quærendum ſit, an d. Burghelius, ſed an Papa potuerit Vicelegatum deputare.

Ex quibus nedum ſatisfactum eſt primæ obiectioni dicti Syndici ſed & ſecundæ, qua idem quod in prima aſſerit, nimirum ex priuilegio Eccleſiæ Gallicanæ Legatos de Latere non poſſe deputare Vicelegatum. Tale enim priuilegium negatur, etſi quod ſit profitedum eſt, & præterea quatenus illud ex ſupradictis reſtrictionibus inducere vellemus, verbalis eſſet tantùm reſtrictio, & quoad Legatos primi generis, de quibus ſuprà, tantùm procedetet non in Legato Auen. ex ſupradictis & in omnem euentum in hoc per Papam confirmato locum habere non poſſet.

Non obſtat tertia, qua contendit Legationem Auenionis non habere locum, niſi in terris ditioni Pontificiæ ſubditis, Auenioni ſcilicet, Comitatu Venaiſſino, prouinciis Arelaten. Aquen. & Ebredunen. abſque eo quod prouincia Narbonen. in ea antiquitus comprehenderetur, ideóque & in terris Regiis, de quibus agitur, nominatim hoc aſſeritur ei facultatem dari in prouincia Narbonenſi, non quòd ſit comprehenſa in dict. Legatione, ſed priuilegio ſpeciali, & abſque eo quod in conſequentiam deduci poſſit. Nam reſpondetur huiuſmodi rationem non bene fuiſſe conceptã, neque enim prouinciæ Arelaten. Aquen. & Ebredunen. nec etiam Vieunen. cuius non meminit, ditionis ſunt Pontificiæ in temporalibus, vt ex eo inferat eas potius comprehendi in legatione, quàm Narbonen. quæ ditionis Pontificiæ non eſt: nulla enim ex his ſummo Pontifici in temporalibus ſubeſt, ſed ſolum Auenio & Comitatus Venaiſſinus; quod ſi fuiſſet dictas prouincias, Arelaten. Aquen. Ebredunen. iunxit Auenioni & Comitatui eiuſdémque naturæ eſſe voluit, ideóque comprehendi in legatione quod ſint prouinciæ iuris ſcripti, eadem ratione Narbonen. comprehenditur, quæ etiam iuris eſt ſcripti, Maynard. *lib. 4. 2. cap. 57. & lib. 5. c. 86.* quod ſi intellexit, quia prouinciæ Arelaten. Aquen. Ebredunen. & Viennen. erant alij Principi quàm Regi ſubditæ, faciliùs facultates le- 26
gationis in eis receptas quàm in Narbon. Reſpondetur, Ebredun. & Viennen. longè antè quàm ſedes Apoſtolica Romam tranſlata eſſet, Regi & regno acquiſitas de anno ſcilicet 1343. quo Humbertus Delphinatus Princeps dictum Delphinatum Philippo Valeſio donauit: ſummi verò Pontifices veri quidem vſque ad annum 13-8. vel circa, Antipapæ verò 57. Clemens VII. Benedictus XII. dictus XIII. & Clemés VIII. vſque ad annum 1424. ſedem Auenioni tenuerunt, eiſdemque d. prouinciæ obedierunt, vt ex Chrooicis cóſtat. Prouincia verò prouinciæ & ſic Arelaten. & Aquen. anno quidem 1481. ex donatione per Renatum Ludouico XI facta acquiſita fuit, Paſcalius *lib. 4. c. 17.* prouincia tamen Narbon. omnino tempore Ludouici XII. & ſic anno 1498 fuit Regno vnita. Bened. *dict. verb. & vxorem* nomine Adelaſiam *num. 494. & ſeqq.* Maynard. *d. lib. 4. c. 57.* etſi antea Regi acquiſita fuiſſet, non quòd ſtatus & habitantes eius ſe Regi donauerint, ſed ex ſubſtitutione quam Raymundus Comes Tholoſæ fecerat caſu quo illius eius, qui ad bellum Hieroſolymitanum profectus fuit, & ibi deceſſit ſine liberis maſculis, moreretur & ex matrimonio Ioannæ eius filiæ cum Alphonſo fratre Ludouici IX. qui & ſanctus fuit, contracto, cum pacto quòd ſi nulli ex eo matrimonio liberi ſuſciperentur, Comitatus Tholoſanus cum omnibus dependentiis dominio Regis cederet, nec ex eo quod priuilegia & iura dict. Prouinciæ reſeruata fuerunt, ſequitur facultates legationis in ea non eſſe exercendas. Nam & ſimilis reſeruatio in donatione Delphinatus fuit facta, vt docet Serre ſub Philippo Valeſio. Nihil enim facultates legationis cũ iuribus & priuilegiis temporalibus prouinciarum commune habent, & authoritas ſummi Pontificis ſpiritualis à d. iuribus omnino ſeparata eſt.

Sed quomodocumque intellexerit ſuam rationem, 28
mens ipſius ea fuit, vt contenderet Narbonen. prouinciam nec antiquitus, nec nunc comprehendi legatione, & facultates Legati vel Vicelegati ex priuilegio ſpeciali in vim literarum regiarum exercendas. Cui reſpondetur, an d. prouincia comprehenderetur in legatione antiquitus & vſque ad Cardinalem Farneſium, conſtare ex literis Regiis Cardinali Borbonio conceſſis, de quibus apud Maynard *d. lib. 1. c. 50.* cùm in omnibus deputationibus Legatorum prouincia Narbonen. eodem planè modo, quo cæteræ, exprimeretur, verum tamen eſt, Regem, dum mandauit facultates Cardin. Borbonij regiſtrari & recipi, vt quoad Narbonen. prouinciam id fieret, non quaſi ea comprehenderetur in legatione, ſed perinde ac ſi ſenſim & ſeparatim & per Bullam ſpecialem legato prouinciæ Nar-

bon. ei conceſſa fuiſſet, eodémque modo expreſſit in literis dictis Cardinali Burghеſio & Archiepiſcopo Patraceoſi, idque ob honorem quo voluit dict. prouinciam Narbon. proſequi, tum ob eius amplitudinẽ, latius enim patet quàm cæteræ quatuor ſimul iunctæ, tum vt omnem contradicendi cauſam præciperet, ne forſan aliquis in dubium reuocaret, an comprehenderetur ſub legatione Auenionis, non autem ex priuilegio quodam, cuius nulla mentio. Sed vtcomque ſit, ſiue comprehendatur, ſiue non, hoc nihil ad rem, cùm etſi non comprehendatur, vt Rex nunc clarè vult, ipſe quoque velit, vt facultates ſuas in ea exerceat quaſi ſi ſeparatim & per Bullam ſpecialem legatio ei commiſſa fuiſſet, & quoad defectum nationis per Regem habilitatur: quomodocumque enim regiſtrentur dictæ literæ, d. Legatus & Vicelegatus poſtulata conſequuntur, nec clauſula citra conſequentiam nocet, cùm de voluntate Regis nunc conſtet, & ea appoſita ſit, ne neceſſaria aliqua illatio à regiſtratione in cæteris prouinciis facta ad Narbon. traheretur & à poteſtate Regis ſemper pendeat, an facultates Legatorum ſint in d. prouincia exercendæ necne.

Non obſtat quarta, quæ non tam ratio eſt, quàm replicatio ad reſponſionem, quæ fieri poterat ex receptione Cardinalis de Armaniaco in Vicelegatum ſeu Collegam, de qua ſuprà, quod ſcilicet is Cardinalis eſſet & natione Gallus, ex quo non poſſit argui ad Archiepiſcopum Patracenſem, qui nec Cardinalis eſt, nec
29 Gallus. Nam reſpondetur non haberi rationem dignitatis Cardinalatus, vt facultates recipiantur, vel non, quæ non ex dicta dignitate, ſed ex voluntate ſummi Pontificis, & tenore breuis ad hoc emanati pendent. Scio quidem Legatos de Latere iure communi inſpecto maiores facultates habere quàm Legatos ſimpliciter, Speculat. *in §. ſequitur, & §. nunc diximus de offic.*
30 *lega.* Chopin. *d. tit. 6. n. 2. circa fin. in margin.* ſed vbi cõſtat de voluntate ſummi Pontificis, nihil refert, an Cardinalis ſit necne, quin imò quandoque maiores Legatis de Latere facultates habent, quod in legatione manifeſtè conſtat, quam aliqui non Cardinales ſub nomine Vicelegati exercuerunt, eorum tamen maiores & ampliores ſunt facultates quàm Legatorum de Latere. Quoad defectũ nationis, is aboletur ex literis Regiis, ſed quod huiuſmodi replicatio ſubſiſtere non poſſit, quódque neque defectus Cardinalatus, neque nationis, præſuppoſitis dictis literis Regiis voluntatẽ Regis continentibus, impedire debeat, quominus ducatur argumentum à dicto Cardinali de Armaniaco ad dictum Archiepiſcopum Patracenſem, & idem in eo quod in d. Cardin. faciendum conſtat ex eo quod mortuo d. Cardin. de Armaniaco, dict. Dominicus de Grimaldis à dicto Cardinali Borbonio Vicelegatus creatus facultates legationis in d. prouincia Narbon. perinde exercuit ac d. Cardin. de Armaniaco, cùm tamen neque Cardinalis neque Gallus, ſed Italus eſſet, rurſus & ex eo docetur, quod cùm d. Senatus Tholoſanus recuſaſſet regiſtrari facultates Caroli de Comitibus, tunc Vicelegati Auenionen. nunc Cardinalis in magno Regis conſilio & de eius mandato per arreſtum de anno 1603. & 26. Nouemb. verificatæ & receptæ fuerunt, etiam quoad prouinciam Narbon. ipſemet Chopin. teſtante *d. tit. 6. nu. 3. in vlti. editi. eiuſdem*, cum clauſula tamen citra conſequentiam, vt id ſemper pendeat à voluntate Regis.

Non obſtat quinta, qua contendit Legatum poſſe 31
conferre omnia beneficia in prouincia ſibi commiſſa exiſtentia *ex c. 1. de offic. lega. in 6. c. dilectus ext. eod.* Io. de Selua *in tract. de benefic. in 2. par. q. 1.* ex quo fit præiudicium Archiepiſcopis, Epiſcopis & aliis ordinariis, quibus huiuſmodi ius beneficia conferendi de iure communi competit. Sed ad id ſuprà fusè reſponſum fuit, & 32
e doctum intereſſe ſubditorum Regis, & Eccleſiarum, quibus prouidendum eſt, (quibus potius quàm vtilitati vel authoritati Epiſcoporum conſulendum eſt) vt beneficia à pluribus conferantur, vtque ea reſignatori vel impetraturi ad plures recurrere poſſint, nec neceſſario à voluntate Epiſcoporum pendere debeant, vt experientia docuit, & accidit circa annum 1403. vt ſuprà diximus in longè fortioribus terminis: agebatur enim de collatione beneficiorum per totam Galliam conſtitutorum, Paſcatius ſeu Paſquier *lib. 3. c. 18. col. 2.* præterquam quod varij ſunt caſus, quibus Ordinarij prouidere non poſſunt, vt ſuprà demonſtratum fuit, in quibus per dictum Legatum per Vicelegatum prouideri poterit. Nec aliqua habenda eſt ratio, quòd iure deuoluta beneficia à legatione impetrari poterunt, & inde variæ lites orientur, nam æquè bene eo modo Romæ beneficia impetrari poſſunt, cùm in illis nulla celeritas temporis requiratur, ſicut in aliis caſibus, vt inde legatio vel impedimentum vel incommodum vllum, aut pluralitatem impetrationum allatura ſit: & poſito quòd adeſſet aliquod præiudicium iuris Ordinariorum, ſi id ponderetur cum commodis, quæ ſubditi Regis ex legatione Auenion. conſequi poſſunt, nullam huiuſmodi præiudicij habendam eſſe rationẽ euincitur, cuius ſi aliqua eſſet habenda, ſequeretur multo magis nullam in Gallia legationem longè magis latè patentem admittendam, quæ tamen ſemper admiſſa fuit, & quotidie admittitur, quoties ſummi Pontifices pro exigentia negotiorum Legatos à Latere deſtinant & mittunt.

Non obſtat poſtrema, qua dicitur velle ex eo quid noui introduci ſine cauſa & ratione, cui Clerus ſe ſemper oppoſuit: nam nouum dici non poteſt quod aliàs fuit, ex Bal. *conſ. 366. verba reſcripti n. , verſ. porro ſi quaratur lib. 3.* & nouum non dicitur quod quandoque fuit ſtatutum *c. Achatius 24 q. 1* hoc verò caſu non petitur nouum, ſed vt reponatur quod fuit, vſque enim ad tempora Cardin. Farneſij, & ſic per ſpatium & vltra centum continuorum annorum dictæ facultates fuerunt receptæ in dicta prouincia Narbon. & deinde tempore Cardin. Borbonij per ſpatium 25. vel circa annorum: adde dictum arreſtum Magni Concilij de anno 1603. ex ſuperioribus verò patet maxima cum ratione dictarum literarum regiſtrationem peti, & ſine vlla legitima cauſa dictum Clerum ſe opponere: ex quibus concludo non obſtantibus deductis per dictũ Syndicum videri dictas literas in fauorem dictorum Legati & Vicelegati regiſtrandas & homologandas. Idque eo magis quòd dictus Dominus Vicelegatus ad inſtantiam Regis fuit deputatus, quódque dict. Illuſtriſſim. Card. Burgheſius multa Regi, regnóq; ſeruitia exhibuit, cõtinuátq; exhibere, quódque literæ Regiæ ſunt ſub iiſdem reſtrictionib. conceptæ, ſub quib. erant literę Card. Borbonij: quæ reſtrictiones cùm non eſſent in literis Card. de Aquauiua & aliorum poſt Borbonium: non mirum ſi reiectæ fuerint, & à reiectione illarum ad has non videatur poſſe duci argumentum.

Trebel-

ARGVMENTVM.

TRebellianica,an prohiberi poſſit filiis primi gradus.

Legatum amplum filiæ relictum ſoluendum cùm nupſerit,ſi non nupſit,ſed ingreſſa eſt religionem,an debeatur integrum,an verò ſolum,quatenus aſcendit legitima.

Auia quæ conuolauerat ad ſecunda vota ante mortem nepotis, an ei ſuccedat quoad proprietatem & vſumfructum,an ſolum quoad vſumfructum.

SVMMARIVM.

1 *Trebellianica filiis primi gradus prohiberi nequit.*
2 *Affirmatiua verior eſt & receptior.*
3 *Quia ſi teſtator relicta tantum filio legitima poteſt de cæteris bonis ad libitum diſponere, multo magis Trebellianicam in illis prohibere poterit.*
4 *Et quia de iure ciuili vnam tantum quartam detrahere poteſt,non mirum ſi ea prohiberi nequit,de iure Canonico ſecus,legitimam ſcilicet vt filius,& Trebellianicam vt grauatus,non mirum ſi hæc quam detrahit vt extraneus prohiberi poſſit.*
5 *Affirmatiua certiſſime procedit quando Trebellianica detrahitur poſt mortem filij.*
6 *Item quando filius adiuit ſimpliciter hæreditatem patris.*
7 *Et ſubſtituta eſt filia teſtatoris & de ea agitur contra extraneum.*
8 *Caducata prima ſubſtitutione ſequens admittitur.*
9 *Extenſio fit de caſu ad caſum ex identitate & maioritate rationis.*
10 *Subſtitutio cenſetur facta in omnibus, in quibus is cui fit,honoratus fuit.*
11 *Agnationis conſeruatio operatur extenſionem.*
12 *Ante diem legatum peti non poteſt , cum ante diem tempus non venerit.*
13 *Et ante diem fructus etiam ex certo fundo legato percipiendi ſpectant ad heredem.*
14 *Legata in diem certum tranſmittuntur.*
15 *Fructus legati in diem non debentur.*
16 *Monaſterium non habetur loco filij ſi dictum eſt de legitimis & naturalibus,maxime ſi adiectum eſt,& ex legitimo matrimonio procreatis , vel clauſula omni fictione ceſſante.*
17 *Legata,quibus minus relinquitur filiæ ſi ingrediatur monaſterium valida ſunt.*
18 *Conditio vel tempus nuptiarum non dicitur extitiſſe aut veniſſe per matrimonium ſpirituale.*
19 *Contraria ſententia receptior eſt.*
20 *In hoc tamen conueniunt omnes hoc eſſe in præſumpta voluntate teſtatoris.*
21 *Verba teſtatoris iuxta communem vſum loquendi intelligenda ſunt.*
22 *Ab eo quod communiter fit & intelligitur concludens ducitur argumentum.*
23 *Actus inutilis ita declarat voluntatem agentis ac vtilis.*
24 *Vna pars teſtamenti aliam declarat.*
25 *Eadem eſt ratio interpretandi conditionem ſi ſine liberis naturalibus & legitimis &c. & matrimonium in cuius tempus legatum ſolui debet.*
26 *Vltima voluntas tacite per pactum inter viuos etiam inutile & infirmum reuocatur & tollitur.*
27 *In vltimis voluntatibus primus actus validus tollitur per ſequentem inualidum.*
28 *Legatum adimitur nuda voluntate & ſufficit ſi ex coniecturis appareat mutatio voluntatis.*
29 *Ceſſante cauſa legati ceſſat legatum.*
30 *Auia quæ conuolauerat ad ſecunda vota ante mortem nepotis & neptis ijs ſuccedit ſolum in vſufructu quoad bona ex ſubſtantia eius primi mariti prouenientia.*
31 *Quoad vero aliunde quæſita quæſtio eſt controuerſa.*

CONSILIVM LXIV.

IN cauſa compromiſſi Illuſtris &
Potentis Dominæ Catharinæ de
Ioyoſa Dominæ Doyſe agentis, &
Magnifici Domini Pauli de Fortias
Domini de Mont-real & Domicellæ
Catharinæ de la Sala Dominæ
de Gardia coniugum ſe defendentium
ratione ſucceſſionis Magnifici quondam Pauli
de la Sala d. Catharinæ fratris germani ac d. Dominæ
Doyſe & Margarita filia & matre reſpectiuè nepotis,
dum concordes ſumus dictas Dominam Doyſe auiam
maternam & Dominam de Gardia neptem ſimul
ſuccedere d. Paulo nepoti & fratri reſpectiuè ab
inteſtato defuncto, & præſuppoſito fideicommiſſum
teſtamento Illuſtris quondam Clementis de la Sala
domini de Gardia appoſitum apertum eſſe in fauorem
dictæ Catharinæ de la Sala eius filiæ per obitum dicti
Pauli ſine liberis,tria dubia in iure occurrunt decidēda,
vt ſciatur quanta ſit hæreditas d. Pauli. Primum,
an d. Paulus nedum legitimam, ſed etiam Trebellianicam
ex bonis fideicommiſſo ſubiectis detrahere potuerit,
non obſtante expreſſa prohibitione quam dict.
Clemens in d. teſtamento fecit,& ſic an Trebellianica
filij primi gradus prohiberi poſſit? & Bald. quidem & 1
plerique eius ſequaces negatiuam amplexi fuerunt, &
quidam ex illis hanc communem , quidam alij magis
communem, & in iudicando ſequendam aſſeruerunt
nixi potiſſimum *text. in l. iubemus C. ad Trebell.* in qua
cùm Pater non poſſet facere , vt fructus imputentur
in Trebellianicam , multo minus eam prohibere poteſt,
ſed eam, eiuſque fructus filius non obſtante quacumq;
prohibitione habere debet: Et quamuis multi
ſpecioſè dicantur pro huius ſententiæ confirmatione,
nihilominus affirmatiuam & veriorem. Et receptiorem 2
eſſe cenſemus,& in caſu in quo verſamur, & in hac ciuitate
Auenion. omnino in iudicando ſequendam: veriorem
quidem ex infallibili ratione, quam ex Carolo
Ruin. *conſil. 173. lib. 1* deducit Creſcent. *de teſtament. de-* 3
ciſ. 2. alias 129. nam ſi teſtator,inquit,relicta tantum filia
legitima poteſt de cæteris bonis ad libitum ſuum
diſponere, quare eſt quod in illis non poteſt Trebellianicam
& omnem detractionem prohibere? Nec valet
reſponſio, quam quidam ex iis qui ſequuntur negatiuam
ortuntur dare, nimirum patrem non inſtituendo
filium poſſe id facere, ſed poſtquam ſemel inſtituit nō
poſſe, ponunt enim pro reſponſione quod eſt in quæſtione
& in dicto, id enim eſt quod dicitur poſſe patrē
prohibere cùm filium inſtituit, cùm poſſit ipſum non
inſtituere,& legitimam tantùm relinquere. Neque enim
vlla ſolida ratio diuerſitatis dari poteſt , cur non
poſſit prohibere inſtituendo , ſicut extraneum inſtituendo
poteſt filio tātum legitimam relinquere, quin
imò cùm filium inſtituit, eùmque magis honorat, illi-

Digitized by Google

quæ permittit vltra legitimam fructus totius hæreditatis percipere, debet multo magis illi eſſe permiſſum Trebellianicam prohibere; nec Marthæ reſponſio *voto* 113. *nu.*4. ſubſiſtit, cùm ait dictam rationem Rotæ eſſe contra *l. iubemus* cùm eo iure vna tantum quarta detraheretur, etſi filius Trebellianicam elegiſſet, eam indueret naturam legitimæ, vt mox dicetur.

4 Alia etiam ratione verior probatur hæc ſententia, quia certum eſt iure ciuili filium primi gradus vnicam tantùm quartam detrahere potuiſſe, Bertrand. *conſ.*161. *n.*2. *lib.*7. non mirum ſi ea neque nouo, neque antiquo iure prohiberi potuit, cùm verò iure canonico duæ quartæ filio debeantur, legitima ſcilicet iure naturæ, & Trebellianica tanquam grauato de reſtituenda hæreditate, ſine dubio Trebellianica prohiberi poteſt à teſtatore, quam vt extraneus non vt filius detrahit, vt doctè ex verbis & deciſione textus Pontificij docet Emanuel à Coſta *in cap. ſi pater* verbo *Trebellianica n.*13. *verſ. ſolum ergo de teſtam. in* 6 & ea natura rei probatur, nam ſi vt filio Trebellianica ſimul & legitima deberetur, illi ea ſemper deberetur & debita fuiſſet, cùm tamen niſi ea iuris Canonici diſpoſitione, & in caſu fideicommiſſi conditionalis debeatur, hancque rationem fuſius deducunt Cuiac. *conſult.* 35. *& obſeruat. lib.* 8. *c.*3. Ferrer. *ad Guid. q.*51. & Pelé *quæſt. illuſtrium q.*51. *art. fin.* & per hanc iidem Cuiac. & Ferrer. reſpondent *dict. l. iubemus*, (præter varias alias ſolutiones, quas ſolent Doctores dare, & nominatim Beren Feroand. *in l. in quarta n.*316. *ad l. falcid.* & fuſiſſimè Tob. Non. *conſ.* 90. *nu.* 23. *&* Vi. *dec.*3. Marc. Anto. de Amatis *dec.*11. *n.*16. *& ſeqq.* nam ea intelligenda eſt ſecundùm ius ciuile, quo filio vna tantùm quarta dabatur, at cum iure canonico duas quartas filius detrahat, vnam quaſi filius, alteram quaſi extraneus ea Senatuſconſ. Trebellian. conſequens eſt conſentaneum, vt Trebellianica prohiberi poſſit, Vui. *dec.*3. *numer.*8. Bertrand. *conſ.*101. *numer.*2. *lib.* 7.

Receptiorē verò eſſe patet ea dinumeratione quam fecit dict. de Amatis *d. deciſ.*11. pro negatiua enim recenſet tantum 39. ex quibus tamen 9. demendi ſunt, quòd ſibi ipſis contrarij ſint vt oſtendit *numer.* 18. *cum ſeqq.*

Pro affirmatiua verò 52. quorum 25. eam approbant in lecturis & ex quibus plures ſunt antiquiores quàm pro negatiua, & quorum plerique eam magis communem aſſerunt; & præter eos eam amplectuntur de Amatis ipſemet *d. dec.*11 *per tot.* Gaſpar Theſaur. *quæſt. forenſ. lib.*1. *q.*20. *n.*2. Cuiac *d. conſult.* 35. Ferrer. *d. q.*51. Peleus *in quæſt. illuſtr. quæſt.* 51. *circa finem fol. mihi* 275. vbi ſolemni arreſto in rubeis veſtibus quod vim legis ſolet habere lato 6. Auguſti 1575. eam ſententiam Senatum Pariſienſem fuiſſe ampleaum teſtatur. Maynard. *aux notables queſtions lib.*5. *c.*49. *n.*2. Apoſtill. ad Alex. *conſ.* 67. *n.*2. *lib.*1. & ad Dec. *conſ.*480. *n.*13. Marc. Burn. *conſ.* 76. *n.*21. Federic. Scot. *conſ.*17. *n.*11. *lib.*2. *to.*2. Franc. de Anchar. *tom.*2. *conſ.* *vltima volunt.* per Zi. collectorum *conſ.*125. *nu.*8. *cum ſeqq.* Firman. *in repert. ſuo verb. Trebellianica verſ.*15. Illuſtriſſimus Tuſc. *tom.*8. *lit. T. concluſ.*325. *n.*2. Cephal *conſ.*153. *n.*67. Fachio. *conſ.*23. *n.*16. *lib.*2. *& controuerſ. lib.*12. *c.*11. vbi fuſiſſimè articular, diſputat & reſpondit *l. iubemus*. Monticul. *tract. de inuentario c.*10. *n.*395. *& ſeqq.* Honded. *conſ.* 59. *num.*37. *vol.*1. *par.*4. *& conſ.* 66. *n.*9. *vol.*2. *par.*4. qui teſtatur Rotā Rom. ſecundùm eam opinionem iudicare, & in dubio à Rotæ Rom. deciſione non eſſe recedendum & fuſiſſimè Intrigl *in tract. de ſubſtitution. cent.*3. *q.*71. *nu.* 95. *&* 97 Ludo. à Peguer. *deciſ* 107. Turret. *conſ.*81. *n.*17. Ladenas *conſ.*26. *n.*11. Petr. Gregor. *in ſyntag. iur. par.*3. *lib.*42. *c.*31. *ſub nu.*14. & alij multi, quos vbi per tempus licebit adducemus. Et inter allegatos à Domino de Amatis omnino vidēdus eſt Tob. Nonius, refert enim Doctores hinc inde tenentes, & hanc receptiorem & veriorem per varia fundamenta docet. Illud etiam animaduertendum eſt pleroſque negatiuam tenentes loqui in filio qui rogatus eſt extraneo reſtituere, & nominatim Martha *vot.*113. & ex eo deducere æquitatem in fauorem filij contra extraneum, ſed nos verſamur in filio rogato reſtituere ſorori filiæ teſtatoris, quæ prohibitione paterna vtitur aduerſus auiam maternam, ita vt æquitas contra ipſam auiam omnino militet, Clar. *in §. teſtam q.*63. *verſ. non poteſt negari*, Tob. Non. *dicto conſ.*90. *nu.*18. & qui Martha in vanum dec. de Amatis euertere nititur.

Sed in hoc conflictu Doctorum vtramque ſuam ſentētiam magis communem aſſerentium abſque dubio ſtandum eſt Rotæ Rom. Honded. *d. conſ.* 59. *nu.*37. affirmatiuam magis communem atteſtanti, vt per Farinac. *deciſ.* 35. *nu.* 1. & quæ deciſio eſt Illuſtriſſ. Mantic. quod notandum eſt.

Et quæ ſententia in pleriſque tribunalibus eſt in Viridi obſeruantia, vt Mediolan. Curia in memorabili verbo *Trebellianica*. Marchiæ Anconitanæ de Amatis *d. dec.*11. *n.*8. *circa fi.* Lucenſ. & Peruſinus. de Amatis *d. loco n.*37. Senatu Neapolit. de Franch. *deciſ.*11. *n.*19. *verſ. & hanc opinionem & dec.*612. *num* 1. *&* 2. Viu. *dec.*3. *lib.*1. cuius ſententia in iudicando prævalet & quā ſcribendo tenuit Senat. Tholoſ. Maynard. *d. c.*49. *n.*2. Pariſienſis totius Galliæ nominatiſſimo Peleus *d. qu.*51. *Aquen.* Bertrand. *conſ.*152. *nu.*12. *lib.*1. *poſt.* & in omnibus ſupremis Senatibus Galliæ (excepto Gratianopolitano) necnon in Catalonia Ludou. à Peguer. *dec.*107. & quod omnibus præferendum eſt in Rota Rom. vt per Creſcent. *d. dec.*2. *de teſtam. & nouiſſ. p.*1. *dec.*693. *nu.*4 *& p.*2. *dec.*313. *in princ.* Farinat. *d. dec.*135. *num.*1. Cuius Rotæ ſententiam nos Auenione nulla præſertim exſtante obſeruantia, (quin imò exiſtimandum eſt obſeruantiam eſſe pro affirmatiua in hac patria eum Steph. Bertrand. qui erat locum tenens Rectoris & Præſes Cameræ in Comitatu Venaiſſino, hanc atteſtatur magis communem, & ab ea in iudicando non eſſe recedendum *conſ.* 152. *n.*12. *lib.*1. *poſt. & conſ.*151. *n.*1. *lib.*7.) in contrarium amplecti debemus cùm ſi ſecūdùm negatiuam ferremus ſententias per appellationem Romam deuoluta cauſa, huiuſmodi ſententiæ reuocarentur, quod tanto magis hoc caſu dicendum tribus concurrentibus.

Primo, quia fideicommiſſum eſt poſt mortem filij, ſcilicet ſi filius hæres ſine liberis deceſſerit, quo caſu non ipſe filius, ſed eius hæres cenſetur grauatus, Creſcent. *d. dec.*129. Tob Non. poſt multos quos refert *dict. conſ.*90. *n.*26. Honded. *d. conſ.* 59. *nu.*37. *&* 38. Intrigl. *d. q.* 71. *n.*10. Illuſtriſſimus Tuſchus *d. lit. T. concluſ.*386. *nu.* 7. *&* 8. Graſſ. *d. q.*62. *in fin. & §. fideicomm. q.*9. qui Graſſ. quamuis negatiuam amplectatur, tamen hoc caſu ab ea diſcedit, & eam limitat, Doctori autem limitanti & diſtinguenti ſtandum eſt. 5

Secundo, quia Paulus adeundo ſimpliciter teſtamentum approbauit, quo caſu opinio negatiua, caſu quo eſſet vera, non procederet, vt poſt multos, quos refert & ſequitur, docet de Amatis *d. dec.*11. *n.*9. Tob. Non. *d. conſ.*90. *nu.*27. de Crucc *ad quæſt. Guid.*51. Honded. *d. conſ.* 59. *num.*49. Illuſtriſſimus Tuſch. *d. concl.*386. *num.*15. 6

Tertio, quia ſubſtituta eſt filia teſtatoris, & de ea agitur contra extraneum, quo caſu Clar. contrariæ ſententiæ aſſertor ab ea diſcedendum eſſe cenſet *in d. §. teſtamentum q.*63. *verſ. non poteſt negari*, Tob. Non. *dict. conſ.*90. *n.*28. Illuſtr. Tuſc. *d. concl.*386. *n.*17. Intrigl *d. q.*71. *n.*99. Turret. *d. conſ.*81. *nu.*17. Secundum dubium eſt, 7

quod

Digitized by Google

quod cùm Paulus ſucceſſerit Dianæ ſorori Religioſæ in vim donationis, quam dicta Diana antequam profiteretur, & intra duos menſes proximos profeſſioni præſente Illuſtriſſimo Archiepiſcopo ſeu eius Vicario generali in fauorem dicti Pauli & aliorum fecit, & quæritur in quibus conſiſtant bona dictæ Dianæ inter alia, videndum eſt, an integrum legatum 13. mille librarum per dictum Clementem in ſuo teſtamento & codicillis illi factum, an verò ſolùm quatenus aſcendit, legitima ſit inter bona dictæ Dianæ computandum? & exiſtimamus tantùm quoad legitimam non quatenus excedit, eſſe computandum, idque duobus modis; quorum vnus eſt ratione ſubſtitutionis dicto legato appoſitæ, qui vt clarè oſtendatur, quatuor præſupponenda ſunt. Primum, Paulum fuiſſe ſubſtitutum ſororibus per compendioſam, ſi ſine liberis, ſicque fideicommiſſariam ſub qualitate hæreditaria.

Secundum, Catharinam ſubſtitutam fuiſſe Paulo hæredi vniuerſali inſtituto ſi ſine liberis quandocunque decederet per compendioſam, ſicque fideicommiſſariam.

Tertium, Clementem teſtatorem declaraſſe, quòd ſi ſubſtitutio facta in fauorem Pauli erga ſorores quoad octo mille libras vnicuique legatas haberet locum in ipſius perſona, quòd eſſet ſubiecta ſubſtitutionibus d. Paulo factis eodem modo quo reliqua bona & hæreditas d. teſtatoris.

Poſtremum, prohibuiſſe alienationem omnium immobilium, cenſuum, & iurium Dominicalium, quia ea vult conſeruari in familia. His ſtantibus, etſi ſubſtitutio facta de legato Dianæ non habuerit locum in perſona Pauli ante eam defuncti, non propterea minùs Catharina, quæ per fideicommiſſariam Paulo ſucceſſit, cenſetur Dianæ ſubſtituta, nam quoties vnus eſt alteri per fideicommiſſariam ſubſtitutus, & ſecundus per fideicommiſſariam etiam huic primo ſubſtituto ſubſtituitur, etſi fideicommiſſum non habuerit locum in primo, non propterea minùs ſecundus ſubſtitutus ſuccedet, & in perſona ipſius habebit locum; caducata enim prima ſubſtitutione, decedente
8 ſcilicet ſubſtituto ante grauatum, admittitur ſecundus ſubſtitutus, Dec. *conſ. 1. per tot.* Surd. *conſ. 347. n. 10. & ſeqq. lib. 3.* Fab. de An. *conſ. 9. n. 49. & 50. lib. 1.* Peregr. *de fideicom. art. 15. num. 22.* quod nedum habet locum in inſtitutione & ſubſtitutione vniuerſali, ſed etiam in legato & donatione cauſa mortis, Socin. ſen. *conſ. 125. n. 6. lib. 3.* Surd. *d. loc. n. 10. circa finem.*

Nec obſtat, ſi dicatur illud procedere in conditione, ſi ſine liberis, non autem in alia, & nominatim in conditione, ſi hæres erit, vel ſi ſubſtitutio habuerit locum in primo vocato, vt hoc caſu ex Peregr. *d. art. 15. n. 40.* nam reſpondetur contrariam ſententiam veriorem eſſe concurrente veriſimili teſtatoris mente, quam firmant Curt. iun. *conſ. 83. per tot.* & Socin. iun. *conſ. 4. n. 25. & 26. lib. 1.* In hoc verò caſu adeſſe veriſimilem teſtatoris mentem ex ſequentibus conſtat. Deinde reſpondetur non eſſe factam ſubſtitutionem ſub ea conditione, ſi Paulus ſucceſſerit, ſed ſine liberis deceſſerit. verba enim illa, ſi ſubſtitutio facta in fauorem Pauli erga ſorores haberet locum, ſunt appoſita declaratiuè, & ampliatiuè, non reſtrictiuè, vt infra latiùs dicetur.

9 Secundò, quia in ſubſtitutionibus fit extenſio de caſu ad caſum ex identitate vel maioritate rationis, Benedict. *in queſt. de matrimonio num. 4.* vbi ſubſtitutio habetur pro facta, quando apparet teſtatorem veriſimiliter ita voluiſſe, Patiſ. *conſ. 66. numer. 68. 69. & 73. libro 3.* vbi cum magis communi refert ex identitate rationis fieri extenſionem de vno caſu ad alium, idem Patiſ. *conſil. 92. numer. 48. libr. 2.* Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 4. numer. 24.* Boerius *deciſion. 38. numer. 14.* quod procedit non tantùm in ſubſtitutione directa, ſed etiam in fideicommiſſaria, vbi eadem extat ratio & præſumpta mens teſtatoris tam in vno quàm in altero caſu, Surd. *d. conſ. 347. num. 8. & ſeqq.* & nominatim *23. verſ. tertio reſpondeo*, vbi expreſsè dicitur, quod extenſio de caſu ad caſum fit etiam in fideicommiſſis, & concludit, quod vbi præcèdens ſubſtitutio deficit, putà quia ſubſtitutus deceſſit ante grauatum, vel repudiauit, vel ex alia cauſa, prima ſubſtitutio non habuit effectum, tunc fit locus ſecundo ſubſtituto, etiamſi nõ euenerit conditio; in quam ſecundus fuit vocatus, & addit quod teſtator idem illo caſu diſpoſuiſſet ſi de eo cogitaſſet.

Et ſuprà dicti doctores, aliique, quos ipſi referũt, loquantur in terminis conditionis voluntariæ, etſi enim regulariter nõ fiat extenſio de caſo ad caſum quãdo adeſt huiuſmodi cõditio, hoc tamen fallit ex cõiecturata mẽte teſtatoris, ſi eãdẽ vel maior ſubſit ratio, vt ſupradicti DD concludunt. In hoc verò caſu eandẽ, imò maiorẽ ſubeſſe rationẽ ex eo patet, quia qua ratione teſtator voluit Catharinã ſi fideicommiſſum Dianæ appoſitum in perſona Pauli apertũ fuiſſet, ſuccedere d. Paulo in omnib. bonis, & d. legato Dianæ, multò magis voluit, vt Catharina ſuccederet Dianæ ſi in Paulo fideicõmiſſum nõ habuerit locũ, mẽs enim eſt clara teſtatoris volentis omnia bona poſt Paulum ſine liberis decedentem ad Catharinam deuolui, & qua ratione voluit Paulo hæredi vniuerſali Catharinam in omnib. ſubſtituere, multò magis Dianę, nam quemadmodum Paulum filiabus prædilexit, ita poſt Paulum Catharinam eius ſororibus.

Tertiò, prouiſio teſtatoris facta in vnum caſum extenditur & trahitur ad alium, in quem teſtator ſimiliter prouidiſſet, ſi illum cogitaſſet, quia in habentibus ſymbolum facilis eſt tranſitus, Peregr. *de fideicom. art. 11. n. 46. verſ. ſecundo principaliter.*

Quod corroboratur, quia quoties diſpoſitio eſt facta in vnum caſum ad effectum aliquẽ conſequendũ, porrigitur ad alium caſum per quẽ eundem effectum cõſequimur, Peregr. *d. art. 11. n. 46.* ergo caſus quo Paulus ſucceſſiſſet expreſſio ad effectum vt Catharina nedum in cæteris bonis, ſed etiã in legato ſuccederet, debet ad aliũ caſum porrigi, ſi Paulus non ſucceſſerit ad effectum vt Catharina omnia bona conſequatur, quæ fuit voluntas teſtatoris: quod multo magis hoc caſu dicendum eſt, quo huiuſmodi caſus non fuit expreſſus in capite ſubſtitutionis, ſimpliciter enim hæredẽ ſubſtituit filiabus ſine filiis decedentib. & Catharinã Paulo hæredi inſtituto ſine liberis decedẽti; ſed tantũ in alio capite dũ declarare vult quæ iura cõprehendatur in ſubſtitutione, quã fecit in fauorẽ Catharinæ, nõ igitur reſtrictiuè, ſed declaratiuè, & quatenus opus eſſet ampliatiuè, quia verba huiuſmodi appoſita fuerũt ad tollendã omnẽ difficultatẽ & diſputationẽ, an legatũ Dianę cõprehenderetur in ſubſtitutione Paulo generaliter facta, quæ tamẽ abſq; alia declaratione cõprehendebatur, Alex. *conſ. 66. nu. 8 & 12. lib. 2.* Graſſ. *lib. 9. nu. 18. lib. 2.* præſertim quia d. Paulus fuerat Dianæ ſubſtitutus ſub qualitate hęreditaria. Nec ex eo quod teſtator voluit, vt etiã legatũ cõprehẽderetur, ſi Paulus ſucceſſiſſet, debemus reſtringere ſubſtitutionem generaliter factam, nec contrarium eius quod teſtator voluit inferre.

Quartò, dicta Catharina cenſetur ſubſtituta in omnibus in quibus dictus Paulus frater ſuus mediatè vel immediatè honoratus, ſubſtitutio enim in 10
dubio cenſetur facta in omnibus, in quibus is cui fit ſubſtitutio, eſt honoratus, Alexand. *d. conſ. 66. n. 8. &*

Digitized by Google

12. *lib.*2. Graſſ. *d. conſ.*9. *n.*18. *lib.*2. Et ſic quemadmodum Paulus fuit ſubſtitutus Dianæ, ita Catharina Dianæ; ea enim verba dicti capitis declaratorij exprimũt id quod inerat, etſi dictum non fuiſſet, præſertim, quia ſub qualitate hæreditaria Paulus fuerat ſubſtitutus Dianæ vt iam dictum fuit. Non igitur potuit reſtringere ſubſtitutionem ad certum caſum, inerat enim ex natura ſua, vt omnia bona comprehenderentur in ſubſtitutione Paulo facta.

Nec poſſumus vllam reſtrictionem, imaginari, ſed expreſſionem tantùm eorum quæ inerant, neque enim Catharina poterat ſuccedere Paulo in omnibus bonis, & ſic in legato etiam, niſi Paulus illud conſecutus fuiſſet, ſed non ſequitur propterea, quin Catharina non poſſit ſuccedere Dianæ, ſi Paulus non ſucceſſerit.

Poſtremò, cùm teſtator voluerit bona in familia conſeruari, apertè colligitur, quod ſi hunc caſum cogitaſſet, & interrogatus fuiſſet, ita diſpoſuiſſet, ita in d. terminis Fab. de Ann. *d. conſ.*9. *nu.*52. & ante eum Dec. *conſ.*227. *n.*6. *verſ. & ſtante præmiſſa.*

Neque refert, ſi dicatur dictam prohibitionem non referri ad legata, nam re ipſa & effectu potuit referri, cùm legatũ comprehẽderetur in vniuerſali inſtitutione & ea iuris diſpoſitione, & ea voluntate teſtatoris, nullæque eſſent pecuniæ in hæreditate ex quibus legata ſoluerentur, & neceſſariò immobilia pro eorum ſolutione eſſent diſtrahenda. Reſpondetur etiam nos non quærere, an ea huiuſmodi prohibitione cenſeatur fideicommiſſ. in fauorem familiæ inductum etiã quoad legata, ſed ſolùm ex huiuſmodi prohibitione duci cõiecturam concludentem, qua ſubſtitutio ad caſum non expreſſum extendatur, imò omnem caſum comprehendi, quo omnia bona poſſunt in familia conſeruari.

Alter modus eſt (iſque fauorabilior dictis coniugibus, nam eo exiſtente nec fructus legati pendente vita naturali dictæ Dianæ peti poterunt) quod præſuppoſito non conceſſo ſubſtitutionem non habere locum, & defeciſſe, nihilominus dictum legatum non deberetur, idque vel quia de nuptiis tantùm temporalibus, & non ſpiritualibus ſenſerit, vel quia quatenus etiam ſenſiſſet, de ſpiritualibus legatum reuocauit.

Quoad primum ſcilicet non ſenſiſſe de nuptiis ſpiritualibus vel ingreſſu Religionis præſupponendum eſt in facto dictum Clementem patrem declaraſſe in ſuo teſtamento, quod vbicumque facit mentionem de filiis, ſe intelligere de naturalibus & legitimis ex legitimo matrimonio procreatis omni fictione iuris ceſſante. Præſupponendum eſt rurſus dictum Clementem legaſſe Dianæ octo mille libras ſoluendas cùm matrimonio collocaretur, etſi ſine liberis in pupillari ætate vel altàs quãdocumque decederet, hæredem ſuum, illiuſque liberos ibi ſubſtituiſſe, dictumque legatum in codicillis ampliaſſe vſque ad tredecim mille libras. Præſupponendum eſt tertiò nihil referre quoad id de quo agitur, an legatum fuerit factum ſub conditione, ſi nupſerit: an verò purè ſoluendum, cùm nupſerit: ea enim diſtinctio, quam ſolent facere doctores, an conditio vel dies incertus ſint adiecta ſubſtantiæ legati, an verò ſolutioni, tãtùm procedit, cùm quæritur, an ſi legatarius moriatur ante diem, transmittatur legatum (quamuis & eo etiam caſu, ſi nuptiarum ſit facta mentio, non alterius rei omninò extituræ aliqui ſimpliciter exiſtimauerint, nec tunc quoque tranſmiſſioni locum fore, Mantic *lib.*11. *tit.*18. *n.*19. poſt Angelum *in l. Seius Saturninus n.*3. *ff. ad Trebell.* alij diſtinguunt inter patrem & extraneum legantem) non autẽ cùm quæritur, an ante diem peti poſſit legatum, omnes enim conueniunt peti non poſſe, cùm ante diem 12
tempus non venerit, *l. cedere diem ff. de verb. ſignific.* & 13
ante diem fructus etiam ex fundo certo legato percipiendi ſpectant ad hæredem *l. omnia l. ſi quis bon. ff. de leg.*1. *l. ſi mulier ff. de leg.*3. Copus *de fructibus tit.*3. *c.*5. & maximè facit ad rem *l. filiam ff. de option. legata.* Nec refert quod ea *l.* de conditionali legato loquatur: nã quoad fructus eadem eſt ratio legati in diem etiam certum & conditionalis *dict. l. ſi mulier*, nec valet argumentum de trãſmiſſione ad fructuum perceptionem, vel legati petitionem, datur enim inſtantia certa, nam legata in diem certum tranſmittuntur *l. vnica.* §. *cum i-* 14
gitur C. de caducis tollendis, cùm tamen fructus legati in 15
diem certum non debeantur *d. l. ſi mulier*, & planè Doctores cùm dictam diſtinctionem faciunt, an ſubſtantiæ vel præſtationi legati dies apponatur, ſolùm de tranſmiſſione loquuntur.

Præſupponendum eſt etiam, quòd etſi cùm ſubſtitutio alicui ſit cum conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, conditionem cenſeri defeciſſe, ſi monaſterium in- 16
grediatur, quia monaſterium habetur loco filij, hoc tamen fallit, ſi dictum ſit, ſi ſine filiis naturalibus & legitimis, multo magis, ſi adiectum, ex legitimo matrimonio procreatis, Menoch *lib.*4. *præſumpt.*83. *nu.*27. & 35. & Cancer. *lib.*1. *c.*24. *de filiis qui matrimonium contraxerunt n.*12. hócque in caſu certiſſimè propter clauſulam omni iuris fictione ceſſante, nam ſi monaſterium habetur loco filij *per c in præſentia de probat.* quod tamẽ aliqui, inter quos eſt Ripa, improbant, hoc eſt, fictè & non verè, Menoch *d. præſumpt.*83. *n.*28. & 29. ideóq; ſi conditio ſit concepta hoc modo, ſi ſine veris filiis deceſſerit, monaſterium omninò excluditur, Menoch *d. præſum.*83. *n.*49.

Præſupponendum poſtremò, non eſſe amplius inſiſtendum, an valeant legata, quibus minus relinquitur ſi filia ingrediatur Monaſteriũ, plus verò ſi nubat, receptiſſima iam eſt ſententia huiuſmodi legatum valere, nec plus quàm quod in caſum ingreſſus Monaſte-
rij relictum eſt, peti poſſe, Menoch. *lib.*4. *præſum.*83. *nu.* 17
4. Mantic. *d. loco nu.*27. Cancer. *d. loco nu.*15. Mathea. *de legat. & fideicom. lib.*3. *c.*24.

His ſic ſtantibus iam quæritur, an cùm d. Diana ingreſſa fuerit Monaſterium ſancti Laurentij capax bo-
norum, tempus ſoluendi legatum tredecim mille li- 18
brarum per profeſſionem venerit, ita vt iam tunc peti potuerit, & ſic, an conditio vel tempus nuptiarum per matrimonium ſpirituale cenſeatur extitiſſe, & veniſſe? & Bald. quidem *Nouell. in tract. de dote part.*6. *priuil.*77. *n.*2. *verſ. ex quo* etiam exiſtimauit non extitiſſe vel veniſſe per rationes quas affert. Contraria tamen ſen-
tentia receptior eſt, vt per Menoch. *præſumpt. lib.*4. *præ-* 19
*ſumpt.*148. *per tot.* in hoc tamen conueniunt omnes hoc 20
eſſe ex præſumpta voluntate teſtatoris, quod ſcilicet præſumitur, ſi de nuptiis cogitauit, idem quoque fuiſſe diſpoſiturũ, ſi cogitaſſet de ingreſſu Religionis, Didac. *var. reſol. lib.*1. *c.*19. *n.*10. *verſ. ſed etſi alicui*, Raphael. Fulgoſ. *conſ.*53. *n.*1. & 2. Mantic. *d. loco nu.*26. Mathea. *d. c.*24. *n.*13. *verſ. non obſtant*, Menoch. *conſ.*555. *num.*9. poſt multos quos refert, ideóque ſi præſumptio ſit in contrarium, non extitiſſe conditionem vel diem non veniſſe per ingreſſum Religionis aſſerendum eſſe Menoch. *d. præſumpt.*148. *n.*16. & *d. conſ.*555. cuius rei ratio eſt manifeſta, quia cùm conſtitutio Iuſtiniani *in* §. *ſed hoc præſens in authen. de ſanctiſſimis Epiſcopis*, fundetur in præſumpta voluntate teſtatoris, vt docent ſupradicti, & vltra eos Caſtren. *in authent. niſi rogati C. ad Trebell.* Corn. *conſ.*253. *n.*6. *lib.*4. Ruin. *conſ.*98. *n.*22. *lib.*2. Ripa *in l. ex facto.* §. *ſi quis rogatus il primo n.*38. *ff. ad Treb.* *contraria præſumptioni ab ea deſcedendum eſt c. litera de præſum.*

præſumpt. fuſè Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 12. titul. 17. n. 7. cum ſeqq.* & propter eandem voluntatem conditio, ſi ſine liberis, cenſetur defeciſſe per Monaſterij ingreſſum, Mantic. *lib. 11. tit. 7. n.*.. ideòque per contrariam præſumptionem cenſetur extitiſſe, Menoch. *dict. præſumpt. 83. numer. 27. & 35.* Cancer. *lib. 1. c. 24. nu. 22.*

Tota igitur reſolutio ipſius quæſtionis pendet, an ex verbis teſtamenti & geſtis per dictum Clementem eliciantur coniecturæ, quibus præſumant teſtatorem de nuptiis temporalibus, non autem de ſpiritualibus ſenſiſſe: & quinque hic concurrunt, quibus videtur omnino concludendum de nuptiis temporalibus ſenſiſſe. Primum ſumitur ex qualitate legati tredecim ſcilicet mille librarum, neque enim exiſtimandum eſt voluiſſe tantam ſummam exſolui ſi Monaſterium ingrederetur, cùm mediantibus duobus mille libris ad ſummum huiuſmodi ingreſſus poſſit & ſoleat fieri, præſertim quod idem ſimiléque legatum omnibus filiabus vniformiter fecerit.

Quod coadiunatur & erit ſecundum ex eo quod communiter ſolet geri, huiuſmodi enim dotes matrimoniis carnalibus non ſpiritualibus conſtituuntur, iuncto communi vſu loquendi ſecundùm quem verba teſtatoris ſunt intelligenda *l. liberorum §. quod tamen, Caſſius ff. de legat. 3. l. liber §. idem* Tubero *ff. de ſupellect. legat.*

21 At verò communis vſus loquendi eſt, vt hæc verba de matrimonio carnali intelligantur, Socin. *in l. ſi mulieri & Titio n. 2. ff. de condit. & demonſtr.* Bald. *Nouell. vbi ſuprà,* Fulgoſ. *d. conſ. 53. nu. 1. & 2.* & probatur ex *d. § ſed & hoc præſenti, & in authentic. cui relictum C. de indict. viduit. toll.* ideòque Cuman. *in d. l. mulieri & Titio n. 2.* dixit, quod ſi Titio legatum ſit ſub conditione, ſi mulier nupſerit, & mulier efficiatur Monacha, Titius conditione deficietur.

His addo, hunc eſſe communem ſenſum, vſum, & intellectum, vt huiuſmodi magna legata pro matrimonio carnali cenſeantur facta, ab eo autem quod communiter fit & intelligitur concludens ducitur ar-
22 gumentum *l. quadam § nummularios ff. de edend. l. ſi quis donaturus, & ibi gloſſ. ff. de vſufruct.* Eucrard. in loco à communiter accid. & in loco ab vſitato ſeu ſolito.

Tertium, quia poſt teſtamentum dictam Dianam dictam Religionem ingredi curauit, eique ei dotem conſtituit cum renunciatione omnium bonorum paternorum & maternorum, quam fecit Diana in fauorem d. Clementis patris, etſi huiuſmodi renunciatio defectu ſolemnitatis nulla fuerit. Ex quo clarè demonſtratur eum, cùm legatum fecit in tempus nuptiarum ſoluendum, de nuptiis temporalibus ſenſiſſe. Nec refert, ſi dicatur non reuocaſſe (caſu, quo non reuocaſſet, quod tamen fecit, vt poſtea dicemus) dictum legatum, nam non quæritur nunc, an reuocatum ſit, necne, ſed quæ mens fuerit legatoris, & de quibus nuptiis intellexerit? Hoc verò ex d. ingreſſu Religionis & dotis conſtitutione, nec non renunciatione conſtat. Actus enim inutilis ita declarat voluntatem agentis & diſponentis, vt actus ipſe vtilis. Ripa *in l. reconiuncti nu.*
23 *132. ff. de leg. 3.* Iaſ. *in l. plane nu. 1. & 6. ff. de leg. 1.* Menoch. *præſumpt. 15. n. 1. & ſeq. & n. 4. lib. 4.* vbi ait præmiſſa procedere, quando diſpoſitio eſt nulla defectu ſolemnitatis, Pereg. *de fideicom. art. 11. & 69.*

Quartum, quia dictæ Dianæ, ſicut & cæteris filiabus, ſubſtituit, ſi ſine liberis naturalibus & legitimis, & ex legitimo matrimonio procreatis, deceſſerit, omni fictione iuris ceſſante: cùm igitur voluerit legatum ſolui cùm matrimonio collocaretur, & intellexerit in ſubſtitutione de filiis ex matrimonio carnali ſuſcipiendis, vt ex ſuperioribus patet, intellexit quoq; de matrimonio carnali, cùm in tempus illius legatum ſolui voluit, vna enim pars teſtamenti aliam interpretatur & declarat Iul. Clar. *§. teſtamentum q. 76. num. 5.* Bertazz. *in clausulis conſ. 9. n. 16. conſ. 57. n. 37. & conſ. 69. nu. 28.* præſertim quod matrimonij mentio & conditio, ſi ſine filiis, 24
ſint in vno eodémque contextu orationis, dictiones enim *naturalibus,* &c. etſi in alio capite appoſitæ, perinde habentur, ac ſi eſſent in capite legati appoſitæ, ita enim conceptæ ſunt, vt ad omnia referantur.

Poſtremum, quia cùm ex ſupradictis pateat teſtatorem noluiſſe vt Monaſterium loco filij ſuccederet, noluit quoque vt legatum cõſequeretur, & matrimo- 25
nium ſpirituale idem operaretur quod carnale; eadem enim eſt ratio interpretandi conditionem, ſi ſine liberis naturalibus & legitimis ipſe deceſſerit, & matrimonium, in cuius tempus legatum ſolui debet, ex traditis per Menoch. *d. præſumpt. 83. num. 30. circa fin. verſ. id quod vel ex 10. & nu. 31. in princ.*

Nec obſtat, ſi dicatur hanc rationem ſubſiſtere non poſſe, ex eo quòd poſſunt ſtare ſimul, quod ſubſtitutus non excludatur per Monaſterium, idque loco filij habeatur, & nihilominus quamdiu filia viuit naturaliter Monaſterium bonis frui poſſe, nec interim apertum cenſeri fideicommiſſum, cùm agitur de Monaſterio bonorum capaci, vt hoc caſu; nam reſpondetur id procedere, cùm ſimpliciter inſtituta eſt filia, vel ei aliquid relictum, &, ſi ſine liberis naturalibus &c. deceſſerit, ſubſtitutus datus, & in his terminis loquuntur DD. ſed nos ſumus in aduerſis terminis, & agimus, & quærimus, quænam fuerit voluntas teſtatoris, & de quo matrimonio ſenſerit, in cuius tempus legati ſolutionem contulit: & dicimus de carnali intellexiſſe ex eo quòd quemadmodum noluit vt Monaſterium loco filij ſuccederet, & de liberis naturalibus intellexit, ita quoque intellexit de matrimonio carnali, & noluit vt Monaſterium legato frueretur quamdiu Diana viueret naturaliter.

Nec obſtat, ſi dicatur attenta dicta ratione, ſumpta ex conditione, ſi ſine liberis, fructus dicti legati pendente vita naturali dictæ Dianæ ſpectare ad Monaſteriũ, vel eos qui cauſam à dicta Diana habent, vt quemadmodum cùm ſimplex ſubſtitutio, ſi ſine liberis naturalibus & legitimis vel veris, adeſt interim dum viuit, religioſum Monaſterium capax bonorum vti debeat bonis, ita & eodem modo quoad dictionem, matrimonium, ſtatuendum eſt.

Reſpondetur, imò totum contrarium, nam in ſubſtitutione, vt ei ſit locus, duo concurrere debent, quòd ſcilicet grauatus moriatur, & quòd moriatur ſine liberis veris. Quamuis igitur quoad liberos excludatur Monaſterium, cùm tamen non ſit mortua naturaliter, expectanda eſt illius mors, præſertim, quia interim pollet mors ſubſtitutus, ideóque interim Monaſteriũ vtitur bonis: quoad verò tempus matrimonij ſolutioni præſcriptum totum contrarium dicendum eſt, cùm enim de matrimonio temporali ſenſerit, & illud contractum non fuerit, non poteſt peti legatum, nec interim Monaſterium vti bonis, eſſet enim contra voluntatem teſtatoris, & vim verbi, *matrimonij carnalis.*

Quod verò vtatur bonis quoad conditionem, ſi ſine liberis, id eſt, ſecundùm voluntatem teſtatoris, cùm verum ſit, non eſſe mortuam naturaliter, & cùm DD. id ſtatuunt, loquuntur in filio vel filia ſimpliciter inſtitutis, vel quibus ſimpliciter legatum eſt, & illis, ſi ſine liberis legitimis & naturalibus, & ſubſtitutus datus, non cùm ſolutio legati in tempus matrimonij fuit dilata, ea enim temporis adiectio operatur, ne Monaſterium vti poſſit bonis contra voluntatem teſtatoris.

At inquies, purum cenſetur legatum cùm à parte

ſit: verum eſt quoad tranſmiſſionem, non quoad petitionem, vt ſuprà in præſuppoſitis edoctum fuit, & quod experientia docet, nam alioquin legata, quæ à patribus paſſim fiunt filiabus in tempus nuptiarum ſoluenda, ſtatim poſt mortem patris peti poſſent.

Alterum caput eſt, quia, poſito quod intellexerit etiam de nuptiis ſpiritualibus, dicimus, quoad eas reuocatum eſſe legatum duobus modis; per actus ſcilicet vnum validum, alium inualidum. Validus eſt, cùm pactu conuenit cum Monaſterio, vt mediante certa ſumma, quam & dedit, Diana reciperetur, vt fuit recepta, ergo noluit vt amplius quidquam aliud Monaſterium conſequeretur ex ſuis bonis, & legatum effectualiter, actu ipſa reuocauit in caſum, in quem nuptiæ ſpirituales ſequantur.

Nec obſtat, ſi dicatur reuocationem eſſe in ſuſpenſo, ſi nuptiæ ſpirituales ſequantur: nam reſpondetur, verum eſſe, ſed non propterea minus reuocationem eſſe, in eum caſum per actum inualidum reuocauit legatum, per renunciationem ſcilicet bonorum & iurium Dianæ quam ſibi fieri procurauit, per actum enim inutilem, inualidum, vel minus ſolemnem tacitè fit ademptio legatorum, ita vt non ſit neceſſaria expreſſa reuocatio primæ voluntatis, idque abſque dubio ſi talis actus ſit factus inter viuos, vltima enim voluntas, tacitè per pactum inter viuos, etiam inutile

26 & infirmum reuocatur, & omnino tollitur *tex. in term. in l. legatum §. pater ff. de adimen. leg.* Couar. *in rubr. de teſtamen. 2. part. numer. 21. verſ. tertio principali, & verſ. aduertendum igitur*, Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib. 12. tit. 2. num. 17.* ſed & in vltimis voluntatibus, pri-

27 mus actus validus tollitur per ſequentem inualidum factum in vltima voluntate, nedum contractu & doctrina, Iaſ. *in l. plane num. 1. & 6. ff. de leg. 1. per textum in l. & ſi ei transferam ff. de adi. leg.* Menoch. *præſumpt. 15. num. 1. & 2. & numer. 4. lib. 4.* vbi ait præmiſſa procedere, quando diſpoſitio eſt nulla defectu ſolemnitatis; ſat eſt enim, quod quomodocumque de voluntate teſtatoris conſtet, cùm certum ſit in iure nuda voluntate

28 legatum adimi, *l. iure ff. de leg. 3. l. 3. §. vltim. ff. de adi. leg.* ſufficiétque ſi ex coniecturis & præſumptionibus appareat teſtatorem mutaſſe voluntatem, atque ita reuocare voluiſſe legatum, Bart. *in d. l. 3. §. vltim. de adi. leg.* Menochius *præſumpt. 147. lib. 4. n. 5.* poſt Curt. iun. *conſ. 103. num. 2.* & Hieron. Gabriel. *conſ. 103. num. 8. ad fin. lib. 1.* nec poteſt dari maior ſignificatio mutatæ voluntatis, quàm quæ hoc caſu accidit. Nam cùm dictus Clemens legaſſet dictæ Dianæ tredecim mille libras, cùm matrimonio collocaretur ſoluendas, ſi nedum de matrimonio carnali, ſed etiam ſpirituali intellexiſſet, per huiuſmodi dotationem in receptione Dianæ in religioſam iuncta dicta renunciatione, quamuis inutile abſque dubio dictum legatum reuocatum fuiſſet, cùm per dictum teſtatorem adhuc viuum ſuper dotatione in dicto matrimonio ſpirituali prouiſum ſit, de matrimonio verò carnali agendum non eſt, cùm tempus illius nonquam venerit, nec venire poſſit, profeſſione ſcilicet ſecuta. Quæ confirmantur ex traditis per Menoch. *præſumpt. 177. lib. 4.* ceſſante ſcilicet cauſa legati ceſſare legatum *per l. alter ff. de adi. leg.* nam ſi cauſa legati fuit matrimonium carnale, illud non extitit: ſi ſpiri-

29 tuale, illi prouiſum fuit per teſtatorem in pacto & contractu interueniente inter Monaſterium, dict. Dianam & ipſum, cùm igitur ceſſet cauſa legati, præſertim per prouiſionem legantis, legatum cenſetur reuocatum.

Nec obſtat ſi dicatur renunciationem procuraſſe, vt ſibi acquireret, non vt reuocaret legatum. Reſpondetur, eo ipſo quod voluit bona verè Dianæ competentia ſibi acquirere, multò magis noluit, vt legatum à ſe illi factum conſequeretur aut Monaſterium loco illius, legatúmq; propterea reuocaſſe, cùm nulla voluntate reuocare poſſit.

Ex quo etiam demonſtratur *d. l. legatum §. patre ff. de adi. leg.* bene applicari caſui noſtro: nam etſi in ea ipſamet res legata donata fuiſſet vxori inutiliter, tantùm quod non videtur eſſe in hoc caſu, tamen maior ſic adeſt ratio reuocationis, cùm ipſamet propria bona Dianæ ſibi acquirere voluerit, multo magis legatum Dianæ factum quatenus iam eſſet illi acquiſitum, & rurſus longè magis, cùm nedum illi eſſet acquiſitum.

Poſtremò, contra omnia obiici poteſt Paulum acceptaſſe donationes per Dianam factas, & Catharinam hæredem ipſius facto contrauenire non poſſe. Reſpondetur nullam eſſe contrauentionem, diſpoſuit enim Diana de iuribus & bonis ſibi competentibus, vt legitimis & bonis maternis, non de eis quæ ſibi non competebant, quale eſt legatum, præſertim quod iura Dianæ competentia ſufficiant pro ſolutione eorum, quæ donauit & ſuperſint, quæ ad hæredes pertineant.

Denique reſpondetur quomodocumque res eſſet, & quamuis non ſufficeret, Paulum fuiſſe minorem, Catharinam quoque eſſe minorem, quibus propterea eo caſu per reſtitutionem in integrum ſuccurrendum eſſet.

Tertium & poſtremum dubium eſt, an dicta Domina Doyſe bonorum, quæ ex dicta ſucceſſione ad ipſam ſpectabant, ſolum vſumfructum, an & quoque proprietatem habere debeat, præſuppoſito quod conuolauerit ad ſecundas nuptias ante mortem Margaritæ filiæ & Pauli ex ea nepotis, & quidem quoad bona materna ad dictum Paulum pertinentia, & ex bonis Domini Doyſe primi mariti dictæ Dominæ Doyſe aui materni dicti Pauli prouenientia, certiſſimum eſt, dictam Dominam Doyſe ſolùm in vſufructu ſuccedere ab inteſtato *l. fœmina §. illud & authentica ex teſtamento*, & ibi Bald. *C. de ſecundis nuptiis*, Anton. Gomez. *in l. 14. Tauri n.* Conar. *in 4. decret. par. 2. c. 3. §. 9. nu. 7. 8.* A Coſta *inc. ſi pater pa. 3. verb. cenſendum n. 39. de teſta. in 6.* Cæuallos *in ſpecul. q. 671.* 30

Nec obſtat, ſi dicatur huiuſmodi bona prouenire ab auo, & quòd mater tranſiens ad ſecunda vota non priuatur proprietate bonorum ab auo prouenientium, Bart. *in dict. authentica ex teſtamento mater illam in trac. de ſucceſſionibus ab inteſtat. in ſecundo principali articulo verſ. quid autem* Boer. *dec. 192. num. 5.* huiuſmodi enim quæſtio & deciſio longè diuerſa eſt à noſtra, dicta enim Dominus Doyſe, qui dicitur auus reſpectu Pauli, erat maritus dictæ Dominæ Doyſe, & reſpectu eius filiæ matris dicti Pauli, eſt pater, in quibus terminis certum eſt in iure auiam priuari proprietate bonorum ad nepotem prouenientium ex ſubſtantia eius mariti, vt docent Alex. *in d. authentic. ex teſtamento in additon. ad Bald.* Boer. poſt multos quos refert *dec. 187. numer. 5.* Cancer. *1. par. var. reſolu. c. 5. de ſucceſſ. ab inteſt. nu. 21. & 22.* & fuſiſſimè Ioan. de Gatomb. *in d. authent. ex teſtamento n. 18 verſ. & ex prædictis infert.* Quoad verò aliunde quàm ab auo materno prouenientia controuerſi iuris eſt quæſtio aliis exiſtimantibus, quod ſi ante mortem filij nupſerit, ſolum vſumfructum habeat, vt Caſtren. *in l. mater Cod. ad Senatuſconſultum Tertullian.* & Cancer. *in tit. de ſucceſſionibus ab inteſtat. numer. 20.* & Accurſiũ *in d. l. mater*, ſimpliciter, vt iacet, intelligendam eſſe, aſſerentibus nimirum non obſtante cõſtitutione Iuſtinianea *in authentic. de non eligendo ſecũd. nuben.* fuiſſe per aliam Iuſtiniani poſteriorem conſtitutionem *in authent. de nuptiis §. hinc nobis*, reditum ad *l. fœmina §. illud C. de ſecund. nupt.* & ad *d. l. mater.* Aliis 31

verò

Digitized by Google

verò cõtrarium exiſtimantibus,nimirũ indiſtinctè ſi-
ue antè, ſiue pòſt nubat, matrem vel auiam ſecun-
do nubentem pleno iure ſuccedere in dictis bonis
aliunde quæſitis, vt Ioann. de Carumb. *in authenti-*
ca ex testamen. numer. 1. verſ. quartum ius num. 23. &
in hac dubia quæſtione pro bono pacis conſenſimus,
vt quoad dicta bona dicta Domina Doyſe pleno iure
ſuccederet.

ARGVMENTVM.

De diſſolutione matrimonij ob ſæuitiam & metum reuerentialem.

SVMMARIVM.

1 *Ob ſæuitiam vel adulterium poteſt quidem obtineri ſeparatio thori, vterque tamen ex coniugibus ligatus remanet.*
2 *Nec ſperandum eſt Papam de plenitudine poteſtatis matrimonium diſſoluere velle.*
3 *Ad probandum metum ex quo diſſoluatur matrimonium quinque probanda ſunt remiſſiuè.*
4 *In contractu matrimonij, non requiritur tam iuſtus metus ac in alijs.*
5 *Contraria ſententia verior eſt, nec ſufficit reuerentialis, niſi grauis metus illi adiungatur.*
6 *Nec ſufficit minas probare, niſi probetur quod minans ſolebat minas exequi.*
7 *Licet filia non conſenſerit, ſed ſolùm præſens fuerit & tacuerit, ſolus metus reuerentialis non ſufficit ad annullationem matrimonij.*
8 *Probata filiæ imbecillitate & patris ſæuitia ſufficit metus reuerentialis ad annullationem matrimonij.*
9 *Niſi per copulam ſubſequutam ratificatum fuerit.*
10 *Et per diutinam cohabitationem etiam vltra decem annos data opportunitate recedendi.*

CONSILIVM LXV.

NOn puto diſſolutionem, annullationem ſeu irritationem matrimo-
1 nij, de quo agitur, obtineri poſſe,
nam ex capite ſæuitiæ ſeu adulterij
certiſſimi iuris eſt ſeparationẽ quidem thori fieri, ſed vtrumque ex
coniugibus etiam innocentem le-
2 gatum manere, nec alteri nubere poſſe. Quod verò
ſummus Pontifex de plenitudine poteſtatis huiuſmo-
di matrimonium carnali copula conſummatum,& ex
quo liberi ſuſcepti ſunt, qui etiam nunc extant, diſſol-
uat, ſperandum non eſt, ex traditis per Dec. *conſ.112.* ſu-
pereſt igitur ſola metus cauſa, ex qua poſſet prætendi
3 diſſolutio dicti matrimonij, ſed non probarẽtur quin-
que conditiones ad huiuſmodi metum probandum
requiſitæ, de quibus Sanches *tract. de matrimonij ſacra-*
4 *mento tom. 1. lib. 4. diſp. 2. per totam.* At dices, agere nos
de metu in matrimonij contractu illato, in quo non
requiritur tam iuſtus metus, ſicut requiritur ad alios
contractus irritandos, Præpoſit. *in cap. cùm locum num.*
6. de ſponſalibus, Nemſa. *conſ. 46. num 3.* ideóque ſuffi-
cere metum patris reuerentialem, Barbat. *conſ. 60 à nu.*
2. vſque ad num. 4. vol. 1. ſed huiuſmodi ſententia repro-
bata eſt, verius enim eſt metum reuerentialem niſi
5 minæ aut verbera, aut alius metus grauis illi adiunga-
tur non ſufficere *ex c. ex literis de deſponſat. impub.* ibi,
Nolens & inuita minis parentum impulſa, vbi textus, qui
reddit irrita ſponſalia metu parentum inita, põderat,
non ſolùm paternam reuerentiam, ſed ſimul minas, &
ex c. 2. C. de pactis in 6. vbi dicitur valere renunciatio-
nem filiæ, ſi iuramento muniatur, niſi vi aut dolo ſit
præſtitum, & tamen ibi concurrit paterna reuerentia,
ergo ea ſola non inducit vim aut metum, & hanc ſen-
tentiam firmat Gloſſ. *in c. 1. de deſponſ. impub. verb. con-*
ſentit, quam ibi ſequuntur Ancharan. *n. 4.* & Abb. *n. 4.*
& alij infiniti, quos refert & ſequitur Sanches *dict. l. 4.*
d. diſp. 6. n. 7.

Nec ſufficit minas ſolas probare, niſi quoque pro- 6
betur, vt minans ſolitus ſit minas exequi, Abb. *in c. 1. &*
c. cauſam matrimonij num. 3. de officio delegati, Dec. *d. c. 1.*
num. 12. & ibi Ber. *num. 11. & 18.* fusè Sanches *dict. lib. 4.*
diſp. 6. q. 3. n. 21.

Quæ adeò vera ſunt, vt etſi filia expreſsè non con- 7
ſenſerit, ſed præſupponatur ſolùm ipſius præſentia
cum taciturnitate, dum pater ſponſalia pro ea contra-
hit, metus reuerentialis ſolus non ſufficiat ad annulla-
tionem dictorum ſponſaliorum, Sanches *d. diſp. 6. q. 5.*
num. 37.

Sed dices, probabuntur minæ in caſu, de quo agi-
tur, minæ, inquam, tales, quales requirũtur, aut ſaltem
circunſtantiæ, quibus, concurrentibus etiam ſecluſis
minis, metus reuerentialis ſufficit ad annullationem 8
matrimonij, nempe ſi filia eſſet valdè imbecilla, patér-
que crudelis & auſterus, ſolitúſque ſit ſæuire, vbi ſuæ
non obtemperatur voluntati, Sanches *dict. diſp. 6.*
num. 12.

Sed reſpondeo, nec quoque hoc caſu annullatio-
nem dicti matrimonij obtineri poſſe, quia præſuppo- 9
ſito quod metu contractum fuiſſet dictum matrimo-
nium, illud fuiſſet ratificatum per copulam ſubſequu-
tam, Gloſ. *in cap. conſultationi verb. ante de ſpõſalib.* & ibi
Anthon. de But. *num. 3.* Abb. *n. 7.* *Præpoſit. num. 2.* Heni-
ques *lib. 11. de matrim. c. 9. nu. 7.* Sanches *d. lib. 4. diſp. 18.*
num. 2. rurſum & ratificatum fuiſſet per diutinam ha- 10
bitationem mutuam & etiam vltra decem annos data
opportunitate recedendi *cap. ad id de ſponſalibus*, San-
ches *dict. diſp. 8. numer. 4.* Tertiò, per liberorum ſuſce-
ptionem, & educationem.

Poſtremò, clarè ipſa demonſtrat ſe metu non fuiſſe
coactam, cùm ſeparationem thori ex capite ſæuitiæ,
petiit & obtinuit, nam ſi metu coacta fuiſſet ad matri-
monium contrahendum, non petiiſſet huiuſmodi ſe-
parationem, ſed ad annullationem matrimonij e-
giſſet.

Ex quibus concludo annullationem d. matrimonij
non eſſe tentandam, quippè quæ obtineri non poſſit.

ARGUMENTUM.

Diſpenſatio conceſſa non ſubditis, non validat matrimonium inter conſanguineos.

SVMMARIVM.

Omnis obreptio vel ſubreptio non vitiat reſcriptum, ſed tantùm ſi aliàs Papa non erat conceſſurus.
2 *Defectus denunciationum non annullat matrimonium.*
3 *Papa non poteſt legitimare quoad temporalia non ſibi ſubdi-*

tum in temporalibus, quando illegitimus natus eſt extra figuram matrimonij.

4 *Si Papa diſpenſat ſuper impedimento Canonico & inde matrimonium contrahatur, filij ex eo naſcituri etiam quoad temporalia vbique legitimi erunt.*

5 *Et filij antea ſuſcepti efficiuntur legitimi.*

6 *Si matrimonium ſit de facto contractum ex vi diſpenſationis inualida, & impedimentum proueniat ex iure Pontificio, liberis ex eo ſuſceptis, per ſummi Pontificis approbationem & matrimonium & proles antea ſuſcepta cenſetur legitima vbique etiam quoad munera ciuilia & bona temporalia.*

7 *Ignorantia vnius ex coniugibus prodeſt filiis quoad legitimationem ipſorum.*

CONSILIVM LXVI.

VIſis Bullis diſpenſ. matrimonij inter M. virum & N. mulierem contrahendi, nonobſtante impedimento cõſanguinitatis in tertio & quarto gradu exiſtente, tum à ſummo Pontifice ſub datum Romæ anno 1602. &... Ianuarij ... quam ab Illuſtriſſimo Vicelegato Auenionenſi in eodem anno & die... Nouemb. emanatis, proceſſu fulminato, & proceſſuris coram Vicario Gratianopolitano in vim Bullæ Legationis Auenionis factis, diſpenſatione Bannorum ſeu denunciationũ ab Epiſcopo Gratianopolitano emanata, narratione facti tetro alligata & duobus conſiliis ſuper ea datis exiſtimamus matrimonium inter dictos M. & N. nullum eſſe: & tres filias ex eo natas illegitimas, idémque dicendum de liberis qui poſtea naſcentur, rebus ſic exiſtentibus: nam Bullæ ſummi Pontificis non fuerunt præſentatæ, nec proceſſus fulminatus confectus, nec illis in dicto matrimonio contrahendo M. & N. iuuerunt. Quoad verò Bullas Legationis Auenion. pro parte quidem viri, & quoad ipſum omnia facta fuerunt, quæ agi debebant: ſed ex ſuffragari non poſſunt dict. N. quia ipſa origine quidem Carnoten. domicilio verò Pariſien. eſt, & ſic extra legationem Auenionen. defectúque Iuriſdictionis diſpenſationem concedentis dictam mulierem ea ſe iuuare non poſſe, atque hic defectus præcipuus nobis videtur, qui ſi non adeſſet, & dict. mulier legationi ſubdita eſſet, cæteri tres defectus qui proponuntur, euitari poſſent. Nam quoad ſecundum, quod ſcilicet erroneè dicta mulier dicatur diœceſis Gratianopolitanæ, non eſſet ſubreptio vel obreptio, quæ reſcriptum infirmaret, ſi alioquin dicta mulier legationi ſubdita eſſet, neque enim omnis ſubreptio vel obre-
1 ptio viciat reſcriptum, ſed tantum ſi ea erroneè vel falsò exprimantur, vel vera taceantur, quæ ſi non expreſſa vel non omiſſa fuiſſent, ſummus Pontifex probabiliter non conceſſiſſet, DD. *in cap. ſuper literis de reſcriptis*, clarum autem eſſe, cuiuſcumque diœceſis eſſet dicta mulier modò eſſet ſubdita legationi, non propterea minus reſcribentem conceſſurum fuiſſe diſpenſationem & Epiſcopo viri vel mulieris commiſſam fuiſſe verificationem contentorum in Bullis & proceſſus fulminati confectionem, ex quo tollitur tertius defectus quaſi Epiſcopi vtriuſque coniugum deberent facere dictum proceſſum: verius enim eſt vni tantum ſolere committi dictam verificationem, etſi vt plurimum ſoleat dirigi Epiſcopo mulieris, poteſt tamen & Epiſcopo viri dummodo vterque Epiſcopus ſit de territorio & iuriſdictione reſcribentis & diſpenſationem concedentis.

Quoad vltimum defectum, quod ſcilicet non adſit diſpenſatio bannorum pro parte Epiſcopi mulieris, is non infirmaret dictum matrimonium, quamuis Parrochus & coniuges ita contrahentes eſſent puniendi:
explosa enim eſt ſententia Menoch. *conſ. 69. numer. 70.* 2
exiſtimantis ob defectum dictarum denunciationum matrimonium eſſe nullum: ſatis enim eſt, ſi coram Parrocho & duobus vel tribus teſtibus fiat, *ſacrum Cõcilium Trident. cap. 1. de reform ſeſſ. 24.* vt doctè cenſuerunt Ioan. à Roias *in ſuo epit. hom. de ſucceſſ. cap. 2. 22. & 24.* dicens à ſe pluries ita fuiſſe iudicatum, ſequitur Ioan. Guter. vir doctus & diligens *in tract. de iura. confirm. in 1. part. capit 51. numer. 25.* Ioann. Mantienco *in rub. tit. 1. lib. 5. noui ordi. in gloſſ. 1. numer. 34. 35.* Lopes de Salcedo *in pract. criminali cap. 73. fol. 28.* Peregr. *conſil. 91. numer. 33. & ſequentibus*, Nauar. *manuali confeſſorum cap. 16. numer. 36. & cap. 22. numer. 70. verſ. 3. aduertendum*, Martin. Vinald. in candelabro aureo de ſacramento matrimonij *numer. 41.* & ita per Illuſtriſſimos Cardinales Congreg. interpretationis Conc. Trident. reſolutum. dict. Lopes de Sal. *fol. 273. in hæc verba.* De Parrocho autem qui, omiſſis tribus denunciationibus, ſine Ordinarij licentia, aliquos diſpenſauerit, an matrimonium teneat, Congregatio cenſuit matrimonium quidem valere, ſed Parrochum ab Ordinario puniri poſſe. Et quamuis per Bullas legationis iungatur, vt dictum matrimonium contrahatur, ſeruata forma dicti Concilij Tridentini, non tamen ex defectu dictarum denunciationum dici poteſt nullum, cùm eo non obſtante per dictum Concilium ſit validum.

Sed, vt iam diximus, defectus ille iuriſdictionis inficit & annullat dictum matrimonium, cui malo vt occurratur, impetranda eſt de nouo diſpenſatio ſiue declaratio à ſummo Pontifice tenorum & formarum qualis mittitur, quæ facilius impetrabitur, attentis in ea narratis.

Difficultas in eo conſiſtet, nũ liberi iam nati erunt legitimi quoad vtramque iuriſdictionem, & ſic quoad temporalia in regno Galliæ, & vt vera deciſio quæſtionis habeatur, aliquæ concluſiones ſtatuendæ ſunt. Prima ſummum Pontificem non poſſe legitimare quoad
temporalia non ſibi ſubditum in temporalibus, Boer. 3
in dec. 297. Peregr. *de fideicommiſſ art. 23 numer. 10.* DD. maxime Abb. *in cap. per venerabilem qui filij ſine legiti-*
mi, fusè Lupus *in tract. de legit. & de nat. reſſse. com. 3.* 4
§. 3. numer. 28. quæ concluſio intelligenda eſt, quando illegitimus natus eſt extra figuram matrimonij. idem Lup. *com. 4. § 1. numer. 55.* Secunda concluſio, ſi ſummus Pontifex diſpenſet ſuper impedimento Canonico, & inde matrimonium contrahatur, filios ex eo naſcituros fore legitimos etiam quoad temporalia in terris imperij vel Galliæ vel alterius Principis, Guill. Benedictus *in cap. Raynutius verbo & vxorem nomine*
Adelaſiam, in præludio 4. dum de ſucceſſione ab inte- 5
ſtato agit *num. 202.* Tertia concluſio vt filij antea ſuſcepti efficiantur legitimi, Bartolus *in l. Paulus fine in l. eum qui ff. de ſtat. hom.* Abb. & Card. Alex. *in c. quod nobis qui filij ſine legitimi*, Peregr. *de fideicomm. art. 24. numero 77.* idem *conſ. 1. num. 19. vol. 3.* Quarta concluſio, ſi ma-
trimonium ſit de facto contractum ex vi diſpenſatio- 6
nis inualide defectu poteſtatis concedentis, vel aliàs, ex eo ſuſceptis liberis, ſi impedimentum proueniat ex iure poſitiuo, vt quia matrimonium ſit contractum in gradu affinitatis vel conſanguinitatis prohibito à lege Canonica, non autem Diuina, tunc per Romani Pontificis approbationem, matrimonium & proles antea ſuſcepta cẽſetur effecta legitima, etiam quoad munera ciuilia & bona temporalia in dictis terris Imperij vel Galliæ, ſi tamen in precibus facta ſit expreſſa mentio,

tam

tam qualitatis dictæ cooiuoctiools quàm ſobolis ex ea ſuſceptæ, & clauſula, prout ex tuoc, adiecta ſit. Id enim operatur legitimatio, quæ ſorgit ex radice matrimonij, quantumuis per prius inualidi, vt in terminis docent Ancbara *conſ.*409. Putens *deci.* 483. *lib.*2. Bened. *d.nu.*202. vbi refert ita iudicatom fuiſſe in ſcacario regio Rotomagenſi, per arreſtum latom præſente eo, qui per Regem fuerat mandatus, Peregr. *de fideicom. artic.* 23. *n.*7. *& art.*24. *n.*75. *& ſeqq* fuſiſſimè Ioann. Bapt. Lopus *d. tract. de illeg. & nat. reſtitu. commen.*3. §.3. *nu.*32 *& com.*4. §.1. *n.*53. qui caſus eſt ooſter nati enim ſunt filij ex figura matrimonij inualidi ex defectu poteſtatis diſpenſationem dantis & ſolemnitatis non obſeruatæ, & in approbatione ſummi Pontificis fiet meotio dictorom liberorũ iam ſuſceptorum, & clauſula, prout ex tuoc, apponetur, quinimò io caſu noſtro multa cõcurrunt, ex quibus dicti liberi ante dictam approbationem ſuſcepti ſiot legitimari, & cenſeri debent legitimi. Primum adhuc vterque ex coniugibus viuit, cùm tamen præfati DD. & præſertim Anchar. Put. Peregr. *n.*83. *d. art.*14 Inquantur in vtroque parẽte, vel alterutro ipſorum mortuo, ſi ex ordinatione patris perita ſit legitimatio. Secundum, quia nulli adhuc ius eſt quæſitum, & tamen iidem doctores etiam eo caſu id procedere contendunt, quo ius qoæſitum eſt alteri. Tertium, quia per decennium, & vltra in figura matrimonij dicti coniuges bona fide permanſerunt, per tradita per eundem Lup. *d. com.*4. §.1. *n.*36. Poſtremum, quia vterqoe, aot ſaltem mulier bona fide contraxit, exiſtimans geſta Gratiaoopoli procurante marito ſufficere, & ſic ipſius ignorantia filiis prodeſſe debet quoad legitimationem ipſorum *c. referente, & c. ex tenore qui filij ſint legitimi.*

Ex quibus exiſtimamus omninò approbationem futuram modo, & cum clauſula ſupradicta ſummi Pontificis ſufficere, & operari etiam quoad liberos iam ſoſceptos modum ad ſuſcipieodos.

Aduertator tameo, quòd ſi ſummos Pootifex in ſuis literis diſpenſationis ſeu approbationis & declaratioois, oon ſimpliciter approbet, ſed mandet Ordinario Epiſcopo vel eius Officiali, vt cooſtito de narratis approbet, vt dictæ literæ præſeotentur, & producantor omnia acta iam coram Vicario Gratiaoopolitano facta & ad maiorem cautelam de nooo, vel iidem vel alij teſtes examinentur, & exactè quidqoid mandat ſummos Pontifex, executioot demandetur, alioqoin literæ ooo poſſent ſuffragari.

ARGVMENTVM.

Maſculus ſiue nepos, an ſit capax fideicommiſſi ad fauorem maſculorum ordinati.

SVMMARIVM.

1 *Nepos ex filia fideicommiſſi includi non poteſt cùm mater non includitur.*
2 *Non admittitur cuius auctor repellitur.*
3 *Incapacitas matris nocet filio.*
4 *In omni ſucceſſione gradum præcedens debet eſſe ſucceſſibilis.*
5 *Quamdiu adeſt media perſona incapax, filius ex ea admitti non poteſt.*
6 *Nepotes veniunt appellatione liberorum.*
7 *Sicut & deſcendentium.*
8 *Cui conueniunt verba diſpoſitionis, conuenit & diſpoſitio.*
9 *Mens teſtatoris in fideicommiſſis potiſſimum dominatur.*
10 *Non quæritur de voluntate, cùm nulla eſt in verbis ambiguitas.*
11 *Dictiones deſcendentes, liberi ſui, & ſimiles, ſunt collectiua plurium graduum & perſonarum.*
12 *Sicut maſculi ex filia comprehenduntur in ſubſtitutione facta ad deſcendentes maſculos, ita & ad liberos.*
13 *In conflictu opinionum huius quæſtionis receptiſſima eſt hæc diſtinctio, quòd ſi diſpoſitio incipiat à maſculis, tunc ſi maſculi ponantur in ſequentibus gradibus, intelligitur de maſculis deſcendentibus ex maſculis.*
Secus ſi à fœminis.
14 *Idem eſt non eſſe, vel eſſe, & non poſſe ſuccedere.*
15 *Reſpondetur doctoribus contra nepotem ex filia ſentientibus.*

CONSILIVM LXVII.

SPECTABILIS quondam dict. de François in ſuo vltimo teſtamento inter alia prælegatum fecit domicellis Lucretiæ & Sibyllæ eius filiabus vltra dotem ipſis conſtitutam locum & oppidum Caſtri-noui de Martegues in Prouincia ſitũ, æqualiter vnicuique pro dimidia parte, illiſque ſubſtituit his verbis conceptis, *ſubſtituant ledit teſtateur à chacune deſdites damoiſelles mes filles en leur moitié reſpectiuemẽt cel de leurs enfans maſles legitimes & naturels qu'elles nommerent & eſliront, & où l'vne d'elles N. N. ou l'vn des enfans maſles eſleu & nommé viendroit à deceder ſans enfans maſles legitimes & naturels, en ce cas ſubſtitue l'autre de meſdites filles ſuruiuants & ſondit fils par elle eſleu & nommé entierement & de plein droict.*

Iam verò cùm d. oobilis Lucretia Domioa de Arboribus babeat tantùm vnicom filium maſculum illuſtrem ſcilicet D. Henricum de Girard Dominum de Arboribus, qui ooo ſperator ſuſcepturus liberos, cùm tamen dicta domina de Arboribus habeat filiam illuſtrem ſcilicet domioam Dianam vxorem Illuſtris domini Doyſe, quæ ex primo matrimonio & illuſtri quõdam dict. de la Verdiere ſuſcepit Illuſtrem dominum Henricum de Caſtellans dominum d'Ampus, ſi dicta domina de Arboribus nominet dictum domioum d'Ampus eius ex filia nepotem in præſentia, & de cõſenſu dict. domin. de Arboribus eius filij & ſub forma & modo, qui præſcribentur, dom ooninatio fiet.

Quæritur, an huiuſmodi nominatio eã vim habuerit, vt excludat dictam dominam Sibyllam de Verqoieres, & eios filium maſculum nominandom per eam, ita vt dict. domin. d'Ampus, & filij maſculi ex eo ſuſcipiendi faciant deficere fideicommiſſum mediæ partis dicti loci Caſtri-noui in fauorem dictæ dominæ de Verquieres eiuſque filij maſculi per eam nominandi factum.

Et qoidem videbatur dicendum huiuſmodi fideicommiſſum & dictam dominam de Verquieres eiuſque filium maſculum nominandum non exclodi 1 per dictum dominum d'Ampus, eiuſque liberos maſculos ſuſcipiendos : nam cùm mater dicti domini d'Ampos, quæ proximior eſt, non ioclndatur fideicõmiſſo, nec maſculus ex ea deſceodeos includi poteſt, quaſi proueniens ex radice excluſa per *regulam* §.

reliquum in auth. de hæred. ab int. venient. vt ibi notauit
Angel. *& in l. fina. C. de natur. liber.* Abbas *in cap. cauſam
quæ & c. Inter. qui filij ſint legit.* & omnium latiſſimè
Tiraq. *de iure primogeniorum q.12.* nam ex radice infe-
cta fructus non producitur, *c. numerato. 10. q. 1.*

Secundò, non debent admitti, quorum repelluntur
a anthores *c. licet ex quadam ext. de teſtib.* & quia abſur-
dum videtur quòd excluſa matre, quæ propinquior
eſt, admittatur filius ex ea remotior in gradu *ad l. Pu-
blius §. 1. ff. de condit. & demonſtr. l. ſi viua matre C. de bo-
nis maternis.*

Tertiò, quia incapacitas matris nocet filiis *d. l. final.*
3 *C. de nat. lib.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 11. num. 33.* &
ideò Menoch. *conſ. 172. lib. 2. & de præſumpt. 79. num. 29.*
ait, quòd in caſu in quo legitimatur, non excludit ſub-
ſtitutum, filij ipſi licet ſint naturales & legitimi, non
admittuntur, ideóque in feudis rectis & propriis, & v-
bi ius feudale eſt in obſeruantia, maſculi ex filia ad ea
non admittuntur, non alia ratione, quàm quia mater
ipſorum eſt huiuſmodi feudorum incapax, Cho.
And. *in c. ad Apoſtolicos de re. iud. in 6. in nouel.* Bald. *in l.
1. ff. de ſenatoribus per text. in c. 1. §. hoc autem notandum
eſt. qui feudum dare poſſunt, & c. 1. titul. de ſucceſſ. frat. vel
grad. ſucced. in feud.*

Quartò, quia in omnibus ſucceſſionibus requiritur
4 gradum præcedentem eſſe ſucceſſibilem, & ſublata
media perſona, non poteſt ſequens admitti, Bald. *in c.
1. de ſucceſſ. fratern. & grad. ſucced. in feud. & in auth. ſi
quas minas C. de ſac. eccl. in fi.* & remota proximiore remo-
uentur omnes venientes ex ea, Bart. *in l. 2. §. videndum
ff. ad Orfician.*

Quintò, tanto magis hoc loco id aſſerendum eſt,
5 quia mater d. Dom. d'Ampus viuit, & mediante gratia
diuina viuet, & erit in rerum natura, quando dicta do-
mina de Arboribus decedet, ideóque cùm adſit me-
dia perſona incapax ſucceſſionis, filius ex eo non po-
teſt admitti *l. meminimus C. de legat. hæred. l. diuo Maur.
C. de quæſtionib.*

Sextò & vltimò, quia cùm caſus etiã euenerit, cum
gratia etiam diuina d. domin. de Arboribus erit in re-
rum natura, qui ex claris verbis teſtatoris vocatur, &
propterea nominatio dict. domini d'Ampus ſubſiſtere
non poterit, præſertim quod vtroque tempore, ſcili-
cet & nominationis & mortis d. dominæ de Arbori-
bus, dict. dominus de Arboribus exiſtat excluderéque
debeat d. dominum d'Ampus.

Ex his & ſimilibus rationibus eſt in terminis, nimi-
rum quando fideicommiſſum diſpoſitiuè ordinatur à
fœmina ad fauorem deſcendẽtium maſculorum ſuo-
rum vel etiam quia inſtituta ſit fœmina aliqua, & poſt
eam ſubſtituti deſcendentes maſculi contra nepotem
ex filia etiam quòd fieret tranſitus ad aliam lineam,
reſponderunt Marian. iunior *conſ. 69. lib. 3.* & ſic quoq;
Ferrariæ conſuluerunt Pau. Leonio. Riminald. iunior,
Sim. de Præris & Franc. Tuſan. vt habetur apud Pau.
Leoni. *conſ. 23. 24. 25. 26.* & in filia inſtituta, grauata ſub
conditione, ſi ſine filiis maſculis, & nepos ex filia non
faciat cõditionem deficere ad ſubſtituti excluſionem,
reſponderunt Benedictus Capra *conſ. 18.* Alex. *conſ. 56.
lib. 5.* idem Alex. *in l. ex facto §. fin. n. 3. ff. ad Trebell.* &
illic Ripa *n. 8.* Riminald. ſenior *conſ. 253. nu. 31.* Decian.
conſ. 127. nu. 15. lib. 3. Grat. *conſ. 120. lib. 2.* & hanc magis cõ-
munem atteſtatur Graſſus *in §. fideicommiſſum q. 35. nu.
3.* atque ſecundùm hanc opinionem inductam in ſu-
premo Senatu Pariſienſi, Pelé *aux queſtions illuſtres
queſt. 48.* nec non in Senatu Gratianopolitano in ſub-
ſtitutione in contractu appoſita, Guid. Papa *q. 133.* quæ
continuatur in noſtro caſu, ex eo quod dictione *leurs
enfans, & ſans enfans*, vitur, quæ videtur eandem vim
habere, ac ſi dixiſſet, ex ſuo corpore procreatos, quo
caſu nepos ex filio non facit deficere conditionem, nec
cenſetur reuocatus, Guid. Pap. *q. 353.*

His tamen non obſtantibus exiſtimo, in caſu, de
quo agitur, per electionem & nominationem d. domi-
ni d'Ampus ex filia nepotis excludi dict. dominam de
Verquieres, & filium per ipſum nominandum ex ſe-
quentibus rationibus.

Primò, quia diſpoſitio teſtatoris verificatur in dicta 6
dom. d'Ampus, etiam attenta mera proprietate verbo-
rum: nam nepotes veniunt & cõprehenduntur ſub ap-
pellatione liberorum *l. liberorum ff. de verborum ſigni-
ficatione l. Lucius ff. de hæred. inſtit. l. 16. de condit. inſertis*,
ideóq; lex, quæ prohibet filium præteriri, eadem pro-
hibet filium ex filio vel filia præteriri *§. poſtremò inſtit.
de exhæredatione l. 3. l. fin. C. de liberis præteritis, ſicut &* 7
deſcendentium §. 1. in authentic. de hæred. ab inteſt. ven.
dictio enim Gallica *enfans*, correſpondet dictioni, *li-
berorum*, in teſtamentis, Charondas *aux memorables
obſeruations verb. enfans*, (quamuis etiam d. dictio, *en-
fans*, pro dictione, *filiorum*, acciperetur, idem quoque
aſſerendum eſſet *l. filij l. iuſtus de verb. ſign.* Socin. iun.
conſ. 169. n. 11. lib. 3. Bened. Capra *conſ. 18. n. 2. & 3.* & quo-
que idem dominus d'Ampus maſculus. Cùm itaque 8
verba diſpoſitionis in eo conueniant, conuenire quo-
que debet ipſa diſpoſitio ad *l. 4. §. toties ff. de dam. infer.
& l. hos accuſare § omnibus ff. de accuſat.*

Secundò, nedum verba conueniunt, ſed & mens te- 9
ſtatoris, quæ in ipſis potiſſimum dominatur *l. pater Se-
uerinam §. condit. verb ff. de condit. & demonſt. l. hæredes
mei §. cùm ita ff. ad Trebell.* (quamuis hoc caſu non de-
beat admitti voluntatis quæſtio, cùm nulla ſit in ver- 10
bis ambiguitas *l. ille aut ille §. cùm in verbis ff. de leg. 3.*
nec à propria verborum ſignificatione vllatenus eſt
recedendum, niſi cùm manifeſtum eſt teſtatorem a-
liud ſenſiſſe *l. non aliter ff. de leg. 3.*) talem eſſe conditio-
nem conſtat, quòd qua ratione voluit præferre maſcu-
lum dictæ dominæ de Arboribus in portione ſibi re-
licta d. dom. de Verquieres ſorori ſeu filio eius nomi-
nando, eadem ratione voluit præferre maſculum ex
filia, vt ſcilicet deſcendentes ex vnaquaque ex filiabus
prælegatariis, modò in illis qualitas maſculinitatis cõ-
ueniat, habeant dimidiam partem matri auiæve præ-
legatam, & vnaquæque ſoror, eiúſque deſcendentes,
modò adſit dicta qualitas, dimidiam partem conſe-
quentem.

Tertiò, quia hic nepos non venit ex perſona matris,
ſed ex nominatione auiæ, & ex eo quòd qualitas maſ-
culinitatis in eo adeſt, & in eo ceſſat excluſio ex quali-
tate fœminei ſexus reſultans, & quòd ſit de liberis, id-
eóque excluſio omninò ceſſare debet, & tanquam le-
gitimè vocatus & nominatus præferendus erit d. dom.
de Verquieres magnæ materteræ eiúſque filio per eam
nominando per notata *in l. pater filiorum ff. de inoff. te-
ſtament.*

Quartò, quia certum eſt dictiones, deſcendentes 11
liberos ſuos, & ſimiles, eſſe dictiones collectiuas
plurium graduum & perſonarum, Tyber. Decian. *conſ.
1. n. 199. cum multis ſeqq.* Couar. *lib. 1. var. reſol. c. 1. de ſub-
ſtit. n. 54.* ideóque quemadmodum ſubſtitutio facta, vt
hæreditas veniat ad deſcendentes maſculos, eorum
nomine maſculi & fœminæ dicuntur comprehendi, vt 12
loquitur textus *in d. §. 1. authent. ad hæredes ab inteſt. ven.*
idem aſſerendum eſt in dictione, *liberorum*, & ita re-
ſponderunt Fulgoſ. *conſ. 85.* Dinus & Albericus *in l. Ne-
ratius ff. de manum. teſtamento.* Carol. Ruin. *conſ. 126. lib.
1.* Alciat. *conſ. 15. lib. 8. & conſ. 34. & 104.* Socin. iun. *conſ.
2. li. 3.* Curtius iun. *conſ. 1. n. 24.*

Poſtremò, in huiuſmodi quæſtione, an nepos ex
filia

ſilia faciat deficere fideicommiſſum factum ſub conditione, ſi ſine liberis maſculis, aut cenſeatur vocatus ad fideicommiſſum, quo liberi maſculi vocantur. In
13 conflictu opinionum huiuſce quæſtionis admodum controuerſæ ea eſt receptiſſima & veriſſima diſtinctio in vltimis voluntatibus, ſi quidem diſpoſitio incipiat à maſculis, tunc maſculi ſi ponantur in ſequentibus gradibus & clauſulis, illud intelligitur de maſculis deſcendentibus ex maſculo, non de maſculis deſcendentibus ex fœminis, & ita limitari debere *l. 1. C. de condit. incertis*, quæ vult per nepotem ex filia excludi ſubſtitutum, id enim verum eſt, quando eſt alieni facta ſubſtitutio ſub conditione, ſi deceſſerit ſine liberis vel filiis, ſimpliciter, *l. iuſta l. liberorum de verbor. ſignific.* ſecus ſi additum ſit verbum, *maſculis*, quo caſu in eadem ſerie non cenſentur vocati ad ſubſtitutionem nepotes ex filia, nec eam deficere faciũt, ſed maſculi ex maſculis, Ioan. And. *in addit. de ſpeculat. tit. de teſtamentis in fin.* Cremen. *ſing. 20.* Bart. *in d. l. liberorum*, Caſtren. Alex. *dec. ad l. Gallus §. nunc de lege Velleia ff. de lib. & poſth.* Bald. & Corneus *ad l. 1. C. de condit. incertis*, Corneus *conſ. 124. & conſ. 146.* Bertrand. *conſ. 246. viſo teſtamento lib. 3I.* & hæc quidem quæ dixi, procedunt, quando inſtitutio vel ſubſtitutio incipit à maſculo, quia tunc manifeſtè apparet teſtatorem ſolius agnationis habuiſſe rationem, ſecus ſi inſtitutio vel ſubſtitutio à fœmina, puta, ſi pater duas habens filias, eas inſtitueret æqualiter, & caſu quo altera decederet ſine liberis maſculis, ſubſtituit alterã vel eius liberos maſculos: nam hoc caſu quia pater non habet rationem agnationis, ſed ſolius maſculinitatis maſculi ex filia faciunt deficere fideicommiſſum, & admittũtur ad ſubſtitutionem, Ferreri. *in addit. ad d. Guid. Pap. q. 133.* poſt doctiſſimum virum Peleum *d. q. 48. fol. 243. in principio*, non verò verſari in his terminis clarum eſt, filiabus enim à patre prælegatum eſt factum, etſi vna vel filius ab ea nominandus ſine liberis maſculis decederet, alteram ſubſtituit, & illum ex liberis, quem ipſa nominaſſet, atque hanc ſententiam, quando ſcilicet inſtitutio vel prælegatum incipit à filia, vel quando teſtatrix eſt fœmina, quæ inſtituit filios maſculos, & ſolus nepos ex filia comprehendatur ſub conditione, ſi ſine liberis maſculis, amplexi ſunt Fulgoſ. *conſ. 85. per totum*, in quo id concludit ad excluſionem piæ cauſæ ſubſtitutæ, Anchar. *conſ. 359.* Socin. iun. *conſ. 2. nu. 11. lib. 3.* approbans & confirmans doctrinam Socini eius patrui *in d. l. Gallus §. nunc de lege Velleia ff. de lib. & poſth.* aſſeritque huiuſmodi opinionem non habere contradictorem. Rubeus Alex. *conſ. 22. num. 1. & 11. 12. 13. & ſeq. & conſ. 128. nu. 9.* Alciatus *conſ. 15. lib. 8.* qui in donatione à maſculo facta loquitur, ſicut *& conſ. 34. nu 8. & conſ. 104. n. 1. & conſ. 127. lib. 9.* Alba *conſ. 86. & 87.* vbi id firmat etiam ad excluſionem agnati tranſuerſalis. Rolandus à Valle *conſ. 76. num. 15. lib. 3.* Ruin. *conſil. 167. num. 7.* Corneus fuſiſſimè poſt Pau. de Caſt. *l. 1. C. de cond. incertis, & conſ. 146. num. 10. lib. 2.* Illuſtriſſimus Mantica *de coniect. vltimar. voluntat. lib. 8. tit. 11. numer. 7. 8. & 9. & tit. 18. num. 3. & ſeq.* Tiraq. *de iure primogeniorum q. 13. n. 11.* Peregr. *de fideic. art. 26. num. 16. & 17.* qui ſubdubitat quando agitur de excludendo maſculo ex maſculo per maſculum ex filia, ſed ſi agatur de excludendo maſculo ex filia, non videtur dubitare. Molina *de Hiſpa. primog. lib. 3. c. 5. num. 49.* Guid. Pap. *q. 612.* vbi refert ita Gratianopoli iudicatum. Ferret. *ad d. q. 133.* Riminal. iunior *conſ. 347. n. 27. & 28.* Illuſtriſſimus Tuſc. *pract. concluſ. tom. 5. liter. M. conſ. 102. num. 10.* Peleus *in d. q. 48. fol. 243. in principio.* Ranchi. *ad Guid. Pap. d. q. 133.* Matheat. *de leg. & fideic. lib. 2. tit. 10. n. 5.*

Nec obſtant rationes in contrarium adductæ, ac primùm ad primam, ſecundam, & tertiam rationem reſpondetur, quòd diuerſa ſit ratio in nepote ex filia quàm in ipſius matre, quia ſcilicet qualitas maſculinitatis requiſita per teſtatorem adeſt in nepote, vt reſpõdent præfati DD. & præſertim Matheat. *d. tit. 10. n. 5. in fine*, deinde reſpondetur eas rationes procedere quando filius venit ex perſona matris, vel in locum illius ſuccedit: tunc enim filius idémque nepos non poteſt eſſe melioris conditionis quàm mater, & radix infecta ei nocet, Curt. iun *conſ. 35.* Pariſ. *cõſ. 72. n. 8. lib. 4.* Caſtr. *in d. l. Gallus §. nunc de l. Velleia*, Menoch. *conſ. 172. n. 7. & 12.* ſed in noſtro caſu dictus Domin. d'Ampus non venit ex perſona matris nec in illius locum ſuccedit, ſed ex propria perſona comprehenſus ſufficit in vocatione facta per abauum & nominatus ab auia.

Eodémque modo ſatisfit quartæ rationi: nam gradus præcedens debet eſſe ſucceſſibilis, quando ſequens intrat in locum ipſius, ſed, vt iam dixi, dictus Dominus d'Ampus non intrat in locum matris, ſed 14
venit ex propria perſona & iure proprio, quod ſcilicet in diſpoſitione proaui, nominabitur ab auia. Non obſtat quinta, quod ſcilicet mater dicti Domini d'Ampus, ſi viuat, & ſit in medio, debeat impedire quominus dictus dominus ſuccedat, nam reſpondet dictam matrem perinde haberi, ac ſi non extaret, à paſi enim procedunt, non extare, vel extare, & non poſſe ſuccedere *l. ſi ex modico § 1. ff. de bonis lib.* & ita in terminis reſpondent, hancque doctrinam procedere aiunt, etiam quando mater eſt in medio, Rube. Alex. *d. conſ. 22. & conſ. 128. n. 9.* & Alba *d. conſ. 86. & 87.* & Roland. à Valle *d. conſ. 76. numer. 15. lib. 3.* Guid. Pap. *dict. q. 612.* Alciat. *d. conſ. 104.* & plerique alij ſuprà nominati, neque enim, vt ſæpe iam dixi, venit ex perſona matris aut illius locum repræſentat, ſed ex propria perſona.

Non obſtat poſtremù: nam ea ratio procedit ſolum quoad dominum de Arboribus, ille enim ſi vellet nominationem de d. d'Ampus factam impugnare poſſet, ſed dicta domina de Verquieres, vel filius ab ea nominandus, ea exceptione ſe iuuare non poteſt: nam quoad ipſos verum ſemper eſt dictum domin. d'Amp. eſſe de comprehenſis in diſpoſitione proaui, & excludere dictam dominam de Verquieres, & filium ab ea nominandum, præſertim quod ad abundantem cautelam dictus dominus de Arboribus renunciabit iuri ſuo & ſucceſſioni ſibi competenti in fauorem dicti domini d'Ampus ad textum *in l. 1. §. quibus ff. de ſucceſſ. edicto.*

Non obſtant etiam authoritates in contrarium al- 15
legatæ: in diuerſis enim terminis quàm noſtris verſantur.

Et primum quidem Socin. iun. *conſ. 69. lib. 3.* in themate enim ſibi propoſito inſtituerat filium hæredem, non mirum, ſi dictio, *maſculorum*, in ſubſtitutione appoſita non comprehendat maſculos ex filia, & ſic ſumus in primo membro quæſtionis ſuprà poſitæ, adde quod iniunctum fuerat onus deferendi nomen & arma, cuius in hac quæſtione decidenda magnam vim faciunt plerique DD. vt per d. dominum Tuſchum *d. conclu. 102. n. 11.*

Quoad verò DD. qui Ferrariæ conſuluerunt, vt apud Paulum Leoninum *conſ. 23. 24. 25. 26.* ij ita reſponderunt, quia teſtatrix nominatim ſtatuerat, vt inter deſcendentes ſuorum hæredum inſtitutorum maſculos & fœminas, quos omnes vocauit, ſeruaretur ſexus prærogatiua, videlicet vt primò maſculi, quamdiu ſupereſſent, & deinde fœminæ maſculis non extantibus ad ſuam hæreditatem admitterentur in perpetuum mo-

do prædicto, ideóque ex quo io ſuo caſu Leootn. ait, *numer.16.* quòd hæc diſpoſitio teſtatricis non ſcruaretur, imò illi conttafieret eaptesſè ſi eaiſteotibus deſcendentibus compluribus maſculis ſuorum hæredum iostitotorum, admitteseotot fœminæ deſceodentes ab voo ea dictis ſnis hæredibus, aut illarum fœminarum deſceodentes, quicumque ſiot, qoas fœminas, aut illarum deſcendeutes admitti taorùm eo caſu voluit, quo maſculi ſuorum hæredum ioſtitutotum protſus deficetent, qoi caſos nihil habeot commone cum ooſtra qoæſtione, præſettim quod maſculi ea dictis filiabus inttabant in loeum matris.

Quoad Benedictum Capiam *conſ.18.* oe de veritate eiua conſilij ounc diſſeiam, multa io eius caſu concurrebant, ea qoibus elicit meotem teſtatoris fuiſſe, vt nepotes ex filia non eacluderent hoſpitale ſubſtitutum, præſettim quod teſtator vſus erat dictione *filiorum*, & non *liberorum*, quæ verba iotelligenda eſſe cootendit de proaimis & immediatis filiis maſculis, per teatum *in l. qui liberis ff. de vulg. & papill. & l. ex facto §. vltimo ff. ad Trebellian.* erſt alioquin dictio *filiorum*, comprtheodat etiam oepotes, ſed in caſu noſtro adeſt dictiu *eaſans*, hoc eſt, *liberorum*, quæ ex propria & natiua ſignificatione, etiam in materia ſtricta & odioſa comprehendu nepotes *dict. l. liberoram*, & ibi Bartolus & Rebuffus, quamuis etiam in dictione *filiorum*, teueta idem aſſerendum eſſet, vt ea ſupsà & infià deductis patet, Aleaandet *conſilio 56.* vbi certo affitmat, vt patet io fine conſilij, ſed vtcumque ſit, loquitur in patre teſtante & filium maſculum inſtituente, & ſic vetiatur io primo caſu diſtinctionis.

Idem Aleaandes *in l. ex facto §. final. numer.3.* ait quidem nepotem ex filia non facere deficete conditionem, *ſi ſine liberis maſcalis*, ſed cùm hoc generaliter propooat, ioſelligendus eſt ſecuodùm diſtinctionem prædictam, eùm ſcilicet pater teſtatur, & filium maſculum inſtituit. Ripæ etiam aotboritati *in dicta lege ex facto §. final. numero 8.* eodem modo reſpondetur. Riminaldus ſenior *conſilio 253. numero 31.* loquitur in terminis ſtatoti, quo caſu certum eſt appellatione *liberorum maſculorum*, noo venire nepotes ea filia, & fusè per Peregr. *dict. articul. 26. numer. 4.* & Ferret. *ad dict. quæſtion.133.* at nos verſamur io vltimis voluotatibus. Tiberius Decianus *conſilio 127. numero 15. Cod.* intelligẽdus eſt, cùm maſculus filius vel agnatus inſtitutus eſt hæres, vt conſtat ea doctoribus, quoa allegat, & eaemplis, quæ proponit Gratus *conſilio 120. lib.2. numero 46.* nititur quidem impugnare hanc reſolutionem, ſine tamen aliqua valida ratione, ſed tameo ſe fundas in ſuo caſu quod principium & fundameotum diſpoſitionis erat ad conſeruandam agnationem, cùm teſtatria filios maſculos inſtituit & eacluſit filias, deinde rediit ad agnationem interpoſitis filiabus & eius liberis, & vocauit aliquos de agnatione, nomioatim & poſtremò proaimiorem de genere. Graſſus *in §. fideicommiſſum, quæſtione 35.* loquitur io membro diſtinctionis, eùm ſe fundat in ratione conſeruandæ agnationis.

Quoad Pelenm, verum eſt contra nepotem in Senatu iudicarum fuiſſe, ſed in ſpecie ibi propoſita, eùm nimisum pater filios maſculos inſtituit hæredes, & ſic ſumos in pimo caſu diſtinctionis, ſed ſi filias inſtitiſſet, diserte Peleus conttariom aſſerendum eſſe contendit. Guid. Pap. *deciſione 133.* procedit tanium in contractibus, ſed in vltimis voluntaribus contiarium iudicatum fuiſſe idem aſſeris *dicta deciſion. 612.* ſed & in terminis donationis, molti contra Guid. aſſerue tunt, & nomioatim Rolaod. à Valle *d. conſ.76. n.15. lib.3.* & Ruinus *conſ.167. num.7. lib.3.* Alciat. *d. conſ.15. lib.8.* & Ferretius poſt dictum doctiſſimnm virum *ad dict. deciſion. 133.* quod verò ſubiũgitur ea dictione *ſuus*, videri iotelleaiſſe de filiis ea proprio corpore natis, ideóque non verificari in oepotibos, eſt mera vanitas, dictio enim *ſuos*, toto cœlo diſtat à dictione *ex ſuo*, vel *proprio corpore*, dictio enim *ſuos*, eſt collectiua plurium graduum & perſonarum, Cancer. *dict. lib.1. cap.1. numer.54.* & ea propria ſignificatiooe comprehendit nepotes & prooepotes vſque in iofinitum, Caocer. *dict. cap.1. numero 54.* Decian. *dict. conſil.1. numero 199.* ſed & quoque etſi dictiones *ex ſuo*, vel *proprio corpore*, & c. adeſſent, non propterea minus nepotes ea filia comprehendereotur, & ideò aſſerendum eſſet, verior enim eſt opinio contra Guid. Pap. vt ſcilicet nepotea compreheodantur io cooditiooe, *ſi decedat ſine liberis ex ſuo corpore natis*, vt per Bald. *in l.1. numero 3. Cod. de condit. incertis*, Bartolus *in l. liberorum ff. de verborum ſignificatione.* Socinus *conſil.17. volum.4.* Aleaander *in l. ex facto §. final. ff. ad Trebellian.* Salicet. *in auth. ea. ſed ſi quis Cod. de ſecund. nupt.* Tiraqo. *in tract. de iure primogeniorum quæſt.10. numer.36.* Ripa *reſponſo 1. numer.79.* Mantica *de coniectur. vltimarum voluntatum tit.11. num.3.* Simon de Prætis *de interpret. vltimar. voluntat. lib.3. fol.120. numero 72.* Ferret. *ad Guid. Pap. dicta quæſtione 353.*

Poſttemo loco non eſt omittendom, Matheat. *in tract. de legat. & fideicomm. lib.2. tit.10. num.5.* ſe admodum inuoluere. Cùm enim primò claré ſtatuiſſet nepotem ea filia cenſeri vocatum, quando fœmina eſt inſtitota & ei deſceodentes maſculi ſubſtituti, poſtea tameo ſi filia ioſtiuta ſit grauata ſub conditione, *ſi ſine filiis maſculis deceſſerit*, ait DD. aſſerere nepotem ex filia non foie impedimento conditioni, quio deſeciſſe videatur, ita vt ſubſtitotus capiat hæreditatem, ſed ſi hanc doctrinam ſuſtioere velimus, ea ſolùm vbi adeſt, *filioram* dictio, oon aotem deſcendeotium vel liberorum, iotelligeoda eſt, in qoibus terminis loqoitor Matheat. oec tunc ſibi ſucceſſu cootratiua eſſet, & quatenus vellemus eam porrigere etiam vbi adeſt dictio, *liberoram*, eſſet omnioo falſa: nam ſi vbi adeſt dictio, *liberoram*, nepos ea filia cenſetur vocatus, quando iuſtituta eſt filia, & ſubſtituti ſunt liberi vel deſcendentes maſculi, ex ipſomet Matheat. & omnibus DD. multo magis ſi fideicommiſſum ſit factum ſub conditinne, *ſi ſine liberis maſculis*, nepos ea filia faciet deficere dictam cooditionem, vt ooo ſit locus fideicommiſſo, Bald. *d. l.1. numer.2. Cod. de condit. incertis*, Ranch. ad Guid. *d. q.153.* poſt Rub. Aleaaod Peregr. *d. art.26. n.17. verſ. paſſim vt videtur*, & quod io dictione tantùm *filiorum* huiuſmodi doctrina ſit accipienda, conſtat ex dd. quos allegat: nam aut nihil dicunt, aut generaliter, aut in dictione, *filiorum*, loquuntur, Caſtrenſ. enim *conſ.18. lib.2.* Aleaand. verò *conſ.56.* verſatur in dictione *filiorum*, præter quam qood loquitur in patre inſtituẽte filios maſculos. Idem verò Aleaand. *in d. l. ex facto §. final. numer.3.* & Ripa ibidem *num.8.* loquuntur quidem de dictiooe *liberis*, ſed geoeraliter loquuntur, & ſic ſecundùm primum membrum diſtinctionis intelligeodi, vt ſuprà dictum fuit. Solus Gratus *d. conſ.120. n.46.* enititur, vt ſuprà dictum fuit, contra oepotem reſpondere, etiam exiſtente dictione *liberorum*, ſed in eo non ſe format, nec id verè aſſerere potoit: nepos enim ea filia facilius facit deficere conditionem, quàm vt cenſeatur vocatus, vt iam dixi, ſed ita reſpondet, quia in ſoo caſu fuit habita ratio conſeruandæ agnatioois. Tib. verò Deciano *conſ.127.* non facit contra, vt ſuprà etiam edoctum fuit, vt reuera etiam in dictione *filiorum*, vt nepos ex filia

cen-

Digitized by Google

cenſeatur vocatus , & faciat deficere conditionem, verior & communior eſt ſenteotia , Nepotem ex filia compiebeodi ad vtrumque caſum ſcilicet , vt cenſeatur vocatus vt faciat deficere conditionem.

ARGVMENTVM.

AN Capitulum Eccleſiæ Cathedralis ſtatutum, quod cum conſenſu Epiſcopi fecit, autoritate tamen Apoſtolica confirmatum, poſſit cum conſenſu eiuſdem Epiſcopi tollere & aliud condere , & hoc ſecundum ita conditum vim habeat ante confirmationem ſedis Apoſtolicæ.

SVMMARIVM.

1 *Statutum à ſuperiori confirmatum ab inferiori reuocari non poteſt, niſi ſuperior reuocationem confirmet.*

2 *Contra quod poſſit.*

3 *Quoties primum ſtatutum ſine confirmatione ſuperioris ſubſiſtere nequit, ſine eiuſdem licentia reuocari, & aliud fieri non poteſt, & n.5.*

4 *Statuentes poſſunt venire contra propriam conſtitutionem, licet fuerit confirmata per ſuperiorem, & contineat talem materiam, quod ſine ſuperiori non valuiſſet, quando primum ſtatutum reſpiciebat ſolam vtilitatem priuatam ſtatuentium.*

6 *Clerici non poſſunt ſtatuere contra Canones, & n.12.*

7 *Primæ dignitates poſt pontificalem in cathedralibus de ſui natura non ſunt electiuæ.*

8 *Quando primum ſtatutum vltra priuatam ſtatuentium vtilitatem reſpicit alios vel publicam vtilitatem ſecundum ſtatutum non ſubſiſtit ſine licentia ſummi Pontificis.*

9 *Capitulum etiam cum ſuo Prælato de grauibus negotiis ſtatuere non poteſt ſine licentia ſedis Apoſtolicæ.*

10 *Clauſula decreti irritantis in confirmatione appoſita, facit ne ſtatuentes ſtatutum etiam in eorum fauorem reuocare poſſint.*

11 *Forma renunciari non poteſt.*

12 *Doctoratus in aliquo iure requiritur ad obtinendam primam dignitatem poſt pontificalem.*

14 *Indultum non extenditur ad dignitates niſi expreſſè dicatur.*

15 *Et quamuis ſit ad dignitates, non comprehendit primam poſt pontificalem.*

CONSILIVM LXVIII.

STATVTO Eccleſiæ Graſſen. de anno 1421. condito , & authoritate Apoſtolica coofirmato, cauetur , vt quoties præpoſitura, quæ maior dignitas poſt pontificalem eſt , in dicta Eccleſia vacauerit , ei per electionem Capituli ſeu maioris partis Canonicorum prouideatur, & ſic electus per Epiſcopum confirmetur, niſi Epiſcopus dum electio heret , præſens fuiſſet in Capitulo , & ipſemet cum aliis elegiſſet, vel electioni conſenſiſſet, quo caſu non ſit opus alia confirmatione: de anno verò 1604. ſtatuta dictæ Eccleſiæ in ordinem redacta fuerunt , & inter ea illud de electiooe Præpoſiti, ſed paulo pòſt Canonici cum Epiſcopo ab eo ſtatuto diſceſſeront, nimirum vt quoties præpoſitura vacaret, Sacriſta qui ſecundam dignitatem obtinet, optare poſſet, quod ſi nolit Præcentor & antiquiores Canonici ſecundum gradus vniuſcuiuſque, vt hactenus conſuetum eſſe inquit, ſcilicet Sacriſta ad Præpoſituram , Præcentor ad Sacriſtam, & ſic antiquior Canonicus ad Præcentoriam, ſi voluerint, & cuius optandi obuenerit, infra duos dies acceptare tenebitur , quibus elapſis ius optionis erit alteri antiquiori ſecundùm gradum ſuum acquiſitum, hùcque ſecundum ſtatutum in Concilio prouinciali confirmatum fuit. Accidit autem , quòd vndecimo Martij de anno 1614. Præpoſitus dictæ Eccleſiæ deceſſit, & ſic vacante Præpoſitura per eius obitum in Capitulo legitimè congregato eadem die circa horam decimam de mane, in quo adfuerant ſex Canonici , aliis ſcilicet à Ciuitate abſentibus , per quatuor Canonicorum ſuffragia fuit electus in Præpoſitum Domin. Mouton Iuris Canonici & Theologiæ Doctor , alij verò duo Canonici declararunt ſequendum eſſe ſtatutum de non optando , io cuius executionem nominarunt Dominum Claudium Bernard Præcentorem, proteſtando de nullitate dictæ electionis: dictus verò Mouton ſtatim adiuit domum dicti Vicarij generalis, vt ipſius electio per eum confirmaretur, ſed is qui inimicus aſſeritur dicti Moutonis , & cuius inimicitiam per acta publica probari poſſe prætenditur , fecit ſignificari ſe eſſe abſentem, & aliis diligentiis factis d. Domin. Mouton adit ipſius ſubſtitutum, qui ipſum inſtituit , & ipſi eam confert , indéque dictus Dominus Mouton poſſeſſionem accipit , & recipitur in Capitulo, & ipſi reſpondetur de fructibus , ſed nono die poſt obitum d. Præpoſiti duo Canonici ſimul cum Theologo, qui abſens redierat, conuocati domi dicti Domini Vicarij nominat pro Præpoſito dict. Domin. Claudium Bernard Præcentorem iuxta ſtatutum de optando, & inſequendo dictam nominationem, dictus Vicarius Præpoſituram ei confert, eadémque die dictus Vicarius in Capitulo cum dictis tribus Canonicis, præſentibus aliis quatuor ſe opponentibus & proteſtantibus ratificat collationem per ſe factam, & de nouo confert dictam Præpoſituram dicto Claudio Bernard; etſi ſciret omnia quæ geſta erant circa electionem & confirmationem d. Mouton.

Eadem die & in eodem Capitulo Alexander de Villanoua ſe præſentat , dicens ſe donum habere à Rege Chriſtianiſſimo pro primo Canonicatu & Præbenda in dicta Eccleſia vacante , petitque dictam Præpoſituram ſibi conferri , dictus Dominus Mouton reſpondet ſe de ea prouiſum fuiſſe , dictus verò Vicarius ſe eam contuliſſe , & quia d. Mouton dubitabat de confirmatione per dictum ſubſtitutum facta , Bullas nouæ prouiſionis à Legatione Auenionis impetrauit , vt defectus ſi qui eſſent , ſupplerentur.

Notandum quoque eſt dictum Dominum Mouton antea fuiſſe Præcentorem dictæ Eccleſiæ , & Præcentoriam reſignaſſe dicto Bernardo nunc Præcentori , & quia exiſtimauit reſignationem nullam , vocauit in ius dictum Bernardum coram Senatu Aquenſi , petens ſe redintegrari in poſſeſſionem dictæ Præcentoriæ , liſque adhuc pendet , cuius fauorabilem exitum ſperat dictus Dominus Mouton. Ex his proponuntur mihi quinque dubia decidenda , quorum primum , idque præcipuum

eſt,ex cuius deciſione reſolutio litis, quæ ventilanda
eſt inter Dominum Mouton & Bernardum, pendet:
an ſcilicet ſecundum hoc ſtatutum de optando præ-
poſitura valeat, præſuppoſito quod ante illud, dictæ
præpoſituræ prouideatur per electionem ſecundùm
ſtatutum antiquum, & verba hæc, vt hactenus cóſue-
tum eſt, erroneè & contra rei veritatem quoad præpo-
ſituram appoſita fuiſſe. Huius igitur primi dubij reſo-
lutio pendet ex quæſtione, quam ſolent DD. facere, an
Capitulum Eccleſiæ cathedralis ſtatutum, quod cum
conſenſu Epiſcopi fecit, authoritate tamen Apoſtoli-
ca confirmatum, poſſit cum conſenſu eiuſmodi Epiſ-
copi tollere, & aliud códere, & hoc ſecundum ita con-
ditum vim habeat, ſortiatúrque effectum ante confir-
mationem ſedis Apoſtolicæ, quæ quæſtio controuerſi
iuris eſt, & Bald. quidem *in l. omnium numer. vltim. C. de*
1 *teſt.* exiſtimauit huiuſmodi ſtatutum ab inferiori reuo-
cari non poſſe, niſi ſuperior reuocationem approbet,
Bart. verò *in d. l. omnium* & latius *in l. omnes populi num.*
33. ff. de inſt. & iur. contrarium omnino exiſtimauit, o-
2 pinioq́ue Bartoli dicitur communis. Sed quidquid ſit,
in illa quæſtione ita generaliter propoſita in hoc con-
3 ueniunt doctores, quòd ſi primum ſtatutum tale fue-
rat, quod ſine confirmatione ſuperioris ſubſiſtere non
potuiſſet, tunc illud reuocari, & aliud fieri non poteſt
ſine eiuſdem ſuperioris licentia vel confirmatione,
eadem enim ſolemnitas, quæ in actu extruendo requi-
ritur, in eodem quoque deſtruendo deſideratur, nihil-
q́ue tam naturale eſt quàm vnumquodque vinculum
ſoluere eo modo quo ligatum eſt, Authen. è contra
Cod. de repu. l. 1. C. quamlicet ab emp. diſce. c. 1. de regu. iur.
gloſſ. in l. cum proponeretur ff. de lega. 2. Baldus *in l. final.*
column. final. Cod. de fideicommiſſ. & in l. error colum. 1. C.
de iur. & fact. igno. & ratio eſt, quia tali caſu ex quo con-
firmatio conualidat actum, ſtatutum dicitur ſtatutum
ſuperioris, vt per Baldum *in l. ex placito Cod. de rerum*
permut. & qui confirmat actum inualidum, dicitur de
nouo facere *c. examinata extra de confirm. vti. vel inuti.*
capit. cum veniſſent, vbi Fel. *in 2. nota, extr. de teſti. l. mo-*
re, vbi Bartolus *colum. 1. de iuriſdict. omni. iudi.* vnde ſi-
cut in condendo ſtatuto neceſſaria fuit authoritas ſu-
perioris, ita & in reuocando *argum. gloſſ. in dict. l. cum*
proponeretur ff. de leg. 2. Doct. *in capit. cùm acceſſiſſent*
extra de conſti. quod adeò verum eſt, vt in tali caſu
ſicut ſtatuentes non poſſunt tollere ſtatutum, ita ne-
que interpretari, vt dicunt Baldus, Angelus & Imo.
in l. ex facto in princ. ff. de vulga. & pupill. Barba. *con-*
ſil. 27. column. penultim. libro 1. nec his obſtat Panor-
mitanus *in cap. cum M. numer. 6. de conſtit.* cùm ait
ſtatuentes poſſe venire contra conſtitutionem pro-
4 priam, licèt fuerit confirmata per ſuperiorem, & licèt
contineat talem materiam, quod ſine ſuperiore ſtatu-
tum non valuiſſet, nam huiuſmodi doctrina intelli-
genda eſt ſecundùm ea quæ idem Panormit. tradi-
dit *in cap. cùm acceſſiſſent numer. 2. eodem titul. de conſtit.*
ad quæ ipſemet ſe refert *in dict. cap. cum M. num. 6.* ni-
mirum quando primum ſtatutum reſpiciebat meram
& ſolam vtilitatem priuatam ſtatuentium, & illud re-
uocando reditur ad ius commune: nam tunc confir-
matio primi ſtatuti habet vim cuiuſdam priuilegij,
cui poſſunt ſtatuentes, vt priuilegio, renunciare *c. cum*
illum extra de præben. & ita ſe ipſum interpretatur Pa-
normit. *in dict. cap. cum acceſſiſſent numer. 2.* atque hanc
ſententiam, vt ſcilicet quando confirmatio fuit neceſ-
ſaria in primo ſtatuto, non poſſit illud reuocari per in-
5 feriorem ſine authoritate ſuperioris, paſſim & com-
muniter Doctores amplectuntur, vt teſtatur Decia.
in dict. cap. cùm acceſſiſſent numer. 3. verſ. 2. concluſio,
& ipſemet Bartolus *in dict. l. omnes populi*, eam ſequi-
tur. At verò in noſtro caſu ſtatutum primum de pro-
uidendo præpoſituræ per electionem indigebat au-
thoritate ſuperioris, probatur ex eo quod Clerici non 6
poſſunt aliquid ſtatuere contra Canones, Panormit.
in cap. vltim. de conſuetud. Felin. *in cap. quod ſuper his nu-*
mero 2. de maio. & obed. Pet. Gregor. *in d. cap. cum M. nu-*
mer. 7. de conſtitu & alij infrà allegandi: quod verò pro-
uideretur præpoſituræ per electionem, eſt contra for-
mam in Canonibus præſcriptam prouidendi huiuſ-
modi & ſimilibus dignitatibus in Eccleſiis Cathedra-
libus exiſtentibus, quocumque nomine vocentur ſi-
ve Præpoſituræ, ſiue Decanatus, ſiue alio: quandoqui- 7
dem huiuſmodi dignitates non ſunt electiuæ de ſui
natura, vt in terminis docet Azor. *inſtitut. moral. part.*
2. lib. 6. de 4. Decalog. præcept. verſ. quinto quæritur pag.
mihi 723. Adrian. Iaſquelot. *in compend. benefic. expoſi-*
ti numer. 86. pragm. annexa in nouiſſima edition. ergo
dictum primum ſtatutum indiguit confirmatione A-
poſtolica, & per conſequens ſecundum ſtatutum non
valet ſine licentia vel confirmatione ſummi Ponti-
ficis.

Secundò, in dictam ſententiam deſcendo, quia 8
omnes conueniunt, quòd ſi primum ſtatutum non
reſpiciat meram & ſolam priuatorum ſtatuentium v-
tilitatem, ſed prætereà etiam reſpiciat aliorum vel
publicam vtilitatem, ſecundum ſtatutum non ſubſi-
ſtit ſine licentia ſummi Pontificis, ita docent ipſe-
met Bartolus *in dict. l. omnes populi numer. 33.* & Panor-
mit. *dict. cap. cùm acceſſiſſent numer. 2. & in cap. dilecto*
numero 10. de præben. Felin. *in dict. cap. cùm acceſſiſſent n.*
5. & Decianus ibid. *numer. 3. verſ. vnde reitera*, Manri-
ca *ibidem numer. 7.* Suares *in tract. de legibus lib. 6. c.*
26. numer. 15. cum ſequentibus, quod adeò verum eſſe De-
cia. *dict. loco* aſſerit, vt etiā primum ſtatutum non fuiſ-
ſet authoritate Apoſtolica confirmatum, non poſſit
tamen ſecundum ſubſiſtere ſine licentia ſedis Apoſto-
licæ. At verò hoc caſu primum ſtatutum nedum ſta-
tuentium, ſed etiam aliorum vtilitatem reſpiciebat,
quia per illud, quicumque idoneus, tamen & capax,
poterat eligi, etiam ſi non eſſet de Capitulo & ſta-
tuentibus, ergo non potuit tolli per ſecundum,
quo tantùm Sacriſta, vel in defectum illius præcen-
tor, vel antiquior Canonicus de ea poterat proui-
deri.

Tertiò, confirmatur hæc ſententia, quia Capi- 9
tulum ſine ſedis Apoſtolicæ authoritate etiam cum
ſuo prælato non poteſt de grauibus negociis ſtatuere,
Inno. *in cap. requiſiſti in fine*, & ibi Abbas *in 8. nota. ex-*
tra de teſta. facit gloſ. ſecunda communiter appro-
bata *in cap. in ſumma 18. diſtinct.* & gloſ. *in c. 2. de ma-*
ior. & obedi. & melior *in cap. regula in ver. porro diſt. 3.*
vbi etiam cum ſynodis ſuis Epiſcopi & Archiepiſcopi
in grauibus negotiis Canones condere non poſſunt,
at verò forma prouidendi dignitatibus, præſertim hoc
caſu, quo agitur de abroganda forma prouidendi per
electionem, & ea transferenda in optionem, quæ odio-
ſa eſt, & contra ius, Calder. *de conſuetudine conſ. 3. &*
7. & infra dicetur, clarum & notorium eſt eſſe de gra-
uibus cauſis.

Quartò probatur, quia præſuppoſito, quòd in
confirmatione adſit clauſula decreti irritantis, de 10
quo tamen mihi non conſtat, cùm bullas confir-
mationis non viderim, procedit doctrina, quod
quando in confirmatione clauſula decreti apponitur,
tunc ſtatuentes etiam ſtatutum in eorum fauorem re-
uocare non poſſunt *tex. no. in d. c. dilecto ver. niſi forte*, &
ibi Abb. *num. 3. ver. noto gloſſam iuncto textu de præben.*
ad hoc facit, quia vbi talis clauſula apponitur, con-
ſenſus partium nihil operatur, vt per *gloſſam in cap.*
ſtatu-

Digitized by Google

ſtatutum in prin. in ver. committatur de reſcript. in 6. & quia vbi dicta clauſula adeſt, videtur data forma, vt notat Baldus *in l.i. ff. de liber. & poſthum.* & formæ renunciari non poteſt, vt notat Bartolus *in l.de his ff. de tranſaction. dicto. in l.pacta quæ contra Codic. de pact.*

Poſtremo, quia hoc ſecundum ſtatutum eſt contra ius commune, Rota *dec.6.num.7. de conſuetud. in nouis,* Archid. *in c.fin. circa princ. de conſuetud. in 6.* Calder. *de conſuet. conſ.3. & 7.* Moneta *de option. c.2. nu.19.* At verò, vt iam dictum eſt, Clerici contra canones ſtatuere non poſſunt ſine ſcientia ſummi Pontificis. Pan. *in c. vel de conſuetud.* ſequitur Iaſ. *in l.omnes populi ff. de iuſt. & iur.* Felin. *in ſup. his numer.2. de maior. & obed. & inc. cognoſcentes numer.2. de conſtit.* Albet *tract. de ſtatut. par.1.q.7.* Rochet. de Curt. *tract. de conſuet. ſect.3. & 7.* Iosè Suar. *de legib. lib.6.c.26.num.3. cum ſeqq.* nec Epiſcopus in ſua ſynodo *d.c. quod ſuper his de maior. & obed. can. inſtitutionis c. antiquato c. eccleſiaſticæ 25. qu.1.* Suares *d.c.26. nu. 7.* etſi aliud ſit in conſuetudine, facilius enim contra conſuetudines ſtatuere poſſunt Clerici, quàm contra Canones, quia in tollenda conſuetudine nihil ſit contra legem ſuperioris, & ſic eliditur contraria ratio *clem. ne Romani de elect.* ſed & ſæpe conſuetudo contra ius eſt, ſtatutum autem contra conſuetudinem, reducit negotium ad ius commune, ideo fauorabile, cùm ius de facili ad ſuam primæuam naturam reuertatur *c. ab exordio 35. l. ſi vnus §. pactus ne peteret ff. de pact.*

Ex quibus concluditur, quoad primam quæſtionem dictum ſecundum ſtatutum vim non habere, nec eo quemquam ſe iuuare poſſe, ante confirmationem ſedis Apoſtolicæ.

Sed iam præſuppoſito, non tamen conceſſo, dictum ſecundum ſtatutum valuiſſe, & in vim illius dict. præpoſituram potuiſſe optari, quæritur ſecundo locu, ao optio per dictum Bernardum præcentorem facta legitima ſit & ſuſtineatur, varia enim contra eam opponuntur, ex quibus creditur eam oon ſubſiſtere, & nullius eſſe momenti, quæ ſigillatim perſequar. Primò, quia dictus Bernardus non eſt antiquior, ſed hoc nihil eſt, quia, quod ſit antiquior, requiritur in Canonicis qui vellent optare in defectum dignitatum, non autem quoad dignitates ipſas, in quibus non quis antiquior, ſed quis maiorem habeat dignitatem inſpicitur, vt ſcilicet ſacriſta cæteris præferatur, & poſt eum præcentor. Secundò, opponitur dictum Bernardum ooo eſſe pacificum poſſeſſorem præcentoriæ, ratione cuius habuit dictum ius optandi: hoc etiam nihil eſt, quia quamdiu poſſedit dictam præcentoriam, ſicut fructus illius percipit, ita & quoque potuit optare, ſed ſi per ſententiam præcentoria caderet dict. Dominus Mouton, qui eam conſequeretur, is enim eſt, qui cum dicto Bernardo ratione dictæ præcentoriæ litigat, peteret quoque ſibi d. præpoſituram adiudicari, quam ſi præcentor fuiſſet, optaſſet: ſicut enim ad fructuum præcentoriæ reſtitutionem condemnaretur, ita & quoque præpoſitura cadere deberet. Tertiò, quia optando non dimiſit præcentoriam, imò vtrumque detinet. Sed hoc etiam nihil eſt, quia cùm non ſit pacificus, in præpoſitura non tenetur præcentoriam dimittere, multu magis hoc caſu, quo, vt credo, dictus Mouton, non Bernard. eſt in poſſeſſione præpoſituræ. Poſtremum, quod dictus Bernardus nullum gradum in iure Ciuili & Canonico, vel Theologico habeat, huiuſmodi defectus legitimus eſt, qualibet enim gra- 13
dus requiſita eſt ad huiuſmodi dignitatem primam poſt Pontificalem obtinendam, *ex ſacro Concil. Trid. ſeſſ. 25. de refor. c.12. cum dignitates.*

Tertium dubium, ſi dictus Bernardus potuit optare antequam feciſſet declarare ſacriſtam inhabilem ad optandum, & antequam ipſius voluntatem ſciret: Reſpondeo hoc non nocere optioni, cùm notoriè ſacriſta inhabilis ſit in 14. ſcilicet vel circa ætatis anno conſtitutus, & vtcumque ſit, huiuſmodi prætenſus defectus eſſet in fauorem dict. ſacriſtæ, qui propterea ſolus eam impugnare poſſet, quod ſi entitetetur facere, ſtatim defectu ætatis repelleretur, *arg. eorum quæ notantur in l. filio præterito ff. de iniuſto rupt.*

Quartum, ſi is, qui indulto Regis nititur, aliquod ius prætendere poſſit in dicta præpoſitura: Reſpondeo non poſſe etiam præſuppoſita validitate d. indulti, de qua nihil affirmare poſſum, cùm illud non videtim, quia cùm ſit factum de primo Canonicatu, & 14
præbenda vacaturis, appellatione Canonicatus & præbendæ vel beneficij non venit dignitas, & quis ex vi dict. indulti vel mandati, non poteſt prætendere dignitatem, maximè hanc, quæ prima eſt poſt pontificalem, Cardina. *in clem. ſi Romanus de præb.* Greg. *in inſtit.* 15
res benefic. lib.1. cap.6. numer.4. In materia enim odioſa, vt in impetrationibus beneficiorum per viam indulti vel mandati, appellatione beneficiorum non veniunt dignitates, niſi expreſsè dicatur *clem.1. de ſequeſ. poſſeſſ. & fruct. in clem.1. de rau poſ. & propri.* Greg. *dict. numer.4.* & quod magis eſt, in mandato vel impetratione ad dignitates non comprehenditur maior poſt pontificalem, Ægid. Bellon. *dec.698.* Rebuff. *in concor. in forma mandati in gloſſ. verb. aut dignitates fol 538.*

Poſtremum, ſi prouiſio & confirmatio Illuſtriſſimi prolegati, ſufficiat ad ſanandum defectum confirmationis, ſi ſit, an verò opus ſit de nouo petere confirmationem à Vicario, qui iam ſcientiam habet dictæ electionis & prouiſionis factæ per eius ſubſtitutum. Reſpondeo non eſſe petendam de nouo confirmationem, præſertim cùm d. Vicarius iam prouiderit d. Bernardum, prouiſionémque Illuſtriſſimi prolegati ſanare huiuſmodi defectum.

ARGVMENTVM.

BEneficium vnitum alteri aſſumit eius naturam.
Circa beneficia incompatibilia quæſtiones variæ.

SVMMARIVM.

1. *Verba enunciatiua plenè probant in antiquis, & quando principaliter emiſſa ſunt.*
2. *Capellania vnita beneficiaturæ aſſumit eius naturam.*
3. *Vnitum vt acceſſorium ſequitur naturam principalis.*
4. *Beneficia requirentia reſidentiam ſunt incompatibilia,* & n. *6. etiam ſi ſint ſimplicia.*
5. *Beneficiati & portionarij in cathedralibus vel collegiatis reſidere debent.*
7. *Beneficia ſub eodem tecto etiam ſimplicia ſunt incompatibilia.*
8. *Vt duo beneficia ſub eodem tecto ſint incompatibilia, debent eſſe vniformia.*
9. *Contrarium verum eſt.*
10. *Beneficia vniformia quæ ſint,*

11 *Quando beneficia ſunt incompatibilia, quia ſub eodem tecto, per adeptionem ſecundi, primum vacat ipſo iure.*

12 *Quando vero ſunt in diuerſis eccleſiis & requirunt reſidentiam quæſtio eſt controuerſa, & licet communis ſit non vacare ipſo iure, tamen limitatur quando beneficia ſimplicia requirunt reſidentiam, ita quod non poſſet in iis deſeruiri per alium.*

13 *Epiſcopus non poteſt diſpenſare ad duo beneficia ſub eodem tecto.*

14 *Beneficia regularia per 40. annos poſſeſſa per ſeculares mutant naturam.*

15 *Requiſita in præſcriptione.*

16 *Regula, de pacificis poſſeſſoribus, ſe tueri non poteſt qui non habet titulum verum aut coloratum, & cuius poſſeſſio eſt turbata.*

17 *Simplex reſignatarius non iuuatur poſſeſſione anteceſſoris.*

18 *Conſuetudine induci non poteſt, vt quis habeat duo beneficia conformia in eadem eccleſia, ſecus in difformibus.*

19 *Beneficium deuolutum ad Papam, nec reſignari nec conferri poteſt.*

20 *Collectio ſacrilego facta nulla eſt.*

21 *Beneficiaturam presbyteralem non poteſt tenere, qui non attegit 24. annum.*

22 *In beneficio alteri vnito non requiritur ordo qui aliàs eſſet neceſſarius.*

23 *Quando Papa prouidet in beneficiis ſubiectis præſentationi laicorum iure deuolutis per reſcriptum, ſi neutri vel nulli, non requiritur conſenſus patroni.*

24 *Conſenſus patroni ex poſtfacto validat collationem eo inſcio factam.*

CONSILIVM LXIX.

PRÆSVPPOSITO, ann. 1556. D. de Sanſon prouiſam fuiſſe beneficiaturam in ſancta Eccleſia Arlaten. & ann. 1572. Canonicatum in eadem Eccleſia, anno verò 1612. d. beneficiaturam impetratam fuiſſe à D. Mari vt vacantem propter incõpatibilitatem, incapacitatem, & intruſionem dict. Sanſon, prætereáq; eodem anno, & poſt dictam impetrationem dict. Sanſon reſignaſſe inter manus Ordinarij Arlaten. purè & ſimpliciter d. beneficiaturam eámque tunc authoritate d. Ordinarij collatam eſſe D. Cotaut, & præterea poſt primam impetrationem d. Mari, & reſignationem d. Sanſon, & prouiſionem d. Cotaut: D. Chabaud, habuiſſe ſignaturam Romæ, ſi neutri vel nulli vel certo modo, ad habendam d. beneficiaturam tam propter defectum d. incõpatibilitatis, reſignationis d. Sanſon & prouiſionis d. Cotaut, quàm propter incapacitatem d. Mari ob crimen ſacrilegij ab ipſo cõmiſſum ante deuolutionem ab illo à Domino Vicelegato obtentam, cuius criminis fuit conuictus & condemnatus ſentẽtia d. D. Archiepiſcopi Arlaten. 2. Martij ann. 1613. Item præſuppoſito: ab anno 1614. Capellas fundatas in d. Eccleſia fuiſſe annexas Beneficiaturis de numero de viginti à viſitatore & reformatore Apoſtolico. Ex his multa dubia fuerunt propoſita quibus reſpondere oportet.

Primò, an Capella, de qua eſt quæſtio, tranſlata, vnita, aut beneficiaturæ annexa, ſit eiuſdem naturæ cum beneficiatura, & an huiuſmodi tranſfuſio aut vnio legitimè probata ſit per d. actum. Reſpondetur d. actum facere plenam fidem talis tranſfuſionis aut vnionis,
5 nam etiamſi ſint tantum verba enunciatiua, tamen faciunt hoc caſu plenam fidem, tum quod verſemur in antiquis, tum quod principaliter ſint emiſſa, Alexand. *conſ. 6. n. 6. vol. 1.* Decia. *conſ. 42. n. 11.* quod præſertim hoc caſu afferendum eſt, quod d. inſtrumentum eſt 200. an- 2
nos; cùm hoc ſit, certum eſt d. Capellas eſſe eiuſdem naturæ cum beneficiaturis, & ſic requirere reſidentiã, ſiue ex duobus beneficiis vnum factum fuerit, *c. decimas prope fi. 16. q. 1.* ſiue vnum beneficium alteri ſubiectum & ſubditum fuerit, vt *in c. recolentes in fin. de ſtat. mona.* nam ſi in primo caſu vnum beneficium non poteſt eſſe diuerſæ naturæ, in ſecundo vnitum debet ſequi naturam principalis, & ſic Beneficiaturæ non Capellæ, quæ eſt acceſſorium, Horeda *de incompatibilitate benef. 2. par. c. 3. n. 2.* quod ita verum eſt, vt ſi in benefi- 3
cio vnito maior ordo requiratur quàm in illo cui vnitũ eſt, quis poſſit obtinere beneficium vnitum alteri abſque eo quòd ſit initiatus illo ordine, qui requiritur aliàs in beneficio vnito, *gloſſ. in ver. parrochialibus in c. licet canon. de electio,* Horeda *d. c. 3. par. 2. n. 15.* vt infra latius dicetur, quæ omnia confirmantur *ex text. in c. ſuper eo de præbendis in 6.*

Secundum eſt, an talis beneficiatura ſit incompatibilis cum Canonicatu d. Eccleſiæ. Reſpondetur eſſe incompatibilem duobus modis.

Primo, quia vtrumque beneficium requirit reſidentiam, & tenetur prouiſus de vnoquoque inſeruire Ec- 4
cleſiæ, horis inſiſtere, & ſi deficiat in aliquibus, amittit pro rata diſtributiones. Et ſi reſidere nollet, poſſet beneficio priuari, nedum fructus amitteret, Docto. *in c. referente de præben.* Abbas *in c. peruenit de appell.* & ibi notat Dec. *n. 1.* & probat *tex. in c. inter quatuor in princ. de cler. non reſiden.* & nouiſſimè ita ſtatutum eſt *in Concil. Triden. ſeſſ. 24. cap. 12. de reform. & ſeſſ. 13. c. 1. de refor.* quod nedum habet locũ in Canonicatibus, ſed etiam 5
in beneficiatis & portionariis, qui ſimiliter ad reſidẽtiam tenentur, *tex. in c. cùm ad hoc de cler. non reſiden. ibi abſentes canonicos & aſſiſtentes, &c. & ibi notat glo. in ver. aſſiſij & dict. Concil. ſeſſ. 24. c. 12. ibi præterea obtinentibus &c.* & quamuis dicantur beneficia ſimplicia, nõ tamen propterea minus reſidentiam requirunt quando ſunt in cathedralibus vel collegiatis, præſertim quòd tenentur intereſſe horis, Horeda *d. tract. c. 17. n. 26.* cùm itaque Canonicatus, nec non beneficiaturæ, in d. Eccleſia Arelat. requirant reſidentiam, ſunt incõpatibilia, duo enim beneficia etiam ſimplicia, quorum vtrumque requirit reſidentiam, ſunt incompatibilia, 6
& ſimul ab vno obtineri non poſſunt, Inno. *in cap. cùm iamdudum, & in c. ſuper inordinata de præben.* Panorm. *in c. extirpanda § qui verò n. 27. cum ſeqq. maximè nu. 30. de præben.* & paſſim ſcribentes *in c. fin. de cleric. non reſiden.* Rebuff. *in pract. benef. tit. de diſpen. acta in § incompatibilia n. 15.* Horeda *d. c. 17. n. 30.* Alter modus incõ- 7
patibilitatis eſt, quia dictus Canonicatus & Beneficiatura ſunt ſub eodem tecto: duo enim beneficia etiam ſimplicia in eadem Eccleſia ſunt incompatibilia, *text. in c. de multa de præben. ibi addentes, vt in ead. &c.* & ita ibi notant Inno. Ancha. Anto. & Panor. *nu. 4. text. in c. literas de conceſ. præben. & ibi gloſ. in ver. ex conſuetudine,* & ibi Panor. *n. 2. text. in cle. vlt. de præben. ibi primaq; præbenda &c. & ibi glo. in ver. narrante,* fusè Horeda *d. tract. c. 20. n. 1.* ſed ad id forſan opponetur, vt duo benefi- 8
cia ſub eodem tecto ſint incompatibilia, neceſſariũ eſſe, vt talia beneficia ſint conformia ſeu vniformia, ſecus autem ſi eſſent difformia, vt docet Pariſ. *de reſign. lib. 3. q. 1. n. 118.* ad id reſpondetur duobus modis.

Primo, veriorem eſſe ſententiam in contrarium, 9
quidquid dicat Pariſ. vt probat *tex. in d. c. literas de conceſ. præben. & in c. 1. de conſu. in 6.* & tenet *glo. in c. dudum 2. de elect.* Inno. *in c. cum iamdudum de præben.* & ita tenet Mendoſ. *in ſignatu. grati. in tit. diſpen. ad benef. ſub eodem tecto verſ. ad duo beneficia,* fusè Hore. quem non bene Pariſ. reprehendit *d. tract. c. 20. n. 15.*

Secun-

Secundò & præcisè reſpondeo negando huiuſmodi beneficia eſſe difformia & aſſerendo eſſe vniformia
10 & conformia: nam conformia dicuntur quando habent idem officium, vt docet Hecht. *tract. de benefic. c. 5. num. 4. pag. mihi 60.* idem autem eſſe vtriuſque officium patet, quia prouiſus de vnoquoque eidem Eccleſię, iiſdémque horis & tempore inſeruire debet: rurſus ſunt vniformia, quia vnuſquiſque de illis prouiſus habet ſuam præbendam, ſuas diſtributiones in eodem choro inſeruiendo lucrandas, quo caſu eſſe vniformia beneficia ipſemet Pariſ. & omnes contrariam ſententiam amplectentes fatentur. Poſtremò, quia prouiſum de vnoquoque tenetur eiſdem horis, vt iam dixi, inſeruire beneficio, per ipſum non per alium, at verò contrarium ſentientes loquuntur in Beneficiis, quæ per eundem diuerſis temporibus vel per alium deſeruiri poſſunt.

Ex his patet d. duo beneficia eſſe incompatibilia, tam quia requirunt reſidentiam, quàm quia ſunt ſub eodem tecto, quod, opinor, vt certiſſimum in iure ab omnibus concedetur, ſed difficultas eſt, an per adoptionem ſecundi primum vacet ipſo iure, an verò per ſententiam tantùm ita vt optio dandi ſit prouiſo, quod ex duobus retinere velit, ſupponendo ſemper nos non verſari in dignitatibus. Sed ad id reſpondetur
11 quoad incompatibilitatem reſultantem, quòd ſint ſub eodem tecto, omnes doctores conuenire, per adeptionem ſecundi vacare primum ipſo iure. *tex. in cap. literas in fi. de conceſ. præben.* & fusè docet Hote *d. tract. 1. par. c. 20. n. 26* Pariſ. *lib. 3. q. 1. n. 121.* poſt Card. Abba. Rebuff. & Lambert.

12 Sed ſi proponerentur duo beneficia ſimplicia reſidentiam requirentia in diuerſis Eccleſiis, & ſic eſſemus in terminis primæ incompatibilitatis, magna eſt controuerſia inter Doctores, aliis aſſerentibus ipſo iure vacare, inter quos ſunt Innoc. Fede. de Se. Pe. de Ancha. & alii pleriſque, aliis verò non vacare ipſo iure per adeptionem ſecundi, vt Ioan. Andr. Oldrad. Pan. La. & aliis. Quia tamen hæc ſecunda ſententia dicitur communis, vt aſſerunt Hote. *dict. tract. cap. 17. num. 4. verſ. his tamen non obſtantibus*, & Pariſ *lib. 3. quaſtio. 1. num. 133.* ab ea non eſſet recedendum, ſi generaliter quæſtio proponeretur, ſed in caſu noſtro, etiam ſuppoſito, quòd non eſſent ſub eodem tecto, in quibus terminis procedit d. quæſtio, omnino aſſerendum eſſet, vacaſſe ipſo iure, quia huiuſmodi ſententia, vt duo beneficia ſimplicia reſidentiam requirentia in diuerſis Eccleſiis exiſtentia, ſint quidem incompatibilia, ſed primum non vacet ipſo iure, limitatur quando beneficia ſimplicia requirerent reſidentiam, ita quod non poſſet in eiſdem deſeruiri per alium, nam tunc per adeptionem ſecundi beneficij videtur renunciari primo, ex eo quòd impoſſibile eſt, vt in vtroque per ſe quis deſeruiat, vt probatur in *c. quotidie de conſe. diſtin.* 1. & ita in terminis docet poſt Flotian. d. Hote. *d. loco n. 44.* nos verò verſari in beneficiis reſidentiam talem requirentibus notorium eſt.

Sed cùm hoc caſu vtraque incompatibilitas concurrat, & vtrumque beneficium reſidentiam requirat, & ambo ſint ſub eodem tecto, res eſt clariſſima, Hote. *d. c. 17. n. 48.*

13 Tertium eſt, an Archiepiſcopus potuerit diſpenſaſe, vt dicta beneficia retineantur: Reſpondetur, cùm ſint ſub eodem tecto, non potuiſſe, *gloſ. in cap. literas de conceſ. præben. in 6. gloſ. in ver. vacabit in clar. vlt. de præben.* Hote. *d. cap. 20. num. 2.* Pariſ. *lib. 3. quæſt. 1. n. 121.*

Quartum eſt, an poſſeſſio 40. annorum d. Sanſon potuerit efficere, vt hæc duo beneficia ſint compatibilia ad inſtar beneficiorum regularium, quæ per 40. 14
annos per ſæculares poſſeſſa mutant naturam *cap. cùm de beneficio de præben. in 6.* Reſpondetur, quòd 15
non: primò, quia deficiunt omnia requiſita in præſcriptione, ſcilicet titulus & bona fides. *cap. 2. de regul. iur. in 6. cap. ſi diligenti de præſcript.* caruit enim titulo, cùm per adeptionem ſecundi vacauerit ipſo iure beneficium, vt docuimus. & bona fide, quia contra iuris diſpoſitionem illud tenuit *cap. qui contra de regu. iu. in 6.* Rurſus & defuit continua & pacifica poſſeſſio abſque interruptione, quod neceſſarium eſt. *cap. illud autem & ibi glo. in ver. interruptio. de præſcript.* ſæpius enim fuit ob d. beneficium vexatus, qui lites huiuſmodi mediante pecunia ſopiuit, & ſic malam ſuam fidem augendo, & propterea nunquam præſcribere potuit. *capit. poſſeſſor malæ fidei de regul. iur. in 6.* Nec obſtat *dict. capit. cùm de beneficio.* loquitur enim in longè diuerſis terminis, præterquam quod in eo aderat verus titulus, bona fides, ac continua & pacifica poſſeſſio.

Secundò reſpondeo, præſcriptione non potuiſſe 16
fieri huiuſmodi beneficia compatibilia, cùm nec conſuetudine, quæ fauorabilior eſt, id fieri poſſit, vt mox dicemus.

Poſtremò, etſi omnia requiſita concurriſſent, non potuiſſet præſcribere, quia non habuit animum præſcribendi, ſed in vim priuilegij id poſſidendi, petita ſcilicet quamuis infructuosè, vt ſuprà dictum fuit, diſpenſatione ab Epiſcopo *c. veniens* & ibi *gloſ. in ver. intentioni de præſcript.*

Quintum eſt, an Cotant poſſit vti regula *de pacif. poſſeſſor.* iuuando ſe poſſeſſione 40. annorum dicti Sanſon. Reſpondetur, quòd non, cùm poſſeſſio dicti Sanſon eſſet ſine titulo vero aut colorato, & poſſeſſio ſæpius interrupta & turbata, vel contra iuris diſpoſitionem, vt patet ex ipſamet regula, & ibi Rebuff. *pag.* 756. Boer. *quæſt. 24. num. 6. & 7.* & idem Rebuff. *tractat. de pacific. poſſeſſ. num. 33.* dictúſque Sanſon non poſſeſſor, ſed intruſus eſt, talíſque dici debet *cap. ad decimas de reſtitu. ſpoli. in 6.* Denique d. Cotant non poteſt vti poſſeſſione dicti Sanſon caſu, quo fuerit aliqua, quæ eſſet legitima, cùm d. Beneficium, vt vacans, obtinuerit per ſimplicem reſignationem d. Sanſon; ſimplex enim reſignatarius non iuuatur poſſeſſione anteceſſoris, Rebuff *de man. da. Apoſto. § declarantes in glo. ſucceſſores & de pac. poſſ. n. 158. & 267.*

Sextum eſt, an mos qui verificatus præſupponitur, quatuor aut quinque collationibus, quod Canoni- 18
ci poſſederint huiuſmodi beneficia vnitas, potuerit reddere dicta beneficia compatibilia. Reſpondetur, quòd non, nam non valet conſuetudo, vt quis duo beneficia Eccleſiaſtica in eadem Eccleſia habeat, *gloſ. in ver. ex conſuetudine in cap. literas de conceſſ. præben.* quam ſequuntur ibi ſcribentes. & eſt expreſſus text. in *d. cap. literas ibi, ſed Prapoſitus allegabat &c.* Rebuff. *in concor. de manda. Apoſto. § 1. ver. ita tamen verſ. præterea Epiſcopus Pe.* Dec. *in tract. reg. regu. 71. amplia. 5.* & communem aſſerit Hote. *d. cap. 20. n. 3.* quod intelligendum eſt de vniformibus beneficiis, qualia ſunt iſta, nam in difformibus conſuetudo induci poſſet, vt duo ab eodem tenerentur, Hote. *dict. cap. 20. numer. 25.*

Septimum eſt, vtrum reſignatio dicti Sanſon in ma- 19
nibus Ordinarij facta poſt impetrationem dicti Mau, valida fuerit, & an collatio Epiſcopi in fauorem Cotant defendi poſſit: Reſpondetur quòd non, quia poſtquam ſemel beneficium fuit deuolutum ad Papam, neque reſignatio neque collatio Ordinarij valet *c. licet c. literas extra de ſupplem. negli. præla.*

Octauum eſt, an per ſacrilegij crimen à d. Mati patratum, & cuius conuictus fuit ante aut poſt ſuam impetrationem, d Mati factus fuerit inhabilis ad d. beneficiaturam. Reſpondetur affirmatiuè, & collationem
20 ſacrilego factam eſſe nullam, vt in terminis docet Nauar. in ſuo manu. *c. 27. n. 25.* Rebuff. *de pacif. poſſ. n. 203.* Pariſ. *lib. 4 q. 3. n. 23. vol. 1.* Corra. *de benef. part. 2. c. 6.* Zechi. *de benefic. c. 1. num. 1. part. 12. verſ. ſecundo ſi collatio fuit.* quod confirmatur doctrina Felin. *in c. 2. de reſcript. n. 4.* quamuis enim beneficium ex ſuperueniente crimine inducente irregularitatem non vacet ipſo iure, ſed poſt ſententiam, tamen ſi commiſſum ſit crimen ante impetrationem, non poteſt illi criminoſo conferri, Nauar. *conſil. 2. de homicidio.* & Pariſ *lib. 4. q. 3. n. 33. & ſeqq. vol. 1.* neque prodeſt diſpenſatio ad cenſuras generaliter facta in prouiſionibus, nam expreſſa mentio facienda eſt dicti ſacrilegij, aliter nulla eſt collatio, Menoch. & DD. per me relati, *de arbitr. lib. 2. centu. 3. cap. 201. n. 37. & ſeqq.* & Zechi. *d. loco.*

Nonum eſt, vtrum ſola ſignatura d. Chabaud abſque Bullis ſufficiat; videtur probabile ſecundùm doctrinam Rebuff. *de ſigna grat. n. 7.* & Papon. *lib. 2. ſuorum arreſt. tit. 9 art. 4.* ſed Bullæ in omnem euentum accipientur.

Decimum præſuppoſito, quòd Capella annexa fuerit ex fundatione preſbyterali; An d Chabaud vnũ & vigeſimum tantùm annum agens illam tenere poſſit: reſolutio huius dubij dependet, ſi beneficiatura ex ſe & ſui inſtitutione ſit preſbyteralis vel non: nam ſi erat
21 preſbyteralis, certum eſt illam ab illo nõ poſſe teneri, cùm deberet attigiſſe quintum & vigeſimum annum, vt ad ordinem presbyteralem promoueri poſſet, quod ſufficeret, etſi actu non eſſet Sacerdos, Rota *deciſ. 2. de praben. in nouiſ. Decio. in c. licet de elect. n. 6.* Zechi. *d. loco fol. 12.* Si verò d. beneficiatura ex ſui inſtitutione non ſit presbyteralis, quamuis Capella annexa fuiſſet presbyteralis, poteſt à d. Chabaud impetrari: poteſt enim quis
22 beneficium vnitum alteri obtinere abſque eo quod ſit initiatus illo ordine qui requiritur aliàs in beneficio vnito *gloſ. in c. licet canon. ver. parrochialib. de elect. in 6.* quam ſequuntur ibi Ioan. Mona. Domi. & Phi. Franc. *per tex. in c. ſtatutum de elect. lib. 6. & in c. ſuper eo de præben. in 6.* & ita in terminis Boer. *dec. 119. n. 7.* Hote. *d. tract. part. 2. c. 3. n. 15.* Si verò d Beneficiatura ſit ſacerdotalis aut non, ſcietur aut per fundationẽ illius aut per vſum, ſi ſcilicet non presbyteri illam antea tenuerint aut nunc teneant: ex vſu enim & conſuetudine ſequuta qualis ſit res & qualitas illius demonſtratur, intelligo autem plurimos non presbyteros tenuiſſe aut tenere d. Beneficiaturas.

Vndecimum eſt, an d. Beneficiatura, dato, non tamen conceſſo, quòd dependerit ex nominatione patronorum laicorum, impetrari potuerit per d. gratiam, ſi neutri vel nulli, irrequiſito d. patronum laicorũ con-
ſenſu. Reſpondetur, illorum conſenſum non requiri: 23
quãdo enim Papa prouidet in beneficiis ſubiectis præſentationi patroni laici iure deuoluti per d. reſcriptum, ſi neutri non eſt opus conſeo, ſu patronum, Rebuff. *in pract. bene. 3. par. ſigna. n. 16. par. 83.* Nec obſtat, ſi dicatur, quatuor menſes non currere niſi à die ſcientiæ, nam præterquam quod non exiſtimo id procedere in impetratione, ſi neutri ex ſuprà allegatis, non poteſt patronus hoc caſu prætendere ignorantiam, aut ſi ea fuit craſſa eſt & inexcuſabilis, cùm per tot annos potuerit ſcire inquirendo peritos d. Beneficiaturam vacaſſe ipſo iure per adoptionem Canonicatus. Præterea his ceſſantibus, quæ tamen non ceſſant, cùm patroni non poſſint ignorare d. Chabaud d. Beneficiaturam impetraſſe, & litem ſuper ea iam ab anno pendere, aut re ipſa dictæ impetrationi conſenſerunt ex
poſtfacto quod ſufficit. *c. cura de iure patro.* Rota *deciſ.* 24
5. de rer. permu. in nouis. aut iure ſuo ceciderunt, cùm intra quatuor menſes à die impetrationis aut poſſeſſionis adeptæ per d. Chabaud aut ſaltem litis motæ & diuulgatæ non præſentauerint *cap. quia propter de iur. patron.*

ARGVMENTVM.

Clerici non poſſunt conueniri niſi in quantum facere poſſunt.

ARGVMENTVM.

1 *Clericus ad inſtar militis non poteſt conueniri niſi in quantum facere poteſt.*
2 *Nec huic beneficio cum iuramento renuntiare poteſt.*
3 *Alimenta iuxta ſtatum & qualitatem perſonæ aſſignanda ſunt.*
4 *Taxatio alimentorum relinquitur arbitrio iudicis.*

CONSILIVM LXX.

PARS penſionis quingentorum aureorum Ill. & R. domino Paulo Æmylio de Sadolet S. Sedis Apoſtolicæ Protonotario, ſuper fructib. Prioratus de Paternis competentis, eſt ei adiudicanda, non certum eſt clericum, maximè hũc, qui ſacerdos eſt,
1 qui dicitur miles cæleſtis militiæ, pro debito ciuili non poſſe conueniri, niſi in quantum facere poteſt, ad inſtar militis armatæ militiæ *gloſ. in l. miles ff. de re. iudi.* quam ſequuntur Bartol. Alex. Iaſ. Rip. & Imo. necnon Abbas, Anchar. & idem Imo. *in cap. Odoardus de ſolutio.* Franc. *in cap. ſi clericus de ſenten. excom. in 6.* Couar. *lib. 2. varia. reſol. cap. 1.* quam ſententiam magis communem aſſerit Anthon. Genuen. *in praxi Archi. c. 3. n.* 1. ideòque relicto ei patrimonio ſufficienti ad victum, aut redditibus beneficij pro honeſta vitæ ſuſtentatione aſſignatis, admittitur ad iuratoriam cautionem de ſoluendo debita, cùm peruenerit ad pinguiorem fortunam. *d. cap. Odoardus. & cap. peruenit de fideiuſ.* nec Clericus pro debito tenetur cedere bonis, Abb. Imo.
Anchar. *in d. cap. Odoardus.* Couar. *dict. cap. 1. num. 9.* 2
quod adeo verum eſt, vt nec beneficio *d. c. Odoardus,* cum iuramento renunciare poſſit, ita Hoſtien. & Ioan. Andr. *in d. cap. Odoardus,* quod procedit etiam in obligato in forma Cameræ etiam cum iuramento, Galeſi. *de oblig. in for. camer. part. 6. quæſt. 7.* Genuen. *d. loco n. 13.* quæ ſententia maximam habet rationem, cùm beneficiatus debeat viuere de fructibus ſuæ Eccleſiæ *c. cum ſecundùm Apoſtolum de præb.* Inn. *in c. Epiſcopus eod.* cùm itaque d. D. de Sadolet nihil habeat vnde ſe alat, quàm ex d. penſione, vt notorium eſt, etſi creditores ſui prætendant eum alia bona habere, ipſe ea illis remittit, & conſentit vt diſtrahantur pro eorũ creditis, debet portio competens ſecundùm eius qualitatem d. penſionis illi aſſignari, vt ex ea victum & veſtitum ſibi parare poſſit: certum enim eſt in iure alimenta iuxta ſta-
tum & qualitatem perſonæ eſſe aſſignanda *l. ſi cui. ff.* 3
de annu. lega. l. mela. l. pen. ff. de alimen. & ciba. lega. & probat. l. tutor ſecundùm dignitatem in princip. ff. de ad. tutor.

Cùm

Cùm autem d. D. Sadolet ſit de illuſtri familia & in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutus, nimirum ſanctæ ſedis Apoſtolicæ protonotarius, non videtur poſſe minus ei aſſignari quàm dimidiam partem dictorum fructuum, ad quam quantitatem videtur admodum
4 illuſtrem D. Auditorem, à cuius arbitrio taxatio alimentorum dependet, Menoch. *de arbitra. cas. 169. numer. 14.* dicta alimenta taxare debere, idque præſertim cùm d. D. de Sadolet exceſſerit 60. annum & indigeat famulis qui ipſi inſeruiant, & medicamentis, vt infirmæ eſt valetudinis in ea ætate & fuerit ſemper.

ARGVMENTVM.

An Papa diſpenſare poſſit in primo gradu affinitatis lineæ tranſuerſæ.

SVMMARIVM.

1 *Impedimentum matrimonij ratione affinitatis non eſt de iure diuino.*

2 *Gradus prohibitiui matrimonij ex lege Moſaica non obligant in lege Euangelica ex eo quod in lege veteri interdicti ſint.*

3 *De iure naturæ nullus gradus affinitatis ex matrimonio ortæ ita impedit matrimonium vt illud irritet eodem iure etiam in primo gradu lineæ tranſuerſæ.*

4 *Papa diſpenſare poteſt ſuper omnibus impedimentis ſolo iure Pontificio matrimonium dirimentibus.*

CONSILIVM LXXI.

N. Nupſit G. & poſtquam in matrimonio permanſerunt ſimul per ſex annos vel circa, N. maritus deceſſit ſuperſtite vxore ſine liberis, iam verò P. frater d. N. cuperet d. G. ex fratre viduam in vxorem ducere & ad hos fines diſpenſationem à S. Pontifice impetrare, quæritur an d. S. Pontifex poſſit ſuper d. impedimento affinitatis in primo gradu lineæ tranſuerſæ
1 diſpenſare: & breuiter reſpondetur poſſe, quia certum eſt illud impedimentum non eſſe à iure diuino introductum, cùm in noua Euangelica lege nullum tale ſit præceptum, Sanches *in tract. de matri. lib. 7. diſp. 52. n. 2.*
2 & conuenit inter omnes gradus prohibitiuos matrimonij legis Moſaicæ, de quib. Leuitici 18. non obligare in l. Euangelica, ex eo quòd in lege veteri interdicti ſint, imò eſſet hæreticum aſſerere, ideo interdictos eſſe nũc eos gradus quòd in Leuitico prohibiti ſint, vt docent Victoria *relect. de matri. ſecunda part. ſecunda part. n. 3.* Sotus *4. diſt. 40. q. vnica art. 3. col. 4. verſ. igitur doctores.* Sequitur igitur vt videamus, an iure naturæ d. gradus impediant matrimonium, & ne de gradibus conſanguinitatis nũ cagam, quòd id non ſit præſentis ſpeculationis, quidam enim impediunt, & quidam non, qua de re fusè Sanches *d. q. 52.* ne etiam diſſeram de gradibus affinit. in recta linea, qua de re Sanches *d. lib. 7.*
diſp. 65. n. 7. verior & certior hæc eſt ſententia, nullum 3
gradum affinit. ex matrimonio ortæ ita impedire in linea tranſuerſali, iure naturæ attento, matrimonium, vt eodem iure illud irritet, quod etiam in primo gradu affinitatis lineæ tranſuerſæ, vt ſi agatur de ducendo in vxorem viduam ex fratre prædefuncto, qui caſus eſt noſter, procedere verius eſt, etſi aliqui contrarium ſentiant: probatur hæc ſententia, quia Innoc. *3. in c. ſi de diuort.* diſpenſauit cum infidelibus recens conuerſis propter infirmitatem eorum, vt vtantur matrimoniis initis cum relictis fratrum, & Alexan. 6. diſpenſauit in eodẽ gradu cum Rege Luſitaniæ, & Iulius 2. cum Henri. 8. & Catharina regib. Angliæ, & poſtea Clemens 7. conſultis totius orbis illuſtriſſimis Vniuerſitatibus & maturiſſimo conſilio habito, decreuit authoritate Pontificia eſſe legitimam diſpẽſationem, quod decretum refert ad verbum Caſtro. *lib. 1. de lege pœnali c. 12.* & multi viri doctiſſimi varios edidere tractatus in illius veritatis confirmationem, aliiſque rationib. hanc ſententiam firmat Sanch *d. diſp. 66. n. 11.* & reſpõdet rationibus, quę in cõtrarium afferri poſſunt, *n. 12.* & generaliter verum
eſt S. Pontificem poſſe diſpenſare ſuper hoc & ſimilib. 4
impedimentis ſolo iure Pontificio matrimonium dirimentibus, Sanch. *lib. 8. de matri. diſp. 6. n. 4.* ſed quamuis veriſſimũ ſit S. Pontif. poſſe diſpenſare in d. primo gradu affinitatis lineæ tranſuerſæ, tamen non puto eum diſpenſaturum, quia non ſolet huiuſmodi diſpenſationes facere niſi ex magna cauſa, & cum de bono publico agitur, vt in exemplis ſuprà poſitis, in quibus agitur de infidelibus ad fidem conuerſis, & de Regibus, tentari tamen poterit an poſſit obtineri diſpenſatio, exponendo quod d. N. nullos ſuſcepit liberos ex d. G. & quod d. N. cùm viueret, hæreticus eſſet, quódque pater & mater dictorum N. & P. adhuc in humanis exiſtentes ſint hæretici, quod dictus P. dictáque G. qui inuicem nubere volunt, Catholici ſunt, ſed tam violento amore ſe proſequuntur, vt verendum admodum ſit, caſu quo dictam diſpenſationem obtinere non poſſint, ne hæretici fiant; quo poſſint in ſimul nubere, adeò deprauati ſunt multorum in Gallia mores.

ARGVMENTVM.

Capitalia annuorum redituum ſeu penſionum, quas vocant, in dotem conſtituta aut etiam conſtante matrimonio ex rebus dotalibus nomine vxoris acquiſita, an ſtatim ſoluto matrimonio reſtituenda ſint, an verò annus expectandus.

Dato, quòd annus expectandus ſit, an fructus intra annum percepti reſtituendi ſint.

Empta ex pecuniis dotalibus, an ſint dotalia.

Pecuniæ, quæ ex pacto in emptionem prædiorum vel annuorum redituum conuerti debent, an cenſeantur mobiles vel immobiles.

An rata cenſuum decurſorum ante matrimonium ſoluto matrimonio reſtituenda ſint.

Iocalia magni pretij marito donata, an cenſeantur vxori tradita vt eius ſint.

Iura dotalia, cuius ſumptibus exigenda ſint.

Res mobiles æſtimatæ in dotem datæ, an vxori reſtitui poſſint, an verò earum Aſtimatio vidua nubens intra annum luctus, an veſtes lugubres reſtituere teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Annui reditus cenſentur ad inſtar immobilium, idcóque ſtatim reſtituendi ſunt.*
2 *Quod procedit ſolum in caſu in quo neceſſariè inter mobilia vel immobilia habendi ſunt.*
3 *Extra tum caſum tertiam ſpeciem conſtituunt de per ſe.*
4 *Actio ad exigendos annuos reditus non venit appellatione mobilium vel immobilium, ſed conſtituit tertiam ſpeciem.*
5 *Pro annuis cenſibus ſoluitur collecta in loco deſtinata ſolutionis.*
6 *Tria ſunt genera annuorum redituum: vnum, quando conſtituitur ſuper certo fundo ex fructibus illius exſoluendus.*
7 *Secundum, quando ſolum actione perſonali promittitur.*
8 *Tertium, quando præter actionem priſonalem adeſt quoque hypothecaria, quod fit duobus modis, aut enim imponitur ſuper omnibus bonis, aut ſuper certo prædio ſpecialiter & generaliter etiam ſuper omnibus bonis.*
9 *Primi generis naturam immobilium ſortiuntur.*
10 *Secundi generis immobilibus non adſcribuntur, niſi quando iura & actiones naturam eorum induunt.*
11 *Tertij generis, ſi de his agatur, qui ſuper omnibus bonis conſtituts ſunt, ad inſtar mobilium ſunt.*
12 *Si de his, qui ſuper aliquo certo prædio, idem quoque ſtatuendum eſt.*
13 *Reſpondetur ad id quod obycitur, annuos reditus, quando debentur actione reali vel mixta, venire appellatione immobilium.*
14 *Annui reditus cenſentur inter mobilia ex eo quòd ſunt redimibiles, non tamen ſolum ex eo.*
15 *Annui reditus ſunt res incorporales, & quoad dotis reſtitutionem tria genera rerum conſtituit Iuſtinianus mobilium ſcilicet, incorporalium, & earum quæ ſolo continentur.*
16 *Hodie exactio dotis ita celebratur vt fiat intra annum in rebus mobilibus, vel ſe mouentibus, vel immobilibus (ſcilicet aliis quam ſoli nominibus ſeu debitis) cæteris quæ ſolo continentur, illico reſtituendis.*
17 *Annalis dilatio ad reſtitutionem mobilium datur etiam diuiti.*
18 *Fructus mobilium pendente anno percepti reſtituendi ſunt.*
19 *Contraria ſententia verior eſt.*
20 *Res empta ex pecunia dotali fit dotalis ſi eſt empta nomine vxoris, alias ſecus.*
21 *Licet pecunia deſtinata ad emptionem prædiorum generaliter cenſeatur mobilis, & non immobilis, tamen contrarium videtur, ſi vltra ſimplicem deſtinationem adſit pactum, idq; iuratum, & num. 24.*
22 *Vt fauore pupilli pecunia deſtinata ad emptionem immobilium cenſetur immobilis, ita fauore dotis idem ſtatuendum eſt.*
23 *Pecunia ex præcepto teſtatoris deſtinata ad emptionem immobilium cenſetur immobilis.*
25 *In dubio pro dote.*
26 *Mariti negligentia & culpa dotis conditionem deteriorem reddere non poteſt.*
27 *Fauore minoris ætatis maritus conſtituitur in mora irregulari abſque interpellatione.*
28 *Reiecta diſtinctione ſimplicis & enixe deſtinationis, pecunia ſemper cenſetur immobilis.*
29 *Etiam ſi ex pacto matrimoniali deſtinata ſit.*
30 *Pecunia conflata ex venditione prædij dotalis cum pacto, vt conuertatur in emptionem alterius prædij nomine vxoris, idque ſit dotale, cenſetur mobilis.*
31 *Pecunia ex venditione rei dotalis immobilis reſtituitur tantùm poſt annum.*
32 *Iuramentum in contractu appoſitum recipit conditiones, exceptiones, ſubauditiones, & limitationes, quas recipit contractus ſuper quo interponitur.*
33 *Nec auget obligationem, ſed tantùm addit vinculum religionis.*
34 *Iuramentum non operatur vltra intentionem contrahentium, nec mutat naturam rei.*
35 *Nec inducit obligationem ad intereſſe abſque interpellatione.*
36 *Intereſſe dotis viduæ non debetur durante anno luctus, niſi debitor illius fuerit in mora, & vidua pauper non habens vnde ſe alat, vel conſtet, quòd paſſa fuerit intereſſe.*
37 *A pupillo ad dotem non valet argumentum.*
38 *Reſpondetur Socino dicenti, pecuniam deſtinatam ad emptionem immobilium eſſe immobilem.*
39 *L. Atilianus* ff. de pact. dotali. *quando procedat.*
40 *Maritus æquiparatur vſufructuario.*
41 *Et emptori.*
42 *Annui reditus ſunt fructus ciuiles, nec dicuntur pendere, ſed dietim debentur.*
43 *Fructus dotis marito debentur potius ratione onerum, quam ratione dominij.*
44 *In caſu, de quo agitur, rata cenſuum marito adiudicata fuit.*
45 *Iocalia magni pretij marito donata, non cenſentur vxori tradita, vt eius perpetuo ſint, ſed tantùm ad ornatum durante matrimonio.*
46 *Sumptus in exigenda dote facti deducendi ſunt, ſi magni, ſecus ſi parui.*
47 *Res æſtimata in dotem data ſoluto matrimonio non reſtituuntur vxori niſi pacto ita conuentum ſit.*
48 *Æſtimatio inter coniuges operatur venditionem.*
49 *Quando æſtimatio non facit emptionem, res ipſa reſtituitur.*
50 *In dubio æſtimatio reſtitui debet.*
51 *Vidua nubens intra annum luctus veſtes lugubres reſtituere debet.*

CONSILIVM LXXII.

VARIA occurrerunt dubia in lite, quæ coram arbitris, quorum ego vnus eram, agitabatur inter Dominum Petrum de Guilhens vti maritum & rerum dotalium dominum Domicellæ Catharinæ Coſtæ & dominum Melchiorem Ray-

Raynaudum patrem ſpectabilis quondam D. Ioannis
Raynaudi Conſiliarij dum viueret, Senatus Auraicen.
& primi d. Domicellæ mariti ſuper reſtitutione dotis
per eum tanquam ſocerum receptæ & ſolutione iu-
rium dotalium, quorum primum & præcipuum fuit, an
capitalia annuorum redituum ſeu penſionum, quas vo-
cant, in dotem conſtitutas, vel etiam conſtante matri-
monio ex rebus dotalibus nomine vxoris acquiſita, eſ-
ſent ſtatim poſt mortem d. Raynaudi mariti reſtituen-
da, an verò annus ſpectandus eſſet ad inſtar pecuniæ &
1 rerum mobilium? dubium faciebat, quia huiuſmodi
annui reditus cenſentur eſſe ad inſtar immobilium, *ex
Clement. exiui §. cumque annui reditus de verbor. ſignif.*
ideóque ad inſtar dictorum immobilium ſtatim reſti-
tutionem debuiſſe fieri, idque præſertim ex traditis per
Gabriel. *conſil. 141. per to:* poſt Bald. *in cap. 1. col. 2. num. 5.
verſ. eius ſcilicet Epiſcopi, de controuerſia inter vaſſallum
& Epiſcopum, & in cap. 1. §. ſciendum col. final. de cogni-
tione feudi*, & in terminis reſtitutionem ſtatim facien-
dam tradunt Mandoſius *in tract. annales caſus num. 34.
caſu 99.* & Additionatot ad Gammam *deciſ. 71. & 123.*
in contrarium faciebat, quia non eſt verum ſimpli-
2 citer annuos reditus inter immobilia computari, ſed
ſolum id procedit, ſi ſimus in caſu in quo neceſſariò
ſint habendi vel inter mobilia vel inter immobilia, &
ita exandiendam eſſe *d. Clement. exiui* docet Roderic.
in tractat. de annuis reditibus quæſt. 3. nu. 9. circa finem.
3 Sed quando neceſſariò non ſunt trahendi ad alterum
genus rerum mobilium vel immobilium, tunc tertiam
ſpeciem conſtituunt de per ſe, nec inter immobilia
computantur, iuxta doctrinam Abbat. *in cap. Nulli n. 9.
& 10. de rebus eccleſiæ non alien.* & ibi Berous *num. 77.
cum ſeqq.* Marian. Socin. *de oblatione libelli §. quæſt. 5. n. 7.
verſ. ſed iuxta prædicta*, & plerique omnes ita tenent,
vt dicit Tiraq. *de retractu lignagerio §. 1. gloſ. 6. num. 3.
cum ſeqq & in §. 32. numer. 83.* Folle. *in pract. cenſuali fol.
mihi 163. num. 25.* quinimo ſi magis aptè ſecundùm ter-
minos iuris loqui velimus, neque conſtituent genus à
rebus mobilibus, & immobilibus, ſed ſeparatum &
diuerſum ſub rebus incorporalibus exiſtens, quæ ſpe-
cies diſtinguuntur à rebus corporalibus quarum aliquæ
mobiles, aliæ immobiles ſunt, vt ſubtiliter & eruditè
docet d. Roder. *d. quæſt. 3. num. 9. in princ.* ſed vtcum-
que ſit, ſiue dicamus eſſe genus ſeparatum ſiue con-
ſtituens tertiam ſpeciem, certum eſt nos non verſari
modò in caſu, in quo cogamur applicare iſtos annuos
reditus bonis mobilibus vel immobilibus: ſed tan-
tùm quæritur de reſtitutione dotis, quæ conſiſtit in
rebus vel mobilibus, vel immobilibus, vel incorpora-
libus, & propterea remanet ſub illa tertia ſpecie, quæ
nihil aliud conſtituit quàm ius quoddam ſiue actio-
4 nem ad illos exigendum, quæ actio non comprehen-
ditur etiam appellatione mobilium vel immobilium,
ſed etiam ipſa conſtituit tertiam ſpeciem *l. à Diuo Pio
§. in vendit. ff. de re iudic. l. quam Tuberonius §. fi. ff. de pe-
culio.* Bart. *in l. mouentium ff. de verb. ſignif.* & eſt com-
munis opinio vt docet Iaſ. *conſil. 5. vol. 3.* Tiraq. *in tract.
de retractu lignagerio §. 1. gloſſ. 7. num. 9.* Pariſ. *conſil. 94.
vol. 2.* Gabriel *de verb. ſignific. concluſ. 7. num. 1.* Quæ con-
firmantur ex eo, quòd ſi cenſus annui inter immobi-
lia cenſerentur, abſque dubio collectæ pro eis ſolue-
rentur, vbi bona pro illis obligata eſſent, vt patet ad
5 ſenſum, ſed verius eſt, non vbi ſunt bona, ſed in loco
vbi deſtinatæ ſunt ſolutiones, & eſt perſona reddito-
ris collectas ſolui, vt in terminis docet Aretinus *conſ.
9.* quem ſequitur & latè comprobat Chaſſan. *in conſue-
tud. Burgund. rub. confiſcations §. 1. verſ. & appartenant,
num. 18. verſ. ſed iuxta, & num. 23.* & ſequuta eſt Rota in
cauſa *de la Bourdezigre*, de an. 1571. coram bonæ mem.
Oradino, & in alio Auenion. Carpen. & Canal. coram
d. Lancellotto 21. Iunij 1583. Cuius rei ratio eſt manife-
ſta, quia in dictis annuis redditibus non poſſumus con-
ſiderare, niſi actionem pro eis conſequendis compe-
tentem. At actiones dicuntur eſſe de eo loco, de quo
eſt perſona creditoris propter effectum exactionis *in
l. fi. verſ. quid enim prodeſt C. de cong. temporib. l. 3. & ibi
notatur pro ſocio. l. quæ ergo caſus de pecul.* Zapus *alleg.
91. la prima n. 6. verſ. modo eſt quæſtio.* Soc. *conſil. 101. col. 2.
verſ. ſecundo ergo præmitto vol. 1.* Alex. *conſil. 16. in fi. vol.
6.* Rube. *conſil. 136. col. 1. verſ. ſuadetur.* & ſecundo Iaco-
bin. Riminald. *conſil. 244. num. 13. vol. 1.* Et vt veritas hu-
ius quæſtionis magis eluceſcat, ſciendum eſt, tria eſſe 6
genera, non duo tantùm, vt non bene exiſtimauit Ga-
briel *d. conſ. 141. annuorum redditunm*, vnum eſt, quan-
do annuus reditus conſtituitur ſuper certo fundo ex
fructibus illius exſoluendis, & cui ita inhæret, vt ſerui-
tus illius fundi eſſe cenſeatur, & rei ipſius pars, vt rectè
docet d. Gabriel *d. conſil. 141. n. 1.* pro quo propterea da-
tur confeſſoria, & interdum petitorium, vt docet Bald.
*in d. c. 1. Epiſcopū & Abbatem & in d. c. 1. ſciendum de co-
gnitione feudi*, & eum ſequutus Gabriel *d. loco n. 4. 5. &* 7
6. Secundum eſt, quando annuus reditus non imponi-
tur ſuper quibuſdā prædiis, ſed ſolùm perſonali actio-
ne promittitur. Tertium genus eſt, quando præter per- 8
ſonalem actionem adeſt quoque hypothecaria, & vna
pro ſolutione redituum obligantur, quod duob. mo-
dis fit: aut enim conſtituuntur ſuper omnib. bonis mo-
bilibus & immobilib. iuribus & actionib. quæ eo no-
mine obligātur, aut ſuper re quidem, aut prædio certo,
ſed & prætterea etiam generaliter ſuper omnib. bonis
mobilibus & immobilib. præſentibus & futuris, ita vt
d. annuus reditus nō ſit reſtrictus ad fructus dicti præ-
dij ſpecialiter hypothecati, ſed liberum ſit creditori
quancumque rem debitoris, quinimò & perſonam
ipſius, quæ & obligatur, proſequi, eáque de cauſa ſo-
let apponi clauſula, *Ita vt generalitas ſpecialitati non
deroget neque contra ſpecialitas deroget generalitati.*

Primi generis reditus naturam immobilium ſortiun-
tur, quia ſunt quodammodo pars fundi, cùm non niſi 9
ex fructibus illius ſoluantur, & re perempta pereant;
atque de his intelligēdus eſt Bald. & eum ſequutus Ga-
briel. quod enim ſimpliciter Bald. ait *in d. c. 1. Epiſcopū
& Abbatem* dictos reditus ad inſtar immobilium bo-
norum cenſeri, exandiendum eſt ex alio loco Bald. *in d.
c. 1. de feudi cognitione*, nimirum de reditib. annuis, qui
certo prædio adhærēt, neque extra fructus illius egre-
diuntur, alioquin ſi ſimpliciter & generaliter de redi-
tibus annuis à Baldo acciperetur, ipſius doctrina eſſet
erronea, & cōtra communem: neque enim reditus an-
nui generaliter rebus immobilibus adſcribuntur, niſi
quoties ex natura rei, de qua agitur, ad bona mobilia
vel immobilia referendi ſunt. Huius primi generis re-
ditus ſunt hi, qui iuxta Bullam Pij V. conſtituti ſunt,
qui non niſi ſuper certa re imponi poſſunt, & ex fru-
ctibus illius tantùm & pro rata illorum ſoluendi ſunt,
vt re in totum vel pro parte perempta; in totum quo-
que vel pro parte extinguatur reditus. Sed nulli ſunt
huiuſmodi reditus in tota hac prouincia, nedum in di-
ctis penſionibus dotalibus; ea enim Bulla, nunquam
fuit in vſu & obſeruantia in his partibus, ſed & poſtea
per fel. record. Greg. 13. de anno 1574. rigor d. Bullæ
fuit temperatus. Thomas Zerola in praxi Epiſcopo-
rum, *verb. contractus cenſualis in prax.* & quod plus eſt,
reditus annui etiam nulla ſpecialis rei, ſed tantum om-
nium bonorum facta mentione ſuper communitati-
bus permiſſi fuerunt, & quotidie ita conſtituuntur ge-
neraliter tantùm, omnium bonorum mentione &
obligatione facta.

10 Secundi generis reditus, pro quibus tantùm perſonalis actio competit, abſque dubio naturam immobilium non ſortiuntur, niſi iis caſibus, quibus nomina & actiones naturam eorum induunt, cùm tunc in dictis annuis reditib. nihil niſi illa perſonalis actio conſideretur: at verò cùm de reſtitutione dotis agitur, nũquam nomina & actiones ad inſtar immobilium cenſentur, ſed ſicut pecunia & res mobiles non niſi poſt annum reſtituũtur, vt eſt textus clarus *in l.1.§. exactio.* & ibi notat gloſſ. *in verb. incorporalib.* & eam ſequuti DD. *Cod. de re. vxor. actio.* ſed neque primi, neque ſecundi generis reditus vlli ſunt in caſu in quo verſabamur, vt diutius in illis morandum non ſit, ſed omnes tertij generis ſunt.

Tota igitur vis conſiſtit, vt videamus, an tertij generis reditus annui naturam immobilium induant, vbi non neceſſariò ad bona mobilia vel immobilia ſunt
11 referendi. Et quidem ſi de his agatur qui generaliter ſuper omnibus bonis mobilibus & immobilibus conſtituti ſunt, certiſſimum eſt non ad immobilium, ſed actionum inſtar cenſeri, vt declarat Tiraq. *de primog. q.49.num.9.&* 10. & fuit deciſum in d. Auenion. & coram domino Lancelloto 27. Iunij anni 1583. quinimò in prouinciis conſuetudinariis Franciæ, præſertim Pariſienſi; vbi ſunt tantùm duo genera bonorum mobilium, ſcilicet & immobilium, ita vt ipſæmet actiones ad vnum ea illis reducendæ ſint, huiuſmodi annui reditus cenſentur mobiles & appellatione mobilium veniunt, Charond. *in reſponſis lib.6.c.34.*

Tantùm enim reditus fundiarij, quos vocant, qui ſunt illi primi generis, inter immobilia bona cenſen-
12 tur, Tiraq. *d. tract. de primog. q.49. num.9.&* 10. quod ſi prædij quoque alicuius ſpecialis ſit facta mentio vt in ſecundo modo tertij generis dictum fuit, idem quoque ſtatuendum eſt, vt ſcilicet immobilium naturam non induant, eadem enim eſt ratio in illis quæ in reditibus, in quibus generaliter bonorum tantùm eſt facta mentio, nihil enim niſi actio ipſa pro fructibus conſequendis conſiderari poteſt, nec ex ſpeciali prædij mentione ita facta reſtrictus fuit reditus ad id prædium, nec illi adhæret, vt eo perempto ſit peremptus, quinimò eſt in electione creditoris, an fructus illius prædij, an aliorum etiam, quin & cætera ipſamet bona mobilia proſequi poſſit pro ſuorum redituum conſequutione, quæ præſertim procedunt attenta clauſula de qua ſuprà *abſque eo quod generalitas ſpecialitati deroget, aut contra:* atque idem de iis reditibus quod de illis qui generaliter ſuper omnibus bonis conſtituti fuerunt, ſenſiſſe Rotam *in d. deciſ.* conſtat in illis verbis *(Cenſus conſtitutos ſuper certis tenutis ac aliis bonis mobilibus & immobilibus)* in fine quidem deciſionis ſolum mentionem facit redituum ſuper omnibus bonis generaliter conſtitutorum, quod in ſuo caſu de iis tantùm ageretur, quippe qui eſſent à communitatibus conſtituti, quæ non niſi eo modo eos ſolent conſtituere, ſed verba ſuprà poſita, quæ præcedunt, & ſolutio, quam dat Rota in fine ad obiectionem, de qua mox conuenit, vtrique modo tertij generis redituum.
13 Nec obſtat, ſi dicatur, quod quando annui reditus debentur actione reali vel mixta, prout in hoc caſu, tunc veniunt appellatione immobilium, Bald. *in l.2. fi. C. de exequutione rei iudic.* Doctores omnes in *l. ſciendum ff. qui ſatiſdare cogantur*, Gabriel *d. concl.4.n.4.* Tiraquell. *d. gloſſ.6. num.11.* quia ex d. Rotæ deciſ. reſpondetur, quòd realitas oritur ex hypotheca conſtituta ſuper bonis, iuxta notata per Bart. *in l. Codicill. §. inſtituto. num.4. de leg.2.* at principalis obligatio, quæ eſt conſideranda, eſt perſonalis, pro qua aſſecuranda fuit hypotheca, vt bene declarant Chaſſan. & Aretin. in locis ſuprà citatis, quibus addo Felician. *in tract. de cenſibus t.4. num.4.* vbi docet cenſualem contractum principaliter eſſe perſonalem & ſecundario realem, Garc. *de expenſis c.4. n.41.*

His omnibus addebatur ad docendum dictos reditus tertij generis vtroque modo conceptos naturam immobilium non ſequi, quòd ſcilicet ſint redimibiles, quæ qualitas, vt redimi, quandocumque velit, debita poſſint, facit, vt inter mobilia cenſeantur, vt do- 14
cet Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. rub.5. des rentes vendues, num.4. & ſeqq.* Celſus Hugo *conſ.67. num.5.* Palaea à Metis *de maioratu part.1. q.40. n.6.* Sed ſi ſolùm conſideraretur ea qualitas, quod reditus eſſent redimibiles, non eſſet tuta ſententia, vt ea ea ſola cenſerentur inter res mobiles, ex traditis per Surd. *deciſ.204. num.2.* & Greg. Lopez *ad ll. partitas part.2. tit.17. in l.1. verb. rayes*, & hæc quidem dicebantur generaliter tractando quæſtionem, an & quando reditus annui tertij generis aſſumerẽt naturam mobilium vel immobilium. Sed applicando quæſtionem ad caſum reſtitutionis dotis res videtur carere omni difficultate, neque enim hic quærendum eſt, an mobilibus vel immobilibus, ſed an incorporalibus dicti reditus applicentur, ſi quidem *l. Vnica in §. exactio Cod. de re. vxor. actione* non duo tantùm bonorum genera, ſed tria conſtituit: nempe mobilium, incorporalium & immobilium, quinimo nec dictione immobilium vtitur, ſed rerum, quæ in ſolo conſiſtunt, vt magis mentem ſuam explicet, ſcilicet ſe intelligere tantùm de illis, quæ reuera non interpretatur, immobilia ſunt, ſi ſcilicet in ſolo conſiſtant, & ſtatuit, vt res incorporales, etſi mobiles non ſint (neque enim mobiles aut immobiles eſſe poſſunt, cùm nec tangi nec videri poſſint) non minus ac mobiles non niſi poſt annum reſtituantur. At verò huiuſmodi 15
reditus eſſe res incorporales notorium eſt, vt fusè docet Zoder. *d. tract. q.1. n.9.*

Sed & id clariſſimè ea vltimis verbis *d. §. conſtat.* vbi annonas ciuiles, quæ dictis reditib. communi doctorum ſententia ſimiles dicuntur, eiuſdem ſunt naturæ, cuius iumenta, naues, & ſimilia, de quibus ibi quoad reſtitutionem dotis, ita vt coniungendo finem principio *d. §.* annonæ ciuiles & d. reditus non niſi poſt annum ſicut res mobiles reſtitui debeãt, ideóque Greg. 16
Tholoſ. *in ſyntag. iur. lib.9. c.21. n.4.* eruditè, & cum magno myſterio, inquit Iuſtinianum conſtituiſſe *in d. §. exactio*, vt exactio dotis celebretur non annua, bima, trima die, ſed omnino intra annum in rebus mobilib. vel ſe mouentib. vel immobilibus (ſcilicet aliis quàm ſolitis nominibus ſeu debitis) cæteris videlicet rebus quæ ſolo continentur, illico reſtituendis. & ſic reſtringit res quæ ſtatim reſtituuntur, ad eas quæ ſolo continentur, iura verò & debita, quæ immobiles res vocat, non quod immobiles ſint, ſed quia plerumque immobilium naturam induant, vt notat gloſſ. 16. *verb. incorporalibus*, iurium verò & actionum appellatione dictos reditus comprehendi in hac materia certum eſt, tum quòd reuera nihil niſi iura & actiones ſint, vt ex ſuperioribus patet, tum quod reſtitutio rerum ſtatim facienda reſtringitur ad eas, quæ in ſolo conſiſtunt, nõ autem de immobilibus generaliter fit mentio, vt nullo modo eas res, quæ, quandoque poſſent naturam immobilium induere, comprehendantur. Certum igitur eſt, & ex verbis textus *in d. §. exactio*, & ex interpretatione & authoritate d. Gregor. dictos annuos reditus perinde ac res mobiles non niſi poſt annum reſtituendos, quæ omnia procedunt in hoc caſu abſque ſcrupulo, cùm d. vidua habeat ſufficientiſſimè ea bonis dicta Raynaudi vnde ſe alat durante anno luctus, quadringentas ſcilicet libras pacto matrimoniali.

Nec

Nec obſtant authoritates Mandoſ. & adden. ad Gammaio, eæ enim aut intelligendæ ſunt de reditibus primi generis, aut non lnibilibus, aut manifeſtè errarunt, quod manifeſtè conſtat ex ratione quam affert d. Mandoſ. quod, quoties ad bona mobilia vel immobilia reditus ſunt referendi, ad immobilia debeant referri, nam in caſu, in quo verſamur, non debent neceſſariò referri ad mobilia vel immobilia, cùm non duo tantùm genera, ſed tria per Iuſtinianum conſtituantur, ſcilicet mobilium vel mouentium, incorporalium, & ea quæ ſolo conſiſtunt. Ita vt duo prima quoad ſubiectum, de quo agitur, ſcilicet quoad reſtitutionem dotis eiuſdem naturæ cenſeantur, vt non niſi poſt annum reſtitui debeant.

Non obſtat etiam, quod ex aduerſo dicebatur, d. reditus poſſe abſque difficultate reſtitui non minus ac immobilia, & eſſe in poteſtate Domini Raynaudi ea reſtituere, & propterea anni lapſum non eſſe ſpectandum, quaſi verò ratio, vt detur annalis dilatio, ſit, quia mobilia, quæ facile conſumuntur, difficulter reſtitui poſſint, ideóque ſi maritus vel eius hæredes ſint diuites, ita vt ſtatim eis facilis ſit mobilium reſtitutio, tunc ceſſante ratione, de qua ſuprà, nõ competeret eis prædicta annalis dilatio, nam reſpondetur, vtramque ſcili-
17 cet & rationem & conſequentiam falſam eſſe, veriúſq; eſſe marito etiam diuiti d. dilationem dari, vt docent Iaſ. *in §. fuerat n. 28. inſtitutionib. de action.* Boer. *conſ. 50. n. 19.* Plot. *tract. de in lite iurando §. 11. n. 57. in l. 2. in prin. n. 3. ff. ſolut. matrim.* qui rationem differentiæ inter mobilia & immobilia quoad reſtitutionem dotis exquirit, ad quem me remitto.

Ex quibus omnino exiſtimandum dictos reditus non niſi poſt annum reſtituendos, pro bono tamen pacis conſeoſi aliquos, in ſententia nominatim deſignatos, ſtatim à die mortis reſtituẽdos, alios verò non, cùm d. Do. de Guillient appellauerit, eſt omnino inſtandum vt in hoc capite reformetur ſententia in fauorem d. Raynaudi.

Inde manat ſecundum dubium, quod malè ex aduerſo cum primo confundebatur, nam ſi huiuſmodi redituum reſtitutio ſtatim fuiſſet faciẽda, ceſſaret hoc dubium, ſed ſi tantum poſt annum ſunt reſtituendi, vt verum eſt, tunc intrat dubium, an ſaltem fructus inter annum percepti reſtituendi ſint? dubium faciebat verſiculus *fructibus* videlicet in *d. §. exactio*, in quo, cùm fructuum immobilium ſtatim non reſtitutorum reſtituendos eſſe deciditur, idem poſtea ſubiungitur de penſionibus, vecturis nauium ſiue iumentorum vel operis ſeruorum & quæſtu ciuilium annonarum: vnde d. verſiculus, qui afferebatur pro ſolutione prioris dubij, vt non niſi poſt annum d. reditus ſint reſtituendi, retorquetur contra quoad deciſionem ſecundi dubij, vt ſcilicet fructus dictorũ redituum durante anno percepti ſint reſtituendi: ex quo non defuerunt ex doctoribus qui exiſtimauerint mobilia quidem non niſi poſt annum reſtituenda, ſed ſi huiuſmodi ſint quæ fru-
18 ctus pariant, fructus interim perceptos reſtituendos, & vt firment ſuam ſententiam, reſpondent obiectioni, quæ poſſet fieri, quòd ſcilicet inutilis foret dilatio, ſi fructus reſtituerentur, aiunt enim non eſſe inutilem, quia ſcilicet interim dictis fructibus hæredes vſi fuerunt: atque hanc ſententiam amplexi fuerunt Alberic. & Salicet. *in d. §. exactio*, nec non Bart. *in l. ſi conſtante §. quoties num. 9. ff. ſolut. matrim.* & fusè eam tuetur An-
19 tho. Gomeſ. *ad ll. Tauri l. 50. n. 47.* ſed contraria ſententia verior eſt & receptior: nam cum detur dilatio à lege pro reſtitutione mobilium cuiuſcumque generis & nominatim fiat mentio de mouentibus & rebus incorporalibus, idem de omnibus ſtatuendum eſt, vt ſcilicet nõ debeat fieri fructuum reſtitutio *l. ſed ſi manente ff. de precario*, nam, cùm durante dilatione legali in marito non poſſit conſiderari mora *l. ſi pupillus ff. de verb. obligat.* ſuccedit regula, quod ante moram non debentur fructus *l. initio C. de pactis inter empt.* & in materia probat *l. ſi longius 7. C. de execut. rei iudicat.* at verò per *d. §. exactio.* non ſtatuitur reſtitutio vſurarum, vel fructuum niſi poſt moram. Sequitur igitur ex *Mones §.* probari contrariam opinionem falſam.

Nec obſtat *d. verſ. fructibus*, nam ille verſ. eſt appendix dictorum præcedentium, & ſic eſſe explicandum iuxta diſtinctionem factam in principio, vt ſcilicet in immobilibus veniant à die ſoluti matrimonij, in mobilibus autem à die finitæ dilationis legalis, quod aduertit Iaſ. *in l. diuortio in princip. num. 19. ad fin. ff. ſolut. matrim.* & ſentit Aretin. *in d. l. diuortio §. quod in anno.* & ita expreſsim dictũ §. accepit Harmenop. in Promptuario *lib. 4. cap. 8. pag. 96.* Corraſ. *in dict. l. diuortio in princ. num. 15.* d. enim verſiculus *fructibus*, non ſtat de per ſe, nec diuerſum caſum à præcedentibus continet, vt aliqui malè exiſtimarunt, ſed venit continuatiuè ad præcedentia, & ideo debet recipere interpretationem de qua ſuprà, & aliàs reſpondetur, vt fusè & doctè tradit & docet Barboſa *d. loco num. 5.* qui omnibus quæ in contrarium afferri poſſunt, reſpondet, ad quem propterea me remitto, & vtilitas, quam contrarium tenentes proponunt, quod ſcilicet fructibus interim vtatur, tam modici momenti eſt, vt non debeat eſſe in conſideratione, & ex eo non reſpondetur *d. §. exactio.* quo non debentur fructus vel intereſſe, niſi ab eo tempore quo reſtitui debent, conſtituatur in mora, vt ſatis colligitur ex mente illius textus, & tradit Soc. *conſil. 126. num. 6. lib. 1. & conſ. 180. num. 5. lib. 2.* Plot. *d. §. 11. num. 34.* ſed in mora maritus, vel eius hæredes, non conſtituuntur in mobilibus, niſi elapſo anno, vt ſuprà diximus: ergo antea non debet teneri ad fructuum reſtitutionem, nec poteſt ſuſtineri diſtinctio Gomeſij, an res mobiles ſint tales, quæ fructus ex ſe reddant, an non, vt euitaret obiectionem, quæ fieret ex vſuris, quæ debentur ratione pecuniæ, nam huiuſmodi diſtinctio eſt contra textum *in d. §. exactio in d. verſ. ſin autem.* vbi coniungit fructus & vſuras, ſed in vſuris certum eſt eas non deberi, niſi elapſo anno, vt probat *d. §. exactio*, & notat Bart. rationem reddens *in l. ſi conſtante §. quoties num. 9. ff. ſolut. matrim.* ergo eadem interpretatio admittenda eſt quoad fructus, iuxta regulam *l. iam hoc iure ff. de vulgari*, & prætereà diſtinctio confundit, nam non minùs vſuræ ex pecunia ſaltem penes argentarium exiſtenta funduntur, quàm penſiones ex domibus, vecturæ ex iumentis, & operæ ex ſeruis, quæ omnes res non ex ſe, ſed ex induſtria quod alteri locantur, fructus fundunt. Verior igitur eſt ſententia, vt d. fructus pendente anno percepti reſtitui non debeant, ne dilatio legalis ſit inutilis, néve finis §. principium deſtruat, & Iuſtinianus ſibi ipſi in eod. loco ſit contrarius. Atque huius ſententiæ eſt *gloſſ. in d. §. exactio verb. reſtituendus ad fin.* dum exiſtimat maritum eam vtilitatem irreuocabiliter facere ſuam, quod etiam ſentit gloſſ. ſeconda *in d. l. diuortio octaua in princip.* & ibi Bart. *num. 5.* & hanc eſſe ſententiam receptam aſſerit Alex. *conſil. 48. num. 5. lib. 3.* Iaſ. *in dict. l. diuortio in princ. num. 19.* & ibi Vincent. *num. 8.* Couarr. *de ſponſalib. part. 2. cap. 3. §. 9. num. 9.* Viuius *lib. 2. communium opinion. opin. 320.* & eãdem receptam agnoſcit Garcias *de expenſis c. 8. n. 29. ad fin.* & fuſiſſimè Barboſ. *d. loco n. 5.* eandémque firmat Lupus *d. tract. de vſuris §. 4. n. 86.* & in hoc capite omnes fuimus concordes per rationes ſuprà poſitas.

Tertium fuit dubium ex ſuperioribus manans, quia

cùm in facto præſupponatur d. Dominum Raynau-
dum aliquos reditus emiſſe peodente matrimooio ex
pecuniis dotalibus: noo rameo nomioe nonis, ſed pro-
prio, an huioſmodi reditos dicantur dotales, & qui-
dem ſtaoribus ſuprà deciſis, inutilis eſt quæſtio quo-
ad fructus ioterim perceptos, ſed caſu, qoo reditus an-
noi eſſent ſtatim reſtitoendi, dobium procederet, in
quo reſolueodum eſt, oon cenſeri dotales, nam res
20 empta ex pecuoia dotali efficitur dotalis tãtùm quan-
do eſt empta nomioe mulieris, aliàs ſecus, *l.12. Cod. de
iur. dot.* Caballin. milleloq. 540. & adeò non eſt dota-
lis, vt mulieri in tali re empta noo acqoiratur domi-
nium, ſed pecuoiam tantùm mulier repetere poſſit *d. l.
12. ex pecunia C. de iur. dot.* & ibi Bald. & Salicet. *in l. ſi ex
ea pecunia C. de rei vindicat. l. vxor marito ff. de donation.
inter virum & vxor.* Rem. *conſil.* 201. Corne. *conſil.* 180.
part. 4. Sebaſt. Natuus io ſyſtemate Codicis *tit. de iure
dotium ad d. l. ex pecunia.* Cuiac. *obſeruat. l.* 29 *lib.* 5. & vt
efficiatur dotalis, non tantum debet emi ex pecunia
dotali, ſed etiam nomine mulieris, aliàs non erit dota-
lis *d. l. ex pecuniis.* & ita intelligit Roman. *conſ.* 201. Ca-
ballio. milleloq. 552. *part.* 2. & idem Caballin. dicit
textum *in l. res quæ ex dotali l. ſi ex lapidicinis, & l. pro-
cul. in fine cum ibi notat. & l. final. ff. de iur. dot.* iotelli-
gi debere quando nomine mulieris fuit facta emptio,
aliàs ſecus: in hoc autem capite fuimus concordes.

Quartom dubium ex ſuperioribos etiam manaos,
quia cùm pacto in d. contractu matrimonij expreſsè
cautum ſit, vt d. Domious Rayoaudus pecunias, quas
ex iuribus ſuæ nurus reciperet, teoeretur io emptio-
nem dictorom reditoum, vel prædiorum conuertere,
& aliquas ſummas receperit, nec conuerterit vt tene-
batur, ao huiuſmodi pecuniæ periode habeodæ ſiot
ac reditus annui? & quidem ſtantibus ſuprà deciſis in
duobus primis dubiis inutilis eſt quæſtio, quia ſiue
conuerterit ſiue non, non tenetur reſtituere oiſi poſt
anoum, ſed ſi reditus eſſent ſtatim reſtituendi aut ſal-
tem fructus dorante anoo percepti: tunc procedere
dubium, & quidem huiuſmodi peconias cenſeri im-
21 mobiles ex aduerſo contendebatur, quia etſi generali-
ter verum ſit pecuoias deſtioatas ad emptionem præ-
diorum ceoſeri mobiles & oon immobiles, tamen hoc
procedit tantùm, quaodo verſamur io ouda & ſimpli-
ci deſtinatione, non in enixa, vt qoia ſimplici deſtina-
tioni aliquid aliud accedat, vt hoc caſu, quo d. Domi-
nus Rayoaudus cogebatur dictas pecunias in boois
immobilibus inoeſtire, Craſſ *in §. legatum q.* 19. *num.* 8.
in fi. Pecch. *de teſtamentis coniugum lib.* 5. *cap.* 30. *num.* 4.
22 *verſ. itaque exiſtimo.* Gail. *lib.* 2. *obſeruatione* 11. *n.* 5. præ-
ſertim cùm d. pactum iuratum ſit, & finaliter fauere
pupilli pecunia ad comparanda prædia deſtinata iure
immobilium cenſetur, ſic etiam in pecuoia dotali ſta-
23 tuendum eſt, Pecch. vbi ſuprà *n.* 4. quibus adſtipulatur
quod pecunia ex præcepto teſtatoris deſtinata ad em-
ptionem immobilium cenſetur immobilis, Socin. *conſ.*
24 249. *num.* 17. *n.* 2. multò magis iſta pecunia ex pacto, iu-
ramento, & obligatione de adimplendo roborato
quid immobile reputari debet, Gail. *d. obſeruatione* 11.
num. 6. concurrente præſertim fauore dotis, pro qua in
ambiguo reſpondendum eſt *l.* 1. *cum vulgarib. ff. ſolut.*
25 *matrim.* & negligentia mariti eiúſque culpa in omit-
teodo quod adimplere tenebatur, dotis coodirionem
26 deteriorem reddere nõ poreſt *l. de die l. Attilinus. ff. de
fund. dotali*, præterea d. culpa negligentiæ non debet
compendium & lucrum afferre culpoſo & negligenti
marito, vt dicimus de malæ fidei poſſeſſore obnoxio
fructuom omnium reſtitutioni ob malam fidem, fusè
Copus *de fructibus lib.* 2. *cap.* 2. *per tot.* maximè hoc caſu
quo agebatur de minore, quæ conſtante matrimonio
maritum interpellare non potuit, & fauore minoris
ætatis maritus fuit in mora irregulari abſque inter- 27
pellatione *l. in minorum Cod. quibus cauſis in integrum
reſtitutio non eſt neceſſaria*, his tamen non obſtantibus
omnes nos arbitri fuimus io ea ſeoteotia, vt d. pecuniæ
cenſereotur mobiles: generaliter enim DD. cummu- 28
niter recipiunt hanc ſententiam *in l. cætera §. ſed ſi pa-
rauit.* & ſingulariter Iaſ. *ibid. col. penult. verſ. circa iſtam
materiam num.* 21. *de leg.* 1. fosè Boer. *deciſ.* 209. qoi om-
nes doctores in vtramque partem enumerat, & ex illo-
rum enumeratione hanc magis communem demon-
ſtrat, nec vera eſt illa diſtinctio, quam aliqoi faciunt io-
ter nudam & enixam diſtinctionem, generaliter enim
verius eſt ſemper ceoſeri immobiles, Caualcan. *deciſ.* 1.
part. deciſ. 3. *num.* 13. *& tract. de vſufruct. num.* 82. Cha-
rood *in conſuetud. Pariſien. art.* 93. *in princ.* Pap. *arreſt.
lib.* 17. *tit.* 4. Boer. *d. deciſ.* 109. quorum plerique vt Ca-
ualcan. & Charood. id procedere contendunt, etſi pe-
cuniæ eſſent peoes campſorem ad cãbium vel ad vſu-
ras, ſed non eſt inſiſtendũ io quęſt. illa generali de pe-
cunia deſtinata ad emptionem, in qua receptiſſima eſt
ſenteotia vt ſit mobilis, ſed rem, de qua agitur io indi-
uiduo tractaorem, cum ſcilicet pacto matrimoniali
cantum eſt, vt pecuniæ in emptionem prædiorom in- 29
ueſtiantur, ſi id factum oon ſit, ceoſeri mobiles arreſto
ſupremi Seoatus Pariſienſis iudicatum fuit, vt refert
Papon *lib.* 17. *tit.* 4. *arreſt. vlt.* idque in fortioribus ter-
minis: agebatur enim de lucraoda dimidia parte bo-
norum mobilium quam maritus ſuperſtes lucratus, ne-
dum de cæteris mobilibus, ſed & de huioſmodi pecu-
niis, quas ex pacto matrimoniali, in emptionem præ-
diorum conuertere teoebatur, oec verum eſt quod ex
aduerſo dicebatur Paponem loqoi de ſimplici deſti-
oatione, vt apud ipſum videre licet, quinimo in for-
tioribus Papon. terminis, ſi nimirum prædium dotale 30
de conſeoſo vxoris diſtractum fuerit ea lege & pacto,
vt eadem ſumma pecuniarum in emptionem prædio-
rum nomine vxoris & quæ eſſent dotales conuerte-
rentur, & moriatur vxor, & ſint duo hæredes, vnus
mobiliom, alter immobilium, huiuſmodi pecunias hę-
redem mobilium conſequi debere, quod ſcilicet inter
mobilia noo immobilia reputentur. Idem Senatus
cenſuit vt refert Ioao. Gallus *placitorum lib.* 1. *quæſt.* 1.
omoino videndus, omnes eoim rationes hinc inde af-
fert, quæ ſeoientia confirmatur ex eo quod ſi venda- 32
tor res immobilis dotalis, pecunia, quæ eius loco ſuc-
ceſſit, non debet ſtatim reſtitui, ſed poſt anoum, *l. cum
in funde* 81. *§. ſi fundus ff. de iure dot.* Roman. *ſingulari*
225. *& in l. diuortio §. interdum num.* 24. *ff. ſoluto matrim.*
Fellerius *in pract. criminali pag.* 97. *num.* 12. Tiraq. *de re-
tract. lignag. §.* 1. *gloſſ.* 7. *num.* 107. Petrus Greg. *in ſyntag.
iur. lib.* 9. *cap.* 22. *num.* 18. Barboſ. *in d. l.* 2. *in princ. num.* 1.
verſ. ex qua quidem. Nec obſtat quod dicitur, pactom
huiuſmodi iurameoto firmatom eſſe: nam etſi Gallus
& Papon iurameoti non faciant meotionem, de pacto
tamen & contractu iurato intellexerunt, cum hodie
omoes contractos iurameoto firmari ſoleant, & iura-
meotum io illis interponi, ſed illius non meminerunt,
quia ad deciſiooem huius quæſtionis nihil operari po-
teſt: iuramentum eoim in contractu appoſitum reci- 32
pit cooditiones, exceptiones, ſubaoditiones, & limi-
tationes, quas recipit contractus ſuper quo interpo-
nitur, Oſaſc. *deciſ.* 41. *num.* 5. *& deciſ.* 49. *num.* 4. *& deciſ.*
92. *num.* 3. Crauet. *conſil.* 102. Deci. *conſil.* 251. Caſſad. *de-* 33
ciſ. 2. *tit. de iureiur.* nec auget obligationem, ſed rantùm
addit vinculom Religionis, Oſaſc. *d. deciſ.* 92. *n* 6. oon
enim ioeludit caſus, qous diſpoſitio non includit,
Oſaſc. *ibid. n.* 8. ſed debet intelligi ſecundùm terminos
iuris communis, Guid. Pap. *quæſt.* 96. *n.* 3. non poteſt, in-
quam,

quam, iuramentum naturam d. pacti & cõtractus mutare, nec facere vt res quæ mobilis eſt, ſit immobilis. Nec obſtat, ſi dicatur propter iuramentum ſuccedere obligationem ad intereſſe, & ideò hæredes teneri ad ſolutionem à die mortis dicti Raynaudi, ſicut fructus bonorum d. Catharina lucraretur caſu, quo illæ pecuniæ fuiſſent conuerſæ in emptionem prædiorum. Reſpondetur tale iuramentum non potuiſſe operari huiuſmodi obligationem ad intereſſe, quia ſi hoc operaretur, mutaret intentionem contrahentium: pactum enim illud in contractu matrimonij fuit tantum appoſitum propter ſecuritatem dotis dictæ Catharinæ, non verò propter lucrum fructuum durante anno luctus, de eo enim nullo modo cogitarunt partes. Item ſi huiuſmodi iuramentum illud operaretur, mutaret naturam ipſam pacti, quæ de iure communi talis eſt, vt pe-
34 cunia deſtinata ad emptionem prædiorum cenſeatur mobilis non immobilis. At iuramentum non operatur vltra intentionem contrahentium, nec alterat vel mutat naturam rei, ſed recipit conditionem, exceptionem, ſubauditionem & limitationem, quas recipit contractus ſuper quæ interponitur, vt docet Oſaſc. *deciſ. 41. num. 5.*

35 Deinde reſpondetur non eſſe verum, iuramentum inducere obligationẽ ad intereſſe niſi adfuerit interpellatio: quia obligatio ad intereſſe ſuccedit loco facti, pro quo mora non committitur niſi adfuerit interpellatio *l. mora ff. de vſur. l. ſi ex legati 23 ff. de verb. oblig.* Afflict. *deciſ. 150. n. fin. & deciſ. 399.* Magon. *deciſ. luc. 41. n. 6.* & obligatus ad aliquid faciendum ſub certa pœna non incurrit in illam propter ſcientiam, niſi illi ſit facta intimatio, Mohedan. *deciſ. 196.* & quando quis aliquid facere tenetur, non poteſt dici contumax niſi requiratur, Vocal. *deciſ. 284. part. 2.* at in hoc caſu nulla fuit facta interpellatio. ergo.

36 Tertiò reſpondetur, huiuſmodi intereſſe nullo modo deberi in hoc caſu, quia agitur de ſoluendo intereſſe viduæ pro reſtitutione dotis durante anno luctus, cui nullum intereſſe debetur, niſi quando debitor illius fuit in mora, & vxor eſt pauper, & non habet vnde viuat niſi ex ſua dote, vel conſtet quod paſſa fuit intereſſe, Afflict. *deciſ. 284.* Gramm. *deciſ. 63. n. 91. 97. & 98.* Caball. millel. 433. At in noſtro caſu nec dicti hæredes fuerunt in mora, & d. domicella Catharina non eſt pauper, ſed diues, & habet vnde ſe alat etiam ex propria ſubſtantia mariti. Igitur dictum intereſſe conſequi non poteſt nomine dotis nec alio iure.

37 Non obſtat quod dicebatur de pecunia pupilli, negatur enim valere argumentum de pupillo ad dotem, maiora enim ſunt priuilegia pupilli quàm dotis vt notorium eſt, ideóque doctores paſſim in pupillo id recipiunt, è contrario generaliter aſſerunt, vt ſcilicet pecunia deſtinata ad emptionem immobilium non cenſeatur immobilis, quod ſi pecunia dotalis excipienda eſſet, non omiſiſſent huiuſmodi exceptionem dari.

38 Non obſtat Soc. *conſil. 249. num. 27.* nam præterquam quod reſponderi poſſit, huiuſmodi quæſtionem, an pecunia deſtinata ad emptionem immobilium cenſeatur immobilis, eſſe controuerſam, nec deeſſe qui exiſtiment cenſeri immobilem, & Socinum potuiſſe illius eſſe ſententiæ: communem tamen eſſe in contrarium vt ex ſuperioribus patet, caſus Socini & ratio illius ſpecialis eſt: agebatur enim ibi de diſpoſitione teſtatoris cuius voluntas vim legis habet erga hæredes, & cùm prohibuiſſet alienationem bonorum ſuorum, quòd fideicommiſſo ea ſubiecta eſſe vellet, quódque mercantiæ, quas habebat, venderentur, & ex pretio immobilia emerentur, quippe quæ eidem prohibitum & fideicommiſſo ſubijcerentur, non mirum ſi huiuſmodi pecunia ad inſtar immobilium cenſeatur, ne ſcilicet illuſoria & fruſtratoria reddatur teſtatoris diſpoſitio, & in eo ſe fundat Socinus, quæ omnia ceſſant in hoc caſu quo pro ſecuritate non alia ratione conuentum eſt, vt pecuniæ dotales inueſtirentur, quod etſi factum non ſit, non propterea minus cautum eſt viduæ cui vel eius marito omnes huiuſmodi pecuniæ vel reſtitutæ ſunt, vel ſtat per ipſum quo minus illi reſtituantur.

Nec verſamur in dubio, vt pronunciandum ſit in fauorem dotis, ſed in claris, cùm & communem doctorum ſententiam & in fortioribus terminis pacti dotalis ſupremæ Curiæ Pariſienſis arreſta habeamus vltra quod non poteſt conſiderari verè vllus fauor, cùm etſi fructus anni luctus non conſequatur vidua, tamen anno elapſo pecuniam numeratam habuit, cuius maritos maiorem habere rationem quàm immobilium notorium eſt.

Nec huc conuenit *l. Attilianus ff. de pact. dotalib.* ea 39
enim procedit, cùm pacto longior dilatio datur quàm lege præſcripta ſit, quo caſu non poteſt maritus dotis conditionem deteriorem facere. At hoc caſu reſtituit maritus dotem intra tempus à lege præſcriptam, & ſolùm quæritur, an huiuſmodi pecunia mobilis vel immobilis cenſenda ſit.

Nec vlla culpa negligentiæ vel mora d. domino Raynaudo adſcribi poteſt, cùm non niſi cauſa ſecuritatis dictum pactum appoſitum fuiſſet, & probè ſciret; nullo periculo dictam pecuniam verſari, & hoc verum eſſe experientia nunc docet, vt iam dictum fuit, præſertim cùm nulla interpellatio interuenerit, quæ medio matris vel vitrici rerum gerendarum admodum periti, & qui magnam curam bonorum d. Coſtæ habebat, vt ex pactis dotalibus in contractu matrimonij d. Coſtæ continentis conſtat, fieri potuit, qui tamen eam facere non curarunt, quòd ſcirent nihil inde periculi d. Coſtam pati poſſe, pactúmque illud in d. contractu potius vt nihil ſe omiſiſſe quàm quod neceſſarium eſſet, appoſuiſſent. Præterea ſe ſuper militant quę diximus, præſertim dicta arreſta. Neque vllus hic minoris ætatis fauor conſiderari, aut ratio moræ irregularis haberi poteſt, quæ ſolum habeat locum vt currant vſuræ à die ſoluendæ pecuniæ: At hoc caſu ex iuris diſpoſitione non niſi poſt annum ſolui debet. Ex quibus patet omnes huiuſmodi rationes nihil neceſſariò concludere contra d. dominum Raynaudum, eáſque longè magis militare in caſibus dictorum arreſtorum, & textus *in d. l. cum in fundo §. ſi fundus ff. de pactis dotalibus*, & nihilominùs in illis decernitur huiuſmodi pecuniam inter mobilia reputari, quibus propterea omnino ſtandum eſt, ſed & hoc caſu adeſt circumſtantia quæ rem longè clariorem reddit, quia ſi dictus Raynaudus inueſtiuiſſet d. pecunias, abſque dubio in emptionem redituum annuorum feciſſet, tum quod prædia nõ ſoleant tot fructus fundere quot dicti reditus, vt notorium eſt, tum quod difficilius inueniantur, quæ emi præſertim ſecurè poſſint, reditus verò eos à communitatibus emiſſet, quòd ſecuriores & tutiores ſint quàm ſi à priuatis emerentur. At verò huiuſmodi reditus quippe qui non niſi ſuper bonis communitatis generaliter imponuntur abſque vlla certi prædij expreſſione & obligatione certiſſimè ad inſtar mobilium cenſentur, vt ex ſuperioribus, præſertim d. deciſione Rotæ apparet. Quid igitur tam anxiè quæritur, an huiuſmodi pecuniæ mobiles vel immobiles ſint, cùm ſi dicti reditus ex illis empti fuiſſent, ij abſque dubio ad inſtar mobilium cenſerentur?

Quintum dubium erat, an rata cenſuum ante matri-

11 *Quando beneficia ſunt incompatibilia, quia ſub eodem tecto, per adeptionem ſecundi, primum vacat ipſo iure.*

12 *Quando vero ſunt in diuerſis eccleſiis & requirunt reſidentiam quæſtio eſt controuerſa, & licet communis ſit non vacare ipſo iure, tamen limitatur quando beneficia ſimplicia requirunt reſidentiam, ita quod non poßit in ea deſeruiri per alium.*

13 *Epiſcopus non poteſt diſpenſare ad duo beneficia ſub eodem tecto.*

14 *Beneficia regularia per 40. annos poſſeſſa per ſeculares mutant naturam.*

15 *Requiſita in præſcriptione.*

16 *Regula, de pacificis poſſeſſoribus, ſe tueri non poteſt qui non habet titulum verum aut coloratum, & cuius poſſeſſio eſt turbata.*

17 *Simplex reſignatarius non inuatur poſſeſſione anteceſſoris.*

18 *Conſuetudine induci non poteſt, vt quis habeat duo beneficia conformia in eadem eccleſia, ſecus in difformibus.*

19 *Beneficium deuolutum ad Papam, nec reſignari nec conferri poteſt.*

20 *Collectio ſacrilego facta nulla eſt.*

21 *Beneficiaturam presbyteralem non poteſt tenere, qui non attigit 24. annum.*

22 *In beneficio alteri vnito non requiritur ordo qui aliàs eſſet neceſſarius.*

23 *Quando Papa prouidet in beneficiis ſubiectis præſentationi laicorum iure deuoluto per reſcriptum, ſi neutri vel nulli, non requiritur conſenſus patroni.*

24 *Conſenſus patroni ex poſtfacto validat collationem eo inſcio factam.*

CONSILIVM LXIX.

PRÆSVPPOSITO, ann 1556. D. de Sanſon prouiſam fuiſſe beneficiaturam in ſancta Eccleſia Arlaten. & ann. 1572. Canonicatum in eadem Eccleſia, anno verò 1611. d. beneficiaturam impetratam fuiſſe à D. Mati vt vacantem propter incompatibilitatem, incapacitatem, & intruſionem dict. Sanſon, prætereáq; eodem anno, & poſt dictam impetrationem dict. Sanſon reſignaſſe inter manus Ordinarij Arlaten. purè & ſimpliciter d. beneficiaturam eámque tunc authoritate d. Ordinarij collatam eſſe D. Cotaut, & præterea poſt primam impetrationem d. Mati, & reſignationem d. Sanſon, & prouiſionem d. Cotaut: D. Chabaud, habuiſſe ſignaturam Romæ, ſi neutri vel nulli vel certo modo, ad habendam d. beneficiaturam tam propter defectum d. incompatibilitatis, reſignationis d. Sanſon & prouiſionis d. Cotaut, quàm propter incapacitatem d. Mati ob crimen ſacrilegij ab ipſo commiſſum ante deuolutionem à illo à Domino Vicelegato obtentam, cuius criminis fuit conuictus & condemnatus ſententia d. D. Archiepiſcopi Arlaten. 2. Martij ann. 1613. Item præſuppoſito: ab anno 1614. Capellas fundatas in d. Eccleſia fuiſſe annexas Beneficiaturis de numero de viginti à viſitatore & reformatore Apoſtolico. Ex his molta dubia fuerunt propoſita quibus reſpondere oportet.

Primò, an Capella, de qua eſt quæſtio, tranſlata, vnita, aut beneficiatoræ annexa, ſit eiuſdem naturæ cum beneficiatura, & an huiuſmodi transfuſio aut vnio legitimè probata ſit per d. actum. Reſpondetur d. actum facere plenam fidem talis transfuſionis aut vnionis,
1 nam etiamſi ſint tantum verba enunciatiua, tamen faciunt hoc caſu plenam fidem, tum quod verſemur in antiquis, tum quod principaliter ſint emiſſa, Alexand. *conſ. 6. n. 6. vol. 1.* Decia. *conſ. 42. n. 11.* quod præſertim hoc
caſu aſſerendum eſt, quod d. inſtrumentum eſt 200. an- 2
nos: cùm hoc ſit, certum eſt d. Capellas eſſe eiuſdem naturæ cum beneficiaturis, & ſic requirere reſidentiã, ſiue ex duobus beneficiis vnum factum fuerit, *c. decimas prope fi. 16. q. 1.* ſiue vnum beneficium alteri ſubiectum & ſubditum fuerit, vt *in c. recolentes in fin. de ſtat. mona.* nam ſi in primo caſu vnum beneficium non poteſt eſſe diuerſæ naturæ, in ſecundo vnitum debet ſequi naturam principalis, & ſic Beneficiaturæ non Capellæ, quæ eſt acceſſorium, Hoteda *de incompatibilita- 3
te benef. 2. par. c. 3. n. 2.* quod ita verum eſt, vt ſi in beneficio vnito maior ordo requiratur quàm in illo cui vnitũ eſt, quis poſſit obtinere beneficium vnitum alteri abſque eo quòd ſit initiatus illo ordine, qui requiritur aliàs in beneficio vnito, *gloſſ. in ver. parrochialibus in c. licet canon. de electio,* Hoteda *d. c. 3. par. 2. n. 15.* vt infra latius dicetur, quæ omnia confirmantur *ex text. in c. ſuper eo de præbendis in 6.*

Secundum eſt, an talis beneficiatura ſit incompatibilis cum Canonicatu d. Eccleſiæ. Reſpondetur eſſe incompatibilem duobus modis.

Primò, quia vtrumque beneficium requirit reſiden- 4
tiam, & tenetur prouiſus de vnoquoque inſeruire Eccleſiæ, horis inſiſtere, & ſi deficiat in aliquibus, amittit pro rata diſtributiones. Et ſi reſidere nollet, poſſet beneficio priuari, nedum fructus amitteret, Docto. *in c. referente de præben.* Abbas *in c. peruenit de appell.* & ibi notat Dec. *n. 1.* & probat *tex. in c. inter quatuor in princ. de cleri. non reſiden.* & nouiſſimè ita ſtatutum eſt *in Concil. Triden. ſeſſ. 24. cap. 12. de reform. & ſeſſ. 23. c. 1. de refor.*
quod nedum habet locũ in Canonicatibus, ſed etiam 5
in beneficiatis & portionariis, qui ſimiliter ad reſidentiam tenentur, *tex. in c. cùm ad hoc de cleri. non reſiden. ibi abſentes canonicos & aßiſtentes, &c. & ibi notat glo. in ver. aßiſij & dict. Concil. ſeſſ. 24. c. 12. ibi præterea obtinentibus &c.* & quamuis dicantur beneficia ſimplicia, nõ tamen propterea minus reſidentiam requirunt quando ſunt in cathedralibus vel collegiatis, præſertim quòd tenentur intereſſe horis, Hoteda *d. tract. c. 17. n. 26.* cùm itaque Canonicatus, nec non beneficiaturæ, in d. Eccleſia Arelat. requirant reſidentiam, ſunt incompatibilia, duo enim beneficia etiam ſimplicia, quorum vtrumque requirit reſidentiam, ſunt incompatibilia,
& ſimul ab vno obtineri non poſſunt, Inno. *in cap. cùm 6
iamdudum, & in c. ſuper inordinata de præben.* Panorm. *in c. extirpanda § qui verò n. 27. cum ſeqq. maxime nu. 30. de præben.* & paſſim ſcribentes *in c. fin. de cleric. non reſiden.* Rebuff. *in pract. benef. tit. de diſpen. acta. in § incompatibilia n. 15.* Hoteda *d. c. 17. n. 30.* Alter modus incõ- 7
patibilitatis eſt, quia dictus Canonicatus & Beneficiatura ſunt ſub eodem tecto: duo enim beneficia etiam ſimplicia in eadem Eccleſia ſunt incompatibilia, *text. in c. de multa de præben. ibi addentes, vt in ead. &c.* & ita ibi notant Inno. Anelia. Anto. & Panor. *nu. 4. text. in c. literas de conceſ. præben. & ibi gloſ. in ver. ex conſuetudine,* & ibi Panor. *n. 2. text. in cle. vlt. de præben. ibi primáq; præbenda &c. & ibi glo. in ver. narrant,* fusè Hoteda *d. tract. c. 20. n. 1.* ſed ad id forſan opponetur, vt duo bene- 8
ficia ſub eodem tecto ſint incompatibilia, neceſſariũ eſſe, vt talia beneficia ſint conformia ſeu vniformia, ſecus autem ſi eſſent difformia, vt docet Pariſ. *de reſign. lib. 3. q. 1. n. 118.* ad id reſpondetur duobus modis.

Primo, veriorem eſſe ſententiam in contrarium, 9
quidquid dicat Pariſ. vt probat *tex. in d. c. literas de conceſ. præben. & in c. 1. de conſu. in 6.* & tenet *glo. in c. dudum 2. de elect.* Inno. *in c. cum iamdudum de præben.* & ita tenet Mendoſ. *in ſignatu. grati. intit. diſpen. ad benef. ſub eodem tecto verſ. ad duo beneficia,* fusè Hote. quem non bene Pariſ. reprehendit *d. tract. c. 20. n. 15.*

Secun-

Secundò & præcisè reſpondeo negando huiuſmo-
di beneficia eſſe difformia & aſſerendo eſſe vniformia
10 & conformia: nam conformia dicuntur quando ha-
bent idem officium, vt docet Hechi. *tract. de beneſic. c.*
5. num. 4. pag. mihi 60. idem autem eſſe vtriuſque offi-
cium patet, quia prouiſus de vnoquoque eidem Ec-
cleſię, iiſdémque horis & tempore inſeruire debet: rur-
ſus ſunt vniformia, quia vnuſquiſque de illis prouiſus
habet ſuam præbendam, ſuas diſtributiones in eodem
choro inſeruiendo lucrandas, quo caſu eſſe vniformia
beneficia ipſemet Pariſ. & omnes contrariam ſenten-
tiam amplectentes fatentur. Poſtremò, quia prouiſum
de vnoquoque tenetur eiſdem horis, vt iam dixi, in-
ſeruire beneficio, per ipſum non per alium, at verò
contrarium ſentientes loquuntur in Beneficiis, quæ
per eundem diuerſis temporibus vel per alium deſer-
uiri poſſunt.

Ex his patet d. duo beneficia eſſe incompatibilia,
tam quia requirunt reſidentiam, quàm quia ſunt ſub
eodem tecto, quod, opinor, vt certiſſimum in iure ab
omnibus concedetur, ſed difficultas eſt, an per ado-
ptionem ſecundi primum vacet ipſo iure, an verò per
ſententiam tantùm ita vt optio dandi ſit prouiſo,
quod ex duobus retinere velit, ſupponendo ſemper
nos non verſari in dignitatibus. Sed ad id reſpondetur
11 quoad incompatibilitatem reſultantem, quòd ſint ſub
eodem tecto, omnes doctores conuenire, per adeptio-
nem ſecundi vacare primum ipſo iure. *tex. in cap. li-*
teras in fi. de conceſ. præben. & fusè docet Hote. *d. tract.*
1. par. c. 20. n. 26. Pariſ. *lib. 3. q. 1. n. 121.* poſt Card. Abba. Re-
buff. & Lambert.

12 Sed ſi proponerentur duo beneficia ſimplicia reſi-
dentiam requirentia in diuerſis Eccleſiis, & ſic eſſe-
mus in terminis primæ incompatibilitatis, magna eſt
controuerſia inter Doctores, aliis aſſerentibus ipſo iu-
re vacare, inter quos ſunt Innoc. Fede. de Se. Pe. de
Ancha. & alii plerique, aliis verò non vacare ipſo
iure per adeptionem ſecundi, vt Ioan. Andr. Oldrad.
Pan. La. & aliis. Quia tamen hæc ſecunda ſententia
dicitur communis, vt aſſerunt Hote. *dict. tract. cap. 17.*
num. 4. verſ. his tamen non obſtantibus, & Pariſ. *lib. 3. quæ-*
ſtio. 1. num. 153. ab ea non eſſet recedendum, ſi genera-
liter quæſtio proponeretur, ſed in caſu noſtro, etiam
ſuppoſito, quòd non eſſent ſub eodem tecto, in qui-
bus terminis procedit d. quæſtio, omnino aſſerendum
eſſet, vacaſſe ipſo iure, quia huiuſmodi ſententia, vt
duo beneficia ſimplicia reſidentiam requirentia in di-
uerſis Eccleſiis exiſtentia, ſint quidem incompatibi-
lia, ſed primum non vacet ipſo iure, limitatur quando
beneficia ſimplicia requirerent reſidentiam, ita quod
non poſſet in eiſdem deſeruiri per alium, nam tunc per
adeptionem ſecundi beneficij videtur renunciari pri-
mo, ex eo quòd impoſſibile eſt, vt in vtroque per ſe
quis deſeruiat, vt probatur in *c. quoniam de conſe. diſtin.*
1. & ita in terminis docet poſt Florian. d. Hote. *d. loco*
n. 44. nos verò verſari in beneficiis reſidentiam talem
requirentibus notorium eſt.

Sed cùm hoc caſu vtraque incompatibilitas con-
currat, & vtrumque beneficium reſidentiam requirat,
& ambo ſint ſub eodem tecto, res eſt clariſſima, Hote.
d. c. 17. n. 48.

13 Tertium eſt, an Archiepiſcopus potuerit diſpenſa-
re, vt duo beneficia retineantur: Reſpondetur, cùm
ſint ſub eodem tecto, non potuiſſe, *gloſ. in cap. literas*
de conceſ. præben. in 6. gloſ. in ver. vacabit in cler. vlt.
de præben. Hote. *d. cap. 20. num. 2.* Pariſ. *lib. 3. quæſt. 1.*
n. 121.

Quartum eſt, an poſſeſſio 40. annorum d. Sanſon
potuerit efficere, vt hæc duo beneficia ſint compati-
bilia ad inſtar beneficiorum regularium, quæ per 40. 14
annos per ſæculares poſſeſſa mutant naturam. *cap.*
cùm de beneficio de præben. in 6. Reſpondetur, quòd 15
non: primò, quia deficiunt omnia requiſita in præ-
ſcriptione, ſcilicet titulus & bona fides. *cap. 2. de re-*
gul. iur. in 6. cap. ſi diligenti de præſcript. caruit enim
titulo, cùm per adeptionem ſecundi vacauerit ipſo
iure beneficium, vt docuimus. & bona fide, quia
contra iuris diſpoſitionem illud tenuit *cap. quæ contra*
de reg. iu. in 6. Rurſus & defuit continua & pacifica
poſſeſſio abſque interruptione, quod neceſſarium eſt.
cap. illud autem & ibi gloſ. in ver. interruptio. de præ-
ſcript. ſæpius enim fuit ob d. beneficium vexatus, qui
lites huiuſmodi mediante pecunia ſopiuit, & ſic ma-
lam ſuam fidem augendo, & propterea nunquam
præſcribere potuit. *capit. poſſeſſor malæ fidei de regul.*
iur. in 6. Nec obſtat *dict. capit. cùm de beneficio.* lo-
quitur enim in longè diuerſis terminis, præſertim
quod in eo aderat verus titulus, bona fides, ac con-
tinua & pacifica poſſeſſio.

Secundò reſpondeo, præſcriptione non potuiſſe 16
fieri huiuſmodi beneficia compatibilia, cùm nec con-
ſuetudine, quæ fauorabilior eſt, id fieri poſſit, vt mox
dicemus.

Poſtremò, etſi omnia requiſita concurriſſent, non
potuiſſet præſcribere, quia non habuit animum præ-
ſcribendi, ſed in vim priuilegij id poſſidendi, petita ſci-
licet quamuis infructuoſe, vt ſuprà dictum ſuit, diſ-
penſatio ab Epiſcopo *c. veniens* & ibi *gloſ. in ver. in-*
tentioni de præſcript.

Quintum eſt, an Cotant poſſit vti regula *de pacif.* 17
poſſeſſor. iuuando ſe poſſeſſione 40. annorum dicti San-
ſon. Reſpondetur, quòd non, cùm poſſeſſio dicti
Sanſon eſſet ſine titulo vero aut colorato, & poſſeſſio
ſæpius interrupta & turbata, vel contra iuris diſpoſi-
tionem, vt patet ex ipſamet regula, & ibi Rebuff. *pag.*
756. Boer. *quæſt. 14. num. 6. & 7.* & idem Rebuff. *tractat.*
de pacific. poſſeſſ. num 33. dictúſque Sanſon non poſſeſ-
ſor, ſed intruſus eſt, ideóque dici debet *cap. ad decimas*
de reſtitu. ſpoli. in 6. Denique d. Cotant non poteſt vti
poſſeſſione dicti Sanſon caſu, quo fuerit aliqua, quæ
eſſet legitima, cùm d. Beneficium, vt vacans obtinue-
rit per ſimplicem reſignationem d. Sanſon; ſimplex
enim reſignatarius non vtitur poſſeſſione anteceſſo-
ris, Rebuff. *de manda. Apoſto. § acceptantes ingio. in ceſ-*
ſores & de paci. poſſ. n. 166. & 167.

Sextum eſt, an mos qui verificatus præſupponitur,
quatuor aut quinque collationibus, quod Canoni- 18
ci poſſederint huiuſmodi beneficia, potuerit
reddere dicta beneficia compatibilia. Reſpondetur,
quòd non, nam non valet conſuetudo, vt quis duo
beneficia Eccleſiaſtica in eadem Eccleſia habeat, *gloſ.*
in ver. ex conſuetudine in cap. literas de conceſſ. præben.
quam ſequuntur ibi ſcribentes, & eſt expreſſus *text. in*
d. cap. literas ibi, ſed Præpoſitus allegabat &c. Rebuff. *in*
concor. de manda. Apoſto. § 1. ver. ita tamen verſ. præterea
Epiſcopus Pe. Dec. *in tract. reg. regu. 71. ampli. 5.* &
communem aſſerit Hote. *d. cap. 20. n. 3.* quod intelli-
gendum eſt de vniformibus beneficiis, qualia ſunt
iſta, nam in difformibus conſuetudo induci poſſet,
vt duo ab eodem tenerentur, Hote. *dict. cap. 20. nu-*
mer. 25.

Septimum eſt, vtrum reſignatio dicti Sanſon in ma- 19
nibus Ordinarij facta poſt impetrationem dicti Mati,
valida fuerit, & an collatio Epiſcopi in fauorem Co-
tant defendi poſſit: Reſpondetur quòd non, quia poſt-
quam ſemel beneficium fuit deuolutum ad Papam,
neque reſignatio neque collatio Ordinarij valet *c. licet*
c. literas extra de ſupplen. negli. præla.

Octauum eſt, an per ſacrilegij crimen à d. Mari patratum, & cuius conuictus fuit ante aut poſt ſuam impetrationem, d. Mari factus fuerit inhabilis ad d. beneficiaturam. Reſpondetur affirmatiuè, & collationem
20 ſacrilego factam eſſe nullam, vt in terminis docet Nauar. in ſuo manu. *c.27.n.25.* Rebuff. *de pacif. poſſ. n.203.* Pariſ. *lib.4 q.3.n.25.vol.1.* Corra. *de benef. part.2.c.6.* Zechi. *de benefic. c.1. num.1. part.12. verſ. ſecundo ſi collatio fuit.* quod confirmatur doctrina Felin. *in c.2. de reſcript. n.4.* quamuis enim beneficium ex ſuperueniente crimine inducente irregularitatem non vacet ipſo iure, ſed poſt ſententiam, tamen ſi commiſſum fit crimen ante impetrationem, non poteſt illi crimino ſo conferri, Nauar. *conſil.2. de homicidio.* & Pariſ. *lib.4.q.3.n.33.& ſeqq. vol.1.* neque prodeſt diſpenſatio ad cenſuras generaliter facta in prouiſionibus, nam expreſſa mentio facienda eſt dicti ſacrilegij, aliter nulla eſt collatio, Menoch. & DD. per me relati, *de arbitr. lib.2. centu.3. cap.201. n.37. & ſeqq.* & Zechi. *d. loco.*

Nonum eſt, vtrum ſola ſignatura d. Chabaud abſque Bullis ſufficiat; videtur probabile ſecundùm doctrinam Rebuff. *de ſigna grat. n.7.* & Papon. *lib.2. ſuorum arreſt. tit.9. art.4.* ſed Bullæ in omnem euentum accipientur.

Decimum præſuppoſito, quòd Capella annexa fuerit ex fundatione presbyterali; An d. Chabaud vnũ & vigeſimum tantùm annum agens illam tenere poſſit: reſolutio huius dubij dependet, ſi beneficiatura ex ſe & ſui inſtitutione ſit presbyteralis vel non: nam ſi erat
21 presbyteralis, certum eſt illam ab illo nõ poſſe teneri, cùm deberet attigiſſe quintum & vigeſimum annum, vt ad ordinem presbyteralem promoueri poſſet, quod ſufficeret, etſi actu non eſſet Sacerdos, Rota *deciſ.4. de praben. in nouiſ. Decio. in c. licet de elect. n.6.* Zechi. *d. loco fol.12.* Si verò d. beneficiatura ex ſui inſtitutione non ſit presbyteralis, quamuis Capella annexa fuiſſet presbyteralis, poteſt à d. Chabaud impetrari: poteſt enim quis
22 beneficium vnitum alteri obtinere abſque eo quod ſit initiatus illo ordine qui requiritur aliàs in beneficio vnito *gloſ. in c. licet canon. ver. parrochiali. de elect. in 6.* quam ſequuntur ibi Ioan. Mona. Domi. & Phi. Franc. *per tex. in c. ſtatutum de elect. lib.6. & in c. ſuper ea de praben. in 6.* & ita in terminis Boer. *dec.119 n.7.* Hore. *d. tract. part.2. c.3. n.15.* Si verò d. Beneficiatura ſit ſacerdotalis aut non, ſcietur aut per fundationẽ illius aut per vſum, ſi ſcilicet non presbyteri illam antea tenuerint aut nunc tenent: ex vſu enim & conſuetudine ſequuta qualis ſit res & qualitas illius demonſtratur, intelligo autem plurimos non presbyteros tenuiſſe aut tenere d. Beneficiaturas.

Vndecimum eſt, an d. Beneficiatura, dato, non tamen conceſſo, quòd dependerit ex nominatione patronorum laicorum, impetrari potuerit per d. gratiam, ſi neutri vel nulli, irrequiſito d. patronum laicorũ con-
ſenſu. Reſpondetur, illorum conſenſum non requiri: 23
quãdo enim Papa prouidet in beneficiis ſubiectis præſentationi patroni laici iure deuoluti per d. reſcriptum, ſi neutri non eſt opus conſen. ſu patronum, Rebuff. *in pract. bene.3 par. ſigna. n.16. par.83.* Nec obſtat, ſi dicatur, quatuor menſes non currere niſi à die ſcientiæ, nam præterquam quod non exiſtimo id procedere in impetratione, ſi neutri ex ſuprà allegatis, non poteſt patronus hoc caſu prætendere ignorantiam, aut ſi ea fuit craſſa eſt & inexcuſabilis, cùm per tot annos potuerit ſcire inquirendo peritos d. Beneficiaturam vacaſſe ipſo iure per adoptionem Canonicatus. Præterea his ceſſantibus, quæ tamen non ceſſant, cùm patroni non poſſint ignorare d. Chabaud d. Beneficiaturam impetraſſe, & litem ſuper ea iam ab anno pendere, aut re ipſa dictæ impetrationi conſenſerunt ex
poſtfacto quod ſufficit. *c. cura de iure patro.* Rota *deciſ.* 24
5. de rer. permu. in nouis. aut iure ſuo ceciderunt, cùm intra quatuor menſes à die impetrationis aut poſſeſſionis adeptæ per d. Chabaud aut ſaltem litis motæ & diuulgatæ non præſentauerint *cap. quia propter de iur. patron.*

ARGVMENTVM.

Clerici non poſſunt conueniri niſi in quantum facere poſſunt.

ARGVMENTVM.

1 *Clericus ad inſtar militis non poteſt conueniri niſi in quantum facere poteſt.*
2 *Nec huic beneficio cum iuramento renuntiare poteſt.*
3 *Alimenta iuxta ſtatum & qualitatem perſonæ aſſignanda ſunt.*
4 *Taxatio alimentorum relinquitur arbitrio iudicis.*

CONSILIVM LXX.

PARS penſionis quingentorum aureorum Ill. & R. domino Paulo Æmylio de Sadolet S. Sedis Apoſtolicæ Protonotario, ſuper fructib. Prioratus de Paternis competentis, eſt ei adiudicanda, non certum eſt cleri-
1 cum, maximè hũc, qui ſacerdus eſt, qui dicitur miles cæleſtis militiæ, pro debito ciuili non poſſe conueniri, niſi in quantum facere poteſt, ad inſtar militis armatæ militiæ *gloſ. in l. miles ff. de re. iudi.* quam ſequuntur Bartol. Alex. Iaſ. Rip. & Imo. necnon Abbas, Anchar. & idem Imo. *in cap. Odoardus de ſolutio* Franc. *in cap. ſi clericus de ſenten. excom. in 6.* Couar. *lib.2. varia. reſol. cap.1.* quam ſententiam magis communem aſſerit Anthon. Genuen. *in praxi Archi. c.3. nu. 1.* ideóque relicto ei patrimonio ſufficienti ad victum, aut redditibus beneficij pro honeſta vitæ ſuſtentatione aſſignatis, admittitur ad iuratoriam cautionem de ſoluendo debita, cùm peruenerit ad pinguiorem fortunam. *d. cap. Odoardus. & cap. peruenit de fideiuſ.* nec Clericus pro debito tenetur cedere bonis, Abb. Imo.
Anchar. *in d. cap. Odoardus.* Couar. *dict. cap.1. num.9.* 2
quod adeo verum eſt, vt nec beneficio *d.c. Odoardus*, cum iuramento renunciare poſſit, ita Hoſtien. & Ioan. Andr. *in d. cap. Odoardus*, quod procedit etiam in obligato in forma Cameræ etiam cum iuramento, Galeſi. *de oblig. in for. camer. part.6. quaſt.7.* Genuen. *d. loco n.13.* quæ ſententia maximam habet rationem, cùm beneficiatus debeat viuere de fructibus ſuæ Eccleſiæ *c. cum ſecundùm Apoſtolum de præb.* Inn. *in c. Epiſcopus eod.* cùm itaque d. D. de Sadolet nihil habeat vnde ſe alat, quàm ex d. penſione, vt notorium eſt, etſi creditores ſui prætendant eum alia bona habere, ipſe ea illis remittit, & conſentit vt diſtrahantur pro eorũ creditis, debet portio competens ſecundùm eius qualitatem d. penſionis illi aſſignari, vt ex ea victum & veſtitum ſibi parare poſſit: certum enim eſt in iure alimenta iuxta ſta-
tum & qualitatem perſonæ eſſe aſſignanda *l. ſi cui. ff.* 3
de annu. lega. l. mela. l. pen. ff. de alimen. & ciba. lega. & probat. l. tutor ſecundùm dignitatem in princip. ff. de ad. tutor.

Cùm

Cùm autem d. D. Sadolet ſit de illuſtri familia &
in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutus, nimirum ſanctæ
ſedis Apoſtolicæ protonotarius, non videtur poſſe
minus ei aſſignari quàm dimidiam partem dictorum
fructuum, ad quam quantitatem videtur admodum
4 illuſtrem D. Auditorem, à cuius arbitrio taxatio ali-
mentorum dependet, Menoch. *de arbitra. caſ.169 nu-
mer.14.* dicta alimenta taxare debere, idque præſer-
tim cùm d. D. de Sadolet exceſſerit 60. annum & in-
digeat famulis qui ipſi inſeruiant, & medicamen-
tis, vt infirmæ eſt valetudinis in ea ætate & fuerit ſem-
per.

ARGVMENTVM.

An Papa diſpenſare poſſit in primo gradu affinitatis lineæ tranſuerſæ.

SVMMARIVM.

1 *Impedimentum matrimonij ratione affinitatis non eſt de iure diuino.*

2 *Gradus prohibitiui matrimonij ex lege Moſaica non obligant in lege Euangelica ex eo quod in lege veteri interdicti ſint.*

3 *De iure naturæ nullus gradus affinitatis ex matrimonio orta ita impedit matrimonium vt illud irritet eodem iure etiam in primo gradu lineæ tranſuerſæ.*

4 *Papa diſpenſare poteſt ſuper omnibus impedimentis ſolo iure Pontificio matrimonium dirimentibus.*

CONSILIVM LXXI.

N. Nupſit G. & poſtquam in matrimo-
nio permanſerunt ſimul per ſex an-
nos vel circa, N. maritus deceſſit ſu-
perſtite vxore ſine liberis, iam verò
P. frater d. N. cuperet d. G. ex fratre
viduam in vxorem ducere & ad hos
fines diſpenſationem à S. Pontifice
impetrare, quæritur an d. S. Pontifex poſſit ſuper d. im-
pedimento affinitatis in primo gradu lineæ tranſuerſę
1 diſpenſare: & breuiter reſponderem poſſe, quia certum
eſt illud impedimentum non eſſe à iure diuino intro-
ductum, cùm in noua Euangelica lege nullum tale ſit
præceptum, Sanches *in tract. de matri. lib.7. diſp.52. n.2.*
2 & conuenit inter omnes gradus prohibitiuos matri-
monij legis Moſaicæ, de quib. Leuitici 18. non obligare
in l. Euangelica, ex eo quòd in lege veteri interdicti
ſint, imò eſſet hæreticum aſſerere, ideo interdictos eſſe
nūc eos gradus quòd in Leuitico prohibiti ſint, vt do-
cent Victoria *relect. de matri. ſecunda part. ſecundæ part.
n.3.* Sotus *4. diſt. 40. q. vnica art. 3. col. 4. verſ. igitur docto-
res.* Sequitur igitur vt videamus, an iure naturæ d. gra-
dus impediant matrimonium, & ne de gradibus con-
ſanguinitatis nūc agam, quòd id non ſit præſentis ſpe-
culationis, quidam enim impediunt, & quidam non,
qua de re fusè Sanches *d. q. 52.* ne etiam diſſeram de gra-
dibus affinit. in recta linea, qua de re Sanches *d. lib. 7.
diſp. 65. n. 7.* verior & certior hæc eſt ſententia, nullum 3
gradum affinit. ex matrimonio ortæ ita impedire in li-
nea tranſuerſali, iure naturæ attento, matrimonium, vt
eodem iure illud irritet, quod etiam in primo gradu af-
finitatis lineæ tranſuerſæ, vt ſi agatur de ducendo in
vxorem viduam ex fratre prædefuncto, qui caſus eſt
noſter, procedere verius eſt, etſi aliqui contrarium ſen-
tiant: probatur hæc ſententia, quia Innoc. *3. in c. ſi de di-
uort.* diſpenſauit cum infidelibus recens conuerſis pro-
pter infirmitatem eorum, vt vtantur matrimoniis initis
cum relictis fratrum, & Alexan. 6. diſpenſauit in eodē
gradu cum Rege Luſitaniæ, & Iulius 2. cum Henri. 8.
& Catharina regib. Angliæ, & poſtea Clemens 7. con-
ſultis totius orbis illuſtriſſimis Vniuerſitatibus & ma-
turiſſimo conſilio habito, decreuit authoritate Ponti-
ficia eſſe legitimam diſpēſationem, quod decretum re-
fert ad verbum Caſtro. *lib.1. de lege pœnali c.12.* & multi
viri doctiſſimi varios edidere tractatus in illius verita-
tis confirmationem, aliiſque rationib. hanc ſententiam
firmat Sanch. *d. diſp. 66. n.* 11. & reſpōdet rationibus, quę
in cōtrarium afferri poſſunt, *n.12.* & generaliter verum
eſt S. Pontificem poſſe diſpenſare ſuper hoc & ſimilib. 4
impedimentis ſolo iure Pontificio matrimonium diri-
mentibus, Sanch. *lib.8. de matri. diſp.6. n.4.* ſed quamuis
veriſſimū ſit S. Pontif. poſſe diſpenſare in d. primo gra-
du affinitatis lineæ tranſuerſæ, tamen non puto eum
diſpenſaturum, quia non ſolet huiuſmodi diſpenſatio-
nes facere niſi ex magna cauſa, & cum de bono publico
agitur, vt in exemplis ſuprà poſitis, in quibus agitur de
infidelibus ad fidem conuerſis, & de Regibus, tentari
tamen poteſt an poſſit obtineri diſpenſatio, exponen-
do quod d. N. nullos ſuſcepit liberos ex d. G. & quod
d. N. cùm viueret, hæreticus eſſet, quódque pater &
mater dictorum N. & P. adhuc in humanis exiſtentes
ſint hæretici, quod dictus P. dictáque G. qui inuicem
nubere volunt, Catholici ſunt, ſed tam violento amo-
re ſe proſequuntur, vt verendum admodum ſit, caſu
quo dictam diſpenſationem obtinere non poſſint, ne
hæretici fiant; quo poſſint in ſimul nubere, adeò de-
prauati ſunt multorum in Gallia mores.

ARGVMENTVM.

Capitalia annuorum redituum ſeu penſionum, quas vocant, in dotem conſtituta aut etiam conſtante matrimonio ex rebus dotalibus nomine vxoris acquiſita, an ſtatim ſoluto matrimonio reſtituenda ſint, an verò annus expectandus.

Dato, quòd annus expectandus ſit, an fructus intra annum percepti reſtituendi ſint.

Empta ex pecuniis dotalibus, an ſint dotalia.

Pecuniæ, quæ ex pacto in emptionem prædiorum vel annuorum redituum conuerti debent, an cenſeantur mobiles vel immobiles.

An rata cenſuum decurſorum ante matrimonium ſoluto matrimonio reſtituenda ſint.

Iocalia magni pretij marito donata, an cenſeantur vxori tradita vt eius ſint.

Iura dotalia, cuius ſumptibus exigenda ſint.

Res mobiles æſtimatæ in dotem datæ, an vxori reſtitui poſſint, an verò earum æſtimatio vidua nubens intra annum luctus, an veſtes lugubres reſtituere teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Annui reditus cenſentur ad inſtar immobilium, ideóque ſtatim reſtituendi ſunt.*
2 *Quod procedit ſolum in caſu in quo neceſſariò inter mobilia vel immobilia habendi ſunt.*
3 *Extra eum caſum tertiam ſpeciem conſtituunt de per ſe.*
4 *Actio ad exigendos annuos reditus non venit appellatione mobilium vel immobilium, ſed conſtituit tertiam ſpeciem.*
5 *Pro annuis cenſibus ſoluitur collecta in loco deſtinata ſolutionis.*
6 *Tria ſunt genera annuorum redituum: vnum, quando conſtituitur ſuper certo fundo ex fructibus illius exſoluendus.*
7 *Secundum, quando ſolum actione perſonali promittitur.*
8 *Tertium, quando præter actionem perſonalem adeſt quoque hypothecaria, quod fit duobus modis, aut enim imponitur ſuper omnibus bonis, aut ſuper certo prædio ſpecialiter & generaliter etiam ſuper omnibus bonis.*
9 *Primi generis naturam immobilium ſortiuntur.*
10 *Secundi generis immobilibus non adſcribuntur, niſi quando iura & actiones naturam eorum induunt.*
11 *Tertij generis, ſi de his agatur, qui ſuper omnibus bonis conſtituti ſunt, ad inſtar mobilium ſunt.*
12 *Si de his, qui ſuper aliquo certo prædio, idem quoque ſtatuendum eſt.*
13 *Reſpondetur ad id quod obijcitur, annuos reditus, quando debentur actione reali vel mixta, venire appellatione immobilium.*
14 *Annui reditus cenſentur inter mobilia ex eo quòd ſunt redimibiles, non tamen ſolum ex eo.*
15 *Annui reditus ſunt res incorporales, & quoad dotis reſtitutionem tria genera rerum conſtituit Iuſtinianus mobilium ſcilicet, incorporalium, & earum quæ ſolo continentur.*
16 *Hodie exactio dotis ita celebratur vt fiat intra annum in rebus mobilibus, vel ſe mouentibus, vel immobilibus (ſcilicet alijs quam ſoli nominibus ſeu debitis) cæteris quæ ſolo continentur, illicò reſtituendis.*
17 *Annalis dilatio ad reſtitutionem mobilium datur etiam diuiti.*
18 *Fructus mobilium pendente anno percepti reſtituendi ſunt.*
19 *Contraria ſententia verior eſt.*
20 *Res empta ex pecunia dotali fit dotalis ſi eſt empta nomine vxoris, aliàs ſecus.*
21 *Licet pecunia deſtinata ad emptionem prædiorum generaliter cenſeatur mobilis, & non immobilis, tamen contrarium videtur, ſi vltra ſimplicem deſtinationem adſit pactum, idq; iuratum, & num. 24.*
22 *Vt fauore pupilli pecunia deſtinata ad emptionem immobilium cenſetur immobilis, ita fauore dotis idem ſtatuendum eſt.*
23 *Pecunia ex præcepto teſtatoris deſtinata ad emptionem immobilium cenſetur immobilis.*
25 *In dubio pro dote.*
26 *Mariti negligentia & culpa dotis conditionem deteriorem reddere non poteſt.*
27 *Fauore minoris ætatis maritus conſtituitur in mora irregulari abſque interpellatione.*
28 *Reiecta diſtinctione ſimplicis & enixæ deſtinationis, pecunia ſemper cenſetur immobilis.*
29 *Etiam ſi ex pacto matrimoniali deſtinata ſit.*
30 *Pecunia conflata ex venditione prædij dotalis cum pacto, vt conuertatur in emptionem alterius prædij nomine vxoris, idque ſit dotale, cenſetur mobilis.*
31 *Pecunia ex venditione rei dotalis immobilis reſtituitur tantùm poſt annum.*
32 *Iuramentum in contractu appoſitum recipit conditiones, exceptiones, ſubauditiones, & limitationes, quas recipit contractus ſuper quo interponitur.*
33 *Nec auget obligationem, ſed tantùm addit vinculum religionis.*
34 *Iuramentum non operatur vltra intentionem contrahentium, nec mutat naturam rei.*
35 *Nec inducit obligationem ad intereſſe abſque interpellatione.*
36 *Intereſſe dotis viduæ non debetur durante anno luctus, niſi debitor illius fuerit in mora, & vidua pauper non habens vnde ſe alat, vel conſtet, quod paſſa fuerit intereſſe.*
37 *A pupillo ad dotem non valet argumentum.*
38 *Reſpondetur Socino dicenti, pecuniam deſtinatam ad emptionem immobilium eſſe immobilem.*
39 *L. Atilianus* ff. de pact. dotali. *quando procedat.*
40 *Maritus æquiparatur vſufructuario.*
41 *Et emptori.*
42 *Annui reditus ſunt fructus ciuiles, nec dicuntur pendere, ſed dietim debentur.*
43 *Fructus dotis marito debentur potius ratione onerum, quàm ratione dominij.*
44 *In caſu, de quo agitur, rata cenſuum marito adiudicata fuit.*
45 *Iocalia magni pretij marito donata, non cenſentur vxori tradita, vt eius perpetuò ſint, ſed tantùm ad ornatum durante matrimonio.*
46 *Sumptus in exigenda dote facti deducendi ſunt, ſi magni, ſecus ſi parui.*
47 *Res æſtimata in dotem data ſoluto matrimonio non reſtituuntur vxori niſi pacto ita conuentum ſit.*
48 *Æſtimatio inter coniuges operatur venditionem.*
49 *Quando æſtimatio non facit emptionem, res ipſa reſtituitur.*
50 *In dubio æſtimatio reſtitui debet.*
51 *Vidua nubens intra annum luctus veſtes lugubres reſtituere debet.*

CONSILIVM LXXII.

VARIA occurrerunt dubia in lite, quæ coram arbitris, quorum ego vnus eram, agitabatur inter Dominum Petrum de Guilhens vti maritum & rerum dotalium dominum Domicellæ Catharinæ Coſtæ & dominum Melchiorem Ray-

Raynaudum patrem ſpectabilis quondam D. Ioanois
Raynaudi Conſiliarij dum viueret, Senatus Auraicen.
& primi d. Domicellæ mariti ſuper reſtitutione dotis
per eum tanquam ſocerum receptæ & ſolutione iu-
rium dotalium, quorum primum & præcipuum fuit, an
capitalia aonnorum redituum ſeu pēſionum, quas vo-
cant, in dotem conſtitutas, vel etiam conſtante matri-
mooio ex rebus dotalibus nomine vxoris acquiſita, eſ-
ſent ſtatim poſt mortem d. Raynaudi mariti reſtituen-
da, an verò annus ſpectandus eſſet ad inſtar pecuniæ &
1 rerum mobilium? dubium faciebat, quia huiuſmodi
annui reditus cenſentur eſſe ad inſtar immobilium, *ex
Clement. exiui §. cumque annui reditus de verbor. ſignif.*
ideóque ad inſtar dictorum immobilium ſtatim reſti-
tutionem debuiſſe fieri, idque præſertim ex traditis per
Gabriel. *conſil.* 141. *per to:* poſt Bald. *in cap.1. col.2. num.5.
verſ. eius ſcilicet Epiſcopi, de controuerſia inter vaſſallum
& Epiſcopum, & in cap.1. §. ſciendum col. final. de cogni-
tione feudi*, & in terminis reſtitutionem ſtatim facien-
dam tradunt Mandoſius *in tract. annales caſus num. 34.
caſu 99.* & Additionator ad Gammam *deciſ. 71. & 123.*
in contrarium faciebat, quia nun eſt verum ſimpli-
2 citer annuos reditus inter immobilia computari, ſed
ſolum id procedit, ſi ſimus in caſu io quo neceſſario
ſint habendi vel inter mobilia vel inter immobilia, &
ita exaudieodam eſſe *d. Clement. exiui* docet Roderic.
in tractat. de annuis reditibus quæſt. 3. nu. 9. circa finem.
3 Sed quando neceſſariò non ſunt trahendi ad alterum
genus rerum mobilium vel immobilium, tunc tertiam
ſpeciem conſtituunt de per ſe, nec ioter immobilia
computantur, iuxta doctrinam Abbat. *in cap. Nulli n.9.
& 10. de rebus eccleſiæ non alien.* & ibi Berous *num. 77.
cum ſeqq.* Marian. Socio. *de oblatione libelli §. quæſt. 5. n. 7.
verſ. ſed iuxta prædicta*, & plerique omnes ita tenent,
vt dicit Tiraq. *de retractu lignagerio §.1. gloſ. 6. num. 3.
cum ſeqq & in §. 32. numer. 83.* Fulle. *in pract. cenſuali fol.
mihi 163. num. 25.* quinimo ſi magis aptè ſecundùm ter-
minos iuris loqui velimus, neque conſtituent genus à
rebus mobilibus, & immobilibus, ſed ſeparatum &
diuerſum ſub rebus incorporalibus exiſtens, quæ ſpe-
cies diſtinguitur à rebus corporalibus quarum aliquæ
mobiles, aliæ immobiles ſunt, vt ſubtiliter & eruditè
docet d. Roder. *d. quæſt. 3. num. 9. in princ.* ſed vtcum-
que ſit, ſiue dicamus eſſe genus ſeparatum ſiue con-
ſtituens tertiam ſpeciem, certum eſt nos non verſari
modò in caſu, in quo cogamur applicare iſtos annuos
reditus bonis mobilibus vel immobilibus: ſed tan-
tùm quæritur de reſtitutione dotis, quæ conſiſtit in
rebus vel mobilibus, vel immobilibus, vel incorpora-
libus, & propterea remanet ſub illa tertia ſpecie, quæ
nihil aliud conſtituit quàm ius quoddam ſiue actio-
4 nem ad illos exigendum, quæ actio non comprehen-
ditur etiam appellatione mobilium vel immobilium,
ſed etiam ipſa conſtituit tertiam ſpeciem *l. à Diuo Pio
§. in vendit. ff. de re iudic. l. quam Tuberonius §. fi. ff. de pe-
culio.* Batt. *in l. mouentium ff. de verb. ſignif.* & eſt com-
munis opinio vt docet Iaſ. *conſil. 5. vol. 3.* Tiraq. *in tract.
de retractu lignagerio §.1. gloſſ. 7. num. 9.* Paril. *conſil. 94.
vol. 1.* Gabriel *de verb. ſignific. concluſ. 7. num. 1.* Quæ con-
firmantur ex eo, quòd ſi cenſus annui inter immobi-
lia cenſerentur, abſque dubio collectæ pro eis ſolue-
rentur, vbi bona pro illis obligata eſſent, vt patet ad
5 ſeorſum, ſed verius eſt, non vbi ſunt bona, ſed in loco
vbi deſtinatæ ſunt ſolutiones, & eſt perſona reddito-
ris collectas ſolui, vt in terminis docet Aretinus *conſ.*
9. quem ſequitur & latè comprobat Chaſſan. *in conſue-
tud. Burgund. rub. confiſcations §. 1. verſ. & appartenant,
num. 18. verſ. ſed iuxta, & num. 23.* & ſequuta eſt Rota in
cauſa *de la Bourdeziere*, de an. 1571. coram bonæ mem.
Oradino, & in alio Auenion. Carpen. & Canal. coram
d. Lancelloto 21. Iunij 1583. Cuius rei ratio eſt manife-
ſta, quia io dictis annuis redditibus noo poſſimus con-
ſiderare, niſi actionem pro eis conſequendis compe-
tentem. At actiones dicuntur eſſe de eo loco, de quo
eſt perſona creditoris propter effectum exactionis *in
l. fi. verſ. quid enim prodeſt C. de cong. temporib. l. 3. & ibi
notatur pro ſocio. l. quæ ergo caſus de pecul.* Zapus *alleg.
91. la prima. n. 6. verſ. modo eſt quæſtio.* Soc. *conſil. 101. col. 2.
verſ. ſecundo ergo præmiſſo vol. 1.* Alex. *conſil. 16. in fi. vol.
6.* Rube. *conſil. 136. col. 1. verſ. ſuadetur*, & ſecundo Iaco-
bin. Riminald. *conſil. 244. num. 13. vol. 1.* Et vt veritas hu-
ius quæſtiooia magis eluceſcat, ſciendum eſt, tria eſſe 6
genera, non duo tantùm, vt non bene exiſtimauit Ga-
briel *d. conſ. 141. annuorum redditutum*, vnum eſt, quan-
do annuus reditus conſtituitur ſuper certo fundo ex
fructibus illius exſoluendis, & cui ita inhæret, vt ſerui-
tus illius fundi eſſe cenſeatur, & rei ipſius pars, vt rectè
docet d Gabriel *d. conſil. 141. n. 1.* pro quo propterea da-
tur confeſſoria, & intētatur petitorium, vt docet Bald.
*in d. c. 1. Epiſcopū & Abbatem & in d. c. 1. ſciendum de co-
gnitione feudi*, & eum ſequutus Gabriel *d loco n. 4. 5. &* 7
6. Secundum eſt, quando annuus reditus noo imponi-
tur ſuper quibuſdā prædiis, ſed ſolùm perſonali actio-
ne promittitur. Tertium genus eſt, quando præter per- 8
ſonalem actionem adeſt quoque hypothecaria, & vna
pro ſolutione redituum obligantur, quod duob. mo-
dis fit: aut enim conſtituuntur ſuper omnib. bonis mo-
bilibus & immobilib. iuribus & actionib. quæ eo no-
mine obligātur, aut ſuper re quidem, aut prædio certo,
ſed & præterea etiam generaliter ſuper omnib. bonis
mobilibus & immobilib. præſentibus & futuris, ita vt
d. aonuus reditus nō ſit reſtrictus ad fructus dicti præ-
dij ſpecialiter hypothecati, ſed liberum ſit creditori
quancumque rem debitoris, quinimò & perſonam
ipſius, quæ & obligatur, proſequi, eáque de cauſa ſo-
let apponi clauſula, *Ita vt generalitas ſpecialitati non
deroget neque contra ſpecialitas deroget generalitati.*

Primi generis reditus naturam immobilium ſortiun-
tur, quia ſunt quodammodo pars fundi, cùm non niſi 9
ex fructibus illius ſoluantur, & re perempta pereant;
atque de his intelligēdus eſt Bald. & eum ſequutus Ga-
briel. quod enim ſimpliciter Bald. ait *in d. c. 1. Epiſcopū
& Abbatem* dictos reditus ad inſtar immobilium bo-
norum cenſeri, exaudiendum eſt ex alio loco Bald. *in d.
c. 1. de feudi cognitione*, nimirum de reditib. annuis, qui
certo prædio adhærēt, neque extra fructus illius egre-
diuntur, alioquin ſi ſimpliciter & generaliter de redi-
tibus aonuis à Baldo acciperetur, ipſius doctrina eſſet
erronea, & cōtra communem: neque enim reditus an-
nui generaliter rebus immobilibus adſcribuntur, niſi
quoties ex natura rei, de qua agitur, ad bona mobilia
vel immobilia referendi ſunt. Huius primi geoeris re-
ditus ſunt hi, qui iuxta Bullam Pij V. conſtituti ſunt,
qua non niſi ſuper certa re imponi poſſunt, & ex fru-
ctibus illius tantùm & pro rata illorum ſoluendi ſunt,
vt re in totum vel pro parte perempta; in totum quo-
que vel pro parte extinguantur reditus. Sed nulli ſunt
huiuſmodi reditus in tota hac prouincia, nedum in di-
ctis penſionibus dotalibus; ea enim Bulla, nunquam
fuit in vſu & obſeruantia in his partibus, ſed & poſtea
per fel. record. Greg. 13. de anoo 1574. rigor d. Bullæ
fuit temperatus. Thomas Zerola in praxi Epiſcopo-
rum, *verb. contractus cenſualis in prax.* & quod plus eſt,
reditus anoui etiam nulla ſpecialis rei, ſed tantum om-
nium bonorum facta mentione ſuper communitati-
bus permiſſi fuerunt, & quotidie ita conſtituuntur ge-
neraliter tantùm, omnium bonorum mentione &
obligatione facta.

10 Secundi generis reditus, pro quibus tantùm perſonalis actio competit, abſque dubio naturam immobilium non ſortiuntur, niſi iis caſibus, quibus nomina & actiones naturam eorum induunt, cùm tunc in dictis annuis reditib. nihil niſi illa perſonalis actio conſideretur: at verò cùm de reſtitutione dotis agitur, nũquam nomina & actiones ad inſtar immobilium cenſentur, ſed ſicut pecunia & res mobiles non niſi poſt annum reſtituũtur, vt eſt textus clarus *in l.1. §. exactio.* & ibi notat gloſſ. *in verb. incorporalib.* & eam ſequuti DD. *Cod. de re. vxor. actio.* ſed neque primi, neque ſecundi generis reditus vlli ſunt in caſu in quo verſabamur, vt diutius in illis morandum non ſit, ſed omnes tertij generis ſunt.

Tota igitur vis conſiſtit, vt videamus, an tertij generis reditus annui naturam immobilium induant, vbi non neceſſariò ad bona mobilia vel immobilia ſunt
11 referendi. Et quidem ſi de his agatur qui generaliter ſuper omnibus bonis mobilibus & immobilibus conſtituti ſunt, certiſſimum eſt non ad immobilium, ſed actionum inſtar cenſeri, vt declarat Tiraq. *de primog. q.49. num.9. & 10.* & fuit deciſum in d. Auenion. & coram domino Lancelloto 27. Iunij anni 1583. quinimò in prouinciis conſuetudinariis Franciæ, præſertim Pariſienſi; vbi ſunt tantùm duo genera bonorum mobilium, ſcilicet & immobilium, ita vt ipſæmet actiones ad vnum ex illis reducendæ ſint, huiuſmodi annui reditus cenſentur mobiles & appellatione mobilium veniunt, Charond. *in reſponſis lib.6.c.34.*

Tantùm enim reditus fundiarij, quos vocant, qui ſunt illi primi generis, inter immobilia bona cenſen-
12 tur, Tiraq. *d. tract. de primog. q.49. num.9. & 10.* quod ſi prædij quoque alicuius ſpecialis ſit facta mentio vt in ſecundo modo tertij generis dictum fuit, idem quoque ſtatuendum eſt, vt ſcilicet immobilium naturam non induant, eadem enim eſt ratio in illis quæ in reditibus, in quibus generaliter bonorum tantùm eſt facta mentio, nihil enim niſi actio ipſa pro fructibus conſequendis conſiderari poteſt, nec ex ſpeciali prædij mentione ita facta reſtrictus fuit reditus ad id prędium, nec illi adhæret, vt eo perempto ſit peremptus, quinimò eſt in electione creditoris, an fructus illius prædij, an aliorum etiam, quin & cætera ipſamet bona mobilia proſequi poſſit pro ſuorum redituum conſequutione, quæ præſertim procedunt attenta clauſula de qua ſuprà *abſque eo quod generalitas ſpecialitati deroget, aut contra:* atque idem de iis reditibus quod de illis qui generaliter ſuper omnibus bonis conſtituti fuerunt, ſenſiſſe Rotam *in d. deciſ.* conſtat in illis verbis *(Cenſus conſtitutos ſuper certis tenutis ac aliis bonis mobilibus & immobilibus)* in fine quidem deciſionis ſolum mentionem facit redituum ſuper omnibus bonis generaliter conſtitutorum, quod in ſuo caſu de iis tantùm ageretur, quippe qui eſſent à communitatibus conſtituti, quæ non niſi eo modo eos ſolent conſtituere, ſed verba ſuprà poſita, quæ præcedunt, & ſolutio, quam dat Rota in fine ad obiectionem, de qua mox conuenit, vtrique modo tertij generis redituum.
13 Nec obſtat, ſi dicatur, quod quando annui reditus debentur actione reali vel mixta, prout in hoc caſu, tunc veniunt appellatione immobilium, Bald. *in l.2. ſi. C. de exequutione rei iudic.* Doctores omnes in *l. ſciendum ff. qui ſatiſdare coguntur*, Gabriel *d. concl.4. n.4.* Tiraquell. *d. gloſſ.6. num.11.* quia ex d. Rotæ deciſ. reſpondetur, quòd realitas oritur ex hypotheca conſtituta ſuper bonis, iuxta notata per Bart. *in l. Codicill. §. inſtituto. num.4. de leg.2.* at principalis obligatio, quæ eſt conſideranda, eſt perſonalis, pro qua aſſeueranda fuit hypotheca, vt bene declarant Chaſſan. & Aretin. in locis ſuprà citatis, quibus addo Felician. *in tract. de cenſibus c.4. num.4.* vbi docet cenſualem contractum principaliter eſſe perſonalem & ſecundariò realem, Garc. *de expenſis c.4. n.41.*

His omnibus addebatur ad docendum dictos reditus tertij generis vtroque modo conceptos naturam immobilium non ſequi, quòd ſcilicet ſint redimibiles, quæ qualitas, vt redimi, quandocumque velit, debita poſſint, facit, vt inter mobilia cenſeantur, vt docet Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. rub.5. des rentes vendues, num.4. & ſeqq.* Celſus Hugo *conſ.67. num.5.* Palaes à Metis *de maioratu part.1. q.40. n.6.* Sed ſi ſolùm conſideraretur ea qualitas, quod reditus eſſent redimibiles, non eſſet tuta ſententia, vt ex ea ſola cenſerentur inter res mobiles, ex traditis per Surd. *deciſ.204. num.2.* & Greg. Lopez *ad ll. partitas part.2. tit.27. in l.1. verb. reyes*, & hæc quidem dicebantur generaliter tractando quæſtionem, an & quando reditus annui tertij generis aſſumerẽt naturam mobilium vel immobilium. Sed applicando quæſtionem ad caſum reſtitutionis dotis res videtur carere omni difficultate, neque enim hic quærendum eſt, an mobilibus vel immobilibus, ſed an incorporalibus dicti reditus applicentur, ſi quidem *l. Vnica in §. exactio Cod. de rei vxor. actione* non duo tantùm bonorum genera, ſed tria conſtituit: nempe mobilium, incorporalium & immobilium, quinimo nec dictione immobilium vtitur, ſed rerum, quæ in ſolo conſiſtunt, vt magis mentem ſuam explicet, ſcilicet ſe intelligere tantùm de illis, quæ reuera non interpretatur, immobilia ſunt, ſi ſcilicet in ſolo conſiſtant, & ſtatuit, vt res incorporales, etſi mobiles non ſint (neque enim mobiles aut immobiles eſſe poſſunt, cùm nec tangi nec videri poſſint) non minus ac mobiles non niſi poſt annum reſtituantur. At verò huiuſmodi 15
reditus eſſe res incorporales notorium eſt, vt fusè docet Zodet. *d. tract. q.1. n.9.*

Sed & id clariſſimè ex vltimis verbis *d. §. conſtat.* vbi annonas ciuiles, quæ dictis reditib. communi doctorum ſententia ſimiles dicuntur, eiuſdem ſunt naturæ, cuius iumenta, naues, & ſimilia, de quibus ibi quoad reſtitutionem dotis, ita vt coniungendo finem principio *d. §.* annonæ ciuiles & d. reditus non niſi poſt annum ſicut res mobiles reſtitui debeãt, ideóque Greg. 16
Tholoſ. *in ſyntag. iur. lib.9. c.21. n.4.* eruditè, & cum magno myſterio, inquit Iuſtinianum conſtituiſſe *in d. §. exactio*, vt exactio dotis celebretur non annua, bima, trima die, ſed omnino intra annum in rebus mobilib. vel ſe mouentib. vel immobilibus (ſcilicet aliis quàm ſolitis nominibus ſeu debitis) cæteris videlicet rebus quæ ſolo continentur, illico reſtituendis. & ſic reſtringit res quæ ſtatim reſtituuntur, ad eas quæ ſolo continentur, iura verò & debita, quæ immobiles res vocat, non quod immobiles ſint, ſed quia plerumque immobilium naturam induant, vt notat gloſſ. *16. verb. incorporalibus*, iurium verò & actionum appellatione dictos reditus comprehendi in hac materia certum eſt, tum quòd reuera nihil niſi iura & actiones ſint, vt ex ſuperioribus patet, tum quod reſtitutio rerum ſtatim facienda reſtringitur ad eas, quæ in ſolo conſiſtunt, nõ autem de immobilibus generaliter ſit mentio, vt nullo modo eas res, quæ, quandoque poſſent naturam immobilium induere, comprehendantur. Certum igitur eſt, & ex verbis textus *in d. §. exactio*, & ex interpretatione & authoritate d. Gregor. dictos annuos reditus perinde ac res mobiles non niſi poſt annum reſtituendos, quæ omnia procedunt in hoc caſu abſque ſcrupulo, cùm d. vidua habeat ſufficientiſſimè ex bonis dicta Raynaudi vnde ſe alat durante anno luctus, quadringentas ſcilicet libras pacto matrimoniali.

Nec

Nec obſtant authoritates Mandoſ. & adden. ad Gammam, eæ enim aut intelligendæ ſunt de reditibus primi generis, aut non luibilibus, aut manifeſtè errarunt, quod manifeſtè conſtat ex ratione quam affert d. Mandoſ. quod, quoties ad bona mobilia vel immobilia reditus ſunt referendi, ad immobilia debeant referri, nam in caſu, in quo verſamur, non debent neceſſariò referri ad mobilia vel immobilia, cùm non duo tantùm genera, ſed tria per Iuſtinianum conſtituantur, ſcilicet mobilium vel mouentium, incorporalium, & ea quæ ſolo conſiſtunt. Ita vt duo prima quoad ſubiectum, de quo agitur, ſcilicet quoad reſtitutionem dotis eiuſdem naturæ cenſeantur, vt non niſi poſt annum reſtitui debeant.

Non obſtat etiam, quod ex aduerſo dicebatur, d. reditus poſſe abſque difficultate reſtitui non minus ac immobilia, & eſſe in poteſtate Domini Raynaudi ea reſtituere, & propterea anni lapſum non eſſe ſpectandum, quaſi verò ratio, vt detur annalis dilatio, ſit, quia mobilia, quæ facile conſumuntur, difficulter reſtitui poſſint, ideóque ſi maritus vel eius hæredes ſint diuites, ita vt ſtatim eis facilis ſit mobilium reſtitutio, tunc ceſſante ratione, de qua ſuprà, nõ competeret eis prædicta annalis dilatio, nam reſpondetur, vtramque ſcili-
17 cet & rationem & conſequentiam falſam eſſe, veriúſq; eſſe marito etiam diuiti d. dilationem dari, vt docent Iaſ. *in §. fuerat n. 28 inſtitutionib. de action.* Boet. *conſ. 50. n. 19.* Plot. *tract. de in lite iurando §. 11. n. 37. in l. 1. in prin. n. 3. ff. ſolut. matrim.* qui rationem differentiæ inter mobilia & immobilia quoad reſtitutionem dotis exquirit, ad quem me remitto.

Ex quibus omnino exiſtimandum dictos reditus non niſi poſt annum reſtituendos, pro bono tamen pacis conſenſi aliquos, in ſententia nominatim deſignatos, ſtatim à die mortis reſtituẽdos, alios verò non, cùm d. Do. de Guillient appellauerit, eſt omnino inſtandum vt in hoc capite reformetur ſententia in fauorem d. Raynaudi.

Inde manat ſecundum dubium, quod malè ex aduerſo cum primo confundebatur, nam ſi huiuſmodi redituum reſtitutio ſtatim fuiſſet faciẽda, ceſſaret hoc dubium, ſed ſi tantum poſt annum ſunt reſtituendi, vt verum eſt, tunc intrat dubium, an ſaltem fructus inter annum percepti reſtituendi ſint? dubium faciebat verſiculus *fructibus* videlicet in *d. §. exactio*, in quo, cùm fructuum immobilium ſtatim non reſtitutorum reſtituendos eſſe deciditur, idem poſtea ſubiungitur de penſionibus, vecturis nauium ſiue iumentorum vel operis ſeruorum & quæſtu ciuilium annonarum: vnde d. verſiculus, qui afferebatur pro ſolutione prioris dubij, vt non niſi poſt annum d. reditus ſint reſtituendi, retorquetur contra quoad deciſionem ſecundi dubij, vt ſcilicet fructus dictorũ redituum durante anno percepti ſint reſtituendi: ex quo non defuerunt ex doctoribus qui exiſtimauerint mobilia quidem non niſi poſt annum reſtituenda, ſed ſi huiuſmodi ſint quæ fru-
18 ctus pariant, fructus interim perceptos reſtituendos, & vt firment ſuam ſententiam, reſpondent obiectioni, quæ poſſet fieri, quòd ſcilicet inutilis foret dilatio, ſi fructus reſtituerentur, aiunt enim non eſſe inutilem, quia ſcilicet interim dictis fructibus hæredes vſi fuerunt: atque hanc ſententiam amplexi fuerunt Alberic. & Salicet. *in d. §. exactio*, nec non Bart. *in l. ſi conſtante § quoties num. 9. ff. ſolut. matrim.* & fusè eam tuetur An-
19 tho. Gomeſ. *ad ll. Tauri l. 50. n. 47.* ſed contraria ſententia verior eſt & receptior: nam cum detur dilatio à lege pro reſtitutione mobilium cuiuſcumque generis & nominatim fiat mentio de mouentibus & rebus incorporalibus, idem de omnibus ſtatuendum eſt, vt ſcilicet nõ debeat fieri fructuum reſtitutio *l. ſed ſi manente ff. de precario*, nam, cùm durante dilatione legali in marito non poſſit conſiderari mora *l. ſi pupillus ff. de verb. obligat.* ſuccedit regula, quod ante moram non debentur fructus *l. initio C. de pactis inter empt.* & in materia probat *l. ſi longis 7. C. de execut. rei iudicat.* at verò per *d. §. exactio.* non ſtatuitur reſtitutio vſurarum, vel fructuum niſi poſt moram. Sequitur igitur ex *Mones* §. probari contrariam opinionem falſam.

Nec obſtat *d. verſ. fructibus*, nam ille verſ. eſt appendix dictorum præcedentium, & ſic eſſe explicandum iuxta diſtinctionem factam in principio, vt ſcilicet in immobilibus veniant à die ſoluti matrimonij, in mobilibus autem à die finitæ dilationis legalis, quod aduertit Iaſ. *in l. diuortio in princip. num. 19. ad fin. ff. ſolut. matrim.* & ſentit Aretin. *in d. l. diuortio §. quod in anno.* & ita expreſſim dictũ §. accepit Harmenop. in Promptuario *lib. 4. cap. 8 pag. 186.* Corraſ. *in dict. l. diuortio in princ. num. 15.* d. enim verſiculus *fructibus*, non ſtat de per ſe, nec diuerſum caſum à præcedentibus continet, vt aliqui malè exiſtimarunt, ſed venit continuatiuè ad præcedentia, & ideo debet recipere interpretationem de qua ſuprà, & aliàs reſpondetur, vt fusè & doctè tradit & docet Barboſa *d. loco num. 5.* qui omnibus quæ in contrarium afferri poſſunt, reſpondet, ad quem propterea me remitto, & vtilitas, quam contrarium tenentes proponunt, quod ſcilicet fructibus interim vtatur, tam modici momenti eſt, vt non debeat eſſe in conſideratione, & ex eo non reſpondetur *d. §. exactio.* quo non debentur fructus vel intereſſe, niſi ab eo tempore quo reſtitui debent, conſtituatur in mora, vt ſatis colligitur ex mente illius textus, & tradit Soc. *conſil. 126. num. 6. lib. 1. & conſ. 180. num. 5. lib. 2.* Plot. *d. §. 11. num. 34.* ſed in mora maritus, vel eius hæredes, non conſtituuntur in mobilibus, niſi elapſo anno, vt ſuprà diximus: ergo antea non debet teneri ad fructuum reſtitutionem, nec poteſt ſuſtineri diſtinctio Gomeſij, an res mobiles ſint tales, quæ fructus ex ſe reddant, an non, vt euitaret obiectionem, quæ fieret ex vſuris, quæ debentur ratione pecuniæ, nam huiuſmodi diſtinctio eſt contra textum *in d. §. exactio in d. verſ. ſin autem.* vbi coniungit fructus & vſuras, ſed in vſuris certum eſt eas non deberi, niſi elapſo anno, vt probat *d. §. exactio*, & notat Bart. rationem reddens *in l. ſi conſtante §. quoties num. 9. ff. ſolut. matrim.* ergo eadem interpretatio admittenda eſt quoad fructus, iuxta regulam *l. iam hoc iure ff. de vulgari*, & prætereà diſtinctio confundit, nam non minùs vſuræ ex pecunia ſaltem penes argentarium exiſtente funduntur, quàm penſiones ex domibus, vecturæ ex iumentis, & operæ ex ſeruis, quæ omnes res non ex ſe, ſed ea induſtria quod alteri locantur, fructus fundunt. Verior igitur eſt ſententia, vt d. fructus pendente anno percepti reſtitui non debeant, ne dilatio legalis ſit inutilis, néve finis §. principium deſtruat, & Iuſtinianus ſibi ipſi in eod. loco ſit contrarius. Atque huius ſententiæ eſt *gloſſ. in d. §. exactio verb. reſtituendis ad fin.* dum ea iſtimat maritum eam vtilitatem irreuocabiliter facere ſuam, quod etiam ſentit gloſſ. ſecunda *in d. l. diuortio octaua in princip.* & ibi Bart. *num. 5.* & hanc eſſe ſententiam receptam aſſerit Alex. *conſil. 48. num. 5. lib. 3.* Iaſ. *in dict. l. diuortio in princ. num. 19.* & ibi Vincent. *num. 8.* Couarr. *de ſponſalib. part. 2. cap. 3. §. 9. num. 9.* Viuius *lib. 2. communium opinion. opin. 320.* & eãdem receptam agnoſcit Garcias *de expenſis c. 8. n. 29. ad fin.* & fuſiſſimè Barboſ. *d. loco n. 5.* eandémque firmat Lupus *d. tract. de vſuris §. 4. n. 86.* & in hoc capite omnes fuimus concordes per rationes ſuprà poſitas.

Tertium fuit dubium ex ſuperioribus manans, quia

cùm in factu præſupponatur d. Dominum Raynau-
dum aliquos reditus emiſſe pendente matrimonio ex
pecuniis dotalibus: non tamen nomine nurus, ſed pro-
prio, an huiuſmodi reditus dicantur dotales, & qui-
dem ſtantibus ſuprà deciſis, inutilis eſt quæſtio quo-
ad fructus interim perceptos, ſed caſu, quo reditus an-
nui eſſent ſtatim reſtituendi, dubium procederet, in
quo reſoluendum eſt, non cenſeri dotales, nam res
20 empta ea pecunia dotali efficitur dotalis tãtùm quan-
do eſt empta nomine mulieris, aliàs ſecus, *l.12. Cod. de
iur. dot.* Caballin. milleloq. 540. & adeò non eſt dota-
lis, vt mulieri in tali re empta non acquiratur domi-
nium, ſed pecuniam tantùm mulier repetere poſſit *d. l.
12. ex pecunia C. de iur. dot.* & ibi Bald. & Salicet. *in l. ſi ex
ea pecunia C. de rei vindicat. l. vxor marito ff. de donation.
inter virum & vxor.* Rem. *conſil.* 201. Corne. *conſil.* 180.
part. 4. Sebaſt. Naruus in ſyſtemate Codicis *tit. de iure
dotium ad d. l. ex pecunia.* Cuiac. *obſeruat. l. 29. lib.* 5. & vt
efficiatur dotalis, non tantum debet emi ea pecunia
dotali, ſed etiam nomine mulieris, aliàs non erit dota-
lis *d. l. ex pecuniis.* & ita intelligit Roman. *conſ.* 201. Ca-
ballin. milleloq. 552. *part.* 2. & idem Caballin. dicit
teatum *in l. res quæ ex dotali l. ſi ex lapidicinis, & l. pro-
cul. in fine cum ibi notat. & l. final. ff. de iur. dot.* intelli-
gi debere quando nomine mulieris fuit facta emptio,
aliàs ſecus: in hoc autem capite fuimus concordes.

Quartum dubium ex ſuperioribus etiam manans,
quia cùm pacto in d. contractu matrimonij expreſsè
cautum ſit, vt d. Dominus Raynaudus pecunias, quas
ex iuribus ſuæ nurus reciperet, teneretur in emptio-
nem dictorum redituum, vel prædiorum conuertere,
& aliquas ſummas receperit, nec conuerterit vt tene-
batur, an huiuſmodi pecuniæ perinde habendæ ſint
ac reditus annui? & quidem ſtantibus ſuprà deciſis in
duobus primis dubiis inutilis eſt quæſtio, quia ſiue
conuerterit ſiue non, non tenetur reſtituere niſi poſt
annum, ſed ſi reditus eſſent ſtatim reſtituendi aut ſal-
tem fructus durante anno percepti: tunc procedere
dubium, & quidem huiuſmodi pecunias cenſeri im-
21 mobiles ex aduerſo contendebatur, quia etſi generali-
ter verum ſit pecunias deſtinatas ad emptionem præ-
diorum cenſeri mobiles & non immobiles, tamen hoc
procedit tantùm, quando verſamur in nuda & ſimpli-
ci deſtinatione, non in enixa, vt quia ſimplici deſtina-
tioni aliquid aliud accedat, vt hoc caſu, quo d. Domi-
nus Raynaudus cogebatur dictas pecunias in bonis
immobilibus inueſtire, Craſſ. *in §. legatum q. 19. num. 8.
in fi.* Pecch. *de teſtamentis coniugum lib. 5. cap. 30. num. 4.*
22 *verſ. itaque exiſtimo.* Gail. *lib. 2. obſeruatione* 11. *n.* 5. præ-
ſertim cùm d. pactum iuratum ſit, & finaliter fauore
pupilli pecunia ad comparanda prædia deſtinata iure
immobilium cenſetur, ſic etiam in pecunia dotali ſta-
23 tuendum eſt, Pecch. vbi ſuprà *n.* 4. quibus adſtipulatur
quod pecunia ex præcepto teſtatoris deſtinata ad em-
ptionem immobilium cenſetur immobilis, Socin. *conſ.*
24 249. *num.* 17. *n.* 2. multò magis iſta pecunia ex pacto, iu-
ramento, & obligatione de adimplendo roborato
quid immobile reputari debet, Gail. *d. obſeruatione* 11.
num. 6. concurrente præſertim fauore dotis, pro qua in
ambiguo reſpondendum eſt *l. 1. cum vulgarib. ff. ſolut.*
25 *matrim.* & negligentia mariti eiúſque culpa in omit-
tendo quod adimplere tenebatur, dotis conditionem
26 deteriorem reddere nõ poteſt *l. de die l. Attilicinus. ff. de
fund. dotali*, præterea d. culpa negligentiæ non debet
compendium & lucrum afferre culpoſo & negligenti
marito, vt dicimus de malæ fidei poſſeſſore obnoxio
fructuum omnium reſtitutioni ob malam fidem, fusè
Copus *de fructibus lib. 2. cap. 2. per tot.* maximè hoc caſu
quo agebatur de minore, quæ conſtante matrimonio
maritum interpellare non potuit, & fauore minoris
ætatis maritus fuit in mora irregulari abſque inter- 27
pellatione *l. in minorum Cod. quibus cauſis in integrum
reſtitutio non eſt neceſſaria*, his tamen non obſtantibus
omnes nos arbitri fuimus in ea ſententia, vt d. pecuniæ
cenſerentur mobiles: generaliter enim DD. commu- 28
niter recipiunt hanc ſententiam *in l. cætera §. ſed ſi pa-
rauit.* & ſingulariter Iaſ. *ibid. col. penult. verſ. circa iſtam
materiam num. 21. de leg.* 1. fusè Boer. *deciſ.* 209. qui om-
nes doctores in vtramque partem enumerat, & ex illo-
rum enumeratione hanc magis communem demon-
ſtrat, nec vera eſt illa diſtinctio, quam aliqui faciunt in-
ter nudam & enixam diſtinctionem, generaliter enim
verius eſt ſemper cenſeri immobiles, Caualcan. *deciſ.* 1.
part. deciſ. 3. *num.* 13. *& tract. de vſufruct. num.* 82. Cha-
rond *in conſuetud. Pariſien. art. 93. in princ.* Pap. *arreſt.
lib. 17. tit.* 4. Boer. *d. deciſ.* 109. quorum plerique vt Ca-
ualcan. & Charond. id procedere contendunt, etſi pe-
cuniæ eſſent penes campſorem ad cãbium vel ad vſu-
ras, ſed non eſt inſiſtendũ in quęſt. illa generali de pe-
cunia deſtinata ad emptionem, in qua receptiſſima eſt
ſententia vt ſit mobilis, ſed rem, de qua agitur in indi-
uiduo tractantem, cum ſcilicet pacto matrimoniali
cautum eſt, vt pecuniæ in emptionem prædiorum in- 29
ueſtiantur, ſi id factum non ſit, cenſeri mobiles arreſto
ſupremi Senatus Pariſienſis iudicatum fuit, vt refert
Papon *lib. 17. tit. 4. arreſt. vlt.* idque in fortioribus ter-
minis: agebatur enim de lucranda dimidia parte bo-
norum mobilium quam maritus ſuperſtes lucratus, ne-
dum de cæteris mobilibus, ſed & de huiuſmodi pecu-
niis, quas ex pacto matrimoniali, in emptionem præ-
diorum conuertere tenebatur, nec verum eſt quod ex
aduerſo dicebatur Paponem loqui de ſimplici deſti-
natione, vt apud ipſum videre licet, quinimo in for-
tioribus Papon. terminis, ſi nimirum prædium dotale 30
de conſenſu vxoris diſtractum fuerit ea lege & pacto,
vt eadem ſumma pecuniarum in emptionem prædio-
rum nomine vxoris & quæ eſſent dotales conuerte-
rentur, & moriatur vxor, & ſint duo hæredes, vnus
mobilium, alter immobilium, huiuſmodi pecunias hę-
redem mobilium conſequi debere, quod ſcilicet inter
mobilia non immobilia reputentur. Idem Senatus
cenſuit vt refert Ioan. Gallus *placitorum lib. 1. quæſt.* 1.
omnino videndus, omnes enim rationes hinc inde af-
fert, quæ ſententia confirmatur ex eo quod ſi venda- 31
tur res immobilis dotalis, pecunia, quæ eius loco ſuc-
ceſſit, non debet ſtatim reſtitui, ſed poſt annum, *l. cum
in fundo 81. §. ſi fundus ff. de iure dot.* Roman. *ſingulari
225. & in l. diuortio §. interdum num. 24. ff. ſoluto matrim.*
Fellerius *in pract. criminali pag. 97. num.* 12. Tiraq. *de re-
tract. lignag. §. 1. gloſſ. 7. num.* 107. Petrus Greg *in ſyntag.
iur. lib. 9. cap. 22. num.* 18. Barboſ. *in d. l. 2. in princ. num.* 1.
verſ. ex qua quidem. Nec obſtat quod dicitur, pactum
huiuſmodi iuramento firmatum eſſe: nam etſi Gallus
& Papon iuramenti non faciant mentionem, de pacto
tamen & contractu iurato intellexerunt, cum hodie
omnes contractus iuramento firmari ſoleant, & iura-
mentum in illis interponi, ſed illius non meminerunt,
quia ad deciſionem huius quæſtionis nihil operari po-
teſt: iuramentum enim in contractu appoſitum reci- 32
pit conditiones, exceptiones, ſubauditiones, & limi-
tationes, quas recipit contractus ſuper quo interpo-
nitur, Oſaſc. *deciſ. 41. num. 5. & deciſ. 49. num 4. & deciſ.
92. num.* 3. Crauet. *conſil.* 102. Deci. *conſil.* 251. Caſſad. *de-* 33
ciſ. 2. tit. de iureiur. nec auget obligationem, ſed tantùm
addit vinculum Religionis, Oſaſc. *d. deciſ. 92. n.* 6. non
enim includit caſus, quos diſpoſitio non includit,
Oſaſc. *ibid. n.* 8. ſed debet intelligi ſecundùm terminos
iuris communis, Guid. Pap. *quæſt. 96. n.* 3. non poteſt, in-
quam,

quam, iuramentum naturam d. pacti & cõtractus mutare, nec facere vt res quæ mobilis eſt, ſit immobilis. Nec obſtat, ſi dicatur propter iuramentum ſuccedere obligationem ad intereſſe, & ideò hæredes teneri ad ſolutionem à die mortis dicti Raynaudi, ſicut fructus bonorum d. Catharina lucraretur caſu, quo illæ pecuniæ fuiſſent conuerſæ in emptionem prædiorum. Reſpondetur tale iuramentum non potuiſſe operari huiuſmodi obligationem ad intereſſe, quia ſi hoc operaretur, mutaret intentionem contrahentium: pactum enim illud in contractu matrimonij fuit tantum appoſitum propter ſecuritatem dotis dictæ Catharinæ, non verò propter lucrum fructuum durante anno luctus, de eo enim nullo modo cogitarunt partes. Item ſi huiuſmodi iuramentum illud operaretur, mutaret naturam ipſam pacti, quæ de iure communi talis eſt, vt pe-
34 cunia deſtinata ad emptionem prædiorum cenſeatur mobilis non immobilis. At iuramentum non operatur vltra intentionem contrahentium, nec alterat vel mutat naturam rei, ſed recipit conditionem, exceptionem, ſubauditionem & limitationem quas recipit contractus ſuper quæ interponitor, vt docet Oſaſc. *deciſ. 41. num. 5.*

35 Deinde reſpondetur non eſſe verum, iuramentum inducere obligationẽ ad intereſſe niſi adfuerit interpellatio: quia obligatio ad intereſſe ſuccedit loco facti, pro quo mora non committitur niſi adfuerit interpellatio *l. mora ff. de vſur. l. ſi ex legati 23. ff. de verb. oblig.* Afflict. *deciſ. 150. n. fin. & deciſ. 399.* Magon. *deciſ. luc. 31. n. 6.* & obligatus ad aliquid faciendum ſub certa pœna non incurrit in illam propter ſcientiam, niſi illi ſit facta intimatio, Mohedan. *deciſ. 196.* & quando quis aliquid facere tenetur, non poteſt dici contumax niſi requiratur, Vocal. *deciſ. 284. part. 2.* at in hoc caſu nulla fuit facta interpellatio. ergo.

36 Tertiò reſpondetur, huiuſmodi intereſſe nullo modo deberi in hoc caſu, quia agitur de ſoluendo intereſſe viduæ pro reſtitutione dotis durante anno luctus, cui nullum intereſſe debetur, niſi quando debitor illius fuit in mora, & vxor eſt pauper, & non habet vnde viuat niſi ex ſua dote, vel conſtet quod paſſa fuit intereſſe, Afflict. *deciſ. 284.* Gramm. *deciſ. 103. n. 91. 97. & 98.* Caball. millel. 433. At in noſtro caſu nec dicti hæredes fuerunt in mora, & d. domicella Catharina non eſt pauper, ſed diues, & habet vnde ſe alat etiam ex propria ſubſtantia mariti. Igitur dictum intereſſe conſequi non poteſt nomine dotis nec alio iure.

37 Non obſtat quod dicebatur de pecunia pupilli, negatur enim valere argumentum de pupillo ad dotem, maiora enim ſunt priuilegia pupilli quàm dotis vt notorium eſt, ideóque doctores paſſim in pupillo id recipiunt, è contrario generaliter aſſerunt, vt ſcilicet pecunia deſtinata ad emptionem immobilium non cenſeatur immobilis, quod ſi pecunia dotalis excipienda eſſet, non omiſiſſent huiuſmodi exceptionem dari.

38 Non obſtat Soc. *conſil. 249. num. 27.* nam præterquam quod reſponderi poſſit, huiuſmodi quæſtionem, an pecunia deſtinata ad emptionem immobilium cenſeatur immobilis, eſſe controuerſam, nec deeſſe qui exiſtiment cenſeri immobilem, & Socinum potuiſſe illius eſſe ſententiæ: communem tamen eſſe in contrarium vt ex ſuperioribus patet, caſus Socini & ratio illius ſpecialis eſt: agebatur enim ibi de diſpoſitione teſtatoris cuius voluntas vim legis habet erga hæredes, & cùm prohibuiſſet alienationem bonorum ſuorum, quòd fideicommiſſo ea ſubiecta eſſe vellet, quódque mercantiæ, quas habebat, venderentur, & ex pretio immobilia emerentur, quippe quæ eidem prohibitum & fideicommiſſo ſubiicerentur, non mirum ſi huiuſmodi pecunia ad inſtar immobilium cenſeatur, ne ſcilicet illuſoria & fruſtratoria reddatur teſtatoris diſpoſitio, & in eo ſe fundat Socinus, quæ omnia ceſſant in hoc caſu quo pro ſecuritate non alia ratione conuentum eſt, vt pecuniæ dotales inueſtirentur, quod etſi factum non ſit, non propterea minus cautum eſt viduæ cui vel eius marito omnes huiuſmodi pecuniæ vel reſtitutæ ſunt, vel ſtat per ipſum quo minus illi reſtituantur.

Nec verſamur in dubio, vt pronunciandum ſit in fauorem dotis, ſed in claris, cùm & communem doctorum ſententiam & in fortioribus terminis pacti dotalis ſupremæ Curiæ Pariſienſis arreſta habeamos vltra quod non poteſt conſiderari verè vllus fauor, cùm etſi fructus anni luctus non conſequatur vidua, tamen anno elapſo pecuniam numeratam habuit, cuius maritos maiorem habere rationem quàm immobilium notorium eſt.

Nec huc conuenit *l. Attilianus ff. de pact. dotalib.* ea 39
enim procedit, cùm pacto longior dilatio datur quàm lege præſcripta ſit, quo caſo non poteſt maritus dotis conditionem deteriorem facere. At hoc caſu reſtituit maritus dotem intra tempus à lege præſcriptam, & ſolùm quæritur, an huiuſmodi pecunia mobilis vel immobilis cenſenda ſit.

Nec vlla culpa negligentiæ vel mora d. domino Raynaudo adſcribi poteſt, cùm non niſi cauſa ſecuritatis dictum pactum appoſitum fuiſſet, & probè ſciret, nullo periculo dictam pecuniam verſari, & hoc verum eſſe experientia nunc docet, vt iam dictum fuit, præſertim cùm nulla interpellatio interuenerit, quæ medio matris vel vitrici rerum gerendarum admodum periti, & qui magnam curam bonorum d. Coſtæ habebat, vt ex pactis dotalibus in contractu matrimonij d. Coſtæ contentis conſtat, fieri potuit, qui tamen eam facere non curarunt, quòd ſcirent nihil inde periculi d. Coſtam pati poſſe, pactúmque illud in d. contractu potius vt nihil ſe omiſiſſe quàm quod neceſſarium eſſet, appoſuiſſent. Præterea ſemper militant quę diximus, præſertim dicta arreſta. Neque vllus hic minoris ætatis fauor conſiderari, aut ratio moræ irregularis haberi poteſt, quæ ſolum habent locum vt currant vſuræ à die ſoluendæ pecuniæ: At hoc caſu ex iuris diſpoſitione non niſi poſt annum ſolui debet. Ex quibus patet omnes huiuſmodi rationes nihil neceſſariò concludere contra d. dominum Raynaudum, eáſque longè magis militare in caſibus dictorum arreſtorum, & textus *in d. l. cum in fundo §. ſi fundus ff. de pactis dotalibus*, & nihilominùs in illis decernitur huiuſmodi pecuniam inter mobilia reputari, quibus propterea omnino ſtandum eſt, ſed & hoc caſu adeſt circumſtantia quæ rem longè clariorem reddit, quia ſi dictus Raynaudus inueſtiuiſſet d. pecunias, abſque dubio in emptionem redituum annuorum feciſſet, tum quod prædia nõ ſoleant tot fructus fundere quot dicti reditus, vt notorium eſt, tum quod difficilius inueniantur, quæ emi præſertim ſecurè poſſint, reditus verò eos à communitatibus emiſſet, quòd ſecuriores & tutiores ſint quàm ſi à priuatis emerentur. At verò huiuſmodi reditus quippe qui non niſi ſuper bonis communitatis generaliter imponuntur abſque vlla certi prædij expreſſione & obligatione certiſſimè ad inſtar mobilium cenſentur, vt ex ſuperioribus, præſertim d. deciſione Rotæ apparet. Quid igitur tam anxiè quæritur, an huiuſmodi pecuniæ mobiles vel immobiles ſint, cùm ſi dicti reditus ex illis empti fuiſſent, ij abſque dubio ad inſtar mobilium cenſerentur?

Quintum dubium erat, an rata cenſuum ante matri-

40 monium decorſorum debeat ſoluto matrimonio reſti-
tui: & dicebatur reſtituendam,quia maritus & vſufru-
ctuarius æquiparantur,ad notata per Ioannem Bapti-
ſtam Coſtam de ratione ratæ & corræ *queſt.* 51. *num.*8.
41 *& 9.*Caſtillio *de vſufructu.cap.*4 *num.*5. cùm etiam ma-
ritus & emptor æquiparentur, Barboſa *in l.de diuiſione*
42 *n.*22. *ff.ſolut. matrim.* & nos verſemur in annuis reddi-
bus,qui fructus ciuiles ſunt, & non dicuntur pendere,
ex quo non ſunt de corpore, de Franchis *deciſ.*254.*n.*5.
& dietim debentur,Honded. *conſ.*85.*per tot.* præſertim
43 *n.*8 *&* 10.idque corroborabatur,quia fructus dotis de-
bentur marito potiùs ratione onerum & alimentorum
quæ ſuſtinet ob matrimonium quàm ratione domi-
nij,Barboſa *in l.ſi mora n.*102. *ff.ſolut.matrim.* Non eſſe
44 igitur æquum , quòd eos maritus lucrifaciat pro rata
decurſo ante matrimonij onera. Sed quidquid ſit, in
quæſtione generaliter propoſita in caſu in quo verſa-
mor,concluſimus omnes vno ore d.ratam quoad redi-
tus,quorum dies non venit, ſcilicet ante ſponſalia de
præſenti non eſſe reſtituendam : ex contractu enim
apparebat partes voluiſſe eos ad maritum ſpectare
nulla habita ratione d.ratæ, eáque erat pauciſſimi
momenti , & dictus Raynaudus ſtatim à die ſponſa-
liorum de præſenti ſuſtinuit onera ac ſi matrimonium
conſummatum fuiſſet. Accedebat ſumma æquitas
ex eo quod d. Raynaudus varios ſumptus & expen-
ſas fecerat , & paucis annis dote vſus fuiſſet , & lucra
magni momenti d. Catharinæ per pacta dotalia con-
ceſſerit.

Sextum dubium circa competentiam veſtium & io-
calium,quæ dictus Raynaudus ex pacto matrimonia-
li d.Catharinæ facere debebat , concluſimus quoque
competenter ea feciſſe vt debebat ; totum enim hoc
pendebat ex arbitrio iudicis : At verò ex viſione ve-
45 ſtium & iocalium manifeſtè apparebat ea abundanter
fuiſſe facta ſecundùm qualitatem perſonarum & bo-
norum,nam & mobiles quæque non tot ſolebant ha-
bere.

Septimum quoad inaures à Principe Auraicæ da-
tas,contra viduam , & ſic non debere ea lucrari con-
cluſimus,quia maritus iocalia magni pretij vxori con-
ſtante matrimonio tradita,quæ D.marito per Sereniſ-
ſimam Principiſſam collata fuerant , nòn videtur do-
naviſſe vt eius perpetuò eſſent , ſed tantùm orna-
tus cauſa durante matrimonio tradidiſſe,ad notata per
Menoch. *caſ.* 211. *de Arbitrariis & de præſumpt lib.*3.
*cap.*24.*in fin.* poſt Auſterium *deciſ.Capellæ Toloſana* , &
clarè docent Caualcan. *deciſ.*18.*de contract.part.*2.Gail.
obſeruat. 91.*lib.*2. huiuſmodi enim monilia auricularia
ſunt pretioſa & geſtiua , idem Caualc. *d.deciſ.*18. Clar.
*in §. donatio q.*10.

Octauum circa exactionem ſeu liquidationem no-
minum datorum in dotem , an fieri debuerit ſumpti-
46 bus & expenſis mariti , an verò eos deducere poſſet,
concluſimus ſecundùm communes doctorum diſtin-
ctiones , an parui vel magni ſint, non poſſe , quia non
erant magni momenti , ex Bart. *in l.*1. *num.*4. *C. de bon.
mater. & l.*1. *§. neceſſaria mos. quid dicendum ff. de nupt.
in reb. dot. factis* Boer. *deciſ.*22.*numer.* 23. Pinell. *in l.*1.
part. 2. *num.* 70. *C. de bonis maternis.* Couarr. *variarum
reſolut. lib.*1. *cap.*9.*numer.*86. ideóque habita fuit ratio
ſumptuum factorum in liquidatione debiti loci de
Caſtri-rainaldi,quod magni fuiſſent & neceſſariò fa-
cti , quia dictum debitum ex arreſto ſupremi Senatus
exigi non poterat , & magna pars illorum in fauorem
d. Raynaudi adiudicata.

Nonum, an res mobiles datæ in dotem ſoluto iam
matrimonio reſtitui poſſint per heredes mariti,etſi de-
terioratæ & diminutæ admodum reperiantur , ìdque
non obſtante earundem à principio facta æſtimatio-
ne , ſub qua marito ſcienti & conſentienti traditæ in
dotem fuerunt , & dicebatur æſtimationem , non au-
tem ipſas res eſſe reſtituendas , quia ſi res dantur in
dotem æſtimatæ ſoluto matrimonio , non redduntur 47
ipſæ res vxori , niſi pactum expreſſum circa hoc inter-
ueniat *l.quotiens.l. cum dotem C.de iur. dot.l. plerumque
§. ſi autem ff eod.* Ruin. *conſil.*137. *num.*13.*lib.*1. Roland.
à Valle *conſil.* 64.*per tot.* Huiuſmodi enim æſtimatio 48
quandam inter coniuges operatur venditionem , &
maritus tanquam emptor videtur ſe obligare ad ſol-
uendam eam æſtimationem poſt ſolutum matrimo-
nium , ita vt ſub ſpecie contractus dotis occultetur
contractus venditionis, & breui manu contractus do-
tis in contractum venditionis transferatur,argumento
*l.*3.*§.fin.ff. de donat. inter virum & vxorem*, Bald. *in l.
cum dotem num.* 3 *C. de iur. dot.* Socin. *conſ.* 57. *num.*6.
*ad finem lib.*1. Ruin.*conſil.*134..*num.* 4. *verſ. dicitur lib.*4.
fusè Barboſa *in l. ſi æſtimatis in princ. ac per tot. ff. ſolut.
matrim.* & in dubio æſtimationem rerum dotalium
emptionem operari docet Rol.à Valle *d.conſil.*64.*n.*7.
Cancer. *var.reſol. lib.*1. *cap.*9.*num.*60. Maſcard. *de pro-
bat. concluſ.*620. *in princ.* quòd multo magis iſto caſu
militare videbatur , quia talis æſtimatio niſi emptio-
nem operaretur , fruſtratoria eſſet quoad ipſos coniu-
ges & ipſorum reſpectu nihil inſerviret;in contrarium
dicebatur dictam æſtimationem non fuiſſe factam vt
illa faceret emptionem , ſed tantùm vt non ignorare-
tur valor eorumdem mobilium in caſu in quo do-
micella Cerone mater d.Coſtæ vexaretur pro redden-
da ratione adminiſtrationis bonorum d.Coſtæ & vt il-
la ſumma computaretur in deductionem ſummæ ad
quam illa reperiretur reliquatrix, vt apparere diceba-
tur ex lectura d.contractus,& in receptione dictorum
mobilium idem dominus Raynaudus non confitetur
ſe recepiſſe pretium , & æſtimationem dictorum mo-
bilium , ſed tantùm eadem mobilia abſque aliqua re-
cognitione , quod ſi emptionem æſtimatio non fecit,
certum eſt d.dominum Raynaudum ea reſtituendo 49
liberari, Iaſ. *in §. omnium num.*80.*inſtit. de actionib.* Af-
flict. *deciſ.*270. Boer. *deciſ.*327.*num.*10. & Ioſephus Lu-
douic. *deciſ. Peruſ.* 8 *part.*2. ſed replicabatur de iis non
conſtare , & in dubio æſtimationem fuiſſe factam ani-
mo emptionis , cùm nulla declaratio vel proteſtatio
per d.Raynaudum facta fuerit;ſed ſimpliciter eaſdem
res mobiles receperit,ad quarum in dubio æſtimatio-
nis reſtitutionem tenetur , Boer. ex aduerſo allegatur 50
*deciſ.*327. *num.*11. tandem concluſimus æſtimationem
reſtituendam attenta promiſſione quam verbaliter D.
de Guillens fecit d. domino Raynaudo ſe partem di-
ctorum mobilium accepturum.

Poſtremum dubium verſabatur circa veſtes lugu- 51
bres ſeu id quod in eas impenſum fuerat , an com-
penſari deberet cum eo quod d. dominus Raynau-
dus dare debebat,ex eo quod d.Coſtæ matrimonium
per verba de præſenti intra annum luctus contraxit,
& concluſimus reſtituendam , ex Couar. in Epitome
in 4. *decret.*2. *part. cap.*3.*§.*9. *num.*10. poſt multos quos
refert.

ARGV

ARGVMENTVM.

AN ſit attendendum tempus factæ donationis, an mortis, ad hoc vt tanquam inofficioſa reuocari poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Legitima conſideratur ſecundùm tempus mortis & ex bonis quæ tunc reperiuntur, quod n.6. docetur intelligendum eſſe in ea calculanda, non ſi agatur querela inofficioſæ donationis.*
2 *Viuentis non eſt hæreditas.*
3 *Tempus mortis inſpicitur vt cognoſcatur. an vitricus vel nouerca plus habeat quam vnus ex filiis primi matrimonij.*
4 *Donatio vt cognoſcatur inofficioſa, inſpiciendum eſt tempus mortis.*
5 *Contraria ſententia verior eſt & receptior.*
7 *Animus fraudandi probandus eſt: nec enim præſumitur.*
8 *Vſque in finem reſpondetur textibus & auctoritatibus in contrarium adductis.*

CONSILIVM LXXIII.

CVM quæritur, an bene iudicatum ſit in fauorem dominorum Simeonis & Ioannis de Romieu contra dominum Paulum Anthonium de Robins nepotem eorum patris & aui reſpectiuè dũ ordinatur, quod ſi non ſuperſint bona egregij quondam domini Lantelmi de Romieu, pro ſolutione legitimæ dictorum Simeonis & Ioannis dotis conſtitutionem per dictum Lantelmum de Romieu d. domicellæ Franciſcæ de Romieu vxoris dũ viueret d. Pauli Anthonij de Robins, domino de Graueſons in prouincia prouinciæ factam reducẽdam tanquam inofficioſam, vt dicti Simeon & Ioannes ſuam legitimam conſequi poſſint. Tota vis conſiſtit in ea quæſtione, an donatio, quæ tempore, quo facta eſt, non erat inofficioſa, qualis hæc præſupponitur, ſupererant enim bona ad legitimam cæteris filiis ſoluendam, ſi deinde pater lapſus ſit facultatibus, aut bona alienauerit, ita vt legitimam cæteri filij habere non poſſint, tanquam inofficioſa ſit reducenda. & ſic ad iudicandum inofficioſam donationem ſolùm conſiderandũ ſit tempus donationis factæ, ita vt ſi tunc non fuerit, nunquam poſſit eſſe inofficioſa, an verò & quoque tempus mortis, vt ſi tunc non ſuperſint bona ad ſoluẽdam legitimam cæteris filiis, huiuſmodi donatio, quæ tempore quo facta fuit non fuerat inofficioſa, talis fiat, & quidem tempus quoque mortis inſpiciendum eſſe prima facie videtur, quia hæc querela ad conſeruandã legitimam
1 filiorum inducta eſt: at verò certum eſt legitimam cõſiderari ſecũdùm tempus mortis & ex bonis quæ tunc reperiuntur *l. cum quæritur, auth. nouiſſima l. ſcimus §. repletionem C. de inofficioſo teſtamento l. Papinianus §. 4. ff. eodem l. etiam §. ſi patrinis l. ſi paternum ex debita §. fin. ff. de bonis libertorum l. 1. §. ſi impuberi ff. de collatione bonorum*, quod corroboratur ex eo quod maximum inde inconueniens ſequeretur, quod ſcilicet cæteri filij legitimis quæ iure naturæ ipſis debentur, priuarentur, & eſſet in poteſtate patris eos fraudare.

Et videtur hæc ſententia probari *in authentica vnde ſi parens C. de inoffic. teſtam.* cùm in ea dicitur vnumquemque filiorum tantum ferre ex hæreditate nomine Falcidiæ, quantum poterat ante donationem deberi, dum enim textus vtitur verbo *hæreditatis*, videtur voluiſſe attendendum eſſe tempus mortis, ſiqui- 2
dem viuentis non eſt hæreditas *l. qui ſuperſtitis ff. de acquir. hæred. l. fin. C. de pact.* Denique videtur expreſſus textus *in authen. de nuptiis §. quia verò hactenus collatione 4.* vbi ad cognoſcendum, an vitricus vel nouerca 3
habeat plus quàm vnus ex filiis primi matrimonij, inſpicitur tempus mortis binubi, vnde, vt cognoſcatur, 4
an donatio ſit inofficioſa necne, debet inſpici tempus mortis ipſius donatoris. Atque hanc ſententiam olim ſequutus fuit Petrus de Bella pertica, vt refert Cynus *in l. 1. C. de inoffi. donatione.* Alex. *conſil. 14. n. 8 vol. 1.* Tiraq. *in l. ſi vnquam verb. omnia vel partem n. 35.* Anth. Gomeſ. *in l. 29. Tauri n. 32.*

Sed his non obſtantibus, contraria ſententia, vt ſci- 5
licet tempus donationis tantum conſiderandum ſit, ita vt ſi de eo tẽpore non fuerit inofficioſa, quantumuis poſtea pater facultatibus labatur, vt non poſſit vllo modo diminui pro ſolutione legitimæ fratri vel ſorori debitæ, verior & receptior eſt; verior, inquam, quia cùm prædicta donatio à principio fuerit valida, iuſta, & effectum ſortita non debet ex poſtfacto retractari, *l. perfecta cum ſimilibus C. de donationibus quæ ſub modo*, nec caſus ſuperueniens debet quidquam mutare ex iis quæ legitimè facta ſunt, argumento *l. verum §. ſi locupleti ff. de minoribus & l. ſi patroni §. 1. ff. de bonis libertorum & l. in naue Saufelli ff. locati.* & probatur huiuſmodi ſententia manifeſtè *ex d. authen. vnde ſi parens*, in illis verbis, *quantum poterat ante donationem deberi*, quæ euincunt habendum eſſe reſpectum illius temporis quo donatio facta eſt, quæ ad hoc ipſum expendunt & adnotant, Iaſ. Fulgoſ. & Berengar. infrà allegandi, probatur etiam *ex text. in authen. de immenſis donationibus collatio. 7.* in his verbis, *Neceſſarium habeat in diſtributione hæreditatis tantam vnicuique filiorum ſeruare ex lege partem quanta fuit prius quàm donationem pater in filios aut filium quos honorauit, faceret.* Receptior quoque eſt, quippè quam amplexi ſunt gloſ. *in dict. l. 1. quæſt. 9. C. de inoffic. donationibus.* Cynus *ibidem num 6.* Bart. *ibidem n. 5.* Alberic. Caſtrenſis *num. 7. & conſil. 356. lib. 2.* Bald. *ibidem n. 9.* Salicet. *ibidem n. 10.* Iaſ. *in d. auth. vnde ſi parens in princip. & n. 1.* hoc ſenſit dum vult donationem debere eſſe immenſam, cum ſit vt tanquam inofficioſa per filios vſq; ad eorum legitimam reuocetur. Fulgoſ. *conſ. 99.* Berengar. *latè in repetitione legis in quartam n. 139. ff. ad leg. Falcid.* vbi ſemper præſuppoit quod donatio ſit immenſa tempore quo fit vt per alios filios reuocetur, Boer. *deciſ. 62. n. 11. & 16.* Menoc. *de arbitrariis caſu 149. n. 20.* Surd. *conſil. 226. n. 6. lib. 2. & conſ. 488. n. 36. lib. 4.* Cancer. *de donationib. n. 78. verſ. quod adeo verum eſt*, vbi nõ tantum loquitur in terminis, ſed refert omnes ita ſentire, & ita iudicatũ fuiſſe. Coſta *de rata portionum q. 103. n. 3.* Illuſtr. Tuſchus *pract. concl. lib.* 6
2. tit. de concl. 684. Et omnium optimè ac fuſiſſimè Vallaſcus *conſult. 189.* omnino videndus: omnibus enim quæ in contrarium afferri poſſent, reſpondet.

Nec obſtant quæ in contrarium afferebantur, ad primum id quod dicebatur in calculanda legitima, conſiderandum eſſe tempus mortis, quia hoc bonum eſt, vt ſciatur quanta ſit legitima, non cùm agitur querela inofficioſæ donationis, tunc enim attendit tem-

Digitized by Google

pus donationis, ita Pereg. *de fideicommiſſis art.35. num. 36.* nec valet argumentum à querela inofficioſi teſtamenti, in qua inſpicitur tempus mortis *l. cum quæritur C. de inoffic. teſtamento.* illud enim procedit in illa querela, vt inquit Vallaſc. *num.26* quæ impugnat impium teſtamentum per quod filius in morte læditur. Cæterum in noſtris terminis cùm fiat læſio filius in vita, meritò in vita & tempore donationis bona menſuranda ſunt, & hæc eſt vna de differentiis inter vtramque querelam.

Non obſtat ſecundum ab inconuenienti ductum, quod ſcilicet alij filij erunt ſine legitima, illi enim opponitur inconueniens in terminis dotis quod qui aliàs contracturus non fuiſſet matrimonium, niſi talem dotem conſequutus fuiſſet, iam ea pro parte priuetur, nec vlla erit certa ratio conſtituendæ dotis, ſi ex caſu ſuperuenienti minui poſſit, matrimoniáque inde difficilius contrahentur, præterea eſſet in poteſtate patris poſtquam ex magnæ dotis conſtitutione, quam tamen de dicto tempore facere poterat, locupletem maritum filiæ quæſiuiſſet, eum poſtea pro parte dote priuare vendendo bona, pecuniáſque filiis ſecreto conſignando, qui deinde poſt mortem illius agerent querela inofficiuſæ dotis, ſed & generaliter ſiue de dote ſiue etiam de mera donatione loquamur, nullam eſſe habendam rationem caſus ſuperuenientis, nec illius prætenſi inconuenientis, paſſim docent DD. poſt gloſ. magnam *d. l. 1. C. de inoffic. teſt.* præſertim Caſtrenſ.

Planè, ſi quo tempore pater dotem conſtituit, animum fraudandi habuiſſet, & ſic donatio de tempore quo facta fuit, etſi non re, conſilio tamen inofficiuſa
7 fuiſſet, procederet obſtaculum, ſed probandus eſt ille animus fraudandi per eum qui illud allegat, nam in dubio non præſumitur, Salicet. *in d. l. 1. n. 7. verſ. in prædicta tamen & n 8. verſ. in dub. aut.*

8 Non obſtat *authen. vnd ſi parens*, quæ tantum abeſt vt probet hanc opinionem, quin potius noſtram confirmat vt docuimus Nec quidquam facit, quod loquitur per verbum *hæreditatis*, quia cùm hæc querela poſt mortem competat, Paulus *in rubr. C. eodem in col. 1.* meritò textus loquitur per verbum *hæreditatis*, nec enim aliter ſe poterat explicare, vt reſpondet Vallaſc. *num. 7.*

Non obſtat textus *in authen. de nuptiis §. quia verum hactenus*, vbi inſpicitur tempus mortis binubi, nam ſecundùm Vallaſcum *num. 25.* poteſt dupliciter reſponderi, vel quod loquitur propter augmentum bonorum ſuperuenientium, quemadmodum vult intelligere glo. *Paulus n. 6. & in d. l. prima.* vel procedit ſingulariter in binubo ex Vallaſc. *n. 25.*

Non obſtant poſtremò authoritates in contrarium allegatæ: nam quoad Petrum de bella Pertica, eius ſententia non fuit recepta, vt inquit Vallaſcus *d. loco n. 7.* Alexander verò *in conſil. 14. n. 6.* non loquitur in noſtris terminis, ſed longè differentibus, in fideicommiſſo ſcilicet, quod erat factum de bonis quæ ſupereſſent de hæreditate poſt mortem hæredis, cui facultatem vendendi, alienandi, donandi dederat. Tiraquel. autem non tractat noſtram quæſtionem, ſed longè diuerſam, nempe cùm inofficioſa donatio fuit à principio, & poſteà tot bona acquiſiuerunt, vt deſinat eſſe inofficioſa, quam etiam omnes DD. tractant *in d. l. 1. C. de inoff. donationibus poſt gloſſ.*

Nec etiam ex eodem Tiraquel. poteſt aliquod duci argumentum ex diſpoſitione *l. ſi vnquam C. de reuocand. donationib.* ſunt enim remedia omnino differentia, nec ab vno ad aliud poteſt duci argumentum, vt docet Crauet. *in conſ. impreſſo poſt deciſ. 122.* Pedemontan. *fol. 219.* & ratio differentiæ eſt manifeſta quia remedium *l. ſi vnquam.* datur ex vi tacitæ voluntatis iam tunc de tempore donationis præſumptæ.

Antonius verò Gomeſ hanc quidem ſententiam amplectitur, ſed fallitur, vt ſuperioribus patet, & diſertè inquit Vallaſc. *num. 19. circa finem*

Quoad Axonem, is *in tit. de inofficioſis dot* nihil hac de re, in d verò *l. 1. circa fin.* differentem quæſtionem tractat, non hanc, & præſupponit ſe fuiſſe inofficioſam, à principio ſcilicet donationis, non ſi ex poſtfacto fuit inofficioſa, quod ſi aliter feciſſet, malè allegaſſet authenticam de immẽſis donationibus, quæ loquitur in terminis donationis inoffic. tempore donationis, vt DD. omnes ſentiunt, præſertim Imola *in d. l. 1 num. 7. verſ. ſed ille titulus.*

Ex quibus concluditur dotis conſtitutionem & ſolutionem in fauorem d. Franciſcæ illibatam & intactam remanere debere.

ARGVMENTVM.

AN nomina in dotem data reſtitui poſſint, an verò eorum æſtimatio.
An expenſæ in eis exigendis, & eorum fructus non percepti dotem minuant.
An iuretur in litem contra aſportantem mobilia.
Alimenta priuignæ præſtita an repeti poſſint.
Nubens intra annum luctus an perdat augmentum.

SVMMARIVM.

1 *Periculum nominum in dotem conſtitutorum, quæ maritus æſtimauit, & ad certam ſummam redegit, quam nunquam reſtituere promiſit, ad maritum ſpectat & tenetur ad ſumma reſtitutionem, niſi quatenus culpa vxoris reducta fuerunt.*

2 *Æſtimatio inter coniuges facit emptionem. & maritus qui res æſtimatas in dotem accepit, tenetur ad æſtimationis reſtitutionem, niſi aliter cautum ſit.*

3 *Expenſæ in exigendis nominibus in dotem conſtitutis repetuntur, ſi ipſorum periculum ad maritum non ſpectat & magna ſunt: quod ſi periculum ad maritum ſpectat, non deducuntur.*

4 *Nomen vendens aut cedens verum non bonum præſtare debet.*

5 *Nubens intra annum luctus ſiue vir, ſiue vxor non amittit augmentum, ſed tantum reſeruare tenetur liberis primi matrimonij ſi extant: omnes enim pœnæ ſecundo nubentium ſublatæ ſunt, exceptis iis quæ in fauorem filiorum introducta ſunt.*

6 *Idque ſeruatur in Gallia, excepto Senatu Tholoſano.*

7 *Maritus habet augmentum titulo conuerſo, ideo non tenetur reſeruare.*

8 *Iuramentum in litem marito defertur contra eum qui mortua vxore mobilia & iocalia eo iniecto aſportauit.*

9 *Iuratur in litem contra furem.*

10 *Alimenta priuignæ præſtita præſumuntur animo repetendi.*

CON-

CONSILIVM LXXIV.

VARIA proponuntur dubia per Nobilem Guilielmum de Paris ſcutiferum de Reues & de Peyrul per nos diſcutienda.

Primum, cùm in contractu matrimonij de anno 1595. & die 21. Decemb. inter d. dominum Guilielmum de Paris, & domicellam Mariam de Forets viduam quondam nobilis Gabrielis de Nouailles inito, ipſa conſtituerit in dotem omnia bona, nomina, iura, & actiones, mobilia & immobilia, & de eodẽ anno & die 25. Decembr. d. dominus de Reues confeſſus fuerit ſe recepiſſe à d. domicella de Forets ſummã quingentorum ſcutorum 60. ſolidorum pro quolibet, tam in obligationib. & ſchedulis, bonis, liquidis & validis quę aſſeruit ſe debitè verificaſſe quàm immobilib. eſtimatis, dictamque ſummam recognouerit & reſtituturum promiſerit in caſu reſtitutionis, feceritque omnem diligentiam, vt d. nomina & obligationes exigeret, quæ tamen exigere non potuit, præſertim edicto Regio circa nomina & penſiones per Communitates Delphinatus debitas promulgato, an remittendo eadẽ nomina in d. dotis conſtitutione comprehenſa liberetur? & quidem ſi ſimpliciter d. nomina in dotem conſtituiſſet, vt reuera conſtituerat, nullum eſſet dubium, quin ea remittendo liberaretur, ſed cùm per d. contractum recognit. de diẽ 25. Decemb. ea recognouerit, & æſtimarit & ad certam ſummam reduxerit, ipſámque reſtituere promiſerit, non liberabitur ea remittendo, quinimo periculum eorum ad ipſum ſpectabit, & ad
1 ſummæ, quam promiſit reſtitutionem tenebitur, niſi quatenus ea nomina culpa d. de la Forets, ſeu eorum à quibus ea cauſam habuit, ad minorem ſummam reducta fuerint, vt ſi forſan in pinatellis concepta fuiſſent vel ex cauſa vſurarum cumulatarum, anticipatarum & alia illegitima, vt in terminis docet Bart. *in l. Mensa ſolut. matrim. & in l. 1. § necessaria n. 6. verſ. quid dicemus ff. de impensis in reb. dot. aliu. factis, nam l. ſi nomen ff. de hered.* vel actione vendita, & ſimiles procedunt, quando nomina ſimpliciter in dotẽ conſtituta fuerunt, vt Bart.
2 interpretatur *in d. l. Mensa*, quæ ſententia fulcitur doctrina generali, quod huiuſmodi æſtimatio emptionẽ faciat, & maritus non res mobiles vel immobiles quas æſtimatas accepit, ſed ſummã ad quam æſtimatæ ſunt, reſtituere teneatur, niſi aliter pactu matrimoniali cautum ſit *l. quotiens l. cum dotem C. de iur. dot. l. plerumque §. ſi autem ff. eodem.* Ruin. *conſil. 157. n. 13. lib. 1.* Rolan. à Vall. *conſil 64. per totum.* Huiuſmodi enim æſtimatio quandam inter coniuges operatur venditionem & maritus tanquam emptor videtur ſe obligare ad ſoluẽdam eam æſtimationem poſt ſolutum matrimonium, ita vt ſpecie contractus dotis occultetur cõtractus venditionis, & breui manu contractus dotis in contractum venditionis transferatur, argumento *l. 3. § ſi ff. de donat. inter vir. & vxor.* Bald *in l. cum dotem n. 3. C. de iur. dot.* Socin. *conſil 57. n. 6. ad fin. lib. 1.* Ruin. *conſil. 131. n. 4. verſ. dicitur lib. 4.* fusè Barboſa *in l. ſi æſtimatis in princ. ac per tot. ff. ſolut. matrim.* & in dubio talem æſtimationẽ rerum dotalium emptionem operari docet Rolan. à Valle *dict. conſil. 64 n. 7.* Cancer. *var. reſol. lib. 1. c. 9. n. 60.* Maſcat. *de probationib. concl. 620. in princ.* quæ longè magis hoc caſu procedunt, quo clarè nõ ipſa nomina, ſed ſummam ad quam æſtimata ſunt, reſtituere promiſerit.

Secundum, an expenſæ & ſumptus per d. de Reues facti pro exactione dictorum nominum, quorũ quædam exacta fuerunt, alia non propter ſuprà mentionatum edictum Regium minuãt dotem, & tantò minus dominus de Reues ſoluere debeat. Reſpõdetur, quòd
ſi periculum nominum ad maritum nõ ſpectat, dictos 3
ſumptus dotem minuere, ex Alberic. *in l. 1. C. de bon. mater.* Bart. *in l. 1. n. 4. C. ibid.* & Card. Alban. ad Bart. quia huiuſmodi expenſæ ſunt neceſſariæ quæ minuunt dotem *l. quod dicitur ff. de impenſis in reb. dotalib factis.* dictæq; expenſæ quæ fiunt in exigendo nomine, faciunt videri tanto minùs eſſe in nomine, *l. per diverſas,* & ibi notatur in vltima gloſ. magna *C. mand.* quòd abſque dubio procedit in caſu in quo dicti ſumptus nõ parui, ſed magni proponuntur, Boer *deciſ. 22. n. 23.* Pinell. *in l. 1. par. 2. n. 70. C. de bonis maternis.* Couar. *variar. reſolut. lib. 1. cap. 9. n. 86.* quod ſi periculum nominum ad maritum ſpectet, abſque dubio huiuſmodi impenſæ non repetuntur, minúſque minuunt dotem *l. ſi nomen C. de hæredit. vel action. vendit.* ideóque in caſu noſtro quatenus periculum ſpectat ad d. dominum de Reues, non repetet ſumptus, quatenus verò non ſpectat in eo ſcilicet quod culpa d. de la Fores accidit, eos repetet.

Tertium, cùm d. dominus de Reues ſructib. dictorum nominum vti non potuerit, præſertim edicto regio impeditus, & nihilòminus onera matrimonij ſuſtinuerit, an eos à Domicella Maria de Nouailhes, filia & hærede dictæ Mariæ repetere vel tãto minus de dote quam recognouit, exſoluere teneatur. Reſpondetur ſiue periculum nominum ad ipſum ſpectet, ſiue non, d. dominum de Reues eos repetere, non poſſe: nomina enim qualia ſunt cùm acceperit, nec d. de Fores ea bona promiſerit, ſibi imputare debet, quod melius ſibi
non cauerit, qui enim nomen vendit aut cedit, verum 4
non bonum nomen præſentare debet. *l. ſi nomen ff. de hered. vel actione vendita l. ſi plus §. fi. ff. de euiction. & l. pupilli §. ſoror ff de ſolut.*

Quartum, cùm in eodem contractu matrimonij ſi nulli extarent liberi, vt re ipſa nulli ſuſcepti fuerunt, d. dominus de Reues ſummam 1400. aureorum d. Mariæ de Forets donauerit ſi prædecederet, & in caſum cõtrarium, ſcilicet ſi ipſa prædecederet, ſummam 700. aureorum d. domino de Reues ſuperſtiti nomine augmenti donauerit, dictúſque de Reues intra annum luctus ſecundas contraxerit nuptias, an d. augmentum amiſerit, ita vt illud ex dote reſtituenda retinere
non poſſit. Reſpondetur abſolutè non amiſiſſe, ſiue 5
enim loquamur in viro ſiue in vxore, in qua eſt maior ratio propter commixtionem ſanguinis intra annum luctus ſecundo nubente huiuſmodi augmentum lucrari, ſolúmque ſi liberi ex eo matrimonio extarent, qui tamen nulli ex hoc extant, proprietatem illis reſeruare debere: omnes enim pœnę ſecundo nubentiũ, exceptis iis quæ in fauorem filiorum introductæ ſunt per iuris canonici diſpoſitionem ſublatæ fuerunt, Faber *in authen. eiſdem pœnis C de ſecund. nuptiis* Bart. Bald. Cyn. Salicet. & cæteri *in l. 1. & in d. authen. eiſdem pœnis C. de ſecund. nuptiis,* & paſſim Canoniſtæ *in c. penultimo*
& vltimo extra de ſecund. nuptiis, quod ius in Gallia in 6
hoc & in tribunalibus eiuſdem receptiſſimum eſt, Maſuer. *in ſua pract. tit. 5. de tutore n. 10.* Imbert. in ſuo Enchiridio Gallico *tiltre de tutelles,* circa medium, Papon *lib. 15. tit. 1. des nopces tant premieres que ſecondes, arreſt* 12. Charond. *lib. 3. reſponſ. ſur l'Edict des ſecondes nopces, in fin. in penult. col. fol. mihi 73. & Satyra 139 fol 82. & lib. 2. Satyra 199. fol. 236. & lib. 3. ſatyra 29. fol. 325.* Automo. *ad tit. C. de ſecundis nuptiis,* idque verum eſt tam in patria conſuetudinaria, quàm in aliis, vt in terminis docent idem Guenois *d. ſatyra 139.* & cæteri dum generaliter huiuſmodi omnes pœnas ſecundo nubentium abrogatas contendunt, ſolúmque illud manſiſſe quod vidua, quæ ſecundo nupſit, non poteſt diſponere de proprietate lucrorum à primo marito habitorũ aliter

quàm in fauorem liberorum primi matrimonij, excepto tamen Senatu Tholuſano, in quo rigor iuris Ciuilis *in d.l.1.C.de ſecund. nuptiis* receptus eſt, vt atteſtantur Maynard. *lib.3.cap.86 vſque ad cap.97. & lib 6 cap.* 54. Anton. ad *d.tit. C. de ſecund. nuptiis.* ſed in caſu in quo verſamûr, res eſt certiſſima etiam in terminis iuris
7 ciuilis, nam cùm reſpectu mariti donatio mutua ſit, nedum enim eandem, ſed maiorem ſummam dat in caſum ſuperuitæ, quatenus augmentum hoc vnum alteri correſpondet, non dicitur haberi titulo lucratiuo, ſed oneroſè, ea verò lex prima tantum procedit in lucratiuo, ita vt nec liberis primi matrimonij proprietas relinquenda ſit, vt in terminis augmenti docent Bertrand. *in l.hac edict.n.23. & conſ.275.n.3.lib 2. prior.* Rip. *in l.fœmina n.29. C.de ſecund.nuptiis.* Boer. *deciſ.*185. *num.* 10.

Quintum, cùm d.des Foreſts deceſſerit in longinqua, ab hac patria, regione, abſente marito, qui legationis cauſa aliquò profectus fuerat, relicta ibi vxore cum mobilibus & iocalibus, & priuigna eiuſdem Mariæ filia & hæres, non ſpectato vitrico, omnia hue ſecum aſportarit, iámque maiorem partem eorum quæ d de Reues penes vxorem reliquerat, & probare poteſt, ipſa neget, paucáque quædam tantùm reſtituere offerat, quo remedio ſuccurratur eidem de Reues pro
8 reliquis iocalib. & mobilibus conſequendis? Reſpondetur iuramento ipſius ſtandum in hoc eſſe: præſumptio enim eſt cōtra priuignam, quæ inſcio vitrico omnia abſtulit, & huc ſecum detulit, ex traditis per Plot. *in tract. de in litem iurando* §. 27. *n* 13. quæ confirmantur, quia ea vicem furis quodammodo ſuſtineat, con- 9
tra quem conſtito eum furaſſe, datur iuramentum domino in litem ſuper damnis intrinſecis ac extrinſecis, expenſis lucris amiſſis, ac intereſſe ſequuto ob d furtum & ſuper quantitate, qualitate pretij & æſtimatione rerum furto ſubtractarum etiam vltra confeſſata per ipſum reum eunuentum etiam ſi de ipſo furto conſtaret ſolùm ex eius confeſſione, Petrus de Anch *conſil.* 286. hanceque communem opinionem eſſe aſſerit Plot. *in d.tract.* §.42.*n.*2. & ante eum Pariſ. *conſ.*109. dominus Bernardinus *n.*30. *& per tot.lib.*3. Bartho. Chaſſan. *conſ.* 21.*n.*35. & etiam hæc ſententia probatur per tex. *in l cum furis.* & ibi Ang. & Paul. de Caſtr *ff. de in litem iurando.*

Poſtremum, an alimenta, quæ d. de Renes d. priuignæ domi ſuæ præſtitit, non conſtito, an animo donandi vel repetendi ea præſtiterit, repetere poſſit? Re- 10
ſpondetur affirmatiuè: nam in dubio cenſetur habuiſſet animum repetendi Menoch. de arbitrariis *caſu* 88. *n.*13. Cordub. *in l. ſi quis à liberis § ſi vituter n.*62. *ff. de liberis agnoſc.* fuſiſſimè Surd. *tract. de alimentis tit.*6.*q.*11. *num.* 4. niſi coniecturæ extarent quas hîc nullas video concurrere, quibus animus donandi probaretur.

ARGVMENTVM.

ANnui reditus an comprehendantur in donatione debitorum & mobilium.
Donatio inter coniuges inſinuata poſt mortem viri an & quatenus ſuſtineri poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Annui reditus inter immobilia cenſentur.*
2 *Non tamen ſemper, ſed ſtatim quando inter mobilia vel immobilia necceſſario habendi ſunt.*
3 *Hoc ceſſante tertiam ſpeciem conſtituunt.*
4 *Actio pro exigendis annuis reditibus competens non venit appellatione mobilium vel immobilium, ſed conſtituit tertiam ſpeciem.*
5 *Collecta pro annuis reditibus ſoluitur in loco deſtinata ſolutionis.*
6 *Actiones dicuntur eſſe de eo loco de quo eſt perſona creditoris vel vbi deſtinata eſt ſolutio.*
7 *Annui reditus impoſiti generaliter ſuper omnibus bonis actiorum inſtar cenſentur.*
8 *In prouincia conſuetudinaria Franciæ præſertim Pariſienſi vbi ſunt duo tantum genera rerum, annui reditus veniunt appellatione mobilium.*
9 *Soli reditus fundiarij, quos vocant, inter immobilia cenſentur.*
10 *Reſpondetur ad id quod dicitur, quod quando annui reditus debentur, actione reali vel mixta, veniunt appellatione immobilium.*
11 *Licet donatio inter virum & vxorem prohibita ſit, fallit tamen ſi eſt reciproca.*
12 *Iuramentum validat donationem inter virum & vxorem.*
13 *Donatio inter virum & vxorem morte confirmatur.*
14 *Sed ſuſtinetur in vim relicti potius quàm in vim contractus, ideo de illa detrahitur falcidia, ſicut de legatis.*
15 *Donatio morte confirmata retrotrahitur quoad fructus ſi eos percepit donatarius, non autem quoad dominium quod non acquirit niſi à die mortis ſicut legatarius.*
16 *Donatio inter virum & vxorem per legata vel fideicommiſſa in totum vel pro parte reuocatur, fitq; reuocatio non ſolum expreſſe, ſed etiam tacitè.*
17 *Omnes donationes tam mutuæ quàm in contractu matrimonij inſinuandæ ſunt.*
18 *In Gallia quatuor menſes ad inſinuandum dati non currunt quoad vxorem niſi à die mortis mariti.*
19 *Fideicommiſſum inducitur etiam per verbum* Rogo.
20 *Annui reditus dicuntur eſſe de loco deſtinata ſolutionis.*

CONSILIVM LXXV.

MVLTA etiam dubia mihi proponuntur per eũdem Guillelmum de Paris ſcutiferum de Reues circa tota domicellæ Ioannę Hugues relictæ quondam nobilis Anthonij de la Boiſſe & vxoris in ſecundis nuptiis d. de Reues in bonis d. de la Buiſſe competẽtia.

Primum reſultat ex contractu matrimonij inter d. de la Boiſſe & Hugues inito de anno 1573. & die 5. Ianuarij quo d. de la Boiſſe omnia bona, iura, & actiones in dotem conſtituit in deductionem, quorum d. de la Buiſſe 100. ſcuta ſe recepiſſe confitetur, & in caſum ſuperuitæ cum liberis ex eodem matrimonio naſcituris donat eidem Hugues 100. ſcuta, ſin verò ſine liberis prædecedat, eidem donat omnia ſua debita & bona mobilia vbicumque exiſtentia & quæ donatio legitimè inſinuata fuit, inde quæritur, an annui reditus luibiles & redimibiles per d. de la Boiſſe acquiſiti nomine debitorum comprehendantur & proinde ad d. de la Boiſſe ſpectent, & quamuis prima facie videatur non comprehendi quod cenſeantur eſſe ad inſtar immobilium, Clement. *exiui* §. *cum qua reditus de verb ſignif.* 1
Andre. Gail. *obſeruat. lib.*2.*cap.*10. nihilominus in caſu noſtro exiſtimo comprehẽdi, quia non eſt verum ſimpliciter

plicitet annuos reditus inter immobilia computari,ſed
2 ſolùm id procedit, ſi ſimus in caſu in quo neceſſario ſint
habendi vel inter mobilia, vel inter immobilia, & ita
exaudiendam eſſe *d. Clement.* ex ius docet Rodetic. *in*
3 *tract. de annuis redditibus q.3.n.9 circa fin.* ſed quando
neceſſario non ſunt trahendi ad alterum genus rerum
mobilium vel immobilium ,tūc tertiam ſpeciem con-
ſtituunt de per ſe, nec inter immobilia computantur,
iuxta doctrinam Abb *in c.nulli n.9.& 10 de reb. Eccleſiæ
non alien.* & ibi Berous *n.77. cum ſeqq. & in §.32. & 83.*
Folle.*in pract. cenſuali fol.mihi 16 ;.n.25.* quinimò, ſi ma-
gis aptè ſecundum terminos iuris loqui velimus , ne-
que conſtituent tertium genus à rebus mobilibus &
immobilibus,ſed ſeparatum omnino & diuerſum,ſub
rebus incorporalibus exiſtens, qua ſpecie diſtinguun-
tur à rebus corporalibus,quorum aliquæ mobiles,aliæ
immobiles ſunt,vt ſubtiliter & eruduè docet d.Rode-
ric. *d.q.3 n.9 in princ.* Sed vtcumque ſit, ſiue dicamus
eſſe genus ſeparatum, ſiue cōſtituere tertiam ſpeciem,
certum eſt nos non verſari modò in caſu,in quo coga-
mur applicari iſtos annuos reditus bonis mobilib.vel
immobilibus,cùm donator nominum quoq; ſeu actio-
num fecerit queſtionem,eáſque ſicut & mobilia dona-
uerit , quorum nominum ſeu actionū appellatione d.
reditus comprehendi certum eſt,cùm in illis nihil niſi
actio conſiderari poſſit ad illos reditus exigendos,quę
4 actu non comprehenditur etiam appellatione mobi-
lium vel immobilium, ſed etiam ipſa cōſtituit tertiam
ſpeciem *l à Diuo Pio §. in venditione ff de re iudicata l.
quam Tuberoni §.fin.ff.de pecul.* Bart.*in l.mouentium ff.de
verb.ſignif.* & eſt communis opinio,vt docet Iaſ. *conſ.5.
vol.3.* Tiraq.*in tract.de retract. lignagerio §.1.gloſſ.7.n.9.*
Pariſ.*conſ.94.vol.2.*Gabr.*de verb ſignif.concl.7.n.1.* quæ
confirmantur ex eo quod ſi cenſus annui inter immo-
bilia cenſerentur, abſque dubio collecta pro eis ſolue-
rētur, vbi bona pro illis obligata eſſent, vt patet ad ſen-
5 ſum, ſed verius eſt, non vbi ſunt bona, ſed in loco vbi
deſtinatæ ſunt ſolutiones, collectas ſolui, vt in termi-
nis docet Aretin.*conſ.9.* quem ſequitur & latè cōprobat
Chaſſan.*in conſue.Burgund.rubric.confiſcatione §.1.verſ.
& appartenant n.18.verſ ſed iuxta & n.25.*& ſequuta eſt
Rota in cauſa de la Boutdeſiete de an.1571.coram bon.
mem.Oradino,& in alio Auen.Carpen.& Cauallicen.
corā d Lancelloto 21.Iunij 1583 cuius ter ratio eſt ma-
nifeſta , quia in dictis annuis redditibus non poſſumus
6 cōſiderare niſi actionem pro eis competentē.At actio-
nes dicuntur eſſe de eo loco de quo eſt perſona credi-
toris, vel vbi eſt deſtinata ſolutio propter effectū exa-
ctionis,*in l ſi.verſ quid enim prodeſt C de cong.emporib.
l.3.& ibi notatur pro ſocio l.quis ergo caſus de pecul.* Lapus
all.g 91.la prima n.6.verſ.modo eſt queſtio. Soc.*conſil.101.
col.2.verſ.2.ergo præmitto vol.1.* Alex.*conſ.16.in fi.vol.6.*
Rub *conſ.136.col.1.verſ ſuadetur & ſecundo* Iacob.Rim-
nal *conſ.144 n.13.vol.1.* ſed in caſu noſtro res videtur eſſe
ſine vlla difficultate : nam omnes penſiones d. la Boiſ-
ſe ſunt per eum acquiſitæ à communitatib. & impoſi-
tę ſuper omnib.bonis mobilibus & immobilib.d.com-
munitatis & particularium eiuſdē quę eo nomine obli-
gantur generaliter abſque vlla certi prædij expreſſio-
7 ne, quas certiſſimū eſt non immobilium, ſed actionum
inſtar cenſeri,vt declarat Tiraq. *de primog q.49.n.9.&
8 10.* & fuit deciſum in d Auen. coram d.Lancelloto 27.
Iunij 1583.quinimò in prouincijs cōſuetudinarijs Fran-
ciæ,præſertim Pariſienſi, vbi ſunt tantùm duo genera
bonorum,mobilium ſcilicet & immobilium,ſi ipſemet
actiones ad vnum ex illis reducendæ ſint , huiuſmodi
annui reditus cenſentur mobiles, & appellatione mo-
9 bilium veniunt,Charond.*in reſpon.lib.6.c.34.* tantùm
enim reditus fundiarij , quos vocant , qui ſunt illi
qui certo fundo aſcripti ſunt , ita vt perempto prædio
ſeu fundo pereant quoque reditus qui non ſunt luibi-
les , inter immobilia bona abſoluté cenſentur , Tiraq.
d.tract.de primogen.q.49.n.9.& 10.

Nec obſtat ſi dicatur , quod quando annui reditus 10
debētur actione reali, vel mixta prout in hoc caſu quo
datur hypothecaria,tunc veniunt appellatione immo-
bilium,Bald.*in l.2.fin.C de exequut.rerum iudic.* docto-
res omnes *in l.ſecundum ff qui ſatiſdare cogantur* Gabr.
d.concl.4.n.4. Tiraq *d.gloſſ.6.n.12.* quia ex d.Rotæ *deciſ.*
reſpondetur,quòd realitas oritur ex hypotheca conſti-
tuta ſuper bonis,iuxta *not.* per Bart. *in l.codicill §.inſti-
tuto n.4.de leg 2.* At principalis obligatio,quæ eſt con-
ſideranda , eſt perſonalis pro qua aſſecuranda fuit fa-
cta hypotheca, vt bene declarant Chaſſan. & Aretin.
in locis ſuprà cit. quibus addo Felicianum *in tract. de
cenſib.c.4.n.4.* vbi docet cenſualem contractum princi-
paliter eſſe perſonalem & ſecundario realem , Garcias
de expenſis c.4.n.41.

Secundum dubium,an donatio mutua & reciproca
inter d. de la Boiſſe & Hugues facta de anno 1582. &
d.c 3.Nouemb. nota ſumpta per Magiſtrum Ioānis va-
lida ſit?Contra eam duo opponuntur,quorum vtrum-
que dubium ſeparatum conſtituet vnum, quòd ſit in-
ter virum & vxorem , alterum , quòd non fuerit inſi-
nuata viuente marito.

Quoad primum,etſi donatio inter virum & vxorem 11
prohibita ſit *l.1.2.& 3.ff. de donat.inter virum & vxor.*
tamen hoc fallit,ſi donatio mutua ſit, quæ nō obſtan-
te dicta prohibitione valida eſt *l. quod autem §. ſi vir
vxori ff.eod tit.& l.ſi pater puellæ.* vbi Cynus. Bald. Ca-
ſtren.Iaſ.& alij *C.de inoffic.teſtam.*& tradunt Panorm.*in
c.fi.n.7.extra eod.tit.*Rom.*conſil.176.n.3.& ſingular.312.*
vbi Additio.Hyppol.de Marſil.*ſingu 50* Soc.*regu.104.
in verb. donatio inter virum* Falentia P. Andreæ Gail,
pract.obſerua.lib.2.c.8.n.... Io.Papon *in tit.des donations
lib 11.arreſt.31.*

Sed hoc verum eſt, quatenus d donatio mutua eſt,
& bona d Hugues correſpondent bonis d.de la Boiſſe,
in exceſſu verò manet prohibitio d.*l.1.& 2 ff de dona.
inter vir.& vxor.* Gui.Coquille *in ſuis quæſt.& reſp.c.37.*
De eo igitur exceſſu quærendum eſt,an aliqua ratione 12
dicta donatio in eo exceſſu valeat , & quidem quoad
bona in ciuitate Auen. & Comit. Venaiſſino ſita, cer-
tum eſt huiuſmodi donationem valere propter iura-
mentum in ea appoſitum, Alciat. *in c.1 non contingat n.
197.extr.de iuram.*Lup.*in rubr.de donat.inter vir.& vxo-
rem §.fin.*Rip.*lib.3.reſpon.c.17.*Couar. *in rubr.de teſtam.
par.2.n 22.* Iul.Clar. *in §.donatio q.9 n.3.*Theſſau. *deciſ.
32.* ſed quoad bona in Gallia exiſtentia,nulla habetur
ratio iuramenti ad validandam huiuſmodi donatio-
nem, & ſic inquirendum , an aliquo alio remedio ſuc-
curratur: & ſic

Tertium dubiū erit,an in d.exceſſu d.donatio mor-
te mariti ſit confirmata?& affirmatiuè quidem reſpon- 13
dendum eſt morte confirmatam eſſe *l. donationes quas
parentes C.de donat. inter vir.& vxor.l.cum hic ſtatus §.
1.& §.ait oratio ff.eod.* cùm traditio ſaltē ficta per clau-
ſulam conſtituti interuenerit,Rom.*conſil.445.*Surd.*de-
ciſ.166.n.12.*Clar. *d.q.9.n.6.* Io. Baptiſta Coſta *de retra-
ctatione c.8.caſu 25.num.7* ſed difficultas eſt:

Quartúmque dubium erit,an ſit reuocata per teſta-
mentum de an.1587.& 14.Iulij vel codicillum de anno
1602. & 22.Maij præſuppoſita eius validitate quod ta-
men falſum declarandum fore ſperatur;per teſtamen-
tum quidem quatenus varia legata alijs perſonis facta
fuerunt; per codicillum autē quatenus legata etiā alijs
perſonis facta fuerūt & fideicommiſſum vniuerſale d.
Hugues quibuſdam bonis exceptis iniunctum fuit &

omnino reſpondendum eſt illi derogatum eſſe, & huiuſmodi fideicommiſſum & legata vim habitura. quia 14 huiuſmodi donatio morte quidem cōfirmatur, ſed ſuſtinetur in vim relicti potius quàm in vim contractus, ideóq; de illa detrahetur Falcidia ſicut de legatis, Clar. *d.q.9.n.6.* Non mirum ſi per d. legata & fideicōmiſſum illi derogatū ſit: quod enim dici ſolet huiuſmodi donationem morte confirmatam retrotrahi ad tēpus donationis, hoc intelligitur, & accipiendum eſt reſpectu fructuum perceptorum, vt eos donataria reſtituere nō teneatur, ſi ſcilicet non fuerit poſt mortem collata do- 15 natio. non autem reſpectu domini, quod nō acquirit niſi à die mortis ſicut & cæteri legatarij, præſertim hoc caſu quo effectus & vtilitas donationis poſt mortem fuerat collata, gloſſ. *in l. talis ſcriptura in gloſſ. fin.* & ibi Caſtr. *n.4.* & Alex. *n.8. ff. de leg. 1.* Clar. *in d.q.9.n.7.* Coſta *d. caſu 15. n.1.* & probatur *ex l. ſed interim ff. de donat.* 16 *inter vir. & vxor.* & in terminis quod per legatum vel fideicōmiſſum cenſeatur huiuſmodi donatio reuocata, aut in totum, ſi totū legatum ſit aut pro parte, ſi pro parte, Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 23. n. 8. & 13.* huiuſmodi enim reuocatio nedum expreſsè, ſed etiam tacitè fieri poteſt *dict. l. ſed interim §. 1. vſque ad finem.* Coſta *d. caſu 26. num. 27.*

Quintum verſatur circa ſecundum oppoſitum contra d. donationem, an ſcilicet ex eo quod nō fuerit inſinuata viuēte d. de la Boiſſe, ſed tantùm poſt eius mor- 17 tem valida ſit? Et quidem certū eſt omnes donationes etiam mutuas, quin & in contractu matrimonij factas, inſinuandas eſſe ex conſtitutione Regia, quam in hoc ſeruari in praxi & ſupremi Senatus Pariſienſis arreſtis ſæpe ita iudicatum fuiſſe atteſtantur Che. ad Papon. *lib. 11. tit. 1. des donations arreſt. 1. & 35.* Charon. *in Cod.* 18 *Henr. lib. 6. tit. 4. c. 1.* ſed quoad vxorē tempus quatuor menſium non currit niſi à die mortis viri, vt ſæpe per ſupremum Senatum Pariſien. definitum fuit, Bacquet *in tract. de iuſt. c. 21. n. 377.* Charon *aux memorables obſeruations: verb. donations & 10. Cod. Henr. lib. 6. tit. 4.* Frerot *aux baſiliques lib. 6. tit. 4. c. 1.* & nominatim de anno 1581. & die 12. Maij vt atteſtatur Guenois *en la conference des ordonnances lib. 8. tit. 9. n. 6. circa fi.* quod factum fuit in hoc caſu: nam d. de la Boiſſe deceſſit circa 12 Ianuar. 1605 inſinuatio verò fuit facta 15. Martij de eod. anno.

19 Sextum, præſuppoſita validitate d. codicilli, an ex verbis precatiuis in eo appoſitis inductum ſit fideicommiſſum: reſpondetur inductum eſſe, cùm ſint directa ad grauatum *l. omne verbum C. communia de leg. l. in legatis C. de legat. & de verbo Rogo*, quod inducat fideicommiſſum, eſt caſus *in l. cum pater §. rogo ff de leg. 2. l. ibi puto §. 10 rogo ff. ad Trebell. l. rogo ff. de fideicommiſſar. libertatib.* tusc. Peregrin. *de fideicom. art. 1. n. 46.*

Septimum præſuppoſita etiam validitate d. codicilli, an penſiones, quarum ſolutio deſtinata eſt in Comitatu vel ciuitate Auen. etiā debeantur per communitates prouinciæ, cenſeantur legatæ d. Hugues per d. codicillum ita vt fideicommiſſo non ſint ſubiectæ ex eo quod d. de la Boiſſe voluit vt omnia quæ ad d. de la Boiſſe pertinebant in d. ciuit. Auenionis & Comitatu Venaiſsino mōbilia immobilia, iura & actiones ad d. d. Hugues ſpectarent, de quibus liberè diſponere poſſet. Reſpondetur comprehendi: penſiones enim non 20 dicuntur eſſe de loco vbi impoſitæ ſunt, ſed de loco vbi deſtinata eſt ſolutio, vt eſt in terminis d. *Aret. conſ. 9.* & fuit reſolutum in d. deciſ. Rotæ Rom. de la Bourdeziere. & Auen. ſeu Cauaill. & hoc veriſſimum eſſe conſtat ex iis quæ ſuprà circa primi dubij reſolutionem dicta fuerunt.

Octauum, quoad acquiſitiones & debita nomine vxoris facta præſuppoſita & non conceſſa inualiditate donationis, clarū eſt eas ſpectare ad maritum *ad l. vulgatam Quintus Mutius ff. de donat. inter vir. & vxorem* Coquille *d. c. 137.* ſed quatenus ſciēte & præſente marito facta fuerant, morte ipſius confirmata eſſent, ſed quæ ſuprà diximus de legatis & fideicommiſſo in codicillis & teſtamento appoſitis in iis procederent.

Nonum, quomodo d. Hugues ſe gerere debeat, an tanquam donataria, an tanquam hæres? Reſpondetur, quòd, cùm adiuerit hæreditatem cum beneficio legis & inuentarij, poſſe, & tanquam donatariam ſe gerere, quatenus donationes validæ ſunt, & ipſi prodeſſe poſſunt, & his deficientibus tanquam hæredem, beneficium enim inuentarij hoc operatur, vt vtramque viam amplecti poſſit, & iura quæ ipſi competant, non confundantur per aditionem.

Ideóque poteſt ſe aſſerere hæredem cum beneficio legis & inuentarij, vt ſit ſine præiudicio donationum & iurium ſibi in bonis & hæreditate d. de la Boiſſe competentium.

Decimùm, an d. de la Boiſſe potuerit legare per d. Codicillum capitale penſionis debitæ per communitatem ſancti Remigij, attento quod fuerat acquiſitum nomine vtriuſq; d. ſcilicet de la Boiſſe & Hugues vxoris? Reſponſio reſultat ex ſuperioribus, nam ſi non comprehendatur in donatione in contractu matrimonij appoſita, & data inualiditate ſecundæ donationis, certum eſt eum potuiſſe legare, nam eo ipſo cenſetur reuocaſſe dictam ſecundam donationem, vt ſuprà dictum fuit.

ARGVMENTVM.

AN nati poſt mortem teſtatoris vocentur ad fideicommiſſum relictum filiis alicuius. Facta diuiſione inter omnes filios tam natos ante, quàm poſt mortem teſtatoris, abſque tamen reali traditione, an natis ante ſuccurratur aduerſus huiuſmodi diuiſionem.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum ſimpliciter factum ſine vlla conditione purum eſt, & debetur ſtatim.*

2 *Quando per fideicommiſſum vocantur illi qui ſunt de familia vel liberi nomine collectiuo, is tantum admittitur qui tempore mortis teſtatoris procreatus fuerit.*

3 *Diuiſio inter hæredes per errorem iuris facta non retractatur, contra n. 16.*

4 *Diuiſio inter hæredes iudicio familiæ erciſcundæ facta firma manet non obſtante quocumque errore ſiue iuris ſiue facti quod numero 25. procedit. ſi ſuper teſtamento pronunciatum fuit & res in iudicatum tranſiit & diuiſio ſequuta fuit.*

5 *Approbans geſta in minus ſolemni voluntate diſpoſitionis approbata ſtare tenetur, ſi ſciens approbauit. num. 20.*

6 *Ignorantia probatur ſolo iuramento.*

7 *Læſa præſumptio ſit contra iurantem dummodo non ſit omnino concludens.*

8 *Igno-*

Digitized by Google

8 *Ignorantia eo ipſo probatur quòd non probatur ſcientia.*
9 *Erranti in facto ſuccurritur indiſtinctè.*
10 *Error iuris excuſat cùm de damno vitando agitur.*
11 *Niſi is error eſſet iuris naturalis qui nunquam excuſat.*
12 *In damno verſatur qui fideicommiſſi integrè ad ſe ſpectantis partem fecit.*
13 *Neque ciuiliter neque naturaliter debitum per errorem iuris ſolutum repetitur.*
14 *Ciuiliter debitum modo naturaliter non debeatur, per errorem iuris ſolutum repetitur.*
15 *Deficiente voluntate non oritur naturalis obligatio.*
17 *Legata in minus ſolemni teſtamento relicta debentur naturaliter, & n.19. non autem hæreditas.*
18 *Inter cohæredes nulla eſt obligatio naturalis cum à ſe ipſo capiat vnuſquiſque.*
22 *Autoritas rei iudicatæ quæ pro veritate habetur, impedit repetitionem.*
23 *Sententia facit, ne denuo diuiſio intentari poſſit.*
24 *Niſi facta ſit ſine codice.*
25 *Solutum ex cauſa quæ creſcit per inficiationem, per errorem, licet indebitum, non condicitur.*
26 *Iure retentionis multa conceduntur quæ non repetuntur.*
27 *Reſtitutio in integrum datur contra iudicatum.*

CONSILIVM LXXVI.

DOMINVS quondam Petrus Berardi in ſuo vltimo teſtamento dominum Franciſcum Berardi eius fratrem in ſuis officiis coadiutorem ſuum vniuerſalem hæredem inſtituit, per quem legata & debita ſua exſolui voluit, cui ſubſtituit vulgariter & per fideicommiſſum ipſius liberos legitimos & naturales, maſculos filiabus præferendo. Moritur dictus Petrus Franciſco fratre, eóque hærede ſuperſtite, qui de eo tempore aliquos liberos maſculus ſuſceperat, & erant in rerum natura, poſt verò dicti Petri mortem alios ſuſcepit. Nunc quæritur; vtrum per iſtud fideicommiſſum appoſitum in d. teſtamento vocentur omnes filij maſculi dicti Franciſci hæredis grauati tam nati ante, quàm poſt mortem teſtatoris.

Et poſito, quòd tantùm nati ante mortem dicti Petri vocati ſint, quæritur, præſuppoſita diuiſione bonorum facta inter filios natos tam ante, quàm poſt mortem dicti teſtatoris, abſque tamen quod facta fuerit realis traditio partis ipſos tangentis, vtrum natis ante mortem teſtatoris ſuccurratur aduerſus huiuſmodi diuiſionem, ita vt illi penitus areeant & excludant natos & conceptos poſt mortem dicti teſtatoris.

Quoad primum reſolutiuè reſpondetur, natos tan-
1 tùm tempore mortis d. Petri cenſeri vocatos, nam
cùm hoc fideicommiſſum ſimpliciter fuerit factum
ſine conditione aut dinumeratione temporis aut ſine
vlla dilatione, certiſſimum eſt eſſe purum, quo caſu
debetur ſtatim ex quo puto hæres eſt rogatus reſtitue-
re. *§. poſt inſtitut. de fideicommiſſariis hæred. l. 1. ff. de condit. & demonſt. l. talis ſcriptura ff. de leg. 1.* Bart. *in l. ſi quis ſeruum in fi. ff. de condit. & demonſt.* Franciſc. Aretin. *in l. qui plures circa med. ff. de vulgar & pupill.* Rip. *in l. Lucius num. 41. eadem* Rubeus *in l. Gallus num. 16. ff. de liberis & poſthumis.* Benedic. *in c. Raynutius verb. ſi abſque liberis*
2 *2. de fideicommiſſar. n. 62.* Alciat. *ibidem n. 11.* Matheat. *de leg. & fideicomm. c. 4. num. 1.* At verò quando per fi-
deicommiſſum illi qui ſunt de familia vel liberi no-
mine collectiuo purè vocantur, certiſſimum eſt eum
tantùm ad fideicommiſſum fore admittendum, qui
tempore mortis teſtatoris procreatus fuerit *l. cum pater §. hæreditatem ff. de leg. 2. l. interuenit, ff. de leg. præſtand. in l. ſi cognatis ff. de rebus dubiis l. cum ita legatum §. in fideicom ff. de leg. 2.* Simon de Præt. *de interp. vlt. volunt. lib. 5 folio 65. col. 2. dub. 9. num. 95.* Graſſ. *in §. fideicommiſſum q. 17.*

Ad ſecundum dubium facit *l. ſi poſt diuiſionem C. de de iur. & fact. ignorant iuxta intellectum* Accurſ. *in verb. obtineat verſ. dic ergo.* dum vult eum textum procede-
re dato errore facti non iuris, & ſic à contrario ſenſu
diuiſionem inter hæredes per errorem iuris factam re- 3
tractari non poſſe. Ergo in caſu noſtro ſi non propo-
natur error facti, iuris excuſare non debebat. Auget
difficultatem *l. cum putarem ff. familiæ erciſcun.* vbi dato 4
quocumque errore ſiue facti ſiue iuris diuiſio inter hę-
redes ex iudicio familię erciſcundę ſequuta firma ma-
net, abſque eo quod prætextu erroris, quod vnus ex
hæredibus non eſſet hæres, conuelli poſſit. Augetur
poſtremo difficultas *ex l. non dubium verſ. finali C. de te-* 5
ſtam. vbi ſi quis geſta in minus ſolemni voluntate ap-
probarit cogitur ſtare diſpoſitioni approbatæ.

Nihilominus reſolutiuè reſpondendum eſt, nullam
habendam eſſe rationem d. diuiſionis, & Bartholo-
mæum poſt mortem dicti Petri teſtatoris conceptum
& natum omnino à d. fideicommiſſo repellendum:
nam præſupponitur nos verſari in errore facti: crede-
bat enim d. Petrus omnes maſculos tã ante quàm poſt
mortem teſtatoris vocatos, vt ex ipſius expoſitione,
dum diuiſionem peteret, facta conſtat, ex quo etiam
iuncta cum verbis teſtamenti d. error probatur, ſicut
etiam quatenus opus ſit iuramento per d. Petrum prę- 6
ſtandu probabitur: ignorantia enim ſolo iuramento
probatur *gloſſ. in §. ſed iſte inſtitut. de actio.* & ibi Iaſ. *n. 90. c. nulli in fine de elect. in 6. & c. ſi verò. & 2. de ſent. excommunicatione.* quod adeò verum eſt, vt hoc procedat etiam ſi præſumptio eſſet contra iurantem, dum- 7
modo talis præſumptio non ſit omnino concludens,
Abb. *in c. 2 num. 9. de conſtitut. & in c. vlt. num. 9. qui matrimonium accuſ. poſſ.* & ignorantia eo ipſo probatur, 8
quod non probatur ſcientia, *gloſſ. in l. 1. verb. educere potest C. ad Macedonian. & in l. ſi tutor petitum ſuper verbum oſtenderis C. de peric. tutor. l. ſuper ſeruis.* vbi *gloſſ. in verbo oſtendere.* & Bart. *num. 6. C. qui militare poſſunt vel non lib. 12.* Idem Bart. *in l. ſicut §. iiſdem num. 2. ff. de accuſatio.* Poteſt quoque prætendere d. Petrus ſe erraſſe in
facto credendo d. Bartholomæum ante mortem teſta-
toris natum, & illum errorem iuramento probare. At
verò certiſſimum eſt, dato errore facti ſiue primo mo-
do ſolum, ſiue hoc ſecundo ſolùm, multo magis vtro- 9
que, dictam diuiſionem cãcellandam & annullandam:
indiſtinctè enim erranti in facto ſuccurritur *l. cum falſa.* & ibi DD. præſertim Anthon. de Padilla *C. de iur. & fact. ignor.* ſed iam dato citra præiudicium veritatis
nos non verſari in errore facti, ſed iuris, quomodo-
cumque rem accipiamus, hoc eſt ſiue agitur de dam-
no vitandu, res eſt clara, nam in cauſa damni vitandi 10
excuſari quem propter iuris errorem, certiſſimi iuris
eſt *l. error verſ. cæterum l. iuris ignorantia ff. de iur. & fact. ignor.* niſi is error iuris naturalis eſſet, qui nun- 11
quam excuſat *l. venia. C. de in ius vocando* Nos verò ver-
ſari in damno vitando patet ex eo quod ſtatim adita
hæreditate per Franciſcum ius fuit quæſitum d. Petro
iuniori vt ſuprà doctum fuit *ex l. 1. ff. de condit. & demonſt.* & aliis ſuprà citatis, & deinde rerum fideicom- 12
miſſo ſubiectarum quæ integrè ad ſe ſpectabant, d. Pe-
trus iunior partem d. Bartholomæo dando in damno
verſatur priuando ſe eo quod ſibi quæſitum erat, ex
tradit. per Anthon. de Padill. *in l. ſi emancipata n. 29.*

C. de iur. & facti ignor. qui cum aſſerit hoc non proce-
dere in legitima in vita patris, quod verè tunc non cen-
ſeatur filio debita, ſi verè fuiſſet debita, procedere cō-
tendit. Sed demus agi de lucro captando, idem quo-
que aſſerendum eſt, nam pars fideicommiſſi neque ci-
uiliter, neque naturaliter debebatur d. Bartholomæo,
cùm non ſit vocatus, vt ſuprà dictum eſt ex Graſſ. *in §.*
fideicom. quæſt. 6. & Simon. de Præt. *de interpr. vlt. vo-*
lunt. lib. 5. fol. 65. col. 2. dub. 2. num. 95. At verò certiſſimi
13 iuris eſt neque ciuiliter, neque naturaliter debitum
per errorem iuris, etiam ſi ſolutum, repeti, *toto tit. de*
condit. indebiti C. ff. gloſſ. in l. cum quis verſ. item ſi eſt in-
debitum. quam omnes paſſim nemine diſcrepante ſe-
14 quuntur, & inter alios Antho. de Padill. *num. 23. cap. de*
iuris & facti ignor. ſed etſi ciuiliter deberetur, modo
naturaliter non debeatur, eandem repetitionem dari,
etiamſi proponatur error iuris, tenet *gloſſ. in d. l. cum*
quis per text. in l. ſi non ſortem §. indebitum & §. adeò ff. de
condit. indebit. & probatur per *text. in cap. fin. §. fin. 1. q. 4.*
Antho. de Padill. *d. l. cum quis num.* 21. naturaliter autem
non deberi ex ſuprà dictis patet, & præterea quia de-
fuit voluntas teſtatoris, quæ niſi apertè de contrario
conſter, cenſetur ſe conformare iuris diſpoſitioni, qua
15 non niſi nati tempore mortis cenſentur vocati. Defi-
ciente autem voluntate non oriri naturalem obliga-
tionem & notorium eſt, & probatur ex traditis per
gloſſ. & DD. *in l. nemo poteſt ff. de leg. 1.* & de Padill. *in*
d. l. cum quis n. 11.

Nec obſtat, ſi dicatur agi hîc de doctore, neque
enim quærendum eſt, an excuſabilis ſit error necne,
ſed ſufficit excludi ſcientiam quæ inducit donatio-
nem, & ſic impedit repetitionem, ſed non data ſcien-
tia, quicumque error cuicumque dat repetitionem in
indebito ſaltem naturaliter. Sed tota vis vt ſatisfiat
ll. in contrarium adductis, ex quarum vero intellectu
nedum non obſtare, ſed clarè noſtram ſententiam con-
firmare demonſtrabitur.

Non obſtat igitur *l. ſi poſt diuiſionem*, imò ea noſtram
16 ſententiam clarè confirmat; intelligitur enim etiam in
ignorantia iuris, vt patet ex text. in his verbis, *vel iuris*
ratione ſtare non poſſ., & ita reprobata ſententia Accur-
ſij, Bart. Bald. Paul. Salicet. & Iaſ. & fuſiſſimè Anthon.
de Padill. *in d. l. ſi poſt diuiſionem n. 7.* eam intelligunt,
nec debuit Accurſius perturbari ex oppoſitione quam
fecerat, quod ex minus ſolemni teſtamento oritur na-
turalis obligatio quæ impedit ſoluti repetitionē: nam
huic reſponderat in prima ſolutione, nec ab ea diſce-
dere debuerat: veriſſima enim eſt, vt DD. præſertim
Bart. aſſerunt, aliā ſcilicet eſſe cauſam hæredum, aliam
17 legatariorum: nam quoad legatarios quidem oritur
naturalis obligatio ex teſtamento quibus debent hæ-
redes legitimi ad quos peruenit hæreditas relicta in
minus ſolemni teſtamento, non verò militat obliga-
18 tio illa naturalis inter ipſos cohæredes iure directo
ſuccedentes, quoniam cohæres non damnatur cohæ-
redi quicquam dare, cùm à ſe ipſo capiat vnuſquiſque
l. in ſingulis ff. ad l. Falcid. l. ſed ſi ſub condit. §. fin. de hære-
19 *dibus inſtituendis*, ideóque paſſim receptum eſt ex im-
perfecto teſtamento legata quidem naturaliter debe-
ri, non autem hæreditatem *l. fideicom. C. de condit. indeb.*
Imol. *num. 8.* & Alex. *n. 23. in l. nemo poteſt ff. de legat. 1.* Iaſ.
ibid. in prima lectione n. 75. & Rip. *ibid. n. 102.* Anth. de
Padill. *d. l. ſi poſt diuiſionem n. 7.*

Sed etſi ſequeremur opinionem Accurſij in ſecun-
da ſolut. non obſtaret d. l. quia ſecundùm eam natu-
raliter debebatur hæreditas, non mirum ſi ſolutione
facta non detur repetitio, in noſtro verò caſu natura-
liter non deberi ex ſuperioribus patet, neque enim hic
agitur de teſtamento imperfecto, in quo Bartholo-
mæus inſtitutus ſit, ſed de teſtamento perfecto, ex quo
Bartholomæus nullo modo vocatur, & deinde nulla
hîc ſolutio ſequuta fuit, ſi quæ enim adeſt diuiſio, ea
tantùm fuit inſtrumentalis non realis, nec exequutio-
ni vnquam demandata.

Non obſtat *d. l. non dubium*, quam tamen poſteriori 20
loco in contrarium adduximus, quia *in d. l.* fuit appro-
bata minus ſolemnis teſtantis voluntas à ſciente, hîc
ab errante, vt intelligunt doctores, & inter alios d. de
Padillia *in d. l. ſi poſt diuiſionem n. 5.* & præterea non agi-
tur hîc de minus ſolemni voluntate approbata, ſed de
teſtamento perfecto ex quo Bartholomæus nullo mo-
do vocatur, vt ſuprà dictum eſt.

Non obſtat poſtremò *l. cum putarem ff. familiæ erciſ-* 21
cun. ea enim procedit, cùm pronunciatum fuit ſuper
teſtamento & res in iudicatum tranſiit, & diuiſio ſe-
cuta fuit, vt eam intelligit gloſſ. *in d. l. ſi poſt diuiſionem*,
quem intellectum paſſim doctores tenent, præſertim
Odofred. *in d. l. ſi poſt diuiſionem col. 1. ad fin.* Oldrad. &
Cin. *in 1. oppoſit.* Bart. *in prima oppoſit.* & Alber. pau-
lo ante *nu. 1.* & eundem intellectum repetit gloſſ. *in d.*
l. cum putarem, quoniam authoritas rei iudicatæ quæ 22
pro veritate accipitur, impedit hoc caſu repetitionem
l. 1. C. de condit. indeb. l. fideiuſſor. §. in omnibus ff. mandati
l. ex cauſa C. de compenſat. ſicut in hoc iudicio diuidē- 23
dæ hæreditatis ſententia facit ne denuo illa imputari
poſſit *l. ſi filia §. familiæ ff. famil. erciſcun.* ſecùs ſi ſine iu- 24
dice facta ſit diuiſio, nam poſſet iterum intentari *l. 1. C.*
famil. erciſcun. ſecundùm vltimum intellectum gloſſæ
magis communiter approbatum, ideóque remota re
iudicata Paul. *in d. l. cum putarem verſ. plane ſi ſine dato*
quocumque errore, diuiſionem retractari aſſerit, poteſt
& alia reddi ratio antiquior & verior, cur ſolutum ex
cauſa iudicati repeti non poſſit, quod ſcilicet ſolutum 25
ex ea cauſa, quæ per inficiationem in lite creſcit, per
errorem, licet indebitum ſit, condici non poſſit. *l. 4. C.*
de condit. indeb. §. vlt. inſtit. de obligat. quæ ex quaſi con-
tract. naſcuntur, qualis olim erat cauſa iudicati, autho-
re Paulo *ſecundo ſententiarum tit. 19.* & fuſiſſimè ac
doctiſſimè ſuo more docet Cuiac. *lib. 2. quæſtionum ad*
d. l. cum putarem.

Sed dicet aliquis nos eſſe in his terminis, diuiſio enim,
de qua agitur, authoritate iudicis firmata fuit. Re-
ſpondeo non interueniſſe in hoc caſu ſententiam, de
qua *in d. l. cum putarem*, in qua viſo teſtamento iudex
ſuper iudicio familiæ erciſcun. pronunciauit, ſed tan-
tum in hoc caſu iudex ad aſſertionem d. Petri iunioris,
eámque erroneam, aſſerebat enim nedum natos tem-
pore mortis Petri aui, ſed & naſcituros vocari, peritos
diuiſionis faciendæ cauſa iuſſit nominari, & vi relatio-
nis factæ ſortes mitti, & eam deinde nullo viſo teſta-
mento, nec cognito an d. Bartholomæo portio aliqua
competere deberet, confirmauit, & ſic res iudicata, qua
omnes dicantur vocati, non eſt, & ideo ſumus extra
terminos d. legis.

Secundò reſpondetur *in d. l.* diuiſionem fuiſſe rea-
liter factam, & executioni demandatam, vnde quæri-
tur, an vindicatio vel conditio detur ad repetendum
quod indebitè ſolutum eſt, ſed in hoc caſu diuiſiones
quidem per ſortem verbo tenus factæ ſunt, ſed nun-
quam per eos, quibus obuenerunt, poſſeſſæ, imò d. Pe-
trus ſemper mãſit in poſſeſſione dictorum bonorum,
ita vt iure poſſit impedire quominùs Bartholomæus 26
portionem ſibi obuentam conſequatur: multa enim
iure retentionis conceduntur, quæ ſi ſoluta ſint, repe-
ti non poſſunt, Deci. *in l. debitori num. 5.* vbi Socin. *n.*
fin. C. de pactis. Angel. *conſil. 64. verſ. ſi autem inuenta-*
rium. Molignat. *de retentione nu. 35.* inde acquirere pro-
hibitus poteſt acquiſitum retinere, Abbas *in c. Indas in*
fin. de

ſit. de Iudais Molignat. *d. loco num.* 36.

27 Poſtremò reſpondetur etiam in terminis proprlis *d.l.cum putarem*, ſuccurri vero hæredi vel fideicommiſſario beneficio reſtitutionis in integrum *l. diuus ff. de re iudi.l.ſi.C.ſi ex falſis inſtrum.* nam *in d.l.cum putarem*, negatur quidem vindicatio, quia per adiudicationem ſtatim dominium acquiritur ei cui res adiudicata eſt, vt Vlpian. ſcribit *lib. regularium tit. de dominij acquiſit.* & eſt proditum euidenter *in §. vltimo inſtit. de off. iudicis*, non datur quoque condictio, quia ex cauſa iudicati ea ceſſat, vt ſuprà dictum fuit, ſed non negatur reſtitutio, quámque dari in terminis docet Authon. de Padill. *in dict. l. ſi poſt diuiſionem numer.* 4.

ARGVMENTVM.

PRo dotis augmenti ſiue dotalitij ac iocalium reſtitutione.
An bona fideicommiſſo ſubiecta diſtrahi poſſint.
Et in qua moneta data reſtitutio ſolutióque fieri debeat.
Quando ex diuturnitate temporis ſolutio facta præſumatur.
An fideicommiſſarius habeat hypothecam contra bona hæredis pro valore bonorum fideicommiſſo ſubiectorum.
Quid veniat appellatione mobilium tam de iure communi quàm ex conſuetudine Galliæ.
Nomine acquiſitorum, an veniant donationes factæ ab iis quibus donatarius erat ſucceſſurus.
De veſtibus lugubribus & alimentis intra annum luctus viduæ præſtandis.
Legitima matris an ſit tertia totius hæreditatis, an verò partis, quam habitura eſſet ab inteſtato.

SVMMARIVM.

1 *Bona fideicommiſſo ab aſcendente facto diſtrahi poſſunt pro dote filiæ conſtituenda.*

2 *Nec non nurus reſtituenda.*

3 *Etſi grauamen præcedat dotis receptionem.*

4 *Idémque de augmento in caſum ſuperuitæ lucrato ac iocalibus ſtatuendum.*

5 *Et ſi augmentum eſſet notabilis quantitatis.*

6 *Dos in eadem bonitate pecuniarum eſt reſtituenda quâ ſoluta fuit.*

7 *Augmentum regulatur ſecundùm naturam dotis.*

8 *Si promiſerit quis ſcuta ſolis auri in auro, in indiuiduo ſcuta huiuſmodi ſoluere tenetur, ſed ſi ſcuta ſolis ſimpliciter ſoluendo valorem liberatur.*

9 *Princeps non poteſt tollere ius quæſitum per ius gentium.*

10 *Iudex ſuper notorio requiſitus ſe informare tenetur.*

11 *Solutio ex quibus coniecturis præſumatur facta, & num.* 39.

12 *Hypothecaria quæ datur pro legato & fideicommiſſo eſt diuidua & datur contra hæredes pro rata.*

13 *Hæreditas etiam eſt & dicitur ea quæ non eſt ſoluendo.*

14 *Ex pacto lucrandorum mobilium vxor conſequitur ea ſiue durante matrimonio ſiue ante ſint facta et ſi poſt mẽtionem acquiſitorum immobilium verba ad tempus conſtantis matrimonij referantur.*

15 *Contractus debet intelligi ſecundùm conſuetudinem loci vbi celebratus eſt.*

16 *Ex conſuetudine in Gallia & præſertim Pariſiis obſeruata appellatione mobilium, & nominatim in pactis matrimonialibus fructus, pecunia & actiones pro rebus mobilibus & pecunia competentes continentur, & n.*33.

17 *Pleriſque caſibus etiam de iure communi actiones (quæ alioquin tertium genus conſtituunt) appellatione mobilium continentur.*

18 *Quæ in augmentum facta ſunt, non debent diminutionem operari.*

19 *Pactiones in præiudicium pactorum matrimonialium facta non valent.*

20 *Quoad conſuetudinem Pariſienſem nec non pactum de lucranda parte mobilium non ſit diſtinctio, an mobilia ex induſtria aut ex ſucceſſione acquiſita ſint.*

21 *Pecunia ex venditione propriorum redacta mutat naturam.*

22 *Pecunia ex venditione fundi dotalis redacta non niſi poſt annum mortis reſtituenda, et ſi fundus, ſi extaret, ſtatim reſtitueretur.*

23 *Pecunia ad emptionem immobilium deſtinata inter mobilia cenſetur.*

24 *Qui ex vi conſuetudinis lucratur mobilia, vt eſt pecunia, debita defuncti ex his ſoluere tenetur, ſecus ſi ex pacto in contractu matrimonij appoſito ea lucretur.*

25 *Ita verba & pacta contractuum interpretanda ſunt, ne repugnantiam aut contrarietatem contineant, aut ſe ipſa deſtruant.*

26 *Qui vel ex conſuetudine vel ex pacto mobilia lucrari debet, in quacunque prouincia ea ſint, lucratur idémque in immobilibus ex pacto, non autem ex conſuetudine lucrandis.*

27 *Fructus iure communi veniunt appellatione mobilium.*

28 *Nec non pecunia, præſertim adiecta dictione*, omnes, *idque indiſtinctè ſiue præſidij ſiue fænerandi cauſa domi ſint.*

29 *Sed ſi mobilia reſtricta ſint ad certum locum, ſolet diſtingui, an pecunia præſidij cauſa vel animo fænerandi ibi ſint.*

30 *In dubio autem verior eſt ſententia exiſtimantium præſumi eſſe præſidij cauſa.*

31 *Quæ ſententia admodum controuerſa eſt certiſſima, ſi dictiones vniuerſales* omnes *&* quæcumque *adſint.*

32 *Vt iuramentum ſuppletorium deferatur, quæ requirantur remiſſiuè.*

34 *In pacto lucranda per ſuperſtitem coniugem dimidiæ partis acquiſitorum veniũt donationes ab aliis quam ab aſcendentibus facta.*

35 *Coniunx ſuperſtes & pacto & conſuetudine lucratur etiam ea mobilia quæ ex teſtamento ab iis quibus ſucceſſores erat, habuit.*

36 *In terminis conſuetudinis Pariſienſis ex acquiſitis ſubſtituenda ſunt in locum eorum quæ ex propriis alie-*

nata fuerunt, aut valor ipſorum ex communione ſol-
uendus eſt, & quid ſi ex pacto lucretur dimidiam
partem acquiſitorum.
37 *Veſtes lugubres ex conſuetudine generali viduæ de-*
bentur.
38 *Alimenta intra annum luctus debentur.*
40 *Legitima matris eſt tertia eius partis quam habitura*
eſſet ab inteſtato non totius hæreditatis.

CONSILIVM LXXVII.

NOn exiſtimo dubium aliquod eſſe, quin in lite, quæ eſt inter nobilem dominam Mariam de Gatiſmenil viduam quondam N. Petri Loze, & N. dominam Richardam Loze ſororem & hæredem d. Petri debeat ordinari executiones cœptas pro reſtitutione 2400. ſcutorum ſolis vnà cum legitimo intereſſe ad rationem ſeptem pro centenario iuxta ſtatutum ex cauſa dotis, iocalium, & augmẽti dictæ Mariæ eſſe continuandas ſcilicet 700. ſcutorum ſimilium per eandem Mariam d. Petro in contractu matrimonij ſolutorum, & 1000. ſimilium per illuſtriſſimam dominam Duchiſſam d'Vzes promiſſorum & partim ſolutorum, nec non 500. pro augmento & 200. pro iocalibus, idque ſimpliciter ſuper hæreditate d. Petri & bonis per ipſum poſſeſſis, etſi quædam ex illis fidei-
commiſſo ſint ſubiecta, idque apertum ſit in perſona d. Richardæ, cum deficientibus aliis bonis, bona fidei-
commiſſo à patre facto ſubiecta, diſtrahi poſſint pro reſtitutione dotis nurui facienda ex *authen. res quæ C. com. de legat.* dicta enim authen. nedum habet locum
1 in dote filiæ conſtituenda, quod etiam iure antiquo
cognitum erat *in l. mulier §. cum proponeretur ff. ad Trebell.* Antho. de Padillia *in d. authen. res quæ num. 42.* ſed
2 etiam in reſtituenda *gloſ. in d. authen.* & Bartol. *num. 2.*
Ioan. Faber *paulo poſt princ.* Iaſ. *num. 29.* Curt. iun. *n. 11.*
3 Bald. *nouel. de dote n. 6 part. priuil. 13. num. 2.* qui de com-
muni teſtatur, idque procedit & verum eſt, etiam ſi
grauamen & fideicommiſſum præcedat dotis receptionem, vt Curt. iu. poſt Alex. docet & communem teſtatur Deci. *conſil. 376. n. 4.* idem Curt. *conſ. 59. n. 2.* Couarr. *lib. 3. var. reſol. cap. 6. n. 10. verſ. quarto non tantum* Antho. de Padillia *in d. authen. n. 48.* ex quo tollitur obiectio
4 in articulis ex aduerſo deducta: Nec ſolum pro dotis
reſtitutione, ſed etiam pro augmento in caſum ſuperuitæ lucrato, Peregri. *de fideicommiſſis art. 42. num. 84. & 96. & 98.* Coſta *de facti ſcien. centu. 2. diſt. 82. n. 2.* Cancer. *de dote n. 98. & 104.* Sola *in anti. conſti. de feudis decreto.* Blanc. *gloſſ. vnica nu. 2. 4. & 11.* de Franchis *decif. 613. n. 10. part. 4.* idémque ſtatuendum eſt pro iocalibus, ſumptibus & apparatibus nuptialibus, Roland. *conſil. 19. num. 8. lib. 4.* Coſta *de remed. ſubſidia. remed. 6 n. 2. & de facti ſcien. d. diſt. 82. n. 2. fol. 515.* Gabriel. *conſil. 112. n. 4. & 5. &*
5 *conſ. 153. lib. 2.* Adeò vt quamuis augmentum fuerit no-
tabilis & magnæ quantitatis, non propterea minus bona fideicommiſſo ſubiecta pro eius reſtitutione diſtrahi debeant, vt placitis ſupremi Senatus Pariſienſis ſæpiſſimè cautum tradit Charond. *aux notables obſeruat. verſ. fideicommis. & aux Pandectes lib. 2. tit. 5. fol. 33. in princ.*

Sed ex his oritur dubium, quomodo huiuſmodi ſolutio facienda ſit, an ſcilicet in ſcutis auri ſolis, vel valore ipſorum, qui notoriè eſt 74. ſolidorum pro quolibet, an verò ſoluendo 60. ſolidos pro quolibet ſcuto liberabuntur dicti hæredes. Et quidem ſi ius commune inſpiciamus, res clara videtur, cùm dos ſoluta ſit, vel in ſcutis auri ſolis, vel in quaternis teſtonum, quia vnumquodque in bonitate intrinſeca erat eiuſdem valoris, cuius ſcutum auri de anno 1585. quo ſoluta
fuerunt, Pancirol. *in c. olim de cenſibus.* Brun. *de augmen.* 6
moneta. concl. 1. n. 1. & ſeqq. fuiſſe verò eiuſdem valoris propter bonitatem intrinſecam probatum creditur ex teſtibus, ſed & his ſecluſis ſatis probatur ex d. contractu matrimonij, cùm in eo quaternio teſtonum æquiparetur ſcutis auri in auro, & eorum eadem habeatur
ratio, idémque de augmento ſentiendum, tum quod 7
id regulatur ſecundùm naturam dotis per notata in *authen. dos data C. de donat. ante nupt.* tum quod expreſſio ſcutorum ſolis ſimpliciter factæ intelligitur de valore ſcutorum auri, in eo enim ſolum eſt diſcrimen, an
ita ſimpliciter fiat mentio, quia hoc caſu ſcuta in auro 8
& in indiuiduo ſoluenda ſunt, illo verò ſoluendo valorem debitor liberatur, Albet. Brun. *d. tract. propoſit. 2. n. 7. & 8.* DD. *in l. cum quid ff. ſi cert. petat. & l. Paulus ff. de ſolut.* idémque ſtatuendum eſt de ſcutis 1000. per Duchiſſam Vrecię ſolutis.

Sed opponitur ex aduerſo, quamuis hæc ſint vera de iure communi, ex edicto tamen Regis aliter ſtatuendum eſſe, quod ſequendum eſt in hoc caſu, quo agitur de ſolutione facienda ex vi contractus Pariſiis initi, edicto, inquam, Henrici 4. de anno 1602. & menſe Septemb. quo ſolutiones debitorum etiam auri in auro cõtractorum ad rationem 60. ſolidorum tantùm fieri poſſunt, ad valorem tamen monetarum ibi expreſſum, ita vt qui 13. ſcuta ſolis debet, liberetur ſoluẽdo 12. ſcuta ſimilia aut 48. quartos ſcuti ſeu ſezenos cum 12. ſolidis quod edictum relatiuum eſt ad aliud edictum Henrici II. de anno 1577. & menſe Septemb. quo cauetur omnia debita & promiſſiones in ſcutis auri ſolis concipiendas & per ſolutionem 60. ſolidorum pro quolibet ſcuto diſſoluendas. Ad hoc reſpondetur, quod cùm ex vi contractus matrimonij nedum de iure ciuili, ſed etiam de iure gentium, quo dos in eadem bonitate, qua ſoluta fuit reſtitui debet, ius dictæ Mariæ fuerit quæſitum, quæ tempore dicti edicti per Henricum IV. promulgati & nunc tempore reſti-
tutionis non eſt illius ſubdita, non poſſe per huiuſmo- 9
di edictum ius ſibi quæſitum auferri ſecundum ea quæ traduntur à DD. *in c. quæ in Eccleſiarum ext. de conſtit. & in l. fin. C. ſi contra ius, vel vtili publ.* hancque communem aſſerit Albert. Brun. *in conſil. 1. n. 49.* inter conſilia feudalia, & poſt eum Kirchouius *in comm. opin. Princeps non poteſt*, neque eſſet rationi conſonum, vt non ſubditus per legem Principis poſt ius ſibi quæſitum læſam, minus acciperet quàm ſibi debetur, & ſequendo exemplum ſupra poſitum pro 13. ſcutis ſoluris teneretur 12. tantum accipere & debitor 12. ſoluendo liberaretur.

Quoad verò edictum Henrici II. quod ante d. contractum matrimonij fuit publicatum, à quo propterea interpretationem accipere debere videtur, non nocet, quia 60. ſolidi Turonenſes de illo tempore valebant in bonitate intrinſeca vnum ſcutum auri, vt ſatis ex lectura d. edicti conſtat, & dicta Maria ſi ſibi offerrentur ſolidi de eo tempore, eos non recuſare: ex 60. enim ſolidis illius temporis 74. iſtius temporis conſequeretur, vt notorium eſt, & pro notorio ponitur, &
quatenus opus eſt, petitur vt iudex ſuper eo ſe infor-
met, quod facere tenetur, Faber *in §. ex non ſcripto n. 9.* 10
inſtit. de iu. natu. gent. & ciui. Cin. *in l. 2. num. 18. C. quæ ſit longa conſuetudo.* Alex. *conſ. 14. n. 4. lib. 5.* Pariſ. *conſil. 3. n. 33. lib. 1.* idque etiam non citata parte, Alex. *d. conſil. 14. n. 1.* Rota Genuen. *decif. 438. n. 3.*

Quoad 1500. aureos per d. Loze d. Mariæ donatos de anno 1604. ſoluendos pro mille in bonis immobilibus, pro quingentis verò reſtantibus in pecunia, ita

tamen

tamen vt de 500. tantùm d. Maria diſponere poſſit, reliqua verò mille, poſt mortem d. Mariæ ad hæredes Petri redeant, & quoad 1500. libras teſtamento per eundem Petrum d. Mariæ legatas & poſt eius mortem hæredibus Petri reſtituendas, & 25. ſcuta pro medietate 50. per N. quondam Hieronymum Leze patruum dicti Petri d. Mariæ legatorum, & quę Aduocatus d. Richardæ obtulit quidem verbo ſe ſoluturum, nunquam tamen præſtitit, non exiſtimo aliquod eſſe dubium, quin pronuntiandum ſit executiones cæptas pro dictis ſummis reſpectiuè tam pro ſorte principali quàm pro legitimo intereſſe continuandas eſſe ſuper bonis & hæreditate quæ quondam d. Petri Loze fuerunt, & quidem huiuſmodi ſummæ in controuerſiam non deducuntur, ſed parte dictæ Richardæ opponitur non eſſe bona in hæreditate d. Petri ex quibus ſolui poſſint. & præterea ſi aliqua ſint, ita ſolutionem faciendam, ne in vanum ſit hæres. His reſpondetur duobus modis, vno in facto, altero in iure quoad factum dicunt, bona, de quibus Petrus diſponere potuit, plus quàm ſufficientia eſſe ad dictarum ſummarum ſolutionem, dictámque Richardam curam relinquere debere dictæ Mariæ, vt bona d. Petri inueniat contra quæ exequutiones ſuas proſequi poſſit.
1 Nam quoad bona quæ dicuntur fideicommiſſo ſubiecta, ex quibus plura aſſerontur alienata quàm potuiſſet d. Petrus, & in quorum locum ſubijcienda ſunt alia ex alijs bonis d. Petri ex hæreditate Hieronymi vel aliunde per ipſum acquiſitis, in facto inuenitur longè minus de illis alienatum fuiſſe, quàm potuiſſet d. Petrus, detractiones enim, quas facere potuit, longè excedunt alienationes factas: detrahere enim potuit funeris expenſas ad centum ad minus ſcuta aſcendentes debita Guillielmi patris, qui fideicommiſſum fecit, & 1200. ſcuta ſolis auri in auro per d. Guillielmum Richardæ & Agneti filiabus ſuis legata, & per eundem Petrum ſeu eius tutorem dum matrimonio collocatæ fuerunt ſoluta etſi enim in actis non conſtet niſi de 1000. ſcutis, tamen 200. reliqua præſumuntur ex diuturnitate temporis ſoluta d. Richardæ ſeu eius marito *argumen. l. ſi quis forte §. 1. ff. de pact.* Deci. *conſil.* 595. *num.* 8. & alij quos refert & ſequitur Maſcard. *concluſ.* 1312. *num.* 17. & Menoch. *præſumpt. lib.* 3. *præſump.* 135. *num.* 3. *cum ſeqq.* præſertim concurrente ſilentio & taciturnitate cum d. diuturnitate, Maſcard. *d. loco*, quod longè magis procedit in hoc caſu quo maritus d. Richardæ petiiſſet abſque dubio pro oneribus matrimonij ſupportandis ſi dos integra ſibi ſoluta non fuiſſet.

Secundò, quia poſt mortem eius mariti dicta Richarda abſque dubio ea petiiſſet à dicto Petro, ſi eius maritus, cui ipſa ſucceſſiſſet, ea conſecutus non fuiſſet.

Tertiò, quia nec poſt mortem Petri in hac lite hanc ſummam petiit, Socin. *conſil.* 39 *col. fin. vol.* 3. Maſcard. *d. loco.* poſt Menoch. Bertaz. & Bertum, nec ipſam id negaturam aut oppoſituram conſcientia repugnante putamus.

Poſtremò, quia huiuſmodi matrimonia filiarum & ſolutiones dotium per matrem eámque tutricem dicti Petri factæ fuerunt, & promiſſe inſtrumenta quittantiarum inter ſcripturas Petri non inuenta, nam quæ d. Maria produxit, magno labore acquiſiuit.

Detrahere quoque potuit legitimam ſuam, quæ cùm eſſent tres liberi conſtituendo hæreditatem in nouem vncias, erat vncia totius, nec non Trebellianicam, quæ erat quarta ſex vnciarum reſtantium detractis legitimis, & ſic conſiſtebat in vna vncia cum dimidio totius, ideóque ratione d. legitimæ & Trebellianicæ d. Petrus detrahere potuit duas vncias cum dimidia de nouem, quæ omnia ſi bene perpendantur, longè minus quàm potuit d. Petrus alienatum fuit, quod in executione ſententiæ liquidari poterit, quatenus bona per d. Petrum poſſeſſa aliunde quàm à d. Guillielmo patre acquiſita non ſufficerent, impræſentiarum enim huiuſmodi obiectio non debet impedire, quin pronuntiari debeat executiones continuandas in bonis dicti Petri.

In iure enim reſpondetur, poſito citra præiudicium veritatis, quòd bona alienata excederent detractiones quas d. Petrus facere potuit, non poſſet tamen d. Richarda impedire, quin ad inſtantiam d. Mariæ executiones fierent in bonis dicti Petri, quia negatur d. Richardam habere pro exceſſu alienationis rerum fideicommiſſo ſubiectarum aliquam tacitam hypothecam contra bona hæredis, vt alia bona in locum alienatorum ſubijciantur, vel pretium reperatur, competit quidem hypothecaria ex legis diſpoſitione fideicommiſſario pro rebus fideicommiſſo relictis contra bona teſtatoris, ſed non contra bona hæredis, & quæ diuerſæ eſt naturæ quàm alia hypothecaria, quæ indiuidua eſt, & vnamquamque rem in ſolidum perſequi poteſt. Hæc verò quæ ex teſtamento proficiſcitur, diuidua eſt, ſicut perſonalis, & non niſi pro quota contra hæredes datur, DD. & præſertim Alciat. *in l. 1. ff. de legat.* 1. ita vt ſi aliqua actio dictæ Richardæ competeret, ea tantùm perſonalis eſſet, quam notorium eſt poſtponi hypothecariæ nedum expreſſæ ex contractibus donationis, ſed etiam tacitè ex legato dicti Petri competenti: ſed hoc caſu cùm proponatur immobilia alienata d. Richardæ per rei vindicationem contra poſſeſſores conſuletur, ita vt nullo alio remedio opus ſit. 12

Quod verò ſubijcitur nomen hæredis non debere eſſe in vanum; hoc plerumque accidere, cùm hæreditas plerumque non ſit ſoluendo, *l. ex facto ff. de verbo. ſignif.* & id ſolum procedit quoad legatorum ſolutionem, ſi nulla adſit prohibitio Falcidiæ. 13

Reſtant duo capita huius litis, in quibus potiſſimum tota difficultas verſatur, diſcutienda reſultantia ex pacto matrimoniali quo d. Mariæ competit dimidia pars omnium & quorumcumque mobilium, nec non acquiſitorum immobilium, &, vt Gallico idiomate dicitur *la moitié de tous & vn chacun les biens meubles, acquests & conquests immeubles.* Vnum eſt, quid mobilium appellatione contineatur, alterum verò circa immobilium acquiſitionem verſatur.

Quoad primum præſuppoſito, quod ex vi dicti pacti mobilia ſiue ante ſiue poſt matrimonium facta comprehendantur, verba enim pacti in futurum concepta de immobilibus intelligenda ſunt, Chopin. *de moribus Pariſio. lib. 1. titul. 1. numer. 9.* qui ita decreto ſupremi Senatus iudicatum refert, & eandem interpretationem recipiunt verba conſuetudinis Pariſienſis, vt ſcilicet vxor lucretur mobilia ante matrimonium quæſita, Charon. *in conſuetud. Pariſ. titul. des droicts de la communauté artic.* 220. *fol.* 57. *& reſpon. lib.* 7. *capit.* 142. *& lib.* 2. *Pandect. capit.* 5. *fol.* 52. *iuncto folio* 51. Certum eſt quoad dictum contractum matrimonij & donationem dimidiæ partis omnium & quorumcumque mobilium in eo contentam, appellatione mobilium comprehendi non ſolùm fructus & pecuniam domi teſtatoris inuentam, ſed etiam actiones, ſi quæ eſſent, pro tamen rebus mobilibus vt pecunia competentes, & merces. Nam contractus debet intelligi ſecundùm conſuetudinem loci vbi celebratus eſt. *leg. ſi fundus ff. de euictio.* & ibi Iaſon *numer.* 59. Gui. Pap. *quæſt.* 232. 14

Afflict. *deciſ.226.n.4.* Bart. *in authen. vt omnes obediant.*
Maynard *aux notables queſtions lib.5. c.82.* & ſic ſecun-
16 dum conſuetudinem Pariſiis obſeruatam. At verò per
eam nominatim in pactis matrimonialibus appella-
tione mobilium omnia ſupradicta comprehenduntur,
Bacquet *tract. des droicts de iuſtice, c.21. n.84.* qui ita ar-
reſto ſupremæ Curiæ de anno 1569. & 18. Iunij deciſum
fuiſſe atteſtatur, Maſuer. *tit. de Societ. n.5. fol.248.* Boer.
q.209. n.4. in fi. & in conſuetud. Bituricen. *tit. des couſtu-*
mes concernans le mariage. §.2. fol.60. col.2. Papon *lib.17.*
tit.4. des choſes meubles, arreſt 4. Charon. *in conſuetud.*
Pariſienſ. tit. des meubles 3. art.29. & lib.2. Pandect. cap.
15. fol.52. Chaſſan. *in conſuetud. Burg. tit. des gens mariés*
§.2. verſ. tous meubles, num.9. & ſeqq. Ferron. *in conſuetu.*
Burdega. tit.4. de dot. fol.133. Chopin. *de morib. Pariſio.*
lib.1. tit.1. num.10. nec mirum cùm per d. conſuetudi-
nem duo tantùm genera bonorum conſtituantur, mo-
bilium ſcilicet & immobilium. nam & pleriſque caſi-
17 bus, etiam de iure communi, actiones pro pecunia
competentes, quæ ſicut & cæteræ regulariter tertium
genus conſtituunt *l. quam Tuberonis § in peculio autem*
ff. de pecul. l. à Diuo Pio §. in venditione ff. de re iudica. ap-
pellatione mobilium continentur, vt cùm dicitur, bo-
na mobilia & immobilia minoris & Eccleſiæ non poſ-
ſe ſine decreto alienari, Bartol. & reliqui *in l. mouen-*
tium ff. de verb. ſignif. Abbas *in cap. nulli. ext. de reb. Ec-*
cleſ. non alien. Menoch. *præſump. lib.4. præſ.130. num.30.*
ſicut & ſi quis duos hæredes conſtitueret, vnum in mo-
bilibus, alterum in immobilibus, Rebuff. *ind. l. mo-*
uentium. Cranet. *ff. de legat 1. num.102.* Menoch. *d. præ-*
ſumpt.130. num.36. & generaliter quotieſcumque ea eſt
mens contrahentium vt de duobus tantùm generibus
bonorum mobilium & immobilium intellexerint,
ſicut in terminis conſuetudo Pariſ. atteſtatur, Bacquet
d. loco & verba d. contractus ſatis demonſtrant, cùm
mobilia ſint oppoſita immobilibus, vt mobilium
quidem omnino, immobilium verò, ſi acquiſita ſint
durante matrimonio dimidia pars ſpectet ad vxorem
ſuperſtitem, ita vt omnia cuiuſcumque generis ſint,
neceſſariò ad vnum ex iſtis referenda ſint, & cùm pe-
cunia, fructúſque inter immobilia non poſſunt cenſe-
ri, neceſſariò inter mobilia numeranda ſunt.

Sed remouendæ ſunt aliquæ oppoſitiones, quæ for-
ſan fient. Prima eſt, receſſum fuiſſe ab huiuſmodi do-
natione per alliam de an. 1609. & 22. Februar. Aueniò-
ne ſumptum per Magiſtrum Saluati. Ad hoc reſpon-
detur, quòd ea donatio fuit facta in augmentum d. di-
midiæ partis bonorum in contractu d. matrimonij
18 contentæ. quæ autem in augmentum facta ſunt, non
debent diminutionem operari *l. legata inutiliter ff. de*
19 *adimen. legat.* Becci. *conſil.111. num.41.* & benè. nam pa-
ctiones in præiudicium pactorum matrimonialium
factæ conſtante matrimonio non valent, Charon. *in*
conſuetud. Pariſ. art.221. fol.62. Robert. *rer. iudica. lib.4.*
cap.4. ſed & præterea in pacto immediatè præceden-
ti dictam donationem nominatim cauetur vt conten-
ta in d. contractu matrimonij maneant: firma enim ſuo
robore abſque eo quod in eo diminutio vel alteratio
fiat, præterquam in iis, in quibus per contractum, de
quibus fiet mentio, erit derogatum: quinimò ſi ali-
quod dubium eſſet in d. donatione omnium mobi-
lium, illud ex d. contractu matrimonij diluendum eſ-
ſet, vt poſtea dicetur, & quoad declarationem quam-
uis indefinitè conceptam, quæ dicitur bona ex ſucceſ-
ſione d. de Loze obuenientia non comprehendi in d.
donatione contractus matrimonij, ea de immobili-
bus non de mobilibus intelligenda eſt, idque tam ex
natura pacti d. donationis, quo diſtinctio acquiſito-
rum an ſcilicet ſint ex induſtria vel aliunde ratione im-
mobilium tantùm fit & intelligitur, non autem ratio- 20
ne mobilium, Papon *lib.15. tit.2. arreſt.16.* Charon. *in*
conſuetud. Pariſien. ſ. art.220. fol.57. quam ex narratiua d.
contractus declarationis, in qua ea expreſsè ad immo-
bilia reſtringitur.

Secunda eſt, ſi dicatur pecunias domi inuentas con-
flatas eſſe ex venditione bonorum quæ dictus Loze
ex ſucceſſione patrui conſecutus fuit. Reſpondetur
id non eſſe verum, ſed ſi contrarium contendat hæ-
res, id probare debet *l. qui accuſare Cod. de eden. l. actor*
C. de probat. l.2. ff. eod. ſed dato, citra præiudicium ve- 21
ritatis, eſſe verum, non propterea minus data pecu-
nia in donatione dimidiæ partis mobilium continen-
tur, quia ea bona vendita per venditionem mutaſ-
ſent naturam, nec amplius bona ex ſucceſſione patrui
cenſerentur, Boer. *queſt. 209. num.4. in fi.* Papon *lib.17.*
tit.4. arreſt.2. Charond. *in conſuetud. Pariſien. art.93.*
fol.147. & art.95. fol.149. ſicut dicitur pecuniam ex fun- 22
do dotali redactam mutare naturam, nec ſtatim poſt
mortem, ſed poſt annum reſtituendam, etſi contra-
rium in fundo dotali ſi diſtractus non fuiſſet, aſſeren-
dum eſſet *l. cum in fundo §. ſi fundus ff. de iu. dot.* Ludo.
Roma. *ſing.2.8.* Barboſa, poſt multos quos refert &
ſequitur in prima parte *l.2. in princ. num.1. in fi. ff. ſolut.*
matrim.

Tertia ſi dicatur, quòd d. pecunia erat deſtinata ad
emptionem immobilium: reſpondetur, quòd præ-
ter quam quod id non creditur probatum, & reue-
ra verum non eſt, dato tamen & non conceſſo, quòd
eſſet verum, non propterea minus inter mobilia cen- 23
ſeretur, Papon *lib.17. tit.4. arreſt.3. & 6.* Charon. *in*
conſuetud. Pariſien. artic.93. in princip. qui etiam id
contendit verum, etſi pecunia eſſet apud campſo-
rem repoſita ad hunc finem, Boer. *dict. queſt.209.* qui
id ita iudicatum, & hanc communem eſſe aſſerit. Et
abſque dubio verior eſt, quidquid aliqui in contra-
rium ſentiant: verior, inquam, & communis, quan-
do eſt ſimplex deſtinatio, & non præcedit pactum iu-
ratum inter coniuges de huiuſmodi pecuniis in em-
ptionem immobilium conuertendis, Ferron. *in con-*
ſuetud. Burdigal. titul. de dote §.6. folio 135. cum ſe-
quentib.

Quarta ſi dicatur, ex huiuſmodi pecunia debita te-
ſtatoris ſoluenda eſſe, & ideo in ſolutionem dotis con-
uertendam, idque præſertim quia in d. contractu ma-
trimonij dicitur eam eſſe ſoluendam ante aliquam
confectionem inuentarij, quod fieri non poteſt, niſi
ex d. pecunia ſolutio dotis fiat. Reſpondetur ea proce- 24
dere, quando ex vi conſuetudinis ſolius abſque vllo
pacto mulier lucratur mobilia, ex illis enim debita
ſoluenda ſunt. Sed quando ex vi pacti matrimonialis
vxor lucratur mobilia, vt hoc caſu, ea non tenetur ad
debita, ſed mobilia, & partem illorum ſibi habet, præ-
cipua & debita per hæredem ſuum exſoluenda, Ioan.
Chenu *ad Papon. lib.15. tit.2. arreſt.20.* Charon. *in con-*
ſuetu. Pariſ. tit. de la communauté art.221. fol.161. verſ. &
reſpon. lib.5. cap.68. Bacquet *in tractat. de iurib. iuſtic.*
tit.21. num.81. atque ita placita ſupremi Senatus Pa-
riſien. iudicatum teſtatur, quod præſertim hoc ca-
ſu aſſerendum eſt, quo agitur de debito dotis ex-
ſoluendo in eodem contractu matrimonij, quo vxor
partem mobilium lucrari debet conſtat: pactum
enim illud mobilium lucrandorum deſtrueretur per
receptionem dotis, quod dicendum non eſt, imò
vtrumque ſtare debet, idque maximè, quia alio-
quin maxima nedum inæqualitas, ſed iniquitas exo-
riretur, quia in compenſam pacti, quo vxor ſuper-
ſtes lucratur dimidiam mobilium & acquiſitorum
immobilium, maritus ſi ſuperſtes eſſet, lucrare-
tur

tur integram dotem, quandoquidem pactum in
fauorem mariti certum & indubitatum eſſet, at ve-
rò ex parte vxoris ſi ex mobilibus dos ſoluenda eſ-
ſet, pactum eſſet inutile. Nec ex eo quòd ante confe-
ctionem inuentarij debet reſtitui dos per d. Mariam
conſtituta, nec non augmentum & iocalia, ſequitur ex
pecuniis tempore mortis inuentis ſoluenda eſſe, hoc
enim in fauorem d. Mariæ appoſitum eſt, vt ſcilicet
non expectato anno luctus ſtatim reſtitutio fiat, quod
in ipſius odium retorqueri non debet, & deinde hu-
iuſmodi interpretatio deſtrueret & inutile redderet
pactum de lucrandis mobilibus cum maxima iniqui-
tate, pacto in fauorem d. Petri de lucranda dote certo
25 & perpetuo manente, vt ſupra dictum fuit: ita enim
interpretatio pactorum facienda eſt, ne repugnantia
contineant aut ſe ipſa deſtruant, Oſaſc. *deciſ. 76. num.*
11. Crauet. *conſil. 1. num. 305. & 309.* & cùm ſimpliciter
dicatur dotem & augmentum ſtatim reſtituenda e-
tiam ante confectionem inuentarij, hæres curare de-
bet habere pecunias aliunde quàm ex his de quibus
per pactum mobilium lucrandorum nominatim pro-
uiſum fuit, vt d. reſtitutionem faciat, ſi velit commo-
do hæreditatis ſui, non autem contra pactum in eo-
dem contractu appoſitum venire: ſed totum hoc cla-
riſſimum redditur, ex eo quod in d. pacto lucrando-
rum mobilium nominatim dicitur vxorem ſuperſti-
tem lucrari debere *franchement & quittement*, & ſic
libera eſſe, vt ad nullum onus vel debitum ſint obnu-
xia, & eam fuiſſe mentem contrahentium ex d. pacto,
quo maritus ſuperſtes integram dotem lucratur, ma-
niſeſtiſſimè patet, qui ad debita per vxorem contracta
non tenetur.

Poſtrema, ſi dicatur pecuniam fructúſque & cæte-
ra mobilia, de quibus agitur, non eſſe Pariſiis, ſed Aue-
26 nioni, vbi conſuetudo Pariſienſis non viget: reſpon-
detur, quod ſi ageretur de immobilibus acquiſitis &
conſuetudine ſola, qua ſocietas acquiſitorum indu-
citur, ea non haberet locum quoad acquiſita in patria
iuris ſcripti: ſed ſi pacto in contractu matrimonij ap-
poſito dimidia pars ad vxorem pertinere debet, vbi-
cumque ſint bona acquiſita, pactum ſortitur effe-
ctum. Sed quoad mobilia ſiue conſuetudine ſiue pa-
cto nitatur vxor in quacumque prouincia etiam iuris
ſcripti, ea lucratur, & ita iudicatum fuiſſe in Curia
Pariſien. 8. Martij 1561. & 6. Iulij 1585. & 27. Octobr.
1595. refert & ſequitur Charon. *aux Pandect. in Galli. lib. 2. cap. 5. des deſpendances du mariage fol.* 52. & in con-
ſuet. Pariſienſ. *tit. 3. art. 78. fol. 137. verſ. & reſpondeo lib. 5. cap.* 37.

Atque ex his conſtat dimidiam partem pecuniæ &
fructuum domi inuentorum pertinere ad d. Mariam
ex vi pacti matrimonij: ſed an & quoque alia dimidia
pars ad ipſam ſpectet ex vi donationis per d. Loze ei-
dem facta de anno 1605. & 20. Februarij ſumpta per
Magiſtrum Saluari quærendum eſt, & ſic quid appel-
latione mobilium in d. contractu donationis veniat
ſecluſo d. contractu matrimonij & nulla eius habita
ratione (quæ tamen habenda eſt, vt mox dicemus)
quæritur an ſcilicet ſolum ſupellex domus, an etiam
fructus collecti in domo inuenti, & pecunia, quæ ad
27 1260. vel circa aureos aſcendit, & quidem quoad fru-
ctus certum eſt eos comprehendi, ſi à ſolo ſeparati
ſint, quemadmodum ij de quibus agitur. *l. fina. §. ſed & diuus ff. de requiren. reis.* Specul. *tit. de fructi. & expen. n.*
5. Deci. *conſil. 471. n. 5. & conſil. 381. n.* 4. Chaſſan. *d. loco n.*
20. & in fortioribus terminis ita deciſum fuit in Rota
Auenion. *deciſ.* 14. propter dictiones *omnia & quæcum-que*, quæ in noſtro caſu adſunt.

28 Quoad verò pecuniam id quoque veriſſimum eſt
appellatione mobilium eam contineri, idque abſquè
dubio exiſtente dictione vniuerſali, *omnes*, idque in-
diſtinctè, ſiue vt præſidij cauſa, ſiue vt mutuo dare-
tur, ſiue vt aliàs impenderetur, repoſita ſit, Specula.
vbi ſupra Deci. *conſil. 381. num.* 4. fusè Menoch. *præſump. lib. 4. præſumpt. 138. num. 3. & ſeqq.* Sed quando mobilia 29
legata vel donata, ſunt reſtricta ad certum locum, vt
ſi donentur mobilia quæ domi erunt, quo modo do-
natio in caſu noſtro videtur reſtricta, tunc ſolet diſtin-
gui, quod ſcilicet aut præſidij cauſa ibi ſunt, & tunc
pecuniæ veniunt appellatione mobilium: an verò ani-
mo fænerandi vel ſimili modo impendendi, & tunc
non veniunt *l. ſi fundus l. ſi chorus §. 1. l. ſi ita legatum ff.*
de legat. 3. fusè Menoch. *d. præſumpt. 138. num.* 8. ſed an 30
præſumatur ibi eſſe præſidij cauſa, an verò animo fæ-
nerandi, vt Hierony. Gabriel. *conſil. 98. num. 27. & ſeqq.*
& Menoch. *d. loco num.* 12. aliis verò præſidij cauſa ibi
eſſe aſſerentibus, vt Zabarel. *conſil. 71 in fi.* Deci. *conſil. 472 num. 21. & ſeqq.* Pariſ. *conſ. 67. num. 11. 12. & 13. lib. 1.*
Curt. iun. *conſ.* 183. Afflict. *deciſ.* 106 & ibi Vrſil. quæ po-
ſterior ſententia abſque dubio eſt verior per text. *in l. qui filiam ff. de legat. 3. & l. prædia §. liberto. ff. de fundo inſtruct. cum §. liberto.* quantumcumque contrariæ ſen-
tentiæ aſſertores reſpondere nitantur, reſponſiones
tamen ſubſiſtere non poſſunt, vt ipſemet Gabriel. te-
ſtatur *d. loco n.* 32. ſed quidquid ſit in illa controuerſa 31
quæſtione ita generaliter propoſita, hoc certum eſt,
quod ſi ſint aliqua verba prægnantia legato vel dona-
tioni mobilium quantumuis certo loco reſtrictæ ad-
iecta, vt ea aliquid operentur, pecuniam appellatione
mobilium contineri, etſi non conſtet perpetui vſus
cauſa ibi eſſe, vt ſi omnia & quæcumque mobilia den-
tur, vt in noſtro caſu & diſertè docet Curt. iun. *conſil.*
183 & Afflict. *deciſ.* 106. & ibi de Vrſill.

Nec obſtat, ſi dicatur dictas pecunias deſtinatas
fuiſſe in ſolutionem prædiorum: nam præterquam
quod id ſufficienter probatum non credimus, cùm
prætenſa declaratio domini de Loze ſit ſuſpectiſſima
de falſo per rationes ſeparatim dandas, & nihil per te-
ſtes concludenter probatum credatur, nec iuramento
ſuppletorio poſſit eſſe locus, aut illius quatenus iam
præſtitum eſſet, vlla eſſet habenda ratio, quòd in hoc
caſu deficiant requiſita ad illud deferendum, de quib.
Minſyng. *obſeru. lib. 1 obſerua. 63.* poſito tamen legitimè 32
probatum fuiſſe, tamen propter dictiones *omnia & quæcumque* comprehenderentur ex Curt. iun. *conſ.* 183.
& Afflict. *d. deciſ.* 106. & ibi de Vrſill.

Non obſtat poſtremò, ſi dicatur, quoties conſuetu-
do eſt, vt appellatio mobilium non intelligatur de pe-
cunia, ſed de aliis mobilibus, eam non comprehendi,
Menoch. *de præſum. 138. n.* 14. Theſtau. *dec.* 160. vbi etiam
id habere locum contendit, etſi dictio vniuerſalis, *om-nia & quæcumque* adſit, eam verò conſuetudinem in
Gallia eſſe atteſtatur Oldr. *conſ.* 209. Ad hoc reſponde- 33
tur non conſtare de huiuſmodi conſuetudine, imò
contrarium verum eſſe, omnes enim Galli appellatio-
ne mobiliom omnia contineri, de quib. per DD. *in l. mouentium ff. de verb. ſignif.* præterea etiam nomina
contendunt, ſi tamen pro rebus mobilib. competant,
vt Maſuer. *d. tit. de Socie. §. 3.* Bacquet *d. tract. c. 20. n.* 84.
Boeri. *d. q. 109. n. 4. circa fi.* Chaſtan. *in conſuet. Burgun. tit. des droicts & appartenan. a gens mariés §. 2. verſ. tous meubles num. 10. & ſeqq.* Chopin. *de morib. Pariſio. lib.* 1.
tit. 1. n. 10. & alij ſuprà citati, ſicut & in ſpecie Auenioni
appellationem mobilium non reſtringi ad ſupellecti-
lia conſtat ex *deciſ. 14. Ro. Auen.* ſed data conſuetud. de
qua Oldr. erroneè, propter verba geminata, *omnia & quæcumque*, idem aſſerendum eſſet ex Curt. iun. *conſil.*
183. & Afflict. *deciſ.* 106.

Digitized by Google

Et caſu quo aliquis ſcrupulus ſupereſſet, is tollere-
tur ex eo quod d. donatio fuit facta in augmentum &
amplificationem d. donationis in contractu matrimo-
nij contentæ, & ſic interpretationem ab ea ſumere de-
bet *l. aſſeueraſſe ff. de hæredi. inſti.* cum ſimilibus, & cùm
ſup. docuerimus ob conſuetudinem Pariſiis vigentem
appellatione mobilium contineri pecunias, ſequitur
idem & in hac ſtatuendam eſſe.

Quantum verò ad caput acquiſitionis immobilium
concernens, an ſcilicet non ſolum comprehendantur
ea quæ ex induſtria cõiugis, vel etiam ex donatione ab
extraneo facta, ſed etiam ea quæ ex donatione ab iis
quibus ab inteſt. ſucceſſurus erat, facta acquiſita ſunt.
Antiquitus ea erat recepta opinio, vt huiuſmodi dona-
tiones non comprehenderentur, nec nomine acquiſi-
torum venirent, ſed propria eſſent, vt docet Faber *in*
34 *proœmi. inſtit.* ſed præſentibus temporibus fuit reiecta
huiuſmodi opinio, & receptum, vt illa quoq; cõtine-
rentur, niſi donationes factæ fuiſſent ab aſcendentib.
per rectam lineam, vt patre, auo &c. Papon *libro 15. tit. 2.*
arreſt. 16. Valla *de variis iur. quæſt. fol. mihi* 173. Charon.
in conſuetu. Pariſi. art. 246. *fol. mihi* 81. *& lib. 2. Pandect. c.*
5. *fol.* 58. quod tamen in donatione tantum inter viuos,
non autem ſi per legatum, fideicommiſſum, vel dona-
tionem cauſa mortis aliquid relinquatur, Additio. ad
Papon. *ibid.* & Valla d. loco, vt ſcilicet tũc etiamſi eſſet
propinquus à latere, cui tamẽ omnino ſucceſſurus erat,
huiuſmodi relicta non comprehẽderentur, ſub nomi-
ne acquiſitorum, quo tamen etiam caſu contrariũ exi-
ſtimat, vt nimirum comprehẽdantur, & arreſtis ſupre-
mi Senatus Pariſien. ita definitum fuiſſe teſtatur Cha-
ron. *in conſue. Pariſien. d. art.* 246. *fol.* 81. *n. 2. part. & reſpon.*
35 *lib. 7. c.* 142. & hæc quidem ſi proponantur immobilia
ita legata. Nam ſi ageretur de mobilibus etſi ex teſta-
mento per legatum vel aliàs is conſequeretur, qui erat
aliàs ſucceſſurus ab inteſt. ea abſque dubio veniunt in
communionẽ, & ex pacto lucrandi omnia vel partem
mobilium ſuperſtes ea lucratur, Additio. ad Papon.
d. arreſt. 16. Charon. *in conſuet. Pariſ. art.* 220. *fol.* 57.

Quibus ſtantib. ſi bona per N. Hieronymum Loze
d. Petro per donationem inter viuos, vel ſecundum
Charon. per legatum vel fideicõmiſſum aut donatio-
nem cauſa mortis obueniſſẽt, ea nomine acquiſitorum
comprehenderẽtur, & dimidia pars ad d. Mariam ſpe-
ctaret, quo caſu nõ obſtaret d. declaratio de anno 1609.
tanquã erroneè facta & in præiudicium d. Mariæ quod
non licuit, vt ſuprà dictum fuit ex Charon. *in conſuet.*
Pariſien. art. 221. *fol.* 62. & Robert. *rer. iudica. lib. 4. c.* 4.
ſed quia per hæredis inſtitutionem obuenerunt, qua
loco ſucceſſionis ab inteſt. ſucceſſit, non exiſtimo no-
mine acquiſitorum comprehendi, ideóque integra ad
hæredes d. Petri pertinere. Inde aliud ſuccedit du-
bium, an valor bonorum d. Hieronymi alienatorum
ſit refundendus ex bonis per d. Petrum aliunde acqui-
ſitis, & ex iis pro rata alienatorum ſubſtituenda ſunt,
vt maneant propria hæredibus, nec eorum dimidiam
36 partem d. Maria prætendere poſſit. Et quidem ſi eſſe-
mus in terminis puræ conſuetudinis, abſque dubio vi-
deretur huiuſmodi compenſam eſſe faciendã ex Ioan.
Chenu ad Papon *lib. 15. tit. 2. arreſt.* 22. Charon. *in con-*
ſuet. Pariſien. art. 283. *fol.* 71. *2. pars.* ſed quia ex vi pacti
d. Maria partem immobilium prædictorum lucratur,
ſuccedit doctrina, qua dicitur, ſi aliquod prędium pro-
prium ante matrimonium acquiſitum, abſque prote-
ſtatione, quod vult pretium in aliud prędium conuer-
tere, venditum eſt, & cum ad aliud emit, non facit de-
clarationem id eſſe ex d. pretio & ſe eo pacto eme-
re, vt id prædium ſit proprium, cenſeri commune, ſe-
cus ſi huiuſmodi proteſtatio declaratióq; interueue-
rit, Duret *ès alliances des loix Romaines* §. 239. Chopin.
in conſuet. Andegauen. lib. 3. tit. 2. n. 14. quemadmodum
ſuprà dictum fuit, cùm quis ex vi conſuetudinis lucra-
tus mobilia, teneri ad debita, ſecus ſi ex pacto.

Adeſt & quoque aliud caput circa quod ius d. Ma-
riæ faciendum eſt, nimirum vt veſtes lugubres ei ſol-
uantur, quæ ex conſuetudine generali, & nominatim 37
in hac patria obſeruata, viduæ debentur, Capici *d. conſ.*
26. Surd. *de alimen. tit. 4. q. 2. n. 3. & ſeqq.* & quam con-
ſuetudinem non tenetur probare d. Maria, ſed incum-
bit hæredibus d. Petri onus probandi conſuetudinem
contrariam, Alex. *in l. ſi ex re §. ſi. ad ff. de ſtipula. ſeruo.*
Maſcar. *concl.* 423. *n.* 37. necnon & alimenta integri anni 38
luctus, deductis quæ accepit, ei etiam ſi extra domum
hæredis degiſſet præſtanda ſunt, Capic. *dec. 24. n.* 8.

Atque hæc quidem ſunt quæ iura d. Mariæ compe-
tentia reſpiciunt. Sed paucis animaduertenda ſunt, quę par-
te N. Catherinæ Aſtoaudæ matris d. Petri petuntur.
Primum quidem mobilia in teſtamento d. Guillelmi
mariti ſui & patris dicti Petri ſibi relicta, & ducenta
ſcuta in contractu eius matrimonij in augmentum do-
tis ei donata. Alterum quæ legitima in bonis d. Petri
ſit d. Aſtoaudæ adiudicanda.

Quoad primum reſpondetur & mobilia & augmen-
tum præſuml nedum d. Aſtoaudæ ſoluta, ſed etiam
ipſammet ſibi ipſi ea ſoluiſſe, idque ex variis coniectu- 39
ris incurrentibus ſcilicet prima ex diuturnitate tempo-
ris cum taciturnitate 40. & vltra annorum, quod d. ma-
ter non petiit, Afflict. *deciſ. 13. n. 2. cum ſeqq.* Bero, *conſil.*
19. *num. 9. lib.* 3. Menoch. *præſumpt. lib. 3. præſumpt.* 135. *n.*
3. *cum ſeqq.* Maſcard. *concluſ.* 1319. *num.* 27. Secunda quia
d. mater bona d. Petri tanquam tutrix adminiſtrauit &
quittantiam adminiſtrationis ampliſſimam ſibi fieri
curauit, nulla eius crediti mentione facta, quo caſu
ſibi ipſi ſoluiſſe præſumitur, Afflict. *d. deciſ.* 13. Menoch.
d. præſumpt. 135. *num.* 12. & 13. Tertia, quia d. domina
Aſtoauda quandiu filius vixit ſemper tacuit, Menoch.
d. loco num. 19. Poſtrema quia d. domina quædam ſuo
nomine acquiſiuit, quæ non niſi ex iis quæ ipſa ſibi
ſolui facere potuit, cùm non conſtet, & verum ſit,
eam nihil aliunde habuiſſe.

Quoad legitimam verò in bonis, de quibus Petrus
diſponere potuit, eam d. dominæ Aſtoaudæ compe-
tere non negatur, ſed quanta ſit, quæritur, an ſcilicet
tertia totius hæreditatis, an verò ſolum tertia eius par-
tis quam habitura eſſet ab inteſtat. quæ quæſtio ad-
modum eſt controuerſa inter Butrigar. & Bart. illo ter-
tiam totius, hoc tertiam eius partis quam habitura eſ-
ſet ab inteſtat. exiſtimantibus. Sed certè opinio Bart. 40
verior eſt, vt fatetur Graſſ. *in §. legitima quæſt. 8. in fin.*
& paſſim ſecundùm eam in Senatu Neapolitano iu-
dicatum refert Vincen. de Franc. *deciſ.* 63. cum addi-
tio. & aliàs in Senatu Pedemontano iudicatum refert
Theſſau. *deciſ.* 72. *num. 4. in fin.* quamuis poſtea dictus
Senatus diſtinxerit multos caſus, vt per eundem Theſ-
ſau. & ad ſummum debet eſſe tertia ſemiſſis, & ſic
ſexta totius, cùm dicta Richarda ſoror dicti Petri põ-
natur hæres inſtituta ſecundùm ſententiam eiuſdem
Theſſau. *in fin. verſ. quartus caſus.* Etſi dicat maiorem
partem doctorum in contrarium inclinaſſe, & cùm
opinio Bartol. tot eóſque grauiſſimos habeat defen-
ſores, dicatúrque communis à pleriſque, quamuis for-
ſan alia Butrigarij opinio eſſet receptior, hæc tamen
tanquàm verior ſequenda eſt: certiſſimum enim eſt
in iure legitimam antiquitus non fuiſſe niſi quartam
eius partis quam quis habiturus eſſet ab inteſtato, vt
docet idem de Franch. *deciſ.* 63. nunc igitur tertia ad
quam eſt aucta, debet eſſe eiuſdem naturæ & quali-
tatis.

ARGV-

ARGUMENTUM.

Clericum percutiens quam pœnam incurrat,& an fiat irregularis.

SUMMARIUM.

1 *Teſtimonium vnius non probat.*
2 *Teſti alias inimico non creditur.*
3 *Allegans reconciliationem eam probare tenetur.*
4 *Remiſſio iniuriæ operatur ne agatur criminaliter ad pœnã.*
5 *Pœna iniuriæ eſt arbitraria.*
6 *Percutiens Clericum non fit irregularis, ſed ſolùm incidit in excommunicationem.*
7 *Irregularis non priuatur beneficio ipſo iure.*
8 *Percutiens Clericum regulariter à ſummo Pontifice abſolui debet, ſi tamen percuſſio non ſit notoria vel enormis, Epiſcopus diſpenſare poteſt.*

CONSILIUM LXXVIII.

MULTIS in cauſa criminali ad inſtantiam Do-
mini Ludouici Seinar , necnon Procuratoris
fiſci Epiſcopatus Auraicen.cõtra Reuer.Ioan-
nem Bouerium Canonicum Eccleſiæ Cathedralis Au-
raicen.& Priorem ſancti Geneſij mora concurrẽtibus,
videtur d.Dominũ Bouerium relaxandum ad ſummũ
ei ſalutari pœnitẽtia impoſita Primò,quia etſi tres ſint
contra ipſum examinati , duo tamen tantùm deponũt
de alapa vel pugno dato in facie & calce in femore,ſi-
ne tamen aliqua ſanguinis effuſione,vt deponunt, nec
tamen ipſi cõformes ſunt , nam Andreas Magiſter Cu-
ratus d.Eccleſię de pugno vel alapa tantũ:D.verò Gof-
fridus Caſau,de calce, quòdq; portauerit manũ ad fa-
ciem tantũ, non autem quòd alapã dederit vel pugno
percuſſerit,deponũt,ita quod verè vnicus ſit tantũ te-
ſtis vel pro pugno vel pro calce, teſtimoniũ verò vnius
eſt nullum,*l.iuriſiurandi C.de teſtibus.* Secundò,quia d.
1 duo teſtes, ſc. Magiſter & Caſau, non ſunt omni exce-
ptione maiores:d.enim Magiſter fatetur ſe aliàs rixam
habuiſſe , & eos fuiſſe etiã inimicos aliquomodo con-
ſtat ex actis;& quãuis diceremus reconciliationẽ taci-
tam præſumi,manẽt tamen veſtigia antiquæ inimici-
tiæ , vt ei fides non ſit adhibenda , *l.in ipſis* , & ibi
2 Bald.*l.famil.erciſcund.* Accurſ.Alex.& Salicet.*in l.3. C.
de teſtibus*,cùm tamen verius ſit reconciliationem non
præſumi , & ſemel inimicum præſumi ſemper durare
3 inimicum, ideò allegans reconciliationẽ eam probare
tenetur,*d.l.in ipſis*, & ibi Bald.*C.famil.erciſc.* Farin. *de
teſtibus q.53.nu.62.* Adde quod d.Caſau eſt inhabilis ad
deponendum , tum quòd ex actis conſtat duello pro-
uocaſſe quemdam Cherubin,& ſic infamem eſſe infa-
mia iuris & facti,ideóq; incapacẽ teſtimoniũ ferendi;
tum quòd plenè probatũ eſt eum luſoriis foliis luſiſſe
contra inhibitiones ſibi à Reu.Epiſcopo Auraicen. fa-
ctas. Tertiò,quia rixa ex iuſta cauſa, quã habuit d. Bo-
uerius originẽ ſumpſit,ne ſc.confeſſiones,quæ fiebant
retro altare,vbi ſit ſacriſtia,turbarentur aut impedirẽ-
tur. Quarto caſu,quo d.Bouerius d.alapã vel calcẽ de-
derit iuſto dolore prouocatus fuit ob mentitam ſibi à
d. Seinar ſæpius datam & repetitã , vt d.Magiſter de-
ponit. Quintò,quia hæc omnia non cõſulto,ſed caſu &
in calore iracundiæ proceſſerunt. Sextò , probitas &
vita irreprehenſibilis d. Bouerij,quæ omnẽ malã men-
tem & conſilium nocendi excludit. Septimò,ætas iam
ſenilis,ſc.60.annorũ d.Bouerij, quódq; per 36.annos in
Canonicatu & Prioratu , quem habet ſancti Geneſij,
laudabiliter ſe geſſit .Poſtremò,quia adeſt renunciatio
partis ciuilis ex quo reſultat.

Secũda ratio principalis , qua relaxandus ſit,impo-
ſita ad ſummũ pœnitentia ſalutari,quia remiſſio iniu-
riæ operatur effectũ ſuũ quoad ius agendi criminaliter 4
ad pœnam,Farin.*de var. & diuerſ.criminib.q.105.n.365.*
poſt multos quos refert & ſequitur.

Tertia,quia pœna iniuriæ eſt arbitraria iudici,inſpe-
cta facti & perſonarũ qualitate.*tex.in §.in ſumma inſt. 5
de iniur.* Clar.*in §.iniuria n.7.* Non videtur autem hoc
caſu aliter iudicẽ arbitrari debere,attentis ſup. propo-
ſitis,nec nõ humilitate d.Bouerij,qui ſtatim ad d.Reu.
Epiſc.adiit,& quæ geſſerat,cõfeſſus fuit,abſolutionẽq;
petiit & obtinuit in foro cõſcientiæ, & quamuis obtẽ-
ta d.abſolutione potuerit Miſſam celebrare, eadem ta-
men humilitate motus, hucuſq; ſe abſtinuit : his adde
ex eo quod per menſem vel circa arreſtatus dumus re-
nuit.

Quoad ſecũdum, quo quæritur,an poſito , quòd d.
alapa vel calx legitimè probaretur , d.Bouerius amiſe- 6
rit beneficiũ,& poſtquã d.abſolutionem obtinuit,poſ-
ſit celebrare Miſſam: reſpondetur, quòd percutiendo
Clericũ quis nõ fit irregularis, ſed ſolùm incidit in ex-
communicationẽ, etſi ante abſolutionẽ obtentam ce-
lebraret,fieret irregularis,nõ antea,nam per *Can. ſi quis
ſuadente diabolo 17.q.4.* ſolùm excõmunicatio nõ irre-
gularitas incurritur,& cũ d.Bouerius, nec ante abſolu-
tionẽ,nec poſt hucuſque celebrauerit,non poteſt dici
incidiſſe in excõmunicationem. Plus dico,quod quã-
uis ex aliqua legitima cauſa irregularitatẽ contraxiſſet,
non eſſet priuatus ipſo iure beneficio iam quæſito , il-
lúdq; retinere poſſet antequam priuaretur per ſenten-
tiam,Rebuff *de pacific.poſſeſſor.n.180.alias 226.* Nauar. 7
in manual.c.17.n.151.alias 249. fusè Nicol. Garc.*tract.de
benef.par.11.c.10.n.47.* Hoc verò caſu tale delictum non
fuit cõmiſſum ex quo veniret priuãdus beneficio,quin
potius ex ſup.narratis ab impetitis relaxandus, & fiſco
ſilentium imponendum.

Quoad diſpenſationẽ,regulariter quidẽ excõmuni- 8
catus ex vi *d.Can. ſi quis ſuadente diabolo*, nõ poteſt abſol-
ui niſi à ſummo Põtifice, Clar.*§.fi.q.77.n.2.* ſed quan-
do percuſſio non eſt notoria vel enormis, vt hoc caſu,
Epiſc.poteſt abſoluere.*c.peruenit ext.de ſentent. excom-
municatio.* Suares *tom.4.diſp.22.ſect.1.n.88.* Toler.*in in-
ſtructor.ſacerdot.lib.1.c.32.* Caietan. *in ſumma verb. ex-
communicatio cap.10.§.demum circa calcem*, Syluęſter *in
verb.abſolutio 4.* Nauar.*in manua.c.27.n.91.*

ARGUMENTUM.

PATRE & matre donantibus filio nubenti medietatem bonorum ſuorum , ſaluis & reſeruatis d.patri & matri & eorũ ſingulis reſpectiuè fructib.&c.an mortuo vno ex ipſis fructus medietatis illius conſiderentur cũ proprietate non expectata morte alterius.

An filius,cui pater donauit medietatem bonorum liberam ab omnibus debitis & legitimis,legitimam ſuper medietate non donata petere poſſit.

An filius legitimam & falcidiam ſimul detrahere poſſit.

An pecuniæ & debita ad matrem pertinentia ſuper medietate donata peti poſſint. Fructus & pecora in domib.& baſtidis vxoris exiſtentia de tempore matrimonij,an ab ea repeti poſſint.

Confeſſio dotis receptæ,an valeat.

Donatio non acceptata ante mortem donantis,nec inſinuata etiam poſt mortem,an valeat.

An acquiſita per vxorem conſtante matrimonio,ad ipſam ſpectent.

An præſcriptio currat contra vxorem pendente matrimonio.

Si pater & filius ſimul dotē receperint, an ad patrem ſolum pecunia perueniſſe præſumatur.

SVMMARIVM.

1 *Dictio* reſpectiuè *reſtringit diſpoſitionem, & idem operatur quod clauſula* ſingula ſingulis.
2 *Dictio* libera vel liberè *facit ceſſare collationem, & idem operatur, ac ſi dictum eſſet, ſine onere.*
3 *Collatio ceſſat ex coniecturis.*
4 *Quod dicitur in collatione, habet locum in imputatione.*
5 *Bona dicuntur deducto ære alieno.*
6 *Donatio contemplatione matrimonij per patrem filio facta, nec imputatur, nec confertur.*
7 *An filius legitimam & falcidiam detrahere poßit, controuerſa eſt quaeſtio. Sed quando legata ſunt pura, alterutra contentus eſſe debet.*
8 *Hæres cum beneficio legis poteſt ſibi ſoluere, & vocato fideicommiſſario de bonis hæreditariis ſibi adiudicari facere.*
9 *Animalia & mobilia vxori pereunt, niſi per maritum vendita & pretium per ipſum receptum ſit, fructus vero licet conſumpti repeti poſſunt.*
10 *Cōfeßio dotis receptæ morte cōfirmatur, & valet in vim legati.*
11 *Donatio inter virum & vxorem corruit in totum.*
12 *Acquiſita per vxorem pendente matrimonio ipſius ſunt, quoad proprietatem, ſed pretium hæredibus mariti reſtitui debet.*
13 *Præſcriptio non currit contra vxorem pendente matrimonio.*
14 *Dos per patrem & filium ſimul recepta ad patrem perueniſſe, cenſetur ſi ſolus adminiſtrauerit.*

CONSILIVM LXXIX.

DVm conueniemus, vt decidātur & finiantur controuerſiæ inter nobilem Ioſephum de Bonnas D. de Concoules, & Domicellam Lionardam de Vendiol, dominam de Chauſſy eius matrem, de multis agetur.

Primò, cùm in contractu matrimonij eiuſdem Domini de Concoules, inter ipſum & Domicellā Elizabeth de Fortias initi Ludouicus pater d. Ioſephi, necnon d. Lionarda donauerint medietatē omniū & ſingulorū bonorum ſuorū ad ipſorum ſingulos reſpectiuè pertinentiū, ſaluis & reſeruatis dictis patri & matri, & eorum ſingulis reſpectiuè fructibus & vſufructibus, vſibus & commoditatibus d. bonorū donatorū quandiu manſerint in humanis, qui fructus poſt eorum deceſſum erunt conſolidati cū proprietate in cōmodum d. Ioſephi, dictuſq; Ludouicus pater deceſſerit, relicta hærede d. Lionarda vxore, an fructus medietatis bonorū patris ſpectent ad d. Ioſephū à die mortis ipſius, an verò d. Lionarda ſoluendo penſionem, quæ per d. contractum, durante reſeruatione vſusfructus promiſſa erat, poſſit continuare perceptionem dictorum fructuum, eius vita durante.

Dubium facit, quia in d. pacto cauetur dictos fructus conſolidandos cum proprietate poſt ipſorum, ſc. patris & matris, mortem in his verbis, *ſauf & reſerué auſdicts pere & mere & à chaſcun d'eux reſpectiuement les fruicts & vſufruicts, vſages & cōmoditez deſdits biens donnez tant qu'ils viuront entre les humains, leſquels apres leur decez demeureront conſolidez auec la proprieté au profit de leurdit fils*, nihilominus reſpondetur, reſeruationem fructuum medietatis bonorum paternorum à die mortis ceſſaſſe, & eos cum proprietate conſolidatos; ea enim reſeruatio fuit facta dictis patri &
1 matri & ſingulis eorum reſpectiuè, ideòq; vno ex illis decadente d. reſeruatio fructuū ceſſat & finitur: dictio enim *reſpectiuè* reſtringit diſpoſitionē & verba diſpoſitionis, Gozadin. *conſ. 58. n. 21.* & eſt eiuſdem virtutis ac clauſula *ſingula ſingulis*, Bertazzol. *in eiuſd. lib. conſult. 35. nu. 35.* & verba *poſt eorum mortem*, in eadē oratione ſucceſſiuè appoſita recipiunt interpretationē à præcedentibus, & à d. clauſula *reſpectiuè*, præſertim quòd finis orationis, & periodi vbi ſunt ea verba *apres leur decez*, nō eſt niſi explicatio & effectus præcedentiſi, in quib. reſeruati ſunt fructus reſpectiuè vita eorū durāte: ex eo enim quòd reſeruatio fuit facta reſpectiuè vita durante, ſequitur neceſſariò quòd poſt mortem fructus ſint conſolidati cum proprietate: & ex eo quòd reſeruatio eſt facta reſpectiuè vita durāte tantū, ita quoq; cōſolidatio reſpectiuè eſt facta, poſt ſc. ſingulorum mortē. Idq; hoc caſu eò maximè ſtatuendū eſt, quia nedū adeſt dictio *reſpectiuè*, ſed *ſingulis eorum*, *à chaſcun d'eux*, quæ importat, ac ſi relata eſſent nominatim expreſſa & ſpecificata, Bertazzol. *d. conſ. 85. nu. 35.* Paris. *conſ. 97. n. 92. lib. 1.* idq; verum eſſe manifeſtè patet, quòd d. domicella aut prætendit ex ſua perſona ſe debere habere fructus medietatis, aut tanquā hæres d. Ludouici: ex ſua perſona non poteſt, quia d. Ludouicus ſibi non vxori fructus reſeruauit: tanquam hæres etiam non poteſt, quia non reſeruauit niſi vita durāte; & verba, quibus hoc dixit, cùm ſint clara, & patris voluntas clarè expreſſa, non eſt exiſtimandum in eadem oratione per verba ſubſequentia, quæ in executionē primorum appoſita ſunt, voluiſſe à primis diſcedere & ſe retractare, & contrarium eius quod dixerat, ſtatuere; vt neceſſariò concludendum ſit, vt poſt ſingulorum mortē ceſſet reſeruatio fructuum medietatis per ſe donatorum.

Secundò, cùm d. Ludouicus pater d. medietatē donauerit francam & liberā ab omnibus debitis & legitimis, his verbis, *ſçauoir la moitié donnée par ledit pere franche & quitte à ſondit fils de tous debtes & legitimes*, quæritur, an de medietate non donata d. Ioſephus legitimam petere poßit, quæ habita ratione ad vniuerſa bona d. Ludouici, & ſic d. medietate donata non detracta ſtatuenda eſſet. Reſpōdetur petere poſſe, quia verba illa *franche & quitte*, faciūt ceſſare collationē, Socin. 2
conſ. 127. n. 14. verſ. præterea multa, Surd. *conſ. 143. nu. 24.* & dictio *libera* vel *liberè*, idem importat, ac ſi dictum eſſet, ſine onere, Surd. *d. nu. 24.* poſt Oldr. *conſ. 234. n. 2.* & Crauet. *conſ. 123. n. 6.* collatio enim ceſſat ex coniecturis, 3
Surd. *d. conſ. 143. n. 18. & ſeqq. & conſ. 361. nu. 33.* vbi communē *lib. 3.* nam etiam illud, quod ex mente colligitur dicitur expreſſum *l. prætor in princ.* & ibi Bart. & alij *ff. de noui oper. nunciat.* Socin. *d. conſ. 127. n. 14. in princ.* at verò quod dicitur de collatione, obtinet in imputatione, 4
Surd. *d. conſ. 143. n. 18.* & Bertran. *cōſ. 216. n. 3. li. 2. poſterior.*

Quod eò maximè hoc caſu procedit, quo nedū illa verba *franche & quitte, libera & ſine onere*, adſunt, ſed expreſſè adiicitur *de tous debtes & legitimes*, quæ verba eſſent ſuperflua, & nihil operarētur, ſi donatio eſſet imputanda in legitimam, & legitima præter bona donata peti nō poſſet; nam in donatione ſimpliciter medietatis omnium bonorum legitimæ aliorum filiorum excluduntur, vt neceſſariò ſequatur, ad hoc vt illa verba aliquid operentur, dictionem *& legitimes*, de legitima donatarij intelligendā, vt ſc. non comprehēdatur in medietate donata, & ea nō imputetur in legitimam. Confirmatur hæc, quia quemadmodum fecit mentionem de debitis, vt ſcilicet non comprehenderentur in medietate donata, quia ſcilicet, niſi hoc dictum fuiſſet comprehenderentur, bona enim dicuntur deducto ære alieno, *l. ſubſignatum §. bona ff. de verborum ſignificat.* ita quoque faciendo mentionem de legitima 5
de ea intellexit, quæ comprehenderetur, niſi dictum fuiſſet: dictio enim *&*, quæ copulat debita & legitimas, debet vniformiter ea determinare ad *not. in l. iam hoc iure ff. de ſeruit. & aqua*, at verò niſi dictum fuiſſet, legitima tantum d. Ioſephi, & non aliorum cōprehēderetur, ergo de illa intellexit, & fecit exceptionem.

nẽ, quæ dicuntur præſuppoſito quod huiuſmodi do-
natio, ſi nihil adiectum fuiſſet, deberet imputari, quod
tamen admodum controuerſum eſt: & cùm quæritur,
an donatio à patre filio contẽplatione matrimonij fa-
6 cta, vel cõferatur, vel imputetur: multi grauiſſimi DD.
exiſtimarũt huiuſmodi donationẽ neq; cõferẽdã, neq;
imputandam, Oldr. *cõſ.* 5. Craue. *conſ.* 85. *& conſ.* 114. *nu.*
17 Roder. Suar. *in l. quoniam in prioribus, declaratio leg. ñ*
num. 10. *Cod. de inoff. teſtam.* Oſaſc. *conſ.* 62. Surd. *conſ.* 148.
Facbin. *lib.* 5. *c.* 82. Burſat. *conſ.* 189. *n.* 10. *lib.* 2. huiuſmodi
enim donatio in contractu matrimonij facta valet, etiã
ſecluſo iuramento, cuius in Gallia non habetur ratio,
Guid. Pap. *q.* 145. ne quis forſan diceret huiuſmodi do-
nationem, nonniſi morte patris confirmari, *l. donatio-*
nes quas parentes C. de donation. inter vir. & vxor. ideoq;
neque conferendam, neque imputandam, ſed ego ſu-
prà reſpondi, præſuppoſito, quòd donatio huiuſmodi
de ſui natura eſſet conferenda: nam in hoc caſu pro-
pter illa verba *franche & quitte de tous debtes & legitimes*
non debet imputari.

Tertio præſuppoſito, quòd hæreditas d. Ludonici
ſit exhauſta legatis, & ſic detractioni quartæ falcidiæ
locus, an poſt mortẽ d. domicellæ cũ d. Ioſepho reſti-
tuetur hæreditas, ex vi fideicõmiſſi in teſtamento pa-
terno appoſiti, poſſit d. falcidiam detrahere, cùm iam
& ſuprà poſitis legitimã habuerit? Reſolutio pẽdet ex
illa quæſtione, an quemadmodum filius primi gradus
poteſt detrahere legitimam & Trebellianicam, poſſit
7 quoq; Falcidiã. & quidem Socin. iun. *conſ.* 136. *n.* 16. *lib.* 1.
putat legitimam & falcidiam ſimul detrahi non poſſe,
ſed contrariã opinionẽ, quòd imò vtraque ſimul de-
trahatur, cõmunem & veriorẽ teſtatur Hieron. Gabriel.
conſ. 16. *n.* 29. *&* 30. *lib.* 1. Mantic. verò *de coniect. vlt. volũt.*
lib. 9. *tit.* 14. *n.* 26. *in additioni.* rationes hinc inde profert,
ſed tandẽ reſidet in affirmatiua vt poſſit: ſed hîc cõſi-
dero legata, de quibus agitur, non eſſe in diem, nec ſub
conditione, ſed pura, & quãuis dict. Ioſephus non niſi
poſt mortẽ matris huiuſmodi detractionẽ facere poſ-
ſit, hoc non venit ex natura legatorũ, ſed quia mater
ante ipſum inſtituta erat, & non niſi poſt mortẽ ipſius
in vim fideicommiſſi reſtitutionem hæreditatis petere
poſſit, ideoq; perinde habẽdus eſt, ac ſi eſſet primus
hæres; at verò eo caſu vtramque detrahere non poteſt,
quia nec Trebellianica ſimul cũ legitima, cũ fideicõ-
miſſum eſt purũ, detrahi poteſt, Bart. & alij *in l. Papinia-*
nus §. meminiſſ. ff. de inoff. teſtam. Mantic *d. n.* 26. ita vt e-
xiſtimẽ vna ex dictis quartis contentũ eſſe debere: in e-
lectione autẽ ipſius, ex omnium DD. ſententia eſſe po-
ſitũ quã ex his habere velit: & quamuis in caſu, in quo
verſamur, falcidia ſit maior legitima, quæ, attento nu-
mero triũ liberorũ, eſt nona pars omniũ bonorum, fal-
cidia verò eſſet ſexta, cũ ſit quarta reſtantiũ bonorum
detractis legitimis, ideoq; deductis quatuor vnciis de
duodecim pro legitimis, ex octo reſtãtibus duæ eſſent
pro quarta, quæ propterea eſſet ſexta totius, nihilomi-
nus exiſtimarem, cõſultius eſſe legitimam ex nunc pe-
tere propter fructus, quos à die mortis patris duran-
te vita matris percipiet.

Quartò, an pecuniæ & debita ad vxorẽ pertinentia,
ſi quæ forſan recepit, poſſint per d. Lionardã peti, etiã
ſuper medietate donata. Reſpondetur clarũ eſſe non
poſſe, & in hoc me ſubſcribo ſentẽtiæ eorum qui ante
me ſcripſerunt: clauſula enim *ſine onere*, hoc importat,
Bertazzol. *d. conſ.* 83. *nu.* 35. ſed non exiſtimo verũ quod
aiunt, nõ poſſe d. Lionardam ſuper parte hæreditatis a-
pud ipſam remanente dictas pecunias petere, niſi reſti-
8 tueret hæreditatem filio eius vita durante: verius enim
eſt hæredem cum beneficio legis & inuẽtarij poſſe ſibi
ſoluere, & vocato fideicõmiſſario ex bonis hæredita-
riis, pro concurrente debiti quantitate ſibi adiudicari
facere, *l. cum hares, l. Lucius §. Titio. & §. filium ff. ad*
Trebell. l. 1. *&* 2. *C. eod. l.* 2. *§. cum quis de haredit. & action.*
vend. Peregr. *de fideicom. art.* 31. *n.* 1.

Quintò, an frumentũ & pecora ſeu animalia, quæ d.
Lionarda probauit fuiſſe in domib. & ruribus ſeu ba-
ſtidis ſuis de tempore matrimonij, poſſint ab ea peti
ſuper medietate reſtãte (aliã enim ſine onere debere 9
eſſe docuimus) non exiſtimo ſimpliciter reſpondendũ,
vt fecerunt primi conſultores, ſi cõſumpta ſint, ea non
poſſe petere, & ſibi perire, ſed diſtinguendũ, vt frumẽ-
tũ quidẽ, quia recipit functionẽ in genere ſuo, teneatur
reſtituere, *l. res in dotẽ data ff. de iure dot.* Greg. *in ſyntag.*
lib. 25. *c.* 5. *num.* 1. *&* 2. animalia verò, quæ non recipiunt
functionem in genere ſuo, quæque niſi probentur per
maritũ vendita & per eum pecuniã receptã, præſumũ-
tur naturaliter mortua, & ſic cõſumpta, ſicut & cætera
mobilia, ſi quæ ſint, ſi vſu detrita vel conſumpta ſint,
peti non poſſunt, & ſi quæ extãt adhuc, qualia ſunt, ſo-
lùm reſtitui debent *l. plerumque ff. de iure dot* Gregor. *d.*
c. 5. *nu.* 3. Chaſſan. *in conſuet. Burgund tit. des droicts ap-*
partenans à gens mariés rubr. 4. *§.* 2 *in verb. & acquets*
n. 18. *& §.* 24. *in verb. ſont heritages nu.* 8.

Sextò, ſi, cùm fideicommiſſum reſtituetur, d. Domi-
nus Ioſephus viderit hæreditatem, quæ in d. medieta-
te reſtante conſiſtit, legatis exhauſtam: quæritur quo-
modo ſe gerere debeat, & an falcidiã detrahere poſſit.
Reſpondetur, cum beneficio legis & inuentarij id fa-
cere debere, & in hoc me ſubſcribo ſentẽtiæ domino-
rũ conſulentiũ: etſi enim d. domicella Lionarda hæres
inſtituta hæreditatẽ adiuerit cum beneficio legis & in-
uentarij, & inuentariũ hæredis proſit fideicõmiſſario;
cõſultius tamen erit, ſi ipſe quoq; nouũ inuentariũ fe-
cerit, vt omnib. difficultatibus & diſputationibus oc-
curratur, falcidiam autẽ, ſi quidẽ legitimam nõ petie-
rit & habuerit, ſine dubio conſequetur, qua etiam in
re ſum eiuſdem ſententiæ.

Septimò, an recognitio ſeu cõfeſſio dotis receptæ de
ſumma mille ſcutorũ, non probato per vxorẽ, quòd re-
uera d. ſummã maritus receperit, valeat. Reſpondetur 10
nõ valere in vim donationis inter viuos: ſed cũ eã non
reuocauerit, & mortuus ſit abſq; mutatione volũtatis,
morte cõfirmatur & valet tanquã legatũ, *l. quod de ſua*,
& ibi *Gloſſ. fin.* & Bart. *C. de dote cauta & non numer.* idẽ
Bart. *in l. ſi diuortio facto n.* 3. *ff. de verb. oblig. & in l. Papi-*
nianus ff. de donat. int. vir. & vxor. Alex. *conſ.* 45. *n.* 8. *vol.* 1.
Clar. *in §. donatio q.* 7. *n.* 6. quo ſtante, & caſu quo falci-
diæ ſit locus, non petita ſc. legitima; d Ioſephus quartã
falcidiã de ea detrahere poterit; reliquũ verò de d. re-
ſtante, erit ſoluendum; nec medietas donata ad id vllo
modo erit affecta, tũ quod huiuſmodi cõfeſſio nõ va-
let, niſi in vim legati; tũ quòd d. medietas donata eſt li-
bera & franca ab omnib debitis, vt ſup. dictũ fuit; quo
caſu etiã ſi valuiſſet in vim donationis inter viuos, de
medietate ſolùm reſtante ſolutio fieri deberet, & hæc,
quidem ita ſimpliciter dicta vera ſunt, & hoc reſpectu
d. Domini conſulentis bene reſponderunt.

Sed vltra id inueſtigandũ eſt, an d. cõfeſſio fuerit in-
ſinuata, vt non inſinuatã eſſe omnino credibile eſt, cũ
non de donatione, ſed de confeſſione dotis receptæ a-
geretur: deficiente autẽ inſinuatione donationẽ omni-
no corruere reſpõdendũ eſt; nã quod dicitur, donatio-
nes inter virũ & vxorẽ factas morte cõfirmari, intelli-
gitur cum hac qualitate, ſi fuerint inſinuatæ, caſu quo
ſint talis ſummæ quæ requirat de iure inſinuationem.
Ita quod quãuis alioquin de iure cõmuni defectus in-
ſinuationis non annullat donationẽ, niſi quatenus ex-
cedit 500. aureos, qui de noſtris dicuntur valere ſeptin-
gẽtis, maneatq; valida intra illã ſummã, tamẽ donatio 11

inter virum & vxorem propter defectum inſinuationis omnino corruit propter duplex vitium concurrēs, ſc. quod ſit inter vir.& vxor.& quòd non ſit inſinuata, text.eſt in terminis *in l.donationes quas parentes, la grāde, C.de donat.inter vir.& vxor.* quam DD.ita communiter interpretantur, præſertim Socin. *in l. ſi inter in princ.ff.de reg.iur.& in l.1.col.24.verſ.prima concluſio ff.ſol.matrim.* Lup.*in c.per veſtras in rubr.in fin.§.82.* incipit, *vide alium caſum, ext.de donat.inter vir.& vxor.* Menoch.*de præſumpt.lib.3. præſumpt.12. n.40.* poſt multos, quos refert & ſequitur, omninò videndus.

Octauò, quid reſpōdendū ſit de domo per d.Ludouicū vxori donata, idem quod de proximè præcedenti quæſtione, vt ſcil. ſi donatio non ſit inſinuata, omninò corruat, quod ſi ſit, valeat in vim legati, de quo falcidia tempore reſtitutionis detrahi poterit, ſi legitimam filius non petierit, nec habuerit.

Nonò, an donatio per d.Ludouicū de iure legitimę ſibi cōpetente facta in fauorē D. de Bonnas ſui nepotis valeat. Reſp.non eſſe eiuſdē ſententiæ, cuius primi cōſultores, nullius ſc.eſſe momenti: tum non fuit acceptata ante mortē donantis contra formā ab ordinatione regia præſcriptam: tum quòd non fuit inſinuata, & quod plus eſt poſt mortē donātis quatuor & plures mēſes elapſi ſint, contra etiā ordinationem regiam, & ea quæ promulgata eſt de anno ...ad confirmationem & ampliationē priorum, ſublata eſt difficultas & diſputatio quæ fiebat an hæredes donātis ex defectu inſinuationis donationē impugnare poſſent, ordinatúmque poſſe: verūtamen, quia d.Lodouicus in ſuo teſtamento prædictā donationem cōfirmauit, valebit in vim legati, de quo Ioſephus Falcidiam, ſi legitimam nō habuerit, conſequi poterit, vt ſuprà dictum fuit de domo.

Decimò, an acquiſita per vxorē pendente matrimonio ad ipſam ſpectēt. Reſp.& per D.dominos cōſultores, proprietatē rerum per eam acquiſitarum ad ipſam quidē ſpectare, ſed pretiū hæredib. mariti teneri reſtituere, niſi probet aliunde quā à marito illud habuiſſe, quo non probato præſumptio iuris eſt, illud ex facultatib. mariti fuiſſe conflatū, fusè Menoc.*lib.3.præſump.51.* præſertim *n.42.& ſeqq.* nec huiuſmodi iuris præſumptionē d.Lionarda euitare poterit ex eo quòd ſit hęres patris, quia omnia bona ſua in dotem conſtituit.

Vndecimò quæretur, ſed nō recordor ad quod propoſitū, an contra vxorē, quæ omnia bona dedit in dotē durante matrimonio curiat præſcriptio. Reſp.nō currere, *l.in reb.§.vlt.ff.de iure dot.l.7.§.illud C.de præſcrip.30.vel 40 annorū l.2.C.de anna.exceptio.* Louët *lit.D.nu.20.& lit.I.n.1.& lit.P.n.1.* non valenti enim agere non currit præſcriptio *d.l.2.C.de anna.excep.* at verò conſtāte matrimonio exercitiū actionum pro rebus & iuribus dotalibus, nō ad vxorem, ſed ad maritum ſpectat, quippe qui dominium ciuile habeat *l. doce ancillam*, & ibi DD. *C.de rei vendicat.*

Poſtremò, ſi dicti Ludouicus & Ioſephus ſimul cōfeſſi fuerint ſe partem dotis recepiſſe, & quitantiam fecerint, an ad ſolum patrem pecunia perueniſſe præſumatur. Reſp.quòd cùm d.pater ſolus adminiſtraret, & controuerſia ſit inter ipſos ſeu eorum hæredes, ad patrem ſolum tota cenſetur perueniſſe, Menoc. *præſump.lib.3.præſump.14.per totum*, ſed in noſtro caſu res eſt extra difficultatem, quia, vt audio, in dicta quitantia nominatim aſſeritur ſolum patrem d. pecunias penes ſe retraxiſſe.

ARGUMENTUM.

Publicatio monitorij contra retinentes ſcripturas impediri nequit.

SVMMARIVM.

1 *Publicatio monitorij legitimè conceßi impediri nequit.*
2 *Nec obſtat litis pendentia.*
3 *Nec certitudo aduerſarij.*
4 *Nec concluſio in cauſa & publicatio teſtificationum, vbi agitur de eccleſia, & n.7.*
5 *Eccleſia reſtituitur contra eccleſiam & alias perſonas priuilegiatas quando certat de damno vitando.*
6 *Inſtrumenta produci poſſunt poſt didicita teſtificata.*

CONSILIVM LXXX.

NON obſtantibus articulis ex aduerſo productis, debet procedi ad publicationem monitorij, de quo agitur cum victoria expenſarum.

Etenim cùm d. monitorium fuerit obtētum pro editione ſcripturarū & inſtrumentorū pertinētium ad dictos RR.PP. tanquam Priores Prioratus de Grezo, & contra illa retinentes vel ſcientes apud quem repe-
1 riantur, certiſſimi iuris eſt præfatū monitorium fuiſſe cum legitima cauſa conceſſum, ac proinde publicationem illius nullo pacto impediri aut retardari poſſe,
2 Menoch.*de arbitr.iud.caſ.449.n.87.* Lazar.*in praxi can.ſect.1.q.17.n.1.2.6.& 9.* Nec quidquam facit litis pendentia ex aduerſo allegata, quia nihilominus d. literæ monitoriales potuerunt obtineri, quia etiam ſi in literis fuiſſet facta mentio d.litis pendētiæ, non eò minus fuiſſent conceſſæ, præſertim ad effectum habendi ſcri-
3 pturas & inſtrumenta, Marc. Antonin.*var.reſol.lib.1.reſol.vlt.caſu 36.* Lazar.*ſect.4.q.2.n.27.& ſeqq.*

Prout etiam non obeſt certitudo aduerſarij, quia nihilominus curſus monitorialium non venit ſuſpendendus, niſi probetur obtinentē monitorium habere intentionē fundatam per ſcriptoras teſtes aut alia documēta, Lazar.*d.q.2.nu 26.* Sed nec quoque tunc poteſt impediri monitorium pro habendis ſcripturis & documentis, vt hoc caſu.

Nec etiam illud, quod proponitur de cōcluſione in cauſa & de didicitis teſtificatis, quia licet poſt concluſionē in cauſa, & poſt didicita teſtificata poſſit impediri curſus monitorialiū ob timorē ſubornationis, ſola *in antiq.conſtitut.Sabaud.tit.vt nemo inuit.accuſ.gloſ.vn.n.9.* Coſta *de factis ſcient.com.2.diſtinct.55.n.9.* Lazar.*d.q.2.n.32.& ſect.1.q.18.n.11.* Nihilominus id non procedit, vbi agitur de eccleſiis & aliis perſonis priuilegiatis, quibus competit beneficium reſtitutionis, ita in puncto Lazar.*d.q.2.n.23.inſi.& d.q.18.n.11.in fin.* 4

Et ſic dato, & non conceſſo, quòd teſtificata eſſent didicita, oppoſitum non procederet cōtra dictos RR.PP. certantes de damno vitando, quo caſu eſſent reſtituendi etiā contra Eccleſiā & alios priuilegiatos, Farin. *de teſtib.q.75.n.466.& 469.* Franciſc. perſona *q.11.n.26.* implorando propterea, quatenus opus eſt, nomine dictorum Patrum præfatum beneficium reſtitutionis. 5

Præterea oppoſitio procedere poſſet, ſi ageretur de probationibus fiēdis per teſtes vigore dictarū monitorialiū, ſed agitur de edendis ſcripturis & inſtrumentis, quæ ſine ſcrupulo ſubornationis poſſunt produci poſt didicita teſtificata, Gail.*obſeruat.105.n.4.lib.1.* Mynſing.*centur.6.obſeruat.56.n.1.* Farinac.*d.q.75.n.164.* 6

Ad illud verò, quod poſt concluſum in cauſa nō poſſunt produci inſtrumenta, reſpondetur, quod ſi, quatenus adeſſet d.concluſio, quæ tamē reuera non adeſt ope reſtitutionis in integrum dicta inſtrumenta eſſent admittenda, cùm agatur de Eccleſia, Mynſing. *d.obſeruat.56.n.9.& 12.* Caocer.*de inſtrument.editio.n.10.* 7

Neque

Neque poſſunt dici dictæ literæ monitoriales diffamatoriæ, cùm illæ fuerint tantùm conceſſæ contra retinentes vel ſcientes apud quem ſint ſcripturæ & inſtrumenta pertinentia ad dictos RR. PP. vti priorea prænominatos, & ſic fuerunt obtentæ in caſu licito & de iure permiſſo, Lazar *d. ſect. 1. q. 17. n. 1. cum ſeqq.*

Circa verò exemptionem dicti monitorij poſtulatam patre R^mi. D. Epiſcopi Carpen. præfati RR. Patres illam minimè impediunt, ſi & quatenus de iure veniat ei concedenda.

Quamobrem, cùm conſtet d. articulos parte aduerſa productos non releuare, ob id petitur procedi illis non obſtantibus ad publicationem d. monitorij cum victoria expenſarum, ſuper quibus.

ARGUMENTUM.

AN pactum, quòd pater ſecundò nubens teneatur emere feudum relinquendum illi ex liberis primi vel ſecundi matrimonij, quem placuerit vxori ſuæ nominare, validum ſit, an inualidum per *l. hac edictali C. de ſecund. nupt.*

SUMMARIUM.

1 *Pater poteſt meliorare liberos ſecundi matrimonij in præiudicium liberorum primi, quod quomodo procedat* numer. 17.

2 *Licet in matre id poſſit eſſe controuerſum, non tamen in patre, contra* n. 18.

3 *Ceſſat ratio* l. hac edictali C. de ſecund. nupt. *vbi fauor & periculum eſt commune.*

4 Dicta l. *ceſſat quando ſecundò nubens donat coniugi cum onere rem donatam illico tertio reſtituendi, quod fallit ſi adſit fraus* n. 20.

5 *Nominatio non ſuccedit nominanti, ſed danti poteſtatem.*

6 *Inſpiciendum eſt tempus donationis in terminis* l. hac edictali *contra* n. 21.

7 *Renuncians, non auditur in terminis* d. l. *contrarium verius* num. 22.

8 *Pœna ſecundò nubentium ceſſant omnes, quando liberi primi matrimonij expreſſè vel tacitè conſenſerunt ſecundo, qui conſenſus quando interuenire debeat; declaratur* numero 23.

9 *Priuatio præſupponit habitum.*

10 *Contractus in parte approbari non poteſt.*

11 *Semel approbatum non poteſt improbari.*

12 *A fœminis ad maſculos non fit illatio, quod reijcitur* numero 25.

13 *Pactum & donatio in contractu matrimonij in fauorem liberorum ex eo naſciturorum, procurante patre vel matre binubis nullum eſt.*

14 *Quod fit in fraudem* l. hac edictali *nullum eſt ipſo iure.*

15 *Qua ratione prohibetur dari binubis, prohibetur & dari filiis ex illis ex pacto matrimoniali.*

16 *Fraus facilè præſumitur inter perſonas prohibitas.*

17 *Hæreditamentum Hiſpanorum quid ſit, & multa in eo ſingularia.*

19 *Nouerca inimica priuignorum.*

24 *Lucris competentibus ex* l. hac edictali *non cenſetur renunciatum, niſi adſit expreſſa renunciatio.*

26 *Quicquid adimitur ex* l. hac edictali, *applicatur filiis primi matrimonij.*

CONSILIUM LXXXI.

IN contractu matrimonij inter quondam nobilem Ioannem Andream de Lazaris & dominam Eliſabeth de ſancto Sixto de anno 1597. initi vltra quatuor mille ſcuta pro augmento, & quadringintas libras pro penſione, & habitationem domus competenter mobilibus ornatæ durante vita vel viduitate dictæ dominæ de ſancto Sixto, fuit de pacto conuentum & concordatum inter d. partes, quod dictus dominus de Lazaris teneretur & deberet emere, quemadmodum id facere promiſit, vnum feudum Baroniam ſeu Signoriam, quæ cum eius iuriſdictione & omnibus pertinentiis & depédentiis omne id quod eſſet in territorio dicti loci Signoriæ aut Baroniæ pertineret pleno iure ad eum de ſuis maſculis, tam de hoc matrimonio quàm ex primo iam natis, quem placeret dictæ dom. de ſancto Sixto nominare & eligere, dando dictus dominus de Lazaris, tenore dict. contractus dictæ dominæ de ſancto Sixto ſtipulanti omnem poteſtatem & authoritatem dictam electionem & nominationem faciendi quoties ei placuerit, & ſibi videbitur. Et cùm vnuſquiſque ex liberis ſecundi matrimonij tantum & plus habuerit in vim legatorum per dict. de Lazaris in ſuo teſtamento relictorum, quantum is ex liberis primi matrimonij, cui minus relictum vel donatum eſt, Domicelia ſcilicet Diana de Lazaris; quæritur, an huiuſmodi pactum validum ſit, & in vim illius dictæ dominæ de ſancto Sixto poſſit vel potuerit cogere nobiles Ioãnem, Matthæum, Ludouicum & Franciſcum liberos eiuſdem Ioannis Andreæ ex primo matrimonio, illiúſque hæredes ad emendum dict. feudum, eoque empto poſſit eligere & nominare Franciſcum iuniorem eius & d. Andreæ ex ſecundis nuptiis filium.

Quod validum ſit huiuſmodi pactum, dictáque de ſancto Sixto emptionem d. feudi proſequi, & ad illud dict. Franciſcum filium eius nominare poſſit, faciunt ſequentia.

Primò, quia pater poteſt meliorare liberos ſecundi matrimonij in præiudicium liberorum primi, Teſſau. *dec.* 170. *n.* 10. Crane. *conſ.* 40. *n.* 11. Surd. *conſ.* 255. *n.* 14. Teſſaur. iun. *in addit. ad d. dec.* 170. vbi infinitos allegat, & in terminis pacti matrimonialis & donationis in fauorem filiorum ſecundi matrimonij nondum naſciturorum, Surd. *d. conſ.* 255. *n.* 14 Cancer. *in* 1. *par. var. reſol. c.* 2. *de inuentar. n.* 197. *&* c. 15. *de renunciat. nu.* 364. qui hanc ſententiam Senatui Cathaloniæ placere, & ita ſentire teſtatur. 1

Secundò, quia nos verſamur in patre donante, non in matre, inter quos in hac materia magna eſt differétia, vt per Teſſaur. *d. dec.* 170. *n.* 13. ita quod etſi forſan receptus eſſet, matrem non poſſe meliorare filios ſecundi matrimonij, hoc non procedere deberet in patre, nec doctores de matre loquentes ad patrem extendi debent. 2

Tertiò, quia hoc pactum non eſt ſimpliciter in fauorem filiorum ſecundi matrimonij, ſed pro liberis maſculis, tam primi quàm ſecundi matrimonij, & ſic ceſſat ratio *l. hac edictali C. de ſecund. nuptiis*, quia fauor & periculum eſt commune, tam liberis primi quàm ſecundi matrimonij, *l. cùm ratio de bonis damnator. c. cum ceſſante de appellation.* Nec obſtat, ſi dicatur, hoc pactum ita conceptum in fraudem *d. l. edictali*, quia non debet dici in fraudem, quod licebat facere etiam frau- 3

de ceſſante, vt in his terminis Surd. *conſ.* 255. *nu.* 15. poſt Luccard. *in l.* 1. *nu.* 55. *C. qui admitti*, licebat autem patri extra tabulas matrimoniales filium ſecundi matrimonij meliorare, ſalua aliis legitima, vt ſuprà dictum fuit: & vbi poteſt cadere iſta conſideratio fraudis, & non fraudis, actus debet ſuſtineri, vt poſt Bald. *in c. cum eccleſiarum.* §. *de elect.* tradit Surd. in terminis noſtris *dict. num.* 15.

4 Quartò, quia *d. l. hac edictali*, non procedit quando coniux ſecundo nubens, donat aliquid ſecundo coniugi cum onere purè & illicò rem donatam cuidam tertio reſtituendi, Bertran. *d. l. hac edictali in princ. num.* 34. quod noſtro caſui omnino conuenit, quo d. de ſancto Sixto habet ſolùm nominationem & electionem,
5 ex qua nullum lucrum aut commodum acquirit, neq; enim nominatus ipſi, ſed patri nominationem concedenti ſuccedit ad not. *in l. vnum ex famil.* §. *ſi de falcid.* & §. *ſi duo*, & ibi gloſſ. *ff. de leg.* 2. fusè Craue. *conſ.* 144. *n.* 1. *& ſeqq.* actúſque ille nominationis, non ipſi vxori executrici, ſed marito mandanti & ordinanti, adſcribi debet ad not. *in c. cum aliquibus de reſcript.* & per Crauet. *d. conſ.* 44.

Quintò, his ceſſantibus, quæ tamen non ceſſant, & poſito quòd pactum illud eſſet nullum, non tamen procederet hoc caſu, quo (vt pro patre dict. de ſancto Sixto aſſeritur) non fuit per donationem plus relictũ quàm ei cui minus ex primo matrimonio, tempore ſcilicet donationis inſpecto: etſi forſan contrarium verum eſſet, conſiderato tempore mortis; & quod tẽpus donationis, non mortis reſpectu ad facultatem &
6 numerum filiorum inſpiciendum eſt, & iuxta illud computum faciendum, cùm non agitur de legatis, fideicommiſſis, aut donationibus reuocabilibus, ſed de irreuocabilibus, vt hoc caſu, atque ita diſtinguit Azo *in ſum. n.* 12. *C. de ſecund. nupt.* Accurſ. *in* §. *quia verò hactenus in authen. de nupt.* & Bart. ibidem & Craue. *conſ.* 40. *n.* 9. *verſ.* 10. Et cùm præſupponitur tempore donationis bona valuiſſe 100000. ſcuta, & cùm minus relictum intelligatur vſque ad legitimam, Pute. *dec.* 14. *lib.* 2. ſequitur in hoc caſu legitimam fore 10000. ſcutorum, quæ ſumma excedit valorem dicti feudi donati.

Sextò, poſito, quòd tempus mortis conſideraretur,
5 non eſt probatum d. feudum maius eſſe, quàm id cui minus relictum, nec poteſt dici probatum ex eo quod Domicella Diana vna ex liberis primi matrimonij ha-
7 buerit tantùm 3000. ſcuta, quia ſcilicet renuntiauit, quæ propterea in terminis *d. l. hac edictali*, non eſt admittenda, Marc. *q.* 25. *par.* 2.

8 Septimò, quia certum eſt omnes pœnas ſecundo nubentium ceſſare, quando filios primi matrimonij, vel expreſsè, vel tacitè conſenſu ſecundo matrimonio, DD. *in authen. ex teſtam. C. de ſecund. nupt.* & in terminis conſenſus taciti fuſiſſimè Dec. *conſ.* 206. *a nu.* 3. *vſque ad n.* 8. qui *nu.* 7. tradit ſufficere, quòd tacitus iſte conſenſus ex poſtfacto ſubſequatur: at verò dicta Diana in contractu ſecundi matrimonij renuntiauit donationi mille ſcutorum in eius fauorem factæ in dicto ſecundo ma-
9 trimonio, & renunciando, tale matrimonium approbaſſe cenſetur, quia priuatio præſupponit habitum *l. decem de verb. oblig.* & carentia ſunt habentium, atque renunciatio præſupponit per exiſtentiam, Oſaſc. *deciſ.* 95. *n.* 11. *&* 12. neque poteſt quis ſe ſpoliare niſi prius habuerit, *l.* 1. §. *deiicitur ff. de vi & vi arm.* probando autem
10 dictam donationem, contractum quoque, in quo ea continetur, cenſetur approbaſſe; contractus enim in parte approbari non poteſt, quin totus approbetur, vtpote indiuiduus, Tiraq. *de retract. conuention. nu.* 4. *in fin.* & pacta cuiuſuis contractus ſunt annexa & correſpectiua, Grammatic. *dec.* 103. *num.* 157. & in fortioribus terminis, Menoch. *lib.* 6. *præſ.* 12. Dicti quoque Matthæus & Franciſcus cenſentur approbaſſe, acceptando dictam renunciationem, & illam expreſsè in contractu d. domicellæ Dianæ ſtipulando, eáque vtendo, illius inſtrumenta in iudicio producendo.

Octauò, quod ex proximè præcedenti dependet, 11
quia cùm d. Diana approbauerit dictum contractum matrimonij, non poteſt iam contrauenire ad euitandã contrarietatem iuxta *l. vbi repugnantia ff. de reg. iur.* nec alij eius nomine, *ex reg. nemo plus iuris, de reg. iuris*, Nemo plus iuris in alium transferre poteſt quàm ipſe habeat.

Poſtrèmò, quia pactum, de quo eſt quæſtio, non eſt 12
in fauorem fœminarum, ſed maſculorum tantùm, ideóque à fœminis ad maſculos tanquam ex aduerſis nõ fit illatio, ad not. *in l. Papinianus ff. de minor. & in l. naturaliter* §. *nihil commune ff. de acquiren. poſſeſſ.* at verò ſi conferamus maſculos primi matrimonij cum maſculis ſecundi, & è contrà, donatio, de qua agitur, non excedet terminos *d. l. hac edictali*, cùm dictus Matthæus & Franciſcus fuerint hæredes inſtituti, nec poſſunt contendere hæreditatem non eſſe ſoluendo, quia abſtinẽdo poſſunt ſibi conſulere, iuxta *l. vlt. C. de abſtinen. vel repudian. hered.* & poſſunt intereſſe habentes implorare beneficium iuris offerendi, Roland. à Valle *tract. de inuent. q.* 161. *n.* 4. & in effectu d. Franciſcus iunior offert renunciare omnibus huiuſmodi lucris, dummodo ſuccedat æqualiter cum alijs filiis primi matrimonij.

His tamen non obſtantibus exiſtimo verum eſſe, d. pactum nullius eſſe momenti, nec in vim illius agi potuiſſe, quia quidquid ſit in quæſtione generaliter propoſita, an liceat patri vel matri meliorare filios ſecundi matrimonij, in qua quid ſentiendum ſit, poſtea di- 13
cemus, hoc certum eſt, ſi pactum & donatio fuerint in cõtractu matrimonij in fauorem liberorum ex eo naſciturorum procurante patre vel matre, & illorum miniſterio nullius eſſe momenti, & in terminis docent, 1. Franciſcus de Albergotiis *de aretio.* inter conſilia Caſtren. *conſ.* 261. *lib.* 1. 2. Ioan. de Lignano inter conſilia eiuſdem Caſtrenſ. *conſ.* 263. *eod. lib.* 3. Richar. de Saliceto inter conſilia eiuſdẽ *conſ.* 265. qui ſententiam tulit iuxta conſilia dictorum de Albergotiis, & de Lignano contra conſilia Baldi exiſtẽtia inter conſilia eiuſdem Caſtren. *conſ.* 262. *& conſ.* 264. 4. Bald. *conſ.* 361. *quædam nobilis agnoſia vol.* 1. aſſerens ſe aliàs contrarium conſuluiſſe, ſed condemnatum per ſententiam d. Richardi de Saliceto, ideóque ſe eius ſententiam ſequi.

Quamplures contemporanei Baldi, qui contra eius opinionem ante ſententiam d. Richardi de Saliceto conſuluerant, vt refert Caſtren. *in authent. vnde ſi parens C. de inofficioſo teſtam.* etſi ibi videatur opinionem Baldi amplecti. 6. Caſtren. *conſ.* 149. *& conſil.* 150. *col.* 3 *circa fin. & col.* 4. *in prin. lib.* 2. etſi quoad filios natos contrariũ teneat *in d. auth. vnde ſi parens.* 7. Ripa *conſ. vn. de ſecund. nupt.* vt eum refert, & omnino videndũ aſſerit Maſtril. *dec.* 174. *n.* 14. *cum ſeqq.* 8. Corn. *conſ.* 82. *n.* 2. *lib.* 3. 9. Angel. conſulendo in terminis proprijs, & incipit conſilium, *quoniam mihi videtur*, quem refert Corn. *d. conſ.* 82. 10. Carolus Ruin. *conſ.* 112. *n.* 7. *circa fin. lib.* 1. vbi de communi teſtatur. 11. Iaſ. *in authen. vnde ſi parens n.* 4 *C. de inoff. teſtam.* 12. Addition. ad Dec. *conſ.* 246. *lit. A.* 13. Iacobin. de ſancto Georg. *in d. l. hac edictali*, vt eum refert ad addition. dicto loco. 14. Stephanus Bertran. *conſ.* 186. *volum.* 3. *par.* 1. 15. Riminald. iun. *conſ.* 241. *num.* 58. *cum ſeqq. & conſ.* 243. *n.* 26. *& ſeqq.* qui etiam de communi teſtatur, & reprobat Vaſ. contrarium aſſerentem *in d. authen. vnde*

ſi pa-

ſi parens nu.12. quam poſuit in ſuo tract. *de ſucceſſionum reſolutione lib.1.* Idem Riminald. *conſ.428 n.4. cum ſeqq.* 16. Simon de Pratis & 17. Paulus Leonius, qui in eodem facto, quo Riminald. ſcripſerunt, & ſecundùm eorum ſententiam Riminald. conſuluit, vt ipſe refert *in princ. d. conſ.243.* 18. Bartholom. de Salicero *in d. l. hac edictali nu.13 q 8.* qui quamuis neutram partem affirmatiuam vel negatiuam approbet, vel reprobet, tamen quod non valeat pactum, ſatis videtur tenere dũ reſpóndet ad dicta Baldi, eàmque communem ſcetit, dum *nu.14* ait multos doctores in eam concurrere, & ita Salicet. intelligendum, & hanc ſententiam amplexum aſſerit Ruin. *d. conſ.112.* 19. Phanuc. de Phanuc. *tract. de lucro dot. in verb. ſine liberis gloſſ.5. n.47. verſ. ſecunda cautela eſt,* vbi de communi. 20. Magon. Florent. *dec.108. n.7. verſ. & pro hac parte.* 21. Vincent. de Franch. *dec.435. à princ. vſque ad 11. & dec.583. num.1. & 2.* 22. Crauet. *conſ.193. nu.4. verſ. ad tertium quæſitum,* qui quamuis aliter diſtinguat, & non ratificata donatione in vita matris teneat contra Bald. ſimpliciter tamen contra eum tenere ſatis oſtendit, dum reſpondendo ad Dec. *conſ.246.* dicit eum non vidiſſe, vel forſan in memoria non habuiſſe alia conſilia Baldi, & aliorum, quia ſi vidiſſet, mutaſſet ſententiam. 23. Boer. *dec. 201. n.6.* 24. Flauius Amendola additionat. ad *d. dec.* de Franch. 435. 25. Alexan. *in addition.* ad Bart. *in d. l. hac edictali.* 26. Ioan. Vaudus *lib.1. var. quæſtionum q 17.* 27. Anton. Theſſaur. *dec.170.* qui de communi teſtatur *n.24. verſ. itaque.* 28. Gaſpar Theſſaur. *in additiom ad nu.29.* 29. Viui. *dec.395 per totum,* vbi de communi, & hoc pactum eſſe nullum & nullius momenti, & in Sylua *opin. commun opin. 527. n.10.* vbi etiam de communi. 30. Laderch. *conſ.147. n.1.* 31. Rauden. *var. reſ. c.55. n.6.* 32. Gratian. *diſceptation forenſ. c.119. n.35.* 33. Mantica *d. tacit. & ambiguis lib. 12. & tit.33. n.10. verſ. reſpondetur.* 34. Trentacinq. *variar. reſ. lib.3. de matrim. reſ.5. n.35. verſ. ſecunda eſt opinio fo.347.* 35. Maſtril. *dec.174. n.14. cum ſeqq.* vbi de magis vera, magis communi, & magis æquitati conſentanea. 36. Coſta *de ratac.85. n.12. & 13.* 37. Tepat. *de pæn. ſecundo nubent.* allegando Theſſaur. 38. Lancelot. Galiaula *conſ.18. per tot.* vt eum refert Maſtril. *d. dec.174.* 39. Stracha ad Crauet. *d. conſ.193. circa n.11.* 40. Surd. *conſ.250. n.29. circa fin.* 41. Faebin. *controuerſ. iur. lib. 3. c.66.* 42. Aloiſ. Ricci. *in collectan. decìſ. collectan.3.* 43. Prouinz. circa *l. hac edictali,* vt eum refert Maſtril. *d. dec.174.* 44. Nicol. Iacob. de Raynaldo *in authen. præterea C. vnde vir & vxor.* 46. Ioan. And. de Curte, vt eos refert de Franch. *dict. dec.435.* 47. Chaſſan. *in conſuet. Burgund. rub.6. des enfans §.1. col.3.*

Allegantur & alij pro hac ſententia, vt Florian. apud Bertrand. *in d. l. hac edictali nu.12.* idem Bertrand. *in d. l. hac edictali n.14.* & Anthon. Gabriel *de ſecund. nupt. concl. 4. n.44.* ſed ij non verſantur in proprijs terminis noſtris, ſed in donatione facta filio mariti ex alio matrimonio: rationes tamen militantes in dicto caſu, ait Theſſaur. *numer. 8. circa fin.* habere locum etiam in noſtro.

Ex quibus patet hanc opinionem eſſe communem, & talem teſtantur Ruin. *d. conſ.112. per tot. lib.1.* Phanuc. *d. tract. de lucro dotis glo.5. n.47.* De Franch. *d. dec.435. nu. 8. & 43.* Viui. *d. dec.396. nu.7.* Theſſaur. *d. dec.170. nu.24. verſ. itaque,* Riminald. *d. conſ.243. n.26. & ſeqq.* Maſtril. *d. dec.174. n.14. cum ſeqq.* Viui *d. dec.396. & d. opin.527. nu. 10.* & ipſemet Bald. *in l.1. C. de inoff. dotib.* antequam ſequeretur opinionem Ricardi de Saliceto, ait totum mundum & naturam eſſe contra ſe, & ſecundùm hanc ſententiam ſolet iudicari, vt iudicatum fuit per dictum Ricard. de Saliceto inter conſilia Caſtrenſ. *conſ.265.* in Rota Florent. vt per Magon. *d. dec.108. nu.7. verſ. & pro hac parte,* in Senatu Pedemontano, vt per Anthonium Theſſaur. *d. dec.170.* & Gaſpar. Teſſaur. *in d. addition. ad n.29.* & in Senatu Neapolit. ſæpe, vt per de Franch. *d. dec.435. n.43.* vbi refert ita iudicatum, conuocatis omnibus claſſibus, & à tempore ſententiæ latæ per d. Ricard. de Saliceto, nunquam in contrarium fuiſſe iudicatum, Viui *d. dec.396. num. 7.* in Senatu Bordegalen. Boer. *d. dec.201. col.4. verſ. & ſecundum,* & in Conſiſtorio ſacræ regiæ conſcientiæ regni Siciliæ, Maſtril. *dict. dec. 174. nu.14.*

Cuius ſententiæ variæ proponuntur rationes, præſertim hæ, quæ communes ſunt, tam patri quàm matri, 14 quòd ſcilicet in fraudem *dict. l. hac edictali,* huiuſmodi pactum cenſeatur appoſitum, quidquid autem in fraudem *d. l. hac edictali* fit, ipſo iure caſſatur, Trentacinq. *d. lib.3. var. reſol. de matrimon. reſol.5. n.35.* & habetur pro non diſpoſito, & non ſortitur effectum, Bertrand. *conſ. 24. n.4. lib.3. poſter.* fraus autem eſt in eo, quia d. donatio ſeu pactum cenſetur facta contemplatione ſecũdæ vxoris, ſine qua dictum matrimonium non fuiſſet contractum, non autem contemplatione filiorum ſecundi matrimonij, quia affectio non potuit cadere, neque conſiderari ad filios naſcituros, vt per Trentacinq. Vincent. de Franch. & Additionat. ad Teſſaur. relatis locis, ac proinde ſequitur matrem eſſe cauſam proximam d. acquiſitionis, Ruin. *d. conſ.112. per tot. lib.1.* Trentacinq. *loco ſupr. cit.*

Secunda, quia prohibitum ſit dare vxori vel marito 15 reſpectiuè, ita quoque filij ex ſecundo matrimonio procreandis ex pacto matrimoniali: paria ſunt enim dari vxori vel viro, vel alij, cui vxor vel vir dare voluerint *l. ſolutum §. ſolutam de pignor. actio.* videtur enim matri vel patri datum, cùm datur filio ex pacto matris vel patris *l.3. § fin. l. ſi ſponſus §. generaliter ff. de donat. inter vir. & vxor.* præſertim cùm datur perſonæ pertinenti ad vxorem vel virum, cui vir vel vxor dare prohibentur, nam cenſetur factum in fraudem *d. l. ſi ſponſus §. generaliter, & l. qui teſtamentum ff. de probatio.* qua ratione potiſſimum moti fuerunt ad ſic conſulendum dicti Franciſc. de Albergot. & Ioan. de Lignano apud Caſtren. *d. conſ.261.*

Tertia, quòd de facili inter perſonas prohibitas 16 præſumitur fraus *d. l. qui teſtamentum ff. de probation. l. cùm quis decedens §. Titio ff. de leg 3. l.1. & 3. Cod. de bonis quæ liber.* veriſimile autem eſt, patrem plus diligere filios natos quàm naſcituros, vt experientia docet, quæ eſt rerum magiſtra, *c. cùm ſit in princ. de elect. lib.6.* DD. *in l. qui filiab. ff. de leg.* Itaque quilibet arbitrabitur illud pactum contemplatione potius vxoris, vt ad ipſas nuptias condeſcenderet, quàm contemplatione filiorum; ideóque concurrente legis prohibitione, & prænarrata coniectura, præſumi debet contemplatione vxoris, & ſic in fraudem *d. l. hac edictali,* pactum illud emanaſſe, & hæc eſt ratio quam affert Corn. *d. conſ.82. n. 2.* & Viui *d. dec.396. in fin.* Et planè hæc ſententia, qua huiuſmodi pactum dicitur inualidum & nullum, tribus concurrentibus, ſcilicet, primò quod in fauorem filiorum, ex eodem matrimonio naſciturorum: ſecundò, quod in contractu matrimonij & in capitulis matrimonialibus: tertiò, quòd facto & miniſterio mariti vel vxoris reſpectiuè fiat: quæ omnia nedum concurrunt, ſed quod magis eſt, dicta domina Elizabeth habet electionem & nominationem vnius ex filiis naſcituris ex eo matrimonio, certiſſima eſt.

Supereſt igitur tantùm, vt reſpondeamus rationibus in contrarium adductis. Ad primam igitur, qua dicitur patrem poſſe meliorare vnum ex filiis ſecundi matrimonij: Reſpond. illud controuerſum admodum eſſe, an filiis iam natis poſſit fieri, vt per Teſſaur. *d. dec. 170.* qui tamen communem aſſerit contra filios ſecun-

di matrimonij, niſi ſubeſſent merita eorumdem, & Caſtillo *de vſufruct. c. 2. n. 30.* ſed dato quod in natis verior eſſet opinio pro filiis ſecundi matrimonij, hoc non haberet locum in naſcituris, erga quos nulla poteſt dari affectio; & caſu quo etiam aliquo modo illud procederet in fauorem naſciturorum, illud haberet locum, vbi pater poſt matrimonium contractum ſponte & liberaliter meliorare filios ſecundi matrimonij, ſecus vbi dicta melioratio fit in capitulis matrimonialibus pro filiis ſecundi matrimonij naſcituris, hinc enim tale pactum dicitur factum ad fines matrimonij contrahendi, ſine quo matrimonium non habuiſſet effectum, ac proinde tale pactum dicitur factum in fraudem *dict. l. hac edictali*, & ipſo iure annullatur, cùm ſtipulatio facta pro dictis filiis non valeat. Ladereh *d. conſ. 147. n.* Mantic. *d. tit. 33. n. 10. verſ. ſecundo reſpondetur*, Viui. *dict. dec. 396. n. 7. & 8.* Gratian. *d. conſ. 219. n. 35.*

Non obſtat Craner. *conſ. 40.* procedit enim quando poſt contractum matrimonium ſine miniſterio matris donatio eſt facta, ſed vbi ex promiſſione & pacto matris id fit, noſtram ſententiam diſertè amplectitur *numero* 11.

Non obſtat Surd. *conſ. 255.* tractat enim diuerſum caſum, nec de pacto inter vxorem & maritũ inito, ſed inter ſocerum & generum circa augmentũ dotis quod faciebat ſocer, qui potuit legem, quam voluit, dict. augmento apponere, & quamuis *n. 14.* pro confirmatione ſuæ opinionis, opinionem Baldi & ſimilium referat, in eo tamen non ſe fundat, ſed in eo quod non acquiritur facto matris, ſed aui materni, ſentiens quòd ſi pactum eſſet inter vxorem & maritum, noſtram ſententiam amplecteretur, vt amplexus fuit *conſilio 250. numero 29. circa fin.*

Præterea Surd. loquitur vbi melioratio facta fuit fraude ceſſante, illa enim exiſtente explorati iuris eſt, patrem non poſſe meliorare filias ſecundi matrimonij, vt in terminis patris docet Surd. *d. conſ. 150. n. 33.* & in vtroque parente, Coſta *de rata q. 85. n. 11. & 13.*

Non obſtat Cancer. *3. par. var. reſ. c. 2. de inuent. num. 197. & c. 15. de renunciat. nu. 344.* nam caſu, quo eius doctrina vera ſit, procedit in hæreditamento ſecundum leges & cõſuetudines Hiſpaniæ introducto, quod magis habet de conſuetudine, quàm de iure, Fontanel. *de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſſ. 9. par. 5. nu. 12.* & in quo multa ſingularia procedunt contra iuris diſpoſitionem, vt ab eo ad donationem de qua agimus, inferri non poſſit. Primò, quia habet in ſe annexam conditionem, *ſi donatarius ſuperuixerit*, Cancer. *3. par. var. reſol. c. 7. de pact. n. 87. & c. 21. de transmiſſio. nu. 105.* quod antea dixerat in *1. par. c. 8. de donat. n. 34* Fontanel. *d. loco nu. 18. cum ſeqq.* at verò noſtra donatio ſtatim valet, etſi filij non ſuperuiuant, & ad hæredes filij ſemel durante matrimonio nati ſpectat. Secundò, hæreditamentum eſt quædam diſpoſitio in vim ſupremi iudicij in filios collata, nec videtur tam propriè donatio quàm præordinatio, diſtributio patrimonij, & anticipatum teſtamentum (ideoque Celſ. Hugo *conſ. 58. n. 5. in fin.* & malè exiſtimauit reuocari poſſe, & tamen eſt irreuocabile, Fernand. *in repet. c. vn. de fil. nat. ex matrim. ad morganat. contracto in prælud. 6. nu. 12. verſ. quinta circumſtantia*, quod ſcilicet eſſe præordinatum teſtamentum, & tamen irreuocabile quomodo procedere poſſit, declarat Cancer. *d. loc.* 3. quia etſi ſit, vt iam dixi, quoddam anticipatum teſtamentum & dictio, *hæreditamentum* denotet naturã hæreditatis, tamen cenſetur factum ſolum de bonis præſentibus, Fontanel. *d. loco n. 23.* Quartò, quia filij in vita parentum non poſſunt agere ad reuocationem alienatorum per eos poſt hæreditamentum ex bonis in eo comprehenſis, Fernand. *in d. repet. c. 7. num. 2.* Velaſ. *conſult. 112. n. 6* Fontanel *d. loco nu. 24.* exemplo fideicõmiſſarij ſub conditione, qui interim non poteſt reuocare alienata, vel alienationem impedire *l. non idio minus ff. de rei vendic.* Marzar. in epitome *q. 61. num. 2.* latè Peregrin. *de fideicommiſſ. art. 40. n. 6.* & declarat *d. c. 7. n. 87. cum ſeqq.* quod ſecus eſt in donatione, de qua agimus. Quintò, quia viuente parente fieri poteſt executio in bonis hæreditãtium propter eorum æs alienum, Fernand. *d. 7. prælud. n. 2.* Fontanel. *d. loco nu. 62.* quæ tamen in re in aliquibus locis contrarium ſeruatur, Fontanel. *d. loco nu. 68.*

Poſtremò, quia mater, non pater ſi ſecundò nubat, non ſi maneat vidua, poteſt, etſi ſuperſint liberi primi matrimonij, dictum hæreditamentum in dote conſiſtens reuocare, & nouum facere in fauorem liberorum ex ſecundo matrimonio procreandorum, vt ſcilicet matrimonium contrahere poſſit, Marquil. *in vſua de inteſtatis q. 29.* quem ſequitur Cancer. *lib. 1 variar. reſ. c. 8. de donat. n. 88. & lib. 3 c. 7. de pactis n. 203.* Fontanel. *d. lo. nu. 180.* ex quo ſequitur non poſſe duci argumentum à d. hæreditamento ad donationem, de qua agitur præſertim quod in terminis reuocationis & noui hæreditamenti, hoc patri prohibitum ſit. Et quatenus non ageremus de reuocatione & noua inductione eiuſdẽ, quia nullum fuiſſet in primis conſtitutum, quo caſu vtrumque, hoc eſt, patrem & matrem poſſe hæreditamentum facere in fauorem filiorum ex ſecundo matrimonio naſciturorum, contendit Cancer. *d. c. 2. de inuent. n. 177. verſ. in dotem*, quatenus vera eſſet opinio Cancer. vt id poſſet fieri in præiudicium liberorum primi matrimonij, hoc procederet iure Hiſpan. eo contra iuris communis diſpoſitionem, quia eo ſcilicet permittitur dict. hæreditamentum facere, quod omnia bona continet, ſi dictum ſit, aut ſaltem omnia præſentia, ſimul dictũ ſit, ex quo derogatur *d. l. hac edictali*, quia alioquin eſſet inutilis d. permiſſio, & hæc implicarent contradictionem, ſcilicet quod poſſent facere hæreditamentũ in fauorem filiorum ex ſecundo matrimonio, exiſtentib. liberis ex primo, & quod nõ poſſent facere in præiudicium *d. l. hac edictali*, totũ namque hoc ius Hiſpanicum eſſet, & contra iuris communis diſpoſitionem, ſatis demonſtrat ipſemet Cancer. dum allegat Fachin. Crauet. & Corn in locis ſuprà citatis. & quæ differentia ex eo etiam oſtenditur, quia vna ex rationibus, qua mouentur DD. vt contendant donationem de qua agimus non valere, eſt, quia huiuſmodi pacta principaliter ineuntur, vt matrimonium ſequatur, vt per Ruin. *d. conſ. 112.* & Laderch. *conſ. 147.* & tamen ea ipſa eſt, per quam dictum hæreditamentum permittitur, nimirum vt ſecundas nuptias contrahere poſſit, ſed & in terminis Cancer. & hæreditamentum contrarium ſeruit Fontanel. *d. l. loco n. 197.*

Quoad ſecundum, quo dicebatur hæc in patre pro- 18
cedere non poſſe. Reſp. in vtroque parente procedere. Primò, quia tradita *in d. l. hac edictali*, procedunt æquè in patre ac in matre, Pute. *dec. 40. n. 3. lib. 3.* Regia *in l. fin. n. 96. C. de reuocan. donation.* Marc. *deciſio 57 & 84. par. 1. & dec. 23. par. 2.* Roland *conſ. 29. vol. 4.* Secundò, quia etſi in aliquibus iuris articulis non eſt ducendum argumentum de patre ad matrem, hoc tamen caſu eſſe faciendum, quia rationes, quibus mouentur DD. vt contendant huiuſmodi pactum per matrem factum in fauorem liberorum naſciturorum cenſeri in fraudẽ *l. hac edictali*, & proinde non valere, militant æquè in patre ac in matre, nimirũ, quia huiuſmodi pacta principaliter ineuntur, vt matrimonium ſequatur, vt per Ruin. *d. conſ. 112.* Viul. *d. dec. 396.* & Laderch *d. conſ. 147.* quia dicitur facta contemplatione mariti, qui ſe interpoſuit, & non filiorum, vt per Rauden. *d. c. 55. nu. 5.* quia

facto

facto & prouiſione ipſius fit & præſumitur plus re ipſa diligere liberos qui ſunt quàm qui ſperātur eſſe, vt per Viui. *d. dec. 396. n. 6. in fi.* & quamuis aliqui adiungant rationem, quando mater donat ad ſtipulationem patris, quia vſusfructus illi quæritur, & abſque dubio quando quæritur, id auget ſuſpicionem fraudis: quæ ratio ceſſat, quando mater ſtipulatur, & pater donat, nihilominus ea non eſt eſſentialis & neceſſaria, & ſufficit, quòd tria, de quibus ſuprà, concurrant, vt huiuſmodi pactum dicatur nullum, quia procedit dict. opinio, etſi patri nihil quæratur, Ruin. *d. conſ. 112. nu. 8. verſ. item non obſtat*, Trentacinq. *loco cit. verſ. ſecunda opinio*, Ladetch. *d. conſ. 147. n. 1.* Mantic. *de tacit. & ambig. d. tit. 13. num. 12. verſ. quod locum habet*, Gratian. *d. c. 119. nu. 35.* & in terminis, patris donantis liberis, ex ſecundo matrimonio naſcituris, in capitulis matrimonialibus tradunt Teſſaur. *d. dec. 170. n. 12. verſ. ad tertium*, Rauden. *d. c. 55. nn. 6. & 21.* Riminald. *d. conſ. 428. n. 4. cum ſeqq.* de Franch. *dict. dec. 583. nu. 1. & 2.* vt exiſtente fraude d. opinionem procedere etiam in patre refert Surd. *conſ. 250. n. 33.* & in vtroque parente, Coſta de rata *q. 85. nu. 11. & 13.* fraudem verò hic adeſſe manifeſtè conſtat ex tribus, de quibus ſuprà hic concurrentibus, præſertim cùm ſufficiat fraus coniecturalis, & præſumpta, Trentacinq. *loco cit. verſ. tertia & vltima*, Coſta de rata *d. q. 85. n. 15.* imò fraus præſumitur ex eo ſolo, quòd contractus fuit celebratus inter perſonas prohibitas, Surd. *d. conſ. 250. n. 35.* præſertim quòd hoc pactum ſit factum in capitulis matrimonialibus, quo caſu magis de fraude eſt dubitandum, per Gaſpar. Teſſaur. ad *d. dec. 170. n. 29.* Viui. *d. dec. 396. n. 6. & 7.* & qui in contrarium allegantur per Teſſaur. *d. deciſ. 170. n. 10.* Cyn. ſcilicet *in d. l. hac edictali*, Bald. ibidem *n. 6. 7. & 12. & conſ. 328. num. 3. lib. 3.* Bertrand. *conſ. 183. lib. 3.* Roland. *conſ. 62. nu. 29.* non loquuntur in terminis noſtris, ſed cùm donatur filiis iam natis ex ſecundo matrimonio, nec textus *in d. l. hac edictali* hanc differentiam inter patrem & matrem facit.

Ad tertium ex poteſtate eligendi de filiis tam primi quàm ſecundi matrimonij deſumptum tantum abeſt, vt noceat, quin potius auget fraudis ſuſpicionem: in caſu enim d. electionis certum eſt d. ſecundam vxorem potius electuram proprios filios, quàm alienos, cùm nouercæ dicantur inimicæ priuignorum *l. 4. nō eſt enim*
19 *ff. de inoffic. teſtam.* Bald. *ibid. n. 1.* Caſtren. *in l. 2. n. 6. ff. eod.* & quidquid facit pater contra filios habentes nouercam, præſumitur factum ſuaſionibus nouercalibus, & ſic tolerari non debet, Caſtren. *d. l. 2. num. 6.* ac proinde nouerca vocatur iniuſta, & hæc præſumptio dicitur clara & liquidiſſima, vt fusè per Simon. de Præt. *de interpret. vlt. vol. lib. 5. interpret. 1. dubit. 1. n. 78. & ſeqq. fol. 9.* & ſic negari non poteſt, quin d. facultas eligendi fuerit appoſita per cautelā ad hoc vt medio illius defraudarentur filij primi matrimonij, quo in caſu procedit etiam diſpoſitio *d. l. hac edictali*, vt per Trentacinq. *d. loco verſ. procedit etiam hac concluſio*: nec procedit reſpōſio, quæ datur ad fraudem ex eo pacto reſultantem: nam non valet argumentum, licebat donare extra tabulas matrimonij, ergo in ipſo, cùm maior ſit ratio fraudis in capitulis matrimonialibus quàm extra ea, quia ſcilicet aliàs matrimonium non fuiſſet contractum, quę vna fuit ex rationibus ſupra deductis: nec etiam poteſt dici cadere conſiderationem fraudis & non fraudis hoc in caſu, cùm tribus, de quibus ſuprà concurrentibus, ex DD. ſuprà citatorum ſententia non niſi fraudis conſideratio poſſit haberi. In caſu verò Surdi *d. conſ. 255. nu. 15.* ceſſabat fraus, quia agebatur ibi de pacto inter ſocerum & generum circa augmentum
20 dotis inito, vt ſup. dictum fuit.

Ad quartum reſpondetur, fraude exiſtente, virum non poſſe donare vxori ſecundæ vltra menſurā *d. l. hac edictali*, cum onere reſtituendi cuidam, Baldus *in d. l. hac edictali n. 10. verſ. nunc ſtatim ſuccedit*: quod procedit & habet locum ſiue donatio fuerit facta purè, ſiue cōditionaliter; fraude enim exiſtente non admittitur differentia, an donatio ſit pura, in diem, aut conditionalis, ita improbando Bertrand. refert Surd. *d. conſ. 250. n. 22.* imò fraude exiſtente Bertrand. *in d. l. hac edictali in princ. nu. 34.* tenet locum eſſe eius diſpoſitioni, propter verba text. *omni circumſcriptione*, ideóque quod magis eſt, ſi directo donetur fratri vel amico vxoris vel mariti reſpectiuè, non valet donatio, Florian. *in d. ſua diſput.* quam refert Bertrand. *in d. l. hac edictali nu. 12.* ſubiungens *ſub. n. 13.* quod idem ſatis videtur velle Bald. *in lect. antiqua in verſ. omni circumſcriptione*, cuius dictum refert, & ibidem ſequitur Iacobin. de ſancto Georgio, & idem tenet Bertrand. *ibi nu. 3. caſu*, & Odoffred. *col. 2.* & Petrus à Bella pert. *ibid.* & poſt eos Riminald. *d. conſ. 243. nu. 27.* fraudem verò hic adeſſe tribus, de quibus ſup. hic concurrentibus, ex Ruin. Vincent. de Franch. & Trentacinq. conſtat, imò augetur fraus ex eo quod habet electionem, tantum abeſt, vt ex ea aliquid in cōtrarium elici poſſit: etſi enim eligenti non ſuccedatur, tamen non poteſt negari, quin aliquid faciat eligendo, ex quo beneficio electum afficiat, & maiorem poteſtatem habet qui poteſt eligere, quàm qui neceſſariò tenetur reſtituere, præſertim hoc caſu quo de propriis filiis naſcituris fiet electio, in quibus etiam commodum aliquo caſu tam in matre quàm in patre donante conſideratur propter ſucceſſionem, ad quam vterque aut vnus tantùm alio defuncto, excluſis filiis alterius matrimonij, quippe qui non ſint germani, admitteretur, quod commodum in materia conſiderandum docet Rimnald. *d. conſ. 243.*

Ad quintum reſpondetur, primò quod de iure, an 21
ſit plus relictum nouercæ quàm filiis primi matrimonij, attenditur tempus mortis parentis binubi, *gloſſ. l. hac edict. verſ. donator. C. de ſecund. nup. authent. de nupt. collatio. 4. § quia verè*, Faber *in d. l. hac edictali in princ.* Cyn. *ibid. n. 3. verſ. ſecundo quæritur*, Salice. ibid. *n. 1. verſ. quæro cum gloſ.* Angel. *in d. § quia verò*, Gabriel. *commun. opin. tit. de ſecun. nupt. concluſ. 4. n. 55.* Bertazzol. *in cumulib. conſult. 81. n. 14.* Valaſc. *conſult. 189. n. 6. & 8.*

Nec obſtat quod de donationibus irreuocabilibus in contrarium deducitur, nam reſpondetur iura ex aduerſo allegata procedere, vbi agitur de commodo filiorum primi matrimonij, ſecus vbi agitur de eorum incommodo, hoc eſt, quod liberi primi matrimonij habent facultatem eligēdi, vel tempus donationis, vel mortis, & in hoc fauore ipſorum attenditur tempus eis magis vtile, ita in puncto Gloſ. *in l. ſi conſtante C. de donat. ante nupt. verſ. machinari*, & ipſemet Accurſ. *in d. §. quia verò*, idem ſenſit, cùm ait, ſed certè imò & tempus donationis, copulatiua enim *&* demonſtrat vtrumque tempus conſiderari in donationibus ſcilicet irreuocabilibus, quatenus filiis eſt magis commodum, vt ſuprà dictum eſt, & ſecūdum membrum dictionis Accurſij ita intelligendum eſt, vt conueniat principio Gloſſæ, & ne Accurſius ſit ſibi contrarius *in d. l. ſi conſtante*, præſertim quod d. ſecundum membrum ſimpliciter eſt propoſitum, ideóque exaudiendum & intelligendum iuxta declarationem ipſiuſmet Accurſij *in d. l. ſi conſtante verb. machinari*, nec Bartol. diſſentit, nihil enim firmat, ſed refert ſolutiones, & inter alias eam quæ ſumitur ex *d. l. ſi conſtante §. machinari*. Ita quoque intelligendus eſt Crauet. *d. conſ. 40. nu. 9. verſ. 10.* præterquam dictum Crauetæ debet intelligi, reſpectu inofficioſitatis ſuper qua conſuluit, cuius ratione deciſio Crauet. vera eſt regulariter in donationibus factis ab

Digitized by Google

aliis quàm à binubis,ſed vbi agitur de binubis,illa non procedit,cùm debeat attendi tempus mortis, Valaſc. *d.conſult.*189.*n.*8.*&* 25. & vbi vellemus aliter intelligere Crauet. non eſſet vera ipſius doctrina, & planè verius eſt,ſi commodum filij ſit,attendi tempus mortis, nulla adhibita diſtinctione,an agatur de donatione reuocabili vel irreuocabili , ita improbando contrariũ ſentientes,Cyn.*in d.l.hac edictali n* 3.*verſ.ſecundo quæritur*, Salicet.*ibid.n.*2.*verſ.quære*, Chopin. *de legibus And. lib.* 3.*tit.*1.*n.*9. Antumn *ad l.hac edictali.* Maynard.*aux notables queſtions,lib.*8.*c.*11.*in fi.*& ita d. Chopin. iudicatum refert in Senatu Pariſ. in profeſtis ſacræ Pentecoſtes, recitante præſide Briſſonio anno 1586. Et ita omnino eſſe ſtatuendum patet ex abſurdo quod ſequeretur,ſi ſolum tempus donationis eſſet inſpiciendum : nam ſi vir tantùm vnum ex primo matrimonio filium haberet,& donaſſet vxori dimidiam partem bonorum, hoc potuiſſet *ex l. hac edictali*,cùm filius alteram dimidiam eſſet habiturus,ſi deinde ſuſceperit,verbi gratia,quinque liberos ex ſecundo matrimonio , & moreretur ab inteſtato , filius primi matrimonij habiturus eſſet tantùm vnam vnciam de duodecim, & vxor ſex, contra expreſſam mentem & verba *d. l. hac edictali.*

22 Ad ſextum reſpondetur , primò , nullam hic adeſſe renunciationem bonorum paternorum: ſecundò , etſi adeſſet,non obſtante opinione Marci *d.q.*25. verius eſſe filiam conſtitutam in poteſtate patris renunciantem etiam in fauorem binubæ,non ſibi præiudicare , & talem renunciationem non valere , vt poſt Rotam Romanam apud Verallum teſtatur Gaſpar. Anthon. Teſſaur *q.*30.*n.*5. tertio caſu quo valeret, eam in fauorem aliorum filiorum primi matrimonij cenſeri factam, eáque poſſe ſe iuuare ex eo quod minus dictæ filiæ fuerit relictum , idque præſuppoſito,quòd opinio Marci eſſet vera,Boer.*dec.*25.*& deciſ.*184. Flauius Amendo.*in addition.ad Afflict.d.dec.* 435. quartò , præcisè ad punctum reſpondendo , non poteſt dici non eſſe ducendã probationem eius quod minus relictum eſt obſtante dicta renũciatione,quaſi ſi legitima maior eſſet, quàm quod habuit , non ad id quod relictum eſt , ſed ad id quod aſcendit, legitima eſſe metiendum id quod dicitur relictum : nã præterquam quòd illa opinio eſt admodum controuerſa , vt multi & grauiſſimi authores exiſtimarunt,ſolum quod filio fuit relictum, eſſe conſiderandum,licet legitimam & ſupplementum petere poſſit, vt per Trentacinq. *dict.loco verſ.prima eſt quod plus fol.*344. hancq́; ſuprema tribunalia Galliæ ſequantur,pluriéſque arreſtis eorumdem nouiſſimis temporibus ita definitũ fuerit,vt referunt Chenu *q.* 56. Charond.*lib.*9.*reſponſor.cap.*59. Geraud de Maynard.filius *lib.*9.*des queſtions notables c.*11.& verinrem docet *c.*31. ita quod relictum ad factum,non ad ius referri debeat,& id quod expreſsè eſt relictum, & non quod per legem ſuppletur,inſpiciendum ſit,hoc certiſſimum eſt, quod quando pater demonſtrat ſe noluiſſe,vt amplius peteretur quàm quod reliquit (etſi eo nonobſtante filius petere poſſit ſupplementum) vt ſi prohibuiſſet eum plus petere,vel quia vſus eſſet dictione taxatiua, eo caſu ſolum quod eſt relictum conſiderari,Crauet.*conſil.*193.*ſub.n.*12. Trentacinq. *d. loco verſ.ex prædictis ege fol.* 345. Poſtremò,vtcumque ſit, ſtandum eſſe ei quod relictum eſt Dianæ,quouſque aliter per d.de ſancto Sixto probatum ſit,quia ſufficit aſſertio hæredis dicentis nulla alia bona extare in hæreditate, & qui contendit plura fuiſſe in hæreditate,illud probare debet, *gloſ. in l.cum de lege Falcidia ff. de probation.* Menoch. *de præſumpt.lib.*6.*præſumpt.* 26.*nu.*1.*& ſeqq.* Roland.*in tract.de commun.diuerſ.q.*188.*nu.*2. quod procedit,etſi parte hæredis non producatur inuentarium,aut pro eius dicto nõ exter præſumptio,Roland.relato loco, vbi communẽ putat Imol.*lib.*1.*concl.*23.vbi quando aliquis dicit bona non ſufficere, non tenetur aliquid probare, ſed aduerſarij contrarium aſſerentis intentio eſt probanda, & in terminis hæredum mariti volentium diminuere donationes factas vxori in capitulis matrimonialibus, Roder.Suar.*in l.*1. *de las arras,n.*17.*& ſeqq fol. mihi* 89. & poſtrema reſponſio ſuffragatur iis , quæ circa tempus mortis vel donationis dicta ſunt,tantum autem abeſt, vt d.de ſancto Sixto poſſit probare id quod intendit, quodcumque tempus conſideretur, & dato quòd integræ legitimæ habenda eſſet ratio, quin potius ſi ad huiuſmodi probationem deueniatur,contrarium omnino apparebit.

Ad ſeptimum reſpondetur , vt filij dicantur tacitè 23 conſenſiſſe ſecundo matrimonio,debet ita conſtare de tacito conſenſu,vt de eo non dubitetur,nec debere eſſe æquiuocum, & ad aliud poſſe referri, ita vt conſenſus præſumptus ex præſenti in contractu matrimonij vel diuiſione facta cum filiis de hæreditate filij præmortui,non ſufficiat, vt cenſeantur filij conſenſiſſe ſecundis nuptiis, Rimiuald. iunior *conſ.*295. Apoſtil. ad Dec.*conſ.*206. Trentacinq.*d.loco verſ.ſed dubitatur*, quoties enim alia poteſt capi coniectura, quàm huiuſmodi conſenſus, ex quo reſultet renunciatio pœnarum *d. l. hac edictali*,ea ſecunda eſt, Trentacinq. *dict.loco verſ.ſed dubitatur* ; at verò hoc caſu dicta donatio erat facta pro iuribus,quæ dictæ Dianæ competere poterant, & pater aliàs dotem non conſtituiſſet,niſi in ea comprehenſa fuiſſent, quæ in dicto cõtractu matrimonij cum d.de ſancto Sixto comprehenſa fuiſſent , vt inde conſenſus ſecundi matrimonij elici non poſſit, vt enim ipſa contraheret matrimonium,aliàs non contractura, non vt conſentiret ſecundis nuptiis patris huiuſmodi renunciationem fecit; & vbi præſumitur, aut præſumi poteſt,alia cauſa ceſſat renunciatio dictarum pœnarũ, Surd.*conſ.*35.*n.*2. Gratian.*diſcept.forenſ.c.*147.*nu.*42. Denique ceſſat in caſu propoſito omnis præſumptio conſenſus & renunciationis earum pœnarum ex eo quòd lucris competentibus *ex d.l.hac edictali*, non cenſetur 24 renunciatum,niſi interueniat expreſſa renunciatio,ita in puncto Guid Pap.*dec.*228. Bertran.*in d.l.hac edictali verſ.ſi verò plus n.*7.*fol.*155. Ferrer.ad Guid.*dec.*228. vbi de filia, quæ renunciauit, poſtquam pater conuolauit ad ſecunda vota,quo loco reprehendit Ripam.

His adde videri fruſtrà ex tali conſenſu voluiſſe doctores filios ſibi in lucris,non in ſolum iniuriæ ſolatiũ, ſed aliis de cauſis de iaris præiudicare , prout optimis ſubtiliſſimiſque rationibus defendit Franciſ.Sarmiento *ſelectar.interpret.lib.*1.*c.*4. *per tot.* quam opinionem Boerio placuiſſe video *dec.*185.*n.*23. dicens,quod ita iudicaret,prout etiam iudicatum refert, & Dec.propterea non malè reprehendit Apoſtil.& ſequitur Teſſaur. *d.q.*30.*n.*15.

Ad octauum patet reſponſio ex præcedentibus , in quo cùm conſtet eam non conſenſiſſe ſecundis nuptiis partis nullam contradictionem aut repugnantiam imaginari poſſumus.

Ad poſtremum reſpondetur, *l.hac edictali*, non facere huiuſmodi disjunctionem , ſed ſiue filius ſit ſiue 25 fœmina, cui minus relictum ſit, illud eſſe conſiderandum, etſi maſculi fuerint æqualiter inſtituti , & paſſim DD.exempla huiuſmodi proponunt, præſertim Bald. *conſ.*147.*incipien.quadam nobilis vol.*3. & Boer.*d.deciſ.* 205.*n.*6. ſed etſi vellemus relationem facere de maſculo ad maſculum , eſſet quoque exceſſus quoad donationem dicti feudi,vt cuicumque computationem facienti conſtare poteſt, & quoad oblationem , quæ fit parte Franciſci iunioris , at ſcilicet omnia inter maſculos

los diuidantur, ea non eſt recipienda, quia de iure quidquid ex vi *d. l. hac edictali* adimitur, ad filios primi
26 matrimonij tantùm pertinet, nec de eo quidquam filij ſecundi matrimonij percipiant, Bertran. *in d. l. hac edictali verſ. ita tamen n. 15. & in verſ. ſi verò plus num. 18.* Ioan. Nicol. Arelaten. *reſponſ. 3. n. 7. inſerto in repet. d. l. hac edictali*, Roland. *conſ. 29. n. 2. vol. 4.* Crauet. *conſ. 194. nu. 5.* Papon *Arreſto lib. 15. tit. 1. arreſt. 9.*

ARGVMENTVM.

An penſio ſuper beneficio conſtitui poſſit poſt admiſſam reſignationem.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium coram ordinario reſignari, penſio verò coram Romano Pontifice retineri poteſt.*
2 *Penſio imponi poteſt in vim mandati poſt mandatum de reſignando.*
3 *Dum tamen mandatum ad reſignandum fiat cum reſeruatione penſionis.*
4 *Vel ſi reſignatio ſimpliciter fiat, penſio reſeruetur antè admiſſam reſignationem.*

CONSILIVM LXXXII.

PRoponitur N. Prioratum cum cura animarum, quem poſſidebat, purè & ſimpliciter in manibus Ordinarij reſignaſſe, eúmque collatum fuiſſe P. qui eiuſdem poſſeſſionem accepit, & poſt tres vel quatuor menſes elapſos, mandatum fecit ad conſentiendum in Curia Romana reſeruationi penſionis in fauorem reſignantis.

Quæritur, an veriſimile ſit Bullas reſeruationis dict. penſionis poſſe obtineri. Reſpondetur nec exiſtimare, poſſe obtineri, quamdiu vixerit d. P. ſed quod tranſeat ad ſucceſſorem, non puto poſſe obtineri: quia quamuis verum ſit beneficium poſſe coram vno, hoc eſt, 1
Ordinario, reſignari, penſionem verò coram alio, ſcilicet Romano Pontifice admitti, ceſſio enim beneficij, retenta penſione, contracta, diuiduus eſt actus, atque ita ſupremum Senatum Pariſienſem iudicaſſe refert Chopin. *de ſacra polit. lib. 3. tit. 2. nu. 16.* Papon *lib. 2. tit. 8. arreſt. 11.* &, quod magis eſt, poſſit penſio imponi in vim mandati poſt mandatum de reſignando factum, 2
Papon. *lib. 3. tit. 5. arreſt. 6.* tamen hoc procedit, dum tamen vel mandatum ad reſignandum fuit cum reſeruatione penſionis, vel ſi fiat poſt mandatum ad reſignandum ſimpliciter factum, penſio reſeruetur ante 3
admiſſam reſignationem, vt docet Papon *d. arreſ. 6.* & 4
ſentit Blayman. *in ſua theor. & praxi beneficior. titul. de penſion. in gloſſ. lit. P. & R.* & cùm in noſtro caſu proponatur, nedum reſignatio admiſſa, ſed & poſſeſſio capta ante mandatum ad conſentiendum reſeruationi penſionis, ea non imponetur in præiudicium ſucceſſoris.

ARGVMENTVM.

AN fructus per aſcendentes grauatos de reſtituendo percepti imputentur in eorum legitimam ſuper bonis deſcendentium.

SVMMARIVM.

1 *Legitima aſcendentium eſt triens, ſicut deſcendentium.*
2 *Fructus non imputantur in legitimam aſcendentium, contra* num. 4.
3 *Iure nouiſſimo authenticorum legitima debetur parentibus de propria ſubſtantia deſcendentium, ſicut iure Codicis debetur filiis de propria ſubſtantia aſcendentium.*
Vſusfructus per filium relictus aſcendentibus, iuxta l. hæreditatum ff. ad leg. falcid. *æſtimatus in ipſorum legitimam imputari debet.*
6 *Pater non tenetur alere filium, qui bona poſſidet aliunde, vel ſe ex operis ſuis alere poteſt.*

CONSILIVM LXXXIII.

1 NOn in dubium vertitur in lite, quæ ventilatur inter hæredes Alizeæ, Andrienæ & R. P. Rectorem Collegij Societatis Ieſu Carpent. quin legitima d. Alizeæ competens in bonis Grimaud filij d. Societatis defuncti ſit triens, ad quem aſcendentium ſicut deſcendentium fuit aucta, *gloſ. in authent. nouiſſima*, & ibi DD. *C. de inoff. teſtam.* & poſt multos, quos refert & ſequitur, docet Peregrin. *de fideicomm. art. 49. n. 47.* Sed quæſtio eſt, an fructus per aſcendentes percepti in eorum legitimam imputentur.

Præſupponitur enim in facto d. Alizeam à ...... marito hæredem inſtitutam cum onere fideicommiſſi relicta certa ſumma d. Spiritui filio; eundémq; d. Societatis Religioſum factum poſt aliquot annos deceſſiſſe condito prius teſtamento, eoque vſumfructum bonorum ſuorum matri reliquiſſe, d. Collegium Societatis Ieſu Carpen. hæredem inſtituiſſe, bonaque dict. Spiritus in legitima ſuper bonis paternis, & ſic triente bonorum illius vnà cum fructibus à die mortis patris vſque ad mortem d. Spiritus conſtitiſſe, dictámque Alizeam omnia bona patris, eiuſdémque mariti necnon Spiritus filij, fructúſque eorumdem vſque ad obitum percepiſſe, & etiam nunc hæredes ipſius eorum perceptionem continuare.

Et redeundo ad quæſtionem propoſitam, an fructus per dictam Alizeam percepti in legitimam ſu- 2
per bonis filij ſibi debitam imputentur, Ioann. de Carton. *in authent. ex teſtamen. n. 20. 21. & ſeqq. verſ. ſed ad hoc reſpondeo C. de ſecund. nupt.* exiſtimauit non eſſe imputandos, & contrariam opinionem eſſe falſam *per text. in §. diſtrictis verſ. ſi verò filios non habuerit, in authent. quib. modis natur. effician. ſui collat. 7.* non fructus, vt ipſe de Carton. ait, non ſunt pars ſubſtantiæ, ſed ex ipſa ſubſtantia percipiuntur, *per text. in l. in fideicommiſſis ff. ad Trebell. & text. in l. ſcimus §. repletionem C. de inoff. teſtamen.* & idem expreſsè velle text. *in authen. de trien. & ſemiſ. §. 1. & in authen. de hæredibus & falcid.* 3
§. 1. in verb. propria ſubſtantia, inquit idem de Carton. quæ optimè & clarè probant, vt ipſe dicit, quod iure nouiſſimo authenticorum legitima debetur parentibus de propria ſubſtantia deſcendentium, ſicut iure Codicis debetur filiis de propria ſubſtantia aſcendentium, *per tex. in d. §. repletionẽ*, & ſecundùm hãc opinionẽ

Digitized by Google

reſpondit Socin. iun *conſ. 64. per tot* præſertim *n. 2. & 3. & 4. vol. 2.* eandem videtur ſequi Peregrin. *de fideicom. art. 49. n. 40. & 41.* qui tamen relatis duabus opinionibus nihil certò firmat, & præter hos potuit allegari Corn. *conſ. 176 in 1. dub. vol. 3.* & Eman. à Coſta *in c. ſi pater 2. par. in verb. prius, tenon poſſe nu. 38. & 39.* Ferrer. ad Guid. *q. 478.*

4 Sed his non obſtantibus communis & verior opinio eſt in contrariũ, vt teſtantur & probant 1. Bald. *in c. ſi pater de teſtam. lib. 6. in repet. col. 3. in fin.* vt refert & ſequitur 2. Alex *in l. filiusfamilias nu. 3. ff. ad leg. Falcid. & in l. in fideicommiſſ. nu. 9 ff ad Trebell.* 3. Philippus Franc. *in d. c. ſi pater col. 9.* 4. Fabian. de Guiochis *in rep. auth. nouiſſima col. 34. q. 15. verſ. ſed quid è contra, C. de inoff. teſtam.* 5. Paul. de Montepico *in repet. l. hi quartam col. penult. ff. ad Falcid. leg.* 6. Franciſc. de Ramponib. inter conſilia Calder. *tit. de teſtam. conſ. 41.* 7. Collegium Bononien. in conſilio poſito inter conſilia Franciſ. de Curte *conſ. 50. in 5. col.* 8. Ripa *d. l. in fideicommiſſariam n. 32.* 9. Roder. Suar. *in repetit. l. quoniam in prioribus ampliat. 16. C. de inoff. teſtamen.* 10. Berengar. *in l. in quartã c. 1. n. 98. & c. 3. n. 29.* 11. Roland. à Valle *conſ. 39. n. 23. vol 3.* 12. Cephal *conſ. 563. nu. 4.* 13. Menoch. *de arbitr. iudic. caſu 256. num. 49.* 14. Riminald. *conſ. 244. n. 74.* 15. Graſſ. *in §. legitima q. 19. in fin. & in §. Trebellia. q. 11. in fin.* 16. Caualcan. *de vſufruct. nu. 18. & 52.* 17. Cucchus *in tract. de legitima §. ex ſubſtantia n. 44.* 18. Matthæus ad Guid. *d. q. 478.* 19. Surd. *dec. 11. n. 12. & conſ. 388. nn. 23. & 30.* 20. Merchaca *lib. 1. de ſucceſſione creat. §. 4. num. 13.* 21. Matthienz. *in l. 1. tit. 8. glo. 7. n. 2. & 3. lib. 5.* 22. Gregor. Lopez *in l. 8 tit. 11. glo. 8. par. 6.* 23. Anthon. Gomez *var. reſol. to. 1. c. 1. n. 6. & c. 11. n. 36.* 24. Azeuedo *in l. 8. tit. 8. nu. 49. lib. 5. recompilation.* 25. Seraphin. *dec. 1365. n. 5.* 26. Fachin. *controuerſ. iur. lib. 12. c. 72.* 27. Gabriel. *com. opinionum tit. ad Trebell. concluſ. 12. nu. 6.* 28. Senatus Gratianopolit. qui ſecundum hanc opinionem iudicauit, vt ipſemet Ioann. de Carron. atteſtatur. 29. Maynard. *lib. 5. c. 47.* qui tandem hanc ſententiam Senatui Tholoſano placuiſſe, & ſecundùm eam iudicaſſe teſtatur, ita vt Ferrerij aſſertioni *in d. q. ad Guidon.* non ſit facienda vis, hancque communem, & receptiorem eſſe ſententiam DD. ſuprà mentionati, præſertim Graſſ. Seraphin. & Fachin. imò & ipſimet cõtrariæ ſententiæ aſſertores Ioan. de Carrone, & Eman. à Coſta teſtantur.

Veriorem autem eſſe Fachin. *d. c. 72.* & Surd. *dict. conſ. 388. n. 23.* demonſtrant, ne eorum dicta tranſcribã, præſertim quòd *d. l. filiusfamilias ff. ad leg. Falcid. & l. Papinianus §. unde ſi quis ff de inoff. teſtam.* ſunt tantùm correctæ per *l. iubemus*, quoad filios primi gradus, non quoad parentes, de quibus *in d. l. iubemus C. ad Trebel.* non fit mentio, ſed tantum de filiis, & quoad eos manſit incorrecta, vt Alex. *in d. l. filiusfam. n. 4.* poſt Bartol. Angel. Imol. & communiter DD. tradit, qui enim contrarium ſentiunt, mouentur omnes ea ratione, quòd legitima ſit de ſubſtantia ſoluenda, quæ tamen, vt inquit Surd. ſecundùm Bald. & alios communiter eſt falſa reſpectu aſcendentium, imò, vno vel altero contrarium ſentientium excepto, omnes diſſimulanter agendo ſilentio inuoluunt prædictam Baldi doctrinam communiter receptam, & nulla illius facta mentione, ſuam aſſertionem firmant, quaſi nemo repugnet. Cùm igitur Bald. & ſequaces eius contradicant prædictis, nec vlla conciliatione tranſigi poſſit negotium, tenenda eſt authoritas Baldi, quæ plures & grauiores habet aſſertores, nec textus per Ioan. de Carron. allegati intentionem ſuam probant, nã *dict. §. diſcretis in authent. quib. mod. nat. eſſic. ſui & §. 1. de hæred. & falcid.* nihil noui ſtatuunt, ſed ſe referunt ad ea quæ erant ſtatuta iure Codicis, vel antea circa aſcẽdentes, deſcẽdentes & fratres, quoad *d. §. 1.* & quoad aſcendentes & deſcendentes, quoad *d. §. diſcretis*, ideóque dictiones *propria ſubſtantia* debent intelligi ſecundùm naturam eorum, ad quos referuntur, & ſecundùm iura iam antea ſtatuta, vt ſcilicet propriè quidem, & ſic in corporibus hæreditariis, quoad deſcendentes, impropriè verò, & ſic etiam in fructibus, quoad aſcendentes accipiantur. Quoad verò *§. 1. de trien. & ſemiſ.* is de deſcendentibus tantùm loquitur, adde quod non tanta eſt ratio in legitima aſcendentium, quanta in deſcẽdentibus, & correctio iuris non eſt multiplicanda, ſed reſtringenda, & fauor filiis conceſſus *in d. l. ſumus §. repletionem*, non eſt extendendus ad parentes, præcipuè cùm in aliis multis legitima aſcendentibus debita differat à legitima deſcendentium.

Et hæc quidem cùm de fructibus in legitimã aſcendentium computandis agitur, omninò certa & vera videntur, ſed in caſu in quo verſamur, eo certiora ſunt 5
quod d. Spiritus vſumfructum bonorum ſuorum dict. Alizetæ, quamdiu viueret, reliquit, cuius vſusfructus æſtimationem *iuxta l. hæreditatum ff. ad leg. Falcid.* faciendam imputari debere tempore reſtitutionis hæreditatis ſemel agnitæ, etiam in legitimam aſcendentium nouiſſimè cẽſuit Rota in terminis matris vſufructuariæ relictæ apud Seraph. *d. dec. 1365.* per rationes tutiſſimè per eum hìc deductas: nec poteſt negari d. Alizetam ſciuiſſe teſtamentum filij, eámque in vim illius fructus legitimæ, tanquam vſufructuariam percepiſſe, cùm hoc notorium omnibus fuerit.

Quod verò poſtremo loco dicitur d. Spiritum obligatum fuiſſe alimenta præſtare matri, ideóq; dictos fructus non eſſe imputandos, quippe qui etiam non ſufficiebant ad d. alimenta, nam non poteſt allegare 6
hoc, vt dotem ſuam, aliáque iura ſibi competentia ſuper bonis mariti ſalua habeat, cùm nec pater ipſe filiũ alere teneatur, ſi vel filius poſſidet aliunde bona, vel ex ſuis operis ſe alere poteſt, & non niſi in defectum illorum ad alimenta obligetur *l. ſi quis a liberis §. ſed ſi filius*, & ibi Bart. *n. 7. ff. de liberis agnoſcen.* Surd. *de alimen. tit. 7. q. 6. per tot.*

ARGVMENTVM.

DOnationem à patre binubo factam miniſterio vxoris in capitulis matrimonialibus in fauorem filiorum naſciturorum nullam eſſe.

SVMMARIVM.

1 *Valet donatio per vxorem marito facta, vt poſt eius mortem filio communi cum omni emolumento reſtituatur.*

2 *Licet donatio à matre in contractu matrimonij facta miniſterio mariti filiis ex eo naſcituris nulla ſit tanquam in fraudem* l. hac edictali, C. de ſecund. nupt. *hoc tamen non debet habere locum in patre donante, & n. 3.*

4 *Nulla tamen quoad hoc eſt differentia inter patrem & matrem.*

5 *Nam ratio eſſentialis, cur huiuſmodi donatio à matre facta, nulla ſit, militat etiam in patre.*

6 Et

6 *Et quia pater donans æquè ac mater non poteſt habere eandem affectionem erga naſcituros quam erga iam natos.*

7 *Donatio per patrem in capitulis matrimonialibus facta, cenſetur in fraudem* l.hac edictali.

8 *Donatio non dicitur in fraudem* l.hac edictali, *ex eo ſolùm quòd matris miniſterio facta ſit, ſed duobus aliis concurrentibus, nempe quòd in fraudem naſciturorum, & quòd in capitulis matrimonialibus.*

9 *Licet vſusfructus matri non quæratur, donatio per patrem facta, nulla eſt.*

CONSILIVM LXXXIV.

DVM de his, quæ ſcripſi circa litem inter Domicellam Elizabeth do ſancto Sixto viduam Domini Ioan. Andreæ de Lazaris & nobiles Ioannem Matthæum & Franciſcum de Lazaris filios & hæredes d.Ioannis Andreæ ratione pacti appoſiti in contractu matrimonij inter dictos Andream & Elizabeth initi, quo is promittit ſe feudũ empturum vni ex filiis maſculis ex d. matrimonio naſcituris, vel ex primo dicti de Lazaris iam natis donandum ad electionem & nominationem d. Elizabeth, inter nos tractaremus, & de validitate aut inualiditate d.pacti ageretur, quædam deducta fuerunt pro validitate eiuſdem.

1 Primum *l.Sulpitius ff.de donationibus inter vir.& vxor.* qua donatio per vxorem marito facta, vt poſt mortem eius filio communi reſtituatur cum omni emolumento, valet, quia ſolo eius miniſterio vxor vſa eſt, ex quo ſequitur non eſſe dict. pactum adeò inualidum dicendum quòd miniſterio dict. Elizabeth filius communis d.feudum ſit habiturus, vel etiam quòd ex procurante d. pactum fuerit factum.

2 Secundò, dato veriorem & magis receptam eſſe opinionem, vt reuera eſt, donationem à matre in contractu matrimonij in fauorem filiorum ex eo naſciturorum miniſterio mariti factam ſubijci diſpoſitioni *l. hac edictali C. de ſecund.nupt.* tanquam in fraudem illius factam, hoc non debet habere locum in marito donante in fauorem filiorum ex eo matrimonio naſciturorum, quia ratio, propter quam in matre non valet, ceſſat in patre, nimirum, quia ex vi donationis à matre factæ pater idemque maritus vſumfructum bonorum donatorum conſequuturus eſt, idque eò maximè, quòd cùm ad ſtipulationem patris donatio fuerit facta, bona donata cenſentur profectitia, quod ſecus eſt in patre donante; vſusfructus enim matri non quæritur, nec quoad eam bona dicuntur profectitia, etſi ad ſtipulationem ipſius donatio ſit facta.

3 Tertiò, in puncto aliam eſſe iuris diſpoſitionem in patre donante, ac in matre, vt quoad hanc ſcilicet ſit locus *l.hac edictali*, quoad illum minimè, videtur probari ex Bertrand. *conſ.256.lib.7.* qui quamuis loquatur in donatione natis facta, tamen idem quoque ſentit in naſcituris etiam in donatione in capitulis matrimonialibus contenta & in terminis conſilij ſententiæ Richardi de Salicceto: nam cùm D. Bertrand. reſpondet d. conſilio Richardi de Salicceto & doctrinæ inde à DD. communiter receptæ, ait illud procedere in matre donante, ſecus verò eſſe in patre, de quo in ſuo caſu agebat, quod inter eos ratione d. vſusfructus ſit diuerſa ratio: & præter Bertrand. potuiſſet allegari Marta *de poteſt. Eccleſiaſt. & ſecular. par.4.centur.2.caſu 80.* qui diſertè inter matrem & patrem, in terminis donationis filiis ex ſecundo matrimonio factæ differentiam conſtituit; vt in matre quidem ſit locus *dict. l.hac edictali*, & non in patre.

Poſtremò, quia non videbatur bene ſatisfactum doctoribus patri promittentibus plus relinquere ſecundis filiis quàm primis, allegatis per Teſſaur. *deciſ.170. num.10.*

His tamen non obſtantibus, quæ iam circa inualiditatem d. pacti ſcripſi, vera ſunt nedum in matre donante, in qua qui contra dominos de Lazaris ſentire videntur, dant manus, ſed etiam in patre qui caſus eſt noſter: tum quòd *d.l.hac edictali*, procedit in vtroque parente, & quæ dicuntur de matre, habent locum in patre, & contrà, Putc. *dec.4.n.3.lib.3.* Ripa *in l.fin.n.96. C.de reuocan.donat.* Marc. *dec.57.& 848.par.1. & dec.23. par.2.* & ſic cùm habeamus regulam pro nobis, qui contendunt patrem poſſe in capitulis matrimonialibus plus relinquere filiis ex eo matrimonio naſcituris, quàm ex primo natis, debent id probare & doctorem id aſſerentem & diſtinctionem inter patrem & matrem in hoc facientem allegare, quod ni fecerint, pro dictis Dominis de Lazaris decernendum. 4

Tum quòd ratio præcipua, eáque eſſentialis, qua mouentur DD. vt ſtatuant donationem huiuſmodi à matre factam non valere, militat quoque in patre, nimirum quòd fiat in capitulis matrimonialibus, & ante matrimonium contractum ſine quo illud non fuiſſet contractum, ex quo in fraudem *d.l.hac edictali*, donatio cenſetur facta, per Ruin. *conſ.112.* Viui. 396. & Laderch. *conſ.147.* vbi verò eſt eadem ratio, eadem quoque eſt iuris diſpoſitio iuribus vulgaribus. 5

Adde quod pater donans æquè ac mater non poteſt habere affectionem erga naſcituros eádem quam habet erga iam natos, & ſic non ratione ipſorum, ſed matris, cum qua vult contrahere, & ſic in fraudem *d.l. hac edictali*, præſumitur facta, qua etiam ratione mouetur in terminis matris donantis, Viui. *d.dec.396.nu.6. in fin.* & quæ fraus in patre donante eò magis quàm in matre præſumenda eſt, quòd ea ſcilicet nouerca ſit inimica priuignorum *l.4. non eſt enim ff.de inoffic.teſtam.* Bald. *ibidem n.1.* Caſtren. *in l.2.n.6.ff.eod.* 6

Et quamuis hæc ſufficerent, ex abundanti tamen in terminis patris donantis in capitulis matrimonialibus, quod huiuſmodi donatio cenſeatur facta in fraudem *d.l.hac edictali*, ideóque ſit nulla, docent Teſſaur. *dec.170.n.12. verſ.ad tertium*, qui in donatione facta filiis iam natis id contendit, multò magis in naſcituris & in capitulis matrimonialibus id aſſerendum eſt. De Franch. *dec.58.* qui in terminis patris loquitur, & pro reſolutione quæſtionis allegat *dec.435.* quæ verſatur in terminis matris, ſatiſque demonſtrat in eam ſententiam in terminis patris ſtatuendum fuiſſe, niſi in teſtamento per legatum donationem in contractu matrimonij factam re ipſa confirmaſſet, ipſammet ſummam donatam legando. 7

Nec nocet quod dicebatur, dictam donationem fuiſſe factam contemplatione eius matrimonij, ideóque diſpoſita in matre *in d.dec.435.* procedere quoque debuiſſe in patre: nam reſpondetur, quòd ſiue ea verba *& eius contemplatione in d.dec.58.* appoſita, fuerint expreſſa in contractu matrimonij & donatione ibi facta, ſiue non, ſemper eam contemplatione matrimonij cenſeri factam, ex Viui. *d.dec.396.nu.6.* ideóque reſolutionem d. deciſionis æquè in patre ac in matre procedere; expreſſio enim contemplationis, quæ ex natura rei tacitè inerat, non mutat naturam rei.

Ideóque Ioann. Bapt. de Thoro *in compend. deciſion. Neapol. in verb. donatio facta per patrem fol.178.* d. deciſionem ſimpliciter abſque mentione dictorum verborum *& eius contemplatione* refert. Randens *dict. cap. 55.num.6.7.& 21.* vbi in terminis ſententiam Teſſaur. *dict. deciſion. 170. numer.12.* idem in patre quod in 8

matre ſtatuentem confirmat. Riminald. *conſ.* 418 *per tot.* præſertim *nu.* 10. æquiparatio enim, quam ibi facit inter patrem & matrem, eſt, nedum quoad rationem, ſed etiam quoad deciſionem, vt ex eo contextu totius conſilij conſtat. Surd. *conſ.* 250. *nu.* 32. & 33. de patre loquens exiſtente fraude, quam adeſſe in ſuperioribus ſcriptis docui. Coſta de Rata *q.* 85. *nu.* 11. & 12. in vtroque parente.

Nec obſtant in contrarium deducta. Ac primum *d. l. Sulpitius ff. de donat. inter vir. & vxor.* ex ea nihil aliud conijcitur, quàm niſi vbi adeſt nudum miniſterium, donationem alioquin inter virum & vxorem prohibi-
8 tam valere, ſed nos non ex eo ſolùm, quòd miniſterium matris interuenerit, donationem non valere & in fraudem *d. l. hac edictali* cenſeri factam dicimus, ſed duobus alijs concurrentibus, nempe quòd ſit facta in fauorem filiorum naſciturorum, erga quos non potuit haberi tanta affectio ac erga natos, & quòd fuerit in capitibus matrimonialibus, vltra quod in caſu noſtro non ſimplex adſit miniſterium matris, nec poteſt dici nullo caſu ex huiuſmodi donatione quidquam matri quæri poſſe, quæ duo copulatiuè conſiderat iuriſconſultus in *d. l. Sulpitius*. Nam hîc mater ſibi electionem ſtipulatur, ex qua gratitudinem erga electum ſibi acquirit, & vtilitatem ex ſucceſſione filij, forſan poſtea morituri ſperare poteſt.

Non obſtat ſecundum, quia verum quidem eſt,
9 quòd quando vſusfructus quæritur patri, huiuſmodi donatio facilius dicitur in fraudem *l. hac edictali* facta, quia ex ea patri commodum quæritur: ſed ea ratione ſecluſa non proptereà minus donatio dicitur facta in fraudem *dict. l. hac edictali*, ex rationibus ſuprapoſitis, præſertim ex eo quòd aliàs matrimonium non fuiſſet contractum, quæ eſſentialis ratio eſt, & in qua ſola ſe fundant Ruin. *d. conſ.* 112. Viui. *d. dec.* 396. & Laderch. *d. conſ.* 147. & in terminis, quòd etiam ſi vſusfructus patri non quæratur, donatio à matre facta, vt ſuprà non valeat, docent Ruin. *d. conſ.* 111. *n.* 8. *verſ. item non obſtat*, Trentacinq. *var. reſolut. lib.* 3. *de matrim. verſ.* 5. *nu.* 35. *verſ. ſecunda eſt opinio fol.* 347. Laderch *d. conſ.* 147. *nu.* 1. Mantic. *de tract. & ambig. tit.* 33. *nu.* 12. *verſ. quod locum habet* Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 119. *nu.* 35. Nec verum eſt quoad ſtipulationem patris, ita vt ſuprà donatum eſt, dici profectitium, nam vbi quæritur vſus fructus, non ſolum vſusfructus, ſed & proprietates ad ipſum ſpectarent, ſi eſſet profectitium. Cùm itaque d. donatio à matre facta, etiam vbi non quæritur vſusfructus patri, ſit nulla tanquam in fraudem facta: Idem quoque aſſerendum eſt in patre donante, cùm in vtroque eadem ſit ratio.

Non obſtat quod tertio loco ex Bertrand. *conſ.* 236. *lib.* 7. dicebatur, nam loquitur in filio nato, & ſic non facit ad caſum noſtrum, nec poteſt duci argumentum ex reſponſione, quam facit ad ſententiam Richardi de Saliceto, quaſi ea omni caſu in matre tantùm procedat, non in patre; ſatis enim illi fuit reſponſionem vnam dare, quæ caſui ſuo conueniret, ſcilicet quòd ea ſententia procederet in matre donante, & vbi vſusfructus patri quærebatur, non autem in patre donante, cùm vſusfructus non quæratur matri, ſed non poſſumus inde elicere concluſionem generalem, numquam valere in patre, etiam vbi in matre donante non quæritur vſusfructus: dicta enim DD. vt iacent, ſolùm intelligenda ſunt, nõ autem, vt ſit in legibus ex illis poſſumus ducere argumenta à contrario vel in conſequentiam: prætereà etiam ſi in terminis Richardi de Saliceto generaliter diceremus in matre quidem procedere, ſed non in patre, noceret caſui noſtro: nam caſus, ſuper quo eſt lata dicta ſententia, eſt, quando matrimonium erat iam contractum, & capitula matrimonialia poſt illud fuerunt deinde facta, & ſic ceſſat ratio eſſentialis, quòd ſcilicet matrimonium aliàs non fuiſſet contractum, qua mouentur Ruin. Viui. & alij ſuprà allegati: quæ cùm in vtroque parente militet, facit vt ab vtroque donatio facta ſit in fraudem, at in caſu Richardi, ceſſante illa ratione, vt ceſſat, cùm vſusfructus quæratur patri donante matre, non autem matri donante patre, non eſſet mirum, ſi diceremus eam ſententiam in matre, non in patre procedere.

Non obſtat etiam Marta *de poteſt. eccleſ. & ſecular. d par.* 4. *centur.* 2. *caſu* 180. loquitur enim in filio nato, in quo cùm ceſſet ratio eſſentialis, de qua ſuprà multi tenent aliud dicendum in patre quàm in matre, quòd patri non matri vſusfructus quæratur, quamuis etiam hoc caſu contrarium ſentiat Teſſaur. *d. dec.* 170. & in vtroque donationem non valere contendit.

Ad poſtremum reſpondetur *text. dict. l. hac edictali*, tantum abeſſe vt conſtituat differentiam inter patrem & matrem, quin potius in vtroque idem ſtatuat, Cyn. verò, Iacob. Butrigar. & Bald. ſuprà in contrarium allegati, ne verbum quidem hac de re, Bertrand. verò *dict. conſ.* 186. loquitur in natis, ſicut & quoque Rolãd. à Valle *d. conſ.* 62.

Ex quibus concluditur, veriſſimum eſſe quod in prioribus ſcriptis aſſeruimus, donationem à patre in capitulis matrimonialibus in fauorem filiorum naſciturorũ miniſterio matris factam nullius eſſe momenti.

ARGVMENTVM.

VT legatum vſusfructus imputetur in legitimam etiã deſcendentium, an ſit neceſſaria acceptatio. An æſtimatio dicti vſusfructus iuxta *l. hæreditatum ff. ad leg. falcid.* ita ſit reſtringenda ad annum 60. vt ſi plus vixerit, annorum vltra 60. non ſit habenda ratio.

Cùm de fructibus ipſis ſimpliciter imputandis agitur, an ſit opus expreſſa acceptatione fideicommiſſi.

SVMMARIVM.

1 *Vſusfructus legatum non imputatur in legitimam niſi acceptatum fuerit.*
2 *Aeſtimatio ſecundùm* l. hæreditatum ff. ad leg. falcid. *ſit iuxta verum numerum annorum, quibus vixit vſufructuarius.*
3 *Nulla habita ratione acceptationis fructus imputantur in legitimam aſcendentium.*
4 *Legitima magis debetur filiis quàm parentibus.*

CONSILIVM LXXXV.

EX epiſtola per doctiſſimum D. Petrum Andream ad me ſcripta ratione conſilij à me facti circa quæſtionem, an fructus ab aſcendente grauato de reſtituendo percepti in legitimam imputentur, tria reſultant paucis diſcutienda: primum vt legatum vſusfructus imputetur in legitimam etiam deſcendentium, ex Seraph. *dec.* 1365. an ſit neceſſarium, vt fuerit acceptatum: ſecundum, an æſtimatio d. vſusfructus iuxta *l. hæred. ff. ad leg. falcid.* facienda, ab anno ætatis

tatis 30. vſque ad 60. ita ſit ad dict 60. reſtringenda, vt, quamuis plus vixerit, annorum vltra 60. non ſit habẽda ratio. Poſtremum, cùm de fructibus ipſis ſimpliciter imputandis agitur, an ſit opus acceptatione fideicommiſſi expreſſa.

1 Ad primum reſpondetur, acceptationem requiri, vt diſcretè docet Seraphin. *d. dec.* 1365. *nu.* 19. reſpondendo Socin. iuniori *conſ.* 64. *lib.* 2. ideóque ſi in caſu, in quo verſamur, mater non acceptaſſet hæreditatem filij, ratio, quam ex legato vſusfructus deduxi, non ſuffragaretur, vt optimè ſentit d. D. Andreas, ſed non propterea minus militaret ratio, de qua poſtea in 3. dubio.

Ad ſecundũ reſp. rationẽ annorum vltra 60. haben-
2 dam eſſe; nam computatio ſecundũ *d. l. hæreditatum*, ſit præſumptiuè, vt ſc. tantùm 60. annis præſumatur viuere ad æſtimationem vſusfructus ſeu alimentorum ſtatim fiendam, ne aliàs ſit in pendenti legatum vſusfructus ſeu alimentorum, ſeu æſtimatio facienda illorum propter aliquã cauſam, propter quã debeat ſolui æſtimatio vſusfructus ſeu alimentorum, ſi tamen in futurũ euentũ plus vel minus viueret vſufructuarius quã d. lex præſumpſit, non eſſet præiudicium vſufructuario ſeu hæredi ex d. æſtimatione iam facta, ſed regula etiam ſecundũ eius veram vitam, vt tenet gloſſ. *in dict. l. hæreditatum*, præſertim in verb. 30. *annorum*, quam ibi Bart. Alberic. & alij communiter ſequuntur, nec non Imola, & DD. *in l. cum Titio ff. ad leg. falcid.* & fusè probat Roderic. Suar. *in l. quoniam in prioribus amplia.* 3. *n.* 10. & licet Couar. *lib.* 3. *var. reſol. c.* 9. *n.* 8. *verſ. hinc deducitur* contrarium ſentiat, tamen ſuperior ſententia, quippe quæ receptiori DD. calculo ſit recepta, vt ipſemet Couar. fatetur, eſt ſequenda: ideóque in caſu noſtro, ſi conſtet matrem d. legatum acceptaſſe, non eſſet habenda ratio, quòd 55. & vltra eſſet annorum, ſed etiã quamdiu reuerà vixerit, præſertim quòd ipſa demùm matre mortua, agitur de d. æſtimatione facienda, quia tunc quamdiu reuera vixit, conſideratur *d. l. cum Titio ff. ad leg. falcid.*

Ad tertiũ, quod dicitur de acceptatione, ſolùm procedit, cũ agitur de legato vſusfructus imputando etiã in legitimam deſcendentium, non ſi agatur de fructib. 3
ipſis imputandis, qui in deſcendentium quidem nullo modo, in aſcendentium verò legitimã ex crebriori ſententia imputantur ex vi & natura ſua, & ex eo quod percepti ſunt, nulla acceptationis habita ratione: ſufficit enim quod eos reuera perceperit aſcendens, vt intret imputationis quæſtio, & ita loquuntur DD. de ea tractantes. Et quamuis ea quæſtio non fuerit reſoluta per *d. dec.* 1365. tamen eam Seraphin. ſatis amplectitur, & communem teſtatur. Hoc ſubiiciendum eſt, cùm in d. epiſtola dicitur legitimam aſcendentium difficiliùs quã deſcendentium tolli, ex Cephalo *conſ.* 278. *n.* 50. & *ſeqq.* illud procedere, cùm de priuatione legitimæ agitur, quia ſc. filij ob obligationem, quam erga parentes habent, & obedientiam, quam eis debent, ob ingrati- 4
tudinem faciliùs legitima priuari debent quàm parẽtes, ſed alioquin legitima magis filiis quã parentibus debetur, nec tanta eſt ratio in legitima aſcendentium, quàm in deſcendentium, *l. nam et ſi parentibus*, cum ibi not. *ff. de inoff. teſtam.* Surd. *conſ.* 388. Ideóque quædam imputantur in legitimam aſcendentium, quæ non imputantur in deſcendentium, Surd. *d. conſ.* 388.

ARGVMENTVM.

DE congrua portione Vicarij perpetui.
De reſcindenda in Galliæ tranſactione per errorem, & ex falſa cauſa inita.

SVMMARIVM.

1 *Quanta debeat eſſe congrua portio Vicarij perpetui remittitur arbitrio iudicis.*

2 *Eáque ſententia receptiſſima eſt in Gallia.*

3 *Et habet locum nedum in ea portione, quæ datur Curioni ab Epiſcopis, qui decimas præſcriptione, tranſactione, vel alius modis acquiſiuerunt: ſed etiam in ea quæ datur Vicario perpetuo à primitiuo Curione ſeu Priore, qui & Patronus vocatur.*

4 *Auctis oneribus augenda eſt portio.*

5 *In congrua portione habetur ratio prædiorum Vicariæ perpetuæ annexorum, vel ab ea dependentium.*

6 *Necnon incertorum emolumentorum cùm ad certitudinem reduci poſſunt.*

7 *Licet conſtitutione Pontificia & Regia ordinatione congrua portio regulata ſit, vt non ſit maior* 100. *aureis, nec minor* 50. *tamen quandoque maior decreta fuit.*

8 *Duæ Parrochiæ vnitæ habentur tantùm pro vna, & vltima tanquam acceſſoria dependet à prima.*

9 *Et vnica debetur congrua portio, etiam ſi eſſent duo Vicarij illarum Eccleſiarum vnius Parrochiæ æquè principales.*

10 *Tranſactio per errorem & ſine cauſa facta reſcinditur.*

11 *Tranſactio & promiſſio ex cauſa falſa, nulla eſt.*

12 *Item & facta per dolum & calumniam.*

13 *Nec iuramentum eam firmat.*

14 *Eccleſia contra Eccleſiam reſtituitur, ſicut minor contra minorem.*

15 *Quod dicitur de priuilegiato contra priuilegiatum, non procedit, quando is, contra quem petitur, reſtitutus eſt in lucro, qui verò petit, in damno.*

16 *Eccleſia æquiparatur minori, & per omnia vice illius fungitur.*

17 *Etiam in tranſactione maiorem in Gallia locus eſt reſciſioni, ſtante dolo & fraude.*

CONSILIVM LXXXVI.

VT certa reſolutio habeatur, an ſit locus reſciſioni tranſactionis initæ inter Dom. Nicolaum Ioubert tunc pro Priore Prioratus S. Iuliani Lugdunen. Diœceſis ſe gerentem, & D. Petrum Peyroſa Curatum ſeu Vicarium perpetuũ d. Eccleſiæ 27. Martij anno 1599. Pariſiis initæ, & alterius inter R. P. Rectorem Collegij Societatis Ieſu Lugduni erecti, cui d. Prioratus etiam ante dictam tranſactionem fuerat vnitus, & d. Peyroſa Vicarium, 19. Iunij 1608. Lugduni factę, per quam vel prima confirmatur, vel eodẽ modo, quo illa de nouo tranſigitur. Duo præſupponenda ſunt. Primũ, quæ & quanta dicatur cõgrua portio, quæ Vicariis cõpetit; & etſi aliàs diſputari ſoleat, quãta debeat eſſe portio Canonica Vicario perpetuo aſſignanda, & alij quartã, alij quartã quartæ exiſtimẽt, vt *in cap. extirpandæ de præbend.* DD. *in clemen.* 1. *de iure patronat.* verior tamẽ & in iudiciis recepta ſentẽtia, vt totũ hoc ex iudicis arbitrio pendeat, qui inſpecta qualitate perſonarũ, onerũ & fructuũ aſſignet eã portionẽ, ex qua Vicarius cõgruè ſuſtentari poſſit, vt docet Rebuff. *in tract. de congrua portio. q.* 9. *n.* 80. Hoſtien. *in ſumma de renũt.* §. *ſi.* & nouiſſimè ſacroſ. Cõc. Trid. definitũ

eſt,*ſeſſ.7.de reformat.c.5.6.& 7.& ſeſ.25.c.16.*ſed maximè
*d.c.7.ſeſſ.7.*quæ ſententia in Gallia receptiſſima eſt,For-
get *tract.des choſes decimal.c.5.nu.9.in fin.* Rochete *en ſes
decſions de pluſieurs queſtions ſur. portiõ canonique*, Gue-
nois *en la conference des ordonnances lib.1.tit.3.§.65.* quã-
uis aliàs ſupremi Senatus Pariſien. arreſto de ann.1589.
& 17.Iulij ſiue Septẽb.ex Grimandet cõgrua portio ter-
tiã quadrãte definita fuerit, quod arreſtũ deferunt, &
illius mentionem faciunt,Rebuff.*d.tract.q.9.num.*80.
Charond.*lib.1.pandectar.titu.*13.Chopin.*de ſacra polit.
lib.3.tit.4.nu.5.* Chenu *in addit.ad Papon.lib.1.tit.12.ar-
reſt.*10.Guenois *d.lib.1.tit.3.§.65.* tamen poſterioribus
temporibus receptum fuit,vt totum hoc arbitrio iudi-
cis relinqueretur ,ex Forget, Rochete, & præſertim
Guenois dictis locis : quamuis etiam hodie accidere
poſſit,vt & quadrante definiatur d.congrua portio , ſi
nimirum pro qualitate onerum & fructuũ ac ſeruitij
fructus ad quartã partẽ aſcendẽtes neceſſarij ſint pro
ſuſtentatione Vicarij, quemadmodũ nouiſſimis tẽpo-
ribus de anno ſcil.1603. 17.Maij & 21.Iunij per Senatũ
Tholoſanum,prouiſionaliter tamen, ordinatum fuit,
referente Chenu ad Papon.*d.tit.10.arreſt.8.*& Bleynia.
*in theor. & prax.benef.tit.de congrua portio.n.11.in gloſſ.
ſub lit.C.*& habita ratione onerum portionem congruã
modò maiorem, modò minorem definiri ſeſe in rege-
ſtis eiuſdem Senatus Tholoſani, vidiſſe teſtatur May-
nard.*lib. 1.quæſtion.c.*39.

3 Atq; hoc quidem,congruam ſc.portionem arbitrio
iudicis definiendam eſſe , nedum habet locum in ea,
quę datur Curioni ab Epiſcopis,qui decimas acquiſie-
rũt,vel pręſcriptione,vel tranſactione,vel aliis modis,
de quib.Peleus *lib.1.Forenſ.actio.c.*21. ſed etiam in ea,
quæ Vicario perpetuo datur à primitiuo Curione,ſeu
Priore (qui & Patronus vocatur , quia præſentatio d.
Vicarij ad eũ ſpectat,*Clemen.1.de iur.patron.*Bleymian.
d.lo.n.22.)vt teſtatur Bleyn.*d.tit.de congrua portio. nu.8.*
4 *&* 30.Ideoq; congruæ portionis nomen accepit,quod
collationem quandam inter perſonas & res, vt vnum
conueniat alteri, præ ſe ferat , quemadmodum & no-
5 men congrui muneris,*l.1.in fin.ff.de decurion.*congruæ-
que reſponſionis *in l.1.§.ead.ff. de verb.oblig.* Diffe-
rentia enim eſt inter artifices,cuique plus oneris ratio-
6 ne latiùs patentis Parrœciæ incumbit,plus quoque re-
dituum eidem concedendum videatur , Bleyn. *d. loco
n.*32. adeò vt auctis oneribus augendam quoqua por-
tionem docuerit Forget.*d.tract.c.3.n.4.* & ad id refert
duo arreſta de ann.1525. 4.Iulij. Primum quidem pro-
uiſionale.& alterum definitiuum de anno 1537. 3.Apri-
lis , & in hoc arbitrio iudicis habetur ratio prædiorum
vicariæ perpetuæ annexorum vel ab ea dependentiũ,
vt ſcilicet tantò minus à primitiuo Curione dandum
ſit pro congrua portione, Forget. *in d.loco d.c.11.nu.*11.
nec non habetur ratio incertorum emolumentorum
cùm ad certitudinem reduci poſſint: Rebuff.*d.loco nu.*
86.& expreſsè Bulla Pij V. de anno 1567. Kalend.No-
uemb.fuit ordinata.

7 Sed hoc arbitrium iudicis aliquo tamen modo fuit
regulatum conſtitutione Pontificia , nec non Regia:
illa quidem per d.Bullam Pij V.*ſuper interpret. d.c.7.
ſeſſ.7.Conc.Trid.*editam , qua portiones congruas re-
ſtringit , vt portio non aſſignetur maior cẽtum aureis,
nec minor 50. imputatis etiam incertis emolumentis,
vt ſunt oblationes mortuariæ , & cætera huiuſmodi:
hac verò Carolina ſcilicet, Pariſiis 16.April.anni 1671.
*art.*9.edita,& ibid.10.Iulij 1572.repetita,qua 120.libria
ea definitur,de qua Forget.*d.c.11.nu.9.*Guenois *d.lib.1.
tit.3.§.65.*& Bleyn.*d.tit.de congrua portio.n.9.*

Nihilominus , non obſtante d.ordinatione, quan-
doque maior portio ratione onerum & ſeruitij per ar-
reſta decreta fuit,duoq; refert Chenu ad Papon.*d. ar-
reſt.*10.non tamen vltra 200.libras,vt ex infrà dicendis
apparebit. Alterum, quod præſupponendum eſt, d.
Vicariũ S.Iuliani ſecluſis d.trãſactionibus , & ante eas
ratione d.vicariæ longè vltra 80. ſcuta ſolitum recipe-
re , & reditus ac emolumenta d.vicariæ longè excede-
re:ex quo ſequitur, nedum congruam , ſed pluſquam
congruam portionem habuiſſe, nec illius auctionis lo-
cum fuiſſe. Nec refert ſi dicatur Curam ſanctæ Barba- 8
ræ loci S.Chaumundi dependere à vicaria S. Iuliani,
illiq; annexam, & vtrique inſeruiendum , & eo nomi-
ne miniſtros habendos; nam non propterea duæ con-
gruæ portiones ſunt ſtatuendæ,ſed vnica tantùm,quia
d.duæ Eccleſiæ non debent habere nomen , vim & ef-
fectum duarũ parrochialium , imò è contrario cenſen-
tur vna tantùm parrochia, & vltima tanquam acceſſo-
ria dependet à prima,*c eam de æt. & qualit.præficiendor.*
Dec.*in c.ex parte cl.2.n.1.de reſcript.* qui allegat Panor.
in c.recolentes in fin.;de ſtatu monachor. inde fit, vt *c. licet
canon.de electione in 6.* non habeat locum in beneficio
annexo. Quæ cauſa fuit , vt arreſto Senatus Pariſien.
1.Iulij an.1604.quidam Vicarius ſeu Curatus diœceſis
Ambianenſis , qui annexam habebat Eccleſiam ſuæ
parrochiæ fuerit manutentus in poſſeſſione, & iniun-
ctum habitantibus d.annexæ, vt quatuor feſtis ſolem-
nioribus anni , necnon die Patroni Eccleſiæ irent ad
matricem Eccleſiam,cæteris verò feſtis & diebus dict.
Curatus aliquẽ deputaret , qui ſeruitio d.Eccleſiæ an-
nexæ incumberet,referente Forger *d.c.11.n.8.verſ.quãt
au ſecond.*& in puncto vnitã tantùm congruam portio-
nem debere docet Forget *d.loco*,etiam ſi eſſent duo vi-
carij illarũ Eccleſiarum vnius parrochiæ æquè princi-
pales *d.n.8.in princ.* quo caſu ducentæ ad ſummum li-
bræ eſſent congrua portio vtriuſque, multo magis vbi
vna eſt acceſſoria ad aliam, & vnicus titulũ Vicarij ha-
bet, vt hoc caſu, quemadmodum deciſum fuit per ar-
reſtum Senatus Rothomagen. vt refert Forget *d.c.11.
n.*10.ibiq́ne etiam alio arreſto tantumdem alij Curioni 9
pro congrua adiudicatum refert, eò quòd non niſi per
alueum quemdam vicos,quib.ſua cõſtabat Parrochia,
luſtrare poſſet, & idcirco ſub ſe vicarium habere tene-
retur ; ac demum ſubdit propter latiores fines Parro-
chiæ S.Petri de Marigny congruam magiſtri Richardi
Niuet ad eius præfecturam vocati ſexaginta aureis de-
finitam à Senatu Rothomagen. 16.Iulij 1598.

Sed in caſu,in quo verſamur, nõ ducentæ libræ pro
congrua portione, ſed ſolùm centum viginti iuxta or-
dinationem regiam eſſent aſſignandæ, quia Eccleſiæ
ſanctæ Barbaræ dicti loci ſancti Chaumundi per Cu-
rionem ſancti Petri dicti loci ſancti Chaumundi &
Presbyteros à Domino de S.Chaumond fundatos in-
ſeruitur,iuxta concordata ea de re facta.In Eccleſia verò
S.Iuliani adſunt Presbyteri habituati , quorum vnus
cũ modico ſalario officio vicarij fungi poteſt, & quod
plus eſt , contractus interceſſit inter d.Vicarium & di-
ctos Presbyteros , quo ſinguli officium vicarij obire
promiſerunt, ſed etſi Vicarius ipſe Peyroſa d.Eccleſiæ
inſeruire vellet, vt debet , nullum ſalarium per ipſum
ſoluẽdũ eſſet, ideoq; d.ordinationi Regiæ ſtare debet.

His ſic præſuppoſitis,omninò reſoluendum eſt, di-
ctas tranſactiones annullandas & caſſandas, illarúmq;
nullam habendam eſſe rationem, dictúmque Peyroſa
iis,quæ ante dictas tranſactiones percipere ſolebat,cõ-
tentum eſſe debere.Idque ex eo quòd eæ fuerunt per
errorem , ex falſa cauſa & per dolum initæ, vt mittam
primam tranſactionem ex alio capite nullius eſſe
momenti , quia dict.Nicolaus Ioubert non erat verè
titularis Prior,imò nullum ius in dicto Prioratu
habebat, tum quòd dict. Prioratus ſancti Iuliani iam
fuerat

Digitized by Google

fuerat vnitus d. Collegio Societatis Ieſu Lugdunen. & pendente abſentia Patrum d. Societatis à Gallia Dom. Colinis Senator Pariſien. virtute indulti Senatoribus conceſſi nullo iure dict. Prioratum inuaſerat poſt obitum Prioris, qui vnioni conſenſerat, reſeruatis tamen ſibi, quamdiu viueret, fructibus: reſtitutis enim dictis Patribus authoritate regia ad dictum beneficium, quæ medio tempore geſta erant, non debent illis nocere, tum, quòd d. Ioubert non erat d. Prioratus verè titularis, ſed nomine d. D. Colinis, & in vtilitatem eiuſdem eum tenebat & poſſidebat, qui propterea veris titularibus per contractus à ſe initos præiudicare non poterat.

Per errorem, inquam, fuerunt initæ, quia aſſerebatur per d. Peyroſa ſe congruam portionem non habere, cùm tamen verius eſſet eum pluſquam congruam partem habuiſſe, vt ex ſuperioribus paret; tranſactio verò (ſi tranſactio nominanda eſt) per errorem & ſi-
10 ne cauſa facta reſcindi debet, *l. cum ſe §. vult egitur ff. de tranſaction. l. qui ſine cauſa ff. de condi. ſine cauſa*, Roman. *conſ. 258.* & poſt eum Alexand. in terminis tranſactionis *conſ. 102. viſis & ponderatis n. 8. verſ. circa*, aliud dubium lib. 1. ſequitur Dec. *conſ. 350. viſis allegationibus nu. 4. & conſ. 402. in cauſa n. 8.*

Ex falſa cauſa, quia in ea falsò enunciatur vicarios d. Eccleſiæ S. Iuliani ſolitos percipere 8. ſextarios, partim frumenti, partim ſiliginis, & 8. menſuras dictas aſnè vini & tres quadrigas paleæ, cùm tamen veriùs ſit nunquam percepiſſe niſi ſex ſextarios frumenti vel ſiliginis, & ſex aſnè vini abſque vlla palea: tranſactionẽ verò & promiſſionem ex falſa cauſa factam nullius ef-
11 ſe momenti certiſſimum eſt ex his, quæ Roland. ſcribit *conſ. 15. viſa tranſactione n. 31. lib. 1.*

Per dolum autem, quia cùm d. Peyroſa probè ſciret non niſi dictos ſex ſextarios grani & aſnè vini ſine vlla palea ſolui ſolitos, doloſè tamen & calumnioſè de octo & palea enunciauit & affirmauit: tranſactionem
12 autem per dolum & calumniã factam non valere certum eſt, *l. in ſumma ff. de condict. indeb.* & iuramentum
13 eam non firmat, *l. non dubium Cod. de legibus*, adeò vt ſufficiant præſumptiones ad calumniã euidenter probandam, Ruin. *conſ. 30. quamuis n. 12. lib. 5.* Caſſador. *dec. 7. de dolo & contumacia.* Quod hoc caſu omninò ſtatuendum eſt, quo d. Peyroſa erat actor, & calumnioſè dict. Ioubert ignoranti, quæ vicario ſolent præſtari, cuiuſque non intererat, cùm non eſſet verè titularis, obrepſit, *l. ſi quis obrepſerit ff. ad leg. Cornel. de falſ. l. ſub prætextu 1.* vbi Salicet. *col. penult. verſ. ad ſecundum*, vbi alij *C. de tranſactionibus.*

Sed his ceſſantibus, quæ tamen non ceſſant, ex *c. læſionis*, ſuccurrendum eſſet d. Collegio Societatis Ieſu. Nec refert ſi dicatur agi hic de Eccleſia contra Eccleſiam, & ſic de priuilegiata contra priuilegiatam reſti- 14
tuenda, quia certum eſt Eccleſiam contra Eccleſiam reſtitui, ſicut minorẽ contra minorem, Ioan. Paul. Lancelot. *in inſtitut. Canon. in princ. & §. 1.* Matan. *par. 6. §. & quandoque appellatur num. 87.* Dec. *lib. 8. c. 3. num. 21. in addition. Granuty*, Sfort. Odo *de reſtitut. par. 1. q. 18. art. 9.*
quod enim dicitur de priuilegiato contra priuilegia- 15
tum, non procedit, quando is, contra quem petitur reſtitutio eſt in damno, alius verò in lucro, Sfort. Odo *d. par. 1. q. 18. art. 5.*

Nec quatenus ex *d. c. læſionis* expeteretur d. Rector ad reſciſſionem dictæ tranſactionis, obſtaret ordinatio regia Caroli IX. de anno 1560. de qua *au Code Henri & aux Baſiliques lib. 6. tit. 23. art. 3.* quia ordinatio ſolum habet locum in tranſactionibus maiorum non mino-
rum, nos verſamur in minore, hoc eſt, Eccleſia, quæ æ- 16
quiparatur minori, & per omnia vice illius fungitur, *teſt. in cap. 1 & in c. auditis*, & ibi gloſ. *in verb. contra religioſam de reſtitut. in integrum*, Baldus *in l. pupillorum in fin. Cod. de repud. hered.* & communem omnium dicit Roman. *conſ. 166. in fin.* & DD. *in authent. quas actiones Cod. de ſacroſ. Eccleſ.* & poſt eos Sfort. Odo *dict. art. 9.* & quamuis verſaremur in tranſactione maiorum, quod tamen non eſt, non obſtaret dicta ordinatio, quia hic adeſt fraus & dolus dicti vicarij, quo caſu etiam per dictam ordinationem eſt locus dictæ reſciſſioni ex claris ipſius verbis, & docent Charond. & Freror. in dictis *Code Henry & Baſiliq.* Guenois *en la dite conference lib. 2. tit. 5. §. 3.* & Papon *lib. 16. tit. 3. des reſtitutions en entier, arreſt 6.*

ARGVMENTVM.

De Beneficiis ad nutum Prioris amouibilibus.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia propriè ſumpta perpetua ſunt, idque nominatim habet locum in Eccleſiis ad Monachos & Collegia pertinentibus.*
2 *Sunt tamen quædam manualia & temporalia, & ad nutum amouibilia, aut certo tempore reuocabilia, quæ tamen impropriè vocantur beneficia, nec poteſt quis ſub eorum titulo ad ſacros ordines promoueri.*
3 *Vicaria Eccleſiæ parrochialis eſt quandoque temporalis.*
4 *Eóque caſu cura animarum non cenſetur exiſtere penes Vicarium, ſed tantum exercitium nomine Prioris, cuiuſque inſtitutio & ad nutum amotio, ad Priorem, ſola verò approbatio & licentia adminiſtrandi ſacramenta ad Epiſcopum ſpectat.*
5 *Talis Vicarius ab Epiſcopo approbatus ante annum ſine cauſa deſtitui non poteſt.*
6 *Secundarius tam de iure quàm de conſuetudine ad nutum Prioris amoueri poteſt.*
7 *Verba enunciatiua non probant contra tertium.*
8 *Maximè quando enuncians non poteſt actum facere ex ſe ſolo.*
9 *Prior non poteſt præiudicare ſucceſſoribus.*
10 *Verba diſpoſitiua non probant contra abſentes nec pro ipſis.*
11 *Præſentatio Prioris approbationem & licentiam Epiſcopi præcedere debet.*
12 *Verba enunciatiua non probant etiam inter præſentes quando agitur de beneficij collatione vel ordinum ſuſceptione.*
13 *Etſi Eccleſia præſcribat contra Monaſterium, requiruntur 40. anni.*

CONSILIVM LXXXVII.

NON obſtantibus iis, quæ pro parte D. Franciſci Pontus ſeu eius procuratoris deducta fuerunt, d. Pontus à ſecundaria Eccleſiæ Paternen. per R. P. Rectorem Collegij Auen. Societatis Ieſu, cui Prioratus d. loci de Paternis, authoritate Apoſtolica eſt vnitus, amoueri potuit, & fuit amotus, & Dom. Petrus Fernerius Presbyter per eundem R. Rectorem præſentatus ſi idoneus repertus fuerit, ad officium d. ſecundariæ admitti debet.

Nam etſi verum ſit, beneficia propriè ſumpta perpetua eſſe debere, nec prouiſos de illis ſine iuſta cauſa 1
amoueri poſſe, idque nominatim locum habeat in

Digitized by Google

Eccleſiis ad monachos vel collegia pertinen. *cap. vn.*
gloſſ. de Capell. monachor. in 6. & aliis iuribus in contra-
2 rium allegatis, tamen quædam ſunt beneficia manua-
lia & temporalia, & ad nutum amouibilia, aut certo
tempore finito auocabilia, quæ tamen impropriè be-
neficia vocantur ob perpetuitatis defectum, ideóque
ad ordines ſacros quis ſub eorum titulo promoueri
3 nõ poteſt, vt fusè docet Nicol. Garc. *de benefic. par. 1. c. 2.*
n. 39. & Blayn. *in introductione benefic. tit. de manualib. &*
tempor. in princ. fol. mihi 31. & in ſpecie quòd vicaria
Eccleſiæ parrochialis ſit quandoque temporalis, do-
cent Rebuff. *in prax. tit. de vicar. perpet. num. 1. & tit. de*
4 *diſpenſ. rat. ætat. verb. vel earum perpetuæ vicariæ, & tit.*
de diſpenſat. de non reſiden. n. 18. Nicol. Garc. & Blayn.
d. locu, & ſacrum Concilium Tridentinum illud euin-
cit, *ſeſſ. 7. c. 7. de reform.* penes quos cura animarum non
cenſetur exiſtere, ſed eam nomine Prioris exercent, eo-
rúmque inſtitutio & nominatio, ac ad nutum amotio
ad Priorem Beneficij aut Abbatem vel ſuperiorem
Monaſterij, cui beneficium eſt vnitũ, pertinet, ſolúmq;
approbatio, admiſſio & licentia miniſtrandi ſacramẽ-
ta ad Epiſcopum ſpectat, Rebuff. *d. tit. de diſpenſatio. de*
non reſiden. nu. 18 Garc. *d. c. 2. n. 93.* Blayn. *d. tit. de manua-*
lib. nu. 13. & ita in vna Salamantina vicariæ per Rotam
deciſum fuit 14 Martij 1596. & extat deciſio extenſa pe-
nes d Garc. *nu. 94.* & ita de conſuetudine ſeruari atte-
ſtatur Rebuff. *d. nu. 18.* hoc tantum addito, quòd ſi talis
vicarius fuerit approbatus ab Epiſcopo, vt debet, tunc
5 ante annum ſine cauſa deſtitui non poteſt, ſed poſt an-
num ad nutum amouetur, vt docet Rebuff. *d. nu. 18.* &
quæ in contrarium proponantur, quòd ſcilicet non ni-
ſi ab Epiſcopo, & cum cauſa vicarij amoueri poſſint in
perpetuis non in iis de quibus loquimur, procedit, vt
ex dictis Rebuff. Garc. & Blayn. conſtat: quin imò e-
tiam in vicariis perpetuis conſuetudine præſcripta in-
duci poteſt, vt per Abbatem, non per Epiſcopum mo-
neri poſſint, vt animaduertit gloſſ. *in c. vn. verb. conſue-*
tud. de Capell. Monachor. in 6.

Et hæc quidem in Vicario procedunt, ſed ſi agatur
6 de ſecundario, vt nunc agitur, res eſt certiſſima, quia
& ex iuris diſpoſitione, & ex cõſuetudine vbique ter-
rarum ſeruata ſecundarij ſunt amouibiles, & ſunt tan-
quam miniſtri & ſeruitores, & amouentur ad benepla-
citum Prioris, iuris quidem diſpoſitione, quia vbi
adeſt vicarius perpetuus, ſecundarij nomen denotat
eſſe amouibilem, alioquin non ſecundarius, ſed vica-
rius eſſet, & eſſent duo vicarij, vt ſunt in aliquibus Ec-
cleſiis, vt videre eſt in Eccleſia Inſulæ. Ex conſuetudi-
ne verò generali, & in Comitatu Venaiſſino & Diœce-
ſi Carpen. recepta, quia vidimus in omnibus Eccleſiis
vbi ſunt ſecundarij, ita ſeruari, & de qua conſuetudine
tanquam pro notoria ponitur, & allegatur vt notoria;
ſuper qua petitur informari.

Sed & prætereà in ſpecie ſecundariã d. Eccleſiæ de
Paternis eſſe amouibilem ad nutum, patet ex duabus
prouiſionibus in actis productis, vna de anno 1553. & 6.
Octobris in fauorem Vincentij Bouerij, alia de anno
1561. & 13. Aprilis in fauorem Anthonij Caritoſij, in
quibus nominatim confertur ad beneplacitum Prioris
d. loci de Paternis.

Nec ſubſiſtit, quòd ex aduerſo dicitur in prouiſione
d. Bouerij eſſe ad beneplacitũ Epiſcopi amouibilem:
nam ex lectura eiuſdem patet de contrario; ex quali-
tate ſcilicet Prioratus adiecta, quæ alioquin non fuiſ-
ſet exprimenda, & quatenus ſupereſſet aliquod du-
bium, quod tamen nullum eſt, tolleretur ex prouiſio-
ne facta in fauorem d Caritoſij per ipſummet Epiſco-
pum (cùm alia ſit facta per vicarium) in ea enim no-
minatim prouidetur ad tempus beneplaciti ipſius d.
Eccleſiæ Prioris, nulla quoad hoc qualitatis Epiſcopa-
lis facta mentione.

Non obſtat etiam, quòd ex aduerſo deducitur dict.
ſecundariam eſſe perpetuam ex eo quòd de ea tanquã
tali prætenduntur prouiſiones factæ in fauorem Bla-
ſij Gauterij de anno 1597. & 20. Octobris & in fauorem
Laurentij Chauuet de anno 1598 & 1. Octobris, & in fa-
uorem d. Pontus qui nunc eſt in lite de anno 1609. &
die 9. Maij, & quod in prima prouiſione perpetua e-
nunciatur. Nam reſpon. quod cùm ex ſuperioribus
conſtet eam eſſe amouibilem & Reuerend Epiſcopus
Capponius in d. prouiſione d Gauterio facta amoui-
bilem fuiſſe fateatur ei aſſerenti eſſe perpetuam legi-
timè factam. Idémque aſſerendum eſſet, ſi in proui-
ſionibus dictis Chauuet & Pontius factis, perpetua
quoque enunciaretur, quod tamen non fit, quando- 7
quidem huiuſmodi verba enunciatiua quomodo-
cumque prolata de præterito, præſenti vel futuro non
probant quoad tertium, neque illi præiudicant, Alex. 8
conſ. 74. n. 13. verſ. nam ad hoc lib. 4. & conſ. 78 num. 3. verſ.
nec ad hoc obſtat lib. 7. Idque certiſſimum eſt & abſque
dubio, quando ille, qui enunciat, non poteſt actum
facere ex ſe ſolo, Craue. *cõſ. 966. n. 16.* Certum autẽ eſt E-
piſcopum ex ſe non poſſe ſecundariam perpetuam fa-
cere ſine conſenſu eorum, quorum intereſt, ſcilicet
Prioris nec non Vicarij perpetui iam conſtituti. &
quod plus eſt, etſi Prior conſenſiſſet, non potuiſſet
præiudicare ſucceſſoribus, ex Garc. *d. c. 2. n. 94.* & quod
per Concil. Triden. *d. c. 7. ſeſſ. 7.* permittitur Epiſcopo 9
Vicarium perpetuum inſtituere in Eccleſiis curam ha-
bentibus, quæ Collegiis & Monaſteriis vnitæ ſunt,
procedit tantùm, quando nullus eſt Vicarius perpe-
tuus, ſed ſolùm amouibilis, vbi verò Vicarius perpe-
tuus iam conſtitutus adeſt, vt hoc caſu, & ratio & mens
& verba Conc. ceſſant, ideóque diſpoſitio quoque il-
lius ceſſat. coadiuuantur hæc, quia abſente Priore hu-
iuſmodi verba fuerunt prolata. At verò hoc quoque
certum eſt in iure, nedum verba enunciatiua, ſed etiam
diſpoſitiua non probare contra abſentes, nec pro ab- 10
ſentibus, latè Crauet. *conſ. 370. num. 7. verſ. neque ad rem:*
hæc verò enunciatio fuit facta in d. prouiſione d. Gau-
terij, & ſic abſentibus D Æmylio Sadoleto tunc Priore
d. Prioratus & eius Vicario perpetuo.

Nec nocet, quòd dicatur in d. prouiſione facta dict.
Gauterio eam fieri ad præſentationem Prioris: nam
præterquam quod non conſtat de huiuſmodi præſen-
tatione, nec creditur Epiſcopo id aſſerenti, niſi de ea
per ſcripturam conſter, notorium eſt præſentationem
ſeparatim primùm, & poſteam prouiſionem abſente
præſentatione fieri, quæ præſentatio, vt communis
ſcrupulus tollatur, neceſſaria fuit, quamuis ſecundaria 11
ſit amouibilis, vt ſcilicet approbatio, admiſſio & licen-
tia miniſtrandi ſacramenta, fiat per Epiſcopum, vt do-
cet Garc *d. 9. 93.*

Confirmãtur hæc, quia caſu quo erectio in ſecun-
dariam fuiſſet facta, de ea conſtare deberet per ſcri-
pturam, ſicut & multò magis quàm cùm de beneficij a- 12
licuius collatione vel ordinũ ſuſceptione agitur, quo
caſu etiam inter præſentes verba enunciatiua nõ pro-
bant, Tuſc. *pract. concluſ. lib. 8. lit. V. concluſ. 81. n. 24.* quæ
procedunt, ſiue in vna tantùm prouiſione, ſiue in di-
ctis tribus omnibus d. ſecundaria fuiſſe enunciata per-
petua; ſemper enim eædem rationes, de quibus ſuprà
militant: cùm tamen reuera in prouiſione d. Gauterio
facta tantùm huiuſmodi enunciatio adſit, vt neſciam,
qua ratione ex aduerſo dicatur in prouiſione per R.
Domin: Villardum facta huiuſmodi enunciationem
adeſſe.

Illud non eſt omittendum d. Reuer. D Capponium
ind.

Digitized by Google

in d.prouiſione d. Gauterio facta aſſerere aliam prouiſionem illi antea factam nullius eſſe momenti, quia eam non habuerat per concurſum qui ſecundùm ſacr. Conc. Triden. fieri debebat (quod tamen non eſt verum, cùm ſecundaria eſſet, & ſic amouibilis) & nihilominus duæ ſubſequenter prouiſiones per ipſum & eius vicarium dictis Chauuet & Pontus ſine concurſu factæ fuerunt: ex quo neceſſariò ſequitur aut d.ſecundariam manſiſſe ſemper amouibilem, vt manſit, aut dictas prouiſiones tanquam contra d.ſacr. Concil. factas nullius eſſe momenti.

Non obſtat quod poſtremo loco aſſeritur, quòd per ſpatium 20. annorum vel circà prouiſi de d. ſecũdaria ſub ea qualitate poſſederint: nam præterquam quod d.Gauterius in cuius prouiſione enunciatur perpetua, eam poſſedit ſub eâ qualitate per annum tantùm, imò minus, vt ex collatione datarum eius prouiſionis & Chauueti eius ſucceſſoris conſtat; illa enim die 16. Octob.ann.1597. hæc verò 1.Octob.1598. fuit facta. Et quòd in prouiſionibus dictorum Chauueti & Pontus nulla ſit eiuſmodi enunciatio, & ſic non poſſunt dici poſſediſſe ſub ea qualitate perpetuitatis, necnon quod hæc omnia clandeſtinè & inſciis Prioribus facta fuerunt, & ſic nulla potuit induci legitima præſcriptio: vno verbo reſpondetur ad immutandum ſtatum ſecundariæ per lapſum temporis, requiri ſpatium annorum 40. Authen. *quas actiones Cod. de ſacroſ. eccleſ.* A[illegible]har. *conſ.* 172.*n.*4. Guid. Papæ *dec.* 161. quod procedit etiam ſi Eccleſia præſcribat contra Monaſterium, Couar. *in 2.relect.c.poſſeſſor. de reg. iur.* §.2.*num.*3.*verſ. & idem erit.*

Ex quibus concluditur non obſtante oppoſitione dict. Pontius dict. Fornerium admittendum eſſe ad exercitium d.ſecundariæ.

ARGVMENTVM.

An frater teneatur redotare ſororem.

SVMMARIVM.

1 *Pater tenetur redotare filiam, quæ dotem amiſit.*
2 *In fratre controuerſum eſt.*
3 *Verior eſt quod non teneatur.*
4 *Sed nec pater ipſe tenetur niſi in caſum ſecundarum nuptiarum.*
5 *Data tamen culpa ſororis, agere non poſſet.*

CONSILIVM LXXXVIII.

PROPONITVR in facto, nobilem Alexandrum de Gaſt, vti filium & hæredem nobilis Melchioris & Domicellæ Ioannæ de Girard in cõtractu matrimonij inter Capitaneũ Ioannem Clerc, loci de Nouis, & Domicellam Franciſcam de Gaſt eius ſororem, anno 1592.& 27. Septembris initi, conſtituiſſe in dotem ſummam ſeptingentorum quinquaginta ſcutorum, 60. ſolidorum pro quolibet, pro omnibus iuribus legitimæ & ſupplementi illius in bonis & hæreditate dictorum Melchioris & Ioannæ competentibus, dictámque ſummam vel in dict. contractu matrimonij, vel poſtea ſoluiſſe, tandémque d.Clerc lapſum facultatibus deceſſiſſe, dictámque Franciſcam dotem recuperare non potuiſſe, eamque amiſiſſe.

Quæritur, an d. Alexander nouam dotem conſtituere, & ſic d.ſororem redotare teneatur.

1 Et in patre quidem, hoc eſt expeditum, eum teneri iterum dotare filiam, ſi illa dotem ſemel datam caſu amiſit, *authen. quod locum C. de collation.* Bart. *in l. ſi cum dotem* §.1.*n.*2. & ibi Alex. *n.*6. *ff. ſol. matr.* Moli. *de primo-*
2 *gen. lib.* 2.*c.*16.*nu.*23. In fratre verò controuerſa iuris eſt quæſtio. Alij exiſtimarunt non teneri, vt Bald. *in l. fin. n.*8. *C. de dotis promiſſ.* Boer. *dec.* [illegible].*n.*7. & alij quos refert Molin. *d.c.*16.*n.*26. Tuſc. *to.*2. *lit. D. conclu.* 780.*nu.*70. alij verò teneri dotare contendunt, vt Moli. *d.n.*26. poſt Alex. *in d. l. ſi cum dotem* §.1.*n.*7 cui adde Iaſon *in* §. *fuerat num.* 136 *inſtitut. de action.* & Cæpol. *in l. bones* §. *hoc ſermone ff. de verb. ſignif.* Et priorem ſententiam, vt non 3 teneatur iterum dotare, veriorem quidem exiſtimo ex iis quæ tradit Barboſ. *in l.* 1. 4. *par. nu.* 140. *ff. ſol. matr.* Sed hoc caſu admodum dubitarem, an hoc procederet, quia d. Alexander non tanquam frater, ſed tanquam filius & hæres patris dotem conſtituit, ideóque iure patris dotem iterum conſtituere tenetur.

Sed vtcumque ſit, hoc certum eſt nec patrem ipſum 4 ad id teneri, niſi filia ſecundò nubat, & in caſum ſecũdarum nuptiarum, vt in puncto conſuluit Ruin. *conſ.* 121.*nu.*8.*lib.*5. & Barbo. *d. loco* 141. cuius rei ratio eſt manifeſta, quia dos ſine matrimonio non eſt, & cùm dict. Franciſca non agat de ſecundis nuptiis contrahendis, nec veriſimile ſit contractuiam, cùm ſit iam ſexagenaria, videtur inutiliter quæri, an d. Alexander redotare teneatur. Sed etſi ageretur de ſecundis nuptiis contrahendis, animaduertendum eſt, an aliqua culpa d. Franciſcæ adſcribi poſſit, quia dotem ſuam amiſerit, vt quia non egerit ad aſſecurationem tempore legitimo, vel ſoluto matrimonio diligẽtias non fecerit pro eiuſdem recuperatione: nam data culpa omnis illi agendi via præcluditur, vt Bart. & alij omnes *in d. l. ſi cum dotem* 5 §.1. tradunt, & in puncto Ruin. *d. conſ.* 121. *n.*8. idque eò maximè hoc caſu ſtatuendum eſt: quod dict. Franciſca, dum primo nupſit, erat maior 25. annis, & d. Alexander nimia facilitate dotem conſtituit, cùm non ipſe, ſed dicta Franciſca conſtituere debuiſſet.

ARGVMENTVM.

AN in fideicommiſſo aſcendentis ſub conditione, *ſi ſine liberis de proprio corpore & legitimo matrimonio* nepotes veniant appellatione liberorum de ſuo proprio corpore & legitimo matrimonio.

SVMMARIVM.

1 *In fideicommiſſo & ſucceſſione aſcendentium filius ingreditur in locum patris.*
2 *Contrarium ſtatuitur ex coniecturis, quarum prima eſt, ſi nepotes non erant concepti tempore teſtatoris.*
3 *Dictio ſuperſtites impedit repræſentationem.*
4 *Et dictio relatiua filij ſpecialiter inſtituti, quod quomodo*

Digitized by Google

intelligendum n.17.

5 *Item & per clauſulam* ex ſuo proprio corpore.

6 *Clauſula* ex legitimo matrimonio, *videtur reſtringere dictionem* liberorum *ad filios primi gradus.*

7 *Nepotes ex filia non veniunt appellatione liberorum* contra n.19.

8 *Quicquid ſit in conditione* ſi ſine filiis ex ſuo corpore natis, *vt ſcilicet nepotes comprehendantur, aliud eſt in vocatione*, contra n.20.21.22.

9 *Conditio* ſi ſine filiis ex proprio corpore *deficit per exiſtentiam nepotum.*

10 *Idem eſt dicere* ex ſuo corpore *&* ex proprio.

11 *Nepotes veniunt appellatione filiorum ex ſuo corpore.*

12 *Liberorum appellatione ex proprietate vocabuli nepotes continentur, etſi dictum ſit* ex ſuo *vel* ex proprio corpore.

13 *Nepotes dicuntur diſpoſitiuè vocati per clauſulam* ex ſuo proprio corpore & legitimo matrimonio.

14 *Et ex ea datur repræſentatio.*

15 *Nepotes intrant in locum patris, dummodo nati ſint tempore euenientis conditionis.*

16 *Ad impediendam repræſentationem non ſufficit reciproca niſi nominatim vocentur ſuperſtites.*

18 *In priuilegiis, filiorum appellatione, non veniunt nepotes.*

CONSILIVM LXXXIX.

GEORGIVS ARNAVO aurifex Auen. in ſuo vltimo teſtamento de ann.1599. & 17. menſis Nouembris condito hæredem ſuam vniuerſalem inſtituit Elizabeth Arnaudam eius filiam vxorem Elziatij Nicolier, etiam aurificis Auen. cui poſt mortem ſubſtituit eius liberos naturales & legitimos de ſuo proprio corpore & legitimo matrimonio procreatos, æquis partibus & portionibus inter ipſos; quos liberos idem teſtator inuicem ſubſtituit reciprocè caſu quo ipſi aut vnus ipſorum decederent ſine liberis naturalibus & legitimis de eorum propriis corporibus & legitimo matrimonio procreatis. Poſt mortem teſtatoris, & ante obitum dict. Elizabeth duæ ex quatuor filiabus, quas ex d. Elziatio ſuſceperat, relictis etiam filiabus deceſſerũt. Tãdem & d. Elizabeth. Inde controuerſia inter materteras & neptes relictas ex filiabus prædefunctis, quæ ſe ad ſubſtitutionem aui materni vocatas contendunt: materteræ negant, quæ à matre inſtitutæ hæredes vniuerſales, omnia bona, excepta legitima matris neptibus competente, ad ſe pertinere prætendunt. Quæritur quid iuris.

1 Contra neptes dubium facit, quia, etſi, cùm agitur de aſcendente & deſcendente, vt in hoc caſu, certiſſima ſit iuris diſpoſitio, filium ingredi locum patris in fideicommiſſo, quia in dubio præſumitur ſe voluiſſe conformare cum diſpoſitione iuris, iuxta doctrinam Batt. vulgò receptam *in l. heredes mei §. cum ita n.4. ff. ad Trebell.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.7. tit.7. n.3.* Menoch. *de præſumpt. lib.4. præſumpt. 95.* Gabriel. *de fideicom. concl. 3. per totum.* Graſſ. *§. fideicommiſſum q.11.* Intrigliol. *tract. de ſubſtit. cent. 3. q.87. de iure communi*, non eſt dubium, quin filius ſuccedat in locum patris, quo-
2 ties agitur de ſucceſſione aſcendentium, *§. cum filius, inſtit. de hered. quæ ab inteſt. defer. & nouell. 118. de hered. ab inteſt. venient. §. 1.* tamen ab ea receditur, ſi repugnet voluntas teſtatoris, quæ vel ex coniecturis colligi poteſt: in hoc verò caſu multæ concurrunt, quarum prima eſt, quando nepotes non erant nati neque concepti tempore teſtatoris, vt neptes de quibus agitur, non erant, ex Iaſon. inter conſilia Rubei Alexandrini *conſil. 37. n.4.* & aliis, quos refert Mantic. *d. tit. 7. n.11.*

Secunda, quia liberos d. Elizabeth reciprocè ſubſtituit, & per conſequens ſuperſtitem, cùm verò teſta- 3
tor ſubſtituit ſuperſtitem, ceſſat repræſentatio, Curt. iun. *conſ.57. n.9.* & alij relati per Mantic. *d. tit. 7. n.5.*

Tertia, ex dictionibus *quos liberos*, quæ cùm ſint re- 4
latiuæ, filij ſpecialiter inſtituti debent præferri nepotibus *l. cùm ita §. in fideicommiſſo de leg. 2.* Mantic. *d. loco numer. 8.*

Quarta, quia ſubſtituit liberos ex ſuo proprio cor- 5
pore procreatos, quo caſu nepotes excluduntur, Gui. Pap. *q.353.* quem allegat Ripa *in l. ex facto §. fin. n.5. ff. ad Trebell.* quaſi cum eo ſentiendo & tenuit hanc differentiam notans *in reſponſ. 26. n.20. ſub tit. de reſcript.* & disertè eam amplectitur Peregrin. *de fideicom. art. 28 n. 34. verſ. quid ſi dictum fuiſſet*, & quæ dictiones *ex proprio corpore*, nedum repræſentationem impedire videntur, ſed etiam operari, ne ex proprietate dictionis *liberorũ*, neptes ex propria perſona cenſeantur vocatæ.

Quinta, ob dictiones *ex legitimo matrimonio*, quæ 6
liberorum dictionem reſtringere videntur ad filios primi grados, ex Ripa *in d. reſpon. 16. n.20.*

Sexta, quia quidquid ſit in nepotibus vel nepotibus 7
ex filiis deſcendentibus, planè in nepotibus ex filia omninò videtur ſtatuendum appellatione liberorũ nõ comprehendi, ex Ruin. *conſ. 15. num.15. & ſeq.* præſertim *n.21.* allegat *lib.3.* quẽ Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.13. tit.21. nu.18.* idémque ſentit Ripa *in d. l. ex facto §. fin. nu.7.*

Septima, quia quidquid ſit in conditione *ſi ſine filiis* 8
ex ſuo corpore natis, vt ſcilicet nepotes comprehendantur, aliud eſt, cùm vocantur, & ſic diuerſimodè ſtatuẽdum eſſe inter conditionem & vocationem ſeu diſpoſitionem, ex Bald. *conſ.13. lib.3.* quem allegat Tuſc. *tom. 3. lit. F. concluſ. 376. nu.40.* Faber in ſuo Codice *lib.6. tit. 22. definit. 12.* Poſtrema ſuperiora tantò magis hoc caſu procedere debẽt, quod ſuperſunt filiæ dict. Elizabeth, quæ per neptes, tanquam minus dilectas, excludi non debent.

In contrarium pro neptibus faciunt ſequentia. Pri- 9
mò, quia d. neptes videntur vocatæ ex propria perſona, etiam ſi teſtator dictione *filiorum* vſus eſſet, receptiſſima enim eſt DD. ſententia ſubſtitutionem ſub cõditione *ſi ſine filijs ex proprio corpore procreatis deceſſeris*, deficere, ſi ſuperſint nepotes, & eos appellatione filiorum ex proprio corpore procreatorum comprehendi, quia, vt inquit Bald. mox allegandus, in nepote eſt ſanguinis continuatio, vnde immediatum dicitur quidquid per rerum naturam continuatur, & eſt vnum & idem, per *l. cum acutiſſimi C. de fideicom.* Bertrand. *conſ.82. n.15. lib.3.* Tiraq. *de iure primogen. q.40. nu. 36.* Simon de Præt. *de interpret. vlt. volunt. lib.3. dubit. 3. ſolut. 2. n.16. fol. 07. & dubit. 4. ſolut. 1. nu.52. fol. 120.* ionctis Ludouic. Roman. *conſ.148.* Alciat. *in l. liberorum in fin. verſ. tertius caſus de verborum ſignific.* Dominus à Laurẽtiis *dec. 84. n.7.* Ranchin. ad Guid. *d. dec. 353* etſi ipſe cõtrarium ſentiat Ferret. ibid. & alij quos ibi referunt, Phanuc. de lucro dotium *gloſ. 5. nu. 31.* Guidon ſicut & Alciatus nominatim reprobans Bertrand. *conſ. 96. lib. 2.*

Secundò, quia paria ſunt, & non eſt differentia, an 10
dicatur, *de ſuo corpore*, vel *ex proprio corpore*, vt ſatis demonſtrant Guid. Pap. Ranchin. & Ferret. ibid. dum doctrina Baldi doctrinæ Guidonis opponitur, & tamen formula in Baldo eſt, *ex ſuo corpore*, in Guidone, *ex proprio corpore*: & in puncto nullam eſſe differentiam inter has formulas loquendi docet Phanuc. *in tract. de lucro dot. d. gloſſ. 5. in textu 161. & fine liberis n 3.* & Faber *de er-* 11
roribus pragmatic. decade 28. err. 9. At verò appellatione filiorum ex ſuo corpore procreatorum nepotes venire

Digitized by Google

nite certiſſima eſt quoque DD.ſententia,vt per Sociu. *conſ.14.n.3.vol.1.& conſ.51.num.10.vol.4.* Sfort.Oddo *de compendioſa par.6.art.3.numer.5.verſ.ampliatur ſecundo,* Graſſ.in §.*fideicommiſſum q.36.n.2.* Mantic.*de coniectur. vlt.volunt.lib.11.tit.8.n.21.* & Peregrin.*de fideicomm.art. 28.n.34.* Ranchin.& Ferrer.*ad d.dec.353.*

Tertiò,hoc tanto magis hoc caſu procedere debet,
12 quo teſtator vſus eſt dictione *enfants*, quæ reſpondet dictioni *liberorum*, Charond. *aux memorables obſeruations, verb. enfants*, liberorum verò appellatione ex proprietate vocabuli nepotes continentur *d.l.liberorum de verb.ſignif.*& vbi adeſt dictio *liberorum*,etſi teſtator addiderit *ex ſuo aut ex proprio corpore natis*, nepotes comprehendi fusè tradit Fab.*d.deca.28.error.9.* & reſpondet omnibus,quæ in contrarium adduci poſſent,præſertim quòd ea verba nihil operarentur;operari enim demonſtrat ad excluſionem eorum, qui ſunt legitimi tantum & ciuiles,puta adoptiui tantùm, ne ſit in poteſtate hæredis grauati adoptionis commẽto fideicommiſſum extinguere,vt loquitur Papinian. *in l.fideicommiſſum 76.ff.de condit.& demonſt.& l.ſi ita quis 51.§.vlt.ff.de leg.2.* item quod maioris momenti & vtilitatis ad excluſionem monaſterij, quod noſtri volunt eſſe loco filij ad excludendum ſubſtitutum,*cap.in præſentia ext.de probat.* iuncta *authent. niſi rogati*, vbi Cyn.*C.de ſacroſ.eccleſ.* verba autem *legitimo matrimonio* operantur,ad excludendum legitimatos,vt per Mant. *d.lib.11.tit.8.n.21.verſ.ſecundò extendit circa fin.*

13 Quartò, neptes, de quibus agitur in ſecundo gradu ſubſtitutionis,ita ſunt poſitæ in conditione,vt & quoque ſint in diſpoſitione, ex verbis illis *ex ſuo proprio corpore,& legitimo matrimonio*, Menoch. *de præſumpt. lib.4.præſump.76.nu.48.* Mantic.*de coniect. vlt.vol.lib.11. tit.3.nu.7.* Surd.*dec.162.* qui hanc ſolam coniecturam ſufficere contendit, ita vt cùm ſint ſaltem in portione matris vocatæ excludere debeant materteras, quia caducato gradu materno nedum non caducatur filiorũ locus,ſed aperitur,Peregr.*d.art.28.num.25.verſ.ſed ego,* poſt Hiero.Gabriel.*conſ.115.n.10.& 13.* qui contrarium ſentientes refutet, & ſic ex facto in iudicio præterito iudicatum ſe vidiſſe teſtatur.

Quinto caſu, quo non adeſſet vocatio, quæ tamen
14 reuera eſt, per repræſentationem nepotes ingrederentur locum patris & materteras excluderent, per Menoch.*d.tract.de præſump.lib.4.præſ.95.n.14.* Mantic.*dict. lib.8.tit.7.num.3.* Inter verò coniecturas,ex quibus DD. concedunt ceſſare huiuſmodi repræſentationem, nulla ponitur,ex formula *de ſuo proprio corpore,& ex legitimo matrimonio* ducta.

Poſtremò, tantum abeſt, vt ex coniecturis dicatur has neptes excludendas eſſe, quin potius mens clara eſt in contrarium,eas ſcilicet ſe admittere velle,idque vltra eam, quæ ex proprietate vocabuli reſultat; nam teſtator liberos Elizabeth inuicem ſubſtituit, ſi ſine liberis ex ſuo proprio corpore, & de legitimo matrimonio natis decederent, ita vt non niſi in defectum illorum materteras vocet, & ſic cùm neptes in portione patris prædilexerit,materteras abſque dubio excludere debent. Nec refert,quòd hoc ſumatur ex ſecundo gradu ſubſtitutionis, nam quæſtio,an prædilexerit nepotes in ſucceſſione patris, non poteſt ſubſtituere niſi in ſecundo gradu, & vna pars teſtamenti aliam interpretatur, præſertim vbi adeſt continuatio ſermonis & orationis.

Iis verò quæ pro materteris in contrarium deducta
15 fuerunt, reſpõdetur ad primam quidem de nepotibus nondum natis & conceptis tempore mortis veriorem & magis receptam ſententiam eſſe, vt dummodo ſint nati tempore exiſtentis conditionis locum patris ingrediantur,vt per Iaſon. ſibi contrarium *conſ.159.nu.3. vol.4.* Pariſ.*conſ.36.nu.9.& 10.vol.2.* fuſiſſimè Menoch. *conſ.124.n.80.& 111.& cõſ.357.n.20.* vbi poſt Alex.Corn. Iaſ.Decia.Pariſ.Rube.Socin.iun.Cephal. & alios quos lõga ſerie enumerat, docet hanc eſſe magis receptam DD.ſententiam & omnibus rationibus, quæ in cõtrarium facere poſſent:reſpõdet,præſertim *nu.48.* & idem reperit *in tract.de præſ.lib.4.præſ.95.nu.17.* & Intrigliol. *tract.de ſubſtit.centu.3.q.87.num.7.* Ratio eſt manifeſta, quia in ſucceſſione fideicommiſſi conditionalis attenditur tẽpus euentus cõditionis,vt Pariſ.& Menoch.dictis locis docent;& ita quidẽ reſpondetur pro dictione quintæ rationis in fauorẽ neptum deductæ,quæ in repræſentatione fundatur;nã quoad quatuor primas rationes, quæ non habent rationẽ repræſentationis, ſed in vocatione ex propria perſona ſtabiliũtur, huiuſmodi obſtaculũ de filiis iã natis,non nocet,nec facit ad rẽ.

Ad ſecundã,quæ etiam non procedit, niſi cũ agitur de repræſentatione,& nõ de vocatione ex propria per-
ſona,vno verbo reſpõdetur,non eſſe verũ in reciproco 16
fideicõmiſſo ceſſare repræſentationẽ, niſi nominatim & expreſſis verbis dictio *ſuperſtites* vel *ſuperuenientes*, adſit,Mantic.*d.lib.8.tit.7.n.5.* Graſſ.§.*fideicommiſſum q. 11.n.10.* Menoc.*de præſum.95.nu.22.* Gabriel.*de fideicom. conclu.3.n.8.*

Ad tertiã, quæ,vt ſuperiores,tantũ habet locũ in ca-
ſum repræſentationis,paucis etiã reſp.illam coniectu- 17
rã tantũ procedere,quando filij nomine proprio vocati ſunt,qui nepotibus tunc præferũtur:vel etiam ſi nomine quidẽ appellatiuo,ſed ſpeciali filios vocauit, nepotes autẽ ſub cõmuni & magis generali, vt ſi ſubſtituiſſet filios & deſcendentes, ita explicãt Manti.*d.tit. 7.n.8.* Menoc *de præſ.95.n.23.* & omniũ optimè & clarè Gabriel *d.conclu.n.6.& 9.* hic verò teſtator vna eadẽq; ibiq; dictione generali collectiua plurium perſonarũ & graduũ *liberorum* ſcilicet vtitur, vlt ra quod dictio *quos* nõ eſſet ſufficiẽs ad expreſſionẽ inducendam, ſed opus eſſet dictionibus *infraſcriptos* vel *ſupradictos*,Gabriel. *d.conclu.3.n.9.& 10.* Menoc.*conſ.200.n.95.cum ſeqq.*

Ad quartã veriorem & magis receptam eſſe contra Guidon.vt ſupr.ex Alcia Phanuc.Ranchi.Ferrer. & aliis docuimus,& qui Ferrer.contra opinionẽ Guidon. ſoliũ iudicari teſtatur,& nominatim Guidon reprehẽduot Alciat.Phanuc.Ferrer.dictis locis,& Faber fuſiſſimè *d.deca.28.erro.9.* & ſic etiã reſpondetur Ripæ *in d. l.ex facto*,qui in terminis ſtatuti de lucrãda dote,ſi ſine liberis ex ipſis ſeu eorũ matrimonio,& de nepote ex filia,loquitur, ſed ſi bene ponderetur *n.7.* niſi ex verbis colligatur de linea maſculina ſenſiſſe, periculoſam ait eſſe huiuſmodi reſolutionẽ contra neptem,& tandem cõcludit,opinionẽ pro nepte eſſe magis cõmunem, & non eſſe tutum ab ea in iudicando recedere, qua de re poſtea latiùs. Quoad verò eundẽ Ripam *d.reſponſ.16. n.20.* vbi nõ facit mentionẽ deciſionis Guidon. & qui his duob.concurrentibus, ſc.quòd fiat mentio de procreatis ex ſuo proprio corpore & legitimo matrimonio idem quod Guidõ tradit: reſp.caſum Ripæ eſſe in terminis priuilegij immunitatis,quod ſtrictiſſimè interpretandũ cenſet in caſus poſitione,nos in vltim.volũtatib. in quib. fit latiſſima interpretatio,& in dictione *filiorũ*, cùm dicitur ea nepotẽ comprehendi,id ſolet i-
mitari in priuilegiis,in quib. filiorũ appellatione non 18
veniũt nepotes.Bart.*in d.l.liberorum ff.de verb.ſign.per l.ſed & milites ff.de excuſat.tutor.* & alij quos refert & ſequitur Gabriel.*de verb.ſign.conclu.1.nu.59.* præterea ipſemet Ripa *in d.l.ex facto*, fatetur magis cõmunem in contrarium, & eum nominatim reprehendit Mantic. *lib.11.tit.8.n.21.verſ.ſecundo extenditur.* Quoad Pereg. manifeſtè lapſus eſt, quia fatetur, ſi dictũ ſit *ex ſuo cor-*

pore nepotes cōprehendi, negat verò ſi dictum ſit *ex proprio* ſolius Guidon. authoritate motus, qui tamen has duas formulas loquendi æquiparat, vt ſuprà demonſtrauimus: ideóq; aut in vtraque formula debuit negare nepotes comprehendi ſequendo Guidon. aut in neutra ſequendo communem.

Ad quintā patet reſpōſio ex proximè præcedēti, præſertim ex Mant. *d. lib. 11. tit. 8. n. 21. verſ. ſecūdo extenditur.*

Ad ſextā reſp. etiā paucis, veriorē & magis communē eſſe in contrariū vt fusè docet Phanuc. *d. gloſſ. 5. nu.* 31. & fatetur Ripa *in d. l. ex facto* §. *fin. n. 7.* & Mantic. in contrariū poſt Ruin. allegatus *de tacit. & ambig. lib. 13.*
19 *tit. 21.* ſe remittit ad Gabriel. *concluſ. 1. de verb. ſignif.* vbi *n. 77.* disertè pro nepte ex filia concludit.

Non obſtat ſeptima, quòd vbi agitur de vocatione, nō de conditione, nepotes non veniunt appellatione filiorum, ex quo tres primæ rationes pro neptibus videntur infringi, alijs non propterea minus in ſuo robore manentibus: nā verius & certiſſimū eſt, non minus in vocatione quā in cōditione appellatione filiorū cōtineri nepotes, vt fusè & disertè docet Sim. de Præt. *d.*
20 *dubit. 4 fol. 1. nu. 52. & 54* omninò videndus & Gabriel. *d. concl. 1. n. 7. 8. 10. & 11.* & vtrumque caſum cōditionis & vocationis in puncto æquiparat Berſand. *conſ. 23. lib. 1. poſter.* & in terminis vocationis clarè reſpōdet idē Beſtian. *conſ. 96. lib. 2. poſter.* & Corne. *conſ. 97. n. 14. vol. 1.* idq; certiſſimè cōiecturis aliquib. concurrētibus, quarū in hoc caſu tres ſunt eùm tamen vna ſufficeret, quarū prima eſt quia ſi nepotes erāt ab inteſtato ſucceſſuri vnà cū matertera, Mantic. *lib. 8. tit. 9. num. 15.* poſt Aretin. *conſ. 145. in fi.* & alios per eū allegatos Secunda, quia ſuperant aliquæ ex filiab. d. Elizabeth cū quib. nepotes ex fideicōmiſſo ſuccedere volūt. Mantic. *d. tit. 9. n. 19.* Tertia, quia agitur de fideicommiſſo ſub conditione, & in quo cōſideratur futurus euentus. Mantic. *d. loco nu. 20.* Et hæc quidē in dictione *filiorum*. ſed in dictione *liberorum*, in qua ſumus, non eſt opus aliqua coniectura, cùm ex proprietate vocabuli contineantur.

Nec obſtat Bald *conſ. 13.* nā nihil firmat, & ex ratione
21 differentiæ quā ponit inter conditionē & vocationem nihil certò inferri poteſt, quid ſibi velit, nec Bart. *in l. Gallus* §. *inſtituens ff. de liber. & poſthum.* quem allegat & ad quem ſe refert, huiuſmodi diſtinctionē facit, ſed ſimpliciter contendit filij appellatione nō venire nepotes, ex proprietate ſcil. vocabuli, ſed per interpretationē vbi ſcil. de eorū cōmodo agitur, veniunt, vt ipſemet Bart. docet *in d. l. liberorum*, & explicant Alciat *paradoxor. lib. 3. c. 14.* Decia. *conſ. 391. nu. 3 verſ. prædictis tamen*, Socin. ſen. *conſ. 14. lib. 2.* Faber verò *d. definit. 12.* tan- 22
tū abeſt vt diſtinctionē inter vocationem & conditionē faciat, quin potius, disertè, cū de vocatione agitur, contendit filiorum appellatione venire nepotes, & *in gloſſ. vlt. ſub. nu. 5.* conditionū mentionē facit eo modo, vt eas vocationibus & contra, quoad hoc æquiparet. Quoad verò definitionem ipſam, per quā nepotes fuerunt excluſi, ſuppoſito quòd adeſſet dictio *liberorum* eſt contra cōmunem DD ſententiā, qua non obſtante dictione *ex*, in qua ſola in d. definit. ſe fundat, etiā vbi filiorū tantùm eſt facta mentio, & non liberorum, nepotes continentur, & obiecto de d. dictione *ex*, reſpōdent Bald. *in d. l. 1. C. de conditio. incert.* Tiraq *de iur. primog. d. q. 40. n. 36* Rota Auen *d. dec. 84. n. 7.* & alij ſup allegati. Sed & ipſemet Fab. *d. error. 9.* d. dictione *ex*, vbi adeſt dictio *liberorum* ſatisfacit.

Ad poſtremā ſuperexiſtentiam aliquarū filiarū d. Elizabeth nō eſſe in conſideratione quoad repræſentationē, quæ non niſi in cōcurſu patrui vel amitæ procedit: nec quoq; quoad quartā rationē noſtram de filiis in conditione poſitis diſpoſitiuè vocatis, in qua cū ſtat diſtinctio de portione patris vel patrui, vt plurimum præſupponit concurſum patrui Solum igitur procedit obiectū, an contineantur nepotes appellatione liberorum, ſed eo caſu tantū abeſt, vt per exiſtentiā patrui excludātur nepotes, vt etiam in dictione *filiorum*, qua non niſi per interpretationē continētur nepotes, Iaffred. *dec. 22.* exiſtentibus fratrib. cenſeantur vocati, Alex. *conſ. 5. vol. 3.* Alciat *conſ. 2. n. 32. lib. 8. & conſ. 9. nu. 10. lib. 9* & poſt eos Mant *d. lib. 8. tit. 9. n. 19.* quia agitur de fauore nepotum, nec agitur de exonerando hærede ab onere fideicommiſſi, cùm vtrumque ſit reſtituendum fore filiabus ſuperexiſtentibus, nec de earum excluſione, cùm portiones ſuas habituræ ſint.

ARGVMENTVM.

DE Religioſis ſancti Dominici manutenēdis in poſſeſſione corpora defunctorum ad ſuam Eccleſiam deferendi cum cruce, & ibi celebrandi abſque interuentu Vicarij ſeu Curati Eccleſiæ parrochialis.

SVMMARIVM.

1 *Iudex laicus ſuper ſummario poſſeſſorio inter Eccleſiaſticos, & de re Eccleſiaſtica cognoſcere poteſt.*
2 *Immemorabilis habetur pro titulo aut priuilegio.*
3 *Etiam contra habentem intentionem fundatam.*
4 *Vicarius nullum ius ſepulturæ prætendere poteſt in iis qui in ſua parrochia non morantur, & ab eo ſacramenta non ſumunt.*

CONSILIVM XC.

P Ræſupponitur in facto pontem quemdam ſupra Durentiā facere ſeparationē Diœceſium Vapicen. & Ciſtercien. & in vna parte quidem Ciuitatē Ciſtercien. in prouincia Prouinciæ, in alia verò oppidū de Balmis in Delphinatu. & in eodē oppido præter Eccleſiā parrochialē Monaſteriū RR. PP. Religioſorū ſancti Dominici exiſtere, & ab immemorabili ſolitum ſeruari. quod ſi quis d. Ciuitatis Ciſtercien. ſepulturā eligit in d. Monaſterio, parrochus ipſius cum clericis corpus deducat vſq; ad mediū pontis, ibiq; abſolutione facta. dicti Religioſi, qui obuiā venerunt cum cruce corpus ſumant, & ad Eccleſiā ſuam deferāt, & omnia officia faciant abſq; præſentía & interuentu Vicarij ſeu Curati Eccleſiæ parrochialis d. loci de Balmis. Quod ſi quandoq; dum diuiſes eligunt ſepulturam in d. Monaſterio honoris cauſa dict. Vicarius vocatur, is quidem aſſiſtit, ſed officio faciendo non ſe ingerit. His verò præteritis diebus dict. Vicarius dict. Religioſos in ſua poſſeſſione turbauit, & ſub proteſtationibus tamen per dictos Religioſos factis, corpus cuiuſdam defuncti ſumpſit, & ad Eccleſiam dictorum Religioſorum deduxit.

Quæritur quomodo d. Religioſis conſulendum ſit aduerſus turbam poſſeſſionis ſuæ ſibi illatam.

Reſpondetur poſſeſſorio, eóque ſummario, quod 1
momētaneum vocatur in iure, experiri debere coram Senatu, qui etſi & cauſa ſit inter Eccleſiaſticos & de re Eccleſiaſtica, de eo tamen poſſeſſorio cognoſcere poteſt, iuxta Guid. Pap. *dec. 1.* coram Senatu, inquam, quia, vt audio, cauſæ dictorum Religioſorum, in prima inſtantia coram d. Senatu ſolent agitari. In eo verò iudicio dicti Religioſi bene fundati erunt, probata poſſeſſione per annum & diem retrò, vt fieri debet, nam quod magis eſt, in petitorio ius ipſorum eſt clarum, quod etſi ingredi non debeant, ius tamen ipſis competens deducere poterunt pro corroboratione poſſeſſorij cum proteſtationibus in ſimili fieri ſolitis,

in-

Digitized by Google

2 ius inquam, ipſorum eſt clarum ex poſſeſſione imme-
morabili, quæ ſufficit pro quocumque titulo aut pri-
uilegio, *l.hoc iure §.ductus aqua ff. de aqua quotid. & æſt.*
Capiuaquen. *dec.355.par.3.* etiam contra habentes in-
tentionem fundatam, Caſtrenſ *conſ.425.colum 2 lib.2.*
3 Tob.Non.*conſ.83.nu.15* Rebuff.*de decim.q.13.nu.63* Fer-
nand.Vaſq.*controuerſiar.illuſtr.lib.2.c.85.num.40.*& fuit
dictum in Rota in vna Ciuitaten. decimarum 15. De-
cemb.1594.& 17.Maij 1591.coram Gipsio, vt refert Fa-
rin.*lib.2.reſponſor.dec.303.nu.9.*

Quæ eò, maximè in caſu, in quo verſamur, procedere debent, quia etiam per priuilegia dictis Religioſis per ſummos Pontifices conceſſa etiam alienas parochias ingredi, indéque corpura eorum, qui in ſua Eccleſia ſepulturam elegerunt, aſſumere & deferre poſſunt, in his verbis, *ac inſuper iiſdem fratribus libera conceſſa facultas ſepulturæ, ita vt vniuerſi vtriuſque ſexus Chriſti fideles apud eorum loca, cœmiteria & eccleſias illam ſibi eligere valeant, ipſiq; fratres Prædicatorum fidelium corpora qui viuentes apud loca huiuſmodi ſepeliri mandarunt proceſſionaliter cum cruce, thuribulo & aqua benedicta cantando ſeu legendo officium alienas ingredi poſſe parochias, indéque illa aſſumere & ad ſuas deferre eccleſias præſertim cum presbyteri de leuatione requiſiti hoc facere recuſauerint:* Nec ſcrupulos fieri debet, cùm faciat mentionem de presbyteris requiſitis leuationem corporum facere recuſantibus, adeſt enim dictio *præſertim*, quæ alium caſum, nempe vbi requiſiti non ſunt, nec recuſauerunt, includit. Et vbi ſupereſſet aliquod dubium, ex vſu & poſſeſſione ſubſequuta priuilegium interpretationem ſumpſiſſet, maximè cùm in priuilegio Pij V. nominatim dicantur, quòd corpora per fratres deferantur ad eorum Eccleſiam.

Poſtremò, hoc caſu res videtur carere omni difficultate, quia illi, qui eligunt ſepulturam in Eccleſia dictorum Religioſorum, non ſunt de parrochia d. Vica-
rij, nec ij vllum ius ſepulturæ in illis prætendere poſ- 4
ſunt, quippe qui in eius parrochia non morentur, nec
ab eo ſumant ſacramenta, Archidiacon. *in c.2.n.3.de ſepultur.in 6.* Butr.*c.1.n.9.*& Abbas *nu.4.ext.eod.* Syłueſt. *in verb.ſepult.n.8.* fusè Ricc.*dec.609.* Nec dicti Religioſi alienam parrochiam ingrediuntur, ſed in ea, in qua ſunt & morantur, d. corpora ſumunt.

Ex quibus concluditur, facta ſummaria poſſeſſionis probatione per teſtes, dictos Religioſos ad eam admittendos.

ARGVMENTVM.

Pœna dantis alapam Sacerdoti quæ ſit.

SVMMARIVM.

1 *Alapa dicitur atrox iniuria.*

2 *Tamen quando vacua manu, & ſine ſanguinis effuſione, nec Superiori aut nobili militari data eſt, dicitur leuis.*

3 *Alapa Sacerdoti data iniuria leuis.*

4 *Dans alapam Clerico, ab Epiſcopo abſolui poteſt ab excommunicatione.*

5 *Et pœna pecuniaria tantùm puniendus eſt, &, in defectum pecuniæ, exilij.*

6 *Pœna iniuriæ mitigatur ob iniuriam præcedentem.*

CONSILIVM XCI.

DVM generaliter quæritur, quę pœna ſit imponēda nobili Ioanni Benedicto Carpentoractenſi, ex eo quòd alapam dedit in Eccleſia ſancti Siffredi eiuſdem Ciuitatis Domino Gaucherio Sacerdoti & Canonico eiuſdem Eccleſiæ, reſolu-
1 tio quæſtionis pendet, an huiuſmodi iniuria ſit grauis
& atrox, an verò leuis: & quamuis aliqui exiſtimaue-
rint atrocem eſſe, per text. *in l.prætor edixit §.fin. in fi.*
ff. de iniur. nihilominus in alapa hac, quæ facta eſt va-
2 cua manu & vnica & ſine ſanguinis effuſione, nec Su-
periori aut nobili militari illata, videtur omnino
concludendum eſſe leuem iniuriam, vt in puncto de
alapa Sacerdoti data, Lapus *allegat.76.* Zabarel. *conſil.*
3 *42.n.2.* loquens in fortioribus terminis de percuſſione
cum manibus & pedibus facta, Nicol. de Milis *in repertor.verb.excommunicatus*, propter iniectionem, &
Lap. ſequuntur Apoſtil. ad Abbat. *in c.peruenit de ſent.excommunicat.* Felin. *ibid.in princ.* & Maſcard. *concluſ.1131.nu.3* & qui Lapus, & per conſequens Apoſtill.
ad Abbat. Felin. & Maſcard. loquuntur de alapa data
Clerico ſeu Sacerdoti etiam in Eccleſia, atque hanc
ſententiam veram & communem teſtatur Quintilian.
Mandoſ *in addition.ad d.Lap.allegatio.76.* vt non ſit cu-
4 randum, ſi aliqui contrariam ſententiam ſint amplexi:
inde ſequitur hunc alapam dantem, ab Epiſcopo ab-
ſolui poſſe ab excommunicatione quam incurrit, Lap.
d.allegat.76. Maſcard. *d.concluſ.1131. per c.peruenit.de ſenten.excommu.* ſequitur etiam pecuniaria pœna tantùm
5 puniendum, Vrai *dec.46.in princip.* loquens de alapa
Sacerdoti data, &, in defectum pecuniæ, exilij, quod arbitrio iudicis quandoque minus decernitur, ita vt per bimeſtre tantùm in terminis alapæ in Eccleſia datæ fuerit decretum penes Grammat. *dec.14.*

Quæ adeò vera ſunt, vt quamuis d. alapæ datio eſſet atrox iniuria, pecuniariam tantùm pœnam eſſe imponendam contendat Vrai *d.dec.46.n.1.*

Quod ſi hæc in terminis generalibus vera ſunt, vt veriſſima ſunt, longè facilius procedere debent in caſu, in quo verſamur ex circumſtantiis in eo militantibus. Primò, quia d. Gancherius, etſi Sacerdos & Canonicus, ſua origine infimæ ſortis eſt, quippe qui fornarij ſit filius, d. verò Benedictus nobilis ſit, & tanquam talis conſulatum d. ciuitatis geſſerit, & in grauioribus eiuſdem ciuitatis negotiis gerendi paſſim vocatur.

Secundò, quia mane diei quo hæc alapa fuit data, d Gaucherius eundem D. Benedictum infamantibus iniuriis affecerat.

Tertiò, quia cùm medio amicorum ageretur de reparatione iniuriæ verbalis per d. Gaucherium d. D. Benedicto illatæ facienda, & de ead. iniuria idem Benedictus in d. Eccleſia cum D. Roſtagno Canonico eiuſd. Eccleſiæ cōferret & conquereretur, d. Ganchier ſe eorum ſermonib. ingeſſit cũ geſtu tali, vt modeſtiſſimũ quemque tali iniuria affectũ ad iracundiã prouocaſſet.

Quartò, quia cùm d. Benedictus ſuauiter diceret d. Gaucherio ſe loqui cũ d. Roſtagno de impudētia, qua d. Gaucherius matutinis horis in ipſum vſus fuerat, idē Gaucherius reſpondit illi inſultando, & quaſi in ipſum ſe iniiciendo, *tu ipſe es impudens, & nullus alius eſt impu-*
dens quàm tu, ex quo iuſta iracundia, maximè iniuriarũ
ſibi à d. Gaucherio matutino tempore illatarum me-
mor ad alapam impingendam impulſus fuit; quo-
rum verborum iniurioſorum in hac materia ad miti-
gandam pœnam maximam eſſe habendam rationem 6
docet Grammat. *d.dec.14 n.9.10.& 11.*

Ex quibus concluditur, quòd ſi quæ pœna d. Benedicto eſt infligēda, ea pecuniaria & parui momenti eſſe debet, & conſultius eſſet, attenta qualitate perſonarum & circumſtantiis in d. negotio militantibus, vt d. Benedictus & Gauchier amici fierent, dictúſque Benedictus ab Epiſcopo abſolueretur impoſita aliqua pœnitentia ſalutari.

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

MAtrimonium à filiofamilias vel minore celebratum, non ſeruata forma ſtatuti validum eſt, ſed contractus ſuper eo initus nullius eſt momenti.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium à filiofamilias vel minore contractum, non ſeruata forma ſtatuti validum eſt.*
2 *Minor in contrahendo matrimonio habetur pro maiori.*
3 *Contractus ſuper dotis conſtitutione, & aliis pactis matrimonialibus, non ſeruata forma ſtatuti celebratus, nullius eſt momenti.*

CONSILIVM XCII.

VIſo contractu matrimonij inter nobilem Petrum de Pol filium naturalem & legitimum N. Gabrielis de Pul, Domini de ſainct Tronquer Ciuitatis Auen. & Domicellam Elizabeth de Guiard filiam naturalem & legitimam nobilium Ioannis Baptiſtæ de Guiard & Aliſię de Vaſſoux loci Inſulæ de ann. 1617. & 10. Septembr. & teſtamento d. Ioannis Baptiſtæ de anno 1598. nota ſumpta per M. Ruffi notarium Auen. ad id quod quæritur, an d. matrimonium & contractus ratione illius celebratus, ſint nullius momenti, ex eo quòd d. Petrus eſt filiusfamilias & iunior & ſine conſenſu patris contraxit. Reſpondetur quoad
1 matrimonium validum eſſe, non obſtantibus ſtatutis Auen. *rubr. 67. art. 2.* & Bulla Card. de Fuxo per Pium 2. confirmata, quæ propterea Bulla pia communiter appellatur: tũ quòd huiuſmodi ſtatutũ & Bulla debẽt intelligi in contractibus concernentib. obligationes, vel bonorũ tantũ, vel bonorũ & perſonæ, ſecus verò in illis, in quib. tantũ perſona obligatur, vt eſt cõtractus matrimonij, ita in terminis Bald. *in l. in copulandis n. 2. in 1. lect. per illum text. Cod. de nupt.* & alij, quos refert &
2 ſequitur Dominic. Pie. *ad ſtatut. verbis ad cap. 151. lib. 1. gloſſ. 7. nu. 225.* & quoad minorem eſt alia ratio, quia in contrahendo matrimonium habetur pro maiori, Iaſ. *in d. l. in copulan. n. 2.* Pie. *in d. loco n. 226.* quod procedit, etiam ſi ſtatuto caueretur, vt minor filiusfamilias, vel mulier non poſſent matrimonium contrahere ſine iſtis ſolemnitatibus, quia adhuc poſſent ſine illis matrimonium contrahere, quia ſtatutum eſſet contra libertatem matrimonij, vt poſt multos refert de communi atteſtans Pie. *d. loco n. 227.* tum quòd ſacroſ. Conc. Triden. quo *in c. 1. de reformat. matrimonij, ſeſſ. 24.* huiuſmodi matrimonia valida decernuntur, ex poſterius dictis ſtatuto & Bulla.

Quoad verò conſtitutionem dotis & pacta matrimonialia, exiſtimo nullius eſſe momenti: nam etſi di- 3
ctum ſtatutum Auenionen. non liget Auenionenſes extra ciuitatem contrahentes ex doctrina Bart. *in l. 1. n. 32. q. 6. C. de ſum. trinit.* & in puncto conſultus reſpondit Aretin. *conſ. 54. num. 2.* & fuit tentum in Rota in vna Romana prætenſæ donationis 24. Martij 1599. coram Orano, vt refert Pie. *gloſ. 2. n. 51.* & quamuis etiam indeciſum remanſerit, an Bulla d. Cardinalis de Fuxo liget Comitatenſes apud Dom. Laurentium *dec. 124. n. 8.* tamen cùm d. Bulla nominatim annullet contractus per Auen. extra ciuitatem initos, & ad hos fines fuerit in Comitatu publicata, & d. Petrus Auenionenſis, & in villa Inſulæ, vbi etiam fuit publicata contraxerit, non eſt dubium, quin huiuſmodi cõtractus ſit nullius momenti, ideoq́ue agere potuerit, vt ſaltem dos duorum millium ſcutorum iuxta legatum vxori ſuæ relictum, cuius fructus ex nunc percipiat, conſtituatur, etſi rutis fructus ei ex nunc, non poſt triennium, vt cautum erat in dicto contractu matrimonij, concedantur, ſi non æquiualeant fructibus dictorum duorum millium ſcutorum, ſi in emptionem fructuum & annuorum redituum conuerterentur, quod deerit, ſupplendum erit. Quæ dicuntur, etſi d. Ioannes Baptiſta pater poteſtatem conceſſerit d. Aliſiæ de Vaſſoux vxori ſuæ dotem augendi vel minuendi: nam attenta qualitate d. Petri mariti, ad minus ſumma legati comprehenſa debuit conſtitui. Donationes verò in caſum ſuperuitæ debent regulari ad arbitrium boni viri, habita ratione ad qualitatem perſonarum.

ARGVMENTVM.

STante ſtatuto de optando præbendas vacantes per antiquiores, an prior & antiquior in prouiſione, cuius poſſeſſio turbata fuit, præferendus ſit poſterioribus actualiter & pacificè poſſidentibus.

SVMMARIVM.

1 *Ad effectum optandi antiquitas poſſeſſionis, non prouiſionis ſpectanda videtur, quandoque tamen contrarium ſtatuitur nu. 7.*
2 *Poſſeſſio naturalis præualet ciuili.*
3 *Naturalis ſterilis eſt, ſi tantum verbalis eſt ſeu inſtrumentalis & ſine exercitio.*
4 *Poſſeſſio turbata retrotrahitur, & antiquitas currit à primis actis poſſeſſionis.*
5 *Sententia retrotrahitur ad diem litis conteſtatæ.*
6 *Optiones ſunt fructus & emolumenta poſſeſſionis.*
8 *Poſſeſſio ciuilis quæ ſit.*
9 *Naturalis quæ.*
10 *Poſſeſſor dicitur etiam qui fructus non percepit.*
11 *Ad effectum optandi non requiritur ſeruitium, ſed ſolùm antiquitas poſſeſſionis capta.*
12 *Coadiutori non currit antiquitas niſi exerceat.*

CONSILIVM XCIII.

DOminus Hugo Brunus Prior de Vataſſicu fuit in Curia Romana prouiſus de Canonicatu, iam tunc litigioſo Eccleſiæ Cathedralis Gratianopolitanæ in vim reſignationis in ſui fauorem factæ per nobilẽ Carolum de Verdomay, formáq; dignum legitimò facto per D. Carolum de Valentiers de an. 1610. & 5. April. in poſſeſſionẽ miſſus per preces coram magno altari habitas, ſeſſionẽ in vna ex ſedibus chori & tactum peſſuli & ſeræ archiuorum, vbi Capitulum teneri ſolet, cui procurator Domini Petri Diſdier ſe oppoſuit, & ſe ad ſupremum Senatum, vbi lis pendebat, remitti petiit, quod & factum fuit, & nihilominus dictus Brunus cura-

curauit prouiſiones ſuas per parrochũ ſeu Curionem d. Eccleſiæ publicari, cui publicationi Pater D. Diſdier etiã ſe oppoſuit. Inde in dicto Senatu litigatur per ſpatium ſex annorũ vel circiter, & lite pendente vacarunt 5. Canonicatus de quib. fuerunt prouiſi DD. Syluestre Garnier, Ioannes de Bon, Bouchet & Petrus Buſillon; optionéſq; præbendarum factæ fuerũt per alios quàm per dictos prouiſos iuxta ordinem vniuſcuiuſque, abſentib. & litigantib. dictis Brun & Diſdier, tandem arreſtum ſequutum fuit, quo d. Brun fuit manutentus in poſſeſſione & fruitione d. Canonicatus & præbendæ cum reſtitutione fructuum in ſui fauorem à die poſſeſſionis per d. Carolum de Verdoimax captæ, videlicet penultima Ianuar. 1609. dictúmque arreſtum die 5. Iulij 1616. Capitulo d. Eccleſię legitimè intimatum, dictúſq; Brunus per illud in Canonicatum receptũ ſolutis iuribus ſolitis, quod & d. Brun. fecit. Factóq; cõpromiſſo 27. April. 1618 ſuper liquidatione & reſtitutione dictorũ fructuũ quos d. Capitulũ lite pẽdente perceperat, ſententiáq; arbitramẽtali ſequuta, tandẽ 20. Marij de d. an. 1618. Capitulum conſignauit & remiſit d. Bruno certas pecuniarum ſummas d. Capitulo adiudicatas pro reſtitutione d. fructuum in executione d. ſententiæ.

Duodecim verò vel 15. menſib. poſt d. intimationem arreſti & receptionem in Canonicum d. Bruni, vacãte præbenda per deceſſum domini Marci Valentin Chaberon, vnius ex d. Eccleſiæ Canonicis, & Capitulo coadunato pro optione faciẽda d. Syluestre, Garnier, Io. de Bon, Bouchet & Buſillõ ſe ad optionem ante d. Brunum admitti contendẽtibus, quòd eſſent antiquiores d. Bruno in actuali poſſeſſione & fructuũ perceptione & optandi poſſeſſione, d. verò Bruno prætẽdente ſe ante eos optare debere, quòd & prouiſione & poſſeſſione illis eſſet antiquior, d. Capitulũ conceſſit actum de oppoſitionib. & proteſtationibus per partes hinc & inde factis, vt illis prout ioris ſe iuuare poſſent, & ſaluo vt ſibi prouideri curent coram eorum iudicib. ad quos eos remiſerunt, decreuit dictos quinq; Canonicos procedere debere reſpectiuè ad optionẽ iuxta poſſeſſionem optãdi, in qua erãt per nouiſſimos actus; & in executionem dicti quinque optiones fecerunt d. Bruno non conſentiente, ſed in d. ſuis reſponſionib. & requiſitionib. perſiſtente. Quæritur, an dicti quinq; in iure optãdi d. Bruno ſint præferendi, vel cõtrà nulla ratione habita optionũ per eos factarũ d. Brunus ſit ante eos admittendus, præſuppoſito ſtatuto d. Eccleſiæ, quo, eueniẽte vacatione prębendarũ, antiquior in optione pręfertur. Pro dictis quinque facit, quia quamuis d. Brun
1 ſit prior & antiquior in prouiſione, tamen quoad hunc effectum optandi eſt cõſideranda antiquitas & prioritas non prouiſionis, ſed poſſeſſionis, *gloſ. verb antiquiore in c. fin. de conſuet. in 6. addit. ad Rotam deciſ. 3. ad medium de conſuet. in nou.* & ita fuit reſolutũ in vna Vicent. præcedentiæ 27. April. 1594. coram Giptio, quæ deciſio fuit poſtea cõfirmata in vna cauſa Burgen. 3. April. 1599. & fusè docet Gonzal. *ſuper reg. 8. Cancellar. de menſibus. & alternat. §. 3. proœmy n. 22. cum ſeqq. & gloß. 34. n.* 49. At verò illi in actuali poſſeſſione & fructuum perceptione ſunt antiquiores: nec d. Brunus poteſt ſe contendere in poſſeſſione antiquiorem ex ea de qua ſup. quam ſumpſit de an. 1610. tum quòd illa ſit tantùm ciuilis, quę
2 naturali præferri non debet, nec quidquam operari *c. paſtoralis de iur. patronat.* tum quòd etſi naturalis eſſet,
3 cùm ſit verbalis ſeu inſtrumẽtalis, ſterilis ac ventoſa, vt inquiũt DD. ex quo d. Brun nec inſeruiebat Eccleſiæ, nec vllos fructus percipiebat, vt plenè per Gom. *in reg. de anna. poſſeſſ. q. 47. n. 3. & 4.* Ferrer, *conſil. 323. n. 5.* præſertim, quòd, vt iam dictum eſt, dicti quinq; in poſſeſſione optandi eſſent, atq; ſecundùm hanc ſentẽtiam tam inter Regios officiarios quàm Canonicos ſæpiſſimè in ſupremis tribunalib. iudicatum fuit, vt referunt Chop. *de ſacr. polit. lib. 1. tit. 8. n. 12.* Loc. *in placit. Senat. Pariſien. lib. 4. tit. de ordine ſeden. art. 5.* Maynard. *lib. 1. c. 72.*

His tamen non obſtantibus pro d. Brun reſpondendum cenſeo, quia & prouiſione & poſſeſſione eſt antiquior: prouiſione quidem, eſt clarum: poſſeſſione verò quia eam verè accepit de d. an. 1610. & cùm per eum nõ ſteterit quo minus effectualiter eam cõtinuaret & fructus perciperet, & facto ſui aduerſarij collitigantis nec nõ Capituli per quod tunc nõ fuit receptus, factũ ſit, vt infructuoſa fuerit illi poſſeſſio: tamẽ cum poſtea in vim d. arreſti fuerit per d. Capitulũ receptus, huiuſmodi receptio retrotrahitur, ita vt antiquitas ab illa prima 4
poſſeſſione ſit metiẽda, iuxta Rotæ *dec. 6. de conſuet. in antiquior. Biſignets*, vbi adducit bona fundamenta, & ſubijcit quod per tres ſententias ita pronũciatum fuit; quam deciſionẽ refert & ſequitur Roch. de Curte *in c. fi. de conſuet. ſect. 4. n. 11. verſ. per hoc videtur deinde quæſito.* Poteſt etiam corroborari dicta deciſio antiquus per *text. expreſſum in l. 1. verſ. quod ſi quis prior C. de conſul. lib. lib. 12.* vbi ſtatuitur, quòd ſi quis fuerit Prior, Cõſul & vltimò Patritius, eſt pręferendus in honoribus medio tempore facto Conſuli & Patritio. Hinc emanauit illa magis cõmunis opinio, quòd priùs licẽtiatus & poſtea Doctoratus ſit pręferẽdus medio tẽpore Licentiato & Doctorato, de qua per Fel. *in rubr. de maior. & obedient. n. 3.* Alciat. *de præſ. reg. 1. præſ. 45. n. 7.* Ant. Gab. *li. 6. tit. de maior. & obed. concl. 1. per tot.* faciunt tradita per Vincent. de Franch. *deciſ. 138. & 144. par. 1.* licet hoc difficultate non careat & quamplures contrarium teneant.

Secundò, quia d. lis erat ſuper poſſeſſorio, & per d. arreſtũ d. Brun fuit in eo diffinitiuè manutentus; ſequitur igitur antiquitatẽ ab illa poſſeſſione de d. an. 1610. eſſe accipiẽdam, quia d. ſentẽtia retrotrahitur ad diem 5
litis cœptæ, *gloſ. in c. cum quis verſ. in certis de ſenten. excommunicationis in 6.* Bald. *conſil. 374. num. 2. lib. 3.* Gail, *tract. de pace publica lib. 2. cap. 19. num. 23.* fusè Coſta *de retractu. caſu 7. cap. 8. per totum.*

Poſtremò, quia nedum per d. Arreſtum d. Brun fuit manutẽtus, ſed etiam cum reſtitutione fructuum à die 6
penult. Ianu. 1609. at verò ius optandi & optiones ſunt fructus & emolumenta poſſeſſionis, *gloſ. in verb. capitulo in c. cum olim poſt medium verſ. ſed collatio beneficiorũ de maior. & obedient.* Selua *de benefic. 3. par. 4. q. 40. n. 4.* Caſſad. *deciſ. 3. de penſion. in 6.* ſequitur igitur neceſſariò ex vi d. arreſti ius optãdi d. Brun ante d. quinque competere, & in fortiorib. terminis ſecundùm hanc ſententiam fuit deciſum penes Gonçal ſuper *reg. 8. Cancellar. de menſib & alternat. gloſ. 35. n. 113. cum ſeqq* cũ quis fuiſſet prouiſus de beneficio & poſſeſſio capta nomine Cameræ, quæ deinde ceſſionem fecit de prouiſo, qui medio tempore prouiſis prælatus fuit in iure optandi.

Nec obſtant quę in contrarium deducta fuerunt. Ac primũ quo dicebatur prioritatẽ poſſeſſionis nõ prouiſionis eſſe cõſiderandam, præſertim ex Dec. Rotę corã 7
Giptio & Litta, hoc quidem verũ eſt regulariter, ſed impedimẽtis, de quib in prima ratione exiſtẽtibus, & acceptione per capitulũ in vim ſententiæ tandẽ ſequuta, cõtrariũ verius eſt ex *d. alia dec. Rot. 6. de cõſuet. & antiq.*

Secundò reſpõdetur d. Brun, nedum prouiſione, ſed poſſeſſione priorem & antiquiorem habita, vt decet, ratione ad poſſeſſionem de d. an. 1610. ſumptam, attenta retrotractione ex vi d. arreſti, nec non reſtitutione fructuum per illud facienda ab anno 1599.

Nec verum eſt, poſſeſſionem illam fuiſſe ciuilem, 8
quia ea tantùm in animo conſiſtit *l. 3. in prin. ff. de acqu. poſſeſſ. l. nemo C. eod.* & per actus fictos abſque corporali apprehenſione transfertur, gloſſ. *in verb. animo in l. 3. in*

princ.ff de acquir.poſſeſſ. vbi omnes tradunt,& fusè Anthon.Gomeſ.*in l.45.Tauri à n.45.vſq; ad n.93.* & clarum
9 eſt d poſſeſſionem de anno 1610. fuiſſe naturalem cùm corpore fuerit apprehenſa, *l.naturalem.* & ibi DD.*ff.de acquir.poſſeſſ.* Bald.*conſ.338 in prin.lib.5.* Caſtr.*conſ.234.n.2.vbi de communi lib.2.* Gui.Pap.*deciſ.629.*

Non obſtat quod fuerit verbalis ſeu inſtrumentalis, ſterilis ac ventoſa, & ſine fructuum perceptione, ſufficit enim quòd aliter quàm ex fructuũ perceptione de poſſeſſ. conſtet, prout conſtat in caſu noſtro ex illa apprehẽſione de d. anno 1610. facta: nam etſi fructus non
10 perceperit, poſſeſſor nihilominùs dici debet & eſt, Bart. in *l.qui vniuerſos ff.quod per colonum n.1.& in l.quamuis §.ſi conductus n.2.* vbi notat Alex.notabili vltimo & cęteri *ff.de acquir.& poſſ.* Rota *deciſ.506.n.4.par.1.diuerſor.* imò aliud eſt poſſidere & aliud fructus percipere. *l.ſi quis autem 10.ff.de acqu.poſſeſſ.gloß.verb.fructus in c.ſi propter de reſcript.in 6.* Pute.*dec.558.ad med.lib.3.* Caputaq. *deciſ.34.n.4.par.3.* Mandoſ. *in reg.de anna q.30.n.2.* hinc ſuffragatur regula de annali, quamuis annalis poſſeſſor nullos fructus percepiſſet, Gomeſ. *in ead.reg.de anna.q.47.n.6.& per tot.* Mandoſ.*ibid.q.31.n.2.*

Nec nocet quod d Bruo non inſeruiebat ante exequutionem arreſti, neque enim ſeruitium eſt neceſſa-
11 rium, ſed ſola antiquitas poſſeſſionis captæ, vt in poncto Rota cenſuit apud Pute.*dec.219.n.2.lib.3.* Et vtcumque ſit, cùm d. Brun & inſeruiret & fructus perciperet tempore vacationis & optionis præbendæ de qua agitur, d. arreſtum retrotractiuum & reſtitutio fructuum per illud facienda tollit omnem difficultatem.

Quod verò dicitur dictos quinq; per actus nouiſſimos fuiſſe in poſſeſſione optãdi ante d.Bron, nihil eſt, neque enim in hac materia poſſeſſio optandi conſideratur, ſed ſolùm poſſeſſio beneficij capta, alioquin ſequeretur maximum abſurdum, vt qui fuiſſet per Capitulum receptus & ex aliqua cauſa diſceſſiſſet, & pendente abſentia alij fuiſſent recepti, & ſuccedentib. aliis vacationibus optaſſent, quòd d. abſenti reuerſo eueniente alia vacatione in optione præferretur.

Non obſtãt denique arreſta ſupremorum Senatuum Pariſien.& Tholoſani per D.de Luc.Chopin.& May 12
nard. relata, procedunt enim in terminis coadiutoris durante tempore, qua principalis exercet non coadiutor, cùm enim d.principalis omnib.pręrogatiuis & pręeminentiis ſeſſionis & optionis vtatur, nõ debet coadiutor prætendere aliquam præeminentiam niſi à tempore quo fuit in exercitio; alioquin vno eodémq; tempore duæ perſonæ in vna eadémque præbenda vel officio præeminentiã haberent contra nouiter prouiſos, quod nõ eſt dicendum; at verò in noſtro caſu lite pendente nullus fuit qui dictis pręeminẽtiis vteretur. Pręterea lis ſuper poſſeſſorio, arreſtum retrotractiuum & d.reſtitutio fructuum facięda quæ hic eſt, ceſſant in caſib. dictorum arreſtorum. Et quatenus Chop.*in princ. d. n.12.* ſimpliciter ait exercitij tempus eſſe inſpiciendum, intelligendus eſt ſecundùm exemplum & arreſtum, quod deinde ſubijcit, & quatenus aliter intelligeretur, lapſus fuiſſet; ex ſuperioribus enim patet non exercitij ſeu ſeruitij, ſed captæ poſſeſſionis tempus eſſe inſpiciendum, excepto caſu coadiutoris, cùm ſcilicet principalis interim exercet & præeminentiis vtitur.

Et quamuis pleræq; ex ſupradictis rationib. afficiant etiam optiones lite pendẽte factas, tamen exiſtimo d. Brun nõ debere eas in controuerſiam deducere, quòd ſcil.ca eiúſq; collitigante tacentib. non contradicentibus & nullis proteſtationib. interuenientib. factæ ſint, & illis qui optauerunt iam ius ſit quæſitũ; ſed ſolũ debere prætendere ſe admittendũ ad optionẽ præbendæ poſt exequutionẽ arreſti vacantis, in quo eum bene fundatũ exiſtimo ſaluo cuiuſlibet meliùs ſentientis iudicio.

ARGVMENTVM.

AN intereſſe dotis debeatur abſque interpellatione.
An per taciturnitatem decem annorum, vel receptionem ſortis cenſeatur remiſſum.
An ſolutiones factæ in ſortem primitus, an verò in vſuras imputandæ ſint.

SVMMARIVM.

1 *In dote à patre promiſſa ſine præfinitione temporis intereſſe currit ſine interpellatione.*
2 *In extraneo ſecus eſt.*
3 *Etſi filia ſibi conſtituat dotem, pro qua illi à patre factum fuerat legatum, intereſſe currit abſque interpellatione.*
4 *Controuerſum eſt, an intereſſe dotis per ſilentium decennij cenſeatur remiſſum.*
5 *Negatiua verior eſt.*
6 *Affirmatiua verò procederet, ſi vltra lapſum decennij ſequuta fuiſſet mors mariti.*
7 *Ex ſortis receptione vſura cenſentur remiſſa quando debentur officio iudicis.*
8 *Sed ſi iure actionis ſecus eſt.*
9 *Vſura dotis debentur iure actionis.*
10 *Solutio cenſetur quidem facta in cauſam duriorem.*
11 *Speciale tamen eſt in vſuris vt potius in eas cenſeatur facta ſolutio quàm in ſortem.*

CONSILIVM XCIV.

PRæsvpposito in facto nobilem Florentium de Sonuier Senatorem Principatus Auraicen. teſtamento ſuo Franciſcæ filiæ 1000. ſcuta titulo inſtitutionis legaſſe com matrimonio, de conſenſu tamen Domicellæ Helenæ de Metulis vxoris & matris reſpectiuæ collocaretur, ſoluenda, dictámque Franciſcam domino Franciſco de Barri matris accedente conſenſu nupſiſſe, illíque omnia bona iuráque ſua præſentia & futura in dotem conſtituiſſe, dictúmque de Barri per plures annos iura & bona vxoris ſuæ ab hæredibus d. Florentij non petiiſſe: tandem tamen & d.1000. ſcuta & 600. libræ ex ſucceſſione Georgij fratrib. dict. Franciſcæ vxoris ſuæ obuenta pro quinta parte legati d. Georgio facti vnà cum intereſſe à die contractus matrimonij petiiſſe. Tria quæruntur, an intereſſe d.1000. ſcutorum cucurrerit, & debeatur abſque interpellatione; alterum, caſu quo debeatur, an per taciturnitatem ſaltem 10. annorum vel per receptionem 1000. ſcutorum poſtea ſequutam & diuerſis vicibus factam cenſeatur remiſſum: tertium, caſu, quo non ſit remiſſum, an ſolutiones factæ in ſortem primitus, an verò in vſuras & intereſſe quod cucurrerat tempore quo fiebant, imputandæ ſint?

Ad primum reſpondetur, quòd in dote à patre pro- 1
miſſa abſque præfinitione temporis ſtatim quod vir vxorem ad domum duxit, pater conſtituitur in mora irregulari abſq; vlla interpellatione, & incipiunt deberi fructus ſeu intereſſe, vt communiter tradunt DD. *in leg. de diuiſione ff. ſolut. matrim.* & de communi opi-

Digitized by Google

opinione teſtatur Alea.*conſ.147.n.3.ad fi.lib.5.* & ſequi- 2 tur Magon.*deciſ.83.n.1.Rota Florent.* Secus eſt in extraneo, in quo requiritur lapſus biennij ad incurrendam d.moram irregularem, vt docent Bart. Socin. & alij *in d. l.de diuiſione* Grammat.*deciſ.70.n.1.* Iaſon.*in §.fuerat n.10.inſtit.de actionib.* Magon *d.deciſ.83.n.1.* & ita intelligunt text. *in l.fin.§.præterea C.de iur.dot.* ſed dubium in hoc caſu eſt, quòd neque pater, neque extraneus d. Franciſcæ, ſed ipſa ſibi ipſi dotem conſtituit. Sed cùm proponatur patrem legatum feciſſe in cauſam dotis, & 3 hæres repræſentet perſonam patris; videtur idem ſtatuendum eſſe hoc caſu, quo filia ſua omnia iura in dotem cõſtituendo d. quoq; legatum conſtituit, ac ſi ipſe pater conſtituiſſet, per tradita à Menoch.*conſil.81.n.56. cum ſeqq.* præſertim cùm d.fructus ſint loco alimentorum, Menoch. *d.loco n.57.* poſt Crauet.& Grammat. & propter onera matrimonij marito debeãtur, non idem aſſererem in fructib. dictatum 500 librarum, cùm non in cauſam dotis, ſed ex ſucceſſione fraterna d.Franciſcę debeantur, & ipſa ſola ſibi dotem conſtituerit.

Ad ſecundum reſp. non mihi conſtare, an d.de Barti per decẽnium tacuerit, ſed præſuppoſito hoc verum 4 eſſe, magna eſt controuerſia inter DD. an maritus per taciturnitatem 10. annorum cenſeatur vſuras dotis antea promiſſas remiſiſſe, Bald.*in conſil.474.poſt biennium lib.3.* ſeu Dionyſium Perus, cuius eſt *dictum conſil.* Bart. *in l.cum de in rem verſo.num.7.verſ.ſi viro tractatur ff.de vſuris.* & pleriſque aliis relatis à Menoch. *præſump. lib. 3 præſump.25.n.2.* motis præſertim per text. *in l.cum quadam §.diuus ff. de vſur. in l.vir vſuras ff.de donatio. inter vir.& vxor.* ea æſtimantibus cenſeri remiſſas: Aliis verò contrarium ſcilicet curſu decennij nõ præſumi remiſſas ſentientibus, vt Alea. & Iaſ.*in l.inſulam §.vſur.& in l qua dotis ff ſolut.matrim.* Angel. Aret.*d §.fuerat,* Grammar.*d.deciſ.70.* qui ſic fuiſſe deciſum in Senatu Neapolitano teſtatur, & aliis relatis per Menoch.*d.præſumpt.* 5 *25.n 4.* tamen verior & magis recepta videtur hæc opinio poſterior, etſi Menoch. priorem videatur amplecti *n.3.in fi.* & vltra lapſum decennij requiri mortem mari- 6 ti, & ita fœdere diſtinctionis has diſſentientes opiniones conciliandas docet Oſal.*deciſ.132.n.19.* & ante eum huiuſmodi diſtinctionem ſenſerunt plerique, quos refert d.loco & vltra eos Chaſſao. *in conſuetud. Burgund. tit.des droicts rubr.4.§.25.gloſ.1.n.17.*

An verò ex receptione ſortis poſteà facta cenſeantur 7 remiſſæ vſurę, ſiquidem officio iudicis deberentur, certum eſt cenſeri remiſſas *l.fin.ff.de eo quod cert.loco.* ſed ſi 8 iure actionis minime, Iaſ.*in d.l.fi n.*.. ſed certum eſt fructum & interuſurium dotis æquè principaliter & tan- 9 quam dotem peti poſſe iure actionis, etſi non ſit promiſſum *l.ſi marito §.ſi fundum, iuncta gloſ.ſolut.matrim.* ideóque communiter receptum eſt, quod ſi maritus receperit integram dotem nulla ſibi facta reſeruatione ſeu proteſtatione fructuum ratione morę ſibi debitorum, non ſibi præiudicaſſe, quin illos petere poſſit, Bald.*Nouell in tract.de dote 2.par.principali n.11.* hæc fuſè docet, & omnib. quæ in contrarium afferri poſſent, reſpondet Magon. *d.deciſ.83. per tot.Rot.Florent.*

Ad poſtremum etſi verum ſit ſolutioné ſemper cen- 10 ſeri factam in duriorem cauſam, Vincent.de Franc.*deciſ.164.n.15.* Magon.*deciſ.39.n.7.& 20. Rota Florent.* Papon.*lib.13.tit.5.arreſt.6.* ideóq; videretur potius in ſortẽ quàm in vſuras ſolutiones cenſeri factas, tamen hoc 11 eſt ſpeciale in vſuris, vt potius in eas quàm in ſortem ſolutio cenſeatur facta, *l.1.C.de ſolut. & l.in his §. Imperator ff.de ſolut l.ſi vſuras C.de vſuris.gloſ.in lib.1.ff.de ſolut.* vbi Bart.*n.9.* & in terminis dotis fusè docet Surdus in *conſ.290.n.61.* cuius rei variæ redduntur rationes per Doctores per eundem Surdum relatæ: tenor tamen quictanciarum inſpiciendus eſt, an ſcilicet ſonent in ſortem, quo caſu in eam, & non in vſuras cenſerentur ſolutiones factæ: quæ enim ſuprà diximus, procedunt ſolum vbi ex verbis quictanciarum mens colligi non poteſt, & ſumus in dubio.

ARGVMENTVM.

An ſolemnitas extrinſeca ex temporis diuturnitate præſumatur.

SVMMARIVM.

1 *Solemnitas extrinſeca in inſtrumento non enunciata præſumitur quidem, ſed quantum tempus requiratur controuertitur, & verius eſt 30. annos ſufficere.*

2 *Etiam in alienatione rerum Eccleſiæ.*

3 *Etſi ageretur de præſumendo conſenſu ſummi Pontificis.*

4 *Idq; veriſſimum eſt concurrente continua poſſeſſione.*

5 *Licet non præſcribatur contra Eccleſiam niſi 40. annis.*

6 *Licet etiam ex inſtrumento appareat de defectu ſolemnitatis.*

7 *Eccleſia non reſtituitur aduerſus huiuſmodi præſumptionem non docto de læſione.*

8 *Vbi conſtat de euidenti vtilitate Eccleſiæ non obſtat defectus ſolemnitatis.*

9 *Paulina non eſt in vſu.*

CONSILIVM XCV.

ANTHONIVS du Mas videtur bene fundatus in litteris ciuilibus, quas impetrauit ab excellentiſs. Principe Auraicen. aduerſus arreſtum contra ipſum latum in fauorem œconomi fratrum ſancti Franciſci de anno 1610.& 26. Aprilis quo deiectus fuit à poſſeſſione prati 5. ſalmatarum, idque præſertim ex nouiter productis, ſcilicet noui accapiti confirmatione de d. prædio facti de anno 1549.& 21. Aprilis facta d.an.1549. & 2.Maij in congregatione prouinciali dictorum fratrum cum ratificatione geſtorum in d.inſtrumento noui accapiti ac arrendamento d prati pro 9.annis de an. 1545.& 18. Auguſti pro pretio 45.florenorum vniuſcuiuſque anni cum quictancia quam ſe habiturum d.du Mas mihi affirmauit, ac ſignatura Sãctiſſimi, quo committitur in forma ſi in euidentem confirmatio d.noui accapiti ſubdatum Romæ ad Sanct.Petrum 15. Kalen. Febr.anno 15. & ſic tempore Pauli 3. qui obiit 80. anno quo fuit factum d.nouum accapitum, ſcilicet 1549. ſed de menſe Nouemb. Nam d. Antonius fuit condemnatus ad dimittendam d. poſſeſſionem quaſi d. nouum accapitũ nullum eſſet defectu poteſtatis Gardiani cæterorúmq; fratrum Conuẽtus ciuitatis Auraicen. ſolemnitatis conſenſus ſcil. ſiue confirmationis ſummi Pontificis. Ideóq; ad reſtitutionem quoque fructuum ſub imputationibus, de quib. in arreſto fuit condemnatus: & quidem quoad poteſtatẽ eorum qui nouum accapitum fecerunt caſu quo ea in controuerſiã deduci, & inde aliquod dubiũ exoriri poſſet, totum hoc ex ratihabitione & confirmatione d Congregationis prouincialis ſublatum eſſet, ita vt in eo amplius inſiſten-

Digitized by Google

dum non ſit. Quoad verò defectum d. ſolemnitatis, ea
per lapſum 30. annorum præſumitur, etſi enim cùm ge-
1 neraliter quæritur, an ſolemnitas extrinſeca in inſtru-
mento non enunciata, & vbi agitur de magno præiudi-
cio ex diuturnitate temporis, præſumatur præſertim in
præiudicium tertij, DD. conueniant quidem præſumi,
ſed quantum tempus requiratur diſſentiãt, aliis 10. aliis
50. alios 70. aliis verò 100. annos requirentibus. Verior
tamen & magis communis eſt, ſaltem 30. ſufficere. Cra-
uet. *de antiq. temp. 3. par. in princ. n. 6.* quæ de re Gabriel.
tit. de præſump. concl. 1. n. 1. & 4. Maſcard. *concl. 1316.* Me-
2 noch. *præſump. lib. 3. præſumpt. 132. n. 58.* Et in terminis ſo-
lemnitatum requiſitarum in alienationibus rerum Ec-
cleſiaſticarum ex diuturnitate temporis præſumi ſo-
lemnitates extrinſecas non enumeratas adhibitas fuiſ-
ſe docent Hippolyt. de Marſill. *ſingulari 323. diuturna.*
Puteus *deciſ. 365. n. 7. lib. 2.* Crauet. *de antiquit. temporis 3.
par. §. Vidimus in genere n. 25. fol. mihi 126.* Maſcard. *con-
cluſ. 74. n. 14. & concl. 1316. num. 13.* qui innumeros refert,
ſufficereq́; ad ſummum 30. annorum ſpacium tradunt
Gabriel. tit. *de præſump. concl. 1. n. 3.* Maſcard. *d. concluſ.
1316.* & nouiſſimè ac fuſiſſimè Viuius *deciſ. 534. n. 34. in
4. parte cum ſeqq.* innumeros etiam referens omnino
videndus, quia omnibus oppoſitionibus, quæ fieri poſ-
ſent, ſatisfacit, idq́ue tanto magis hoc caſu, quo adeſt
diuturnitas ſexaginta vel circa ann. Rurſus quia non
agitur de conſenſu ſummi Pontificis præſumendo, ſed
tantùm de iis quæ executionẽ ſignaturæ, in qua con-
tineatur d. conſenſus, concernunt, nempè quod ſigna-
tura fuerit præſentata, & in vim illius informationes
ſumptæ, & ſententia cõfirmatoria ſequuta. Nam ſi age-
retur de conſenſu ſummi Pontificis præcisè præſumen-
do, plerique exiſtimarunt cum ex diuturnitate tempo-
ris non præſumi, vt Gabriel. *d. tit. de præſumpt. n. 4.* poſt
Alex. quem refert Menoch. *præſumpt. lib. 3. præſump. 132.
n. 70.* Crauet. *d. 3. par. in princ. n. 18.* quamuis verius ſit, ſi
3 ageretur de præſumendo conſenſu ſummi Pontificis
eum per ſpatium 30. annorum præſumi. Nam quæ in
contrarium dicuntur, procedunt in tempore 10. anno-
rum, non verò 30. vel 40. annorum, vt ſenſit Gabr. *d. lo-
co.* & fuſiſſimè poſt alios Viu. declarat in terminis em-
phyteoſis perpetuæ & beneplaciti ſummi Pontificis *d.
deciſ. n. 35. & ſeqq.* vbi ait deciſiones Rotæ ita eſſe intel-
ligendas, & ita fuiſſe in Rota deciſum.

Hæc propterea tantò magis procedunt, & ſunt abſq;
dubio, quia cum diuturnitate temporis 30. imò 60. an-
norum concurrit poſſeſſio d. Anthonij du Mas qui vel
per ſe vel medio authorum ſuorum à die d. noui acca-
pitis 1548. vſque in diem quo in executionem arreſti de
dicto anno 1610. promulgati fuit directus, fuit ſemper
in poſſeſſione d. prati, quod & d. œconomus fatetur,
qui fructuum reſtitutionem petiit & obtinuit, quo ca-
4 ſu veriſſima eſt & receptiſſima DD. ſententia, vt inquit
Viu. *d. loco n. 34.* vt præſumantur dictæ ſolemnitates, &
voluit Menoch. *d. præſumpt. 32. n. 55. cum ſeqq.* & Crauet.
d. 3. par. in princ. num. 8. & n. 15.

Poſtremò, multò magis hæc procedũt hoc caſu no-
ſtro, quo maxima pars actorũ & ſcripturarum Auraicæ
in deuaſtatione eiuſd. notoriè deperdita fuerunt, præ-
ſertim concurrente ſpatio 60. annorũ vel circa, quo ca-
ſu ſi arbitrio iudicis relinqueretur quantum requira-
tur ad huiuſmodi ſolemnitates præſumendas, vt qui-
dam exiſtimarunt quos recenſet Menoc. quorum ſen-
tentiæ videntur adhærere *d. loco n. 60. & 66.* quorum ta-
men ſententiam reprobat Crauetta & 30. annos ſuffi-
cere contendit *d. 3. par. n. 14.* abſq; dubio exiſtimo iudi-
cem arbitraturũ in fauorem poſſeſſionis tanti tẽporis.
His non obſtat, ſi dicatur 30. annorum ſpatium nõ ſuf- 5
ficere, cùm non niſi 40. aduerſus Eccleſiã præſcribatur:
nam præterquam, quod ſic nedum 30. ſed 60. effluxe-
rant; Reſpondetur quod hîc non quæritur, an præſcri-
ptio cucurrerit, ſed vbi habitus eſt titulus ab Eccleſia,
& ſolum quæritur, an titulus ſit validus nec ne, & an
præſumatur ſolemnitas ad validitatem illius, vt reſpõ-
det Crau. *d. 3. par. n. 4. & 5.* Non obſtat, etiam ſi dicatur, 6
ex inſpectione inſtrumenti apparere de defectu ſolẽ-
nitatis, quo caſu ceſſat huiuſmodi præſumptio, nã hoc
procedit quãdo ſolemnitas in ipſo actu interponi de-
bet, non ſi ante vel poſt interuenire poſſit, quales ſunt
eæ omnes quas hîc deficere prætẽdi poſſit, vt declarat
Lamberteng. *in tract. de contractib. rerum quib. vel à iure
&c. gloſſ. 7. n. 72.* quẽ refert & ſequitur Maſcar. *d. concl.
1316. n. 36.* quæ eò dici poſſent ex quorumdam ſententia,
an hæc procedat de iure Canonici vana ſunt, ex Viuio
& cæteris ſuprà allegatis de alienatione rei Eccleſiæ lo-
quentibus, & deciſ. Rotæ per Viuium adducta hæc om-
nia confirmantur ex eo quod nedum nondũ fuit pro-
batum de læſione tempore contractus parte d. œco- 7
nomi, quo caſu ceſſat omnia reſtitutio, quæ aduerſus
dictam præſumptionem prætendi poſſet, vt docet Viu.
d. deciſ. 534. n. 39. cum ſeqq. quin ex contrario conſtat de
euidenti vtilitate ex inſtrumento conductionis, quo
caſu etſi non præſumeretur ſolemnitas, non poſſet ta-
men ex defectu illius d. noui acapitũ reſcindi: nam
etſi diſputatio ſit inter DD. an copulatiuè vtilitas & ſo-
lemnitas requirantur, an verò ſufficiat ſola vtilitas; ta- 8
men, vbi de euidenti vtilitate conſtat, vt hîc, ex ſolẽni-
tatis defectu non infringi in Emphyteoſim dationem,
verior & magis cõmunior eſt opinio, vt atteſtatur Lã-
berteng. *in d. contractu de contractib. circa fin. d. tractatus
q. 50. n. 166.* Pro coronide addam nõ obſtare Paulinam:
nam Extrauagans *ambitioſæ* non eſt in vſu, Roch. de 9
Curte *in c. fin. col. 82. de conſuet.* adeò vt qui eam vſu re-
ceptam dicere volet, id probet neceſſe ſit, Mohed. in
terminis *deciſ. 2. alias 6. de conſtit.* Camill. *11. conſult. 91.
n. 7.* vbi alios citat; præterquam quod hîc non agitur,
an huiuſmodi in Emphyteoſim datio valuerit ſine ſo-
lemnitate, ſed an præſumatur eam interueniſſe.

ARGVMENTVM.

MAla fides autoris an noceat ſucceſſori in præſcriptione.
Aduerſus præſcriptionem 40. annorum an ex capite ignorantiæ reſtituatur Eccleſia.
An facultas depaſcendi impediat ne terræ heremæ redigantur ad culturam.

SVMMARIVM.

1 *Ex contractu nedum priuati, ſed etiam Princeps eiuſ-
que ſucceſſores obligantur.*
2 *Contraueniens contractui non poteſt agere ad ipſius ad-
implementum.*
3 *Præſcriptio non præſumitur niſi probetur.*
4 *Stante mala fide nunquam præſcribitur de iure cano-
nico.*
5 *Mala fides autoris nocet heredi & ſucceſſori vniuerſa-
li etſi in ſua perſona præſcriptionem inchoaret.*
6 *Tempore belli vel mortalitatis dormit præſcriptio.*
7 *Aduerſus præſcriptionem 40. annorum datur reſtitu-
tio ex capite ignorantiæ.*

8. *Et*

8 *Et licet in præſcriptione 30. vel 40. annorum à iure ciuili inducta hoc ſit controuerſum, certum tamen eſt, quando agitur de præſcriptione 40. annorum contra eccleſiam neceſſaria, ei dari reſtitutionem ex capite ignorantiæ.*

9 *Ignorantia præſumitur in eo qui ſuccedit in ius alterius.*

10 *Ex actis qui ſunt ex gratia non quæritur ius.*

11 *Facultas depaſcendi non impedit quo minus territorium ad culturam redigatur.*

12 *Clauſula* rebus ſic ſtantibus *ſubintelligitur in qualibet diſpoſitione etiam conuentionali & iurata.*

13 *Verba contrahentium ita ſunt interpretanda ne contineant repugnantiam vel contrarietatem.*

14 *Ex obſeruantia ſecuta declaratur obſcuritas.*

15 *Verba contractus iuxta conſuetudinem loci intelligenda ſunt.*

16 *Contractus eſt indiuiduus.*

CONSILIVM XCVI.

NOn vertitur in dubium, quin Reuerend. domin. Abbas de Aquabella in donatione in Emphyteoſim, quam fecit de magna quantitate prædiorum territorij ſancti Petri de Violeſin, cuius eſt in temporalibus Dominus in principatu Auraicenſi, potuerit legē, quam voluit imponere, & nominatim vt emphytheotæ tenerentur penſionem congruam parrocho, ſi quis inſtituendus eſſet, dare, nec ad eam teneretur Abbas eiúſque ſucceſſores, & quin id pactum d. Emphyteotæ tenerentur ſeruare, illúdq; onus ſubire, cùm ex contractu
1 & pactis in eo deductis nedū priuari, *l. ſicut tum ſimil. C. de act. & oblig.* Cyn. *in l. digna vox verſ. vlt. ſciendū C. de legib.* Sed etiam Princeps eiúſq; ſucceſſores obligētur, Panor. *in c.1. n.1.* latè Felin. *ibid. n.3. verſ. modo aduerte ext. de probat.* idem Panorm. *in c.1. num.7. ext. de conſtit.* Vaſq. *lib.1. controuerſ. illuſt. cap.3. num.1.* ideóque d. onus ad ſucceſſores dictorum Emphyteotarum tranſeat, *l. vnica §. ris verò C. de impon. lucrat. deſcript. lib. 10.* prout fusè & doctè in ſcriptis domini Inguimberti deductum fuit, ſed duo parte habitatorum dicti loci opponuntur, vnum præſcriptione huiuſmodi oneri derogatum fuiſſe, eáque centenaria cùm 40. annorum ſufficeret, Guid. Pap. *q.161. n.7. cum ſeqq.* Alterum, quòd Abbates non impleuerint pro ſua parte quæ facere promiſerant, imò illis omnino contrauenerint, priuando ſcilicet vſu herbaginum omnino d. Emphytheotas, totum territorium poſteà in Emphyteoſim
2 dando. ideóque non poſſe cogere poſſeſſores, vt pro ſua parte adimpleant, & ſic d. penſionem Parrocho ſoluant *l. Iulianus §. offerri.* vbi Bart. Salicet. & alij *ff. de actionib. empt.* Becc. *conſil.45. num.6. & ſeq.* latè Carol. de Graſſ. *in tract. de except. except.13. n.37. & ſeqq.*

Sed his ſatisfit, & ad primum quidem reſpondetur ex actis non conſtare vllomodo de prætenſa præſcriptione ne quidem 40. annorum (centenaria enim eſſe non potuit cùm adſint recognitiones de anno 1517.)
3 certum autē eſt præſcriptionem cum ſit facti, non præſumi niſi probetur, Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Lucen. 31. n.15.* Crauet. *conſil.132. n.12. & n.9.* ita vt ex eo ſolo corruat ratio ex aduerſo deducta; ſi quid enim ex aduerſo probatum fuit, Id eſt d. Abbatem nedum dominum temporalem, ſed etiam priorem eſſe, ſed quam penſionem parrocho per tempus à lege præſcriptum ſoluerint, minimè.

4 Rurſus ex ſecundo reſpondetur ſtante mala fide ex d. contractu reſultante non potuiſſe aduerſus obligationem præſcribere etiam per ſpatium 100. annorum ex iuris canonici diſpoſitione, Alex. *in l. cum aliquis C. de iure deliber.* vbi eam communem dicit, quam etiam refert Didac. Couar. in *reg. poſſeſſor. §. 3. n.4.* Myſing. *obſeruat. cent. 4. obſeruat. 6. n.5.* Gail *lib.2. obſeruat. 18. num. 7.* & ſi quæ iuris canonici diſpoſitio in quocumque foro ſeruanda eſt, cùm in præſcriptionibus tractetur de peccato, DD. in *l. fin. de præſcript.* Iaſ. in *l.3. §. generat. n. 16. ff. de acquir. poſſeſſ.* Ferrar. in forma rei conuenti *verb. præſcript. n.40.* Franc. Bald. *tract. de præſcript. in 3. part. 6. part. principalis q.2.* Myſing. *d. obſeruat. 6. n.3.* & Gail *d. obſeruat. 18. n.10.* cognouit id Aduocatus dictorum Emphyteotarum, ſed id variis modis euitare conatur, primò cùm ait, quòd ſi primi emphyteotæ non potuerunt præſcribere, ſaltem tertij poſſeſſores mediatè ius & cauſam non immediatè, ſed mediatè habentes à primis poſſeſſoribus præſcribere 40. annis potuiſſe, nixus, vt arbitror, etſi non alleget Afflict. *deciſ. 40. num.7.* & Boer. *deciſ.182. n.41.* animaduertens quòd ſi de hærede 5
& vniuerſali ſucceſſore agatur, malam fidem authoris in perpetuum non minùs illis ac authori nocere, quo minùs præſcribere poſſint, etſi in ſua perſona præſcriptionem inchoare velint, Panorm. *in c.2. num.7. & 8. de præſcript.* Curt. iun. *conſil.170. n.44.* Capic. *deciſ.4. num. 12. & 13.* Crauet. *conſil.146. in fin.* Mynſing. *d. loco num.8.* Ad hoc reſpondetur non conſtare in actis huiuſmodi poſſeſſores eſſe tertios, præſertim mediatè, quinimò maximè pars poſſeſſorum ſunt ex deſcendentibus primorum Emphyteotarum, minùs eos per 40. annos præſcripſiſſe, & quamuis de 40. annis conſtaret, non tamen id tempus ſufficeret, cùm tempora belli, quod
plusquam notorium fuit, eſſent deducenda, tempore 6
enim belli vel mortalitatis dormit præſcriptio. Guid. Pap. *q.416. n.13.* Bart. *in l.5. ff. de vſucap.* Abbas *conſil.46.*
& conſil.94. lib. 2. Rurſus aduerſus huiuſmodi præſcri- 7
ptionem 40. annorum ex capite ignorantiæ datetur reſtitutio, Afflict. *deciſ.37. 40. & 329.* Boer. *deciſ.29.* Moedan. *deciſ.1.* Rota Genuenſ. *deciſ.203.* Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Lucenſ.48. n.22. & deciſ.52. n.47.* ſed quidquid ſit, dum quæritur, an aduerſus præſcriptionem 30. vel 40. annorum à iure ciuili inductam detur reſtitutio ex capite ignorantiæ, quæ quæſtio admodum controuerſa eſt inter DD. & in qua Theſſau. *deciſ. 134.* contendit magis communem opinionem, vt aduerſus quidem præſcriptionem 30. annorum detur, non autem aduer-
ſus 40. Hoc certum eſt, quòd ſi agatur de præſcriptio- 8
ne 40. annorum neceſſaria ad præſcribendum res Eccleſiæ, reſtitutionem ex *cap. ignorantia* Eccleſiæ aduerſus eam dari, Capic. *deciſ.4. num.24.* idque optima ratione, cùm ea in rebus Eccleſiæ ſit loco præſcriptionis 10. vel 20. annorum in aliorum rebus aduerſus quas receptiſſima eſt ſententia reſtitutionem dari, Theſſaur. *deciſ. 133.* & ad eam reſtitutionem poſt 40. annos elapſos petendam datur quadriennium, quod vel ignorauti non currit ipſo iure, Capic. *d. deciſ.4. num.15.* Boer. *deciſ.39.* vel aduerſus ipſum datur reſtitutio, ex *d. cap. ignorantia*, Theſſau. *d. deciſ.133. num.3.* Rota Auen. *deciſ. 97.* Abbates verò ſucceſſores primi in Emphyteoſim dantis præſumūtur fuiſſe in ignorantia, quia ignorantia præſumitur in illo qui in alterius ius ſucceſſit, Af-
flict. *deciſ.37.* cui propterea conceditur reſtitutio, Burg. 9
Caualc. *deciſ.16. num.21. de contract. par.2.* Denique reſpondetur, ceſſantibus omnibus, quæ circa reſtitutionem diximus, quæ tamen non ceſſant, & dato quod dicti tertij poſſeſſores præſcripſiſſent, non propterea ſucceſſores vniuerſales primorum Emphiteotarum liberarentur argumento *l. ſi ædes mea, de ſeruitut. vrbanorum præd. cum ibi not.*

Rurſus opponit nedum Emphiteotas non ſoluiſſe

d.penſionem, ſed Abbates aut ſaltem ipſorum eoad-
iutores ex onere ipſis iniuncto eam ſoluiſſe, ex quo vi-
detur receſſum à d. pacto, ſed ad id reſpondetur, ſi id
accidit, fuiſſe ex mera voluntate & abſque conſequen-
tia factum, vt mihi aſſeritur in quictanciis, ſi quæ ſint,
hoc nominatim fuiſſe expreſſum, quo caſu id Abbati-
bus nocere non debet: nam ex actis qui fiunt ex gra-
10 tia, nullum quæritur ius, licet quis per 30. annus in li-
beralitate perſeuerauerit, Rebuff. *in ordinat. regiis tra-*
*ctat. de remed. poſſeſſ. in præfatione n.*169. Marc. *q.*158.*n.*4.
*par.*1. ſed vtcumque ſit, ſi id eſt, à paucis annis eſt, nec
tempus à iure requiſitum intercesſit.

Tertiò reſpond. ad primam oppoſitionem de præ-
ſcriptione quatenus mala fides eam non impediſſet,
aduerſus eam daretur reſtitutio ex his quæ diximus,
cùm de tertius poſſeſſoribus loquebamur.

Quoad ſecundum circa in Emphyteoſim dationes
& recognitiones de annis 1459.1501. & 1517. nullomo-
11 do Abbates contrauenerunt, nec dici poteſt eos con-
tractũ ex ſua parte non impleniſſe: nam etſi ius paſcen-
di eorum animalia per vniuerſum territorium d. loci
de Bioleſio d. Emphyteotis & eorum ſucceſſorib. con-
cedatur, non propterea minus Abbates abſque vlla
contrauentione potuerunt reliquam partem territo-
rij in Emphyteoſim dare, vt ad culturam redigeretur,
ex traditis per Crauet. *conſil.*192.*n.*4. ea enim facultas
depaſcendi intelligitur rebus ſic ſtantibus, hoc eſt,
12 quamdiu paſcua adeſſent, clauſula enim rebus ſic ſtan-
tibus, ſemper debet ſubintelligi in qualibet diſpoſi-
tione etiam conuentionali & innata *gloſſ. fin. in cap. ne*
quis arbitretur 22.*q.*2. Crauet. *ibid.* Oſaſc. *deciſ.*91.*num.*2.
Benintend. *deciſ.*65. præſertim quod etſi omnia prædia
eſſent ad culturam redacta, non manet inutilis facul-
tas iuris depaſcendi, cùm in terris cultis & ſeminatis
poſt recollectam poſſunt depaſcere, Marc. *q.*223.*num.*6.
*par.*1. quod hoc caſu videtur abſque dubio, cùm Ab-
bates nominatim ſibi reſeruauerint facultatem cætera
prædia in Emphyteoſim dandi, ne enim repugnantia
inter facultatem iuris depaſcendi & cætera prædia in
Emphyteoſim dandi oriatur, ita interpretatio facien-
da eſt, vt depaſcere poſſint quandiu non omnia præ-
dia erunt in culturam redacta, poſt verò non niſi poſt
recollectam factam in prædiis cultis, & ita vtrumque
pactum ſtabit, vt ſcilicet habitantes habeant faculta-
tem depaſcendi, & ea ſemper certo modo maneat, Ab-
bates verò poſſint reliqua prædia in Emphyteoſim
13 dare, nam ita verba contrahentium interpretari de-
bent, ne repugnantia contineant, Oſaſc. *deciſ.*76.*num.*
11. aut contrarietatem, Crauet. *conſil.*1. *pro genere n.*305.
& 309. Confirmantur hæc ex eo quod cùm Abbates ea
prædia in Emphyteoſim dederint, & cætera prædia ad
culturam redigebantur, habitatores id paſſi ſint, ex
quo mentem contrahentium in Emphyteoſim datio-
ne eam fuiſſe colligitur, ex obſeruatione enim ſecreta 14
obſcuritas declaratur, Crauet. *d. conſil.*1. *pro genere num.*
318. & nulla melior adhiberi poteſt interpretatio quàm
illa quæ ab effectu ſubſecuto & ipſamet obſeruantia
ſumitur, Menoch. *conſil.*390.*n.*16.

Hæc coadiuuantur, quia conſuetudine in hac pa-
tria & omnibus prouinciis circumuicinis, eáque noto-
ria receptum eſt, vt non obſtante iure depaſcendi
quod aliquæ communitates in territoriis propriis vel
aliarum habent, poſſunt tamen herema ad culturam
redigi, manente facultate depaſcendi in prædiis cultis 15
poſt recollectam: verba verò contractus debent in-
telligi ſecundum conſuetudinem patriæ aut loci in
quo fiunt, Crauet. *conſil.*70.*num.*12. Menoch. *conſil.*177.
*num.*10.

Quantum verò ad Emphyteoſim daturum ſiue re-
cognitionem Petri Amedei de anno 1505. in qua dum
Abbates ſibi reſeruant ius cætera prædia in Emphy-
teoſim dandi, excipitur prouiſio habitantium, nam
huiuſmodi exceptio non eſt appoſita circa reſeruatio-
nem facultatis dandi nouum accapitum, ſed ſimplici-
ter Abbas eam facit, idcóque eandem recipit inter-
pretatutam quam ſuprà diximus, & non obſtante iure
depaſcendi potuerunt Abbates cætera prædia in Em-
phyteoſim dare, ſed apponitur ſolum cùm Abbas ſibi
reſeruat facultatem depaſcendi ſua animalia, venden-
di paſcua, vt ſcilicet quamdiu paſcua adſunt, & Abbas
& habitatores iis vti poſſint; habitatores quidem pro
vſu tantum, Abbates verò nedum vti, ſed etiam frui.
Deinde reſpondetur eſſe vnius particularis recogni-
tionem, quæ cæteras per alios factas alterare non po-
teſt, quæ prætereà in alio capite grauior eſt cæteris:
nam promittit decimam vini, quam cæteri non pro-
miſerunt, quam tamen d. Amedeus aut eius ſucceſſo-
res nunquam ſoluerunt, idcóque nec dicta exceptio-
ne ſe iuuare poſſunt. Et ſi cæteri quoad dictam exce-
ptionem ſe iuuare poſſent, deberent quoque ad d. de-
cimam vini teneri, eam enim recognitionem aut in
totum ſeruare, aut nullo modo tenentur, quia con- 16
tractus dicitur indiuiduus ſicut hæreditas *l. quod*
ſi vno ff. de in diem addit. l. ſi quis alio ff. de
ſolut. l. 1. *C. ſi aduerſ. tranſact.* Dec. *in*
l. 1. *C. qui admittit.*

ARGVMENTVM.

VSus viæ publicæ à nemine interdici poteſt.
Laudemium ſolutum contractu reſciſo reſtituendum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Via publica vſus communis eſt, nec vlli licet eum impedire.*
2 *Quamuis via ſit publica quoad proprietatem, tamen quoad vſum dicitur priuatorum.*
3 *Via publica dicitur ius facultatis, nec poteſt præſcribi.*
4 *Laudemium repetitur reſciſo contractu.*
5 *Ex contractu ab initio irrito vel ex poſtfacto irritato non debetur laudemium.*
6 *Si contractus non fuerit reſciſus, ſed ab eo diſceſſum ex voluntate partium, vnicum debetur laudemium.*
7 *Dummodo diſſoluatur per modum reſolutiuum.*

CONSILIVM XCVII.

INHIBITIONES parte Capituli
Eccleſiæ metropolitanæ Auen. ob-
tentæ & exequutæ contra illuſtrem
dominam Claram de Peruſſis, do-
minam de la Fara & de Vallecluſa
de eundo, agendo, vehendo per lo-
cum, de quo agitur, tollendæ ſunt
& dictum Capitulum condemnandum ad reſtituen-
dum d. locum in ſtatum, in quo erat antequam illud
propria authoritate & de facto ſine vllo iure ad cultu-
ram redegiſſent, idque ex eo quod ex actis conſtat d.
locum eſſe viam publicam, qua d. dominatatione prati
conti-

contigui ad ipſam pertinentis ſolebat, vt cæteri, vti, & per illud ire, agere vehiculum & currum ducere, & alia
1 omnia facere, quæ in via publica fieri ſolent. Certum autem eſt in iure viæ publicæ vſum communem eſſe, nec cuiquam licitum eſſe impedimentum dare, quo minus vnoſquiſque vſum illius habeat, Marc. *deciſ.* 385.
2 *num.* 5. *par.* 1. omnibúſque licitum eſſe tranſire per viam publicam, Marc. *deciſ.* 593. *num.* 3. *par.* 1. & quamuis via
3 ſit publica, quoad proprietatem, tamen quoad vſum dicitur priuatorum, Marc. *deciſ.* 593. *num.* 7. adeò vt via publica dicatur ius facultatis quod non poteſt præſcribi, Marc. *deciſ.* 594. *num.* 2. *par.* 1. & cuique licitum ſit ire per viam publicam & ducere curriculum vel plauſtrum, Cæpol. *de ſeruitutib. ruſtic. prædior. c.* 3. *de ſeruitute viæ num.* 19. vbi loca publica vſibus priuatorum deſeruiunt, neminique licitum eſt aliquid occupare de via publica, maximè quando habet exitum ad aliam viam publicam, vel ad vrbem, & ſi quid contrarium actum fuerit, cuilibet competit interdictum, vt reſtituatur ad priſtinum ſtatum, Marc. *deciſ.* 595. *n.* 1. *par.* 1. quod procedit etſi d. via non habeat dictam exitum, ſed ſit tantùm via vicinalis, Cæpol. *de ſeruit. ruſtic. prædior. d. cap.* 3. *num.* 27. 28. 29. *&* 31. Hæc quidem certa ſunt, ideòque procurator d. Capituli id agnoſcens ad aliud confugit, nimirum d. dominam de Fara nullum intereſſe citra d. locum prætendere poſſe, quod ſcilicet pratum, ratione cuius vſum dicti loci & viæ publicæ aſſerit ſibi competere, ad ipſam non ſpectat, conſtare enim ex actis dominam d. pratum per tranſactionem remiſiſſe nobili dominæ Catharinæ de Gallianis viduæ quondam nobilis Pauli de Peruſſis, dictámque de Gallianis inueſtituram à d. Capitulo ſumpſiſſe, & laudimium ſoluiſſe, quod ſi d. domina de la Fara prætendat ſe d. pratum recuperaſſe, debuiſſe de eo inueſtituram ſumere & laudimium ſoluere, & antequam id fecerit, nullum ius in d. prato ſibi competere, quinimo fructus illius ante inueſtituram habitam percipiendo in commiſſum incidiſſe. Ad hoc paucis reſpondetur, arreſtu ſupremi Senatus Parien. d. tranſactionem reſciſſam fuiſſe, & nullam declaratam, partéſque in priſtinum ſtatum reſtitutas, ideóque tantum abeſt, vt d. domina de la Fara teneatur inueſtituram petere, & laudimium ſoluere, quin potius d. Capitulum teneatur eidem laudimium per d. dominam de Gallianis ſibi ſolutum reſtituere, cùm in executionem d. arreſti d. domina de la Fara d. dominæ de Gallianis id refuderat. Certum enim eſt in iure laudimium repeti vbi contractus reſcinditur, Marc. *deciſ.* 605. *par.* 1. Coſta *de ſacti ſcientia cent.* 1. *diſt.* 41. *num.* 2. *&* 3. *fol.* 235. Amed. à parte *quæſt. laudim.* 39. *num.* 8. 4

Quod confirmatur ex eo quòd ſi contractus ab initio ſit vitioſus, & irritus, aut ex poſtfacto irritetur, ex primaria cauſa tanquam non ſubſiſtente non debetur laudimium, Amed. *d. q.* 39. *num.* 1. *& ſeqq. num.* 13 *in fin.* vbi reſoluit *vtriſtaque argumendo.* Quæ adeò vera ſunt, vt ſi contractus non fuerit reſciſſus: ſed ex voluntate partium ab eo diſceſſum, ex diſceſſu & cancellatione inſtrumenti non duplex, ſed vnicum tantùm debeatur laudimium, Amed. *quæſt.* 38. *num.* 9. quæ procedunt ſiue contractus ſit adimpletus pro parte, ſiue ex vtraque parte, dummodo verba diſſolutionis contractus ſint concepta per modum reſolutiuum, non autem per modum nouæ obligationis, Amed. *d. quæſt.* 38. *num.* 14. In eóque eſt diſcrimen inter reſciſſionem & diſceſſum ſeu cancellationem, quòd priore caſu nullum laudimium, poſteriore verò debeatur quidem, ſed vnicum tantùm. Cùm itaque in hoc caſu ſimus in terminis reſciſſionis iudicialiter & in contradictorio iudicio factæ, certum videtur nullum deberi laudemium, & dominam nullam inueſtituram teneri petere, quippè quæ in priſtinum ſtatum, in quo erat antea, ex vi dictæ reſciſſionis reſtituta ſit, & per conſequens eùm pratum ad ipſam ex eodem modo quo antea, ſpectet, optimè fundatam eſſe in petitione ſublationis inhibitionum, & reſtitutionis loci in priſtinum ſtatum per d. Capitulum faciendæ: & quod magis eſt, d. Capitulum condemnandum ad reſtituendum d. dominæ de la Fara laudemium per d. dominam de Gallianis ſibi ſolutum. 5 6 7

ARGVMENTVM.

De eadem re.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſores hinc inde via vicinalis liberum vſum habere debent.*
2 *Vſus ſubſequutus declarat mentem contrahentium.*
3 *Neceſſaria ad præſcriptionem.*
4 *Licet aliquibus concurrentibus laudemium deberi poſſit ex primo contractu, non tamen debetur ex reſciſione.*
5 *Etiam ſecluſo pacto reſolutiuo non debetur laudemium ex contractu reſciſo in contradictorio.*
6 *Et ſolutum repetitur conditione indebiti.*

CONSILIVM XCVIII.

VIDETVR omninò in fauorem illuſtris dominæ Claræ de Peruſſis, dominæ de la Fara & Valliſcluſæ contra Reuerend. dominos Præpoſitum, Canonicos & Capitulum Eccleſiæ metropolitanæ Auen. tàm circa repoſitionem in priſtinum ſtatum viæ, de qua agitur, quàm reſtitutionem laudemij à nobili domina Catharina de Gallianis d. Capitulo ſoluti pronuntiandum. Et quoad primum quidem dubium quod potius in facto quàm in iure verſari videtur, quòd via, de qua agitur, non poteſt dici priuata, & ad d. Capitulum pertinens, cum quòd exitum habet ex ea veniendo & introitum ad eam eundo ad viam omnino publicam: quod aſſeritur in confrontationibus prati d. domin. de la Fara, vt mox dicetur, tum quòd non conſtat actis prædia hinc inde ſita ſpectare ad d. Capitulum, ſaltem quoad directum dominium, ſed datu citra præiudicium veritatis quod id verum eſſet, ſaltem eſſet vicinalis via, cuius liberum vſum poſſeſſores prædiorum hinc & inde & nominatim d. domina de la Fara habere debent, & in quantum præiudicium nihil à quoquam fieri poteſt, quominus ille liber vſus remaneat, Cæpola *de ſeruit. ruſtic. præd. cap.* 3. *num.* 27. 28. 29. *&* 31. idque abſque dubio reſtiſſiorè, quia d. domini Capituli talem eſſe faſſi ſunt, dum in datione in Emphiteuſim, vel in inueſtituris de d. prædio ad dominam de la Fara pertinente per ipſos factis confrontant cum d. via eam appellando iter & trauerſam euntem ad molendinum. Ex quo ita ſequuntur: primum, quod cùm in d. ſtatu & qualitate confrontationis prædium à d. domina velerus ſucceſſoribus acceptum ſit, non poteſt nunc Capitulum eam 1

interuertere aut mutare: præſertim quod veriſimiliter ſi potuiſſet tolli per deſciſſionem eius aut non omnino aut ſaltem eo modo non accepiſſet prædium in Emphyteoſim.

Secundum, quia cùm ab eo tempore d. via eo modo
2 d. domina & eius prædeceſſores vſi fuerint, vſus ſubſequutus demonſtrat qualis fuerit mens contrahentium, vt ſcilicet ille locus maneret via qua poſſeſſores hinc inde vterentur Cranet. *conſ. 1. pro genero num.* 318. Menoch. *conſ.* 590. *num.* 16. Poſtremum etſi manſiſſet locus priuatus, Capituli, nihilominus d. domina ſerui-
3 tutem viæ & actus præſcripſiſſet: omnia enim concurrunt ad huiuſmodi præſcriptionem neceſſaria, titulus ſcilicet ex in Emphyteoſim datione, inueſtituris & confrontatione, ac limitum deſignatione, & longa poſſeſſio per tempus à iure requiſitum ſcilicet 40. annor. de iur. canon. & dato ſaltem allegato titulo decem inter præſentes & 20. inter abſentes, Balb. *de praſcript.* x. *parte*, 4. *partis prin. num.* 2. *&* 3. nec non bona fides, quæ ex d. titulo & poſſeſſione reſultat & præſumitur *l. pen. C. de euictio. l. Celſus*, vbi planè Bart. *ff. de vſucap.* Maſcard. *conſ.* 228. Ex quo ceſſat quod dicitur, ea, quæ ſunt meræ facultatis, non præſcribi *ad not. in l. flumi- num ff. de fluminib.* tum quòd illud ad hunc caſum non videtur adaptari, tum quòd vel ex interpretatione voluntatis contrahentium, vel ex præſcriptione ſupradictis hoc obiectum omnino ceſſat.

Quoad ſecundum dubium reſciſſo contractu vel permutationis vel tranſactionis inter d. dominas de la Fata & Gallianis initæ per arreſtum ſupremi Senatus Pariſien. d. domina de la Fata reſtituta fuit in ſtatum in quo erat anteà, ideóque poſſeſſionem propria authoritate capere potuit, abſque vllo vitio caducitatis, & tantum abeſt ad illud euitandum vt inueſtituram ſumere & laudemium ſoluere teneretur, quin potius laudemium per d. dominam de Gallianis ſolutum reſtituendum ſit: data enim d. reſciſſione nec ex primo
4 contractu laudemium debetur, & quamuis certis quibuſdam caſibus concurrentibus qui hic non adſunt, laudemium ex primo contractu, à quo diſceſſum eſt, debeatur, ex reſciſſione certiſſimè non debetur, vt præter allegatos in priorib. ſcriptis docet fuſiſsimè Tiraq. *de retract. conuent. des loyaux couſtemens gloſſ.* 2. *num.* 3. *cum multis ſeqq. fol.* 674. Crauet. *conſil.* 1. *pro genero n.* 291. Chaſſan. *in conſuet. Burgund. rubr. de cenſib.* §. 7. *num.* 4.

Nec obſtat quod dicitur, non conſtare de pacto reſolutiuo, neque enim opus eſt, vt pactum reſolutiuum 5
adfuerit, id quidem eſt vnus modus, ex quo non debeatur laudemium, ſed eo ſecluſo ſi ex alia cauſa ex contractu reſciſſo originem habente, vel de tempore illius exiſtente in contradictorio iudicio reſcindatur, certum quoque eſt nullum laudemium deberi, vt præter allegatos docet Papon *lib.* 13. *tit.* 2. *art.* 29. Nec in prioribus ſcript. facta eſt vlla mentio pacti reſolutiui quoad hunc caſum, ſed ſolum per d. arreſtum fuiſſe dictam tranſactionem reſciſſam.

Quoad tertium fuerat quidem quæſitum ius laude- 6
mij ex contractu inito cum d. domina de Gallianis, & benè eo tempore ſolutum fuit d. Capitulo, ſed poſtquam reſciſſus fuit d. contractus conditione indebiti repeti poteſt laudemium: reſciſſio enim operatur, vt non debeatur laudemium ex d. primo contractu, & ex ea declaratur ſolui non debuiſſe, & indebitè ſolutum fuiſſe, Papon vbi ſuprà. Nec obſtat quod ſubiungitur non conſtare ex d. arreſto reſciſſum & annullatum fuiſſe d. contractum cum d. de Gallianis initum. Nam imò de eo clarè conſtat, cum de hoc eſſet controuerſia, an ſcilicet contractus per d. de Gallianis initus cum domina de Breſſieux, an verò cum domina de la Fata initus tenere deberet, vt ex narratiua arreſti paret, cúmque per arreſtum ordinatum fuerit contractum cum d. de Breſſieux initum ſeruandum eſſe, ſi intra alios duos menſes fideiuſſores daret, alter cum dicta domina de la Fata initus neceſſario reſciſſus & annullatus fuit, neque enim vterque ſubſiſtere poteſt, cum ſint de eadem re initi, & vnus alium excludat.

ARGVMENTVM.

Qvarta Epiſcopalis quid ſit, quo iure, quáve ratione inducta.
Quanta ſit.
An debeatur libera ab omnibus oneribus.

SVMMARIVM.

1 *Quarta Epiſcopalis, quæ & canonica portio dicitur, quid ſit.*
2 *Quo iure inducta.*
3 *Qua de cauſa.*
4 *Quanta ſit.*
5 *Poſteriora iura ſeruanda ſunt.*
6 *In diuerſitate iurium minimum eſt tenendum.*
7 *Conſuetudine dicta quarta tolli poteſt in totum.*
8 *Regulariter libera debetur ad inſtar legitimæ.*
9 *Tenetur tamen Epiſcopus pro rata quarta ad reparationes Eccleſiarum & ſalaria Concionatorum, &* num. 11. *in hoc tamen conſuetudini ſtandum eſt,* num. 12.
10 *Legitima non debetur niſi deducto ære alieno & impenſis.*

CONSILIVM XCIX.

Vt ſatisfaciam petitioni admodum Illuſtris & Reuerend. domini D. Caroli de ſancto Sixto Epiſcopi Regienſis ac Prioris & domini Villæ ſancti Spiritus, tria circa quartam Epiſcopalem paucis diſcutienda ſunt: primum, quid ea ſit, quo iure, quáque ratione introducta: ſecundum, quanta ſit. Poſtremum, an ab omnibus oneribus libera exempta Epiſcopo debeatur.

Ad primum quarta Epiſcopalis ſiue Canonica por- 1
tio (vtraque enim dictione vocatur) eſt ea quæ de omnibus Eccleſiis antiquitus quo tempore Epiſcopi pauperes erant, percipiebatur, *can. conſtitut. cap. ad hoc* 16. *quæſt.* 1. proceſſu verò temporis fuit ſtatutum, vt ſolùm de parrochialibus Eccleſiis haberet partem decimarum & oblationum nec non mortuariorum relictorum piorum pro anima defunctoris ipſis Eccleſiis parrochialibus factorum, *can. de his num.* 10 *q.* 1. dicitúrque
de iure communi inducta *d. can. de his. & can. antiquos* 2
10. *q.* 1. *& can. vulterana* 12. *q.* 2. Panorm. *in cap. de quarta in ſecundo notabili de præſcriptionibus*, Petrus de Vbald. *in tract. ſuper canonica Epiſcopale cap.* 1. *n.* 1. & quamuis
diuites facti fuerint Epiſcopi, manſit tamen ſemper 3
ipſa quod inducta ſit hæc canonica propter onus Epiſcopale,

copale, quod incumbit Epiſcopo, quod conſiſtit in celebrando ſolẽniter, ordines conferendo, chriſma conficiendo, oleum ſacrum benedicẽdo, baſilica dedicando, Moniales benedicendo, prædicando, pœnitentias iniungendo, & alia exercendo, quæ ad officium Epiſcopale pertinent, quam rationem dictæ canonicæ afferunt Petrus de Vbald. *d. loco*, & Lapus de Caſtellione de canonica portione, *§. quia canonica n. 1.* Bertachinus *in tract. de Epiſcopo 4. par. 4. lib. n. 40. fol. mihi 86.* nec non etiam ob ſubiectionem, quam parochiales Eccleſiæ habent erga Epiſcopum. Quam rationem affert Calderin. *conſil. 1. de cauſa poſſeſſionis & proprietatis*, præterea propter quandam coniunctionem quæ eſt inter Epiſcopum & Eccleſiam cathedralem *cap. requiſiti §. penult. ext. de teſtam.* & in iſta coniunctione fundatur ratio, quare Epiſcopus eſt particeps commodi, vt inquit Petrus de Vbald *d. tract. c. 1. num. 5.* & Bald. *in l. ſi quis, ad declinandam § in omnibus*, vbi ſubtiliſſimè ma-
4 teriam d. quartæ Epiſcopalis tractat *C. de Epiſcopis & cleric.* Ad ſecundum dicta canonica portio quandoque fuit tertia *d. can. de his 10. q. 1. & can. conſtitutionib. q. 1.* quandoq; medietas *can. antiquos 10. qu. 1.* quandoque quarta *can. vulterane 12. q. 2. c. de quarta de præſcriptionib. cap. conquerente de offic. ordin. mariſ*, ſed tandem receptum eſt vt de iure communi eſſet quarta, vt in iuribus vlt. loco allegatis, quæ poſteriora ſunt & ideo
5 ſeruanda *l. diem proferre §. ſi plures ff. de recept.* & qui arbitrium receperunt, præſertim quia in diuerſitate
6 iurium minimum eſt tenendum, *l. minimis ff. de legat. 3.* & ita firmant Petrus de Vbald. & Lapus *dictis locis.* ſed de conſuetudine maior vel minor eſſe poteſt, cui conſuetudini ſtandum eſt, *cap. certificari de ſepulturis*, & paſſim doctores id aſſerunt, præſertim de Vbald. & Lapus *d. loco & num. 65.* adeò vt etiam tota per conſuetudinem tolli poſſit. Hoſtienſ. *in d. cap. certificari* Lapus
7 *d. loco num. 65.* quod notabile & ſingulare aſſerit Panormit. *in d. cap. de quarta ſecundo notabili de præſcriptionibus.*

8 Ad tertium generaliter verum eſt huiuſmodi quartam ab oneribus exemptam eſſe, vt in terminis docet idem Lapus *d. §. quia num. 6.* idque ex eo quod æquiparetur legitimæ quæ filio debetur, & inſtar illius ſit, Lapus *in cap. officij de teſtam. d. n. 6.* & Petrus de Vbald. *d. tract. cap. 2. num. 9.* & probatur *ex d. cap. officij cum gloſ. in verb. legitimam*, vbi d. portio vocatur legitima, & quemadmodum legitima ſine onere & grauamine debetur filio *l. omnimodo l. ſcimus Cod. de inoffic. teſtam.* ita in hac portione idem aſſerendum eſt: & quidem ſi de impenſis quæ pro diuino ſeruitio faciendæ ſunt, agatur, res certa eſt, quia cùm d. quarta propter onera particularia Epiſcopis incumbentia inſtituta ſit, non debet ſubijci aliis oneribus pro dicto ſeruitio Priori aut Rectori Eccleſiæ incumbentibus, quæ ex portione ſibi competente ſuſtinere debet, ſed ſi de reparationib. 9
Eccleſiarum aut ſalariis concionatorum ageretur, res apud me magnam habet difficultatem; nam cùm ea ſint onera decimis annexa & de natura earum, vnuſquiſque enim pro rata decimarum ad ea tenetur, vt arreſtis ſupremi Senatus Tholoſani ſæpiſſimè definitum fuit, Maynard. *aux notables & ſingulieres queſtions lib. 1. cap. 35. 36. 37. & 38.* Chenu *aux recueils des reglemens tit. 1. c. 14.* videtur pro rata portionis Epiſcopum 10
teneri, nam quemadmodum legitima ſubijcitur, ſubijcitur debitis hæreditariis & funeris impenſæ, & non niſi iis deductis ea debetur *l. Papin. §. quarta autem ff. de inoffic. teſtam.* Ita videtur idem ſtatuendum de hac can. portione vt ſcilicet d. oneribus, reparationibus & ſalariis concionatorum obnoxia ſit, & quæ ſententia vt ſcilicet Epiſcopus pro rata quartæ teneatur, probatur ex *cap. præcipimus 13. quæſt. 2.* & can. diſertè firmat Lancellot. *lib. 2. inſtit. tit. 18. de conſtru. reparan. & conſe. eccle. §. vlt.* ſed quidquid ſit, de iure certum eſt in hac 11
conſuetudini ſtandum eſſe, ita vt ſi Epiſcopus fuerit ab illis immunis, in ſua poſſeſſione tuendus ſit, Stephan. Bertran. *conſ. 41. quæſt. 26. lib. 4.* & ita in facto vidi ſemper obſeruari, vt plurimum autem ita res accidit, vt ſi quidem ea portio eſſet quarta vel minor, Epiſcopus non teneretur, ſi verò maior, teneretur, d. verò Lancello *in d. §. vlt. in gloſ. verb. tertiam partem.* teſtatur de conſuetudine Epiſcopos non teneri pro ſua quarta ad d. reparationes. Cætera, quæ de quarta Epiſcopali quæri poſſent, videri poterunt penes dictos Lapum & Petr. de Vbald. & Bald. d. locis & nouiſſimè apud Illuſt. Card Tuſc. *pract. concl. to. 6. conſ. 21. cum multis ſeqq.* 12

ARGVMENTVM.

Nunciatio noui operis an remittenda ſit, non expectato trimeſtri.

SVMMARIVM.

1 *Relicto ſpatio duorum pedum noua domus iuxta domum vicini conſtrui poteſt.*
2 *Iique duo pedes an menſurandi ſint à loco vbi cadit ſtillicidium, an verò a pariete.*
3 *Etſi regulariter poſt nunciationem expectandum ſit trimeſtre, tamen ſi conſtat de non iure nunciantis, nunciatio impunè ſperni poteſt, multo magis a iudice remitti abſque ſatiſdatione.*
4 *Sufficitque ſi conſtet de non iure nunciantis ex euidentia facti.*
5 *Seruitus proſpectus impedit quo minus arbores plantentur.*
6 *Paratis neceſſariis nunciatio remittenda eſt.*
7 *Data cautione continuari poteſt ædificium non expectato trimeſtri.*
8 *Saltem ſi nuncians non ſit paratus docere de iure ſuo remiſſio facienda eſt data ſatiſdatione.*
9 *Idque relinquitur arbitrio iudicis.*
10 *Remiſſio concedenda eſt, quando nullum aut modicum damnum infertur nuncianti.*
11 *Item quando periculum eſt in mora.*
12 *Nuncians tenetur iurare de calumnia.*
13 *Nuncians calumnioſè nedum tenetur ad expenſas, damna & intereſſe, ſed etiam de iniuria.*

CONSILIVM C.

INNVNCIATIONES parte Illuſtris domini Henrici de Rouillaſco domini Albatuſi, tollendæ ſunt, & remiſſio nunciationis illuſtribus & ſpectabilibus Conſulibus huius Ciuitatis olim factæ concedenda, illiſq; permittendum, vt opus iam cœptum pro claſſium publicarum extructione perficiatur, præſuppoſito in facto, vt verum eſt, ſpatium legitimum inter domunculam d. domini de Albatuſii & ædificium, 1
quod fit, relictum eſſe duorum ſcilicet pedum, *ex l ſin.*

ff. finium regundorum, quæ habet locum nedum ſi in
agro, ſed etiã in vrbe iuxta domum alterius domus no-
ua extruatur, maneſque maticota non obſtante *l. ma-*
niana C. de ædificiis priuatis, quæ tantum in mænianis
habet locum *gloſ. in d. l. fin. verb. pedes duos in ſecunda*
ſolutione art. 30. in d. tit. de ædificiis priuatis. Cæpola *de*
ſeruitutib. vrbanorum prædiorum cap. 40. verſ. ego autem
tenço & tit. 61. verſ. ſed dicit gloſ. & verſ. concludo. ergo
ex prædictis, reprobata alia gloſſa in *d. l. maniana* & paſ-
ſim DD. eam ſententiam amplectuntur, & quod plus
eſt *gloſ. penult. verb. quindecim in d. l. maniana*. atteſtatur
d. legem etiam in mænianis de conſuetudine non ſer-
uari, & eam DD. ſequuntur, præſertim Cæpola *d. c. 61.*
verſ. ſed dicit gloſſa, & experientia rerum magiſtra id
verum eſſe docet; legitimum igitur ſpatium duorum
ſcilicet pedum relictum fuit, duorum inquam pedum
menſurandorum à loco vbi cadit ſeu caſſitat ſtillici-
2 dium, Cæpola de ſeruitutibus vrbanorum prædiorum
cap. 28. in 8. quæſt. quamuis verius ſit à pariete menſu-
randos pedes, Natta *conſ. 277. n. 1.* vnius & Villalobus,
verſ. ædificare. Emanuel Suares *in verſ. ædificatio & in*
verſ. ſtillicidiũ, & in verſ. ſeruitutis qui communem di-
3 cunt. Nec ſtante quod ſuprà propoſitum eſt ita debe-
re fieri conſtat, quia etſi regulariter poſt nuntiationem
debeant expectari tres menſes *l. vncia C. de noui operis*
nuntiat. cap. penult. & fin. extra. eodem, tamen hoc fallit,
ſi compertum & exploratum ſit nuntiantem ius nun-
tiandi non habere, quo caſu impunè nuntiatio ſperni
poteſt, multo magis remiſſio à iudice danda etiam nul-
la data ſatiſdatione, Gomeſ. *ad ll. Tauri 46. nu. 36.* qui
multos refert & ſequitur Andræ. Gail, *obſeruationum*
lib. 1. obſeruat. 16. n. 4. & communem aſſerunt Iaſ. *in l. 1. n.*
2. 3. & 7. de noui operis nunciatione Andr. Gail, *d. num. 4.*
4 Nullum verò ius d. dominum de Albaruſo competere
ex euidentia facti manifeſtum eſt, quod ſufficit ex
Bart. *in d. l. 1. num. 8.* & Iaſ. *n. 11.* Seruitus enim luminis,
quæ allegatur, ſi vera eſſet, non impeditur attento d.
ſpatio; ſeruitus verò proſpectus, vel ne proſpectui offi-
ciatur, ſi allegetur, iniuſtè & contra veritatem id fieri
notorium eſt, præſertim cùm nullam alleget cauſam
vel titulum, ex quo eam ſeruitutem domui ſuæ quæſi-
tam prætendere poſſit, etſi enim per mille annos fene-
ſtras habuiſſet, nõ propterea huiuſmodi ſeruitus quæ-
ſita cenſeretur, vt eſt in iure clarum, ſed & d. allega-
tionem ſeruitutis proſpectus eſſe contra veritatem ap-
paret ex eo quod adſint arbores non vno pede diſtan-
tes à d. domo quarum aliquæ ſunt directè oppoſitæ fe-
neſtris, quæ non adeſſent nec poſſent adeſſe, ſi huiuſ-
5 modi ſeruitus deberetur *ex l. ſi arborum ff. de ſeruituti-*
bus vrban. prædiorum.

6 Secundò, in caſu, quo verſamur, parata ſunt cæmen-
ta, ligna & cætera huiuſmodi, & contractus cum di-
uerſis artificibus & mercatoribus initi, quo caſu re-
miſſionem faciendam eſſe docet Theſſaur. *deciſ. 104.*
num. 5. Caroccius *deciſ. 19. n. 13.* Greueus ad Gail, *concl.*
16. num. 19.

Tertio, ſaltem data ſatiſdatione non videtur poſſe
impedire quin ædificium continuetur etiam intra tres
menſes, nam in illa controuerſa quæſtione, an data
cautione, nihilominus trimeſtre ſpectandum ſit, an
verò ſtatim ædificari poſſit, veriorem & communem
7 eſſe, vt ſtatim data cautione continuari poſſit, docet &
aſſerit Tho. Grammatic. *in ſuis conſ. ciuil. lib. conſ. 73. n. 5.*
& ita poſt Bald. ait ſeruari in Curia Rom. Bald. inquam,
conſ. 244. præpoſitum in fine lib. 2. idem quoq; ſenſit Ca-
ſtrenſ. *conſ. 412. viſis punctis lib. 2.* & eum ſequutus Illu-
ſtriſs. Card. Tuſc. to. 5. lit. N. *concl. 226.* & clarè tradit Pa-
pien. in forma libelli noui operis *gloſ. 6. verſ. illa autem.*
Viuius *opin. 554. n. 4.* qui aſſerit ſe ita ſæpe iudicaſſe, &
ab aliis iudicibus iudicatum fuiſſe ſe patrocinante, &
eum ſecutus Canale. *par. 2. deciſ. 3. n. 9.* Carocc. *d. deciſ.*
19. nu. 24. & in ſupremo Senatu Pariſien. ita iudicatum
fuiſſe refert Papon. *lib. 8. tit. 4. arreſt. 8.* in terminis op-
poſitionis noui operis nunciationis, etſi ſecus iudica-
tum ſit in interdicto retinendæ *ibid. arreſto 9.* ſed vt- 8
cumque ſit, in hoc omnes conueniunt, quòd ſi nun-
tians incontinenti non ſit paratus docere de iure ſuo
data ſatiſdatione, remiſſio facienda ſit, non ſpectato
trimeſtri, Puteus *deciſ. 129. lib. 2.* Papien. *d. loco in fi.* Ioa-
chimus Scheplitz in promptuario iuris *tit. 27.* At verò
ex ſuperioribus patet nedum paratum non eſſe incon-
tinenti docere de iure ſuo, ſed etiam eo omnino ca-
rere.

Poſtremò totum hoc, an expectandum ſit trimeſtre, 9
an verò ſtatim remiſſio facienda ſit, etiam nulla data
cautione arbitrio iudicantis relictum eſſe, ſæpe iudica-
tum fuiſſe in ſupremis Senatib. Pedemontano & Sa-
baudiæ teſtantur Theſſau. *d. deciſ. 204. n. 5.* & Anthon.
Faber in *Cod. Fabriano tit. de noui operis nuntiation. de-*
finitione 3. & Theſſaur. ſecutus Greueũ *d. concl. 16. n. 19.*
vt ſcilicet habita ratione circumſtantiarum, perſona-
rum, rei, loci, & temporis iudex remiſſionem aut cõce-
dat, aut deneget: hoc verò caſu omnes omnino circum-
ſtantiæ adſunt, quib. iudex moueri debeat ad remiſſio-
nem concedendam: nam ex inſpectione loci & allega-
tis per Dom. de Albaruſo apparet eum nullo iure niti,
& allegationem ſeruitutis merum eſſe prætextum om-
ni probabilitate veritatis carentem, & non quod exi-
ſtimet ſe ius habere aliquod, ſed ad alium finem & ef-
fectum d. oppoſitionem fuiſſe ad alium, inquam, fi-
nem, qui modeſtiæ cauſa tacetur: omnib. tamen notum
vt meritò iudex debeat remiſſionem concedere, vt do-
cent Theſſaur. & Faber d. locis idque conformiter ad
mentem iuris, nam, vt inquit Panorm. *in cap. 1. n. 10. ex-*
tra de noui operis nuntiatione non eſt veriſimile iura
figmentis, delictis & deceptionibus locum dare velle.
l. ſi maior C. de reſcind. vend. l. meminerint l. vnde vi Rur-
ſus ex rerum loco, d. enim domus eſt domuncula quæ-
dam ad ruinam tendens appendix domus principalis
horti d. domini de Albaruſo, & cubiculum illud quod
feneſtras habet circa ædificium ædificandum, poteſt
habere proſpectum liberum aliunde, ita vt nullum illi
damnum aut ſaltem modicum ex huiuſmodi ædifica- 10
tione inferri poſſit, quo caſu generaliter DD. reſpon-
dent, remiſſionem concedendam, Faber *d. definit. 3.*
Iaſ. *l. de pupillo §. ſi quis riuos in fin. de noui operis nun-*
tiat. in l. quominus col. 16. de fluminibus, quem Petr.
Andræa ſecutus eſt in communibus opinionibus.
verb. noui operis nunciatio. His rurſus adde, quod ſi
differretur ædificatio vſque ad tres menſes elapſos,
idoneum & aptum tempus ad ædificandum hoc an-
no elaberetur, nec poſſet eſſe in ſtatu eo ſe inſeruien-
di in renouatione ſtudiorum: ita vt periculum ſit in
mora, quo etiam remiſſio ſit, vt in ſimili dicitur. *d. l.* 11
de pupill. §. ſi qui riuos cum gloſ. ibid. in verb. pericu-
lum. Gail. *d. obſeruat. 16. num. 8.* Petr. Andræ. *dict. loco*
Ex quibus omnibus non videtur dubium quin dona-
tio veſtra debeat d. remiſſionem etiam nullã data ſa-
tiſdatione concedere, quod cum faciet nedum publi-
cæ vtilitati conſulet, ſed & vtilitati d. domini de Al-
baruſo qui probè ſcit ſe nullo iure niti; nec exiſti-
mo eum tutaturum, vt tenetur ſe non animo vexan-
di vel calumniandi id facere *in l. 5. §. qui opus de ope-* 12
ris noui nuntiatione Ioachim. dict. promptu. *titul. 37.*
§. 8. in fi. num. 6. Nam ſi remiſſio non foret, tenere- 13
tur poſtea nedum ad omnes expenſas, damna & in-
tereſſe, quæ ex ſuperioribus magna eſſe patet, ſed
etiam actione iniuriarum. *l. iniuriarum §. ſi quis me*
pro-

prohibeat ff. de iniuriis leg. qui pendentem ff. de actionibus empti. Iaſon *in leg. prætor §. ſine autem numer. 7. ff. de noui operis nunciat.* Gail, *dict. obſeruat. 16. numer. 16.*

ARGVMENTVM.

AN actus à furioſo factus præſumatur tempore furoris & non tempore ſanæ mentis celebratus.

An teſtamentum tanquam ab homine ſanæ mentis conditum præſumatur tempore ſanæ mentis & non furoris factum.

An ſi furioſus habuerit dilucida interualla, teſtamentum ipſius præſumatur tempore ſanæ mentis non furoris factum.

SVMMARIVM.

1 *Si teſtator non ſit compos mentis nullum eſt ipſius teſtamentum.*
2 *Quilibet præſumitur ſanæ mentis, & furorem opponenti incumbit onus probandi.*
3 *Si teſtes examinati de ſanitate mentis & dementia ſint vtrimque pares, magis præſumitur pro ſana mente.*
4 *Magis creditur duobus de ſana mente quàm mille de inſania deponentibus.*
5 *Non ſufficit probare furorem ante vel poſt actum, ſed debet præciſe probari de tempore actus, vt ex eo infringatur.*
6 *Quando tempus eſt fundamentum intentionis alicuius, debet præciſè probari.*
7 *Non creditur teſtibus de furore deponentibus niſi reddant rationem ſcientiæ, etiam non interrogati.*
8 *Furioſo dandus eſt curator.*
9 *Actus à furioſo vel mente capto geſtus præſumitur tempore furoris factus.*
10 *Contrà.*
11 *Et hæc ſententia verior, ſi actus talis ſit, vt nihil ſit quod dementiam arguat.*
12 *In teſtamento eſt etiam controuerſum, aliis exiſtimantibus præſumi factum tempore furoris.*
13 *Aliis contra.*
14 *Si teſtator habebat dilucida interualla, & teſtamentum ita factum ſit quod ſanæ mentis feciſſet, præſumitur tempore ſanæ mentis conditum, idque veriſſimum & receptiſſimum eſt.*
15 *Variæ circumſtantiæ ex quibus teſtamentum præſumitur factum ab homine ſanæ mentis. vſque ad* num. 24.
25 *Mater impugnans teſtamentum filij ex capite inſaniæ nedum legato, ſed etiam legitima priuanda eſt.*
26 *Sicut is qui dicit inofficioſum.*

CONSILIVM CI.

IN lite, quæ nunc Maſſiliæ ventilatur inter nobilem dominam Marguaretam matrem nobilis & Egregij Petri, necnon nobiles dominos Honoratum Anthon. & Margaretam filios dictæ M. & fratres dicti Petri agentes & teſtamentum dicti Petri tanquam à furioſo, ſeu mente capto factum impugnantes & nullum, nullúſque effectus declarari petentes contra Reuerend. Patrem Ludouicum Michaelis prouincialē Societ. IESV in prouincia Lugdunenſi & alios inde ſubſtitutos, ſi collegium iuuentutis edocendæ cauſa intra tempus & iuxta modum in teſtamento præſcriptum erigi & concedi non impetraſſet, & aliàs prout in d. teſtamento continetur, videtur
omninò in fauorem d. Reuerend. Patris pro validitate
teſtamenti reſpondendum, dictámque dominam, nec
non eius filias ab eorum petitione repellendas, & in
pœnam ſuæ inconſultæ (ne alia duriore dictione vtar)
petitionis, omnibus relictis in dicto teſtamento ſibi
factis priuandas, quæ propterea in fauorem hæredum
cedere debeant: Nam verum quidem eſt, quod ſi te- 1
ſtator non fuerit compos mentis, nullum eſſe illius te-
ſtamentum. *l. furioſum C. qui teſtamentum facere poſſ. §.
item furioſi inſtit. quibus non eſt permiſſum facere teſta-
mentum*, & in eo qui teſtatur eius temporis quo teſta-
mentum facit, integritatem mentis exigi, *l. 2. cap. qui te-
ſtamento. §. nec furioſus ff. de teſtam. l. 2. C. qui teſtam. fa-
cere poſſ.* Sed & quoque verum & certum eſt vnum- 2
quemque præſumi ſanæ mentis eſſe, & ei qui dicit te-
ſtatorem furioſum vel mente captum onus probandi
incumbit, *cap. vlt. de ſucceſſionibus ab inteſt. l. nec codicil-
los quidem*, vbi omnes DD. notant *C. de codicillis l. vlt.*
& ibi notant DD. maximè Salicet. *num. 2. C. de hered. in-
ſtituend. gloſſ. in l. filium emancipatum verb. ſi probaretur,
de acquirenda hered.* & ibi Bald. *circa fin.* & Bart. in ſpe-
cie tradit *in l. is poteſt num. 5. ff. eod. tit.* Decius *conſil. 44.
n. 9.* Pariſ. *conſil. 88. num. 1. vol. 3.* & hoc quidem certo cer-
tius eſt; nam hæc præſumptio eſt naturæ, vt ſenſus &
ratio naturalis in quolibet homine præſumatur, Imol.
in l. 1. in illa num. 7. de verb. obligat. Curt. iun. *conſil. 151. n.
5. & 6.* Alciat. *in tract. præſumpt. in prima reg. præſumpt.*
78. quæ adeò vera ſunt, vt etiam ſi teſtes examinati de 3
ſanitate mentis & dementia ſint vtrimque pares, ni-
hilominus adhuc magis præſumitur teſtator ſanæ mē-
tis fuiſſe, Corn. *conſil 219. num. 6. & 7. vol. 1. & conſil. 91.
num. 34. vol. 4.* Boer. *deciſ. 23. num. 93.* & alij quos longa
ſerie referunt & ſequuntur Boer. *d. loco.* Pariſ. *conſil. 88.
num. 22. 23. & 29. lib. 3.* Illuſtriſs. Mantic. *de coniect. vlt.
volunt. lib. 2. cap 5. num. 6.* adeo vt ſi duo teſtes deponant 4
de ſanitate mentis, magis illis creditur quàm mille de
inſania deponentibus, Boer. *d. conſ. 23. num. 93.* Illuſtriſs.
Mantic. *d. num. 6.* Illuſt. Card. Tuſc. *tom. 4. lit. F. concl.
541. num. 7.* nec ſufficit probare furorem ante vel poſt 5
actum, ſed debet præciſè probari adfuiſſe tempore
actus, quando quis ad infringendum actum furori in-
nititur, Socin. *conſ. 42. in fi.* Ruin. *conſil. 67. num. 3. vol. 1.*
Angelus *conſil. 135. in fi.* Zabarel. *conſ. 56. n. 5. verſ. 4.* Nam 6
cùm fundamentum intentionis alicuius eſt tempus, il-
lud debet præciſè probari, aliuquin probatio inualida
redditur, *l. non ſolum §. ſciendum verſ. ſed vt probari ff. de
noui operis nunciat.* vbi Bart. *num 2 poſt gloſſ. 26. ſuper ver-
bum conferant.* idem Bart. *in l. libellorum num. 11. & ſeqq.
de accuſationib.* Zabarel. *d. conſil. 56. in princ. verſ 4.* Soc.
d. conſil. 42. num. 9. At verò in caſu noſtro nedum de d.
tempore, ſed nec vllo tempore legitimè probatum
fuiſſe furorem, vel dementiam arbitramur; nam ſi 7
quandoque eum à mente abalienatum fuiſſe proba-
tum ſit, id vel ex grauitate morbi & febri acuta acci-
dit, vel quia cùm à ſuis tanquam furioſus iniuſtè ha-

beretur ita percitus famulos aut alios malè de ipſo lo-
quentes verberarit, non quòd non ſanæ mentis eſſet,
imò ſibi admodum conſtabat, exceptis paucis quibuſ-
dam duobus, quibus vi morbi, vt pleriſque euenit,
mente alienatus fuit: nam quæ dicuntur de Eleemo-
ſynis aut magno ciborum apparatu, qui poſtea in pau-
peres diſtribuebantur, cùm ipſe in pane & aqua ieiu-
naret, ſanctitatis non inſaniæ ſigna ſunt, & in hoc ple-
roſque ſanctos, præcipuè diuum Franciſcum imitaba-
tur, perſequerer magis in ſpecie & ſigillatim genera
probationis inſaniæ prætenſæ, & ea nihil concludere
oſtenderem, ſi mihi nota eſſent, ſed ex ſuperiori-
bus facile id fieri poterit, præſertim ex traditis per
Maſcard. *concl.* 826. & Illuſtr. Manticam *lib. 2. tit. 5. num.*
7 10. *cum ſeqq.* ídque eo magis quia furoris probatio eſt
difficilis, Bald. & alij *d. l. furioſum*. Non enim fides teſti-
bus adhibetur de furore deponentibus, niſi reddide-
rint probabilem cauſam ſcientiæ, tametſi non fuerint
interrogati, Caſtren. *d. l. furioſum num.* 3. Roman. *num.*
6. & Curt. iun. *conſil.* 150. *num.* 1. *cum ſeqq.* Boer. *d. deciſ.*
23. *num.* 41. Pariſ. *conſil.* 88. *n.* 54. *& ſeqq. lib.* 3. Vbi de com-
muni Rota Romana *in lib. 2. deciſ.* 107. *num.* 3. *&* 4. vbi
etiam de communi, ſicut & Decius *conſil.* 448. *num.* 32.
& planè impoſſibile eſt, vt furor & dementia eo modo
qui de iure debet, probata ſit, veriſſimum enim eſt ta-
lem d. Petrum non fuiſſe, & ego ipſe ſæpe cum ipſo
egi, & de grauibus rebus contuli, eúmque admodum
prudentem & ſibi conſtantem, & pietate inſignem ex-
pertus fui, & planè ſi talis fuiſſet, curaſſent eius pro-
8 pinquei dari curatorem, Decius *conſil.* 86. *poſt num.* 7.
& conſil. 448. *n.* 34. *& in l. furioſi n.* 3. *ff. de reg. iur.* Pariſ.
conſil. 88. *num.* 70. *lib.* 3. Boer. *d. deciſ.* 23. *n.* 79. Tiber. De-
cian. *conſil.* 53. *num.* 4. *vol.* 2. qui cum liberè res ſuas ad-
miniſtrauerit, & earum adminiſtrationem propinqui
paſſi ſint, imò pleroſque contractus diuerſis tempori-
bus à tempore mortis patris huc vſque inierit qui ef-
fectum habuerunt, non poteſt non dici ſanæ mentis,
ideóque defectu legitimæ probationis dementiæ vel
furoris actores à ſua petitione repellendi ſunt.

Sed iam demus citra præiudicium veritatis demen-
tiam ſeu furorem dicti Petri legitimè probatam, inde
quæritur, an cùm teſtamentum de quo agitur ſit tale,
quale ab homine ſanæ mentis fieri potuiſſet, an ex eo
præſumatur conditum ab homine ſanæ mentis, non
obſtante furore aliàs probato, & ſic ſuſtineri debeat?
Cuius quæſtionis veritas, vt melius eluceſcat, tres
quæſtiones & inde concluſiones gradatim faciendæ
ſunt. Vna, an actus à furioſo factus præſumatur tem-
pore furoris, & non tempore ſanæ mentis celebratus.
Altera magis in ſpecie an teſtamentum, tanquam ab
homine ſanæ mentis conditum præſumatur tempore
ſanæ mentis & non furoris factum. Tertio, an ſi talis
furioſus habuerit dilucida interualla, tale teſtamen-
tum præſumatur tempore ſanæ mentis non furoris
conditum, & ante quàm ſingulas haſce quæſtiones
percurramus, hoc in facto certiſſimum eſt teſtamen-
tum, de quo agitur, huiuſmodi eſſe, quod quilibet ſa-
næ mentis facere potuiſſet: bona enim ſua deſtinauit
Collegij in propria patria erectioni, in quo adoleſcen-
tes inſtituantur; quo opere nihil vtilius ad doctrinam,
mores & religionem dari poterat; & in defectum Col-
legij, hoſpitali & operib. piis ea dedit: pleraque etiam
legata ſunt piis locis facta: in ſumma omnia vel publi-
cam vtilitatem, vel pietatem reſpiciunt, matri optimè
conſuluit, eam vſufructuariam conſtituendo, qua in
ſe quanto amore ipſam proſequeretur ſatis oſtendit,
cùm enim admodum diues ſit, tam opulenti relicto
non indigebat, fratribus quidem & ſorori nihil reli-
quit, quia ſcilicet admodum ſunt diuites, & non bene
de ſe meriti, ſed etſi tales non eſſent, publicam vtilita-
tem & pietatem illis prætulit, animæ ſuæ ſaluti potius
quàm illorum priuato commodo conſulendo, quæ
omnia non niſi nedum à ſanæ mentis, ſed etiam pru-
dentiſſimo viro proficiſci poſſunt.

Hoc igitur vero in facto ſtãte, vt veriſſimum eſt, ad
primam quęſtionem reſpondetur eam controuerſi iu- 9
ris eſſe; aliqui enim exiſtimarunt actum geſtum à fu-
rioſo, ſeu mente capto (furioſus enim & mente captus
in hac materia æquiparantur, & quę de vno dicũtur, in
alio procedunt, vt colligitur ex *l. ſi furioſi C. de nuptiis*
& probatur ex *l. humanitatis C. de nupt. iuncta cum C. fi-
nali* §. 1. *C. de curat. furio.* Pariſ. *conſil.* 88. *num.* 38. *lib.* 3),
præſumi factum tempore furoris & non tẽpore ſanæ
mentis, gloſ. *iuncto text. in verb. oſtenderis in cap. milit.
tertia quæſt.* 6. Alexan. qui plura accumulat *conſil.* 139.
col. 4. *verſ. his præſumptis lib.* 1. latè Pariſ. *conſil.* 87. *num.*
12. *cum ſeqq. vol.* 3. Alij verò contrarium exiſtimarunt, 10
tempore ſcilicet ſanæ mentis cenſeri factum, & ita
ſemper accipiẽdum eſſe actum, vt potius valeat quàm
pereat; *l.* 3. *l. diuus ff. de teſtam. militis l. quamquam Cod.
eod.* Alex. *in l. centurio col.* 2. *ff. de vulgari.* Decius *conſil.*
77. *num.* 5. Cephal. *conſil.* 216. *num.* 24 *vol.* 2. Roland. à
Valle *conſil.* 65 *num.* 16. *vol.* 1. Soc. iun. *num.* 1. *conſil.* 19. *vol.*
3. Ruin. *conſil.* 26. *vol.* 2. Gratian. *conſil.* 81. *num.* 13. *volum.* 1.
Oſaſc. *deciſ.* 163. *num.* 2. ideò actus à furioſo factus, vt in
dubio ſuſtineatur, debet præſumi factus tempore ſanæ
mentis: atque hæc poſterior ſententia, ſi actus talis ſit 11
qui ab homine ſano fieri potuiſſet, & in quo nihil
quod dementiam arguat adſit, verior & receptior eſt,
Ioſeph. Ludouic. Peruſin. *deciſ.* 1. *n.* 9. *cum ſeqq.* Graſſ. *in
§. teſtamentum q.* 21. *n.* 4.

Ad ſecundum in ſpecie de teſtamento, an ex eo ipſo
ſolo, quod ita factum eſt, vt ab homine ſanæ mentis
fieri potuiſſet, pręſumatur factum tempore ſanæ men-
tis, & ſuſtineatur, quantumuis præcedens furor pro-
batus ſit, eſt etiam controuerſa quæſtio Alij enim exi- 12
ſtimant non præſumi factum tempore ſanæ mentis,
vt Bald. *eod.* §. *item furioſi inſtitut. quibus non eſt per-
miſſum facere teſtamentum*, & poſt eum Iaſ. & Decius
c. 14. *in d. l. furioſum C. qui teſtamenta facere poſſunt*: Alij 13
verò contrà exiſtimarunt tempore ſanæ mẽtis factum,
vt Ioan. Andr. *in c. vlt. de ſucceſſ. ab inteſt.* Bald. *in cap.* 1.
col. 2. *per quos fiat inueſtitura, & conſil.* 69. *col.* 8. *& conſil.*
73. *col.* 2. Matth. de Afflict. *deciſ.* 143. *num* 5. Hyppolitus
ſingulari 380. Atque ita aliàs in centumuirali iudicio
apud Rom. iudicatum fuit de quodam Tuditano qui
certæ ac notæ cùm eſſet inſaniæ, vt qui populo nu-
mos ſpargeret, togam velut tragicam veſtem in foro
traheret, multáque alia his conſentanea faceret facto
teſtamento, quo filium hæredem inſtituerat, eóque à
Tito Lõgo cognato proximo poſteà impugnato à cen-
tumuiris, qui quòd ſcriptum eſſet in tabulis quàm qui
eas ſcripſiſſet, magis conſideraſſent, ſecundum teſta-
mentum pronuntiatum fuit, non tam quia teſtamen-
tum inter liberos eſſet, quàm quod videretur Tudi-
tanus lucido interuallo ſcripſiſſe aut dictauiſſe teſta-
mentum, quo naturæ, pietatis, diuini humaníque iu-
ris pro parte omnium voto meminit, vt ait Valer. Ma-
ximus *lib.* 7. *cap.* 8. quanto magis hoc noſtro caſu, quo
publicæ vtilitatis, pietatis, religionis, & ſalutis animæ
teſtatoris tanta fuit habita ratio. Atque hoc exem-
plum centumuiralis iudicij pleique è noſtris allega-
runt, & inter alios Ioan. Andr. *in d. cap. fin. in fin.* Bald.
in d. cap. 1. *in princ.* Afflict. *d. deciſ.* 143. Grammat. *deciſ.*
73. *nu.* 37. Viglius *in* §. *præterea quibus non eſt permiſſum
facere teſtamentum*, Nicolaus Reuſneus *de teſtamentis
par.* 1. *c.* 8. *n.* 31.

Quoad tertiam, ſi hæc duo concurrant, ſcilicet 14
quod

quòd habetet dilucida interualla, & quòd ita factum
ſit teſtamentum, quod aliàs ſanæ mentis facere potuiſ-
ſet & feciſſet, receptiſſima ac certiſſima eſt DD. ſen-
tentia tale teſtamentum præſumi factum tempore ſa-
næ mentis, idque validum eſſe, vt docent 1. Ioan-
nes Andr. *in d.c.vlt.* 2. Bart. *in d. tract. de teſti. num.
95 ſub caput oppoſitum prudentia.* 3. Bald. *d.cap.1.n.1.
circa fin. per quos fiat interlitura.* 4. Angel. Pariſ. *in d.
l. furioſum num.1. verſ. ſed in dubio C. qui teſtam. facere poſ-
ſunt.* 5. Imola *in l. qui teſtamento §. nec furioſus ff. de
teſtamentis.* 6. Andreas Ciculus *in conſil. 59. num 14.
cum ſeqq. vol.2.* 7. Caſtrenſ. *ibid. n.3. in fi.* 8. Socin.
ſenior *conſil. 42. num.11. vol.1. & conſil. 98. n.6. circa me-
dium verſ. illuſtr. lib.3.* 9. Iaſ. *in d. l. furioſum num.3.
verſ intellige.* 10. Romanus *in d. l. furioſum n.3. & 6.*
11. Corn. *216. num.15. vol.3.* 12. Alex. *in d. l. furioſum
num.3.* 13. Alex. de nouo *conſil. 33. n.4.* 14. Decius
in l. furioſum num.13. & in conſil. 448. n.1. & ibi Apoſtill.
15. Angel. Aretin. *in §. præterea inſtitut. quibus non eſt
permiſſum facere teſtam.* 16. Zabarel. *conſil. 6. n.9.*
17. Franciſc. Aretin. *in l.2. n.2. ibi. ſed iſtud ff. de teſtam.*
18. De Franch *in rubr. n.13. de teſtam. in 6.* 19. Curt.
iun. *conſ 304. num.82. vſque in finem.* 20. Pariſ. *conſil.
88. lib.3. per tot.* 21. Corſer. *in ſing. verb. teſtamentum.*
22. Marſil. *ſing. 180.* vbi de communiori & magis ratio
nabili. 23. Alciat. *in d. præſumpt. 18. in cap. regula præ-
ſumptionum.* 24. Didac. Couarr. *de ſponſalib. & ma-
trim. in 2. part c 2. num.7.* 25. Afflict. *deciſ. 148. num.5.*
26. Boer. latè *d. deciſ. 13. num.18. & ſeq. & n.58. 88. & 91.*
27. Thomas Grammat. *deciſ. 37. n.36. & 37. per ſacrum
Concil. deciſum.* 28. Ioſeph. Ludouicus *deciſ. Peruſi-
na.1.* 29. Mynſing *obſeruat. 41. cent.2.* qui ita in Ca-
mera imperiali iudicatum fuiſſe refert. 30. Roderi.
Suarez *in allegat.1. n.11.* 31. Rota Rom. *deciſ. 129. n.
15. in 1. part. in nouiſſimis* vbi de communi. 32. Hie-
ronymus Magon. *deciſ. 97. Rota Florent.* 33. Maſcard.
concluſ. 39. num.6. & concl. 825. n.13 & 16. 34. Menoch.
præſumpt. lib.6. præſump. 45 num.66. 35. Graſſ *in §. te-
ſtam. quæſt. 21. n.2.* 36. Tiraquell. *de ll. connubial. l.11.
num.7.* 37. Illuſtriſs. Mantica *d. lib.2. c.5. num.7. cum
ſeqq.* 38. Meaclan *in ſylua nupt. lib.4. n.31 aliàs in ver.
eſt nubendum tom.1. mihi 70. in 3. col.* 39. Viuius *opin.
144. n.6. & 7.* 40. Ioan. Baptiſt. de Ploris inter *conſil.
ad can. vlt volunt. can. 168. n.8. cum ſeqq. lib.1.* 41. Illuſtr.
Tuſc. *to.4. lit. F. concluſ. 534 num.17. & num.27. & 33.*
42. Apoſtil ad Alex. *conſ. 41 ſub n 1. lit. A.* 43. Mayn.
in l. vbi non vox n.17. ad fin. ff. de reg. iur. 44. Baueri.
*in §. Ag. furioſi col.6. poſt primum verſ pro hoc etiam ad-
duco. inſtitut. quibus non eſt permiſ. fac. teſtamentum.*
quæ ſententia in hoc caſu longè certiſſima eſt, ex eo
quòd multa concurrunt, ex quibus pro validitate te-
ſtamenti omnino pronunciandum eſſe videtur. Pri-
mum, quia DD. loquuntur in verè furioſo, qui tamen
habet aliqua dilucida interualla. At hic noſter caſus,
quo aliquando furioſus, vel mente captus fuiſſet, id
adeo clarum fuit, vt è contrario aſſerendum eſſet eum
15 interualla furoris quidem habuiſſe, ſed vt plurimum
ſanæ mentis fuiſſe, quo caſu ceſſant omnia quæ de
continuatione furoris præſumenda dici poſſent, Bald.
in d. l. furioſum. Menoch. *præſumpt. lib.6. præſumpt. 45.
numer.62.* poſt Bartol. Socin. Alciat. & alios & paſſim
omnes antea relati. Secundum, quia ſi aliquan-
do mente captus vel furioſus fuit, id fuit tantùm in
quibuſdam actibus, quibus etiam vel morbus, vel im-
portunitas propinquorum, vel temeritas loquen-
16 tium cauſam dedit, quo caſu non præſumitur perſeue-
raſſe in furore, vt Bart. ſenſit *in l.2. num.4. de bonorum
poſſeſſione infant. & furio.* Iaſ. *in d. l. furioſum num.2.* Curt.
iun. *conſ. 151. n.7.* Illuſt. Mantica *d.c.5. n.6. verſ. ſed tamen.*

Tertium, quia poſt illum furorem, qui dicitur ad- 17
fuiſſe, iam longum tempus effluxerat, quo caſu ex eo
ſolo ſuſtinetur teſtamentum, Imol *in l.1. §. vlt. num.46.
ff. de verb obligat.* & ibi Aretin. *in vlt. col.* Illuſtr. Man-
tica *d. loco verſ. ſecundo etiam*, Menoch. *d. præſumpt.
45. num.69.*

Quartum, quia ſi aliquo modo furor probatus ſit, il- 18
le ex cauſa accidentali contingit, ex morbo ſcilicet &
febri acuta, quo caſu ceſſaſſe præſumitur furor & teſta-
mentum valere, Didac. *d. loco c.2. n.6.* Illuſtr. Mantica *d.
loco verſ. tertio deberet.*

Quintum, quia ſi mente captus fuiſſet, non permi- 19
ſiſſent parentes, vt res ſuas adminiſtraret, perinde ac
quilibet alius, quinimò eo ipſo quod hoc fecit, eum ſa-
næ mentis aſſerendum eſſe, Boer. *d. deciſ 23. num.70.* ita
vt, ſi quandoque aliquid aliter accidit, id fuerit per ac-
cidens, cuius poſtea nulla habita fuit ratio, Illuſtriſs.
Mantic. *d. loco verſ. tertio debet.*

Sextum, quia etſi ſimpliciter & omnino Notario 20
aſſerenti teſtantem fuiſſe ſanæ mentis, non credatur,
Graſſ *in § teſtam. quæſt. 21. num 8.* tamen ſi magnam ha-
bet vim & multum alias circumſtantias adiuuat, ita vt
vana cum aſſertione Notarij ſufficiat, Socin. *conſil. 41.
in princ.* Pariſ. *conſil. 88. num.21. lib.3.* Simon de Prætis *de
interpretatione vlt. volunt. lib.2. ſolut.2. num.15. fol.143.* præſer-
tim hoc caſu quo conſtat præſumptio pro ſana men-
te, quia tunc probant verba Notarij, Alex. *conſil. 41. n.
11. & 12. lib.1.* Corn. *conſil. 319. n.11. & ſeqq. lib.1. & conſ.91.
n.34. vol.4.* Pariſ. *d. loco 10.*

Septimum, quia pleroſque contractus à tempore 21
mortis patris vſque ad propriam iniuit, qui tamen
omnes effectum habuerunt, cur non igitur hoc teſta-
mentum ita religioſè ac piè conditum?

Octauum, quia ipſamet de Gladeues eius mater 22
cum eo contraxit, & eum ſanæ mentis re ipſa affirma-
uit, non poteſt igitur iam contrarium aſſerere. Zaba-
rella *conſil. 56. n.9. verſ. venio ad ſecundum cum ſeqq. ma-
ximè num.11.*

Nonum, & poſtremum, quia varia teſtamenta con- 23
didit, eáque talia quæ ab homine ſanæ mentis fieri
potuiſſent, eáque omnia vel publicam vtilitatem, vel
pietatem reſpicientis, ita vt ex illa multiplicitate teſta-
mentorum eum ſanæ & conſtantis admodum volun-
tatis, vt bona ſua in publicam vtilitatem vel cauſas
pias, vel religionem & pietatem impenderentur, fuiſſe
neceſſariò concludatur.

Atque hæc quidem dicuntur etiam ſecluſa proba-
tione, quæ dicitur facta de teſtibus teſtamentariis, qui
omnes, vno forſan excepto, d. Petrum de d. tempore
d. teſtamenti ſanæ mentis fuiſſe deponunt, quo caſu 24
res eſt extra omnem aleam, nec noceret vnus vel alter
qui contrarium deponeret, nam vt ſuprà dictum fuit,
magis creditur teſtibus de ſana mente, quàm de furo-
ſe deponentibus. Boer. *d. deciſ. 23. num.93* Pariſ. *d. conſil.
88. num.22. 23. & 29. lib.3.* & alij ſuprà citati, & in termi-
nis teſtium teſtamentariorum, Corn. *d. conſil. 91. num.
34. vol.4.*

Ex quibus concluditur, pro validitate teſtamenti
reſpondendum eſſe, ex quo ſequitur & aliud d. domi-
nam M. priuandam eſſe nedum vſufructu omnium 25
bonorum ſibi in teſtamento relicto, ſed & propria le-
gitima, *l. Papinianus §. meminiſſe cum gloſ. in verb. falci-
dia.* & ibi DD. præſertim Cagnol *num.8. ff. de inoffic.
teſtam. l.5. §. penult. ff. de iis quib. vt indignis. Falcidiæ*
enim dictio *in d. §. meminiſſe* cùm de filio loquatur,
pro legitima accipitur, vt notant ibi DD. præſertim
Cagnol. *d. loco* & doctiſſimus Cuiac. *ibidem*, qui eam
quartam glicianam vocat, quòd lege glicia inducta ſit,
rationémque differentiæ conſtituit inter eam, &

quartam Antonianam, quæ ſcilicet filio rogato ex conſtitutione D. Anthonini deberetur, cui ſcilicet Glicia priuandus ſit filius, non autem Antoniana; quæ quidem longè magis in caſu noſtro procedunt, quia in termini inofficioſi teſtamenti, qui io eo ſuccubuit, priuatur legitima, quod inofficioſum teſtamentum dicendo illud impugnauerit non quaſi furioſus, vel demens teſtatus ſit, ſed quod non ex officio pietatis *l.2. ff. de inoff. teſtam.* At in hoc caſu M. filium verè furioſum aſſeruit, & in eo vſque ad ſententiam perſiſtit. 26

ARGVMENTVM.

DOs in iiſdem ſcutis, in quibus ſoluta fuit, reſtituenda eſt.

An retentio detur fideicommiſſario contra hæredem pro bonis per ipſum alienatis.

Pecunia deſtinata ad emptionem immobilium; an ſit computanda inter immobilia necne.

Mulier, quæ lucratur mobilia, an teneatur ad debita.

An pecunia procedens ex pretio immobilium intret in communionem, & cenſeatur inter mobilia.

SVMMARIVM.

1 *Hæres grauatus de reſtituenda non tenetur reſtituere aut imputare mobilia vſu conſumpta.*
2 *Tempus 50. annorum dicitur longiſſimum.*
3 *Res hæredis legari vel donari poteſt indiſtinctè ſiue ſciuerit, ſiue ignorauerit teſtator.*
4 *Aliena adhibita diſtinctione.*
5 *Si coniuncta perſona, valet indiſtinctè.*
6 *De bonis fideicommiſſariis tot hæredi grauato adiudicanda ſunt, quæ aſcendant ad ſummas per ipſum ſolutas pro legatis & impenſis funeris, habita ratione valoris ad tempus ſolutionis.*
7 *Circa dotis reſtitutionem attenditur domicilium viri.*
8 *Reſtitutio dotis debet fieri in eiſdem ſcutis in quibus ſoluta fuit, & cætera promiſſiones eodem modo intelligendæ ſunt.*
9 *Contractus intelligendus eſt iuxta conſuetudinem loci, in quo initus eſt.*
10 *Promiſſa certa ſpecie pecunia, quæ reperitur, debitor tenetur ad eius valorem de tempore ſolutionis.*
11 *Creditor cogitur pro auro monetam accipere.*
12 *Retentio pro melioramentis competit tantùm in re meliorata.*
13 *Retentio datur tantùm quando res peruenit ad manum occaſione illius debiti pro quo petitur retentio.*
14 *Legitima non poteſt capi in rebus ſpecialiter legatis.*
15 *Pecunia deſtinata ad emptionem prædiorum an veniat mobilium appellatione,* & n.27. & 28.
16 *Variæ coniectura falſitatis vſque ad n.*25.
26 *Falſitas probatur præſumptionibus, præſertim quando ciuiliter agitur.*
29 *Dictio* omnium & quorumcumque *comprehendit ea quæ alias non continerentur.*
30 *In legatis voluntas prædominatur etiam contra propriam verborum ſignificationem.*
31 *Maritus iuri vxori quæſito ex ſola ſua deſtinatione præiudicare non poteſt.*
32 *Quicquid ſit de iure communi, certum eſt de conſuetudine Pariſienſi pecunias quantumuis deſtinatas ad emptionem prædiorum cenſeri inter mobilia.*
33 *Etſi datæ ſint ſub ea qualitate, vt conuerterentur in immobilia.*
34 *Dos augeri poteſt conſtante matrimonio, & donatio propter nuptias.*
35 *Et tale augmentum eiuſdem eſt naturæ, cuius principale.*
36 *Pactum appoſitum fauore alicuius non debet in ipſius damnum interpretari.*
37 *Expreſſa voluntas præfertur coniecturatæ.*
38 *Poſterius derogat priori.*
39 *Et ſpeciale generali.*
40 *Quando mulier lucratur mobilia ex vi conſuetudinis Pariſienſis, tenetur ad debita, quæ ex mobilibus ſoluenda ſunt. Si ex pacto, non tenetur.*
41 *Pecunia proueniens ex pretio bonorum gentilitiorum non venit in communionem, nec immobilia ex eo acquiſita.*
42 *A maiori ad minus non valet argumentum negatiuè.*
43 *Mobilia ex ſucceſſione patris, vel patris prouenientia veniunt in communionem.*
44 *Pecunia ex venditione immobilium procedens cenſetur mobilis.*
45 *Idque in Gallia certiſſimum eſt.*
46 *Et vndecumque procedat, cenſetur pacto lucrandorum mobilium.*
47 *Pretium fundi dotalis non reſtituitur niſi poſt annum.*
48 *Pecunia non venit in ſocietatem quando ab aſcendentibus data fuit in contractu matrimonij ſub ea qualitate, vt conuertatur in emptionem prædiorum, ſecluſa tamen conſuetudine Pariſienſi contrarium indicatum fuit.*
49 *Allegantis factum incumbit onus probandi.*
50 *Acquiſita ex pretio propriorum venditorum, vt dicantur propria, quæ requirantur.*

CONSILIVM CII.

DVBIIS doctiſsimè propoſitis aduerſus nobilē dominam Mariam de Grateſineuit viduam quondam nobilis Petri de Loze in lite, quam habet agendo contra nobilem dominam Richardam de Loze dominam de Milles hæredem dicti Petri, Reſpondetur, vt ſequitur.

Ad primum, quo dicitur, mobilia, quæ fuerunt nobilis quondam Guillelmi de Loze patris d. Petri non poſſe cenſeri donata ſiue in vim contractus matrimonij, ſiue donationis poſtea factæ de an. 1609. & 20. Febr. ex eo quod ſubiecta ſint reſtitutioni fideicommiſſi per d. Guillielmum in fauorem d. Richardæ facti attentis alie-

Digitized by Google

alienationibus bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, quæ legitimam & trebellianicam d. Petro competentem abſorbere prætenduntur. Reſpondetur primò, mobilia ſi quæ ſint quæ adhuc extent, ea pauciſſima eſſe & pauciſſimi valoris, lignea ſcilicet vel ſtannea & fulcra focaria, nam cętera omnia in linteaminibus, pannis & ornamentis lectorum & cæteris huiuſmodi ex lapſu 53. vel circa annorum (d. enim Guillielmus deceſſit circa annum 155.) conſumpta naturaliter & abſque culpa eáque lata hærede præſumuntur, nec ad eorum reſti-
1 tutionem, vel æſtimationem in detractiones imputandam tenetur hæres *l. mulier §. ſed etiam & l. deducta §. ante diem verſ. cum autem.* vbi Alex. *ff. ad Trebellian. l. 2. §. ſed & ſi quid ff. de hæred. vendita*, & in ſpecie ſic conſulendo tradidere Decius *conſil.* 81. *n.* 4. *in* 5. *dub.* Pariſ. *conſil.* 25. *n.* 73. *& conſil.* 45. *n.* 25. *lib.* 2. Decia. *conſil.* 44. *n.* 83. *lib.* 5 Bertazol *conſ.* 38. *n.* 45. & fuſiſſimè Peregrin. *de fideicom. art.* 10. *n.* 38. *cum ſeqq.* præſertim 44. qui *n.* 59. aſſerit, ſe ita ſæpiſſimè iudicatum vidiſſe, & propterea *art.* 31. *n.* 38. aſſerit in fideicommiſſis antiquis nullam habitam fuiſſe rationē dictorum mobilium, quaſi per curſum longiſſimi temporis pro eorum natura conſumpta fuerint; tempus verò 53. vel circa annum longiſſi-
2 mum eſt, *l. ſicut l. omnes C. de* 30. *vel* 40. *an.* ea verò pauciſſima quæ forſan adhuc extant, potuit d. Petrus do-
3 nare, cùm nedum quis legare vel donare poſſit rem hæredis, idque indiſtinctè ſiue ſciuerit ſiue ignorauerit. *l. vnum ex familia § ſi rem ff. de leg.* 2. Gomeſ. *var. reſo. to.* 1.
4 *c.* 12. 13. 14. Graſſ. *§. legat. q.* 14. *n.* 7. ſed & alienam omninò, diſtinctione tamen adhibita, ſi ſciuerit vel ignorauerit *l. cum alienam Cod. de legat.* Gomeſ. *d. loco num.* 13.
5 Graſſ. *d. q.* 14. *n.* 2. ſed etſi coniunctæ perſonæ res aliena legetur vel donetur indiſtinctè valet *dd. communiter in d. l. cum alienam*, Gomeſ. *d. num.* 13. Graſſus *d. q.* 14. *num.* 3. & quamuis ex alienationibus, quæ præſupponuntur factæ, omnes detractiones conſumptæ fuiſſent, non propterea minus donatio dictorum mobilium ſuſtineretur, cùm d. domina de Milles alia bona quàm quę fideicommiſſo ſubiecta ſint ex hæreditate d. Petri habeat, ex quibus ſibi conſulere poſſit. Sed reuera ſi conferatur inuentarium cum alienationibus, clariſſimè videbitur eam nedum non abſorbere detractiones, ſed nec æquare, imò longè plura ex bonis Guillielmi d. Petrum detrahere potuiſſe, quàm quæ alienata fuerunt. Neque enim ſolùm legitimam & trebellianicam detrahere potuit Petrus, quæ duæ quartæ ad duas vncias cum dimidia de nouem aſcendunt, ſed etiam 1200. ſcuta ſororibus pro dotibus ſoluta, & per d. Guillielmum legata, nec non funeris impenſas, quæ ſummæ maximam partem bonorum d. Guillielmi abſument,
6 cùm de bonis d. Guillielmi tot d. Petro ſint adiudicanda quæ ad d. ſummam aſcendant, non habita ratione ad valorem nunc currentem, ſed tempus, quo ſolutio facta eſt, Socin. iun. *conſil.* 170 *n.* 5. *vſque ad n.* 11. *lib.* 2. Alciat. *conſ.* 113. *n.* 22. *lib.* 9. Port. Immolenſ. *conſil.* 92. *num.* 94. Marſat. *conſil.* 25. *n.* 3. Menoch. *conſil.* 183. *n.* 35 Illuſt. Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib.* 7. *tit.* 8 *n.* 15. & fuſè Peregr. *d. art.* 21. *n.* 12. *cum ſeqq.* qui variis rationibus hanc ſententiam firmat, & ſic ſe in variis cauſis obtinuiſſe aſſerit; & cùm valor bonorum ab eo tempore huc vſque admodum auctus ſit, abſque dubio detractiones huiuſmodi ferè omnia bona abſorbebunt, nam quæ dicuntur de ſolutione dotis & augmenti, non faciunt ad rem præſentem, cùm ea in primis ſuper aliis bonis dicti Petri, de quibus diſponere potuit, petenda ſint, nec niſi in ſubſidium, contra bona fideicommiſſo ſubiecta agere poſſit, expectare igitur debet d. de Milles quouſque d. domina de Grateſmenil experiatur contra d. bona, etſi detractiones omnes conſumptæ fuerint, opponet de d. mobilibus in vim pacti & donationis d. Grateſmenil remiſſum, & tanto minùs de bonis fideicommiſſo ſubiectis ſoluere tenebitur, quare opponendo *l. minus propere Cod. de execut. rei iudica.* non videtur poſſe impediri vllo modo quin dicta mobilia etiam fideicommiſſo ſubiecta d. dominæ de Grateſmenil adiudicentur.

Poſtremò reſpondetur, his omnibus ceſſantibus, quæ tamen non ceſſant, quoad mobilia, quantumuis fideicommiſſo ſubiecta, potuiſſe in lucris dotalib. dari vt docet Peregr. *art.* 42. *n.* 96. & ideò idem Pereg. *d. art.* 42. *n.* 98. in dubio allegatus, firmat hanc poſtremam reſponſionem, tantum abeſt vt noceat.

Ad ſecundum, quo dicitur, quod cùm recognitio & promiſſio in contractu matrimonij concepta ſit in aureis ſimpliciter, debet intelligi de aureis ſexaginta ſolidorum Turonenſium, vt communis vſus loquendi ſe
habet in hac ciuitate, qui vſus debet attendi, cùm cir- 7
ca dotis reſtitutionem attendatur domicilium viri *leg. exigere dotem.* & ibi communiter DD. *ff. de iudiciis.* Reſpondetur primum, non ſimpliciter de aureis factam fuiſſe mentionem, ſed de ſcutis ſolis, quo caſu certiſſimum eſt, etiam in hac patria iuxta valorem currentem ſeptuaginta quatuor ſolidos reſtitui debere, vt notorium eſt, & paſſim in variis cauſis definitum & ſententiatum, idque eo maximè quod quæ ſcuta tēpore contractus ſoluta fuerunt, ea in tot ſcutis auri in auro, vel in quaternis teſtonum, & ſic ſcutum ſimpliciter & ſcutum auri in auro, & rurſus ſcutum auri in auro & quaternos teſtonum pro eodem, eodémque valore accipientes ſoluta fuerūt, reſtitutio autem debeat fieri eo-
dem modo quo ſolutio & cæterę promiſſiones eodem 8
modo quo quæ ſoluta fuerūt, intelligendæ ſint, Surd. *deciſ.* 227. *circa fin. verſ. nec dicatur & n.* 14. *& ſeqq.* alioquin maritus locupletaretur cum aliena iactura *l. iure naturæ.* vbi Dec. *ff. de reg. iuris.* & à primordio tituli poſterior formatur euentus *l. regula §. licet ff. de iur. & fact. ignor.*

Secundo reſpondetur, quod etſi aureorum ſimpli-
citer facta fuiſſet [illegible] idem ſtatuen- 9
dum eſſet, nam [illegible] pactorū alicuius contractus & nominatim de [illegible] aureis intelligi debeat, debet fieri ſecundùm lo[illegible] vbi contractus initur, *l. ſi fundus ff. de euictionibus.* & in terminis docet Surd. *d. deciſ.* 227. *per totam.* At verò de tempore d. contractus ſcutum auri in auro & ſcutum ſolis & ſcutum ſimpliciter à pari procedebant, vt notorium eſt, & probatur tam ex ſolutionibus in pecunia in d. contractu matrimonij factis, quàm ex edicto Henrici 2. de an. 1557. & menſe Septembri, quod extat *aux Baſiliques lib.* 15. *tit.* 8. *art.* 1. 2. 3. 4. *&* 5. *& in Cod. Henri iiſdem lib. & tit.* quia de eo tempore 60. ſolidi Turonenſes valebant in bonitate intrinſeca vnum ſcutum auri, vt ſatis ex lectura d. edicti conſtat. Hæc confirmantur, quia d. de Grateſmenil erat origine & domicilio Galla & Pariſiis contractus initus & ſolutio partis dotis facta. Quæ duæ circumſtantiæ ſunt maximi momenti & rem certiſſimam reddunt, ex Surd. *deciſ.* 227. *num.* 2. *verſ. ſecundo monebar n.* 3. *& ſeqq.* poſt multos quos refert & ſequitur. Nec obſtat *d. l. exigere*, ea enim procedit & intelligitur circa forum, quo vir vel eius hæredes conueniri poſſunt, vt *text. loquitur*, & gloſſ. & DD. interpretantur, & nominatim Surd. *d. deciſ.* 227. *num.* 8. *& ſeqq.* poſt Bartol. Bald. & Phanuc. non enim agitur de interpretatione verborum in contractu appoſitorum, ſed de voluntate contrahentium, & nominatim de quibus aureis partes intellexerunt, Surdus *dict. loco numer.* 9.

Poſtremò reſpondetur, quòd ſi habenda eſſet ratio

dictæ *l. circa interpretationem dd. verborum*, ea tota retorqueretur contra d. dominam de Milles, mentio enim aureorum ſolis præſertim concurrente ſolutione præſentis pecuniæ de tempore contractus eo modo quo eſt facta, certiſſimum eſt valorem ſcutorum ſolis in hac patria ſolui ad rationem 74. ſolidorum, vt notorium eſt, & ſuprà dictum fuit: cùm enim promiſſio dotis ſit in ſcutis ſolaribus, & ſic promiſſa ſit certa ſpecies pecuniæ, quæ reperitur, cùm ſit in facultate de-
10 bitoris, vel ex conſuetudine, vel ex pacto ſoluere eius valorem, debitor tenetur ſoluere ſpeciem promiſſam, vel eius valorem, ſecundùm tempus ſolutionis, Aret. *conſil.* 11. *num.* 2 *& conſil.* 172. *in princ.* vbi loquitur de dote, & vbi agitur de aureis Italiæ vel ſimilibus, Sola *de monet. caſu* 31. *num.* 2. *&* 3. *caſu* 32. *num.* 1. *& caſu* 44. *num.*
11 2. *&* 3. Vnde cùm de generali conſuetudine creditor cogitur pro auro monetam accipere, Couar. *veter. numiſm. cap.* 7. §. *ſupereſt. num.* 1. Brun. *de monet.* 2. *præſuppoſito num.* 4. *&* 6. Rota Auen. *deciſ.* 41. *num.* 5. idem in debitorum ſolum promiſſione vel Italia teſtatur, Sola *de monet. caſu* 31. *num.* 3. *& caſu* 35. *num.* 1. ob id hæres d. Petri tenetur ſoluere ſcutos in ſpecie promiſſa vel eorum valorem ſecundùm tempus ſolutionis iuribus ſuprà allegatis.

Ad tertium, quo dicitur, quòd etſi nulla detur actio hypothecaria fideicommiſſario contra bona hæredis probans alienatis, tamen videri quòd ei poſſit dari retentio, cùm habeat penes ſe bona hæredis alienatoris, quia cui non competit actio, datur retentio argumento eorum quæ dicuntur à doctoribus de melioramentis; Reſpondetur primò, in aliquibus quidem caſibus, cui non datur actio, dari retentionem, ſed in caſibus certis & determinatis, & à iure expreſſis non generaliter, alioquin multa abſurda ſequerentur, quin vniuerſum ius peruerteretur & inutile redderetur, ſi, quoties denegatur actio, daretur retentio: At verò hoc caſu retentionem dari in iure non reperietur, longéq; diuerſa eſt ratio melioramentorum & iſtius facti: nam melioramenta fiunt in re & rē afficiunt, illiq; inhærent, non mirum ſi pro illis ius inſiſtē li detur, quæq; ratio in hoc caſu ceſſat vt patet ad oculum. Secundò, retentio pro
12 melioramentis competit tantum in re meliorata, & non in alia, Surd. *conſil.* 183. *n.* 21. *lib.* 2. & vna res pro alia tam retinetur quàm cauſa retinendi cohæret ipſi rei, Moli. *de reten. q.* 199. *col.* 4. *verſ. aut peruenit.* At hæc quæ retinetur eſt ſeparata à re vendita, nec ei cohæret: ergo nec retentio dari poteſt, nec valet argumentum
13 ductum ad meliorandum. Tertiò, retentio non poteſt habere locum in caſu de quo agitur, ex quo retentio datur, tantùm quando res, quam quis intendit retinere, peruenit ad manus occaſione illius debiti & hypothecæ pro quo petitur retentio, vel data res eſt obligata pro dicto debito. Negnzan. *de pign.* 4. *memb.* 5. *par. num.* 4. Molignat. *de reten. d. q.* 199. *q.* 214. *q.* 295. *& q.* 417. Surd. *conſil.* 183. *num.* 18. *lib.* 2. ſed res quæ petitur retineri pro bonis fideicommiſſo ſubiectis alienatis non peruenit ad manus retinere volentis occaſione dati fideicommiſſi, nec eſt obligata pro illo, meritò ceſſat retentio. Quartò, quia ſi res hæredis eſſet obligata, id eſſet hypotheca tacita quæ poſtponitur expreſſæ quam habet d. Maria, nec in iure reperietur, quòd, qui tacitam habet, etſi ſit in in poſſeſſione rei, debeat præferri expreſſa contra ipſum agenti. Quintò totum illud ius retentionis, ſi quandoque eſt, procedit inter debitorem & creditorem, nō in præiudicium tertij, cui ius quæſitum eſt, in quo caſu verſamur. Sextò, etſi daretur retentio etiam in præiudicium tertij, non deberet fieri in rebus ſpecialiter d. Grateſme oit donatis; ſunt enim alia bona d. Petri in quibus eo retentionis iure vti poſſet, quod proptereà non debet facere in præiudicium iuris tertio acquiſiti in rebus illi ſpecialiter donatis argumento eorum quæ dicuntur de legitima, quæ, quamuis debeatur in corporibus hæ-
reditariis, non tamen poteſt accipi in rebus ſpecialiter 14
legatis, Graſſ. *in* §. *legitima q.* 18. Poſtremò hæc omnia ceſſant hoc caſu, etiam dato quòd nulla alia bona Petri ſupereſſent, ea enim via ſequenda eſt, qua & fideicommiſſario & tertio conſulitur, hoc verò fiet, ſi fideicommiſſarius directa vindicatione aduerſus poſſeſſores bonorum alienatorum experiatur, vt facere poteſt & debet: nam quod ſuum eſt conſequetur, & ius d. de Grateſmenit in bonis quæſitum illibatum manebit, & vtriuſque ius illæſum conſeruabitur.

Ad quartum, quo contenditur id quod dicitur, pe- 15
cunias deſtinatas ad emptionem prædiorū, mobilium appellatione comprehendi procedere tantùm in deſtinatione ſimplici, non vbi conſtat de enixa voluntate ex Pecchio de teſtamentis coniugum *lib.* 5. *cap.* 30. *n.* 4. *verſ. itaque exiſtimo*, & Graſſ. *in* §. *legatum q.* 19. *n.* 10 *art. fin.* quod etiam dicitur obtineri in Gallia, vt per Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. tit. des droicts & appartenances a gens mariés* 3. *n.* 16. hoc verò caſu adeſſe enixam voluntatem, vt apparet ex declaratione quam fecit d. dominus Petrus Loze. Reſpondetur primò non conſtare legitimè de huiuſmodi deſtinatione, nam declaratio, quæ adducitur, ſuſpectiſſima eſt de falſo, & eius nulla eſt habenda ratio, omnes enim coniecturæ, præſumptiones, & veriſimilitudines hîc concurrunt, vt pro falſa haberi debeat: primùm contextus declarationis talis eſt, vt non niſi poſt litem conteſtatam & omnibus hinc inde deductis compactus & confectus ſit ad eneruandam intentionem d. dominæ de Grateſmenit & eludenda ea, quæ per Aduocatos eiuſdem
deducta fuerunt: ex huiuſmodi enim clauſula & ver- 16
bis inſolidis & non niſi demum lite mota difficillimè præuiſis præſumitur falſitas, Alba *conſil.* 224. *n.* 3. Menoch. *conſil.* 199. *n.* 6. *lib.* 2. Farinat. *in tract. de falſi. q.* 153. *par.* 11. *num.* 162.

Secundò, quia cùm d. Petrus Loze diligentiſſimus 17
eſſet in ſcribendo, & eo tempore quo declaratio dicitur facta, ſanus eſſet: nec vllo morbo detineretur, non eſt veriſimile, quòd per alium d. declarationem ſcribi feciſſet, præſertim cùm paucis lineis conſtet, Soc. *conſil.* 28. *num.* 9. *lib.* 3. Abbas *d. conſil.* 24. *num.* 6. *& ſeqq.* Farin. *d. loco num.* 176.

Tertiò, nulla poteſt dari probabilis ratio, cur per d. 18
Finelli eam ſcribi curaſſet, Natta *conſil.* 633. *n.* 13. *& ſeq. & num.* 18. Aymo. *conſil.* 28. *num.* 1.

Quartò, non eſt veriſimile, quòd eam ei cuſtodien- 19
dam commiſiſſet, P. Imol. *conſ.* 96. *num.* 9. Decian. *conſ.*
99. *n.* 21. *lib.* 2. Quintò, cùm ipſe omnia ſua negotia 20
accuratiſſimè ageret, non per priuatam ſcripturam, ſed coram Notario eam feciſſet, Cephal. *conſil.* 287 *n.* 20.

Sextò, papyrus & charta dimidio tantùm folio ſola ex inſpectione talis eſt, quæ veriſimiliter ad declarationem tanti momenti adhibita non fuiſſet, Bald. *conſ.* 401. *num.* 2. *& n.* 6. *lib.* 5. Farinat. *d. loco num.* 185.

Septimò, nullus locus, vbi facta eſt, deſignatur, ex 21
quo ipſius fides vacillat. Corn. *conſil.* 60. *col.* 2. *& conſil.* 216. *col.* 1. *lib.* 4. Bertaz. *in tract. clauſ. inſtrum. in prin. n.* 10.

Octauò, ſignatura eſt alterius atramenti quàm ſcri- 22
ptura, vt ſatis indicant relatores ſuper verificatione ſignaturæ & ſcripturæ declarationis deputati & ex lectura eiuſdē ſcripturæ patet: ita vt diuerſo tēpore ſcripturam declarationis & ſignaturam factas eſſe neceſſariò concludatur, & veritas ita ſe habet, quod d. dominus Petrus chartam albam ſignatam, quam vocant, dederat dicto Finelli ad recuperandam certam pecuniæ

niæ ſummam io loco Vodene ſibi debitam, quo non
exacto ipſe dominus Finelli de præſcripta ſibi forma
d chartam impleuit; ex qua diuerſitate atramenti præ-
23 ſumitur falſitas *gloſ. in cap. in memoriam in ver. falſam*
diſt. 19. Crauet. *conſil.* 134. *num.* 17. *in fin.* Farin. *d. quæſt.*
153. *num.* 135. Nonò, ſi vera eſſet d. declaratio, non ſpe-
ctaſſet dominus de Molles, quouſque omnia hinc in-
de deducta fuiſſent, & proceſſus quodammodo for-
matus, vt eam vel produceret, vel ipſius mentionem
faceret, ſed cùm ex productione articulorum d. de Gra-
teſmenit cognouiſſet ſe omnino ſuccumbẽdam, d. de-
clarationem conſtrugi curauit, vt contenta in d. articu-
24 lis eluderet: ex tarditate autem in producendo ſcri-
pturam oritur præſumptio falſitatis *l. ſi quis forte* §. 1. *ff.*
de pœnis, ibi, nec enim debebant tam magnam tem
tam diu retinere, Crauet. *conſil.* 28. *num.* 6. Farinat. *dict.*
quæſt. 153. *num.* 182. Poſtremò, perſona & qualitas dicti
Finelli talis eſt, vt illius depoſitionis & ſcripturæ nul-
la ſit habenda ratio, Bald. *conſil.* 401. *num.* 2. *lib.* 5. Ber-
25 tazz *conſil.* 91. *num.* 35. præſertim quod debitor hæredi-
tatis ſit; nec obſtat, ſi dicatur communem eſſe debi-
torem, nam quod de propinquis & amicis commu-
nibus dicitur, non quadrat hoc caſu que certiſſimè de-
bitor hæreditatis eſt, ſuo autem teſtimonio efficere
vult, ne quod hæreditati debet d. de Grateſmenit, con
ſequatur. Ex his igitur coniecturis & multo pauciori-
bus huiuſmodi ſcriptura pro falſa eſt habenda: nam
ex præſumptionibus, præſertim cùm ciuiliter agitur,
26 probatur falſitas. Decian. *conſ.* 129. *num.* 2. & 3. Farinat.
q. 152. *num.* 10. ſufficiant que duæ, Pariſ. *conſ.* 55. *num.* 29.
fol. 1. Cephal. *conſil.* 325. *num.* 1. Farinat. *d. tract. quæſt.* 162.
num. 106.

Secundò reſpondetur, poſito citra præiudicium ve-
ritatis legitimè conſtare de d. deſtinatione, eam quæ-
ſtionem, an pecunia deſtinata ad emptionem prædio-
rum appellatione mobilium comprehendatur, necne,
27 controuerſam eſſe, & quoſdam exiſtimare inter immo-
bilia computanda, inter quos eſt Chaſſan. *d.* §. 2. *num.*
16. qui non ait hoc in Gallia conſuetudine receptum
eſſe. ſed ſolum ipſe ſuam profert ſententiam in termi-
nis iuris communis, ſed in terminis conſuetudinis, in
quib. aliter diſponitur de immobilibus, quàm de mo-
bilibus, quòd ſcilicet mobilia, vel immobilia lucratur
ſuperſtes coniux, aliter ſentit, dum ſcilicet in terminis
d. conſuetudinis multo magis pacti, refert opinionem
Baldi & aliorum ſententium tunc inter mobilia com-
putari, in qua reſidere videtur non contradicendo, qua
in re notandum eſt eſſe errorem in dictionibus iis ap-
pellatione mobilium: legendum enim eſt, appellatio-
ne immobilium, quod textus ipſe ſatis demonſtrat &
clarè conſtat ex Bald. *in l. cætera.* §. *ſed ſi parauerit verſ.*
conſuetudo eſt ff. de leg. 1. cuius ſententiam ibidem ſe-
quuntur Florian. Rayner. Imol. Aretin. Angel. Alexan.
& communem aſſerit, & ab impugnationibus contra-
rium ſentientium defendit, Iaſ. *in d.* §. *ſed et ſi paraue-*
28 *rit*, *num.* 21. ſed receptior & verior ſententia eſt in con-
trarium etiam in terminis iuris communis, vt ſcilicet
huiuſmodi pecunia cenſeatur mobilis & non immo-
bilis, vt docet Boer. *deciſ.* 209. & alij per eos in priori-
bus ſcriptis citati, & vltra eos Caualcan. *de vſufruct. n.*
82. *pag. mihi* 203. & *deciſ.* 4. *parte deciſ.* 3. *num.* 13. Iaſ. qui
communem aſſerit *in d.* §. *ſed ſi parauerit num.* 21. Viui.
opin. 632. *num.* 4. qui magis communem affirmat, &
Gutier. *de tutelis* 2. *par. cap.* 5. *num.* 45. *cum ſeqq.* & ipſe-
met Perchius & Graſſ. in contrarium allegati fatentur,
qui cùm volunt eam reſtringere, cùm de enixa volun-
tate conſtat, contra communem & mentem Docto-
rum loquuntur, qui non de ſimplici deſtinatione, ſed de
præciſa & abſoluta, d. opinionem intelligant, & cùm
conſtat de enixa voluntate, præſupponunt enim ne-
dum diſtinctas, ſed paratas eſſe pecunias ad emptio-
nem prædiorum, & ſic nedum de enixa voluntate, ſed
de ea quæ ad actum proxima eſt, loquuntur, vt videre
eſt apud DD. ſuprà allegatos, præſertim Caualcan. *d.*
deciſ. 3. *num.* 13. & *tract. de vſufruct. num.* 82. vbi etiam id
procedere contendit, etſi pecuniæ eſſent ad cambium
vel ad vſuras, quo caſu multo magis inter mobilia eſ-
ſent cenſenda, cùm non minus, imò magis, quàm res
immobiles fructificent, nec non Gutier. *d. n.* 45.

Tertiò reſpondetur quod ſi ſupereſſet aliqua difi-
cultas, ea omnino tolleretur ex dictionibus, omnium, 29
& quarumcumque, quarum dictionum vi cuiuſcum-
que generis pecuniæ comprehenderentur, ex Cur. iun.
conſil. 183 Afflict. *deciſ.* 106. & ibi *de vocilis*.

Quartò, quia qui tenent pecuniam deſtinatam ad
emptionem immobilium, ſaltem vbi conſtat de enixa
voluntate, non contineri appellatione mobilium, lo-
quuntur in terminis legati & in relicto variabili, quod,
cùm dependeat à mera voluntate relinquentis, illius 30
maxima eſt habenda ratio, in illis enim voluntas præ-
dominatur etiam contra naturam verborum *l. in con-*
ditionibus cum ſimilib. ff. de condit. & demonſtrat. At nos
verſamur in pacto matrimoniali de conſenſu vtriuſ-
que facto, & ex quo ius vxori quæſitum eſt, cui non 31
poteſt poſtea maritus præiudicare ex ipſius ſolius de-
ſtinatione, quantumuis de ipſius enixa voluntate con-
ſtet, *l. aliud ff. de ſolut. authen. e contra C. de repud.* Bart.
in l. iuriſgentium §. *adeo ff. de pact.* Bereng. Fernan. *in*
capit. vn. de filiis nat. ex matr. ad morganat. cont. cap. 7.
num. 7. *in fin.* alioquin eſſet in poteſtate ipſius eludere
pactum & inutile reddere declarando deſtinatas pe-
cunias ad emptionem immobilium, præſertim hoc ca-
ſo quo pactum quidem in fauorem mariti de lucran-
da tota dote ſi ſuperſtes eſſet, maneret inuiolabile,
quod verò in vxoris fauorem factum eſt, ad libitum
mariti eluſorium reddi poſſet.

Poſtremò reſpondetur, quidquid ſit de iure com-
muni, hoc certiſſimum eſſe de conſuetudine Pariſien. 32
huiuſmodi pecunias, quantumuis conſtet de enixa
voluntate, appellatione mobilium venire, adeò vt ſi
penes campſorem eſſent depoſitæ ad d. emptionem
faciendam, nihilominus inter mobilia cenſeantur
Charon *in conſuet. Pariſien. art.* 93 *in princ.* Papon *arreſt.*
lib. 17. *tit.* 4. *art.* 3 Ferro. *in conſuet. Burdig. tit. de dote* §.
6. *fol.* 133. Boer. *d. deciſ.* 209. & quod plus eſt, etſi nomi- 33
natim pecunia data ſit ſub hoc pacto & qualitate, vt
conuerteretur in immobilia & bona propria, ſi id fa-
ctum non ſit, cenſebitur immobilis, & ſuperſtes con-
iux dimidium vi conſuetudinis lucrabitur, & ita arre-
ſto ſupremi Senatus Pariſien. definitum teſtatur Pa-
pon *lib.* 17. *tit.* 3. *arreſt.* 6. quod mirum eſt, nam ex negli-
gentia & culpa propria maritus ſi ſuperſtes ſit, lucra-
tur. Et hoc quidem ius Gallicum nedũ procedit quo-
ad medietatem mobilium in d. contractu matrimonij
datam, ſed etiam quoad aliam medietatem in contra-
ctu donationis & declarationis reſpectiuè de anno
1609. & 20. Febr. quia d. donatio fuit facta in augmen-
tum lucrorum dotalium & d. donationis in contractu
matrimonij contentæ, vt expreſsè aſſeritur in d. contra-
ctu de d. anno 1609. nam certum eſt, quod dos poteſt
augeri, etiam conſtante matrimonio, Surd. *de aliment.*
tit. 9. *quæſt.* 8. *num.* 11. Paril. *conſil.* 126. *n.* 1. *lib.* 1. idem Surd.
conſil. 393. *num.* 46. *lib.* 3. & quemadmodum dos poteſt 34
augeri, ita donatio propter nuptias augeri poteſt. vo-
lente marito Campeg. *de dote par.* 1. *q.* 61. Surd. *deciſ.*
214. *num.* 10. at verò tale augmentum imitatur naturam 35
eius cui accreſcit, & eius naturæ eſt cuius principale, &
de vtroque idem eſt iudicandum, Paril. *d. conſ.* 126. *n.* 8.

& continet omnes qualitates, quæ continentur in diſpoſitione augmentata, Pariſ. *d. conſil. 126. n. 9.* quemadmodum priuilegium conceſſum principali trahi debet ad eius augmentum & conceſſum in principali conceditur in augmento, & dicuntur vna & eadem res, ita vt non debeant diuerſo iure cenſeri, Pariſ. *d. conſil. 126. n. 10. n. 12. & 13.* Barboſ. *in tit. ſoluto matrim. in 3. par. rubr. n. 66 fol. mihi 63.* Confirmantur hæc, quia priuilegia dotis ſunt communicanda antefato. Grammat. *deciſ. 103. n. 23.* Roland. *de lucro dotis q. 100 n. 5. & ſeqq. & n. 25.* dos enim & antefatum reguntur eiſdem legib. Bertrand. *conſil. 278. n. 3. lib. 6.* Theſaur. *deciſ. 45. num. 2.* de Bargis *deciſ. Bononienſ. 108. num. 13 & 14. & ſeqq.* His adde, quòd cùm huiuſmodi donatio fuerit facta in augmentum, id eſt, acceſſorium ad primum contractum, ideóque idem de eo eſt iudicium *l. etiam* vbi Bart. & alij *Cod. de iur. dot.* Surd. *deciſ. 88. num. 10. & ſeqq.* maximè ſtantibus verbis generalibus d. donationis relatiuis ad d. contractum matrimonij.

Ad quintum quo dicitur, quod ſcilicet mulier, quæ in vim pacti lucratur medietatem mobilium, non teneatur ad debita hoc tamen caſu videri contrarium cùm in pacto conuentum fuerit, quod ante confectionem inuentarij & diuiſionem, dos, augmentum, & iocalia exſolui debeant, & ſic videri deducenda in primis de tota hæreditate, ſicque de bonis mobilibus, nec obſtare pactum ſubſequens quod ipſa cõſequatur d. medietatem francam & liberam, cùm illud pactum intelligi debeat de debitis præter dotem, augmentum & iocalia, & hoc ne pactum præcedens vanum ſit & illuſorium, reſpondetur illud pactum de dote, augmento & iocalibus ante confectionem inuentarij & diuiſionem ſoluẽdis appoſitum fuiſſe in gratiam & vtilitatem mulieris, vt patet ex ipſorum cõtextu, quo d. Petrus id promittit vxori ſuæ, dum illi cauet circa reſtitutionem aut
36 ſolutionem dictorum iurium: non debet igitur interpretari in damnum eiuſdem, *l. legata inutiliter ff. de leg. 1. l. legata inutiliter ff. de adimendis legatis,* Becc. *conſ. 111. n. 41.* quod fieret, ſi d. iura ex mobilibus ſoluerentur. Potius igitur dicendum eſt, hæredem, ſi velit hæreditate potiri, aliunde conquirere debere pecunias vnde d. iura ſoluat.

Itaque abſque dubio hoc caſu, quo pactum de medietate mobilium lucranda omnino vanum & illuſorium redderetur: conſumerentur enim & longè plura, nec ſufficerent omnia d. Petri mobilia pro dd. iurium ſolutione, idque longè magis ex eo quòd maxima iniquitas inſurgeret, quia ſi d. Petrus ſuperuixiſſet, integram dotem d. de Grateſmenit conſecutus fuiſſet ea vi pacti in d. contractu poſteà appoſiti, & tamen cùm ipſa ſuperuixerit, nihil ea vi pacti de lucrandis mobilibus conſequi poſſet, quæ clariora & certiora redduntur ex eo quòd pactum vt d. de Grateſmenit medietatem mobilium lucretur francam & liberam, clarum eſt: At verò non niſi coniectura & illatio quædam ducitur ex conuentione præcedenti, cuius nulla eſt habenda ratio contra expreſſum pactum, & expreſ-
37 ſa voluntas debet præferri coniecturæ *l. continuus §. cum ita ff. de verb. oblig.* & quæuis & potius nulla interpretatio facienda eſt, ex qua expreſsè & clarè con-
38 uentioni derogetur, præſertim quòd hoc pactum de lucranda medietate mobilium eſt poſterius quod prio-
39 ri derogat *l. pacta commiſſoria cum ſimilibus C. de pactis,* rurſus eſt ſpeciale, quod generali maximè præcedenti etiam derogat *l. vxorem §. codicillis ff. de leg. 3. l. in toto iure ff. de regul. iur.* nec obſtat quod dicitur quod de aliis debitis quàm de dictis iuribus, dictum pactum de lucranda medietate mobilium intelligendum eſt, ne primum ſit vanum & illuſorium, nam præterquam quod d. pactum de lucranda medietate eſt clarum & abſolutè eam francam & liberam debere eſſe conuentum eſt, ex quo propterea omnis alia interpretatio primæ conuentioni danda quàm quæ hoc pactum ſubſequens clarum & apertum euertet, retorquetur huiuſmodi ratio contra ipſum, redderetur enim d. pactum de medietate lucranda omnino inutile & illuſorium; tum quòd nulla alia ſunt debita dicti Petri, tum quòd ea ſola iura abſorbebunt omnia mobilia, nec ea ſufficient, vt iam dictum eſt, quod ne dicatur, ſtare debet pactum in ſua firmitate, & illa illatio & coniectura, ex priori conuentione ducta, reijcienda, ne pacta clara per imaginarias coniecturas eludantur, præſertim quòd in fauorem vxoris & non mariti dicta prior conuentio fuerit facta, vt iam dictum eſt.

Sed iam demus citra præiudicium veritatis mentem contrahentium fuiſſe, vt d. iura ex mobilibus ſoluerentur, non propterea in caſu in quo verſamur, ſolui deberent, ſed dicta mobilia franca & libera d. de Grateſmenit adiudicanda forent, & tamen vtrumque pactum in ſuo caſu verum erit, & in vtriuſque perſonæ caſu ſuum ſortietur effectum, nec vlla vel repugnantia vel contradictio aderit. Sic igitur ſtatuo, duos eſſe caſus, vnus eſt, ſi dictus Petrus præmoriatur ſine liberis, alter ſi cum liberis: priore caſu expreſsè prouiſum eſt, vt ſcilicet d. de Grateſmenit medietatem mobilium francam & liberam conſequeretur; ſecundo caſu nihil eſt expreſsè prouiſum: relictum igitur diſpoſitioni conſuetudinariæ, qua ſocietas inter virum & vxorem inducitur ex vi cuius medietatem mobilium cõſequi-
tur vxor, diuerſimodè tamen, nam quando lucratur ex 40
vi conſuetudinis, tenetur ad debita quæ ex mobilibus ſoluenda ſunt, quod ſi ſciantur & vigeant, ante diuiſionem ſoluenda: At ſi ex pacto ea lucretur, non tenetur ad debita & d. medietatem, ſiue etiam omnia mobilia, ſi de omnibus conuentum ſit, liberam à debitis conſequitur, Charond. *ſur conſtumes Pariſ. & de la communauté des biens, art. 224. fol. 161. verſ. iuncto & lib. 5 des reſponſes du droict François cap. 68.* & henri *aux arreſts de Papon. lib. 15 tit. 2. des communautés, arreſt 20.* Conformiter ad hæc conuentum eſt in d. contractu matrimonij, nam in primo pacto, quo caſus exiſtentium liberorum continetur, & in quo vi conſuetudinis mobilium lucrari debebat vxor, adiecerunt, vt ante omnem diuiſionem, dos, augmentum, & iocalia ſoluerentur, exprimentes id quod erat de natura d. conſuetudinis; alio verò caſu non exiſtentium liberorum pacto conuenerant, vt medietatem mobilium francam & liberam conſequeretur vxor, exprimentes etiam id quod erat de natura d. pacti, idque præſertim ne aliqua difficultas in d. caſu non exiſtentium liberorum orietur ex antecedenti conuentione, atque hanc interpretationem dictorum pactorum iuſtiſſimam & veriſſimam eſſe patet ex eo quod ſi in d. caſu non exiſtentium liberorum d. Petrus ſuperſtes fuiſſet, ex pactu conuento lucrabatur integram dotem vxoris ſuæ, eámque francam à debitis, cùm enim certa ſumma promittatur, ex cæteris bonis d. de Grateſmenit ſoluenda eſſent debita quæ poſtea contraxiſſet, ſi quæ haberet, adeo vt ſi nulla alia bona haberet, potius fruſtrarentur creditores, eo quod ſibi debebatur, quàm vt ex eis diminueretur pactum in fauorem mariti factum, quippè quod prius erat, ita quoque ſi vxor ſuperſtes ſit, medietas, quam lucratur, debet eſſe franca à debitis, vt donatio reciproca & mutua vniformiter & pari modo intelligatur, alioquin maxima iniquitas exurgeret, vt maritus quidem ſuum lucrum illibatum conſecuturus omninò eſſet, vxoris verò omninò eluſorium, vt hoc caſu eſſet, quinimò

ſi rem

ſi rem bene ponderemus, etiamſi vtrumque pactum à
debitis liberum deberet eſſe, ſemper tamen lucrum
mariti certius eſt vxoris lucro, iam maritus certò d. do-
tem lucraturus eſt: At poteſt accidere vt maritus nul-
lam, vel pauciſſima mobilia haberet, aut certè non tot
quanta eſt dos.

41 Ad ſextum & vltimum, quo dicitur huiuſmodi pe-
cuniam tanquam procedentem ex pretio bonorum
gentilitiorum non venire in communionem, prout
nec bona immobilia ex tali pecunia acquiſita etiam
conſtante matrimonio, ex notatis *en la conference des
couſtumes de France tit. 3. quels biens ſont meubles*, in
additionibus eiuſdem *art. 24.* vſque ad *art. 31. fol. 369.*
videri autem pretium proceſſiſſe ex dictis bonis a-
rentis tot alienationibus factis tam de bonis paternis
quàm patrui diſtractorum. Reſpondetur variis modis
ſeparando tamen pecunias à rebus mobilibus & cen-
ſibus acquiſitis, de quibus ſeparatim diſſerendum eſt,
ne aliqua confuſio oriatur.

Primò, quoad pecunias reſpond. nos non verſari in
terminis conſuetudinis, ſed pacti quod eſt maioris ef-
ficaciæ, quàm conſuetudo ſimplex, vt patet ex ſuperio-
ribus: nam in conſuetudine debita ſoluuntur ex mo-
bilibus, ſecùs in pacto, ideóque caſu quo per conſue-
tudinem pecunia huiuſmodi non haberet naturam
mobilium, quod tamen non eſt verum, non poteſt ab
ea duci argumentum ad pactum, cùm ſit argumentum
42 à maiori ad minus nagatiuè Euerardus in locis lega
li loco à maiori ad minus & bene, ſibi enim imputet
maritus, qui cùm ſciret mobilia ex pacto pro parte vel
in totum pertinere ad vxorem, propria bona diſtinxit
& pretium in pecunia reliquit; quinimò eo ipſo quòd
id fecit ſe velle vt vxor partem haberet, reipſa ſatis de-
43 monſtrauit. Quod coadiuuatur ex eo quod etiam in
terminis conſuetudinis res mobiles propriæ ex ſuc-
ceſſione patrui vel patris prouenientes & non acqui
ſitæ veniunt in communionem, Papon *lib. 19. tit. 2. ar
reſt. 16.* Charon. *in conſuetud. Pariſien. articul. 220.
fol. 57.*

Secundò reſpondetur, locum contrarium allega-
tum eſſe conſuetudinis Remenſis non Pariſien. author
enim illius libri eſt Guenoys qui proponit conſuetu-
dines Pariſienſes iuxta reformationem nouam inſe-
quendo titulos & articulos earumdem, & vnicuique
articulo annectit aliarum prouinciarum conſuetudi-
nes, eas inuicem conferendo, in quo conueniant vel
differant, & in quib. plùs vel minus adſit demonſtran-
do, & cùm *tit. 3. inſcripto, quels biens ſont meubles ou im-
meubles*, articulos conſuetudinis Pariſien. propoſuiſſet,
& vnicuiq; aliarum prouinciarum conſuetudines ad-
didiſſet, cùm pleraque reſtarent ex conſuetudinibus
Remenſibus, quæ dd. articulis Pariſienſibus conuenire
non poterant, ea per additiones ſubiunxit, fecitque ſi-
miles additiones titolis 1. & 2. præcedentibus nec non
4. & 5. & cæteris ſeqq. ſed quid hoc ad conſuetudines
Pariſienſes?

Tertiò reſpondetur, etiam in terminis conſuetudi-
nis Remenſis nihil probari quoad factum noſtrum:
nam articulus 28. in quo hac de re & non alio tracta-
tu, procedit, quando pecunia à patre in dotem fuit
data ad hoc vt in emptionem mobilium conuerteretur
tur & conuerſa fuit iuxta *art. 27.* tituli ſecundi appoſi-
tum ad *art. 93.* conſuetudinum Pariſ. vt ipſemet Gue-
noys *in d. art. 28.* ad marginem adnotat, quod quomo-
do intelligatur, mox dicetur. & quomodocumque ſit,
non verſamur in his terminis.

Quartò reſpondetur, ſemper in terminis *d. art. 28.*
illum procedere tantum quando immobilia ex d. pe-
cunia fuerunt empta: longè verò diuerſa eſt ratio, ſi
pecunia ex venditione bonorum propriorum reducta
manſerit pecunia, an verò in emptionem immobilium
conuerſa ſit, iam enim amplius res mobilis dici non
poteſt, & quod dicitur d. immobilia empta cenſeri
propria non acquiſita, quomodo procedat poſtea di-
cetur.

Quintò reſpondetur generaliter, dum quæritur, an
pecunia ex venditione immobilium reducta cenſea- 44
tur mobilis, vera & communis ſententia eſt mobilem
cenſeri, Carol. Caualcan. *reſpon. 28. num. 2. & 3. vol. 1.*
quem refert & ſequitur Brigul. eius filius *in tractat.
de vſufruct. verſ. & venerandus pater*, & ante eos *l. in
l. cætera §. ſed ſi pararerit num. 8. ff. de legatis 1.* quod 45
iure Gallico certiſſimum eſt, eam ſcilicet pecuniam
non cenſeri fungi vice bonorum venditorum, nec cen-
ſeri ex ſucceſſione patrui, Bacr. *dict. quæſt. 209. num. 4.
ante fin.* Papon. *lib. 17. tit. 4. arreſt. 2.* Charond. *in con-
ſuet. Pariſien. art. 94. fol. 147. & art. 95. fol. 149.* & dato
quod cenſeretur ex ſucceſſione patrui, mobilis tamen 46
eſt, quæ vndecumque procedat, comprehenditur in
pacto lucrandorum mobilium, Ioann. Gallus *quæſt.*
1. idque ſumma ratione; nam cùm res immobilis, éá-
que propria diſtracta fuerit, pecunia nudè redacta
non eſt eiuſdem naturæ, & eſt merè mobilis, præ-
ſertim nulla proteſtatione interueniente, nam etſi 47
fundus dotalis vendatur, pretiúmque maneat penes
maritum, datur annus ſicut & cæteris pecuniis, ad
id reſtituendum, nec ſtatim diſſoluto matrimonio te-
netur reſtituere, etſi fundum ipſum, ſi manſiſſet, ſta-
tim reſtituiſſet, *l. cum in ſecundo §. ſi fundus ff. de iure
dotium* Roman. *ſingularibus* 128. Barboſa poſt multos,
quos refert & ſequitur *in 1. par. l. 2. in princ. numer. 1.
in fin. ff. ſolut. matrim.* vno planè caſu pecunia non 48
venit in ſocietatem, quando ſcilicet pater vel mater
aut aſcendentes dant pecuniam in contractu matri-
monij, ad hoc & ſub qualitate vt conuertatur in em-
ptionem bonorum immobilium, qui caſus ſingula-
riter eſt conſtitutus in conſuetud. Pariſien. *artic. 93.*
vt apud eundem Guenoys *en la conference dict. titul. 3.
fol. 366. verſ. circa finem.* cui ſimilis eſt conſuetudo
Remenſis, idque ratione deſtinationis patriſfami-
lias donantis & fauore ac contemplatione matrimo-
nij, & ſi de eo ſcriptis conſtet, vt interpretatur Gue-
noys ad *dict. articul. 93.* & ſecundùm hanc exceptio-
nem intelligitur *artic. 28. conſuetud. Remenſis*, vt ſuprà
dictum fuit: extra verò hunc caſum regula eſt in con-
trarium, & etiam in eo caſu excluſa conſuetudine Pa-
riſien. contrarium ſupremi Senatus Pariſien. arreſtis
iudicatum fuit, Papon. *lib. 17. titul. 4. des meubles, ar-
reſt. 6.*

Poſtremò his omnibus ceſſantibus quæ non ceſ-
ſant, vno verbo reſpon. negari huiuſmodi pecuniam
eſſe profectam ex venditione bonorum fideicommiſ-
ſo ſubiectorum, vel ex ſucceſſione patrui prouento-
rum & ei qui dicit profectum, incumbit onus proban-
di, *l. qui accuſare C. de edendo l. actor C. de probationibus l.* 49
2. ff. eodem. imò eam aliunde quàm ex ſupradictis cau-
ſis conflatam, ex induſtria ſcilicet vel parſimonia d.
domini Petri, qui admodum parcus erat, & res ſuas
optimè & induſtrioſè gerebat.

Quoad verò immobilia per dictum Loze acquiſi-
ta non debent ſubſtitui in locum propriorum ven-
ditorum, prouenientium ſcilicet ex inſtitutione pa-
tris vel patrui, & ſic debent venire in diuiſio-
nem, & medietatem illarum lucrabitur dicta de Gra-
teſmenit, quia vt bona acquiſita ex pretio bono-
rum propriorum venditorum dicantur propria & 50
non acquiſita, duo copulatiuè requiruntur. V-
num, quod cùm vendit bona propria, proteſtetur

quòd vult pretium in aliud prædium connectere. Alterum, quòd, cùm aliud prædium emit, declaret ſe ex dicta pecunia id facere, & ea mente vt prædium ita acquiſitum ſit proprium. Idque quando ex vi pacti dimidium bonorum lucratur vxor ſuperſtes, io terminis docent Duret *en l'alliance des loix Romaines*, Chopin. *in conſuetud. Andegauen. lib. 3. tit. 2. num. 14.* Sibi enim imputet maritus quòd huiuſmodi proteſtationem & declarationem non fecerit.

ARGVMENTVM.

AN Communitas Nouarum poſſit paludes, de quibus agebatur, vendere ſine conſenſu Archiepiſcopi Aueniononſis domini temporalis dicti loci.

An dictæ paludes poſſint per dictum Archiepiſcopum in feudum, vel Emphyteuſim concedi non obſtante iure depaſcendi per Communitatem prætenſo.

SVMMARIVM.

1 *Paludes & terra herema & inculta ſpectant ad dominum territorij.*

2 *Dominus iuriſdictionalis regulariter non habet intentionem fundatam quoad vniuerſale dominium directum ſuper prædiis in ſuo feudo exiſtentibus.*

3 *Fallit tamen ſi in infeudatione vltra iuriſdictionem dominij, diſtrictus, aut ſimilium facta ſit mentio.*

4 *Verba, cum toto territorio diſtrictu, pertinentiis, & ſimilia, continent vniuerſitatem agrorum.*

5 *Ex generali conſuetudine Galliæ feudatarius ſimul & fundiarius eſt dominus paſcuorum, nemorum, & ſimilium.*

6 *Communitas non poteſt vendere vel ad culturam redigere paludes & heremà ſine conſenſu domini.*

7 *Dominus caſtri, ad quem ſpectant paludes & herema, poteſt ea in feudum vel Emphyteoſim dare.*

8 *Quando poſſeſſio in facto conſiſtit, factum ipſum debet probari in tempore competenti.*

9 *Ad præſcribendum ius depaſcendi aduerſus dominum caſtri, cuiuſcumque proprietarium, requiritur immemorabilis.*

10 *In præſcriptionibus non fit extenſio.*

11 *Præſcriptio eſt ſtricti iuris, & tantum præſcribitur quantum poſſidetur.*

12 *Obſeruantia ſequuta interpretatur contractus & contrahentium voluntatem demonſtrat.*

13 *Ex actibus, quæ fiunt ex gratia, nullum ius acquiritur.*

14 *Subditi tenentur ad onera, quæ cauſa publica vtilitatis imponuntur.*

15 *Licet impenſa cedat in vtilitatem vaſalli.*

16 *Subditi tenentur cuſtodire Caſtrum ſi adeſt neceſſitas.*

17 *Et de conſuetudine totius orbis domini ſunt immunes à dicta cuſtodia.*

18 *Non obſtante prætenſo iure depaſcendi dominus proprietarius heremorum poteſt illa ad culturam redigere.*

19 *Illud enim ius intelligitur rebus hic ſtantibus.*

20 *Et recollectis fructibus depaſcere licebit.*

CONSILIVM CIII.

DVo potiſſimum controuertuntur in ſupremo Senatu Aquenſi inter Conſules & Communitatem loci de Nouis in prouincia Prouinciæ, & Illuſtriſs. & Reuerend. Patrem dominum Stephanum Dulcis Archiepiſcopum Aueo. dominumque temporalem d. loci, vnum, an d. Communitas poſſit ſine conſenſu d. Illuſtriſs. domini paludes in territorio d. loci exiſtentes de quibus agitur, vendere, pretiumque inde prouenienſ in ſolutionem debitorum ſuorum conuertere. Alterum, an d. Illuſtriſs. dominus dd. paludes in feudum dare modo & forma contentis in contractu ſuper eo inito.

Quoad primum, certiſſimum videtur d. Communitatem dd. paludes diſtrahere non poſſe, cum poſito citra præiudicium veritatis d. Communitatem habere ius depaſcendi vel aliquod aliud ius circa fructus, certum tamen eſt proprietatem earundem ſpectare ad d. Illuſtriſs. dominum: nam cùm nedum habeat iuriſdictionem, medium mixtum imperium, ſed etiam dominium territorij, non eſt dubium, quin nemora, paludes & terræ heremæ & incultæ ad ipſum ſpectent, Socio. ſenior *in l. 1. num. 4. & ſeqq. ff. de acquir. poſſeſſ.* Ruin. *conſil. 6. num. 7. & ſeqq. lib. 1.* Curt. iuo. *conſ. 41. num. 9. lib. 1.* Melchior Palace *de maiorat. part. 4. quæſt. 20. num. 17.* Maſcard. *de probatio concluſ. 217 num. 16. & ſeqq.* d. verò Illuſtriſs. eſſe dominum territorij eſt notorium; & patet etiam ex infeudationibus per imperatores ipſius prædeceſſores factis, in quibus inueſtiuntur à ſupremo principe de medio mixto imperio & iuriſdictione cum territorio diſtrictu & pertinentiis vniuerſis, aut 2
cum ſimilibus dictionibus, etſi enim domini iuriſdictionales regulariter non habeant intentionem fundatam, quoad dominium directum vniuerſale ſuper prædiis exiſtentibus in eorum feudis, cùm qualibet res libera præſumatur, *l. altius C. de ſeruitutib. & aqua.* DD. *in l. bene à Zenone C. de quadriennii præſcript.* aliter 3
tamen ſentiendum eſt, ſi in infeudatione vltra iuriſdictionem territorij, dominij vel diſtrictus vel ſimilium, vt ſuprà facta ſit mentio, Socin. *in d. l. 1. num. 27. verſ. aliquando.* & ſecundo & ante eum Faber, *in l. cunctos populos C. de ſumma Trinit.* & hanc communem DD. ſententiam firmat Menoch. *de arbitr. iud. lib. 3 præſump. 100. num. 17.* vbi dicit difficile eſſe recedere in iudiciis ab opinione Socini, & latè probat Clapec. *de iuſt. cauſa. fiſcal. Curiæ Aquen. cauſa 15. quæſtione 1. ferè per totum,* & Ioann. Philipp. *in conſtitut. Curiæ generalium Montiſpeſſulani*, in conſtitutione edita per Regem Franciſcum anno 1543. & vltima Februarij fol. mihi 130. Vbi dicit, quòd ſi aliquis vel ex principis conceſſione, aut alio quouis titulo habeat iuriſdictionem cum territorio, aut aliud verbum æquipollens adſit denotans agrorum vniuerſitatem, quòd ea omnia, quæ ſunt intra dictum territorium, cenſentur de ipſo feudo & dominio directo, vt per Balduin. *in capit. vnico de controuerſia inter dominum & feudatarium de beneficio vel feudo, numer. tertio.* vbi dicit feudum conceſſum ſub nomine collectiuo plurium rerum & dictione ipſo iure ſignificante agrorum vniuerſitatem omnia cenſeri de feudo. 4

Pater

Patet autem illa verba *cum toto territorio, tenamento, diſtrictu, pertinentiis, appendiciis*, & alia de quibus in dictis infeudationibus, eſſe vniuerſalia denotantia agrorum vniuerſitatem, vt notat Alberic. *in l. pupillus §. territorium ff. de verborum ſignific.* Clape. *d. quæſt. 2. num. 7.* vbi communem refert & magis in indiuiduo, & in conceſſionibus nedum ab Imperatore, ſed ab ipſis Comitibus prouinciæ factis de locis intra prouinciam ſuis feudatariis cenſeri habere dominium directum vniuerſale, docet Stephan. Bertrand. in ſuis conſiliis. Sed in hoc non eſt inſiſtendum: neque enim id negant, imò fatentur Syndici d. loci, & clarè conſtat ex eo quòd quoties prædia in d. loco vel eius territorio venduntur, ſiue ea cenſualia ſint, ſiue libera, laudemium tamen d. domino ſoluitur, quódque molendina & furni ſint bannerata. Sequitur igitur, quòd, cùm ſit dominus territorij, dominium quoq; paludum ad d. dominum Archiepiſcopum ſpectare, non eſt, in-
5 quam, in hoc inſiſtendum, nec id negant dicti Syndici, quod ſi negarent, conuincerentur tam ex ratione iam dicta quàm ex generali conſuetudine Galliæ qua feudatarius ſimul & ſtandiarius præſumitur eſſe dominus omnium paſcuorum, nemorum & ſimilium, Ioan. Philippi *reſponſ. 50.* Papon *des droicts ſeigneuriaux*, quàm ex ipſamet conceſſione Friderici primi de anno 1187. in qua nominatim paludum in fauorem Epiſcopi Auen. fit mentio, cùm itaque proprietas dictarum paludum ſpectet ad d. dominum Archiepiſcopum, neceſſariò concluditur dd. Syndicus eas diſtrahere non poſſe, ſi quod enim ius habent eſt circa fructus & poſſeſſionem iuris depaſcendi, cùm & vulgare ſit proprietatem penes vnum, vſumfructum, vel vſum penes alium eſſe poſſe, vſufructuarium autem & vſuarium proprietatem diſtrahere non poſſe, quæ domino illi-
6 bata manet, vt in terminis dd. Syndicos Communitatis non poſſe vendere aut ad culturam redigere ſine conſenſu domini dd. paludes & herema, docet Papon. *lib. 3. tit. des droicts Seigneuriaux*, Philipp. *reſponſ. 40. num. 8. & ſeqq.*

Quoad ſecundum, videtur omnino concludendum
7 d. Illuſtriſs. dominum potuiſſe dd. paludes in feudum dare, dominus enim caſtri ad quem herema & paludes iure proprietatis ſpectant, poteſt cuilibet liberè ea in feudum vel in Emphyteuſin dare, Iaſ. *in l. rem quæ nobis num. 3. ff. de acquir. poſſ.* Ripa *tit. de interdicto reſponſo 18 num. 3. vo. 2.* & nouiſſimè Ioan. Philipp. *reſpon. 37. num. 39.* Et hoc quidem in ſe verum eſt, ſed amouendæ ſunt aliquæ obiectiones, quæ pro parte Communitatis opponuntur; prætendit enim ſe eſſe in poſſeſſione iuris depaſcendi in dd. paludibus in cuius præiudicium non poſſe d. Illuſtriſs. dominum dd. paludes ad culturam redigere, eáſque ad eum finem in feudum vel in Emphyteuſin dare, ſuámque poſſeſſionem exiſtimat probari ex variis deliberationibus conſilij, ſeu parlamenti d. Communitatis circa herbagia eorúmque vſum dictarum paludum. Secundò, ex variis venditionibus fructuum herbagiorum. Tertiò, ex ſolutionibus cottarum ratione herbagiorum impoſitarum. Quartò, ex ſententia commiſſarij per dominum Alanum Epiſcopum lata de anno 1440. Quintò, ex homagio tunc præſtito per Epiſcopum tunc exiſtentem de an. 1568. & 20. Februar. Poſtremò non ad probandam poſſeſſionem, ſed ad inducendam Curiam in ſui fauorem contendunt ſe varia debita contraxiſſe ratione expenſarum per ipſos factarum, quarum tertiam partem d. Illuſtriſs. dominum ſoluere debuiſſe contendunt. His vt ſatisfiat, duo inueſtiganda ſunt: vnum, an dd. Syndici legitimè d. ſuam poſſeſſionem probauerint; alterum, poſita citra præiudicium veritatis eos eam legitimè probaſſe, an ea non obſtante idem Illuſtr. dd. paludes ad culturam redigendas in feudum dare potuerit, præſertim relicta certa quantitate paludum, in qua d. Communitas animalia ſua paſcere poſſit.

Quoad primum, non videtur poſſeſſionem prætenſam legitimè probatam, nam Concilia ſeu Parlamenta d. Communitatis tenta de anno 1472. 26. Iunij. 1480. 12. Iunij. 1491. 12. Iunij 1517. 10. Auguſti 1519. 10. Iunij 1531. 28. Ianuarij & 26. Februarij 1532. 3. Iunij 1547. vltima Maij, & 1. Iunij & alia de annis 1472. 1490. 1514. 1517. 1519. 1521. 1523. 1544. & ſic per ſpatium 72. annorum vel circa, & ita nihil probant; ſunt enim geſta inter ipſos quæ Archiepiſcopis nocere non poſſunt, præſertim quod cùm illa prætenſa poſſeſſio in facto con- 8
ſiſtat, factum ipſum debet probari in tempore competenti, Bald. *conſil. 313. circa fin. verſ. qualiter autem Illuſtriſs.* Tuſchus *pract. concluſ. tom. 6. lit. P. concluſ. 579. num. 3.* deinde non probatur ex eo immemoria- 9
bilis, quæ tamen in iure depaſcendi acquirendo aduerſus dominum caſtri eundémque proprietarium paludum ac heremorum eſt neceſſaria, Pariſ. *conſil. 27. num. 87. lib. 1.* Cæpol. *tract. de ſeruitutib. ruſtic. præd. cap. 9. num. 24.* Onded. *conſult 79. num. 66 vol. 3. part. 5. de præſcript.* Cancer. *var. reſol. lib. 3. cap. 4 de ſeruit. num. 49. & ſeqq.* Extractus verò venditionum dictorum herbagiorum & paſcuorum numero 78. ab anno 1469. vſque ad ann. 1497. ex vna parte, & ex alia 17. ab anno 1514. vſque ad annum 1540. nihil faciunt ad caſum noſtrum. Sunt enim venditiones de paſcuis vltra Durentiam à parte Comitatus ſitis, à quibus ad paludes, de quibus agitur, inferri non poteſt, in præſcriptio- 10
nibus enim non fit extenſio. *l. 1. §. Iulianus ff. de itinere actúque priuato*, & quia præſcriptio eſt ſtricti iuris, ideo tantum præſcribitur quantum poſſidetur, Abbas *conſ. 101. n. 7. lib. 1* Roman. *conſ. 368. n. 7. & ſeqq.* vbi Apo- 11
ſtill. *in verb. quod non*, vbi dat concordantes plurimos, ideóque non fit extenſio de tempore ad tempus, Bald. *conſ. 433. num. 6* nec de re ad rem, nec de perſona ad perſonam, nec de loco ad locum, Roman. *d. conſil. 368. num. 8. & ſeqq.* Bald. *d. conſil. 433. num. 3. lib. 3.* Adde quod nec in paſcuis vltra Durentiam conſtitutis probatur poſſeſſio immemorabilis vendendi d. herbagia, eæ enim omnes ſpacio 70. vel circa annorum factæ fuerunt, & intra eadem tempora quibus d. conſilia exceptis duobus vel tribus annis, ſolutiones verò cottarum ratione herbagiorum vel paſcuorum factæ, eæ nihil nocent, ſunt enim admodum modernæ ab anno ſcilicet 1605. quæ propterea non ſunt in conſideratione, tum quòd non adeſt tempus à iure requiſitum, tum quòd eæ dederunt cauſam & infeudationi per d. dominum factæ & controuerſiæ inde ſequutæ, cùm ſcilicet d. Archiepiſcopus eo modo impedire voluerit, vt potuit, ne hoc ius ſibi non competens, arrogarent, Alexand. *conſ. 76. col. fin. verſ. non obſtat lib. 2. & conſil. 91. colum. penultim. lib. 5.*

Sententia quoq; de an. 1440 in poſſeſſorio lata non nocet, nam ſi bene ponderentur articuli, & d. ſententia inde ſequuta ius paſcendi quod prætendebat dicta Communitas, erat ſolùm in paſcuis circa Durentiam exiſtentibus, non autem in locis & paludib. admodum ab ea diſtantibus, de quibus agitur, & cùm in dictis articulis in primo ſcilicet nominatim ponatur per Communitatem, quod vnus Epiſcopus habebat in defenſo & proprium quoddam nemus vocatum de Bournisſe, & aliud confrontatum cum territorio Caſtri-Reynardi, ac etiam quamdam Robinam nouam, eáque omnia dicantur eſſe in territorio Nouarum, neceſſario dicendum eſt, dictas paludes eſſe ea nemora & herema & Robinam, quæ erant Epiſcopi;

Digitized by Google

cùm non conſtet de aliis nemoribus & locis incultis, quæ ſunt propria eiuſdem Epiſcopi non Archiepiſcopi, & quoad ius vendendi herbagia vſus & obſeruantia ſecuta ex dictis venditionibus herbagiorum ſuprà deſignatis ſatis oſtendit ſolum illud competiiſſe
12 in paſcuis citra Durentiam à parte Auenionis & Comitatus ſitis; obſeruantia enim ſequuta contractus & conuentiones interpretatur & voluntatem contrahentium demonſtrat, Crauet. *conſil. 1. pro genero.* Menocb. *conſil. 390. num. 16.* & ſecundum eam contractus intelligi & in futurum obſeruari debet, omnes enim huiuſmodi venditiones & locationes reſtringuntur ad dicta paſcua citra Durentiam exiſtentia. Denique huiuſmodi ſententia ſucceſſoribus nocere non potuit.

Reliquis duabus obiectionibus, quia aliò tendunt, quàm ad probandam d. poſſeſſionem, mox ſatisfaciemus, ſi prius dixerimus ex ſuperioribus videri quoad paludes nullam poſſeſſionem legitimè videri probatam, quoad verò cætera paſcua, ſi aliqua probata ſit eam ſolum eſſe circa ius depaſcendi, ſed quoad ius vendendi herbagia ſolum quoad paſcua, quæ erant citra Durentiam à parte Auenionis & Comitatus, ita vt nullum ius dictæ Communitati competat, quo minus dict. infeudatio paludum ſortiri debeat effectum ſuum.

Quæ coadiuuantur, quia prætetquam quod d. defectus legitimæ probationis adeſt, prætenſa poſſeſſio ſi quæ ſit, non fuit continua & pacifica, ſed interrupta, & quoties Epiſcopo placuit, impedita, Epiſcopúmque de dd. paſcuis quoties ſibi placuit feciſſe, quod voluit, ita quod exiſtimandum ſit, ſi quandoque dicta Communitas eo iure vſa eſt, id fuiſſe ex voluntate Epiſcoporum, & illis permittentibus, & iure familiaritatis, & ex gratia, & ciuilitate & vrbanitate eorumdem, ex quo ſequitur nullam præſcriptionem, aut ius ne-
13 ceſſarium acquiſitum eſſe Communitati, Cabalin. *milleloquio 597.* Rebuff. *in conſtit. regias. tract. de remedijs poſſeſſorijs num. 177.* Natta *conſil. 106. & ſeqq.* & Epiſcopos reipſa ſibi ſemper reſeruaſſe meram facultatem de d. paſcuis diſponendi, quo caſu etiam nulla contra ipſos potuit currere præſcriptio, Oſaſc. *deciſ. 115. num. 7.* Rota Genuen. *deciſ. 20. n. 13.* dictos verò Epiſcopos de dd. paſcuis quod voluerunt feciſſe probatur: primò ex 60. vel circa nouis accapitis, & nouis in Emphyteuſim dationibus factis diuerſis habitatorib. Nouarum de dictis paludibus, aut parte ipſarum dicta *les ſogades & prats nuds*, vt ad culturam redigerentur, & inde prata fierent. Secundo ex diuerſis aliis actis & nouis accapitis diuerſis habitatoribus factis de terris heremis & vacantibus tam in inſulis quàm aliis partibus territorij Nouarum ſeparatis à dd. paludibus pluribus & diuerſis temporibus per Epiſcopos, vel eorum Clauarios factis. Tertio ex tranſactione inter d. Communitatem & procuratorem Epiſcopi initam de an. 1522. & 3. Februarij, per quam d. Communitas accipit ad nouum accapitum quaſdam terras heremas appellatas *les baiſſes*, quas d. Epiſcopus antè dederat ad nouum accapitum cuidam habitatori nominato *Roulet*, & quæ Communitas ſe obligat ad reducendum d. terras ad culturam intra certum tempus, & de ſoluendo laudemio de nouennio in nouennium, nec obſtat clauſula poſita *ſine præiudicio tamen iurium*, etiam non propterea minùs Communitas ſe obliget ad d. laudemij ſolutionem, & illa verba intelligi poſſint de iure depaſcendi, quod Communitas prætendebat, quamdiu prædia non erant ad culturam redacta. Quarto ex inuentario documentorum Communitatis caſu, quo id producatur, quo apparet initam eſſe tranſactionem ibi deſignatam inter Epiſcopum Auen. & Communitatem, qua nominatim cautum eſt licere d. Epiſcopo d. herema & palodes ad culturam redigere, & ad hunc finem in feudum vel in Emphyteuſim dare, ex qua d. ſyndici ſunt in mala fide, qui cùm penes ſe habeant d. documentum, ex quo ſolo tota hæc controuerſia finiretur, id tamen occultant, ideóque preces ampliſſimo Senatui porrigendæ ſunt, vt pro ſumma, qua ſolet vti æquitate, cogat d. ſyndicos ad exhibitionem d. tranſactionis, vt ſecundùm veritatem res hæc terminetur, & vtcumque ſit, ſola deſcriptio & narratio d. tranſactionis maximam vim habere debet ad docendum ius d. domini Epiſcopi. Ex quibus cùm poſſeſſio per dictam Communitatem fuerit admodum interrupta, nec continua fuerit, & pro poſſeſſione & iure d. Epiſcopi tot concurrant, præſertim quod clarum ſit proprietatem dictarum paludum ſpectare ad d. Archiepiſcopum, ſequitur non obſtantibus ex aduerſo allegatis dd. paludes in feudum dare potuiſſe, vt ad culturam redigantur.

Quoad verò duo alia, quę opponuntur, vnum ex d. homagio de an. 1368. & 20. Februarij ex quo d. Communitas prætendit præſumptiuè probare Baſtidam de Borniſat, non eſſe de territorio Nouarum, & ſic animalia eiuſdem Baſtidæ non poſſe depaſcere in dictis paludibus: reſpondetur huiuſmodi præſumptionem ex d. homagio non poſſe dici, neque ex eo quod aliqua bona in territorio Ayrague d. Epiſcopi habuerint, ſequitur Baſtidam de Borniſat non eſſe in territorio Nouarum. Sed huiuſmodi præſumptio omnino tollitur ex propriis documentis quæ d. Communitas in hac cauſa produxit, quæ propterea contra ipſos plenam fidem faciunt, nimirum ex d. ſententia de an. 1440. in articulis enim pro parte Communitatis datis pro d. ſententia obtinenda, & in primo eorumdem ponunt & articulant d. Baſtidam de Borniſat cum eius nemore eſſe ſitam in territorio Nouarum, ita vt neceſſariò id nunc fateri debeant, & non contra veritatem & propriam conſcientiam negare.

Cùm verò ſub prætextu æquitatis conantur mouere ampliſſimum & integerrimum Senatum, vt ſibi permittatur d. paludes vendere pro ſolutione ſuorum debitorum, quæ aſſerunt pro magna parte contraxiſſe pro cuſtodia Caſtri ad quas d. Archiepiſcopum pro tertia parte teneri debere decretum fuiſſe contendunt: Reſpondetur primò, ſi quod huiuſmodi decretum eſt, illud abſente Archiepiſcopo & eius officialibus fuiſſe factum cuius reuocationem d. dominus obtineret, cùm ſit contra expreſſam iuris diſpoſitionem: cuſtodia enim d. Caſtri tempore tumultuum Gallicorum extraordinaria, iuſſu Principis aut gubernatoris prouinciæ facta fuit, quo caſu certum eſt expenſas pro huiuſmodi cuſtodia non à domino, ſed à ſubditis ſolui debere: quoties enim Princeps vel eius locum tenens ex cauſa publicæ vtilitatis iubet cuſtodiri caſtrum, & ponit cuſtodes, vel caſtrum ab eo capitur vel reficitur, dominus caſtri non tenetur ad expenſas, & caſtrum debet obtinere ſine ſolutione expenſarum, quia ſub- 14
diti & incolæ tenentur ſubire onera, quæ gratia publicæ vtilitatis imponuntur, Guid. Pap. *deciſ. 631. num. 34.* Surd. *conſil. 289. n. 8. lib. 2.* & dominus non tenetur ad illas contribuere, Bald. *l. ſi in aliqua ff. de offic. proconſulis. & leg.* Cremenſ. *ſing. 26.* Roland. *conſil. 69. num. 34. lib. 2.* Natt. *conſil. 554. n. 20. & 23.* Surd. *eo conſil. 289. n. 19.*
Nec refert, quod impenſa cedat in vtilitatem Vaſalli, 15
quia Princeps facit illam principaliter ad ſuam vtilitatem, licet ſecundario cedat in vtilitatem vaſalli, & debet inſpici id quod principaliter agitur, ita in terminis Iacob. à S. Georg. *de feud. verb. de Caſtro num. 14.*

Natta

16 Natta *conſil.454. num.20 & 21.* Et quando ſubeſt neceſſitas cuſtodiendi caſtrum, tunc ſubditi tenentur ad illius cuſtodiam, quia ſicut ſunt adſtricti defendere perſonam domini, ita illius bona, Iacob. de S. Georg. *de homagiis num.43. verſ. dicebam tamen.* facit Boer. *deciſ.*
17 *212. num.5. & ſeqq.* denique de conſuetudine totius orbis domini ſunt immunes à d. cuſtodia, Pacia. *conſ.101. num.30.* & de conſuetudine huius patriæ atteſtatur Ripa *de peſte n.434.*

Secundo reſpondetur, non eſſe verum Communitatem aliqua debita ratione d. cuſtodiæ contraxiſſe, etſi enim quictiunciæ adſint, eæ tantùm fiebant in gratiam gubernatoris, vt poſteà dictis ſummis ſe præualere poſſet, & ſuper hoc formatus eſt proceſſus, qui pendet indeciſus, ex quo ita apparet manifeſtè.

Tertio reſpondetur debuiſſe Communitatem, ſi aliquod ius haberet, agere contra Archiepiſcopos qui tunc erant: ſibi enim imputare debet, ſi per ſpacium tot annorum ea non petierit, vt iam contra Illuſtriſs. Dominum nunc exiſtentem, de cuius tempore non fuit facta cuſtodia, ſicut nec de tempore prædeceſſoris experiri non poſsit.

Sed iam venio ad vlt. caput, & præſuppoſito citra præiudicium veritatis d. Communitatem legitimè & per tempus à iure requiſitum ſuam poſſeſſionem probaſſe, quæritur, an eo non obſtante d. Illuſtriſſimus dominus potuerit d. paludes, ad fines eas ad culturam redigendi in feudum dare? Et exiſtimo in fauorem illius reſpondendum eſſe; quia d. Communitas non fundat, nec aliàs fundauit ius paſcendi quod prætendit, niſi in poſſeſſione immemorabili, in qua dicit ſe fuiſſe & eſſe, quemadmodum conſtat ex articulis datis pro dicta ſententia de anno 1440. obtinenda, & nunc etiam in hac inſtantia eandem viam tenent.

At verò certum eſt in iure, quod quando Communitas acquiſiuit ius paſcendi per immemorabilem poſſeſſionem, quòd eo non obſtante d. herema & terræ in quibus prætendit ius paſcendi, poſſunt ad culturam redigi per eum ad quem proprietas dictorum heremorum ſpectat, & ſic in hoc caſu per eundem Illuſtriſs. dominum, ad quem proprietatem & dominium dictarum paludum ſpectare ſuprà demonſtratum fuit, potuerunt d. paludes in feudum dari, vt ad culturam redigerentur: hoc verò eſſe certum in iure probant in 18
terminis Burſat. *conſ.251. num 13. lib.2.* Onded. *conſ.84. n. 20. lib.2 p.ſt.5.* Crauetta *conſil.292. num.4.* illud verò ius ita acquiſitum debet intelligi rebus ſic ſtantibus. *gloſ.* 19
fin. in cap. ne quis arbitretur 22 quæſt.2. Crauetta *d. loco* Oſaſc. *deciſ.91. num.2.* Beninten. *deciſ.6.*

Idque optima ratione; nam & domino & ſubditis eo modo conſulitur, domino quidem quia decimam ex d. prædiis ad culturam redactis percipiet, & laudemia in caſu alienationis, ſubditis verò, quia eorum taleæ & impoſitiones erunt minores, cùm poſſeſſores dictarum paludum contribuent, tanto enim minus ratione cæterorum prædiorum ſoluetur, nec iure paſcendi omnino priuabuntur, quia vnoquoque anno collectis fructibus poſſunt depaſcere in prædiis, Mar- 20
cus *deciſ.223. n.6. pag.1.* quod præſertim hoc caſu procedit, quo certa quantitas dictarum paludum pro iure depaſcendi reſeruatur, &, vt audio, adeſt arreſtum ſupremi Conſilij Regij magni, quo, non obſtante huiuſmodi iure depaſcendi, permittitur domino prædicta herema ad culturam reducere, relicta certa quantitate pro eo iure.

Ex quibus omnibus concludo, in fauorem d. Illuſtriſſimi domini, vt ſuprà pronunciandum, ſaluo ſemper meliori iudicio.

ARGVMENTVM.

De eadem re.

SVMMARIVM.

1 *Non obſtante poſſeſſione depaſcendi Communitati competenti Dominus poteſt paſcua ad culturam redigere.*
2 *Quando vna diſpoſitio refertur ad aliam, intelligitur ſecundum illam ad quam refertur.*
3 *Habens ſeruitutem paſcuorum nec vendere, nec ſeruitutem imponere poteſt.*

CONSILIVM CIV.

QVæ aliàs in fauorem Illuſtriſſimi Archiepiſcopi Auen. circa paludes in territorio loci de Nouis ſitas ad culturam redigendas in Emphyteuſim per ipſum datas ſcripſi, manent firma, non obſtantibus iis, quæ in contrarium, etſi doctiſſimè & accuratiſſimè deducta fuerunt; nam ex eo quod Communitas vſum dictarum paludum habeat ſemper, non ſequitur proprietatem ad ipſam ſpectare, cùm ille vſus à proprietate toto cælo diſtet, & inutiliter quæſierunt DD. an non obſtante huiuſmodi vſu paſcuorum ad aliquam Communitatem ab immemorabili tempore ſpectan-
1 te dominus poſſit d. paſcua ad culturam redigere, qui concludunt poſſe, præſertim relicta aliqua portione, & in terminis docent Crauet. *conſil.292. num.4.* Onded. *conſil.84. num.19. lib.2.* Burſat. *conſil.251. num.13. lib.2.* & faſè docui in meis prioribus ſcriptis: cæterùm abeſt, vt Communitas, quæ huiuſmodi vſum habere poſſit d. paſcua ad culturam redigere, quòd DD. nunquam in controuerſiam deduxerunt.

Nec obſtat, quòd ex Caſtrenſ. *conſil.376. lib.1.* proponitur, quod, quando iudex alicui Communitati vſum paſcuorum per ſententiam in perpetuum adiudicauit, cenſeatur ex eo proprietatem quoque adiudicaſſe; hoc enim ita Caſtrenſ. reſpondet ex rationibus ſingulariter in ſuo caſu militantibus, quæ in hoc caſu vel ceſſant, vel retorquentur: fundatur enim Caſtrenſis, in eo quòd Communitas in libello & articulis aſſerebat, & contendebat proprietatem ad ſe ſpectare, non mirum ſi ſententia debeat intelligi ſecundum libellum, vt ipſe ait; quæ ratio retorquetur contra dictam Communitatem de Nouis. Nam in articulis & libello, ſuper quo fuit lata prætenſa ſententia de anno 1441. clarè Communitas fatetur proprietatem dictorum paſcuorum ſpectare ad Reuerend. Archiepiſcopos, & tantùm prætendit ſe eſſe in vſu, & poſſeſſione illis vtendi. Verba igitur ſententiæ de vſu ſolo & non de proprietate intelligenda ſunt. Mouetur ſecundò Caſtrenſ. quod in ſententia, ſuper qua conſulit, dicitur pertinere ad eos vſus, prout in aliis pratis & paſcuis dicti Caſtri, ſed alia prata & paſcua pertinebant ad dictam vniuerſitatem quoad proprietatem, vt præſupponit Caſtrenſ. ergo & illa, de quib. in ſententia, quia quando vna diſpoſitio refertur ad aliā intelli-

2 gitur & declaratur ſecundùm illam, ad quam refertur. *l. 2. in fin. verſ. aliter atque & l. ex toto ff. de hered. inſtituen. l. ſi quis fundum ff. de contrah. & emp.* & quidquid eſt in illa, ad quam refertur, cenſetur in ipſa repetitum *l. ſi quis prior ff. ad Trebell. l. ſi ita ſcripſero ff. de condit. demonſtrat.* ſed nihil eſt huiuſmodi in ſententia, de qua agitur: ergo ceſſat motiuum Caſtrenſ. ſicut etiam ceſſat tertium motiuum, cùm in ſententia noſtra non dicatur, ſicut in illa Caſtrenſ. omne obedimentum in dictis paſcuis ſpectare ad d. vniuerſitatem; quæ verba ſapiunt quod habeat in eis plenum ius & plenum ſeruitium, vt poſſit facere de illis quidquid elit. Ceſſat etiam quartum motiuum Caſtrenſ. cùm in hac ſententia non dicatur, quod alius ſibi non poſſit appropriare, ſicut erat in caſu Caſtrenſ. ex quo videtur quòd ad alios non pertineat proprietas. Ceſſat etiam poſtremum motiuum: neque enim in hac ſententia dicitur, quòd hic vſus in perpetuum ſpectet ad Communitatem de Nouis, vt in ſuo caſu dicebatur, ſed ſimpliciter dicitur dictam Communitatem eſſe in poſſeſſione ſeu quaſi dictis paſcuis vtendi.

Sed etſi diceretur, vt in ſententia, de qua Caſtrenſ. conſulit, non poſſe inde inferri proprietatem ſpectare ad d. Communitatem, neque enim ea ſola coniectura motus eſt Caſtrenſ. ſed omnibus ſuprà dictis ſimul iunctis, præſertim prima ex contentis in articulis & libello deſumptis. At in hoc caſu noſtro totum contrarium ponitur in dictis articulis, vt omnino aſſerendum ſit d. ſententiam de proprietate non eſſe intelligendam, & planè numquam proprietatem d. Communitas prætendit, ſed ſolum vſum.

Non obſtat etiam quod ex Vincent. de Franchis *deciſ. 197.* deducitur: nam in ea clarè proprietas paſcuorum ſpectabat ad Communitatem, quæ cùm vellet ad culturam redigere, dominus loci volebat impedire, non tanquam dominus dictorum paſcuorum, ſeu quòd proprietas eorum ad ipſum ſpectaret, fatebatur enim eam ad communitatem pertinere, ſed id faciebat tanquam vnus ex incolis & primus incola, quo contradicente contendebat cæteros ciues non poſſe ſtatuere, vt dicta paſcua ad culturam redigerentur, quo etiam in caſu Senatus Neapolitanus, non niſi per prouiſionem & citra præiudicium iuris partium decreuit, vt d. paſcua ad culturam redigerentur. At in caſu noſtro Reuerend. Archiepiſcopus non tanquam incola, ſed tanquam dominus, & ad quem proprietas dictorum paſcuorum ſpectat, impedit, quominùs d. Communitas d. paſcua detrahere poſſit.

Non obſtat poſtremò, quod dicitur huiuſmodi venditionem per Communitatem, vt prætenditur, faciendam eſſe in vtilitatem d. Archiepiſcopi, nam præſuppoſito & non conceſſo, vt ponitur, hoc verum eſſe, non ſequitur propterea d. de Nouis licitum eſſe paſcua vendere, cùm non proprietas, ſed tantùm vſus & ſeruitus quædam ad ipſos ſpectet: certum autem ſit in iure, qui huiuſmodi ſeruitutem vſus paſcuorum habet, neque rem vendere, vel ſeruitutem imponere, neque ædificare poſſe; *l. æquiſſimum §. idem Nerua ff. de vſufruct.* deinde reſponderetur huiuſmodi venditionem ceſſuram in damnum dicti Archiepiſcopi qui maiorem vtilitatem ex in Emphyteuſim datione, quam fecit, habiturus eſt, præſertim quòd intra certum & determinatum tempus ij quibus in Emphyteuſim dictas paludes conceſſit, tenentur eas exſiccare & in culturam redigere cum ſolutione nedum decimæ fructuum, ſed etiam annui cenſus & aliis pactis, de quibus in inſtrumento dictæ in emphyteuſim dationis; quòd ſi Communitas & Syndici ſibi conſolere voluiſſent, vt partem debitorum ſuorum exſoluerent, ſine præiudicio & damno Reuerend. Archiepiſcopi vt tenebatur, debebant eidem Reuerend. domino eandem conditionem, ſub qua d. in Emphyteuſim datio facta eſt, offerre, quos idem Reuerend. dominus abſque dubio cæteris prætuliſſet, quod cùm non fecerint, nec faciant, ab eorum prætenſionibus remouendi ſunt, cùm non debeant cum damno d. Reuerend. Archiepiſcopi rebus ſuis conſulere. & res ad ſe non pertinentes diſtrahere, & facultatem id faciendi, vero domino auferre contra *l. in re mandata cum ſimilib. C. mandat.*

His omnibus addenda eſt declaratio, ſeu ſententia ad inſtantiam Syndicorum ſeu Conſulum d. Communitatis de Nouis anno 1488. per dominum Albertum Vicarium Auenionis facta, & lata, & cuius in meis prioribus ſcriptis nullam mentionem feci, quod tunc nondum ea mihi exhibita fuiſſet quæ deciſionem huius litis in fauorem dicti domini Archiepiſcopi clariſſimam reddit; per eam enim apertè conſtat d. vſum paſcuorum ad Communitatem pertinentem, & prohibitionem dandi ad nouum accapitum terras heremas & incultas tantùm habere locum in duobus locis territorij, ſcilicet *aux con ins & das Baiſſes*, quæ propterea certis limitibus erant terminanda per expertes in d. ſententia nominatos, & quoad paludes, de quibus agitur, d. Communitatem habere quidem vſum illarum, ſed cum reſeruatione expreſſa, quòd ſi dictæ paludes poſſent redigi ad culturam, & in terras arabiles aptæ & fertiles ad puttanda blada, præfatus dominus vicarius declarauit ſtatuitque & ordinauit (verba ſunt dictæ ſententiæ) quod eo caſu & non aliàs Clauarius d. loci Nouarum, pro tempore exiſtens poſſit & valeat paludes ipſas hîc deſiccatas ad terras in culturam redigendas & pro bladis fundendis & ſeminandis ſolum & duntaxat ad nouum accapitum dare & concedere. In quo caſu nunc verſamur: ex quibus ſequitur clarè dictos Syndicos & Communitatem à ſuis prætenſionibus repellendos eſſe, & dictam in Emphyteuſim dationem per eundem Reuerend. dominum factam ſuum debere ſortiri effectum.

ARGVMENTVM.

AN locus contractus vel domicilij attendendus ſit, quando agitur de interpretando pacto & voluntate contrahentium.

SVMMARIVM.

1 *Locus contractus inſpiciendus eſt, quando agitur de interpretatione verborũ, vel voluntatis contrahentium.*

2 *Si in loco contractus adeſt ſtatutum de ſoluenda gabella, & in loco deſtinatæ ſolutionis non, illa ſolui debet in loco contractus.*

3 *In reſtitutione ex contractu inſpicitur locus cõtractus.*

4 *In deciſoriis locus contractus inſpiciendus eſt.*

5 *Menſura quæ viget in loco contractus, & non vbi res ſitæ ſunt, inſpicienda eſt.*

6 *In executione contractus ſemper inſpicitur locus in quo celebratus eſt.*

7 *Hypothecaria non datur fideicommiſſario contra bona hæredis pro bonis per ipſum alienatis.*

8 *Etſi bona hæredis acquiſita fuiſſent ex rebus hæreditariis.*

CONSI-

CONSILIVM CV.

RESOLVTIO Argentrei in cõſuetudines Britannicas *titul. 20. des baſtards art. 447. gloſ. 3. n. 3. & 14.* nihil facit ad rem: ea enim in aliis & longè diuerſis terminis procedit; cùm enim d. articulo cautum eſſet dominum iuriſdictionalem ſuccedere debere filio naturali ſeu *baſtard*, qui domicilium in loco, cuius eſt dominus, habet, hoc procedere dicitur quoad omnia mobilia etiam extra territorium domini exiſtentia, cuius rei rationem reddit Argentreus, quia mobilia perſonam ſequuntur, & ſic domicilium eſt inſpiciendum: inde illam concluſionem generalem facit, vt ſi agatur de partiẽdis bonis communibus inter virum & vxorem vel hæredes mobilium & immobilium, aut in donationibus & contractibus domicilium diſpõnentis ſequendum. Quæ quidem concluſio ſecundùm ſubiectam materiam, de qua agit, & iuxta terminos, in quibus Doctores, quos allegat, loquuntur, intelligenda eſt. Alexand. enim *conſ. 19. lib. 6.* loquitur de teſtamẽto filij, qui matrem præterijt, quæ per ſtatutum loci, vbi domicilium habebat teſtator, & teſtamentum conditum fuerit, ab inteſtato ſuccedere non poterat, quæ propterea quoad mobilia extra territorium ſtatuentiũ exiſtentia non ſuccedit, ſecus quoad immobilia, quod illa perſonam reſpiciant, vt ibi explicat *n. 9.* Idem Alexand. *conſ. 31. n. 9. lib. 1.* loquitur in terminis ſtatuti, quò proximiores ex parte patris debent habere bona immobilia, ex parte verò matris mobilia & vnumquemque pro rata ad debita teneri contendit, ſed an mobilia vbicũque exiſtentia ad proximiores maternos pertinere debeant, non decernit, pertinere tamen exiſtimo ex d. ratione & reſolutione Argentrei, idem Alex. *conſ. 141. ad fin. d. lib. 1.* nihil facit ad rem. Bald. *in l. ſindicatores C. de commerciis n. 1.* confiſcatis bonis alicuius, dominum loci, vbi reus domicilium habebat, mobilia vbicumque exiſtentia habiturum aſſerit, cuius tamen contrarium videtur tenere Socin. *conſ. 103. circa princip. verſ. nihilominus*, qui propterea non ſatis appoſitè ad ſententiæ confirmationem allegatur ab Argen. Maſuer. verò *tit. de ſucceſſ. & vltim. voluntat. n. 20.* morientibus hominibus cõditionatis, & de manu mortua dominũ ſuccedere, quoad mobilia etiam extra territoriũ ſuum exiſtentia per eandem rationem, quòd perſonam ſequantur, & eodem planè modo, quo in d. cta conſuetudine Britannica circa *Baſtards* ſtatuitur, & hæc quidem in ſupradictis terminis procedunt: at non verſamur in longè diuerſis terminis, ſolum enim quærimus quod cùm per pactum matrimoniale d. de Grateſmenit mobilia lucrari debeat circa interpretationem verborum d. pacti, cuius loci conſuetudo inſpicienda ſit, contractus ſcilicet matrimonij, an domicilij viri, & ea
1 eſt certa ac indubitata doctorum ſententia, locum cõtractus inſpiciendum eſſe, ſi de interpretatione verborum contrahentium agitur, *l. ſi fundus*, & ibi Bartol. & Bald. *ff. de euictionibus*, Guid. Pap. *q. 232.* Afflict. *dec. 226.*
2 *n. 4.* & alij in primo conſilio allegati, ideóque ſi in loco contractus adeſt ſtatutum de gabella ſoluenda, & in loco deſtinatæ ſolutionis, non illa ſolui debet in loco contractus. Bald. *in l. 1. q. 4. C. de contrahenda emptio.* Deci. *in c. 1. in prima lectura n. 26. verſ. prædicta concluſione de iudiciis*, vbi hanc communem & receptam doctorũ
3 ſententiam teſtatur, & cùm quæritur, an ex contractu geſto comparat reſtitutio in integrum, locus contractus non domicilij vel deſtinatæ ſolutionis inſpicitur, Socin. *in c. dilecti filij col. fin. de foro competente*, & generaliter Bart. & alij maximè Purpur. *n. 103. & ſeqq. in l. cunctos populos C. de ſumma trinit.* in iis quæ cauſæ deciſio- 4
nem reſpiciunt, locum contractus inſpiciendum eſſe, non autem deſtinatæ ſolutionis vel alterius. quam ſententiam communem aſſerunt Iaſ. *conſ. 133. nu. 16. lib. 4.* &
Marſil. *in l. fin. n. 61. ff. de iuriſdict.* omnium iudicum, & 5
menſura, quæ viget in loco contractus, & non vbi res ſitæ ſunt, inſpicitur, Bart. *in l. ſemper in ſtipulationibus ff. de reg. iuris*, Angel. *in authen. de collat. inſi. in verſ. ibi loco*, Patrie. Papien. in forma libelli vendit. *in verb. per inſtrum entum*, Afflict. *dec. 363. n. 5.* Ex quibus ſequitur hæc verba, *la moitié de tous & chacuns les biens des meubles, acquets & conquets immeubles qui ſeront faits & appartiendront audit futeur eſpoux pendant & conſtant leur mariage*, intelligenda eſſe ſecundùm conſuetudinem Pariſiis vigentem, præſertim cùm cõcepta ſint eodem planè modo, quo in conſuetudine, vt ſcilicet verba, *faits pendant & durant le mariage*, referãtur ad immobilia acquiſita, non autem ad mobilia, quæ ex vi dictæ conſuetudinis, etſi ea maritus ante matrimonium habuerit, veniunt in diuiſionem, idque præſertim aſſerendum eſt, quòd dicta de Grateſmenit Galla, & in patria conſuetudinaria originem, in Galliáque domicilium habens, ignara erat conſuetudinis & iuris in hac patria Sanctiſſimo ſubdita vigentis, dictus verò dominus Loze aut ſciebat, aut per ipſum ſtetit, & eius culpã quominus ſciret conſuetudinem Pariſienſem, & cùm ipſius verba in pactum dedoxerit, vt in ſimili dicit Purpurat. *d. nu. 103.* poſt Salicet. de ſtudentibus Vltramon-
tanis, & deſtinantibus ſe ſoluturos in ciuitatibus, qua- 6
rum ſtatuta ignorant. Confirmantur hæc, quia generaliter in his omnibus, quæ reſpiciunt executionem iuris Orientis ex ipſo contractu & ſecundùm naturam ipſius inſpicimus locum vbi celebratur contractus, Ancharan. *in rubr. de conſuetudine* & magis preſsè ad rẽ noſtram eſt text. in terminis *in d. l. ſemper in ſtipulationib. ff. de reg. iur.* vbi legiſlator ait, quòd in cõtractibus ſeu in ſtipulationibus, ſi non apparet quid actum ſit, attendi debet conſuetudo loci vel regionis, in qua celebratus fuit contractus, Socin. *in conſ. 247. num. 4.* & in terminis dotis, Surd. *deciſ. 227.* vbi ſcilicet *nu. 8. 9. & 10.* docet *l. exigere, ff. de iudiciis*, non procedere quoties agitur de interpretatione verborum vel voluntatis cõtrahentium matrimonium, tunc enim inſpiciendum eſſe locum contractus: quæ eò longè maximè procedunt, quod d. de Loze in caſum contrarium, quo ſcilicet d. de Grateſmenit prædecederet ſine liberis, lucrabitur integram ipſius dotem. Quæ confirmantur & clariſſima redduntur per donationem hîc Auenioni per eundem dominum de Loze factam, qua cùm vltra medietatem mobilium in contractu matrimonij datã, aliam quoque medietatem omnium & quorumcúque mobilium domi ſuæ exiſtentium in augmentum dictæ donationis matrimonialis donauerit, nulla diſtinctione facta, an ante vel poſt matrimonium ea habuerit, clarè demonſtrauit mentem ipſius fuiſſe tempore cõtractus matrimonij, vt huiuſmodi donatio comprehenderet quoque mobilia, quæ ante matrimonium habebat, & ſic iuxta interpretationem conſuetudinis Pariſienſis d. donationem feciſſe.

Quoad verò alterum caput certiſſimum eſt pro pre- 7
tio bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, quæ per d. Loze hæredem alienata fuerunt, non dari hypothecariam contra bona hæredis, vt præter Peregrin. qui ſolum perſonalem dat contra hæredem vel rei vindicationem contra poſſeſſores bonorum, docet in fortioribus terminis Alexand. *conſ. 74. n. 6. lib. 5.* poſt gloſ. *notabilem in l. aſſiduis in gloſſ. mag. 2.* & ibi Cyn. Bartol. & Bald. *C. qui potiores in pignore habeantur*, vbi id procede-

te contendit & communem aſſerit, etſi bona hæredis
acquiſita fuiſſent ea rebus hæreditatis: nam *l. Imperator § fin. cum duabus ll. ſeqq ff. de legat. 2.* continet caſum
ſingularem cùm ſcilicet hæres grauatur reſtituere reſiduum
hæreditatis, qua formula datur illi facultas alienandi modo bona fide alienatio fiat, alienando autem
& ex pretio aliàs res emendo, vel creditoribus ſuis ſatisfaciendo, cùm patrimonium ſuum auxerit, non cẽſetur id abeſſe ab hæreditate fideicommittentis, ideóque reſidui nomine venire, ſed quod detur hypothecaria contra bona hæredis pro pretio rerum alienatarum, ne verbum quidem vltra quod negatur in hoc
caſu ea pretio alienationis rerum fideicommiſſo ſubiectarum domin. Loze bona quæ habet, acquiſiuiſſe, &
id probare debuiſſe dict. domin. de Milles etiam caſu quo eſſemus in terminis *d. §. vltimo*, in quibus non
ſumus, ſed non debet eſſe anaia dicta domina de Milles: multo enim pauciora alienata ſunt, quàm quæ detrahere potuit dictus dominus Loze, & prætetea
hoc ceſſante habet vindicationem contra
poſſeſſores bonorum alienatorum.

ARGVMENTVM.

ONus iniunctum poſt lucrum quæſitum dicitur per viam modi.
Ordinatum à teſtatore, an in loco teſtamenti, an verò alibi adimpleri poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Ordinatio teſtatoris quando dicatur facta per viam modi.*
2 *In diſpoſitione modali locum habet cautio Mutiana ſeu de modo adimplendo.*
3 *Quando conditio de aliquid faciendo iniungitur poſt emolumentum quæſitum, non ſeruat naturam conditionis, ſed modi.*
4 *Etſi agatur de pecunia vel mobilibus, ſufficit cautio de implendo ſub hypotheca bonorum.*
5 *Et non idoneus admittitur in defectum fideiuſſorum.*
6 *Dictio* cautio *à lege prolata intelligitur ſine fideiuſſore.*
7 *Filius primi gradus de iure cauere non tenetur.*
8 *Titulus* vt legato. vel fideicom. nomin. caueatur, *non eſt in vſu.*
9 *Ex vſu & iis quæ viuens teſtator conſueuerat, colligitur eius voluntas etiam poſt mortem.*
10 *Voluntas teſtatoris ambigua ab hærede declaranda eſt.*
11 *Verba intelligenda ſunt iuxta qualitatem perſonæ.*
12 *Quod non expreſſit teſtator, noluiſſe cenſetur.*
13 *L.* quæ conditio § 1. ff. de condi. & dem. *quomodo intelligenda eſt.*
14 *Teſtamenta ſunt fauorabiliora contractibus.*
15 *Vbi quis tenetur in certo loco emere vel fidem bere, poteſt in alio facere, ſi in illo non poteſt.*
16 *Adeò vt ſufficiat ſi iuret ſe ibi non poſſe.*

CONSILIVM CVI.

VIſo teſtamento domini Dionyſij
Gouae de anno 1609. & die 10. Nouemb. ac proceſſibus factis ad inſtã-
tiam venerabilis viri Ioannis Paulual, vt liberetur à depoſito & cuſtodia clauium ſcrinij, apocharum
& literarum Cambij d. Gouae donato debito, debent dictæ claues remitti nobili viro
domino Claudio de Benoit domino *de la Chaſſagne*,
tanquam patri & legitimo adminiſtratori perſonæ &
bonorũ Dionyſij de Benoit eius filij hæredis pro media parte ac nepotis ex filia dict. Gouae, necnon domicellæ Antonetæ de Gouze filiæ etiam & hæredis pro
alia parte dicti Dionyſij Gouze eius patris non obſtantibus oppoſitis & deductis parte dominorum Gabrielis & Raymundi Gouae patris & filij ſubſtitutorum in
teſtamento dicti domini Dionyſij Gouze. Nam d. domina Antoneta de Gouae, tam nomine proprio quã
vti procuratrix dicti domini *de la Chaſſagne* eius mariti
ſæpe obtulit ſe promptam & paratam adimplere volũtatem ſui patris, & iuxta ipſius præceptum pecunias
debitas exigere, eáque necnon pretium ex venditione
mercium redigens in emptionem bonorum immobilium vel penſionum conuertere, & de nouo vterque
tam dominus *de la Chaſſagne* quàm eius vxor nomine
quo procedunt, idem offerunt, & proteſtantur contra
dictos Gabrielem & Raymundum, qui impedimentũ
dant, quominus volũtatem dicti domini Dionyſij adimpleant & exequantur, & vt præcludant omnem anſam diſputandi, offerunt cauere ſub hypotheca bonorum de implendo teſtatoris præcepta circa præmiſſa,
& eo modo ſubſtitutis venit imponendum ſilentium,
& claues ſunt dictis hæredibus relaxandæ; nam ordinatio dicti teſtatoris, quæ continet in ſe præceptum, 1
dicitur facta per viam modi, Molin. *de primogen. lib. 2. c. 12. n. 2. 3. & 9.* vbi præceptum teſtatoris in dubio dicitur per viam modi, & onera iniuncta vocatis ſemper
referuntur ad modum, Molin. *ibid. num. 13. & 14.* Sed in 2
diſpoſitione modali habet locum cautio Mutiana ſeu
de modo implendo, Molin. *ibid. num. 13.* vbi referendo
communem ait, quod quamuis cautio Mutiana detur
propriè in diſpoſitionibus conditionalibus, nihilominus illa datur etiam in modalibus, Galganet. *de condit. & demonſt. par. 2. c. 6. n. 14. & 15.* vbi ad effectum d. cautionis, nihil differt modus à conditione, ſed propter
mentem teſtatoris cautio de modo implendo dicitur.
facit Pereg. *de fideicom. art. 11. n. 130.* vbi quando condi- 3
tio de aliquid faciendo iniungitur hæredi, poſt emolumentum hæreditatis quæſitum, non ſeruat naturam
conditionis, ſed modi, ergo dictis hæredibus dictæ
claues remittendæ ſunt ſub hypotheca bonorum de 4
adimplendo volunt. d. Dionyſij. Nam huiuſmodi etiã,
vbi agitur de pecunia vel mobilibus, ſufficit quod
præſtetur ſub hypotheca bonorum, vbi agitur de idoneo, Galganet. *ibid. n. 10.* qualis notoriè eſt d dominus 5
de la Chaſſagne, imò etiam non idoneus in defectum fideiuſſorum admittitur, Galganet. *ibid. verſ. ſi non fuerit.* Nam verbum *cautio* prolatum à lege intelligitur ſi- 6
ne fideiuſſore, *l. ſancimus C de verb. ſignif.* Bald. *Nouell. de dote part. 8. priuileg. 12.*

Quæ tanto magis hoc caſu procedere debent, quia
quoad dictam Antonetam de Gouze ea eſt filia 7
primi gradus, quæ de iure cauere non tenetur, *l. iubemus*, & in § 1. *Cod. ad Trebellian.* & quoad dictum Dionyſium Benoit, etſi ſit nepos, & ſit in ſecundo gradu,
tamen nec quoque cauere debet, quia tit. *vt legatorum ſeu fideicommiſſorum nomine*, &c. non eſt in vſu, Molin.
de primogen. lib. 2. cap. 11. num. 35. Ideoque cùm dictus
Dionyſius certo modo à legis diſpoſitione, & à non
vſu diſceſſerit ordinando quod dictæ pecuniæ in emptionem immobilium vel penſionum conuerterentur
debet illius præceptum, quantum fieri poteſt, reſtringi, nec impedire debet quominus claues dictis hære- 8
dibus

dibus ſaltem ſub obligatione bonorum de adimplendo voluntatem defuncti, reſtituantur. Non poſſunt igitur dicti Gabriel & Raymundus impedire reſtitutionem dictarum clauium dictis hæredibus faciendam: nec prætenſio ipſorum, quod dicta collocatio pecuniarum debeat fieri in emptionem bonorum vel penſionum Auenioni vel in Comitatu Venaiſſino exiſtentium, poteſt dictam reſtitutionem clauium hæredibus faciendam impedire, ea enim prætenſio omnino ſeparata eſt ab inſtãtia reſtitutionis clauium. Quod ſi in ea prætentione perſiſtunt, debent venire ab agendo vbi & coram quo dicti hæredes forum ſortiuntur, & ſuam petitionem in ſcriptis dare, eámque actis & documentis, & aliàs modis à iure requiſitis probare, contra quam dicti hæredes ſuas rationes proponent, ſed interim & nunc non debet retardari dicta reſtitutio clauium hæredibus facienda.

Et vt clariùs manifeſtum fiat dictas claues omnino nunc abſque vlla dilatione dictis hæredibus dandas, aliquas exiſtimaui deducere rationes ex iis quæ fuſiùs deducẽtur in illo iudicio ſuper collocatione dictarum pecuniarum per dictum Gabrielem & Raymundum intentando, non vt nunc de eo cognoſcatur, de quo expreſsè dicti hæredes proteſtantur, dicti enim Gabriel & Raymundus petitionem ſuam, vbi & coram, quo decet, dare debent, vt ſuper ea quæſtione cognoſcatur, ſed ſolùm vt ex nunc appareat bonum ius dictorum hæredum, & dictos Gabrielem & Raymundum ſine vllo iure & ratione dictos hæredes moleſtare & vexare, ideóque commodo legati mille aureorum ſibi facti iuxta ordinationem dicti Dionyſij priuandos, proteſtatio enim, quam faciunt, quod non intendant litem mouere contra dictos hæredes, eſt contraria facto, quæ propterea illis prodeſſe non debet. Cùm igitur de huiuſmodi quæſtione diſceptabitur, clarè demonſtrabitur dictas acquiſitiones fieri non debere neceſſariò in præſenti Ciuitate & Comitatu priuatiuè ad alias prouincias, ſed liberum debere eſſe dictis hæredibus, vel in dicta ciuitate Aueniõn. & Comitatu,
9 vel in prouinciis circumuicinis, vel etiam Lugduni dictas acquiſitiones facere: nam ex vſu teſtatoris colligitur voluntatis coniectura, & ab iis quæ viuens teſtator obſeruare conſueuit coniectura voluntatis, etiam poſt mortem ſumitur, Zaz. *conſilio 2. numero 2. & ſeqq. lib. 1.* Illuſtriſſimus Mantic. *de coniectur. vltim. voluntat. lib. 6. tit. 9. numero 1. & ſeqq.* Bertaz. *in ciuilib. conſ.* 121. *numer.* 16. vbi teſtatoris obſeruantia interpretatur eius diſpoſitionem. Sed teſtator viuens complures fecit acquiſitiones tam in præſenti ciuitate & Comitatu quàm extra Monarchiam, vt patet ex inuentario, quo deſcriptæ ſunt acquiſitiones dicti Dionyſij. Ergo eadem libertas eius hæredibus relinquenda eſt, & concludendum dictum Dionyſium illam facultatem voluiſſe illis concedere: hac ratione ſcilicet quòd coniectura voluntatis ſumitur ex conſuetudine viuentis, vſi ſunt dicti Gabriel & Raymundus pro ſuæ prætenſionis probatione, & allegarunt *l. damnas eſto in fine de vſufruct. legato*, & Signolorum *conſilio* 175. *numero* 6. *& conſilio* 181. *numero* 6. *verſ. item ex facto, & num.* 9. ſed ex ſuperioribus patet eam rationem contra ipſos retorqueri, & huiuſmodi eſſe per quam ſint ab eorum prætenſione repellendi.

Secundò, quia ſi quæ eſt dubitatio in voluntate teſtatoris, illa venit ab hærede declaranda tanquam ab
10 eo qui eam melius nouit, de Barcis *dec.* 81. *numero* 16. & hæres regulariter declarat voluntatem ambiguam, quando nemo ex hoc poteſt damnificari, licet per hoc lucrum quis perdat, Bartolus in *l.* 32. *ſi quis à filio §. ſi quis plures numero 2. ff. de legat.* 1. Mantica *de coniectnris, lib. 3. tit. 1. numero 24. & ſequentibus, & lib. 12. titul. 16. in fin.* imò poteſt id facere hæres in præiudicium legatarij, & in reſtitutionem ſui lucri, quando agitur de re dubia, Abbas *conſil. 80. num. 5. verſ. ſed contrarium lib. 2.* Socin. *in l. cùm quæritur numero 2. ff. de rebus dubiis*, Simon de Prætis *lib. 1. interpret. 1. ſolut. 4. numero 2. & 3. fol. 23.*

Interpretationem autem hanc, vt ſcilicet etiam extra hanc patriam dictæ emptiones fieri poſſint, hæredes facere debere (& hæc eſt tertia ratio) ex eo etiam conuincitur quod maxima pars pecuniarum erat penes campſores Lugdunenſes, & in qua prouincia teſtator pecunias ſuas tenuit, in eadem ex dicta pecunia immobilia emi voluiſſe, exiſtimandum eſt, eandémque rationem habuiſſe ad immobilia emenda, quam habuit ad pecuniam, faciunt notata per Socin. *conſ.* 101. *circa princ. verſ. nihilominus.*

Quartò, retorquetur contra ipſos alia ratio, quando afferunt, nimirum verba debere intelligi ſecundùm 11
qualitates perſonæ, *l. plenum §. equitij ff. de vſu & habit.* & quod voluntas teſtatoris præſumatur ex conditione eius qui inſtitutus & ſubſtitutus fuit, Alexand. *conſilio* 100. *numero* 12. *lib.* 4. Nam inſtituti filia ſcilicet & nepos, & ex iis deſcendentes ſubſtituti, aut iam morabantur, aut moraturi erant Lugduni. Voluit igitur teſtator, vt in quo loco domicilium habebant & habituri erant, dictæ acquiſitiones fierent, quod corroboratur ex eo quod primogenitus d. Gabrielis Maſſiliæ cum tota familia domicilium habet.

Quintò, potius exiſtimandum eſt teſtatorem filiis, & ex eis deſcendentibus inſtitutis & ſubſtitutis conſulere voluiſſe quàm collateralibus ſubſtitutis: at verò & filia hæres inſtituta & Lugduni morabatur, & domicilium habebat, & filius eiuſdem cohæres, & omnes ex eis deſcendentes Lugduni domicilium habituri erant patris domicilium ſequendo. Ergo exiſtimandum eſt potius intellexiſſe, vt ibi bona emerentur, vbi ipſius filij moraturi erant.

Sextò, teſtator poterat, ſi voluiſſet, facili negotio exprimere, quòd acquiſitiones fierent in præſenti ciuitate & Comitatu, vnde cùm non expreſſerit, ſequitur noluiſſe arctare dict. hæredes ad illas faciendum in d. Ciuitate & Comitatu. Ergo ſi teſtator id non expreſ- 12
ſit, quod facilè potuiſſet, noluiſſe cenſetur, *l. vnica §. fin. ad deficientis C. de cadu. tollend.* de Barcis *dec. 4. nu.* 44. Bertazz. *in ciuilib. n.* 16.

Septimò, vbi ſupereſſet aliqua difficultas, quam tamen nullam eſſe exiſtimo, ex eo tollitur, quod cùm dicta Antoneta tertiam partem nomine legitimæ habitura ſit, eáque ad ſummam 24000. vel circa aureorum aſcendat, & tantùm 5000. in pecunia numerata in deductionem dotis eius maritus acceperit, ſequitur nihil intereſſe dictorum ſubſtitutorum quid fiat de pecuniis Lugduni debitis, præſertim cùm dictus Dominus *de la Chaſſagne*, & eius vxor parati ſint declarare, ſi id neceſſarium erit, & non aliàs, vt 5000. ſcutorum in capitalibus penſionum per dictum Dionyſium D. N. in dotem pro filia data & remiſſa ſint loco bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, & dictus *de la Chaſſagne*, eiúſque vxor accipiendo 5000. ſcuta in pecunia numerata ex dictis literis cambij, non poſſit amplius prætendere dict. 5000. ſcuta capitalium penſionum eſſe dotalia.

Nec his obſtat quod opponitur in *l. qua conditio §. 1. ff. de condition. & demonſtrat.* quia dictus §. non loquitur in terminis noſtris: is enim loquitur in caſu, quo teſtator fecit mentionem de foro, platea, Eccleſia & ſimilibus: tunc enim intelligitur de illis quæ ſunt in loco domicilij, ita Caſtrenſ. in *d. §.* Alexand. *conſil.* 113. *nu.*

Digitized by Google

2.*lib*.6.Simon de Prćt. *de interp.vlt.volunt.lib.4.dubie.* 8.*n* 5.*fol.mihi* 171.*verſ. quæ iura non conueniunt caſui propoſito*,vt per ſe patet.

13 Non obſtat quod etiam ex aduerſo deducitur, locum,vbi factum eſt teſtamentum, inſpiciendum eſſe, ex Bartol. in *l.Titius* §.*Roma ff.de excuſat. tutor.* ea enim doctrina non facit ad rem noſtram, ſed tantùm procedit cùm controuerſia eſt, an teſtamentoris locus, an verò ille, in quem effectus refertur, conſiderandus ſit, nos enim ſimpliciter quærimus, vbi hæres bona cogatur emere, cùm ſimpliciter teſtator de emptione bonorum locutus ſit, alioqui ſi teſtamenti ratio eſſet habenda, ſequeretur maximum abſurdum, quod ſi forſan dict. Gouze Pariſiis teſtamentum condidiſſet, quod Pariſiis bona neceſſariò eſſent emenda.

14 Nec etiam obſtat, ſi dicatur, quòd in contractibus, vbi pretium eſt inueſtiendum, id intelligitur in loco contractus, quia teſtamenta ſunt fauorabiliora contractibus. Pech. *de teſtament.coniug. libro* 4.*capit*.31. *numero* 9.

Non etiam obſtat, quod ex aduerſo dicitur in contractu matrimonij inter dictum dominum *de la Chaſſagne* & dictam Antonetam inito cautum fuiſſe, vt dictus *de la Chaſſagne* cum ſua familia Auenione moraretur, nam ab huiuſmodi pacto reipſa receſſum fuit, nam dictus dominus *de la Chaſſagne* vnà cum vxore ſe Lugdunum tranſtulit, ibique per plures annos fuit, & quandiu vixit dictus Dionyſius Gouze moratus fuit vidente & conſentiente dict. Gouze, qui ſæpiùs Lugdunum petiit ratione rerum & negotiorum, quæ communia habebat cum d. domino *de la Chaſſagne* eius genero.

Non obſtat vltimo loco, quod dicitur fructus bonorum in hac patria exiſtentium non ſufficere, vt mille ſcuta ex eis quotannis in emptionem prædiorum vel penſionum impendantur in augmentum hæreditatis dicti Dionyſij, & commodum ſubſtitutionis ab eo factæ, quemadmodum dictus Dionyſius ordinauit in dicto ſuo teſtamento: nam reſpondetur, poſito & non conceſſo dictos fructus non ſufficere: quod tamen non creditur, pro dictis mille ſcutis in emptionem prædiorum vel penſionum impendendis, nihil inde ſequitur, nam ſi non tenetur dictus dominus *de la Chaſſagne* 30000. ſcuta & vltra ex dictis literis cambij vel mercibus conficienda impendere in emptionem prædiorum vel penſionum in hac patria, multò minùs id tenebitur facere quoad dicta mille ſcuta quotannis impendenda, præſertim quod ſi ad id teneretur, maximo d. hæredum incommodo cederet in annua illa emptione facienda.

Poſtremò his omnibus ceſſantibus, quæ tamen non ceſſant, hoc certiſſimum eſt, quod etiam vbi quis tenetur in certa prouincia prædia emere vel fideiuſſores dare, ſi non poſſint in ea inueniri, poſſet tunc in alia prouincia id fieri, Alexand. *conſilio* 57 *numero* 7. *libro tertio*, Afflict. *deciſione* 137. & ibi de Vaſſallis, adeò vt ſufficiat, vt is, qui tenetur ad huiuſmodi emptionem faciendam, vel fideiuſſores dandos, iuret ſe in dicto loco inuenire non poſſe, idque procedit, etſi locus eſſet admodum remotus, vt Alexand. docet *dicto conſilio*, *verſ. ex quibus omnibus concluditur.* At verò pluſquam notorium eſt, tam egregiam & inſignem ſummam in hac prouincia impendi non poſſe, præſertim quòd penſiones, in quibus olim erat maior facilitas, nunc tantum abeſt, vt per communitates vendantur, quin potius eæ, quas vendiderunt, quotidie extinguuntur, nec dicendum, quod ſi ad rationem quinque pro centenario emantur, quod Communitates facilè vendent, vt alias extinguant, nam non debent hæredes tantum damnum pati vt delicatæ petitioni ſubſtitutorum extraneorum conſulatur, & deinde hoc non eſſet duraturum, cùm breui Communitates omnes penſiones ſint extincturæ. Ex quibus concluditur dictos hæredes cogi non debere prædia vel penſiones in hac patria emere, ſed in poteſtate eorum poſitum eſſe, vt hîc vel Lugduni emptionem faciant.
15
16

ARGVMENTVM.

Nouatio, an & quando cenſeatur inducta.

SVMMARIVM.

1 *Iure Codicis non inducitur nouatio, niſi id expreßè actum ſit.*
2 *Vbi requiritur expreſſum, non ſufficit tacitum.*
3 *Taciti & expreßi par eſt vſus.*
4 *Coniecturæ debent eſſe vrgentes & manifeſtißimæ, vt ex iis inducatur nouatio.*
5 *Nouatio inducitur, ſi ſecundus contractus eſt incompatibilis cum primo, aliàs non.*
6 *Donatio accumulatiua non tollit primam actionem.*
7 *Quando aliquid additur antiquæ conuentioni, non inducitur noua conuentio, nec derogatur antiquæ.*
8 *Inducta in fauorem non debent operari contrarium, &* numero 15.
9 *Nouatio non dicitur facta addendo nouam perſonam ad fauorem creditoris.*
10 *Proteſtatio contraria impedit nouationem.*
11 *Nouatio non inducitur quoties reſeruantur iura priſtina.*
12 *Augmentum dotis non dicitur noua dos.*
13 *Nouatio ceſſat in dote, nec in ea inducitur, niſi illi expediat.*
14 *Mulier pacto dotem ſuam meliorem facere poteſt, deteriorem minimè.*
16 *Augmentum accedit primæ conceſſioni & eſt eiuſdem conditionis, cuius res, cui accedit, & vtitur eodem priuilegio.*
17 *Idque maximè procedit in augmento conuentionali.*
18 *Geminationis ius.*

CONSILIVM CVII.

ACcepi aduocatos dominæ de Milles ad id confugere, vt contendant per ſecundam donationem fuiſſe inductam nouationem primæ donationis in contractu matrimonij contentæ, adeóque ſumendam eſſe interpretationem ſecundùm iuris communis diſpoſitionem, & non ſecundùm conſuetudinem Pariſiis vigentem, planè, etſi ex lectura dictæ donationis huiuſmodi prætenſam nouationem eſſe merum figmentum & imaginariam chimeram clarè conſtet, tamen, ne vllus ſcrupulus relinquatur, paucis reſpondendum cenſui.

Primò;

1 Primò, reſpondeient iure Codicis nouationem non induci, niſi expreſsè id actum ſit *l. final. Cod. de nouatio.* Alexand. *conſ. 13. in princ. lib. 2.* adeò vt nec per viam exceptionis id contendi poſſit, Alexand. *conſil. 93. numero 6. verſ. tertio reſpondeo, libro 2. & conſil. 72. in princ.* vbi dicit magis communem *lib. 2.* ſicut Socinus in *l. qui vſusfruct. numer. 8. in fin. ff. de verborum obligationib.* & adeò requiritur, vt expreſſa ſit mentio, vt non ſuffi-
2 ciant coniecturæ neque præſumptiones, quia vbi requiritur expreſſum, non ſufficit tacitum, Menochius *de recuper. remed. 9. numero 378 & ſequent.* vbi latiſſimè Gabriel. *conſilio 155. numer. 17.* vbi quod magis communis eſt, quod non fiat niſi expreſsè, *libro 1.* & quamuis aliqui in hoc contrarium tenuerint, quia quod probabilibus coniecturis probatur, dicitur conſtare expreſ-
3 sè, quia taciti & expreſſi par eſt viſus, Alexan. *dict. conſilio 13. numero 8. lib. 2.* Afflict. *deciſione 44. numero 15.* tamen poſito quod hæc opinio ſequenda eſſet, non ſta-
4 tur coniecturis, niſi ſint adeò apparentes & vrgentes, quod conſtet partes voluiſſe nouare, Socinus *conſil. 21. numero 9. lib. 1.* Menochius *dict. remed. 9. numero 388.* & quod debeant eſſe efficaces coniecturæ, Decius *conſil. 430. in fin.* & vrgentes; plenius Vitillus ad *deciſ. Afflict. 45. numero 4. & ſequent.* vbi quod debeant eſſe vrgentiſſimæ coniecturæ, vt inducatur nouatio, & quod requirantur coniecturæ manifeſtiſſimæ, Alexand. *conſilio [illegible] lib. 2.* quod duplicatur *lib. 7. conſilio 173. numero 6.* hoc verò caſu nullæ adſunt coniecturæ, quibus nouatio elicitur, quin potius & coniecturæ & verba in contrarium ſonant.

Secundò, quia nouatio tunc inducitur, quando ſe-
5 cundus contractus eſt incompatibilis cum primo, Menochius *lib. 3. præſumpt. 134. numer. 59.* Polydor Rip. *de nocturno tempore c. 83. num. 13. & ſeq.* Quando autem eſt compatibilis, tunc non inducitur nouatio, Menoc. *dicta præſumpt. 134. num. 40.* Surd. *385. num. 18. lib. 3.* adeò vt etſi ſecundus contractus eſſet incompatibilis cum primo in parte, ſed non in toto, tunc non inducatur nouatio, ita videtur velle Hieron. Gabriel. *conſ. [illegible] num. 2. & ſeqq.* At verò hanc ſecundam donationem non eſſe incompatibilem cum prima, certiſſimum eſt, potuerunt enim omnia mobilia dari per ſecundam donationem, quamuis dimidium tantum erat datum per contractum matrimonij, & hæc inter ſe compatiuntur [illegible] quod ſcilicet dimidium bonorum mobilium [illegible] quæ exiſtitntium ex vi pacti matrimonialis, reliquum verò dimidium, & ſic omnia mobilia domi exiſtentia ex vi dictæ donationis dictæ de Gratesmenit conſequatur, quæ ambo ſunt compatibilia, & ſe non tollunt per nouationem, Polydor. Rip. *d. c. 83. num. 14.* Surd. *d. conſ. 385. n. 18.*

Tertiò, ſi quæ eſſet nouatio, quæ certè nulla eſt, illa non eſſet extinctiua, ſed accumulatiua & additiua, quod hoc caſu clariſſimum eſt, cùm nominatim in ea
6 dicatur hanc donationem fieri in augmentum primæ. At verò huiuſmodi donatio accumulatiua non tollit primam actionem, ita in terminis Oudet. *conſ. 40. n. 18. & 19. lib. 2.* Marius Anton. *var. reſol. lib. 3. reſol. 45. n. 6. & 7.* Iaſ. in *l. 1. n. 14. C. de natural.*
7 Quartò, quia vbi aliquid adduntur antiquæ conuentioni, non per hoc noua inducitur conuentio, nec derogatur antiquæ, Surd. *d. conſ. 385. n. 16. & 19.* quæ confirmantur ex dictis per Ancharr. *conſil. 44.* præſertim *verſ. tertia ratio* & *verſ. poſtremò.*
8 Quintò, quia nouatio non inducitur, quando aliquid immutatur in fauorem ſolius creditoris, quia inducta in fauorem non debet operari contrarium, ita in terminis Surd. *d. conſ. 385. nu. 17.* adeò vt non cenſeatur facta nouatio quando fit adiectio nouæ perſonæ ad fauorem creditoris, Bald. *conſ. 74. verſ. quarto caſu* 9
ante medium *lib. 5* hanc verò donationem in fauorem ſolius de Gratesmenit factam conſtat, ex natura rei, & ex eo quod diſertè d. Loze profeſſus eſt, ſe eam facere in augmentum primæ donationis.

Sextò, per proteſtationem contrariam, de qua in inſtrumento, de quo agitur, conſtat abfuiſſe animum nouandi, Surd. *d. conſ. 385. n. 20.*

Nec obſtat quod dicitur, illam proteſtationem procedere tantùm quoad alia quàm quæ dict. donatione continentur, nam contrarium ex dicta proteſtatione patet, reſeruat enim tantùm ea, quæ per contractus poſtea deſignandos conuenta ſunt, quæ exprimuntur in fine dictæ donationis, ſed in cæteris vult, vt dictus contractus matrimonij firmus maneat, & illi nullo modo derogetur, aut diminuatur, remanente tamen declaratione, quam fecit circa acquiſitionem immobilium in principio dictæ donationis, ita vt quoad pactum lucrandorum mobilium tantum abeſt, vt alteratus vel innouatus ſit primus contractus, quin potius auctus & amplificatus, vnde augmentum à dicto pacto matrimoniali, vt poſtea dicetur, non autem illud 11
pactum ab augmento interpretationem ſumere debeat: vbicumque enim in actu nouante vel contractu ſunt conſeruata iura priſtina, non inducitur nouatio, Bozad. *conſ. 38. col. 1.* quem ſequitur Gabriel. *lib. 5. titul. de nouationibus concluſ. 1. num. 56.* Bertrand. *conſ. 291. in princ. lib. 3. priorum.*

Septimò, dotis augmentum, non dicitur noua dos, 12
Surd. *d. conſ. 385. numero 16.* & augmentum pacti matrimonialis non dicitur nouum pactum, ſed additamentum & ſequela primi. Quod confirmatur ex eo quod vbi aliàs nouatio fieret in cauſa dotis, non fit incertus author, poſt regulas Socin. *reg. 6.* ſtipulatio ſecunda continet, & in dote nouatio non inducitur, niſi expediat doti, Riminald. iun. *conſ. 201. nu. & ſeq. lib. 2.* idem- 13
que de pactis dotalibus ſtatuendum: à pari enim procedunt.

Octauò, omninò excluditur nouationis præſum- 14
ptio, ex eo quòd mulier pacto conditionem ſuæ dotis & lucrorum meliorem facere poteſt, deteriorem minimè, *l. Aſtibicimus l. de die tum duab. ll. ſeqq. ff. de pactis dotalibus*, Afflict. *deci. 154. n. 2.* & fauore dotis debet excludi nouatio, & præſumi illud quod eſt magis mulieri fauorabile, & facit dotis conditionem meliorem, ita in terminis nouationis Rub. Alexandrin. *conſ. 5. nu. 2. & ſeqq.* dicta autem de Gratesmenit feciſſet ſuam conditionem deteriorem, vt mox dicetur, ſi pactum matrimoniale per hanc ſecundam donationem nouatam fuiſſet.

Nonò, mens clara contrahentium fuit, vt augerent non diminuerent donationem primam, & illa verba *au lieu & place*, hanc interpretationem recipiunt, vt vltra dimidiam iam datam habeat, & reliquam dimidiã, & ſic integra mobilia, domi tamen ſuæ exiſtentia, non quod diſcedi debeat à natura primæ donationis, ſed vt augeatur & amplificetur, præſertim, quod verba in augmentum donationis ſubſequantur dicta verba *au lieu & place*, quæ mentem contrahentium augendi nõ minuendi primam donationem conuincunt, alioqui ſequeretur, quòd inducta in fauorem & gratificationẽ dictæ de Gratesmenit operarentur contrarium effectũ contra *l. legata inutiliter ff. de legat. 1. & l. legata inutiliter ff. de adimend. legat.* ſecundum enim intentionem aduerſariorum donatio dimidiæ partis mobilium, quæ vt cõcepta eſt, comprehendit pecunias & actiones pro rebus mobilibus competentes, reſtringeretur ad vtenſilia quædam domus & fructus in ea exiſtentes, in quo dicta de Gratesmenit triplo plus læſa fuiſſet, & non in

augmentum, ſed in diminutionem maximam & præiudicium d. de Grateſmeoit dict. donatio facta fuiſſet contra expreſſam mentem & voluntatem vtriuſque contrahentium.

Poſtremò his omnibus ceſſantibus, quæ tamen nõ ceſſant, ſi adeſſet nouatio, ea tantùm eſſet, vt dimidia pars mobilium extra domum exiſtentium non cenſeretur donata, & quoad hoc eſſet receſſum à prima donatione, ſed quod alia eſſet òãda interpretatio quoad mobilia domi exiſtentia, & ſic quoad pecuniam, quã quæ ex prima donatione ſumitur, dici non poteſt, cũ in de eo nihil actum ſit, & quod magis eſt, expreſſe cautum ſit, ne derogetur dicto contractui matrimonij, & in eo contentis, quódque ea nullam diminutionem patiantur.

Nec obſtat, ſi dicatur procedere tantùm quoad dimidiam partem pecuniæ, ſed quoad aliam dimidiam eſſet nouum contractum, & propterea ſecundùm ius commune interpretandum: nam cum in augmentum primi contractus hæc donatio facta ſit, ab eo interpretationem ſumere & augmentum eiuſdem naturæ, cuius ille contractus principalis eſſe debet, vt fusè docui 16 in reſponſionibus ad dubia data, ne hîc repetam, & præter ibi allegata comprobatur, quia augmentum accedit primæ conceſſioni, & eſt eiuſdem conditionis, cuius eſt res, cui accedit, Fabius de Anna *conſ. 61. num. 2. par. 1.* & eodem vtitur priuilegio Ferret. ad Guid. Pap. *q. 265.* vbi omne priuilegium datum principali porrigitur ad eius augmentum, idque ſubtiliſſimè probat & cõfirmat Alber. Brun. in *tract. de augment. conclu. 5. princip. n. 1. & ſeqq.* Atque huiuſmodi ſententia maximè procedit in augmento conuentionali, 17 quia in eo concurrit partium conſenſus Brun. *d. concluſ. 5. n. 22.* poſt Bald. *in cap. 1. §. ſi quis de manſo de contro per l. inter ſocerum §. cum ff. de pactis dotalibus.* Sed & ſecluſa conſuetudine Pariſienſi & inſpectu ſolo iure communi, nam etſi admodum ſit controuerſa quæſtio, an pecunia domi inuenta præſumatur, ibi præſidij cauſa fuiſſe, an verò fœnerandi, vel res immobiles emendi animo, vt hoc caſu non veniat, illa verò veniat appellatione mobilium domi exiſtentium, qua de re diſſerui in *conſil. meo primo* circa hanc litem facto: tamen poſito pro nunc ſequendam eſſe eam ſententiam, quæ non præſidij cauſa eam domi fuiſſe præſumatur, hoc tamen caſu certiſſimum eſt, quomodocumque dicta pecunia præſumatur domi fuiſſe, appellatione mobilium venire propter gemi- 18 nationem dictionum vniuerſalium *omnia & quæcumque*, præſertim propter naturam d. dictionis *quæcumque*, quæ cuiuſcumque naturæ pecunias comprehẽdit, Curt. iun. *conſ. 83.* Afflict. *dec. 106.* & ibi de Vrſillis.

ARGVMENTVM.

AN clauſula codicillaris ſuſtineat teſtamentum ruptum agnatione poſthumi præteriti. An qui ex vi dictæ clauſulæ hæreditatem reſtituit, duas quartas detrahere poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Quæſtio generaliter propoſita, an præteritione poſthumi ignoranter facta, extraneo hærede instituto, agnatione eiuſdem poſtea facta, ita rumpatur teſtamentum, vt ſuſtineri non poſſit in vim fideicommiſſi per clauſulam codicillarem per verba futuri temporis conceptam, ardua eſt plerique exiſtimantibus teſtamentum irritum fieri*

2 *Alijs contrà.*

3 *Si nedum in genere, ſed etiam in ſpecie de liberis cogitatum eſt, ſuſtinetur teſtamentum.*

4 *Præteritum imperfectum ſubiunctiui modi importat tempus præſens & futurum.*

5 *Per conditionem ſi ſine filiis, dicitur de illis in ſpecie cogitatum.*

6 *Matrimonij figura ſufficit, vt proles dicatur legitima.*

7 *Legitimam tantùm detrahere poteſt qui ex vi clauſulæ codicillaris hæreditatem reſtituit.*

8 *Siue ante, ſiue poſt mortem teſtatoris naſcatur poſthumus.*

CONSILIVM CVIII.

TESTAMENTO honorabilis quondam viri Ioannis de Laureno habitatoris *du Veneret* villæ Taraſconis de anno 1561. & die 10. Iunij viſo, in quo hæredem inſtituit Roletum de Laurens eius ex fratre nepotem, & ſic extraneum, & præſuppoſito in facto per duodecim dies vixiſſe poſt teſtamentum conditum, & octauo menſe poſt eius obitum natum fuiſſe ex ipſius vxore poſthumum Anthonium nomine.

Quæritur, an teſtamentum huiuſmodi agnatione poſthumi ruptum ſuſtineatur in vim fideicommiſſi per clauſulam codicillarem in eo appoſitam, ita vt dictus Anthonius cenſeatur purè rogatus hæreditatem reſtituere dicto Roleto, & quidem ſi veritatem in quæſtione generaliter propoſita, an præteritione poſthumi ignoranter facta extraneo hærede inſtituto, agnatione eiuſdem poſtea facta ita rumpatur teſtamentum vt ſuſtineri non poſſit in vim fideicommiſſi per clauſulam codicillarem per verba futuri temporis cõceptam, res haberet magnam difficultatem. Huiuſ- 1 modi enim quæſtionem Angelus *in conſilio 106.* appellauit arduam & antiquam, Mantic. *in tract. de coniectur. vltimarum voluntatum, lib. 12. titul. 1. numero 19. & ſeqq.* dixit articulum eſſe dubium, & de apicibus iuris, & Baldus *conſ. 387. lib. 5.* concordia terminandum, & quidem Bartolus in *l. 1. ff. de iure Codicill.* exiſtimauit clauſulam non operari effectum ſuum, & teſtamentum irritum fieri, ita vt venientes ab inteſtato non cenſeantur grauati reſtituere ſcriptis hæredibus: cuius ſententiam plerique amplexi fuerunt, quos referunt & ſequuntur Clar. in §. *teſta. quæſtione 6.* Menochius *conſilio 599. lib. 5.* & in *tractat. de præſumption. lib. 4. præſumpt. 32. numero 9.* Graſſ. in §. *Codicillus quæſt. 22.* Simon de Prær. *conſilio 67. numero 4. libro 1.* quorum plerique de magis communi & veriori atteſtantur: contrariam verò ſententiã, vt ſcilicet codicillaris clauſula in caſu ſuprà ſcripto etiam extraneo hærede inſtituto operetur effectum ſuum, plerique ſequuti ſunt, quos longa ſerie referunt Roland. à Valle *conſilio 7. numero 17. libro 4.* Cephal. *conſ. 585. nu. 66. libro 4.* Oſaſc. *conſilio 70. numero 6.* Honded. *conſilio 74. numero 10. & ſequentibus lib. 1.* Viuius *concluſione 865. numero 21. & 22. lib. 3.* vbi adducit tres deciſiones Rotæ, & quam ſecundùm hanc ſententiam iudicaſſe conſtat ex *dec.*

1268.

1268. *lib 3. in nouiſſi.* & nouiſſimè Illuſtriſſimus Cardinalis Tuſchus *tom. 1. litera C. concluſione 292. numero 1.* quorum plerique de magis communi & veriori atteſtantur, & non eſſe ab ea in iudicando recedendum, per varias rationes, quas afferunt, ne eas hîc tranſcribere videar, præſertim quòd ex vi verbi futuri temporis cenſeatur ſaltem in genere de liberis cogitatum; etſi enim poſſint dari alij caſus, quibus præter agnationem poſthumi teſtamentum ex poſtfacto rumpi poſſit, ad quos ea verba futuri temporis referri poſſent, tamen negari non poteſt, quin & hic caſus agnationis poſthumi in ea comprehendatur, de quo potius quàm de aliis teſtator cogitauit, quod his frequentius accidere ſoleat, & quoad diſtinctionem quam aliqui faciunt, an filius, an extraneus inſtitutus ſit, optimè reſpondit Honded. *dicto conſilio 74. numero 63.* Sed in ea quæſtione ita generaliter propoſita non inſiſto, cùm hæc cauſa agatur in Senatu Gratianopolitano, idque ab Guidon. Pap. *deciſione 633.* quæ & vltima eſt.

Sed quidquid ſit in ea quæſtione, cuius tamen reſolutio magis communis abſque dubio eſt, in fauorem clauſulæ, quantumuis aliqui contrarium ſentiant: hoc tamen certum eſt, quod ſi nedum in genere ex natura verbi futuri temporis, ſed etiam in
3 ſpecie de liberis cogitatum ſit, clauſulam codicillarem operari ſuum effectum, & venientes ab inteſtato teneri reſtituere hæreditatem ſcriptis hæredibus, vt in terminis docent Bal. in *l. qui filiabus de legat. 1.* & in *authen. ex cauſa numero 11. Cod. de liberis præteritis*, Alex. *conſilio 125. numero 10. libro 1.* Deci. *conſilio 490. numero 3. & 6.* Menochius *de præſumptionibus, lib. 4. præſumptio. 32. numero 7.* & Turret in *tract. de effectibus clauſulæ codicillaris quæſtione 57.* & cùm de liberis cogitauit etiam Bartol. Aimin. Socin. & omnes alij qui contra clauſulam codicillarem ſolent tenere: hoc tamen caſu teſtamentum in vim fideicommiſſi ſuſtineri fatentur, vt fusè docet Honded. *dict. conſilio 74. numero 34.* omninò videndus *eod. numer.* & per totum conſilium, Reſpondet enim omnibus quæ in contrarium afferri poſſunt, & quæ ſententia manifeſtè probatur ex generalitate textus in *l. generaliter § ex teſtamento ff. de fideicommiſſariis libertatibus & l. ſi quis cum teſtamentum ff. de iu. codicill.* quod & qui ſunt, qui contrarium teneant, cùm teſtator de filiis cogitauit, vt Clarus *dict. quæſtion. 46. in fin.* loquuntur illi cùm cogitauit in genere ex vi verborum futuri temporis, non ſi in ſpecie de filiis fecerit mentionem: quæ ſententia confirmatur ex eo quòd omnes fatentur, quod ſi ſcienter poſthumum naſciturum præterierit, clauſulam codicillarem operari effectum ſuum, vt fusè docet Menochius *dict. præſumptio. 32. num. 7.* & cogitando de filiis, & de illis mentionem faciendo, cenſetur illos ſcienter præteriiſſe: ſufficit enim ſi vel tantillum, ac per ſolam ſuſpicionem cogitatum fuit, vt inquit Faber in *Cod. Fabrian. titul. de codicill. diffinition. 1.* & quamuis ex aduerſo conſultor nitatur reſpondere authoritati Baldi & Decij, quod in ſuis caſibus quædam aliæ circumſtantiæ adeſſent, hoc nihil eſt, cùm rationes, quas in locis per nos allegatis afferunt, ſtent de per ſe validæ & ſolidæ, eæque conueniant caſui noſtro. Nec tanti facio authoritatem Apoſtill. ad *Dec. dicto conſilio 390.* vt ad Dec. dicendum ſit, præſertim quòd Alexandri ſententia pro Decio ſtet vt ipſemet Apoſtillator fatetur, & vt iam ſuprà dixi, cùm de liberis cogitatum eſt, omnes contrarium in dicta generali quæſtione tenentes, fatentur clauſulam codicillarem operari effectum ſuum. Hæc verò duo in hoc caſu concurrere, nempe & verba futuri temporis & teſtatorem de filiis in ſpecie cogitaſſe patet, quia vſus eſt his verbis, *& où ainſi ne ſeroit valable*, quod verbum *ſeroit*, eſt præteriti imperfecti ſubiunctiui modi, quod importat tempus præſens & futurum, & idem eſt, ac ſi diceret, ſi non eſt, vel non erit validum, vel non valet, aut non valebit; vt in terminis docet Angel. Aretin *conſilio 86. numero 12. & ſequentibus*, Honded. *dicto conſilio 74. numero 18. libro primo.* Illuſtriſſimus Tuſchus *dicta concluſione 292. numero 17. & 18.* & Maynard. *aux memorables queſt. lib. 5. capite 9. num. 2.* 4

De liberis verò teſtatorem cogitaſſe conſtat ex legato vxori facto, cùm ordinat illi, vt legatum hoc reſtituat hæredibus ſuis, ſi ſine filiis ex eorum matrimonio legitimè procreatis deceſſerit, per huiuſmodi verò conditionem *ſi ſine filiis*, cenſeri de illis in ſpecie cogitatum, ita vt ex eo clauſula codicillaris operetur effectum, docent in terminis Baldus & Deci. in locis ſuprà citatis: nam quod ex aduerſo deducitur teſtatorem ignoraſſe vxorem fuiſſe prægnantem, ipſum verò morti proximum abſque ſpe conualeſcentiæ, ratione vulneris non potuiſſe credere ſe habiturum liberos, & ideò non cenſeri cogitaſſe de filiis, vanum eſt: nam præſuppoſito quòd ignorauerit vxorem prægnantem, non eſt deſcendendum ad coniecturas, cùm conſtet clarè ex filiorum mentione de illis cogitaſſe, potuitque & debuit credere vxorem iam concepiſſe, vt reuera conceperat, vt euentus docuit. Nam doctores quando loquuntur de eo qui non ſperat ſe habiturum liberos, loquuntur de vxore ſterili, aut adeò ſene, vt amplius concipere non poſſit, vt conſtat ex Bartol. in *l. qui filiabus, numero 4. ff. de legat. 1.* hæc verò admodum iuuenis erat viginti duorum circiter annorum, vt ex aduerſo dicitur, &, vt iam diximus, iam conceperat. 5

Atque in hoc caſu tanto certius hoc ſtatuendum eſt, quod enixè cogitationem de liberis oſtendit, quod non ſimpliciter de liberis ex ipſo & vxore naſcituris fecerit mentionem, ſed cum adiectione dictionis *legitimè*, ex eo quòd ex diuortiis & ſeparationibus thori præcedentibus vxorem ſuſpectiſſimam habebat, ideóque de filiis legitimè naſcituris loquutus fuit, nec matrimonij figura ipſi ſufficit, vt filius legitimus diceretur, quæ alioquin ſufficit in *l. filium meum ff. de iis quæ ſunt ſui vel alieni iuris.* Sed ex dicta adiectione dictionis *legitimè*, aliunde ſibi conſtare voluit filium naſciturum eſſe legitimum. Nec faciunt quæ in contrarium adducuntur, vt hæc coniectura elidatur; ſatis enim ſuſpicionem quam habebat, clarè declarauit, ex dicta dictione *legitimè*, quæ alioquin nedum ſuperflua, ſed etiam impertinens, & contra omnem rationem appoſita eſſet, quod ſi octo menſibus antea in alio teſtamento vxorem honorificè tractauerit, hoc vi, & diſſimulatione factum fuit, vt fusè & clarè deductum fuit per dominum Franciſcum de Laurentiis in ſuis ſcriptis, ad quem me remitto, & præterea cùm recens dictam vxorem à diuortio in conſortium ſuum recepiſſet, huiuſmodi legatum ei fecit, vt eam ipſiúſq; parentes ſibi magis alliceret per rationes per dictum Franciſcum deductas: ſed poſtea & tempore dicti ſecundi teſtamenti ſeparatus erat ab vxore, ideóque ab eo legato primi teſtamenti diſceſſit, & hoc, de quo agitur, ei fecit, vt nullus inde honor vel amor elici poſſit, quin potius commodum hæredis, cùm ſit factum ſub ea qualitate, vt eo mediante nihil de iuribus perere poſſit, quódque ſi ſine filiis ex eo matrimonio legitimè procreatis decederet, dictum legatum ad hæredem ſuum rediret, 6

ex quibus duæ aliæ coniecturæ eliciuntur; vna, quòd filius inde natus ſuſpectiſſimus ſit, cùm dicatur 10. menſe natus, concurrente ſuſpicione mariti. Altera eſt, quia cùm teſtator adeò vxorem ſuam ob hæreditate ſua excludere voluiſſe demonſtrauerit, vt huiuſmodi legatum adeò exiguæ quantitatis ei non fecerit, niſi ſub duabus conditionibus ſuprà dictis de non petendo iura dotalia, & legatum reſtituendo in defectum liberorum ex ipſis legitimè procreandorum contra ipſius mentem omninò eſſet, ſi iam vxor ex vi teſtamenti per filium ſuſpectiſſimum facti totam hæreditatem conſequeretur, & deſcendentes ex Roleti nepote herede inſtituto, & de familia teſtatoris exiſtentes, excluderentur. Quæ non parum coadiuuantur ex contentis in ſtatutis prouinciæ optimè per dict. dominum Franciſc. in ſuis ſcriptis repræſentatis.

Ex quibus omnibus concluditur, hæreditatem dictis filiis dict. Roleti reſtituendam eſſe. Sed quæritur, an mater d. Anthonij ex perſona filij, cuius hæres eſt, detraheret duas quartas, legitimam ſcilicet & Trebellianicam, an verò legitimam tantum? Et quidem ea eſt certa & communis DD ſententia, aliquibus tamen repugnantibus, vt tantùm legitimam detrahere poſſit is qui ex vi clauſulæ codicillaris tenetur hæreditatem reſtituere, quam firmat Bart. in *l. Papian. §. meminiſſe in fin.* quem ibi paſſim DD. nominatim Cagnol. ſequuntur, *ff de ineff. teſtam.* Paulus de Caſtro *conſ. 15. in princ. lib. 2.* Alex. *conſ. 61. numer. 1. lib. 2.* Riminald. iun. *conſ. 78. num. 15. lib. 1.* Hieron. Gabriel. *conſ. 113. num. 4. & 5. lib. 1.* Roland à Vall. *d. conſ. 7. in fin. lib. 4.* Crot. *conſ. 66. nu. 27. lib. 1.* Burſat. *conſ. 88. in fin. lib. 1.* Crauet. *conſ. 242. n. 4. lib. 2.* Guid. Pap *q. 52.*

Nec recipienda eſt diſtinctio, quam ex aduerſo cõſulens facit, an poſthumus naſcatur viuo teſtatore, an verò poſt eius mortem, vt ſcilicet priore caſu vnam tantùm, ſecundo verò duas detrahere poſſit, quia, vt inquit ipſe, diuerſis temporibus detrahuntur, legitima ſcilicet tempore mortis, Trebellianica verò quo naſcitur poſthumus, nam verius eſt indiſtinctè ſiue ante, ſiue poſt naſcatur poſthumus, vnicam tantùm detrahi poſſe, legitimam ſcilicet, vt ſentit Bald. *conſ. 156. in prin. lib. 2.* & clariſſ. docet Paul. Caſtren. *d. conſ. 15. col. 2. lib. 2.* Baliio. *de nobilit. in auth. ex cauſa n. 81. Cod. de liberis præter.* Crauet. *conſ. 242. num. 4.* Gabriel. *d. conſ. 113. num. 5.* Honded. *d. conſ. 74. n. 71.* omnino videndus. Nec vera eſt ratio, qua nititur, quia filio non poteſt deberi legitima tempore mortis, cùm non eſſet natus, ſed tantùm cùm naſcitur, & ſic eodem tempore detraheret duas quartas, contra receptiſſimam & veriſſimam ſententiam, cùm ſit purum fideicommiſſum, vt omnes fatentur, nec accidere poteſt, vt diuiſo tempore, vel verè, vel potentialiter illæ duæ quartæ detrahantur, vt conſiderant Gabriel. & Honded. *dictis locis.* Doctores verò qui per dominum conſultorem in contrarium allegantur, aut non ita, aut nullo modo diſtinguunt, & vtroque caſu contra ipſos eſt communis & vera doctorum ſententia, nam Bald. in *l. filium quem num. 34. C. famil. erciſcund.* & Angel. in *d. §. meminiſſe in fin.* & Benedict. in c. *Raynut. verb. in eod. teſtamento 1. nu. 243.* non ita diſtinguunt, ſed an tempore teſtamenti, vel poſt naſcatur poſthumus, quorum ſententia propterea ex eorum ratione eſſet falſa, caſu quo poſthumus ante mortem teſtatoris naſceretur, ideóque Bertrand. *conſil. 150. in fin. lib. 3. poſterior.* reſtringit eorum opinionem, ſi poſthumus naſcatur poſt mortem, quo tamen etiam caſu, & non eſſe veram, & communiter reprobari ex ſuper. patet. Alexand. autem *conſ. 142. num. 12. vſque ad numer. 17. lib. 1.* nec probat nec improbat opinionem Baldi, ſed ſolùm in ſuo caſu non procedere demonſtrat, ipſique id ſufficit abſq; altiori diſquiſitione veritatis ſententiæ Baldi, Theſſaur. verò *dec. 141. in fin.* dictæ diſtinctionis non facit mentionem, ſed generaliter contendit, quod quando per clauſulam codicillarem in vim fideicommiſſi ſuſtinetur ſubſtitutio, detrahi debere duas quartas propter difficultatem articuli, quam ſe communis & vera opinio eſt contra ipſum, idque præſertim, quia ea ſententia, vt filius detrahat duas quartas, fuit iure Canonico introducta per *d. cap. Raynutius extra de teſtam.* quando filius eſt in diem vel ſub conditione rogatus contra iuris Ciuilis diſpoſitionem, quo indiſtinctè filius vnam tantùm quartam detrahere poteſt per *l. iubemus C. ad Trebell. & l. quamquam C. ad Falcidiam,* & fuſiſſimè docet Hotom. *quæſt. illuſtrium c. 35.* ita vt in ſuo tantùm caſu eam procedere doctores contendant, hæc confirmantur ex iis quæ doctè per d. dominum Franciſc. ex ſtatuto prouinciali deducuntur.

ARGVMENTVM.

EX onere ferendi nomen & arma teſtatoris iniuncto alicui, & eius deſcendentibus, an cenſeatur inductum perpetuum fideicommiſſum in fauorem deſcendentium.

Poſito inductum, an omnes deſcendentes eiuſdem gradus ſimul vocentur, an verò primogenitus tantùm.

An fideicommiſſum relictum liberis maſculis liberorum ſuorum ordine ſucceſſiuo, ita quod vnum caſtrum perueniat ad maiorem natu, alterum ad ſubſequentem, cenſeatur graduale & perpetuum in fauorem primogeniti maſculi.

An grauatus impendere certam ſummam in emptionem caſtri teneatur ad valorem, qui acceſſiſſet beneficio temporis, & an aliquod caſtrum dandum ſit vel pecunia loco illius cum toto illo augmento maioris valoris.

An donatio factá alicui & eius liberis, dictis liberis vt liberis, vel vt hæredibus facta cẽſeatur.

An pater in dictis bonis vnum ex filiis ſuis alteri præferre potuerit.

An ex non legitima exhæredatione teſtamentum nullum ſit.

Teſtamentum inter liberos quando reuocetur per poſterius.

SVMMARIVM.

1 *Ex onere ferendi nomen & arma iniuncto alicui & eius deſcendentibus omnes dicuntur vocati.*

2 *Ordine tamen ſucceſſiuo quãdo verſamur inter eos inter quos nedũ cadit ordo affectionũ, ſed etiã adeſt neceſſitas iniũuẽdi.*

3 *Et etiam ſi ſolum adeſſet ordo affectionis, quando adeſt dictio collectiua plurium perſonarum & graduum.*

4 *Et*

4 *Et vocantur nedum per vulgarem, ſed etiam per fideicommiſſarium.*

5 *Dictio* deſcendentes, *eſt collectiua plurium perſonarum & graduum.*

6 *Ex onere ferendi nomen & arma perpetuatur fideicommiſſum.*

7 *Quæ ſententia non eſt omnino certa, ſi ſimpliciter iniunctum ſit dictum onus.*

8 *Si tamen iniunctum ſit deſcendentibus, eſt perpetuum.*

9 *Inſtitutio vel ſubſtitutio ſub nomine collectiuo, intelligitur facta gradatim.*

10 *Ex ſola dictione collectiua non perpetuatur fideicommiſſum.*

11 *Si tamen cum illa concurrit onus ferendi nomen & arma, ſecus eſt.*

12 *Ex dicto onere primogenitus cæteros excludit.*

13 *Ex verbis importantibus tractum temporis adiectis nomini collectiuo inducitur graduale fideicommiſſum.*

14 *Hæres grauatus tenetur de conſumptis & neglectis rationes reddere fideicommiſſario.*

15 *Et tenetur de culpa lata vel leui.*

15 *Sicut peremptiones & diminutiones à natura procedentes ad onus fideicommiſſarij pertinent, ita rerum augmenta ad ipſius commodum cedere debent.*

17 *Hæres qui non acquiſiuit quod tenebatur, tenetur de dolo, & habetur pro poſſeſſore.*

18 *Creditor hæres inſtitutus & grauatus de reſtituendo, poteſt retinere de bonis fideicommiſſo ſubiectis pro concurrentia ſui crediti, vel aliorum creditorum, quibus de propria pecunia ſoluit, idque habita æſtimatione ad tempus aditæ hæreditatis quoad ſuum creditum, & de tempore ſolutionis quoad aliorum creditorum debita per ipſum ſoluta.*

19 *Donatio facta alicui ex eius liberis cenſetur facta liberis vt liberis, & ſic ordine ſucceſſiuo.*

20 *Nec pater de dictis bonis in præiudicium filiorum diſponere poteſt.*

21 *Nec plus vni quàm alteri donare.*

22 *Maximè ſi ex cauſa communi patris & filiorum facta ſit.*

23 *Data facultate eligendi vnum ex filiis, ſi electio legitimè facta non ſit, omnes ſuccedunt pro virili.*

24 *Inſtituens aliquem in tota ſua hæreditate, eum elegiſſe & nominaſſe cenſetur.*

25 *Facultas eligendi in alium transferri non poteſt.*

26 *Exhæredatio non ſuſtinetur niſi fiat ob vnam ex cauſis à lege expreſſis, vel aliam æque grauem.*

27 *Neceſſaria ad validitatem exhæredationis.*

28 *Pater nominatim exprimere debet cauſam exhæredationis, alioquin eius hæres id non poteſt.*

29 *Ex reconciliatione ſecuta tollitur exhæredatio præcedens.*

30 *Teſtamentum corruit, quando titulo legati aliquid relinquitur filio, ſecus quando titulo inſtitutionis particularis.*

31 *Siue filius ſine cauſa exhæredationis ſit, ſiue cum cauſa quidem, ſed non legitima, clauſula codicillaris ſuſtinet teſtamentum.*

32 *Quando teſtamentum eſt validum, hæres eligere poteſt, an iure teſtamenti vel codicillorum ſuccedere velit.*

33 *Filius aliquando vnam tantùm quartam detrahere poteſt.*

34 *In teſtamento inter liberos ineſt tacita clauſula derogatoria, & per ſecundum non reuocatur primum.*

35 *Idque abſque dubio ſi primum ſit magis fauorabile filiis.*

36 *Non obſtante clauſula derogatoria ſuſtinetur ſecundum teſtamentum, ſi decennium effluxit à primo.*

37 *Ad id reſpondetur.*

CONSILIVM CIX.

EX teſtamentis & contractibus ſequẽtibus, ſcilicet teſtamento nobilis & egregij viri domini Honorati Piquet de anno 1517. & die 28. menſis Nouembris, quo inter alia in bonis ſuis ſitis in villa Bellicadri & eius territorio hæredem inſtituit nobilẽ Ioannem Piqueti eius Feleſenũ ex nobili Ioanna Piquet eius filia & nobili Petro de Porcelletis domino de Malliana natũ cum onere vt d. Ioannes & deſcendentes ab ipſo habeant ferre & portare cognomen ſuum & arma ſua, in cæteris verò eius bonis in prouincia exiſtẽtibus inſtituit nobiles Honoratum Lanquidon & Andream Porcelleti eius etiam Feleſenos d. Ioannis fratres, dũmodo non ſint Eccleſiaſtici, vel alicui religioni addicti, & caſu quo omnes tales eſſent, ſubſtituit d. Ioannẽ & alios liberos maſculos ex d. Petro naſcituros, nec non codicillis eiuſdẽ domini Piqueti de ann. 1518. & die 14. Ianuarij, teſtamẽto nobilis viri Petri Porcelleti domini de Malliana de an. 1521. & die 14. Iunij, in quo inter alia prælegauit Honorato Porcelleti eius primogenito caſtrum ſuũ de Malliana vnà cũ omnimoda iuriſdictione & mobilibus in eo exiſtentibus, nobili verò Ioanni Porcelleto eius ſecũdogenito caſtrũ ſuum de Ferneſio vnà cũ omnimoda iuriſdictione &c. necnon iuriſdictionẽ de Groulone vnà cũ eius pertinentiis &c. modo & forma quib. d. caſtrũ acquiſiuit, & quia d. caſtrum emptum fuit cũ pacto de retrouendendo, ordinauit quòd caſu quo in vim dict. pacti recuperaretur, vt pecuniæ inde acceptæ ſpectent ad d. Ioannem, & caſu quo dictum caſtrum venderetur, voluit vt ematur de bonis communibus hæreditatis ſuæ, & caſu quo d. caſtrum non remaneat penes d. Ioannẽ, voluit vt de bonis communibus hæreditatis ſuæ accipiantur mille ſcuta auri ſolis, cum quibus vnà cũ pecuniis prouenientis ex reuenditione d. caſtri ematur aliquod caſtrũ ſeu iuriſdictio, nomine & ad vtilitatem d. Ioannis, & caſu quo medio d. emptionis, vel reuenditionis moueretur aliqua lis, quòd ea ſuſtineretur expenſis cõmunibus hæreditatis ſuæ, deinde eoſdẽ Honoratum & Ioannem hæredes ſibi vniuerſales inſtituit, eóſq; inuicem ſubſtituit, ſi ſine liberis maſculis, &c. & tandem ſubſtitutionem ita concepit, quòd dicta caſtra perueniant ordine ſucceſſiuo ad liberos ſuos maſculos dictorũ liberorum ſuorum ſæculares & non Eccleſiaſticos, ſcilicet caſtrum Malliani ad maiorem natu, & aliud caſtrum ad ſubſequentem. Matrimonio nobilis Petri de Porcelletis filij d. Ioannis cum domicella de Bouchon de an. 1572. & 7. Auguſti in quo d. Ioannes donat contemplatione dicti matrimonij d. Petro filio ſuo & liberis maſculis, ſeu maſculis ex eo matrimonio naſcituris, illi ſcilicet quem d. Petrus nominauerit medietatem omnium & ſingulorum bonorum mobilium & immobilium, præſentium & futurorum debitis ſtipulationibus in fauorem d. Petri & liberorum maſculorum ex eo matrimonio naſciturorum, ſeu eius qui per dictum Petrum nominatus fuiſſet, interuenientibus teſtamento d. Petri iunioris de anno 1584. & 2. Ianuarij quo hæredem inſtituit d. Ioannam des Bouches cum facultate eligendi vnum ex liberis ſuis maſculis tanquam ſubſtiturum aut ex illis deſcendentem, ita tamen quòd vnum ſolum in tota hæreditate nominet, & caſu quo decederet abſque nominatione, quemadmodum etſi ſecundò nuberet, ſubſtituit Iacobum primogenitum, & poſt eum ipſius primogenitum maſculum, quibus deficientibus ſubſtituit Ioãnem ſecũdogenitum, & poſt eum eius liberos maſculos, &c. & quod teſtamentum fuit nuncupatiuum omnibus requiſitis in eo interuenientibus. Alio teſtamento dicti Petri manu propria ſcripto & ſubſcripto cum teſtibus & notario à retro ſignatis de anno 1607. & die 22. Septembris, quo Iacobum eius primogenitum ob modicam reuerentiam & malas dicti Iacobi erga patrem actiones; vt conſtare dixit ex

informationibus ad ſuam inſtantiam authoritate Curiæ Nemauſenſis ſumptis vltra plures alias cauſas ingratitudinis, quas dicit ſe nolle inſerere & exprimere, ob, inquam, tot ingratitudines, quas quotidie exercet contra ipſum, illi legauit quinque aureos pro omni iure dicto Iacobo competenti, in quibus eum hæredem particularem inſtituit, & dictam Ioannam hæredem vniuerſalem inſtituit, eidémque ſubſtituit Ioannem eius filium tertio genitum, cui vnum ex filiis ſuis quem nominaſſet, ſubſtituit, & in caſu, quo moreretur abſque nominatione, eidem ſubſtituit eius primogenitum, cui Ioanni eiúſque liberis maſculis ſine liberis maſculis decedentibus ſubſtituit Petrum quarto genitum, eidémque eius filium nominandum & in defectum nominationis primogenitum vt ſuprà, quibus omnibus deficientibus ſubſtituit Ioannam eius filiam primogenitam, eidémque ſubſtituit vnum ex eius filiis per eam nominandum cum onere ferendi nomen & arma dicti teſtatoris, quibus omnibus deficientibus ſubſtituit Petrum de Porcellet eius conſobrinum, pro tertia parte & Ioannem ipſius fratrem pro alia tertia, & Ioannem Darlade teſtatoris nepotem pro alia tertia, adiecitque clauſulam codicillarem, hoc modo conceptam, hanc eſſe ipſius vltimam voluntatem, quam vult valere iure teſtamenti, codicilli, donationis cauſa mortis, aut cuiuslibet melioris formæ, quæ de iure poterit valere. Informationibus ad inſtantiam dicti Petri contra dictum Iacobum ſumptis de dicto menſe Septembris, quibus conſtat dictum Iacobum de dicto menſe in area dicti Petri & de nocte ſumpiſſe ſexdecim ſaccos frumenti, & aliò tranſportaſſe.

Poſtremò, donatione inter viuos facta per domicellam Catharinam de Porcellet, nouitiam Monaſterij Taraſconis de anno 1602. & tertio die Martij, qua in præſentia & authoritate & licentia Abbatiſſæ, Iudicis, & Conſulum dictæ ciuitatis donat dicto Iacobo omnia ſua bona præſentia & futura, ſalua penſione 300. libratum annua quamdiu viueret, & ſumma 100. libratum de quibus diſponere poſſit.

Præſuppoſito etiam in facto aliquo tempore poſt dictum teſtamentum, dictum Iacobum rediiſſe in gratiam patris, & cum eo conuixiſſe & moratum fuiſſe vſque ad mortem dicti Petri qui morte præuentus teſtamentum non mutauit, quódque cùm fieret, ſibi ſermo de nubendo dicto Iacobo annuebat & ſe donationem facturum ratione matrimonij, ſæpe declarando eius vxorem habere omnem facultatem quem vellet ex filiis maſculis ſuum hæredem nominandi, quódque dictus Ioannes inſtitutus poſt teſtamentum ſæpius fromenta & fructus ſui patris clam ſumpſit & poſt mortem ipſius eam duxit in vxorem, quam ei prohibuerat pater, & ſic contra eius mentem & voluntatem. Ex dictis, inquam, teſtamentis & contractibus plora dubia deciſiuè reſoluenda oriuntur.

Primum, an ex teſtamento d. honorati Piqueti, cenſeatur inductum graduale perpetuum fideicommiſſum in fauorem deſcendentium à dicto Petro Feleſeno dicti honorati Piqueti? & quidem hoc certum eſt, quod etſi cùm Ioanni & eius deſcendentibus iniungatur onus ferendi nomen & arma, videantur ſimul vocari (eo enim ipſo quod onus ferendi nomen
1 & arma deſcendentibus iniungit, eos quoque vocat *l. ab eo cum ibi not. Cod. de fideicommiſſ.* tamen certiſſimum eſt non niſi ordine ſucceſſiuo vocari: cùm ver-
2 ſemur inter eos, inter quos nedum ordo charitatis & affectionis, ſed etiam neceſſitas inſtituendi adeſt, & hæc eſt vera & communis opinio, vt atteſtantur ſcribentes in *l. Gallus §. quidam rectè ff. de liber. & poſthum.* & in ſpecie Alexand. poſt *num. 6. & conſ. 20. num. 10. lib. 1.* Stephan. *conſ. 9. num. 1. & conſ. 82. numer. 2. lib. 1.* & alij, quos longa ſerie referunt & ſequuntur Cancer. *lib. 1. variar. reſolut. c. 1. de ſubſtitut. numer. 44.* & Graſſ. *in §. inſtitutio quæſt. 20. numer. 13.* quod adeò verum eſt, vt etſi verſaremur inter eos, inter quos ſolum adeſſet ordo charitatis & affectionis ratione ſanguinis & ſucceſſio- 3
nis ab inteſtato, tamen cùm adeſt dictio collectiua plurium perſonarum & graduum vt, ſuos, liberos, deſcendentes, poſteros, familiam, & his ſimiles, ij cenſerentur ordine ſucceſſiuo vocati, *l. peto §. fratre de legat. 2. l. cum ita §. in fideicommiſſo ff. eodem l. fin. C. de impub. & aliis ſubſtitutis,* Bartolus *in dict. §. quidam rectè num. 4. circa medium,* Caſtrenſ. *numero 9. ad fin.* Iaſ. *num. 25.* & alij quos referunt & ſequuntur Cancer. *d. loc. num. 53.* & Graſſ. *nu. 12.*

Certum quoque eſt deſcendentes ordine ſucceſſi-
uo vocari, non per vulgarem tantùm, ſed etiam per fideicommiſſariam quoad Ioannem & primos eius deſcendentes, quòd procederet etiamſi ageretur de iis, inter quos cadit tantùm ordo charitatis & affectionis ex *dict. l. cum ita § final.* Clauet. *conſilio 22. numero 3. cum multis ſeqq.* Tyber. Decia. *conſ. 1. numer. 245. cum multis ſeqq lib. 1.* Cancer. *dict. loco, num. 56. & ſeqq.* ſed an deſcendentibus Ioannis ſemel admiſſis extinguatur fideicommiſſum, an verò ij rurſus cenſeantur grauati aliis ex ſe deſcendentibus reſtituere, & ſic inductum graduale perpetuum fideicommiſſum inter ipſos, ideóque admiſſo Petro vltimo defuncto in hæreditate Piqueti poſt mortem Ioannis eius patris, is quoque cenſeatur grauatus reſtituere eius deſcendentibus, in quo caſu verſamur, difficultas eſt magna: & videtur cenſeri inductum graduale fideicommiſſum, & dictum Petrum grauatum ſuis deſcendentibus hæreditatem dicti Piqueti reſtituere ob duo quæ hîc concurrunt: vnum, quod iniunxit ferendi nomen & arma, alterum, quod illud iniunxit nedum Ioanni, ſed & eius deſcendentibus ſine præfinitione temporis vtendo dictione *deſcendentibus*, quæ eſt collectiua plurium perſonarum 5
& graduum, Tiber. Decian. *dict. conſil. 1.* Cancer. *dict. c. 1. numer. 44. cum ſeqq.* Maynard. *lib. 6. c. 23.* nam ex onere
ferendi nomen & arma cenſeri inductum perpetuum 6
fideicommiſſum, reſponderunt plerique, vt Guid. Pap. *quæſt. 467.* Bened. *in cap. Raynutius verb. in eod. teſtamen. numer. 147.* Papon. *lib. 20. tit. 3. des ſubſtitutions artic. 14.* Anchar. *conſ. 113. numero 4.* Corard. *conſil. 45. numero 9. & conſil. 79. numero 14. in fin.* Curt. ſen. *conſil. 76.* Tiraq. *de primogenit. quæſtion. 64. & in repet. l. boues §. hoc ſermone numer. 124 de verborum ſignificationib.* Pariſ. *conſil. 6 numero 16. lib. 3.* Curt. iuu. *conſ. 39. numer. 9.* Celſus Hugo *conſ. 20. numero 40.* Ruin. *conſilio 120. numero 14. lib. 2. & conſilio 140. numer. 5. eodem lib.* Bertrand. *conſil. 30. lib. 2. poſter.* Burg à Pax *in proœm. ll. Tauri numero 28.* & aliquorum ſententia onus delationis nominis & armorum inducit agnationis conſeruationem, ita vt ex eo fœminæ per remotiores maſculos excludantur, Bartolus *in tract. de inſign. & arm. numero 10.* Grati. *reſponſ. 67. numero 11. & 19. lib. 2* Rub. Alexand. *conſ. 28. numero 5. & 6.* videtur enim teſtator ex huiuſmodi onere voluiſſe familiam ſuam æternam reddere, vt loquit Ripa *in c. centurio num. 164. ff. de vulga. & in l. 1. numero 10. Cod. de impub.*

Et quamuis non videatur omnino certum ex onere 7
ferendi nomẽ & arma ſimpliciter iniuncto cẽſeri perpetuum fideicom̃iſſum inductum in Gallia, Charon. *lib. 8. reſpon. c. 45. & lib. 10. cap. 37. & 41. & aux Pandect. du droict Franc. lib. 2. cap. 15. fol. 151. & aux memorables obſeruations, verb. option. fol. 231. & in verb. fief, in fine, fol. 151.* Robert. *rerum iudic. lib. 4. capite 4. fol.*

fol.80.Fetter.ad Guid.qu.467. Peleus quaſt.illuſt. quaſt.
25.per tot. præſertim circa fin.& q.56. Idémque in Hiſ-
pania ſeruandum docent Pala. de maiorat. lib.2. cap.6.
numer.23 Molin.de primogen.lib.1.cap.5.numer.34.& ge-
neraliter docet Hotoman.conſ.61.tamen hoc caſu cùm
8 id onus ſit iniunctum deſcendentibus, quæ eſt dictio
collectiua plurium perſonarum & graduum, videtur
ex eo induci perpetuum fideicommiſſum. Nam ex
vi dictæ dictionis tale fideicommiſſum induci pleri-
que exiſtimarunt, Pereg.de fideicommiſſ. poſt multos
9 quos refert & ſequitur art.19.in fin.inſtitutio enim vel
ſubſtitutio facta ſub nomine collectiuo intelligitur
gradatim facta l.peto §.fratre l.cum ita §. in fideicom-
miſſo de legat.2.l.vltima Cod.de verborum ſignif. Couar.
10 ad capus Raynutius §.2.num.6.Deci.conſ.247.nu.4. Illu-
ſtriſſimus Mantic de coniect.lib.6.tit.7.nu.18. Et quam-
uis etiam ex ſolà dictione collectiua non induci per-
petuum fideicommiſſum plerique exiſtimauerunt, vt
fusè & erudité docet poſt infinitos , quos refert &
ſequitur Menochius conſ.85.numer.82 cum multis ſeqq.
& conſ.328.numer.51.cum multis ſeqq. Cephal.conſ.379.
num.31.lib.3.Roland à Valle conſ.34.num.62 lib.4. Ad-
ditionator ad Alex.conſ.24.in verb.fratris lib.5.Surdus
conſ.305.numer.13.& 14. Mantica de legat.& fideicomm.
lib.2.c.14.num.4 Simon de Præt. de interpret. vltim.vo-
lunt.lib.3.interpret.3.ſolut.9.numer.1.2. & 6.fol.83. qui
ſicut & conſ.203.numer.24. cum ſeqq.lib.1. hanc ſenten-
11 tiam magis receptam & veriorem comprobat, tamen
hoc caſu cùm hæc duo concurrant, onus ſcilicet defe-
rendi arma, & dictio collectiua, dictúmque onus deſ-
cendentibus ſine præfinitione temporis ſit iniunctum,
videtur inductum perpetuum fideicommiſſum, Ce-
phal.conſilio 154.numero 27.& ſeqq Alciat.conſil.36.nu-
mer.10.lib.9.Beroius conſ.109.num.9.lib.2. iniungendo
enim illud onus deſcendentibus, videtur ad pluralita-
tem graduum reſpexiſſe, quo caſu induci perpetuum
fideicommiſſum docet Fetter. ad dict.Guid.q.467. &
certum ſit, quòd ſi præter dictionem collectiuam ali-
quid adſit quod tractum temporis ſignificet, omnes
doctores conueniunt induci perpetuum fideicom-
miſſum, qua de re in tertio dubio diſſeremus.

Secundum dubium eſt, poſito inductum fuiſſe gra-
duale fideicommiſſum, quæritur an omnes deſcen-
dentes eiuſdem gradus ſimul vocentur, an verò pri-
12 mogenitus tantum, & ea eſt certiſſima DD. ſententia
onus deferendi nomen & arma habere eam vim vt pri-
mogenitus vocetur & cæteris præferatur, Guid. Pap.
dict.quaſt.467.Benedic. in c.Raynutius in verb. de clara.
num.44.& in verb.in eodem teſtamento num.174.Tiraq.
de iure primogenitor.q.64.Papon lib.20.titul.des ſubſti-
tutione arreſt.14. Fetter.ad Guid. d. q.467. ideóque ex
eo d.Iacobus bona à dict.quondam honorato Piquer
prouenientia in vim fideicommiſſi detractis detrahen-
dis habere debet.

Tertium dubium eſt (& iam verſamur circa teſta-
mentum Petri patris dicti Ioannis & aui noſtri Ia-
cobi) an ex verbis ſuperius in facti narratione propo-
ſitis ſit inductum graduale & perpetuum fideicommiſ-
ſum in fauorem primogeniti maſculi, primogeniti, in-
quam, quia verba ſatis clara ſunt, vt caſu quo fidei-
commiſſum inductum ſit, natu maior cæteris præfera-
tur, & exiſtimo certum eſſe huiuſmodi fideicommiſ-
ſum graduale, perpetuum eſſe inductum, tria enim hîc
concurrunt, nempe dictio collectiua, liberos, quali-
tas maſculinitatis, & clauſula ſeu dictiones, ordine ſuc-
ceſſiuo; etſi enim ex ſola dictione collectiua etiam cũ
qualitate maſculinitatis non induci perpetuum fidei-
commiſſum multi exiſtiment, vt patet ex ſupr. dedu-
ctis: hoc tamen omnes conueniunt, quòd ſi adſit ali-
quod verbum denotans tractum in futurum admix-
tum nomini collectiuo, tunc graduale & perpetuum 13
eſt fideicommiſſum; ex eo enim colligimus teſtatorem
non ſolum in primo gradu exiſtenti fideicommiſſum
reſtitui voluiſſe, ſed ad vlteriores ſuam voluntatem
extendiſſe, vt omnes fatentur in l.Gallus §.quidam ff.de
liber.& poſthum.& nominatim tradunt Curt.iun.conſil.
48.num.4.& Simon de Præt.de interpret. vltim.volunt.
lib.3.interpr.3 ſolut.9.numer.12.& 16.fol.83.Mantica de
legat.& fideicomm.lib.2.c.24.nu.6. & 7. Torneſellius in
d.l.Gallus num.65.& ſeqq.Peregrin. de fideicom. art.19.
per tot. Hîc verò adſunt ex conditiones ordine ſucceſ-
ſiuo, quæ notoriè tractum illum temporis ſignificant,
& in terminis ex illis iunctis cum nomine collectiuo
induci perpetuum fideicommiſſum docent Alciat. in
l.Gallus §.quidam rectè, in fin.ff. de liber.& poſthum. Of-
faſc.conſ.74.numero 2. Peregr.art.18. num.19. & toto art.
19.Anton.de Petra de fideicomm.art.5.numer.149. verſ.
quinto etiam

Quartum, cùm caſtrum & locus de Forneſio fue-
rit ex vi dicti pacti de retrouendendo redemptum,
nec Ioannes tria millia ſcuta auri ſolis in auro in em-
ptionem alterius caſtri, vt tenebatur per teſtamentum
dicti Petri ſenioris, conuerterit, quod tamen ſi feciſſet,
caſtrum tunc tribus millibus emptum nunc notoriè
valeret viginti quinque aut triginta millia, effluxerunt
enim à die redemptionis huc uſque circa octoginta o-
cto anni, & valor bonorum illius temporis adhuc vſ-
que in immenſum excreuit: an dictus Iacobus nedum
tria millia ſcuta, ſed omnem illum valorem, qui bene-
ficio temporis auctus fuiſſet, ſi caſtrum de dicto tem-
pore emptum fuiſſet. vel in pecunia, vel in bonis pe-
tere poſſit, ita vt perinde res reſoluenda ſit, ac ſi de di-
cto tempore valoris trium millium ſcutorum em-
ptum fuiſſet, & iam an aliquod caſtrum dandum ſit,
vel pecunia loco illius cum toto illo augmento ma-
ioris valoris, quod beneficio temporis accidit.

Et exiſtimo in fauorem dicti Iacobi reſponden-
dum, & ex bonis dicti Petri tot ei danda quæ æqui-
ualeant alicui caſtro perinde ac ſi emptum fuiſſet pre-
tio trium millium ſcutorum de anno 1522. vel circa,
quo dictum caſtrum de Forneſio redemptum fuit, ita
vt omne augmentum beneficio temporis ſequutum
in commodum ipſius cedat; nam dictus Ioannes e-
rat grauatus ſummam ex redemptione redactam v-
nà cum mille ſcutis auri ſolis ex hereditate Petri ſu-
mendis in emptionem caſtri conuertere, quòd ſubro-
garetur in locum caſtri de Forneſio, quod cùm non
feccerit, totum illud damnum reſtituere fideicommiſſa-
rio debet, hæres enim grauatus tenetur fideicommiſ- 14
ſario rationem reddere de conſumptis & neglectis,
Peregrin.de fideicommiſſ.art.10.numero 27. & artic.45.
numer.14.& ſi quæ conſumpſit aut alienauit, fideicom-
miſſum reintegrare tenetur, Peregrin.dict.artic.45.nu-
mero 14. & tenetur fideicommiſſario de culpa, Hon-
ded.conſilio 59. numero 20.lib.1. & vbi res deſiit extare 15
facto ipſius hæredis doloſo aut culpoſo culpa lata vel
leui tenetur hæres fideicommiſſario reſarcire omne
damnum, Molinæus de primogen.lib.1.cap.27. numero 1.
Peregrin.articul.10.numer.31. At quæ maior culpa da-
ri poteſt, (imò dolus omninò dicendus eſt) quàm
commiſſa per dictum Ioannem , qui contra ex-
preſſam voluntatem teſtatoris , & ipſius manda-
tum contemnendo dicta tria millia ſcuta in em-
ptionem caſtri non conuerterit , vt propterea o-
mninò dicendum ſit eſſe damnum inde ſequutum,
& ſic augmentum valoris quod beneficio temporis

Digitized by Google

acceſſiſſet fideicommiſſario reſarcire debere, alioquin ex culpa, dolóque ſuo lucrum, fideicommiſſarius verò damnum contra expreſſam voluntatem & mandatũ defuncti cõſequeretur, quod nullo modo tota patiũtur. Hæc confirmantur, quia ſicut rerum peremptiones & diminutiones à natura procedentes, & citra factum doloſum aut culpoſum hæredis grauari pertinẽt
16 ad onus fideicommiſſarij, ita è contrario augmenta rerum à natura procedentium cedere debent ad fideicom. commodum, Peregr. *art.10.nu.17.& 19.* & cũ culpa, dolóque hæredis factum ſit ne augmentum quod acceſſiſſet, ſi caſtrum fuiſſet emptum de dicto tempore, cedat in augmentum fideicommiſſarij, illud omne reſarcire debet hæres, quod confirmatur, quia d. hæres
17 tenebatur acquirere, quod cùm non fecerit, tenetur de dolo, & pro poſſeſſore habetur, *l.2.§.ſed et ſi quid ff. de hæredit. vel act. vendita, l. ſed ſi lege §. proinde ff. de petitione hæred.* vbi qui dolo deſiit poſſidere vel acquirere quod tenebatur, vt poſſeſſor tenetur ad rem *l.1. §.ſane ff.ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti.*

Hæc denique corroborantur, quia quemadmodum creditor hæres inſtitutus & grauatus de reſtituenda
18 hæreditate poteſt retinere de bonis fideicõmiſſo ſubiectis pro concurrentia ſui crediti vel aliorum creditorum quibus de propria pecunia ſoluit, idque habita æſtimatione de tempore aditæ hæreditatis quoad ſuum creditum & de tempore ſolutionis quoad aliorũ creditorum debita per ipſum ſoluta, ita vt augmentum, quod beneficio temporis interim ſuperuenit, cedat in ipſum commodum, Socin. iun. *conſ.170.numer.5.vſque ad numer.11. lib.2.* Alciat. *conſilio 113.nu.22. lib.9.* Petr. Imol. *conſ.92.n.94.* Marzar. *conſ.25.n.3.* Menoch *conſ.183. n.35.* Illuſt. Mant. *de coniect. vlt. volunt. lib.7.tit.8.n.13.* & fusè Pereg. *d.art.31.n.12.* qui variis rationibus hanc ſententiam firmat, & ſic ſe variis cauſis obtinuiſſe aſſerit: ita & per contrarium in hoc caſu cum culpa dolóque hæredis factum ſit, ne caſtrum ſit emptum, perinde debet haberi, ac ſi de tempore fuiſſet emptum, omnéque augmentum quod inde ſequutum fuiſſet, in commodum fideicommiſſarij cedere & omne damnũ per eum paſſum hæres ſoluere debet.

Quæ eo magis hoc caſu affirmanda ſunt, quòd d. Ioannes caſtrum du Buys acquiſiuit, cuius pretium probabiliter ex dict. pecunia ſolutum eſt, ſed ſiue ex ea prouenerit, ſiue non, cùm tamen caſtrum illud emerit, illud adiudicandum eſt d. Iacobo & pro concurrentia pretij per Ioannem ſoluti diminuendum de ſumma trium millium ſcutorum, quod verò de illis ſupereſt, nec non augmentum, quod beneficio temporis acceſſit pro proportione dictæ pecuniæ, debet in aliis bonis dicto Iacobo adiudicari, & ita voluntati Petri ſenioris ſatisfiet, hæres ex dolo vel culpa ſua lucrum non faciet, neque ex illis fideicommiſſarij damnum patietur.

Quintum eſt, quod manat ex donatione in contractu matrimonij Petri Ioannis contenta medietatis omnium bonorum d. Ioannis præſentium & futurorũ, quæritur cũ ea donatio facta fuerit d. Petro & eius liberis maſculis ex eo matrimonio naſcituris, an dictis liberis vt liberis vel hæredibus cenſeatur facta? & quidquid ſit in illa quæſtione cùm pater ſtipulatur pro ſe & liberis, an cenſeatur ſtipulatus pro liberis, vt liberis, vel vt hæredibus, de qua Couar. *lib.2.var.reſolu. c.18.* & Clar *in §.emphyteuſis q.37.* Socin. *conſ.127.nu.9. circa fin. vol.3.* Ruin. *conſ.213.n.4.* Socin. iun. *conſ.104.nu. 15.lib.2.* Iaſ *in l.2.nu.188.cum ſeqq. de iure emphyteot.* Ga-
19 briel. *lib.3 comm. concluſ. titul. de iure emphyt. concluſio. 2.n.47.* hoc tamen certiſſimum eſt, quod ſi verba proferantur à donante, vt hoc caſo, liberis vt liberis, poſt mortem patris, & ſic ordine ſucceſſiuo huiuſmodi bona eſſe quæſita, vt docent Bartol. & DD. *in l.Gallus §. quidem rectè ff. de liberis & poſthumis*, & in ſpecie idem Bart. *in l.quod dicitur ſecunda n.6. ff. de verbor. ſignif.* Deci. *cõſ.239.n.4.* Bertrand. *conſ.138.n.14.& ſeq. lib.c. poſter.* Iaſ. *d.§.quidem rectè n.24.* & Paulus *n.16.* Benus *conſ.155. nu.1. verſ.& tanto magis*, & filium eundémque patrem 20
donatariũ de dictis rebus donatis diſponere non poſſe in præiudicium filiorum eorundémque nepotum, qui expreſsè ab auo ad dicta bona ſunt inuitati: eſt etiam hoc certi iuris, & Interpretes firmant DD nulla diſtinctione facta, an materia ſit tranſitoria ad hæredes néc-ne (eam enim faciunt cùm de interpretatione ſtipulationis paternæ agitur, non in quæſtione noſtra, in qua de verbis tantùm donantis quæritur) & docent hoc in terminis Deci. *conſ.216. conſ.239.n.4.cum ſeqq.* Bertrand. *conſ.234.n.11.in vltima ratione lib.2. priorum, & conſ.138. per tot.* vbi omnino videndus eſt *lib.2. poſter.* Berous *conſ.155.n.7.verſ & tanto magis*, Marcabruo. *conſ.11.nu. 126.verſ. ſed quidquid ſit*, qui quamuis in ſuo caſu contrarium reſpondeat, quòd verba erant à recipiente tãtùm prolata, tamen ſatis demonſtrat quod ſecundùm noſtram ſententiam reſpondiſſet, ſi verba fuiſſent à concedente prolata.

Ex eo oritur alia quæſtio, niſi nominatim in dict. contractu prouiſum fuiſſet, quæ conficeret ſextum dubium, an ſcilicet dict. Petrus, ſi nominatim ea facultas per d. contractum ei data non fuiſſet, vt fuit, potuerit vnum ex liberis maſculis alteri in dictis bonis donatis præferre, & de eis diſponere vni plus quàm alteri donando, qua in re aſſerendum eſt, non potuiſſe patrem hoc facere, ſed cenſeri omnes æqualiter vocatos irreuocabiliter: etſi enim aliqui contrarium hoc caſu te- 12
neant, tamen verior & magis communis opinio eſt, vt pater non poſſit vni plus quàm alteri donare, atque noſtram ſententiam diſertè tenent Bart. *conſ.55.* dominus Amatus, & *conſ.60.* quæſtio iſta *lib.1.* & in *l. vt iuriſiurandi §. ſi liberi de oper. liberto.* & in *l. mortis cauſa capitur ff. de donatio. cauſ. mort.* Idem quod Bart. docent Caſtrenſ. *in l. idem Iulian. §. ſi quis aliena de legat. 1.* ſed in terminis Stephan. Bertrand *d. conſ.138.num.24 & per tot. lib.2. poſter.* magis communem dicit Alexan. *conſil. 106.* viſo themate, & *conſ.107.* in cauſa de Campagio *n.1.lib.4.* Couar. *lib.2.var.reſol.c.18.n.2.* Iaſ. *in l.2.nu. 207.cum ſeqq. C. de iur. emphyt.* Tiraq plures cumolans *in tract. de retract. conſangui. §.11. gloſ. 6. nu. 24.* Syluan. *conſ.15.à n.1.vſque ad n.21.* qui hanc opinionem communem atteſtatur, & ſimiliter Socin. iun. *conſ.72.nu 5. l.1.* Ioann. Dilect. *de art. teſtand. tit.3.c.int.8 n.3* & ita magis in terminis tenet Vincent. Ann. *alleg.11.n.2.& 3.* & Menoch. *de præſumpt. lib.3. præſump.28.n.6.* His adde Dec. Marcabrun. & ſupr. allegatos. & quamuis aliqui ex iis loquantur in emphyteuſi, ij tamen non præſupponũt donationem factam filio & liberis, ſed loquuntur de emphyteuſi accepta pro ſe & liberis, & ſic cùm in vtroque caſu ius quæratur liberis vt liberis, non vt hæredibus (primo quidem caſu ex liberalitate & prouidentia donantis, ſecundo, quia ſumus in materia non tranſitoria ad hæredes, præſuppoſito nunc & non cõceſſo veram eſſe ſententiam, ſtipulationem huiuſmodi, ſi facta in materia tranſitoria, cenſeri factam liberis, vt hæredibus) bene procedit quæſtio, an pater poſſit vni plus quàm alteri relinquere vel donare, & cæteris eo modo præiudicare, qui tamen omnes concludunt nõ poſſe. Cuius rei ratio eſt manifeſta, quia iſti nepotes non habent dicta bona à patre ſuo, ſed ab eorum auo, à quo æqualiter ſunt inuitati, & ſic ius eis quæſitũ ab auo pater tollere non poteſt, nec in eo eis præiudicare, & omnium nouiſſimè in propriis terminis donationis

factæ

factæ à patre, filio & liberis ex eo naſcituris contem-
platione matrimonij, hanc opinionem veriorem & ma-
gis communem aſſerit Iacob. Cancer. lib.1.var.reſolut.
cap.8.num.64.de donatio. ipſe quidem quando pater de
d. bonis plus vni donauit quàm alteri, ait ſibi videri
contrariam opinionem æquiorem, fatetur tamen hanc
& veriorem & magis communẽ: quæ ſententia eo ma-
ximè procedit in donatione hac, quis contemplatione
nedum patris, ſed & liberorum ex eo matrimonio na-
ſciturorum, & ſic ex cauſa communi iam patris quàm
filiorum eſt facta: quo caſu ſuccedit indubitata ſenten-
22 tia patrem de d. bonis diſponere non poſſe, nec plus
vni quàm alteri ex filiis donare, ex Menoch. d. præſump.
28.num.16. & quamuis Guid. Pap. deciſ.184.num.3. con-
trarium exiſtimauerit, vt ſcilicet pater vnum alteri ex
filiis præferre & nominare poſſet, quem Natts conſil.
475.per tot. & conſ.501.n.14. Celſ. Hugo conſ.26 n.14 ſe-
quuti ſunt, tamen cõtra Guidonis opinionem in ipſo-
met Senatu Gratianopolit. iudicatum fuiſſe de anno
1529. & 1539. referunt Rabot. & Boneton. in additio. ad
d. deciſ.184. Sed tamen etſi hæc ſententia veriſſima ſit
per l. cum pater §. rogo. ff. de legat.2. & l. heredes mei §.
pete ff. ad Trebell. tamen cùm hæc controuerſia in lin-
gua Occitana definienda ſit, difficillimè obtineri poſ-
ſet; Senatum enim in ſimili ſpecie iuxta Guidonis ſen-
tentiam pronuntiaſſe refert Maynar. aux notables que-
ſtions lib.6.c.3. ſed in hoc inſiſtendum non eſt, cùm in d.
contractu nominatim ſit data facultas d. Petro, quem
vellet ex liberis maſculis ex d. matrimonio naſcituris
eligendi.

Tota igitur quæſtio in eo verſatur, an electio vnius
23 ex d. maſculis à d. Petro legitimè facta ſit, nam ſi legi-
timè facta ſit, ei ſtandum eſt, ſin minus omnes maſculi
ſimul & pro virili ad d. dimidiam partem admittentur,
l. cum quidam ſecunda. l. vnum ex familia §. rogo ff. de
legat.2. Bereng. Fernan. cap. vn. de filiis natis ex matrim.
ad marg. cont. cap.9. num.5. & ita ſupremos Senatus Pa-
riſien. & Tholoſanum ſolitos iudicare refert Maynar.
lib.8. cap.53. Aut igitur teſtamentũ ſecundum Petri nul-
lum erit & primo ſtandum erit, aut contra (de quibus
teſtamentis & quod ex eis præualeat mox diſſeremus.)
Siquidem ſecundum valet, valida eſt electio facta per
d. Petrum, Ioannem enim vxori ſubſtituendo & per
24 conſequens ſibi in tota ſua hæreditate inſtituendo
eum elegiſſe & nominaſſe cenſetur, l. filiusfamilias §.
ſed ſi omne ff. de leg.1. & in terminis docet Bartol. in l.
vnum ex familia §. ſi duobus ff. de leg.2. & ibi Menoch.
poſt Brun. in addition.

Quod ſi ſecundum teſtamentum ita nullum decla-
retur, vt primo ſit omnino ſtandum, & vxor iuxta po-
teſtatem ſibi datam hæredem nominauerit tam ad hæ-
reditatem Petri quàm ad d. dimidiam partem bono-
rum donatorum, vt ex vi teſtamenti poteſt, hæc ele-
25 ctio nullius erit momenti. Neque enim Petrus potuit
huiuſmodi facultatẽ eligendi in alium transferre eius
arbitrio faciendam, Fernand. in dict. cap. vnico de filiis
natis ex matri. ad marg. contract. cap.9. num.9. verſ. ſepti-
ma dubitatio. Huiuſmodi enim facultas tranſmitti non
poteſt, nec hæredi competere, textus eſt in leg. fin. in
princ. ff. de verborum obligat. huiuſmodi enim facultas
eligendi cohæret perſonæ, leg. ſi ſtipulatus l. ſi quis ar-
bitratu ff. de verborum obligat. Bartol. in l. cùm ſtipu-
latus ſum mihi ff. eodem. gloſſ. inter ſtipulantem in princ.
ff. eodem.

Septimum (& iam verſamur circa duo teſtamenta
Petri) quòd ex his teſtamentis præualeat, & an ſecun-
dum ita nullum declarari debeat, vt primo omnino
ſtandum ſit? hoc dubium in duo capita diuidendum
eſt, & ex vnoquoque dubia ſeparatim faciemus: vnum,
an ex vi non legitimæ exhæredationis nullum ſit:
aliud, an ex aliis cauſis ſecluſa exhæredatione? Quo-
ad primum exhæredationem ſuſtineri non poſſe cer-
tum eſt, quia quoad cauſam, quæ dicitur expreſſa per
relationem ad informationes ſumptas contra Iaco-
bum ad inſtantiam dicti Petri, ea notoriè non eſt le-
gitima, conſiſtit enim in eo quòd ſex vel octo ſalma-
tas frumenti d. Iacobus in area Petri noctu ſumpſiſſet,
quod frequentiſſimum eſt in filiis patrum diuitum,
præſertim iis, quibus neceſſaria à patre non tribuun-
tur. At vt cauſa legitima ſit, debet eſſe ex expreſſis, in 26
§. aliud quoque capitulum, vt cùm de appellat. cogno-
ſcitur, aut ſaltem æquè grauis, DD. in authen. non licet
C. de liber. præter. præſertim Cuti. num.23. Ripa in l. fin.
quæſt.48. C. de reuocan. donat. Arri. Pinell. ſub parte 2. num.
25. C. de bonis maternis. Tria enim debent concurrere, 27
vt exhæredatio ſuſtineatur, cauſa ſcilicet, quam dixit,
& quòd legitimè ſit verificata, & quòd expreſſa ſit in
teſtamento paterno, Mantic. de coniect. lib.4. titul.21.
Maynard. lib.8. cap.10. Quoad verò eas quas dixit pa-
ter ſe habere, non tamen expreſſit teſtamento, & quas
ſe exprimere nolle dixit, eæ nullius ſunt conſideratio-
nis, niſi enim nominatim à patre exprimantur, non li- 28
cet hæredi eas exprimere, Mantic. d. tit.21. Maynard.
d. cap.10. & in terminis ita iudicatum refert idem May-
nard. in Senatu Tholoſano lib.6. c.12. Adde quòd mul-
ta hîc concurrant, ex quibus nulla eſt omnino d. exhæ-
redationis habenda ratio, ſcilicet quòd reconciliatio 29
poſtea inter patrem & filiũ interuenerit, ex quo huiuſ-
modi exhæredatio omnino tollitur, l. in ipſum C. famil.
erciſcun. l.3. § fin ff de adimend. legat. & ibi Bart. gloſ. in §.
fi. verſ. diſſimulatione Inſtitutionib. de iniuriis, præſertim
quando illa exhæredatio procedit ex animo irato &
offenſo, Alex. in terminis in conſ.159. lib.2. patris enim
ſunt non adeſſe cauſas ingratitudinis, vel eſſe extinctas
per reconciliationem in vita teſtatoris, arg. l. non filium
ff. de iniur. vbi de iniuria remiſſa amplius non poteſt
agi, Soc. iun. conſil.59. n.19. lib.3. Bart. in l. ſi ibi §.1. ff. de
pact. Bald. conſil.117. n.4. Bart. in l.3. §. fi. ff. de adimend. le-
gat. Simon. de Præt. de interpret. vlt. volunt. lib.3. ſolut.4.
num.13. in terminis.

Nec non quòd Ioannes ſubſtitutus eaſdem & maio-
res cauſas commiſit, quibus iram patris in ſe concitaret;
vt ex facti narratione conſtat, quòdque pater morte
præuentus teſtamentum mutare non potuit. Hæc qui-
dem certa ſunt quoad hoc vt legitimam integrã petere
poſſit d. Iacobus qui non ſimpliciter exhæredatus fuit;
ſed ei legatæ fuerunt 15. libræ in quibus hæres particu-
laris fuit inſtitutus, & ſic cùm remaneat inſtitutus in re
particulari, ſolum ſupplementũ legitimæ ob defectum
legitimæ exhæredationis petere poteſt. Etſi enim cùm
titulo legati aliquid relictũ eſt, corruat teſtamentum, 30
& nullũ ſit, l. omnimodo C. de inoffic. teſtam. ex communi
DD. ſententia, vt docent Deci. conſ.105. in princ. & conſ.
228. Bened. inc. Raynut. verbo in eod. teſta. n.37. & alij quos
refert Fernan. Vaſques lib.2. §.20. requiſito 29. declara.1.
n.3. tamẽ ſecus eſt, ſi titulo inſtitutionis particularis ali-
quid relictum ſit, vt prædicti DD. præſertim Deci. &
Bened. locis ſup. cit. teſtantur. Atque hoc magis dicen-
dum eſt, quod in ſimili caſu ita iudicaſſe Senatũ Tho-
loſanum refert Maynar. d. lib.6. c.12. niſi fortè in hoc ca-
ſu d. Senatus ex circumſtantiis in eo militantibus æqui-
tatem potius, quam ſolet amplecti, quam ſummum ius
ſequens contrarium ſtatuendum cenſeret; ex circum-
ſtantiis, in quam, præſertim quod in calore iracundiæ d.
Petrus hoc teſtamentum fecerit, in re tantùm particu-
lari Iacob. inſtituerit, quòd recõciliatio deinde ſecu-
ta fuerit, quòd non maiorẽ cauſam conquerendi patri
Ioan. dederit, quod in primo teſtamẽto ſi vxor nemine

nominaſſet, ipſe d. Iacobum diſertè nominauit & vxo-
ri ſubſtituit, aliiſque prætulit, quòd morte præuentus
teſtamentum ſecundum mutare non potuerit, quòd
cùm ageretur de d. Iacobo matrimonio collocando ſe
donationem facturum d. Petro aſſeruit, quod ſæpe de-
clarauit vxorem ſuam omnem habere facultatē quem
vellet ex filiis nominandi, qua de re infrà latius, & cum
d. inſtitutio iure certa ad magis corroborandum d. ex-
hæredationem facta ſit, omnino nūc corruere debeat,
& nulla ſit illius habenda ratio, quaſi effectus exhære-
dationis potius quàm verba ſit conſiderandus, cùm in
effectu d. Iacobus ſit exhæredatus. *l. ſi filiusfamilias §. 1.
ff. quod cum eo l. peculium §. ſed ſi nomina ff. de peculio l. no-
men filiarum. §. fin. ff. de verb. ſignif.*

Sed ex alio difficultas augetur admodū, quòd clau-
31 ſula codicillaris in eo ſecundo teſtamento ſit appoſita:
ſiue enim filius dicatur ſine cauſa exhæredatus, ſiue
cum cauſa quidem, ſed non legitima, quod vtrumque
videtur in hoc caſu interueniſſe, in vtroq; tamen clau-
ſulam codicillarem operari effectum ſuum DD. com-
muniter tradunt, in primo quidem, cùm ſcilicet nulla
eſt expreſſa cauſa *gloſ. in §. exhæredatus in verb. exhæ-
redatus in auth. de hæredib. & ad falcidiam*, Bart. *in auth.
ex cauſa n. 2.* vbi de communi, & ſub *n. 12.* Bald. *n. 4.* aſſe-
rens ita in practica ſeruari, Aug. ſub *n. 3. in fi.* Albert. *n. 7.*
Caſtr. *n. 7. in fin. C. de liber. præterit.* Clar. *in §. teſtamen-
tum q. 42. verſ. aliquando enim*, vbi aſſerit inter DD. in
hoc non eſſe controuerſiam. Secundo verò caſu, quan-
do ſcilicet pater cum cauſa, ſed non legitima, exhære-
dauit filium, idem ſtatuendum eſſe de communi om-
nium teſtatur Imol. *in l. 1. n. 6. ff. de teſtamentis*, & *in l. fi-
lio præterito n. 30. ff. de iniuſto rupto*, Clar. *in §. teſtamen-
tum q. 40. verſ. aliquando verò*, fusè Turret. *in tract. de ef-
fect. clauſulæ codicillaris q. 25.* in quibus locis teſtamen-
tum eſſe nullum ipſo iure docent. & cōſequenter clau-
ſula codicillaris operatur ac ſi eſſet præteritus ſcienter,
ſuper qua quæſtione DD. nō dubitant, vt in ſpecie di-
xit Cagnol. *in d. authen. ex cauſa & ſub n. 35. verſ. ſicut.*
Turret. *d. q. 25. & q. 53.* atque hæc procedunt, etſi verba
ſint in præſens tantùm tempus concepta, cùm teſta-
mentum ſit nullum ipſo iure, etſi alioquin maximè in-
terſit per verba futuri temporis concipi, vt per Bart. *in
l. 1. ff. de iure codicill.* & ibi paſſim DD. & vt *in d. authen.
ex cauſa*. Non refert etiam, quòd clauſula codicillaris
non ſit, vt ſolet, concepta, ſed ſimpliciter, ſcilicet ſi non
valet iure teſtamenti codicillorum, &c. nam cùm te-
ſtamentum ſit nullum ob nullam vel non legitimam
expreſſam cauſam exhæredationis, neceſſariò in vim
32 codicillorum valere debet, cùm alioquin ſi teſtamen-
tum valuiſſet, propter mentionem codicillorū eo mo-
do factam hæres eligere poſſet: an iure teſtamenti, an
iure codicillorum ſuccedere vellet, vt docent Bart. *in l.
fin. n. 5. & ſeq. C. de codicillis* Caſtr. *ibid. & n. 12.* Fulgoſ. *in
d. auth. ex cauſa n. 57. circa fi.* Surd. *conſil. 107. n. 10. & ſeqq.
lib. 1. & conſ. 274. n. 25. lib. 2.* quia cōiunctiua, &, expreſſa
vel ſubintellecta ob repugnantiam vt teſtamētum va-
leat iure directo & obliquo eodē tempore reſolui de-
bet in diſiunctiuam, *l. ſi Titio fundum ff. de uſufruct. legato*
de qua quæſt. fusè Turret. *d. tract. q. 14.* Nō video igitur
quomodo poſſit euitari, quin teſtamētum ſuſtineatur
in vim d. clauſulæ codicill. qua verè ſtante d. Iacobus
33 vel legitimam vel Trebellianicam quam maluerit de-
trahere, poterit, non vtramque, Bart. *in l. Papinian. §.
meminiſſe in fi.* quem ibi paſſim DD. nominatim Cagn.
ſequuntur, *ff. de inoff. teſta.* Paul. de Caſt. *conſ. 15. in princ.
lib. 2.* Alex. *conſil. 161. n. 4. lib. 2.* Rimin. iun. *conſil. 7. n. 15.*
Hieron. Gabr. *conſil. 113. n. 4. & 5. lib. 1.* Rol. à Valle *d. conſ.
7. in fi. lib. 4.* Cror. *conſil. 66. n. 27. lib. 1.* Burſat. *conſ. 88. in fi.
lib. 1.* Crauet. *conſil. 242. n. 4. lib. 2.* Guid. Pap. *q. 52.* Sed hoc
caſu vtilius eſt detrahere legitimam, quippe quæ ſit
duodecima totius hæreditatis, præſuppoſito quòd ſint
ſex liberi: At ſi quartā Trebellianicam detraheret tan-
tùm conſequeretur ſextam illius quartæ, quæ eſſet vi-
geſima quarta. Reſtat igitur, vt ſecundum caput hu-
ius dubij diſcutiamus, ex quo octauum dubium elicie-
mus, an ſcilicet aliqua alia ratione præter exhæredatio-
nem poſſit ſuſtineri d. ſecundum teſtamentum nullius
eſſe momenti, ita & eo modo vt clauſula codicillaris
nihil operari poſſit? & abſolutè exiſtimo hoc ſecūdum
teſtamentum nullius omnino eſſe momēti, cùm in eo
nulla ſit ſpecialis facta mentio & derogatio primi te-
ſtamenti, per d. Petrum inter liberos etiam facti, hoc 34
enim eſt verum in iure teſtamentum inter liberos per-
fectum habere à lege tacitam clauſulam derogatoriam
& per ſecundum nedum ſi in ſecundo extraneus ſit in-
ſtitutus, Maynard *lib. 5. c. 11.* ſed etiam inter liberos fa-
ctum etiam perfectum nō ſuſtineri; nec per illud cen-
ſeri reuocatum primum iuxta notata *in auth. hoc inter
liberos C. de teſtam.* docent Alex. *conſil. 63. n. 7. cum ſeqq.
lib. 7.* Boer. *deciſ. 240. n. 7. 8. 9. & 10.* qui multos eiuſdem
ſententiæ refert & ſequitur Clar. *§. teſtamentum q. 98. n.
12.* & quamuis plerique diſſentiant vt Bald. *in d. auth.
hoc inter liberos*, Maynar. *d. lib. 5. c. 20.* tamen id ſine du- 35
bio procedit, ſi primum teſtamētum ſit magis fauora-
bile filiis, & ſecundum cōtineat præteritionem vel ex-
hæredationem, & ſic inæqualitatem, vt docet Apoſtill.
ad Alex. *d. conſil. 163. n. 7.* Boer. *d. deciſ. 240. n. 8. & ſeqq.*
Crauet. *conſil. 143. n. 7. & conſ. 152. n. 12.* Clar. *d. §. teſtam.
q. 98.* & fuſiſſimè Ludou. Zanch. *conſ. pro vxore n. 748.
cum ſeqq.* Nullamque hoc caſu clauſulæ codicillaris ha-
bendam eſſe rationem docent prædicti authores, præ-
ſertim Alex. *d. conſ. 163. in princ. num. 1. & 2.* at hoc caſu
in ſecundo teſtamento primogenitus, qui alioquin
inter nobiles & caſtra poſſidentes ſolet ſemper hæres
vniuerſalis inſtitui, fuit exhæredatus, & extranei po-
ſtremo ſunt ſubſtituti, & d. primogenitus pro tali qui
ſemper per illum manet excluſus, & primū teſtamen-
tum, ſecundùm morem Nobilium fuit conditum, &
nemo ex filiis exhæredatus, d. verò primogenitus ſub-
ſtitutus & inſtitutus caſu quo vxor neminē nominaſ-
ſet, & ex eo ſatis docuit quò vellet ab vxore nominari,
cui eam facultatem nominandi dedit, vt filij magis ei
obſequentes eſſent, & vtcumque ſit, nemo ex filiis in
eo teſtamēto exhæredatus, & nemo extraneus in ſub-
ſtitutione illi prælatus. Nec obſtat *l. ſancimus C. de te-
ſtam.* quæ non facit ad rem noſtram, & in diuerſis ter-
minis procedit, agitur enim ibi de teſtamēto perfecto,
an per ſecundum imperfectum cum lapſu decennij re-
uocetur, nos de teſtamento primo, quod habet à lege
clauſulam derogatoriā. Sed magis viget doctrina com-
muniter recepta, qua ſecundum teſtamentum, etſi in 36
eo non ſit facta mentio clauſulæ derogatoriæ, ſuſtine-
tur tamen, ſi 10. anni effluxerint à primo, quantumuis
in illo primo clauſula derogatoria fuerit appoſita,
Bald. *in d. l. ſancimus n. 6. in fi.* Parisſ. *conſil. 10. n. 17. lib. 3.*
& alij quos refert Clar. *in d. q. 99.* cuius rei rationē aſ-
ferunt, quia per lapſum decennij inducitur præſum-
ptio obliuionis, & ideo non præſumitur in ſecūdo te-
ſtamento omiſſa reuocatio clauſulæ derogatoriæ ex
voluntatis defectu, ſed potius ex defectu memoriæ, vt
docet idem Clar. *d. n. 9. verſ.* ſed paucis reſpondetur to- 37
tum illud in præſumptione obliuionis fundatum eſſe,
qua ceſſante manet firma vis clauſulæ derogatoriæ. &
primū teſtamentū, vt d. DD. præſertim Clar. ſentiunt;
ſed hoc caſu clarè cōſtat d. Petrum neq; oblitum eſſe,
neq; potuiſſe obliuiſci d. primi teſtamēti, quod penes
ſe & in muſæolo ſuo habebat, ibiq; fuit poſt mortē illius
inuētū; teſtamēti igitur quod præ oculis ſēper habebat,
obli-

obliuiſci non potuit. Deinde reſponderut d. ſecundum teſtamentum oon niſi in calore iraeundię factum fuiſſe, & reconciliatione ſequuta mentem voluntatémque ipſius fuiſſe, vt primum reſtamentum ſolum valeret, ex eo quòd ſæpe declaraoit & profeſſus eſt vxorem ipſius habere omnimodam facultatem eligendi quem vellet ex filiis, quam cùm ſolum habeat ex primo & non ex ſecundo, ſatis ſolummodo habendam rationem primi demonſtrauit; nam ſicut vltimum teſtamentum, in quo non eſt facta mentio clauſulæ derogatoriæ, ſuſtinetur, ſi ex verbis in vltimo teſtamento poſitis, vel aliter appateret teſtatorem ex aliqua cauſa mutaſſe voluntarem, & voluiſſe illam vltimam præualere, ita & contra cùm apparet teſtatorem velle, vt primum, in quo adeſt clauſula derogatoria expreſſa vel ex legis diſpoſitione, valeret, ſobeſt cauſa vt mutauerit voluntatem expreſſam in ſecundo, multo magis debet primum præualere, Bald. *in d.l.ſancimus poſt n.6.* Soc. *conſ.2.poſt n.12.verſ præterea lib.2.* & alij relati per Clar. *d.q.99.num.8.* hoe verò caſu de voluntate conſtat ex d.declaratione, cauſa verò cur voluerit vt non præualeret ſecundum teſtamentum, imò primum ex d.reconciliatione ſequuta; eam verò voluntatem & declarationem ſat eſt per duos teſtes probari, Vaſqoez *de ſucceſsionum creat. lib.2. in* §. 2. *num.* 10. Additio. *ad Clarum d.n.8. ſub lit. B.*

ARGVMENTVM.

AN mater tutrix ſtuprum committens vel nubens, non petito tutore amittat lucra nuptialia.

An hæredes mariti de ſtupro accuſare poſſint.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes de auditu alieno non probant etiam ſi dicant ſe audiuiſſe ab eo qui præſens fuit*, & n.5.

2 *Multo magis in criminalibus in quibus nequidem faciunt præſumptionem.*

3 *Nec etiam concurrente fama.*

4 *Niſi alia adſint adminicula, & ſimus in materia taliter occulta vt actu & habitu alia probationes haberi non poſſint.*

6 *Fama non probat:*

7 *Nec facit indicium ad torturam.*

8 *Hæredes mariti admittuntur ad accuſationem ſtupri, & inde vidua amittit lucra nuptialia.*

9 *Contrà.*

10 *Et hæc verior.*

11 *Leges pœnales non extenduntur*, & n.20.

12 *Poſterior opinio in Gallia recepta.*

13 *Niſi intra annum luctus, vel in domo mariti commiſſum ſit ſtuprum.*

14 *An vidua nubens non petito tutore filiis amittat lucra nuptialia.*

15 *Conſuetudine Gallica ſublatæ ſunt omnes pœnæ ſecundo nubentium, ea ſolum excepta quod proprietas bonorum ex primo matrimonio lucratorum ad filios eiuſdem pertineat & eis reſeruanda ſit ſi matri ſuperuiuant.*

16 *Idque tam in patria conſuetudinaria, quam in aliis prouinciis.*

17 *Niſi in aliqua prouincia contrarium nominatim receptum ſit, vt in Aluernia.*

18 *In lingua Occitana ſeruatur generalis conſuetudo Galliæ, dummodo vidua nubat poſt annum luctus.*

19 *Minor ſuſcipiens tutelam filiorum, & facta maior nubens non petito tutore, nec redditis rationibus, non incidit in auth. eiſdem pœnis.*

21 *Mater quæ non eſt reliquatrix nubens non petito tutore non incidit in auth. eiſdem pœnis.*

CONSILIVM CX.

INTER ea, quæ Carpentoracti extraiudicialiter acta & concluſa fuerunt in lite, quæ Nemauſenſi inter Illuſtrem dominam N. & Illuſtrem dominam A. nurum veotilabatur, hoe potiſſimum fuit, an d. domina N. bene fundata eſſet in prætenſione quam habebat ratione ſtupri quod aſſerebat per d. A cōmiſſum, nec non, ratione matrimonij, quod etiam aſſerebat d. A. contraxiſſe nō petito tutore, minúſque redditis rationib. adminiſtrationis tutelę filiorum ſuorum: qua in re duplex erat quæſtio, vna facti, altera iuris, nimirum an d. N. legitimè probaſſet ſtuprum, & deinde matrimonium per d. A. vt ipſa prætendebat commiſſum, & caſu quo probaſſet an d. A. fuerit quæ vel ex contractu matrimonij vel ex teſtamento mariti conſequuta erat, amiſiſſet.

Quoad primum omnes arbitri ad hoc electi conuenerūt, neque ſtuprum, neque matrimonium legitimè probatum fuiſſe, ideóq; d. N. defectu probationis cōdemnandam: nam omnes teſtes, quorum depoſitiones non ſignatæ aot earum ſummaria per d. N. exhibita fuerunt, aut ſunt de auditu alieno, aut de fama: ſed de viſu, vel de auditu à d. N. oemo eſt qui deponat, ſed quidem, vt audio, mulier quædam, cuius depoſitio nobis exhibita non fuit, quæ deponit de audito proprio dictæ A. ſed illius non eſt habenda ratio, quod, vt accepi, ea negat ſe ita depoſuiſſe, & ſe in confrontatione contrarium dicturam affirmat, & vtcumque ſit, eius depoſitio ad matrimonium non ſtuprum probandum faceret. Certum autem eſt in iure teſtes de auditu alieno non probare, textus eſt *in cap. licet ex quadam in princ.* ibi, *præter communem formam. extra de teſtibus.* & ibi hoe notant Hoſtienſ. *ante num.* 1. *in verb. præter communem formam.* Anania *num.1. verſ. conclude.* Imol. *num.1. in fin.* Butrio *num.1. & ſeqq. in fin.* Abb. *num.1. in 2. notabili.* & paſſim idem voluerunt Canoniſtæ *in c. præterea ext. eodem.* & ibi per Imol. *num.6. verſ. teſtimonium autem de auditu*; quod multo magis procedit in criminalibus, in quibus teſtes de auditu alieno non ſolùm non probant, ſed nec etiam faciunt præſumptionem, prout conſuluerunt Marſilius *conſil.20. num.5. & 10. & conſil. 41. num.8.* Bertazz. *conſ.3. n.20. & conſil. 92. num.9. lib.1.* Hyppolit. Rimin. *conſil.260. n.45. lib.3.* & fusè Farinat. *de teſtib. quæſt.68. num.7.* quæ adeò vera ſunt, vt neque etiam fama concurrente teſtimonium de auditu faciat probationem, *c. cum literis in princ. extra de teſtib.* in illis verbis nihil eſt contra Lucanum electum ſufficienter oſtenſum, niſi de auditu & fama, & ibi hoc notant gloſs. *in verb. de auditu.* Hoſtienſ. *num. 2.* Bald. *num.1. verſ. item nota.* Aretin. *num.3. in 2. notabili.* & Abbas *num.5.* Ripa *in l.1. num. 86. ff. ſi certum petatur*, Farinat. *dict. loco numer.* 22. & quamuis aliqui, cùm ea duo concurrunt, contrarium cenſerint in

4 delictis occultis, tamen eorum opinio eſt falſa, niſi
præterea concurrant alia adminicula, & ſimus in ma-
teria occulta, & talis ei occolta, vt actu & habitu aliæ
probationes haberi non poſſint, ſic enim loquitur tex-
tus *in d. cap. præterea*, & declarat Natta *conſ. 170. num. 4.*
5 *lib. 1.* & Farinat. *d. loco n. 52.* Atque hæc, quæ de teſtibus
de auditu deponentibus diximus, procedunt, etiam ſi
teſtis dicat ſe audiuiſſe ab eo qui præſens fuit, Bart. *in
tract. de teſtib. num. 10. in princ.* quem refert Campeg *de
teſtib. regularib. 249. verſ. dic primo.* & ſequitur Farinat.
d. loco num. 26.

6 Quoad famam certum quoque eſt eam non proba-
re. *l. 3. §. eiuſdem.* & ibi Gloſs. *in verb. confirmat ff. de teſtib.
cap. ſi teſtes § ſæpè etiam.* & ibi gloſſ. *in verb. fama 4. q. 3.
cap. illud.* & ibi gloſſ. *in verb. in hoc extra de Cler. excom-*
7 *municatis*, Felin. *in cap. veniens extra num. 7. de teſtibus.*
& ibi Aret. *num. 21.* vbi teſtatur de communi, adeò vt
in criminalibus nõ probet, nec faciat iudicium ad tor-
turam, vt per Felin *in cap. veniens num. 12. in fin. extra de
teſtib.* Angel. *de Maleficiis in verb. quod fama publica n.
41.* & ibi Angel. *in addit. d. num. 41. & 45.* Marſil. *conſil. 3.
num. 4. in fin. ex ſingulari 97.* vbi teſtatur de communi,
Farinat. *lib. 1. tit. 5. quæſt. 47. num. 4.* ſed quidquid ſit in
fama legitimè probata qualis hæc non eſt, neque enim
teſtes deponunt, vt debent, ad famam probãdam; qua
de re Maſcard. *concluſ. 748. & 749.* hoc certum eſt hoc
caſu probationis famæ nullam omnino eſſe habendam
rationem, quia teſtes ſimpliciter deponunt de præſen-
ti tempore hanc eſſe vocem & famam publicam, nec
deponunt de præterito fuiſſe ſcilicet & eſſe, vt ſcilicet
comprehendant tempus ante motam litem; probatio
enim huiuſmodi de tempore præſenti nihil facit, cùm
fama potuerit habere originem ratione litis motæ, &
ab ipſiſmet, qui eam inſtituerunt, ſed in hoc non eſt
diutius inſiſtendum: qui enim pro d. N. deputati erant,
liberè faſſi fuerunt huiuſmodi depoſitiones non legi-
timè probare, ſed d. N. habituram alias probationes ſi
litem proſequeretur, quibus reſpondebamus nos id
non credere; eam enim omnem lapidem mouiſſe, vt
intentionem ſuam probaret, & ne quidquam effeciſſe,
nec quidquam effecturam, præſertim quòd veritas eſ-
ſet in contrarium.

Sed his omnibus ceſſantibus, quę tamen non ceſſant
citra præiudicium veritatis, quod huiuſmodi depoſi-
tiones legitimè probarent, hoc tamen certiſſimum eſt,
non ſtuprum, ſed matrimonium & copulam inde ſe-
quutam probare: omnes enim teſtes, vnico tantùm ex-
cepto, eò tendunt, vt d. copulam matrimonialem, &
non aliam, probent, ille verò ſolus qui de alia copula,
ſtupro ſcilicet videtur deponere, nihil pertinenter con-
cludit, & de audito alieno tantum deponit, ita vt quo-
ad ſtuprum abſque dubio contemnenda eſſet d. N. ſed
& quoque matrimonium non eſſe probatum ex ſupe-
rioribus patet.

Iam verò vt ad ſecundum caput & ad quæſtionem
iuris accedamus, poſito quod ſtuprum aut ſaltem ma-
trimonium probatum fuiſſet; An d. A. lucra ſupradicta
amiſerit? qua in re ſtuprum à matrimonio diſtinguen-
dum eſt, & de vnoquoque ſeparatim diſſerendum.

Et quoad ſtuprum controuerſi iuris eſt quæſtio, an
hæredes mariti admitti poſſint ad accuſationem ſtupri
per viduam commiſſi, & inde lucra nuptialia amittat
8 vidua, nam Paulus Caſtr. *in l. ſororem per gloſſ. ibi C. de
his quibus vt indignis.* & Cornel. *ibid.* & vterque, nec-
non Salicet. *in l. fideicommiſſum C. de fideicom.* Aluarot.
& Card. Alexand. *in cap. 1. §. item ſi fidelis quibus modis
feudum amittatur*, & *in c. 2. de feudo ſine culpa non amit-
tendo*, & plerique alij exiſtimarunt hæredibus mariti
huiuſmodi accuſationem permitti, & d. lucra dotalia
viduam amittere. Contrariam verò & negatiuam ſen- 9
tentiam amplexi ſunt Alex. *in d. l. ſororem per text. in d.
c. 2. de feudo ſine culpa non amittendo.* ſecundùm intelle-
ctum Baldi ibi *in verſ. domino viuente*, à contrario ſen-
ſu, & Iaſ. *in d. l. fideicommiſſum*, & quamuis Caſtr. opi- 10
nio videatur communis, tamen Alexandri verior eſt;
leges enim loquentes de talibus pœnis, vt eſt *l. conſenſu
C. de repudiis. & cap. plerumque extra de donat. inter vir.
& uxor.* loquuntur tantùm de vxoratis & de adulterio,
& ſic delicto commiſſo viuente marito, vnde non de-
bent ad alium caſum extendi, cùm ſint pœnales. *l. fi. C.* 11
de interdicto matrim. & reg. in pœnis de reg. iur. in 6. &
ſecundùm opinionem Alexandri Gallica Tribunalia 12
ſolita fuiſſe iudicare conſtat ex Boet. *deciſ. 358.* Papon
lib. 22. tit. 9. arreſt. 16. Charond. *lib. 7. c. 134.* Maynar. *lib. 4.
c. 2. n. 6.* Robert. *rer. iudicat. lib. 1. c. 14.* & nominatim in
Senatu Toloſano, Corraſius *in cent. Senatuſconſultorum
c. 69.* ſed hæc ſententia poſterioribus temporibus rece- 13
pit exceptionem, ſi vel intra annum luctus vel in do-
mo mariti commiſſum fuiſſet ſtuprum, Maynar. *lib. 8.
c. 12. in fi.* Robert *d. lib. 1. c. 13.* Chenu ad Paponem *d. ar-
reſt. 16.* & quidem quoad ſtuprum intra annum luctus
commiſſum ita arreſtis ſupremorum Senatuum fuiſſe
deciſum atteſtantur prædicti DD.

Sed de ſtupro domi quondam mariti commiſſo mi-
nimè, ſed tantùm Maynard. idem eo caſu ſentiendum
eſſe exiſtimat. Sed vtcumque ſit in caſu in quo verſa-
mur, ſi ſtuprum commiſſum fuiſſet, quod tamen præ-
cisè negatur, certum eſt quod id accidiſſet poſt annum
luctus, & non creditur poſſibile vt probetur domi
mariti commiſſum, ita vt ex eo capite d. A. eſſet omni-
no abſoluenda.

Quoad verò matrimonium ſi probaretur cõtractum
fuiſſe, & quæreretur, an ex eo quod d. A. contraxiſſet, 14
antequam de tutore filiis prouideri feciſſet, & rationes
adminiſtrationis tutelę per eam geſtę reddidiſſet, d. lu-
cra amiſerat, per *l. omnem C. ad Senatuſ. Tertull. auth. eiſ-
dem pœnis C. de ſecund. nuptiis*, & in corpore, vnde ſu-
mitur, ſcilicet *in auth. de nupt. §. ſin autem tutelam colla-
tione 4.* quidquid ſit de iure communi, qua de re Pa-
norm. *in c. fi. extra de ſecund. nupt.* fuſiſſimè Soc. *conſ. 39.
col. 4. verſ. ſecundum.* Hoſt. Innoc. Card. Alex. *eod. c. fin* &
Felin. *in c. Eccleſia ſancta Maria, de conſtitutio.* Specul. *in
tit. de tutelis § nunc dicendum verſ. item excipitur* Boet.
deciſ. 221. n. 2. Afflict. *deciſ. 75.* Greg. Tholoſ. *in Syntagm.
iuris lib. 9. c. 26. n. 4.* Rota Auen. *dec. 80. n. 20.* (poſt Deci.
conſil. 223. & Bertran. *conſil. 280.*) qui omnes loquuntur
in terminis iuris Canonici, quo omnes pœnæ ſecundo
nubentium ſublatæ ſunt, exceptis iis quę in fauorem li-
berorum introductæ ſunt, Faber *in d. auth. eiſd. pœnis.*
Bart. Bald. Cyn. Salicet. & cæteri *in l. 1. & in d. auth. eiſd.
pœnis C. de ſecundis nupt.* Angel. *in d. §. ſin autem*, & paſ-
ſim Canoniſtæ *in c. penult. & vlt. extra de ſecund. nupt.*
hanc verò pœnam non petiti tutoris videri in fauo-
rem filiorum introductam, quod tamen non caret dif-
ficultate, cum d. pœna, quatenus continet amiſſionem
vſusfructus nõ quæratur liberis vt liberis, ſed vt hære-
dibus, ideóque inſtitutis aliis hæredibus ipſis nõ quæ-
reretur, quod fatetur Soc. *d. conſil. 39.* etſi eo nõ obſtan-
te contrarium reſpondeat. Quidquid, inquam, ſit de
iure communi: hoc tamen certum eſt cõſuetudine Gal- 15
lica omnes pœnas ſecundo nubẽtium indiſtinctè ſub-
latas eſſe, ea ſolum excepta, quòd proprietates bono-
rum ex primo matrimonio lucratorum ſpectent ad li-
beros eiuſdem, & eis ſit reſeruãda, ſi matrim. ſuperui-
nãt, vt atteſtãtur Maſuer. *in ſua pract. tit. 5. de tutore n. 10.*
Imbert. in ſuo Enchiridio Gallico, *tiltre des tutelles*, cir-
ca mediũ. Papon. *lib. 15. tit. des nopces tant premieres que
ſecondes, arr. 12.* Char. *lib. 3. reſp. ſur l'edict des ſecondes nopces*,

in fin

in fin. In penult. col. fol. mihi 232. Guenoys *aux loix abrogees de Bugon. lib.* 1. *Satyra* 120. *fol. mihi* 73. *& Satyra* 129. *fol.* 82. & *lib.* 2. *ſatyra* 199. *fol.* 236. *& lib.* 3. *Satyra* 92.
16 *fol.* 325. Autumn. *ad tit. C. de ſecun. nupt.* idque verum eſt tam in patria conſuetudinaria, quàm in alijs, vt in terminis docet idem Guenoys *d. Satyra* 159. & cæteri, dum generaliter huiuſmodi omnes pœnas ſecundo nubentium abrogatas eſſe contendunt, ſi ſit nuſque illud manſiſſe, quod vidua, quæ ſecundo nupſit, non poteſt diſponere de proprietate lucrorum à primo marito habitorum aliter quàm in fauorem liberorum primi matrimonij, & in terminis matris tutricis ſecundo nubentis non petito tutore nec redditis rationibus docent d. Maſuet. Imbert. Papon. *d. locis* & Autumn.
17 *in authen. eiſdem pœnis C. de ſecund. nupt.* Atque hoc verum eſt, niſi in aliqua prouincia nominatim contrarium receptum ſit, quemadmodum in prouincia Aluerniæ, in qua mater maior 25. annorum tutrix ſecundo nubens non redditis rationibus & reliquis præſtitis priuatur lucris nuptialibus, vt in conſuetudinibus Aluernicis *cap.* 11. *verſ. cil tenuë la autre mere*, atque de ea conſuetudine accipiendus eſt Chopin. *de moribus Pariſiorum lib.* 2. *tit. q. mihi.* 9. intelligendus enim eſt ſecundùm authorem quem allegat, qui in d. prouincia Aluerniæ ex vi eius conſuetudinum ſcriptarum, & in additionibus ad eaſdem aſſerit, quod ſi Chopin. generaliter intellexiſſet, contra aſſertionem DD. Galliæ tam veterum quàm neotericorum loqueretur, & lapſus fuiſſet. Non obſtat Gregor. Tholoſ. in Syntagm. iuris *lib.* 9. *tit.* 16. *num.* 44. is enim in terminis iuris communis loquitur non de conſuetudine Galliæ. Boer. verò *deciſ.* 221. *num.* 2. nihil hac de re, ſicut nec alibi in ſuis deciſ. quidquam in contrarium dicit quod viderim.

His opponebatur ea nôn procedere in prouincia Occitana, paſſim enim Senatum Toloſanum recipere omnes pœnas iure ciuili inſtitutas contra mulieres ſecundo nubentes, etiam eas quæ iure Canonico eſſent abrogatæ, vt atteſtantur Maynar. *lib.* 3. *cap.* 86. *vſque ad* 97. *& lib.* 6. *cap.* 54. Autumn. *ad d. tit. C. de ſecun. nupt.* Sed
18 reſpondetur hoc verum eſſe in vidua, quæ nupſit intra annum luctus, ſed ſi poſt annum luctus non petito tutore nec redditis rationibus nupſerit, ne verbum quidem Maynar. & alij, & eo ipſo quod d. Senatus à conſuetudine generali Galliæ diſceſſit, quando nupſit intra annum luctus, & ſi poſtea nupſerit, ei ſe ſtare demonſtrauit, quod ſatis clarè docuit d. Autumn. ad *dict. titulum C. de ſecun. nupt.* qui eum ad *l.* 1. eam eſſe abrogatam dixiſſet, ſubiunxit exceptionem in Senatu Tholoſ. ſed mox ad *authen. eiſdem pœnis* ſimpliciter & abſque vlla exceptione d. Senatus, eam eſſe abrogatam aſſerit. Sed nominatim eam authen. non eſſe in vſu in lingua Occitana docetur manifeſtè ex eodem Maynat. *lib.* 6. *cap.* 19. vbi matrem non petentem tutorem filijs ſi nubat poſt annum luctus, non priuari ſucceſſione filij impuberis atteſtatur pro iudicantis arbitrio puniendam eſſe: nam quod ibidem de filijs primi matrimonij dicitur, de proprietate exaudiendum eſt, vt ex d. capite & alijs eiuſdem locis ſuprà allegatis conſtat, quod ſi filius hæreditate non priuatur, multò minùs lucris nuptialibus quoad vſumfructum, cùm priuatio ſucceſſionis ſit magis fauorabilis, quia eùm ei locus eſt, ea quæritur ſucceſſoribus filijs vt talibus; at vſusfructus lucrorum nuptialium non quæreretur liberis vt liberis, ſed vt hæredibus, ita vt ſi hæredes non eſſent, non quæreretur illis. Soc. *d. conſil.* 39. *col.* 4. *circa fin.* Sed manifeſtiùs d. authen. *eiſdem pœnis* non habere locum in vidua poſt annum luctus nubente patet ex eodem Maynard. *lib.* 3. *cap.* 93. vbi nominatim docet Senatum Tholoſanum pœnas ſecundo nubentium introduxiſſe, ſi intra annum luctus nupſerint, ita quod ſi poſt 11. menſem & in 12. nupſiſſet, dictæ pœnæ ceſſarent, quòd ſcilicet ceſſet ratio ob quam d. Senatus receſſit à conſuetudine Galliæ, ſcilicet confuſio ſanguinis & incertitudo prolis, ita vt menſis cœptus habeatur pro completo ad excuſationem mulierum intra annum luctus ſecundo nubentium; nam vt *in ſi. d. c.* 93. ſubiungit, etſi legatur *filios in* 12. *menſe & poſtea natos*, tamen cùm hæc rariſſima & portentis ſimilia ſint, non eſt eorum habenda ratio. Nec obſtat quod opponebatur ex eod. Maynat. *lib.* 3. *c.* 91. in quo dicitur minorem quidem excuſari, ſi tutorem non petierit, non tamen excuſari, ſi intra annum nupſerit: quòd hoc conſiſtat in committendo, illud in omittendo, quaſi à contrario ſenſu maior non excuſaretur. Sed reſponſum fuit & omnes acquieuerunt, non eam fuiſſe mentem Maynardi, & non valere argumentum à contrario ſenſu in dictis DD. ſed tantùm in verbis legis. Sed cùm in caſu, de quo Maynard. minor eſſet quæ ſecundò nupſerat intra annum luctus, & pro defenſione eius minor ætas allegaretur, & quod ſi tutorem non petiiſſet, excuſanda eſſet. Reſpondet Maynard. aliam eſſe cauſam non petiti tutoris & nuptiarum intra annum luctus, ſed non ſequitur propterea matrem non petentem tutorem incidere in auth. *eiſdem pœnis*. Maynardo enim ſatis fuit reſpondere ad ea quæ proponebantur.

Ex his conficitur ea prima ratio, quam afferebamos, d. auth. *eiſdem pœnis* in Gallia eſſe abrogatam, & nominatim in prouincia Occitana, quod veriſſimũ eſt: nam ſecundùm hanc ſententiam d. Senatum his proximè præteritis menſibus in ſimili caſu iudicaſſe accepi.

Secundò d. A. omnino excuſandam etiam in terminis iuris communis doc[illegible] teſtamenti paterni ſe pro tutrice ge[illegible]
21 ſcilicet vel 22 ad ſummum [illegible] cum 19
nupſit, eſſet maior facta, [illegible] eſt in iure minorem ſuſcipientẽ tutelam filiorum [illegible] maiorem nubentem non petito tutore, ne[illegible] redditis rationibus, aut reliquis præſtitis, non incidere in pœnas auth. *eiſdem pœnis*, vt in terminis docent Bald. *in d. auth. eiſd. pœnis n.* 1. *& in l. omnes n.* 9. *C. ad Senatuſconſ. Tertull.* & vtrobique Alex. *in addit. ad Bald.* dum ſcilicet *in auth. eiſd. pœnis* ſe refert ad dicta per eundem Bald. *in l. omnes*, *& in d. l. omnes* ſe refert ad dicta eiuſdem *in d. auth. eiſd. pœnis.* & Bald. Caſtr. *in d. l. omnes n.* 9 Rom. *conſil.* 279. & ſuſiſſiorè Socin. *conſil.* 8. *n.* 9. *cum multis ſeqq lib.* 1. & Ioan. de Gation. *in d. auth. n* 9. cuius rei ratio eſt, quia auth. *eiſdem pœnis* & ſimiles leges loquuntur de tutrice, non de protutrice, qualis eſt minor, & cùm ſit lex pœnalis, non eſt extendenda *l. fin. §. ait lex ff. de diuortijs l. filio §.* 1 *ff. de ritu nuptiarũ.* ex quo 20
apparet quàm grauiter lapſus ſit Apoſtill. *ad conſuet. Aluer. tit.* 11. *art.* 5. *des ſentences* dum conſuetudines diſertis verbis de maiori loquentes extendit ad minorem. Poſtremò, an mater tutrix non petito tutore incidat in auth. *eiſdem pœnis* futurus euentus expectandus eſt, & ſi relinquatrix nõ ſit, non incurrit pœnas, vt in terminis docet Caſtr. *conſil.* 154. *n.* 1. *circa fi. verſ. poteſt* 21
dici lib. 2. At verò d. A. tantum abeſt, vt relinquatrix ſit futura, quin notonè fuit creditrix, & ex his fuit concluſum ex omnium voto, quod etſi conſtaret d. A. nupſiſſe non petito tutore, nec redditis rationibus non incidiſſe, tamen in pœnas d. auth. *eiſdem pœnis.*

ARGVMENTVM.

Furnus & molendinum quando dicantur bannareta.

SVMMARIVM.

1 *Ire ad molendinum & furnum domini eſt mera facultatis, cui nec per mille annos præſcribi poteſt.*
2 *Fallit tamen quando feudatarius habet ius & cauſam à ſupremo Principe.*
3 *Item ſi vaſallus ſit inueſtitus de furnis & molendinis.*
4 *Specialis conceſſio magis reſtringit & plus operatur quam generalis.*
5 *Item fallit regula ſupradicta, quando hæc tria concurrunt. ſcilicet quòd dominus habeat omnimodam iuriſdictionem, merum & mixtum imperium, quòd habeat directum dominium vniuerſale totius territorij: & quòd per tempus centum annorum & vltra ſubditi iuerint ad furnum & molendinum domini.*
6 *Dominus iuriſdictionalis non habet intentionem fundatam quoad directum dominium vniuerſale.*
7 *Fallit ſi in infeudatione vltra iuriſdictionem, dominij, territorij, diſtrictus & ſimilium facta ſit mentio.*
8 *Item ſi cum vſu immemorabili concurrant aliquæ coniecturæ, quæ enumerantur vſque ad n.20.*
9 *Verba enunciatiua probant in antiquis, & plenam fidem faciunt, quando ſcriptura in archiuis Principis repoſita ſunt.*
21 *Item fallit regula ſupradicta, ſi proclamata & prohibitiones interuenerunt, & incolæ acquieuerunt, nec ab illis appellarunt.*
22 *Denique ſi adſit vſus immemorabilis.*

CONSILIVM CXL.

IN controuerſiis, quæ ſunt inter Conſules & homines loci de Balmis in Comitatu Venayſſino agentes, & illuſtrem ac generoſum dominum Paulum de Fortia, dominum de Pilles & Baronem d. loci hæc præcipua eſt, an molendinum & furnus ad d. dominum ſpectantia ſint, vt vocant, bannerata, hoc eſt, vt in illis frumentum detricare & panes coquere ſubditi cogantur, nec aliò d. frumenta & panes cauſa detricandi & coquendi deferre, nec molendina & furna conſtruere poſſint, ex eo præſertim quòd ab eo tempore, cuius Initij memoria non extat in contrarium dicti ſubditi in dictis molendino & furno frumenta detricauerint, & panes coxerint: & re-
1 gula eſt pro ſubditis, quòd ire ad molendinum & furnum domini ſit meræ facultatis, cui nec per mille annos præſcribi poteſt, & is acceſſus ad molendinum & furnum domini per modum cuiuſdam facultatis geſtus credatur, non vt ius propterea domino molendini vel furni quæratur, vt in terminis docent Bald. *in d. l.1.num.10.C.de ſeruitutib.* Abb. Præpoſit. & alij *in cap. ſignificante de appellat.* Idem Abbas *in cap. Abbate ſancti Syluani num.10. & ſeqq. de verb. ſignific.* Cæpol. *de ſeruit. vrbanor. præd. cap.50. de furno num.2.* Iaſ. *in l. quominus n.18. & ſeqq. ff. de flumin.* Rip. *ibid. num.132. & ſeqq. de flumin. & in cap. cum Eccleſia Sutrina num.44. de cauſa poſſeſſionis*, Iacob. de ſancto Georgio *tract. de feudis verb. & cum molendinis num.3. & ſeqq.* Franciſc. Balb. *de præſcript. par.4. par.5. quæſt.5.* Stephan. Bertran. *conſil.39. in prin. & conſ.182. in princ. lib.1. priorum & conſ.204. lib.2. prior. & conſil.167. & 329. eod. lib. prior.* Borcholten *in c. vnico de regalibus.* Alciat. *in l. certis annis num.16. C. de pactis.* Rol. à Valle *conſil.52. num.21. & 22. lib.2.* Crauet. *de antiq. temporis par.4. §. materia iſta n.98.* Theſſaur. *deciſ.61. num.1. & 2.* addens ita ſemper pronuntiaſſe Senatum Pedemontanum, Sixtin. *de regalib. lib.2. cap.3. num.59.* & ita in Senatu Pariſienſi iudicatum fuiſſe refert Louet *aux recueils d'anciens arreſts notables, liter. M. c.17.* cuius ea firmiſſima reddi poteſt ratio, quòd ea quæ meræ facultatis ſunt, vt eſt huiuſmodi acceſſus, non præſcribuntur diffusè, Balb. *ea q.5.* Neuiſan. *conſil.14. num.3.* & Crauet. *de antiquit. temporis part.4. ee §. materia iſta num.92. & ſeqq.* Sed tamen ab ea regula variis modis receditur, & varij dantur caſus, quibus ſubditi poſſunt cogi ire ad molendinum vel furnum, præſertim domini, qui ferè omnes in hoc caſu militant.
Primus eſt, quando feudatarius habet ius & cauſam à 2
ſupremo principe, qui cùm verus & abſolutus dominus poterat incolis & habitatoribus d. loci prohibere, ne ad alia quæuis molendina vel furnos accederent, ſed eorum panes in d. furnum & frumentum in d. molendinum, quod erat eius cameræ, deferri facerent; meritò eadem poteſtas & ius translatum fuit in prædeceſſores d. domini de Fortia, prout docent Hoſtienſ. & Ioan. Andr. *in cap. ſignificante de appellatio.* Guid. Pap. *d. deciſ.298. circa fin.* Stephan. Bertran. *dict. conſil.182. lib.1. prior. & d. conſil.167. nu.5. & ſeqq. & conſil.329. num.7. & 8. lib.2. poſter. eo conſil.1. num.12. & conſil.41. num.4. & 5. lib.3. poſter.* Pariſ. de Pot. *tit. de exc. ſub. Baronum cap.1. num.19.* Chaſſan. *in conſuet. Burgund. tit. des foreſts, §.2. gloſſ.1. num.17.* Boer. *d. deciſ.125.* & de eo qui habet furnum ex authoritate Principis, perſpicuè Natta *conſil.227. num.2.* & de habente priuilegium Clar. *§. feudum quæſt.30.* tum Theſſaur. *d. deciſ.16. num.12. & de fiſcalibus num.13. verſ. ſextum ſequitur.* At verò d. dominum Baronem eiuſque prædeceſſores cauſam habere à Principe ſupremo conſtat ex informatione & deſcriptione iurium feudalium, quæ quiſque dominus habebat in ſuis locis facta de an. 1253. vel circa producta in proceſſu *fol.* 1172. in quo dicitur dominum habere furnum & molendinum in d. loco abſque eo quod quiſquam alius vllum habeat, de quibus verbis poſtea diſſeremus, interim pro nunc verum eſt dominos habuiſſe molendinum & furnum, & cùm ab eo tempore hoc aſſeratur, & nominatim furni & molendini fiat mentio, præſumuntur à Principe fuiſſe conceſſa, quæ enim ab antiquiſſimo tempore & ab eo cuius initij memoria non extat in contrarium, fuerunt poſſeſſa, præſumuntur eſſe in prima inueſtitura conceſſa, nec refert, ſi dicatur nullam adeſſe datam in d. deſcriptione: nam ex inſpectione chartæ quæ vetuſtiſſima apparet, exiſtimandum eſt fuiſſe factam eo tempore, quo deſcriptiones feudorum ad cæteros feudatarios pertinentium fuerunt factæ, & ſic de an. 1253.

Secundus eſt, ſi vaſallus ſit inueſtitus cum furnis & 3
molendinis: tunc enim ius coactionis & prohibitionis faciendæ tranſit in vaſallum, vt in ſpecie reſpon. Iaſ. *conſil.161. num.2. verſ. circa aliud dubium*, idem cum Iaſone Theſſaur. *d. deciſ.16. num.4. verſ. ſed quoniam circa fin.* & licet Iaſonem improbet Crauet *eo §. circa princip.* eo quòd ea verba referantur ad ius quod Princeps habet in molendinis & furnis, vbi cōſtat de tali iure: tamen

men huiuſmodi reprehenſio hîc cõuenire non poteſt, cùm in d. deſcriptione vnius furni & molendini ſpe-
4 cialis fiat mentio, quia ſpecialis conceſſio magis reſtringit & plus operatur quàm generalis, *l. ſed et ſi quis §. quæſitum* & ibi DD. *ff. ſi quis à cautionibus. l. item apud Labeonem §. hoc edictum ff. de iniurijs.* & alia congerit Tyb. Decia. *conſil. 39. num. 59. & ſeqq. lib. 2.* prætereà ea Iaſ. ſententia locum etiam habet alijs concurrentibus, vt explicat Theſſaur. iam relato loco *num. 9. verſ. ſecundo fallit*, vbi declarat procedere, cùm multiplicatis inueſtituris eo modo factis concurreret ſpacium 60. annorum & vltra, & vſus communis accedendi ad molendina & furnos, eòque magis ſi cum his concurrat conſuetudo maioris partis prouinciæ, hîc verò ex d. deſcriptione patet cum furnis & molendinis cæteri inueſtituram factam, & cùm omnia homagia poſtea ſubſequuta generaliter comprehendant omnia bona feudalia, & ſic d. molendinum & furnum, pluries cenſetur repetita, & adeſt tempus 260. & vltra annorum, conſuetudinem verò maioris partis prouinciæ huiuſmodi eſſe mox dicemus.

5 Tertius eſt, quia quoties hæc tria concurrunt, nimirum quòd dominus habeat omnimodam iuriſdictionem, merum & mixtum imperium. Secundò, quòd habeat directum vniuerſale dominium totius territorij. Tertiò, quòd per tempus 100. annorum & vltra ſubditi ad molendinum & furnum iuerint, & ex eo nõ id ius præſcripſiſſe, ſed titulum ſuum probaſſe contendat dominus, tunc certa eſt ſententia molendinum & furnum cenſeri banneriata, nam data illa omnimoda iuriſdictione, & directo dominio vniuerſali dominus habet regalia, aquarum decurſus, & quando flumina publica tranſeunt per eorum territorium, poſſunt albergare facultatem aquagij & conſtruendi molendina, ex traditis per Cæpolam *in tract. ſeruitutum tit. de fluminibus*, & poteſt prohibere hominibus ne vadãt ad molendum in alia molendina, quàm in molendino ſuæ iuriſdictionis, Soc. *conſil.* 272. Bald. inter conſilia Petri de Anchar. *conſil.* 11. Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. rubr. 13. §. 2. num.* 17. Franc. Marc. *deciſ. 386. par. 1.* Et quoad vſum illum immemorabilem ex eo probatur titulus, & paria ſunt furnum & molendinum eius qualitatis tanto tempore habuiſſe, ac ſi ſupremus Princeps cum illa qualitate nominatim conceſſiſſet, *l. hoc iure §. ductus aquæ ff. de aqua quotid. & æſtiua. cap. ſuper quibuſd. §. præterea de verb. ſignif.* & huiuſmodi vetuſtas vim legis obtinet, *l. 1. §. fin. ff. de aqua pluuia*, & ita in his terminis poſt Iſern. & Bald. docet Steph. Bertran. *d. conſ. 167. num. 8*, quamuis ſi ſolus ille vſus adeſſet, res eſſet dubitabilis ex eodem Bertran. *d. conſil. 39. num. 2. & ſeqq.* Roch. de Curte *de conſuetud. fol. 37. col. 3. alias num. 365.* Natta *conſ. 106. num. 8. & 9 & d. conſ. 325.* Couar. *in cap. poſſeſſor §. 4. num. 6. verſ. poteris tamen*, hoc tamen certum eſt, huiuſmodi immemorabilem patientiam coniecturam & præſumptionem inducere eius iuris prohibendi, & compellendi, & vt in ſpecie tradit Iaſ. *conſil. 161. num. 1. verſ. corroborantur lib. 2.* cum quaſi alia concurrant, vt eſt illud directum vniuerſale dominium, ex eo titulum validum probari clarè affirmat Bertran. *conſil.* 167.

Sed in hoc tota vis conſiſtit, vt doceamus d. dominum Baronem habere vniuerſale dominium in d. loco & eius territorio, ſed id varijs modis probatum eſt. Primò, ex d. informatione ſeu verificatione facta de an. 1253. qua dicitur dominum de Agauto tenere caſtrum & villam de Balmis & caſtrum de Darbano & caſtrum & villam de Rocha Arabica & diſtrictum & totum dominium, & iuriſdictionem dictorum locorum
6 pro domino Comite Prouinciæ & Tholoſæ & ſub eius dominio, quamuis enim domini iuriſdictionales regulariter non habeant intentionem fundatam quoad dominium directum vniuerſale ſuper prædijs exiſtentibus in eorum feudis, cùm quælibet res libera præſumatur, *l. altius C. de ſeruitut. & aqua*, DD. *in l. bene à Zenone C. de quadrienny præſcript.* aliter tamen ſen- 7
tiendum eſt, ſi in infeudatione vltra iuriſdictionem territorij, dominij vel deſtrictus & ſimilium, vt ſuprà facta ſit mentio, Socin. *in l. 2. num. 27. verſ. aliquando & ſecundo*, & ante eum Faber *in l. cunctos populos C. de ſumma Trinit.* & hanc communem DD. ſententiam firmat Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 100. num. 17.* vbi docet difficile eſſe recedere in iudicijs ab opinione Socini, & latè probat Clapet. *deciſ. cauſa fiſcal. Curiæ Aquen. cauſa 15. quæſt. 2. ferè per totam.* & Ioan. Philipp. in conſtit. Curiæ generalium Montiſpeſſulani, in conſtitutione edita per Regem Franciſc. an. 1543. & vltima Februar. *fol. mihi* 150. vbi dicit, quòd ſi aliquis vel ex Principis conceſſione, aut alio quouis titulo habeat iuriſdictionem cum territorio aut aliud verbum æquipollens adſit denotans agrorum vniuerſitatem, quod ea omnia quæ ſunt infra d. territorium, cenſentur de ipſo feudo & dominio directo, vt per Bald. *in cap. vnico de controuerſia inter dominum & feudatarium de beneficio in feudis, num. 3.* vbi dicit feudum conceſſum ſub nomine collectiuo plurium rerum & dictione ipſo iure ſignificante agrorum vniuerſitatem, omnia cenſeri de feudo, patet autem illa verba *cum toto territorio, tenemento, diſtrictu, pertinentijs, appendentijs*, & alia, de quibus in d. informatione ſeu verificatione & homagijs ſequutis eſſe vniuerſalia denotantia agrorum vniuerſitatem, vt notat Alberic. *in l. pupillus §. territorium ff. de verb. ſignific.* Clapet. *d. quæſt. 2. num. 7.* vbi communem refert. Sed in hoc caſu res clariſſima eſt, cùm nominatim dicatur totum dominium ſpectare ad d. Baronem & eæ dictiones poſitæ ſint inter dictiones *diſtrictum & iuriſdictionem*, idque ex eo etiam quòd, cùm diceretur habere totum dominium nedum in d. loco, ſed in loco etiam de Darbano & de Rocha. & cùm notoriè vniuerſale dominium in d. locis ad dominos eorumdem ſpectet, idem quoque in loco de Balmis ſtatuendum eſt, dictiones enim illæ *totum dominium*, vniformiter intelligendæ ſunt, quod ex eo etiam confirmatur, quia dicitur d. dominium de Agauto tenere d. loca ſub dominio domini Comitis, quæ dictio, *dominio*, abſque dubio de directo intelligitur; eodem igitur modo dictio *dominium*, cùm dicitur d. dominum id habere in dictis locis, accipienda eſt, cùm in vna eademque oratione ſit, vt ſcilicet d. dominus de Agauto directum dominium vniuerſale habeat in d. locis; ideóque enim certum eſt directum dominium eſſe duplex, ſupremum & ſubalternum; illud ad ſupremum dominium, hoc ad feudatarium ſpectare.

Secundò probatur ex d. dinumeratione iurium domini de Balmis in illa antiquiſſima ſcriptura contenta inſerta *fol.* 1172. in qua aſſeritur, quòd dominus d. loci percipit laudemium de poſſeſſionibus francis, & quod pro eo tenentur, qui modus probandi vniuerſale dominium eſt certiſſimus, cùm ſcilicet prædia alioquin à cenſu libera ſi alienentur, laudemium pro eis ſoluatur.

Tertiò, ex venditione rerum liberæ à cenſu facta ipſiſmet Syndicis dicti loci, ratione cuius nihilominus fuit ſolutum laudemium, & ſumpta inueſtitura inſerta *fol.* 1606.

Quartò, ex venditione vnius cenſus cum directo dominio, ratione tamẽ cuius fuit ſolutum laudemium & ſumpta inueſtitura à domino inſerta *fol.* 1224. nam is quoque eſt certiſſimus modus probandi vniuerſale

domioium, quod oon excludit nec impedit vt alij poſſint habcre cenſus & diccta dominia in d. loco: potuerunt enim particulsres ea acquirere vel ex conceſſione dom ni, vel ex præſcriptione, vel aliis legitimis modis, ſed operatur, quod ſi deinde illi cenſus & directa dominia vendantur, inoeſtitura debeat peti à domino, & laudemium ſolui, & ea retinere poteſt ſi vult.

Quintò pcobatur, ex quarnor actis venditionum de prædiis francis & liberis diuerſia perſonis factis, ratione quorum & laudemium ſolutum & inueſtitura ſumpta fuit à domino inſertis *fol.* 1259. vſque ad *fol.* 1274. poſſentq; innumeræ aliæ venditiones ſimiles prædiorum liberorum, nec non ceoſuum cum directo dominio, ratione quorum ſolutum fuit laudemiom & inueſtitura ſumpta à dominn, produci.

Sextò, ccedituc qooque id probatum per diſpoſitiones teſtium.

Septimò, ex ſtaturis ſeu conceſſionibus factis de an. 1454. per dominos dicti loci habitantibus einſdem, in quibus dicitur quòd nollus de Balmis poſſit date eorum prædia quæ habent franca ad nouum accapitom, nec imponere cenſum ſuper eiſdem, exceptis nobilibus, qui poſſunt date eorum prædia franca ad nouum accapitum, & hoc ſub pœoa amiſſionis poſſeſſionum.

Octanò, ex diuerſis permiſſionibus petitis per ſubditos, & conceſſis per dominum Baronem faciendi furnos calcis in territorio d. loci inſertis *fol.* 1078. vſque ad *fol.* 1082. & etiam nunc id obſeruatur. Nonò, quæ ex ſuperiori manat ex proceſſu & ſententia condemnatoria contra quendam habitatorem d. loci, qoi fucnom calcis fecerat ſine licentia domioi de an. 1588. inſerta *fol.* 1070.

Decimò, ex variis prærogatiois d. domini & ſubiectionibus dictorum habitatorum, & nominatim ex cenſu & ſeruitio perſonali quod præſtant ſioguli habitantes, vt probatur ex d. dinumeratiooe iurium *fol.* 1171. & per ſententiam bon. memoriæ Card. de Armaniaco latam *fol.* 1196. & vt creditur ex depoſitionibus teſtiom,

Quartus modus eſt, quia, vt iam diximus, ſi eum vſu
8 immemorabili concurriaot aliquæ coniecturæ intrepidæ, aſſerendum eſt molendina & furnos cenſeri bannerata, Bertran. *d. conſil.* 167. *in fin.* in hoc verò caſu multiplices concurrunt coniectoræ, quarum aliquæ adeò validæ ſunt, vt vnam ex his ſufficere conteodant DD.

Prima eſt, (ſi tamen coniectura & non ſolidum fundamentum ſit, quale abſque dobio eſt) ex d. dinumeratione iurium d. loci inſerta d. fol. 1172. in qua aſſeritur dominum habere molendioum & furnom, abſque eo quod alius babeat, quæ verba neceſſario ad qualitatem baonareti referenda ſunt, vt aliquid opereotur, non autem ad factom, quaſi alius de facto non habeat, poſſit tamen habere; inutilis enim eſſet illa ex-
9 preſſio ſi alius habere poſſet; etſi enim enunciatinè hoc in ea ſcriptura aſſeratur, cùm tamen verſemur in aotiqua, probant abſque dubio, præſertim quòd in Camera ſiue in ſacro ſcrinio Principis fuerit inoenta, quę propterea plenam fidem facit, quod maximè procedit, qoia ſcriniarius & graffarius atteſtantur dictam ſcripturam extraxiſſe ex ſcripturis repoſitis in archiuis d. Cameræ *l. cenſus ff. de probationib. auth. ad hoc C. de fide inſtrument. c. ad audientiam*, vbi latè ſcribentes extra de præſcriptionibus Bertran. *conſil.* 3. *in princ. lib.* 3. *prior.* Chaſſan. *conſil.* 15. *in princ. cum conſil. ſeq.* Oſaſc. *deciſ.* 69. *per tot.*

10 Secunda, ex vſu ſubſequuto poſt d. ſcripturam qui demonſtrat cam de bannareto intelligendam, & vim tituli habere debet, Felin. in eum in Ferratien. *num.* 7. *de conſtitut.*

Tertia, quia cùm pluries homagia & inueſtituræ 11 poſtea fuerint ſubſequutæ cum omnibus iuribus & pertineotiis d. loci, quę qualia ſint, ex d. ſcriptura conſtat, concurrente ſpacio 60. annorum plenè probari eſſe bannerata, vt explicat Theſſaur. *d. deciſ.* 16. *n.* 19. *verſ. ſecundo fallit*, & eo caſu opinionem Iaſ. procedere contendit, at verò in noſtro caſu ſpatium 350. & vltra annorum adeſt.

Quarta, quia d. Scriptura eſt nedum de iuribus in 12 locis de Balmis, ſed & de Durbano & Rocha, in quibus notoriè molendioa & furni ſunt bannerata, ergo & in d. loco idem aſſerendum eſt, vt vna eademque oratio eodem modo intelligatur.

Quinta, qoia d. molendinum & furnus fuerunt & 13 ſunt publica & ad vſum omnium & incolarum conſtructa, vt ex eius denominatione ſæpè reperita apparet; in pleriſque enim actibus, & paſſim ex communi modo loquendi vocatur molendinum de Balmis, ex quo tacitè actum eſt, quod aliò d. incolæ accedere non poſſint, vt in ſpecie adoertit Theſſaur. *d. deciſ.* 16. *num.* 14. *limit.* 7. eáque vltima; à denominatione enim qualitas ipſius rei probatur, vt poſt Bald. & Corn. eleganter docet Grauet. *conſ.* 111. *num.* 18. quibus addo Berond *conſil.* 10. *num.* 5. *& ſeq. lib.* 2. & Menoch. *de præſumpt. lib.* 5. *præſumpt.* 64. *in princ.* idque maximè cùm ea denominatio ſit antiquiſſima, Vceſembec. *conſ.* 34 *num.* 54. *cum ſeqq.*

Sexta, eáque vrgentiſſima ſumitur ex variis vendi 14 tionibus dictorum molédini & furni per d. dominum Baronem celebratis 40. annis & vltra ante huiuſmodi litem motam, in qoibus fit explicata mentio coactionis & facultatis prohibendi d. incolas ne aliò decoquendi panes gratia vel grani triticandi quàm ad furnum vel molendinum d. domini accederent, & non enim d. Baro ſe obligaſſet, prout reperitur ſe obligaſſe ad cogendos d. incolas inibi decoquere, vel molere niſi d. furni & molendina fuiſſent bannerata, quæ verba maximam præſumptionem faciunt pro d. domino Barone, etiam ſi ſimpliciter eſſent enunciatiua, vt docent Bart. *in l. ex hac ſcript. circa fin. ff. de donat. dotis in l. ex iis C. de militari teſtamento*, Marian. iunioc *conſil.* 65. *num.* 7. *lib.* 1. vbi cenſet d. præſumptionem transferre onus cõtrariæ probationis in aduerſarium, quin etiam cùm hîc cõcurrat longiſſima poſſeſſio correſpondens & quod enunciatur in dictis contractibus, planè illa probant in præiudicium tertij, etſi de graui præiudicio agatur, Menoch. *conſ.* 147. *num.* 14. Grauet. *in tract. de antiquit. temporis d.* §. *abſolutus num.* 20. qui tamen modus per ſe ſufficiens eſt, vt diſcedatur à regula ex conſuetudine patriæ, qua omnes Barones ſeu maior pars ipſorum habent tales furnos & molendina cum facultate prohibendi, eáque conſuetudo eſt vniformis, omnes quippe furni qui reperiuntur intra caſtra Baronum iſtius prooinciæ ſeu Comitatus ad d. Barones pertineotes ſunt eius qualitatis, vt id ius coactionis & prohibendi ex propria eorum vi & natura habeant; quam cõſuetudinem hac in re maximi eſſe momenti non iniuria refert Theſſaur. ea ſæpè relata *deciſ.* 16. *num.* 13. *verſ. quinto fallit*, ad quam rem pertinent quæ de coouetudine prouinciæ dicuntur *in l. ſi quis ſeruum plurium* §. *fin. ff. de legat.* 1. *l. ſemper in ſtipulat.* vbi Decia. & Cagnol. *ff. de regul. iur.* ſed hîc fuit edoctum de d. conſuetudine & obſeruantia, & quod in ſimilibus ſtaodum ſit conſuetudini & obſeruantiæ quæ viget io hac patria, Iſernios *in titul. quæ ſunt regalia.*

Quæ coniecturæ corroborantur ex multis quæ in facto,

15 ĉto,de quo agitur concurrunt. Primò, quòd d.dominus Baro pluribus conceſſit exemptionem à iuribus furnagij,& molituræ,quæ conceſſiones euincunt dicta molendina & furnos eſſe bannerios, & nominatim dominus de Rouillaſco de an.1535.fol.1098.

16 Secundò, ex ſententia condemnatoria contra habitatores dicti loci in fauorem d. domini de Rouillaſco pro manutentione d.exemptionis de an.1551.fol.1084.

17 Tertiò, ex ſcriptis in iure de d. tempore productis contra dictos habitantes, in quibus furni & molendina deſignantur bannerata abſque eo quòd habitantes id negent aut contradicant. fol.1086.

18 Quartò, ex narratiua cuiuſdam inſtrumenti initi inter dominum Baronem & dominum de Rouillaſco an.1535. cùm ibi dicitur, quòd ob ſyncerum amorem, quem d.dominus Baro gerebat erga dominum de Rouillaſco ipſum & ſuos affranchauit & liberauit de molitura granorum & oliuarum ac furnagio eidem magnifico domino pertinentibus, quod tamen inſtrumentum non eſt productum.

19 Quintò, ex teſtium depoſitionibus, ex quibus creditur probatum quod ante confiſcationem dicti loci vnus ex habitatoribus d. loci nominatus *Calamtau*, vt haberet permiſſionem coquendi panes in ſua Baſtida, ſoluebat cenſum quatuor ſalmatarum frumenti vel circa d. Baroni, quódque cæteri furni, qui ſunt in Baſtidis territorij d. loci, fuerunt facti tempore tumultuum bellicorum poſt confiſcationem d. loci & alienationem furnorum dicti domini, quæ fuit facta anno 1569.

20 Sextò, ex venditione molendini olei per d. dominum Baronem in fauorem d. communitatis facta ſub qualitate bannerati de an.1550.fol.1116. Et quæ coniecturæ ſufficientiſſimæ ſunt ad probandam intentionem d. domini Baronis, præſertim quod ex actis appareat de amiſſione documentorum d.Baroniæ per proceſſuras,decreta,& ordinationes bon. mem. Card. de Armaniaco inſertas fol.1151. & fol.1726. idque de an. 1571. nec non per depoſitiones teſtium, quódque dominus *de Peyre* dominus d. loci fuit d. loco priuatus tanquam hæreticus ab an.1570.vſque ad an.1599.idque conſtat per tranſactionem initam inter ipſum & Illuſtriſſimum Conestabilem Franciæ pro reſtitutione d. loci per.luctam fol.12.6 & ex eiſdem actis conſtat eum caruiſſe dictis furnis & molendino ab an. 1560. vſque ad an 1601.fol.1177.

21 Quintus modus eſt, quando proclamata & prohibitiones interuenerint, quibus volentes ire ad molendinum & furnum fuerũt prohibiti,& prohibitioni acquieuerint per longiſſimum tempus ſufficiens ad præſcriptionem complendam; quia tunc acquiritur ius prohibenti vt poſſit in futurum cogere eos ad molendum & coquendum, ita Abbas *in cap. ſignificauit* per illum textum *de appellation in cap notab* & allegat Cynum *in l.2.C qua ſit lo ga conſuetudo*, quem ſequuntur ibi omnes ſcribentes, Abb.*in cap.ſancti Syluani col.2.de verb ſignif* & excedit etiam hoc dictum,quamuis prohibitio fuiſſet facta extraiudicialiter, & ei fuiſſet obtemperatum pro bono pacis, Iaſ. *in l. quamuis in 5.col. verſ ſi verò vol nius* Balb. *in tract.de præſcript.in 4.par. 5.par.princ.in 5 quæſt. col.2. verſ hanc concluſionem limitat*, vbi etiam hanc eſſe communem Iacob. de S Georg. *in d.verb. & cum molendinis col.2. verſ. & hanc conclus.* vbi etiam aſſerit hanc receptam eſſe DD. ſententiam Brun *conſil 5*, Conarr.*in relect.cap mala fid.2 par.§.4. num* 10.Iaſ. *conſil* .161 *lib.2* Boer. *deciſ*.25 *col.2*. Crauetta *tract.de antiq.temporis in 4 par. ſection.circa præmiſſa n.* 29. *circa fin.* ſed in caſu,de quo agitur,cõſtat quòd homines & ſubditi dicti domini Baronis de Baulmes acquieuerũt proclamationib.pœnalibus factis per quõdam dominos Barones dicti loci de eundo ad coquendum in eorum furnis,& molendum in eorum molendinis, & illis proclamationibus numquam contradixerunt nedum per 10. aut 20 an. quod ſufficere videtur ſecundum Petrum Iacob. in ſua pract *in libello de furno* ſed etiam per 30.vel 40.an. & vltra quæ tempora dicuntur longiſſima & ſufficientia ad complendam præſcriptionem, vt in terminis noſtris tenet Afflict. *in deciſ.* 388. Iaſ. *in l. quominus in 6. col.* ac etiam per ſpacium temporis immemorabilis no annorum,quod dicitur immemoriale, vt tradit Cyn. *in l.2 quæſt* 10. *C.de ſeruitut & aqua* Balb. *in tract.de præſcrip.in 2.par* ..*par. in princ.in 6.q.&* 7.*q.* Concludendum eſt ergo d.dominum Baronem potuiſſe & poſſe cogere dictos homines ſubditos de Balmis ad coquendum eorum panes in furnis ſuis & non aliter ad molendum in molendinis ſuis, cùm luce clarius appareat eoſdem paruiſſe proclamationibus dominorum Baronum dicti loci publicatis de an.1510 huc vſque productis fol 685 vſque ad fol. 977.& ſic per ſpacium nedum 40.an ſed multo vlteriùs quibus numquam contradixerunt, ſed ſemper inuiolabiliter eiſdem paruerunt, necnon ex aliis prohibitionibus ab an.1526.vſque ad an.1555 per procuratorem d. Communitatis productis fol. 1458. vſque ad fol. 1476. præterea ex aliis etiam antiquioribus circa an.1446.cum proceſſibus & condemnationibus contra contrauenientes factis fol.1,12. quinimo pro manutentione dictorum proclamatorum & prohibitionum variæ fuerunt ſequutæ ſententiæ condemnatoriæ & confiſcationes farinæ de an.1606. fol. 1689. vſque ad fol.1721.

Nec præmiſſis obſtat quod opponitur per d. homines de Balmis d. proclamationibus ſe oppoſuiſſe & contradixiſſe,quia vt talis contradictio eſſet valida & impediret effectum dictarum proclamationum,debebant ſe opponere & appellare ex traditis per Iacob, de ſancto Georgio *in tract. de feudis in verb & cum venatian. col.1.* Balb. *in tract praſcript in 4.part 5.partis princ.in 5.quæſt.* Neuiſan.*in conſil* 45.*num.4.*Boſſ.*in tit. de regalus num.42.* Rol. à Valle *conſil.22. num 30. lib.2. verſ.ſecundum reſpondetur*, Natta *conſil* 522.*per tot.* Cagnol. *in l.1.ff.ſi quis iniure dicenti non obtemperet num* 94. 95.Cancer.*lib.2.var reſolut cap.2.num 8. cum ibi allegatis*, vel alio medio agere ad reſciſſionem & caſſationem dictarum proclamationum & infra tempora, de quibus per Bart. *in l.ambitioſa col.6 penult. verſ quæro infra quantum tempus ff. de decretis ab ordine faciendis*, Deci. *in cap.cum omnes in 4 notab.de conſtitut.in cap.conſuluit in fi col.de appellationibus.* ſed in publicatione dictarum proclamationum à 160.an.& vltra ſingulis annis factarum & publicatarum in conſpectu d. populi de Balmis neutiquam apparet quod à d. proclamationibus d.ſubditi appellauerint,& caſſationem & reſciſſionem illarum proſequuti fuerint intra tempora à iure præfixa, quinimo potius conſtat ipſos dictis proclamationibus paruiſſe & acquieuiſſe per longiſſima tempora, & ob iam d.proclamata deſtitiſſe aliò ire pro decoquendis eorum panibus, & bladis detricãdis ſeu triturandis. Quinimo conſtat d.incolas quãdo voluerunt d. proclamationibus contrauenire fuiſſe mulctatos per iudicem & baiulum d.loci, dictáſque mulctas non obſtantibus oppoſitionum & appellationum eorum qui fuerant mulctati per ſententiam iudicis appoſitiones fuiſſe confirmatas & exequutioni demandatas,vnde cum per d. præſcriptionem cauſatam ex d. inhibitionibus cum obedientia ſubſequuta acquiſitum ius fuerit d. Baronibus inhibentibus, neceſſariò fatendum venit, quod cogere poſſint d. ſubditos de

Balmis ad obſeruationem d. ordinarionum, ſeu proclamationum factarum, vt vult Hoſtienſ. & Io. Andr. *in cap. non eſt de decimis*, vbi dicunt, quodlicet dominos non poſſit ſtatuere, quod nullus poſſit venari in tali loco; hoc tamen fallit, ſi interuenit conſenſus eorum quorum intereſt, puta populi, quæ proclamationes & inhibitiones tanto maiorem vim habere debent ad conſtituendum d. dominum Baronem in poſſeſſione d. iuris prohibitiui, cùm illæ fuerint factæ à iudice & magiſtratu per viam iuriſdictionis, fuerintque confirmatæ & approbatæ per ordinationes dictorum Baiulorum & magiſtratuum d. loci præſentibus d. Syndicis d. loci illico & immediatè poſt publicationem dictarum proclamationum, & incipit præſcriptio currere à die ſcientiæ dictorum Syndicorum & adminiſtratorum, quia eorum ſcientia eſt ſcientia municipij *l. municipib. ff. de condit. & demonſtrat.* nec datur reſtitutio poſt quadriennium etiam vbi de læſione conſtaret. *cap. 1. de reſtitutione in integrum in 6. clement. 1. eod. tit.* & iſtud maximè locum habet, quando ille, qui facit huiuſmodi prohibitionem eſt dominus loci, quia tunc non requiritur omnium prohibitio ad quærendam poſſeſſ. maximè quando conſtat de notitia vniuerſitatis, Grammat. *deciſ. 209. num. 26. & ſeqq.* & talis prohibitio nocet non ſolùm perſonis prohibitis, ſed etiam omnibus incolis d. loci maximè cùm deuenerit ad notitiam totius populi, aut maioris partis illius, Crauet. *de antiquit. temporis 4. par. §. materia iſta num. 86. cum ibi cit.* Quo caſu procul dubio vt tales proclamationes non nocerent dict. Communitati, debebant appellare & recurrere ad ſuperiorem, aut intra legitima tempora agere ad reuocationem dictarum ordinationum, aut procurare quod tales inhibitiones tollerentur, aut auferrentur, & licet aliqui teſtes pro parte d. Communitatis auditi dicãt ſe iuiſſe pro detricando & molendo eorum blado ad alia molendina, non obſtantib. d. inhibitionibus reſponderur talibus teſtibus nullam adhibendam fidem, cùm ſint pro maiori parte de vniuerſitate, & deponant in propria cauſa & in negotio ex quo vtilitas particularis peruenit ad ſingulos in particulari, in hac re agitur de commodo ſingulorum. Ergo d. teſtes ſunt omnino inhabiles, & iſto caſu numerus non ſupplet defectum, quando ſunt omnino inhabiles. Nec obijci poteſt d. homines de Balmis metu acquieuiſſe d. proclamationibus: licet enim in eo, cui de facili populus non poteſt reſiſtere, ſi aliquid gerat irrationabile, præſumitur id facere violenter & per impreſſionem; hoc non procedit in feudatariis, à quorum iniquè geſtis facile reclamari poteſt ad ſuperiores, Natta *conſil.* 522. qui, ſi placet, videatur; multa enim fundamenta continet, quæ faciunt pro d. domino de Balmis, nec non rationes, quibus dicta teſtium pro parte Communitatis examinatorum omnino conuellantur.

Septimus & vlt. modus, qui tamen ex proximè præcedenti videtur manere, eſt ex eo quod d. Baro de Balmis probauit prædeceſſores ſuos ab immemorabili tempore coegiſſe d. ſubditos de Balmis deferre eorum panes ad furnos ſuos pro eis coquendis, & grana ad eorum molendina pro eis detricandis, ſoluta certa mercede, ac eiſdem prohibuiſſe alios furnos & molendina habere ad aliave huius officij causâ omnino accedere, qui vſus immemorialis etiam circumſcriptis 22
proclamationibus habet vim tituli & conceſſionis, & ſolus de per ſe eſt ſufficiens, etiam in his quæ iure familiaritatis exhibentur, & voluntaria ſunt, vt nominatim voluit Felin. *in cap. cum M. Ferrar. num. 7. de conſtitut.* à fortiori ille vſus immemorialis operari debet, vt d. furni & molendina cenſeantur bannerata, quando cum ea tam antiqua poſſeſſione concurrant tot prohibitiones in ipſius temporis tractu contingentes præcedentes hanc litem moram 30. 40. 50. 100. an. & amplius, probatis iſtis prohibitionib. prout probantur, præſumendum eſt hanc immemorialem quaſi poſſeſſionem à d. prohibitionibus ortum habuiſſe ex traditis per Couar. *in cap. mala fidei in 2. par. §. 4. n. 6. verſ. poſterior reſponſio*, & videtur iſtud ius prohibendi ex præſumpto tituli dicto Baroni eſſe quæſitum, præſertim cum vetuſtate & iſto immemorabili vſu concurrant plures aliæ circumſtantiæ, de quibus ſuprà, ex quibus euincitur furnos & mulendina d. Baronis eſſe bannalia.

ARGVMENTVM.

De tertio hypothecariæ conuento bona non alienata indicante.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Auenionis formam præſcribit in caſu quo de iure communi facienda eſſet diſcuſſio antequam tertius conueniri poſſit.*

2 *Quando nulla competit actio, vel competiit quidem, ſed fuit extincta, non requiritur excuſſio.*

3 *Notorium dicitur, quod ex inſtrumenti lectura conſtat.*

4 *Excuſſio non requiritur quando agitur contra rem ſpecialiter hypothecatam.*

5 *Verba ſtatuti cum effectu intelligenda ſunt.*

CONSILIVM CXII.

CVm quæritur, an indicatio de bonis non alienatis, non hypothecatis tamen, nullius momenti cenſeatur & ea non obſtante dandus ſit regreſſus aduerſus alienata, præſuppoſito ſtatuto Auenionis quo periculo indicantis creditor tenetur experiri aduerſus bona indicata, paucis reſpondendum eſt huiuſmodi indicationem omnino nullam, illiúſque habendam non eſſe rationem, quod enim ſtatuto cauetur vt experiatur primum aduerſus bona non alienata, hoc nõ alia ratione fit, quàm vt excuſſio bonorum debitoris fiat, antequam tertius conueniri poſſit, at
verò ſtatutum in materia excuſſionis nõ remouet diſ- 1
poſitionem iuris communis niſi in forma excuſſionis
faciendæ, & eam formam requirit in caſu in quo de
iure communi facienda eſt excuſſio, Cort. iun. *conſil. 6.*
in fin. in noſtro autem caſu non eſt opus excuſſione di-
ctorum bonorum non alienatorum. Quia cùm obli-
gata non ſint, nullam actionem aduerſus ea habet cre-
ditor: at verò vbi nulla eſt actio vel fuit quidem, ſed 2
eſt extincta, non requiritur excuſſio, ſicut & quando
notorium eſt debitorem non eſſe ſoluendo, ex Bart. *in*
l. fin. ff. de reb. credit. inutiliter enim excuſſionem face-
ret, & ſine actione experiretur: notorium enim eſt ex 3
lectura inſtrumenti vanum futurum illum conatum,
notorium enim dicitur & patens quod conſtat per in-
ſtrumentum, *cap. cùm olim ext. de cenſib.* & ibi Abbas
num. 9. & quia habet intentionem fundatam in inſtru-

mento

mento publico, nihil cõtra eam videtur dubitandum, Crauet. *conſ. 31. in fin.* nec refert quod periculo indicantis experiatur, experiri enim non poteſt, cùm actione careat, & intereſt ſua in litibus non inuolui, & expectare tres ſententias quas certum eſt inſtrumento habiturum contra ſe, ideóque ſuccedit regula, *paria eſſe non facere, vel inutiliter notoriè facere, & paria eſſe non in-*
4 *dicare, vel inutiliter notoriè indicare.* Præterea diſcuſſio non requiritur, quando quis habet ſuper re, quæ debitoris fuit, ſpecialem hypothecam, *§. ab hoc in authen. de litigio. l. diſtractis cum authen. ſeq. C. de pignorib.* quod quidem abſque dubio procedit ſi ſolum ſuper ea re quæ alienata eſt, & non ſuper aliis non alienatis hypothecam habet: in vanum enim contra alia bona caperetur, cùm actione careat: cùm igitur verba ſtatuti ſ cum effectu intelligenda ſint *l. 1. quod quiſque iuris.* & bona quæ indicantur in noſtro caſu, non ſint obligata, ſed ſolùm ea quæ poſſidet indicans, ſequitur indicationis nullam habendam eſſe rationem, & ad vlteriora procedendum eſſe.

ARGVMENTVM.

AN & quando filij fratrum nullo exiſtente patruo, ſuccedant in ſtirpes vel capita in fideicommiſſis.

SVMMARIVM.

1 *Filius ingreditur in locum patris in fideicommiſſo relicto ab auo.*
2 *Nec non in fideicommiſſo relicto à patruo vel auunculo.*
3 *Filij fratrum ex veriori & nunc magis communi ſententia ſuccedunt in capita & non in ſtirpes.*
4 *Filij fratrum cum ſuccedunt in ſtirpes hoc fit iure repræſentationis.*
5 *Cum agitur de ſucceſſione propatrui, conſobrini, & aliorum extra aſcendentes, & patruum vel auunculum non eſt locus repræſentationi.*
6 *Verba æquis partibus denotant ſucceſſionem in capita.*
7 *Vna eademq́ oratio plura reſpiciens determinabilia ea debet æqualiter determinare.*
8 *Quandiu nomine proprio vocati ſuperſunt, tandiu collectiuo vocati ſuccedere non poſſunt.*
9 *Quoties agitur de fideicommiſſo a conſobrino facto eſt locus regulæ,* qui prior in gradu eſt, quoque prior in ſucceſſione.
10 *Dictio &* poſt mortem *denotat diuerſitatem temporis.*
11 *In dubio contra repræſentationem eſt reſpondendum.*

CONSILIVM CXIII.

1 LEcti & attentè perpendi quæ doctè ſcripta fuerunt in fauorem liberorum quondã domini Georgij Paberani, vt nimirum vocentur in capita ſimul cum filio vnico domini Franciſci dicti Georgij fratris ad ſucceſſionem fideicommiſſi facti per quondam dominum Franciſcum de Bartis aperti per obitum dominæ Angelæ Paberana matris d. Franciſci, & vxoris & ſororis dictorum Franciſci & Georgij de Paberanis. Verba teſtamenti dicti de Bartis hæc ſunt: *Et quia hæredis inſtitutio &c.* hæredem ſuum vniuerſalem fecit & inſtituit dilectam ſuam matrem N. Angelam Paberana ſolam & in ſolidum, & in caſum in quem d. Angela eius mater & hæres decedat abſque liberis naturalibus & legitimis ex legitimo matrimonio procreandis, eidem in eum caſum ſubſtituit Franciſcum, Ioannem, & Georgium Paberan fratres, & dicti teſtatoris auunculos, & poſt obitum dictorum ſuorum auunculorum liberos maſculos legitimos & naturales dictorũ Franciſci & Georgij æquis partibus & portionibus, dicti Franciſcus, Ioannes, & Georgius deceſſerunt ante Angelam, eáque poſtea obiit ſuperſtite vnico filio Franciſci, & tribus maſculis Georgij. Quæritur an omnes hi patrueles vocentur in capita, an verò in ſtirpes: hoc eſt, an filius Franciſci vnam ex quatuor portionibus, an verò dimidiam totius fideicommiſſi habiturus ſit.

Poſſem hîc inquirere, quænam ſententia magis recepta veriórque ſit, Azonis an Accurſij inter ſe diſſentientium, dum diſputant, an filij fratrum nullo exiſtente patruo ſuccedant ab inteſtato in capita, an in ſtirpes, quòd nimirum in fideicommiſſis in dubio teſtator præſumatur voluiſſe ſuam voluntatem eſſe conformem iuri communi in ſucceſſionibus ab inteſtato introducto? Qua præſumptione moti DD. reſpondent 1
nepotem ingredi locum patris non ſolùm quando agitur de fideicommiſſo relicto ab auo, vt poſt Corne. Iaſo. Curt. iun. Alciat. Socin. iun. Didac. & Tobl. Noni, docet Menoch. *conſil. 124. num. 84. & in conſ. 357. n. 22.*
ſed etiam ſi agatur de fideicommiſſo relicto à tranſ- 2
uerſali prioris gradus vtpote patruo vel auunculo, Deci. *conſil. 1. num. 3. & 4. & conſil. 157. num. 1.* Pariſi. *conſ. 36. num. 2. & in conſil. 38. num. 15. lib. 2.* Rube. *conſil. 81. in fin.* Hieron. Gabriel. *conſ. 86. num. 9. lib. 2.* Molin. *de primogen. Hiſpan. lib. 3. cap. 7. num. 20. verſ. quia in re,* poſſem, 3
inquam, inquirere, quænam ſententia verior eſſet, quod ſi facerem, abſque dubio Azonis ſententiam ſequerer, vt nimirum in capita vocentur, verior enim ea abſque dubio eſt, vt nouiſſimè docent Germanogal. *quæſt. illuſt. cap. 14.* doctiſſimus Cuiac. *lib. 2. feudo cap. 11. de gradi. ſucceſ. in feud. & conſil. 4.* & Harmenopoli authoritas euincit *lib. 5. tit. 8.* in hæc verba è Græco in Latinum verſa, *ſi defuncti fratres non ſuperſunt, ſed filij fratrum duntaxat præmortuis duobus aut tribus fratribus per capita & in ſingulas eorum perſonas hæreditas diſtribuatur,* hoc eſt, vt quotquot ſint, pro ſe quiſque ad hæreditatem vocetur. Et quamuis Accurſij ſententia fuerit aliàs communis, & ſecũdùm eam in tribunalibus Gallicis iudicatum, vt docet Gui. Pap. *quæſt. 134.* & ibi Ranchin. & Gui. Benedic. *in cap. Raynutius in ver. & vxorem num. 691.* tamen hodie Azonis ſententia eſt magis recepta, vſúque in iudiciis Galliæ & Germaniæ approbata, vt docent Io. Luc. Placit. *lib. 8. tit. 10. cap. vlt.* & Papon. *in tit. des ſucceſſions legitimes arreſt. 12. & 13.* Cantiuuc. *ad tit. inſtit. de legiti. agnato. ſucceſſ.* & Gui. Ranchi. *in tract. de ſucceſs. ab inteſt. §. 12. num. 16.* nec extra rem id diſquirerem, cùm, vt iam docui, teſtator cenſeatur facere voluntatem ſuam cõformem iuri communi. Sed non eſt opus, vt in hac quæſtione verſemur, quòd nimirum in facto, de quo agitur, res ſit extra omnem aleam, & dubitationem, ſi de ſucceſſione ab inteſtato

agetamus, quòd ſcilicet nõ agatur de hæreditate aſcendentium, aut patrui. Sed de hæreditate aliorum collateralium vltra patruum, nempe conſobrini, Deci. *conſ.* 1. *num.* 20. Rebuff. *in conſtit. regi. in proœmi. gloſſ.* 5. *num.* 81. Ea his igitur conficitur prima ratio ſententiæ noſtræ, nempe teſtatorem in fideicommiſſo conformem habere voluntatem iuri communi, at in themate noſtro, ſi de ſuccedendo ab inteſtato d. conſobrino de Barris ageretur, diuideretur eius hæreditas inter filios Franciſci & Georgij in capita & non in ſtirpes, ergo in fideicommiſſo ab eo vocati, eodem modo ſc. in capita ſuccedent.

Secunda hæc erit ratio, quòd nimirum cùm dicimus filios ſuccedere in ſtirpes, non in capita, hoc fit ex repræſentationis iure, quam propterea aliqui fictio-
4 nem iuris appellarunt, vt Aretin. Alexan. Ruin. Rub. Chaſſan. & Rol. quos refert Menoch. *conſil.* 124. *num.* 96. alij præſumptam, non autem fictam repræſentationem, vt Pariſi. Socin. iun. Decian. Cephal. quos retulit & probauit Menoch. *conſ.* 357. *n.* 33. fit, inquam, ex repræſentationis iure, vt docet Rebuff. *in d. num.* 81. *gloſſ.*
5 5. *in proœmi. conſtit. regia*, at quando agitur de fideicommiſſo relicto à propatruo, conſobrino, vel alio extra aſcendentes patrem vel patruum, non eſt repræſentationi locus, Deci. *conſil.* 1. *num.* 3. *& conſil* 217. *num.* 2. Curt. iun. *conſil.* 118. *num.* 11. Rube. *conſil.* 82. *in fin.* & fusè poſt multos, quos refert Menoch. *conſil.* 124. *num.* 184. qualis eſt noſter caſus: agitur enim de fideicommiſſo facto à conſobrino: ergo non in ſtirpes, ſed in capita ſuccedere poſſunt.

Tertiò, non eſt rationibus diſputandum, vbi clara eſt mens teſtatoris ea verbis, nominatim, *teſtator ca-*
6 *uit, vt æquis partibus ſuccederent*, quæ verba ſucceſſionem in capita, & non in ſtirpes important, *l. interdum in princ. ff. de hæredi. inſtitue.* Cuiac. *conſil.* 40. quæ huic caſui noſtro non malè conuenit, in qua, cùm Titius hæres eſſet ex ſemiſſe, filij fratris & filij ſororis ex alio ſemiſſe æquis partibus, filij fratris erant tres, filius ſororis erat vnicus, Titius viuo teſtatore deceſſit, quæſitum fuit, pro qua parte cæteris accreſceret eius portio: reſponſum fuit æquis partibus, hoc eſt, pro virili & in capita, ita vt hæreditas diuidatur in quatuor partes.

Non admodum inſiſto in confirmanda hac mea ſententia: ſatis enim in ſe clara eſt. Tota difficultas conſiſtit in refellenda vnica, eáque, vt videtur, maſcula ratione. quæ huiuſmodi eſt, filij Franciſci & Georgij vocantur ad fideicommiſſum vna eadémque oratione cum patruis. Fingamus d. Angelã deceſſiſſe poſt mortem Georgij relicto Franciſco fratre ſuperſtite, certè filij Georgij ſuccedere debent cum Franciſco patruo in ſtirpes, ergo idem dicendum eſt, ſi Angela deceſſerit, relictis ſolùm filiis Franciſci & Georgij, vt nimirum ſuccedant in ſtirpes: dici enim ſolet à noſtris vnam
7 eandémque orationem plura determinanda reſpicientem ea vniformiter & eodem modo determinare debere. *l. 1. cum vulga. C. de impub.* huic rationi ſatisfaciendum eſt. cætera enim, quæ poſſunt afferri, huiuſmodi ſunt, quæ nec debent referri. Variis igitur modis ei ſatisfit. Primùm, non ita facilè admittitur filios Georgij ſucceſſuros cum Franciſco, ſi ſuperſtes fuiſſet, quinimò exiſtimo omnino excludendos fore quandiu vixiſſet Franciſcus: tum quòd quando aliqui nomine
proprio vocati ſunt, alij collectiuo liberorum, quandiu nominati ſuperſunt, tandiu collectiuè vocati non 8
ſuccedunt, Deci. *conſil.* 480. Ruin. *conſil.* 115. *vol.* 3. Pariſi. *conſil* 18. *lib.* 2. qui tres ſuper eodem caſu ſcripſerunt, & in eiſdem terminis præcisè conſuluerunt apud Rob. Alex. Iaſ. Curt. & Ruin. *in conſil.* 36. 37. 38. 39. *&* 40. & vltra eos Socin. iun. *conſil.* 135 *lib.* 1. quorum conſulta probarunt Didac. *pract. quæſt. verſ ſexto conſtat.* Burſat.
conſil. 67. *num.* 20. *&* 21. Tum quòd vbi agitur de fidei- 9
commiſſo à conſobrino facto filium non intrare locum patris, & locum habet regula, *qui prior in gradu, prior in ſucceſſione*, Ioan. Andre. *in additio. ad Specul. in tit. de ſucceſſ. ab inteſt.* §. 1. *verſ. vocantur.* Bal. *conſil.* 292. *lib.* 2. Socin. *conſil.* 252. Corne. *conſil.* 191. *lib.* 4. Deci. *conſil.* 444. Pariſi. *conſil.* 40. *n.* 30. *lib.* 2. Socin. iun. *conſil.* 86. *lib.* 3. Alciat. *conſil.* 59. *col. vlt. lib.* 9. Craner. *conſil.* 126. Decian. *conſ.* 1. *num.* 363. *&* 371. *lib.* 1. Rolan. à Valle *conſil.* 38. *num.* 34 *lib.* 4.

Secundò, etſi citra præiudicium veritatis daremus filios Georgij ſuccedere cum Franciſco, non propterea ſequeretur ſuccedere in ſtirpes, eadem enim tunc quæſtio, quæ nunc proponeretur, & propter dictionem *æquis partibus* contenderemus in capita ſuccedere debere.

Tertiò, non eſt legitimum argumentum à brocardico ductum, nec concludit, procedit enim in ſuo caſu tantùm, nec ex regula ius fit, ſed ex iure regula, *l. 1. de origi. iur.*

Quartò, non eſt verum eſſe vnicam eandémque orationem, dictio enim *& poſt mortem* denotat diuerſita- 10
tem temporis, & ſic diuerſitatem orationis *l. poſt mortem* cum ibi notat. *C. de fideicomm.* nec quod eadem dictio *ſubſtituit* cenſeatur reperita, dicitur eadem oratio, ſed ſemper duæ diuerſæ ſunt orationes, & diuerſitate temporis diſtinctæ.

Poſtremò, non valet argumentum, *ſuccedunt in ſtirpes cum patruo, ergo etiam ſine patruo.* Pater in ſucceſſione ab inteſtato: quandoque enim fit in ſtirpes, remoto patruo non fit: quod quidem ea ratione nititur, quòd repræſentatio eſt iure quodam ſpeciali introducta, & propterea eſt quid extraordinarium, & ideo in ſuo ſo-
lo caſu procedit, nec extra eam extenditur, quinimo 11
in dubio eam non habere locum reſpondendum eſt, vt ſcripſerunt Iacob. Beluigi. Bartol. Caſtrenſ. Aretin. & Lofred. quos refert & ſequitur Menoch. *conſ.* 200. *num.* 41. *& conſil.* 269. *num.* 61. *verſ. octauo.* Ex quibus concludendum eſt, filios Georgij ſuccedere debere cum dicto filio Franciſci ad fideicommiſſum, de quo agitur, in capita, non in ſtirpes.

ARGVMENTVM.

QVando tutor inuentarium facere non teneatur, liberatio à redditione rationum & reliquorum proteſtatione quid operetur.

SVMMARIVM.

1 *Confectio inuentarij tutori remitti poteſt.*
2 *Et valet huiuſmodi remiſſio, etſi fieri non prohibeatur.*
3 *Iudex, non obſtante remiſſione confectionis inuentarij, poteſt cogere tutorem ad id conficiendum.*
4 *Iudex ex cauſa poteſt venire contra voluntatem defuncti & conſulere vtilitati pupilli.*

5 Situ-

5 *Si tutor per teſtamentum à redditione rationum liberatus eſt, non tenetur librum rationum ita exactè conficere,*
6 *Et ſolum liberatur à ſcrupuloſa redditione.*
7 *Sed ſi quoque reliquorum legatum factum ſit, vel eorum præſtatio remiſſa, tutor tenetur tantum de dolo vero, vel*
8 *Secluſo dolo tenetur de culpa quatenus locupletior factus ſit, quod quomodo accipiatur, n.11.*
9 *Non ſemper lata culpa æquiparatur dolo.*
10 *Quod dicitur dolum futurum remitti non poſſe procedit in vero, non in præſumpto.*
12 *Verba teſtatoris, quod confidit de legalitate & bonitate tutoris non faciunt quin tutor non teneatur, niſi de dolo vero, niſi locupletior factus ſit.*
13 *Si reliquorum legatum factum ſit, non exactio nominum, dolo non imputatur.*
14 *Periculum nominum ſpectat ad tutorem, ſi tempore ſumptæ adminiſtrationis probentur bona, & negligentia tutoris facta ſunt mala.*
15 *Tutor tenetur proſequi appellationem.*

CONSILIVM CXIV.

PERPENSIS verbis teſtamenti N.
Reymoneti Capeau, quibus Nico-
laus Robertus eius gener conſtitu-
tus eſt tutor, quæ huiuſmodi ſunt:
*Et eſtant bien aſſeuré de la loyauté &
prud'homme dudit Robert ſon beau-
fils, l'a inſtitué tuteur & legitime ad-
miniſtrateur de la perſonne & biens deſdits pupils, pour
iceux & leurs biens regir & adminiſtrer ſans eſtre con-
traint, s'il ne luy plaiſt, faire inuentaire, rendre aucun com-
te, ne preſter reliquat, auquel tuteur a legué & legue pour
ſes peines & trauaux la ſomme de dix eſcus d'or ſol, pour
chacune annee durant ladite adminiſtration.* Viſis etiam
& perlectis quæ doctiſſimè ſcripta fuerunt, tam in fa-
uorem dicti Robert quàm contra eundem, in eam deſ-
cendo ſententiam, vt exiſtimem d. Robertum non fuiſ-
ſe obligatum ad confectionem inuentarij, quam remit-
1 ti poſſe iure certiſſimum eſt, *l. fina. ff. de arbitr. tutel.* vbi
Bartol. & alij *in l. cum tale §. Titius ff. de condit.* & idem
Iaſ. *in l. nemo poteſt ff. de lega. 1. in ſecunda lectu. num. 65.
& ſeqq.* & ibidem Bartol. *num. 12.* dicunt communem
eſſe opinionem Alex. *conſ. 62. num 1. & 2. lib. 4.* Iul. Clar.
lib. 3. ſent. § teſtamentum quæſt. 66. Sebaſt. Monticul. de
inuenta *cap. 1. num. 44.* & quamuis Ioan. Dilect. *de arte
teſtan. tit. 7. caute. 3.* exiſtimauerit vltra remiſſionem in-
2 uentarij requiri etiam prohibitionem eiuſdem, com-
munis tamen ſchola remiſſionem ſolam deſiderat, etſi
vetum ſit prohibitionem magis afficere, vt patet ex
iis quæ dicit Bartol. *in l. tutor qui repertorium num. 18.
ff. de admi. tutor.* Plot. *in l. ſiquando §. 9. num. 2. C. de in
lit. iur.* & nouiſſimè Paul. Montan. *de iur. tutel. cap. 31.
num. 100.* Paria enim ſunt dicere, *remitto inuentarium*
vel *fieri veto, l. ſi hæres vetitus.* iuncta *l. cum tale §. Titius
ff. de condit. & dem.* tum quia nihil intereſt, qui-
bus verbis vtatur teſtator, ſi de voluntate appareat,
cùm hodie formula verborum ab aula receſſerit, *l. 2.
C. de formul.* & vtcumque vera eſſet opinio Dilecti, ta-
men, vt ipſemet ait, periti ſimi quique in eo errant,
abſque dubio excuſandus eſt d. Robertus, ſi non ſer-
uatis ſeruandis inuentarium confecit, nullúſque dolus
vel lata culpa illi adſcribi poteſt: adeò vt difficillimè
leuiſſimam culpam aſſerere poſſemus, ita vt nihil ipſi
3 eo nomine imputari poſſit. Et quamuis etiam non ob-
ſtante huiuſmodi remiſſione poſſit iudex, ſi ipſi vide-
bitur, tutorem cogere ad confectionem inuentarij, Iaſ.
in l. cum neceſſitatem C. de fideicom. Bartol. *in d. l. nemo
poteſt in fin. argu. l. in confirmando ff. de confir. tuto.* Beci.
conſil. 549. Didac *lib. 2. variar. reſol. cap. 14. num. 4.* po- 4
teſt enim iudex ex cauſa venire contra diſpoſitionem
teſtatoris & conſulere vtilitati impuberis *l. 1. ff. vbi pu-
pil. educa. debe. l. facultas C. de iur. fiſc. lib. 10.* Bald. *conſil.
229. lib. 4.* tamen cùm hoc in noſtro caſu factum non
ſit, nihil tutori imputari poteſt. At ſaltem librum ra-
tionum tenere debuit: à quo onere remiſſio inuenta-
rij tutorem non liberat: id fatemur, ſi ſolam remiſſio-
nem inuentarij conſideremus; at ſi quoque adſit libe- 5
ratio à rationibus reddendis, non tenetur. Plot. *in d. l.
ſiquando §. 9. num. 2.* & ſi forſan librum conficere debet,
vt ſciatur, an locupletior factus ſit ex neglectis, vel an
dolum verum commiſerit, non ita exactè, vt alioquin
deberet. Sed non eſt inſiſtendum in hoc: ex inuenta-
rio enim, quamuis non ſolemniter confecto, conſtat
de facultatibus pupilli, & rationes in libris ſcriptæ ex-
hibentur.

Quoad verò caput illud, quod præcipuum eſt, &
ex cuius deciſione plurium quæſtionum reſolutio de-
pendet, an ſcilicet d. Robertus, attenta liberatione, de
qua ſuprà, teneatur de neglectis & omiſſis. & verum eſt,
quod ſi à ſola redditione rationum liberatus fuiſſet,
huiuſmodi liberatio ſolùm operaretur, vt non oblige- 6
tur reddere rationem, ita ſcrupuloſam, ſicut aliàs fuiſ-
ſet obligatus, *l. quidam decedens ff. de admin. tuto leg.
Aurelio §. Caius.* & ibi Bartol. *ff de libera. lega.* Iaſ. *in
l. actione circa fin. C de tranſactio* & in *l. cum neceſſita-
tem C. de fideicom.* Sed vbi præterea reliquorum lega- 7
tum factum eſt, vel eorum reſtitutio aut præſtatio re-
miſſa eſt, quæ abſque dubio nihil aliud quàm eorun-
dem eſt legatum, communis eſt ſententia, ſolùm tene-
ti de dolo vero, qui in committendo, non de præſum-
pto, qui in omittendo per latam culpam conſiſtit: &
prætetea secluſo etiam dolo quatenus factus eſt locu- 8
pletior: & ſic limitant & intelligunt ſententiam con-
trariam, qua dicitur per reliquorum remiſſionem do-
lum futurum non eſſe remiſſum, vt ſolùm procedat
in vno ex dictis duobus caſibus, nempe ſi dolus verus
adſit, vel locupletior factus ſit tutor: eo enim ipſo,
quòd non vult reſtituere quod penes ſe habet, dolum
verum committit, retinendo quod ſuum non eſt: at-
que hanc ſententiam non teneri, ſcilicet tutorem de
dolo præſumpto, de neglectis & omiſſis, de intereſſe
pecuniæ, quæ in prædiorum vel penſionum emptio-
nes conuerſa non eſt, de nominibus non exactis am-
plectuntur, Angel. *conſil. 144.* Fulgoſ. *conſil. 25.* Deci.
conſil. 178. Corne. *conſil. 313. lib. 1* Guzaldi. *conſ. 93. num 10.
cum ſeqq.* Couarru. *variar. reſol. lib. 2. c. 14. n. 4. verſ. quin-
tum dolus. & verſ. ſeptimò erit conſiderandum.* Crauett.
conſil. 193 Plot. *in d. l. ſi quando §. 9. n. 1.* Caualca. *de tuto.
n. 207.* Menoch. *præſump. 164. n. 9 lib 5.* Io. Dilect. *d. tit. 7.
de tuto cautel. 2.* Porti. *conſ 147.* & Paul. Monta. *d. iur. tu-
tel. cap. 30. reg. 9. § 240. fol. mihi 127.* vbi alij pleríque per
ſuprà nominatos citati. Nec repugnant doctrinæ in
contrarium allegatæ: ſi bene enim eæ perpendantur,
vel eæ procedunt tantùm cùm ſola remiſſio redditio-
nis rationum facta eſt: quod ſi reliquorum quoq; men-
tio fiat, tunc de dolo vero, nõ autem præſumpto men-
tionem faciunt, aut ſi locupletior factus eſt tutor, vni-
co, de quo poſtea, excepto. Nam in caſu Alex. *conſil.
45 lib. 1.* reliquorum non erat remiſſio facta, ſed ſolùm
redditionis rationum: idem dicendum quoad Bologo.
conſ. 13. ſe refert enim ad *d. conſ. Alex. 45.* & ſecundum
illud intelligendus eſt Bertrand. *conſ 96. lib. 1. prio. &
conſil. 280. lib. 2. prio.* & ſic reliquis eius conſilus duo-
bus, de quibus poſtea, eodem modo ſatiſfit, ſolùm
enim rationum redditio remiſſa eſt, de reliquis nihil

idem dicendum quod Aret. *in §. actionum num. 44. inſtit. de actioni.* idem quoad Ruin. *conſil. 54. num. 13. lib. 1. & conſ. 69. lib. 2. num. 3.* idem quoad Chaſſan. *in conſuet. Burgun. rub. 6. §. 6. gloſ. d'en rendre compte num.* 20. præterquam quod plerique ex illis de dolo tantùm, & quod reliqua præſtare debeat, ſi ſimpliciter de remiſſione redditionis dictum ſit, ſed de dolo præſumpto & de neglectis nihil. Menoch. autem *præſumpt. 164. num. 6.* etiam de ſimplici remiſſione redditionis rationum loquitur. Sed diſertè *num. 9.* noſtram ſententiam confirmat, ſicut Ioan. Dilect. *d. cent. 2. tit. 7.* qui nominatim non teneri de præſumpto dolo contendit: & ſic quoad reliquos qui citantur, reſponderi poteſt, ne ſingulos percurram: aut enim loquuntur, cùm ſimplex liberatio à redditione rationum facta eſt, de reliquis autem nihil dictum: aut ſi facta fuit mentio reliquorum, loquuntur tantùm de dolo vero, aut ſi tutor factus ſit locupletior, Graſſ. quidem *in §. legatum quæſt. 40. num. 8.* videtur noſtræ ſententiæ repugnare, ſed certè ſi bene ponderetur, nihil certi firmat, quod ſi faceret, contra communem faceret, de qua ipſemet fatetur cæteros Fulgoſio aſſentire. Solus Bertrand. in duobus tantum locis contrarium videtur aſſerere, nimirum in *conſ. 105. per tot.* vbi de neglectis loquitur, & in *conſ. 208. lib. 3. poſter.* vbi de lata culpa. Sed ſine authoritate, ſiue ratione agamus, poſtponenda eſt ſententia Bertrandi: nam eius authoritati, quæ magna eſt, opponimus authoritatem tot patrum ſuprà nominatorum, quódque ex illis patet communem eſſe contra eum. Si ratione, ratio, qua nititur, falſa eſt, noſtræ ſententiæ vera ratio ipſius eſt, quia, inquit, lata culpa dolo æquiparatur, hoc verum eſt ſæpenumero, ſed non ſemper.

9 Aliud enim eſt dolus, aliud lata culpa, *l. quod Nerua ff. depoſi.* facit, quia depoſitario, qui dolum fecit, denegatur furti actio, non ſi latam culpam contraxerit, Cyn. *in l. falſus C. de furt.* Fulgoſ. *d. conſil. 25.* vbi docet non valere argumentum de dolo ad latam culpam, quinimò in dubio reſpondendum eſſe in fauorem rei docet idem Fulgoſ. per *l. Arrianus ff. de actioni.* maximè in deciſoriis *l. fauorabiliores l. ſemper ff. de reg. iu.* & longè magis in teſtamento benigniores præferendæ ſunt, *l. teſtamentis de reg. iur.* & inter perſonas neceſſitate tanta coniunctas, in quibus res amarè tractandæ non ſunt, *l. ſi quod in princ. l. ſi ſeruus communis ff. de donat. inter vir. & vxor. l. Procula ff. de probatio. l. ſi ſeruus plurium §. fin. ff. de lega. 1. leg. quintus in fin. ff. de aur. & argent. legat.*

10 Nec procedit ratio, quòd dolus futurus remitti non poſſit, quia anſam delinquendi præberet, quia hoc procedit in dolo vero tantùm, non in lata culpa, *l. ſi vnus §. illud ff. de pact. & l. 1. § illud ff. depoſi.* Ratio differentiæ eſt manifeſta, cùm maius ſit delictum dolus verus quàm lata culpa, & notoriè non valet argumentum prohibitum, *eſt maius, ergo minus.* At è contra ſic: in dolo enim vero adeſt malitia, in lata culpa adeſt negligentia, quamuis craſſa. Ex quo patet non eandem eſſe vtriuſque rationem, ideóque in noſtro caſu non valere argumentum de dolo ad latam culpam, alioquin fruſtra in pleriſque iuris articulis proponeretur frequentiſſima diſtinctio inter ea quæ committendo, & ea quæ omittendo, quamuis per latam culpam perpetrantur.

Noſtra verò ratio certa eſt, nam ſi ſola liberatio rationum hoc operatur, vt ſcrupuloſa redditio cenſeatur remiſſa, & tutor non teneatur de leuiſſima culpa & leui. Alex. *conſil. 41 lib. 1.* planè ſi præter huiuſmodi remiſſionem adſit & alia reliquorum ſcilicet præſtationis, ea aliquid plus operari debet, nempe vt ne de lata quidem culpa teneatur, de dolo autem vero ſic, ne ea verba fruſtratoriè cenſeantur appoſita, *l. ſi quando ff. de lega. 1. cum vulga.* & ea eſt mens DD. Si ergo verba ad amuſſim expendantur, & certè ſolam fidem bonam præſtare debet, vt DD. aiunt, & ne fiat locupletior cum iactura aliena, cùmque vtrumque in noſtro caſu adſit, aſſerendum eſt cum DD. non teneri de neglectis, etſi per latam culpam.

Nec obſtat quod dicitur, propter latam culpam iurari in litem, vt, ſuſpectum tutorem remoueri poſſe, propter dolum præſumptum iurari in litem, & huiuſmodi latam culpam puniendam eſſe. Hæc enim vera ſunt in ſuo genere, ſed ex ſupradictis hæc ceſſant, cùm redditio rationum & præſtatio reliquorum remiſſa eſt, vt ſuprà dictum fuit.

Non obſtat, quod aliqui contendunt, nominatim Crauetta, tria concurrere debere: præterquam quod enim cæteri hoc non requirunt, ea tria adſunt in noſtro caſu: agitur enim de dolo præſumpto: & Robertus non eſt factus locupletior, & coniunctus teſtatori gener nempe ipſius eſt: neque enim coniunctum ſanguine requirunt, ſed coniunctum ſimpliciter; quamuis exiſtimem ſemper ſocerum de genero maiorem fiduciam quàm de fratre habiturum. Et loquuntur, inquam, de coniuncto teſtatori non pupillo, & bene: nam teſtatore eſt, qui fiduciam habere debet, & propterea eius fecit electionem.

Non etiam obſtat, quod contendunt DD. requirere, vt ampliſſimis verbis legatum ſit factum, neque enim, cùm hoc deſiderant, verſantur in quæſtione noſtra, ſed in alia, nempe cùm quæritur, an à vero dolo liberatus ſit, vel ab eo in quo factus eſt locupletior. Si enim DD. verba bene perpendantur, tria capita diſtinguunt: an ſcilicet ſimplex remiſſio rationum facta ſit: an amplis verbis, nempe ſi præter remiſſionem rationum reliqua quoque remiſſa vel legata ſunt: an ampliſſimis, nempe vt ab eo omni, in quo tutor eſſet condemnatus, pupillus teneretur eum liberare, & ſi quid ab eo exegerit, ei reſtituere. Primo caſu aiunt ſcrupuloſam redditionem cenſeri ſolum remiſſam, & non teneri de leui & leuiſſima culpa. Secundò, non teneri de lata culpa & neglectis & omiſſis, ſed ſolùm de dolo vero, & in eo, in quo factus eſt locupletior, vt ſcilicet illa verba aliquid operentur, & ne reddatur voluntas teſtatoris fruſtratoria, cùmque bonam fidem eo caſu exigamus tantùm à tutore, in duobus illis tantùm caſibus doli veri & locupletioris facti teneri debet. In poſtremo verò caſu aiunt, nec de dolo vero, nec ſi locupletior factus ſit, teneri, qua tamen in re ſunt diſſentientes DD. ſententiæ, aliis exiſtimantibus non teneri, vt Gozadin. *conſil. 94.* aliis contrà eo non obſtante teneri, vt Ioan. Dilect. vbi ſuprà *cent. 2. titu. 7.* idque quia, inquiunt, dolus verus futurus remitti non poteſt: per indirectum autem, nempe per illam formam legati poſſet, quia non dolus futurus, ſed delictum futurum, cùm ad certitudinem erit redactum, remittitur. Sed non inſiſto in exquirenda veritate alterius ex dictis opinionibus, cùm neque ſimus in dolo vero, neque locupletior factus ſit, ſed agatur tantùm de neglectis & omiſſis. 11

Non obſtat poſtremò, quod dicitur, quia teſtator dixit ſe eſſe certum de legalitate & bonitate, *de la loyauté & prud'hommie dudit Robert*, vt verbis propriis vtamur: at cùm ex adminiſtratione de contrario appareat, debet ceſſare legatum reliquorum in teſtamento factum. Facilis enim eſt reſponſio: illa enim verba non opponuntur negligentiæ, ſed dolo vero, ideóque ſi is adeſſet, fateremur ſententiam

eſſe

12 eſſe veram. Sed propter negligentiam ſolam quantumuis latam non ceſſant dicta verba, *de loyauté & prud'hommie*, vt notorium eſt. Et certè doctores in contrarium allegati diſertis verbis, cùm illa vel ſimilis præfatio appoſita eſt, aiunt tutorem teneri, vbi de dolo vero arguitur, vt Socin. *conſil.* 282. *verſ. accedit etiam.* idque in rationibus dubitandi: nam poſtea in deciſione etiam in dolo vero contendit, attenta forma legati, de quo apud illum cenſeri liberatum tutorem, Alexand. etiam *conſil.* 170. *num.* 8. *lib.* 2. loquitur in dolo vero, & in tutore infideliter pecunias apud ſe retinente. Gozadin. *conſ.* 94. *num.* 4. in rationibus dubitandi hoc ait, ſed *num* 10. *cum ſeqq.* contrarium decidit, & prætetea loquitur in dolo vero. Pariſi. *conſ.* 84. *num* 24. *vol.* 1. non loquitur etiam niſi de dolo vero, vt ſcil. illis verbis non obſtantibus non debeat retinere, imò reſtituere quæ habet penes ſe, & ſic factus ſit locupletior. Porti. *conſil.* 147. *num.* 18. loquitur in dolo vero, & in rationibus dubitandi, ſed poſtea in deciſione *num.* 14. *cum ſeqq.* cùm de dolo præſumpto tractat, diſertè ſententiam noſtram confirmat, & certè illa teſtatio teſtatoris tantum abeſt, vt noceat nobis, quin potius prodeſt, vt docet Socin. *d. conſil.* 282. *in fin. per l. teſtamento duos ff. de teſtam. tute.* omnémque doli præſumptionem excludit, & dolum ceſſationis protſus purgat, vt docet idem Porti. *d. conſ.* 147. *num.* 45. & qui dolum contendere vult, eum probare debet, *l. quoties §. qui dolum ff. de probatio. l. fin. C. eod. l. iuriſgentium §. qui dolo ff. de pact.* Porti. *ibid. num.* 31. Hæcque interpretatio ita neceſſariò ſequenda eſt, alioquin præſuppoſita illa præfatione, quæ abſque dubio prodeſſe debet, & non nocere, inutile eſſet legatum reliquorum.

Ex quibus omnibus concludimus in facto, de quo agimus, dictum Robert de neglectis & omiſſis lataque culpa non teneri, ſed ſolum de dolo vero, & quatenus factus eſt locupletior, ſi quid enim ex bonis pupilli præ manibus habeat, hoc reſtituere debet.

Quæ cùm ita ſint, reſultat reſolutio dubij, an dict. Robert teneatur pro nominibus, quæ dicuntur ad egregiam ſummam aſcendere, non exactis: ea enim non exactio ſoli culpæ, etſi eam ſanè fateamur latam, non dolo vero adſcribi poteſt, cur ipſimet aduerſatij d. Robert in ſuis ſcriptis contendunt: & hoc ve-
13 rum, vt dolo non imputerur, niſi fortaſſe tutorem ipſum lucri ſui cauſa non exegiſſe per minorem probaretur, *l. ſi procuratorem §. ſed dolo l. & eleganter §. ſi. cum l. ſeq. ff. mandat.* & docet diſertè Fulgoſ. *conſil.* 25. *in fin.* at nos iam docuimus attenta remiſſione rationum & reliquorum tutorem de neglectis & lata culpa non teneri, & de nominibus non exactis, idem Fulgoſ. loquitur *d. conſil.* 25. vt de illis tutor onerandus non ſit.

Sed plus aſſerimus, quòd, quamuis remiſſio reliquorum non fuiſſet facta, & eſſemus in ſtricta & rigida redditione rationum, nihilominus non poſſet one-
14 rari dictis debitis: nam quamuis verum ſit periculum nominum ſpectare ad tutorem, *l. tutores l. debitoribus C. de admi. tuto. l. 2. C arbitri. tutel. l. ſi tutor conſtitutus ff. de admi. tuto.* Roman. *conſ.* 425. tamen minor probare debet ea nomina tempore cœptæ tutelæ fuiſſe bona & ſoluendo, & negligentia tutoris fuiſſe facta mala & non ſoluendo, & quouſque de eo conſtet, non tenetur tutor. *d. l. ſi tutor conſtitutus ff. de adm. tuto. in ver. Et per hoc minus idonei. d. l.* 2. *C. arbitr. tuto.* Roman. *conſ.* 425. *verſ. octauo.* Deci. *in l. periculum ff. ſi cert. petat.* Andr. Barba. *conſ. vlt. lib.* 3. Socin. *conſil.* 2. *lib.* 1. & *conſil.* 122. & *conſil.* 132. *lib.* 2. Fulgoſ. *conſ.* 125. *in fin.* Deberet igitur d. Capeau probare nomina tempore cœptæ adminiſtrationis fuiſſe bona, & culpâ d. Robert fuiſſe facta mala, quod tantum abeſt, vt probare poſſit, quin potius veritas eſt in contrarium, ita vt eo tempore non eſſent ſoluendo debitores, & propterea cùm antiquiſſima eſſent huiuſmodi debita, autum dict. Capeau nunquam potuiſſe exigere, & ab eorum exactione ceſſaſſe: quod cùm videret & cognoſceret d. Robert, ceſſauit etiam ne inutilibus impenſis pupillum grauaret, & cæteros debitores, qui ſoluendo erant, proſequutus eſt, & quæ ab ipſis debebantur, exegit. Quæ procedunt, vt dixi, etiam non data remiſſione reliquorum: ſed vbi ea adeſt, etiam ſi dict. Capeau probaret dicta nomina culpâ dicti Robert fuiſſe facta mala, nihilominus, vt ſuprà demonſtratum eſt, non teneretur dictus Robert: quod ſi non tenetur de dictis debitis, multo minus de intereſſe.

Quoad tertium, ſcimus tutorem proſequi debere 15
appellationem, Ruin. *conſil.* 119. *vol.* 5. Canalca. *de tuto. num.* 54. & d. Robert appellauit à ſententia Arelate lata in fauorem Gabrielis Capeau, & eam proſequutus eſt in Senatu Aquenſi: at dices, non ea diligentia, qua oportuit, non potuit propter bella, quæ notoriè eo tempore vigebant, ſilebant enim leges, & armis omnia perſonabant, ſed in noſtro caſu nulla adeſt difficultas, cùm enim omnia, quæ circa hoc caput in contrarium dicuntur, conſiſtant in omittendo, nullúſque dolus verus adſit, & non ſit inde d. Robert factus locupletior, venit ab his omnibus excuſandus, attenta remiſſione reliquorum, vt ſuprà demonſtratum eſt. Plus dico, quod etſi ſolùm redditio rationum fuiſſet remiſſa, nulla reliquorum mentione facta, eſſet ab his omnino abſoluendus: nam ſi aliqua culpa eſt, ea tantùm leuis eſt, non lata, faciendo quod faciebat teſtator, & attenta incertitudine litium, & quod probabiliter creditor recuſaſſet non integri debiti ſolutionem.

Quoad quartum de intereſſe dict. Robert ſoluto per ſe ipſum ratione ſummæ eius vxori debitæ, nihil facit doctrina Socin. *d. conſil.* 148. *num.* 25. & 32. *volum.* 1. præciſè enim negamus dict. Robert pecunias præ manibus habuiſſe, quibus ſummæ ratione vxoris ſibi debitæ ſatisfieret, ex quo ſolo corruunt omnia, quæ circa hunc articulum dicuntur.

Auditores rationum iuxta hoc conſilium retulerunt & eorum relatio fuit confirmata.

ARGVMENTVM.

De congrua portione Vicarij perpetui.

SVMMARIVM.

1 *Quæ dicatur & ſit congrua portio Vicarij perpetui.*

2 *Ea ſolum legata pia non imputantur in congruam portionem pro quibus aliquod onus iniunctum eſt.*

3 *Incertorum emolumentorum in congrua portione eſt habenda ratio.*

4 *Iudex in aſſignanda congrua portione debet eſſe circum-*

ſpectus, vt apud Priorem ex fructibus remaneat inſpecta qualitate perſonæ & aneri.

5 *Congrua portio non maior centum nec minor quinquaginta aureis eſſe debet.*

6 *Magnæ reparationes Eccleſiæ ſpectant ad parrochianos.*

CONSILIVM CXV.

NOn videtur locum eſſe debere petitioni congruæ portionis per Vicarium perpetuum loci de Cornillan diœceſis Biterren. in lingua Occitana contra Reuerend. dominam Abbatiſſam Monaſterij ſancti Spiritus ciuitatis Biterren. cuius menſæ Prioratus dicti loci de Cornillan vnitus fuit de an. 1355. & dictus Vicarius ea tantùm percipere debet, quæ in erectione d. Vicariæ ipſi conceſſa ſunt, nempe tertiam partem decimę omnium fructuum, excepto oleo, cuius tamen decem quintalia habere debet, necnon fructus cuiuſdam viridarij ſoliuatû, obuentiones etiam & emolumenta, quæ in Eccleſia diſtribuuntur, & prædiorum poſtea donatorum fructus. Quandoquidem etſi aliàs diſputari ſolet, qualis eſſe debeat portio, quæ congrua dicitur, Vicario perpetuo aſſignanda, & alij quartam, alij quartam quartæ exiſtiment vt *in c. extirpandæ ext. de prebend.* DD. *in clem. 1. de iu. patrona.* verior tamen & in iudicijs recepta ſententia eſt, vt totum hoc pendeat ab arbitrio iudicis, & inſpecta qualitate perſonarum, onerum & fructuum aſſignet eam portionem, ex qua Vicarius congruè ſuſtentari poſſit. vt docet Rebuff. *in tract. de cong. portio num* 80. & nouiſſimè ſacroſancto Concilio Tridentino definitum eſt *ſeſſ. 7. de refor. cap 5. 6. & 7. & ſeſſ 25. cap. 16.* ſed maximè *d. cap. 7. ſeſſ. 7* ita vt iam non ſit diſputandum, an tertiam vel quartam habeat Vicarius, cùm quandoque plus tertia, quandoque minus quarta, imò minus ſexta habiturus ſit: ſed ſolùm inueſtigandum eſt, an congruè illi prouiſum ſit, quod & appellatio docet, congrua enim portio dicitur, ſufficiens, conueniens, & competens, vt Vicarius inde commodè viuere poſſit, iuxta *gloſ. in cap. vni. in ver. abſque penuria. de ſtat. regula. in 6.* & ratio, cur ea introducta ſit, nimirum vt per bonos & ſufficientes Vicarios animarum cura diligenter exerceatur, ſi illis detur tantum quantum ſufficiat, vt commodè viuere poſſint *cap. ex eo v. rſ. porrò de electio. in 6 iuncta cap. de Monachis ext. de praben.* Tota igitur quæſtio verſatur in hoc, an Vicarius, de quo agitur, tantum percipiat quantum neceſſarium eſt, vt commodè viuere oneráque ſuſtinere poſſit. Et quamuis ex fundatione non conſter teneri alere duos Presbyteros, vnúmque clericum præter ſe, nec forſan multitudo populi dicti loci id expoſtulet, ideóque poſſit dici adſcribendum eſſe Vicariis, qui tale onus ſibi ipſis impoſuerunt, conceſſo tamen citra præiudicium veritatis huiuſmodi onus quatuor perſonarum, Vicario computato ſuſtinendum eſſe. Nihilominus, ſi, quæ Vicarius percipit, rectè conſiderentur, longè plus percipere quàm neceſſarium ſit, cognoſcetur: nam pars tertia decimæ, excepto oleo cum variis prædiis, quæ dictus Vicarius poſſidet, longè vltra quàm opus ſit, ſufficiunt omnibus oneribus ſupportandis alendóque commodè d. Vicario, quod conſtare poteſt ex inſtrumento conductionis emolumentorum d. Vicariç quo media pars omnium emolumentorum libera ſpectat ad d. Vicarium, & ex alia media parte omnia onera exceptis decimis regiis ſufferuntur.

Nec obeſt quod parte d. Vicarij dicitur coadiutorem renuntiaſſe coadiutioni, quòd videret ſe lædi: nam præterquam quod de eo legitimè non conſtat, & vbi conſtaret, non potuiſſet hoc fieri ſine voluntate Vicarij, certè ſi non dimidia libera remanſiſſet, ſe non læſum dixiſſet. At hic quærendum non eſt, an Vicarius quid lucretur, nec de lucro agendum eſt, ſed an commodè viuere & onera ſuſtinere poſſit tantùm. Quod ſi dominis Iudicibus huiuſmodi conductio ſuffic eos non videatur ad probandos reditus & emolumenta dicti Vicarij, ex quibus cognoſci poſſit, non modò congruam portionem, ſed longè plus habere, ſumendæ ſunt informationes per teſtium examen de dictis fructibus & emolumentis, ex quibus intentio dictæ dominæ Abbatiſſæ erit legitimè probata.

Nec poteſt recuſare d. Vicarius huiuſmodi informationes, tum quòd in cauſa appellationis non deducta deduci, & non probata probari poſſunt: tum quòd factum hoc quod proponitur, eſt huiuſmodi, quod excludat omnino agentem, nempe tot fructus Vicarium percipere quot ſufficiunt ad eum alendum & onera ſufferenda: neque enim, vt iam dictum eſt, de quarta vel tertia quærendum eſt, ſed ſolùm, an habeat ſufficienter.

Non repugnat etiam ſi dicatur prædiorum ad Vicarium pertinentium non eſſe habendam rationem excepto d. viridario, cuius in erectione fit mentio. Nam cùm d. Vicarius non docuerit ea prædia ſuis anteceſſoribus fuiſſe data, vt aliqua ſeruitia diuina præter ea quæ Vicario iniuncta ſunt ex inſtitutione facient, non eſt dubium, quin intrent in congruam portionem, & eorum in ea habeatur ratio. Nihil enim refert, vndecumque fructus percipiat, modò tot percipiat quot neceſſarij ſunt. Ea enim ſola legata pia excluduntur nec in congruam portionem imputantur, ratione quorum aliquod ſeruitium diuinum ſeparatim faciendum eſt, non cætera, vt docet Rebuff *d. tractat. num. 86. cum ſeqq.* & certè veriſimile eſt ea prædia vel à Priore habita, cùm in fundatione fiat mentio prædiorum, quæ Prior habebat: quorum tamen nunc nulla poſſidet: aut ſaltem ab aliquibus relicta, vt tot Presbyteri quot nunc ſunt, alerentur. 2 Neque enim hic numerus, qui nunc eſt, fuit à principio, quod patet ex dicta erectione, in qua illius non fit mentio, quod tamen factum fuiſſet, cùm ſit res magni momenti, ſi mens erigentis ea fuiſſet, idq; eo maximè, quòd de iure non habeatur ratio in congrua portione alterius Sacerdotis, ſed Vicarij ſolius & eius clerici, ſolúmque plures ſacerdotes deſiderantur quoties adſunt Eccleſiæ acceſſoriæ annexæ, Rebuff. *d. loco num. 67.* quæ hîc nullæ adſunt. Prædia igitur huiuſmodi & fructus eorumdem imputari debent in portionem congruam ſiue à Priore, ſiue ab alio data fuerint, cùm de nullo alio ſeruitio diuino ratione eorum conſtet.

Non obeſt etiam, ſi dicatur incertorum emolumentorum habendam non eſſe rationem. Nam ſi prædicta informatio fiat, vt fieri debet, ſi nolint d. conductioni præciſè ſtare, conſtabit etiam eis ſecluſis commodè Vicarium viuere & onera ſufferre poſſe: quod ſi non eſſet, diceremus etiam dictorum emolumentorum habendam eſſe rationem, cùm ad certitudinem reduci poſſint, vt docet idem Rebuff. *ibid. n. 86.* ex Felin. *in c. ad aures col. pen. ext. de reſcript.* 3 Inueſtigandum enim eſſet quanti huiuſmodi emolumenta locari poſſent.

Non obſtat poſtremò quod dicitur parte dicti Vicarij, Priorem dominam Abbatiſſam magnos reditus ex d. Prioratu percipere etiam vltra duas tertias

partes

partes omnium fructuum. Ex his enim, quæ diximus, conſtat non eſſe inſpiciendum quid Prior recipiat, ſed ſolùm an Vicarius, quantum opus ſit, habeat: quod non ad quotam fructuum refertur, ſed ad onera quæ ſuſtinet: quinimo vbi nondum aſſignata eſt portio, iudex circumſpectus eſſe debet in ea aſſignãda, vt apud
4 Priorem ex fructibus remaneat, inſpecta qualitate ſua & onere, *cap. quoniam ext. de vi. & honeſt. clerico.* facit text. *in l. 1. in alimentorum ff. vbi pupill. educa. deb.* vbi ſemper in fine anni aliquid ſupereſſe debet. Quòd ſi onera, quæ ſuſtinet Abbatiſſa, conſiderentur, ratione quorum vnius fuit d. Prioratus, longè plures fructus quàm ex eo percipiat, ipſi neceſſarij eſſent.

Hæc omnia confirmantur ex præſcriptione, cuius initij memoria non extat in contrarium, quæ vulgatis iuribus habet vim tituli, priuilegij, & pacti. Cùm enim per ſpatium ducentûm & quadraginta tot annorum contenti fuerint Vicarij huiuſmodi portione, non debet hic, qui nunc eſt, reclamare, maximè ſi reſideret vt tenetur, & per ſe diuino officio incumberet, melius in perceptione fructuum ſibi conſuleret, minúſque expenderet in onerum ſupportatione. Et cùm hæc poſſeſſio vſúſque conformia ſit erectioni, & tantum abeſt, vt aliquid poſtea noui euenerit, ex quo primæua aſſignatio portionis ſit diminuta (neque enim in pecunia certa numerata, ſed in quantitate fructuum aſſignata fuit) quin potius plura prædia habeat quàm habebat, videtur omnino nos eſſe in claris, & omnino Vicarium excludendum eſſe.

Corroborantur etiam ex bulla fœlicis mem. Pij V. ſuper interpretatione *d. cap. 7.* edita & promulgata da
5 anno 1587 Kal. Nouemb. qua arbitrium, quod habent iudices ad aſſignandas portiones congruas, reſtringit, vt portio non aſſignetur maior centum aureis, nec minor quinquaginta, imputatis etiam incertis emolumentis, vt ſunt oblationes, mortuaria, & cætera huiuſmodi, noſtrum verò plus centum percipere pluſquam manifeſtum eſt. Ex quibus videtur omnino concludendum d. Vicarium omnino repellendum eſſe ab actione ſua, nihilque vltra ea quæ prædeceſſores habuerunt, conſequi debere.

Ex his patet reſponſio ad dubia propoſita. Ad primum, taciturnitatem quidem prædeceſſorum, imò pactum non nocere ſucceſſori in congruæ portionis petitione, Rebuff. *d. loco n. 15.* tamen vſus tanti temporis abſque dubio maxima eſt habenda ratio.

Ad ſecundum poteſt eſſe longè minor tertia. Neque enim quota inſpicienda eſt, ſed ſolùm, an ſufficienter prouiſum ſit Vicario.

Ad tertium, ſi verum eſſet tertiam omnium dandam Vicario, certè conſequeretur duas tertias omnium prædiorum dandas Abbatiſſæ.

Ad quartum, ex ſuperioribus conſtare prædia imputari in portionem: ſed ſi deteriora facta eſſent à prædeceſſoribus, hoc non noceret ſucceſſori.

Ad quintum, non potuiſſet Vicarius maius ſeruitium introducere, ſed poſtquam nunc eſt, illi ſtandum eſt, maximè cùm ſit veriſimile plura dicta prædia eo modo data fuiſſe.

Ad poſtremum, non eſt dubium, quin in hac inſtantia noui articuli dari, nouæque probationes fieri poſſint, neque enim tres ſunt ſententiæ conformes.

Quoad reparationes neque Prior, nec Vicarius de- 6
buerunt condemnari, cùm enim magnæ ſint, ad parrochianos ſpectant, vt deciſum fuiſſe in Senatu Pariſienſi refert & conſulit Charond. *lib. 1. cap. 56. & lib. 4. cap. 1.* Hęc cauſa fuit per Breue Apoſtolicum commiſſa domino de Gras, Priori de Balneolis, & ſumptis ſex aſſeſſoribus ſententiam tulit contra Vicarium iuxta meum conſilium.

ARGUMENTUM.

DE fideicommiſſo de perſona ad perſonam paſſiuè non extendendo.
An in Gallia Religioſi faciant partem, etſi ad eam non admittantur.

SVMMARIVM.

1 *Conditio eſt in forma ſpecifica adimplenda.*
2 *Nulla eſt habenda ratio voluntatis quæ ex verbis reſultare non poteſt.*
3 *Paßiua extenſio de perſona ad perſonam non fit in fideicommiſſis.*
4 *Etſi fideicommiſſum maſculinum ad fauorem maſculorum per plures gradus vos reuocando fecerit teſtator.*
5 *In dubio reſpondendum eſt contra fideicommiſſum.*
6 *Ex conſuetudine Galliæ ingreßi religionem etiam bonorum capacem ſunt ſucceßionis incapaces, nec faciunt partem perinde, ac ſi non eſſent in rerum natura.*

CONSILIVM CXVI.

VIsa diuiſione bonorum per Illuſtr. quondam domin. Thomam de Gadagnes, dominum, cùm viueret, *de Beauregard, Champroux, Brinilles, &c.* inter liberos facta, eiúſque teſtamento, poſito etiam in facto Gotofridum vnum ex ipſius filijs deceſſiſſe ſine liberis & ab inteſtato. Viſis etiam quæ doctiſſimè ſcripta ſunt per dominos conſulentes, cùm quæritur, an pars & portio, quæ obuenit d. Gotofrido, ſubiecta ſit fideicommiſſo in fauorem B. & C. ſuorum fratrum: & caſu, quo non ſit quæ pars bonorum d. Gotofridi ſpectet ad Illuſt. dominam N. de Gadagnes vxorem domini de Vedenes, me lubens ſubſcribo ſententiæ dominorum conſulentium; nam cùm verba fideicommiſſi ſonent tantùm in perſonam B. & C. nulla autem mentio Gotofridi ſiue actiuè, ſiue paſſiuè facta ſit, concludendum eſt portionem ipſius fideicommiſſo non comprehendi: conditio enim eſt appoſita, ſi B. & C. deceſſerint &c. Non eſt igitur ex-
tendenda ad Gotofridum: nam conditio in forma ſpe- 1
cifica adimplenda eſt, *l. qui heredi l. Mæuius ff. de condit. & dem.* nec imaginari debemus aliquam voluntatem teſtatoris niſi verbis exprimatur, vt vult Bald. per illum text. *in l. quidam filiam ff. de hæredit. inſtit.* quem refert Alex. *conſil. 55. lib. 3.* & magis attendi verba quàm
mentem teſtatoris, quæ ex verbis reſultare non po- 2
teſt, eſt text. *in l. ſi alij ff. de vſufruct. legat.* Iaſ. *in l. 3. C. de liber. præterit.* Crauet. *conſil. 161. num. 15.* voluntatis enim nulla eſt habenda ratio, quando ex verbis reſultare non poteſt, idque eo magis dicendum eſt, cùm de paſ-
ſiua extenſione agitur, quia grauamen & onus non 3
porrigitur de perſona ad perſonam, Aretin. Socin. &

alij *in l. Gallus §. & ſi quid ſi tantum ff. de liber. & poſt.* cum quampluribus concordantibus adductis per Menoch. *conſil. 327. num. 26.* & Rol. *conſil. 56. num. 24. vol. 3.* Quam rationem conſiderarunt Oldrad. *conſil.* 21. Paul. Caſtr. *conſ. 97. col. 2. lib. 2.* Deci. *conſil. 63. col. 2. & conſ. 218.*
4 *col. 3. & conſil. 377 col* 21. quin id procedit etiam ſi teſtator fideicommiſſum maſculinum ad fauorem agnationis & maſculorum conſtituiſſet per plures gradus ſub conditione, ſi hæredes decederēt ſine filiis maſculis, excluſis fœminis, Alex. *conſil. 139. lib. 6.* Iaſ. *conſil. 228. per tot. lib. 1 & conſil. 66 lib. 3.* Roio *conſil. 153. & conſ. 156. lib. 2.* Socin. inn. *conſil. 11. num. 21. lib. 1. & conſil. 4. lib. 3. & conſil. 29 lib. 4.* Sim. de Præt. *conſ. 167. num. 30. cum ſeqq.* Rol à Valle *conſ. 56. num. 24. cum ſeqq lib. 3.* Natta *conſil. 678. num. 29.* Tyb. Decian. *conſil. 4. num. 33. lib. 2.* vbi Alexand. *d conſ. 139. lib. 6.* defendit & apoſtillantes interpretatur, quod quidem abſque dubio in noſtro caſu procedit, in quo ſumus in claris, cùm nulla fuerit facta mentio d. Gotofridi. Sed in dubio ſemper reſpon-
5 dendum eſt contra fideicommiſſum, cùm ſit onus & quid odioſum, *l. cohæredi §. cum filia ff. de vulga.* Crauet. *conſ. 180. in fin.* & præſumptio legis eſt teſtatorem nolle hæredem grauare, *l. vnum §. ſirem ff. de legat. 2.* quare ex his intrepidè aſſerendum eſt, nullum adeſſe fideicommiſſum quoad portionem Gotofridi. Sed & quamuis adeſſet, propter tamen conſuetudinem Bretonenſem *artic. 324.* huiuſmodi fideicommiſſorum nulla eſt habenda ratio.

Quoad alterum caput, quæ portio in bonis & hæreditate d. Gotofridi ſpectet ad d. dominam de Gadagnes, vera eſt reſolutio, quam d. domini conſulentes faciunt, vt quinta pars ad ipſam ſpectet, ia enim ex filiis, qui religionem ſancti Ioannis Hieroſolymitani profeſſus quoad proprietatem, & duæ filiæ Monaſterium ingreſſæ & profeſſæ pro mortuis habentur, & nullam faciunt partem non ſolùm ex conſuetudine Bretonen. *artic. 319.* ſed ex generali totius Galliæ con- 6
ſuetudine, qua contra iuris communis diſpoſitionem receptum eſt, vt ingreſſi religionem quantumuis bonorum capacem, in communi pro mortuis habeantur & ſint ſucceſſionis incapaces, nullamque faciant partem, vt atteſtantur Boeri. *deciſ. 354. num. 8.* Gui. Benedict. *in cap. Raynutius ver. & vxorem nomine Adelaſiam num. 220. cum ſeqq.* poſt Mazueri. *in tit. de ſucceſſ. teſtam. §. item per conſuetudinem.* idem Benedic. *in v. & in eodem teſtamento relinquens par. 2. num 112. & 126.* & Rebuff. *in procem. conſtit. num. 22.* Ioan. Gallus *quæſt. 122.* vbi ait quidem id obtinere in patria conſuetudinaria. Sed in patria iuris ſcripti, idem quoque ius eſſe docet Apoſtillator ad eundem Gallum.

Concludimus igitur, nullum hic adeſſe fideicommiſſum, & ſi eſſet, illius non eſſe habendam rationem, quintamque partem omnium bonorum quæ d. Gotofridus tempore mortis poſſidebat, pertinere ad d. dominam de Gadagnes. Tranſactione hoc negotium ſopitum fuit.

ARGVMENTVM.

De hæreditatis non aditæ tranſmiſſione.
De clauſula codicillari.
De incapacibus partem facientibus vel non.

SVMMARIVM.

1 *Animus adeundi hæreditatem debet declarari per aliquem actum extrinſecum facto vel verbo.*
2 *Hæres ſciens delatam ſibi hæreditatem moriens intra annum tranſmittit ex vi iuris deliberandi.*
3 *Sed etſi ignoret, ſi tamen non ſit ignorantia ſimplex ſuccurritur per reſtitutionem in integrum.*
4 *Per clauſulam codicillarem per verba futuri temporis conceptam ſuſtinentur legata & fideicommiſſa.*
5 *De conſuetudine Galliæ Religioſi ſunt incapaces ſucceſſionis.*
6 *Equites tamen ſancti Ioannis Hieroſolymitani ſunt capaces quoad vſumfructum.*
7 *Pars incapacis propter renuntiationem accreſcit hæredi, & propter delictum, vel religionem omnibus filiis.*
8 *Interdictum quorum bonorum datur etiam procuratoribus incorporalibus, & etiam pro nominibus ſi hypothecam habent, non ſi actione tantum perſonali ageretur.*

CONSILIVM CXVII.

NOBILIS domina Catharina de Vincens domina de Glandages in ſuo vltimo teſtamento hæredem inſtituit N. Scipionem de Vincens eius fratrem equitem ſancti Ioannis Hieroſolymitani ſub onere reſtituendi poſt mortem ſuam domino Henrico domino de Cauſans iura dominicalia cum annexis & dependentibus ad d. dominam Catharinam ſuper loco ſancti Legerij pertinentia, exceptis tamen nominibus per d. Communitatem eidem debitis, & ſub eadem formula verborum duos alios gradus ſubſtitutionum faciendo in fauorem Philippi & Ioannis de Vincens filiorum d. Henrici, deceſſitque in eadem voluntate ſuperſtite d. Scipione qui ſex hebdomadibus poſtea deceſſit in hac ciuitate, cùm duobus circiter diebus hîc manſiſſet, recens enim ex inſula Melitenſi venerat, nulla acceptatione aut aditione hæreditatis, quod appareat, facta: fecerat & idem Scipio teſtamentum, quo eandem Catharinam inſtituerat hæredem, ſed de eo agendum non eſt, cùm caducum factum fuerit per mortem eiuſdem Catharinæ ante d. Scipionem: præſupponendum enim eſt dictum Scipionem ſuperſtitem ſibi reliquiſſe N. Henricum & Franciſcum & domicellam Pollicenam de Vincens fratres & ſororem germanos. Ex his manant hæc dubia:

Primum an non conſtito de aditione per Scipionem facta teſtamentum Catharinæ corruerit, ita vt ſubſtitutiones & legata in eo facta euaneſcant, maximè præſuppoſita clauſula codicillari.

Secundum, in bonis d. Scipionis quam portionem Franciſcus & Pollicena prætendere poſſint.

Tertium, qua via experiri debeant vt poſſeſſionem portionis ſibi competentis conſequantur.

Ad primum reſpondetur, facile fore dicto Henrico probare aditionem, animúmque adeundi non remanſiſſe in meris terminis voluntatis, ſed declaratum per 1
effectum, id eſt, per aliquem actum hæredis extrinſecum, vt neceſſe eſt, ſecundùm Bart. Alex. & DD. *in l. pro hærede §. 1. ff. de acquir. hæred.* idque vel verbo vel facto medio fusè per Gui. Benedict. tradstis *in cap. Raynutius, ver. itaque mortuo teſtatore primo, numer. 357. cum ſeqq.*

Secun-

2 Secundò, etſi nullo modo probaretur ille animus,
tamen cùm ſimus intra annum, & ſciuerit Scipio dela-
tam ſibi hæreditatem teſtamento (quod ex eo patet,
quia mandauerat ſibi extrahi exemplar teſtamenti)
certum eſt ius deliberandi tranſmiſiſſe, & per conſe-
quens teſtamentum ſuſtineri per *l. cum antiquiorib. C.
de iur. deliberan.* omnia enim interuenerunt quæ re-
quiruntur, vt huiuſmodi tranſmiſſio procedat, de qui-
bus idem Guiliel. *cod. ver. mortuo teſtatore ſecundo, a n.*
3 *163. vſque ad num.* 185. Plus dicimus, quia etſi ignoraſ-
ſet delatam ſibi hæreditatem, eùm tamen non fuerit
ſimplex ignorantia, ſed ex abſentia procedens (manſit
enim iſque infirmus in hac patria ſolum per duos dies
& ſtatim deceſſit) hæredes beneficium reſtitutionis in
integrum conſequerentur ex clauſula generali, *argu.
l. Pomponius ff. de acquir. heredi.* Iaſ. *in d. l. cum antiquio-
ribus.* Ioan. de Imol. & Paul. de Caſtr. *in d. l. Pomponius.*
Angel. & idem Caſtr. *in l. ventre. de acquir. heredi.* Alex.
conſ. 20 *num.* 10. *lib.* 4. idem Benedict. *d. ver. mortuo teſta-*
4 *tore ſecundo num.* 182. quin etiam omnibus ceſſantibus
propter clauſulam codicillarem per verba futuri tem-
poris conceptam fideicommiſſa & legata ſuſtineren-
tur ex Bartol. *in l. 3. num. 2. de legat.* 1. Alex. *ibid. num.* 9.
Iaſ. *num.* 30. Ripa atteſtando de communi *num.* 19. con-
cludendum igitur validum teſtamentum d. Catharinę
& in omnem euentum omnia in eo contenta ſortiri
debere ſuum effectum.

Ad ſecundum, tertiam partem tam bonorum ex pa-
terna fraternaſque ſucceſſionibus nec non acquiſitio-
nibus, quàm ex hæreditate d. Catharinæ ad d. quon-
dam Scipionem pertinentium ad Franciſcum, & aliam
tertiam ad d. Pollicenam ſpectare, fratres enim germa-
ni ſunt cum d. Henrico d. Scipionis. Simul igitur & æ-
qualiter ſuccedere debent, §. 2. *in Nouel.* 118. *de heredi.
ab inteſt. venien.*

5 Nec dicendum eſt Religioſos ex vniuerſali Galliæ
conſuetudine incapaces omnis ſucceſſionis, Boeri. *de-
ciſ.* 354. *num* 8. Benedict. *in cap. Raynutius ver. & vxorem
nomine Adelaſiam num.* 220. *cum ſeqq.* poſt Maſueri. *in
tit. de ſucceſſ. teſtam.* §. *relinquens par.* 2. *num.* 112. & 116.
Rebuff. *in proœm. conſtit. num.* 25. Ioan. Gall. *quæſt.* 122.
vbi ait quidem id obtinere in patria conſuetudinaria,
ſed in patria iuris ſcripti idem quoque eſſe docet *ad-
dit. ad eundem Gall.* nouiſſimè Ranchin. *in tract. de ſuc-*
6 *ceſſ. ab inteſt.* §. 7. *num.* 10. & milites ſancti Ioannis ſal-
tem quoad proprietatem, quoad vſumfructum enim
ſolum capaces ſunt, Papon *lib.* 1. *tit.* 10. *des Cheualiers
arreſt. vlt. & lib.* 21. *tit.* 1. *de ſucceſſ. legiti. arreſt.* 1. nam ſi
agamus de bonis in Gallia ſitis, in quibus tantum du-
bium hoc procedere poteſt ſecundùm Bart. & alios *in
l. cunctos populos C. de ſum. Trinit.* ſi quidem de ſucceſ-
ſione d. Catharinæ inutiliter proponitur hæc difficul-
tas: dato enim hoc in terminis noſtris procedere, ſem-
per eidem Catharinæ ſuccederent pro tertia dicti fra-
tres & ſoror tanquam propinquiores. Quod ſi de legi-
tima in bonis patris agere velimus, tempore quo de-
ceſſit idem pater, non erat d. Scipio Eques, & ſic acqui-
ſita ei fuit legitima, mutauitque naturam & qualita-
tem, iuxta *l.* 1. §. *veteres cum ibi nota. ff. de acquir. poſſeſſ.*
7 ideóque non poſſumus contendere eam tanquam in-
capaci debitam accreſcere hæredi vniuerſali. Sed etſi
eſſemus, quod magis eſt, in puris terminis illius qui
miles eſſet tempore quo deceſſit pater, ſemper aſſere-
remus hæredi non accreſcere, ſed omnibus capacibus,
quod enim dicitur hæredi ſoli accreſcere, habet locum
in filia vel filio renuntiante, Bald. *in l. plane* §. *ſi duobus
ff. de legat.* 1. Boeri. *deciſ.* 104. *num.* 3. non in incapace pro-
pter delictum vel religionem, tunc enim portio om-
nibus capacibus accreſcit, hancque dicit indubitatam
& veram concluſionem Crott. *in l.* 2. *coniunctè num.*
129. & communiter receptam Cucchus *in repeti auth.
nouiſſima in rub. num.* 15. *verſ. ſed quamuis*, communē di-
cit Franc. Aret. *in d. l. plane* & ibi Iaſ. quos refert Boeri.
d. deciſ. 104. *num.* 7. quod corroboratur ex eo quod no-
minatim in conſuetudine Galliæ eùm dicitur dictos
milites capaces tantum quoad vſumfructum, ſubiun-
gitur quoad proprietatem propinquiores poſt obi-
tum dictorum equitum ſuccedere, vt docet Papon vbi
ſuprà. Non igitur ad ſolum vniuerſalem hæredem pa-
tris bona ipſius pertinere debent. Quæ multo magis
procedunt in noſtro caſu, etſi opus non ſit eo ſe iu-
uare; quòd per tranſactionem inter dictos Henricum
& Scipionem initam diſertè cautum eſt dictum Sci-
pionem de ſummis pecuniarum in ea contentis liberè
diſponere poſſe, ita vt ſi quod ius d. Henrico compe-
tiſſet (quod tamen certiſſimè nunquam competiit)
id omnino à ſe abdicaſſet.

Ad tertium, interdicto *quorum bonorum* expe- 8
riundum cenſemus, nec dubitandum eſt ex eo quòd
pleraque in nominibus conſiſtunt, & in *l.* 2. *ff. quo. bo-
nor.* dicatur interdictum huiuſmodi non competere
contra debitorem hæreditatis, ſed tantùm contra cor-
porum poſſeſſores, ex Paulo *lib.* 20. *ad Edictum.* nam
illa lex intelligitur ſolùm quando agitur contra de-
bitores perſonali actione, non verò ſi hypothacaria
poſſeſſionem pignoris proſequamur, ſicut & pro om-
nibus iuribus incorporalibus, quæ quaſi poſſidentur:
nam vt animaduertit Ripa *d. l.* 2. *num.* 2. *in tex.* non ne-
gat hoc interdictum concedi pro iuribus incorporali-
bus, quæ quaſi poſſidentur *l.* 3. *in princ.* & *l. naturaliter
in princ. ff. de acquir. poſſeſſ.* nam *d. l.* 2. ſe reſtringit ad
debitores hæreditatis, qui poſſideri non poſſunt vel
quaſi, & qui in bonis noſtris non eſſe dicuntur *l. qui
filios C. quæ res pignor. obli. poſſ.* ita etiam declarat Bero.
in conſil. 43. *num.* 18. *lib.* 3. quo loci ait interdictum hoc
eſſe vtile, non autem directum, Menoch. *de adipiſc.
poſſeſſ. rem.* 2. *remed.* 2. *num.* 85. patet ex eo quia eſt non
ſolum vindicatio proprietatis, ſed vindicatio pignoris
l. pignoris 18. *C. de pignorib. l.* 2. *C. ſi vnus ex pluri. hered.*
& quia creditor auocat poſſeſſionem pignoris *leg. ſi
cum venditor ff. de euictio.* auocat, inquam, poſſeſſio-
nem pignoris actione hypothecaria, ſicut interdicto
Saluiano. At in hoc caſu locus de Brantis ratione
ſummæ, de qua in tranſactione hypothecaria nexus
eſt, & quod plus eſt, idem dictus Henricus conſtituit
ſe poſſidere, &c. Interdicto igitur hoc non actiones
merè perſonales, ſed ius hypothecæ proſequemur, &
quod omnem tollit difficultatem, poſſeſſionem cor-
porum propter dictum conſtitutum auocabimus. Vi-
ſo hoc conſilio inter dictos Henricum & Franciſ-
cum inita fuit tranſactio iuxta concluſiones ſuprà po-
ſitas.

ARGVMENTVM.

De pacto reuerſionis rei donatæ ad donantem ſi donatarius decedat ſine liberis.
An in contractibus filij in conditione poſiti cenſeantur vocati.

SVMMARIVM.

1 *Quoties bona alicui contemplatione alterius auferuntur, debent applicari ei, cuius contemplatione auferuntur, quod non procedit in contractibus,* num. 10.

2 *In contractibus filij in conditione poſiti cenſentur vocati contra,* num. 5. & 11.

3 *Donatio contemplatione matrimonij filio facta non poteſt de conſenſu filij reuocari in præiudicium filiorum d. matrimonij.*

4 *Filij in conditione poſiti, niſi concurrant coniectura, non cenſentur vocati.*

6 *In contractibus fit interpretatio ſtrictior quàm in vltimis voluntatibus.*

7 *Appellatione hæredum veniunt omnes etiam extranei.*

8 *Quando clara ſunt verba, non eſt recedendum à proprietate eorum, etſi actus non valeat.*

9 *Abſentis donatio non quæritur non interueniente nuncio vel epiſtola.*

10 *Argumentum a contrario ſenſu quomodo ſit ducendum.*

13 *Et quod argumentum in contractibus non procedit.*

14 *Argumentatio a contrario ſenſu eſt coniecturalis.*

CONSILIVM CXVIII.

IN contractu matrimonij initi inter
N. Laurentium Agar filium N. Ioannis Agar & Magdalenæ Galianæ, &
Magdalenam, Morinam inter alia
d. Ioannes & Galiana contemplatione d. matrimonij donarunt donatione pura & irreuocabili inter
viuos d. Laurentio præſenti & acceptanti, & pro ſe &
ſuis hæredibus ſtipulanti ſcil. d. Ioannes omnia bona,
iura & actiones, quæ ad ipſum pertinebant in Ciuitate & territorio Cauallionis præſentia & futura: d. verò
Galiana omnia & ſingula iura & actiones quaſcumque ad ipſam de præſenti vel in futurum pertinentes
in loco & territorio Aramonis, ſaluo vſufructu in forma quandiu viuerent & aliis reſeruationibus. Poſtea
appoſitum fuit pactum reſolutiuum & annullatiuum
d. donationis in caſum quo d. Laurentius decederet ſine liberis ex eo matrimonio procreandis in hæc verba
conceptum: *Et au cas que ledit Laurens vienne à deceder ſans enfans procreés du preſent mariage, a eſté conuenu & accordé entre leſdites parties, que la donation des biens d'Aramon, & Cauaillon & leurs appartenances ſera & demeurera nulle, reſolue, & pour non faicte, leſdits mariés maiſtres ſeigneurs & poſſeſſeurs deſdits biens donnés, leſquels audit cas leur appartiendront de plein droict pour en diſpoſer a toutes leurs volontés.* Ex eo matrimonio
ſuſceptus eſt Paulus Agar, tandem d. Morina deceſſit, dictúſque Laurentius ea ſecunda vxore plures liberos ſuſcepit. Quæritur, an d. Paulus bona Cauallioni & Aramoni ſita ſibi propria contendere poſſit ex vi
dicti pacti, cenſeatúrque ad ea vocatus, non obſtante
contraria d. Laurentij diſpoſitione. Et videbatur di-
1 cendum dicta bona ei competere debere: nam quotieſcumque bona alicui auferuntur contemplatione
alterius, applicari debent ei cuius contemplatione auferuntur. *l. legatum § amiſſeri ff. de iis quib. vt indig. l. 2. § fin* vbi Bart. *ff. de collatio bono.* idem Bart. *in l. 2. § videndum ff. ad Tertull.* Iaſ. *in l. ſeruo legato § ſi testator ff. de legat. 1.* text. eſt *in l. illam C. de collatio. & in l. ſi defunctus C. de ſuis & legitib.* vbi Bal. & Paul. de Caſtro.
at verò in noſtro caſu auferuntur bona contemplatione liberorum ſi non eſſent. Illis igitur, ſi adſint, applicari debent.

Secundò, quia quicquid ſit in vltimis voluntatibus, 2
in contractibus tamen à pleriſque receptum eſt filios
in conditione poſitos cenſeri vocatos. Quam ſententiam firmant Bald. *in l. pro hæreditariis in fi. num. 13. verſ. dubitari tamen poſſet C. de hæreditar. actioni.* Paul. de
Caſtr. *in l. ſi cum dotem num. 9. ff. ſolut. matrim.* Iaſ. *in l. pecuniam num. 2. verſ. hic habes ſextum ff. ſi cert. peta.* Aud.
Alciat. *conſil. 2. num. 6 lib. 8.* Menoch. *conſil. 325. num. 9. lib. 4.* ea potiſſimum ratione, quòd in contractibus argumentum à contrario ſenſu procedat, docet idem Iaſ.
in d. l. pecuniam. & Euerard. *in argu. à contrario ſenſu n. 25.* Cùm itaque ſi non extent liberi, ij non vocentur, ergo ſi extent, vocantur.

Tertiò, quia quoties pater filio contemplatione ma- 3
trimonij donationem facit, etiam de conſenſu filij in
præiudicium liberorum reuocari non poteſt, & huiuſmodi retrodonationes prohibitæ ſunt. *l. bona fides ff. de pecul.* Vincent. de Franch. *deciſ. 205.*

Quibus tamen non obſtantibus veriuſ eſſe exiſtimo d. Paulum non cenſeri vocatum, & bona, de quibus agitur, ſpectare ad hæredes d. Laurentij. Certiſſi- 4
ma enim eſt, licet alioquin quidam repugnent, & communi DD. calculo recepta ſententia, filios in conditione poſitos non cenſeri vocatos, niſi adſint coniecturæ ſufficientes per *l. Lucius 2. ff. de hæredi inſtitut. & l. 1. C. de pact.* quam ſententiam ſecuti ſunt Accurſ. Reyneri. Iacob. de Are. Cyn. Oldrad. Ioan. Andr. Alberic.
Bart. Bald. Angel. Imol. Caſtrenſ. Anchar. Alex. & infiniti alij relati à Mantic. *in tract. de coniect. vlti. volunt. lib. 11. tit. 2. & 3.* Gabriel. *lib. 4. conclu. tit. de fideicom. concl. 4. num. 35.* Iul. Claro *in § teſtamentum quæſt. 79.* Ioſeph.
Ruſtic *in comm. an & quando liberi poſiti &c.* maximè
cap. 3. Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 76.* quod 5
quidem in vltimis voluntatibus recipiunt omnes. At
idem dicendum eſt in contractibus. Valet enim argumentum de vltimis voluntatibus ad contractus *l. pactum inter hæredem.* & ibi Bart. notat *ff. de pact. & in l. iure ciuili ff. de condit. & dem. l. ſeruum filij § eum qui chirographum de leg. 1.* & traditur plenè per Bald. *in leg. vni. C. de leg. ſuſ. Cano. tollen.* quod quidem eo magis
procedit in quæſtione propoſita, cùm non ſolùm eadem, ſed maior ſit ratio, cur in contractibus non debeant cenſeri vocati, in quibus ſtrictior quàm in vltimis voluntatibus interpretatio fieri debet *cap. cùm di-* 6
lectus ext. de donatio. maximè in ſtricti iuris *l. quidquid aſtringendæ ff. de verbo. obligat.* qualis eſt donatio *leg. eum qui ff. de donatio.* præſertim ſi ſtipulatio inſerta eſt
l. ſi quis argentum § ſed ſi quidem C. de donatio. ideóque
ſi in vltimis voluntatibus aliis coniecturis non exiſtentibus non præſumitur liberos vocatos, multo minus
in contractibus præſumere debemus.

Secundò, vbi daremus adeſſe aliquam difficultatem, in caſu noſtro nulla eſſet. Donatur enim ſoli
Laurentio acceptanti & ſtipulanti pro ſe & hæredibus
ſuis. Appellatione enim hæredum veniunt omnes 7
etiam extranei. *l. ſciendum l. hæredis appellatione ff. de verbor. ſignif. l. ſi pactum ff. de probatio. l. ſtipulatio iſta § ſi quis ita in fi. ff. de verbo. obliga. l. viam veritatis C. locat. l. fi. C. de hæredi. inſtitut.* Itaque cùm clarè & expreſsè
fuerit pater ſtipulatus pro hæredibus, non eſt dicendum, quòd ſolos filios primi matrimonij voluerit vocare per verba conditionalia, eſſet enim contrarietas
manifeſta, quòd venirent hæredes, & quòd veniant
ſoli filij. Rurſus oporteret impropriare verbum *hæredes* pro ſolis filiis in materia tranſitoria ad hæredes extraneos. Similiter oporteret reſtringere illud verbum
hæredes ad ſolus filios primi matrimonij, talis autē im-

pro-

Digitized by Google

propriетas admitti non debet alio non apparente de voluntate diſponẽtis: quia in re dubia melius eſt proprietati verborum deſeruire *l. 1. §. ſi is qui nauem ff. de*
8 *exercito. l. non aliter de legat. 3.* imò quando verba ſunt certa & clara, non receditur à proprietate verborum, licèt actus non valeat *l. vbi eſt verborum* vbi Soc. *in quinto notab. ff. de condit. & demonſt.* tradit idem Soc. poſt Bartol. *in l. cum Senatus col. 2. verſ. tertio infertur ff. eodem.*

Tertiò tantum abeſt, vt ex eo quòd poſiti ſunt in conditione, cenſeantur vocati, quin potius apparet de contraria voluntate, cùm in diſpoſitione facta eſt ſtipulatio & acceptatio pro hæredibus, & ſic etiam extranea. De omnibus igitur hæredibus intellexit, nec ſolos liberos primi matrimonij vocauit, quia d. filij ſunt ſolùm in conditione, omnes hæredes in diſpoſitione: at debilior eſt conditio, quàm diſpoſitio, cùm conditio nihil ponat in eſſe *l. ſi quis ſub conditione ff. de condit. inſtit.*

Quartò, ſi voluntas contrahentium fuiſſet vocare filios primi matrimonij, & eis acquirere, veriſimile eſt, quòd de eis mentio habita fuiſſet. Facile enim fuiſſet dicere pro ſe, & filiis ex eo matrimonio procreandis, prout dictum fuit, pro ſe & hæredibus, *l. vni. §. ſin autem ad deficientis C. de cadu. tollen. l. Stichum qui meus erit ff. de lega. 1. l. 1. ff. ſi menſor falſ. mod. dix. c. inter corporalia ext. de transla. prælat. c. maioribus de Baptiſ. c. ad audientiam ext. de decim.*

Quintò, intelligendo patrem Laurentium fuiſſe ſtipulatum pro filiis primi matrimonij, eſſet duplex reſtrictio: Prima, quia verbum *hæredes* reſtringeretur ad filios contra eius ſignificationem. Secunda, quia reſtringeretur ad filios primi matrimonij tantùm. Duplex autem reſtrictio tolerari non debet, *argu. l. 1. C. de dot. promiſ.*

Poſtremò, pro dictis filiis nemo eſt ſtipulatus nec
9 acceptauit. Conſtat autem quod abſenti ius non quęritur non interueniente nuncio vel epiſtola, multo minus in rerum natura tunc non exiſtenti, *l. conſenſu ff. de actio. & obliga. l. certum §. ſi quis abſenti ff. de confeſ.* Anchar. *conſil. 127.* imò etiam diſpoſitio liberatoria abſenti non prodeſt, niſi aliquis recipiat nomine abſentis. *l. id. in duobus §. fin ff. de pact.* Alex. *conſil. 121.* Sed veritas huiuſce rei magis clareſcet ex contrariorum diſſolutione.

Non obſtat igitur, quòd primo loco dicebatur cum quid contemplatione alterius aufertur, illi applican-
10 dum eſſe: ad id enim variè reſpondetur. Primùm, eſſe differentiam inter contractus & vltimas voluntates. In contractibus enim ſi quid cui promittitur cõtemplatione alterius, non competit actio ei cuius contemplatione actus fit: puta, promittit pater decem marito pro filia, non poteſt filia agere ex tali promiſſione, licèt promittatur dos contemplatione filiæ *leg. ſi pro te vbi gloſ. C. de dot. promiſ.* DD. *in l. ſeruo legato §. ſi teſtator ff. de lega. 1.* Alex. *conſ. 63. col. pen. in fin. lib. 4.* ſed hîc ſumus in contractu. Ergo non videtur quæſitum ius filiis primi matrimonij, etiam quòd eorum contemplatione donatio facta ſit, & reſolutio eiuſdem ceſſet, quę differentia non aliunde procedit, quàm quòd in contractibus ſtrictior interpretatio facienda eſt, & ſtipulandum ſit in fauorem illius qui ius ſibi competere contendit.

Secundò reſpondeo, huiuſmodi filios tantùm eſſe in conditione, non autem in diſpoſitione, vt mox latiùs dicemus. Quòd ſi contenderemus eſſe in diſpoſitione, hoc eſſet ex coniecturata mente. Sed hîc ceſſare debent coniecturæ, cùm ſimus in caſu claro. Laurentius enim ſtipulatus eſt pro hæredibus, & ſic non pro filiis tantùm primi matrimonij, ideóque voluit poſſe diſponere ad libitum in caſum, in quem filij primi matrimonij exiſterent. Ideóque mediante filio primi matrimonij Laurentius liberè de bonis diſponere poteſt in fauorem liberorum ſecundi matrimonij, & aliorum quos voluerit, & ſi non diſpoſuiſſet omnes ab inteſtato ſuccederent, eóque caſu liberi ſecundi matrimonij mediante perſona liberorum primi ſuccedunt, qui tamen illis non exiſtentibus non ſuccederent. Quæ deciſio probatur ex Soc. *in l. 2. col. fin. ff. de vulga. & l. cum auus col. 65. ff. de condit. & dem.* quod refert Crauet. *conſ. 288 in fi.*

Tertiò, dici poteſt intentionem patris & matris donantium fuiſſe vt nullis exiſtentibus liberis ex dicto matrimonio ſibi prouiderent: illis autem exiſtentibus vt remanerent bona donata in mera diſpoſitione donatarij, cui purè & ſimpliciter donauerant.

Poſtremò, in hoc caſu nihil neque datur, neque aufertur contemplatione alterius: datur enim ſimpliciter Laurentio pro ſe & ſuis hæredibus generaliter ſtipulanti, non aufertur exiſtentibus liberis, & in caſu de quo agimus, ſed ſolùm in contrario & contemplatione & fauore donantium non filiorum qui non erant in rerum natura.

Non obſtat ſecunda & potiſſima ratio, in qua car- 11
do totius negotij verſatur, qua dicebatur liberos in conditione poſitos cenſeri vocatos in contractibus. Verior enim & communi DD. calculo contraria ſententia eſt recepta, vt nimirum non cenſeantur vocati, tum quòd ſi in vltimis voluntatibus remotis coniecturis non ſint vocati ex *d. l. Lucius & l. 1. C. de pact.* multo minus in contractibus: tum quòd generaliter liberi non ſint adiecti ſtipulationi, quam viuam rationem appellat Bald. *in l. quod ſcitis C. de bon. quæ liber.* quam ſententiam innuit gloſ. ordinaria *in l. cùm inter §. filia ver. agnatis ff. de pact. dotali.* & poſt Iacob. de Belniſ. & Bart. tuetur & ſequitur Bald. *in d. l. quod ſcitis num. 7.* idem Bald. *in l. pro hæreditarius num. 10. verſ. interdum alius dedit dotem C. de hæredita. actio.* Alex. ad d. Bald. *in addit. in d. l. pro hæreditarius* Paul. de Caſtr. *in l. ſi cum dotem num. 9. verſ. ſecundo caſu ff. ſolut. matrim.* Ruin. *conſil. 99. num. 14. lib. 2.* Soc. iun. *conſil. 108. num. 34.* reſpondens iis quæ dixerat *num 8. lib. 2.* Crauet. *d. conſil. 288. per tot.* maximè *num. 3 verſ. certeò conſidero.* Zaneh. *in l. hæredes mei §. cum ita ff. ad Trebellian.* & nouiſſimè Ruſtic. *in tractat. an & quando liberi. lib 1. cap 3. num. 6.*

Non obſtant authoritates ſuprà in contrarium allegatæ: nam quoad Bald. *in l. pro hæreditariis* ipſe diſertè noſtram ſententiam firmat in quæſtione propoſita, cùm pater vel alius ſtipulatur ſibi reſtitui dotem vel donationem propter nuptias, hæc enim à patri procedunt, in caſum non exiſtentium liberorum: nam in caſu contrario pertinet ad liberos tanquam hæredes, & non ex perſona propria. Solum tenet contrarium, cùm mulier ipſamet conſtituit dotem & ſtipulatur ſibi reſtitui in caſum nõ exiſtentium liberorum. Habet enim hoc rationem ſpecialem: nam cùm citra ſtipulationem dos ſibi eſſet reſtituẽda in omnem caſum, & in vnum tantùm ſibi reſtitui voluerit, nec in contrarium caſum marito cenſeatur quæſita, liberi dicuntur vocati, quia ipſis donaſſe potius quibus afficitur, quàm marito videtur. Sed hic caſus noſter non eſt, nec quidquam in eo ſimilitudinis habet, vt notorium eſt. Idem præſtat Caſtr. *in d. l. ſi cùm dotem.* interpretans & declarans Bal. *in d. l. quod ſcitis.* Quoad Alciat. & Menoch. perfunctoriè hoc dicunt, nec in eo ſe fundant, ſed aliis rationibus nituntur: quinimò idem Alciat. hoc certum non affirmat, dubiúmque maximè exiſtimat, cùm ait non

eſſe opus in præſentia de hoc diſputare, & quatenus eam ſententiam referunt, id faciunt innixi authoritate Socin. iun. ſcilicet Menoch. qui tamen contrarium tenet, vt docuimus, aut authoritate Iaſ. qui certè *in d. l. pecuniam quam.* eam ſententiam, vt cenſeantur vocati, clarè tenet, ſed ſolùm id referendo, non articulum exactè diſcutiendo. Quoad igitur d. Iaſ. vel is intelligendus eſt ſecundùm diſtinctionem Bal. de qua ſuprà: vel ſi generaliter loquatur, fallitur: nec enim verum
11 eſt cenſeri vocatos: nam quoad *l. inter ſocerum §. cum inter ff. de pact. dotalib.* quæ ſolet pro ea opinione allegari, ea nihil facit, liberi enim ibi ſuccedunt tanquam hæredes filiæ, vt Bald. & cæteri aduertunt, & non ex propria perſona. Quoad verò argumentationem, quam ducunt ex contrario ſenſu, illi variis modis ſatisfit. Primò, in noſtro caſu eam non poſſe procedere, nec vlla ratione poſſe eam duci vt ducunt: nam vt manifeſtum eſt, propoſitio ipſa conſideranda eſt, & oppoſitum propoſitionis, & ita ducendum argumentum, citra verò & præter eos terminos nihil poteſt argui, ni-
12 hil inferri: propoſitio eſt, vt donatio habeatur pro nulla, & bona reuertantur ad donantes ſi liberi non exiſtant ex eo matrimonio: oppoſitum eſt, vt ſi liberi exiſtant, donatio non ſit nulla, ſed efficax. Nulla autem conſequentia inde duci poteſt, vt filij cenſeantur vocati. Hoc enim eſſet præter terminos propoſitionis & oppoſiti, atque hoc cognouit & ſic reprobauit huiuſmodi rationem Alex. *in addit. ad Bald. in d. l. pro hæreditariis.* & Ruſtic. *d. tract. an & quan. libe. lib. 2. tit. 1. n. u. verſ. præterea.* ſecundùm eundem Alexandrum: & generaliter ita ducendum eſſe argumentum à contrario ſenſu, probatur ex *l. 1. de offici. eius l. ex eo. de teſtib. l. qui teſtamentum §. quibus ff. qui teſtam. facer. poſſ. l. 3. C. qui ex cauſ. maio.* & in materia *dict. §. cum inter l. inter ſocerum.* docet Iaſ. *ad l. poſt dotem n. 97. ff. ſolut. matrim.* Deci. *conſ. 232. n. 7. in fi.* Cagno. *in l. qui dubitationis n. 9. ff. de regu. iu.* Quæ concluſio adeò plana eſt, vt alia non ſit opus ſolutione.

Nihilominus ſecundò, quia verba hîc negatiuè con-
13 cepta ſunt, quo caſu argumentum à contrario ſenſu procedit in contractibus ex Bald. *in l. 2. C. de condit. inſer. n. 2. in fi.* Ex diſpoſitionibus enim priuatiuis non reſultat habitus *l. ex facto ff. de hæred. inſti.* & ex diſpoſitionibus negatiuis non reſultat affirmatio *leg. Titia §. Lucius ff. de manu. teſtam.* Pet. de Anchar. *in rep. cap. canonum ſtatuta in 14. quæſt. princ. ext. de conſtitutio.* Iaſ. *in l. 1. n. 54. ff. de offici. eius.* Et quamuis aliqui contrarium teneant, vt Alex. & Deci. *in d. l. 1. §. huius rei.* tamen vbi verba eſſent conditionalia, vt in noſtro caſu, certum eſt huiuſmodi argumentum non poſſe duci, quia tria concurrerent contra iuris regulas, quod non eſt admittendum, *arg. d. l. 1. C. de dot. promiſſ. & l. cum poſt §. gener. ff. de iu. doti.* Primum, quòd verba conditionalia diſponerent. Secundum, quòd diſponerent à contrario ſenſu: tertium, quòd iſtud argumentum duceretur ex verbis priuatiuis & negatiuis, vt doctiſſimè aduertit idem Ruſtic. *d. lib. 2. c. 1. n. 12. cum ſeqq.*

Tertiò, quia argumentatio à contrario ſenſu conie- 14
cturalis eſt non expreſſa *gloſſ. in c. cupientes § quod ſi per viginti de electio. in 6. l. apud antiquos C. de furt. cap. cum Apoſtolica ext. de his quæ fi. à præla. ver. indirectè.* & ibi notat Abb. at nos ſumus in claris, in quibus non opus eſt coniecturis: nominatim enim filio donauit nulla liberorum facta mentione, & ſtipulatus eſt pro ſe & ſuis hæredibus.

Poſtremò, quando DD. loquuntur de huiuſmodi argumento, id quærunt, cùm vnus caſus ſolus expreſſus eſt, alius omiſſus, de quo nihil diſpoſitum eſt, vt cùm quæ nubit, ſtipulatur ſibi reſtitui dotem ſi liberi non extent. Quærunt enim quid faciendum ſit, ſi liberi extent: in noſtro autem themate in vtroque caſu prouiſum eſt: nam donatur filio Laurentio purè & ſimpliciter nulla liberorum mentione facta: idcòque ſi nihil exceptum fuiſſet, ſiue extitiſſent ſiue non extitiſſent liberi, donatio remanſiſſet firma vtroque caſu: at cùm vnus tantùm exceptus ſit, nempe ſi liberi non extent, manet regula & donatio firma in cæteris: manet, inquam, firma per expreſſam diſpoſitionem abſque eo quod non opus ſit arguere à contrario ſenſu, ita vt omnia inutiliter adaptentur hîc quæ de dicto argumento à contrario ſenſu dicuntur. Ex quibus etiam tolluntur quæ ab Euerardo ſuprà adducta ſunt, qui ſententiam Baldi eam referendo videtur ſequi.

Ad poſtremam rationem, ea nihil concludit: verum eſt huiuſmodi retrodonationes eſſe prohibitas, ſed non ſequitur liberos eſſe vocatos, ſat eſt quod legitimam conſequantur etiam nolente patre.

Pro coronide non quæram quid operentur illa verba *ſi liberi non extent.* Certum eſt enim admodum operari, nempe vt eo caſu donatio ſit nulla. & Laurentius de dictis bonis eo caſu diſponere non poſſit, mittúſque hæredes ab inteſtato ſuccedere, ex quibus concluditur, hæredes d. Laurentij omnes ſuccedere, non d. ſolum Paulum, qui in conditione tantùm, non verò in diſpoſitione poſitus eſt.

Non ſunt etiam inutilia illa verba *contemplatione matrimonij* in principio poſita, & non in capite alienationis. Reuera enim contemplatione eius matrimonij facta eſt donatio: ſed patri tantùm non liberis eius, patri, inquam, qui pro ſe & ſuis hæredibus ſtipulatus eſt, vt de re donata ad libitum diſponere poſſit. Hoc negotium fuit tranſactione ſopitum, & per eam Paulus bona materna & legitimam in bonis patris etiam iis quæ ex d. donatione ei obuenerant, tantum conſequutus eſt.

ARGVMENTVM.

AN ſubfeudatarij Reuerend. Epiſcoporum Comitatus Venaiſſini cenſeantur quoad exceptiones, vt cæteri feudatarij.

Quando cataſtratus non appellans cenſeatur renuntiaſſe immunitati.

SVMMARIVM.

1 *Qui ſcit bona ſua eſſe cataſtrata, nec appellat intra legitimum tempus, immunitate ſua cenſetur renunciaſſe.*

2 *Si tamen cataſtratus fuerit citatus vocatúſque ad munus & non appellauerit.*

3 *Quæ requirantur ad conſuetudinem inducendam.*

4 *Subfeudatarius non tenetur facere ſeruitium perſonale ſupremo domino, ſed immediato. Secus in ſubfeudatariis Epiſcoporum Comitatus Venayſſini, qui non immediato domino, ſed Papæ tanquam ſupremo domino dicti Comitatus id præſtant.*

5 *Quoties quis habet cauſam neceſſariam & voluntariam, præſumitur ex neceſſaria feciſſe.*

CONSI-

CONSILIVM CXIX.

NOn obſtantibus iis, quæ in dubiis doctiſſimè contra Spectabilem & Magnificum D. Sebaſtianum de Seguinis, dominum de Roqua ſupra paternis condominum Venaſcæ, & ſancti Deſiderij propoſitis continentur, pronuntiandum eſt in fauorem dicti domini de Seguinis in cauſa quam habet ſe defendendo contra Communitatem d. loci Venaſcæ, dicendúmque immunitate, qua cæteri feodatarij Comitatus fruuntur, frui debere, & diuiſionem bonorum in d. loco ſeu eius territorio ſitorum ad d. dominum pertinentium iuxta tranſactionem inter dominos ſecundi & tertij ſtatus huius Comitatus initam eſſe faciendam.

1 Nam cùm pro dicto loco dicitur bona d. domini de Seguinis in dicto loco ſita in cataſtro fuiſſe deſcripta eo ſciente, nec intra legitimum tempus appellaſſe, ideóque immunitati ſuæ cenſeri renunciaſſe, Alexan. *conſil.*101 *num.*10. *lib.*1. & Lancelot. *de attenta. limit.*15. Reſpondetur primò, nos non credere ſcientiam dicti domini de Seguinis fuiſſe legitimè probatam vt debet: eam enim præciſè & in indiuiduo probari volunt DD. Secundò, non ſufficeret probari ſcientiam: nam
2 præterea requiritur, vt citetur ad ſoluendum, vocetúrque ad munus, nam ſi tunc intra tempus non appellet, renunciat, quod ſi vel huiuſmodi citatio vel vocatio non adſint, etſi detur ſcientia, non eſt propterea renunciatum immunitati, vt doctè tradit & veriſſimum exiſtimat Boſſ. *in tit. de princip. & priuil. eius. num.*168. *cum ſeqq.* & hoc eſt de mente DD. vt patet ex Angel. *in l.*1. *§ ſi quis tutor ff. quan. appellan. ſit* Iaſ. *in l. fin. in ſi. ff. de conſtitut princip.* idem Iaſ. *in l. falſo numer.*3. *C. de diuer. reſcript.* & Gozadin. *conſil.*23. cuius rei manifeſta eſt ratio, quia cataſtrum non ſcribit exemptos, vt abſolutè ſoluant, ſed vt ceſſante exemptione ſoluant, vel bonis exemptis tranſeuntibus in alios, & quia etiam exempti in certis caſib. de iure ſoluunt (quod tamen per tranſactionem deciſum eſt) vnde DD. non ponunt exemplum de cataſtro, ſed de libro eorum qui ſoluere debent, qua de re omnino videndus eſt idem Boſſ. & certè experientia rerum magiſtra hoc in hac patria docuit: nam pleræque Communitates poſuerant in cataſtro dominos vel Eccleſias, nec fuerat appellatum, nihilominus poſt Breue bon. mem. Gregorij XIII. & tranſactionem ſequutam coactæ fuerunt reijcere ea quæ d. dominos vel Eccleſias concernebant in cæteros non exemptos. Poſtremò reſpondetur totum hoc lite pendente inter dominos ſecundi & tertij ſtatus factum fuiſſe, ideóque per viam attentatorum vſque ad 30. annos reuocandum, præterea non curabant, nec opus fuerat lite pendente inſtare, vt cataſtrum reformaretur, quòd incertus eſſet litis euentus, ſed ea finita per tranſactionem omnia præcedentia fuerunt ad irritum deducta, cùm ſolus caſus conuentionum & tranſactionum particularium exceptus ſit.

Ad ſecundum, quod dicitur de conſuetudine, quæ inducitur ſoluendo collectas, quando quis fuit coactus ad ſolutionem per ſententiam ſeruato iuris ordine. Reſpondetur à decreto domini de Patris receſſum fuiſſe per alia ſubſequentia decreta, quod quamuis factum non fuiſſet, tamen cùm d. dominus de Seguinis ſe oppoſuerit, repugnauerit & caſſationem illius, & immunitatis quam habebat, declarationem proſequutus fuerit, & ab eo tempore huc vſque ſemper in lite fuerit, non poteſt procedere doctrina Natt. *conſil.* 106. *n.*10. quandoquidem loquitur ſolummodo de origine con- 3 ſuetudinis, an ſcilicet ea originem ſumere poſſit à decreto forſan iniquo & coactione inde ſequuta; & tunc diſtinguit, an ſeruatus ſit iuris ordo necne. Sed præterea requirit cætera ad conſuetudinem neceſſaria: nempe longum tempus, tacitum conſenſum, multiplicitatem actuum & cætera, de quibus DD. maximè Bart. *in l. de quibus ff. de legib. & in l.*1. *C. quæ ſit long. conſue.* vt patet ex eodem Natt. *per tot. conſil.* maximè *n.*8.

Ad tertium, certum eſt in hac patria feudatarios Reuerend. Epiſcoporum ſolitos ſeruitium perſonale facere Sanctiſs. Domino N. Papæ loco Epiſcoporum, ideóque comprehendi in tranſactione, vt creditur, per atteſtationes probatum, nominatim in domino Vallisclauſæ Epiſcopum Cauallicen. domino de Intercailis Vaiſonen. domino Blaudiaſci Carpent. in dominum ſupremum recognoſcentibus: ideóque quantumuis alias ſubfeudatarius non teneatur facere ſeruitium perſonale mediato domino, ſed tantùm immediato, ex 4 *moder. Pariſien.* §.55. *n.*30. tamen cùm, vt iam dixi, probatum ſit ſolitos ſeruitium perſonale facere ſuperiori mediato, iure optimo tranſactionis iure vtuntur. Periniquum autem eſſet; ſi idem dominus de Seguinis non eodem iure, quo cæteri feudatarij, vteretur. Et pro abundanti cautione hoc adijciendum eſt, Caſtra huiuſmodi ſubfeudatariorum non eſſe deſcripta in rotulo dominorum primi ſtatus, quod ſcirent deſcribi in rotulo dominorum ſecundi ſtatus & inter eos ſoluere debere, ſicut & inter eos in ſtatibus nominantur, quemadmodum idem dominus de Seguinis inter dominos ſecundi, ſtatus ratione bonorum Venaſcæ ſemper ſoluit: quod ſecus eſt in cæteris caſtris à d. dominis Epiſcopis dependentibus, quæ nemini in ſubfeudum data ſunt, quæ ſub nominatione Epiſcopi comprehenduntur, & in rotulo & peræquatione d. dominorum primi ſtatus deſcribuntur: quod tanquam pro notorio ponitur, & d. dominus de Seguinis requirit, vt domini Iudices ſuper eo ex officio ſe informent.

Ad poſtremum dubium, cùm dicitur d. dominus de Seguinis, qui probauit ſe ſeruitium perſonale medio fratrum præſtitiſſe, id egiſſe ſponte & voluntariè, non autem ex neceſſitate, cùm præſumptio iuris ſit contra ipſum. Reſpondetur, quòd quoties adeſt cauſa neceſ- 5 ſaria & voluntaria, præſumitur quis potius ex cauſa neceſſaria quàm voluntaria egiſſe, *l. fin. C. de alimen. pupil. præſtan.* vbi Bart. & idem Bart. *in l. cùm ſeruus ff. de verbo. oblig.* Crauet. *conſ.*107. multos referens *n.*8. at iam dictum eſt ſubfeudatarios ſolitos in hac patria ſeruitium perſonale præſtare domino mediato. Rurſus vbi aliquid duobus modis fieri potuit, in dubio præſumitur factum, vt vtilius eſt facienti, Crauet. *d. conſil.*107. *n.*9. poſt Alex. *conſil.*55. *lib.*5. & ſemper præſumere debemus actum fuiſſe factum vt fieri debuit, Neuizan. *conſ.* 65. *num.*55. nec quidquam fruſtratoriè, & in caſum factum, Corne. *conſil.* 137. *lib.*4. ex quibus exiſtimo ſatisfactum dictis dubiis, & dominos Iudices pronunciaturos, vt ſuprà.

ARGUMENTUM.

AN conſules ciuitatis tranſigere poſſint.
Et quando Ciuitati detur vel denegetur reſtitutio.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Concilium Ciuitatis habet amplexam & liberam facultatem de rebus ciuitatis diſponendi.*
2 *Ciuitas ex contractu per ipſam inito obligatur, præſertim ſi decretum Principis interuenerit.*
3 *Geminationis magna eſt vis.*
4 *Decuriones ciuitatis donare non poſſunt.*
5 *Ciuitas læſa per reſtitutionem in integrum ſuccurritur.*
6 *Liberatio per ſubhaſtationem facienda eſt, vt ad primos licitatores recurratur.*
7 *Quod nullum eſt, confirmari non poteſt.*
8 *Conſules ciuitatis poſſunt de re dubia tranſigere:*
9 *Concilium vero ciuitatis poteſt ius & debitum liquidum remittere.*
10 *Ratione iuramenti ciuitas amittit beneficium reſtitutionis in integrum.*
11 *Ciuitas vtitur iure minoris.*
12 *Minor autem propter iuramentum amittit beneficium reſtitutionis in integrum.*
13 *Minor & ciuitas aduerſus donationem iuratam non reſtituuntur.*
14 *Cum ciuitati competit beneficium reſtitutionis intra quadriennium à die contractus vel quo officiales qui illum inierunt, deſierunt eſſe in officio, intentandum eſt.*
15 *Ex adimplemento ex vtraque parte contractus ciuitatis, is cenſetur ab omnibus approbatus.*
16 *Locatio rerum ciuitatis temporalis ſine ſubhaſtatione fieri poteſt.*
17 *Et de iure canonico in alienationibus rerum Eccleſiæ, Ciuitatis, & minoris non requiritur ſubhaſtatio.*
18 *In actibus ſucceſſiuis etiam non ſeruatis ſolemnitatibus ciuitas obligatur.*
19 *Reſciſſio decreti ambitioſi intra decem annos peti debet.*

CONSILIVM CXX.

IN cauſa præcepti ad inſtantiam dominorũ Conſulum & ciuitatis præſentis ciuitatis Auenionenſis factis dominis firmariis & conductoribus gabellarum huius etiam ciuitatis de dimittendo vacuam & expeditam poſſeſſionem exactionis iuris dictarum gabellarum lapſis duodecim annis non videtur d. domini Conſules fundati, & huiuſmodi præceptum nulla ratione nixum caſſandum & reuocandum eſſe, dictóſque firmarios abſoluẽdos ab impetitis & in pacifico poſſeſſorio exactionis dictarum gabellarum quouſque ſemeſtre effluxerit poſt d. duodecim annos manutenendos eſſe: nam certi iuris eſt Concilium ciui- 1 tatis liberam & amplam habere facultatem de rebus ciuitatis diſponendi etiam abſq; licentia Principis, Bart. *in l. fi. de colleg. illicit.* Iaſ. & DD. *in l. omnes populi n. 28 ff. de iuſti. & iu.* Crauet. *conſil. 238 n. 1.* & ex contractu per 2 ipſum inito obligatur Curt. iun. *conſ. 175. n. 9.* præſertim ſi decretum ſuperioris interuenerit: quo caſu etiam valet, ſi nulla cauſa remiſſionis in contractu contẽta fuerit, Rol. à Valle *conſil. 5. n. 18. vol. 1.* & Pariſi. *conſ. 71. n. 14. vol. 1.* Sed in caſu noſtro ciuitas medio Cõcilij legitimè congregati cõtraxit cum d. firmariis, quin etiam idem 3 Concilium d. contractum poſtea ratum habuit, geminationis autẽ contractuum quanta ſit vis omnes ſciunt ex *l. baliſta ad Trebell. l. cum ſimus.* & ibi Gloſſ. & Bart. *C. de agricol. & cenſit. lib. 11. l. ſi mulier 2. ff. ad Velleia.* Iaſ. *n. 11.* Rip. *n. 26.* & Zaſi. *n. 20. in l. quod iuſſit ff. de re iudi.* maximè iuramẽto interueniente, ex notatis *in auth. sacramenta puerorum C. ſi aduer. venditi.* & quod per Concilium ciuitatis ratum habitum eſt ſeruandum eſſe docetur ex *l. metu § animaduertendum ff. quod met. cau.* notatur in *l. ſicut ff. quod cuiuſ. vniuerſi. & l. aliud § refertur & ibi gloſ. ff. de reg. iur.* Dicendum eſt igitur eam ex eo contractu reſilire non poſſe. Sed hæc facile concedentur, nec in his latiùs eſt inſiſtendum, veriſſima enim ſunt, nec altiori probatione indigent. Tota vis conſiſtit, vt ſatisfiat iis quæ contra huiuſmodi contractum opponuntur, quę huiuſmodi ſunt: dictos firmarios cogi potuiſſe ad ineundum contractum iuxta articulos ſub quibus facta prætenditur liberatio, qui vtiliores erant ciuitati quàm pactiones in d. contractu appoſitę, nominatim huiuſmodi ſemeſtris conceſſio, quę nullo alio titulo quàm donationis vocari poteſt, donare autem Decuriones non poſſe iure cautum eſt. *l. 2. C. de* 4 *decret. decurio. lib. 10.* Bald. & DD. in *l. præſes C. de tranſact.* & ſi forſan negetur donatio, vtcumque ſit, id in damnum ciuitatis geſtum eſt, & ex capite læſionis ve- 5 nit reſtituenda ſaltem ex clauſula generali in *l. reſpublica C. qui ex cauſ. maio. cum gloſ.* Bartol. & Bald. in *l. legatus ff. ex quib. cauſ. maio.* Ioan. And. *in addit. ad Speculat. tit. de reſti. in integ. § 1. verſ. idem quoque.* Sed hæc & ſimilia, ſi res, vt geſta eſt, maturè conſideretur, nullo modo obſtant: neque enim potuerunt cogi ad huiuſmodi contractum ineundum, & caſu, quo potuiſſent vtiliter in hoc ciuitas ſe geſſit, ſicut quilibet prudentiſſimus paterfamilias feciſſet, optiméque ſibi conſuluit, tantum abeſt vt ſe lęſam contendere poſſit: & caſu, quo læſa fuiſſet, præcluſa eſt ſibi via ad huiuſmodi damni reparationem.

Quoad primum, etſi in dictis articulis cautum fuiſſet, vt vltimis licitatoribus ſoluendo non exiſtentibus proximiores cogerentur ad celebrandum contractum, tamen non fuerunt ea obſeruata, quæ fieri debebant antequam ad dictos firmarios perueniretur.

Primum enim non conſtat de aliqua liberatione in 6 actis, quia exiſtere verè & ex iuris diſpoſitione in *l. 1.* & ibi Lucas de Penn. *de fid. inſtrum. & iur.* Haſt. Fiſcal. *lib. 10. C. & l. prolatam C. de ſenten.* & ex tenore dictorum articulorum (conceptis enim verbis cautum eſt, vt liberatione facta tenerantur) certiſſimum eſt non potuiſſe d. firmarios cogi: nec obeſt decretum, quod interpoſitum dicitur ſuper liberatione, quæ nunquam fuit: nam etſi alioquin præſumantur omnia ſolemniter fuiſſe facta, tamen vbi ex lectura apparet de contrario, decretum nullum eſt, ſolemnitatibus requiſitis non præcedentibus. Quod enim nullum eſt, confirmari non 7 poteſt, & non entis nullæ ſunt qualitates, Crau. *de antiqui tempo. par. 3. § tempus de antiquo n. 27.* & latiſſimè Maſcard. *de probatio. conclu. 1222. n. 34* cum multis aliis ibid. allegatis. Deinde etſi daremus liberationem interueniſſe, non conſtat poſteriores licitatores fuiſſe repertos non ſoluendo: neceſſaria autem fuit diſcuſſio eorum, antequam d. firmarij cogerentur, Carocci. *de excuſ. bono. par. 2. q. 33. num. 25.* Atque hoc opponebant d. firmarij, contendebantque eo tempore ſe cogi non poſſe: ita vt quamuis daremus ſolùm tunc rem fuiſſe dubiam, quam tamen credimus claram in fauorem firmariorum dicta excuſſione, vt diximus, non facta, maximámque inde litem naſci, eámq; iám motam, ſequitur conuentionem inde ſequutam, nõ contractum aliquem in vim articulorum, ſed meram tranſactionem ſuper re dubia fuiſſe interpoſitam: quo caſu iure cautum eſt Conſules potuiſſe ſuper re dubia tranſigere, & 8 ob dubium litis euentũ de iure Communitatis remittere, vt habetur in *l. præſes C. de tranſact.* & Bal. in *l. pactũ curatoris ff. de pact.* Natt. *conſ. 45. n. 5.* licet enim non poſſint debitum vel ius liquidum remittere, ſuper dubio

tamen

tamen tranſigere poſſunt, vt in *d.l.preſes*, & ibi Iaſon, Bald. & alij And. Gail. *practi. obſeru. lib. 2. obſeru. 72. n. 11.* vbi hanc dicit communem & Deci. *conſ. 297. nu. 5.* vbi etiam aſſerit communem: quod ſi Conſules id potuerunt, multo magis Concilium: quin etiam illud cùm repræſentet totam ciuitatem, vt dicit Menoch. *conſ. 134. numer. 14.* nedum ſuper iure non liquido tranſigere po- 9 teſt, ſed etiam ius & debitum liquidum in totum remittere, vt tradit expreſsè Caſtren. in *d.l. preſes n. 3. C. de tranſact. & in l. Imperatores num. 2. ff. de pact.* Bald. in *d.l. preſes nu. 3. & in c. 1. §. iniuria col. 1. de pact. iuram. firm. in vſibus feud.* Alex. *conſ. 43. num. 9. vol. 4.* Bartol. *in l. ambitioſa num. 7. de decret. ab ord. facien.* Io. de Plate. *in l. vacuatis C. de decurio. lib. 10.* Feita. *de collect. par. 4. c. 4. n. 58.* & Angel. *conſ. 227.* Iaſ. *conſ. 101. n. 1. vol. 4.* Natt. *conſ. 331. nu. 25.* Cogn. d. Lancelot. *tract. de decurio. n. 33.* quod euenit in hoc negotio. Concilium enim & iniuit & ratum habuit huiuſmodi contractum, qui etiam à Principe confirmatus eſt.

Sed demus cogi potuiſſe, cùm tamen ex ſuperioribus contrarium verum ſit, negari non poteſt D.N. qui ſolus auacrat, aufugere potuiſſe, bona verò ipſius facile defenſa fuiſſent, vel per vxorem vel per alios modos, qui in caſibus ſimilibus ſolent proponi.

Priores autem licitatores non omnes ſunt ea fæce plebis, ita vt quò ſe verteret ciuitas neſciret, & ſi ſemel ad id deuentum fuiſſet, nemo dictas gabellas niſi cum grauiſſima iactura ciuitatis conduxiſſet, aut inconductæ penes ciuitatem remanſiſſent, indéque tot ſumptus, tot labores, vt ad id deueniretur, inutiles. Vrgebat interim æs alienum, neceſſitates vndique premebant. Conſules igitur & Concilium ciuitatis mala hæc & certa damna prœuidens illiſque prouidens & tranſactionem & nouum contractum iniit, quod abſque dubio facere potuit ex d. Caſtren. *in d.l. preſes nu. 3. C. de tranſact. & in d. l. Imperatores ff. de pact.* & alijs ſuprà allegatis, præſertim cùm dictis Conſulibus facultas data fuiſſet addendi, diminuendi, corrigendi articulos gabellæ, prout cognoſcerent vtile eſſe ciuitati, qui cùm cognouerint non ſolum vtile, ſed vtiliſſimum fore dictam moderationem facit, ea igitur ſequenda non infirmanda eſt, quod abſque dubio procedit, cùm Parlamentum id probauerit, quod habet eamdem quam totus populus poteſtatem, Pariſi. *conſ. 71. num. 14. vol. 1.* & quod totum hoc ea conſilio Superioris tunc aſtentis viri prudentiſſimi & rerum gerendarum experientia conſummatiſſimi, vt notorium eſt, geſtum eſt, & poſtea ipſius decreto confirmatum diui, & tranſactionem & nouum contractum, quod ſcilicet varij eu ſe obligarint, qui pretium nullo modo auxerant, cum D N. qui non debent per d. contractum decipi.

Sed quamuis hæc omnia ceſſarent, quæ tamen non ceſſant, & vbi adeſſet læſio, ratione cuius ciuitas prætenderet ſe in integrum reſtitui, tamen non eſſet audienda. Primùm, quia iuramentum adeſt, ratione cu- 10 ius ciuitas perdit beneficium reſtitutionis in integrum Bal. in *l. generaliter n. 2. C. de reb. credi.* Martin. Lauden. *de conf. ſub. domino q. 154. 10m. 6. tractn.* Marant. *de ordin. iudicio, par. 6. tit. de appellatio. nu. 105.* Seraphin. *de priuil. iuram. priuil. 96. n. 4. & ſeq. & priuil. 83. n. 26.* idque ſum- 11 ma ratione, quia cùm ciuitas æquiparetur minori, & eodem iure vtatur ad obtinendam reſtitutionem, quo minor, vt latè tradit Sforti a Odd. *tract. de reſti. in integ. par. 1. q. 3. artic. 10.* quemadmodum minor propter iura- 12 mentum efficitur, & repræſentatur maior, & amittit reſtitutionem in integrum ea *cap. minoris ætatis*, DD. *in authent. ſacramenta puberum*, ita ciuitas id beneficium amittere debet, vt in eadem docent Bald. & alij ſuprà relati.

Secundo, ſemper argumento ducto à minore ad 13 ciuitatem & è contra: Sicut minor non reſtituitur aduerſus donationem medio iuramento factam, latè Sfortia Odd. *de reſtitu. par. 1 q. 58. artic. 2.* ergo nec ciuitas, & in terminis ciuitatis donantis, docet idem Odd *par. 1. q. 3. art. 10.*

Tertiò, vbi locus fuiſſet reſtitutioni, hæc peti non poſſet, niſi intra quadriennium computandum à tempore contractus, vel ex quo officiales contrahentes deſierũt eſſe in officio *c. 1. de in integ. reſti. in 6.* glo. in c. 14 1. *de in integ. reſti. in antiqu.* Bald. in *l. rempublicam de iure reipub. lib. 11. C.* Alba *conſ. 34. in princ.* & Goden. *conſ. 34. nu. 43.* Conta. Lance. *de decurio n. 99.* Sfort. Odd. *part. 1. q. 20 art. 3. de reſti.* vbi dicit communem. Natt. *conſ. 45. n. 1.* nec poſt lapſum quadriennium datur reſtitutio ciuitati, licet ſingulis annis fiat mutatio Syndicorum, Odd. *d. part. 1 q. 19. numero 79.* Natt. *conſ. 45 & conſ. 525. num. 48.*

Poſtremò, cùm gabellæ fuerint locatæ ſub eo pacto prorogationis ad ſex menſes, caſu, quo peſtis contingeret, & in vim dicti contractus conductores gauiſi fuerint dictis gabellis, & omnes habitatores iura dictarum gabellarum ſoluerint, omneſque pactiones ſuper moderatione dictorum articulorum conuentæ integræ per d. ciuitatem & dominos de Clero & Vniuerſitate adimpletæ, ex eo cenſetur d. contractus ratificatus & approbatus ab omnibus, vt tradit Pariſi. *conſil. 21. n. 38. vol. 4.* Calc. *conſ. 101. num. 4.* Natt. *conſ. 45. n. 10. conſ. 141. n. 3. & conſ. 636. nu. 187.* vbi dicit quod melius facto quàm verbis probatur ratificatio, & Deci. *conſ. 262. numero 8.* 15

Non putamus in dubium verſuram ciuitatem, quòd d. contractus fuerit factus ſub haſtationibus præcedentibus: nam de iure in locationibus temporalibus bo- 16 norum ciuitatis, non requiritur ſubhaſtatio, gloſſ. *in l. quamuis Cod. de venden. reb. ciuita. lib. 11. & in l. 3. de fund. patrimo cod. lib. 11.* Io. de Plate. & Damode *de ſubhaſtat. c. 3. n. 33.* tum etiam de iure Canonico in alienatione re- 17 rum Eccleſiæ, minorum & ciuitatis non requiritur ſubhaſtatio, Bald *in auth. in hoc iure C de ſacroſanct. eccleſ.* Roland à Valle *conſ 99. nu. 10. vol. 1.* & Simone. *tract. de decret. lib. 1. tit. 1. n. 66.* præterea in actibus ſucceſſiuis etiam 18 factis non ſeruatis ſolemnitatibus, vel ſine mandato Communitas obligatur, quia ea obſeruantia ſubſecuta ratificare videtur, vt in illis ferè terminis tradit Nat. *conſ. 638. n. 187.* Ancha. *conſ. 158. n. 10.* quia ea quo per obſeruantiam interuenit conſenſus totius populi, ob curatur de ſolemnitate non obſeruata, vt *ibid.* Natt. & Deci. *conſ. 486 in fi.* & Iaſ. *conſ. 139. vol. 4.* his omnib. addendum eſt, quod etiam ſi prætenderetur dictam locationem ambitioſè factam fuiſſe, prout non fuit, non tamen ex eo eſſet audienda d. ciuitas, cùm de iure reſciſio decreti ſeu contractus ambitioſi peti deberet in- 19 fra decem annos, vt expreſsè per Bart. in *d.l. ambitioſa n. 52. ff. de decret. ab ord. facien.*

Pro coronide non eſt omittendum, cùm hæc omnia geſta fuerint de mandato Concilij, & eo poſtea ratum habente, Superiore conſulente & auctorante, & dicti fermarij fidei publicæ fidentes ad eum contractum acceſſerint, non debent ſub fide publica decipi *l. ſi quis C. de reſcind. vend.* & Damoder *d. tract. de ſubhaſtat. c. 3. n. 3.* alioquin difficillimè ciuitas in futurum inueniret, qui cum ipſa contrahere velint, ſi non obſtante tanto tempore & obſeruantia inconcuſsè ſequuta, in dubiũ poſtea omnia reuocerũt: pacta enim publicè inita firma eſſe debẽt, *l. conuentionum ff. de pact.* nulla enim ſanctior eſt lex, quàm illa, qua cautum eſſe ait Prætor, *pacta ſeruabo*, quam ex ore Dei profectam eſſe dicit Beci *conſ. 45. n. 25.* ex quibus concluditur vt ſuprà.

ARGVMENTVM.

AN & quando redditus incapax ad fideicommiſſum per ſententiam capitalem reſtitutus à Principe id conſequi poſſit.

Et de paſſiua extenſione non facienda.

SVMMARIVM.

1 *Quotiens quis ad fideicommiſſum vel maioratum eſt incapax facit locum ſequenti in gradu & n.3.*

2 *Indignus verò acquirit fiſco.*

4 *Condemnatus capitaliter in contumaciam non amittit libertatem, nec redditur incapax ſucceſſionis tam ex teſtamento quàm ab inteſtato.*

5 *Reſtitutus ampliſſima reſtitutione recuperat fideicommiſſa & ſubſtitutiones quæ ſibi obuentæ fuiſſent, ſi tempore, quo delatæ fuerunt, capax fuiſſet.*

6 *Etſi per ſequentem in gradu iam agnitum fideicommiſſum, vel hæreditas adita fuiſſet, & n.9.*

7 *Princeps poteſt tollere ius quæſitum tertio per ſententiam.*

8 *Princeps poteſt ordinare, ne quis audiatur à ſuis magiſtratibus, & eorum iuriſdictionem moderari.*

10 *An & quando ius quæſitum tertio Princeps tollere poſſit.*

11 *Paſſiua extenſio de perſona ad perſonam prohibetur.*

12 *Nominatio primogeniti facit vt is cenſeatur prædilectus & vocatus.*

13 *Filij in conditione poſiti ex coniecturis cenſentur vocati.*

14 *Quæ requirantur, vt maioratus cenſeatur conſtitutus.*

15 *Onus primo gradui iniunctum non cenſetur in alijs repetitum.*

16 *Etſi teſtator nominatim de maſculis loquutus ſit, & ſe bona in agnatione conſeruare velle dixerit, non propterea cenſetur inductum fideicommiſſum inter filios inſtituti.*

17 *Ex onere deferendi inſignia domus non cenſetur inductum perpetuum fideicommiſſum.*

CONSILIVM CXXI.

ETſi non poſſit in præſentiarum iudicari ſuper fideicommiſſis, quæ dicuntur facta in teſtamentis illuſtris quondam domini Gaſparis Sagneti domini Valliſcluſæ, & illuſtr. etiam dominæ Ludouicæ Aſtoaudę condominæ Maſani, an ſcilicet ea aperta ſint in perſonam fratris Laurentij Sagneti filij quondam domini Spiritus Sagneti Aſtoaudi ordinis hoſpitalis ſancti Ioãnis Hieroſolymitani néc ne, quòd lis pendeat ſuper donatione omnium bonorum per d. fratrem Laurentium in fauorem illuſt. dominarum Magdalenæ, Franciſcæ, & Sibyllæ Sagnetes Aſtoaudarum ipſius ſororum facta, eâq; pendente fideicõmiſſi quæſtio ſilere debeat: nihilominus quia aduocatus d. fratris Laurentij nixus eſt demonſtrare fideicõmmiſſa huiuſmodi eſſe aperta in eius fauorem, vt eo modo fumum iudici faceret, eúmque faciliorem redderet ad concedendam prouiſionalem, ad tollendum omnem ſcrupulum, ſi quis forſan adeſſet, & ea ſolùm de cauſa, abſque eo tamen quòd propterea iudicium de huiuſmodi fideicommiſſo intrare intendat, aduocatus dictarum dominarum ex ſequentibus clariſſimè demõſtrabit nullum adeſſe fideicommiſſum quod d. Lauẽtius in ſui fauorem apertum contendere poſſit, ideoq; infructuosè & ſuperuacaneè nedum prouiſionalẽ petere, ſed etiam donationem per ſe factam euertere nititur, quod etiam ſi reſciſa eſſet, quod non creditur, plus ex teſtamento paterno habeat, quàm vlla ratione ſibi competere poſſit, meliúſque illi conſultum foret, ſi litibus huiuſmodi relictis, ſumptibus, quos non mediocres facit, parceret, & amicè pacificéque cum ſororibus ageret.

Præſuppoſitis igitur verbis teſtamenti prius agemus de teſtamento Gaſparis, ex quo contendit dictus Laurentius ſe per fideicommiſſum vocatum, quòd vocauerit primogenitum Spiritus. At tempore mortis d. Spiritûs Philippus primogenitus (ante enim patrem Aſtoaudus Aſtoaudi reuera primo natus deceſſerat) incapax hæreditatum & fideicommiſſorum erat per ſententiam contra ipſum latam, per *l. quiſquis § filij C. ad leg. Iuliam*, ideóque habendus, ac ſi non eſſet in rerum natura, & ob illius incapacitatem Laurentium fuiſſe primogenitum. Regula enim eſt & certa DD. ſententia, quòd quando quis vel ad fideicommiſſum, vel ad maioratum incapax eſt, ſit locus ſequenti in gradu, qui ſi incapax non fuiſſet, in medio admitteretur. Huiuſmodi enim incapax habetur, ac ſi non eſſet in rerum natura, Ludo. Molin poſt multos, quos refert de *primogen. Hiſpan. lib. 1. c. 9. n. 27.* per text. in *l. 1. Cod. de hæredit. inſti.* is enim primogenitus dicitur, qui tempore mortis capax eſt, vel conditionis exiſtentis, quamuis reuera remotior ſit, Alciat. *in l. proximior ff. de verb. ſignific.* latiſſimè And. Tiraquel. *tract. de iu. primoge q. 3. n. 6.* vbi plures ad id cumulat. 1

Ad id paucis & reſolutiuè duobus modis reſpondetur. Primò, quòd quamuis ſit differentia inter indignum & incapacem, ille enim acquirit, ſed ei à fiſco aufertur, excludítque fiſcus ſequentem in gradu, vel omnino, ſi vnus tantùm gradus ſit vocatus, vt quia primogenitus, vt in caſu noſtro, vel quoad vſumfructum, quandiu viuit condemnatus, ſi ſequẽtes in gradu ſint vocati, Peregri. *de iu. fiſc. lib. 2. tit. 2. p. r tot.* Hic verò, hoc eſt, incapax nullo modo acquirit ſibi vel fiſco, ſed habetur ac ſi in medio non eſſet, quódque ipſe capere nequit, ſubſtitutis, coniunctis, aut venientibus ab inteſtato defertur, gloſſ. *in §. legatis inſti. de legat. & in l. ſi quis mihi bona §. ſi quis plane ff. de acquirend. hæreds.* id. Peregri. *lib. 3. tit. 1.* adeò vt ſi indignitas cum incapacitate concurrat, incapacitas præponderet, & in noſtro caſu videatur nos eſſe in terminis incapacium & non indignorum, quod huiuſmodi cenſeantur damnati ad mortem, *l. qui vltimo*, & ibi Bartolus & cæteri *de pæn.* tamen hoc procedit ſolùm, quando ſententia fertur in præſentem, ſecus ſi contra abſentem, & in contumaciam: nam hic licet capitaliter damnetur, non tamen amittit libertatem, nec ſeruus pœnæ efficitur, ideóque & ex teſtamento capere, & quod magis eſt, teſtari poteſt, vt in terminis docent Bartol. *in diſputat. 1. Lucana ciuitatis numer. 14.* & Bald. in *l. eius qui §. ſi cui ff. de teſtament.* id. Baldus & Corne. qui allegat communem *in l. 1. C. de hæreds. inſtit.* id. Corne. *conſil. 55. numer. 20. cum ſequentibus lib. 2.* Clar. *in §. teſtamentum quæſt. num. 4.* Peregri. *de iur. fiſc. lib. 3. tit. 2. num. 2. in fin.* cuius rei rationem manifeſtam reddunt DD. quod contumax ſe præſentando de nouo condemnandus ſit, & ſententia contra ipſum lata ſit conditionalis, ſi in furtiam venerit, quæ non poteſt ſeruum pœnæ efficere, quouſque præſens condemnatus ſit, ideóque nec inteſtabilem & incapacem reddere: quod cùm ita ſit, & dict.

dict. Philippus fuerit ſolummodo in contumaciam condemnatus, ſequitur illum non fuiſſe incapacem tempore mortis dicti Spiritus, & Laurentium non potuiſſe tenere locum primogeniti, cùm Philippus eum præcedat.

Secundò reſpondetur, quòd quamuis verum eſſet, quod tamen non eſt, Philippum incapacem fuiſſe tempore mortis Spiritus, dictumque Laurentium renuiſſe locum primogeniti, & quod plus eſt, egiſſe ad fideicommiſſum, obtinuiſſe declarationem in ſuum fauorem, tamen cùm Philippus ampliſſimam reſtitutionem ad honores, famam, & bona obtinuerit, te intraſſet in locum ſuum exclusiſſetque dictum Laurentium, qui coactus fuiſſet ei tanquam primogenito bona reſtituere, certiſſima enim eſt doctorum noſtrorum ſen-
5 tentia, reſtitutum ampliſſima reſtitutione recuperare fideicommiſſa, hæreditates, ſubſtitutiones quæ ſibi obueniſſent, ſi incapax non fuiſſet tempore, quo apertæ vel delatæ fuerunt, Bartolus in *l. Gallus §. & quid ſi tantum col. vlt. ff. de liber. & poſthum.* Salicet. in *l. ſin col. vlt. in 2. caſ. vbi in filio, nepote & auo C. de ſenten. paſſ.* Soc. *in d. §. & quid ſi tantum num. 27.* Alex. *ibid nu. 20.* Franc. Aret in *ibid. nu. 25.* Fortuni. *num. 150. & 151.* qui latiſſimè id comprobat, Cror *col. 44.* Iaſ. *ibid. numer. 61. verſ. item aduerte.* poſt Bartol. *in l. 1. § filius ff. ad Trebellian.* idem Iaſ. *ibid. num. 77.* Bellame. *dec. 43. & 44. per tot.* & maximè *col. 14. verſ. ſed ſi nondum agnouiſſet.* Pet. Bellin. *de re milita. 10 par. 111. 2. num. 20 & 21.* vbi dicit eam eſſe communem omnium ſententiam, Georg Natta, qui tamè non tractat ex profeſſo *tit. de ſtatu quæſt. 3. num. 14.* Paul. de Caſtro *conſ. 178. donatio prædicta 1. vol.* ... qui omninò videndus eſt, Felin. *ioc. cum olim verſ. tertia declaratio numer. 15. cum ſeqq. de re iudica.* Alber. Brun. *conſil. 1. per tot.* Ruin. *conſ. 160. numer. 8. lib. 4.* Alciat. *conſ. 5. quia priuilegium lib. 4.* ſecundùm impreſſionem Venetam, Pariſi. *conſ. 1. num. 47. vol. 4.* Bero. *conſ. 60. num. 19. vol. 3.* Viuius *in ver. Princeps verſ. bannitus*, vbi dicit magis communem, quando eſt pleniſſima reſtitutio, ſed quando non eſt pleniſſima etſi à principio diſputet hoc iode, præſupponit tamen rem in alium tranſlatam, aut ſaltem aditam hæreditatem. M. Anton. Natta *conſ. 471.* qui omninò videndus eſt. Cùm enim *conſ. 470.* in eadem facti ſpecie prò fideicommiſſario conſuluiſſet, quòd præſupponeret eum realiter & actualiter apprehendiſſe poſſeſſionem ex cauſa fideicommiſſi, poſtea in *conſ. ſeq.* cùm ſciuiſſet fideicommiſſarium poſſediſſe quidem res, ſed ex cauſa communi, & pro indiuiſo abſqueeo quod declaraſſet ſe ex cauſa fideicommiſſi poſſidere, contra eum in fauorem condemnati reſtituti reſpondit. Deci. *conſ. 260. conſiluit col. 5. in princ.* Marian. iun. *in d. §. & quid ſi tantum num. 111. & ſeqq.* Sim. de Præt. *de interpr. vltim. volunt. lib. 1. interpr. 1. dubi. 3. ſol. 13 num. 14. fol. mihi 44.* Burſat. *lib. 1. conſ. 54. num. 14. & num. 30.* Peregrin. *de iure fiſci lib. 5. tit. 2. num. 38. verſ. contra verò.* Moedan. *deciſ. 6. in tit. de reſtitu. ſpoliato. aliàs 88. & dec. 5. eodem tit. aliàs 87.* Eman. à Coſta *dict. §. & quid ſi tantum verſ. qui deinde aqua & igne num. 174. cum ſeqq.* & in præiudicium dominorum inferiorum, quibus bona fuerant acquiſita, ita iudicatum fuiſſe in ſupremo Senatu Pariſienſi, cùm Princeps reſtituiſſet condemnatum, refert Charond. *lib. 2. reſpon c. 40.* Gabriel. *de iure quaſi. non tollen. concluſione 1. num 16. lib 3.* & fuſiſſimè in terminis Curti. *in conſ. 1. n. 22. cum ſeqq.* Rolan. à Valle *lib. 4. conſ. 45 per tot.*

Ex quibus patet hanc eſſe certiſſimam & receptiſſimam doctorum ſententiam, condemnatum ad mortem reſtitutum Principis beneficio, cenſeri reſtitutum etiam in præiudicium fideicommiſſariorum vel hæredum, quibus vel fideicommiſſum apertum, vel delata fuerat hæreditas ob incapacitatem condemnati. Quinimò id etiam locum habere contendunt, etſi agnitum fideicommiſſum, vel hæreditas adita fuiſſet, vt per Caſtren. Socin. iun. Emanuel à Coſta, Nattam & cæteros, a
modò ne actualis & realis poſſeſſio apprehenſa ſit. Sed & eo caſu, dummodò pleniſſima ſit reſtitutio, vt per Garſ. Rol. & pleroſque alios ſuprà allegatos, at in eaſu, in quo verſamur, pleniſſima eſt reſtitutio, vt ex tenore illius patet, nulla actualis poſſeſſio apprehenſa per Laurentium, imò nec agnitum fideicommiſſum. Et quod magis eſt, Philippus reſtitutus, vidente, ſciente, & patiente Laurentio apprehendit poſſeſſionem realem & actualem omnium bonorum, illiſque vſus & gauiſus fuit pacificè quandiu vixit, & moriens de illis diſpoſuit, & quod rem clariſſimam reddit, cùm ſummus Pontifex in primo reſcripto nominatim teſeruaſſet ius tertij, in ſecundo reſcripto ampliorem & ampliſſimam reſtitutionem fecit, nulla reſeruatione facta, ex quo patet de mente Principis volentis reſtituere etiam aduerſus ius quæſitum tertio, quo caſu omnes doctores concludunt huiuſmodi reſtitutionem operari, etiam ſi realis poſſeſſio fuiſſet apprehenſa, etſi ex cauſa fideicommiſſi, maioratus, vel alia, dummodo tamen condemnatio produxerit aperturam fideicommiſſi vel delationem hæreditatis.

Nec his obſtant quæ in poſtrema parte allegationum iuris ex aduerſo productarum deducuntur; (poſtea enim de teſtamento Ludouicæ agemus) nimirum ius quæſitum fuiſſe Laurentio, & reſtitutionem eſſe intelligendam ſine præiudicio tertij, quod tandem aiunt ſe in terminis fideicommiſſi probare per varia iura quæ allegantur.

Ad primum enim negamus ius in re Laurentio acquiſitum fuiſſe, neque enim conſtat eum vnquam fideicommiſſum agnouiſſe, quòd neceſſarium eſt, quod enim dicitur de tranſmiſſione nihil ad rem; neque enim agitur, an Spiritus aliquod ius tranſmiſerit, ſed an Laurentius ex propria perſona vocatus ſit: quando agetur de tranſmiſſione, tranſmiſiſſet ad hæredes, filias ſcilicet ſuas, non ad Laurentium.

Præterea tranſmiſſio in conditionalibus regulariter non habet locum, vulgaris tantibus, & ... eſt *l. à Titio ff. de furt. in princ.* in puris tantum in legatis & fideicommiſſis procedere, non in conditionalibus ad notata in *l. vni. §. ſin autem C. de cadu. tollen.* Qua verò ratione ita enixè contendat Laurentium acceptaſſe & acceptaſſe, & immiſcuiſſe ſe hæreditatibus aui & auiæ imaginari non poſſumus, cùm ab ipſis hæres inſtitutus non ſit, ſed Spirius tantum, qui & adiuit matris hæreditatem, & patris hæreditati ſe immiſcuit, & ſi quod ius competeret Laurentio, cui tamen nullum competit, illi non ſe immiſcere debet, ſed id agnoſcere, & id non propria autoritate acquirere, ſed à manu hæredis accipere debet, & per conſequens à manu dictorum dominorum hæredum.

Sed ne in iſtis diutius inſiſtamus, contendimus nunquam Laurentium ante reſtitutionem Philippi ius in re habuiſſe, quia tunc temporis non agnouit fideicommiſſum: quod etſi feciſſet, nihil tamen prodeſſet, cùm opus ſit reali & actuali apprehenſione poſſeſſionis, vt impediat effectum reſtitutionis: quinimò data etiam apprehenſione poſſeſſionis, attenta pleniſſima reſtitutione, & mente Principis, de quibus ſuprà, nihil operatetur.

Quod ſecundo loco dicitur reſtitutionem intelligendam eſſe ſaluo iure tertij, brocardicum eſt, & hæc ſufficeret ſolutio, cùm in indiuiduo docuerimus in facto noſtro reſtitutionem tollere ius tertij, modis tamen ſuprà narratis.

Sed & ad huiuſmodi regulam ſolent ſuprà allegati doctores varias dare reſponſiones, quæ penes ipſos videri poterunt, liber tamen plures referre.

7 Prima, quia Princeps poteſt tollere ius quæſitum tertio per ſententiam, quod intelligunt DD. cùm ſententia cauſa fuit, vt ius apertum & quæſitum ſit in perſona alicuius, Bertrand. *conſ. 301. par. 3. num. 5.* & Gabriel. *de iur. quæſ. non tollen. conclu. 1. nu. 16. & 28. lib. 3.* at in noſtro caſu per ſententiam condemnatoriam ius quæſitum fuiſſet Laurentio: niſi enim ſententia huiuſmodi lata fuiſſet, non vocatus fuiſſet ad fideicommiſſum. Ergo per reſtitutionem illud ius ſublatum eſt.

Secunda, quia hoc modo reſtituendo Princeps non aufert de directo ius alicui competens, nec aliquid de nouo dat, ſed ſolùm remouet obſtaculum ab eo, cui tale ius competiiſſet, niſi ſententia lata fuiſſet, faciendo de incapace capacem, fusè Curt. iun. *dict. conſ. 1. num. 22.*

Tertia, quia cùm factu Principis vel ſuorum magiſtratuum, ius hoc alicui amotum, & alteri quæſitum fuit, ipſe in priſtinum ſtatum eumdem incapacem reſtituere poteſt, nec hoc caſu ius tertij propriè cenſetur lædere, facit *text. notab. in c. ab exordio diſtinct. 35.* vbi gloſſ. eſſe memorabilem Curtius ait *dict. loco*, quod etiam in materia feudali procedere tutant omnes *c. naturales, ſi de feud. fue. contro.*

Quarta, quia per reſtitutionem, cauſa illius acquiſitionis redditur ad non cauſam *l. final. Cod. de ſentent. paſſis*, quam affert Roland. *dict. conſil. 45. numero 25. libro 4.*

Addenda eſt quinta, quæ procedit etiam cùm actualiter apprehenſa eſt poſſeſſio, & per modos iuris gentium acquiſitum dominium, quia Princeps poteſt
8 ordinare quod non audiatur à ſuis magiſtratibus talis allegatio, quia Princeps poteſt moderari iuriſdictionem magiſtratuum ſuorum *l. 2. in princ. de origi. iur.* & ſic talis reſtitutio per indirectum valebit quoad bona alienata, eo quòd talis oppoſitio non audiatur à magiſtratibus, quod Princeps pleniſſimè reſtituendo cenſetur voluiſſe, quod poſt Cardinal. & Alexand. docet Iaſon *dict. §. & quod ſi tantum*, & Roland. *dicto conſil. 45.*

Cùm verò in terminis allegant aliquos ſuam ſen-
9 tentiam confirmantes, Bald. ſcilicet in *l. 2. numer. 2. Cod. de iur. & fac. igno. in l. 1. num. 5. in fin. C. de iu. aureo. annul. & in c. domino. numer. 12. hic finitur lex. in vſib. feudo.* tantum abeſt vt oppugnet noſtram ſententiam, quin potius eam diſertè confirmat, cùm ait legitimationem præiudicare tertio, etiam ſi ius adeundi quæſitum ſit, idémque reſtitutionem à Principe factam, in vno tantum loco, ſcilicet in *d. c. domino guerram* dùmmodo hæreditas adita non ſit: nam antequam reſtitutus eſſet Philippus, neque hæreditas adita, cùm nulla aditio potuerit fieri, neque agnitum fideicommiſſum per Laurentium, ideóque ſumus in propriis terminis Baldi. Sed & quamuis agnitum fuiſſet, non propterea quæſitum fuiſſet dominium: & differentia maxima eſt inter aditionem hæreditatis & agnitionem fideicommiſſi conditionalis: cùm aditio nihil niſi animum hæredis deſideret, nullum autem factum tertij, & ſtatim iura in ipſum tranſeant *l. cùm hæredes ff. de acquiren. poſſeſſ.* at fideicommiſſarius vniuerſalis, cui rei vindicatio non competit ad notat. in *l. 1. ff. de lega. 1.* à manu hæredis accipere debet, *l. reſtituta cum ſimil. ad Trebellian.* Per agnitionem igitur, neque dominium, neque poſſeſſionem acquirit. Sed etſi eſſemus in terminis aditæ hæreditatis, non repugnaret doctrina Baldi, quia intelligenda eſt de aditione actuali & reali, quæ fit apprehenſa poſſeſſione, vt omnes doctores ſuprà nominati docent, & ipſe ſatis innuit in *dict. l. 1. num. 5. Cod. de iur. aure. annul.* cùm ait, iure gentium acquiri dominium, quod nonniſi apprehenſione poſſeſſionis acquiritur, *l. traditionibus Cod. de pact.* Sed etſi apprehenſa fuiſſet poſſeſſio, attenta pleniſſima reſtitutione, idem dicendum eſſet, Roland. à Vall. *d. conſ. 45. numer. 1. vol. 4.*

Ad Alexand. in *dict. §. & quid ſi tantum*, eodem modo reſpondetur, quo ad Baldum, ipſius enim diſtin- 10
ctionem ſequitur, & ſecundùm eum intelligendus eſt.

Ad Aretin. *col. penult.* Socin. *num. 24.* Ruin. *col. fin. in fin.* eodem modo ſatisfit: nam eadem dicunt. Imò id. Socin. *numer. 17.* ſatis clarè quæ ſuprà diximus ad Bald. confirmat. Emanuel à Coſta in *d. §. & quid ſi tantum par. 2. num. 175.* elatiſſimè contra ipſos tenet, vt reſtitutio operetur, etiam ſi adita ſit hæreditas. Gabriel. *d. tr. de iu. quæſit. non tollen. conclu. 1. num. 17.* diſputat, an Princeps poſſit tollere quæſita de iure ciuili, & pro, & contra allegat DD. Sed ſatis clarè tenet ſententiam eorum qui exiſtimant poſſe tollere, cùm nimirum eam ampliat *numer. 19.* Sed vtcumque ſit, quæſtio eſt generalis, an Princeps poſſit tollere quæſita de iure ciuili. Specialis eſt, an quæſita per condemnatoriam ſententiam, per reſtitutionem tollantur, & in ea rurſus diſtinguunt, an adita hæreditas, néc ne, apprehenſa poſſeſſio, néc ne: an pleniſſima reſtitutio, néc ne. Non eſt igitur habenda ratio quæſtionis generalis. Sed doctores diſtinguentes, & in indiuiduo loquentes, ſequendi ſunt.

Ad Molinam *lib. 1. cap. 8. num. 31.* loquitur ille in longè differentibus terminis: aliud enim eſt quærere, an Princeps poſſit tollere ius etiam in ſpe alicui competens, ſine factu Principis, & dare ſequenti in gradu, ſine cauſa, vt ius maioratus in ſpe primogenito competens dare ſecundogenito, vel ius fideicommiſſi eidem competens dare ſequenti in gradu. An verò cùm ius alicui competeret in ſpe & haberet tuenta, ſi tempore conditionis exiſtentis eſſet capax, qui cùm antequam id tempus eueniret, fuerit factus incapax facto Principis, per ſententiam ſcilicet condemnatoriam, & talis manſerit eo tempore, ideóque ſequenti in gradu factus ſit locus, an, inquam, poſſit Princeps incapacem reddere capacem, reſtituendo in priſtinum ſtatum, & remouendo impedimentum, in præiudicium iuris interim tertio quæſiti. Primo caſu Doctores ſunt admodum diſſentientes, quòd Princeps videatur iniuriam facere illi, cui ſine cauſa admit ius, quod ſibi ſine factu Principis competeret, cuius ſententiæ eſt Molina: Communis tamen eſt in contrarium etiam in illo caſu, quia dominium iure gentium non eſt quæſitum: at in ſecundo caſu, ſiue adita ſit hæreditas, ſiue non, modò non ſit apprehenſa realis poſſeſſio, ſed & eo caſu, ſi ampliſſima ſit reſtitutio, omnes concludunt reſtitutionem operari in præiudicium tertij per rationes quas affert Curtius in *dict. conſil. 1.* & Moder. Pariſ. & Roland. à Valle, vbi ſuprà. Et hæc ſententia veriſſima eſt: & ſi qui contrarium tenent, cùm tamen eſt hæreditas adita (nam ſi non ſit adita, & ius tantùm adeundi competeret, ij, de quibus nunc loquimur, etiam non contradicunt) vt Bald. Alexand. Ruin. Aretin. & cæteri huiuſmodi, etiam præſuppoſito quod non intelligerent de aditione reali & actuali per apprehenſionem poſſeſſionis, vt intelligendos eſſe ſuprà docuimus, loquuntur illi tantùm in materia legitimationis, quæ longè diuerſa eſt à noſtra: nam, vt ipſi aiunt, cùm adita eſt hæreditas per legitimos, & legitimatio poſtea obtinetur, vocarentur illi de quibus non ſenſit teſtator, vel mortuus, & qui ſemper incapaces fuerunt,

Digitized by Google

runt, quod durum eſſet, propterea diſtinguunt, an adita, vel non adita ſit hæreditas, cùm legitimatio impetratur. At in materia reſtitutionis ſecus eſt, reſtituitur enim ille, qui aliquando fuit capax, cùm competeret ius ſaltem in ſpe, etſi nondum delatum eſſet, & non venit contra mentem defuncti, qui nominatim ab eo vocatus erat, imò eo modo ſatisfit voluntati defuncti, ideóque Curti.iun. in *dict.conſ.*1. dicebat Principem eo modo nihil dare, nihil auferre, ſed remouere impedimentum & rem ad primæuam naturam reducere.

Ad eundem Molin.*lib.2.c.27.num.29.* eodem modo reſpondendum eſt, quo ſuprà ad *c.8.lib.*1. Sed præterea vbi non eſt adita hæreditas, ſed ius adeundi tantum competit, nec dominium tranſlatum eſt, ſaltem per modos iuris ciuilis, ideóque in terminis noſtris in quibus neque agnitum eſt fideicommiſſum, & quamuis agnitum fuiſſet, cùm per agnitionem non transferatur dominium, ſaltem iure ciuili, vt ſuprà demonſtratum eſt, Principem illi iuri præiudicare potuiſſe *nu.*30. clariſſimè contendit & probat ex Bartol. & pleriſque per nos ſuprà allegatis.

Ad eumdem Mulin *lib.3.c.2.n.*14. loquitur vbi realis poſſeſſio eſt apprehenſa, caſum autem noſtrum non diſputat, & ſi *nu.ſeqq.* videatur aliquid innuere contra nos, nihil tamen contra firmat expreſſè, & ſi faceret, ſolus faceret, & contra communem, quam ipſemet fatetur *eod.n.14.verſ.nec obſtat.* & præterea non loquitur de ampliſſima reſtitutione.

Cùm verò ſubiungitur doctores exiſtimantes poſſe Principem tollere ius tertij de plenitudine poteſtatis, hoc intelligendum eſſe, modò ſubſit magna cauſa, hoc verum eſt, cùm realis apprehenſio poſſeſſionis facta eſt, & ex iure aliũde quàm ex facto Principis competente: nam his deficientibus nullam cauſam requiri omnes ſuprà nominati concludunt: ideóque Deci. *conſ.468.num.27.& conſ.498.n.*8. nihil ad rem noſtram: loquitur enim de iure ex contractu competente, quod Princeps ſine cauſa meruertere vult, & mutare veterem formam (quod tamen in ſe ſatis ſuſpectum eſt, ſed non eſt præſentis ſpeculationis) at nos non mutare veterem formam, ſed reducere ad eam, & ad executionem demandare volumus. Eodémque modo ſatisfit ad Clarum in *§.feudum q.73.nu.9.*

Ad Couarru. *variar.reſolut.lib.3.cap.6.num.7.* eodem etiam modo ſatisfieri poſſet, agit enim, an Princeps inuertere poſſit diſpoſita per teſtatorem, nos, an teſtituendo poſſit facere, vt primæua voluntas & diſpoſitio teſtatoris ſortiatur effectum remouendo impedimentum quod ipſemet Princeps procurarat. Sed & ipſemet *verſicul.3 cum ſequentibus*, ſatis confirmat noſtram ſententiam, cùm loquitur de ſublatione impedimenti à iure ciuili procreati, & de incapacibus ſucceſſionis ex prohibitione ſucceſſionis.

Ad Molin. *d.c.8.n.*31. ſatis ſuprà reſponſum fuit.

Ex quibus, omnibus quæ in contrarium proponebantur, ſatis fusè reſponſum eſt: & certè in terminis proprijs reſtitutionis, non apprehenſa reali poſſeſſione, & in terminis fideicommiſſi, non quæſito dominio per modum iuris ciuilis, nemo dabitur, quòd ſciamus, qui contrarium teneat.

Stante igitur pro firmo reſtitutionem hoc operatam fuiſſe, vt Philippus tanquam primogenitus vocatus fuerit ad fideicommiſſum ab auo factum, quódque ad bona tam auita, quàm paterna reſtitutus ſit, vt in effectu omnium poſſeſſionem realem apprehendit, ſequitur vanè dictum Laurentium de dicto fideicommiſſo agere. Cùm enim illud habuerit locum in perſona Philippi primogeniti, nec is per teſtatorem grauatus ſit alteri reſtituere, finem omninò accepit fideicommiſſum. Etſi enim ex grauiſſimis coniecturis extenſio actiua de perſona ad perſonam admittatur: paſſiua tamen ſemper excluditur, nec vnquam admittitur, Alexand.*conſil.24.& conſil.59.nu.7.& 20.cum ſequentibus, lib.*3. Socin.ſen. *conſil.62.lib.*3. Iaſ.*conſil.228.per tot.libro 2.& conſilio 66.vol.3.per totum*, Deci.*conſil.65 numero 2.& 3. & conſ.218.numero 7.cum ſequentibus, & conſil.287.numero 1.& 7.& conſilio 291.numero 5.& 7.& conſilio 377.numero 1.cum ſequentibus, & 636.numer.5.& ſequentibus*, Ruin.*conſil.153.per tot.& conſil.156.lib.2.per tot* Pariſi.*conſilio 86.& 89.num.10.cum ſequentibus*, Socin.iun.*conſ.4.lib.3.per totum, & conſil.29.per tot.lib.*4. Crauet.*conſil.98.per tot.* Porti. Imol.*conſil.137.per tot.* Simon de Præt. *de interpret.vltimarum voluntat.libro 3.fol.93.& numero 71.& fol.95.numer.12.* Idem *conſil.167.numero 30.cum ſequentibus*, Gabriel.*conſil.*111. Menoch. *conſilio 85.numero 46.conſil.97.numero 9.conſilio 327.numero 12.& 79.* Bertazzol.*conſil.*62. Roland. à Valle *conſilio 56.numero 24.lib.*3. Nati.*conſil.678.numero 29.* Tiber.Decian.*conſil.4.numer.34.lib.*2. 11

Concludendum igitur eſt, quoad teſtamentum aui Philippum fuiſſe vocatum & admiſſum, & in eius perſona finitum fideicommiſſum, ideóque dictas dominas tanquam ipſius hæredes omnia ea bona fideicommiſſo ſubiecta habituras, nullámque legitimam dict. Laurentium in dictis bonis habiturum, ideóque ea eſſe imprimis ex bonis auferenda, vt conſideretur ſi prouiſio et ſit adiudicanda.

Quantum ad teſtamentum Ludouicæ prætendit dictus Laurentius ſe vocatum. Primò, inquit, quia nominando primogenitum cenſetur eum prædilexiſſe & vocaſſe, vt per Crauet.*conſilio* 62. ad id reſpondetur 12
non feciſſe ſubſtitutionem Spiritui ſub conditione & nominatione primogeniti, ideóque nec in illa conditione, de qua doctores loquuntur, cùm aiunt, an filij poſiti in conditione cenſeantur vocati, primogeniti facta eſt mentio. Sed ſolùm Spiritus eſt inſtitutus ſub duplici conditione, ſcilicet ſi decedat ſine liberis, & in hac primogenitus vocetur nomine Aſtoaudus Aſtoaudi. Secundò reſpõdetur, etſi poſitus fuiſſet in conditione ſubſtitutionis factæ hæredi, tamen conditio primogeniti non inducit fideicommiſſum, nec inter coniecturas ea recenſetur, nec Crauet.*dict.conſilio* 62. ea de re verbum vllum. Tertiò dato hoc verum eſſe citra præiudicium veritatis, Philippus & non Laurentius vocatus fuiſſet, ex rationibus ſuprà deductis circa teſtamentum aui, & in perſona d.Philippi finitum fuiſſet fideicommiſſum, propter prohibitionem extenſionis paſſiuæ.

Secundò ait, vocatur Laurentius, quia iniunctum eſt onus primogenito, vt deferret nomen & arma teſtatoris. Reſpon. primò, nullum onus primogenito fuiſſe adiectum, ſed tantùm Spiritui vt ipſe deferret cognomen & arma teſtatoris, & vt ipſe primogenitus vocetur Aſtoaudus Aſtoaudi. Secundò, reſpon. onus ferendi nomen & arma non inducere fideicommiſſum. Tertiò ſemper in idem recidimus, Philippum fuiſſe primogenitum, & in eius perſona finitum fideicommiſſum.

Tertiò ait, filios in conditione poſitos cenſeri vocatos ex coniecturis. Quam re, non opus fuit tam numeroſa DD. allegatione: illud enim eſt notorium, dúmodo non leues, nec paucæ coniecturæ ſint, ideóque nec ſola maſculinitatis, nec ſola ad plures gradus progreſſio, ſeu ſubſtitutio ſufficit. Qua de re videndi ſunt Mantic.*de coniectur.vltim.volunt.lib.11.tit.3.* Menochi. 13

præſ.lib.4.præſum.76.per.tot. & Ioſeph.Ruſtic. *in tract. an & quand libe.in condi.* at verò in noſtro caſu, ſi bene verba ponderentur, nullæ adſunt coniecturæ: non maſculinitatis, quia ſimpliciter ſubſtitutio concepta eſt, ſi Spiritus ſine liberis deceſſerit: nec imaginari debemus de maſculis intellexiſſe, tum quòd non prouidit filiabus Spiritus, vt debuit, Crauet. *dict. conſil.62.* vt mentem interpretemur de maſculis: tum quòd duo ſpecialia, & duas præſumptiones ſimul admitteremus; quod prohibitum eſt ad notat. in *l.1.C. de dot.promiſſi.* nempe vt intellexerit de maſculis, de quibus non eſt expreſſè loquutus, & vt cenſeantur vocati, vt in propriis terminis docet Ruſtic. *lib.2.c.3.numer.14.* poſt Socin. in *conſ.164.numer.7.& 8.lib.2.* & Albam *conſilio 26. numero 3.*

Non eſt progreſſus ad plures gradus, ſed ſolùm vnicum fecit, ſi enim Spiritus ſine liberis decederet, ſubſtituit Ioannam in certis bonis, & Leonam in reliquæ parte filias teſtatricis, & ſi ipſæ ſine liberis decederent, nullum ſubſtituit. Subſtituit quidem quoſdam alios in caſum, in quem dictæ filiæ & ſui recuſarent deferre nomen & arma. Sed hæc eſt pœna non delationis nominis & armorum: non autem quod ſi ſine liberis decedant, aliqui ſint ſubſtituti: modò enim dictæ filiæ, & ſui, quicumque tandem illi ſint, ſiue deſcendentes, ſiue alij, deferant nomen & arma, illi de Simiana vocati ſunt excluſi.

Cùm verò contendit primogenituram hîc conſti-
14 tutam fuiſſe, hoc expreſſè negatur, & ne quidem verbum de iis quæ requiruntur ad primogenituram conſtituendam, maximè vt maioratus appelletur, vtque deſcendentes ex inſtituto nominatim vocentur, & quod vna tantùm perſona ſuccedat, vt per Molin. *lib. 1.de Hiſp.primog.c.5.nu.1.* Gomeſ. ad *l.40. Tauri num.59.* Hugo Celſus *conſ.20.num.3 verſ.quod autem.* Menoch. *conſ.957.* at verò hic neque dixit ſe maioratum conſtituere velle, neque deſcendentes Spiritus expreſſè vocauit, vt debet, quin nec tacitè, quod magis eſt, de vnica etiam perſona, quod neceſſarium omninò eſt ex Menoch. *dict. conſil.957.* ne verbum quidem: quinimo ex tenore fideicommiſſi omnes filij Spiritus ſuccederent, ſi vocati eſſent.

At, inquit, ex maſculinitate & voluit maioratum inducere, & primogenitum præferre. Primò in gradibus ſubſtitutionum ne verbum quidem maſculorum, & hoc ſolùm ſufficeret. Sed etſi maſculi fuiſſent in conditione, non propterea cenſerentur vocati, non concurrentibus aliis coniecturis, ex Mantic. Menochi. & alijs ſuprà allegatis. Et prætereà etſi tacitè fingeremus primogenitum vocatum, cùm deſcendentes non ſint vocati, iam diximus paſſiuam extenſionem prohibitam fuiſſe, & propterea in Philippo primogenito finitum fideicommiſſum. Sed in hoc non eſt inſiſtendum; nititur enim ratio maſculinitatis fundamento non vero.

Poſtremò conatur probare vel primogenituram, vel fideicommiſſum ex armorum & inſignium delatione, maximè cùm ex his inducatur familiæ conſeruatio per text in *l.lex quæ tutores C.de adminiſt.tutor.* & DD. in *l. quintus §.cum autem ff.de annu.legat.cum ſimil.* ad id reſpondetur primò liberis Spiritus nullum onus iniunctum fuiſſe, ſed ſimpliciter in conditione poſitos abſque vlla qualitate, ſed ſolùm Spiritui inſtituto, & ſubſtitutis in caſum in quem Spiritus moreretur ſine liberis: at verò certum eſt onus iniunctum primo hæredi,
15 non cenſeri repetitum à primo hærede in alios, Corne. *conſ.186.n.5.lib.3.* Alex. *conſ.13.n.11.& 12.lib.6.& conſ.101.num.15.lib.7.* Iaſ. in *l.ſi quis hæredem num.11.de inſtit. & ſubſti.* Nec imaginari debemus aliquam conſeruationem familiæ ex inſignium delatione ſubſtitutis iniuncta: nam etſi non per coniecturas & præſumptiones procederemus, ſed in claris terminis eſſemus, quibus nominatim teſtator de maſculis loquutus fuiſſet, & ſe bona in familia & agnatione conſeruare voluiſſe, non ſequeretur tamen inter filios Spiritus fideicommiſſum inductum fuiſſe, Abb. *conſ.40.lib.1.* Alex. *conſil. 139.nu.13.lib.6.* Ruin. *conſ.153.n.5.lib.3* Deci. *conſ.63.col.2.* 16
Pariſi. *conſ.31.nu.25.lib.2.* Zauch. *in l.hæredes mei §.cum ita n.56.ad Trebell.* & omnium primus Oldrad. *conſ.21.* non enim ſecundum prædictos vocatio maſculorum, & conſeruatio bonorum in agnatione & familia operatur, vt onus fideicommiſſi extendatur de perſona ad perſonam, cùm intelligatur teſtatorem voluiſſe conſeruare agnationem eo modo & quatenus diſpoſuit, Soc.iun. *conſ.4.n.21.lib.3.* Marcabrun. *conſ.61.n.136.* Pancirol. *conſ.93.n.22.* Menoch. *conſ.317 num.119* ideóque voluiſſe conſeruare in filiabus teſtatricis ſubſtitutis, eo modo quem dixit, nempe, ſi Spiritus ſine liberis decederet: ſed ea conditione deficiente, vt defecit, cætera ceſſarent ex dictis DD. & ex illis quos ſuprà allegauimus, cùm de paſſiua extenſione loqueremur: quod ſi hæc in claris procedunt, ſcilicet quando teſtator nominatim agnationis & familiæ voluit habere rationẽ, quanto magis vbi eam imaginari volumus ex armorum delatione? Prætereà hîc duæ concurrunt præſumptiones, nempe quòd filij Spiritus fuiſſent vocati, & quòd primogenitus inter ipſos, quod prohibitum eſſe docuimus ex notat in *dict.l.1.C.de dot.promiſſ.*

Nec obſtat Anchatan. *conſ.13.n.3.& 4.* Io. de Anani. 17
conſil.86.num.3. vbi B. logni. qui de inſignibus quidem loquuntur, quæ in ſepulturis ſolent apponi, ſed quod ex huiuſmodi inſignibus inducatur fideicommiſſum nulli ſunt. Sed Roman. *ſingu.474.* omninò contrarius, qui nec de armis quidem loquitur. Scimus quidem vbi DD. tractant, an ex onere inſignium poſiti in conditione cenſeantur vocati, ſed non loquuntur in noſtris terminis, ſed tantùm vbi facta eſt expreſſa maſculorum mentio, & ij ſunt de familia, agnatione, & deſcendentes teſtatoris, & ſi non extent, alij qui non ſunt de familia, ſunt vocati cum onere inſignium; tunc enim ſatis validam coniecturam arguunt. Sed hîc neq; maſculi ſunt in conditione poſiti, neque ij ſunt de familia & agnatione, etſi de ſanguine teſtatricis.

Cùm verò poſtea concludit ex eo quod voluit deferri arma, cenſeri vocatum primogenitum, hoc iure non ſubſiſtit. Guid. enim Papæ *dec.467.* loquitur, cùm nominatim proprium filium inſtituit, cum onere deferendi arma, & is poſtea duos ſuſcepiſſet, cẽſetur primogenitus inſtitutus. quia cum de vnico intellexerit, primogenitum cenſetur inſtituiſſe.

Sed hoc nihil ad rem noſtram, cùm neque filiis Spiritus vllum ſit onus adiectum, & agimus de fideicommiſſo inducendo, & non de ſubſtitutione ex incertis facta, certa facienda.

Quoad Molin. *lib.1.c.5.nu.34.* præſupponit ſucceſſores in infinitum vocatos, idque expreſſè, vt ex antecedentibus & ſequentibus patet: & deinde quærit; an maioratus cenſeatur inſtitutus ex onere delationis inſignium. Sed apud nos fundamentum deficit: negamus enim ſucceſſores in infinitum vocatos, imò mortuo Spiritu cum liberis fideicommiſſum omnino extinctum fuit: imò ipſimet filij Spiritus non ſunt vocati, vt ex ſuprà deductis patet. Inutiliter igitur quæritur, an primogenitus cenſeatur vocatus.

Sed citra præiudicium veri dicamus primogenitum vocatum, ſemper eadem cantilena eſſet cantanda,

Phi-

Philippum, non Laurentium, vocatum eſſe, & in Philippo finitum fideicommiſſum.

Repetitur poſtea neſcio quid de hæreditate adita, quod ex ſuperioribus eliditur, neque enim hîc de ea, ſed de fideicommiſſo conditionali, ad quod nunquam vocatus fuit Laurentius, & ſi vocatus fuiſſet, nunquam agnitum eſt per ipſum.

Cùm itaque ex propria perſona Laurentius venire non poſſit, non eſt dubium teſtamentum Spiritus ei omnino nocere, illiúſque eſſe habendam rationem.

Ex quibus omnibus patet, nullum fideicommiſſi ius, Laurentium prætendere poſſe, tam ex teſtamento aui, quàm auiæ, ſed dictas dominas ex perſona Philippi detrahere debere bona aui fideicommiſſo ſubiecta, & ſi quod eſſet fideicommiſſum in teſtamento aui, quod non eſt, etiam ea dedocere ex perſona dicti Philippi debere: ex bonis verò teſtatoribus debita Spiritus, funeris impenſam deducendam, quod ſi fiat, & quanta ſit legitima Laurentij conſideretur, tantum abeſt vt aliqua prouiſionalis ei adiudicari poſſit, vt lógè minorem ſummam, quàm ex teſtamento Spiritus habeat, ſit habiturus: quod eo magis ſtatuendum eſt, quod nunquam in prouiſionalibus fructus omnes eorum quæ debebuntur, adiudicantur, ne prouiſionalis æqualis ſit ei quod deberi pronuntiabitur: non omittendo quod à principio dictum eſt donationis finiendam prius eſſe litem. Per ſententiam per Dom. Billotum commiſſarium ad hanc cauſam deputatum ex vi noſtri conſilij per aduocatum dicti Domini Sagneri producti, fuit dictus Laurentius à dicta prouiſionali repulſus, & dictæ dominæ abſolutæ.

ARGVMENTVM.

Suorum appellatione in fideicommiſſis & donationibus qui veniant.

SVMMARIVM.

Appellatione ſuorum filij & deſcendentes ac collaterales continentur.

2 *Nomine proprio vocati præferuntur nomine appellatiuo, etſi eadem oratione vocati.*

3 *Subſtituti nomine collectiuo plurium perſonarum & graduum, quando verſamur in iis inter quos cadit ordo affectionis & ſucceſſionis, cenſentur vocati per fideicommiſſariam, quod primo vocatos poſt nomine proprio vocatum.*

4 *Donans, an poſſit reuocare ſubſtitutionem in donatione factam remiſſiuè.*

5 *Et quando reuocare poteſt, ea in ſpecie & expreſsè faciendo mentionem de rebus donatis, debet fieri.*

CONSILIVM CXXII.

NOBILIS quondam Claudius de ſancta Maria in contractu matrimonij initi inter N. Dominum Antonium Robinum & Catharinam dicti Claudij filiam poſt conſtitutione dotis, pactum reuerſionis, & ſubſtitutionis interuenit, his verbis: *C'eſt que venant le cas que Dieu ne vueille, que ladite damoiſelle Catherine vinſt a deceder ſans auoir de ſon corps enfans naturels & legitimes, que la moitie du bien donné par ledit N Claude de ſaincte Marie à icelle damoiſelle Catherine ſa fille au contract ſuſdict de mariage dudit feu . . Jaques du Puy, retournera aux dits Noble Claude de ſaincte Marie, & Bitrone Alemande ſes pere & mere, & és leurs, & icelle donation, ledit cas aduenant, & non autrement, ſera nulle, & comme non faite, pour regard de la moitié d'icelle moitié deſdits biens donnés audict mariage tant ſeulement: & de l'autre moitié icelle Catherine en pourra faire & diſpoſer à ſa volonté.* Dictus Claudius duobus annis vel circa poſtea deceſſit, teſtamento prius condito, quo inſtituit dictam Catharinam hæredem, eique ſubſtituit Bitronam dictæ Catharinæ matrem, teſtatoriſque vxorem: deceſſit poſtea Catharina nullis relictis liberis, ſuperſtite Bitrona matre, nec non conſobrinis filiis duarũ ſororum d. Claudij, & ſic eius nepotibus. Bitrona ex vi ſubſtitutionis appoſitæ ſiue in teſtamento, ſiue in contractu, bona per dict. Catharinam poſſeſſa conſequuta fuit, tandémque deceſſit ſuperſtitibus dictis conſobrinis, eidémque Claudij nepotibus ex ſorore. Ex his quatuor manant dubia: vnum, an dicti nepotes appellatione *des leurs*, hoc eſt, ſuorum cõprehendantur, alterum, an ſimul cum Bitrona ad bona ex contractu matrimonij ſubſtitutioni ſubiecta admitti debuiſſent: tertium, an ſemel admiſſa Bitrona, ea cenſeatur grauata illis reſtituere: quartum an Claudius inſtituendo Catharinam cenſeatur receſſiſſe à ſubſtitutione in contrarium appoſita.

Ad primum receptiſſima eſt doctorum ſententia, non ſolum filios & deſcendentes, ſed collaterales ſeruata gradus prærogatiua, ita vt proximiores cenſeantur vocati, comprehendi, Caſtreuſ. *conſ.* 374. *nu.* 8. *vol.* 1. Alex *conſ.* 26. *nu.* 5. *lib.* 3. Imol. *conſ.* 21. *lib.* 4. Iaſ. in *l. Gallus* §. *etiam ſi a parente n.* 10. *de liber. & poſth.* Rob. Alexandr. *conſ.* 141. *n.* 4. Craue. *conſ.* 22. *in prin.* Sim. de Prat. *lib.* 3. *interpret.* 2. *dub.* 1. *fol.* 5. *n.* 4. *fol.* 238. Peregrin. *de fideic. artic.* 22. *n.* 38. Et quamuis aliqui DD. Gallici & nonnulli alij velint reſtringere huiuſmodi dictionem ad deſcendentes, contraria tamen opinio verior eſt & communis, & quam in hac patria ſequimur, & ita generaliter intelligendam eſſe dictionem *ſuorum*, docet Bertrand. *conſil.* 180. *n.* 1. *lib.* 1. *prio.* & *conſ.* 145. *n.* 4. *lib.* 2. *prio* & *conſ.* 174. *n.* 11. *lib.* 3. *prio.* & *conſ.* 148. *num.* 4. *lib.* 3. *poſter.* ex quo ſequitur dictos nepotes comprehendi appellatione ſuorũ. 1

Ad ſecundum, etſi de eo nunc non tractetur, d. enim nepotes permiſerunt d. Bitronam ſolam ſuccedere, tamen reſpondendum puto contra d. nepotes, cùm dicta Bitrona nomine proprio ſimul cum Claudia, & nominatim ſit vocata: ſui verò nomine appellatiuo per text. in *l. cum ita, alias incip. omnia § in fideicommiſſo ff. de lega.* 2. Deci. *conſ.* 480. Rum. *conſ.* 13. *lib.* 3. Pariſ. *conſ.* 18. *lib.* 2. & in eodem facto conſulentes apud Rub. Alex. Iaſ. Cror. Rub. & Reyn. vt in *conſ.* 37. 38. 39. & 40. Didac. *practi. q. c.* 38. *verſ. ſexto conſtat.* & ſatis mens contrahentis apparet ex verbis, voluiſſe ſcilicet vxorem ſuam ſuis præferre. 2

Ad tertium id inueſtigandum eſt, an d. nepotes per vulgarem, an per fideicommiſſariam ſint vocati: per vulgarem, vt nepotes ſcilicet cenſeantur vocati non exiſtente Bitrona in rerũ natura, quo tẽpore ſubſtitutionis cõditio eueniet: per fideicõmiſſariam verò, vt quãuis Bitrona ſit admiſſa, cenſeatur tamen grauata ſuis reſtituere, quæ eſt quæſtio grauiſſima & à noſtris DD. maximè agitata. Tamen ea eſt nunc veriſſima & magis communi DD. calculo recepta ſententia, ſi agatur 3

de iis inter quos cadit ordo affectionis & ſucceſſionis, per nomen collectiuum plurium graduum & perſonarum, eos cenſeri vocatos non ſolùm per vulgarem, ſed & per fideicommiſſariam, Caſtren. in *l. Gallus §. quidam rectè ff. de liber. & poſthum. & in l. cum ita §. in fideicommiſſo ff. de lega. 2.* Socin. in *d. §. quidam rectè n. 4.* Rub. Alexand. *ibid. verſ. tertia concluſio*, Deci. *conſ. 205. numer. 5. & 6. & conſ. 228.* vbi teſtator vſus eſt dictione *ſuorum*, Menoch. 85. *num. 21. & conſ. 328. numer. 40. vſque ad finem*, & fuſiſſimè multos referens Tib. Decian. *conſil. 1. n. 245 cum ſeqq. vol. 1.* quæ quidem ſententia procedit, cùm ſub conditione, ſi ſine liberis aliqui ſunt vocati, vt ex eod. Decian. *ibid. nu. 250.* quemadmodum in noſtro caſu, ſi Catharina ſine liberis decederet. vocantur ſui d. Claudij: dictionem autem *ſuorum*, eſſe collectiuam plurium graduum & perſonarum ex ſuperioribus patet, cùm comprehendat non ſolùm deſcendentes, ſed etiam collaterales.

Ad quartum & poſtremum non tam quærendum
4 eſt, an potuerit reuocare ſubſtitutionem appoſitam in fauorem ſuorum, de qua ſi ageretur, ſcio quid reſpondendum eſſet ex Bartol. in *l. Roma §. Flauius*, & ibi Alex. Cuman. Imol. & Iaſ. *ff. de verb. obligat.* Ruin. *conſ. 7. lib. 1.* & Socin. *conſ. 25. nu. 14. lib. 1.* & Bald. *in l. cum à ſocero n. 7. C. de iu. dot.* quàm, an receſſerit à dicta ſubſtitutione, eamque reuocauerit. Et certè reſpondendum eſt, 5
non receſſiſſe; quo enim caſu permiſſa eſt reuocatio, neceſſum eſt, vt in ſpecie fiat, & ſpecialiter de rebus donatis, non generaliter hæredes inſtituendo, Iaſ. in *l. 3. n. 3. circa med. C. de leg.* Lup. *in rub. de donatio. inter vir. & uxor. §. 69. n. 10.* Menoch. *de præſ. lib. 3. præſ. 23. n. 14.* quod confirmatur ex Authen. *nunc autem cum ibi nota. Cod. de ſecund. nupt.* quod maximè hoc caſu ſtatuendum eſt, quo in ipſa merotatione d. Bitrona nominatim prælatae ar ſuis. Ex quibus exiſtimo dict. nepotes ad dimidiam partem bonorum donatorum vocatos eſſe. Pactum enim huiuſmodi adiectum donationi valet per *l. quoties. cum ibi nota. C. de donatio.* Tota difficultas erit, quod ſui Bitronæ prætendent ſe concurrere debere cum duobus nepotibus, cùm in d. donatione ſui tam Claudij, quàm Bitronæ generaliter & indiſtinctè vocentur, quod & verum puto.

ARGVMENTVM.

De eadem re.

SVMMARIVM.

1 *In ſubſtitutionibus & fideicommiſſis ſuorum appellatione deſcendẽtes, nec nõ collaterales, ſeruata gradus prærogatiua continentur, etiam in donatione alicui & ſuis facta*, nu. 5.
2 *Quæ interpretatio ſit & eſt in obſeruantia in Comitatu Venaiſſino.*
3 *Subſtitutiones in contractibus fieri poſſunt.*
4 *Reſp. Decio* conſ. 216. *circa interpretationem dictionis* ſuorum.
6 *Reſp. Bertrand.* conſ. 59. lib. 7.

CONSILIVM CXXIII.

VERA ſunt quæ aliàs ſcripſi in fauorem L. & I. Queirets filiorum Agnetis de ſancta Maria, ſorores Claudij patris Catharinæ de ſancta Maria, & matris Bitronæ Alemandæ, quartam ſcilicet partem bonorum dicti Claudij ex vi pacti fideicommiſſum in ſe continentis appoſiti in contractu matrimonij inter dict. Catharinam & N. Antonium de Robins initi, quo cauetur. quod ſi d. Catharina decederet ſine liberis, media pars bonorum per dict. Claudium datorum redeat ad d. Claudium & Bitronam patrem & matrem
1 & ſuos Certa enim eſt iuris doctrina, in ſubſtitutionib. & fideicommiſſis, ſuorum appellatione, deſcendentes, nec non & collaterales, ſeruata gradus prærogatiua contineri, Alex. *conſ. 26. nu. 5. lib. 5.* Crauet. *conſ. 22.* Peregrin. *de fideic. artic. 22. numer. 38.* & alij in prioribus ſcriptis allegati. Hancque opinionem & interpretationem
2 nos in hac patria ſequi docet Bertrand. *conſ. 180. num. 1. lib. 1. prio. & conſ. 145. num. 4. lib. 2 prio. & conſ. 174. num. 1. lib. 3 prio. & conſ. 158. num. 4. lib. 3. poſter.* Pactum autem de quo agitur, ſubſtitutionem in ſe continere notoriũ
3 eſt, nempe vt dicta Catharina ſine liberis decedente, hæredes vel maritus ipſius teneantur reſtituere d. dimidiam partem bonorum donatorum dictis Claudio & Bitronæ, & ſuis, & huiuſmodi ſubſtitutiones in contractibus fieri poſſe, eſt etiam explorati iuris, *l. quoties, l. ſi in rerum Cod. de donati quæ ſub modo. & l. qui Roma §. Flauius ff. de verb oblig.* Deci. *cõſ. 31. n. 62. lib 1.* Olaſc. *dec. 85. n. 6.* Stott. Odd. *conſ. 39. n. 13.* Pereg. *de fideic. art. 11. n. 2.*

Quibus etiam locis docetur pacta huiuſmodi ſubſtitutionem in ſe continere, & vim illius omnino in ſe habere: nec repugnant quæ in contrarium proponuntur ex Deci. *conſ. 216. num. 5.* cum aliis per Apoſtillat. in *verb. ſuorum* allegatis. Doctores enim ibi loquuntur in 4
terminis longè diuerſis, nempe cùm alicui quid ſimpliciter donatur, qui tamen donationem ſtipulatus fuit, & recepit nomine ſuo & ſuorum, & vt Decius inquit, vt verbis ipſius vtar, donatio in ſuo caſu fuit facta ipſi Colino duntaxat, qui illam ſtipulatus fuit nomine ſuo, & ſuorum. In illis verò terminis, cùm quæritur, ſi quid alicui ſimpliciter, vel ſolum pro ſe & ſuis ſtipulanti, donatum ſit, qui veniant appellatione ſuorum, fatemur hæredes intelligi etiam extraneos, ſed aliud eſt cùm quid datur alicui & ſuis, vel cum ex pa- 5
cto quid debet redire ad aliquem & ſuos, tunc ſuorum appellatione liberi, deſcendentes, & illis deficientibus alij, qui ei tempore mortis erunt in gradu proximiores, Celſ. Hugo *conſilio 55. numero 4. & conſilio 56. numero 6.* Deci. *conſil. 253. per tot.* Crauet. *conſil. 22. numero 1.* Caneet. *variar. reſolut. lib. 1. c. 8. nu. 68. & lib. 3. c. 7. num. 371.*

Ex quibus patet magnum eſſe diſcrimen, an pacto cautum ſit, vt media pars redeat ad patrem pro ſe & ſuis ſtipulantem, an verò redeat ad patrem & ſuos, vt primo caſu, ſuorum appellatione hæredes tantum cõtineantur, etiam extranei. Secundo verò caſu, non hæredes, ſed proximiores in gradu vocentur.

Non obſtat Bertrand. *conſil. 59. libro ſeptimo*, neque enim ibi quæritur, an ad proximiores, vel hæredes tantùm ſpectet. Sed, an quia pater dotem conſtituens & ſibi aut ſuis ſtipulans, mortuus fuiſſet ante filiam, dos conſolidata eſſet in perſona filiæ, ita vt ſui ex vi dictæ ſtipulationis nihil conſequi poſſent, & contendit non eſſe conſolidatam, & ad nepotem patris dictæ filiæ, qui & hæres erat, ius eam petendi pertinere, ſe fundárque, quia dictum erat in caſu fiendæ reſtitutionis, ſibi aut ſuis quibus ius dediſſet, eam reſtitui de-

bere

bere,quæ verba *quibus ius dederit*,ipſe Bertrand.interpretatur, ſcilic. quibus ipſe Barthulo. dederit,quia ſiue teſtatus,ſiue inteſtatus deceſſerit ipſe, cenſetur ius dediſſe ſuo hæredi *l.conficiuntur in princ.ff de iur. codicill. l.2.C. de bon.mater.* quęverba *quibus ius dederit*,cùm in noſtro caſu deſint, non poteſt illi deciſio Bertrandi accommodari,nec in ea facit quidquam ad rem noſtram:tota enim vis conſiſtit in illis verbis *quibus ius dederit*, hoceſt, ex Bertrando,quibus pater ſtipulans dederit:& dare cenſetur hæredi vel ex teſtamento,vel ab inteſtato.

Non obſtat quod dict Claudius in ſuo teſtamento inſtituerit Bitronam, & ex eo demonſtrauerit voluntatem ſuam, quia imò retorquetur illud contra eos. Cùm enim d.Bitronam vocaſſet ſimul ſecum in dicta medietate bonorum datorum,voluit & eam inſtituere in omnibus bonis, nec ex eo quod nullum ei dedit ſubſtitutum in teſtamento, ſequitur nullum voluiſſe date in dicto pacto dotali: imò cùm dediſſet ſubſtitutum in pacto dotali, noluit dare in inſtitutione de ipſo facta,quo magis amorem erga ipſum declararet:& cùm pactum hoc, & inſtitutio, omnino ſeparata ſint, & diuerſis temporibus facta, diuerſamque conſtitutionem in ſe habeant, non poteſt argui de vno ad aliud, nec vnum per aliud declarari, maximè cùm ſimus in claris,in quibus non eſt opus coniecturis.

Poſtremò non obſtat, quod dicitur Claudium voluiſſe, vt dicta medietas perueneriit ad hæredes Bitronæ,qui erant ſibi omnino extranei:id enim eſt, de quo quæritur, an de hæredibus intellexerit, quod negamus,ſed de propinquis ſolum verba intelligenda eſſe aſſerimus. Et quamuis propinqui Bitronæ ſint extranei quoad Claudium, in hoc tamen voluit gratificari vxori, vt propinquos, tam ipſius Claudij, quàm Bitronæ vocare voluerit, vt ſicut Bitronam ſibi æqualem ex voluntate reddidit, ita & in propinquis vtriuſque facere voluerit:Ex quibus concluditur ſecundùm noſtra priora ſcripta iudicandum eſſe, non obſtantibus in contrarium poſtea adductis.

ARGUMENTUM.

AN in ſubſtitutione & fideicommiſſo ac primogenitura maſculina perpetua, nepos patruo,an verò patruus nepoti præferendus ſit.

Poſito quòd patruus præferatur,an is poſſit ſe iuuare dicta primogenitura,tam excipiendo quoad bona per ipſum poſſeſſa,quàm reconueniendo quoad bona per nepotem poſſeſſa,non obſtante tranſactione,& aditione hæreditatis ſimpliciter facta.

Caſu quo tranſactio ei non noceat,& remedium dari poſſit, ne noceat, an præſcriptio ſiue reconueniat,ſiue excipiat,ei noceat.

Poſito quòd nepos præferri debuerit patruo, an quoad bona per patruum poſſeſſa primogenituræ ſubiecta,patruus dicta tranſactione,vel præſcriptione ſe tueri poſſit.

An dictus patruus vel nepos poſſint de dictis bonis fideicommiſſo ſubiectis diſponere attenta conſtitutione Regia.

An aduerſus petitionem legitimæ, & redditionis rationum tutelæ aliqua detur exceptio dicto patruo.

Qua etiam ratione ſe tueri poſſit contra alios ſupplementum legitimæ prætendentes.

SUMMARIUM.

1 *Quæſtio de prælatione patrui vel nepotis,in primogenituris eſt controuerſiſſima, & aliàs duello commiſſa,& pro nepote iudicatum Auenioni per Robertum Regem Siciliæ aſſiſtentibus ſibi Cardinalibus.*

2 *Et ita ſeruatur in regnis Franciæ,Angliæ,Hiſpaniæ, & olim apud Lacedæmonios,& Capellam Tholoſanam.*

3 *In huiuſmodi quæſtione ſequenda eſt conſuetudo Regni quod procedere tantum in Prouincijs,quæ conſuetudine reguntur,docetur n.15.*

4 *Et recurrendum eſt ad tenorem inueſtituræ,vel teſtamenti,& illius forma ſequenda & n.13.*

5 *Quando teſtator vocauit maiorem & eius liberos, nepos præfertur patruo.*

6 *Patruus ætate maior nepote,et præferendus eſt.*

7 *Ius repræſentationis hanc tantum vim habet, vt remotior cum proximiori concurrat, non vt proximiorem excludat.*

8 *Repræſentationi non eſt locus quando iure proximitatis defertur hæreditas.*

9 *Et ita ſeruatum fuit apud Longobardos, Vandalos, Arabes, Gallos, & apud Normanos patruus præfertur ex antiqua conſuetudine.*

Et ita in Regno Siciliæ per Bonifacium VIII. & Cardinales iudicatum fuit.

10 *In primogenitura,conſuetudine vel ſtatuto inducta nepos præfertur,ſecus in teſtamentaria.*

11 *Idque eſt indubitatum ſi primogenitura à collaterali inſtituta ſit.*

12 *Vna pars teſtamenti declaratur per aliam.*

14 *Conſuetudinis difformis non eſt habenda ratio, ſed ſequenda iuris communis diſpoſitio.*

16 *A quo tempore Comitatus Prouinciæ Regnum Franciæ recognouerit.*

17 *Nominatus generaliter quando præferatur cæteris.*

18 *Quando quis dicatur vocatus nomine proprio vel appellatiuo.*

19 *Collatum primo cenſetur ablatum à ſecundo irreuocabiliter,ſi ſuperuixerit,ſecus ſi prædeceſſit.*

20 *Filius dicitur ſubrogatus in locum patris, quando ius eſt ſemel radicatum in eius perſona.*

21 *Sicut & dicitur eadem perſona cum patre.*

22 *Debitum patri ex lege vel conuentione quando tranſeat ad filios,ſi pater decedat ante tale lucrum quæſitum.*

23 *Quando hæres grauatus poſſit declarare mentem teſtatoris in reſtitutione fideicommiſſi.*

24 *Non fit tranſitus de vna linea ad aliam quando primogenitura ingreſſa eſt lineam.*

25 *Declaratio per hæredem facta,tenet irreuocabiliter, ſi habuit facultatem eligendi,aliàs ſecus.*

26 *Filius ſuccedens patri,non vt hæres, ſed vt filius non tenetur approbare eius factum, licet inuentarium non confecerit.*

27 *Temporalia ad agendum, ſunt perpetua ad excipiendum.*
28 *In Gallia 30. annis præſcribitur omnis actio.*
29 *Ignorantia probatur iuramento.*
30 *Ex capite ignorantiæ datur reſtitutio aduerſus præſcriptionem, nedum 30. ſed etiam 40. annorum.*
31 *Gradus ſubſtitutionis in Gallia habita ſolum ratione perſonarum computantur, præterquam in Senatu Tholoſano, vbi per generationes.*
32 *Petitio legitimæ, & redditionis rationum tutelæ 30. annis præſcribitur.*
33 *Non conficiens inuentarium repellitur à ſupplemento legitimæ.*

CONSILIVM CXXIV.

ANNO Domini 1483. & 22. Iulij Reuerend. Gaucherius de Folcalquier Epiſcopus dum viueret Vapicēſis, in ſuo vltimo teſtamento, nobili Gaucherio de Brancas filio Bartholomęi eius conſobrino bona quæ habebat & poſſidebat in locis Robionis, de Taliatis, de Laqueis, de Bonillis, & Ciuitatibus Caualionis, & Inſulæ, legauit, eidémque alterum Gaucheriū eius filium, dicti teſtatoris filiolum quandocumque moreretur, ſubſtituit, & poſt eum filios ſuos legitimos & naturales excluſis fæminis, quod ſi contingeret dictum Gaucherium filiolū ante patrem decedere, ſubſtituit eidem Gaucherio patri filio ſecundo vel tertio genitum, ſi habeat, & deinde filios maſculos deſcendentes legitimos & naturales à ſuo corpore procreatos, & ita ſæpe contingendo, ſubſtituit ſemper & continuo primogenitum maſcolum procreatum ab eo, ſeu filiis ſuis, ſi autem contingeret dictum Gaucherium patrem vel ſuos filios nepotes & pronepotes vſque in infinitum mori ſine hæredibus ex ſuo corpore procreatis, iiſque maſculis, ſubſtituit in dictis bonis hæredem ſuum vniuerſalem poſtea ſcriptum, & omnes deſcendentes ab eo ſuo gradu, &c. ſine detractione aut diminutione quacumque Falcidiæ aut Trebellianicæ.

In eodem teſtamento, hæredem inſtituit N. Georgium de Caſtellana eius ex ſorore nepotem, & poſt ipſius mortem filium, filios, nepotes & pronepotes, à linea maſculina naturales & legitimos ex ſuo corpore & filiorum ſuorum deſcendentes & procreatos vſque in infinitum, cum onere deferendi cognomen & arma teſtatoria, & ſi contingeret d. Georgium de Caſtellana quandocumque mori ſine liberis maſculis naturalibus & legitimis, ex ſuo corpore procreatis aut poſt eū filios ſuos nepotes & pronepotes vſque in infinitum quandocuoque mori ſine filiis maſculis naturalibus & legitimis &c. eidem Georgio, eiúſque filiis, nepotibus, pronepotibus, vſque in infinitum, ſubſtituit d. Gaucheriū conſanguineum ſuum, & poſt eum eius filios, nepotes, & pronepotes, maſculos & deſcendentes recta linea vſque in infinitum, ſine etiam detractione Falcidiæ, declarando quod in quocumque caſu ſubſtitutionis, ſiue hæreditatis, ſiue legati, primogenitus ſolus ſuccedat, cæteris fratribus excluſis, gradualem & perpetuā primogenituram maſculinam ordinando, omnemq́; diſpoſitionem, tam teſtamentariā quàm inter viuos in contrarium prohibendo, & in defectum d. Georgij de Caſtellana & Gaucherij de Brancas, & ipſorum deſcēdentium maſculorum, ſubſtituit Ruſerum de Brancas & eius deſcendentes maſculos, &c. & in defectū omnium ſubſtituit Vniuerſitatem Eccleſiæ Vapicenſis & Capellam Beatæ Mariæ Magdalenæ, quam dictus teſtator fundauerat, æquis partibus & portionibus.

Dictus Gaucherius de Brancas ſuperuixit teſtatori, dictoq́ue legato fruitus fuit, dum adhuc viueret, deceſſit Georgius de Caſtellana hæres ſine liberis maſculis, & ideò apertum fideicommiſſum totius hæreditatis in fauorem d. Gaucherij legatarij, omniáq; bona d. Epiſcopi ab ipſo poſſeſſa fuerunt, cui ſucceſſit alter Gaucherius eius filius, teſtatoris filiolus, qui ſuſcepit tres filios Gaſparem, Andream, & Animundū, ſed Andreæ non eſt habenda ratio, quòd ante patrem ſine liberis deceſſerit, d. Gaucherius Gaſparem primogenitū matrimonio collocauit cum domina Franciſca Danſezuna, & in contractu matrimonij donat omnia bona quæ ex vi ſubſtitutionis per d. R. Epiſco. factæ ſibi obuenerant, & caſu quo d. Gaſpar decederet ante patrem donatorem relictis liberis maſculis & moleſtaretur aut impediretur in fruitione aut poſſeſſione d. bonorum, eidem donauit tot reditus ex aliis ſuis bonis quot perciperentur ex d. bonis ſubſtitutis.

Moritur d. Gaſpar ante patrem, relicto Ioanne filio, eodémque patre nunc domini Sariſtæ, qui nunc litem mouit contra dominum Doyſe, vt infrà dicetur.

Dictus Gaucherius poſt mortem Gaſparis filij primogeniti dubitans ne Animundus eius ſecundogenitus peteret Baroniam de Sariſta, & aliqua bona fideicommiſſo ſubiecta, condidit teſtamentum, in quo hæredem vniuerſalem inſtituit d. Ioannem eius ex d. Gaſpare filio primogenito nepotem in omnibus bonis, quæ fuerant d. R. Epiſcopi, cum ea tamen qualitate, ne quidquam de aliis ſuis bonis petere poſſet, & caſu quo aliquid peteret, eum mediante ſumma quingentorum ſcutorum deiecit, in quibus omnibus aliis bonis d. Animundum hæredem inſtituit.

Moritur Gaucherius in ea voluntate, Animundus fuit tutor Ioannis, qui 14. annum egreſſus redditionem rationum tutelæ petiit, nec non bona Inſulæ, Caualloni, Bonillis ſita, & alia ſubſtituta, & cū deputatus fuiſſet Cōmiſſarius ſuper redditione rationū, & auditores nominati, qui iā viderāt d. rationes, inita fuit trāſactio de ann. 1568. de menſe Iulij inter dict. Animundum & Ioannem ſuper controuerſiis, quæ inter ipſos erant, dicto Ioanne prætendente dictum Animundum fore reliquatorem in variis ſummis, ratione dictæ adminiſtrationis tutelæ, eandémque rationem reddere fructuū perceptorum ex Baſtida & bonis Inſulæ & Bonillis ſitis, quæ fuerant d. Epiſcopi Vapicenſis, & proprietatem eorumdem ipſis reſtituere debere: & contra dict. Animundo prætendente ſe fore creditorem ex dicta redditione rationum, & petente mobilia, quæ fuerant in caſtro de Sariſta tempore mortis dicti Gaucherij patris, nec non molendinum & alia bona Villa-nouæ, & aliis locis ſita, per dictum Gaucherium acquiſita, & per d. Ioannem poſſeſſa, quæ mobilia & bona acquiſita ex vi teſtamenti paterni ad dictum Animundum ſpectabant, & per d. tranſactionem hinc inde à dict. petitionibus liberati fuerunt, ita vt bona Inſulæ & de Bonillis d. Animundo, d. verò mobilia, nec non bona per dictum Gaucherium in dictis locis acquiſita Ioanni remanſerint.

Iam verò d. Henricus d. Gaucherij ſecundi & filioli d. Epiſcopi ex Gaſpare eius filio primogenito & Ioāne nepote, pronepos filiúſq; d. Ioannis litem mouit cōtra Illuſt. & Potentem d. Gaſparem de Brancas dominum Doyſe eiuſdem Gaucherij ſecundi, ex Animundo eius filio ſecundogenito, nepotem eiuſdémque Animundi filium, petens reſtitutionem Baſtidæ Inſulæ ſitæ, & aliorum bonorum, quæ fuerunt d. Epiſcopi, per d. dominum Doyſe poſſeſſorum, nec non legitimam, quæ d. Ioanni patri competierat in bonis dict. Gaucherij ſecundi propriis, quæ non fuerant d. Epiſcopi.

Ex

Primum, an in ſubſtitutione & fideicōmiſſo, ac primogenitura maſculina perpetua per d. Epiſc. inſtituta, Ioannes filius Gaſparis primogeniti ante patrem Gaucherium defuncti præferri debuerit Animundo ſecundogenito eiuſdem Ioannis patruo, an verò dict. Animundus ſecondogenitus patruus præferri debeat d. Ioanni nepoti, eúmque excludere.

Secūdum, poſito quòd patruus præferri debuiſſet, an d.D. Doyſe poſſit ſe iuuare d. primogenitura, tam excipiendo quoad bona per ipſum poſſeſſa, quā recōueniendo quoad bona per d.D. Henricum poſſeſſa, nō obſtante tranſactione, de qua ſup. & aditione hæreditatis Gaucherij ſecundi ſimpliciter facta.

Tertium, caſu quo tranſactio ei non noceat & remedium dari poſſit ne noceat, an præſcriptio ſiue reconueniat, ſiue excipiat, ei noceat.

Quartū, poſitu & nō conceſſo, quòd nepos præferri debuerit patruo, an quoad bona per d.D. Doyſe poſſeſſa primogenituræ ſubiecta d. tranſactione, vel præſcriptione d. domina Doyſe ſe tueri poſſit.

Quintū, ſi deſcendentes ſiue ex Animundo ſiue ex Gaſpare ſunt vocati, an d.D Doyſe, vel d. D. Henricus Baro Sacriſtæ reſpectiuè poſſint de d. bonis fideicommiſſo ſubiectis diſponere, attenta conſtitutione Regia.

Sextū, an aduerſus petitionem legitimæ, nécnō redditionis rationū tutelæ, quam facit d. Hēricus ex perſona Ioannis, d.D. Doyſe ex vi teſtamēti d. Gaucherij ſecundi, vel d. tranſactione, aut præſcriptione vel alio modo ſe tueri poſſit.

Poſtremum, quomodo aduerſus petitionem ſupplementi legitimæ prætenſæ per deſcendentes ex ſororibus d. Gaſparis & Animundi d. Domin. Doyſe ſe defendere poſſit.

Quoad primū, an in huiuſmodi primogenituris nepos præferatur patruo, an contrà patruus nepoti, quæſtio eſt cōtrouerſiſſima, adeò vt Buer. *in conſu. t. Bit. fol.*
1 *128. pa. 1. in fin.* & plerique alij aſſerant Othonem Imperatorem, cùm ſinulis cōtrouerſia eorum ſe verteretur, voluiſſe vt gladio definiretur, & duello corā ſe cōmiſſo nepotē obtinuiſſe, pro quo nepote multi tenuerunt, & nominatim Alex. *id. ... 718. v. l. 724.* hancq; opinionem cōmunem aſſerit Bal. *conſ. 486. in regno ſiurio lib. 2.* & cōmunem aſſerit Baioa. *conſ. 10. lib. 2.* nécnon eam magis inualuiſſe contendit Appoſtill. *Ad Alex. conſ. 4. num. 20. vſque in fi.* & triginta relati per Tiraq. *in tract. de iu. primog. q. 40. per tot* præſertim *n. 12. & n. 13.* qui eā 44. rationib. confirmat à *n. 19. vſque ad n. 106.* & ſecundùm hanc ſententiam pluries fuit iudicatum, nempe Auenioni per Regem Siciliæ Robertum & Cardinales ſibi aſſiſten-
2 tes, vt docet Boer. *d. loc.* hancque conſuetudinem eſſe in regnis Franciæ & Angliæ, & ita ibi obſeruari docet Bal. *cōſ. 389. conſuetudo eſt n. 8. lib. 1.* & in regno Hiſpaniæ, vt per Caſtren. *conſ. 164. in princ. lib. 2.* & apud Lacedæmonios, dum Cleomeni Regi fuerunt ſuperſtites Areus nepos ex Accrotato primogenito prædefūcto, & Cleominus ſecundogenitus, vt per Tiraq. *d. q. 40. nu. 14.* nécnon apud eoſdem Lacedæmonios cùm Eunomo mortuo regni hæreditas Licurgo delata fuiſſet, regnaſſetq; menſes circiter 8. poſt cùm Polidectis vidua filium peperiſſet, Licurgus ſecundogenitus ei coronam ceſſit, Iuſtinus *lib. 3. hiſt.* Hotoma. *quæſt. illuſt. lib. 1. q. 3.* nécnon Tholoſæ, vt per Aufret. *Capell. Tholo. q. 434.*

Secundò, vt pro nepote reſpondere debeamus, hoc caſu facit, quia in huiuſmodi quæſtione adeò cō-
3 trouerſa ſequenda eſt conſuetudo regni, ita vt quemadmodum in huiuſmodi caſu ſuccedítur in regno, ita quoque in feudis regno ſubiectis fieri debeat, Molin. *de primog. c. 3. num. 10. 11. 12. & 13.* quæ conſuetudo abſque dubio ſuſpicienda eſt, etſi ſola eſſet, etſi ex verbis teſtamenti nullum reſultaret adminiculum *l. ſemper in ſtipulatione ff. de regul. iur. argu. l. de quibus cum l. ſequen. ff. de legi.* at verò nedùm in ſucceſſione regni Franciæ adeſt huiuſmodi conſuetudo, vt teſtatur Baldus *d. conſil. 389.* ſed etiam in alijs feudis, in quibus, Francorum moribus, maxima ex parte ius primogenituræ locum habet, Tiraq. *dict. quæſt. 40. num. 99.* & ad tollendas difficultates conſuetudinis Pariſienſ., id ita definitum fuit in antiquis quidem in *tit. de ſucceſſ. §. fin.* vt teſtatur Lorieter *d. q. 25. in fi. & in nouiſſ. reformatione tit. des fiefs, art. 13. & 14.*

Poſtremò, vt hanc ſententiam pro nepote hoc caſu amplectamur, maximè viget, quia in huiuſmodi quæſtione definienda in primis recurrendum eſt, vel ad tenorem inueſtituræ, ſi per principem, vel teſtamenti, ſi per teſtatorem primogenitura inſtituta ſit, illiúſque tenor & forma ſequenda, Bald. in *l. liberto libertaque Cod. de opo. liberto.* Caſtren. *conſ. 164 numero 2. in fin. lib. 2.* at verò ex verbis teſtamenti dicti Epiſcopi Vapicen. manifeſtè elicitur teſtatorem voluiſſe nepotem patruo conferri in iis verbis, & poſt eum (intelligit de Gau-
cherio filio) filios ſuos legitimos & naturales, quibus verbis Gaſpar eiúſque filius cenſentur generaliter nominati, qui propterea cæteris debent præferri, quam rationem ex alijs verbis dicti teſtamenti necnon alijs diuerſis fundamentis confirmant nonnulli DD. Tholoſani, qui alios in fauorem dicti Ioannis filij Gaſparis ſcripſerunt, quibus poſtea ſigillatim, paucis tamen, reſpondendo, ea breuiter referemus: quod magis preſsè confirmatur quàm fecerint dicti doctores Tholoſani, quia quando teſtator inuitauit maiorem, & eius liberos, qui ab eo deſcendunt, tunc nepos præfertur pa- 5
truo, vt in caſu Caſtreni. *dict. conſ. 164. lib. 2.* & firmat Tuſch. *dict. concluſione 658. numer. 2. tom. 6. ſub litera P.* & Gabriel. *concl. n. 2. nu. 14. lib. 4 de ſucceſſ. ab inteſt.* poſt Socin. *in l. cognatus ff. de reb. dub.*

Quibus tamen non obſtantibus, exiſtimo hoc caſu pro patruo Animundo, eiúſque deſcendentibus, & ſic dicto domino Doyſe, omnino reſpondendum eſſe.
Primò, quia in illa difficillima & controuerſiſſima 6
quæſtione de prælatione patrui vel nepotis, verior & magis communis ſententia eſt, dum tamen patruus etiam ætate maior ſit nepote, vt hoc caſu, patruum ei præferendum eſſe, vt teſtantur Alexand. *conſ. 4. num. 9. & 11. lib. 4* Deci. *conſil. 443. num. 10.* Boer. *in conſuet. Bitu. titul. des couſtumes §. 2. fol. 128.* Lotte *conſ. 14.* & pro hac parte ſcilicet patrui plures eſſe rationes & authoritates ait Didac. Couar. *var. reſol. lib. 3. c. 25. numer. 8. verſic. 10. ab ea dan fin.* veriorem & magis communem teſtatur Viuius in *comm. opin. ſub litera N. in verb. nepos numero 3.* etſi ipſe ſecundùm diſtinctionem Betoi in *c. dilecti filij numero 52.* concludat, & pro hac ſententia dictus Lorieter refert 16. DD. & 31. Tiraquel. *dict. quæſt. 40. numero 15.* hancque ſententiam quadraginta quatuor rationibus d. Tiraquel. *dict. quæſt. 40.* corroborat, quibus etſi nitatur reſpondere, cùm ſit contrariæ ſententiæ aſſertor maximus à *num. 100. vſque ad num. 123.* tamen ſi eius reſponſiones maturè ponderentur, eas ſubſiſtere non poſſe cognoſcetur, & planè hanc veriorem eſſe & amplectendam exiſtimo, motus potiſſimùm authoritate Oldr. *conſil. 94.* vbi *numero 15.* dicit hanc opinionem eſſe de iure veriorem, eam ſemper ſe ſecutum eſſe tanquam melioribus rationibus probatam, nec non authoritate Ioann. Cuiacij viri doctiſſimi *de feud. lib. 2. titul. 11. de grad. ſucceſſ. in feud. verſ. at in iure primogenitura fol. mihi 149.* ius enim repræſentatio- 7
nis, vt verbis Cuiacij vtar, hanc vim tantùm habet, vt eo iure fretus remotior, cum proximiori in ſucceſſione concurrat, non etiam vt proximiorem prot-

ſus excludat, id verò agitur illo exemplo, vt proximior
in totum excludatur, quod excedit vigorem, ſinem, e-
xemplum repræſentationis. Non eſt igitur per ſpeciem
repræſentationis admittendum. Item, quia vbi proxi-
mitatis iure defertur ſucceſſio, vt cùm proximus agna-
tus, proximúſque cognatus ad ſucceſſionem vocatur,
repræſentationi locus non eſt, id eſt, vbi valet proximi-
tatis ratio, non poteſt etiam valere repræſentationis,
quia pugnant inuicem, & è contrario, vbi valet re-
præſentationis ratio, vt in linea liberorum, non poteſt
etiam præualere proximitatis, eadẽ verò cauſa eſt pri-
mogenituræ, quæ proximitatis. Ergo cũ primogenito
defertur hæreditas, non poteſt eſſe locus repræſenta-
tioni: ſed ſicut vbi proximitas ſpectatur, eum vocamus
qui proximior fuerit mortis tempore, vel quo bonorũ
poſſeſſio petitur *l.1 ff. vnde leg. l.3. ff. vnde cog.* ita vbi
primogenitura obſeruatur, eum vocamus qui moriente
eo, de cuius bonis agitur, primogeniti gradum, lo-
cúmque tenuerit, non proximioris iam ante mortis fi-
9 lium, & iuxta hanc ſententiam in multis regnis & re-
gionibus, diuerſis temporibus, vel iudicatum, vel ob-
ſeruatum fuit, ſcilicet apud Longobardos, notat Caro-
lus in *Longobarda de ſucceſſ. lib 1.* referente Luca de Pē-
na *in l. vlt. col.3. verſ. hac maximè C. de tironi. lib.12.* quã-
uis Tiraqu exiſtimet nepotem cum patruo apud Lon-
gobardos ſucceſſiſſe, *d.q.40.n.18.* apud Vandalos quo-
que idem ſeruabatur, nam poſt mortem Gizerici Van-
dalorum Regis, Honoricus ſecundogenitus fuit præ-
latus Gondabundo nepoti ex Genzone primogenito
præmortuo.

Nec reſponſio Tiraqu. ſubſiſtit, quod ſcilicet id ex
vi teſtamẽti paterni, quo propinquior ex genere voca-
batur, proceſſiſſet, quia ſi primogenitura conſuetudi-
ne inducta fuiſſet, ex vi illius nepos præferri debuiſſet,
non potuiſſet autto teſtamento excludi. Idem apud
Arabes ſcribit Strabo *lib.16.* Apud Gallos quoque An-
noni de reg. Franc. *lib.5.c.62.* cùm Lotarius Francorum
Rex quatuor relictis filiis deceſſiſſet, quorum duo re-
lictis filiis obierant, ſcribit Gontrannum filium præla-
tum fuiſſe Childeberto Sigeberti fratris maioris filio,
vt refert Hotoman. *d.q.3. col.3. pa.29.* & Ludouico Pio
Rege & Imperatore filio Caroli Magni defuncto, Ca-
rolum natu minimum prælatum fuiſſe in Regno Ber-
nardo nepoti ex Pepino fratre natu maiore, vt refert
Pau. Æmil. *de reb. geſt. Franc. lib.3.* & Tiraq. *d.q.40.n.17.*
& apud Normanos ex antiqua conſuetudine expreſſa
patruus præfertur nepoti in primogenitura *titul. de eſ-
cheance queſt 25. & §. & pour ce doit-on ſçauoir, &c.§. ce
ſont les couſtumes,* & iterum prope per *tot. tit. de Brief de
prochaineté de anteceſſeur qui eſt 99.* & cùm controuerſia
interceſſiſſet inter Robertum Regem Siciliæ & nepo-
tem ex fratre Carolo primogenito pro Regno Apu-
liæ, Bonifacius VIII. aſſiſtentibus illi multis Cardin.
Robertum patruum nepoti per ſententiam prætulit,
vt refert Alex. *d. conſ.4. lib.4.* & ante eum Old. *conſ.224.
in fine.*

Secundò, ſi vellemus ſequi opinionem pro nepote
10 contra patruum, ea tantùm procederet, quando pri-
mogenitura conſuetudine, vel ſtatuto eſſet inducta, &
hoc præſupponunt ij qui hanc quæſtionem ex profeſ-
ſo tractant, præſertim Tiraq. *d.q.40.* Gabri. *lib.4 tit. de
ſucceſſ. ab inteſt. conclu.2. per tot.* Roſſental. *de feu cap.7. de
ſucceſſ. ab inteſt. conclu.16.* ſed aliud aſſerendum eſt, ſi te-
ſtamento ſit inſtituta primogenitura, vt poſt Alex. di-
ſtinguit Gabri. *d. conclu.2. nu.19.* & Illuſtriſſimus Tuſch.
tom.6. ſub litera P. conclu.658. nu.6. in quo caſu nos ver-
ſamur.

Tertiò, vbi ſupereſſet aliqua difficultas in primo-
genitura etiam teſtamento inſtituta, hoc certiſſimum
eſt, & in eo omnes conueniunt, quod ſi agitur de pri-
mogenitura, non ab aſcendente, ſed à collaterali inſti-
tuta, vt hoc caſu, patruus abſque dubio nepoti præfe-
rendus eſt, quia repræſentatio tunc nunquam locum 11
habere poteſt, vt docent Bart. in *l. poſt fratres C. de legi-
ti. hære.* Tiraq. *q.41.n.4* & Deci. latè *conſ.1.n.4.6.7. nu.12.*
Roſſental. *d. concl.26. n.13.* Cuia. *de feud. lib.1. tit.4. de ſuc-
ceſſ. feud. & lib.2. tit.11. de grad. ſucceſſ.*

Poſtremò, hoc caſu ita ſtatuendum eſſe ex verbis te-
ſtamenti d. Epiſcopi conuincitur: nam vna pars teſta-
menti per aliam declaranda & interpretanda eſt, *l. qui 12
filiabus ff. de leg.1.* Abbas *conſ.37. col. vlt. lib.2.* Ruin *conſ.
83. in fin. & conſ.99. nu.9. lib.2.* At verò ſi Gaucherius ſe-
cundus decederet ante patrem, teſtator ſubſtituit filiũ
ſecundogenitum Gaucherij primi, excludendo filios
Gaucherij ſecundi: & quamuis hic caſus non euenerit,
tamen ex eo concluditur, quòd qua ratione teſtator
voluit ſecundogenitum Gaucherij primi ſuccedere, ſi
Gaucherius ſecundus ante patrem moreretur, nulla i-
pſius filiorum, ſi quos forſan haberet, habita conſide-
ratione, eadem ratione voluit; & ſecundogenitus Gau-
cherij ſecundi, dicto Gaucherio ſuccederet, ſi ipſius
primogenitus ante eum deceſſiſſet, nulla ipſius filiorũ,
ſi quos habuiſſet, habita conſideratione, quæ confir-
mantur ex verbis poſtea ſubiectis, cùm ait, & ita ſæpe
contingendo ſubſtituimus ſemper & continuo primo-
genitum maſculum procreatum, &c. Verum enim eſt
quod Gaucherius tempore ſuæ mortis, nullum alium
habebat quàm Animundum, qui propterea primoge-
nitus ſolus dici poteſt, ſtante, quod etiam ætate maior
erat Ioanne nepote. Nam ſi dictus Ioannes natus fuiſ-
ſet ante Animundum patruum, res non careret diffi-
cultate, & forſan aliter ſtatuendum eſſet, dictum ſci-
licet Ioannem quamuis nepotem, & non filium Gau-
cherij præferendum Animundo patruo ex dictis per
Tiraq. *d.q.40.n.6* & Gabriel. *d. conclu.21.n.15.* & Tuſch.
d. concluſ.658. n.7. quæ rurſus confirmantur ex his ver-
bis d. teſtamenti, declarantes quòd mens noſtra fuit, &
eſt, vt in bonis non ſuccedant niſi filij maſculi geniti
ab ipſo domino Gaucherio conſanguineo noſtro, vel
ab hæredibus filiis ſuis poſt eum. Nam cùm filios im-
mediatos Gaucherij primo loco vocauerit, ideóque
eos prætulerit filiis eorundem nepotibus d. Gaucherij,
ſequitur Animundum filium Ioanni nepoti præferen-
dum, ex not. in *l. cum ita §. in fideicommiſſo ff. de le-
gat 1.*

Nec obſtant in contrarium adducta. Ad primum
cùm dicitur quæſtionem ita difficilem, vt Otho Impe-
rator eam duello dirimi voluerit, errant in hiſtoria.
Quæſtio enim erat, an auo ſuccederet nepos vnà cum
patruo in feudum, ſicut ſuccedit in allodem, vt poſt
Sigebertum & Withinquindum tradit Cuiac. *dict. lib.
titul.4.*

13 Quoad verò DD. qui pro nepote tenuerunt reſpõ-
detur magis communem & veriorem ſententiam eſſe
in contrarium, & prætereà vel loquuntur in Regno, cũ
ſcilicet de regni ſucceſſione agitur, ad quod facilius
nepos admittitur, ex Bald. in *l. ex hoc iu. in 6.q.* & Gabri.
d. conclu.2. nu.9. vel quia conſtitutiones ſunt particula-
res, quibus nepos præfertur, vt tradit Alex *d. conſ.4. nu.
11. lib.4.* denique omnes cõtrarium ſentientes loquun-
tur in terminis primogenituræ, à conſuetudine vel ſta-
tuto inſtitutæ, non in teſtamentaria.

Quod ſi aliqui etiam in teſtamentaria loquantur,
illud non ſtatuũt per theſin, ſed per hypotheſin, quòd
ſcilicet adſint verba in teſtamentis, ex quibus clarè
conuincitur voluntas teſtatoris, vt nepos præferatur
patruo. Poſtremò, ea omnia procedunt, cùm agitur de
ſucceſſione aui vel patrui, & de primogenitura ab
aſcen-

aſcendentibus inſtituta vel inducta, non ſi à collaterali, vt hoc caſu.

Quoad iudicium factum Auenioni per Robertum Regem Siciliæ de conſilio Cardinalium in fauorem nepotis de Comitatu S. Seuerini, Ioan. And. ad Specul. *tit. de feud.* dicit mouiſſe Robertum conſtitutiones tam ſuas quàm Caroli II. patris, quæ propriè ad eum Comitatum pertinebant, & exigere videbantur, vt nepoti potius quàm filio deferretur, & ſequitur Cuiac. *lib. 2. de feud. tit. 11.* In huiuſmodi enim controuerſia de nepote & patruo ante omnia recurrendum eſt ad inue-

13 ſtituram, quia ſi dat formam, illa attendi debet, vt aſſerit Caſtrenſ *conſil. 164. n. 2. in fi. lib. 2.* poſt Bal. *in l. liberti libertaq; C. de oper. liber.*

Quod verò dicitur conſuetudine in regno Galliæ hoc receptum eſſe, vt nepos patruo præferatur, ex ſuperioribus patet conſuetudinem quandoque fuiſſe in

14 contrarium, ideóque huiuſmodi conſuetudinis tanquam difformis non eſſe habendam rationem, ſed iuris communis diſpoſitio ſequenda, Alex. *conſil. 5. num. 7. verſ. 4. art. 5.* Bart. *in l. 2. num. 22. ff. de ſol. matrim.* Deci. *conſ. 129. num. 2. verſ. & quando* Natta *conſil. 332. num. 7. vol 2.* Rolan. à Valle *conſil. 13. num. 18. vol. 4.* ſed & ipſe Tiraq. *d. q. 40. num. 17.* fatetur non eſſe omnino verum quod aliqui contendunt francos hoc iure vti.

In Anglia autem etſi mortuo Edoardo Rege Angliæ relictis filiis tribus Ioanne, Hemone, Thoma, & ex primogenito præmortuo filio Edoardo, nepote Ricardo, Ricardus prælatus fuerit patruis, tamen huiuſmodi prælatio triſtem euentum habuit, dictus enim Ricardus regno pulſus eſt ab Henrico Duce Lonclaſtri, ſicut eundem triſtem exitum habuit iudicium Philippi Valeſij Regis in fauorem Caroli Bleſenſis, filij Comitis Bleſenſis, & Margaritæ ſororis Philippi contra Ioannem Comitem Montisfortis fratrem Ducis Britanniæ tertiogenitum, quo vxor dicti Caroli eaque neptis ex ſecundogenito Ducis Britanniæ prælata fuit d. Carolo tertiogenito patruo, nam d. Carolus Bleſenſis 20. annis poſt adiudicationem Ducatus, bello ſuperatus & occiſus eſt à filio Ioannis Ioanne Comite Montisfortis, ac poſt, re tráſacta cum vidua, Ioannes iudicio Caroli V. recepit Ducatum, retinuitque ſine controuerſia vlla, Cuiac. *dict. lib. 2. tit. 11.*

In Hiſpania quidem nepos præfertur patruo, ſed non ex vi iuris communis, imò nec conſuetudinis, ſed quia extat lex ſpecialis, quòd nepos ex primogenito ſuccedat excluſo patruo ſecundogenito, ideóque in hoc non intrant diſputationes, vt inquit Caſtr. *d. conſil. 164. in princ. lib. 2.*

Quoad Lacedæmonios, apud eos quidem erat huiuſmodi conſuetudo, ſed apud alios populos contraria, vt ex ſuperioribus patet.

Poſtremò, quoad Cappellam Tholoſanam *q. 434.* vt controuerſa eſt quæſtio, pro nepote concludit, ſed tamen in primogenitura per conſuetudinem vel contractum, ex quo ius quæſitum, etſi ſub conditione, eſt tranſmiſſibile ad hæredes *l. 15. cui ff. de act. & obligat. §. ex conditionali inſtit. de verborum oblig.* inducta, non in ea quæ per teſtamentum eſt inſtituta. Ruſus loquitur Inter aſcendentes & deſcendentes non in primogenitura per collaterales inducta, in quo non fit repræſentatio, quod præſupponitur *in d. q. 434.*

Non obſtat ſecundum quod dicebatur, quòd cùm in regni ſucceſſione in Gallia nepos præferatur patruo, & in pleriſque prouinciis ius primogenituræ ſeruetur, idem quoque in hac primogenitura teſtamento inſtituta ſtatuendum eſſe, & huiuſmodi controuerſiam ex more & conſuetudine regionum terminandam. Nam reſpondetur primò, quod de regni ſucceſſione dicitur non eſſe certum, vt ex ſuperioribus patet, & quod de cæteris feudis dicitur, verum quidem eſt in pleriſque prouinciis ius primogenituræ, vel in totum, vel pro parte, quoad ſcilicet *le manoir principal & le vol du chapon*, habere locum: ſed quod nepos præferatur, non conſtat, imò conſtat de contrario in Normania.

Secundò reſpondetur caſu, quo verum id eſſet, hoc procederet tantùm in prouinciis, quæ conſuetudine 15 reguntur, in quibus conſuetudo regni, vel vicinarum prouinciarum eſſet ſequenda. Non in Prouinciis, quæ iure ſcripto reguntur, quales ſunt Prouincia & Comitatus Venaiſſinus, in quibus huiuſmodi controuerſiæ & lites non ſecundùm conſuetudines, ſed ſecundùm iuris communis diſpoſitionem terminantur, præſertim cùm agitur de primogenitura teſtamento inducta, vt hoc caſu, ex Gabriel. & Tuſcho conſtat DD. in hac quæſtione facere differentiam inter primogenituram conſuetudine vel ſtatuto inductam, & eam quæ teſtamento inſtituta eſt, vt in hac patruus nepoti præferatur, etſi in illa controuerſa ſit quæſtio.

Tertiò reſpondetur, in hoc caſu rem eò clariorem 16 & certiorem eſſe, quòd Comitatus Prouinciæ ante Ludouicum XI. regnum Franciæ nullo modo recognouiſſet. Carolus enim Caluus nepos ex Carolo Magno Rex Francorum & Imperator illum cum omnibus prouinciis quæ Iſera, Rhodano, Alpibus, & mediterraneo mari includuntur, in regnum erexerat, & illud Boſſono filiæ ſuæ marito donauerat, indéque eius ſucceſſores, qui primo quidem Reges, poſtea verò tantùm Comites nuncupati fuerunt, ſolum Imperatorem recognouerunt, & etiam nunc nautæ in Rhodano nauigantes vocant partem regni eam, quæ Prouinciam reſpicit, dictúſq; Comitatus fuit feudum fœmineum, in qua fœminæ ſæpius ſucceſſerunt, imò & inter ipſas fuit diuiſus, poſt ſcilicet Gilberti Comitis mortem, inter Factidam & Dolciam eius filias, quæ Comitibus Tholoſano & Catalognæ nupſerunt, nec niſi circa an. 1484. paulo ante vel poſt dict. Comitatus Regibus Galliæ fuit acquiſitus per teſtamentum ſcilicet Caroli Comitis nepotis Regis Renati conditum de anno 1481. vt teſtatur Paſcarius *lib. 7. diſquiſitionum Franciæ cap. 27.* & nec non Claperius in hiſtoria Comitum Prouinciæ, ex quo conſtat nullam habendam rationem conſuetudinis Galliæ, ſi quæ eſſet, in interpretatione teſtamenti d. Epiſcopi, & controuerſiarum ab eo dependentium definitione.

Poſtremò, ſi quo caſo habenda eſſet ratio d. conſuetudinis, eáque adeſſet, illud tantùm procederet in primogenitura ab aſcendenti inſtituta, cuius reſpectu omnes per plures gradus poſtea venientes, etſi inter ſe collaterales, dici tamen aliquo modo poſſunt deſcendentes, cùm ab eadem ſtipite deſcendant, Cannet. *in extraua. ſi aliquem §. at pulchra num. 21. fol. 327.* non in ea quæ à collaterali verè eſt inſtituta, in quo DD. conueniunt, vt ex ſuperioribus patet, patruum nepoti præferendum.

Non obſtat poſtremum ex verbis teſtamenti d. Epiſcopi deſumptum, ſcilicet quòd filius ex primogenito 17 Gaucherij ſecundi ſit nominatus generaliter, ideóque cæteris debeat præferri ex traditis *in l. cùm ita §. in fideicommiſſo de legat. 2.* nam præterquam quod non eſt verum quòd ſola dictio *filiorum* nullo alio exiſtente efficiat, vt cenſeantur nominati ad effectum diſpoſitionis *d. §. cum ita*, ſed requiritur dictio *alter* vel *alij* in ſubſtitutione, cùm ſcilicet eos antea reuera nominauit in inſtitutione, Alex. *conſ. 204. n. 4. lib. 2.* Rui. *conſ. 115. n. 12. lib. 3.*

vel dictio, *eos*, Ruin. *conſ.* 111. *num.* 9. *verſ. quia autem lib.* 2.
Cephal. *cenſ.* 16. *num.* 21. *lib.* 1. vel dictio, *ſuperuinentes*,
Ruin. *conſ.* 169. *num.* 7. *verſ. tertio confirmatur lib.* 2. in ca-
ſu propoſito tes eſt certiſſima, quia poſt Gaucherium
18 primum ſubſtituit Gaucherium ſecundum, & poſt
eum filios ſuus ſimpliciter, quo caſu nepotes, & ſic
Ioannes non nominatim & proprio nomine, ſed ap-
pellatiuo tantùm cenſen vocatos in propriis terminis
docet Menoch. *conſ.* 200. *num.* 6. poſt Ruin. *conſil.* 163.
num. 11. *lib.* 3. & ſic ceſſare diſpoſitionem *dict.* §. *cum ita.*
quinimo hoc argumentum retorquetur, quia cùm fi-
lij Gaucherij poſt eum ſimpliciter vocentur, quamdiu
aliqui ex illis extant, debent excludi nepotes ex præ-
mortuis nati, & ſic Animundus Ioannem nepotem ex-
cludere debet. Nec valet coniectura quę proponitur,
quòd ſcilicet teſtator ita demum ſecundo vel tertio-
genitum Gaucherij primi vocauerit, ſi Gaucherius ſe-
cundus nullum haberet maſculum, nam ſi quo caſu il-
li locus ſit, ea tantùm haberet locum, ſi filius primo-
genitus Gaucherij ſecundi ſuperuixiſſet patri, & in
eius perſona ſubſtitutio habuiſſet locum, vt ſcilicet
poſt Gaucherium ſecundum, eius primogenitus, &
poſt eum eius filius ſuccedat, & non niſi omnibus il-
lis deficientibus ad lineam ſecundogeniti deueniatur.
Sed ſi primogenitus Gaucherij ante eum decedat, mi-
litat contraria coniectura ducta ex verbis teſtatoris,
quod quemadmodum ſi Gaucherius ſecundus ante
primum decederet, ſecundogenitum vocauit: nulla
habita ratione vel facta mentione liberorum Gauche-
rij ſecundi, ita quoque ſi primogenitus Gaucherij ſe-
cundi ante eum deceſſerit, vt deceſſit, ſecundogenitus
d. Gaucherij ſuccedere debet, nulla habita ratione li-
berorum primogeniti prædefuncti, & ea verba, *ſub-
ſtituimus ſemper primogenitum maſculum procreatum
ab eo ſiue filiis ſuis*, non poſſunt, niſi in eo qui tempo-
re mortis illius cui ſuccedi debet, primogenitus eſt, ve-
rificari, at verò eo tempore Animundus primogeni-
tus erat, non verò Ioannes, qui nec ætate, nec per re-
præſentationem, quæ hoc caſu omnino ceſſat, vt di-
ctum eſt, & niſi per interpretationem & impropriè ac
mediatè filius Gaucherij ſecundi dici poteſt: dictus
verè Animundus verè propriè, & immediatè, eſt eiuſ-
dem filius, cui propterea cùm conueniat mens & ver-
ba clara teſtatoris, & certa iuris diſpoſitio in theſi, an
patruus excludat nepotem, hoc caſu quo primoge-
nitura à collaterali inſtituta eſt, huic conueniunt,
quæ per dominos conſultatores in contrarium non
benè adducuntur, nimirum *l. in his ff. de condit. & de-
monſtr.*

Nec obſtat quod ex primo fundamento addidimus,
quãdo teſtator vocauit maiorem natu & eius liberos,
nepotem præferri paterno, nam ne de veritate huius
doctrinæ inquiram, quòd opus non ſit, vno verbo reſ-
pondeo nos non verſari in illis terminis, neque enim
vocauit Gaucherij ſecundi maiorem natu & eius libe-
ros, ſed Gaucherium ſecundum & poſt eum eius libe-
ros, ita vt primogenitus præferatur, ideóque cùm Ani-
mundus fuerit primogenitus tempore mortis Gauche-
rij, debet præferri Ioanni nepoti ex Gaſpare præde-
functo.

Nec verum eſt, quod ſubiungunt d. conſultantes,
mentem teſtatoris eſſe, bona conſeruari in familia per
viam primogenituræ, quod facilius fiet per nepotem
quàm patruum; neque enim hoc ait Accurſi. *in l. libero-
rum ff. de verb. ſignif.* aut alij quiquam, & vnicuique ad
ſenſum patet non minus familiam conſeruari per ſe-
cundogenitum & eius deſcendentes, quàm per nepo-
tem ex primogenito prædefuncto. Adde quod ſi vera
eſſet illa ratio, ſequeretur quod in theſi, an patruus ex-
cludat nepotem, abſque dubio & ſemper pro nepote
reſpondendum eſſet etiam, vbi verſaremur in primo-
genitura à collaterali inſtituta, quod tamen falſum eſ-
ſe ex ſuperioribus patet.

Quod verò ſubiungunt, quod cùm Gaſpar ſemel
excluſerit Animundum, quod ſemel primo collatum 19
fuit, neceſſario fuiſſe ablatum à ſecundo irreuocabili-
ter *l. quod in rerum* §. *ſi quis poſt ff. de legat.* 1. & quod
ſemel acquiſitum fuit primo, ab eo & eius filiis au-
ferri non poſſe. Hoc verum eſſet, ſi Gaſpar ſuperui-
xiſſet patri, ſed quia prædeceſſit, numquam ius illi
quæſitum fuit, quod propterea in filios tranſmittere
non potuit, & ita paſſim DD. ſuprà nominati diſtin-
guunt, & inter alios Tiraquel *d. queſt.* 40. *num.* 1. & Ga-
briel. *d. concluſ.* 2. *num.* 6. nec vllum abſurdum dicti DD.
Tholoſates imaginari poſſunt: ex eo quod ſi ſecundo-
genitus, & ſic Animundus ſuccedat, & moriatur dein-
de ſine liberis, ſuperſtite Ioanne nepote, quia is tunc
ſucceſſurus eſſet, interim dum Animundus viueret
quaſi primogenitura eſſet in ſuſpenſo: neque enim
verum eſt vnquam eſſe primogenituram in ſuſpenſo,
ſed ea integrum & plenum effectum in perſona Ani-
mundi ſortita fuiſſet, & eo defuncto ſine liberis maſ-
culis in perſona Ioannis ſortiretur, quemadmodum è
contrario, ſi Gaſpar ſuperuixiſſet patri, is in primoge-
nitura ſucceſſiſſet, & poſt eum Ioannes ſi ſuperuixiſ-
ſet, eóque poſtea ſine liberis maſculis defuncto Ani-
mundus ſi ſuperſtes eſſet, aut eius primogenitus maſ-
culus ſi adeſſet, ſucceſſiſſet, nec propterea interim
dum Gaſpar vel Ioannes poſſiderent, primogenitura
diceretur in ſuſpenſo: imò ſemper & in vniuſcuiuſ-
que perſona ſortita fuiſſet ſuum effectum, hócque
perpetuum eſt in primogenituris maſculinis, nec non
in fideicommiſſis gradualibus & perpetuis, vt poſt-
quam ſemel vna linea ingreſſa eſt, & ſucceſſit in d. pri-
mogenitura, quamdiu ſuperſunt deſcendentes ex ea,
ſuccedant, iis verò deficientibus tranſitus fiat ad aliam
lineam abſque eo, quod dici poſſit primogenituram
vllo tempore fuiſſe in ſuſpenſo.

Quod quarto loco ſubijciunt, Ioannem ita ſuffe- 20
ctum ſiue ſubrogatum fuiſſe, vt videatur non ſimilis,
ſed idem, non fictè, ſed verè per notata *in l. ſi is qui pro
emptore ff. de vſuca.* & tanquam eiuſdem naturæ *l.* 1. §. *ſi
ſub conditione ff. vt legat. vel fideicom. ne* §. *fuerat inſtit.
de actio. l. item eorum* §. 1. *ff quod cuiuſ. vni.* & in locum
patris poſitus, omni iure & prærogatiua gaudens, quo
ille poſſet, ſi viueret, & præſertim quia vbi lex alicui
prouidet, non ſolum illi, ſed ſuis prouidere cenſetur,
l. ſi pactum ff. de probat. l. operarum ff. de oper. liberto.
nec mirum eſt: nam quamdiu illius deficientis ſuper-
ſunt reliquiæ, non ſuccedit ex ordine qui aliàs ſuc-
ceſſurus eſſet, *argum. l. ſi quis ſub condit. ff. de teſtam.
tute. cum l.* 1. *C. eod. tit.* hæc omnia & ſimilia quæ aſſer-
tis poſſuot, brocardica ſunt, quæ propterea nulla alia
indigerent reſponſione, nihilominus paucis dico, ſi
quo caſu vera ſunt, eſſe tantùm quando primogeni-
tus ſuperuixit patri, & ius ſemel in perſona illius radi-
catum fuit, non ſi primogenitus prædeceſſerit, tunc
enim non ipſius filius, ſed ſecundogenitus, dicitur pri-
mogenitus, nec eo caſu filius primogeniti patrem re-
præſentare poteſt, aut illius locum ingredi, vel illi ſuf-
fectus aut ſubrogatus dici. Repræſentatio enim pu-
gnat cum primogenitura, quod quidem vbi agitur de
primogenitura à collaterali inſtituta, vt in noſtro ca-
ſu, eſt certiſſimum & abſque vlla controuerſia, vt ex
DD. ſuprà allegatis præſertim Tiraquel. & Roſſental.
patet.

Eodémque modo ſatisfit ei quod ſubijciunt filium 21
primogeniti cenſeri eandẽ perſonã cum patre *c. contra-
dicimus*

dicimus 35.quaſt.3. & eſſe partem corporis ſui & vocem *in §. ei qui. de inut. ſtipula.* id enim ſolùm procedit vbi primogenitus ſucceſſit, non ſi mortuus ſit ante patrem; quia eum numquam fuerit primogenitus (primogenitus enim is eſt qui tempore mortis eius cui per primogenituram ſuccedendum eſt, primogenitus eſt) nec primogenitura in eius perſona habuerit locum, non potuit eam in filium transfundere, nec is patrem repræſentare, aut illius ſuffectus vel ſubrogatus dici.

22 Non obſtat quod quinto loco aiunt, quòd vbi alicui ea lege vel conuentione quid debetur, ſi moriatur priuſquam id lucrum vel debitum conſecutus fuerit, eius filium perinde admitti ac patrem ſi viueret *l. g. in quibus cauſis C. de ſecun. nupt.* nam nos verſamur in longè diuerſis terminis, tum quod quamdiu vixit pater, numquam quidquam fuit debitum filio primogenito, nec illi vllum ius quæſitum, cùm, vt iam diximus, primogenitus ſolùm dicatur is, qui tempore mortis talis eſt, tum quòd ea procedunt cùm quid debetur patri, & poſt eum filio ſimpliciter, & non in præiudicium alterius, vt hoc caſu quo eſt controuerſia inter patruũ & nepotem, & quæritur quis ipſorum primogenitus ſit, & tanquam talis ſuccedere debeat. Ad ſenſum enim patet patruum eſſe primogenitum reſpectu nepotis, ipſiúſque patrem non potuiſſe talem dici, cùm non fuerit talis tempore mortis patris, & aui reſpectiuè.

23 Subijciunt aliam rationem, Gaucherium ſcilicet ſecundum declaraſſe quòd caſu, quo Gaſpar ante ipſum decederet, filius ea eo progenitus in bonis dicti Epiſcopi ſuccederet, dictúmque Gaucherium id facere potuiſſe per notata *in l. poſt mortem C. de fideico.* & certum ſic talem declarationem reſtitutioni æquipollere, & quòd per eam conditio non ſolum Gaſparis, ſed etiam Ioannis eius filij facta fuerit melior, ius irreuocabile ei quæſitum, & teſtatoris voluntas ſiue ſubſtitutio ſortita effectum, iúſque exceptionis inceperit competere, quod longè vtilius & fortius eſt, quàm ſi oporteret illum aut Ioannem eius filium actoris partibus fungi, per notata *in l. 1. & in l. qui accuſare C. de eden. l. 1. l. ad probationem C. de probatio. l. Arrianus ff. de actio. & obliga.* Ad id reſpond. non conſtare dict. Gaucherium d. declarationem feciſſe, niſi inſtitutionem de filio Gaſparis in bonis d. Epiſcopi factam pro d. declaratione accipiant, quod tamen non eſt exiſtimandum, cùm præſupponant Gaſparem fuiſſe viuum, quando fuit facta d. declaratio, imò appatet aliam fuiſſe mentem d. Gaucherij, ex eo quod cùm in contractu matrimonij Gaſparis eidem d. bona donaſſet, pacto cautum fuit, quòd ſi Gaſpar ante patrem deceſſiſſet relictis filiis, & ij non poſſent bona dictæ primogenituræ ſubiecta conſequi, eiſdem donauit tantumdem ea aliis ſuis bonis à d. Epiſcopo non prouentis, quanta eſſent d. bona primogenituræ ſubdita, & in eodem valore & reditu, ſatis claré demonſtrans ſe exiſtimaſſe filios Gaſparis, ſi prædecederet, in dicta primogenitura ſuccedere non poſſe, & propterea donationem à ſe factam eo caſu non ſubſiſtere, & propterea de propriis bonis dictis liberis conſulere voluiſſe. Sed vtcumque ſit, fecerit aut non fecerit d. declarationem, eam facere non potuit in præiudicium iuris Animundo in caſum prædeceſſus Gaſparis acquirendi, nec huc conueniunt notata *in d. l. poſt mortem.* procedunt enim tantùm quando grauatus reſtituit ante mortem fideicommiſſarij ei qui verè vocatus eſt, & poſt grauatum omnino ſucceſſurus, quod facere potuit in præiudicium ſui non tertij. At hoc caſu declaratio facta fuiſſet in fauorem eius qui prædefuncto patre nullo modo erat vocatus, & in præiudicium eius qui omnino & ſolus erat vocatus, vt penitus inutilia ſint quæ de priuilegio & fauore exceptionis dicuntur: neque enim huiuſmodi declaratio ſubſiſtere, neque Ioannes filius Gaſparis prædefuncti ea ſe iuuare poteſt in præiudicium Animundi, & ea iuris diſpoſitione, & ex verbis teſtamenti.

Non obſtat ſeptimum, vt hîc faciendum ſit quodammodo ſucceſſorium edictum, vt quandiu extant aliqui 24
de prima linea, non ſit deſcendendum ad ſecundam, vt inter priuatos tale ſucceſſorium edictum conſiſtere ait Bald. *in l. ſi in perſona C. de fideicom. in cap. Raynutius verb. ſoboles quam geſtabat ext. de teſtam.* nam reſpondeo hęc procedere tantùm, cùm ſemel primogenitura vnam lineam eſt ingreſſa, quamdiu enim ea ex deſcendentes ſuperſunt, non ſit tranſitus ad aliam lineam, ſed hoc caſu primogenitura non fuit ingreſſa lineam Gaſparis, imò Animundus tanquam proximior excluſit nepotem, quod hoc caſu præſertim procedit, quo agitur de primogenito, qui tempore mortis fuit Animundus, & quæ de ſucceſſorio dicuntur, non videntur poſſe ad hunc caſum adaptari.

Non obſtat poſtremum, quòd quoties filiæ perpetuò excluduntur etiamſi maſculi non fuerint vocati expreſsè niſi in primo gradu, in quo inter plures vnus fuerat honoratus, tamen talis ille ordo perpetuò ſeruandus eſt, & non ſolum primo nominatus, ſed nepos ſiue pronepos qui ex eo deſcendet, cenſetur vocatus ad notata *in l. fin. C. qui admitti.* nam, ne de veritate huius ſententiæ nunc inquiram, non conuenit caſui noſtro, in quo non agitur de excludendis filiabus per maſculos, ſed quis in primogenitura inter maſculos præferatur, proximior an remotior in gradu, præſertim in primogenitura à collaterali inſtituta, in qua repræſentatio numquam fit: quod ſubijciunt ita iudicatum fuiſſe in Senatu Tholoſano, tenemur illis credere, ſed ſi hoc fuit, videndum eſſet, in quo caſu Arreſtum latum fuiſſet, & an caſui noſtro conueniret: nam ſi ita eſſet, abſque dubio fuit tantùm cùm primogenitura ab aſcendenti eſt inſtituta, & cùm inter deſcendentes eſt controuerſia, non in primogenitura à collaterali inſtituta, in qua, vt ſæpe dictum eſt, non admittitur repræſentatio, etſi aliquod eſt Arreſtum, illud non fuiſſe in primogenitura à collaterali inſtituta colligere licet ex Capell. Tholoſ. *dict. quaſt.* 434. & iis quæ ſuprà diximus cùm ei reſpondimus. Et quod addunt de primo grauato qui in vita iam reſtituerat ſeu declarauerat nepotem filij primogeniti vocatum, quæ 25
declaratio debeat irreuocabiliter tenere ex his quæ diffusè tractantur *in l. ſerui electione ff. de lega.* 1. iam ſuprà ad id reſponſum fuit. Et notata *in l. ſerui electione* procedunt tantùm in eo qui poteſtatem eligendi habet. Nos negamus Gaucherium huiuſmodi facultatem habuiſſe, & huiuſmodi declarationem facere potuiſſe in præiudicium Animundi contra legis diſpoſitionem.

Quoad verò ea quæ de conſuetudine prouinciarum Galliæ ſubijciunt, reſpondimus fusè ſuprà ad tertiam rationem in contrarium adductam.

Nec ſubſiſtit reſponſio, quam dant ad vnam ex rationibus quæ pro patruo ſolent adduci, quòd ſcilicet ætatis, & temporis prioritatis debeat haberi ratio in primogenitura, dum ſcilicet reſpondens, quòd nepos iuuetur habilitate patris, cum quo, vt dictum eſt, eſt eadem perſona. Nam id poſſet habere locum, quando primogenitus ſuperuixit, ſed ſi prædeceſſit, ceſſat omnis repræſentatio,

maximè hoc caſu quo de collaterali agitur, vt fusè ſuprà demonſtrauimus.

Ex quibus concluditur quoad primum dubium d. Animundum excluſiſſe aut excludere debuiſſe dict. Ioannem, & per conſequens d. dominum Doyſe filium d. Animundi præferri debere d. domino Henrico, & nedum per exceptionem eum repellere, quoad Baſtidam Inſulę ſitam & alia bona per eundem petita, ſed etiam mittendum eſſe in poſſeſſionem bonorum per d. Henricum poſſeſſorum quæ dicti quondam Epiſcopi fuerant.

Quoad ſecundum dubium, quo quæritur, an tranſactio, de qua ſuprà, impediat quominus d. dominus Doyſe tam excipiendo quàm reconueniendo d. primogenitura ſe poſſit iuuare. Reſpondetur primò, quoad bona per d. dominum Doyſe poſſeſſa tantum abeſſe vt noceat, quin potius ſi eam apponeret dictus dominus Henricus, per eam omnino excluderetur, cùm nominatim d. Baſtida, cenſus & alia huiuſmodi quæ nunc petuntur, d. Animundo obuenerint. Dixi, ſi cùm d. dominus de Satiſta opponat quod ſcilicet exiſtimem d. dominum Doyſe ea nunc ſe iuuare non debere propter ea quæ mox dicam circa reconuentionem, ſed ſolum ius primogenituræ ſibi competens deducere debere, & deinde in diſcurſu proceſſus prout res feret, delibetabitur, an dicta tranſactione ſe iuuare debeat necne.

Quoad verò reconuentionem pro cæteris bonis per d. dominum Satiſtę poſſeſſis, ſi neque d. dominus Doyſe, neque d. dominus Satiſtæ d. tranſactionem producat, ea non poterit nocere, & d. dominus Doyſe bene fundatus erit in primogenitura quoad d. bona.: ſed ſi ab vno vel altero produceretur, dubium maximum reſultaret contra d. dominum Doyſe, quia præſuppoſito quòd Animundus adiuerit hæreditatem patris ſine beneficio legis & inuentarij, tenetur ipſius factum approbare. At verò d. Animundus pater tam per d. tranſactionem, quàm immiſcendo ſe hæreditati d. Gaucherij eo modo quo teſtatus eſt, primogenitura ſibi competente ſe abdicauit, ex notatis per Pariſ. *conſil.* 32. *num.* 78.79.80. *lib.* 3. Sed reſpondetur hęc vera eſſe ſi iure Animundi ſe iuuaret d. dominus Doyſe, nam huiuſmodi immixtio nec non tranſactio, quandiu vixit Animun-
26 dus, ei nocuerunt. Sed d. dominus Doyſe venit ex iure proprio, & ex propria perſona, & iure poſt immixtionem & tranſactionem ſuperuenienti & non tanquam hæres, ſed tanquam filius, quo caſu geſta per patrem ei nocere non debent, Ruin. *conſil.* 210. *num.* 3. *&* 4. *lib.* 1. Caſtren. 199. *per tot. lib.* 1. & in caſu Pariſ. ipſemet qui per aditionem approbaret teſtamentum, ei poſtea ex vi donationis ſibi antea factę contrauenire volebat, & quoad tranſactionem non promittit Animundus quicquam Ioanni quoad bona d. Epiſcopi, ſed cùm per eum poſſeſſa eſſent, relinquit in ſtatu in quo erant, & caſu quo ſupereſſet aliqua difficultas, d. Ioannes poſſet experiri ex vi d. tranſactionis contra bona Animundi, quod tamen ſi bene ponderentur verba tranſactionis, facere non poſſe exiſtimo, in omnem euentum d. dominus Doyſe bona paterna remitteret, & omnia bona d. Epiſcopi conſequeretur.

Quoad tertium dubium, an præſcriptio noceat d. domino Doyſe ſiue excipiat, ſiue reconueniat, reſpon-
27 detur paucis: ſi excipiat, abſque dubio non nocere, quę enim ſunt temporalia ad agendum, ſunt perpetua ad excipiendum, *l. purè in fi. ff. de except.* Doctores *text. cum gloſ. in l. licet C. de except. canon. in cap. ſi autem.* vbi latè Panor. & Felin. *col.* 4. *vſque ad fin. de reſcript.* Balb. *de præſcript.* 4. *par.* 4. *partis princi. quæſt.* 37. *num.* 1. *cum ſeqq. per tot.*

Si verò reconueniat, & lis in Gallia agitaretur, peri- 28
culum eſſet ne noceret, cùm 30. anni & vltra à morte Animundi patris effluxerint, *leg. ſicut l. omnes C. de præſcript. tri. vel quadra. anno.* ſed ſi in hac patria huiuſmodi lis ventiletur, d. dominus Doyſe prætendet ſe ignoraſſe hoc ius ſibi competiiſſe, & iuramento ignorantiam probabit *gloß. in* §. *ſed iſte inſtit. de actio.* & ex ca- 29
pite ignorantiæ reſtitutionem in integrum impetrabit, quę aduerſus præſcriptionem nedum 30. ſed etiam 30
40. annorum ex magis communi doctorum ſententia datur, vt in præſcript. 30. annorum tradit Bart. *in l.* 1. §. *ſi quis propter ff. de tutor. atque pruna.* Alex. *in l. cum filiusfamilias* §. *in hac ff. de verbor. obligat.* & ibi Socin. *colum. pen. & antepen.* dicit communem, fuſiſſimè Couarru. *in cap. poſſeſſor. par.* 3. §. 3. *de reg. iuris in* 6. *& de quadragenaria.* Socin. *conſil.* 80. *col. fin. lib.* 3. Decian. *conſil.* 36. *col. fin. & conſil.* 64. *col. pen.* Goza. *conſ.* 56. *col.* 3. qui aſſerit communem, fusè Balb. *de præſcript. in* 4. *part.* 5. *partis prima. quæſt.* 29. Boer. *quæſt.* 39. *num.* 6. qui etiam de communi teſtatur, & quam in hac patria ſequimur.

Ad quartum, poſito iam & non conceſſo d. Ioannem d. Animundo præferendum fuiſſe, an quoad bona per d. dominum Doyſe poſſeſſa, d. tranſactione, quę eo caſu abſque dubio per eum producenda eſſet, vel præſcriptione ſe iuuare poſſit: reſpondetur tranſactione ſe poſſe iuuare, ex eo quod etſi d. dominus de Satiſta non ſit hæres patris, & propterea non teneatur eius factum approbare, tamen cùm per d. tranſactionem Ioannes mobilia d. Gaucherij & pleraque immobilia per eum acquiſita conſecutus fuerit, eaque nunc d. dominus de Satiſta poſſideat, aut tenebitur dictæ tranſactioni ſtare, aut dicta bona per d. Gaucherium acquiſita eidem domino Doyſe reſtituere, ſi bona per ipſum poſſeſſa fideicommiſſo ſubiecta recuperare voluerit. Nec poterit dicta bona per Gaucherium acquiſita aut partem illorum retinere pro quantitate dotium ſororibus dicti Ioannis per eum ſolutarum, aut onerum hæreditariorum dicti Gaucherij per Ioannem ſupportatorum, quia cùm non ſit ipſius hæres, imò talem ſe abnegauerit, & abneget, non poteſt iure ipſius vti: quæſtio enim hæc dilemmate concluditur, aut d. dominus de Satiſta vult ſe dicere hæredem patris & iure ipſius vti, aut non. Primo caſu omnibus quidem exceptionibus & iuribus Ioanni competentibus vti poteſt, ſed tunc obſtabit tranſactio ne dicta bona fideicommiſſo ſubiecta per dictum dominum Doyſe poſſeſſa conſequi poſſit. Secundo verò caſu dictis iuribus Ioannis nullo modo ſe iuuare poteſt, & bona per dictum Gaucherium acquiſita, per eum poſſeſſa, ſimpliciter & purè reſtituere tenetur.

Quoad verò præſcriptionem, ſi à tempore, quo etiam viuo patre ſibi fecit fideicommiſſum adiudicare, & miſſus fuit in poſſeſſionem, 20. anni effluxerunt, & poſt 25. annos completos quadriennium, quod de iure communi tantùm datur, quod in patria ſequendum eſt, in Gallia verò decennium datetur ex conſtitutione regia, ea ſe tueri poterit.

Ad quintum, quo quęritur, an d. dominus Satiſtę aut d. dominus Doyſe, quicunque tandem ex illis vocatus ſit ad fideicommiſſum, poſſit de illis bonis d. fideicommiſſo ſubiectis diſponere. Reſpondeo quoad bona in Gallia ſita &, quæ ex vi ſubſtitutionis hæredi factæ Gaucherio de Brancas obuenerint, ſi Gaucherius primus ea poſſedit ſiue dominus Doyſe ſiue d. de Satiſta vocatus ſit, de illis diſponere poſſe, ex vi ordinationis regiæ de anno 1566. artic. 57. cùm ſit in quarto gradu non dempto Georgio de Caſtellana hærede,

Gau-

Gaucherius primus conſtitoit primum gradom, Gaucherius ſecundus ſecundom, Gaſparis non eſt habeoda ratio, quia ante patrem deceſſit, Ioannes filins Gaſparis vel Animundus tertium, & Henricus vel Gaſpar dominus Doyſe quartum: ita vt in vnoquoque ex dictis dominis Doyſe, & de Satiſta fideicommiſſum finiatur: quod quidem hoc caſu, quo gradus computa-
31 mus per generationes, non habet dubium. Fuit aliàs grauiſſima quæſtio circa interpretationem d. conſtitutionis, an gradus ſecundùm generationes, an verò ſecundùm perſonas eſſent compotandi, tamen taodem per varia Arreſta perſonarum ſolùm habendam eſſe rationem definitum fuit, Cbaron. *en ſes reſpon. lib.*10. *cap.*17. *in fin.* & ita paſſim in Gallia obſeruatur prætterquam in Senatu Tholoſano, io quo primùm quidem huiuſmodi conſtitotio nullo modo fuit recepta, Maynard. *aux notables queſt. lib.*5. *cap.* 86. Poſtea verò recepta quidem, ſed ita tamen, vt non oiſi per generationes graduom computatio fieret, Maynard. *lib.* 8. *cap.* 1.

Sed qooad bona legata Gancberio primo neuter poſſet diſponere, qoia dempto Gaocherio primo ſunt tantùm in tertio gradu. Gaucberius enim ſecuodus facit primum, Animundus ſiue Ioannes ſecundum, d. Doyſe ſiue d. Satiſtæ tertium.

Quoad verò booa in Comitatu ſita perpetuom eſt fideicommiſſum, & quamdio erunt perſonæ vocatæ, tamdiu durabit.

Ad ſextum, quo quæritur, an aduerſus petitionem ſopplementi legitimæ qoam facit ſicut & aduerſus redditionem rationis quam petit d. domioos de Satiſta, aliqua ratione d. dominus Doyſe ſe tueri poſſit. Reſpondeo variis modis d. dominom de Satiſta ab huiuſmodi petitione repellendom.

Primò, quia ſi quæ legitima vel petitio redditionis rationum ei competit, illod eſt ex perſona patris, at verò d. dominus Satiſtæ hæreditate pateroa ſe abdicauit, ergo eam petere oon poteſt.

Secundò, etſi patris hæres eſſet, tamen præſcriptio- 32
ne 30. aonorum, quæ etiam vioente patre completa fuit, repelleretur, Bald. *in l. ſi quis filium C. de inoff. teſtam.* Alex. *conſ.*108. *& conſil.*128. *lib.* 1. Gomeſ. *var. reſol. tom.* 1. *cap.* 11. *num.* 23. *verſ. pulchrum tamen eſt dubium.* Graſſus *in* §. *legitima q.* 47. & quoad redditionem rationum *l. omnes l. ſicut C. de praſcript.* 30. *vel* 40. *an.*

Tertiò & poſtremò, ex eo quòd Ioanoes ſimplici- 33
ter & ſine beneficio legis & inuentarij, hæreditatem Gaucherij ſecundi adiuit, qui tameo Animundum in omnibus bonis propriis per eum aeqniſitis inſtituerat, & deinde per d. tranſactionem coooenit, vt booa per d. domioum Doyſe nunc poſſeſſa ad Animundum pertinerent, non poteſt d. dominus Doyſe ratione d. legitimæ nunc moleſtari ex traditis per Pariſ. *conſ.* 32. *num.* 78. 79. *&* 80. *lib.* 3. & quoad redditionem rationum omnioo & certiſſimè per d. tranſactionem excluderetur.

Ad poſtremum, qoomodo ſe poſſit defendere aduerſus petitionem ſupplemeoti legitimæ, contra deſcendentes ex ſororibus Ioanois & Animundi, reſpoodetur præſcriptiooe 30. annorom ſe defendere poſſe.

ARGVMENTVM.

AN pater & mater ſuccedant æqualiter filio prædefuncto, in omnibus bonis etiam profectitiis.

SVMMARIVM.

1 *Pater & mater æqualiter filio ſuccedunt in bonis per ipſum acquiſitis.*

2 *In quaſi caſtrenſibus & aduentitiis filius habet hæredem.*

3 *Donata à patre cauſa ſtudij dicuntur quaſi caſtrenſia.*

4 *Profectitia ad ſolum patrem pertinent, etiam exiſtentibus liberis, ſi naturam peculij retinuerint,* num. 22.

5 *Paterna paternis, materna maternis danda ſunt, ſed vide* n. 23.

6 *Maxime quando filius non reliquit fratrem germanum, qui cum patre matréque concurrat, ad id reſpondetur* n. 25.

7 *Pater excludit matrem in bonis à ſe donatis filio ſine liberis defuncto per* l. quod ſcitis §. fin autem C. de bon. quæ liber. *cuius vi ita ſeruatur in Gallia, iure quod vocant reuerſionis: dictum tamen § correctum eſſe reſpondetur* n. 26. *& ceſſante correctione datur alia reſponſio* num. 27. & n. 28. *datur verus intellectus illius §.*

8 *Donatio per patrem filio facta, licet firmetur iuramento, tamen ſi filius prædeceſſit, irritatur, contra* num. 29.

9 *Defectus inſinuationis iuramento ſuppletur, ſi inſinuationi renunciatum ſit, aliàs ſecus. contrà* n. 30.

10 *Iuramentum non ſupplet plures defectus, limita vt* num. 34.

11 *Lex generaliter loquens, generaliter intelligi debet, & vbi non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.*

12 *Tantum operatur generalis diſpoſitio, quantum ſpecialis.*

13 *Bona acquiſita conſolidantur cum patrimonio acquirentis, nec amplius conſideratur vnde prouenerint.*

14 *Mater in ſucceſſione filij præfertur auo paterno, etiam in bonis prouenientibus ex linea paterna.*

15 *Bona, quæ iure ſucceſſionis tranſeunt in filium vel nepotem, vnita dicuntur, & eodem iure cenſentur.*

16 *Aſcendentes æqualiter liberis ſuccedunt, undecumque bona prouenerint.*

17 *Filiusfamilias hæredem habet, quando donatio ipſi pro ſe, & ſuis hæredibus ſtipulanti facta eſt.*

18 *Filia habet hæredem in dote profectitia, quando pater ſtipulatus eſt eam ſoli filiæ reddi.*

19 *Et quando filia patre præſente & conſentiente ſtipulata eſt eam ſibi reddi.*

20 *Donatio facta filio pro ſe & liberis, an cenſeatur facta liberis, vt liberis, controuerſum eſt.*

21 *Sed ſi facta ſit filio & liberis, certiſſimè liberis, vt liberis acquiritur.*

24 *Communis opinio non eſt attendenda, quando pro contraria adſunt validiores rationes.*

31 *Donatio per patrem facta contemplatione matrimonij filio in poteſtate conſtituto valet ab initio, etiam iniurata.*

32 *Nec irritatur diſſoluto matrimonio.*

33 *Donatio contemplatione matrimonij non eget inſinuatione.*

35 *Iuramentum habet vim clauſulæ*, omni meliori modo.

36 *Clauſula* omni meliori modo *facit valere actum ex omni capite, quo fieri potuit.*

CONSILIVM CXXV.

ANno 1505. & 14. Decemb. D. Melchior Raynaudus ciuis Aueoion. amore quo d. Ioannem eius filium proſequebatur, & quia ita ſibi placuit & placebat, præſertim contemplatione matrimonij quod tractabatur inter ipſum & Domicellam Catharinam Coſte, in caſum in quem d. matrimonium ſuum ſortiretur effectum, donauit, ceſſit, remiſit, & tranſtulit donatione pura ſimplici & irreuocabili, quæ fit & fieri dicitur inter viuos ea tunc valitura, eidem Ioanni filio ſuo & ſuis hæredibus & ſucceſſoribus quibuſcumque præſenti & gratias agenti, & cum notario ſtipulanti & acceptanti pro ſe, ſuis hæredibus & in futurum ſucceſſoribus quibuſcumque domus & capitalia penſionum in d. donatione deſignata & ſpecificata necnon omnia iura vſusfructus quæ d. Melchiori competere poſſent in bonis per d. Ioannem, tam ex fructibus d. bonorum donatorum, quàm ex ſua induſtria & aliàs quomodocumque acquirendis, de quibus domibus, capitalibus penſionum, arreragiis eorumdem, & acquiſitionibus per d. Ioan. faciendis, iuribus & pertinentiis, poſtquam tamen dict. matrimonium ſuum ſortitum fuerit effectum per donationem corporum dicti ſui filij cum dicta domicella Catharina Coſte ſe diueſtiuit & inueſtiuit, &c. iuramento in ampliſſima forma præſtito dictam donationem roborauit.

Die ſequenti contractus matrimonij inter d. Ioannem & Catharinam fuit initus, in quo bona donata fuerunt nominatim aſſata pro augmento in caſum ſuperuitę promiſſo, & ſtatim ſponſalia per verba de præſenti in facie ſanctæ matris Eccleſiæ contracta, & vt vocatur, donatio corporum facta, & ſic d. donatio bonorum ſuum plenum fuit ſortita effectum, & poſtea matrimonium fuit conſummatum, & per ſpatium quatuor annorum & aliquot menſium d. Ioannes & Catharina in matrimonio permanſerunt, quo ſpatio temporis durante ad Senatoriam dignitatem in principatu Auraicen. beneficio Principis d. Ioannes promotus fuit, quam per ſpatium trium annorum & aliquot menſium vſque ad obitum exercuit, multáque bona tam mobilia quàm immobilia acquiſiuit, & inter alia Baſtidam cum eius tenemento in territorio Auraicæ ſitam, & cui Ioanni cùm inueſtituram acciperet Princeps Auraicæ integri laudemij gratiam fecit, nec non ſenſus & directa dominia ſuper multis bonis in territorio Paludis ſitis. Moritur tandem d. Ioannes nullis relictis liberis, dicto Melchiore patre & domicella Violanta Nicolay ſuperſtitibus: quatuor annis & aliquot menſibus poſtea d. Melchior deceſſit teſtamento condito quo d. Violantam vxorem, & ex fratre nepotem hæredes inſtituit, iniungendo vxori vt dotem & iura dotalia in hæreditate relinqueret quamdiu ipſa portione ſua frueretur, quam grauauit poſt mortem vel in caſum nuptiarum eam portionem reſtituere dicto nepoti. Dicta Violanta ſimul & pater hæredis adierunt hæreditatem cum beneficio legis & inuentarij, ipſáque nominatim proteſtata eſt ſe nolle confundere dotem & iura dotalia, necnon dimidiam partem hæreditatis d. Ioannis filij.

Nunc quæritur, an d. Violanta bene fundata ſit petendo dimidiam partem omnium bonorum d. Ioannis, & concurrerit cum dicto Melchiore in ſucceſſione
eiuſdem. Et quidem quoad d. Baſtidam, cenſus, mobi- 1
lia, & alia per d. Ioannem acquiſita, res eſt abſque dubio, *authen. defuncto. C. ad Senat. Tertyl. §. ſi igitur in No-*
uel. 118. de hæred. ab inteſt. venien. in quaſi caſtrenſibus 2
enim nec non in aduentitiis filius habet hæredem, *l. cum oportet in princ. & §. 1. & 2. C. de bo. quæ liber. §. igitur inſti. per quas perſo. no. acquir.* gloſ. *in verb. parentibus in fi. & in verb. acquiruntur §. 1. ſi quis igitur de Nouell.*
118. quæ adeò vera ſunt, vt quaſi caſtrenſia dicantur 3
etiam ea quæ donata ſunt à patre ob cauſam ſtudij, ſi tamen filius in vita patris ſtudium compleuerit, Bart. *in l. 1. §. nec Caſtrenſe ff. de colla. bonor.* poſt Din. & alios quos refert & ſequitur idem Bartol. *in l. filia licet C. de collat.* vbi Iaſ. *num.* 2. & eſt recepta opinio ſecundùm Alex. *in l. ſi donatione num. 19. eod. tit.* Rip. *in l. in quartum num. 168. ff. de leg. Falcid.* vbi Berenga. *num.* 81. nec vlla præſumptio ſic adeſt, quod pretium d. bonorum prouenerit à patre, cùm d. Ioannes ea dote vxoris admodum opulenta & bonis à patre ſibi donatis vltra 1200. ſcuta annua perciperet, & præterea ſatis egregiam ſummam ratione officij.

Sed difficultas eſt circa bona à patre data, an illis mater cum patre ſimul ſucceſſerit, an verò ſolus pater, ita vt d. bona ad eum redierint. Et prima facie videbatur dicendum d. bona ad patrem ſolum redire debuiſſe. Primò, quia cùm agitur de deſcendentibus, & illis deficientibus, aſcendentibus, qui debeant ſuccedere filio eidémque patri reſpectiuè defuncto, ſtatuitur eum habere hæredes, liberos quidem primùm,
& his deficientibus, aſcendentes, bona profectitia ea- 4
cipiuntur quæ ad ſolum patrem etiam exiſtentibus liberis pertinent *l. 2. ff. de caſtren. pecul. text. in d. §. ſi quis igitur*, in illis verbis, *in illis videlicet rebus quæ ſecundùm alias noſtras leges, &c.*

Secundò, quia poſito quòd hæc bona donata pecu-
lij profectitij naturam cauiſſent, tamen non poteſt ne- 5
gari à patre profecta: at verò in bonis ex linea paterna prouenientis matrem excludi, ſicut è contrario in bonis ex linea materna prouenientis patrem excludi, & ſic hoc caſu paterna paternis, materna maternis danda exiſtimauit Bartol. *in l. quod ſcitis § ſin autem C. de bonis quæ liber.* & in *authen. itaque C. commun. de ſucceſſ.* & in *l. poſt dotem ff. ſolut. matrim.* idem *conſ. 28. num. 4.* Bald. *conſ. 104. circa fin. vol. 2.* Mateus de Peroſſis inter conſilia Baldi *conſil. 103. vol. 2.* Ang. *in d. §. ſin autem & in dict. authen. itaque*

Imola } *in d. l. poſt dotem ff. ſolut. matrim.*
Roma. } *num.* 107.
& Iaſ. }

Mandoſ. ad Roma. poſt eundem *conſil. 40. n. 5.* Corne. *conſil. 47. num. 5. vol. 1.* Bald. *Nouel. in tract. de dote par. 12. quæſt. 14.* Alex. qui hanc ait eſſe communem opinionem *conſ. 150. num. 5. vol. 2.* Roueſcala *ibidem ad d. num. 5.* Additionator ad Alex. & poſt eundem *conſ. 168. num. 13.* vbi hanc eſſe veriorem & æquiorem ſententiam contendit Guiliel. Benedict. *in cap. Raynutius ver. & vxorem nomine Adelaſiam ext. de teſtam. num. 36.* ſecundùm antiquam impreſſionem, nunc verò *in d. verb. & vxorem tract. ſucceſſio ab inteſtato num. 70.* Sigiſ. Lofred. *conſil. 32. col. 3.* Boer. *deciſ. 192. in fin* Gabriel. qui dicit hanc eſſe magis communem *lib. 4. tit. de ſucceſſ. ab inteſt. concluſ. 3. num. 3.* Tiraquel. *in tract. de retract. ligna. §. 14. gloſ. 2. n. 12.* Ema. Mandoſ. de Caſtro ad *d. l. cum oportet num. 58.*

Quam ſententiam hoc caſu omnino ſequendam eſ-
ſe videtur, cùm d. Ioannes ſolus eſſet, nec fratrem Ger- 6
manum reliquerit, qui cum patre matréque concurreret, quod ſi eſſet diſcedendum, eſſet ab opinione Bart.

vt in

vt in ſpecie docent Socin. ſen. conſil.89.col.2. Crauet.
conſil.176.Couar.in tract.de ſucceſſ.ab inteſt.concl.2.verſ.
porro. & de Franchis qui teſtatur ita iudicaſſe regium
conſilium Neapolitanum deciſ.59.

7 Tertiò, quòd pater in bonis à ſe donatis excludere
debeat matrem, videtur determinare text. in d.l. quod
ſcilicet §. ſin autem. ex vi cuius paſſim in Gallicis tri-
bunal. bona à patre filio donata, eo ſine liberis defun-
cto ad eum redeunt, excluſa matre, quod ius vocant
droict de reuerſion, vt teſtantur Charon. reſpon.lib.7.c.
114.& lib.10.cap.82.Maynar. aux nota. & ſingul.obſerua.
lib.2.cap.82.90.91.92.

Quartò, quia etſi donatio per patrem filio facta iu-
8 ramento firmetur, ſi tamen filius prædecedat, redditur
nulla, perinde ac ſi iuramentum non interueniſſet,
ſicut quęuis alia donatio inſinuata ſi morte patris con-
firmata non ſit, Riminal.iun. inſtit.de donatio.in princ.
num. 398. & Gamma. deciſ.103.num.73.cum plurib. ſeqq.
& licet loquantur in donatione inter virum & vxo-
rem, & donatio facta à patre filio in poteſtate conſti-
tuto æquiparantur, & valet argumentum de vna ad
aliam; vt per Rom.& Iaſ. in repet.l.pen.§.ſi vir ff.de ac-
quir.poſſeſſ.Seraphin. de priui.iura.priuil.72.n.6.

Quintò, huiuſmodi donatio ex alio ſubſiſtere non
poteſt, & ideo inutiliter quæritur, an mater ſuccedere
9 poſſit, quia ſcilicet non fuit inſinuata. Etſi enim defe-
ctus inſinuationis iuramento ſuppleatur, hoc tamen
intelligendum eſt, ſi nominatim inſinuationi renun-
tiatum ſit, non ſi ſimpliciter iuramento firmata ſit,
Corne.conſ.69.col.3.vol.2.

Poſtremò, quia poſito quòd iuramentum ſimplex
abſque mentione inſinuationis ſuffeciſſet ad ſupplen-
dum illius defectum, tamen quando concurrit duplex
defectus, nimirum cùm eſt donatio inter patrem & fi-
lium, & non eſt inſinuata, & ſic quia eſt facta inter per-
ſonas prohibitas inter ſe donare, & quia etiam excedit
ſummam quingentorum ſolidorum, iuramentum non
10 ſupplet plures defectus, per Deci.conſ.239.col.2.Seraph.
priuil.73.n.72.

His tamen non obſtantibus exiſtimo omnino
reſpondendum eſſe in fauorem d. Violanæ, vt ipſa
ſucceſſerit filio ſimul cum marito etiam in bonis ab
ipſo donatis, quia text. in §.conſequens ſine §.ſi igitur 2.
de Nouel.118.de hære.ab inteſt.veni.& in authen defuncto
11 C.ad Senatus.Tertyl. generaliter loquitur. Ergo genè-
raliter debet intelligi, etſi maior ratio eſſet in vno
quàm in alio l.1.§.& generaliter ff.de lega præſtan. Ne-
guſ. de pigno.par.5.mem.§.n.36. Rol. à Valle in tract.de
confect.inuen.par.4.§.quæritur etiam num.3.& par.5.§.2.
num.1.Caualcan.in tract.de tuto.& curato.num.98.Vin-
cen.de Franch. deciſ.167.& vbi lex non diſtinguit, nec
nos diſtinguere debemus, l. ſi verum §.non dixit prætor
ff.de acquir.hære.l.4. ff.de tute.l.de pretio.ff.de publica.l.3.
ff.de offi.præſi. Canale. Neguſ. & de Franc. vbi ſuprà
Decia. conſ.44.num.3.vol.1.& tantum operatur genera-
12 lis diſpoſitio quantum ſpecialis l.ſi duo ff.de admi.tuto.
l.ſi chorus ff.de lega.3 cum concor.

Secundò, quia bona acquiſita conſolidantur cum
13 patrimonio acquirentis & deſinunt eſſe prioris domi-
ni, nec amplius habetur conſideratio vnde illa bona
prouenerint, l. ſi auia noſtra C.de donati.l.1.§.veteres ff.
de acquir.poſſeſſ.l.fi. C.de inoffic.teſta.l. ſed ſi plures §.filio
ff.de vulga. gloſ.in l.1.C.de legi.hære.Maran.diſp.10.num.
13.Rolan.à Valle conſil.95.n.44.lib.1.Vincen.de Franch.
deciſ.307.n.3.

Tertiò, ſi contraria opinio eſſet vera, falſum eſſet,
14 quod communiter à DD.receptum eſt, matrem in ſuc-
ceſſione filij præferri auo paterno etiam in bonis quæ-
ſitis ex linea paterna. Oldrad. conſil.110. Ioan. Lupus in
repe.cap. per veſtras §.23. in fi.ext. de donat.inter vir.&
vxor. Couar. d.n.3. Captio. in tract.de ſucceſſ.ab inteſt.
lib.2.§.10.

Quartò, quia bona ex paterna ſeu materna linea, 15
quæ iure ſucceſſionis tranſeunt in filium vel nepotem,
vnita cenſentur, l.ſed ſi plures §.filio ff.de vulga. ſed bo-
norum vnitorum ſeparatio peti non poteſt, imò eo-
dem iure cenſentur, l.1.§.prætereaff.de ſeparatio.

Quintò, hanc ſententiam vt ſcilicet aſcendentes æ- 16
qualiter liberis ſuccedat, non habito reſpectu, an bona
prouenerint ex linea paterna vel materna, amplexi ſunt
& tuentur 1. Raineri. de Forliuio in d.l. quod ſcitis §.
ſin autem vt teſtatur ibi Bald. Cod. de bonis quæ liber.
2. Petrus de Bellapert. in d.authen. itaque C.commu.de
ſucceſſ. 3. Albericus in d.§.ſin autem. 4. Din. in d.
authen.itaque ſin autem col.2.verſ.tamen. vt eum refert
Corne. conſil.7 lib.3. 5. Cyn. in d.authen.itaque & in
d.authen.defuncto. 6. Bald. in d §.ſin autem n.4.verſ.
ſed Reynerius & in d.authen.defuncto num.3. C.ad Senat.
Tertyl. & conſil.31. num.1.lib.2. vbi aſſerit communem
eſſe contra Bart. & conſil.260.in fin.lib.4. 7. Salicet.
in d.authen.itaque. 8. Fulgoſ. in d.§.ſin autem num.
6.vſque ad fin & in d.authen.itaque. 9. Ioan.de mon-
te Sperel. vt eum refert Corne.d.conſil.7.Guiuel.Pon-
tan.vt atteſtatur Corne. in d.§. 10. Corne. in d.§.ſin
autem per tot.& d.conſ.7.num.2.lib.3.& conſ.265.num.1.
lib.4.& conſil.94.vol.1. vbi aſſerit plures DD. numero
& maiores authoritate tenere contra Bart. 11. Cu-
man. conſ.123.num.1. 12. Caſtrenſ. in l.poſt fratres 1.
C.de legi.hæred. 13. Angel. Aret. in §.fi.in fi.inſtit. de
ſeruil.cogna. 14. Nicola de Vbald.de ſucceſſ ab inteſt.
2.par.princ.num 4. 15. Benedic. de Bened. de Peru-
ſio inter conſ. Corne. dict.conſil.7.in 1.par.eiuſdem.
16. Valent. Forſter. de ſucceſſ.ab inteſt.lib.7.cap.4. de
ſucceſſ.aſcen.concl.4.caſu 1.num.12. 17. Weſemb. ad-
ditio.ad Oinotom. 18. Fer. Vaſq. de ſucceſſ.reſol.§.
13.num.11. vbi hanc quoque communem dicit & hodie
tenendam quidquid dixerint omnes pro cõtraria opi-
nione adducti. 19. Phanu. de Phanuci. tract.de in-
uen.par.2. qui hanc etiam magis communem & vetio-
rem nuncupat. 20. Graſſus in §.ſucceſſio quæſt.22.n.
5.verſ.contrarium. qui huic opinioni adhærendum eſſe
cenſet. 21. DD. Peruſini ſuper ea re conſulentes, vt
refert Tiraqu. de retract.lignager.§.14.gloſ.2.num.13.
22. Crauet. conſ.76.num.4.& 5. 23. Couar. in tract.
de ſucceſſ. ab inteſt.n.2. 24. Arnol.Ferron. in conſuet.
Burdiga. in tit. de teſtam.§.1.fol.163. 25. Vincen. de
Franch. extra tamen lucra nuptialia deciſ.59.n.5. vſq. ad
fin. 26. Conſtan.Capriol.in tract.ſucceſſ ab inteſt.lib.
2.num.11. 27. Anthon.Gomes ad leges Tauri l.6.n.7.
28. Crot.conſ.265.lib.4.& conſ.286.lib.1. 29. Docto-
res Ticinenſes, qui ita conſuluerant referente Iaſ.in d.
poſt dotem num.107.ff.ſolut matrim.

Sextò, vbi ſupereſſet aliqua difficultas in theſi &
quæſtione generaliter propoſita, ea ceſſaret in caſu no-
ſtro, in quo donatio eſt facta d. Ioanni pro ſe & ſuis
hæredibus & ſucceſſoribus quibuſcumque ſtipulanti,
quo caſu filiusfamilias hæredem habet & ad eum ius 17
ſibi quæſitum tranſmittit per id quod notatur gloſ.
Bart.& DD. in d.§.1.in Nouel.de hæred.ab inteſt.venien-
tibus. & quemadmodum in dote profectitia, quam pa- 18
ter ſtipulatus eſt, ſoli filiæ reddi ſoluto matrimonio,
tunc poſtquam dos pleno iure facta eſt filiæ, ipſa ha-
bet in ea hæredem, vt voluit Bart. in l. ſi cum dotem ff.
ſolut.matrim.per l.inter ſocerum §.cum inter ff.de pact.do-
tal.& idem ſcribit Alex. de Imo. in l. poſt dotem eod.tit.
ſolut. matrim. & in l. illam verſ. niſi auus C. de collat. & 19
idem quando filia patre præſente & conſentiente ſti-
pulata eſt dotem ſibi reddi ſolut.matri.vt voluit Paul.

de Caſtro *in conſ.129. verſ. certè in quantum.* ita multo
magis in hac donatione facta filio ſtipulanti pro ſe &
hæredibus aſſerendum eſt. vt ſcilicet nulla amplius pa-
tris ſit habenda ratio, vel quòd bona ab eo profecta
ſint, ſed ad hæredes dicti Ioannis ſcilicet patrem ma-
trémque pertinere debeant, vt docet in terminis Ber-
tran. *conſ.25. num.20. lib.7.* nec habenda eſt conſidera-
tio, quòd Bertran. *in d. conſ.* liberorum donatarij faciat
mentionem, id enim facit quòd caſus talis eſſet, ſed in
eis non facit vim, ſed ſolum in ſtipulatione pro ſe &
hæredib. facta, quod manifeſtè conuincitur, ex exem-
plo de dote profectitia, quam pater paſſus eſt, filiam
ſibi ſtipulari, quæ propter ſtipulationem ad eius hære-
des ſpectat, alioqnin ad patrem reuerſura: quod ne-
ceſſario intelligendum eſt de filia, quæ ſine liberis de-
ceſſit. Nam ſi liberos reliquiſſet, etiam ſine ſtipula-
tione, ex conſuetudine Martini ad patrem non re-
diiſſet.

Poſtremò, quia non ſolùm d. Ioannes ſtipulatus eſt
pro ſe & ſuis hæredibus, ſed quod maius eſt, d. Mel-
chior donauit dicto Ioanni & ſuis hæredibus ac ſuc-
ceſſoribus quibuſcumque, quæ verba longè maioris
ſunt momenti, quàm ſtipulatio facta à donatario, &
per ea vis irreuocabiliter acquiritur hæredib. filij, & ſic
non tam matri quàm patri, exempla enim quæ dicun-
tur, dum proponitur quàm magnum ſit diſcrimen in-
ter donationem factam à patre filio ſtipulanti pro ſe
& liberis, & eam quæ fit filio & liberis, & ſic dictio *li-*
20 *berorum* profertur à donante, vt primo caſu contro-
uerſum ſit, an ſtipulatio ſit facta pro liberis vt liberis,
an vt hæredibus, de qua Couar. *lib.2. varia. reſol. cap 28.*
Clar. *in §. emphyteuſis quæſt.37.* Socin. *conſ.127. num.9.*
circa fin. vol.3. Ruin. *conſ.213. num 4* Soc. iun. *conſ.104. n.*
15. lib.2. Iaſ. *in l.2. num.188. cum ſeqq. de iur. emphyt.* Gabr.
21 *lib.3. com. concluſ. tit. de iur. emphyt. concl.2. num.47.* Se-
cundo verò caſu, quo verba proferuntur à donante,
certiſſimum eſt liberis vt liberis poſt mortem patris
acquiri, Bart. *in l. quod dicitur ſecundo ff. de verb. ſignific.*
Deci. *conſ.239. num.4.* Bertran. *conſ.138. num.14. & ſeqq.*
lib.2. poſte. Iaſ. *in l. Gallus §. quidem rectè num.24.* & Ca-
ſtrenſ. *num.10. de liber. & poſthu.* ita vt pater eo caſu non
poſſit in præiudicium filiorum eorumdémque nepo-
tis donantis, de d. bonis diſponere. Deci. *conſ.216. &*
conſ.239. num.4. cum ſeqq. Bertran. *conſ.234. num.11. in vl-*
ti. ratio. lib 2. prior. & conſ.138. per totum lib.2. poſter. eo-
dem modo hoc caſu maxima vis facienda eſt, quod
dictio *hæredum*, nedum à donatario per ſtipulatio-
nem, ſed etiam ab ipſo donante facta ſit. ita vt, cùm
vtrumque concurrat, omnino exiſtimandum ſit ea bo-
na ad patrem ſolùm redire non debere, ſed omnes hæ-
redes à iure filio datos, & ſic matrem quoque ſucce-
dere debere.

Nec obſtant rationes in contrarium adductæ, nec
enim obſtat quod dicebatur, cùm quæritur de hære-
22 dibus qui filio ſuccedere poſſunt, profectitia excipi
quæ ad patrem redire debent hoc verum eſt ſed in il-
lis tantùm bonis, quæ naturam peculij retinent, non
in huiuſmodi donatione quæ exuit naturam peculij:
in his enim bonis pater ſuccedit vt hæres, & ſic ſimul
cum matre, non autem iure peculij occupare poteſt,
gloſ. *in d. §.1. de hæred. ab inteſt. veni.* & ibi communiter
DD. Crauet. *conſ.102. n.5.* Veral. *deciſ.67. par.2. n.5.* Guid.
Pap. *q.300. n.3.*

Non obſtat ſecunda ratio, qua dicebatur bona pa-
terna profecta eſſe à patre, ideóque in illis patrem ſo-
lùm ſuccedere debere excluſa matre: ſicut è contrario
in bonis à materna linea profectis, matrem ſolùm: &
ſic regulam *paterna paternis, materna maternis*, hoc ca-
23 ſu procedere. Nam reſpon. controuerſam quidem eſſe
quæſtionem, & Bart. ac pleroſque eius ſequaces ſuprà
in contrarium adductos, eam ſententiam amplexos, vt
paterna paternis deberentur, non omnes tamen ſuprà
nominati eam amplectuntur, nam Bald. *conſil.104. vol.*
2. non verſatur in noſtris terminis, ſed in ſtatuto quo pro-
ximiores conſanguinei ex parte patris ſuccedant in
patrimonio, & proximiores ex parte matris in matri-
monio, & maſculi fœminis præferantur, & lis erat
inter conſobrinam ex parte patris & matrem defun-
ctorum: quinimò Bald. vbique contra Bart. ſenſit. Nec
inuenio Marcum de Peruſio quidquam ſecundùm
ſententiam Bart. reſpondiſſe. Corneus verò *conſil.47.*
lib.1. ne verbum quidem hac de re, quinimò quoties
eam quæſtionem tractat Baldi opinionem ſequitur.
Tiraq. autem *de retract. lignag. §.14. gloſ.2.* Doctores
pro vtraque ſententia affert, ſed nihil concludit, nec
cuius ſententiæ ſit, oſtendit, ita vt ex DD. ſuprà in
contrarium allegatis ſuperſint tantum 14. qui Bartol.
ſequuntur. Reſpondetur igitur Baldi ſententiam ve-
riorem & receptiorem eſſe, vt ex ſuperioribus patet.
Sed iam demus opinionem Bartoli communem, Bal-
di verò non, nihilominus Baldi opinio ſequenda eſſet:
nam opinio communis non eſt attendenda, quando 24
pro contraria adſunt meliores & validiores rationes,
Deci. *conſ.366. num.7.* Coraſin. *tit.9. num.87.* qui latiſ-
ſimè more ſuo Rol. à Valle *conſ.100. num 49. & in fin.*
vol.2. Thobias Nonius *conſ.31. num.10.* Celſus Hugo
conſ.20. num.21. Maccagnanus ab Azzouidis *in tract.*
de com. opin. lib.3. cap 8. n.1. imò dicit Vincen. de Franch.
deciſ.30. in fin. in regio conſilio Neapolitano iudicare
contra quandam communem opinionem modicam
fuiſſe difficultatem.

Nec obſtat, quod ſubiungitur, contra matrem reſ-
pondendum eſſe, quia fratres defuncti nulli adſunt,
quo caſu non fieret diſtinctio bonorum paternorum
& maternorum, ex Soc. ſen. *conſ.89.* Crauet. Couar. & 25
Vincen. de Franc. ſuprà allegatis: nam verum quidem
eſt, quod ſi adeſſent, res eſſet clarior, plerique enim ex
his qui contendunt paterna paternis deberi, eam limi-
tant quando fratres defuncti vtrinque coniuncti con-
currunt cum patre & matre. Sed non ſequitur, quod
etiam ſecluſis fratribus, vtrinque coniunctis pater &
mater æqualiter in omnibus bonis ſuccedere non de-
beant, in quibus terminis omnes DD. ſup. allegati pro
reiectione diſtinctionis bonorum paternorum & ma-
ternorum loquuntur.

Non obſtat *l. quod ſcitis §. ſin autem C. de bonis quæ li-*
ber. reſpondetur enim primo ex Bald. *in d. §. ſin autem* 26
& authen. itaque. & pleriſque ex doctoribus ſuprà pro
noſtra ſententia allegatis hunc §. correctum eſſe per
authen. defuncto C. ad Senat. Tertyl.

Secundò reſpondetur, ſi iuris correctionem euita-
re velimus, vt plerique ex ſuprà nominatis euitare ni-
tuntur, inter quos ipſemet Bald. caſu quo non placeat
prima ſolutio correctionis, reſpondent ipſi diſpoſitio 27
nem dicti §. procedere tantùm in ſuo caſu, cùm ma-
ter ſcilicet lucrata eſt partem donationis, propter nu-
ptias ex pacto in contractu appoſito, & deinde mo-
ritur relicto filio, qui deinde moritur ſuperſtitibus
auis paterno & materno: vel è pacto contrario, cùm
pater lucratus eſt partem dotis ex pacto, & deinde
moritur relicto filio, qui deinde deſcedit ſuperſtiti-
bus auo paterno & materno, ſed extra dotem & do-
nationem propter nuptias parentes vtriuſque lineæ
eiuſdem gradus æqualiter ſuccedere, præſertim cùm
diuerſa ſit ratio inter hos caſus & alios, vt ſcilicet pa-
rentes inuitentur ad id, ad quod tamen de iure cogi poſ-
ſunt, dotem ſcilicet conſtituere, & donationem pro-
pter nuptias facere, vt poſt alios docent Crauett.
d. conſ.

*d. conſ.*196.*num.*1. & Vincen. de Franch. *d. deciſ.*59.*num.* 6. & Capriol. *d. lib.* 2. *num.* 23. hæc verò donatio de qua agimus, non eſt donatio propter nuptias, de qua loquitur *d.* § ſin autem quæ fit ipſi vxori, vt ſit quaſi antipherna dotis. Hæc enim fit filio contemplatione matrimonij, vt docent Bertran. *d. conſil.* 25. *num.* 18. Gui. Pa. *quæſt.* 145. *num.* 1. *verſ. quia prima.* Charon. *reſpon. lib.* 9. *cap.* 73.

Nec poteſt argui ex donatione propter nuptias ad hanc, de qua eſt ſermo, quia vt terminis docet Bertran. *d. loco num.* 19. in eis eſt diuerſa ratio: officium enim paternum eſt dotare filiam, & pro filio facere nurui donationem propter nupt. *l. fi. C. de dot. promiſſ. l. qui liberos ff. de ritu. nupt. l. Pomponius Philadelphus* §. *famil. erciſcun.* & quemadmodum poteſt pater cogi ad dotandam filiam, ita ad donandum pro filio donatione propter nupt. per id quod voluit Bal. de Bartoli in ſuo tract. *iur. dot. par.* 6. *priuil.* 16. vel cogitur ſe obligare pro filio de dote ipſi filio conſtituta reddenda nurui vel illi, &c. prout magis communiter DD. ſcribunt *in l. ſi conſtan.* §. *tranſgred. ff. ſolut. matrim.* ſecus tamen eſt in alia donatione etiamſi fiat propter matrimon. ſeu contemplationẽ illius, vt ſæpius fieri ſolet per parentes, quia illi cogi non poſſunt ad illam faciendam, vnde vt prædixi, in his eſt alia & alia ratio, quia in neceſſitatibus nemo liberalis, &c. & quia lex eum quem grauat in vno, vult releuare in alio: non igitur vt videtur, opportunè arguitur de vna donatione ad aliam *l. inter ſtipulantem* §. *ſacram verſ. ſed hæc diſſimilia ff. de verb. obliga. l. ſi maritus in prima C. de donationib. int. vir. & vxor. & l. Papinianus exuls ff. de minori.*

Tertiò reſpondetur, & veriſſimè d. §. nullo modo probare opinionem Bartol. nec in terminis quæſtionis noſtræ verſari: text. enim in illo §. clarus eſt, ſed propter gloſſas & doctores redditur difficilis, ita quod poſt *l. qui ſe patris C. qui admit.* non ſit fortè difficilior
28 in iu, vt inquit Fulgoſ. *in d. l. quod ſcatis, in fi. princ.* verus igitur intellectus huius §. eſt, vt in illius l. ſpeciem nepos non deceſſerit, vt falsò Bart. opinatur, cum auo paterno & materno, ſed relictis & ſuperſtitibus auo paterno & ipſo patre, atque, inquit ille text. quæſita ab eo nepote, ex eo quod mater habuit per pactionem, partem aliquam donationis propter nuptias, etſi non ſuperuixerit, patri acquiri quoad dominium, vſufructu apud auum remanente, ſic ſanè illam deciſ. interpretantur Cyn. Alber. Salicet. Rapha. & Corne. *in d.* §. *ſin autem.* Bened. de Bened. dictus ſupra inter conſ. Corne. *d. conſil.* 7. Couar. *d.* §. 2. *verſ. verumenimuerò* Gomeſ. ad *d. l.* 6. *Tauri n.* 7 omnino videndus: totam enim hanc rem elatiſſimè explicat: Sed videatur text. ita enim rem ſe habere vnuſquiſque iudicabit.

Aliqua quidem Tribunalia Galliæ Bart. opinionem ſequuta ſunt, vt ſuprà deductum fuit, ſed cùm huiuſmodi Arreſta ſint contra iuris diſpoſitionem illorum habere rationem non debemus.

Non obſtat, quod quarto loco dicebatur donationem à patre filio in poteſtate conſtituto factam, quantumuis iuratam, ſi filius præmoriatur redire ad patrem nec plenum & irreuocabilem ſortiri effectũ niſi morte patris ante filium confirmetur exemplo donationis
29 inter virum & vxorem. Nam reſpondeo hoc verum eſſe, ſi iuramentum non adfuiſſet, & donatio ſimpliciter à patre filio in poteſtate conſtituto facta fuiſſet, ea enim opus eſt, vt morte patris confirmetur, alioquin non valet. Sed ſi à principio valuit, vt quia iuramentum interuenit, ea ſemper manet valida, ſicut & donatio inter virum & vxorem, nec opus eſt vt morte patris vel coniugis donantis confirmetur, vt in terminis docent Caual. 1. *par. deciſ.* 30. *num.* 25. *cum ſeqq.* Hieron. Gabriel. *conſil.* 3. *num.* 4. *circa fin. lib.* 1. *& conſil.* 65. vtrobique omnino videndus. Fachin. *controuer. lib.* 3. *cap.* 8. Andreas Gail *obſerua.* 40. *num.* 5. *lib.* 2. Felin. *conſil.* 30. *n.* 5. dum eam dicit irreuocabilem. Capella Tholoſ. dum dicit reuocari non poſſe. Rolan. *conſil.* 77. *vol.* 1. *& conſ.* 25. *num.* 24. *vol.* 2. Crauet. *conſil.* 101. & ſecundùm hoc conſilium Curiam Parla. Delphi. iudicaſſe 14. Auguſti 1543. teſtatur *conſil.* 245. inter patrem & filium. Purpuratus, Antonius de la Ripa, Aleiat. *in cap. cum contingat num.* 204. Anto. Gabriel. *de donati. concluſ.* 3. *num.* 19. Barba. *conſil.* 59. *vol.* 2. *pen. col.* Socin. ſen. *conſ.* 61. *vol.* 1. qui in eorum caſu ſcripſerunt, vt præſupponunt in facto vxorem prædeceſſiſſe, & Barba. conſuluit pro validit. Soci. contra quod iuramentum eſſet aſſertorium in confeſſione dotis: ſed ſi fuiſſet promiſſorium, pro noſtra ſententia tenet, & ita eum etiam intelligit Ioan. Gutier. *de contract. iu. cap.* 4. *num.* 15. *in fin.* Gregor. Lopes *in l.* 4. *gloſ. fin. lib.* 1. *par.* 4. Caſtrenſ. *conſ.* 345. *incip. circa bona num.* 3. *lib.* 1. *de filio & conſ.* 75. *incip. notandum eſt lib.* 2. *de vxore.* Couar. *in rubrica de teſtamentis num.* 10. vbi refert Crauet. Purpur. & Anton. de la Ripa. Seraphin. *de priuile. iur. priuil.* 71. *num.* 46. Theſſaur. *deciſ.* 32. *num.* 23. & ita in ſuo Senatu iudicatum fuiſſe aſſerit Beneautus Straca ad d. conſ. Crauet. 102. Alba. *conſil.* 4. *num.* 19. Alex. *conſ.* 7. *num.* 3. *lib.* 7. dum ait, ſtatim valet, nec indiget alia confirmatione: ſe autem intelligere de confirmatione quę ſecluſo iuramento fit per mortem, demonſtrat *num.* 9. *in fin. &* 10. *in princ.* Freder. de Senis *conſ.* 140. *punctus in fi.* vt cum eo dicit Cephal. *conſil.* 61. *num.* 27. Cephal. *conſ.* 61. *num.* 22. probans apertè conſ. Crauetti contra Deci. & hanc communem aſſerit Gaſpar. Theſſaur. ad *deciſ.* 32. vbi hanc magis communem profitetur. Bald. *Nouel. tract. de dote par.* 10. *num.* 10. vbi communem dicit. Burſat. *conſ.* 183. *num.* 3. *&* 4. *lib.* 2. vbi communem vltra hos allegatos refert *& num.* 22. vbi defendit Crauet. aduerſus Menochium. Simon de Prat. *conſ.* 10. *num.* 17. *&* 22. vbi ſequitur Crauet. contra Deci. Purpu. *conſ.* 235. *num.* 2. Moſſi. *de contract. tit. de donat. num.* 32. Panurm. *conſ.* 95. *lib.* 2. Gomeſ. *ad l. Tauri l.* 50. *num* 65. *iuncto cum verſ. ſextus eſt quando in num.* 66. Ioan. de Imo. *in cap. cùm contingat num.* 81. *de iureiur.* Caſtill. Cotta *in verb. donationes inter virum & in ver. donatio cauſa mortis.* Vaſqu. *de ſucceſſ. creati. lib.* 3. §. 29. *num.* 13. Et infiniti qui ex profeſſo non tractant, ſed eiuſdem eſſe ſententiæ ſatis demõſtrat dum iuramento & irreuocabiles fieri aſſerunt, & cùm confirmationes ſimiles faciunt ei quæ fit per mortem.

Non obſtat quintum, quo dicebatur huiuſmodi donationem defectu inſinuationis corruere, etſi iuramẽtum interuenerit: quia non fuit inſinuationi expreſsè renuntiatum, nam reſpondetur veriorem & receptiorem ſententiam eſſe, iuramentum ſupplere defectum inſinuationis, etſi illi expreſsè renuntiatum non ſit, vt 30
teſtantur Curt. iun. *conſ.* 34. *num.* 1. Crauet. *conſil.* 118. *num.* 1. Rimin. iun. *in* §. 1. *num.* 269. *cum plurib. ſeqq. inſtit. de donat.* Seraphin. *priuil.* 73. *num.* 49. *cum ſeqq.* præſertim 63. *&* 64. Ripa qui dicit hanc opinionem eſſe canoniſatam *lib.* 3. *interpre. reſpon.* 5. *num.* 2. & ſecundùm hanc ſententiam Rota iudicauit, vt apud Manſin. qui hanc quoque ſententiam firmat *in tract. de iura par.* 4. *effectu* 19. *num.* 5. *&* 10. huius ſententiæ ratio eſt, quia inſinuatio inuenta eſt principaliter fauore priuatorum, ſecundario fauore publico, vt per Alex. *in conſil.* 167. *num.* 13. *vol.* 7. Socin. *conſil.* 77. *col.* 8. *verſ. non obſtat nona ratio vol.* 1. & Corne. *conſil.* 69. *col.* 5. *vol.* 2. *verſ. non obſtat quintum.* & ideo poteſt renuntiari per ſimplex iuramentum, & iſta eſt communis reſolutio Doctorum.

Non obſtat poſtremum, quo dicebatur iuramentum non poſſe ſupplere duplicem defectũ inſinuatio-

nis ſcilicet,& quòd donatio ſit facta inter perſonas pro-
hibitas, nempe inter patrem & filium, nam reſponde-
tur hoc caſu non ſupplere duplicem defectum, ſed in
omnem euentum vnicum tantum ſcilicet inſinuatio-
nis (qui tamen defectus inſinuationis an ſecluſo iura-
31 mento adſit, poſtea dicetur) donatio enim hæc valida
fuit à principio ex ſui natura, abſque eo quod opus
fuerit, vt iuramento confirmaretur, etſi per patrem fi-
lio in poteſtate conſtituto facta fuerit: quia ſcilicet
contemplatione matrimonij cum d. domicella Coſte
contrahendi & ſequenti die contracti facta fuerit, vt
in terminis docet Guid Pap. *deciſ.*145.*num.*2. Boer.*de-
ciſ.*355.*num.* 10.Chaſſan. *in conſuetu. Bituri.tit.des droicts
& appartenances num.*36. Dec. *conſ.*239.*num.*1.*& conſil.*
414.*num.*12 *&* 13.Tybe.Decia.*conſ.*31.*num.*159.*vol.*1.poſt
multos quos refert, omnino videndus, & Guid Pap.
*deciſ.*145. qui pro huius ſententiæ cõfirmatione ſe fun-
dat ex eo quod huiuſmodi donatio eſt in contractu
matrimonij & pars illius cenſetur, non propterea mi-
nus ipſius doctrina conuenit caſui noſtro, in quo con-
tractus donationis eſt ſeparatus & contractu matri-
monij, tum quod cæteri DD. in eo non ſe fundant, ſed
ſolum quia cõtemplatione matrimonij facta eſt, quod
alioquin non fuiſſet ſecutum, quod ipſis ſufficit, ſiue
dicamus eam cauſam fuiſſe impulſiuam, ſiue finalem:
tum quod in caſu noſtro perinde eſt, ac ſi in contractu
matrimonij fuiſſet facta, cùm die immediatè præce-
denti fuerit inita, & relatiua ac correſpectiua, cum
contractu matrimonij ab ipſo omnino dependens, &
ſine quo conſiſtere non poſſet: donauit enim ratione
matrimonij cum d Coſte contrahendi, & in caſum in
quem dictum matrimonium ſuum ſortiatur effectum,
quæ verba manifeſtè conuincunt nos verſari in effe-
ctu in terminis Guidonis. Sed & præterea etſi donatio
longè antea fuiſſet celebrata, nec pars contractus cen-
ſeretur, non propterea minus valeret donatio etiam ex
d. deciſione vt per Dec.*d.conſ.*414.*n.*13.dum dictione *præ-
ſertim* addit doctri. Guido.

Sed contra huiuſmodi reſponſionem aliquis forſan
replicabit, huiuſmodi donationem valuiſſe quidem
conſtãte matrimonio, ſed eo diſſoluto inualidam red-
ditam, niſi morte patris confirmetur, quod hoc caſu
fieri non poteſt, cùm morte filij patre ſuperſtite fini-
tum fuerit matrimonium, ex additionatore ad Guido.
d.quaſt 145.*in lit. B. verſ. valida.* poſt Oldrad. *conſil.*151.
32 ſed reſpondetur, verius eſſe, & hanc eſſe receptam opi-
nionem, huiuſmodi donationem ſemel validam, ſem-
per remanere validam, etiam poſt diſſolutum matri-
monium, Iaſ.*in l. ſi extraneus num.*16.*ff. de condit. ob cauſ.*
Alex.*in d.l. ſi extraneus num.*4.Deci *conſ.*35.*num.*5.Cor-
raſi.*in l. frater à fratre §. quæſitum num.*60.*ff. de condit. in-
de.* Bertran.*conſil.*1.*dub.*2.*prior.* Ferre. ad *d.deciſ.*145. &
Rabotius ibidem nominatim reprobat d. antiquio-
rem additionem. Et quamuis aliqui ex ſuprà nomina-
tis loquantur in donatione facta filiæ, & ſic pro dote,
idem tamen ſtatuendum eſt in donatione facta filio
contemplatione matrimonij, quoad id de quo agi-
mus, an ſcilicet donatio facta filiæ pro dote, & filio
contemplatione matrimonij ſemel valida, efficiatur
inualida diſſoluto matrimonio. Vtrobique enim cau-
ſa ſcilicet matrimonium, ob quam & dos conſtituta, &
donatio facta fuit, ceſſat, & quod magis eſt, prædicti
Doctores affirmant huiuſmodi donationem filiæ vel
filio factam valere etiam non ſecuto matrimonio, niſi
aliter cautum ſit per patrem donantem, vt hoc caſu,
quo pater donans noluit donationem valere, niſi in
caſum quo matrimonium ſuum ſortiretur effectum.
Præterea nedum non adeſt defectus prohibitarum
perſonarum, ſed nec inſinuationis. Huiuſmodi enim 33
donatio contemplatione matrimonij facta non requi-
rit inſinuationem, vt in terminis docet Decia.*d.conſil.*
414.*num.*15.

Secundò reſpondetur verius eſſe, quod quando iu-
ramentum eſt in ampla forma præſtitum, vt quia pro- 34
miſit contractum ſeruare & non contrauenire quo-
quomodo, iuramentum ſupplere vtrumque defectum
inſinuationis ſcilicet, & quòd donatio ſit inter patrem
& filium, vt docent in terminis Abbas *conſ.*8.2.*dub lib.*
2.Caſtreоſ.*conſil.*8.in cauſa quæ vertitur, aliàs eſt *conſil.*
219.Deci. *d.conſ.*414.*num* 16.*&* 17. fusè Rimin.iun.*in-
ſtit. quib. aliena. licet vel non*, fusè Seraph *priui* 83.*num.*
49.*verſ. ſed in contrarium.* iuramentum enim habet vim 35
clauſulæ *omni meliori modo leg. cum pater §. filius ma-
trem ff. de lega.* 2. Seraph. *priuil.* 98. ſed clauſula *omni* 36
meliori modo facit valere actum ex omni etiam capi-
te quo fieri potuit, cùm aliàs ex pluribus non valeret,
ita Bal. & Imol. *in d. §. filius matrem* Apoſtill. ad Deci.
conſ 55. Seraphin.*d.priui.*83.*num* 48.*pa.*495.*in princ.* Nec
obſtat Deci. in contrarium allegatus *conſil.*239.*num.*3.
neque enim eam ſententiam firmat, ſed ſolùm caſu
quo obijceretur iuramentum non ſupplere duplicem
defectum, ei reſpondet in ſuo caſu illud non obſtare,
quia fuerat in ampla forma præſtitum, & ſatis ſibi fuit
obiecto reſpondiſſe eo modo, abſque eo quòd opus
fuerit, veritatem obiecti inueſtigare, quam tamen di-
ſertè docuit *d.conſ* 414. *in fin.* Denique reſpondetur
poſito quod huiuſmodi doctrina eſſet vera ſcilicet iu-
ramentum non ſupplere duplicem defectum (quæ ta-
men non eſt) ea non procederet vbi iuramentum eſ-
ſet in ampla forma præſtitum ex d. Deci.*conſil.*
239. *num.*3. & Seraphin. *d.priuil.*
73. *num.* 72.

ARGUMENTUM.

AN atteſtationes factæ in iudicio criminali, fidem faciant in ciuili.
An conuentio in beneficialibus, ſine authoritate ſuperioris ſit ſimoniaca.

SUMMARIUM.

1 *Simoniacus nulla poſſeſſione ſe tueri poteſt.*
2 *Licet atteſtationes factæ in cauſa ciuili, non faciunt fidem in criminali.*
3 *Tamen factæ in criminali probant in ciuili.*
4 *Atteſtationes factæ in vno iudicio non faciunt fidem plenam in alio inter alias perſonas, tamen multum fidei adiungunt illis quos ea res tangit.*
5 *Et ſi ad vnt adminicula plenè probant.*
6 *Probationes quam fidem facere debeant, pendet vt plurimum ex arbitrio Iudicis.*
7 *Complicis delicti dicto quando ſtandum ſit.*
8 *Non creditur Iudici aſſerenti ſe informationes ſumpſiſſe ex commiſſione, niſi de illa appareat.*
9 *Simonia committitur quando datur quid temporale ſine authoritate ſuperioris.*
10 *Tranſactio in beneficialibus eſt illicita ſine authoritate ſuperioris licet ſpirituale pro ſpirituali tranſigatur.*
11 *Requiſita vt quid vexationis redimendæ cauſa dari poſſit.*

CONSI-

CONSILIVM CXXVI.

VISIS actis cauſæ pendentis in Curia ordinaria Gratianopolitana inter D. Guillelmum Rouſſet & Philibertum Peliſſerium ratione Prioratus ſancti Laurentij de lacu burgi Oyſenſis, nec non ſcripturis in iure hinc inde productis, exiſtimo eruditè & concludenter per Dom. More ſcriptum in fauorem d. Rouſſet, ac demonſtraſſe d. Peliſſerium, ſimoniam, ratione d. Prioratus, nec non crimina concubinatus, & alia de quibus in informationibus, commiſiſſe, & ratione illorum non ſolùm beneficio priuandum ob concubinatum, ſacrilegium, & alia, ſed etiam ipſo iure priuatum eſſe ob ſimoniam ſcilicet ob quam nullum ius in d. beneficio ſibi competere nulláque
1 poſſeſſione, quantumuis decennali ſe tueri poſſe, huiuſmodi enim poſſeſſio (ſi talis tamē nominanda ſit) & non intruſio, & iniuſta detentio, & vſurpatio, vitioſa, illi nullo modo ſuffragari poteſt, vt ſæpe per Arreſta ſupremarum Curiarum definitum fuit relata per Rebuff. *in pract. benc. tit. de ſimon. in reſigna. num. 7. & in tit. de mo. amit. benef. num. 33.* Quemadmodum etiam d. dominus More docuit dictum Rouſſet ſe poſſe iuuare vtraque ſignatura à ſanctiſs. Pontif. in eius fauorem emanata. Ius enim quod ex vi reſignationis per Iacob. Sonnier factæ dictus Rouſſet habet, non eſt incompatibile cum impetratione deinde facta per ſimoniam d. Peliſſerij, cùm d. Sonnier ex eadem cauſa impetrauerit, etſi quod ius d. Sonnier haberet, illud ex vi d. reſignationis & prouiſionis inde ſequutæ in dictū Rouſſet transfuſum fuiſſet. Et quia de iure d. Sonnier dubitari poſſet, quòd intra tempora per ordinationes regias præſtituta litem non inſtruxit, nec alia per eas requiſita fecit, d. Rouſſet de nouo, idque ius iuri addendo dictum Prioratum certo modo vacantem, & ſub eadem expreſſione, quam fecerat d. Sonnier impetrauit, ita vt non videatur dubium, quin dict. Rouſſet vtroque titulo ſe iuuare poſſit, & praxis quæ in ſimilibus quotidie inconcuſſè obſeruatur, hoc veriſſimum eſſe euincit: de his igitur omnibus ſupradict. non diſſeram, quia eruditè per d. dominum More diſcuſſa fuerunt, duo ſolum mihi ſumo inueſtiganda, vt quæ per aduerſarium contra ſupradict. dominum More deducta fuerunt, diluantur.

Vnum eſt, an informationes ex quibus de d. ſimonia & alijs criminibus d. Peliſſerij conſtat, in criminali cauſa, vt prætenditur, factæ, eæque inter alias perſonas, fidem faciant in hoc iudicio ciuili.

Alterum, an licitum fuerit d. Peliſſerio 400. ſexteria frumenti D. ſancti Laurentij Cameræ rationum correctori pro redimenda vexatione & obtinendo pacificè d. Prioratu, dare.

2 Quoad primum, etſi atteſtationes in cauſa ciuili factæ non faciant fidem in criminali, quia probationes clariores & concludentiores requiruntur in cauſa criminali quàm in ciuili, Bart. *in l. 2. §. hoc edicto in fi. col. 4. verſ. quare vtrum ff. vi bono. rapto.* Caſtren. *in l. fin. C. de*
3 *probatio.* tamen probationes & depoſitiones teſtium in cauſa criminali factæ, faciunt fidem in ciuili, Socin. ſen. *conſ. 60. num. 5. vol. 4.* Grati. *conſ. 96. num. 24. vol. 2.* Ruin. *conſil. 4. num. 5. vol. 4.* Maſcar. *de probat. conclnſ. 34.*
4 *num. 20.* & quamuis atteſtationes & acta in vno iudicio facta, regulariter & in theſi non faciant plenam fidem in alio iudicio inter alias perſonas, tamen multum fidei & præſumptionis adiungunt illis quos ea res contingit, vt notat gloſ. *in verb. habiturum poſt Illuſt. in l. ſi duo patroni ff. de iureiu.* Ferre. ad Guid. *queſt. 136.* ſed ſi adſint adminicula & circumſtantiæ, vt in hypotheſi, 5
plenam faciant fidem, ex notat. per Cagnol. *in l. 2. num. 105. vſque ad fi. C. de eden.* hoc verò caſu tales adſunt circumſtantiæ, vt Iudex arbitrari debeat probationem ex huiuſmodi informationibus reſultātem eſſe ſufficientem, præſertim cùm probationes quantam fidem fa- 6
cere debeant ex arbitrio iudicis vt plurimum dependeat, Caſtr. *ad l. admonendi col. pen. ff. de iureiur. & conſ. 381. col. 2. verſ. pro rurſus lib. 1.* hic verò circumſtantiæ adſunt: agitur enim de ſimonia in eodem beneficio, de quo agitur, per eādem perſonam, & eodem modo quo nunc aſſeritur, commiſſa, quódque teſtes in vim monitorij præcedentis, & ſic ad exonerationem conſcientiæ depoſuerunt. Denique quod ipſemet dominus ſancti Laurentij qui d. ſexteria frumenti accepit, & cum quo ſimonia commiſſa eſt, vi d. monitorij coactus, quem- 7
admodum tota res geſta ſit, depoſuit, cuius quantumuis delicti complicis dicto ſtandum eſt, *c. 1. de teſt. in 6.* Papon. *lib. 24. arreſt. 1. tit. 8. des preuues au criminel c. 5.* & vt facilius iudex inducatur ad habendam d. informationibus fidem, literæ Regiæ ſumendæ ſunt, quibus mandatur Iudici vt recipiat impetrantem ad producendas d. atteſtationes & informationes vt earum habeatur ea ratio, quæ de iure haberi debet, iuxta conſ. Imberti in ſuo Enchiridio *verb. acte.* vbi id fieri aſſerit, non ſolum ſi atteſtationes ſint inter eaſdem partes factæ, ſed etiam ſi inter diuerſas.

Illud omnino curandum eſt, vt habeatur & producatur commiſſio in vim cuius d. informationes ſum- 8
ptæ fuerunt, alioquin non crederetur Iudici aſſerenti ſe in vim commiſſionis ſibi directè dictas informationes feciſſe, ad not. per illum text. *in l. vnica C. de mand. princ.*

Quoad ſecundum dubium certiſſimum eſt in iure (vt mittam duas reſponſiones eáſque pertinentes quas d. dominus More in ſuis ſcriptis facit) pactionem & conuentionem de dandis dictis 400. ſextarus frumenti d. domino ſancti Laurentij, & quæ poſtea illi verè ſoluta fuerunt, quantumuis prætendatur in compenſationem expenſarum, & vt à vexatione ſe eximeſet d. Peliſſerius facta, fuiſſe illicitam & omnino prohibitam, vt per eam, veram & realem ſimoniam fuiſſe commiſſam, ipſoque iure d. beneficium vacaſſe, nullúmque ius etiam in poſſeſſorio ſummarij d. Peliſſerio competere potuiſſe, indubitatum enim eſt in iure 9
huiuſmodi conuentionem, in qua ius ſpirituale pro aliquo temporali remittitur vel retinetur, ſine authoritate ſuperioris factam eſſe malam & ſimoniacam, gloſ. 1. *in cap. 2. & in cap. ſuper eo de tranſ.* & ibi Innoc. Panorm. & alij, Sylueſ. Anguſt. Tabi. & alij ſummiſtæ *ver. tranſactio,* vt habetur expreſsè hæc deciſio in *cap. cum pridem de pact. cap. 2. de arbi. cap. præterea 1. & 2. de tranſact. cap. vlt. de rer. permu.* quod adeò vetum eſt, vt ſine 10
authoritate ſuperioris in materia beneficiali non ſit licita tranſactio, etiamſi in ea ſpirituale pro ſpirituali tranſigatur, Innoc. Panorm. & alij *in c. conſtitutus de relig. dom. & in d. c. ſuper eod. tranſ.* fusè Suar. *de ſtatu relig. lib. 4. c. 31. de ſimonia n. 11.*

Nec obſtat *cap. niſi eſſent,* quia in eo conuentio fuerat facta authorit. ſuperioris: arbitri enim fuerunt ipſi iudices delegati, ſicut & *in cap. de cætero de tranſact.* & ſecluſa d. authoritate ſuperioris ſi proponeretur in d. capitibus conuentio facta inter partes ſolas, ea eſſet omnino ſimoniaca, vt in terminis docet gloſ. *in ver. ex iuſſione in d. cap. niſi eſſent,* & gloſ. *in ver. non diximus in d. cap. cum pridem de pact.* & fusè explicat Suarez *d. cap. 31. num. 43.* omnino enim huiuſmodi conuentio inter priuatos facta ſimoniaca eſt; vt patet ex text. &

DD. ſuprà allegatis, & præter eos docet Azor. *inſtit. moralium lib.12. cap.8. col. 4. in princ.* adeò vt controuerſa ſit quęſtio, an præter authoritatem ſuperioris requirenda ſit confirmatio Papæ, qua de re Azor. *d. loco.* Non intro in quæſt. an partes potuerint conuenire inter ſe non quidem authoritate ſuperior. ſed authoritate boni & honeſti viri arbitri, in quem ob bonum pacis compromiſſum faciunt, de qua Azor. *d. loco. verſ. quid ſi litigantes.* & Suar *d. cap.51. num.43.* quòd ſcilicet non ſit præſentis ſpeculationis, cùm in hoc caſu non fuerit compromiſſum in aliquem cuius arbitrio & iudicio d. frumenti quantitas dicti domini ſancti Laurentij data fuerit, ſed totum hoc inter ipſas partes priuatim conuentum & concordatum fuerit.

11 Poſtremò, non poſſunt huc conuenire quæ de redimenda vexatione a DD. tractantur, nam multa requirunt DD. vt poſſit aliquid dari vexationis redimendæ cauſa. Primò, vt fiat poſt beneficium alicui quæſitum. Secundò, vt ius illius omnino ſit certum, nec vllum dubium in eo adſit. Tertiò, vt id quod datur non ſit magni momenti, vt fusè docent Suarez *d. lib.4. de ſimo. cap.50. per tot. & cap.51. num.6.* & Azor. Hoc verò caſu omnia ſunt in contrarium: nam cùm huiuſmodi conuentio fuit facta, Peliſſerius non poſſidebat beneficium quod certo modo impetrauerat, ius verò quod prætendebat, certum non erat, imò adeò dubium, vt non obſtante ipſius impetratione recredentiam obtinuiſſet Iacomet beneficij poſſeſſor, & non niſi de conſenſu ipſius ſententiam in poſſeſſorio d. Peliſſerius obtinuerit: id verò quod datum eſt, magni momenti & valoris eſt, quantitas ſcilicet 400. ſextariorum frumenti.

Sed ſi verum amamus, hoc caſu neque redemptio vexationis neque tranſactio, ſed mera venditio beneficij eſt inter Peliſſerium & dominum ſancti Laurentij inita mediante d. quantitate frumenti, cum d. inquam domino ſancti Laurentij laico & beneficij incapace, cuius Confidentiarium fuiſſe Iacomet fatetur Paliſſerius, ſi enim tranſactio facienda eſſet, eáque vt debet, ſcilicet authoritate ſuperioris interueniente, aut redemptio vexationis concurrentibus tribus de quibus ſuprà ea erat facienda cum d. domino Iacomet, non cum domino ſancti Laurentij, ex quo vt iam dixi, manifeſtè conuincitur totum hoc fuiſſe meram venditionem beneficij.

ARGVMENTVM.

COmparatio literarum & recognitio, an & quam fidem faciant in criminalibus. Confidentiarius in Gallia an priuetur beneficio.

SVMMARIVM.

1 *Comparatio literarum non eſt ſufficiens probatio in ſcriptura priuata:*
2 *Licet agatur de epiſtola.*
3 *In criminalibus requiruntur clariores probationes.*
4 *Teſtes deponentes ſuper recognitione ſcripturæ debent deponere de viſu dum ſcriberetur.*
5 *In criminalibus imperfectæ probationes non iunguntur.*
6 *Et caſu, quo prætendatur eas in crimine confidentiæ iungi poſſe, certum eſt vnamquamq; ſemiplenè probatam eſſe debere.*
7 *Comparatio literarum cum recognitione teſtium plenè probant, ſi teſtes deponant de viſu dum ſcriberetur.*
8 *Requiſita ad comparationem literarum remiſſiuè.*
9 *Confidentia non erat punibilis ante conſtitutiones Pij 4. & 5.*
10 *Nec hodie omnis confidentia eſt punibilis, ſed ea tantum quæ eſt illicita & ſimoniaca.*
11 *Confidentiarius non ſolum priuatur eo beneficio, ſed etiam aliis antea obtentis.*
12 *Hoc tamen non eſt receptum in Gallia.*

CONSILIVM CXXVII.

VIſis actis & ſententia recredentiæ ſequutæ propter Prioratum ſancti Laurentij du Meynier in Occitania in fauorem domini Stephani Trial Canonici Eccleſię Cathadralis Mõtiſpeſſulani d. Prioratus, à 20. annis poſſeſſoris: contra dominum Guilhelmum Nauarre per ſimoniacam cõfidentiam & aliàs certo modo impetrantem. Hanc confidentiam ſimoniacam, quam d. Nauarre à d. domino Trial commiſſam eſſe intendit, in meritis probare difficile erit. Nollas enim alias probationes habet niſi literas quaſdam per extractum productas in d. inſtantia coram Seneſchallo Bellicadri, quæ à d. Trial ſcriptæ à d. Nauarro verificandę ſunt, quod probare nequit niſi per comparationem literarum, aut teſtes qui dicti Trial ſignaturam noſcere deponerent.

Quoad comparationem, non eſt ſufficiens proba-
tio, cùm de ſcriptura priuata tractatur, gloſ. *in authen. de* 1
trien. & ſemiſ. & ibi Angel. Bart. *in l. Admonendi n.26. ff.*
de iureiu. Deci. *conſ.33. n.118.* Maſcar. *concl. 330. n.1. & ſeqq.*
Nec nocet ſi hoc verum eſſe in apocha opponatur, id
eſt in promiſſione priuata, ſed non in epiſtola ſolum,
vt in iſtis: quamuis enim aliqui DD. hanc differen-
tiam appoſuerint, reprobata tamen fuit, vt docet Me- 2
noch. *de arbitra. centu.2. caſ.114. n.24.* vera enim ratio,
propter quam comparatio non ſit ſufficiens probatio
eſt ad euitandas falſitates; quę ratio æquè bene locum
habet in literis quæ contrafieri poſſunt ac in promiſ-
ſione priuata: quod tanto magis debet habere locum
in caſu in quo verſamur, in quo de priuatione benefi-
cij agitur, ſicque in cauſa criminali, in qua clariores 3
probationes requiruntur, *l. fin. C. de probatio.* & debent
eſſe luce meridiana clariores *l. ſciant cuncti C. de probation.* & ideò præſumptiones, quæ in ciuilibus admitterentur, in criminalibus non ſufficiunt ad condemnandum, Deci. *conſil.615. num. 3.* & propterea DD. in huiuſmodi caſibus non reſpiciunt comparationem literarum, Crauet. *conſil.386.* Tuſc. *lib. lit. C. concl.684. num.1.*

Quoad alterum probandi modum, qui eſt recogni-
tio, vt valeat, neceſſarium eſt vt teſtes deponant ſe prę- 4
ſentes fuiſſe cùm huiuſmodi Epiſtola ſcripta fuit, illámque ſcribere vidiſſe, nec ſufficit dicere illos cognoſcere manum illius qui illam ſcripſit, Bartol *in l. comparationes & in authen. et ſi contractus C. de fid. inſtru.* Alex. *conſ.67. num.4. lib.3. & conſ.239. lib.6.* Maſcar. *d. concluſ. 330. num.5.* Deci. *d. conſ. 615. num.3. circa me.* Tuſc. *dict. concluſ. 684. num.7.* quod in hoc facto fieri impoſſibile eſt.

Nec

Nec nocet, ſi opponatur quod iungendo dictos duos modos probandi (quamuis teſtes ſolùm dicant noſcere manum d. Trial, non tamen adfuiſſe, cùm d.
5 epiſtolam ſcripſit) probationem fore ſufficientem. Ad hoc enim reſpondetur huiuſmodi probationes imperfectas in cauſa criminali coniungi non poſſe, in criminalibus enim imperfectæ probationes non cõiunguntur ad faciendam plenam probationem, vt notat Bartol. in *l. ſi quis de argentariis* §. 1. *ff. de edend.* Deci. *dicto cõſ.* 615. *n.* 10. poſt Alex. & Barthol Veronen. gloſ. Anto. de Butr. Imol. Felin. & alij in *c. veniens* 1. *de*
6 *teſti.* Ana. *conſ.* 59. *col.* 2. *in fi.* & caſu quo prætenderetur in crimine confidentiæ iungi ex vi conſtitutionũ Pij IV. & V. hoc certum eſt vnamquamq; ſemiplenè probatam eſſe debere, alioquin iungi non poſſunt, Bart. in *l. ſpadonem*, §. *qui iura ff. de excu. tuto.* Flamin. Pariſ. poſt multos quos refert & ſequitur de confidẽtia *q.* 67. *n.* 11. imò certũ eſſe huiuſmodi recognitionẽ teſtium non efficere ſemiplenam probationem, ſed aut nullam, aut talem, vt illius nulla ſit habenda ra-
7 tio, nam DD. quoad cauſam criminalem dicunt cõparationem literarum cum recognitione teſtium cõiunctam efficere plenam probationem, dummodo teſtes deponant præſentes fuiſſe ſcripturæ, Maſcard. *d. concluſ.* 330. *nu.* 27. & quod conſideratione dignũ eſt, quantos eſſe, qui ſcripturam aliorum contrafacere profitentur, notorium eſt. Sed præſuppoſito huiuſmodi probationem fidem dare poſſe in facto de quo
8 agitur, quod tamen per rationes ſupradictas euenire incredibile eſt: cùm tot requirantur ad literarum cõparationem, quorum ſi vnum abſit, totũ corruit, de quibus Menoch *d. ca.* 114. *n.* 26. *cũ ſeqq.* quod continetur in d. literis, nõ ſufficere videtur, vt d. Trial de huiuſmodi confidentia conuincatur, qua d. Prioratum amittere debeat, cùm ex illis nihil aliud habeatur, niſi promiſſio quædam d. Prioratus à dicto Trial, domino de l'Oliuier facta: & aliqua coniectura illum fructus amittere potuiſſe, quos dictum l'Oliuier perce-
9 piſſe non apparet: quæ omnia euenire potuerunt tẽpore & modo, quo confidentia non commiſſa eſſet ad amittendum beneficium, confidentia enim non
10 erat punibilis ante conſtitutiones Pij IV. & V. vt docet Pariſ. *d. tract. q.* 5. & non omnis confidentia beneficialis illicita, per eas eſt punibilis, ſed ea tantùm quæ nedũ illicita, ſed ſimoniaca eſt, cùm ſcilicet ſub pacto præcedenti reſignationem, vt cedat beneficiũ vel fructus alteri, fit vt docent in termin. Nauar. in *manu. ca.* 3. *ſub nu.* 109. *verſ. quod autem & conſ.* 26. *nu.* . *& conſ.* 27. *n.* 1. *de ſimo.* Pariſ. *d. tract. qu.* 10. ita vt ſi fructus poſt reſignationem gratis donentur reſignanti, & antea non fuerit de hoc conuentum, non inducatur cõfidentia, & ita fuit reſolutum in Ruta Rom. vt refert & ſequitur Pariſ. *dict. tract. q.* 3. *n.* 40. *verſ. tertium exẽplum*: nam, vt inquit Pariſ. non omnis perceptio fructuum poſt renunciationem factam à reſignante eſt confidentia, ſed ea quæ præcedente pacto & conuentione, vt fuit reſolutum in vna Imolen[…] Lunæ 24. Februarij 1592. coram Pamphilio: nec ſi reſignatarius poſt reſignationem donet aliquid reſignanti aut conſanguineo ipſius, puta ex fructibus ipſius beneficij, vel alterius ſponte, vel aliqua iuſta cauſa, committitur confidentia prohibita dictis conſtitutionibus, ſi reſignatio beneficij non fuit facta intentione, vt id fiat & cum pacto: nam poteſt quia poſtquam beneficium eſt aſſequutus ſponte aut aliqua iuſta cauſa fructus omnes aut eorum partem reſignanti dare abſq; vitio ſimoniæ vel confidentiæ. Et ita fuit reſolutum in Rota Romana coram D. Orano in vna conſentina Lunæ 4. Februarij 1597. vt refert Pariſ. *d. tract. q.* 49. *nu.* 5. & variis authoritatibus huiuſmodi ſententiam confirmat. Et cùm totum, quod continetur in dictis literis, promiſſum & factum eſſe poſſit poſt ſpontaneam beneficij prouiſionem, nullaque habeatur ex dictis literis probatio concludens illum feciſſe conuentionem præcedentem reſignationem. Sequitur per huiuſmodi literas non ſufficienter probatam eſſe confidentiam, quemadmodum debet eſſe. Probatio enim debet neceſſariò concludere, maximè in pœnalibus, vt in hoc caſu, præſertim cùm pœnæ per d. conſtitutiones inductæ dicantur atroces, vt inquit Pariſ. *dict. tract. q.* 10. *n.* 4. Quod tanto magis locum habere videtur, quia oportet vt tales promiſſiones factæ ſint inter reſignantem & reſignatarium ante reſignationem ad faciendam confidentiam, quod non adeſt in hoc caſu, ſed ſolùm vt aduerſarius præſupponit cum dict. l'Oliuier, cum quo ſine confidentiæ commiſſione ad perdendum beneficium factæ eſſe poſſent, propter diuerſos reſpectus & cauſas, quæ ad illas faciendas dictum Trial mouere potuiſſent, cùm non ſit verificatum reſignantem fuiſſe confidentarium d. l'Oliuier, illùmque induxiſſe ad reſignandum & conferendum d. beneficium dicto Trial, vt ipſius eſſet confidentarius ſicut erat reſignans.

Sed quidquid de beneficio euenire poſſit, & poſito quod confidentia, ſicut conuenit, vt beneficium perdatur, probata eſſet, cenſeo dictum Trial priuari
non poſſe ſuo Canonicatu; quamuis enim per dictas Bullas non ſolùm amitti debeat beneficium in 11
confidentia poſſeſſum, ſed etiam omnia alia quæ legitimè antea obtenta fuerunt, vt dicit Nauar. *d. ca.* 23. *num* 110. *verſ decimo ex verbis*, attamen huiuſmodi
conſtitutiones quoad hoc non ſunt receptæ in Gal- 12
lia, vt aſſerit Per. Grego. Syntag. *iur. lib* 17. *ca.* 17. *nu.* 30. & Pariſ. *d. tract. qu.* 11. *num.* 18. quòd etiam pœna per eos ſtatuta eſt terribilis, vt inquit Nauar. *dicto loco.*

ARGVMENTVM.

DOnatio inter virum & vxorem non inſinuata, aut non legitimè, an ſuſtineatur propter iuramentum.

SVMMARIVM.

1 *Donatio inter virum & vxorem iurata valida eſt.*
2 *Dictio diſpoſitionis ſpectat ad vltimas voluntates.*
3 *Dictio aliorum eſt repetitiua ſimilium.*
4 *Incluſio vnius eſt excluſio alterius.*
5 *Donatio ab initio valida non poteſt reuocari.*
6 *Inſinuatio fieri poteſt corã quocumq; iudice ordinario.*
7 *Iuramentum non ſupplet defectum inſinuationis, quando fieri debet intra certum tempus.*
8 *Iuramentum ſupplet inſinuationem.*
9 *Etiam ſi illi renunciatum non ſit.*
10 *Iuramentum in ampla forma præſtitum ſupplet plures defectus.* & num. 13.
11 *Iuramentũ habet vim clauſula* omni meliori modo.
12 *Clauſula* omni meliori modo, *facit actum valere ex omni capite, quo fieri potuit.*

CONSILIVM CXXVIII.

ADVERSVS donationem factam per quõdam Stephanum Cathelanum loci Bituricitarum in fanetem Ma[…] ſenqua eius vxoris de an. 1589. & die 6. Decemb.

donator poſſet venire contra d. donationem, præſertim iuri dicenti generalem renunciationẽ non valere, niſi ſpecialis præcedat. verius, inquam, eſſe, & magis receptũ ex cõmuni DD. ſententia, iuramentum eo caſu vtrumque defectũ ſupplere, vt docẽt in terminis Abb. *conſ.* 8. 2. *dub. lib.* 2. Caſtreo. *conſ.* 8. in cauſa quæ vertitur, aliàs eſt *conſ.* 219. Deci. *conſ* 414. *n.* 16. *&* 17. fusè Rimi. in. *inſtit qui aliena*, licet vel non fusè Seraphi. *priuil.* 83. *nu.*
11 49. *verſ. ſed in contrarium*. Iuramentum enim habet vim clauſulæ *omni meliori modo, l. cùm pater* §. *filius matrem ff. de lega.* 2. Seraphi. *priuil.* 89. ſed clauſula *omni meliori*
12 *modo* facit valere actũ ex omni etiã capite, quo ficri potuit, cùm aliàs ex plurib. non valeret, ita Bal. & Imol. in *d.* §. *filius matrem*, Apoſtil. ad Deci. *conſ* 53. Serap. *d priu.* 83. *n.* 48. *pa.* 495. *in prin.* nec obſtat Deci. qui in contrariũ allegari poſſet *conſ.* 239. *n.* 3. neq; enim eam ſententiã firmat, ſed solũ caſu quo obiiceretur iuramentum non ſupplere duplicẽ defectũ; ei reſponder in ſuo caſu, illud non obſtare, quia fuerat in ampla forma præſtitum, & ſatis fuit obiecto reſpõdiſſe eo modo, abſque eo quod opus fuerit veritatem obiecti inueſtigare, quam tamen diſertè docuit *d. conſ.* 414. *in fin.*

Deniq; reſpõdetur, poſito quòd huiuſmodi doctrina eſſet vera, ſc. iuramentũ non ſupplere duplicem defectum, quę tamen non eſt, ea non procederet vbi iuramentum eſſet in ampla forma præſtitum, ex Decio *cõſ.* 239. *n.* 3. & Scrap. *priui.* 73. *n.* 72. his omnibus adde Mãci. *par.* 4. *q.* 3. 1. *effec. nu.* 20. vbi poſt multos, quos refert & ſequitur, docet hanc veram & communem ſententiam, vt ſcilicet iuramentum in ampla forma præſtitum vtrumque defectum ſuppleat.

ARGUMENTUM.

REmiſſio & ceſſio hæreditatis facta per hæredem cum onere ſoluendi legata & debita hæreditaria, an ſit donatio ſimplex, an verò ob cauſam, & per conſequens, an ex ea debeatur laudimium.

SUMMARIUM.

1 *Donatio, vt dicatur* ob cauſam, *& ex ea debeatur laudimium, debet exprimi cauſa, qua excludat liberalitatem, & donantis fauorem reſpiciat.*
2 *Onus appoſitum in venditione facit partem pretij, & ex eo debetur laudimium, quando ex conuentione partium & fauore venditoris appoſitum fuit.*
3 *Onus minuit pretium rei in terminis* l. 2. C. de reſcin. vẽdi.
4 *Donatarius hæreditatis tenetur ad omnia onera, ſaltem erga donantem.*
5 *Per ceſſionem hæreditatis reuiuiſcunt iura hæredis, qui aliàs erat creditor hæreditatis ceſſa.*
6 *Hæres non tenetur ceſſionario de euictione.*
7 *Ex venditione hæreditatis, ſub pacto de ſoluendis debitis hæreditariis, non debetur laudimium, niſi vltra pactum pecunia interuenerit, ex qua ſola debetur laudimium.*
8 *Ceſſio rei cenſualis cum expreſſo onere cenſus dicitur ſimplex & gratuita.*
9 *Laudimium non debetur ex donatione hæreditatis vel omnium bonorum cum onere ſoluendi debita.*
10 *Quando donatur gratia pacti appoſiti, ita vt pactum ſit cauſa finalis, tunc non eſt donatio.*
11 *Aut ſaltem eſt ob cauſam, & ideò debetur laudimium.*
12 *Quoties donatio habet aliam cauſam, quam liberalitatis, non dicitur donatio.*
13 *Donatio dicitur ob cauſam, quando pactum cedit in fauorem donantis.*
14 *Ideò ex ea debetur laudimium.*
15 *Diuiſio inter filios facta per patrem cum onere ſoluendi æris alieni pro portione cuiuſque, non eſt ſimplex donatio, ſed ob cauſam, ideò agitur præſcriptis verbis.*
16 *Actio* præſcriptis verbis, *non niſi ex contractu innominato datur, non autem ex donatione ſimplici.*
17 *Si quis donet vt debitis exſoluatur, non eſt donatio ſimplex, ſed contractus innominatus, ac per conſequens ex eo debetur laudimium.*
18 *In* l. ſi filia §. ſi pater ff famil. erciſcun. *appellatione bonorum venit hæreditas.*
19 *Bona dicuntur deducto ære alieno.*
20 *Sicut hæres, ex natura hæreditatis, ita & donatarius ex natura donationis, tenetur ad onera præterita, nedum ſi adſit expreſſa hypotheca, ſed etiam ſi ſolum detur actio perſonalis.*
21 *Dictio* facultatis, *idem ſonat quod* hæreditatis.
22 *Donatio dicitur ob cauſam, quando fit vt debita ſoluantur.*
23 *Onus rei appoſitum, ab eo cui res traditur, ſoluendum auget pretium, & ex eo debetur laudimium.*
Et quando certa ſunt debita, omnes conueniunt, & n. 27.
24 *Omni pretio æſtimabile, & pecunia redimibile facit partem pretij, ex quo debetur laudimium.*
25 *Quoties res traditur ea lege, vt debita ſoluantur, debetur laudimium.*
26 *Licet enim quæri poſſit, an ſit venditio, eſt tamen contractus oneroſus.*
28 *Quomodo intelligendum ſit id quod dicitur, quod ſi vendatur res feudalis paruo pretio ſoluendo venditori, & emptor eam recipit cum ſuo onere, laudimium debetur ex ſolo pretio recepto.*
29 *Hæres ex teſtamento, nec non legatarius, ac donatarius tenentur ſoluere laudimium, niſi aliter conſuetudine vel ſtatuto introductum ſit.*
30 *Appellatione donationis intelligitur ſimplex.*
31 *Donatarius poßidet hæreditatem titulo ſingulari, quamuis donatio fiat ſub nomine vniuerſali.*
32 *Ex eo quod datur actio* præſcriptis verbis, *contra donatarium hæreditatis non ſoluentem debita, ſequitur donationem eſſe ob cauſam.*
33 *Singularis ſucceſſor, maximè ex contractu, non poteſt retinere Falcidiam, ſed tantùm vniuerſalis teſtamentarius: quod intelligendum eſt, ſi ex perſona ſua eam retinere velit, ſecus ſi ex perſona cedentis.*
34 *Ceßionarius hæreditatis eſt loco hæredis.*
35 *Cùm legata abſorbent hæreditatem, ſola hæreditas eſt in Falcidia, reliquum in legatis.*

CONSILIUM CXXIX.

DUæ proponuntur ſententiæ contrariæ in cauſa, quæ ventilabatur, & adhuc pendet indeciſa, inter hæredes quondã honorabilis viri Franciſci à Veleton dict. Cambaud contra domicellã Elizabeth Leirole, prima quidẽ, qua d. de Leirole condemnata fuit ad ſolutionem duplicis laudemij ratione prædiorũ & ex vi donationũ, de quibus in actis: alia verò in cauſa appellationis per dict. de Leirole interpoſitæ, qua fuit ordinatũ, malè iudicatum per iudicẽ à quo, bene verò per d. de Leirole appellatũ, eáq; relaxata & abſoluta fuit ab impetitia d. hæredũ. Quæritur quænã ex iſtis ſententiis iuri conſona ſit, & quidẽ Iudices cauſæ appellationis ſequentibus rationibus potiſſimũ moti fuere, quibus videtur bene contra primam ſententiam fuiſſe iudicatum: præſupponitur enim in facto Claudiũ Leirole habitatorem Auenionis in ſuo teſtamento de an. 1603. & die 3. Octobr. hæredẽ ſuum vniuerſalem feciſſe Ioannem Leirole eius fratrẽ,

ſub qualitatibus & conditionibus in eo contentis, eũdémque Ioannem hæreditatem d. Claudij cum beneficio legis & inuentarij adiuiſſe, illúdque legitimè perfeciſſe, & quia vt ipſe aſſerunt huiuſmodi hæreditas illi potius onerosa quàm vtilis erat, quódque illius adminiſtrationi vacare non poterat, quia alijs negotijs occupatus erat, totam d. hæreditatem remiſit & donauit an. 1604. & 14. Septemb. Nicolao Leirole eius fratri homini induſtrio & capaci, donatione pura, mera, ſimplici, & irreuocabili, quæ fieri dicitur inter viuos, cũ qualitate tamen & non aliter quod d. Nicolaus teneretur ſoluere & ſuſtinere omnia debita & onera hæreditaria d. Claudij, de bonis tamen d. hæreditatis & abſque eo quod d. Nicolaus teneretur confundere ſuas actiones cum iuribus d. hæreditatis, nec ſibi præiudicare in actionibus quæ ſibi competerent contra bona d. Claudij, quódque d. Nicolaus teneretur omnino indemnẽ præſtare, & releuare dict. Ioannem de dictis debitis, & abſque præiudicio ſubſtitutionum in eo contẽtarum. Poſtea verò de an. ſcilicet 1610. & 29. Octob. cùm dict. Nicolaus per aliquot annos d. hæreditatẽ adminiſtraſſet, & multa debita & onera tam d. Claudij quã alterius Claudij patris ſoluiſſet & ſuſtinuiſſet, cũque parte Catharinæ Vienetæ viduæ d. Claudij conuentos fuiſſet, ratione ipſius dotis & iurium dotalium, nec non centũ aureorum legatorũ d. Vienetæ, & alimentorum Claudij & Magdalenæ Leirole liberis d. Claudij teſtatoris debitorum, dictúſq; Nicolaus contenderet ſolutis debitis d. hæreditatis non ſupereſſe redditus, ex quibus d. alimenta præſtarentur ſine diſtractione bonorũ, & quod de legatis prætendebat detrahere Falcidiam: quódque per rationes per d. Nicolaum redditas apparebat, quod ſolutione facta omnium debitorum & legatorum, reſtabat tantùm de tota d. hæreditate ſumma 313. librarum 6. ſolidorũ & 5. denariorũ, præſuppoſito tamen quod aliqua debita actiua, de quib. in d. rationibus exigi poſſent, ita vt neceſſario Falcidia de legatis detrahenda eſſet, quodq; defectu ſolutionum dictæ viduæ nec non creditoribus faciendarũ, ij Baſtidæ, de qua in actis & fructuum eiuſdẽ diſtractionẽ procurabant, d. Nicolaus videns ſe non poſſe d. adminiſtrationi vacare, ceſſit, remiſit, & tranſtulit, per donationem purã, ſimplicẽ & irreuocabilem, quæ fieri dicitur inter viuos, Elizabet Leirole eius ſorori, viduæ Gaſparis de Riue totam d. hæreditatẽ d. Claudij, cum qualitate tamen & non aliter, quod d. Elizabet teneretur ſoluere & ſuſtinere omnia debita & onera hæreditatis d. Claudij, de bonis tamen eiuſdem & quatenus ea fieri poſſent, abſq; eo quod teneretur cõfundere ſuas actiones nec ſibi præiudicare in actionib. & iuribus quæ contra d. hæreditatem haberet, & nominatim pro eo quod ipſa pro d. hæreditate ſoluit & ſibi debetur, promittens indemnẽ præſtare d. Nicolaum ratione d. debitorum & onerũ & abſq; etiam eo quod præiudicium fiat ſubſtitutionibus in fauorem d. Nicolai factis, nec iurib. quæ ſibi cõpetunt ex redditione rationum, aſcendentib. ad ſummã, nec non pro alijs ſummis quas creditoribus d. hæreditatis à die redditionis d. rationũ vſq; in diẽ donationis ſoluit, nec nõ Falcidiæ, quæ ſibi tanquam ius ab hærede habenti competit, & quod ea omnia poſſit petere, exigere, & recuperare iuxta eius tempus & hypothecas, & quomodo & quãdo ſibi placuerit. Ex quibus reſultat, reſolutionẽ iſtius quæſtionis pendere, an ſupradicti duo cõtractus initi per Ioannẽ cũ Nicolao, & per Nicolaũ cum Elizabet ſint donationes ſimplices, an ob cauſam. Nã ſi ſint ſimplices, non debebitur laudimium ex vi ſtatuti Comitatus Venaiſſini, ſi verò ob cauſam debebitur, quia nõ tam donationes quàm cõtractus, *do vt facias*, cenſendi erũt. Et quidẽ donationes, de quibus agitur, non videtur ob cauſam, ſed ſimplices, quia vt donatio ob cauſam, & ſit onerosa dica- 1
tur, & poſſit ex ea peti laudimium, debet ea cauſa in donatione exprimi per quã aliquid donanti viceuerſa acquiratur, vel ſaltem quæ tempore donationis donãtis excludat liberalitatem, quæque fauorem & cõmodum donantis reſpiciat, Pereg. *de fideic. art. 51. n. 65. vſq; ad n. 68.* Argent. *tit. de donat. art. 218. glo. 4 n. 5. & 11.*

Vnde in venditione onus appoſitum facit partem
pretij, quando ex conuentione partium & fauore ven- 2
ditoris tale onus apponitur, aliàs non facit partem pretij nec ex eo debetur laudimium, idem Argen *titul. de laud. c. 20. verſ. hæc & alia.*

Confirmantur hæc, quia in terminis *l. 2. C. de reſcin.* 3
vend. res æſtimata cum onere reali & onus in ista æſtimatione minuit pretium adhoc vt tãto minus quid venditũ cenſeatur, Tiraq. *de retract. conuent. in præfa. nu. 21. & de retract. lignag. § 1. glo. 18. nu. 40.* Iaſ. *in l. 1. § ſi hæres n. 13. 14. 15. ff. ad Trebel.* Cacher. *dec. 4. n. 12. & 14.* Cianet. *conſ. 145 n. 9* Gamma *dec. 256.* Maſcar *concl. 651. n. 8. 9. 10.* Cagnol. *in d. l. 2. n. 243.* & in terminis Laſſar. de gibellis *c. 10. n. 12. 13. 18.* vbi hoc verũ eſſe dicit, quãuis per pactum expreſſum onus illud quod tacitè ineſt, exprimatur, quia itaquit ipſo iure ſine pactu id fuiſſet faciendũ, & *nu. 22.* vbi rationem aliam affert, quia ex pacto nihil tradenti arguitur, ſed id quod aliàs nullo etiam pacto interueniente de iure erat faciendum, expreſſum eſt, & ex his dicit pactum illud non eſſe partem pretij & laudimium ex tali pacto non deberi.

Sed iſto caſu onera tantũ exprimuntur, quæ rei do-
natæ inerãt, nã donatarius hæreditatis tenetur ad om- 4
nia onera, Mantic. *de tacit. et ambig. conuent. q. 10. n. 54. & 152.* ſaltem erga donantem *l. 2. C. de hæredit. vel actio. vend.* & ibi glo. in *ver. tu reſpondeas*, & gloſ. in *ver. non poteſt* text. in *l. 2.*
C. de pactis, & ibi glo. in *ver. ſpontanea.* Item per ceſſionẽ 5
hæreditatis reuiuiſcunt iura hæredis cedentis, qui aliàs creditor erat eiuſdem hæreditatis ceſſæ, text. in *l. 2. § ſi quid publici, ff. de hæred. vel act. vend.* item hæres cæ-
dens non tenetur de euictione aduerſus ceſſionarium 6
d. l. 2. in princ. præterea in terminis hæreditatis venditæ ſub pacto expreſſo de ſoluendis debitis hæreditatis
dicitur pactum illud circa onera ipſius verſari, atque i- 7
ta pactum, pretium aut loco pretij eſſe non poteſt, licet quantitas debiti exprimeretur, nec venditio ex eo pacto poteſt allegari, niſi vltra pactum pecunia interueniat, ideoque laudimium ſoluitur tantum pro ſola pecunia data, non autem ex æſtimatione pacti, Laſſar. *d. loco nu. 23. & 24. & nu. 75.* vbi qui cedit ſimpliciter rem
cenſualem, etiam expreſsè cum onere cenſus, tunc ceſ- 8
ſio dicitur ſimplex & gratuita, idem Laſſar. *c. 15 n. 35.* ex quibus, doctrinã vltimò data, fuerunt duo dubia verbis ſequentibus concepta.

Primò, quia iſti donatarij ſunt loco hæredis inſtituti, illúmq; repræſentant medio donationũ totius hæreditatis ipſis ſucceſſiuè factarũ. Ita vt quemadmodum hæres à laudimij ſolutione immunis erat, etiam ſi de proprijs debita hæreditaria ſoluiſſet, ita etiam cenſeri debeat de d. donatarijs vniuerſali titulo in locum illius ſubrogatis, cùm ceſſionarij in omnibus & per omnia iiſdem fauoribus potiantur, quibus cedens

Secundò, quia per dictas donationes donatur tantum hæreditas, quæ non poteſt dici niſi deducto ære alieno, & per conſequens nihil aliud donatum videtur, quàm id quod ſupererit, & ſic non videtur poſſe intrare laudimij ſolutio, cùm in illo, quod eſt reſiduum in hæreditate, deducto ære alieno, ſit dicta donatio omnino gratuita, & nullo modo onerosa, quę dubia cõfirmãtur ex *l. hæreditatem ff. de donat.* atq; ſecundũ hãc ſen-
tentiam, vt ſc. laudimium non debeatur ex donatione 9
hæredi-

hæreditatis vel omnium bonorum, & cum onere ſoluendi debita in ſupremo Senatu Tholoſano iudicatum fuiſſe refert author libri ſcripti *Remarques du droict François,in ver.lods.*

10 His tamen non obſtantibus, exiſtimo bene per primos indices, malè verò per ſecundos iudicatum fuiſſe, nam quando donatur gratia pacti appoſiti,ita vt pactū ſit cauſa finalis,tunc nun eſt donatio, Cyn.in *l.1.in fin. C.de condit.ob cauſam*,&ibi Bal.Batt. & Rapha.Cuma. in *l.hæreditatē ff.de donatio.*vbi videtur minnere, quod ſi dono hæreditatem cum pacto ſoluēdi creditoribus, nō eſt donatio, & ibi Caſtren.at verò ex lectura donationis patet, non alia de cauſa ceſſionē hæreditatis factam, quā vt Ioannes hæres ſcriptus per primam, & deinde Nicolaus,cui remiſſa erat, per ſecundam ceſſionē quā facit in fauorē d Elizabeth, liberarentur à laboribus qui in adminiſtratione hæreditatis ſuſtinend. erant, quodq; onera hæreditaria ſuſtinerentur,& debita ſoluerentur per eos quib.cedebatur hæreditas:quæ ratio

11 finalis ceſſionis faciendæ expreſſis verbis enuntiatur in vtroque cōtractu, ergo huiuſmodi ceſſio,nullo modo donatio, aut ſaltē ob cauſam tantū,& non ſimplex cēſenda eſt, & per conſequens ex ea laudemium debetur, non obſtante ſtatuto Comitatus, Hieron.à Lauren.in *l.ſi emancipati n.198.C.de collati.*Capel.Tholoſ.q.179.

12 Secundò, quoties donatio habet aliā cauſam quā liberalitatis propriæ,non dicitur donatio, Clar.in *§.donatio q.16.n.10.& q.8 nu.5.*ſed hoc caſu ſubeſt alia cauſa quàm liberalitatis,nimirum vt ab onere adminiſtrandi bona, & ſoluendi debita liberaretur Ergo.

Quod præſertim hoc caſu ſtatuendū eſt, quo is cui fit remiſſio, nullū aut adeò paruū commodū ex ea recipit, vt nō debeat eſſe in conſideratione, & parum abſit quin hæreditas omninò non ſit ſoluenda. Nam ex teuelatione auditorū patet ſolutis debitis ſupereſſe tantum de hæreditate ſummā 313. librarū 5. ſolidorum & 5. denariorū: præſuppoſito tamē quòd credita hæreditaria in enarrata exigi poſſint. Ita vt ſi compenſatio fiat difficultatis & incertitudinis, an d.credita exigentur, necnon laboris inſumendi in adminiſtratione d.hæreditatis & litibus in ea exiſtentibus proſequendis, & ſuſtinendis cū d.ſumma reſtante, illius non ſit habēda aliqua conſideratio, & d.ceſſio ſeu remiſſio potius oneroſa quam lucratiua cenſenda ſit, quod probè cognoſcēs d Ioannes hæres eam ceſſit d. Nicolao, & is rurſus poſtquam eam per aliquod tempus adminiſtrauiſſet, & quantis oneribus & vexationib. implicaretur cognoſceret, eam d Elizabet remiſit, quod non feciſſet, ſi aliquod cōmodum ex ea ſe percepturū exiſtimaſſet, quæ cōſummantur ex eo quòd longè plus redditus ex pecuniis pro debitorū ſolutione inſumendis quā ex toto tenemēto d.hæreditatis notoriè perceptum eſſet.

Tertiò, quia huiuſmodi remiſſio manifeſtè cōmodum remittentis reſpicit, quia & Ioannes hæres & Nicolaus reſeruant ſibi ius ſubſtitutionis, nec non d.Nicolaus ins detrahendi Falcidiā, & ios recuperandi & exigendi illud quod ipſe donans exſoluerat, quæ pacta

13 cedunt in fauorem donatoris, ideóq; huiuſmodi donatio ob cauſam eſt cenſenda, Tiraqu. in *l.ſi nunquam in ver.largitus n.45.C.de reuoca.donat.*Catto *dec. ſeu caſu 86.nu.31.*& cùm fauorem & commodum donantis illa

14 pacta reſpiciant, ex ea debetur laudemium per ea quæ tradit Beltran.*conſ.124.circa fin.par.2.prior.*vbi loquitur ſtante conſuetudine non ſoluendi laudemium.

Sciò dubia eſſe data contra rationem deſumptam ex reſeruatione detractionis Falcidiæ, ſed ea aſſeremus & eis reſpondebimus poſtquam ſatisfecerimus iis quæ in contrarium ſuprà deducta fuerunt.

Quartò, ne per mendicata ſuffragia eamus, textus eſt in terminis in *l.ſi filia §.ſi pater ff famil.erciſcun.* cum glo.in *verb.donatione,*vbi manifeſtè docetur diuiſionē bonorum inter filias per patrem factam cum onere ſoluendi æris alieni pro modo portionis cuiuſque, nō eſſe ſimplicem donationem; ſed ob cauſam, ex eo quod ſcilicet facta eſt, cum hoc vt debita ſoluantur creditoribus, & ideò agi præſcriptis verbis *l.cum re C.de donat.* 16
quæ actio non niſi ex contractu innominato datur, nō autem ex donatione ſimplici *l.naturalis §.1.cum ſeqq. ff.de præſcript.ver.* atque ex authoritate *d.legis*, ſi quis 17
facultates ſuas donet ea lege, vt debitis exſoluatur, non eſſe donationem ſimplicem, ſed contractum innominatum, & per conſequens ex eo deberi laudemium, docet Argen.in *conſuetu. Britan.tit.de donat.gloſſ.4. numero 9.*

Nec dicas textum in *d. §. ſi pater*, præcedere in donatione bonorum, non autem hæreditatis, nam reſpō- 18
deo primò in *d. text.* bonorum appellatione intelligi hæreditatem: diuiſit enim bona ſua pater inter filios, hoc eſt, hæreditatem ſuam, & ita interpretatur Alberic.allegando *l.quoties & l.fin.§.fin.C.de fam. erciſcun.* nam quæ dicitur diuiſio bonorum in *d.§.ſi pater*, dicitur diuiſio ſucceſſionis in *d.l.quoties.*

Reſpondeo ſecūdò, vtriuſque dictionis eādem eſſe rationē, nam ſicut in hæreditate inſunt onera & debita, ita & in vniuerſitate bonorum, bona enim dicuntur 19
deducto ære alieno *l.ſubſignatum §.bona ff de verb.ſignif.* & ſicut hæres ex natura hæreditatis, ita donatarius ex 20
natura donationis tenetur ad onera & debita præterita, nedū ſi adſit hypotheca expreſſa vel tacita, Abb. *conſ. 102.n.3.verſ.aut quæritur*, ſed etiā ſi effectu & re ipſa per viā reuocationis donationis, ſi ſolùm pro illis datetur actio perſonalis, Abbas *d.conſ.102.n.3.* & vt omnem cōtradicendi anſam præcīdā, iſtæ dictiones, *facultates, omnia bona, hæreditatem*, quoad quæſtionē noſtram, an ſc. donatio facultatū, omniū bonorum & hæreditatis, cum pacto ſoluendi debita, dicatur ob cauſam, ſunt ſynonymæ, quod enim in *d.§.ſi pater*, de omnibus bonis dicitur, Argent.*d.loc.*vocat facultates; *facultatis* autem dictio idem quod hæreditatem ſonat, *l.qui ſe patris C. vnde liberi*, Albet. *in dict. facultat.* vnde Argentreus 21
quæſtionem noſtrā in terminis decidit, cùm ait, quod ſi quis facultates (id eſt hæreditatem) donauerit cum pacto ſoluendi debita, eſſe donationem ob cauſam, ideóque deberi laudemium.

Poſtremò arreſtum, quod in contrarium allegatur, eſt in terminis donationis bonorum, ſatis demonſtrās ſe idem ſtatuere in ea quod fieret in hæreditate, imò id ſtatuere, quia idem eſt quod in hæreditate, quod ſcilicet onera & debita inſint omnibus bonis ſicut hæreditati.

Nec obſtant rationes in cōtrarium adductæ: ac primum illa, qua dicebatur, quod ad hoc vt donatio dicatur ob cauſam, neceſſariū eſt vt reſpiciat fauorē donantis, aut ſaltem ipſius liberalitatē excludat, nam hāc huiuſmodi eſſe ex ſuperioribus patet: vt enim tædio & labore adminiſtrandi hæreditatē, & onere debita ſoluendi ſe eximeret, Ioānes & Nicolaus huiuſmodi prætenſam donationem fecerunt, quæ cùm ſit cauſa finalis donationis, facit vt dicatur ob cauſam, vt in terminis docet Cuma. *in d.l.hæreditatem verſ.ſingulo.cogendum.* Idque abſq; dubio hoc caſu, quo ex hęreditate nullum 22
aut adeò paruum, vt non ſit in cōſideratione, commodū donatarius ſit cōſecuturus, vt ex d.relatione peritorum patet, habita ratione incertitudinis, an credita, de quib. in ea poſſint exigi, ſed ſi hæreditas eſſet ſoluenda & lucroſa, nō propterea minus excluderetur donatio ſimplex, & ſaltē diceretur mixtum negotium, vt docet Cuma. *d.loco, verſ.ſed ſi hæredit.ac.* Denique non eſt ad

argumenta deſcendendum, vbi textum habemus in *d. l. filia §. ſi pater.* cum gloſſ. in *ver. donationem ff. famil. erciſcun.* adde quod hæc remiſſio commodum remittentis reſpicit, tum quod reſtituendæ ſunt ipſi pecuniæ per d. Nicolaum pro ſolutione debitorum ſolutæ, maiorẽ vtilitatem quàm bona immobilia aliis etiam debitis ſubiecta allaturæ, tum quod Falcidiæ detractionem ſibi reſeruauit.

Quod verò ſecundo loco dicebatur, tantum abeſt, vt obſit, quin potius firmat noſtram ſententiam, ex Argent. in *tract. de laudem. §. 20. per tot* nominatim in *verſ. hac & alia*: quoties. n. apponitur onus rei, ab eo cui res 23 traditur, ſoluendum, hoc auget pretium & ex eo debetur laudemium, at hoc caſu traduntur bona, ſub onere ſoluendi debita, quod propterea vicem pretij ſuſtinet, & ex eo ſoluendum eſt laudemium fundi pleni, & ibi Bald. *ff. de contrah. emptio. l. 51. ſterile §. ſi tibi ff. de action. empt.* Faber in *§. pretium inſtit. de empt. & vend.* & quamuis aliqui contrarium ſenſerint, quando debita ſunt incerta (cùm tamen verius ſit onera ſiue certa ſiue incerta eſſe tanquam partem pretij, Tiraqu. *de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 14. n. 15.*) omnes tamen conueniũt ſi debita ſint certa, vt docet Tiraq. *d. loc. n. 14.* in noſtro vero caſu debita ſunt certa, vt patet ex d. relatione.

Non obſtat, quod tertio loco dicebatur in termin. *l. 2. C. de reſcin. vendi.* rem æſtimatam cum onere reali & onus intra appoſitum minuere pretium ad hoc, vt tanto minus quid venditum cenſeatur: nam verum eſt, quòd onus appoſitum ipſius rei venditæ valorem minuit, & impedit quominus venditor poſſit prætendere ſe vltra dimidiam iuſti pretij læſum, non alia planè 24 ratione, quàm quia id onus ſi ſit pretio æſtimabile, & pecunia redimibile, faciat partem pretij, ex quo debetur laudimium, ex Argen. *d. §. 20.* ita vt huiuſmodi ratio faciat contra ipſum.

Non obſtant deducta per Laſſartem locis ſuprà citatis, neque enim conueniunt caſui noſtro, quæſtio enim penes eum eſt ſi ex contractibus acquiſitionum, venditionum, permutationum & ſimilium debeant laudimia, an pretium augeant onera realia quæ inſunt fundo acquirendo, & reſpondet non augere, idque ſumma ratione, quia cùm ea venditione cenſus iam fuiſſet laudimium ſolutum, & domino directo de huiuſmodi incommodo ſatisfactum, vt ex infrà mox dicendis patebit, abſque dubio res tanto minus valet, idémque exiſtimandum eſt in hæreditatis venditione, vt ſcilicet onera eius, pretium ipſius diminuant, at nos non quærimus de ſoluendo laudimio hæreditatis. vt quanto pretio vendita ſit, inquirere debeamus, ſed de ſoluendo laudimio rerum immobilium, quæ in hæreditate ſunt, quarum dominium directum ad aliquem ſpectat, ſiue canon ex eis pendatur, ſiue non, quas res cùm habere non poſſit, niſi mediante ſolutione debitorum, ſequitur deberi laudimium de di- 25 ctis rebus; quoties enim res traditur, ea lege, vt accipiens ſoluat debita tradentis, deberi laudimium in terminis docent Corſ. & Aufre. *in dec. Tholo. qu. 279.* Tiraq. *§. 1. gloſſ. 14. nu. 114. de retract. lign.* etſi enim quæri 26 poſſit, an ſit venditio, quia pretium nõ eſt certum, certum tamen eſt eſſe contractum oneroſum, & ſic deberi laudimium, vt probatur ex dictis Tiraq. *§. 1. glo. 14. n. 114.* Et quamuis aliqui aliter ſenſerint, quando debita 27 ſunt incerta, omnes tamen ſentiunt, & id amplectuntur, quando debita ſunt certa, vt hoc caſu, vt ſupr. diximus ex Tiraq. *glo. 14. nu. 14. & 15.* ſolum negotium faceret, quod tradit idem Laſſar. *num. 18. circa fin.* dum ex 28 Tiraq. *de retract. lignag. §. 6. glo. 1. nu. 8.* contendit, quod ſi legatur res feudalis, quæ eſſet cenſuata non debetur laudimium valoris totius rei, ſed deducto onere cenſus, & expreſsè ſi vendatur res feudalis paruo pretio ſoluendo vẽditori, vt quia erat cenſuata, & emptor recipit eam cum ſuo onere, quod laudimium debeatur ex ſolo illo pretio recepto duntaxat, non ex toto pretio, quo æſtimata res eſt, negotium, inquam faceret & noceret, ſi verum eſſet ita ſimpliciter acceptum, ſed Tiraqu. *d. loco*, quemadmodum hoc intelligendum ſit, apprimè explicat, & noſtram ſententiam confirmat, nedum ratione debitorum, quæ ſoluenda ſunt, pro quibus adeſt ſimplex hypotheca, in quo caſo verſamur, & in quo caſu hypothecæ ſimplicis ipſemet Laſſart. fatetur laudimium valoris totius rei deberi, *nu. 22. verſ. etenim illud verum eſt*, ſed & ratione cenſus merè realis etiam ſecundùm conſtitutionem Pij V. inſtituti ſoluendum eſt laudimium, nam, inquit, ſi impoſitio cenſus de voluntate domini directi facta ſit, & illi ſatisfactum eſt incommodum laudimia illius accipiẽdo, ex eo quod tanto minus res valebit, planè hoc caſu ſi vendatur res, hoc onus partem pretij non faciet, nec ratione illius ſoluetur laudimium: quod ſi domino non fuerit ſatisfactum, illud onus faciet partem pretij, & de integro valore rei debebitur laudimium, alioqui, vt inquit Tiraq. eſſet in facultate ſubditi, ius domini inſcij, atque etiam inuiti & reluctantis minuere, rem ſui feudi in emphyteuſin aut liuellum concedendo, & ſic rem deteriorem faciendo, vt cùm venderetur, minutum eſſet ius laudimiorum, contra *l. id quod noſtrum ff. de regu. iu.* & experientia rerum magiſtra id docet, vt laudimium ex integro valore prædij ſoluatur, nulla deductione facta vel cenſuum, ſeu penſionum vel hypothecarum, etſi vendatur prædium certo pretio cũ onere ſoluendi peræquationem ſiue miſpartimentum quod vocant ciuitatis, etſi hoc onus cùm iam ſit impoſitum, videatur reale, certè omninò rei eſt inſitum, tamen etiam ratione illius ſoluitur laudimium, ex quibus diluuntur quæ ſubnciuntur ex Laſſar. de ſoluendo laudimio hæreditatis, cùm ſcilicet ex ſtatuto vel lege debetur laudimium de contractibus venditionis: nam vt iam ſuprà diximus, verſamur in diuerſis terminis, an ſcilicet ceſſionarius hæreditatis teneatur ſoluere laudimium bonorum emphyteuticariorum hæreditatis, quæ non niſi ſolutis debitis conſequi poteſt.

Nec poſtremò obſtat Laſſar. *cap. 15. n. 35.* quin potius facit pro noſtra ſententia in *verſ. quando vero*, cùm onus ſoluendi debita ſit extra res emphyteoticarias, ſed & quod idem Laſſart. ait de onere circa rem & exemplum dat de pacto de retrouendendo, etſi verſaremur in eo caſu, non noceret, quia non debetur laudimium ex pacto illo, hoc eſt, ex eo quod res minus valet ob dictum pactum, quia ſi venditor rem non redimat, & res in perpetuum maneat penes emptorem, is tunc ex reliquo pretium ſoluet.

Ex quibus tolluntur etiã duo dubia poſtremo loco data ſuperius perſcripta, neque enim agitur, vt iam dixi, de ſoluendo laudimio ratione hæreditatis, ſed bonorum emphyteuticariorum, quæ non niſi ſolutis debitis conſequi poteſt, & præterea textus cum gloſſ. in *dicto §. ſi pater*, rem decidit, vt rationes in contrarium imaginari nec poſſimus nec debeamus.

Præterea præcisè & indiuiduo reſpondendo primo dubio, in quo videtur voluiſſe concludere, quod quemadmodum non debetur laudimium rerum ſingularum emphyteuticariarum, quamuis hæreditas ſit grauata debitis & legatis, quæ hæres ſoluere tenetur, & dicta bona apud hęredem remanere non poſſint, niſi omnia ſuſtineat, ita quoque donatarium hęreditatis laudimium dictarum rerum non teneri ſoluere, etſi donatio facta fuerit cum onere ſoluendi æris alieni.

Re-

Digitized by Google

Reſpondetur non valere argumentum à ſucceſſione
teſtamentaria ad donationem hæreditatis, quia ratio,
propter quam hæres ad laudimij ſolutionem non te-
netur, ceſſat in donatario hæreditatis. Quod vt in-
telligatur, præſupponendum eſt verum eſſe hæredem
ex teſtamento, nec non legatarium ac donatarium
29 ſoluere laudimium, Bertrandus *conſilio 78. lib. 1. prior.*
& fusè Amed. à Ponte in *quæſt. laudimi. quæſtione 30.*
numero 31. niſi conſuetudine vel ſtatuto aliter rece-
ptum ſit, vt inquit dictus Amede. & doctores per eum
citati, quos refert & ſequitur. Iam verò conſuetudi-
ne in hac patria ſimpliciter & indiſtinctè receptum
eſt, ex hæredis inſtitutione laudimium non deberi,
non mirum ſi nulla habeatur ratio æris alieni ſoluen-
di, ſed in donatione in ſimplici tantùm ſtatuto rece-
30 ptum eſt, non in donatione ob cauſam, appellatione
enim donationis intelligitur ſimplex, *l. 1. ff. de dona-
tion.* Alexand. *conſilio 167. numero 10. & ſequent. libro 7.*
præſertim in materia ſtatuti, & in caſu noſtro, Alexan.
dict. numero 10. verſ. non obſtat, cùm ea quæ ob cauſam
eſt, non tam donatio quàm negotium *do vt des*, dica-
tur, *l. Aquilius ff. de donation.* Calcer. *ar. 9. de regul.* Cle-
rad. *conſilio 139. per totum*, Clar. in §. *donatio quæſtion. 3.*
ex qua propterea actio *præſcriptis verbis*, oritur *l. ſi fi-
lia §. ſi per eum gloſſ. ff. famil. erciſcund.* Ideoque cùm
donatarius hæreditatis non poſſit res emphyteutica-
rias conſequi, niſi ſoluto ære alieno, & propterea non
habeat per ſimplicem donationem, conſequitur ceſ-
ſante ſtatuto deberi laudimium ex huiuſmodi dona-
tione. Ratio igitur propter quam ex huiuſmodi inſti-
tutione hæredis non debetur, quod ſcilicet generali-
ter in ea hoc conſuetudine receptum ſit, nec diſtingua-
tur, an lucroſa vel damnoſa ſit hæreditas, ita vt ſi tota
hæreditas conſiſteret in rebus immobilibus emphy-
teuticariis; & onera ipſius eorum valorem excede-
rent, ita vt in effectu hæres huiuſmodi bona cenſere-
tur emiſſe, non ideò tamen teneretur ſoluere laudi-
mium, dicta, inquam, ratio ceſſat in donatione, cùm
tantùm in ſimplici, quæ nullam habet cauſam vel o-
nus admixtum, ſtatutum liberet donatarium à laudi-
mio: donatarius quidem hæreditatis eſt loco hære-
dis, vt ſcilicet onera hæreditatis ſuſtineat & commo-
31 da conſequatur, non tamen poſſidet hæreditatem ti-
tulo inſtitutionis vel vniuerſali, ſed ſingulari tantùm,
quamuis donatio fiat ſub nomine vniuerſali, Docto-
res in *l. cum filius §. Lucio. de legat. 2.* Baldus & Docto-
res in *l. 2. Cod. de hæredit. vel action. vendi.* Argent. *dicto
titul. de donation. articul. 219. gloſſ. 7.* vbi hoc dicit, ve-
rum quamuis facta ſit ſub pacto, vt donatarius tenea-
tur ad debita, & *numero 13.* vbi per pactum ſiue con-
tractum fieri non poteſt, vt conſtituatur vniuerſalis
ſucceſſor, & ſic vox *hæreditatis*, inquit, in contractu
appoſita nihil aliud importat quàm titulum particu-
larem, multos doctores citans; pro iſtorum confirma-
tione facit textus *gloſſ. in l. hæreditas Cod. de pact. conuen.*
vt etiam ex parte aduerſa præſupponitur, & ſupraſcri-
pta ex eis decerpſimus, ideò quia naturæ donationis &
non inſtitutionis ſtandum eſt, & hoc caſu ceſſante ſta-
tuto debebitur laudimium, cùm tamen ex inſtitutio-
ne illud non debeatur.

Denique *l. hæreditatem ff. de donation.* pro confirma-
32 tione dubij allata tantum abeſt, vt id confirmet, quin
potius contrarium ex ea probatur. Nam cùm detur
patri donanti hæreditatem filiæ emancipatæ onera
hæreditaria ſoluere recuſanti, actio *præſcriptis verbis*,
vel *condictio ob cauſam*, ex gloſſ. in *ver. cogendam* & o-
mnibus DD. in eadem, præſertim Cuiac. ſequitur hu-
iuſmodi donationem, non ſimplicem, ſed ob cauſam
omnino dicendam. Et quomodocumque accipere
vellemus dictam legem etiam contra propria verba
ipſius, procederet tantum vbi incerta eſſent debita, ſed
vbi certa ſunt, vt hoc caſu omnes conueniunt ea par-
tem pretij facere, & ex eis deberi laudimium, vt ſuprà
dictum fuit.

Non obſtat arreſtum in contrarium allegatum:
fūdatur enim in eo, quòd in eo dicitur huiuſmodi do-
nationem habendam eſſe loco diſpoſitionis vltimæ
& teſtamenti, ex quo de conſuetudine non debeba-
tur laudimium; & propterea eſt caſus diuerſus à no-
ſtro. Aliud eſt enim donare omnia bona cum onere
ſoluendi debita, dum quis viuit, quòd huiuſmodi do-
natio vice diſpoſitionis vltimæ fungatur: aliud verò
quòd quis inſtitutus hæres fuerit, & hæreditatem,
quam ex vi inſtitutionis adeundo acquiſiuit, alteri do-
nauerit cùm onere ſoluendi debita. Huiuſmodi enim
donatio non poteſt iure diſpoſitionis vltimæ fungi:
non quidem reſpectu primi teſtatoris, qui iam mor-
tuus eſt, & cuius hæreditas fuit adita: nec reſpectu do-
nantis, cùm non omnia bona ſua donet, ſed tantùm
hæreditatem quam acquiſiuit.

Secundò, reſpondetur huiuſmodi arreſtum ſine vl-
la lege & auctoritate referri, & eſſe contra text. in *d. l.
ſi filia §. ſi pater ff. famil. erciſcund.* in quo diuiſio qui-
dem omnium bonorum cum onere ſoluendi debita,
habet ſpeciem vltimæ voluntatis, ſed tamen dicitur,
& eſt donatio *ob cauſam*, ex qua debetur laudimium.

Pro coronide dubium amouendum eſt, quod pro-
poſitum fuit contra rationem, qua ſuprà vſi ſumus, vt
doceremus hanc remiſſionem in commodum remit-
tentis & donantis factam, ex eo quod ſcilicet Falcidiæ
retentionem ſibi reſeruauerat. Nam in contrarium
proponitur vltimum iſtum donatorem Falcidiam re-
tinere non potuiſſe, quia ſingularis ſucceſſor maximè 33
ex contractu eam retinere non poteſt, ſed tantum vni-
uerſalis teſtamentarius, Peregrin. *de fideic. articul. 3. nu-
mero 3. 7 & 8.* Cancer. *variar. reſolut. cap. 2. numero 7.* ſed
breuiter reſpondetur hæc procedere, ſi donatarius ex
ſua perſona eam retinere vellet, quod non facit, ſed ex
perſona hæredis, ceſſionarius enim hæreditatis, qualis 34
eſt ſecundus donator, repræſentat hæredis ſedentis, *l. 2. §.
ſiquid publici ff. de hæred. vel act. vendi. l. 2. C. eod.* eun-
dem Cuiac. ſuo more *in l. hæreditatem.* Quemadmo-
dum igitur hæres, ita & donatarius idemque ceſſiona-
rius eiuſdem Falcidiam retinere poteſt.

Addit ſupereſſe bona, ex quibus Falcidiam conſe-
quatur donator, inutile igitur eſſe pactum retentionis
Falcidiæ, imò eſſet, quia donatarius onera tuſtinere
deberet abſque enim modo Falcidiæ quod ad dona-
torem ſpectaret: ſed reuera non aderant bona, ex qui-
bus Falcidiam conſequeretur hæres, vt ex relatione
expertorum conſtat.

Subiungit aditam fuiſſe hæreditatem Claudij per
Ioannem primum hæredem iam ab anno 1603. & ab
eo tempore ſoluta fuiſſe legata vel ſaltem agnita. Inu-
tiliter igitur de Falcidiæ retentione nunc agi.

Reſpondetur, non credi, vt ex relatione peritorum
conſtat, aliqua fuiſſe legata ſoluta, quod ſi aliqua ſo-
luta ſunt, non prætendi Falcidiam de iis, ſed de non
ſolutis; cùm verò dictus Ioannes hæreditatem dicti
Claudij cum beneficio legis & inuentarij adiuerit, va-
num eſt quod de adita hæreditate & agnitis legatis
dicitur.

Subiungit (etſi non hoc ordine) Falcidiam detrahi
tantùm ab hærede, dum legata abſorbent hæredita- 35
tem, & tunc ſola hæreditas eſt in Falcidia, reliquum
bonorum defuncti eſt in legatis, *argument. textus in
l. legatum ff. de legatis*, vnde in iſto caſu viderentur
contradictoria, donare hæreditatem, & retinere

Falcidiam, in qua ſola remanete poteſt hæreditas. Reſpondetur non eſſe contradictoria: ſed hæredem ſibi commodum reſeruare voluiſſe, onera verò transferre in donatarium, ideóque ex eo etiam demonſtratur in fauorem & commodum donantis, & non donatarij factam donationem.

Poſtremò, præſupponit Falcidiā retineri poſſe, non propterea tamen operari donationem ob cauſam, quia qua ratione potuit totam hæreditatē donare per ſimplicem donationem, eadem ratione potuit & partem hæreditatis, *l. qua de tota ff. de rei vendi.* Reſpondetur id verum eſſe, ſi partem hæreditatis retinuiſſet, & aliā donaſſet, ſed cùm commodū Falcidiæ ſibi retineat, onera verò transferat in donatarium, in commodum & fauorem donantis, & ob cauſam eſt cenſenda donatio, prȩterquā quod cùm docuerimus totius hæreditatis donationem eo modo quo ſuprà factam non ſimplicem, ſed ob cauſam eſſe, idem quoque de partis donatione, ſi ea adeſſet, iudicandum eſſet.

Ex quibus concludo, bene per primos iudices, malè verò per ſecundos iudicatum fuiſſe, & in cauſa appellationis, quæ nunc intentabitur, malè iudicatum fuiſſe per ſecundos & bene appellatum, pronuntiandum, & ſententiam primorum iudicum confirmandam eſſe, ſaluo iudicio cuiuslibet melius ſentientis.

ARGVMENTVM.

AN ſupplementum legitimæ de prælegato detrahi poſſit.
An ſit in electione ſubſtituti ſoluere dictum ſupplementum in pecunia.
An fructus dicti ſupplementi retineri poſſint ſuper dicto prælegato.
An de reſtante prælegati Trebellianica, aut ſaltem Falcidia detrahi poſſit.
Caſu, quo poſſit, an de prælegato detrahi, an verò in pecunia ſolui poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Heredes & legatarij regulariter tenentur pro rata ad ſupplementum legitimæ deficientibus aliis bonis hæreditariis.*
2 *Prælegatum ſimpliciter relictum, pro concurrenti quantitate imputatur in legitimam.*
3 *Idémque ſtatuendum eſt, etſi fideicommiſſum adiectum ſit prælegato.*
Omne enim onus legitimæ ſeu eius ſupplementum impoſitum, tollitur ipſo iure.
4 *Nec poteſt fideicommiſſum imponi quatenus aſcendit legitima, vel eius ſupplementum.*
5 *Supplementum in pecunia ſolui debet, quando filius iam accepit legitimam in pecunia.*
6 *Multa per viam retentionis conſequi poſſumus, quæ agendo non poſſumus.*
7 *Filius iure hypothecæ poteſt res patris retinere, donec ſibi aſſignata ſit legitima.*
8 *Filius non obſtante prohibitione fructus pro rata legitimæ percipere poteſt.*
9 *Heres non repræſentat defunctum, niſi pro parte hæreditaria.*
10 *Trebellianica detrahitur de relictis vniuerſalibus tantùm.*
11 *Falcidia de legatis & fideicommiſſis particularibus.*
12 *Sed an de prælegatis, controuertitur, quibuſdam exiſtimantibus non poſſe.*
13 *Aliis contrà.*
14 *Negatiua verior eſt.*
15 *Iure ciuili vna tantùm quarta detrahi poteſt.*
16 *An Trebellianica filius primi gradus prohiberi poſſit, quæſtio eſt controuerſa.*
17 *Affirmatiua communis eſt, & verior.*
18 *Et habet locum nedum in expreſſa prohibitione, ſed etiam in tacita.*
19 *Quæ tacita prohibitio, licet non recipiatur in Senatu Pariſienſi & Tholoſano:*
20 *Tamen cum de Falcidia agitur, recipienda videtur.*
21 *Falcidia facilius prohiberi poteſt quam Trebellianica.*
22 *Vna pars teſtamenti declarat aliam, & præcedens ſubſtitutio ſequentem.*
23 *An per verba* pleno iure, *cenſeatur prohibita Trebellianica vel Falcidia, controuertitur.*
24 *Sed ſi adſunt verba coadiunantia, verius eſt cenſeri prohibitā.*
25 *Per dictionem* integrè, *vel* integraliter *Falcidia dicitur prohibita.*
26 *Falcidia de ſingulis prælegatis pro rata detrahitur ſiue vni, ſiue pluribus perſonis relicta ſint.*

CONSILIVM CXXX.

NOBILIS Carolus de Venta Maſſilienſis an. 1590. teſtamentum condidit, quo quatuor filiabus bonorū quorumdam immobilium prælegata fecit, Mariæ ſcilicet valoris 6000. ſcuto. ū, cui vnum ex liberis ſuis per ipſam eligendum integrè & pleno iure ſubſtituit: Claræ verò & Ludouicæ valoris 1200. ſcutorum, ita tamen, vt quamdiu domicella Catharina de Forbim vxor d. teſtatoris earum mater viueret, fructus dicti prælegati non perciperent, ſed d. de Forbim, vnicuique ipſarum filium maſculum quem eligeret ſubſtituendo, vnam etiā nec non maſculum nominatū alteri, ſi ſine liberis maſculis, aut maſculus nominatus, ſine etiam maſculis decederent ſubſtituendo. Annæ autem valoris 4000. ſcutorum, quo tamen non niſi per mortem d. Catharinæ, vt in ſuperiori legato frui poſſet, cui ſi ſine liberis maſculis decederet, d. Mariā ſubſtituit. Hæredes verò vniuerſales d. Catharinam vxorem & d. quatuor filias inſtituit omnémque inuentarij confectionem prohibuit, in eadem q; voluntate deceſſit, quæ omnes ſimpliciter, excepta Clara, quæ cū beneficio legis & inuentarij adiuerunt hæreditatem ſeu illi ſe immiſcuerunt reſpectiuè, ſolutiſque quibuſdam particularibus legatis, reſtarunt ſolùm 500. ſcuta de hæreditate d. teſtatoris, quæ inter hæredes æqualiter diuiſa fuerunt, ita vt vnuſquiſque centum tulerit.

Dicta Catharina per 20. an. fructus d. prælegatorum Claræ, Ludouicæ, nec non Annæ percepit, tandémque anno 1610. deceſſit teſtamento prius condito, quo d. eius filias hæredes vniuerſales inſtituit, quæ poſt ipſius obitum hæreditatem ſimpliciter adiuerunt, eámque inter ipſas diuiſerūt, & vnaquæque ſua portione huc uſque liberè fruita eſt, & d. Clara, Ludouica, & Anna fructus ſuorum prælegatorum cœperunt percipere & percipiunt, facta per obitum d. Catharinæ conſolidatione vſusfructus cum proprietate.

Dicta Clara videns ſe non habere liberos, nec ſe habituram ſperans, preces porrexit locū tenenti Maſſiliæ ad fines integrum legatum ſuum ſine onere ſubſtitutionis conſequendi, idq́ue ex vi ſupplementi legitimæ, & fructuum illius ac detractionis Trebellianicæ.

Ex his reſultant dubia ſequentia diſcutienda. Primum,

mum, an dict. Clara de iure ſeu Baſtida ſibi prælegata poſſit detrahere ſupplementum legitimæ, quod dicitur aſcendere ad duo millia ſcuta.

Secundum, an ſit in electione Ludouicæ ſubſtitutæ ſoluere duo millia ſcuta hæredibus d. Claræ pro dicto ſupplemento, & ſic impedire quominus habeat portionem d. Baſtidæ vſque ad d. quantitatem, præſertim attento ſtatuto prouinciæ, quo cauetur, quod quotieſcumque legitima aut ſupplementum debetur, eſt in electione hæredis eam in bonis aut in pecunia ſoluere.

Tertium, ſi d. Clara poſſit fructus d. ſupplemēti durantibus 20. annis, per ipſam nō perceptos retinere ſuper d. ſuo prælegato, an verò teneatur illos perſequi contra alias ſorores vti cohæredes patris, matriſque pro parte vnamquamque concernente.

Quartum, an dicta Clara de teſtante ſui prælegati quartam Trebellianicam, aut ſaltem Falcidiam detrahere poſſit.

Quintum, caſu, quo poſſit, an d. quartam de corpore prælegati detrahere, an verò in pecunia ipſi ſolui poſſit.

Quoad primum, exiſtimo d. Claram non cogi experiri aduerſus ſorores, vt vnaquæque contribuat ex bonis quæ titulo inſtitutionis ex hæreditate paterna habuit, aut iis deficiētibus, pro rata prælegatorum, ſed de prælegato ſibi facto poſſe d. ſupplementum detrahere: etſi enim hæredes quidem regulariter, ſed & legatarij quando corpora hæreditaria ſint eis reddita, pro rata ad ſupplementum legitimæ teneantur, deficiētibus aliis bonis hæreditatis, Guid. Pap. *q. 82. in fi.* Buer.

2 *dec.* 148. tamen hoc caſu contrarium aſſerendum eſt: nā ſi nullum prælegato fideicommiſſum adiectum fuiſſet, ſed ſimpliciter illi relictum, certū eſt dictum prælegatum aut portionem illius pro concurrenti quantitate computandum in legitimam, & ex eo ſupplementum ſibi ſului. Quæcumque enim filius capit ex patrimonio defuncti, iudicio teſtatoris, in vltima voluntate, ſibi imputantur in legitimam, ſiue recipiat iure hæreditario ſiue legati, ſiue ex cauſa fideicommiſſi, *l. omnimodo, l. ſcimus, C. de inoff. teſta.* & hanc dicit eſſe cōmunem opinionem, Picus in *l. in quartam* 5. q Bar. *verſ. tertio concluſio.* Bolog *ibid. nu. 295. ff. ad Falcid.* Ferdand. Vaſq. *de ſucceſſ. creat.* 3. 30 *num.* 24. Idem igitur ſtatuen-

3 dum eſt in hoc caſu, etſi prælegatum fideicommiſſo ſit ſubiectum: omne enim onus vel grauamen legitimæ ſeu eius ſupplemento impoſitum, ipſo iure tollitur & reiicitur, eſt text. in *l. quoniam, in prior. de inoff teſtam.* & eſt communis opinio, vt fatetur add. ad Bartol *conſ.* 13. *ver. legitima*, Ant. Gomez *tom. 1. c. 11. n. 24.* & nominatim quod fideicommiſſum quatenus aſcendit legitimam vel

4 eius ſupplementum, patet imponere non poſſit: quod ſi imponat, illud pro non adiecto habeatur, tenet gloſ. in *d. l. quoniam. in prioribus*, & ſequitur Bart. & omnes DD. ibid. eſtque communis opinio, vt teſtatur Iaſ. in *auth. nouiſſimo n. 43. C. de inoff. teſta.* & indifferēter receptam laudat Roder. Suar. in *d. l. quoniam, limit. 1. ſub nu.* 13. Fernand. Vaſq. *de ſucceſſ. creat.* §. 10. *n.* 418. quia fideicommiſſum onus eſt, ex quo per illud non ſucceditur filio, & legitima debetur ex prouidentia legis, non teſtatoris, ideóque grauari non poteſt, vt inquit Graſſ. in *§ legitima, q. 38. n. 3. in fin.*

Quoad ſecundum, etſi verum ſit, quando filius iam

5 partem accepit in pecunia, ſupplementum legitimæ in pecunia ſolui debere etiam in terminis iuris communis, Guid. Pap. q. 48 Guill. Bened. in *cap. Raynutius ver. duas n. 154. ext. de teſtam.* Papon *tit. des legitimes, arreſt* 3. præſertim hoc caſu, ſtāte ſtatuto prouinciæ: nihilominus arbitror d. Claram ſiue eius hæredes de dicto ſuo prælegato legitimam detrahere, & ante reſtitutionem in vim fideicommiſſi Falcidiam eam retinere poſſe; nā cùm, vt iam diximus, hoc prælegatum in legitimā imputandum ſit pro concurrente quantitate, & onus fideicommiſſi pro ea habeatur pro non adiecto, ex gloſ. in *d. l. quoniam, in prioribus*, & penes ſe ſit dictum prælegatum, non videtur dubium, quin pro rata ſupplementi illud retinere poſſit, multa enim per viam retē-

tionis conſequi poſſumus, quæ agendo non poſſumus, 6
& longè fauorabilior eſt petitione, Crauet. *conſ. 327. n. 406. per l. ſi in area, in fin. l. ex quibus ff. de cond. indeb. l. 1. in princ. ff. quibus modis hypoth. ſol. l. Paul ff. de except. dol. l. per retentionem 6. de vſuris l. 2.* & ibi Bald. in 3. *not. C. de fideiuſſ.* Moling. *de reten. n.* 8. quod ſi filius iure hypothe-

cæ quod habet in bonis patris, & quæ hypotheca tri- 7
buit ius in re, *l. cos C. de pign.* [illegible] poteſt retinere res patris quas poſſidet donec ei aſſignata ſit legitima, Rub Alex. *conſ.* [illegible] *n.* 16. Molig. *dict. tract. n* 32. multo magis d. Clara ex prælegato ſibi facto retinere poterit vſque ad complementum legitimæ, & quæ in contrarium ſuprà poſita ſunt, procedunt quādo agendo filius petit ſupplementū legitimæ, non verò per viam retentionis iure ſibi prælegata eam detrahit, vt hoc caſu, in quo duo concurrunt, priuilegium ſcilicet vis & effectus retentionis, & voluntas patris, qui hoc prælegatum fecit, de quo, ipſo iure ratione legitimæ tollitur grauamen fideicommiſſi, & de ſui natura debet imputari in legitimam.

Ad tertium, arbitror d. Claram non poſſe fructus d. ſui ſupplementi durante ſpatio 20. annorū, quo mater vixit, à ſe non perceptis ex d. legato detrahere, & ſibi conſulere debere aduerſus ſorores tanquā cohæredes matris pro quarta parte vnamquamque tangente, alia enim quarta pars cum ſua portione hæreditatis maternæ eſt confuſa, idque ea ratione [illegible] imputandum eſt, quòd permiſerit matrem, [illegible] integros d. prælegati fructus percipere, [illegible] diſpoſitione pro rata ſupplementi legi[illegible]

ditio & grauamen cenſeretur pro [illegible] 8
obſtante potuiſſet pro d. rata, prælegato frui, vt [illegible] terminis conditionis manifeſtè ſcriptum reliquit in *l. ſi ſtipulatus fuero hanc ſummam, ff. de verb. oblig.* & Alb. Bal. in *repet. l. ſi pater nu. 231. C. de inſtit. & ſubſtit.* debet, inquam, ſibi conſulere contra cohæredes, nec ſibi opponi poterit quod confuſa ſit actio per aditionem hæreditatis ſine beneficio legis & inuentarij: confuſio enim fit tantùm pro portione, pro qua eſt hæres, & non

vltra, quia hæres non repræſentat perſonam defuncti, 9
niſi pro portione pro qua eſt hæres, vt declarat Iaſ. in *l. 2. §. ex his, n. 4. ff. de verb. oblig.* Cagnol. in *l. hæredem, n. 16. reg. iur.* Liuet. 10 c. 1. *par. 3. n. 79. verſ. eadem concluſio, C. de bon. mat.* Surd. *dec. 224. n. 20. & 21.*

Ad quartum, quo quæritur, an d. Clara nedum legitimam, ſed etiam Trebellianicam, aut ſaltem Falcidiā detrahere poſſit de d. ſuo prælegato, & Trebellianicā quidē, nullo modo poteſt, quia ea detrahitur de relictis

vniuerſalibus tantū, quale nō eſt hoc vt cōmuniter te- 10
nere DD. aſſerūt, Alex. in *l. 1 a. n. 2. C. de teſt. mil.* Berēg. Fern. *in d. l. in quartā, n.* 202. Eman à Coſt. *in d. §. ſi pater v. Trebellianica nu.* 16. Graſſ. *in §. Treb. q. 5.* ſed an ſaltē

Falcidiam, quæ de legatis & fideicō miſſis particularib. 11
detrahitur, text. eſt in *§. ſed quia*, in *§. ad Falci* glo. in *d. l. in quartā.* & ibi Bereng. Fern. *n.* 202. Rip. *n.* 2. Bolog. *nu.* 66. Vaſq. *de ſucceſſ. reſol. §. 11. nu. 5.* vt quemadmodū filius primi gradus, qualis eſt hęc, ſub conditione grauatus reſtituere hæreditatē, poteſt detrahere duas quartas, legitimā quidē ſtatim mortuo teſtatore: Trebellianicā verò exiſtēte cōditione fideicōmiſſi, ita eſt quando eſt grauatus reſtituere fideicommiſſum particulare, ſub conditione, ea eueniente, Falcidiam detrahere poſſit.

12 Controuerſa iuris eſt quæſtio, quidam enim exiſti-
marunt detrahere non poſſe, vt Fulg. in *l. quamquam n.5. C. ad l. Falcid.* Alex in *l. in ratione §. quod vulgo n. 12. verſ poteſt etiam ff. ad l Falcid.* Lancel. Polit. *in repet l. filium quem. n. 135 verſ. circa quartam C. famil. ercisc.* Soci. iun. *conſ. 135. n. 12. lib. 1.* facit quod ſcribit Bart. per text. ibi in *l. Papinianus §. quarta n. 1. ff. de inoff. teſt.* & text. in *arg. in l. 1. § fin. ff. ſi cui pluſq. per l. Falcid.* alij contrarium exiſtimarunt, ſcilicet detrahere poſſe, vt Bald. in *dict. l.*
13 *quamquam n. 1.* Ioan. Imol. in *d. l. in ratione, §. quod vulgo n. 5. verſ. in ea gloſſ.* Sign de Homo. *conſ. 66. n. 3.* Angel. *conſ. 3.* Coſte *conſ. 67. col. final. verſ. ſed Falcidiam lib. 2.* hánequè receptiorem contendunt Gabriel. *conſ. 16. nu. 29.* & Eman. à Coſta in *d. l. ſi pater 2. par. ver. abſque deductione n. 10.* ego in hoc cõflictu opinionum lubens am-
14 plecterer opinionem Alex. quippe quam exiſtimo veriorē; potiſſima enim ratio, qua contrariæ ſententiæ aſſertores nituntur, eſt, quia aſſerunt diſpoſitionem iuris Canonici in *c. Raynutius, & Raynaldus* legitimam & Trebellianicam detrahi permittentem non eſſe correctoriam, ſed declaratoriam iuris Ciuilis, quaſi eo iure vtraque poſſet detrahi, ſed cùm nõ ita clatum eſſet illud fuiſſe declaratum per ius Canonicum. Quæ ratio
15 non eſt vera, verius enim eſt iure Ciuili vnicam tantũ quartã detrahi poſſe, per text. in *l. iubemus*, vbi dodrans reſtituatur, *C. ad Trebell. per l. filium quem habentem C. famil. erciſcun.* & *l. cohæredi § cum filia ff. de vulg. & l. 1. §. interdum ff. ſi cui pluſquam, per l. Falc.* Et quamuis cõtrariæ ſentẽtiæ propugnatores dictis textibus reſpondere nitantur, hoc tamen non niſi cum magna violentia faciunt, vt doctiſſimè docet & aliis argumentis hanc ſententiam confirmat, & cõmunem ac veriorem
16 eſſe doceat Eman. à Coſta in *d. l. ſi pater 2. par. verſ. abſque deductione n. 11. vſque ad n. 20.* ſed ſi ſententiam, quæ dicitur communis, ſequeremur, vt ſcilicet filius poſſit detrahere legitimam & Falcidiam, tunc diſtinguendum eſſet, an pater hoc eaim eam prohibuiſſet, quæ quæſtio duplicem haberet inueſtigationem: vnam, an pater eã prohibere potuerit, alteram, an voluerit. Quoad primam argumento ducto à Trebellianica, dum quæritur, an ea filiis primi gradus prohiberi poſſit cùm detrahant duas quartas, controuerſa iuris eſt quæſtio: alij enim exiſtimant, non poſſe; alij verò poſſe: ſecundùm primam ſolet Senatus Gratianopolitanus iudicare, vt per Guid. *q. 51.* Senatus verò Tholoſanus iuxta ſecundam, eámque affirmatiuam, vt prohibere poſſit, Maynard. *lib. 5. c. 45.* Ferret. ad Guid. *d. quæſt. 51.* ſicut & Sena-
17 tus Pariſienſ. Peleus *aux queſt. illuſtres q. 51. in fi.* ſed iam hoc tempore communis & verior ſententia eſt, vt prohiberi poſſit, vt docet Thob. Non. *conſ. 90. nu. 21. & ſeq.* & Mar. Anthon. de Amat. *dec. 11. per tot.* & teſtatur Rota Rom. in *deciſ. per Farinac. collect. dec. 135.* & quã paſſim d. Rota ſequitur, & ſæpius amplexa fuit, vt per Caſſod. *dec. 4. de teſt.* Creſcen. *dec. 229.* Ant. Aug. *de reſtam. § 11.* Simonet *dec. 88.* & in *dec. diuerſor. lib. 1. par. 2. deciſio 313.*
18 quod nedum habet locum in expreſſa prohibitione, ſed etiam in tacita, & per Farinac. *d. dec. 135. n. 3.* quæ tacita prohibitio etiã in Senatu Tholoſano & Pariſienſ.
19 non recipitur, vt per Maynard. Pele. & Ferret. locis ſupra citatis, tamen hoc caſu, quo de Falcidiæ detractione agitur, recipienda videtur, tum quòd non eſt certa,
20 imò videtur contraria iuris ſententia, qua dicitur filium poſſe detrahere legitimam & Falcidiam, & ex ſuperioribus patet, tam quod facilius prohiberi poſſit quàm
Trebellianica, vt per Graſſ. in *§. Falcid. q. 10. & in §. teſtamentum q. 62. nu. 4.* ſed & hoc caſu potius expreſſam 21
quàm tacitam prohibitionem ex infrà dicendis conſtabit.

Alia inſpectio eſt an cenſeatur voluiſſe prohibere d. Falcidiam, & difficile eſt, vt poſſim quidquam certo ſtatuere, cùm teſtamenti tenorem non viderim, tamen cùm vna pars teſtamenti ab alia interpretationem re- 22
cipiat, & præcedens diſpoſitio & ſubſtitutio declarat ſubſtitutionem ſubſequentem iuxta *l. qui filiab. de legat. 1.* Abbas *conſ. 37. col. vlt. lib. 2.* Ruin. *conſ. 83. in fin. & conſ. 99. n 9 lib. 2.* Curt. iun. *conſ. 112. n. 4.* Pariſ. *conſ. 18. nu. 22. lib. 2.* Socin. iun. *conſ. 90. nu. 17. lib. 1.* multo magis hoc debet habere locum in caſu noſtro, quo vnus ex maſculis per filias prælegatarias nominandus in vnoquoque prælegato ſubſtitutus eſt, & propterea omnino ſtatuendũ ſit: teſtatorem vniformiter filiis maſculis: iiſque nepotibus ſuis conſulere, & legata eodem modo illis reſtitui voluiſſe, cùm nulla ratio diuerſitatis inter filias dari poſſit, ideóque ſi euicerimus voluiſſe prohibere Falcidiæ detractionem Mariæ, idem exiſtimandum eſt in Clara, vt ei quoque cenſeatur prohibuiſſe:
voluiſſe autem prohibere Mariæ, illique prohibuiſſe 23
conſtat ex illis verbis, *ay ſubſtitué & ſubſtitue entierement & de pleindroict.* Nam etſi controuerſa ſit quæſtio, an ex verbis *pleno iure*, cenſeatur Trebellianica,
vel Falcidia prohibita vt per Graſſ. in *dict. § Falcid. q.* 24
10. n. 5. & in *§. Trebell. q. 8. n. 7.* tamen quando aliqua alia verba ſubſunt coadiuuantia, verius eſt cenſeri prohibitam, vt per Graſſ. *d. loco.* At verò in hoc caſu ſumus
extra dubium, quia vſus eſt dictione *integrè* vel *integra-* 25
liter, ex qua ſola teſtator intelligitur Falcidiam prohibuiſſe, glo. in *l. decem in fi. ff. de fideic. liber.* & in hoc omnes communiter conſentiunt, vt teſtatur Bellon. *conſ. 65. n. 3.* Fernand. Vaſq. *de ſucceſſ. prog. § 26. n. 29.* adeò vt nedum tacitè, ſed etiam expreſsè prohibuiſſe videatur, Alex in *l. centurio. ff. de vulga.* & ibi magis communem & veriorem dicit Galiau *n. 399.* Pariſ. *conſ. 39. vol. 2.* Ioa. Dil. *de arte teſt. de ſubſt. caut. 132.* Gabriel. *tit. ad Trebell. conſ. 5.* quod abſque dubio aſſerendum eſt hoc caſu, quo duo iſta *integraliter* & *pleno iure* coniunguntur, ex quo etiam ceſſet quod diximus, tacitam prohibitionem in Senatu Tholoſano & Pariſienſi non recipi: hæc enim non tacita, ſed expreſſa cenſetur. Sed iam poſito, citra præiudicium veritatis, quòd filius poſſet detrahere Falcidiam cum legitima, quódque ea prohiberi non poſſet, aut ſaltem ea non cenſeretur prohibita, neque teſtatorem eam voluiſſe prohibere, ſuboritur alia quæſtio, an d. Clara poſſit eam detrahere de eo quod reſtabit de prælegato ſuo, detractione ſupplementi legitimæ prius facta, & reſpondetur vno verbo non poſſe, ſed de ſingulis prælegatis pro rata Falci-
diam detrahi debere, ſiue legata ſint pluribus perſonis 26
relicta, ſiue vni, ita tenet Bartol. in *d. l. in quartam*, & ibi cum Bart. omnes concordare, & hanc eſſe communem doctorum ſententiam Ruin. teſtatur, nec non Rip. *nu. 92.* Paul. de Montepia *n. 106.* Rolan. in *act. de teſt. rub. n. 29. n. 5.* Salicet. in *l. 2. C. eod.*

Ex his reſultat reſponſio ad poſtremum dubium ſcilicet quòd d. Clara poſſet pro rata prælegati ſui Falcidiam de eo detrahere, nec fideicommiſſarium pecuniam ſoluendo liberari, cùm per viam retentionis eam Clara conſequatur, vt ſuprà dictum fuit.

ARGV-

ARGVMENTVM.

DE præſcriptione aduerſus legitimam, & redditionem rationum tutelæ.

SVMMARIVM.

1 *Legitima in Gallia, & ex iure communi 30. annis præſcribitur.*
2 *Nec quoad hoc differt ſupplementum à legitima.*
3 *Idémque eſt de legatis.*
4 *Et omnibus debitis perſonalibus.*
5 *Præſcriptio contra legitimam currit à die mortis patris.*
6 *De iure ciuili nedum primus hæres, ſed etiam ipſemet debitor præſcribere poteſt, quod ius ciuile in Gallia ſeruatur.*
7 *Hypotheca conuentionalis 40. annis præſcribitur per ipſum debitorem.*
8 *In Gallia tamen 30. tantùm conceduntur.*
9 *Nec plus conceditur pro hypotheca legali.*
10 *Præſcriptio 30. annorum decurſa poſt maioritatem, in Gallia, & de iure communi, impedit ne agatur ad redditionem rationum contra tutorem aut curatorem.*

CONSILIVM CXXXI.

VIDETVR Dominum Baronem
de Sariſta fore repellendum à limine
iudicij per exceptionem, quam
vocant, *aux fins de non receuoir*,
tam pro legitima, quàm pro redditione
rationum, ab ipſo petitis cõtra
Dominum Baronem d'Oyſe,
tam per rationes in prioribus ſcriptis deductas, quàm
1 quoad legitimam, quia ea in Gallia præſcripta eſt per
30. annos, idque iuxta diſpoſitionem iuris communis,
vt per *DD. in l. ſi quis filium Cod. de inoffic. teſtam.*
Viui. *opini.* 488. nullumque diſcrimen eſt inter legiti-
2 mam & illius ſupplementum quoad præſcriptionem,
cùm eodem iure cenſeantur, & 30. annis finiantur,
Graſſ. *in §. legitima q.* 47. idémq; dicẽdum eſt de le-
3 gatis, Deci. *conſil.* 554. quamuis pro iis competat hy-
potheca legalis: pro legatis quidem certius Alciat. *in
rub. ff. de legat.* 1. quàm pro legitima, pro qua contro-
uerſum eſt an detur hypothecaria, vt per Graſſ. *in d.
§. legitima qu.* 14. vbi tenet veriorem eſſe ſententiam;
non dari hypothecariam etiam tacitam, cùm iure
cautum non reperiatur: pariter omnia debita perſo-
4 nalia præſcribuntur 30. annis, Guid. Pap. *qu.* 199. nec
nocet quòd opponitur primum hæredem legitimam
præſcribere non poſſe, nam per Viui. & Graſſ. & DD.
5 per eum allegatos contrarium oſtenditur, qui omnes
aſſerunt præſcriptionem currere à die mortis patris,
& huiuſmodi opinio, primum hæredem non poſſe
præſcribere, non fundatur niſi ſuper mala fide primi
hæredis, aut ſuper natura hypothecæ quoad malam
6 fidem, illud verum eſt de iure canonico, *per c. fin. de
præſcriptio.* ſed non de iure ciuili, quo nedum primus
hæres, ſed etiam ipſemet debitor, qui contraxit, præ-
ſcribere poteſt *l. ſicut l. omnes. C. de præſcriptio. 30. anno.*
quod ius ciuile, non canonicum, ſeruatur in Gallia, in
qua *d. c. fin.* non recipitur, vt teſtatur *Bacquet aux
droicts de iuſtice cap.* 21. *num.* 185. Quoad naturam hy- 7
pothecæ, conuentionalis per 40. annos præſcribitur,
etiam per debitorem obligatum, in ſuam vtilitatem,
& liberationem, *d. l. ſicut, l. omnes l. cum notiſſimi.* Imò
in Gallia his temporibus 30. tantum anni deſiderantur,
Maſuer. *tit.* 22. *de præſcriptio. num.* 7. Boeri. *qu.* 328. 8
num. 4. in princ. Loues *ſub lit. H. nu.* 3. *in addi. lit. A.* At
in terminis legitimæ, nulla eſt difficultas, cùm verior
opinio ſit, non dari hypothecam: & quamuis detur,
eſſe tantum legalis, contra quam in Gallia 30. 9
duntaxat anni requiruntur, vt teſtatur Bacquet *d. ca.
21. num.* 187. & 188. nec nocet edictum de Nantes, per
rationes quas infra adducemus, cum de redditione
rationum agemus.

Quoad redditionem rationũ, nullo modo edenda
eſt tranſactio, quia huiuſmodi editio percuteret merita
cauſæ, quod omnino euitandum eſt, ſed ſolummodo
impediendus eſt litis ingreſſus oppoſita exceptione,
aux fins de non receuoir, ex lapſu temporis 30.
annorum poſt maioritatem decurſorum. Nec nocet
ſtatutum Prouinciæ, quia loquitur de minore quittatore,
non de eo qui factus eſt maior, & debet ſolum
intelligi de minore liberante ſuum curatorem durante
minoritate, vt conſtat ex *gloſſ. c.*

Secundò reſpondetur dictum ſtatutum non ex- 10
cludere præſcriptionem 30. annorum decurſam poſt
maioritatem, quæ tantum habet vim, vt non ſolum
obſtet quo minus agi poſſit contra huiuſmodi liberationem,
ſed quod plus eſt, in Gallia non poſſit agi
ad redditionem rationum contra tutorem, aut curatorem,
aut eorum hæredes, vlla actione ſiue hypothecaria,
ſiue perſonali, vt docet in terminis Bacquet
d. ca. 21. num. 188. iuxta diſpoſitionem iuris ciuilis Romani,
Cancer. *varia. reſol. lib. 1. cap. 7. num.* 43. omittuntur
aliæ reſponſiones reſultantes ex tranſactione, &
natura illius, diuerſæ ab illis, quæ ex dictâ quittantia
repeti poſſent, quia, vt diximus, dicta tranſactio edenda
non eſt. In hoc autem caſu à maioritate Domini
quõdam Ioannis de Brancas patris dicti Domini
de Sariſta effluxere pluſquam 46. anni.

Supradictis tam circa præſcriptionem legitimæ,
quàm circa redditionem rationum, non nocet edictum
de Nantes *artic. 59. vel 60.* nam ſi bene perpendantur
verba textus, cum gloſſis de Frerot *aux conferences
des ordonnances num.* 82. tantum intelligitur de
ijs, qui profitentur religionem, quam vocant in Gallia
pretendue reformee, qui non potuerunt, aut impediti
fuerant agere, aut propter abſentiam, aut propter
bella, aut quod habitauerint in locis detentis per
profitentes dictam religionem, non verò de iis, qui
ſemper in Prouincia commorati ſunt, & in omnibus
illius locis, & vrbibus, præſertim in ea, in qua reſidet
ſupremus Senatus, vbi libera cuique patet de iure
ſuo experiundi facultas; prout dict. D. Ioannes, qui
ab hinc 60. annis commoratus eſt in Prouincia cum
ſumma ſecuritate, gerens negotia ſua omnia tam in
iudicio, quàm extra, vt, quatenus opus erit, fides fiet.
Et ad hæc optimè faciunt notata per *Iacob. Corbin en
ſes deciſions de droict & de practique q.* 40.

ARGVMENTVM.

AVthentica ; *Res quæ C. commun. de legat.* an habeat locum in fideicommiſſis collateralium.

SVMMARIVM.

1 *Authen.* Res quæ C. commun. de legat. *vt habeat locum, neceſſarium eſt, vt agatur de deſcendentibus fideicommittentis.*
2 *Quamuis aliqui exiſtimauerint procedere etiam in collateralibus vel extraneis.*
3 *Tamen prior opinio verior eſt, & magis communis.*
4 *Nec procedit in nepotibus, niſi tenerent locum primi gradus.*
5 *Reprobatur gloſſa contrarium tenens, &* num. 6. & 7. *reſpondetur aliis iuribus in contrarium allegatis.*
8 *Oſtenditur differentia caſuum Nouell. 39. ex qua ſumpta eſt Authen.* res quæ *& Nouell.* 108.
9 *Reſpondetur ad limitationem quæ affertur ex aduerſo, quando ſubſtituti ſunt liberi, instituti.*

CONSILIVM CXXXII.

VIſo teſtamento Bonifacij de Garron iam defuncti facto an. 1565. & 26. April. recepto per dominum de Mares, quo inſtituit ſuum hæredem vniuerſalem nobilem Ioannem de Romieu armigerum ſuum nepotem, & decedente d. Ioanne cum aut ſine liberis, vult totam ſuam hæreditatem venire ad nobilem Franciſcum Garron, & poſt mortem dictorum Ioannis & Franciſci, cum aut ſine liberis, ad l'Antelme de Romieu in iure doctorem ſuum nepotem & fratrem dicti Ioannis, & decedentibus d. Ioanne, Franciſco & l'Antelme, vult ſuam hæreditatem venire ad antiquiorem maſculum deſcendentem ex legitimo matrimonio dictorum de Romieu & Garrons, & decedente dicto antiquiore cum aut ſine liberis, vult ſuam hæreditatem venire ad antiquiorem maſculum vſque in infinitum, d. hæreditatis fructibus ſolum fruentem. Alio teſtamento Caroli de Romieu armigeri in vrbe Arelaten. facto ann. 1603. & 4. Octobris, quo ſuum hæredem vniuerſalem inſtituit Anthonium de Romieu armigerum ſuum conſobrinum, eo pacto vt d. Anthonius adiens d. hæreditatem, teneatur deferre, & remittere Ioanni de Romieu ſuo fratri hæreditatem domus de Garron quam tenet & poſſidet, cuius fructibus vtatur, vt dict. Anthonius iis d. teſtatoris: & decedente d. Anthonio cum aut ſine liberis maſculis, vult & intendit ſua bona hæreditatémque pertinere ad d. Ioannem de Romieu, eo pacto vt deferat hæreditatem de Garron primo maſculo d. Anthonij, & decedente d. Ioanne cum aut ſine liberis maſculis vocat antiquiorem liberorum maſculorum legitimorum & naturalium dicti Anthonij, ad plures alios gradus & ſubſtitutiones procedens, expreſſeq; prohibens omnibus ſuis dictis hæredibus omnes detractiones quartaſ quaſcumq; rerum, volens omnia peruenire ad dictos ſubſtitutos de vno ad alium abſq; vlla detractione.

Poſt huiuſmodi teſtamentum d. Anthonius poſſeſſor hæreditatis de Garron acceptauerat hæreditatem d. Caroli & remiſerat d. Ioanni ſuo fratri hæreditatem d. de Garron, vt ea per ſuam vitam frueretur iuxta ordinem graduum ſubſtitutionum appoſitarũ in dictis teſtamentis de Garron & Romieu per actũ conuentionis tranſactum in dicta vrbe Arelaten. 18. Maij 1612.

Cuius remiſſionis tempore d. Ioannes de Romieu nupſerat cum domicella Catharina de Barras, cùm d. matrimonium initum fuiſſet feſto ſancti Michaelis an. 1611. dictáque remiſſio hæreditatis d. Garron ann. 1612. & 29. April. die obitus d. Caroli, tum dictus Ioãnes è vita abierit ann. 1615. & 6 Iulij ſine liberis relinquens dictam domicellam de Barras ſuperſtitem, quę reſtitutionem ſuæ dotis & augmenti, ac aliorum lucrorum perijt, & vſque eò proceſſum fuit, vt ſententia iudicis ſubmiſſionum in ſede Arelaten. dictum fuerit, non ſufficientibus bonis dict. Ioannis de Romieo & domicellæ de Rups, illiſque legitimè diſcuſſis d. domicellam de Barras poſſe, ſi quid ſibi debitum fuerit; fructos bonorum fideicommiſſi capere, à qua ſententia ad ſupremum Senatum Prouinciæ appellauit d. Anthonius, requiſiuitque noſtram opinionem & conſilium, an bene fundatus ſit in ſua appellatione. Infrà ſignati, omnibus diligenter perſpectis, cenſent d. Anthonium bene fundatum eſſe, tam pro ipſa dote, augmento quàm aliis lucris nupsialibus d. domicellæ de Barras, cùm agatur de fideicommiſſo à collaterali inſtituto, neque d. Ioannes ſit ex deſcendentibus, nec Bonifacij quoad bona de Garron, nec Caroli quoad bona de Romieu, quod neceſſarium eſt, (vt Authen. *res quæ, C. de legatis,* habeat locum) vt nimirum ſit ex deſcendentibus illius qui fideicommiſſum in directa linea inſtituit, & agatur de fideicommiſſo erecto ab aſcendente: quamuis enim gloſſa in *authent. de reſtit. & ea quæ parit vndec. men. colla.* 4. quæ eſt *Nouell.* 39. §. *quamobrem ver. ſe non ſuffecerit in fin.* & eam ſequuti Bald. *Nouell. in tract. de dote par. 6 princ. l.* 13 Menoch. *conſil.* 33. Rimi. io. *conſ.* 324. *nu.* 12. & autor libri *des remarques du droict François ver. dot. n.* 54. exiſtimauerit d. authen. habere etiam locum in fideicommiſſo inſtituto per extraneum vel collateralem: tamen verior & magis communis opinio extat in contrarium, ſicut in propriis terminis oſtendunt Bartol. in *d. authen. res quæ nu.* 4. *in fin.* Angel. ibid. *in princip.* Iaſ. *num.* 12. & 33. Caſtren *in l. mulier §. cùm proponeretur ff. ad Trebell.* Curti. *in d. auth. nu.* 18. Areti. *conſ.* 37. *in* 3 *dub.* Ruin *conſ* 137. *n.* 17. *vol.* 2. Coour. *var. reſol. lib.* 3. *ca.* 6. *n.* 10. Moli. *de primoge. lib.* 4. *c.* 6. *n.* 3. Petra *de fideic.* q. 8 *n.* 41. *& ſeqq.* Vincen. de Fräc. *dec.* 141. *nu.* 3. Peregr. *de fideic. art.* 42. *nu.* 49. *& ſeqq.* Ioſeph. Ludo. *deci. Lucen.* 28. *n.* 9. Hooded *conſ.* 76. *nu* 12. *lib.* 1. Coſta *de facti ſcien. centur.* 2. *diſtinct.* 82. *n.* 14. *& de ſubſt. rème.* 6. *nu.* 3. Cuia. *ad d. Nouel.* 39. *pag. mihi* 168. *& ſeq.* Cancer. *de dote nu.* 48.

Et huiuſmodi opinio communiter recepta eſt in Gallia, iuxta quam lata fuerunt plura arreſta in Parlamentis, Pariſiorum, Tholoſæ, aliiſque Curiis ſupremis, vt teſtantur Looët *en ſon recueil d'arreſts lit. D. ca.* 21. Maynard. *lib.* 3. *cap.* 18. & 21. Charon *en ſes reſpon. lib.* 8. *reſpon.* 30. *& aux memorables obſeruat. ver. dot & douaire, pag. mihi* 98. Le Code *des deci. Foren. lib.* 5. *tit.* 4. *des dots dec.* 9. Les remarques du droit Franc. *ver. dot. num.* 55.

Quæ opinio ita recepta eſt, vt ſi tractaretur de fideicommiſſo ab aſcẽdente inſtituto, diſpoſitio dictæ authen. *res quæ*, nõ poſſet habere locum, nec ſuum effectum ſortiri, niſi reſpectu liberorum primi gradus, non autem nepotum, niſi tenerent locum primi gradus per repræſentationem ſuorum parentum prædeceſ-

ſorum

Margin numbers beside the right column: 5 (at "ceſſarium eſt, (vt Authen. res quæ, C. de legatis, habeat"), 2 (at "nim gloſſa in authent. de reſtit."), 3 (at "oſtendunt Bartol. in d. authen. res quæ"), 4 (at "Quæ opinio ita recepta eſt").

ſorum ante teſtatorem, vt dicit Peregr. *d. art. 42. n. 35.* & Louet *d. c. 21. in fi.*

Nec nocet authoritas gloſæ *in verb. ſi non ſuffec. vir*, nam communiter reprobatur, vt teſtantur dicti DD. & præcipuè Iaſ. Caſtren. Couar. & Ruin. *locis ſup. cit.* Neque etiam nocet authoritas Bald. nam vltra quod non loquatur in terminis de fideicōmiſſo mutuante ab aſcendentibus eodem modo reprobatur à Couar. *loco ſup. cit.*

6 Opinio etiam Menoch. & Rimin. reprobatur à Peteg. *d. art. 42. n. 51. verſ. non tamen defuerunt*, vbi dicit illorum opinionem nec in practica recipi, nec in iure veram eſſe.

7 Quoad authorem *des remarques du droict François*, verum eſt quod *n. 54.* referens opinionem gloſæ illam ſequi videatur, ſed *n. 55.* clarè contrariam tenet, dicitque multis arreſtis ita iudicatum fuiſſe, non ſolum pro augmento, ſed etiam pro dote.

8 Denique non nocet text. *in authen. de reſt. colla. 8.* quæ eſt *Nouel.* 108. in qua diſtinctè dicitur, quod ſine diſtinctione an grauatus ſit ex deſcendentibus aut extraneus dotem & augmentum poſſe accipi in bonis fideicommiſſo ſubiectis, qui textus occaſionem præbuiſſe potuit gloſæ ac iis qui illam ſunt ſequuti, tenendi contrariam opinionem. Caſus enim *dict. Nouel.* 39. ex qua ſumpta eſt authen. *res quæ*, & iſtius 108 valde differunt, in illa enim fideicommiſſum eſt ſimpliciter & abſolutè factum, in hac verò 108. erat rogatus ſuperfluum reſtituere. In illa fit differentia, an fideicommiſſum ſit inſtitutum ab aſcendente, nec ne, vt primo caſu poſſint alienari ex cauſa dotis, ſecundo non. In hac verò nihil intereſt, an filius vel extraneus hæres ſit; vtroque enim caſu poteſt ex cauſa dotis alienari res ſubiecta fideicommiſſo. Maiorem enim & ampliorem facultatem alienandi teſtator cenſetur conceſſiſſe, ex eo quòd hæres ſolum quod ſupereſſet, rogatus eſt reſtituere, quàm cùm ſimpliciter & abſolutè, vt doctiſſimè docet Cuiac. *in d. Nouel. 39. & 108.* Peregr. *dict. art. 42. num. 52. & 53.* & in facto, in quo verſamur, dicta authen. 108. non poteſt habere locum, cùm ſimus in fideicommiſſo ſimplici & abſoluto & tranſuerſali.

Nec valet opponere, quod per ſententiam Iudicis conceſſa ſit executio per viam ſubſidiariam in fructus tantum fideicommiſſariorum bonorum, non autem in proprietatem, quia cùm non potuerit iudicare in præiudicium proprietatis dictorum bonorum, nec pariter fructuum, quia ſequuntur naturam ſui principalis, alioquin per vias indirectas nouus ſucceſſor priuaretur certo tempore beneficio vſusfructus fideicommiſſi, teſtatorúmque voluntas eluſoria redderetur, qui voluerunt, fructus pertinere ad primos maſculos dictarum familiarum de Garnn & Romieu, & per vias obliquas deſtrueretur opinio communis doctorum DD. per tam multa iudicia ſupremarum Curiarum Galliæ & Italiæ confirmata.

Poſtremo, ſi opponeretur, cùm liberi, inſtituti, ſunt 9 ſubſtituti, bona fideicommiſſo ſubiecta alienari poſſe, ratione dotis vel donationis propter nuptias, quia in hoc caſu præſumitur voluntatem teſtatoris fuiſſe, inſtitutum matrimonium inire, illique permittere quod neceſſarium ordinariúmque eſt, ſcilicet donatio propter nuptias ad contrahendum matrimonium. Ad hoc reſpondetur; primò, contra huiuſmodi limitationem iudicatum fuiſſe per arreſtum Senatus Pariſien. vt teſtatur Louet *lit. D. cap. 21. circa fin.* quod rationi iuſtiſſimæ conſentaneum eſt, nam alioquin dicta doctrina DD. ac iudicia eluſoria eſſent, cùm ordinariè ſimiles ſubſtitutiones liberorum fiunt, aut expreſsè, aut quòd ſint in conditione cum coniecturis requiſitis.

Secundò reſpondetur, quamuis huiuſmodi limitatio eſſet vera, quod non eſt, illam non conuenire cum noſtro caſu, in quo primus natus familiæ appellatur, quamuis inſtitutus habeat, vel non habeat liberos.

Tertiò, quia tempore obitus dicti Caroli Ioannes Iam matrimonium inierat, & ſic tempore contractus matrimonij nulla poteſt præſumi dicti Caroli voluntas, nec mulier Ioannis ipſiúſque parentes vllum reſpectum habere potuerunt ad bona quæ poſtea ad ipſum peruenerunt, ſic auferendo illi omnem dicendi viam, ipſam matrimonium non iniiſſe niſi crediidiſſet recuperare poſſe ſuam dotem & augmentum ſuper dictis bonis.

ARGVMENTVM.

AN laudimium debeatur de bonis in ſolutum datis pro iuribus paternis. Caſu, quo non debeatur, an ſolutum repeti poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Pro bonis datis pro iuribus paternis, & legitima, ſeu eius ſupplemento, non debetur laudimium.*

2 *Nec pro bonis filiæ datis pro dote in pecunia conſtituta.*

3 *Et ſolutum repetitur conditione indebiti.*

CONSILIVM CXXXIII.

VIſo teſtamento Illuſtris domini Guillelmi de Gadagne Pariſiis contracto 25. Aprilis 1600. ac per Notarium in publicam formam redacto 15. Iulij eodem an. quo legauit titulo particularis inſtitutionis domicellæ Hilariæ de Gadagne ſuæ filiæ, domino de Montenar matrimonio coniunctæ ſummam 8000. ſcutorum pro omnibus iuribus quæ ipſa ſuper ipſius bonis & ſucceſſionibus prætendere poſſet, volens, intendens & non aliter pro dicta ſumma 8000. ſcutorum eam contentam eſſe bonorum & penſionum quas dictus dominus habebat in Comitatu Venayſſino eiúſque locis, comprehenſaque, in hac, penſione, quam dict. dominus impoſuerat in vrbem Auenien. non comprehenſis verò immobilibus quæ habebat & poſſidebat intra mœnia Auenionis. Viſa etiam tranſactione inita inter Illuſtres dominos Carolum de Montenar veluti maritum & procuratorem dict. domicellæ Hilariæ, & Anthonium d'Autun dominum de la Baume veluti patrem & legitimum adminiſtratorem Nobilis Balthaſar de Gadagne d'Autun hæredem vniuerſalem dicti Guillielmi domini de Bateon menſe Iulij 1603. ſuper litibus quæ pen- 4 dentes erant inter dictam Hilariam & dict. Balthaſar, amitam & nepotem, quòd dicta domina præten-

deret inualidum ac nullum eſſe teſtamentum dicti Guillelmi, in cuius vim dict. Balthaſar hæredem ſe dicebat, & caſu quo eſſet validum, ſibi ſolui debere ſupplementum ſuæ legitimæ & quintam partem bonorum hæreditatis dominæ Ioannæ ſuæ ab inteſtato defunctæ, quæ quinque filias reliquerat, quarum vna erat dicta Hilaria, & id non obſtantibus renunciationibus per ipſam in ſuo contractu matrimonij appoſitis, aut aliter, conſiderata grauiſſima læſione qua illæ lædebantur, & ad omnem euentum doti ſuarum ſororum æquari debere: & per quam inter alias res ſibi remiſſi & ceſſi fuerant duo horti cum ſuis domibus, quarum prima, domus de Miliois, altera domus domini Pauli Anthonij de Gadagne vocantur: & ratione illius domus & horti de Miliois dictus dominus de Montenar veluti maritus dictæ dominæ Hilariæ inueſtituram ſumpſerat ac laudimium ſolutum erat Capitulo Eccleſiæ ſancti Agricoli Auenionis: pro alia verò petebatur laudimium à Rectore Capellæ fundatæ in tit. de ....

Conſilium infrà ſignatum, ſuper duobus dubiis ab ipſo quæſitis: Vnum, an ex huiuſmodi remiſſione & ceſſione dictarum duarum domorum & hortorum debeatur laudimium; aliud, caſu quo non deberetur, an d. domina repetere poſſit laudimium ſancti Agricoli Capitulo ſolutum, ſic cenſet;

1 Quoad primum, nullum deberi laudimium, cùm huiuſmodi bona donata fuerint in deductionem iurium paternorum & in ſupplementum legitimæ: imò in fortioribus terminis, ſi pater in pecunia filiæ conſtituerit dotem, & poſtea ei dentur bona, aut eius filius hæres in ſolutionem huiuſmodi pecuniæ det bona paterna, non debetur laudimium, vt docet Ferret. *aux addit. ad Guid. Pap. quæſt.* 48. ſicque iudicatum fuit in ſupremis Curiis Galliæ per diuerſa Arreſta relata per Charon. *lib.* 7. *reſpon. & lib.* 3. *cap.* 71. *num.* 2. *edit.* Papon *in tit. des droictz ſeigneurs. arreſt.* 25. Chopin *in conſuet. Andi. lib.* 1. *tit.* 4. *numer.* 8. *cap.* 13. *& in conſuet. Pariſien. lib.* 1. *tit.* 3. *numer.* 8. Ferret. *de loco.* 2

Nec nocet, ſi opponatur ſupplementum legitimæ, ſolui poſſe in pecunia, Guid. Pap. *quæſt.* 457. non enim ſequitur, quod non debeatur in bonis immobilibus, & ita hæres non vtens facultate quæ illi à iure conceditur illud in pecunia ſoluendi, ſi in bonis ſoluat, præſtat id ad quod ex origine & natura rei tenebatur, ſicque non debetur laudimium. Quod in terminis fortioribus confirmatur, cùm pro dote promiſſa in pecunia verè ſolùm debeatur pecunia, tamen ſi in ſolutionem dentur bona paterna, non debetur laudimium.

Quoad ſecundum, cenſeo repetitionis locum adeſſe per conditionem indebiti, cùm laudimium neque naturaliter, neque ciuiliter deberetur, in quo caſu etiam per ignorantiam iuris ſolutum repetitur. 3

ARGVMENTVM.

AN donatio facta à minore 16. annorum extra Monaſterium & ante habitus ſuſceptionem, nulla ſit, ex Concilio Tridentino *ſeſſio.* 25. *cap.* 16. *de regularib.*

Poſito quòd ſit valida, an, ſi donans moriatur ante profeſſionem, reſoluatur.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio Concilij videtur generaliter loqui de renunciatione & obligatione facta ante profeſſionem, non ſe reſtringendo ad factas tempore Nouitiatus.* contra num. 5.

2 *Ratio Concilij videtur habere locum etiam in iis qui adhuc in ſæculo exiſtentes prætextu religionis renunciant.*

3 *Lex etiam exhorbitans & pœnalis extenditur, ſi alias fruſtraretur, ad id reſpondetur n.* 7.

4 *Dictio* quoque *eſt continuatiua.*

6 *Dictiones,* ſed neque *ſunt augmentatiua.*

8 *Donatio à minore facta cum iuramento valet.*

9 *Maximè ſi ab ingreſſura monaſterium, & ea mente facta ſuit.*

10 *Talis cauſa ingreſſus impedit reſtitutionem.*

11 *Donatio ab ingreſſura religionem & ea mente facta, etiam ſecluſo pacto reſoluitur, ſi ad ſæculum redeat.*

12 *Ingreſſus monaſterium non videtur quis, niſi cùm emittit profeſſionem. contra n.* 19.

13 *Donatio dicitur ab initio pura & perfecta, licet ſub conditione reſoluenda.*

14 *Conditio dicitur reſolutiua, non ſuſpenſiua, quando per eam diſceditur à contractu, qui alioquin perfectus erat.*

15 *Conditio reſolutiua tantum, & non ſuſpenſiua, habetur pro impleta, quando tempus illius non venit.*

16 *Et animus implendi perſeuerauit. & n.* 20.

17 *Animi deſtinatio ex actu inchoato, etiam non finito, habetur pro conſummato.*

18 *Mens contrahentium imprimis inſpicienda eſt.*

21 *Nouitius intra annum probationis largo modo dicitur profeſſus.*

CONSILIVM CXXXIV.

NOBILIS Eliſabeth de Doay maior 12. annorum, minor verò 16. donatione inter viuos omnia ſua bona, excepta ſumma 910. ſcutorum, de quibus diſponere poſſet, monaſterium Religioſarum D. Catharinæ ingreſſura & pridie ante habitus Nouitiarum ſuſceptionem, extra tamen Monaſterium conſtituta, donauit N. Lionæ de Sade eius matri viduæ cum onere ea reſtituendi in caſum mortis vel ſecundarum nuptiarum vni ex fratribus dictæ Eliſabeth, quem mater nominaret; & in caſum non nominationis Carolo eius primogenito, ita tamen quod ſi dicta Eliſabeth profeſſionem non emitteret, donatio eſſet nulla & inualida, perinde ac ſi nunquam facta fuiſſet, & quia donatio omnibus ſolemnitatibus per ſtatutum ad id requiſita interuenientibus facta fuit. Poſt aliquos menſes dicta Eliſabeth habitum Nouitiarum deferens in grauem morbum incidit, & animum emittendi profeſſionem ſemper habens, cùmque de morte dubitaret ad eam ſe admitti petens, quod tamen illi ob ætatis defectum dubi-

denegatom fuit, teſtamentom coodidit, Reuerend. domino Vicario præſente, quo 2000. ſcuta Monaſterio leganit, matrémque hæredem inſtituit cum onere poſt mortem reſtituendi hæreditatem vni ex fratribus quem nominaret, omnéſque diſpoſitiones antea factas & nomioatim d. donationem, à iuramento, vt in dicto teſtamento aſſeritur diſpenſata, reuocauit. Ex his duo reſultant diſcutienda; vnum, an d. donatio ſit nullius momenti ex diſpoſitione Concilij Trident. *ſeſſ. 25. c. 16. de regulari.* Alterum, poſito quòd valida ſit, an ſi d. Eliſabet moriatur ante profeſſionem, ex vi d. clauſulæ in dicta dooatione contentæ ſit nullius momenti.

Quoad primum, videtur d. donationem comprehendi *in d. c. 16.* & ſic nullam eſſe.

1 Primò, quia prædicta conſtitutio conciliaris videtor generaliter loqui de renuntiatione & obligatione ante profeſſionem non ſe reſtringendo ad renuntiationem factam tempore Nouitiatus, vt conſiderat Moli. *de iuſt & iu. diſp. 139. col. 3.*

2 Secundò, quia ratio, quam affert Coocilium *in d. capit. 16. verſ. ſed neque.* locum habere videtor etiam quaodo adhuc exiſtens in ſæculo prætextu ingreſſus religionis renuntiat bonis, vel ea obligat; ſicut igitur locum habet ratio, ſic & ius *l. illud ff. ad l. Aquil. l. a Titio ff. de verbo. obliga*

3 Tertiò, quia lex etiam exhorbitans & pœnalis extenditur ad alium caſum, ad quem ſi non exteoderetur, fruſtraretur, iuata *cap. ſi ciuitas de ſentent. excomm. in 6. & cap. 2. de vſur. eod. lib.* adiuncta gloſ. *in ver. aliter facta.* quæ communis recepta ſententia eſt à dominis & Franc. *in cap. de tempo. ordina. eod. lib.* Iaſon *in authen. quas actiones num. 7. C. de ſacro. Eccleſ.* niſi autem Concilium extenderetur ad hunc caſum, vana & fruſtratoria redderetur ipſius diſpoſitio, quia ingredi volentes religionem à ſanguine coniunctis facile perſuaderi poſſent, vt eis renuntiarent, vel donarent bona antequam monaſterij clauſtra ingrederentur, idque præſertim hoc caſu quo puella erat oobilis & minor, & donatio erat facta matri, cuius authoritas apud eam erat magna. Atque hanc ſententiam amplexus fuit Menoch. *conſil. 388. numer. 7.* & Illuſtriſſimos ſacri Concilij interpretea ita declaraturoa, ſi interrogarentur, contendit, ſicut & ita eos declaraſſe refert compilator declarationum ad *dict. cap. 16. ver. renuntiatio, verſ. quod ſi.* & præciſè iuxta eam conſuluit Nauar. *conſil. vltim. de donationibus.* quod in nouiſſima editione eſt 81. *ſub tit. de regularib.* etiam quando donatio facta eſt cum pacto, quod in omnem euentum, in quem d. donator ante profeſſionem Monaſterio exiret, donatio nullius eſſet momenti, Nauar. *conſil. 82. d. tit. de regular.* atque hanc ſententiam amplexus fuit Fla. Pariſ. *de reſigna. lib. 3. q. 13. num. 5.*

Quibus tamen non obſtantibus verius eſt dictam doationem valere, nec comprehendi ſub diſpoſitione *d. cap. 16.* nam cap. 15. & 16. coniungenda ſunt; illa enim verba, *nulla quoque renuntiatio*, ſunt contiouatiua præcedeotis capitis, & implicant præceden-
4 tia, vt ſignificat illa dictio *quoque, leg. ſeruum quoque, ff. de procurato.* & tradit poſt alios Gomeſ. *in §. in perſon. numer. 3. inſtit. de actio.* at verò cap. 15. loquitur de eo qui iam ingreſſus eſt religionem, & adhuc profeſſionem non emiſit. Ergo cap. 16. de eo tantùm intelligendum eſt, quod & ſignificant illa verba dict. cap. 16. vbi *intra duos menſes ante profeſſionem, &c.* & illa etiam verba ibi, *Finito tempore Nouitiatus, &c.* & verſus ibi, *Sed neque ante profeſſionem, &c.* atque hanc ſententiam amplectootur Menoch. *de arbitra. iu. tur. c. caſu 436. in additio. numer. 3. & ſeqq.* Canalcan. *part. 3. deciſ. 11. numer. 113.* Caſtill. *de vſufruct. cap. 65. numer. 7.* fusè Gratian. *deciſ. 37. per tot.* nec non DD. per Roderic. allegati, idémque Roderic. *in q. canon. & regula. com. 2. quaſt. 47.* eam tenendam contendit, etſi argumenta contra ipſam proponat, ſed & ipſemet Nauar. *in vltim. additio.* poſt vtrumque conſilium, dum aduertendum cenſet, ſacram congregationem cenſuiſſe dict. cap. 16. ſibi locum non vendicare in donationibus factis ante ſoſceptum habitom, & Cancer. *var. reſol. part. 2. capit 8. de iuramen. numer. 38.* dict. Nauar. additiooem allegans, & verum eſt ita Illuſtriſſimos Concilij interpretea declaraſſe dict. caput, vt refert dictus compilator *deciſ. 92. & deciſ. 227.* & ad *dict. cap. 16. verſ. an diſpoſitio huius capitis.* & ante *verſ. hoc decretum*, & io *ver. hac obligatio*, verſ. *loquitur*, & ipſe Menoch. *dict. loco* inſerit preces dictæ congregationis porrectas pro habenda declaratione, verbáque declarationis ſubnectit, quæ preces ſunt in fortioribus terminis, quàm noſter caſus, donans enim aſſerebat ſe habere animum ingrediendi religionem, & donauit cum conditione quatenus io ea profeſſionem emitteret, & non aliàs, promiſerátque intra duos menſes ante profeſſionis emiſſionem inſtrumentum donationis, & omnia in eo contenta pro maiori efficacia ratificare, & veniente bimeſtre ante profeſſionem, dooans non ſolum ratificare noluit, ſed obtenta abſolutione à iuramento illud & contenta in eo totaliter reuocauit, aſſereos ſe fuiſſe ſedoctam metu reuerentiali, & numquam fuiſſe intentionis ſuæ talem ceſſionem facere, & nihilominus congregatio cenſuit d. cap. 16. noo habere locum in d. renuntiatiooe.

Nec obſtant qoæ io contrariom addocta fuerunt, 5 nam qooad primum noo eſt verum d. cap. generaliter loqui, patet enim ex ſuperioribus id ſe reſtringere ad renuntiationem ſeu donationem factam tempore Nouitiatus.

Non obſtat etiam ſecundum, deſumptum ex *verſ. ſed neque*, nam vt eruditè reſpondet Menoch. illa verba, *ſed neque* ſunt augmentatiua caſus præcedentis, *l. 1. C. ſenten. reſcin. non poſſe §. quod autem inſ. tit. de vſucap.* & augent ſanè præcedentem caſum, renuntiationem Nouitij ante duos menſes à die profeſſionis, vt ſcilicet nequidem ad commodum Monaſterij aliquid ex propriis bonis amittat ipſe Nouitius, & ſic ſemper loquitur de renuntiatione Nouitij: Reſpondet & alio modo, vt per ipſum.

Non obſtat tertium: nam præter reſponſionem, 7 quam dat Menoch. *dict. loco* reſponderi poteſt, huiuſmodi extenſiooem non poſſe admitti, cùm ſit contra ius commune, qoo dicto donatio valet, vt dicemus in ſecundo dubio, & legum correctio minimè præſumatur, nec valet inſtantia quæ datur per Roderic. Concilium ſcilicet potuiſſe irritare huiuſmodi donationem etiam ante ingreſſum factum. Neque enim quæritur, an potuerit, ſed an voluerit; noluiſſe autem dicimus, quia non dixit, imò ſatis claré eum caſum excluſit, cùm generaliter non decreuerit, ſed reſtrinxerit ad Nouitium, quod non feciſſet, ſi & quoqoe alium caſum comprehendere voluiſſet.

Noo obſtat prætenſa deciſio congregationis in contrariom allegata: ex præcedeotibus enim & eam ſubſequentibus circa dict. cap. 16. nec noo ex *dict. deciſ. 227.* conſtat eam eſſe ſpuriam. Flaminium verò lapſum fuiſſe ex ſuperioribus patet. Ex quibus concluditur huiuſmodi donatiooem validam fuiſ-

ſe, nec d. cap. 16. comprehendi.

Secundum dubium maiorem habet difficultatem, 8 de quo antequam diſſeramus, præmitto donationem, de qua agitur, iure communi inſpecto validam fuiſſe, etſi à minore 25. annorum, maiore tamen 12. facta ſit, quippe quæ ſit iuramento firmata, & omnes ſolemnitates à ſtatuto in huiuſmodi minorum contractibus requiſitæ interuenerint, *authen. ſacramenta puberum C. ſi aduer. vendit.* Panormit. *in cap. cum contingat de iureiu.* fusè Fortu. Garcia. *de vltim. fin. iur. ca-* 9 *non. & ciui. num. 32. cum ſeqq.* idque eo maximè quòd ab ingreſſura monaſterium & ea mente facta fuerit, Deci. *conſil. 31. num. 3.* Simon de Prær. *conſil. 72. num.* 10 *6. & 24.* & Clarus *in §. teſtam. quæſt. 28 num. 2.* adeò vt illa cauſa ingreſſus impediat quominus minor in integrum reſtitui poſſit, qui alioqui aduerſus tam immenſam donationem reſtitueretur, Theſſaur. *decis. 66. num. 2.*

Præſuppunendum quoque eſt pactum in donatione appoſitum, quo ſi donans profeſſionem non emit- 11 tat, donatio ſit nulla & inualida eſſe conforme iuri communi, ex cuius diſpoſitione etiam ſecluſo pacto, donatio ab ingreſſura monaſterium & ea mente facta, reſoluitur ſi donans redierit ad ſæculum, Menoch. *d. caſu 436. num. 8.* Coſta *de retrotract. caſu 3. in cap. 9. num. 29.*

His ſtantibus quod videatur d. donatio ob non emiſ- 12 ſam profeſſionem nulla & inualida facere videtur, quia durante tempore probationis non videtur quis ingreſſus Monaſterium, ſed tunc tantum, quando facit profeſſionem Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. gloſ. 8. num. 34. & ſeqq.* vnde Nouitius intra tempus probationis cenſetur tanquam laicus & ſæcularis, Moli. *de primog. lib. 2. cap. 9. n. 53.* latè Tiraq. vbi ſuprà, & habetur in *cap. religioſo inſi. de ſenten. excom. in 6.* & Nauarr. *conſ. 17. de regulari.*

Secundò, quia donans reuocauit huiuſmodi donationem ante profeſſionis emiſſionem, & teſtamentum alio modo condidit quàm qui continebatur in d. donatione quod facere potuiſſe videtur.

Poſtremò, ex eo quod Roderi. *d. to. 2. quæſt. 47. art. 11.* poſt Paraſellum refert Illuſt. Cardinales dict. congregationis reſoluiſſe, quod ſi Nouitius ante profeſſionem moriatur, donatio non ei cui facta eſt, ſed ſuccedentibus ex teſtamento vel ab inteſtato pertineat.

Nihilominus pro validitate donationis reſponden- 13 dum eſt, nam ea fuit ab initio pura & perfecta, etſi ſub conditione reſoluenda, cùm à principio ſimpliciter facta ſit, & poſtea pactum adiectum, quod ſi profeſſionem non emitteret, ſit nulla, Tiraquel. *dict. §. 1. gloſ. 8. num. 27. & de retract. conuen. §. 2. gloſ. 1. num. 74.* poſt multos quos refert claté & fusè Menoch. *d. conſ.* 14 *388. num. 15.* hoc enim pactum *ſi conditio ſit*, eſt reſolutiua non ſuſpenſiua, Menoch. *dict. loco num. 17. & 18.* reſpicit enim in caſu noſtro diſceſſum à contractu, qui alioquin perfectus erat, qui tamen Menoc. in caſu quo conſuluit, contrarium reſpondit, propterea quod conditio ita erat concepta, vt impediretur effectus etiam contractus ab initio, & ſic erat omnino ſuſpenſiua per hæc ſcilicet verba, *quam tamen donationem noluit effectum ſortiri niſi ſequuta monaſtica profeſſione.* Cùm itaque pura & perfecta à principio extiterit, nec tempus, quo conditio poterat adimpleri, venerit, nempe annus 16. completus, quo profeſſionem emittere potuit, ſequitur ſemper manſiſſe puram.

Secundò, ex eadem ratione, quod conditio ſit reſolutiua, non ſuſpenſiua, ab initio ſequitur morte adueniente ante tempus profeſſionis, eam manere puram, præſuppoſito in facto, quod & veriſſimum eſt, dictam Eliſabeth habuiſſe ſemper animum profeſſionem emittendi, & quantum in ſe fuit, petiiſſe & enixam eſſe, vt eam faceret, ſolóque ætatis defectu impeditam fuiſſe; nam cùm per ipſam non ſteterit quominus profeſſionem faceret, conditio 15 hæc reſolutiua tantùm, & non ſuſpenſiua, habetur pro impleta pro validitate eorum quæ ex ſe & à principio valida erant *leg. ſi pecuniam in princ. & § fin. de condit. cauſa da.* Anchar. *in cap. canonum ſtatuta num. 257. col. 96. in fin. verſ. quæritur vtrum omnes de conſtit.* Anani. *conſil. 75. colum. 1.* & poſt eos Gratian. *decis. 35. num. 4.*

Tertiò, animus conſtans & perſeuerans emittendi 16 profeſſionem, quam nulla ſua culpa, ſed morte interueniente non emiſit, id debet operari vt actus à principio validus non cenſeatur reſolutus, ex Anchar. *conſ. 69. num. 8.*

Quartò, cùm dicta Eliſabeth iam ingreſſa fuerit religionem, & ibi permanſerit, iſta animi deſtinatio 17 quæ deprehenditur ex actu inchoato etiam non finito, habetur pro opere perfecto & conſummato, licet non perueniat ad effectum caſu fortuito aut aliquo impedimento, *l. cùm quidam & l. etſi non ſunt §. inſ. ſtis de auro & argent. lega.* & ita in ſpecie de Nouitio ingreſſo Monaſterium concludit Ancharan. *d. conſil. 69. numer. 8.* quem refert & ſequitur Menoch. *de priuileg. ad inſtar gloſ. 12. num. 24.* ſufficit enim vt quis in loco poſſit moram trahere, vt ſic iudicetur tanquam de perpetuo & profeſſo, vt notant DD. *in cap. fin. de reſcript. in 6.* & ita in ſpecie de Nouitio dicit Franc. *in cap. cum nullus in fin.* & ibi Ancharan. etiam *in fin. de tempor. ordina. in 6.* credendum enim eſt, quod ingrediens Monaſterium debeat ibi perpetuò manere & profiteri ſi ſuperuiuat, prout faciet dicta Eliſabeth niſi morte præueniatur: ita enim ius præſumit, vt dicit text. *in capit. 2. de regular. in 6.* quæ quidem ſunt deſumpta ad verbum ex dicto Gratian. *decis. 35. num. 10.* qui in fortioribus ita decidit.

Poſtremò, quia mens contrahentium in primis 18 inſpicienda eſt, non minus in contractibus quàm in vltimis voluntatibus *leg. in conditionibus cum gloſ. ff. de condit. & demonſtr. leg. cum quæſtio in fin. Cod. de legat.* Bald. *in leg. quamuis numer. 7. de fideicommiſ.* Alexand. *conſ. 8. numer. 8. lib. 4.* Socin. iunior *conſ. 36. numer. 6. & 7. lib. 3.* Mantic. *de tacit. & ambigu. lib. 1. cap. 17. numer. 36.* at verò hoc caſu ex tenore donationis & pacti claté elicitur eam pactum hoc reſolutiuum adieciſſe in caſum voluntatis, non autem impotentiæ, hoc eſt, ſi rediret ad ſæculum, vt ſcilicet eo caſu bonis ſuis ſpoliata remaneret, non autem, ſi morte præuenta, quantumuis voluntatem profitendi haberet, profeſſionem emittere non poſſet: ceſſat enim eo caſu ſupradicta ratio; quæ enim ratio eam mouit ad donandum, noluitque eam donationem reſolui niſi in caſum non factæ profeſſionis, eadem militat quando moritur in monaſterio cum animo profitendi, caſu tamen impedita, & hæc videtur mera veritas, mens & intentio contrahentium.

Quæ magis eluceſcent ex contrariorum diſſolutione, & primum non obſtat id quo dicebatur Nouitium pro laico haberi, nec videri ingreſſum, nec eſſe Religioſum quouſque profeſſionem fecerit: nam contrariam ſententiam amplexi ſunt multi quos refert Ti- 19 raquel. *de retract. lignag. dict. gloſ. 8. numer. 21. & 22. & ſeqq.* Surd. *decis. 303. num 8.* Crauet. *conſ. 152. num. 4.*

qui

qui poſt Deci. *in c.in præſentia.* teſtatur de magis communi, & quæ ſententia ſecluſo Concilio Tridentino in terminis in quibus loquitur, de quo mox abſque dubio verior eſt ex Cyn. Iacob. de Rauen. & Petro *in authen.ingreſſi C.de ſacro.Eccleſ.* Bartol. *in authen ſi qua mulier in fin.num.44.C.eod.* Anton. de Butri. *in cap. in præſentia num.44. txt. de probat.* Honded. *vol.1. par.6. conſ.94.num.8.* Lupus *in rub.de donat. inter vir. & vxor.*
20 *§.38.num.7.* Gratian. *d.decis.15.* Perſeuerantia enim & conſtantia voluntatis profeſſionis emittendæ, ad quam non niſi caſu, hoc eſt, morte impediente non fuit admiſſa, debet haberi perinde ac ſi eſſet profeſſa, Anchar. *d.conſ.69.in fin.* quem ſequitur Deci. *in d.authen. ingreſſi numer.4.* rationibus per eum adductis. Nec obſtat Concilium Trident. ratione cuius in ſuo caſu Honded. *d. conſil.94.* contrarium reſpondit: nam Concilium procedit tantùm in donatione facta à Nouitio, vel quando bona Nouitij data ſunt vel tributa monaſterio à propinquis vel curatoribus Nouitiorum, vt rectè explicat Menoch. *d.caſu 436.num.6 & 7.* & ſuprà demonſtratum fuit: qui caſus longè diuerſus eſt à noſtro, & vtriuſque longè diuerſa eſt ratio: nam in noſtro caſu donatio eſt facta antequam ingrederetur religionem, etſi ingreſſura & ea mente, eáque ſub pacto ſeu conditione reſolutiua. At verò in caſu Concilij donatio fit à Nouitio, vel à parentibus ipſius ſub conditione ſuſpenſiua, ſub his verbis, *Ac non aliàs intelligatur effectum ſuum ſortiri niſi ſequuta profeſſione,* quæ inducunt conditionem ſuſpenſiuam, ex Menoch. *d.conſ.388.num.15.* quæ propterea cùm conditione non exiſtente numquam profecta validáque fuerit, non mirum ſi profeſſione non ſecuta ob mortem, ſemper inualida maneat, quod ſecus eſt in caſu noſtro, quo à principio fuit perfecta, & tantùm ſub conditione erat reſoluenda.

Deinde reſpondetur quæſtionem non verſari in hoc, an Nouitius ſit Religioſus, & an bona ipſius acquirantur monaſterio, ſed an donatio legitimè facta ob nō profeſſionem reſoluenda, ſi ante profeſſionem donans moriatur, reſoluatur, & dicimus non reſolui, quia non ſtetit per donantem quominùs profeſſio fieret, & quæſtio verſatur in hoc, an donatio facta ſit ſub conditione ſuſpenſiua vel reſolutiua, vt primo caſu, ſi ob mortem profeſſio ſequuta non fuerit, ſemper inualida, ſecundo verò caſu ſemper valida maneat. Ad ſecundum reſponſio pendet ex his quę iam dicta ſunt: nam id procedit tantùm, quando donatio eſt facta ſub conditione ſuſpenſiua, non autem quando ſub reſolutiua, vt eruditè docet Menoch. *d.conſil.388.num.4.cum ſeqq.* quamuis etiam in primo caſu contra Menochij ſententiam conſuluerit Riminal. vt ipſemet teſtatur.

Non obſtat poſtremum ex Roderico & reſolutione prætenſa Illuſtr. Cardinalium deſumptum: nam præterquam quod d. reſolutio non eſt certa, neque enim eam inuenio in cæteris declarationibus ſiue excuſis, ſiue manuſcriptis, nec eam affirmat Roderic. ſed ſolum ait Paraſſel. id aſſerere, poſito quod ita eſſet, nihil facit ad rem, procedit enim tantùm in donatione facta à Nouitio, de qua in Concilio, quam ſuprà diximus eſſe ſub conditione ſuſpenſiua, & illius ac huius noſtræ diuerſam eſſe rationem.

His omnibus addendum Nouitium intra annum probationis largo modo dici profeſſum *cap. 1. de ſta. monacho.* Rebuff. *in praxi tit. de diſpenſa. cum regula. num.23.* Gratia. *d. deciſ. 35. num.15.* 21

ARGUMENTUM.

IN liquidatione legitimæ, & reſtitutione fideicommiſſi, quomodo æſtimandæ ſint reparationes.

SUMMARIUM.

1 *In liquidatione legitimæ, & reſtitutione fideicommiſſi, reparationes per peritos burgenſes æſtimandæ ſunt.*

2 *Et habenda eſt ratio valoris meliorationum vel conſiderata impenſa, vel quantum melioratum, prout magis expedit fideicommiſſario.*

3 *Reparationes vt extant æſtimandæ ſunt.*

4 *Contra rudera tantum æſtimari debent.*

5 *Sed ſi fideicommiſſarius non ſit diues, & res non erat facturus, nec res venalis ſit, rudera æſtimari debent.*

5 *Sed poſito faciendam æſtimationem reparationum, ea non niſi ex reditibus, & eorum habita ratione facienda eſt.*

7 *Quæ quidem procedunt quatenus impenſæ vtiles ſunt: neceſſariæ enim viri boni arbitrata æſtimandæ ſunt.*

8 *Sed nec omnes neceſſariæ exſoluendæ ſunt, ſed tantùm quæ pro reſtaurando ædificio, non quæ pro reficiendo, vel fulciendo fiunt.*

CONSILIVM CXXXV.

1 IN quæſtione, quæ proponitur agitanda ſiue circa liquidationem legitimæ egregio D. Ioanni Michaeli de Rodes iuniori doctori, in bonis nobilis quondam Michaelis eius patris debitæ per Egregium dominum Pompeium hæredem d. Michaelis ſoluendæ, ſeu reſtitutionem fideicommiſſi domus quam d. Michael dum viueret, habitabat, dicto Michaeli filio per eundem Pompeium faciendam, ratione reparationum quas d. Pompeius tanquam hæres vniuerſalis prætendit ſuum patrem feciſſe, eáſque propterea deducere debere, dicti Michael & Pompeius concordes ſunt, caſu quo conſtet de dictis reparationibus, æſtimationem earumdem faciendam eſſe per peritos ſcilicet dominum Fabien Gaium & Thomam ab eis pro liquidatione legitimæ nominatos, & bene, ex iuris enim diſpoſitione huiuſmodi æſti- 1
matio per peritos illius qualitatis, & non per peritos muratores & ſimiles fieri debet, iuxta text. gloſ. & DD. *in l. ſi fundum per fideicommiſſum ff. de lega.2.* cum concordantibus per Ari. Pinel *in l.2. par.3. numer.28. C. de reſcin.vendi.* & Cagnol. *in d.l.2.num.258.cum ſeqq.* & in terminis fusè Simon de Præt. *de interpret. vlt. volunt. lib.5. tertia & vltima interpret. dub.1. num.170. pag. mihi 125.*

Concordes etiam ſunt, quòd caſu, quo non ruderum, ſed reparationum extantium æſtimatio fieri debeat, & facienda eſt, vt ſemper ad fauorem fideicommiſſarij ſit habenda ratio valoris meliorationum, vel 2
conſiderata impenſa, vel quātum ſit melioratum prout ei magis expedit, ita vt ſi expenſa ſit in centum & melioratio in quinquaginta, quinquaginta tantùm de-

beantur. Si autem impenſa ſint tantùm 50. melioxtum autem ſit in centum, 50. tantùm debeantur, iuxta text. *cum gloſ. in l. in fundo ff. de rei vendic.* hàncque ſententiam crebriori calculo in terminis fideicommiſſi receptam atteſtantur Pe. de Petra *de fideicom. q.15. n. 571. verſ. contrarium tamen* & Peregr. *de fideicomm. art. 50. num.70.*

Controuerſia autem eſt, an ruderum tantùm æſtimatio ſit facienda, an verò reparationum, vt extant, iuxta tamen formam ſuprà præſcriptam ex *dict. l. in fundo.*

Alterum, caſu, quo non ruderum, ſed reparationum, vt extant, facienda ſit æſtimatio, an conſiderandum ſit pretium rei, quanto ſit factum maius ob reparationem, an verò ex redditu rei, hoc eſt, quanto redditus ſint facti maiores, dicta æſtimatio ſit facienda.

Quoad primum, controuerſi iuris eſt quæſtio: nam Bal. *in cap. 1. §. ſi vaſallus tit. hic finit lex*, exiſtimauit
3 reparationum, vt extant, & non ruderum faciendam eſſe æſtimationem: at verò contra Bald. vt ſcilicet ru-
4 dera tantùm æſtimentur, magis eſſe communem opinionem atteſtatur Bero. *quæſt. 96.* poſt *num. 4. verſ. ſi ve-*
5 *rò feudum.* ſed quidquid ſit in quæſtione generaliter propoſita, in hoc videntur conuenire DD. quod ſi fideicommiſſarius non ſit diues, ita vt ſine magno eius detrimento reddere non poſſit reparationes, & eas non erat facturus, & res venalis non habeatur, quòd ruderum ſit facienda æſtimatio, aut permittendum hæredi vt eas tollat ſine rei detrimento ex traditis per Pereg. *d. art. 50. num. 31. & 46.* poſt gloſ. Bartol. Angel. & alios *in l. ſin autem §. fin. ff. de rei vindi.* & in terminis docet de Petra *de fideicomm. quæſt. 15. num. 277. & 278.* concordando in *d. num.* 278. opiniones contrarias; & quam ſententiam veram eſſe conuincitur ex *dict. l. in fundo num. 2. reſpon. & in l. niſi venalem ff. eod. l. ſi ſeruos ff. de pignora. acti. & in l. quod ſi hæres ff. de impenſis.* quæ omnia in hoc caſu concurrunt; dictus enim Ioannes Michael non habet niſi ſuam legitimam in bonis paternis, cuius pars in capitalibus penſionum in Prouincia exiſtentium exſoluenda eſt, quæ quàm difficilis ſint exactionis, & quanti ſumptus ad id faciendi ſint, notorium eſt. Non erat quoque facturus huiuſmodi expenſas, tum ob tenuitatem eius facultatum, ſolius ſcilicet legitimæ, tum quòd domus, vt extabat ante reparationes, amplior & ſufficientior eſſet, quàm illi opus ſit ad habitandum: denique etiam quia perpetuo fideicommiſſo ſubiecta. Ex quibus etiam ſequitur rem non fuiſſe venalem, ſicut nec ipſe Michael, caſu quo poſſet illam irreuocabiliter alienare, declarat iam non fore alienaturum.

Ad ſecundum dato iam citra præiudicium veritatis, non ruderum, ſed reparationum, vt extant, æſtimationem eſſe faciendam, quod non credo, ea certè non ni- 6
ſi ex redditibus & eorum ratione habita facienda eſt, text. ſunt clari *in d. l. ſi fundum. cum gloſ. in ver. ſecundum redditum de lega. 1. & l. ſi fundus cum gloſ. in ver. pro fructuum ff. de reb. eorum*, gloſ. *in l. ſi quos, in verſ. æſtimentur*, quæ interpretatur textum *C. de reſcin. vendi.* & docent ac tradunt Ioan. de Plate. *in l. 2. in princ. verſ. ſecundum C. de pradi. & omni. reb. naucul. lib. 11.* Ant. Pinel. *in l. 2. in 3. par. num. 28. cap. vlt. Cod. de reſcin. vendi.* Burſat. *conſil. 84. num. 15. cum ſeqq.* præſertim *num. 17. lib. 1.*

Quæ quidem in noſtro caſu certiſſima ſunt, quo perpetuum fideicommiſſum eſt inductum, neq; enim aliter d. Michaeli vtiles eſſe poſſunt, niſi quatenus redditus ex illis poteſt eſſe maior, quod ex natura reparationum vtilium & exemplis, quæ pro illis ſolent dari *in l. vtiles ff. de pet. hered. in l. veluti ff. de impen. in re. dota. fac.* veriſſimum eſſe conuincitur, & quæ quidem 7
omnia procedunt quatenus impenſæ, quæ prętenduntur factæ, vtiles ſint, nam ſi aliquæ adeſſent neceſſariæ, quod non credimus, non procederet quidem in illis *d. l. in fundo*, vt ibi per Bart. *ſub num. 6.* & Angel. *col. vlt. verſ. nota bene.* ſed nec tamen in illis omne quod expenſum eſt, eſſet exſoluendum, ſed viri boni arbitratu (vt verbis Papiniani vtar) ſumptuum rationibus deductis & ædificiorum ætatibus (hoc eſt, quantitate, menſura, modulis, & qualitate, vt ibi DD. interpretantur & nouiſſimè Cuiac.) examinatis æſtimandæ *l. domos ff. de lega. 1.* quod arbitrium multa in ſe complectitur, inter alia vt veteris ædificij, nec non ruderum pretium deducatur, vt erudite Cuia. *in d. l. domos.* ſed nec omnes 8
neceſſariæ ita æſtimatæ exſoluendæ ſunt, ſed tantùm eæ quæ pro reſtaurando ædificio, non quæ pro reficiendo vel fulciendo fiunt, has enim poſteriores non repetit hæres, Papinia. *in l. ſumptus de lega. 1.* quæ coniungenda eſt cum *dict. l. domos.* & illius interpretatio petenda à Cuiacio ad *dict. leges.*

ARGVMENTVM.

AN cùm emitur vna res de directo dominio diuerſorum, vel plures res diuerſorum dominorum, vnus ex dominis partem, vel rem quæ mouetur de ſuo dominio, retinere poſſit.

SVMMARIVM.

1. *Cùm emitur vna res directi dominij diuerſorum, vel plures res diuerſorum, vnus ex dominis directis non poteſt partem, vel vnam rem ex pluribus retinere.*
2. *Contra.*
3. *Conciliantur opiniones vt dominus directus poſſit partem, vel rem, quæ de ſuo dominio mouetur, retinere. Si tamen emptor nolit reliquas partes, vel cæteras res habere, cogatur dominus omnes recipere.*
4. *Si emptoris interſit.*
5. *Alias ſecus.*
6. *Ex diuiſione inter cohæredes regulariter, nec ius prælationis, nec laudimium competit, cùm ſcilicet res quæ commodè diuidi non poteſt, vni adiudicatur.*

CONSILIVM CXXXVI.

DVBIVM proponitur in lite, quam habet admodum Illuſtris & potens dominus Roſtagnus de Anſedunia dominus Caderoſſię contra N. Tacuſſol. ratione molendini papyri, quod iure prælationis d. dominus Caderoſſiæ retinere prætendit, an ſcilicet id facere poſſit, cùm ad d. Tacuſſol tanquam filium & cohæredem patris ſui pars d. molendini ſpectaret,

ctatet, & reliquas partes per ceſſionem fratrum ſoro-
rúmve ſuarum mediante pecunia conſecutus fuerit,
& forſan alia etiam bona paterna hæreditaria eodem
1 modo & vnico pretio ſiue ſumma adeptus ſit. Reſo-
lutio dicti dubij pendet ex ea quæſtione, an cùm emi-
tur res emphyteuticaria directi dominij diuerſorum,
vel plures res emphyteuticariæ diuerſorum domino-
rum emuntur, vnus dominus directus poſſit partem in
vna re ſibi competentem, vel vnam rem ex pluribus
venditis, quæ ſit de ſuo directo dominio, iure præla-
tionis retinere reſtituto pretio pro rata partis rei re-
tentæ, Guid. Pap. *quæſt.* 508. exiſtimauit non poſſe, per
2 rationes per eum allatas Oldr. *conſ.* 24. & Berbo. *in ſuo
viatorio tit. de locato.* tenuerunt contrarium, Chaſſan.
in conſuet. Burgun. rub. des cenſes §. 1 *verſ. retenue num.* 4.
rationes & doctores hinc inde contrarium tenentes
3 refert, & nihil concludit: vera & recepta ſententia, qua
dictæ opiniones contrariæ conciliantur, eſt, vt domi-
nus directus poſſit quidem partem rei communis, vel
rem, quæ eſt de eius directo dominio retinere, ſi tamen
emptor nolit reliquas partes vel cæteras res habere,
velítque eas dicto domino iure prælationis vtenti re-
mittere, cogatur dominus omnes recipere & integrum
pretium reſtituere, vt docent Ripa *in l. quominus num.*
142. *ff. de flumin.* Tiraq. *de retract. ligna* §. 11. *gloſ.* 7. *num.*
4. *&* §. 23. *gloſ.* 1. *num.* 4. & Amed. à Ponte *in quæſt. laudi.
quæſt.* 23. *circa fin.* atque ita intelligendus eſt Guid. Pap.
dum ait retinere non poſſe partem, ſcilicet ſi emptor
velit omnia remittere, quando ſcilicet intereſt ipſius 4
ne vel pars, vel vna res tantùm retineatur: nam ſi ipſius
non intereſſet, eo etiam caſu dominum directum par- 5
tem rei communis, vel rem vnam ex pluribus venditis,
quæ de ſuo dominio directo eſt, retinere poſſe, nec cæ-
teras, quas emptor remittere vult, accipere cogi Amed.
d. loco contendit. Ideóque hoc caſu d. dominus Cade-
roſſiæ, ſi velit partes, quas d. Tacuſſol ex remiſſione
fratrum vel ſororum habuit, retinere, cogetur quoque
cæteras partes nec non alia bona, ſi quæ remiſſa ſunt,
accipere.

Sed ſummopere actus remiſſionis & ceſſionis iu-
tium per fratres ſororéſque dicti Tacuſſol factæ con-
ſiderandi ſunt, an ſcilicet mediante pecunia eorum
iura conſecutus ſit, quia regulariter ex diuiſione in- 6
ter cohæredes facta, neque vis prælationis, neque
laudimium competit, vt docet Chaſſan. *d. loco num.* 6.
circa fin. quod tamen intelligendum eſt, cùm vna res,
quæ diuiſionem commodè pati non poteſt, vni fra-
trum adiudicatur.

ARGVMENTVM.

AN Canonici regulares Eccleſiæ Prioratus ſancti Donati potuerint appellare, tanquam ab abuſu, propter vnionem dicti Prioratus factam Collegio Turnonenſi.
An ex dicta vnione dentur caſus, in quibus appellatio tanquam ab abuſu admittatur.

SVMMARIVM.

1 *Is, cuius non intereſt, non poteſt appellare.*
2 *Per vnionem vnius Eccleſiæ ad aliam non alteratur ſtatus Eccleſiæ.*
3 *Mandantes geſtis per procuratorem ſtare tenentur.*
4 *Mandatum ante præſtitum conſenſum reuocari poteſt.*
5 *Quouſque tamen intimata ſit reuocatio, tenent geſta per eum.*
6 *Poſt ſententiam & poſſeſſionem vnio dicitur effectum ſortita.*
7 *Mandans poſt conſenſum procuratoris contrauenire non poteſt.*
8 *Geſta per procuratorem, cenſentur geſta per mandantem.*
9 *Tertiarij non ſunt audiendi.*
10 *Intereſſe inferiorum collatorum non eſt conſiderabile, quando vnio fit authoritate ſummi Pontificis.*
11 *Appellationes tanquam ab abuſu à quo tempore introductæ ſint in Gallia, & quibus in caſibus permiſſæ.*
12 *Vnio fit tribus potiſſimum modis.*
13 *Penſio per ſummum Pontificem vſque ad dimidiam fructuum imponi poteſt:*
14 *Quamuis conſuetudine Gallica tertiam excedere non poſſit.*
15 *Quæ tamen conſuetudo non procedit in patria iuris ſcripti.*
16 *Nec propter exceſſum redditur nulla, ſed reducibilis inſtante ſucceſſore per obitum reſignatarij: Ipſe enim illi ſtare tenetur.*
17 *Commendatarius perpetuus habetur vt titularis.*
18 *Sum. Pontifex ſine conſenſu inferioris collatoris, imò illo inuito poteſt vnionem facere.*
19 *Beneficia per regulas Cancellariæ reſeruata, ſi vacent ſede vacante, non ſunt reſeruata.*
20 *Valor beneficij, cui fit vnio, exprimendus eſt, ſi vnio fit beneficio particulari, ſecus ſi alicui menſæ vel corpori.*
21 *Poſſeſſio beneficij vniti propria authoritate capi poteſt.*
22 *Clauſula* vocatis vocandis *operatur apertionem oris, & facit vt clauſula*, quod de ſubreptione *nihil operetur, & narrata ſint verificanda.*
23 *Ad minus dat facultatem impugnandi gratiam & allegandi ſubreptionem.*
24 *Beneficia diuerſarum diœceſium de iure communi vniri poterant: in Gallia tamen requiritur conſenſus Regis.*
25 *Beneficium regulare ſæculari per Papam vniri poteſt.*
26 *Maximè, ſi in commendam poſſeſſum fuerit.*
27 *Vocatio eorum qui ſunt ſub beneficio vnito, non eſt neceſſaria.*
28 *Poſſeſſio Eccleſiæ parrochialis die feſto ſumi debet.*

CONSILIVM CXXXVII.

PERLÉGI diligenter documenta, quæ ad me Turnone tranſmiſſa fuerunt, circa litem in Senatu Gratianopolitana vertentem, ratione appellationis, tanquam ab abuſu, à Canonicis regularib. Eccleſiæ Prioratus ſancti Donati interpoſitæ, & cui ſe iunxerunt Præpoſitus & Capitulum Eccleſiæ ſancti Laurentij de Vlciis, ob bullas vnionis d. Prioratus ſancti Donati à S. D. N. Papa emanatas 29. Iulij 1614. in fauorem Collegij Societatis IESV Turnonienſ.

12 Controuerſa iuris eſt quæſtio, quidam enim exiſti-
marunt detrahere non poſſe, vt Fulg. in *l. quamquam n.5. C. ad l. Falcid.* Alex in *l. in ratione §. quod vulgo n.12. verſ. poteſt etiam ff. ad l. Falcid.* Lancel. Polit. *in repet. l. filium quem. n.135. verſ. circa quartam C. famil. ercisc.* Soci. iun. *conſ.135. n.12. lib.1.* facit quod ſcribit Bart. per text. ibi in *l. Papinianus §. quarta n.1. ff. de inoff. teſt.* & text. in *arg. in l.1. § fin. ff. ſi cui pluſq. per l. Falcid.* alij contrarium exiſtimarunt, ſcilicet detrahere poſſe, vt Bald. in *dict. l.*
13 *quamquam n.1.* Ioan. Imol. in *d. l. in ratione, §. quod vulgo n.5. verſ. in ea gloſſ.* Sign de Homo. *conſ.66. n.3.* Angel. *conſ.*13. Coſte *conſ.67. col. final. verſ. ſed Falcidiam lib.2.* hancque receptiorem contendunt Gabriel. *conſ.16. nu.* 29. & Eman. à Coſta in *d. l. ſi pater 2. par. ver. abſque deductione n.10.* ego in hoc conflictu opinionum lubens am-
14 plecterer opinionem Alex. quippe quam exiſtimo veriorē; potiſſima enim ratio, qua contrariæ ſententiæ aſſertores nituntur, eſt, quia aſſerunt diſpoſitionem iuris Cannonici in *c. Raynutius*, & *Raynaldus* legitimam & Trebellianicam detrahi permittentem non eſſe correctoriam, ſed declaratoriam iuris Ciuilis, quaſi eo iure vtraque poſſet detrahi, ſed cùm nō ita clarum eſſet illud fuiſſe declaratum per ius Canonicum. Quæ ratio
15 non eſt vera, verius enim eſt iure Ciuili vnicam tantū quartā detrahi poſſe, per text. in *l. iubemus*, vbi dodrans reſtituatur, *C. ad Trebell. per l. filium quem habentem C. famil. erciſcun.* & *l. coharedi § cum filia ff. de vulg.* & *l.1. § interdum ff. ſi cui pluſquam, per l. Falc.* Et quamuis cōtrariæ ſententiæ propugnatores dictis textibus reſpondere nitantur, hoc tamen non niſi cum magna violentia faciunt, vt doctiſſimè docet & aliis argumentis hanc ſententiam confirmat, & cōmunem ac veriorem
16 eſſe docet Eman. à Coſta in *d. l. ſi pater 2. par. verſ. abſque deductione n.1. vſque ad n.20.* ſed ſi ſententiam, quæ dicitur communis, ſequeremur, vt ſcilicet filius poſſit detrahere legitimam & Falcidiam, tunc diſtinguendum eſſet, an pater hoc caſu eam prohibuiſſet, quæ quæſtio duplicem haberet inueſtigationem: vnam, an pater eā prohibere potuerit, alteram, an voluerit. Quoad primam argumento ducto à Trebellianica, dum quæritur, an ea filiis primi gradus prohiberi poſſit cùm detrahant duas quartas; controuerſa iuris eſt quæſtio: alij enim exiſtimant, non poſſe; alij verò poſſe: ſecundùm primam ſolet Senatus Gratianopolitanus iudicare, vt per Guid. *q.51.* Senatus verò Tholoſanus iuxta ſecundam, eámque affirmatiuam, vt prohibere poſſit, Maynard. *lib.5. c.45.* Ferrer. ad Goid. *d. quæſt.51.* ſicut & Sena-
17 tus Pariſienſ. Peleus *aux queſt. illuſtres q.51. in fi.* ſed iam hoc tempore communis & verior ſententia eſt, vt prohiberi poſſit, vt docet Thob. Non. *conſ.90. nu.21. & ſeq.* & Mar. Anthon. de Amat. *dec.11. per tot.* & teſtatur Rota Rom. in *deciſ. per Farinac. collect. dec.135.* & quā paſſim d. Rota ſequitur, & ſæpius amplexa fuit, vt per Caſſod. *dec.4. de teſt.* Creſcen. *dec.229.* Ant. Aug. *de teſtam. §.11.* Simonet *dec.88.* & in *dec. diuerſor. lib.1. par.2. deciſio.313.*
18 quod nedum habet locum in expreſſa prohibitione, ſed etiam in tacita, & per Farinac. *d. dec.135. n.3.* quæ tacita prohibitio etiā in Senatu Tholoſano & Pariſienſ.
19 non recipitur, vt per Maynard. Pele. & Ferrer. locis ſupra citatis, tamen hoc caſu quo de Falcidiæ detractione agitur, recipienda videtur, tum quòd non eſt certa,
20 imò videtur contraria iuris ſententia, qua dicitur filium poſſe detrahere legitimam & Falcidiam, & ex ſuperioribus patet, tam quod facilius prohiberi poſſit quàm Trebellianica, vt per Graſſ. in *§. Falcid. q.10. & in §. teſtamentum q.62. nu.4.* ſed & hoc caſu potius expreſſam 21
quàm tacitam prohibitionem ex infrà dicendis conſtabit.

Alia inſpectio eſt an cenſeatur voluiſſe prohibere d. Falcidiam, & difficile eſt, vt poſſim quidquam certo ſtatuere, cùm teſtamenti tenorem non viderim, tamen cùm vna pars teſtamenti ab alia interpretationem re- 22
cipiat, & præcedens diſpoſitio & ſubſtitutio declarat ſubſtitutionem ſubſequentem iuxta *l. qui filiab. de legat.1.* Albas *conſ.37. col. vlt. lib.2.* Ruin. *conſ.83. in fin.* & *conſ.99. n.9. lib.2.* Curt. iun. *conſ.112. n.4.* Pariſ. *conſ.18. nu.22. lib.2.* Socin. iun. *conſ.90. nu.17. lib.1.* multo magis hoc debet habere locum in caſu noſtro, quo vnus ex maſculis per filias prælegatarias nominatus in vnoquoque prælegato ſubſtitutus eſt, & propterea omnino ſtatuendū ſit teſtatorem vniformiter filiis maſculis iiſque nepotibus ſuis conſulere, & legata eodem modo illis reſtitui voluiſſe, cùm nulla ratio diuerſitatis inter filias dari poſſit, ideóque ſi euicerimus voluiſſe prohibere Falcidiæ detractionem Mariæ, idem exiſtimandum eſt in Clara, vt ei quoque cenſeatur prohibuiſſe: voluiſſe autem prohibere Mariæ, illique prohibuiſſe 23
conſtat ex illis verbis, *ay ſubſtitué & ſubſtitue entierement & de plein droict.* Nam etſi controuerſa ſit quæſtio, an ex verbis *pleno iure*, cenſeatur Trebellianica, vel Falcidia prohibita vt per Graſſ. in *dict. § Falcid. q.* 24
10. n.5. & in *§. Trebell. q.8. n.7.* tamen quando aliqua alia verba ſubſunt coadiuuantia, verius eſt cenſeri prohibitam, vt per Graſſ. *d. loco.* At verò in hoc caſu ſumus extra dubium, quia vſus eſt dictione *integrè* vel *integra-* 25
liter, ex qua ſola teſtator intelligitur Falcidiam prohibuiſſe, glo. in *l. decem in fi. ff. de fideic. liber.* & in hoc omnes communiter conſentiunt, vt teſtatur Bellon. *conſ.65. n.3.* Fernand. Vaſq. *de ſucceſſ. prog. § .26. n.29.* adeò vt nedum tacitè, ſed etiam expreſſè prohibuiſſe videatur, Alex in *l. centurio. ff. de vulga.* & ibi magis communem & veriorem dicit Galiau *n.399.* Paril. *conſ.39. vol.2.* Ioa. Dil. *de arte teſt. de ſubſt. caut.131.* Gabriel. *tit. ad Trebell. conſ.5.* quod abſque dubio aſſerendum eſt hoc caſu, quo duo iſta *integraliter* & *pleno iure* coniunguntur, ex quo etiam ceſſat quod diximus, tacitam prohibitionem in Senatu Tholoſano & Pariſienſi non recipi: hæc enim non tacita, ſed expreſſa cenſetur. Sed iam poſito, citra præiudicium veritatis, quòd filius poſſet detrahere Falcidiam cum legitima, quódque ea prohiberi non poſſet, aut ſaltem ea non cenſeretur prohibita, neque teſtatorem eam voluiſſe prohibere, ſuboritur alia quæſtio, an d. Clara poſſit eam detrahere de eo quod reſtabit de prælegato ſuo, detractione ſupplementi legitimæ prius facta, & reſpondetur vno verbo non poſſe, ſed de ſingulis prælegatis pro rata Falcidiam detrahi debere, ſiue legata ſint pluribus perſonis 26
relicta, ſiue vni, ita tenet Bartol. in *d. l. in quartam*, & ibi cum Bart. omnes concordare, & hanc eſſe communem doctorum ſententiam Ruin. teſtatur, nec non Rip. *nu.92.* Paul. de Montepica *n.106.* Rolan. *in act. de teſt. rub. n.29. n.5.* Salicet. in *l.2. C. eod.*

Ex his reſultat reſponſio ad poſtremum dubium ſcilicet quòd d. Clara poſſet pro rata prælegati ſui Falcidiam de eo detrahere, nec fideicommiſſarium pecuniam ſoluendo liberari, cùm per viam retentionis eam Clara conſequatur, vt ſuprà dictum fuit.

ARGV-

ARGVMENTVM.

DE præſcriptione aduerſus legitimam, & redditionem rationum tutelæ.

SVMMARIVM.

1 *Legitima in Gallia, & ex iure communi 30. annis præſcribitur.*
2 *Nec quoad hoc differt ſupplementum à legitima.*
3 *Idémque eſt de legatis.*
4 *Et omnibus debitis perſonalibus.*
5 *Præſcriptio contra legitimam currit à die mortis patris.*
6 *De iure ciuili nedum primus hæres, ſed etiam ipſemet debitor præſcribere poteſt, quod ius ciuile in Gallia ſeruatur.*
7 *Hypotheca conuentionalis 40. annis præſcribitur per ipſum debitorem.*
8 *In Gallia tamen 30. tantùm conceduntur.*
9 *Nec plus conceditur pro hypotheca legali.*
10 *Præſcriptio 30. annorum decurſa poſt maioritatem, in Gallia, & de iure communi, impedit ne agatur ad redditionem rationum contra tutorem aut curatorem.*

CONSILIVM CXXXI.

VIDETVR Dominum Baronem
de Satiſta fore repellendum à limine iudicij per exceptionem, quam
vocant, *aux fins de non receuoir*,
tam pro legitima, quàm pro redditione rationum, ab ipſo petitis cōtra Dominum Baronem d'Oyſe,
tam per rationes in prioribus ſcriptis deductas, quàm
1 quoad legitimam, quia ea in Gallia præſcripta eſt per
30. annos, idque iuxta diſpoſitionem iuris communis, vt per *DD. in l. ſi quis filium Cod. de inoffic. teſtam.*
Viui. *opini.* 488. nullúmque diſcrimen eſt inter legiti-
2 mam & illius ſupplementum quoad præſcriptionem,
cùm eodem iure cenſeantur, & 30. annis finiantur,
Graſſ. *in* §. *legitima q.* 47. idémq; dicēdum eſt de le-
3 gatis, Deci. *conſil.* 554. quamuis pro iis competat hypotheca legalis: pro legatis quidem certius Alciat. *in rub. ff. de legat.* 1. quàm pro legitima, pro qua controuerſum eſt an detur hypothecaria, vt per Graſſ. *in d.* § *legitima qu.* 14. vbi tenet veriorem eſſe ſententiam;
non dari hypothecariam etiam tacitam, cùm iure
cautum non reperiatur: pariter omnia debita perſo-
4 nalia præſcribuntur 30. annis, Guid. Pap. *qu.* 199. nec
nocet quòd opponitur primum hæredem legitimam
præſcribere non poſſe, nam per Viui. & Graſſ. & DD.
5 per eum allegatos contrarium oſtenditur, qui omnes
aſſerunt præſcriptionem currere à die mortis patris,
& huiuſmodi opinio, primum hæredem non poſſe
præſcribere, non fundatur niſi ſuper mala fide primi
hæredis, aut ſuper natura hypothecæ quoad malam
6 fidem, illud verum eſt de iure canonico, *per c. fin. de præſcriptio.* ſed non de iure ciuili, quo nedum primus
hæres, ſed etiam ipſemet debitor, qui contraxit, præſcribere poteſt *l. ſicut l. omnes, C. de præſcriptio.* 30. *anno.*
quod ius ciuile, non canonicum, ſeruatur in Gallia, in
qua *d. c. fin.* non recipitur, vt teſtatur *Bacquet aux droicts de iuſtice cap.* 21. *num.* 185. Quoad naturam hy- 7
pothecæ, conuentionalis per 40. annos præſcribitur,
etiam per debitorem obligatum, in ſuam vtilitatem,
& liberationem, *d. l. ſicut. l. omnes l. cum notiſſimi.* Imò
in Gallia his temporibus 30. tantum anni deſiderantur, Maſuer. *tit.* 22. *de præſcriptio. num.* 7. Bneri. *qu.* 318. 8
num. 4. *in princ.* Louet *ſub lit. H. nu.* 3. *in addi. lit. A.* At
in terminis legitimæ, nulla eſt difficultas, cùm verior
opinio ſit, non dari hypothecam: & quamuis daretur, eſſet tantum legalis, contra quam in Gallia 30. 9
duntaxat anni requiruntur, vt teſtatur Baequet *d. ca.*
21. *num.* 187. & 188. nec nocet edictum de Nantes, per
rationes quas infra adducemus, cum de redditione
rationum agemus.

Quoad redditionem rationū, nullo modo edenda
eſt tranſactio, quia huiuſmodi editio percuteret merita cauſæ, quod omnino euitandum eſt, ſed ſolummodo impediendus eſt litis ingreſſus oppoſita exceptione, *aux fins de non receuoir*, ex lapſu temporis 30.
annorum poſt maioritatem decurſorum. Nec nocet
ſtatutum Prouinciæ, quia loquitur de minore quittante, non de eo qui factus eſt maior, & debet ſolum
intelligi de minore liberante ſuum curatorem durante minoritate, vt conſtat ex *gloſſ. c.*

Secundò reſpondetur dictum ſtatutum non ex- 10
cludere præſcriptionem 30. annorum decurſam poſt
maioritatem, quæ tantum habet vim, vt non ſolum
obſtet quo minus agi poſſit contra huiuſmodi liberationem, ſed quod plus eſt, in Gallia non poſſit agi
ad redditionem rationum contra tutorem, aut curatorem, aut eorum hæredes, vlla actione ſiue hypothecaria, ſiue perſonali, vt docet in terminis Bacquet
d. ca. 21. *num.* 188. iuxta diſpoſitionem iuris ciuilis Romani, Cancer. *varia. reſol. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 43. omittuntur aliæ reſponſiones reſultantes ex tranſactione, &
natura illius, diuerſæ ab illis, quæ ex dicta quittantia
repeti poſſent, quia, vt diximus, dicta tranſactio edenda non eſt. In hoc autem caſu à maioritate Domini quondam Ioannis de Brancas patris dicti Domini de Satiſta effluxere plusquam 46. anni.

Supradictis tam circa præſcriptionem legitimæ,
quàm circa redditionem rationum, non nocet edictum de Nantes *artic.* 59. *vel* 60. nam ſi bene perpendantur verba textus, cum gloſſis de Frerot *aux conferences des ordonnances num.* 82. tantum intelligitur de
iis, qui profitentur religionem, quam vocant in Gallia *pretendue reformee*, qui non potuerunt, aut impediti fuerunt agere, aut propter abſentiam, aut propter
bella, aut quod habitauerint in locis detentis per
profitentes dictam religionem, non verò de iis, qui
ſemper in Prouincia commorati ſunt, & in omnibus
illius locis, & vrbibus, præſertim in ea, in qua reſidet
ſupremus Senatus, vbi libera cuique patet de iure
ſuo experiundi facultas, prout dict. D. Ioannes, qui
ab hinc 60. annis commoratus eſt in Prouincia cum
ſumma ſecuritate, gerens negotia ſua omnia tam in
iudicio, quàm extra, vt, quatenus opus erit, fides fiet.
Et ad hæc optimè faciunt notata per *Iacob. Corbin en ſes deciſions de droict & de pratique q.* 40.

ARGVMENTVM.

AVthentica, *Res quæ C. commun. de legat.* an habeat locum in fideicommiſſis collateralium.

SVMMARIVM.

1 *Authen.* Res quæ C. commun. de legat. *vt habeat locum, neceſſarium eſt, vt agatur de deſcendentibus fideicommittentis.*

2 *Quamuis aliqui exiſtimauerint procedere etiam in collateralibus vel extraneis.*

3 *Tamen prior opinio verior eſt, & magis communis.*

4 *Nec procedit in nepotibus, niſi tenerent locum primi gradus.*

5 *Reprobatur gloſſa contrarium tenens,* & num. 6. & 7. *reſpondetur aliis iuribus in contrarium allegatis.*

8 *Oſtenditur differentia caſuum Nouell. 39. ex qua ſumpta eſt Authen.* res quæ *& Nouell.* 108.

9 *Reſpondetur ad limitationem quæ affertur ex aduerſo, quando ſubſtituti ſunt liberi, inſtituti.*

CONSILIVM CXXXII.

VIſo teſtamento Bonifacij de Garron iam defuncti facto an. 1565. & 26. April. recepto per dominum de Mares, quo inſtituit ſuum hæredem vniuerſalem nobilem Ioannem de Romieu armigerum ſuum nepotem, & decedente d. Ioanne cum aut ſine liberis, vult totam ſuam hæreditatem venire ad nobilem Franciſcum Garron, & poſt mortem dictorum Ioannis & Franciſci, cum aut ſine liberis, ad l'Antelme de Romieu in iure doctorem ſuum nepotem & fratrem dicti Ioannis, & decedentibus d. Ioanne, Franciſco & l'Antelme, vult ſuam hæreditatem venire ad antiquiorem maſculum deſcendentem ex legitimo matrimonio dictorum de Romieu & Garrons, & decedente dicto antiquiore cum aut ſine liberis, vult ſuam hæreditatem venire ad antiquiorem maſculum vſque in infinitum, d. hæreditatis fructibus ſolum fruentem. Alio teſtamento Caroli de Romieu armigeri in vrbe Arelaten. facto ann. 1603. & 4. Octobris, quo ſuum hæredem vniuerſalem inſtituit Anthonium de Romieu armigerum ſuum conſobrinum, eo pacto vt d. Anthonius adiens d. hæreditatem, teneatur deferere, & remittere Ioanni de Romieu ſuo fratri hæreditatem domus de Garron quam tenet & poſſidet, cuius fructibus vtatur, vt dict. Anthonius iis d. teſtatoris: & decedente d. Anthonio cum aut ſine liberis maſculis, vult & intendit ſua bona hæreditatemque pertinere ad d. Ioannem de Romieu, eo pacto vt deferat hæreditatem de Garron primo maſculo d. Anthonij, & decedente d. Ioanne cum aut ſine liberis maſculis vocat antiquiorem liberorum maſculorum legitimorum & naturalium dicti Anthonij, ad plures alios gradus & ſubſtitutiones procedens, expreſſeq; prohibens omnibus ſuis dictis hæredibus omnes detractiones quartarum quarumcumq; rerum, volens omnia peruenire ad dictos ſubſtitutos de vno ad alium abſq; vlla detractione.

Poſt huiuſmodi teſtamentum d. Anthonius poſſeſſor hæreditatis de Garron acceptauerat hæreditatem d. Caroli & remiſerat d. Ioanni ſuo fratri hæreditatem d. de Garron, vt ea per ſuam vitam fruetur iuxta ordinem graduum ſubſtitutionum appoſitarū in dictis teſtamentis de Garron & Romieu per actū conuentionis tranſactum in dicta vrbe Arelaten. 18. Maij 1612.

Cuius remiſſionis tempore d. Ioannes de Romieu nupſerat cum domicella Catharina de Bartas, cùm d. matrimonium initum fuiſſet feſto ſancti Michaelis an. 1611. dictáque remiſſio hæreditatis d. Garron ann. 1612. & 29. April. die obitus d. Caroli, tum dictus Ioānes è vita abierit ann. 1615. & 6 Iulij ſine liberis relinquens dictam domicellam de Bartas ſuperſtitem, quę reſtitutionem ſuæ dotis & augmenti, ac aliorum lucrorum petijt, & vſque eò proceſſum fuit, vt ſententia iudicis ſubmiſſionum in ſede Arelateo. dictum fuerit, non ſufficientibus bonis dict. Ioannis de Romieu & domicellæ de Rups, illiſque legitimè diſcuſſis d. domicellam de Bartas poſſe, ſi quid ſibi debitum fuerit, fructus bonorum fideicommiſſi capere, à qua ſententia ad ſupremum Senatum Prouinciæ appellauit d. Anthonius, requiſiuitque noſtram opinionem & conſilium, an bene fundatus ſit in ſua appellatione. Infrà ſignati, omnibus diligenter perſpectis, cenſent d. Anthonium bene fundatum eſſe, tam pro ipſa dote, augmento quàm aliis lucris nuptialibus d. domicellæ de Bartas, cùm agatur de fideicommiſſo à collaterali inſtituto, neque d. Ioannes ſit ex deſcendentibus, nec Bonifacij quoad bona de Garron, nec Caroli quoad bona de Romieu, quod neceſſarium eſt, (vt Authen. *res quæ, C. de legatis*, habeat 1
locum) vt nimirum ſit ex deſcendentibus illius qui fideicommiſſum in directa linea inſtituit, & agatur de fideicommiſſo erecto ab aſcendente: quamuis enim gloſſa in *authent. de reſtit. & ea quæ parit vnde.* 2
men. colla. 4. quæ eſt *Nouell.* 39. §. *quamobrem ver. ſi non ſuffecerit in fin.* & eam ſequuti Bald. *Nouell. in tract. de dote par. 6. priuil.* 13 Menoch. *conſil.* 33. Rimi. in *conſ.* 324. *nu.* 12. & autor libri *des remarques du droict François ver. dot. n.* 54. exiſtimauerint d. authen. habere etiam locum in fideicommiſſo inſtituto per extraneum vel collateralem: tamen verior & magis communis opinio extat in contrarium, ſicut in propriis terminis
oſtendunt Bartol. in *d. authen. res quæ nu 4. in fin.* Angel. ibid. *in princip.* Iaſ. *num.* 12. & 33. Caſtren *in l. mulier §. cum proponeretur ff. ad Trebell.* Curti. *in d. auth. nu* 18. Areti. *conſ.* 37. *in 3. dub.* Ruin *conſ.* 137. *n.* 17. *vol.* 2. Conar. *var. reſol. lib.* 3. *ca.* 6. *n.* 10. Moli. *de primoge. lib.* 4. *c.* 6. *n.* 3. Petra *de fideic. q* 8. *n.* 41. & *ſeqq.* Vincen. de Frāc. *dec.* 241. *nu.* 3. Peregr. *de fideic. art.* 42. *nu.* 49. & *ſeqq.* Ioſeph. Ludo. *deci. Lucen.* 28. *n.* 9. Honded *conſ.* 76. *nu* 12. *lib.* 1. Coſta *de facti ſcien centur.* 2. *diſtinct.* 82. *n.* 14. & *de ſubſi. reme.* 6 *nu* 3. Cuia. ad *d. Nouel.* 39. *pag mihi* 168. & *ſeq* Cancer. *de dote nu.* 48. 3

Et huiuſmodi opinio communiter recepta eſt in Gallia, iuxta quam lata fuerunt plura arreſta in Parlamentis, Pariſiorum, Tholoſæ, aliiſque Curiis ſupremis, vt teſtantur Louët *en ſon recueil d'arreſts lit. D ca.* 21. Maynard. *lib.* 3. *cap.* 18. & 21. Charon *en ſes reſpon. lib.* 8. *reſpon.* 30. & *aux memorables obſeruat. ver. dot & douaire, pag mihi* 98. Le Code *des deci. Feren. lib.* 5. *tit.* 4. *des dots dec.* 9. Les remarques du droit Franc. *ver. dot. num.* 55.

Quæ opinio ita recepta eſt, vt ſi tractaretur de fideicommiſſo ab aſcēdente inſtituto, diſpoſitio dictæ 4
authen. *res quæ*, nō poſſet habere locum, nec ſuum effectum ſortiri, niſi reſpectu liberorum primi gradus, non autem nepotum, niſi tenerent locum primi gradus per repræſentationem ſuorum patrum prædeceſ-
ſorum

Digitized by Google

ſorum ante teſtatorem, vt dicit Peregr. *d. art. 42. n. 35.* & Louet *d. c. 21. in fi.*

Nec nocet authoritas gloſæ *in verb. ſi non ſuffecerit*, nam communiter reprobatur, vt teſtantur dicti DD. & præcipuè Iaſ. Caſtren. Couar. & Ruin. *locis ſup. cit.* Neque etiam nocet authoritas Bald. nam vltra quod non loquatur in terminis de fideicõmmiſſo manante ab aſcendentibus eodem modo reprobatur à Couar. *loco ſup. cit.*

6 Opinio etiam Menoch. & Rimin. reprobatur à Peregr. *d. art. 42. n. 51. verſ. non tamen defuerunt*, vbi dicit illorum opinionem nec in practica recipi, nec in iure veram eſſe.

7 Quoad authorem *des remarques du droict François*, verum eſt quod *n. 54.* referens opinionem gloſæ illam ſequi videatur, ſed *n. 55.* clarè contrariam tenet, dicitque multis arreſtis ita iudicatum fuiſſe, non ſolum pro augmento, ſed etiam pro dote.

8 Denique non nocet text. *in authen. de reſt. colla. 8.* quæ eſt *Nouel.* 108. in qua diſtinctè dicitur, quod ſine diſtinctione an grauatus ſit ex deſcendentibus aut extraneus dotem & augmentum poſſe accipi in bonis fideicommiſſo ſubiectis, qui textus occaſionem præbuiſſe potuit gloſæ ac iis qui illam ſunt ſequuti, tenendi contrariam opinionem. Caſus enim *dict. Nouel.* 39. ex qua ſumpta eſt authen. *res quæ*, & iſtius 108 valde differunt, in illa enim fideicommiſſum eſt ſimpliciter & abſolutè factum, in hac verò 108. erat rogatus ſuperfluum reſtituere. In illa fit differentia, an fideicommiſſum ſit inſtitutum ab aſcendente, nec ne, vt primo caſu poſſint alienari ex cauſa dotis, ſecundo non. In hac verò nihil intereſt, an filius vel extraneus hæres ſit; vtroque enim caſu poteſt ex cauſa dotis alienari res ſubiecta fideicommiſſo. Maiorem enim & ampliorem facultatem alienandi teſtator cenſetur conceſſiſſe, ex eo quòd hæres ſolum quod ſupereſſet, rogatus eſt reſtituere, quàm cùm ſimpliciter & abſolutè, vt doctiſſimè docet Cuiac. *in d. Nouel. 39. & 108.* Peregr. *dict. art. 42. num. 52. & 53.* & in facto, in quo verſamur, dicta authen. 108. non poteſt habere locum, cùm ſimus in fideicommiſſo ſimplici & abſoluto & tranſuerſali.

Nec valet opponere, quod per ſententiam Iudicis conceſſa ſit executio per viam ſubſidiariam in fructus tantum fideicommiſſariorum bonorum, non autem in proprietatem, quia cùm non potuerit iudicare in præiudicium proprietatis dictorum bonorum, nec pariter fructuum, quia ſequuntur naturam ſui principalis, alioquin per vias indirectas nouus ſucceſſor priuaretur certo tempore beneficio vſusfructus fideicommiſſi, teſtatorúmque voluntas eluſoria redderetur, qui voluerunt, fructus pertinere ad primos maſculos dictarum familiarum de Gatron & Romieu, & per vias obliquas deſtrueretur opinio communis dictorum DD. per tam multa iudicia ſupremarum Curiarum Galliæ & Italiæ confirmata.

Poſtremo, ſi opponeretur, cùm liberi, inſtituti, ſunt ſubſtituti, bona fideicommiſſo ſubiecta alienari poſſe, ratione dotis vel donationis propter nuptias, quia in hoc caſu præſumitur voluntatem teſtatoris fuiſſe, inſtitutum matrimonium munire, illique permittere quod neceſſarium ordinariúmque eſt, ſcilicet donatio propter nuptias ad contrahendum matrimonium. Ad hoc reſpondetur: primò, contra huiuſmodi limitationem iudicatum fuiſſe per arreſtum Senatus Pariſien. vt teſtatur Louet *lit. D. cap. 21. circa fin.* quod rationi iuſtiſſimæ conſentaneum eſt, nam alioquin dicta doctrina DD. ac iudicia eluſoria eſſent, cùm ordinariè ſimiles ſubſtitutiones liberorum fiunt, aut expreſsè, aut quòd ſint in conditione cum coniecturis requiſitis. 9

Secundò reſpondetur, quamuis huiuſmodi limitatio eſſet vera, quod non eſt, illam non conuenire cum noſtro caſu, in quo primus natus familiæ appellatur, quamuis inſtitutus habeat, vel non habeat liberos.

Tertiò, quia tempore obitus dicti Caroli Ioannes iam matrimonium inierat, & ſic tempore contractus matrimonij nulla poteſt præſumi dicti Caroli voluntas, nec mulier Ioannis ipſiuſque parentes vllum reſpectum habere potuerunt ad bona quæ poſtea ad ipſum peruenerunt, ſic auferendo illi omnem dicendi viam, ipſam matrimonium non iniiſſe niſi credidiſſet recuperare poſſe ſuam dotem & augmentum ſuper dictis bonis

ARGVMENTVM.

AN laudimium debeatur de bonis in ſolutum datis pro iuribus paternis. Caſu, quo non debeatur, an ſolutum repeti poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Pro bonis datis pro iuribus paternis, & legitima, ſeu eius ſupplemento, non debetur laudimium.*

2 *Nec pro bonis filiæ datis pro dote in pecunia conſtituta.*

3 *Et ſolutum repetitur conditione indebiti.*

CONSILIVM CXXXIII.

VIſo teſtamento Illuſtris domini Guillelmi de Gadagne Pariſiis contracto 25. Aprilis 1600. ac per Notarium in publicam formam redacto 25. Iulij eodem an. quo legauit titulo particularis inſtitutionis domicellæ Hilariæ de Gadagne ſuæ filiæ, domino de Montenat matrimonio coniunctæ ſummam 8000. ſcutorum pro omnibus iuribus quæ ipſa ſuper ipſius bonis & ſucceſſionibus prætendere poſſet, volens, intendens & non aliter pro dicta ſumma 8000. ſcutorum eam contentam eſſe bonorum & penſionum quas dictus dominus habebat in Comitatu Venayſſino eiúſque locis, comprehenſaque, in hac, penſione, quam dict. dominus impoſuerat in vrbem Auenien. non comprehenſis verò immobilibus quæ habebat & poſſidebat intra mœnia Auenionis. Viſa etiam tranſactione inita inter Illuſtres dominos Carolum de Montenat veluti maritum & procuratorem dict. domicellæ Hilariæ, & Anthonium d'Autun dominum de la Baume veluti patrem & legitimum adminiſtratorem Nobilis Balthaſar de Gadagne d'Autun hæredem vniuerſalem dicti Guillielmi domini de Bateon menſe Iulij 1605. ſuper litibus quæ pendentes erant inter dictam Hilariam & dict. Balthaſar, amitam & nepotem, quòd dicta domina præter-

deret inualidum ac nullum eſſe teſtamentum dicti Guillelmi, in cuius vim dict. Balthaſar hæredem ſe dicebat, & caſu quo eſſet validum, ſibi ſolui debere ſupplementum ſuæ legitimæ & quintam partem bonorum hæreditatis dominæ Ioanæ ſuæ ab inteſtato defunctæ, quæ quinque filias reliquerat, quarum vna erat dicta Hilaria, & id non obſtantibus renunciationibus per ipſam in ſuo contractu matrimonij appoſitis, aut aliter, conſiderata grauiſſima læſione qua illæ lædebantur, & ad omnem euentum doti ſuarum ſororum æquari debere: & per quam inter alias res ſibi remiſſi & ceſſi fuerant duo horti cum ſuis domibus, quarum prima, domus de Miliois, altera domus domini Pauli Anthonij de Gadagne vocantur: & ratione illius domus & horti de Miliois dictus dominus de Montenar veluti maritus dictæ dominæ Hilariæ inueſtituram ſumpſerat ac laudimium ſolutum erat Capitulo Eccleſiæ ſancti Agricoli Aueniones: pro alia verò petebatur laudimium à Rectore Capellæ fundatæ in tit. de ....

Conſilium infrà ſignatum, ſuper duobus dubiis ab ipſo quæſitis; Vnum, an ex huiuſmodi remiſſione & ceſſione dictarum duarum domorum & hortorum debeatur laudimium; aliud, caſu quo non deberetur, an d. domina repetere poſſit laudimium ſancti Agricoli Capitulo ſolutum, ſic cenſet;

1 Quoad primum, nullum deberi laudimium, cùm huiuſmodi bona donata fuerint in deductionem iurium paternorum & in ſupplementum legitimæ: imò in fortioribus terminis, ſi pater in pecunia filiæ conſtituerit dotem, & poſtea ei dentur bona, aut eius filius hæres in ſolutionem huiuſmodi pecuniæ det bona paterna, non debetur laudimium, vt docet Ferret. *aux addit. ad Guid. Pap. quæſt.* 48. ſicque iudicatum fuit in ſupremis Curiis Galliæ per diuerſa Arreſta relata per Charon. *lib.* 7. *reſpon. & lib.* 3. *cap.* 72. *num.* 2. *edit.* Papon *intit. des droicts ſeigneuri. arreſt.* 25. Chopin *in conſuet. Andi. lib.* 1. *tit.* 4. *numer.* 8. *cap.* 13. *& in conſuet. Pariſien. lib.* 1. *tit.* 3. *numer.* 8. Ferret. *di. loco.* 2

Nec nocet, ſi opponatur ſupplementum legitimæ, ſolui poſſe in pecunia, Guid. Pap. *quæſt.* 457. non enim ſequitur, quod non debeatur in bonis immobilibus, & ita hæres non vtens facultate quæ illi à iure conceditur illud in pecunia ſoluendi, ſi in bonis ſoluat, præſtat id ad quod ex origine & natura rei tenebatur, ſicque non debetur laudimium. Quod in terminis fortioribus confirmatur, cùm pro dote promiſſa in pecunia verè ſolùm debeatur pecunia: tamen ſi in ſolutionem dentur bona paterna, non debetur laudimium.

Quoad ſecundum, cenſeo repetitionis locum adeſſe per conditionem indebiti, cùm laudimium ne- 3
que naturaliter, neque ciuiliter deberetur, in quo caſu etiam per ignorantiam iuris ſolutum repetitur.

ARGVMENTVM.

AN donatio facta à minore 16. annorum extra Monaſterium & ante habitus ſuſceptionem, nulla ſit, ex Concilio Tridentino *ſeſſio.* 25. *cap.* 16. *de regularib.*

Poſito quòd ſit valida, an, ſi donans moriatur ante profeſſionem, reſoluatur.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio Concilij videtur generaliter loqui de renunciatione & obligatione facta ante profeſſionem, non ſe reſtringendo ad factas tempore Nouitiatus.* contra num. 5.

2 *Ratio Concilij videtur habere locum etiam in iis qui adhuc in ſæculo exiſtentes prætextu religionis renunciant.*

3 *Lex etiam exorbitans & pœnalis extenditur, ſi alias fruſtraretur, ad id reſpondetur n.* 7.

4 *Dictio* quoque *eſt continuatiua.*

6 *Dictiones,* ſed neque *ſunt augmentatiua.*

8 *Donatio à minore facta cum iuramento valet.*

9 *Maximè ſi ab ingreſſura monaſterium, & ea mente facta fuit.*

10 *Talis cauſa ingreſſum impedit reſtitutionem.*

11 *Donatio ab ingreſſura religionem & ea mente facta, etiam ſecluſo pacto reſoluitur, ſi ad ſæculum rediret.*

12 *Ingreſſus monaſterium non videtur quis, niſi cùm emiſit profeſſionem. contra n.* 19.

13 *Donatio dicitur ab initio pura & perfecta, licet ſub conditione reſoluenda.*

14 *Conditio dicitur reſolutiua, non ſuſpenſiua, quando per eam diſceditur à contractu, qui alioquin perfectus erat.*

15 *Conditio reſolutiua tantum, & non ſuſpenſiua, habetur pro impleta, quando tempus illius non venit.*

16 *Et animus implendi perſeuerauit. & n.* 20.

17 *Animi deſtinatio ex actu inchoato, etiam non finito, habetur pro conſummato.*

18 *Mens contrahentium imprimis inſpicienda eſt.*

21 *Nouitius intra annum probationis largo modo dicitur profeſſus.*

CONSILIVM CXXXIV.

NOBILIS Eliſabeth de Doay maior 12. annorum, minor verò 16. donatione inter viuos omnia ſua bona, excepta ſumma 920. ſcutorum, de quibus diſponere poſſet, monaſterium Religioſarum D. Catharinæ ingreſſura & pridie ante habitus Nouitiarum ſuſceptionem, extra tamen Monaſterium conſtituta, donauit N. Lionæ de Sade eius matri viduæ cum onere ea reſtituendi in caſum mortis vel ſecundarum nuptiarum vni ex fratribus dict. Eliſabeth, quem mater nominaret; & in caſum non nominationis Carolo eius primogenito, ita tamen quod ſi dicta Eliſabeth profeſſionem non emitteret, donatio eſſet nulla & inualida, perinde ac ſi numquam facta fuiſſet, & quia donatio omnibus ſolemnitatibus per ſtatutum ad id requiſita interuenientibus facta fuit. Poſt aliquos menſes dicta Eliſabeth habitum Nouitiarum deferens in grauem morbum incidit, & animum emittendi profeſſionem ſemper habens, cùmque de morte dubitaret ad eam ſe admitti petens, quod tamen illi ab ætatis defectum dubi-

denegatum fuit, teſtamentum condidit, Reuerend. domino Vicario præſente, quo 2000. ſcuta Monaſterio legauit, matrémque hæredem inſtituit cum onere poſt mortem reſtituendi hæreditatem vni ex fratribus quem nominaret, omnéſque diſpoſitiones antea factas & nominatim d. donationem, à iuramento, vt in dicto teſtamento aſſeritur diſpenſata, reuocauit. Ex his duo reſultant diſcutienda; vnum, an d. donatio ſit nullius momenti ex diſpoſitione Coocilij Trident. *ſeſſ. 25. c. 16. de regulari.* Alterum, poſito quòd valida ſit, an ſi d. Eliſabet moriatur ante profeſſionem, ex vi d. clauſulæ in dicta donatione contentæ ſit nullius momenti.

Quoad primum, videtur d. donationem comprehendi *in d. c. 16.* & ſic nullam eſſe.

1 Primò, quia prædicta conſtitutio conciliaris videtur generaliter loqui de renuntiatione & obligatione ante profeſſionem non ſe reſtringeudo ad renuntiationem factam tempore Nouitiatus, vt conſiderat Moli. *de iuſt. & iu. diſp. 139. col. 8.*

2 Secundò, quia ratio, quam affert Concilium *in d. capit. 16 verſ. ſed neque.* locum habere videtur etiam quando adhuc exiſtens in ſæculo prætextu ingreſſus religionis renuntiat bonis, vel ea obligat; ſicut igitur locum habet ratio, ſic & ius *l. illud ff. ad l. Aquil. l. a Titio ff de verbo. obliga.*

3 Tertiò, quia lex etiam exhorbitans & pœnalis extenditur ad alium caſum, ad quem ſi non extenderetur, fruſtraretur, iuxta *cap. ſi ciuitas de ſentent. excomm. in 6. & cap. 2. de vſur. eod. lib.* adiuncta gloſ. *in ver. alter facta.* quæ communis recepta ſententia eſt à dominis & Franc. *in cap. de tempo. ordina. eod. lib.* Iaſon *in authen. quas actiones num. 7. C. de ſacro. Eccleſ.* niſi autem Concilium extenderetur ad hunc caſum, vana & fruſtratoria redderetur ipſius diſpoſitio, quia ingredi volentes religionem à ſanguine coniunctis facile perſuaderi poſſent, vt eis renuntiarent, vel donarent bona antequam monaſterij clauſtra ingrederentur, idque præſertim hoc caſu quo puella erat nobilis & minor, & donatio erat facta matri, cuius authoritas apud eam erat magna. Atque hanc ſententiam amplexus fuit Menoch. *conſil. 388. numer. 7.* & Illuſtriſſimos ſacri Concilij interpretes ita declaraturos, ſi interrogarentur, contendit, ſicut & ita eos declaraſſe refert compilator declarationum ad *dict. cap. 16. ver. renuntiatio, verſ. quod ſi.* & præciſè iuxta eam conſuluit Nauarr. *conſil. vltim. de donationibus.* quod in nouiſſima editione eſt 81. *ſub tit. de regularib.* etiam quando donatio facta eſt cum pacto, quod in omnem euentum, in quem d. donator ante profeſſionem Monaſterio exiret, donatio nullius eſſet momenti, Nauar. *conſil. 82. d. tit. de regular.* atque hanc ſententiam amplexus fuit Fla. Patiſ. *de reſigna. lib. 3. q. 13. num. 5.*

Quibus tamen non obſtantibus verius eſt dictam donationem valere, nec comprehendi ſub diſpoſitione *d. cap. 16.* nam cap. 15. & 16. coniungenda ſunt; illa enim verba, *nulla quoque renuntiatio*, ſunt continuatiua præcedentis capitis, & implicant præceden-
4 tia, vt ſignificat illa dictio *quoque, leg. ſeruum quoque, ff. de procurato.* & tradit poſt alios Gomeſ. *in §. in perſon. numer. 3. inſtit. de actio.* at verò cap. 15. loquitur de eo qui iam ingreſſus eſt religionem, & adhuc profeſſionem non emiſit. Ergo cap. 16. de eo tantùm intelligendum eſt, quod & ſignificant illa verba dict. cap. 16. vbi *intra duos menſes ante profeſſionem, &c.* & illa etiam verba ibi, *Finito tempore Nouitiatus, &c.* & verſus ibi, *Sed neque ante profeſſionem, &c.* atque hanc ſententiam amplectuntur Menoch. *de arbitra. iu. quæ. lib. 2. caſu 436. in additio. numer. 3. & ſeqq.* Caualcan. *par. 3. deciſ. 11. numer. 113.* Caſtill. *de vſufruct. cap. 65. numer. 7.* fusè Gratian. *deciſ. 37. per tot.* nec non DD. per Rodetic. allegati, idémque Rodetic. *in q. canon. & regula. tom. 2. quæſt. 47.* eam tenendam contendit, etſi argumenta contra ipſam proponat, ſed & ipſemet Nauar. *in vltim. additio.* poſt vtrumque conſilium, dum aduertendum cenſet, ſacram congregationem cenſuiſſe dict. cap. 16. ſibi locum non vendicare in donationibus factis ante ſuſceptum habitum, & Cancer. *var. reſol. part. 2. capit. 8. de iuramen. numer. 38.* dict. Nauar. additionem allegans, & verum eſt ita Illuſtriſſimos Concilij interpretes declaraſſe dict. caput, vt refert dictus compilator *deciſ. 92. & deciſ. 227.* & ad *dict. cap. 16. verſ. an diſpoſitio huius capitis.* & ante *verſ. hoc decretum*, & in *ver. hæc obligatio*, verſ. *loquitur*, & ipſe Menoch. *dict. loco* inſerit preces dictæ congregationis porrectas pro habenda declaratione, verbáque declarationis ſubnectit, quæ preces ſunt in fortioribus terminis, quàm noſter caſus, donans enim aſſerebat ſe habere animum ingrediendi religionem, & donauit cum conditione quatenus in ea profeſſionem emitteret, & non aliàs, promiſerátque intra duos menſes ante profeſſionis emiſſionem inſtrumentum donationis, & omnia in eo contenta pro maiori efficacia ratificare, & veniente bimeſtre ante profeſſionem, donans non ſolum ratificare noluit, ſed obtenta abſolutione à iuramento illud & contenta in eo totaliter reuocauit, aſſerens ſe fuiſſe ſeductam metu reuerentiali, & numquam fuiſſe intentionis ſuæ talem ceſſionem facere, & nihilominus congregatio cenſuit d. cap. 16. non habere locum in d. renuntiatione.

Nec obſtant quæ in contrarium adducta fuerunt, 5
nam quoad primum non eſt verum d. cap. generaliter loqui, patet enim ex ſuperioribus id ſe reſtringere ad renuntiationem ſeu donationem factam tempore Nouitiatus.

Non obſtat etiam ſecundum, deſumptum ex *verſ. ſed neque*, nam vt eruditè reſpondet Menoch. illa 6
verba, *ſed neque* ſunt augmentatiua caſus præcedentis, *l. 1. C. ſenten. reſcin. non poſſe §. quod autem inſist. de vſu. cap.* & augent ſanè præcedentem caſum, renuntiationem Nouitij ante duos menſes à die profeſſionis, vt ſcilicet nequidem ad commodum Monaſterij aliquid ex propriis bonis amittat ipſe Nouitius, & ſic ſemper loquitur de renuntiatione Nouitij: Reſpondet & alio modo, vt per ipſum.

Non obſtat tertium: nam præter reſponſionem, 7
quam dat Menoch. *dict. loco* reſponderi poteſt, huiuſmodi extenſionem non poſſe admitti, cùm ſit contra ius commune, quo dicto donatio valet, vt dicemus in ſecundo dubio, & legum correctio minimè præſumatur, nec valet inſtantia quæ datur per Rodetic. Concilium ſcilicet potuiſſe irritare huiuſmodi donationem etiam ante ingreſſum factum. Neque enim quæritur, an potuerit, ſed an voluerit; noluiſſe autem dicimus, quia non dixit, imò ſatis clarè eum caſum excluſit, cùm generaliter non decreuerit, ſed reſtrinxerit ad Nouitium, quod non feciſſet, ſi & quoque alium caſum comprehendere voluiſſet.

Non obſtat prætenſa deciſio congregationis in contrarium allegata: ex præcedentibus enim & eam ſubſequentibus circa dict. cap. 16. nec non ex *dict. deciſ. 227.* conſtat eam eſſe ſpuriam. Flaminium verò lapſum fuiſſe ex ſuperioribus patet. Ex quibus concluditur huiuſmodi donationem validam fuiſ-

ſe, nec d. cap. 16. comprehendi.

Secundum dubium maiorem habet difficultatem,
8 de quo antequam diſſeramos, præmitto donationem,
de qua agitur, iure communi inſpecto validam fuiſſe,
etſi à minore 25. annorum, maiore tamen 12. facta ſit,
quippe quæ ſit iuramento firmata, & omnes ſolem-
nitates à ſtatuto in huiuſmodi minorum contracti-
bus requiſitæ interuenerint, *authen. ſacramenta pube-
rum C. ſi aduer. vendit.* Panormit. *in cap. cum contin-
gat de iureiu.* fusè Fortu. Garcia. *de vltim. fin. iur. ca-*
9 *non. & ciui. num. 32. cum ſeqq.* idque eo maximè quòd
ab ingreſſura monaſterium & ea mente facta fuerit,
Deci. *conſil. 31. num. 3.* Simon de Præt. *conſil. 72. num.*
10 *6. & 24.* & Clarus *in §. teſtam. quæſt. 28 num. 2.* adeò
vt illa cauſa ingreſſus impediat quominus minor in
integrum reſtitui poſſit, qui alioqui aduerſus tam im-
menſam donationem reſtitueretur, Theſſaur. *deciſ. 66.*
num. 2.

Præſupponendum quoque eſt pactum in donatio-
ne appoſitum, quo ſi donans profeſſionem non emit-
11 tat, donatio ſit nulla & inualida eſſe conforme iuri
communi, ex cuius diſpoſitione etiam ſecluſo pacto,
donatio ab ingreſſura monaſterium & ea mente fa-
cta, reſoluitur ſi donans redierit ad ſæculum, Menoch.
d. caſu 436. num. 8. Coſta *de retrotract. caſu 3. in cap. 9.*
num 29.

His ſtantibus quod videatur d. donatio ob non emiſ-
12 ſam profeſſionem nulla & inualida facere videtur, quia
durante tempore probationis non videtur quis ingreſ-
ſus Monaſterium, ſed tunc tantum, quando facit pro-
feſſionem Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. gloſ. 8. num. 34.*
& ſeqq. vnde Nouitius intra tempus probationis cen-
ſetur tanquam laicus & ſæcularis, Moli. *de primog. lib.*
2. cap. 9. n. 53. latè Tiraq. vbi ſuprà, & habetur in *cap. reli-*
gioſo in ſi. de ſenten. excom. in 6. & Nauarr. *conſ. 17. de re-*
gulari.

Secundò, quia donans reuocauit huiuſmodi dona-
tionem ante profeſſionis emiſſionem, & teſtamentum
alio modo condidit quàm qui continebatur in d. do-
natione quod facere potuiſſe videtur.

Poſtremò, ex eo quod Roderi. *d. to. 2. quæſt. 47. art.*
11. poſt Paraſellum refert Illuſt. Cardinales dict. con-
gregationis reſoluiſſe, quod ſi Nouitius ante profeſ-
ſionem moriatur, donatio non ei cui facta eſt, ſed
ſuccedentibus ex teſtamento vel ab inteſtato perti-
neat.

Nihilominus pro validitate donationis reſponden-
13 dum eſt, nam ea fuit ab initio pura & perfecta, etſi
ſub conditione reſoluenda, cùm à principio ſimpli-
citer facta ſit, & poſtea pactum adiectum, quod ſi pro-
feſſionem non emitteret, ſit nulla, Tiraquel. *dict. §.*
1. gloſ. 8. num. 27. & de retract. conuen. §. 2. gloſ. 1. num. 74.
poſt multos quos refert claré & fusè Menoch. *d. conſ.*
14 *388. num. 15.* hoc enim pactum *ſi conditio eſt*, eſt reſo-
lutiua non ſuſpenſiua, Menoch. *dict. loco num. 17. &*
18. reſpicit enim in caſu noſtro diſceſſum à contra-
ctu, qui alioquin perfectus erat, qui tamen Menoc.
in caſu quo conſuluit, contrarium reſpondit, pro-
pterea quod conditio ita erat concepta, vt impedi-
retur effectus etiam contractus ab initio, & ſic erat
omnino ſuſpenſiua per hæc ſcilicet verba, *quam ta-*
men donationem noluit effectum ſortiri niſi ſequuta mona-
ſtica profeſſione. Cùm itaque pura & perfecta à prin-
cipio extiterit, nec tempus, quo conditio poterat ad-
impleri, venerit, nempe annus 16. completus, quo
profeſſionem emittere potuit, ſequitur ſemper man-
ſiſſe puram.

Secundò, ex eadem ratione, quod conditio ſit re-
ſolutiua, non ſuſpenſiua, ab initio ſequitur morte
adueniente ante tempus profeſſionis, eam manere
puram, præſuppoſito in facto, quod & veriſſimum
eſt, dictam Eliſabeth habuiſſe ſemper animum pro-
feſſionem emittendi, & quantum in ſe fuit, petiiſ-
ſe & enixam eſſe, vt eam faceret, ſolóque ætatis de-
fectu impeditam fuiſſe; nam cùm per ipſam non
ſteterit quominus profeſſionem faceret, conditio 15
hæc reſolutiua tantùm, & non ſuſpenſiua, habetur
pro impleta pro validitate eorum quæ ex ſe & à prin-
cipio valida erant *leg. ſi pecuniam in princ. & § fin. de*
condit. cauſa da. Anchar. *in cap. canonum ſtatuta num.*
257. col. 96. in fin. verſ. quæritur vtrum omnes de conſtit.
Anani. *conſil. 75. colum. 1.* & poſt eos Gratian. *deciſ. 35.*
num. 4.

Tertiò, animus conſtans & perſeuerans emittendi 16
profeſſionem, quam nulla ſua culpa, ſed morte inter-
ueniente non emiſit, id debet operari vt actus à prin-
cipio validus non cenſeatur reſolutus, ex Anchar. *conſ.*
69. num. 8.

Quartò, cùm dicta Eliſabeth iam ingreſſa fuerit reli-
gionem, & ibi permanſerit, iſta animi deſtinatio 17
quæ deprehenditur ex actu inchoato etiam non fi-
nito, habetur pro opere perfecto & conſummato,
licet non perueniat ad effectum caſu fortuito aut ali-
quo impedimento, *l. cum quidam & l. etſi non ſunt §.*
inf. ff. de auro & argent. lega. & ita in ſpecie de No-
uitio ingreſſo Monaſterium concludit Ancharan. *d.*
conſil. 69. numer. 8. quem refert & ſequitur Menoch.
de priuileg. ad inſtar gloſ. 12. num. 24. ſufficit enim vt
quis in loco poſſit moram trahere, vt ſic iudicetur
tanquam de perpetuo & profeſſo, vt notant DD. *in*
cap. fin. de reſcript. in 6. & ita in ſpecie de Nouitio di-
cit Franc. *in cap. cum nullus in fin.* & ibi Ancharan.
etiam *in fin. de tempor. ordina. in 6.* credendum enim
eſt, quod ingrediens Monaſterium debeat ibi per-
petuò manere & profiteri ſi ſuperuiuat, prout fa-
ceret dicta Eliſabeth niſi morte præueniatur: ita enim
ius præſumit, vt dicit text. *in capit. 2. de regular. in*
6. quæ quidem ſunt deſumpta ad verbum ex dicto
Gratian. *deciſ. 35. num 10.* qui in fortioribus ita de-
cidit.

Poſtremò, quia mens contrahentium in primis 18
inſpicienda eſt, non minus in contractibus quàm in
vltimis voluntatibus *leg. in conditionibus cum gloſ. ff.*
de condit. & demonſtr. leg. cum quæſtio in fin. Cod. de le-
gat. Bald. *in leg. quamuis numer. 7. de fideicommiſs.* Ale-
xand. *conſ. 8. numer. 8. lib. 4.* Socin. iunior *conſ. 36. nu-*
mer. 6. & 7. lib. 3. Mantic. *de tacit. & ambigui. lib. 1.*
cap. 17. numer. 36. at verò hoc caſu ex tenore dona-
tionis & pacti claré elicitur eam pactum hoc reſolu-
tiuum adieciſſe in caſum voluntatis, non autem im-
potentiæ, hoc eſt, ſi rediret ad ſæculum, vt ſcili-
cet eo caſu bonis ſuis ſpoliata remaneret, non au-
tem, ſi morte præuenta, quantumuis voluntatem
profitendi haberet, profeſſionem emittere non poſ-
ſet: ceſſat enim eo caſu ſupradicta ratio; quæ enim
ratio eam mouit ad donandum, voluitque eam do-
nationem reſolui niſi in caſum non factæ profeſſio-
nis, eadem militat quando moritur in monaſterio
cum animo profitendi, caſu tamen impedita, & hæc
videtur mera veritas, mens & intentio contrahen-
tium.

Quæ magis eluceſcent ex contrariorum diſſolutio-
ne, & primum non obſtat id quod dicebatur Nouitium
pro laico haberi, nec videri ingreſſum, nec eſſe Reli-
gioſum quouſque profeſſionem fecerit: nam contra-
riam ſententiam amplexi ſunt multi quos refert Ti- 19
raquel. *de retract. lignag. dict. gloſ. 8. numer. 21. & 22.*
& ſeqq. Surd. *deciſ. 303. num 8.* Crauet. *conſ. 152. num. 4.*

qui

qui poſt Deci. *in c. in præſentia.* teſtatur de magis communi, & quæ ſententia ſecluſo Concilio Tridentino in terminis in quibus loquitur, de quo mox abſque dubio verior eſt ex Cyn. Iacob. de Rauen. & Petro *in authen. ingreſſi C. de ſacro. Eccleſ.* Bartol. *in authen. ſi qua mulier in fin. num. 44. C. eod.* Anton. de Butri. *in cap. in præſentia num. 44. ext. de probat.* Honded. *vol. 1. par. 6. conſ. 94. num. 8.* Lupus *in rub. de donat. inter vir. & vxor.*
20 *§. 38. num. 7.* Gratian. *d. deciſ. 55.* Perſeuerantia enim & conſtantia voluntatis profeſſionis emittendæ, ad quam non niſi caſu, hoc eſt, morte impediente non fuit admiſſa, debet haberi perinde ac ſi eſſet profeſſa, Anchar. *d. conſ. 69. in fin.* quem ſequitur Deci. *in d. authen. ingreſſi numer. 4.* rationibus per eum adductis. Nec obſtat Concilium Trident. ratione cuius in ſuo caſu Honded. *d. conſil. 94.* contrarium reſpondit: nam Concilium procedit tantùm in donatione facta à Nouitio, vel quando bona Nouitij data ſunt vel tributa monaſterio à propinquis vel curatoribus Nouitiorum, vt rectè explicat Menoch. *d. caſu 436. num. 6. & 7.* & ſuprà demonſtratum fuit: qui caſus longè diuerſus eſt à noſtro, & vtriuſque longè diuerſa eſt ratio: nam in noſtro caſu donatio eſt facta antequam ingrederetur religionem, etſi ingreſſura & ea mente, eáque ſub pacto ſeu conditione reſolutiua. At verò in caſu Concilij donatio fit à Nouitio, vel à parentibus ipſius ſub conditione ſuſpenſiua, ſub his verbis, *Ac non aliàs intelligatur effectum ſuum ſortiri niſi ſequuta profeſſione,* quæ inducunt conditionem ſuſpenſiuam, ex Menoch. *d. conſ. 388. num. 15.* quæ propterea cùm conditione non exiſtente numquam profecta validáque fuerit, non mirum ſi profeſſione non ſecuta ob mortem, ſemper inualida maneat, quod ſecus eſt in caſu noſtro, quo à principio fuit perfecta, & tantùm ſub conditione erat reſoluenda.

Deinde reſpondetur quæſtionem non verſari in hoc, an Nouitius ſit Religioſus, & an bona ipſius acquirantur monaſterio, ſed an donatio legitimè facta ob non profeſſionem reſoluenda, ſi ante profeſſionem donans moriatur, reſoluatur, & dicimus non reſolui, quia non ſtetit per donantem quominùs profeſſio fieret, & quæſtio verſatur in hoc, an donatio facta ſit ſub conditione ſuſpenſiua vel reſolutiua, vt primo caſu, ſi ob mortem profeſſio ſequuta non fuerit, ſemper inualida, ſecundo verò caſu ſemper valida maneat. Ad ſecundum reſponſio pendet ex his quę iam dicta ſunt: nam id procedit tantùm, quando donatio eſt facta ſub conditione ſuſpenſiua, non autem quando ſub reſolutiua, vt eruditè docet Menoch. *d. conſil. 388. num. 4. cum ſeqq.* quamuis etiam in primo caſu contra Menochij ſententiam conſuluerit Riminal. vt ipſemet teſtatur.

Non obſtat poſtremum ex Roderico & reſolutione prætenſa Illuſtr. Cardinalium deſumptum: nam præterquam quod d. reſolutio non eſt certa, neque enim eam inuenio in cæteris declarationibus ſiue excuſis, ſiue manuſcriptis, nec eam affirmat Roderic. ſed ſolum ait Paraſſel. id aſſerere, poſito quod ita eſſet, nihil facit ad rem, procedit enim tantùm in donatione facta à Nouitio, de qua in Concilio, quam ſuprà diximus eſſe ſub conditione ſuſpenſiua, & illius ac huius noſtræ diuerſam eſſe rationem.

His omnibus addendum Nouitium intra annum probationis largo modo dici profeſſum *cap. 1. de ſta. monacho.* Rebuff. *in praxi tit. de diſpenſa. cum regula. num. 23.* Gratia. *d. deciſ. 35. num. 15.* 21

ARGVMENTVM:

IN liquidatione legitimæ, & reſtitutione fideicommiſſi, quomodo æſtimandæ ſint reparationes.

SVMMARIVM.

1 *In liquidatione legitima, & reſtitutione fideicommiſſi, reparationes per peritos burgenſes aſtimanda ſunt.*

2 *Et habenda eſt ratio valoris meliorationum vel conſiderata impenſa, vel quantum melioratum, prout magis expedit fideicommiſſario.*

3 *Reparationes vt extant æſtimandæ ſunt.*

4 *Contra rudera tantum aſtimari debent.*

5 *Sed ſi fideicommiſſarius non ſit diues, & eas non erat facturus, nec res venalis ſit, rudera aſtimari debent.*

5 *Sed poſito faciendam aſtimationem reparationum, ea non niſi ex reditibus, & eorum habita ratione facienda eſt.*

7 *Quæ quidem procedunt quatenus impenſæ vtiles ſunt: neceſſariæ enim viri boni arbitratu aſtimanda ſunt.*

8 *Sed nec omnes neceſſariæ exſoluendæ ſunt, ſed tantùm quæ pro reſtaurando ædificio, non quæ pro reficiendo, vel fulciendo ſunt.*

CONSILIVM CXXXV.

I N quæſtione, quæ proponitur agitanda ſiue circa liquidationem legitimæ egregio D. Ioanni Michaeli de Rodes iuxium doctori, in bonis nobilis quondam Michaelis eius patris debitæ per Egregium dominum Pompeium hæredem d. Michaelis ſoluendæ, ſeu reſtitutionem fideicommiſſi domus quam d. Michael dum viueret, habitabat. dicto Michaeli filio per eundem Pompeium faciendam, ratione reparationum quas d. Pompeius tanquam hæres vniuerſalis prætendit ſuum patrem feciſſe, eáſque propterea deducere debere, dicti Michael & Pompeius concordes ſunt, caſu quo conſtet de dictis reparationibus, æſtimationem earumdem faciendam eſſe per peritos ſcilicet dominum Fælicem Gaium & Thomam ab eis pro liquidatione legitimæ nominatos, & bene, ex iuris enim diſpoſitione huiuſmodi æſti- 1
matio per peritos illius qualitatis, & non per peritos muratores & ſimiles fieri debet, iuxta text. gloſ. & DD, *in l. ſi fundum per fideicommiſſum ff de lega 2.* cum concordantibus per Ant. Pinel *in l. 2. par. 3. numer. 28. C. de reſcin. vendi.* & Cagnol. *in d. l. 2. num. 258. cum ſeqq.* & in terminis fusè Simon de Præt. *de interpret. vlt. volunt. lib. 5. tertia & vltima interpret. dub. 1. num. 170. pag. mihi 125.*

Concordes etiam ſunt, quòd caſu, quo non ruderum, ſed reparationum extantium æſtimatio fieri debeat, & facienda eſt, vt ſemper ad fauorem fideicom- 2
miſſarij ſit habenda ratio valoris meliorationum, vel conſiderata impenſa, vel quãtum ſit melioratum prout ei magis expedit, ita vt ſi expenſa ſit in centum & melioratio in quinquaginta, quinquaginta tantùm de-

beantur. Si autem impenſa ſint tantùm 50. meliotarum autem ſit in centum, 50. tantùm debeantur, iuxta teat. *cum gloſ. in l. in fundo ff. de rei vindic.* hanceque ſententiam crebriori calculo in terminis fideicommiſſi receptam atteſtantur Pe. de Petra *de fideicom. q.15. n. 271. verſ. contrarium tamen* & Peregr. *de fideicomm. art. 50. num. 70.*

Controuerſia autem eſt, an ruderum tantùm æſtimatio ſit facienda, an verò reparationum, vt extant, iuxta tamen formam ſuprà præſcriptam ex *dict. l. in fundo.*

Alterum, caſu, quo non ruderum, ſed reparationum, vt extant, facienda ſit æſtimatio, an conſiderandum ſit pretium rei, quanto ſit factum maius ob reparationem, an verò ex reditu rei, hoceſt, quanto redditus ſint facti maiores, dicta æſtimatio ſit facienda.

Quoad primum, controuerſi iuris eſt quæſtio: nam
Bal. *in cap. 1. §. ſi vaſallus tit. hic finit lex*, exiſtimauit
3 reparationum, vt extant, & non ruderum faciendam
eſſe æſtimationem: at verò contra Bald. vt ſcilicet ru-
4 dera tantùm æſtimentur, magis eſſe communem opi-
nionem atteſtatur Bero. *quaſt. 96.* poſt *num. 4. verſ. ſi ve-*
5 *rò feudum.* ſed quidquid ſit in quæſtione generaliter
propoſita, in hoc videntur conuenire DD. quod ſi fideicommiſſarius non ſit diues, ita vt ſine magno eius detrimento reddere non poſſit reparationes, & eas non erat facturus, & res venalis non habeatur, quòd ruderum ſit facienda æſtimatio, aut permittendum hæredi vt eas tollat ſine rei detrimẽto ex traditis per Pereg. *d. art. 50. num. 31. & 46.* poſt gloſ. Bartol. Angel. & alios *in l. ſin autem §. fin. ff. de rei vendi.* & in terminis docet de Petra *de fideicomm. quaſt. 15. num. 277. & 278.* concordando in *d. num. 278.* opiniones contrarias; & quam ſententiam veram eſſe conuincitur ex *dict. l. in fundo num. 2. reſpon. & in l. niſi venalem ff. eod. l. ſi ſeruos ff. de pignera. acti. & in l. quod ſi hæres ff. de impenſis.* quæ omnia in hoc caſu concurrunt; dictus enim Ioannes Michael non habet niſi ſuam legitimam in bonis paternis, cuius pars in capitalibus penſionum in Prouincia exiſtentium exſoluenda eſt, quæ quàm difficilia ſint exactionis, & quanti ſumptus ad id faciendi ſint, notorium eſt. Non erat quoque facturus huiuſmodi expenſas, tum ob tenuitatem eius facultatum, ſolius ſcilicet legitimæ, tum quòd domus, vt extabat ante reparationes; amplior & ſufficientior eſſet, quàm illi opus ſit ad habitandum: denique etiam quia perpetuo fideicommiſſo ſubiecta. Ex quibus etiam ſequitur rem non fuiſſe venalem, ſicut nec ipſe Michael, caſu quo poſſet illam irreuocabiliter alienare, declarat iam non fore alienaturum.

Ad ſecundum dato iam citra præiudicium veritatis,
non ruderum, ſed reparationum, vt extant, æſtimatio-
nem eſſe faciendam, quod non credo, ea certè non ni- 6
ſi ex redditibus & eorum ratione habita facienda eſt, teat. ſunt clari *in d. l. ſi fundum, cum gloſ. in ver. ſecundum redditum de lega. 1. & l. ſi fundus cum gloſ. in ver. pro fructuum ff. de reb. eorum*, gloſ. *in l. ſi quos, in verſ. æſtimentur*, quæ interpretatur textum *C. de reſcin. vendi.* & docent ac tradunt Ioan. de Plate. *in l. 2. in princ. verſ. ſecundum C. de prædi. & omni. reb. nauicul. lib. 11.* Ari. Pinel. *in l. 2. in 3. par. num. 28. cap. vlt. Cod. de reſcin. vendi.* Burſat. *conſil. 84. num. 15. cum ſeqq.* præſertim *num. 17. lib. 1.*

Quæ quidem in noſtro caſu certiſſima ſunt, quo
perpetuum fideicommiſſum eſt inductum, neq; enim
aliter d. Michaeli vtiles eſſe poſſunt, niſi quatenus red-
ditus ex illis poteſt eſſe maior, quod ex natura repara-
tionum vtilium & exemplis, quæ pro illis ſolent dari
in l. vtiles ff. de peti. hered. in l. veluti ff. de impen. in re. do-
ta. fac. veriſſimum eſſe conuincitur, & quæ quidem 7
omnia procedunt quatenus impenſæ, quæ prætenduntur factæ, vtiles ſint, nam ſi aliquæ adeſſent neceſſariæ, quod non creditur, non procederet quidem in illis *d. l. in fundo*, vt ibi per Bart. *ſub num. 6.* & Angel. *col. vlt. verſ. nota bene.* ſed nec tamen in illis omne quod expenſum eſt, eſſet exſoluendum, ſed viri boni arbitratu (vt verbis Papiniani vtar) ſumptuum rationibus deductis & ædificiorum ætatibus (hoc eſt, quantitate, menſura, modulis, & qualitate, vt ibi DD. interpretantur & nouiſſimè Cuiac.) examinatis æſtimandæ *l. domos ff. de le-*
ga. 1. quod arbitrium multa in ſe complectitur, inter
alia vt veteris ædificij, nec non ruderum pretium de-
ducatur, vt eruditè Cuia. *in d. l. domos.* ſed nec omnes 8
neceſſariæ ita æſtimatæ exſoluendæ ſunt, ſed tantùm ex quæ pro reſtaurando ædificio, non quæ pro reficiendo vel fulciendo fiunt, has enim poſteriores non repetit hæres, Papinia. *in l. ſumptus de lega. 1.* quæ coniungenda eſt cum *dict. l. domos.* & illius interpretatio petenda à Cuiacio ad *dict. leges.*

ARGVMENTVM.

AN cum emitur vna res de directo dominio diuerſorum, vel plures res diuerſorum dominorum, vnus ex dominis partem, vel rem quæ mouetur de ſuo dominio, retinere poſſit.

SVMMARIVM.

1. *Cùm emitur vna res directi dominij diuerſorum, vel plures res diuerſorum, vnus ex dominis directis non poteſt partem, vel vnam rem ex pluribus retinere.*
2. *Contra.*
3. *Conciliantur opiniones vt dominus directus poſſit partem, vel rem, quæ de ſuo dominio mouetur, retinere. Si tamen emptor nolit reliquas partes, vel cæteras res habere, cogatur dominus omnes recipere.*
4. *Si emptoris interſit.*
5. *Alias ſecus.*
6. *Ex diuiſione inter cohæredes regulariter, nec ius prælationis, nec laudimium competit, cùm ſcilicet res quæ commodè diuidi non poteſt, vni adiudicatur.*

CONSILIVM CXXXVI.

DVBIVM proponitur in lite, quam habet admodum Illuſtris & potens dominus Roſtagnus de Anſedunia dominus Caderoſſiæ contra N. Tacuſſol ratione molendini papyri, quod iure prælationis d. dominus Caderoſſiæ retinere prætendit, an ſcilicet id facere poſſit, cùm ad d. Tacuſſol tanquam filium & cohæredem patris ſui pars d. molendini ſpectaret,

ſtatet, & reliquas partes per ceſſionem fratrum ſororúmve ſuarum mediante pecunia conſecutus fuerit, & forſan alia etiam bona paterna hæreditaria eodem
1 modo & vnico pretio ſiue ſumma adeptus ſit. Reſolutio dicti dubij pendet ex ea quæſtione, an cùm emitur res emphyteuticaria directi dominij diuerſorum, vel plures res emphyteuticariæ diuerſorum dominorum emuntur, vnus dominus directus poſſit partem in vna re ſibi competentem, vel vnam rem ex pluribus venditis, quæ ſit de ſuo directo dominio, iure prælationis retinere reſtituto pretio pro rata partis rei retentæ, Guid. Pap. *quæſt.* 508. exiſtimauit non poſſe, per
2 rationes per eum allegatas Oldr. *conſ.* 24. & Berbo. *in ſuo viatorio tit. de locato.* tenuerunt contrarium, Chaſſan. *in conſuet. Burgun. rub. des cenſes* §. 1 *verſ. retenue num.* 4. rationes & doctores hinc inde contrarium tenentes
3 refert, & nihil concludit: vera & recepta ſententia, qua dictæ opiniones contrariæ conciliantur, eſt, vt dominus directus poſſit quidem partem rei communis, vel rem, quæ eſt de eius directo dominio retinere, ſi tamen emptor nolit reliquas partes vel cæteras res habere, velitque eas dicto domino iure prælationis vtenti remittere, cogatur dominus omnes recipere & integrum pretium reſtituere, vt docent Ripa *in l. quominus num.* 142. *ff. de flumin.* Tiraq. *de retract. ligna* §. 11. *gloſ.* 7. *num.* 4. & §. 23. *gloſ.* 1. *num.* 4. & Amed. à Ponte *in quæſt. laudi. quæſt.* 23. *circa fin.* atque ita intelligendus eſt Guid. Pap. dum ait retinere non poſſe partem, ſcilicet ſi emptor velit omnia remittere, quando ſcilicet . . . erſit ipſius 4
ne vel pars, vel vna res tantùm retineatur: nam ſi ipſius non intereſſet, eo etiam caſu dominum directum par- 5
tem rei communis, vel rem vnam ex pluribus venditis, quæ de ſuo dominio directo eſt, retinere poſſe, nec cæteras, quas emptor remittere vult, accipere cogi Amed. *d. loco* contendit. Ideóque hoc caſu d. dominus Cadetoſſiæ, ſi velit partes, quas d. Tacuſſol ex remiſſione fratrum vel ſororum habuit, retinere, cogetur quoque cæteras partes nec non alia bona, ſi quæ remiſſa ſunt, accipere.

Sed ſummopere actus remiſſionis & ceſſionis iurium per fratres ſororéſque dicti Tacuſſol factæ conſiderandi ſunt, an ſcilicet mediante pecunia eorum iura conſecutus ſit, quia regulariter ex diuiſione in- 6
ter cohæredes facta, neque vis prælationis, neque laudimium competit, vt docet Chaſſan. *d. loco num.* 6. *circa fin.* quod tamen intelligendum eſt, cùm vna res, quæ diuiſionem commodè pati non poteſt, vni fratrum adiudicatur.

ARGVMENTVM.

AN Canonici regulares Eccleſiæ Prioratus ſancti Donati potuerint appellare, tanquam ab abuſu, propter vnionem dicti Prioratus factam Collegio Turnonenſi.

An ex dicta vnione dentur caſus, in quibus appellatio tanquam ab abuſu admittatur.

SVMMARIVM.

1 *Is, cuius non intereſt, non poteſt appellare.*
2 *Per vnionem vnius Eccleſiæ ad aliam non alteratur ſtatus Eccleſiæ.*
3 *Mandantes geſtis per procuratorem ſtare tenentur.*
4 *Mandatum ante præſtitum conſenſum reuocari poteſt.*
5 *Quouſque tamen intimata ſit reuocatio, tenent geſta per eum.*
6 *Poſt ſententiam & poſſeſſionem vnio dicitur effectum ſortita.*
7 *Mandans poſt conſenſum procuratoris contrauenire non poteſt.*
8 *Geſta per procuratorem, cenſentur geſta per mandantem.*
9 *Ter . . . non ſunt audiendi.*
10 *Intereſſe inferiorum collatorum non eſt conſiderabile, quando vnio fit authoritate ſummi Pontificis.*
11 *Appellationes tanquam ab abuſu à quo tempore introducta ſint in Gallia, & quibus in caſibus permiſſæ.*
12 *Vnio fit tribus potiſſimum modis.*
13 *Penſio per ſummum Pontificem vſque ad dimidiam fructuum imponi poteſt:*
14 *Quamuis conſuetudine Gallica tertiam excedere non poſſit.*
15 *Quæ tamen conſuetudo non procedit in patria iuris ſcripti.*
16 *Nec propter exceſſum redditur nulla, ſed reducibilis inſtante ſucceſſore per obitum reſignatarij: Ipſe enim illo ſtare tenetur.*
17 *Commendatarius perpetuus habetur vt titularis.*
18 *Sum. Pontifex ſine conſenſu inferioris collatoris, imò illo inuito poteſt vnionem facere.*
19 *Beneficia per regulas Cancellariæ reſeruata, ſi vacent ſede vacante, non ſunt reſeruata.*
20 *Valor beneficij, cui fit vnio, exprimendus eſt, ſi vnio fit beneficio particulari, ſecus ſi alicui menſæ vel corpori.*
21 *Poſſeſſio beneficij vniti propria authoritate capi poteſt.*
22 *Clauſula* vocatis vocandis *operatur apertionem oris, & facit vt clauſula,* quod de ſubreptione *nihil operetur, & narrata ſint verificanda.*
23 *Ad minus dat facultatem impugnandi gratiam & allegandi ſubreptionem.*
24 *Beneficia diuerſarum diœceſium de iure communi vniri poterant: in Gallia tamen requiritur conſenſus Regis.*
25 *Beneficium regulare ſæculari per Papam vniri poteſt.*
26 *Maximè, ſi in commendam poſſeſſum fuerit.*
27 *Vocatio eorum qui ſunt ſub beneficio vnito, non eſt neceſſaria.*
28 *Poſſeſſio Eccleſiæ parrochialis die feſto ſumi debet.*

CONSILIVM CXXXVII.

PERLEGI diligenter documenta, quæ ad me Turnone tranſmiſſa fuerunt, circa litem in Senatu Gratianopolitana vertentem, ratione appellationis, tanquam ab abuſu, à Canonicis regularib. Eccleſiæ Prioratus ſancti Donati interpoſitæ, & cui ſe iunxerunt Præpoſitus & Capitulum Eccleſiæ ſancti Laurentij de Vlciis, ob bullas vnionis d. Prioratus ſancti Donati à S. D. N. Papa emanatas 29. Iulij 1614. in fauorem Collegij Societatis IESV Turnonien-

cti, & ſententiam executionis dictatum bullatum per officialem Reuer. Archiepiſcopi Vienen. commiſſarium ad hos fines deputatum, latā die 24. Martij 1615. & miſſionem in poſſeſſionem Rectoris dicti Collegij ſeu eius procuratoris die 29. dicti menſis & anni ſecutam, & ne quid differam de multis quæ parte procuratoris d. Collegij contra d. appellationem proponuntur, quòd nimirum non conſtet de legitimo mandato domino Vilare, qui eam interpoſuit, quòd generaliter concepta ſit abſque ſpeciali abuſus expreſſione, quòd nō fuerit intimata dicto Rectori, quòd nulla illius mentio facta fuerit, dum poſſeſſio caperetur, ſed ſolum Canonici ſe oppoſuerint, ideóque videantur dictæ appellationi renuntiaſſe, & ſimilia, de quæſtione principali tantùm agam, an ſcilicet ratione d. vnionis & inde ſecutorum tanquam ab abuſu appellari potuerit, pro cuius faciliori & certiori reſolutione duo capita ſtatuenda ſunt, & de iis ſeparatim diſſerendum; vnum, an dicti Canonici appellare dictúſque Præpoſitus & Capitulum appellationi ſe iungere potuerint. Alterum, caſu, quo habuiſſent legitimam perſonam appellandi, an dentur caſus ex d. Vnione, & inde ſecutis reſultantes, in quibus appellatio ab abuſu admittatur.

De primo quidem primum, quod de perſonis prius diſquirendum ſit quàm de rebus, quódque huiuſmodi inſpectio præiudicialis ſit alteri, nam ſi legitimam perſonam appellandi non habuerint, in vanum quæreretur, an adſint caſus, pro quibus appellari debeat.

Et quidem quoad dictos Canonicos regulares ſan-
1 cti Donati certum videtur eos appellare non potuiſſe, quandoquidem is, cuius non intereſt, non poteſt appellare, Alex. *conſ. 89. num. 8. lib. 1. cap. omnis oppreſſus 2. q. 6. doctores in cap. vt debitus per illum text. de appellati.* appellatio enim introducta eſt ad reparandum grauamen *l. 1. ff de appellati.* & regula eſt, quod non datur appellatio non grauato. Innoc. *in cap breui de iureiu.* Bald. *in l. poſt ſententiam num. 4. verſ. illud eſto C. de ſenten. & inte. om. iudi. & in l. fin. numer. 2. verſ. ſed hoc falſum, C. quando prouo. non eſt neceſ.* & generaliter non auditur quis in iudicio ſi eius non intereſt de illa cauſa, *leg. ex conuentione,* & ibi Alex. & Deci. *C. de pact.* Roma. *conſil. 499. in princ.* at verò dictorum Canonicorum non intereſt, an d. vnio facta ſit necne, ea enim non obſtante eorum iura, redditus, emolumenta, priuilegia, exemptiones & omnia quæcumque maneant integra & illibata, perinde ac ſi vnio facta non fuiſſet, quæ ſolum quoad Prioratum eiúſque redditus & iura non quoad iura dictorum Canonicorum facta fuit, quod ex clauſula d. Bullæ in his verbis concepta, *Volumus autem quod propter vnionem, annexionem & incorporationem huiuſmodi Eccleſia dicti Prioratus debitis non fraudetur obſequiis, ſed eius congruè ſupportentur onera conſueta,* euincitur, necnon quòd cùm d. Præpoſitus & Capitulum declarationem feciſſent pro conſeruatione iurium dictis Canonicis competentium die 12. Iulij 1614. eáque intimata fuiſſet d. Rectori 26. Aprilis 1616. et ſtatim acquieuit, nec aliam fuiſſe mentem declarauit, quin imò 26. Februar. d. anni paratus fuit conſentire arreſto, quod vocant, *d'expedient,* quo de conſenſu procuratorum & aduocatorum hinc inde partium & conſilio domini procuratoris Regij attenta declaratione d. Rectoris (qua aſſerebat extinctionem ordinis in d. Prioratu intelligendam eſſe ſolum de Priore & Prioratu, & quod ipſius intentio non eſſet quidquam attingere circa Religioſos ipſorúmq; redditus aut regulas inſtitutionis vllo modo) d. Canonici diſcederent & renuntiarent d. appellationi ſine expenſis.

Quæ quidem adeò vera ſunt, vt quamuis d. clauſula in dictis bullis non adeſſet, nec d. Rector huiuſmodi declarationem feciſſet, quam tamen & fecit & de nouo paratus eſt facere, quoties opus fuerit, nihilominus d. vnio ita ſemper intelligenda eſt, vt ſcilicet quoad Priorem, Prioratúmque eiúſque iura, non quoad dictorum Canonicorum & aliorum quorumcumque iura cenſeatur facta, ſuúmque ſortiri poſſit effectum, nam de iure per vnionem vnius Eccleſiæ ad aliam non alteratur ſtatus Eccleſiæ, ſed debet in tali 2
Eccleſia more ſolito deſeruiri, & illius iura manent illibata, Abbas per text. *ibi in cap. expoſuiſti num. 7. de praben.* Rota *deciſ. 133. num. 15. par. 2. diuerſorum,* & fuit dictum in vna Virdunenſi Decanatus de an. 1580. vt refert Nicolaus Garcias *de benefici. par. 12. num. 35.* & tantum abeſt vt dicti Canonici aliquod intereſſe prætendere poſſint, quin potius maxima ſentient commoda, & gratias Deo agere debent, quod d. Prioratus d. Collegio ſit vnitus, nam vt accepi, à 200. annis per ſæculares Commendatarios Prioratus poſſeſſus fuit, qui nullam ipſorum regulæ normam vel curam habebāt, nec niſi redditus & emolumenta quanto maiora perciperent, inuigilabant: iam verò per vnionem huiuſmodi per Religioſos Societatis IESV d. Prioratus eiúſque iura regentur, quorum opera in ſpiritualibus per prædicationes, exhortationes, confeſſiones, conuerſationem & alia huiuſmodi dicti Canonici multum iuuabuntur, redditus verò & iura temporalia, eorumdem manent vt ante vnionem, imò magis certa, quo enim dictæ Societatis Religioſi ſunt religioſiores, tum ratione inſtituti ſui, tum vt cæteris ſint exemplo, eò exactiùs curabunt, vt iura d. Canonicorum illibata maneant, néve ipſi nullam conquerendi cauſam habeant.

Et planè cùm dicti Canonici iam inde appellaſſent tanquam ab abuſu de an. 1614. & ſimul ea de re contuliſſent cum d. Rectore 22. Iulij d. anni, & ipſorum non intereſſe, an d. vnio fieret, cognouiſſent, per ſcripturam priuatam per ipſos ſignatam ab omni oppoſitione receſſerunt, ideóque d. vnioni factæ vel faciendæ reipſa acquieuerunt. Quæ, bone Deus, ratio iam eos mouere potuit, vt de nouo tanquam ab abuſu appellarint? ſed quidquid ſit, acquieuerint, vel non, ſat eſt, quod ex ſuperioribus patet ipſorum non intereſſe, an vnio facta ſit nécne, nec vllum inde illis præiudicium naſci.

Quoad verò d. Præpoſitum & Capitulum ſancti Laurentij de Vlciis, non habent etiam legitimam perſonam interponendi d. appellationem vel ei adhærendi & ſe iungendi, quandoquidem de ipſorum conſenſu d. vnio facta fuit inſequendo deliberationem dicti Capituli, vt conſtat de deliberatione quidem Capituli 5. Maij 1614. de mandato autem per deputatos à Capitulo facto die 6. eiuſdem menſis & anni procuratores in mandato nominati tam Romæ, dum vnio impetrabatur, quàm etiam poſtea corā d. Officiali Vienen. antequam ſententia ſuper executione bullarum ferretur, conſenſum legitimè præſtiterunt, vt patet tam ex tenore d. bullarum, quàm ex actis coram dicto Officiali factis, & quod plus eſt, conſenſus dicti Præpoſiti & Capituli fuit geminatus: In d. enim declaratione 12. Iunij 1614. in fauorem Canonicorum regularium ſancti Donati facta, vt ſcilicet eorum iura remanerent illæſa, ſatis clarè demonſtrarunt ſe velle, vt d. vnio quoad Priorem Prioratúmque fieret, & cùm procuratores ſemel conſenſum præſtiterint, non potuerunt Præpoſitus & Capitulum contrauenire, aut pro- 5
curatorem ab eóve geſta reuocare, ſed omnibus geſtis per eum ſtare tenentur, Pute. *deciſ. 106.* Gabri. *conſ. 144. lib. 3.*

*lib.1.num.*4. Burſar.*conſ.*395.*vol.*4. & eſt communis DD. ſententia ex Parif. *de reſigna benefic.lib.9.quæſt.*25.*num.*
4 4. & quod magis eſt, etſi ante præſtitum conſenſum in Camera & Cancellaria mandatum reuocari poſſit,
5 Rebuff.*in ſua praxi tit.de reuoca.procurato.* Hoc tamen procedit ſolùm, ſi reuocatio ſit intimata, alioquin valet renuntiatio vel vnio facta per procuratorem reuocatum, ſi ante ſcientiam reuocationis præſtitit conſenſum formalem, *clem.vni.de renuntia.* & ibi gloſ.*in verb. teneat*, Zabarel. Imo. Gemi. & communiter DD. *in cap. vlt.§.vlt.de procurato.* Rebuff *d.loco num.*a.10. Selua *in tract.de benefic.par.3.quæſt.16.in princ.* Roſinta *de benefi. cap.*24.*num* 1. Parif.*d.quæſt.*25.*num.*12.*&* 17. vt inde concludatur, nullam eſſe habendam rationem reuocationis conſenſus factæ per dictum Præpoſitum & Capitulum 26. Februa. 1616. idque præſertim quod d. reuocatio fuit facta nedum poſt conſenſum, & Romæ & coram d. Officiali Viennenſi præſtitum, ſed quod ma-
6 gis eſt, poſt perfectam vnionem, ſcilicet poſt ſententiam executionis eiuſdem latam, & poſſeſſionem ſecutam, quo demum tempore vnio dicitur effectum ſortita, gloſ. *ad regul.*12. *Cancel.* quæ apud eum eſt 11. Mandoſ.ibid. *quæſt.*5. Horeda *de encompa.benefic.2.par. cap.3.num.*21. Garcia *d par* 12. *cap.2.num.*251. Nec obſtat, ſi dicatur d. Præpoſitum & Capitulum noluiſſe ratificare geſta per procuratorem, imò reuocaſſe non obſtante promiſſione quam fecerant de ratum & gra-
7 tum habendo: nam non opus fuit aliqua ratificatione, ſed ſufficit, quòd procuratorem ad conſentiendum conſtituerint, & is in vim mandati conſenſerit, poſt quem conſenſum nullo modo contrauenire potuerunt, Flami. *d.quæſt.*25.*num.*4 *&* 6. Burſat. *d conſil.*395. *vol.*4. & promiſſio de ratum & gratum habendo adeò obligat d. Præpoſitum & Capitulum, vt abſque nulla alia ratificatione, geſtis per procuratorem ſtare, eáque præcisè & exactè obſeruare teneantur, Marta *tract. de clauſu* 94. præſertim iuncta promiſſione de non contraueniendo, Gemini. *conſil.*29. *num.* 3. Marta *d. tract. clauſu.* 95.

Non obſtat, etiam ſi dicatur, ſolum Prępoſitum cum tribus Canonicis mandatum ad conſentiendum feciſſe, nam Capitulum eam facultatem illis conceſſerat & ad hoc deputati fuerant per concluſionem dicti Ca-
8 pituli, idcòque geſta per ipſos cenſentur per Capitulum geſta, & procurator per ipſos conſtitutus per Capitulum cenſetur conſtitutus, notatur *in l. ſi mandaſſem ff.mandat.*

Non obſtat, ſi furſan dicatur d. concluſionem Capituli non fuiſſe per Secretarium eiuſdem ſignatam, quod tamen mihi non conſtat, ſufficit enim quod per Canonicos fuerit ſignata, nam huiuſmodi ſiue publica, ſiue priuata tantùm dicatur, non propterea minus deputatio in ea contenta & facultas deputatis data valet & tenet, neque enim ſignatura ſecretarij, ſed conſenſus Capituli de quo per ſignaturam Canonicorum conſtat, validam reddit deputationem, & huiuſmodi facultatem tribuit, vt notorium eſt.

Ex quibus concluditur, dictos Præpoſitum & Capitulum non potuiſſe ſe d. appellationi iungere, quippe qui conſenſui per ipſos præſtito contrauenire non poſſint. Rurſus & ſecundò denegatur ipſis d. poteſtas appellandi, vel appellationi ſe iungendi, quinimò à li-
9 mine iudicij ſunt repellendi, nec vllo modo audiendi, quia ſunt periuri, Anto.de Butri. *in cap. intelleximus in fin. de iudi.* Anchar. *conſil.*382. retento ordine *num.*14. *& ſeq. verſ. deſcendo ad quintum.* Afflict. *deciſ.*322.*per tot.* periuros verò eſſe paret ex tenore mandati per d. Præpoſitum & deputatos facti, quo iurauerunt & promiſerunt habituros ratum quidquid per procuratores eſſet geſtum, & non contrauenire in futurum.

Poſtremò, non habent legitimam perſonam d. appellationem interponendi, quia nullum ex d. vnione ipſis fit præiudicium, & intereſſe ceſſante, appellare non poſſunt, vt diximus ſuprà ex Alex. *conſ.*89.*num.*8. *lib.*1. Intereſſe verò non habere conſtat ex eo quod prouiſio, correctio, & alia in Canonicos iura ad Priorem; non ad ipſos ſpectant, vt ex documentis in actis productis euincitur. Sed poſito, citra præiudicium veritatis, quòd huiuſmodi iura vel alia non ad Priorem, ſed ad ipſos ſpectarent, non poſſent ex vnione prætendere intereſſe, quia vnio cenſetur facta, quoad Priorem & Prioratum, illiúſque iura, tantùm remanentibus iuribus ad alios pertinentibus illibatis, & in priſtino quo ante vnionem erant, ſtatu, tam ex mente Bullarum & declaratione d. Rectoris, quàm ex iuris diſpoſitione, vt ſuprà demonſtratum fuit ex Abba per text. *ibi in cap. depoſuiſti num.*7.*de praben.* & Rot.*deciſ.*133.*n.* 15.*par.*2. *diuerſo.*

Quod ſi dicatur intereſſe ipſorum in eo conſiſtere, quòd iure conferendi d. Prioratum in caſum vacationis per huiuſmodi vnionem priuentur, reſpondetur primùm non conſtare collationem Prioratus ad ipſos ſpectaſſe, & caſu quo ſpectaſſet, id ius inutile redditum fuiſſe, quod iam à 200. vel ſaltem vltra 100. annos ſolitus ſit dari in commendam, nec creditur eos vllam vnquam collationem de d. Prioratu feciſſe. Sed dato quod huiuſmodi ius ipſis competat, quódque collationes etiam nunc non facta vnione facere poſſent, illud intereſſe non eſt cõſiderabile cùm agitur de vnione per ſummum Pontificem ſeu ex commiſſione eiuſ- 10
dem facta, Nauar.*conſ.*10.*num.*1.*de offi.delega.* Garcia.*d. cap.*2. *num.*151. nec clauſula, *vocatis quorum intereſt*, id importat, quidquid aliqui in contrarium dicere voluerint, Garcia. *d.num.*151. nec Rectoris beneficij, non obſtante clauſula, *vocatis qui fuerint vocandi*, vt fuit dictum in vna Segobienſi, referente & verum aſſerente d. Garcia *d.cap.*2.*num.*216.*&* 217. nec Epiſcopi aut inferioris collatoris, Rebuff. *conſ.*20. *verſ. quinto reſpondetur.* Garcia. *d.cap.*2.*num.*217.*& ſeqq.* cuius rei eſt manifeſta ratio, quòd in Epiſcopis & inferioribus collatoribus & beneficijs omnibus ſummus Pontif. habeat plenam poteſtatem *c.2.de praben.in 6.* Horeda *d.tract. c.3.n.7.* & fuſiùs poſtea dicetur.

Ex quibus omnibus concluditur d. Canonicos regulares, Præpoſitum & Capitulum non habuiſſe legitimam perſonam d. appellationem interponendi, aut ei ſe iungendi, eáque iuuandi. Atque hęc quidem quoad primum noſtræ diſputationis caput.

Quoad verò ſecundum, quo præſuppoſita, citra pręiudicium veritatis, legitimitate perſonarum, quæritur, an in d. vnione, eiúſque executione ſubſint aliqui caſus, ratione quorum ſolet appellari tanquam ab abo- 11
ſu, præſupponendum eſt, appellationes huiuſmodi tanquam ab abuſu introductas in Gallia à tempore Ludouici XII. vt docet Paſquier *en ſes recherches lib.3. c.27.* non paſſim permiſſas eſſe, ſed tantùm in quinque caſibus. Primò, ſi nimium quid fiat contra iuriſdictionem regiam aut laicalem: Secundò, ſi contra antiquam immunitatem & libertatem ſubditorum Regis: Tertiò, ſi magiſtratus laici in præiudicium & diminutionem iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, aut libertatis priuilegiorũ & authoritatis Clericorum ordinent: Quartò, ſi cõtra decreta Conciliorum vel ſummorum Pontificum: Quintò, ſi contra ordinationes regias aut Areſta ſupremorũ Senatuum, Papon *lib.19.arreſt.1.* Chopin. *de ſacra politi.lib.2. tit.4. M. le maiſtre des appellat. comme d'abus.* Paſquier *d.lib.3.* Rurſus præſupponendum eſt, quod cùm vnio tribus modis potiſſimum 12

Digitized by Google

fiat, vt tradit gloſ. *in cap. & temporis 16. q. 1. & in cap. 1. ne ſede vacan. ver. vniendo.* Rebuff. *in tit. de vnio. num. 11.* Grego. *de benef. cap. 20. num. 2.* Hanc, de qua agimus, eſſe ſecundi modi, cùm ſcilicet vna Eccleſia alteri ſubijcitur, ſeu vnum beneficium alteri acceſſoriè vnitur, quod probatur ex eo quod in Bulla dicitur dict. Prioratum d. Collegio vniendum, annectendum & incorporandum, quibus verbis probari vnionem factam docet Garcia *d. c. 2. n. 55.*

His præſuppoſitis, exiſtimo nihil in vnione, de qua quæritur accidiſſe, ratione cuius appellari poſſit tanquam ab abuſu, quod ſi ſingula, quæ in contrarium proponuntur percurramus, verum eſſe conſtabit.

Primò, deducitur abuſus ex eo quòd penſio per d. Choſſon Priorem reſignantem ad fines d. vnionis reſeruata excedat tertiam partem redditum, imò dimidiam, quod tamen verum non eſt; ad hoc reſpondetur hoc, nihil ad abuſum circa vnionem, nec quidquam refert quoad appellantes, ſi penſio ſit exceſſiua necne,
13 ſolùmque Collegium ea de re conqueri poſſet, ſed & quoad ipſam met penſionem, verius eſt ſummum Pontificem vſque ad dimidiam fructuum penſionem imponere poſſe, vt *in extra. ſuſcept. de elect. in extra* Ioan.
14 XXII. Gigas *de penſio. q. 9.* Et quamuis conſuetudine Galliç receptum ſit, vt non niſi ad tertiam partem imponatur, Robet. *lib. 1 rerum iudic. cap. 7 in fi. fol. 49.* Imber. *in enchi. ſub ver. penſion pa. 224* Chopin. *lib. 3. de ſa-*
15 *cra polit. tit. 2. num. 15. & ſeq.* tamen hoc ſolum in patria conſuetudinaria, non verò iuris ſcripti, qualis notoriè eſt Delphinatus, teſtatur Rebuff. *in praxi lib. 1. tit. de re-*
16 *ſerua. num. 5. 16. 17.* ſed & quoque vbi penſio non poteſt excedere tertiam partem, nō propterea dicetur nulla, ſed ſolùm eſt reducibilis ad tertiam partem, Coſſado. *de penſio. deciſ. 4. num. 4. Additio ad Louet ſub lit. A. cap. 30. ſub lit. P.* reducibilis inquam, inſtāte ſucceſſore per obitum reſignatarij qui conſenſit penſioni, non autem per ipſum reſignatarium qui omnino reſeruationi pēſionis, etſi exceſſiuæ, ſtare tenetur propter datam fidem, vt plurimis Senatus Pariſien. & aliorum Arreſtis definitum refert Louet *d. cap. 30.* qui etiam contendit, nec ſucceſſorem per reſignationem eius qui conſenſit dictam penſionem, tanquam exceſſiuam, impugnare, & eam reduci petere poſſe, & neutrum ad appellandum tanquam ab abuſu admittendum.

Secundò opponitur nō eſſe vim faciendam in conſenſu dicti Præpoſiti, attento quòd eſt tantùm Commendatarius, nec etiam Capituli, quia tres tantùm ex eo mandatum ad conſentiendum fecerunt. Reſpon-
17 detur quoad Præpoſitum Commēdatarios perpetuos, & ſic ratione perſonæ non Eccleſiæ factos, de iure haberi vt titulares, cēteríque & reputari titulares & ideo diſpoſitio & iura loquentia de titularibus, ſeu de veris Prælatis habent locum in illis, Sarnen. *quaſt. 5. de triennа quaſt. 4. de publican.* Probus *ad Monac. in cap n. 16. de electior lib. 6.* ſutè Garcia *par. 4 cap. 4. num* 48. eandem que habent poteſtatem in his quæ reſpiciunt adminiſtrationem & iuriſdictionem quam titulares, Nauar. *conſil. 9. num. 2. de praben. lib. 3. & conſ. 2. de clandeſt. deſpon. lib. 4.* Roderic. *quaſt. regul. to. 2. q. 25. art. 27.* poſt multos quos refert.

Quoad tres Canonicos, ij iuxta facultatem ſibi à Capitulo datam 5. Maij 1614. ſequenti die procuratorem ad conſentiendum fecerāt; rurſuſque omnes ſimul nemine diſcrepante conſenſerunt quoad prædictum Prioratum in declaratione quam fecerunt in fauorem Canonicorum regularium eiuſdem 12. Iunij de d. anno. Denique in reuocatione, de qua ſuprà 23. Febru. 1616. facta (quam tamen facere non potuerūt) fatentur omnes ſe d. vnioni conſenſiſſe, ita vt ex his omnis difficultas tollatur. His adde quod Sanctiſs. Pontifex potuit 18
ſine conſenſu inferioris collatoris, imò illo inuito d. vnionem facere, vt in terminis docet Rebuff. *in praxi lib. 1. in regu. de vnio. gloſ. 11.* nec Capituli conſenſus requiritur, vt ſuprà dictum fuit.

Tertiò opponitur fructus Collegij, cui Prioratus vnitur, neque in Bulla neque in executione eiuſdem fuiſſe expreſſos, qui tamen exprimi debuerunt, *ex regu. Cancella. 21.* Reſpondetur, primò non eſſe caſum abuſus, cùm de iure communi hoc nō requiratur, ſed tantùm per regulas Cancellariæ, quæ à mera voluntate ſummi Pontif. pendent, & non niſi à tempore Ioan. XXII factæ, morte cuiuſque Pontificis extinguuntur, & non niſi poſt aſſumptionem noui Pontificis & earumdem nouam publicationem vires reſſumūt, ita vt 19
beneficia per d. regulas reſeruata, ſi ſede vacante vacent, non ſint reſeruata & ab Ordinariis conferri poſſint Sarnen. *in regu. Cancell. in proœſ. quaſt. 1. & q. 2 fol. 14.* Mandoſ. *ad regul. 1. reſerua. quaſt. 1.* ita quod nullus abuſus ex derogatione d. regulæ dari poſſit. Secundò 20
reſpōdetur, expreſſionem valoris beneficij cui fit vnio, tantùm faciendam eſſe, quando alicui beneficio particulari aliud vnitur, ſecus eſt, ſi vnio fiat mēſæ vel Collegio, Capitulo vel corpori alicui, Rota *deciſ. 8. & 13. de reb. Eccleſ. non alienan* & in terminis docet Rebuff. *d. regu. de vnio. gloſ. 8.* quod propter difficultatem probationis dicti valoris & inuolutiones, quæ inde fierē, inductum fuit, & ſtilus ita ſeruat, vt numquam fructus Capituli Collegij vel corporis cui vniuntur beneficia, exprimantur, & nominatim in beneficiis vnitis Collegiis Societatis IESV Auenioni, Turnoni & aliis ciuitatibus erectis, Bullaque ita conceptæ per Parlamenta & ſupremos Senatus fuerunt receptæ, & homologatæ, non eſt omittendum redditus Collegij Turnonen. tantum abeſſe, vt aſcendat ad ſummam, quæ ex aduerſo præſupponitur, quin potius dict. Rector offerat ſe omnes redditus d. Collegij conceſſurum pro dimidia parte dictæ ſummæ, & adeò ſibi profuturum exiſtimat, vt vltra quinquaginta vel circa Religioſos Societatis & ſex Caſæ Dei, & tres vel quatuor famulos duodecim alios Religioſos poſſit tenere eiſque alimenta neceſſaria ſubminiſtrare.

Quartò opponitur, quod in Bullis dicitur, Rectorem poſſe poſſeſſionem capere licentia Diœceſani aut alterius deſuper non petita. Reſpondetur eam clauſulam ſolitam apponi in omnibus vnionibus, ita quod ex vi illius poſtquam vnio per executorem Bullæ fuit facta, & per ſententiam declarata, poſſit poſſeſſio be- 21
neficij capi propria authoritate, & in hoc vnio differt à cęteris prouiſionibus beneficiorum, quorum poſſeſſio per prouiſos propria authoritate capi non poteſt, Rebuff. *d. regu. de vnio. gloſ. 11. n. 17.*

Et quamuis ex vi dictę clauſulæ potuiſſet dictus Rector propria authoritate poſſeſſionem d. Prioratus capere, nihilominus hoc noluit facere, ſed in vim ſententiæ ſuper executione Bullarum prolatæ qua mandabatur primo Preſbytero de eum mittendo in poſſeſſionem, ſe in eam per preſbyterum in dignitate conſtitutum mitti fecit.

Quintò opponitur, de clauſula in d. Bullis apponi ſolita, ſcilicet præſentes literas de ſubreptionis vel obreptionis, vel nullitatis vitio, &c. notarij, &c. nullatenus inquam poſſe. Reſpondetur huiuſmodi oppoſitionem meras eſſe nugas; huiuſmodi enim clauſula ſemper ſolita eſt apponi pro maiore validitate conceſſionis ad denotandam mentem & voluntatem ſummi Pontificis, ſed inde non excluduntur aliorum iura, quod ex clauſula, *vocatis vocandis*, poſtea ponta ſatis euincitur.

Deni-

21 Denique reſpondetur clauſulam, *vocatis vocandis*, poſtea poſitam iunctam clauſulæ *quod de ſubreptione, &c.* operari apertionem oris quæ facit, vt d. clauſula *quod de ſubreptione* nihil operetur, & narrata ſint veriſicanda, vt fuit dictum in cauſa Caputaquen. iuris patronatus 10. Decemb. 1595. coram Lita, vt refert Matta
23 *d. loco* & ad minus dat facultatem impugnandi gratiam, & allegant ſubreptionem permitti eam probare, vt tenuit Rot. in cauſa Pampilonen. Archiepiſc. 19. Martij 1593. coram Pamphilio Salamitana vnionis eodem die & an. coram Blancheto Burgen. penſionis 24. Nouemb. 1595. coram eodem, & fuit reſolutum in cauſa ſubtrina Monaſterij 9. Decembr. 1596. coram Orano, vt refert Matta *in tract. de clauſul. clauſu.* 113.

Sextò opponitur, hunc Prioratum in diœceſi Viennen. exiſtentem eſſe vnitum dicto Collegio in diœce-
24 ſi Valentina exiſtenti, quod prohibitum eſt. Reſpondetur iure communi hoc fuiſſe permiſſum, tantúmque, vbi ſunt in diuerſis regnis, conſenſum Regis requiri, ex Rebuff. *tit. de vnion. num.* 28. nec mirum cùm ſummus Pontifex beneficia vbicumque exiſtentia & Epiſcopatus etiam ipſos vnire poſſit, Garcia. *d. cap.* 2. *num.* 60. Solúmque illa prohibitio fuit inducta per Conc. Trident. *cap.* 9. *ſeſſ.* 14. cuius hoc caſu nulla eſt habenda ratio, tum quòd in Gallia nondum receptum ſit, tum quòd quatenus ligaret, mens fuit ſummi Pontificis ſuper eo diſpenſare, cùm vtriuſque diœceſis in Bullis fecerit mentionem, quod in hoc caſu præſertim aſſerendum eſt, quod Collegij bona & redditus ferè omnes in diœceſi Viennen. ſiti ſunt. Et certè quoad vniones, quæ à ſummo Pontifice fiunt huiuſmodi decretum Concilij Trident. non eſt in obſeruantia etiam in locis vbi receptum eſt d. Concilium, Collegio enim Auen. Prioratus Paternatum diœceſis Carpeo. Prioratus Caderoſſiæ diœceſis Auraicen. & Prioratus Viſani ſancti Pauli Triſcaſtri. ſunt vniti, qui tamen omnes Prioratus ſunt in Comitatu Venayſſino ad ſummum Pontificem in temporalibus ſpectante.

Septimò opponitur, hoc beneficium tanquam regulare ſæculari vniri non poſſe, nec regulare regulari
25 alterius ordinis. Reſpondetur de iure communi, ſi agatur de ſummo Pontif. volente, hoc non eſſe prohibitum. Is enim ſuper omnibus cuiuſcumque naturæ beneficiis ſupremam habet poteſtatem, & ea quæ vult vnire, poteſt, Rebuff. *dict. tit. de vnio. num.* 22. 23. *&* 25. Duaren, *de benefic. lib.* 5. *cap.* 6. Grego. *in inſtit. rer. benefi. c.* 20. *n.* 6. Cenedo plures referens *collect.* 87. *ad decret. n.* 1. Garcia *d. c.* 2. *n.* 60.

Reſpondetur ſecundò, quatenus obiectum procedere ſaltem poſt Concilium Trident. id ſolum intelligendum eſſe de beneficiis regularibus quæ à Religio-
26 ſis in titulum poſſidentur, non de iis quæ in Commendam præſertim à centum & vltra annis vt hoc poſſidentur, vt docetur ex d. Concilio Trident. *cap.* 13. *ſeſſ.* 24. & experientia rerum magiſtra rem ita ſe habere in Francia docet, quoties huiuſmodi beneficia regularia Collegijs vel corporibus vniuntur, & ipſimet Collegio Turnonen. alia beneficia regularia quæ dari ſolebant in Commendam, fuerunt vnita, & etiam nunc alimenta præſtantur Religioſis caſæ Dei, à cuius domo pendebat Prioratus . . . . . . d. Collegio vnitus.

Octauò opponitur, dictam vnionem fieri cum attributione iuriſdictionis & correctionis, eam propterea auferendo ſuperioribus regulæ. Reſpondetur, hoc nihil eſſe: neque enim alia datur iuriſdictio vel correctio dicto Rectori, quàm quæ Priori Commendatario, & ſic ſæculari competebat: ex ſuperioribus enim patet dictam vnionem & ex mente ſummi Pontificis, & voluntate dicti Rectoris & iuris diſpoſitione, vnionem tantum intelligendam eſſe quoad iura Priori, non autem aliis competentia, quod præſertim hoc caſu aſſerendum eſt, cùm Patres dictæ Societatis ſint etiam Religioſi.

Nonò opponitur dictos Canonicos regulares non fuiſſe legitimè vocatos. Reſpondetur eorum conſenſum non fuiſſe neceſſarium nec expeti debuiſſe, cùm nihil commune haberent cum Priore Commendatario, quin potius ab ipſo omnino dependebant, fuiſſéque tantùm vocatos, ne dictæ vnionis ignorantiam prætenderent, non quòd neceſſariò vocari debuiſſent,
Rebuff. *in regu. de vnio. gloſ.* 11. *n.* 8. Rota *deciſ.* 14. *par.* 2. 27
diuerſo fusè Garcia *d. cap.* 2. *num.* 214. *&* 216. nihil enim eorum intereſt, an ſæcularis in Commendam hunc Prioratum teneat, an verò dicto Collegio vniatur, imò ipſorum intereſt, vt potius ſit vnitus, quàm vt non ſit, vt ſcilicet Religioſi & non merè ſæculares ipſorum curam habeant.

Poſtremò opponitur, die Dominica poſſeſſionem fuiſſe captam. Reſpondetur hoc nihil commune habere cum appellatione, tanquam ab abuſu ratione vnionis, ſi enim aliquis defectus adeſſet, is poſſeſſionem tantùm inficeret, quæ rurſus eſſet capienda, & nihil aliud inde inferri poſſet, ſed re vera nullus adeſt defectus, neque enim hoc in iure inuenietur prohibi-
tum: imò Rebuff. *in praxi tit. de miſſ. in poſſ. §. num.* 44. 28
& in regul. de publican. reſigna. gloſ. 10. *num.* 6. aſſerit parochialis Eccleſiæ poſſeſſionem ſumi debere die Dominico, vel die feſto, quod maximè conuenit, etiam vt fiat in hoc caſu iiſdem rationibus quibus id ſtatutum eſt, ſcilicet vt adſit maior frequentia populi, & Prior Miſſam poſſit celebrare, Verbum Dei annuntiare, &c.

Ex quibus omnibus concluditur dictos Canonicos non potuiſſe appellare tanquam ab abuſu, minúſque dictum Præpoſitum & Capitulum eis ſe iungere, & in cauſa interuenire, omnéſque illos à iudicio repellendos ſilentiúmque eis imponendum. Et ita arreſto Senatus iudicatum fuit.

ARGVMENTVM

An laudemium debeatur ab hærede extraneo, vel legatario.

SVMMARIVM

1 *Laudemium debetur ab hærede extraneo.*
2 *Contrà.*
3 *Sed quidquid ſit in quæſtione generali: tamen ſi prima conceſſio facta ſit pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, non debetur.*
4 *Et omnes conueniunt quod non debetur, quando res ei relinquitur, qui comprehenſus eſt in prima inueſtitura.*
5 *Extranei non videntur comprehenſi per clauſulam* pro ſe, hæredibus, *ſine actu extrinſeco emphyteuta, ideo debetur laudemium. Secus ſi per talem actum vocentur comprehenſi.*

6 *Contrarium verius eſt.*
7 *Reſp. authoribus ex aduerſo citatis.*
8 *Oſtenditur, differentiam illam, an requiratur factum hominis, vanam eſſe.*
9 *Reſp. aliis authoritatibus, quod loquantur de ſucceſſore particulare, non de vniuerſali.*
10 *Hæres repræſentat defunctum, & ſuccedit in ius illius.*
11 *Reſp. aliis authoritatibus, vſque* ad n. 20. *& rurſus* n. 22. & 23.
21 *Dictio* hæredibus *in emphyteuſi eccleſiaſtica, & feudis, de hæredibus ſanguinis intelligitur.*
24 *Laudemij cauſa odioſa, ideò in dubio contra.*
25 *Exceptio firmat regulam.*
26 *Statuta ſunt ſtricti iuris.*
27 *Vſus & conſuetudo attenditur in ſolutione laudemij.*
28 *Conſuetudo probatur dicendo non apparere contrarium vnquam fuiſſe factum.*
29 *Requiſita ad immemorialem remiſſiuè.*
30 *Immemorialis requiritur in iis quæ habent cauſam diſcontinuam.*
31 *Requiſita ad conſuetudinem remiſſiuè.*

CONSILIVM CXXXVIII.

QVÆRITVR à nobis, an Renerenda Camera ſit fundata in eo quod domin. Theſaurarius eiuſdem nunc prætendit laudemium ei deberi de feudis & rebus emphyteuticariis d. Cameræ ratione inſtitutionis hæredis extranei vel legati extraneo facti, & reducendo quæſtionem ad theſin, an hæres extraneus inſtitutus vel legatarius laudemium ſoluere teneantur? Huiuſmodi quæſtio generaliter propoſita, eſt admodum controuerſa, præſuppoſito quod feudum ſit ad hæredes tranſitorium, vel ex vi conſuetudinis, vt in hac patria, quâ feuda & emphyteuſes ſunt ad inſtar allodialium & patrimoniorum quoad ſucceſſionem & alienationem, vel ex vi inueſtituræ, vt ſi conceſſio facta ſit pro ſe & hæredibus: (ſi enim non eſſent tranſi-
1 toria, in vanum de hoc quæreretur) aliqui enim exiſtimarunt laudemium deberi, vt Iaſ. *in l. fin. num. 50. C. de iu. emphyteu.* Amed. à Ponte *in quæſtion. laudemial. quæſt.*
2 31. Bertran. *conſ. 78 num. 1. lib. 2. poſte.* Franciſc Solſo *in lucerna laudem. quæſt. 1. num. 1.* Alij verò tenuerunt non debeti, præſertim de inſtitutione, vt Pet. Iacob. *in pract. libellor. rub. 4. de actione in rem pro re emphyteu. num. 19. in addit. circa fin.* Afflict. *lib. 2. feudo. tit. per quos fiat inueſtitura §. ſed & res num. 52. verſ. & primo non obſtat fol. 18. verſ. col. 1.* Anna. *allegat. 106.* Raynand Auen. *in ſuo comprehenſor. feuda. §. habito num. 19.* vbi illam diſtinctionem ſui ant extranei hæredis reprobat. Atque hanc ſententiam videtur amplecti Specul. *in tit. de emphyt. §. nunc aliqua quæſt. 113. & 114. num. 139. & 140.* dum refert Accurſ. contra Hugol. ſententiam, & in eo videtur reſidere: necnon Guid. Pap. *quæſt. 48. in fin.* dum contendit ex remiſſione quæ fit inter cohæredes non deberi laudimium, multo enim magis ex ipſa inſtitutione non debetur: doctrinã quæ Guid vtitur Tiraquel *de retract. lign. §. 1. gloſ. 14. num. 76.* illámque paſſim DD. ſequuntur, vt per Charon. *in conſuetudines Pariſ. §. 80.* Ferrer. *ad dict. quæſt. 48. verſ. ex diuiſione.* & ſecundùm quam ſolet iudicari in Galliæ ſupremis Senatibus, vt per Charond. *reſpon. lib. 7. cap. 207.* Chopin. *in conſuet. Andeum. lib. 1. cap. 4. num 7.* Maynar. *lib. 4. cap. 50.* Ranchin. *in d. quæſt. 48. etiam de legato,* non deberi contendit contra Boet. *in conſuetud. Bituricen. tit. de conſuetud. feudi & cenſ. §. 18. in gloſ. pro hac.* Sed quidquid ſit in 3
illa quæſtione ita generaliter propoſita, ſi prima conceſſio ſit facta pro ſe, hæredibus & ſucceſſoribus quibuſcumque, videtur laudimium nullo modo deberi, cuius rei reſolutio pendet ex eo, an hæredes extranei cenſeantur comprehenſi in prima inueſtitura, omnes enim conueniunt, quòd ſi inſtituatur hæres, vel legatum fiat ei qui eſt comprehenſus in prima inueſtitura, 4
laudimium non debetur, vt per Rip. *in l. qui Romæ, §. duo fratres numer. 87. verſ. iuxta præmiſſa dubitatur ff. de verb. oblig.* Iaſ. *in d. l. fin. num. 41.* Amed. *quæſt. 12. num. 1. 16. 17.* Salicet. *in l. fin. num. 15. C. de iu. emphyt.* Rodoan. *de reb. Eccleſ. non alienan. quæſt. 66. num. 26.* Clar. *in § emphyteuſis quæſt. 14.* Pariſ. *conſ. 86. num. 8. & 9. vol. 4.* Brun. *conſ. 44. num. 11.* Berazzol. *in conſiliis conſ. 112. num. 4. & 15.* Sed difficultas conſiſtit, an extranei ex clauſula pro hæredibus & ſucceſſoribus quibuſcumque cenſeantur comprehenſi in inueſtitura, ita vt laudimium ſoluere non debeant.

Dubium facit, quia DD. ſuprà citati de comprehenſis in prima inueſtitura loquentes exemplum ponunt in eo qui recepit pro ſe, filiis & nepotibus, quorum eſt diuerſa ratio ab extraneis hæredibus, nam hæredes ex- 5
tranei non videntur comprehendi in inueſtitura per dominum directum data, ſine actu extrinſeco, ipſius emphyteutæ, veluti inſtitutione hæredis vel legato, quod tamen ſecus eſt, ſi per tales actus vocentur comprehenſi in prima inueſtitura, vt quia ea eſſet facta pro ſe, filiis & deſcendentibus, quia cùm tunc ipſi ſint expreſsè vocati in inueſtitura, nullum videtur deberi laudemium, etiam ſi ipſi vocentur per actum extrinſecum Emphyteutæ, cùm talis actus extrinſecus ſit conformis inueſtituræ & executiuus illius, & pro hac ſententia allegantur Coſta de Rata *quæſt. 112. num. 18.* Gratia. *quæſt. 377. num. 32.* & latiſſimè Burſat. *conſil. 137. vol. 2.* Vincen. de Franc. *deciſ. 201. & deciſ. 447.* Bertran. *conſil 78. vol. 1. poſter. & conſil. 123. eod. vol. deciſ. Auen. 143.* Cancer. *de Emphyt. nu. 67.* at Amed. à Ponte *quæſt. laudem. quæſt. 31.* de quo etiam Corbul. *de iu. emphyt. cap. 12. ampliat. 27. num. 3.* & Surd. *deciſ. 200.* Rodoan. *de reb. Eccleſ. nu. 3. alien. q. 66. num. 40.* Riminal. iunior *conſ. 579. vol. 5.* Idem Amed à Ponte *q. 14.* vbi declarat Saliceetum *in d. l. fin.*

Nihilominus verior & receptior videtur ſententia 6
ex vi dict. clauſulæ (pro ſe hæredibus & ſucceſſoribus quibuſcumque) extraneum cenſeri comprehenſum in inueſtitura, & ex inſtitutione vel legato non teneri ad laudemij præſtationem, quæ fuit ſententia originaliter Saliceti *d. l. fi. num. 11.* quam communiter eſſe receptam teſtatur Burſat. *conſ. 157. num. 43. verſ. concludendo,* & ſecundum quam reſpondent Bertran. *conſ. 221. lib. 1. prior.* Cephal. *conſil. 505. num. 18. iuncto principio & fine conſilij & conſil. 699. num. 29.* & veram & ſequendam docet Sola in conſtitutiones *antiq. tit. de iu. emphyt. decret. in caſib. gloſ. 1. nu. 19 per tot. fol. mihi 31. col. 1.* ea potiſſimùm ratione, quòd non dicatur nouus emphyteota, nec requirat inueſtituram, vt fusè per eum & Burſat. *d. conſ. 37. n. 47.* idémque in legatario, vbi adeſt dictio *quibuſcumque*, ſtatuendum eſſe tradit Burſat. *d. loco n. 46.* poſt multos, quos refert, & confirmatur per Vaiuum *deciſ. 141. per tot.*

Nec repugnant quæ in contrarium proponuntur. 7
Ad primum quod Ripa, Rodoan. Pariſ. Brun. & alij ſuprà citati loquentes de comprehenſis in inueſtitura exemplum ponant, quando ea facta eſt pro ſe, filiis & nepotibus, neque enim ex eo ſequitur extraneos per dictionem *quibuſcumque* non cenſeri comprehenſos in inueſtitura, imò æquiparãtur hæc duo exempla quoad

non

non ſolutionem laudemij, vt docet Sola *dict. num. 19. verſ. quamuis exemplificet*, & ante eum Salicet. *d. l. fin. num. 11. & 15.* & Bertran. *d. conſ. 221. num. 2.* dum ſuam ſententiam confirmat ea doctrina quæ datur, quando conceſſio fit pro ſe, filiis & nepotibus.

8 Non obſtat etiam ratio differentiæ, quæ proponitur, an factum hominis & actus extrinſecus requiratur, vt ſuccedat nécne; ea enim eſt imaginaria, ſiue enim factum requiratur, ſiue non, ſemper verum eſt, extraneum hæredem dici comprehenſum in inueſtitura, ex Salicet. Burſat. & Sola ſupra cit. & illius non eſſe habendam rationem docet Viui. *deciſ. 496. num. 6.* etſi ad aliud propoſitum, & eam non eſſe veram ex eo conuincitur, quia ſi vera eſſet, ſequeretur eum tantùm, qui proximè ſucceſſurus eſſet ab inteſt. hæredem inſtitutum à ſolutione laudemij liberum, non autem remotiorem in gradu: is enim ſucceſſurus non eſſet ab inteſtato, & non niſi facto hominis hoc eſt, hæredis inſtitutione intercedente feudum vel emphyteuſim conſequi poſſet, & tamen verius eſt hunc quoque laudemium ſoluere non debere, vt firmè docet Viui. *d. deciſ. 496.* reprobãdo de Franch. *deciſ. 417.* quatenus contrariam vellet tenere, quod tamen non firmat, ſed tentat tantũ, & nihil deciſum fuiſſe aſſerit.

Quod ſi quis replicet, ſaltem ex deciſione Viuij hoc ſequi, vt hæres huiuſmodi etiam extraneus, qualis eſt vir & vxor, de quibus loquitur dicta deciſio, aliquando & aliquo caſu ſuccedere poſſet. Reſpondeo, in ſuo caſu non affuiſſe dictionem, *quibuſcumq;*, ſed ſolùm, *hæredibus*, & vtcumque ſit, eam rationem ſumptam à facto hominis falſam eſſe conuincitur.

9 Non obſtant authoritates in contrarium allegatę. Ac primùm Coſta, *d. quæſt. 112. num. 18.* is enim *num. 20.* per tranſennam hoc contendit quidem, ſed nititur ſolùm authoritate Socini iunioris *d. conſil. 70. num. 13.* qui de ſucceſſore particulari, non de hærede vniuerſali loquitur, inter quos quanta ſit differentia conſtat ex Sola *d. loco, num. 19.* & Burſ. *d. conſil. 137. num. 44.* præſertim quòd hæres repræſentet perſonam defun-
10 cti, Authen. *de heredibus ab intest. venient. præf. in princ.* & in ius illios ſuccedat, *l. nihil aliud, ff. de verb. ſignific.* itéque nihil facit ad caſum noſtrum, & per conſequens do-
11 ctrina Coſtæ corruit. Gratianus *d. quæſt. 377. num. 32.* primùm noſtram ſententiam tuetur, *nu. 3.* ſed deinde cùm contrariam amplectitur, *num. 10.* ſi bene conſideretur, illud facit quoad illationem quam fecerat *nu. 4.* cùm ſcilicet agitur de emptore à primo emphyteuta vel donatario eiuſdem, & ſic de ſucceſſore particulari, non hærede vniuerſali, quod & concluſio, quam facit *num. 32. verſ. ex prædictis*, demonſtrat, & cùm deinde *num. 35.* per tranſennam æquiparat legatum inſtitutioni & contra, & ſic videtur tenere contrarium iis quæ dicit *num. 3.* eum falli conſtat ex his quos allegat, nimirum Viue. de Franch. Amed. & Rodua. vt poſtea
12 demonſtrabitur, dum illis reſpondebitur. Socin. iun. *conſil. 70. vol. 3.* ſatisfactum fuit ſuprà, dum reſpondimus Ioan. Bapt. Coſtæ.

13 Brunus contendit quidem deſcendentes comprehenſos in inueſtitura non debere ſoluere laudemium, ſed an extranei hæredes, vbi adeſt clauſula de qua ſuprà, ad id teneantur, ne verbum quidem.
14 Celſo Hugo. *conſil. 60. num. 23.* eodem modo reſpondetur quo Bruno.

15 Burſat. *conſil. 137. vol. 2.* in ſuo caſu quo de ſucceſſore particulari inter viuos agebatur, reſpondet laudemium deberi, ſed nedum cùm de vniuerſali hærede poſtea loquitur, *num. 43.* laudemium non deberi ex vi d. clauſulæ ex Salicet. *d. l. fin. num. 11.* cuius doctrinam communiter receptam aſſerit, ſed etiam in legatario, *nu. 46.* contendit Vincent. de Franch. *deciſ. 201.* 16
nec præſupponit clauſulam, de qua ſuprà, nec loquitur de ſucceſſore vniuerſali, ſed tantum de donatario vel legatario, & *deciſ. 417.* dictio, *quibuſcunque*, vniuerſalis deeſt, nihilque firmat, & quatenus vellet firmare, Viuius *d. deciſ. 496. num. 6.* eum reprobat.

Stephan. Bertr. *conſ. 78. lib. 1. poſter. de quæſt. generali*, 17
an hæres extraneus ſoluere debeat laudemium, tantùm dicit, & laudemium deberi reſpondet, nec in terminis noſtris verſatur, ſed vbi conceſſio facta eſt pro ſe, & hæredibus, laudemium non deberi conſulit, *d. conſil. 221. lib. 1. prior. conſ. verò 123. eod. lib.* de vendit. & donatione tractat, & ſic non facit ad rem noſtram.

D. à Lauraotis *deciſ. 143. num. 1. & 3* non etiam facit 18
ad rem, cùm tractet tantùm de donatione & legato, de legato, inquam, cui onus hæret annexum, nec aderat clauſula, de qua ſuprà, *& hæredibus*. Cancer. *cap.* 19
11. de emphyteuſi, numer. 67. non tractat quæſtionem noſtram vbi adeſt clauſula de qua ſuprà, *nec de hærede vniuerſali*, ſed tantùm de donatione & alijs titulis lucratiuis, & ſic de ſucceſſoribus particularibus.

Amed. à Ponte *d. q. 51.* non præſupponit dictio- 20
nem, *quibuſcumque*, ſed tantùm, *hæredibus & ſucceſſoribus*, ſed & in clauſola, *pro hæredibus & ſucceſſoribus*, abſque dictione vniuerſali, dum videtur velle Salic. *d. l. fin. num. 11.* intelligendum eſſe de hæredibus deſcendentibus, manifeſtè contradicit Saliceto, qui clarè de extraneo hærede loquitur, nec aliter intelligi poteſt, iunctis iis quæ proponit *nu. 15.* ait quidé, quod ſi ſolũ dictio, *hæredibus*, adeſſet, & eſſemus in emphyteuſi Eccleſiaſtica quæ de ſui natura non eſt tranſitoria ad hæredes, quod tunc intelligitur de deſcenden-
tibus, & verũ eſt: dictio enim, *hæredibus*, in emphyteu- 21
ſi talis naturæ, ſicut & in feudis, ſecluſa conſuetudine, quæ ſunt ad inſtar allodialiũ, intelligitur de hæredib. ſanguinis, *ca. 1. §. et ſi clientulus de alienat. feudi, c. 1. §. ſiniſter de lege Conradi, c. 1. § cum verò de his qui feudum dare poſſunt, cap. 1. de duob. fratribus*, Afflict. *de præludiis feudor. nu. 111.* Caſtrenſ. & alij, *in leg. ex facto, §. fin. ff. ad SC Trebell.* Dec. *conſil. 208. nu. 4.* ſed extra emphyteuſim illius naturæ, Salicet. de quocumq; hærede etiam extraneo, ſed etiam de legatario, ſi dictio, *ſucceſſoribus* iuncta ſit, loquitur, dictúſq; Amed. ab ipſo Saliceto, quem allegat, refellitur, atque ita ſatisfit eidem Amedeo, *quæſt. 14.* præſertim cùm ſe fundet in Socino iun. *d. conſil. 70.* qui, vt ſuprà dictum eſt, non tractat quæſtionem hanc.

Corbul. *de iure emphyt. ca. 12. amplıat. 27. n. 3.* aſſerit 22
comprehenſos in inueſtitura laudemium ſoluere non debere, ſed qui dicantur comprehenſi, ne verbum quidem. Surd. *deciſ. 200.* non tractat quæſtionem noſtram. Rodoano, *de reb. Eccleſ. non alienan. quæſt. 66. nu.* 23
40. & Rimin. iun. *conſ. 79. vol. 5.* reſpondetur, vt Celſo Hug. & Bruno ſuprà reſponſum fuit.

Ex quibus videtur, exiſtente d. clauſula, *pro ſe, hæredib. & ſucceſſorib. quibuſcumq;*, hæredes extraneos dici cõprehenſos in inueſtitura, ideóq; laudemiũ ſoluere non debere: idémq; in legatario ſtatuendum eſſe, etſi quoad eũ res non ſit adeò certa, imò dubia, ſed in du- 24
bio contra laudemiũ reſpondendũ eſt, quia laudemij cauſa odioſa omnino cenſetur, ſecundũ Crauet. *conſ. 332. n. 40.* ex quo in dubio iudicandũ eſt, laudemium non deberi, & per eundem Crauet. *conſ. 464. nu. 10.*

Sed amouẽdus eſt ſcrupulus, qui ex ſupradictis reſultare poſſet, ſcilicet quòd cùm dictio, *quibuſcumque*, ex ſui natura cõprehendat etiã ſucceſſores particulares inter viuos, cõſequetur etiã ex huiuſmodi alienationibus non deberi laudemiũ, quod tamẽ eſt falſum. Reſpondetur, conſequentiam tolli ex forma conceſ-

ſionum, in quibus nominatim cauetur, vt ex venditione & alienationibus inter viuos debeatur laudemium, eóque modo dictio, *quibuſcumque*, generalis, reſtringitur ad ſucceſſores ex vltima voluntate quoad ſolutionem laudemij.

Et hæc quidem iure communi inſpecto procedũt, ſed vbi illo tantùm conſiderato ſupereſſet aliqua difficultas, vt ſupereſt, ea tollitur omnino & reſolutio ſuprà poſita certiſſima redditur, nedum quoad hæredes, ſed etiam quoad legatarios, ex declaratiuoe Bullæ, & teſtimonio, de qua in ſtatutis Comitatus Venaiſſini, & ex reductione & moderatione proclamationum factarum in executione d. Bullæ: nam cùm per eam & per dictas proclamationes comprehenderentur omnes cuiuſvis generis alienationes, & per conſequens alienationes ex cauſa legati vel inſtitutionis hæredis, fuit ad inſtantiam & requiſitionem patriæ aduerſus ea formata oppoſitio, & iuxta eam facta reſtrictio & reductio dictarum proclamationũ generalium, cõprehendentium omnes cuiuſvis generis alienationes, & illæ reſtrictæ ad alienationes ex cauſa venditionis, & ad alios certos caſus particulares ibi deſignatos, de quibus dubitari poterat, an cõprehenderentur ſub verbo, *venditionis*. Ex quo cùm ſub dictis caſibus declaratis, ad quos fuit facta dicta reductio & reſtrictio, non cõprehendatur hæredis inſtitutio nec legatum, per conſequens illa cenſetur excluſa & reſeruata, vt ex illis non debeatur laudemium, aliàs inanis fuiſſet illa reſtrictio, ſi ea non obſtante, hæredis inſtitutio & legatum ſub illa comprehenderentur, cùm eo modo reduceretur ad primum ſtatum dictarum proclamationum, comprehendentium omne genus alienationum, ſicque d. reductio & moderatio eſſet fruſtratoria, contra intentionem partium,
25 quod nullo modo eſt dicendum; nam ſicut exceptio firmat regulam in non exceptis, quando exceptio eſt de regula, ita declaratio & reductio regulæ generalis ad certos caſus, alios omnes, qui ſub regula comprehendi poterant, omnino excludit, ita vt ſub regula amplius non comprehendantur, argumento eorum quæ latè traduntur per Euerard. in locis legalibus, loco ab except. ad regul. prout etiam dicitur de ratione legis ſeu ſtatuti, quæ ſicut reſtringit ſtatutum ad caſum ipſius rationis, ita & caſus, ad quos ſtatutum ordinatur, ipſum reſtringunt ad caſus præordinatos, & per eundem Euerard. in loco, à ratione legis. Cùm enim per dict. declarationem ſit remotum genus, nempe, omnis & quæcumque alienatio, & illud reductum ad certas ſpecies, per conſequens cenſetur remota quælibet alia ſpecies vltra reſeruatas per argumentum à remotione generis, de quo idem Euerard. *d. loco* 36. hæc confirmantur *ex l. cum Prætor. ff. de iudic. l. ex eo, ff. de teſtibus; l. cum tam legatum, ff.*
26 *de condit. & demonſtrat.* quódque ſtatuta ſunt ſtricti iuris, & ſtrictè interpretanda, ita vt de vno caſu non extendantur ad alium, *l.* 3. §. *hæc verba, ff. de neg. geſt. l.* 2. *Cod. de noxalib. action. leg. de viro. ff. ſoluto matrim.*
27 & latè multos referens tradit Beccius *conſil.* 18. *nu.* 38.

Poſtremò, hæc omnia coadiuuantur, & certiſſima redduntur ex vſu & conſuetudinè, quæ in laudemiorum ſolutione maximè attendi debet, ſecundùm Cancer. vbi ſuprà, *num.* 74. Burſat. *d. conſil.* 137. *num.* 40. *vo.* 2. Coſt. *de ſtatut. ſacti reſponſ. ad inſpiliceo.* 85. *num.* 22. & Gratian. *diſcept.* 377. *num.* 18. cum aliis pluribus ibid. allegatis. At verò in hac patria præſupponitur vigere conſuetudinem, vt ex inſtitutione hæredis extranei, & legato extraneis facto, non debeatur laudemium. De qua conſuetudine ſecluſis depoſitionibus teſtium, quæ facillimè ad eam probandam haberi poſſent, conſtat: primò, ex d. reformatione proclamationum: iuxta enim vſum & conſuetudinem in hac patria obſeruatam reſtrictæ fuerunt, vt ſuprà dictum fuit, & per huiuſmodi reſtrictionem, quæ per vltimam voluntatem, ſcilicet per inſtitutionem hæredis vel legata acquirerentur, fuerunt per conſequentiam ductam ex caſibus expreſſis à præſtatione laudemij, declarata libera.

Secundò probatur, ex infinitis conceſſionibus à Camera factis, in quibus cùm per quemcumque modũ alienationis, permittitur emphyteutæ rẽemphyteuticariã in aliũ transferre, poſtea cùm de ſolutione laudemij facienda agitur, alienationes, ex quibus id debet ſolui, reſtringũtur ad eas quæ inter viuos fiunt.

Tertiò, probatur validiſſimè ex tranſactione inita inter procuratorem Fiſci & Agneſium de Baucio, dominum de Brantulis de anno 1310. & 26. Iulij, qui procurator tranſigit de ſpeciali mandato fælicis record. Ioann. 22. & cum conſilio & aſſenſu Archiepiſcopi Aquenſis, & Epiſcopi Vaſionenſis, per eundem Ioannem deputatorum, præſentibus Archiepiſcopo de Cauſila pluribúſque aliis ibi nominatis, inter quos ſunt D. N. Papæ Theſaurarius, necnon Mareſcallus, idémque Comitatus Venaiſſini Rector, & fit in Palatio Auen. vbi idem Ioannes morabatur, in qua inter alia hæc verba adſunt, & fuit actum: *Quod præſens feudum, infeudatio ſeu feuda, ſint conditionis, & natura illius, quales ſunt alia feuda Baronum & Caſtellanorum Comitatus Venaiſſini, & quod in eis ſuccedant maſculi & fœminæ & transuerſales & extranei, & de eis in ſolidum vel ex parte poſſit in qualibet vltima voluntate diſponere & ordinare, liberè vt voluerint & inter viuos vendere & donare, & modo quolibet alienare, conſenſu, voluntate, prælatione, & laudemio & treſeno inter viuos, vt moris eſt in Comitatu prædicto, interuenientibus & receptis ſpecialiter pro parte Curiæ Venaiſſini*: & quæ tranſactio inſerta fuit homagio Alixctæ de Baucio de ann. 1375. & 11. Nouemb. & Gulielmi de Baucio de ann. 1428. & 11. Nouemb. & eiuſdem Guillelmi de ann. 1433. præſtitis, ita vt de omnibus dictis temporibus affirmetur & aſſeratur d. conſuetudo, & ſic per ſpatium 123. vel circa, annorum, & quæ verba conuincunt omnino, de conſuetudine non deberi laudemium ex vltima voluntate, cùm illius fecerit mentionem & aliarum omnium alienationum, & poſteà cùm de conſenſu, prælatione & laudemio tractat, reſtringit ad alienationes inter viuos, clarè excludendo vltimas voluntates.

Quartò, probationem huiuſmodi admodum coadiuuant quædam homagia ratione feudorum per extraneos hæredes inſtitutos præſtita, abſque vlla laudemij præſtatione.

Poſtremò, probatur dicta conſuetudo, dicendo 28
nunquã apparere in d. Comitatu de inſtitutione hæredis extranei vel legato eiſdem facto, fuiſſe ſolutum laudemium, quo modo conſuetudinem probandi vtitur Vincent. de Franc. *d. deciſ.* 201. *num.* 5.

Nec nocent documenta *num.* 16. pro parte Officialium d. Reuerend. Cameræ producta, ad probandam conſuetudinem, per eam prætẽſam, ſoluendi de prædictis laudemia, nam quatuor ex his, de annis ſcilicet 1411. & 19. Decemb. & 1450. 26. Aprilis, & de an. 1462. die 19. Martij, & de ann. 1490. die 25. Martij, non faciunt ad rem, quia laudemia in illis præſtantur ratione remiſſionis, & ceſſionis rei legatæ, per legatarium in tertium factæ, vel remiſſionis & ceſſionis ſimplicis inter viuos, vel donationum etiam inter viuos, ex quibus cauſis deberi laudemium non negatur.

Quoad

Quoad verò ſex ſequentia, ſcilicet de an. 1498. & die 10. Martij & de anno 1499. & die 27. Februarij, de anno 1509. & die 23. Martij, de anno 1511. & die 27. Iunij, de anno 1512. & die 25. Iunij, & de anno 1592. & die 11. Martij, agitur in illis de legatis factis Capellaniis, Conuentibus & piis locis, & ſic incapacibus, contra contenta in primis conceſſionibus, in quibus cùm libera facultas alienandi datur, excipiuntur huiuſmodi loca quæ manus mortuæ vocantur, ideóque vt legata ſortirentur effectum, neceſſarius fuit conſenſus, voluntas & approbatio domini directi ſine qua ſubſiſtere non potuiſſent, non mirum, ſi laudemium ſolutum fuit, necnon debuerit de nouennio in nouennium dimidium laudemij ſolui: Nos verò agimus de inſtitutione hæredis, extranei quidem, ſed capacis, & de legato, extraneo quidem, ſed capaci facto.

Quoad duo documenta de anno 1520. & 23. Ianuarij, & de anno 1528. & 25. Iunij, præterquam quod eadem ſolutio conuenit, quæ proximè præcedentibus data fuit, quandoquidem prædia, de quibus in illis, aſſignabantur pro fundatione Capellaniarum, ideóque loci incapacis, fundatio, de qua in dicta inueſtitura de anno 1520. non eſt facta in teſtamento, vel alia vltima voluntate, ſed inter viuos, alia verò de d. anno 1528. erat quidem facta in teſtamento, ſed prædia non erant ad hunc finem legata, ſed ſolùm Capellania ordinata, hæres verò pro eius fundatione prædia quædam hæreditatis remiſit, quæ remiſſio eſt potius in ſolutum datio quàm legatum, & ſic non faciunt ad rem.

Quatuor verò, quæ ſuperſunt, ſcilicet de an. 1418. & die 19. Iunij de anno 1450. & die 29. Septembr. de anno 1460. 8. Februarij, & de anno 1499. & die 27. Februarij, per ſpatium 71. annorum factæ, videntur facere ad rem, quòd tres inueſtituræ ex iis ab hæredibus ſumuntur, vna verò à legatario, ſed horum non
29 videtur habendam eſſe rationem, quia requiſita ad conſuetudinem immemorialem inducendam deſunt, de quibus *in cap. 1. in gloſ. in verb. memoria de præſcript. in 6.* Couarruuias *in cap. poſſeſſor, par. 2. §. 3. num. 7.* Mynſing. *obſeruationum centur. 1. obſeruat.* 30. Moneta *de decim. cap. 5. num. 76.* Caputaquen. *deciſ. 71. par. 2.* & apud Seraphin. *deciſ. 469. & deciſ.* 1102. Immemorialem, in- 30
quam, quæ hoc caſu requireretur, cùm agamus de iis quæ cauſam diſcontinuam habent, & de conſuetudine præſcripta, tractatur enim de tollendo iure Comitatenſibus, tam ex declaratione dictarum proclamationum, quàm ex conſuetudine antiquiſſima, & immemoriali, vt ſuprà demonſtratum fuit quæſito, Alexan. *conſil. 136. num. 17. lib. 2. & conſ. 173. num. 2. & ſeq.*
lib. 6. ſed nec requiſita ad aliam conſuetudinem indu- 31
cendam quàm immemorialem. Hic adſunt, de quibus per DD. *in l. de quibus ff. de legibus, & in l. 1. & 2. C. quæ ſit longa conſuetudo.* Aretin. & Faber *in §. ex non ſcripto, Inſtitut. de iur. natur.* Dec. *conſil.* 255. *num.* 2. Menoch. *conſil.* 187. *numer.* 57. Maſcard. *concluſ.* 424. *per totum.*

Prætereà tam paucæ ſunt huiuſmodi inueſtituræ, quatuor ſcilicet tantùm, & de rebus modici valoris, & perſonis ruſticis & ignaris factæ, vt æſtimandum ſit potius ex ignorantia eorum extortas fuiſſe quàm quòd ita fieri debuiſſent, quod ex eo manifeſtè conſtat, quod vna ex illis, ſcilicet de anno 1430. facta fuit ratione inſtitutionis de proprio filio factæ, qui ex omnium ſententia, nemine diſcrepante, nec inueſtituram petere, nec laudemium ſoluere debebat, quemadmodum ipſimet Officiales dictæ Cameræ in ſuis articulis fatentur.

Adde poſtremò, quod à dicto anno 1499. vſque in præſentem diem, & ſic vltra centum annos, nulla proponitur talis inueſtitura, ſucceditque doctrina Vinc. de Franc. *deciſ.* 201.

Ex quibus omnibus concluditur, neque ex inſtitutione hæredis extranei, neque ex legato, extraneis facto, laudemium deberi.

ARGVMENTVM.

AN teſtamentum corruat præteritione patris.

Filio inſtituto hærede vniuerſali, filiæ verò relicta certa parte, & ipſis in pupillari ætate decedentibus, auo ſubſtituto,

An cenſeatur inducta reciproca inter ipſos.

Et an filio in pupillari ætate mortuo, ſoror ſuperſtes excludet ſubſtitutum.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum, patris præteritione, regulariter nullum eſt.*

2 *Hoc tamen fallit, quando teſtator habet proprios filios vel deſcendentes.*

3 *Filius præteritus ſi tacuerit (& multo magis pater) & interim mortuus ſit, non validatur teſtamentum.*

4 *Tamen cùm approbat, ſiue verbis, ſiue re & facto ipſo, ſibi præiudicat.*

5 *Non tamen fratribus ſuis, qui fortè ex partibus inæqualibus inſtituti ſunt. Poſſunt enim ex perſona fratris præteriti impugnare teſtamentum, ad hoc vt ad æqualitatem reducantur.*

6 *Clauſula codicillaris ſuſtinet teſtamentum, præteritione patris vel filij inualidum.*

7 *Clauſula, omni meliori modo, idem operatur, quod codicillaris.*

8 *Vno ex impuberibus decedente, ſuperſtes ſuccedit ab inteſtato.*

9 *Et excludit ſubſtitutum.*

10 *De ſubſtitutione plures continente, inducitur vt caſus euenerit.*

11 *Reciproca tacita, etiam fideicommiſſaria, non dicitur inducta, niſi tribus, de quibus ibi, concurrentibus.*

12 *Pupillaris tacita, aut non inducitur, aut non ita facilè.*

13 *Fideicommiſſaria ex coniecturis facilè inducitur.*

14 *Dato hærede vniuerſali, inſtitutus in re certa legatarij vice fungitur.*

15 *Inſtitutis pluribus impuberibus, quibus in pupillari ætate decedentibus, datus eſt ſubſtitutus, non inducitur reciproca inter ipſos.*

16 *Reciproca fieri debet inter plures inſtitutos, & expreſſè vocatos.*

17 *Pluribus inſtitutis, vno ex iis decedente, ſubſtitutus per fideicommiſſariam, admittitur ad partem illius, non expectata morte vtriuſque.*

18 *Fallit ſi ſuperſtes ſit magis dilectus.*
19 *Et quamuis in pupillari, eadem regula ſtatuenda ſit,*
20 *Eadem tamen exceptio admittitur.*
21 *Quæ tamen ſequenda eſt in caſibus, in quibus loquuntur Doctores, quando ſcilicet duo impuberes inſtituti ſunt.*
22 *Auus ſuccedit nepoti prædefuncto cum fratre eiuſdem.*
23 *Quando verba ſubſtitutionis referuntur ad perſonas, pluralitas reſoluitur in ſingularitates.*
24 *Vt perſona magis dilecta excludat ſubſtitutum, debet eſſe inſtituta, non minus ac illa de cuius ſubſtitutione agitur.*
25 *Nec ſufficit, quod ſit in re particulari inſtituta.*
26 *Diſceditur etiam a prædicta exceptione, quando ſubſtitutus, ab inteſtato ſuccederet, cum pupillo ſuperſtite.*

CONSILIVM CXXXIX.

PROPONITVR in facto, quod Nobilis quondam Floriſel de Claueſon, dominus de Mereurol, filius emancipatus Illuſtr. Caroli de Claueſon domini d. loci, Noſtung. Mercurol. & Murel. Equitis Chriſtianiſſimi Francorum Regis, in ſuo vltimo teſtamento hæredem vniuerſalem inſtituit nobilem Carolum eius filium, legauitque domicellæ Magdalenæ eius filiæ ſextam partem ſuorum bonorum mobilium, iurium, & actionũ, & caſu, quo dd. Carolus & Magdalena decederent in pupillari ætate, aut aliàs ſine valido teſtamento, ipſis ſubſtituit d. Carolum patrem teſtatoris ſi tunc viuus ſit, & in eius defectum Nobilem Petrum de Claueſun eius patruum, & in eius defectum ſimiliter Nobilem Claudium de Claueſon eius fratrem: moritur in ea voluntate, & poſt eius obitum deceſſit Carolus, hæres inſtitutus, in pupillari ætate, ſuperſtitibus d. Carolo auo, & Magdalena ſorore. Ex eo reſultant dubia diſcutienda.

Primum an teſtamentum d. Floriſel, præteritione patris, nullum ſit, nihil enim Carolo patri reliquit. Alterum, caſu quo validum ſit, quis Carolo filio dicti Floriſel ſuccedere debeat, Carolus auus, an Magdalena ſoror, attentis verbis ſubſtitutionis de quibus ſuprà.

Quoad primum paucis reſpondetur, teſtamentum
1 eſſe validum, nec præteritione patris nullum dici poſſe, nam etſi regulariter teſtamentum filij ſit nullum, ſi in eo præterit patrem; authen. *vt cùm de appellat. cognoſcitur, §. aliud quoque capitulum.* & iſta ſit communis opinio, vt per Apoſtillatores ad Bartol. *conſ. 18.*
2 *viſo teſtamento*, in verbo, *non rumpitur, lib. 1.* hoc tamen fallit, quando filij vel deſcendentes habent proprios filios vel deſcendentes, quia cùm prima cauſa ſit filiorum & deſcendentium, ſi illos inſtituerunt, aſcendentes non poſſunt dicere de nullitate, Bartol. plenè *d. conſ. 18. in princip. & conſ. 215. an teſtamentum, in prin. lib. 1.* Bald. *conſ. 17. præteritio matris, lib. 2.* Guid. Pap. *deciſ. 426. num. 3. verſ. iuxta præmiſſa.* vbi ſequitur Bart. & adducit iura.

Quo ſtante, inutiliter quæritur, an approbatione Caroli patris, dict. teſtamentum validum fuerit redditum, illique præcluſa via illud de nullitate impugnandi, cùm teſtamentum de per ſe valeat: ſi tamen in ea verſaremur quæſtione, reſpondendum eſſet, ſibi præcluſam viam impugnandi, nam quamuis ſi fi-
3 lius præteritus (idémque de patre multo magis) tacuerit, & interim mortuus ſit, non validetur teſtamentum, Guillelm. Benedic. *in repetit. cap. Raynutius*, in verbo, *in eodem teſtamento, in princ. num. 100.* eámque ſententiam communem aſſerat ibidem à *num.*
84. *vſque ad num. 101.* tamen cum approbat, ſiue ver- 4
bis ſiue re & facto ipſo ſibi præiudicat, non tamen fratribus ſuis qui forte ex inæqualibus partibus ſunt in- 5
ſtituti, nam illi ex perſona fratris præteriti impugnare poſſunt teſtamentum, ad hoc vt æqualiter ſuccedant, *l. poſt mortem § fin. ff. contra tabul.* Cuiacius ad *l. ſi duobus cod. tit.* Caſtrenſ. ad *l. filio præterito ff. de iniuſto rupto.* Boer. *deciſ. 96. num. 5.* Alciat. ad *l. plus qui in patris. ff. de lib. & poſthu.* Benedic. *d. loco*, Claras in *§. teſtamentum, quæſt. 43.* d. verò Carolum approbaſſe teſtamentum re & facto ipſo conuincitur, ex eo quod nedum adfuit publicationi teſtamenti, nec conqueſtus eſt, ſed etiam, quod quamdiu dictus Carolus hæres vixit, ipſe vt auus & tutor, eiuſdem nomine & in vtilitatem eiuſdem hæreditatem adminiſtrauit.

Ruſus, exiſtente dicta reſolutione, quòd ſcilicet præteritione patris non corruat teſtamentum filij, qui filios poſt ſe reliquit, inutile eſt etiam quærere, an ex clauſula Codicillari ſuſtineatur, de quo tamen ſi ageretur, reſpondendum eſſet, abſque dubio ſuſtineri, vt 6
ſcilicet ab inteſt. deſcedentes teneantur hæredibus inſtitutis reſtituere, cùm agatur de patre, nam & in filio iam nato ſcienter præterito ea eſt receptiſſima DD. ſententia, vt per Hieronym. Gabriel *conſ. 113. num. 7. lib. 2.* Iulium Clar. *in §. teſtamentum, quæſt. 46. num. 1. verſ. tenenda eſt ergo.* Anton. Gabriel. *lib. 6. concluſ. tit. de clauſulis, concluſ. 7. num. 1.* & fuſiſſimè Menoch *præſump. lib. 4. præſump. 35. num. 2.* In caſu verò noſtro adeſt clau- 7
ſula, *omni meliori modo*, quæ nedum idem operatur, quod clauſula Codicillaris *§. fin.* & ibi Bartol. & DD. communiter *ff. de lega. 2.* Felin. *in cap. cum ſuper num. 15. verſ. quartus effectus de offic. deleg.* Socin. *conſil. 66. num. 10. lib. 3.* Pariſ. *conſ. 62. num. 15. lib. 2.* & fuit reſolutum in cauſa Romana hæreditatis 1. Aprilis 1591. coram Seraphino. Sed maioris cenſetur eſſe efficaciæ, ita quod vt vis clauſulæ Codicillaris demonſtretur, ſoleat dici eam idem operari, quod clauſula, *omni meliori modo* per text. in l. 1. cum ib. traditis per Bartol. & alios *ff. de iur. Codicill.* latè Achill. Pedroca *conſil. 19. n. 35.* & fusè Turretus *in tract. de effectib. clauſul. Codicillar. q. 7. n. 8.* & hæc quidem circa primum dubium, quo concludimus teſtamentum d. Caroli validum, nec vlla ratione impugnari poſſe.

Circa ſecundum verò quæritur, an auus, an ſoror defuncti ſuccedere debeant. Vt ilius veritas habeatur, duo capita conſtituenda ſunt, eáque ſeparatim tractanda. Vnum, an inter Carolum hæredem & Magdalenam legatariam cenſeatur inducta reciproca ſubſtitutio. Alterum, caſu quo non ſit inducta, an auus nunc ſuccedere poſſit, an non, niſi poſt mortem filiæ, & ſic an ſubſtitutio locum habeat vno tantum, an verò non niſi vtroque mortuo. Sed antequam de vnoquoque ex iſtis capitibus diſſeramus amouendus eſt ſcrupulus. Quæret enim aliquis, ſi reciproca non ſit inducta, & ſic ex vi illius Magdalena ſuccedere non poſſit, videtur inutiliter quæri, an auus ſubſtitutus ſuccedat, ſi enim Magdalena non poteſt ſuccedere ex vi ſubſtitutionis, auus ſubſtitutus ſuccedere debet. Reſpondetur, quòd ſi non ſubeſſent rationes, ex quibus in caſu noſtro ſubſtitutus vno moriente & non ſpectata morte vtriuſque ſuccedere poſſet, quæ an ſint in caſu noſtro, in ſecundo capite diſſeremus, Magdalena etſi non ſubſtituta, ſucceder-
ret tamen ab inteſtato, quia vno ex impuberibus 8
dece-

Digitized by Google

decedente, ſuperſtitibus reſeruata eſſet legitima, & ſic
ab inteſtato ſucceſſio, *l. vel ſingulis ff. de vulg. & pupil-*
9 *lari, §. vel ſingulis inſtit. de pupilla.* & ideò ſuperſtes ex-
cludit ſubſtitutum, non quidem ſubſtitutione reci-
proca, ſed ex ſibi reſeruata ſucceſſione inteſtati, ita
Bart. & reliqui *in d. l. vel ſingulis*, Cornel. *in l. penult. col.*
6. verſ. item fallit C. de impube. Alex. *in l. pater filiam §.*
vlt. ff. ad l. Falcid. Didac. *in cap. Raynutius §. 8. num. 5. de*
teſtamentis. Zanchus *in l. hæredes mei §. cum ita. 6. par.*
n. 36. ff. ad Trebell. & fusè Menoch. *præſumpt. lib. 4. præſu.*
61. num. 12.

Deueniendo igitur ad primum caput reſpondetur,
abſolutè reciprocam pupillarem inter Carolum &
Magdalenam nollo modo inductam, pupillarem, in-
quam, de ea enim nunc agitur, cùm ea ſit expreſsè fa-
10 cta his verbis, *ſi in pupillari ætate*, & Carolus impubes
deceſſerit, quoties enim agitur de ſubſtitutione, quæ
plures continet, vt pupillarem & fideicommiſſariam,
vt hæc, caſu quo pupillus moriatur pubes ſine teſta-
mento, de ea iudicandum eſt, prout caſus euenit, Bart.
in l. hæredes mei §. cum ita col. vlt. & ibi Ripa *num. 28.*
Zanch. *num. 628.* & commnniter DD. & ſic hoc caſu de
11 pupillari agendum, cùm Carolus impubes deceſſerit)
tribus rationibus. Prima, quia tacita reciproca etiam
fideicommiſſaria non inducitur niſi tribus concurren-
tibus. Primò, quod ſint hæredes expreſsè inſtituti &
vocati: Secundò, quòd ſubſtitutio expreſsè ſit facta
vltimo decedenti: Tertiò, quòd ſit facta in tota hære-
ditate, vel in omnibus bonis. Et hæc eſt magis com-
munis opinio, vt dicit Iaſ. *in l. poteſt num. 12. ff. de vulga.*
& pupilla. & in l. penult. num. 7. C. de impuber. Socin. iun.
conſ. 145. num. 10. vol. 3. & Mandol. Alba *conſil. 31. num. 3.* &
fusè multos referens Menoc. *conſ. 328. num. 48.* & Man-
tic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 5. num. 15.* Adeò vt ſi
non vltimo morienti, ſed poſt mortem omnium facta
ſit, communior ſit ſententia non videri inductam re-
ciprocam, ex notat. per Gabriel. *lib. 4 tit. de ſubſtit. con-*
cluſ. 1. num. 1. Mantic. *d. loco num. 6.* Menoch. *d. lib. 4. præ-*
ſumpt. 62. num 30. Couar. *ad d. cap. Raynutius §. 8. num.*
4. de teſtandis.

Quod ſi hæc procedunt in tacita fideicommiſſaria,
12 multu magis in tacita pupillari, quæ eſt directa, quæ
aut ex aliquorum non inducitur, aut ex aliorum ſen-
tentia non ita facilè imò difficilè inducitur, *l. hæredes*
palam in princ. ff. de teſtamen. l. iubemus C. eod tit. l. vnica
ff. ſi tabula teſtam. ex tab. Alex. *conſ. 31 num. 9. lib. 1.* Me-
noch. *præſumpt. 61. d. lib. 4. num. 13.* Manti. *d. tit. 5. num. 6.*
13 *verſ. & inhærendo*, fideicommiſſaria verò ex coniectu-
ris facilè ſolet induci, *l. cùm proponebatur in fi. de leg. 2.*
cum concordantib. in hoc verò caſu nulla ex requiſitis
adeſt, neque enim duo filij fuerunt hæredes inſtituti,
ſed Carolus tantùm inſtitutus hæres, Magdalena verò
legataria: nec dicas eam inſtitutam in re certa, nam
poſito quod teſtator verbo inſtitutionis vſus fuiſſet
(quod tamen non aſſeritur in themate mihi propoſi-
14 to) dato vniuerſali hærede inſtitutus in re certa lega-
tarij non hæredis vice fungitur. *l. quoties cum ſimilibus*
C. de hæred. inſtituendis ſubſtitutus quoq; non eſt datus
vltimo morienti, nec in tota hęreditate, ſed ſimpliciter
ſi Carolus & Magdalena in pupillari ætate decede-
rẽt, ergo nulla eſt reciproca inter Carolum & Magda-
lenam ſubſtitutio. Rationes verò cur illis tribus con-
currentibus inducatur reciproca fideicommiſſaria, &
de qua eſt caſus ſingularis *in l. Titia Seia §. Seia liber-*
tis ff. de lega. 2. & non concurrentibus non inducatur,
videre eſt penes Manti. *d. lib. 7. d. tit. 5. n. 4.* ne hîc tranſ-
cribantur.
15 Secunda ratio, in terminis pupillaris quando teſta-
tor pluribus pupillis ſimpliciter ſubſtitutis, vt quia di-

xit, *Inſtituo Titium, Caium & Sempronium filios meos impuberes*, quibus in pupillari ætate morientibus ſubſtituit Mæuium, non induci reciprocam inter ipſos eſt certiſſima DD. ſententia, & probant manifeſtiſſimè ex *l. pater filiam §. vlt. ff ad l. Falc. & l. qui duos ff. de vulga.* & per Bartol. *in d. l. vel ſingulis.* & Couar. *d. §. 8. n. 5.* & Menoch. *d. præſumpt. 61. num. 12.* nec inuenio contradicentem.

Nec inſtes verum quidem eſſe, ſed locum fore ſucceſſioni ab inteſtato, & expectandam eſſe mortem omnium, vt ſit locus ſubſtitutioni, hoc enim reſpicit ſecundum caput, de quo mox, ſed pro nunc tantùm hîc quærimus, an ſit reciproca inducta inter filios, vt ex eis ſuperſtes ſuccedere poſſit, qua in re omnes fatentur non eſſe inductam.

Tertia, eáque infallibilis ratio eſt, quia de eſſentia præciſa & neceſſaria reciprocæ eſt, vt fiat inter plures hæredes inſtitutos, & expreſsè vocatos *l. iam hoc iure, verſ. quod ius ad tertium l. Lucius ff de vulgari.* Manti. *d. lib. 7. tit. 4. num. 4.* Paulus Leonius *in tract. ſubſtitutionum in materia reciproca ſubſtitutionis ſub num. 1. 2. & 3.* Intrigliol. *de ſubſtitut. cent. 2. quæſt. 47.* at verò in caſu noſtro quomodo poteſt induci reciproca inter Carolum & Magdalenam, cùm Carolus ſolus ſit vniuerſaliter inſtitutus, Magdalena verò legataria, & in terminis quod reciproca non poſſit induci niſi inter hęredes inſtitutos? poſt multos docet Simon de Præt. *de interpret. vlt. volunt. lib. 3. interpret. 3. dubit. 4. ſolut. 1. n. 24 cum ſeqq. fol. mihi 116.*

Sed dicet aliquis hæc quidem vera eſſe in ſe, ſed exceptionem pati, quando ſupereſt perſona magis dilecta, quæ excludit ſubſtitutum, magis verò dilectam cenſeri filiam vel filiam & deſcendentes ipſius teſtatoris, Crauet. *conſ. 328. num. 32.* Mazzar. *conſil. 14. n. 7.* hic verò conflictus eſt inter patrem teſtatoris & filiam. Reſpondetur primò, huiuſmodi obiectum ſolere tractari in c. 2. & in terminis *d. l. hæredes mei §. cum ita ff. ad Trebell.* & ibi de veritate eius diſſeremus.

Secundò reſpondetur, nullum ex eo contendere pupillarem eſſe inductam, alioquin deſtruerentur certiſſima propoſita ſententia, qua ſupra demonſtratum eſt in ſubſtitutione, Titio, Seio & Sempronio morientibus ſimpliciter facta, ſi in pupillari ætate decederent, non induci tacitam reciprocam pupillarem inter ipſos, nam huiuſmodi pupillaris non potuit fieri niſi filiis, & ſic ſemper excluderetur ſubſtitutus, quia ſuperſtes filius, perſona magis dilecta cenſeretur ſubſtitutus reciprocè, per tacitam pupillarem, & tamen DD. omnes ponũt exemplum, ſi teſtator inſtituerit Titium, Seium & Sempronium filios impuberes, & illis in pupillari ætate decedentibus ſubſtituerit Mæuium extraneum, & omnes nemine diſcrepante non induci inter filios tacitam reciprocam pupillarem.

Rurſus in fideicommiſſaria reciproca inducenda aliquos quidem DD. ſolitos dare huiuſmodi exceptionem à perſona magis dilecta deſumptam, ſed penè omnes fateri non propterea induci fideicommiſſariam reciprocam, ſed ſolùm perſonam magis dilectam ſuperſtitem ſuccedere debere ab inteſt. ſubſtitutioni verò locum non fore, niſi poſt mortem omnium hæredum inſtitutorum, vt eruditè docet Menoch. *præſump. 62. num. 36. verſ. hanc coniecturam*, & Fachin. *controuerſ. lib. 4. cap. 82.* & ſic res redit ad materiam *d. §. cum ita.* & ad cap. noſtrum ſecundum, quæ eſt prima reſponſio ſuprà data.

Poſtremò inutiliter hæc obijciuntur, cùm non agatur de duobus inſtitutis an inuicem cenſeantur ex coniecturis ſubſtituti, ſed de inſtituto & legatario, inter quos, vt iam dixi, non poteſt induci reciproca.

Et hæc quidem quoad primum caput.

Iam verò quoad ſecuodum, quo quæritur, an Carolus pater teſtatoris iam d. Carolo nepoti ſuccedeſe debeat ex vi ſubſtitutionis à Floriſel. factæ, an verò ſit expectanda mors Magdalenæ, & ioterim ſucceſſiooi ab inteſt. locum fore, quod eo poſtremo caſu omnioo eſſet neceſſarium, cùm certo determioatum ſit dictam Magdalenam oou eſſe reciprocè ſubſtitutam, & cer-
17 tiſſima DD. eſt ſenteotia io fideicommiſſario, ſi pluribus inſtitutis eiſdem ſubſtituit ſimpliciter, vel per copulatiuã, *Et*, (vt mittam alios caſus qui ſolent diſtiogui) vno decedeore ſubſtitutum admitti reſpectu ſuæ partis, ooo ſpectata morte vtriuſque, Bart. *in d. §. cùm ita ſub num.* 4. per *l. Lucius §. Caio. ff. ad Trebell. l. fin. § filium ff. de lega.* 2. Socio. iuo. *in d. §. cum ita num.* 83. vbi teſtatur communem opinionem, Menoch. *d. præſumpt.* 186. *num.* 12. Marzat. *conſil.* 14. *num.* 6. *&* 8. Alex. *conſ.* 38. *lib.* 1. Socin. ſenior *conſ.* 94. *lib.* 4. Alciat. *reſponſ.* 487. *num.* 4. 14. *&* 19. Coraſ. *in l. penult. num.* 18. *Cod. de impuber.* Maoti. *lib.* 11. *tit.* 5. *num.* 17. vbi teſtatur communem opiniooem.

18 Sed huioſmodi doctrina patitur exceptionem, ſi ſuperſtes hæres ſit magis dilectus, vt quia ſit de liberis teſtatoris, qui ſimul cum fratre prædefuncto inſtitutus erat hæres, nam is ex præſumpta voluntate defuncti excludit ſubſtitutum, Bart. *in d. § cùm ita ſub num.* 5. *per l. ſi ij qui § item ſi pater ff. de rebus dubiis l. generaliter §. fin. ff. de inſtit. & ſubſtitut. & l. penult. C. de impuber.* & alij infiniti quos allegant & ſequuntur Meooch. *lib.* 4. *præſumpt.* 186. *num.* 16. Maoti. *d. lib.* 11. *tit.* 5. *num.* 18. Intriglio. *de ſubſtitut. cent.* 3. *quæſt.* 48. *num.* 19. Graſſ. *in § ſubſtitutio q.* 79. *n.* 16.

19 Quæ exceptio adeò vera eſt, vt quamuis in pupillari eadem regula ſtatueoda eſſet, quæ in fideicommiſſaria ex natura rei, vt ſcilicet ſufficiat io perſooa vnius exiſtere conditiooem, hanc communem teſtatur Soc. iun. *in d. § cùm ita num.* 80. & eum ſequutus Intriglio. *d. quæſt.* 48. *num.* 9. tamen cùm plures impuberes inſtituuntur, etſi deceſſerint in pupillari ætate, ſubſtituitur
20 Titius, vno io popillari ætate decedente, quia ſuperſtes eſt perſona magis dilecta: cooſtituatur contraria regula, oimirum in pupillari facta pluribus ioſtitutis ſimpliciter, vt ſi tales filij deceſſerint in pupillari ætate, vel copulatiuè, vt ſi Titius & Seius deceſſerint, vt hoc caſu, tunc cooclud endum ſit, ſubſtitutioni non eſſe locum per text. *in d. l. penult. C. de impuber.* (quæ tamen procedit in aliis termiois, oempe ſi teſtator vſus ſit dictione, *vterque* vel *ambo*,) *& l. vel ſingulis ff. de vulgari.* gloſ. *in l. qui duos ff. de vulga. in l. pater filium §. fin. ff. ad l. Falcid. & in l. ſi pater impuberes ff. de vulga.* vbi Iaſoo ex communi ſic tradidit, & idem Iaſon *in d. l. penult. num.* 5. Rip. *in d. § cùm ita num.* 118. & ante eum Bart. *d. § cùm ita num.* 4. Socin. iun. *ibid. num.* 80. Manti. *d. lib.* 11. *tit.* 5. *num.* 10. quia, vt inquit Graſſ. *d. quæſt.* 79. *num.* 9. ſupereſt alter pupillus, qui ex præſumpta mente alterum excludit.

Et videtur nos verſari in eo caſu, quia agitur de pupillari facta, ſi Carolus & Magdalena moriantur in pupillari ætate, ideóque videtur, quod quamuis Carolus in ea ætate mortuus ſit, Magdalenam vti prædilectam impedire, quominùs ſubſtitutiooi ſit locus, & locum fore ſucceſſioni ab ioteſt. iuxta *d. l. vel ſingulis*, etſi non adſit dictio, *vterque* vel *ambo*, quo caſu res eſſet certior, ex *d. l. penult.*

Sed ad hoc reſpoodetur, præſuppoſito quòd ſequenda ſit huiuſmodi ſiue exceptio ſiue regula deſumpta ex qualitate perſonæ magis dilectæ, quæ debeat efficere ne ſubſtitutiooi ſit locus, conditione eueniente in vnius perſona, etſi aliqui eam impugnarint, vt Caſtren. & Imol. *in d. §. cùm ita*, idem Caſtren. *conſil.* 449. *lib.* 2. Alex *d. §. cùm ita num.* 24. *& in d. l. penult. C. de impuber.* Alciat. *d. § cùm ita num.* 5. quos refert Menoc. *d. præſumpt.* 186. *num.* 17 *in fi. verſ. eſt itaque.* Reſpoode- 21
tur, ioquam, eam veram & ſequendam eſſe in terminis in quibus loquuntur DD. non in themate noſtro longè ab illis diuerſo, nam DD. & textus, io quibus ſe fundaot, præſuppoouot duos impuberes hæredes inſtitutos, & illis in pupillari ætate decedentibus, vel ſimpliciter vel copulatiuè datum eſſe ſubſtitutum, & tres ſolent afferre rationes, præſertim Mantic. Intriglo. & Craſſ. *dd. locis.*

Prima, quia ceoſetur voluiſſe ius legitimæ ſucceſſioois conſeruare, ex *d. l. vel ſingulis.* Secunda, vt bona ſeruentur io familia, qood etiam reſpicit publicam vtilitatem, *l.* 1. *§. penult. verſ. publice. ff. de ventre inſpicien.* Tertia, quia ſuperſtes videtur magis dilectos ex eo quod ſimul cum fratre defuncto inſtitutus fuit, nam quoad *l. cùm auus ff. de condit. & demonſt. l. cum acutiſſimi C. de fideicom. l. generaliter §. cùm autem C. de inſtitut. & ſubſtitut.* cum concordaotibus ooo faciunt ad rem, quia loquuntur io liberis ipſius grauati, nec locum habeot in collateralibus, & ſioe authoritate leges noo debent exteodi, vt colligitur ex *d. l. cùm acutiſſimi*, & *d. l. generaliter §. cùm autem*, prætcrea loquuntur in ea portione, quæ fuit acquiſita patri, à qua eius filij per ſubſtitutum oon debent excludi, vnde ad caſum minus fauorabilem ooo debẽt exteodi: omnis eoim virtus extenſioois conſiſtit in vinculo eiuſdem aut paris aut maioris rationis *l. illud §. ad l. Aquiliam l. à Titio ff. de verbor. obligation.* vt eruditè docent Manti. *d. lib.* 11. *tit.* 5. *verſ. neque ad rem matr. de leg. & fideicom. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 11. Iam verò nos ſumus in terminis omoino differeotibus, in quibus omoes illæ rationes ceſſant, nam ſi locus ſucceſſioni ab inteſt. eſſet, vt reuera eſſet, ſi locus eſſet d. exceptioni vel regulæ, pater teſtatoris ſimul cum filia eadémque nepte & ſorore defuncti ſuccederet, nam nepote moriente auus cum ſorore eiuſdem ſuccedit, & ſic ipſa ſoror ſola ſucceſſura oon erat, nec propterea poſſumos dicere patrem voluiſſe ei conſeroare ius legitimæ ſucceſſionis *§.* 2. *verſ. ſi verò, cum gloſ. in ver. proximis*, Nouell. *de hæredib. ab inteſt. venientibus* 118. *authen. defuncto, C. ad Tertyll.* Et quamuis aliqui Accurſium contrarium ſentientem aſſerant *in d. authen. defuncto, verb. proximis*, ſcilicet quòd auus non ſuccedat ſimul cum nepote vel nepte, eodémque fratre vel ſorore defuncti, parte ſcilicet eorumdem prædefuncto, hoc non eſt verum, aſſerit quidem in principio Gloſ. quoſdam eam ſenteotiam amplexos, ſed ab ea recedit refereodo deinde opinionem Ioannis
exiſtimantis auum cum oepote ſuccedere, & in ea re- 22
ſidendo, & quam apertè amplexus eſt *in d. Nouel. de hæredibus ab inteſt. venient.* quæque frequentiori DD. calculo receptа eſt, & tutatus eam Bartol. *in d. authen. defuncta*, & communem dicit Bald. ibi, *& conſil.* 168. *vol.* 4. & alij quos refert & ſequitur Graſſ. io *§. ſucceſſio* ab inteſt. *q.* 23. & ſic ceſſat prima ratio.

Secunda quoque ratio nedom ceſſat, ſed contraria militat, nam ſi ſubſtitutioni ſit locus, vt debet eſſe, pater, & io defectum illius frater eiuſdem & tandem frater defuncti vocantur, per quos taoquam maſculos familia cooſeruatur, ſi verò Magdalena ſuccederet, bona illius tranſirent in aliam familiam, & veriſimile eſt eam mentem fuiſſe teſtatoris, vt bona io familia conſeruarentur, præſertim quod ferè ea omoia ex liberalitate patris habuiſſet, quódque abundè prouidiſſet filiæ per legatum illi factum.

Tertia quoque ratio ceſſat, neque enim poteſt filia dici magis dilecta, cùm non fuerit inſtituta ſimul cum

fratre,

fratre,ſed illi tantùm legatum factum, nec fuerit ſubſtituta, ceſſantibus igitur omnibus rationibus, & cùm verſemur in diuerſis terminis d.exceptionis ſeu regulæ, aſſerendum eſt locum fore ſubſtituto, & filiam non admittendam.

Quæ reſponſio confirmatur ex variis circumſtantiis in hoc caſu militantibus, ex quibus conijcimus mentem teſtatoris, eam fuiſſe vt ſubſtitutus admitteretur, excluſa filia, & ex quibus tollitur præſumptio reſultans ex qualitate perſonæ filiæ, vna enim præſumptio tollit aliam, multo magis plures vnam.

Prima, quia ſolum filium hæredem vniuerſalem inſtituit, filiam verò legatariam fecit.

Secunda, qui ſubſtituit patrem, qui ab inteſt. ſimul cum ſorore defuncti ſucceſſurus erat.

Tertia, quia in defectum patris ſubſtituit fratrem eiuſdem & in defectum illius, fratrem ſuum proprium.

Quarta, quia ſubſtituit ſolùm eos, qui erant de ipſius agnatione & familia, nulla filiæ eiúſque deſcendentium facta mentione, ex quo ſatis manifeſtè demonſtrauit, ſe rationem conſeruationis familiæ habere voluiſſe.

Quinta, quia ferè omnia bona à patre quem ſubſtituit, habuerat, videtúrque voluiſſe vt redirent ad eum, & familiam eius vnde prouenerant, & prouidere caſu quo filius eius moreretur in pupillari ætate, eo modo quo veriſimiliter prouidiſſent ſi in contractibus donationum eum caſum præuidiſſent.

Poſtrema, quia *ſubſtitutionis* verba non ad hæredi-
23 tatem ipſius, ſed ad perſonas retulit, his verbis, *leur a*
ſubſtitué, quo caſu pluralitas ſolet reſolui in ſingula-
ritatem *l. falſa §. vlt. ff. de condit. & demonſtr. cum ſi-*
milibus.

Secundò, ſententia principalis, vt ſcilicet in caſu no-
ſtro ſubſtitutus vocetur excluſa filia, probatur ex eo
quòd vt d. exceptio ſeu regula ex qualitate perſonæ
24 magis dilectæ procedat, ſicque ea impediat ſubſtitu-
tum, neceſſarium eſt, vt ſit inſtituta hæres, non minus
ac ille qui deceſſit, de cuius ſubſtitutione agitur. Ripa
25 *in d. §. cùm ita num.*133. Manti. *d. lib.*11. *tit.*5. *num.*20. nec
ſufficit quod fuerit in re certa inſtituta, Corne. *conſil.*
146. *num.*8. *lib.*2. *& conſ.*276. *per tot.* & præſertim circa
*num.*11. *lib.*3. & extat Zabarellæ *conſ.* 60. *num.*9. quo con-
tra filiam in re certa inſtitutam in fauorem extranei
ſubſtituti reſpondit in terminis pupillaris, & hanc eſſe
receptam opinionem teſtatur Menoch. *d. præſump.*186.
*num.*21. at verò in noſtro caſu proponitur filia legata-
ria, aut certè in re certa tantùm inſtituta, & ſolùm Ca-
rolus maſculus vniuerſalis hæres inſtitutus. ergo nulla
eſt habenda ratio d. filiæ, quominùs ſubſtitutioni ſit
locus.
26 Poſtremò, à prædicta regula ſeu exceptione diſce-
ditur, & illi locus non eſt, vt ſcilicet non habeatur ra-
tio huiuſmodi perſonæ, quæ præſupponitur magis dilecta, & ſubſtitutus admittatur primo ex filiis impuberibus decedente, etiam præſuppoſito, quod duo impuberes ſimul inſtituti ſint, quod magis eſt, ſi nimirum ſubſtitutus talis eſſet, qui in ſucceſſione impuberis defuncti ab inteſtato concurreret cum fratre ſuperſtite pupillo hoc enim caſu potior eſt cauſa ſubſtituti, veluti lege & teſtatoris ordinatione ſuffulta, vt poſt Bart. Bald. Alexand. Curt. Raphael. & alios docent & communem aſſerunt Rip. *in d. §. cùm ita num.*123. & Zanch. *num* 930. qui contrarium tenentes eóſque paucos refellit, eorúmque rationibus reſpondet, nec non Gabriel. *conſil.*121. *num.*46. *lib.*1. qui multos refert & ſequitur, neceſſum enim eſt, vt ea perſona, quæ vult excludere ſubſtitutum, talis ſit, vt ſubſtitutum ab inteſt. excluderet, quod ſi non excludat, ſed concurrat, potentior eſt cauſa ſubſtituti, Corn. *conſil.*286. *num.*2. Cuius rei ratio eſt manifeſta, quia cùm ſubſtitutus & ſuperſtes impubes ſint æquales in ſuccedendo ab inteſtato ſubſtitutus tanquam vocatus à teſtatore præferri debet, quia, vt inquit Zanch. *d. loco* poſt Tornicl. *ibid. num.*122. in paribus terminis debet verſari natura ſubſtitutionis, quæ eſt, vt pluralitas reſoluatur in ſingularitatem. Adde quod cùm ſubſtitutus ſucceſſurus quoque eſſet ab inteſt. magis quàm impubes ſuperſtes eſt dilectus, ex eo quod expreſsè ſubſtitutus eſt.

Eſtque hîc animaduertendum duo concurrere, quorum vnum ſufficeret ad amittendum ſubſtitutum & excludendam Magdalenam ſcilicet quod d. Magdalena non ſit inſtituta cum Carolo fratre, & quamuis inſtituta fuiſſet, quod pater teſtatoris ſubſtitutus ſit, qui cum d. Magdalena ab inteſtato ſucceſſurus erat, & vnumquodque ex his corroboratur, & certiſſimum redditur ex tot circumſtantiis & coniecturis ſuprà poſitis, ex quibus conijcitur eam teſtatoris mentem fuiſſe, vt Carolo filio morienti in pupillari ætate pater teſtatoris ſubſtitutus illi ſuccederet.

Quod verò poſtremo loco quæritur, an ex eo quod Carolus pater teſtatoris conuolauit ad ſecundas nuptias, non poſſit ſe iuuare ſubſtitutione ſaltem quoad proprietatem, vanum eſt dubium, cùm tempore teſtamenti per filium conditi d. pater ſecundò nupſiſſet, & filius teſtator ſciret, & eo nonobſtante eum ſubſtituit, Bald. *in l. mater in verſ. quæro vtrum C. ad S.C. Tertyllian.* Trentacinq. *lib.*3. *var. reſol. tit. de matri. reſol.*5. *n.*23. *verſ. tu pro ſolutione fol. mihi* 342.

Ex quibus concludimus dictum patrem nedum dimidiam partem bonorum Caroli nepotis habiturum, quod fieret ſi Magdalena impediret effectum ſubſtitutionis, & locus eſſet ſubſtitutioni ab inteſtato, ſed integram ipſius hæreditatem conſequuturum ex vi dictæ ſubſtitutionis.

ARGVMENTVM.

AN quando filia ſibi in dotem conſtituit omnia iura præſentia & futura, prò quibus mater tam priuato nomine, quàm vti tutrix, promiſit certam ſummam excedentem iura tunc competentia, an, inquam, iura poſtea per fideicommiſſum obuenta, cum eo, quod plus accepit, compenſare debeat.

SVMMARIVM.

1 *Bona paterna deſinunt eſſe paterna, quando commixta ſunt fraternis.*

2 *Fallit quando ſubiecta ſunt fideicommiſſo.*

3 *Per fideicommiſſum ſuccediłur primo teſtatori, non hæredi grauato.*

4 *Hæreditas adita per grauatum, dicitur matrimonium grauati, per mortem verò grauati, dicitur hæreditas, non primi teſtatoris, ſed grauati, licet is*

qui ſuccedit, dicatur hæres, non grauati, ſed primi teſtatoris.

5 *Poſt quam hæres grauatus adiuit, non amplius dicitur hæreditas, ſed bona eius qui adiuit.*

6 *Nihilominus etiam dum adhuc viuit grauatus, bona dicuntur paterna reſpectu vocatorum propter ſpem fideicommiſſi.*

7 *Et contraria procedunt reſpectu grauati, ratione cuius bona ipſius dicuntur, quandiu non eſt apertum fideicommiſſum, & ideo alienare poteſt, reuocabiliter tamen.*

8 *Sed reſpectu vocati & propter ſpem fideicommiſſi dicuntur bona primi teſtatoris.*

9 *Dictio* de quibus *eſt relatiua præcedentium, & coniunctiua ſequentium.*

CONSILIVM CXL.

DOMICELLA Franciſca de Michaelis filia quondam magnifici & ſpectabilis domini Roberti Michaelis auditoris dum viueret Rotæ Anen. in contractu matrimonij cum honorabili viro Claudio Theuenet inito in dotem illi conſtituit omnia ſua iura præſentia & futura, de quibus Domicella Martha de Vachon eius mater tam ſuo proprio & priuato nomine, quàm vti tutrix & adminiſtratrix promiſit dicto Theuenet dare & expedire ſummam mille ſcutorum auri piſtoletis, ſcilicet 800. de bonis paternis & 200. de maternis, quæ tandem ei fuere ſoluta.

Proponitur in facto dictum D. Robertum teſtamento ſuo Margaretam, Franciſcam, Ioannem, Sebaſtianum, Ludouicum, Claudium, & ventrem ex quo deinde natus eſt Bartholomæus, liberos ſuos hæredes vniuerſales æquis portionibus inſtituiſſe, eóſque inuicem, ſi ſine liberis decederent, ſubſtituiſſe, in eáqua voluntate deceſſiſſe, dictúmque Bartholomæum in pupillari ætate deceſſiſſe, & deinde Ioannem habitum PP. Capucinorum ſuſcepiſſe, & adhuc eo nouitio exiſtente d. Franciſcam cum d. Theuenet matrimonium, de quo ſuprà, contraxiſſe, & dotem dicto modo conſtituiſſe.

Poſt verò d. matrimonium d. Ioannem profeſſionem emiſiſſe, dict. verò Sebaſtianum eandem religionem PP. Capucinorum, Ludouicum verò Societatis IESV ingreſſos profeſſionem emiſiſſe. Proponitur etiam quod tempore d. matrimonij bona paterna d. Franciſcæ re & actu ipſo competentia, ſiue ex diuiſione bonorum, ſiue ex ratione fideicommiſſi aperti per mortem Bartholomæi non aſcendebant ad 800. ſcuta, imò nec forſan ad 400. inſpecto valore bonorum de tempore matrimonij, vt attendi debet, & cùm fideicommiſſum quoq; apertum ſit per profeſſionem dd. Ioannis, Sebaſtiani & Ludouici: Quæritur an d. Franciſca pro parte ſua quid petere poſſit, an verò debeat compenſare cum eo quod plus accepit pro bonis paternis quàm tunc aſcenderent: Et maturè verbis conſtitutionis dotis conſideratis videtur eſſe compenſan-
1 dum, & in id imputandum, nam etſi verum ſit in iure, bona paterna deſinere eſſe paterna, quando commixta eſſe cœperunt fraternis rebus, túncque fraterna eſſe incipere, & propterea renuntiationem factam per filiam bonis paternis non habere locum in paternis quæ effecta erant fraterna & commixta, Bald. *conſ.* 47. *circa fin. verſ. rurſus dicet aliquis lib.* 1. Angel. *conſil.* 52.
2 *circa medium verſ. quæritur igitur*, fusè Cancer *lib.* 1. *c.* 1. *de ſubſtitut. num.* 21. tamen hoc fallit, quando d. bona erant fideicommiſſo ſubiecta, quia tunc ratione d. fideicommiſſi dicuntur paterna, Crauet. *conſ.* 144. *n.* 1. Alex. *conſil.* 30. *num.* 5. *vol.* 1. Cancer. *d. loco circa fin.* Eſtque ra- 3
tio, quia per fideicommiſſum primo teſtatori ſuccedituꝛ, non hæredi grauato, *l. cohæredi §. cum filia.* & ibi communis DD. Schola *ff. de vulga.* Dec. *in l. generaliter n.* 6. *C. de inſtitut. & ſubſtitut.* Couarr. *pract. quæſt. c.* 38. *n.* 2. *verſ. idcirco.*

Et quidem ſi ageretur da fideicommiſſo per mortem Bartholomæi aperto res clara eſſet: paterna enim abſque dubio bona tunc dicuntur, & in conſtitutione dotis propterea comprehenduntur, ſed difficultas eſt circa bona & iura ratione fideicommiſſi dictis Ioanni, Sebaſtiano, & Ludouico iniuncti de tempore d. matrimonij nondum purificati. Dubium fuit Caſtrenſ.
conſ. 64. *in princ. lib.* 2. vbi expreſsè dicit quod hæreditas 4
defuncti ſuppoſita fideicommiſſo adita per grauatum dicitur patrimonium grauati, per mortem verò grauati dicitur hæreditas, non primi teſtatoris, ſed grauati, & ſic deinceps, licet is qui ſuccedit in fideicommiſſo, non dicatur hæres grauati, ſed hæres primi teſtatoris, ſicq; poteſt colligi, quòd ex quo fideicommiſſum debet reſtitui ab hærede grauato, quod donec reſtituatur ſit ſeu ſingatur patrimonium grauati. Confirma-
tur hæc ex d. Caſtren. *conſ.* 392. *in prin. lib* 1. vbi poſtquam 5
hæres grauatus adiuit, non amplius dici poteſt hæreditas vel bona vacantia, ſed bona ipſius qui adiuit, & quidquid ſit poſt mortem grauati ante reſtitutam hæreditatem, planè viuente grauato videtur certum non poſſe dici hæreditatem vel bona primi teſtatoris, vt per Angel. Aretin. *conſil.* 31. *numer.* 5. *verſ. quarto demonſtratur.* & *num.* 23. *verſ. nec etiam obſtat*, & repetit *conſil.* 32.

Nihilominus videtur ſtatuendum etiam dum adhuc 6
viuit grauatus, bona huiuſmodi dici paterna reſpectu eorum qui vocati ſunt ob ſpem fideicommiſſi, vt docent Iaſ. *in l.* 1. *§. veteres num.* 19. *ff. de acquir. poſſeſſ.* Dec. *in l.* 1. *num.* 18. *verſ. ſed ad hoc etiam C. vnde vir & vxor.* Vincent. de Franch. *deciſ.* 307. *num.* 4. *& ſeqq. vſque ad fi.* & in fortioribus terminis Matth. de Afflict. *deciſ.* 137. *n.* 5. *vſque ad fin.*

Nec obſtant Caſtren. Angel. & Aret. in contrarium 7
allegati, eorum enim dicta procedunt reſpectu hæredis, ratione cuius bona fideicommiſſo ſubiecta dicuntur ipſius quamdiu fideicommiſſum non eſt apertum, ideóque & ea interim alienare poteſt, reuocabiliter
tamen, purificato ſcilicet fideicommiſſo, ſed reſpectu 8
vocati propter onus fideicommiſſi & d. ſpem, dicuntur bona primi teſtatoris & ſic paterna etiam dum viuit grauatus, ex Iaſ. Dec. Vincent. de Fraue. ſuprà allegatis, ſed in caſu, in quo verſamur res non videtur habere difficultatem, quia certum eſt ſaltem poſteà huiuſmodi bona fuiſſe paterna, ſcilicet purificato fideicommiſſo & talia tunc eſſe, vt ipſimet Caſtren. & Aretin. in contrarium allegati fatentur: At verò conſtitutionem dotis nedum pro bonis paternis præſentibus, ſed etiam futuris factam fuiſſe ex eo conſtat, quia cùm conſtituiſſet omnia iura præſentia & futura, ſubiunxit, *de quibus mater promiſit ſoluere mille ſcuta, ſcilicet* 800. *pro bonis paternis*: dictio enim *de quibus*, eſt relatiua præcedentium & coniunctiua ſequentium, & infinit præcedentia ad ſequentia, & ſequentia ad præcedentia, vt perinde habeantur ac ſi præcedentia & ſequentia ſimul prolata fuiſſent, docet Tiber. *deciſ. reſp.* 56. *vol.* 3. *num* 18. poſt Bart. *in l.* 1. *§. vlt. ff. ſi fam. furt. feciſſe dicatur circa fin. & in l.* 1. *ff. de receptatorib. & in l. ſi quis ſeruum §. vlt. verſ. ſed quæro de leg.* 2. *per text. in l. à filio §.* 1. *ff. de aliment. & cibar. leg.* quemadmodum igitur ſi conſtituiſſet omnia bona paterna, & materna,

præ-

præſentia & futura, non eſſet dubiom, quin per fideicommiſſum poſtea purificatum obuenta comprehenderentur, vt verba illa aliquid operentur, ita quoque hoc caſu idem ſtatuendum eſt propter naturam dictionis (*de quibus.*)

ARGVMENTVM.

AN beneficium conferri poſſit excommunicato.
An clauſula (*cum abſolutione, ad effectum*) validet collationem.
An effectus dictæ clauſulæ ex ſubſecutis fruſtratorius redditus ſit.
An triennalis poſſeſſio illum iuuet.

SVMMARIVM.

1 *Collatio facta excommunicato, nulla eſt de iure.*
2 *Etiam ſi facta ſit motu proprio.*
3 *Et impetrans ignorauerit ſe excommunicatum.*
4 *Ignorantia enim excuſat tantum à pœnis.*
5 *Clauſula* (cum abſolutione) *reddit excommunicatum capacem gratiæ.*
6 *Redditur tamen fruſtratoria, ſi excommunicatus per annum ſteterit in excommunicatione.*
7 *Collatio in formâ dignum nulla eſt, ſi abſolutio non præceſſerit.*
8 *Impetrans, abſolutus virtute clauſulæ* (ad effectum) *non poteſt celebrare, & ſi celebret, fit irregularis.*
9 *Et à ſolo Papa diſpenſari poteſt.*
10 *Etſi excommunicatio procedat ex cauſa ciuili, vel debito.*
11 *Triennalis prodeſt excommunicato.*
12 *Contrà.*
13 *Et hæc verior & communis.*

CONSILIVM CXLI.

DOMINVS Hieronymus Balduinus Nicien. ob non ſolutionem penſionis ſuper fructibus Prioratus ſancti Michaelis de Seſpello diœceſis Vintimilienſis in fauorem domini Vercellini Botillioni impoſitæ, ex cauſa reſignationis per d. Vercellinum in fauorem d. Balduini factæ, ſententiam excommunicationis in vim clauſularum in Bullis d. penſionis appoſitarum ſeu declarationem per Illuſtriſs. Auditorem Cameræ paſſus fuerat, & excommunicatus declaratus, eáque omnia eidem domino Balduino legitimè intimata fuerunt. Poſtea commiſſionem à d Auditore obtinuit Reuer. domino Iacobo Franciſco Ianſeleto Canonico Nicien. directam, qua in euentum realis ſolutionis arretagiorum d. penſionis vt ipſum abſolueret mandabatur, qui Commiſſarius non ſeruato tenore ſuæ Commiſſionis d. Balduinum abſoluit abſque reali & vera ſolutione terminorum d. penſionis, ſed tantùm cum certa aſſignatione quorumdam aſſertorum creditorum. Dictus Vercellinus horum notitiam habens recurrit ad d. Auditorem, petens ipſam abſolutionem illegitimè factam declarari. & quatenus de facto proceſſiſſet reuocari, qui D. Auditor viſis actis & citato procuratore d. Balduini d. abſolutionem per d. D. Iacobum Franciſc. Ianſeletum reuocandam & d. D. Balduinum in excommunicationem ſupradictam reſtringendum, ac litteras declaratorias deſuper neceſſarias & opportunas concedendas pronunciauit, dictáque declaratio & reuocatio fuit in Eccleſia Ceſpellenſi publicata & dicto Balduino legitimè intimata.

Sed poſt d declarationem & reuocationem, & ante d. publicationem & intimationem d. Balduinus Canonicatum, Præbendam & Præcentoriam ex cauſa reſignationis per D. Lucam Segonum factæ vacantem ab Illuſtriſ. Vicelegato Auen. impetrauit & Bullas cum clauſulis & cum abſolutione à Cenſuris ad effectum & in forma dignum nouiſſima obtinuit, quarum vi forma dignum facta in poſſeſſionem dictorum Canonicatus, Præbendæ & Præcentoriæ miſſus fuit, in eáque per trienium pacificè permanſit.

Ex his quatuor dubia reſultant diſcutienda. Primum, an dicti Canonicatus & Præcentoria d. Balduino excommunicato conferri potuerint, attenta d. abſolutione, & præſuppoſita ignoratione d. reuocationis. Secundùm, an ſaltem attenta d. clauſula, *& cum abſolutione, ad effectum*, collatio d. beneficij valida fuerit. Tertium, an ex his, quæ poſt dictarum Bullarum expeditionem acciderunt, d. collatio & prouiſio nulla & nullius momenti reddita fuerint. Poſtremum, caſu quo nullius momẽti fuerit reddita, an regulâ de triennali poſſeſſione ſe tueri poſſit.

Quoad primum, certum eſt collationem excom- 1 municato factam nullius eſſe momenti, & de iure eſſe nullam, *cap. poſtulaſti, de cler. excommun. miniſtran.* & ibi DD Selua *de benefic. par. 3. quæſt. 4.* Flamio. Pariſ. *de reſigna. benefic lib. 4. quæſt. 3. num. 44. lib. 5. q 6. n. 77.* Cardinal. Tolet. *in ſumma lib. 1. c. 13. in editione Rom.* etiam ſi 2 facta ſit motu proprio, Rebuff. *in Concordat. tit. de excommunicato non vitando. verſ. aduertendum eſt.*

Nec illi ſuffragari poteſt d. abſolutio, quippe quæ fuerit nulla, quia facta non ſeruato tenore commiſſionis, per *regul. non præſtatur.* idque certiſſimum hoc caſo ob d. reuocationem, etſi illius ignorantiam d. Balduinus prætendere poſſet, quia verum eſt in iure, col- 3 lationem ſeu prouiſionem excommunicato factam, etiam ſe excommunicatum ignoranti, nullam eſſe & nullius momenti, gloſ. 2. Panorm. & DD. communiter in *cap. penult. de clerico excommun.* Rebuff. *in repetit d. c. poſtulaſti 2. notab. & conſil. 53.* Caſſodor. *deciſ. 1. de præben.* Mandoſ *de ſignatura gratiæ. tit. de prouiſionib. verſ. clauſula & cum abſolutione,* Couarr. *in cap. alma mater, par. 1. § 7.* Nauar. *in manuali, cap. 27. num. 21. & 271. verſ. 8. quod alias, & num. 273. & in conſ. 13. num. 4. de cler. excommun.* Put. *deciſ. 67. lib. 1.* Cæſar. de Graſſ. *deciſ. 191. n. 12.* & paſſim DD. præſertim Leſſius *de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 34. de benefi. dubit. 22 num 117.* quia, vt inquit Leſſius, 4 etſi ignorantia excommunicationis valeat ad non incurrendam irregularitatem & alias pœnas iis, qui aliquid prohibitum in eo ſtatu fecerint, ſtatutas, non tamen ad habilitandum hominem ad ea ad quæ per illam eſt inhabilis.

Ad ſecundum reſpondetur, d. clauſulam *& cum ab-* 5 *ſolutione*, habere tunc effectum, vt excommunicatum reddat gratiæ capacem, Alberic. fuſè *in l. à procedente in principio, C. de dilationibus.* Boer. *deciſ. 290.* Rebuf. *in praxi in forma & declaratione nouæ prouiſionis, n. 160,*

téque abſoluentes,& in *concordat.in forma Mandati Apo-
ſtolici, verbo, quauis occaſione & ſeqq. & in d. cap. poſtu-
laſti 2.notab.a num.67.* Gigas *de penſion.verſ.clauſula &
cum abſolutione,& tit. de abſolution. ab excommunicat.*
& bene Nauar. *in cap.ita quorumdam de Iudæis,num.11.
a num.14.& in manual.cap.27.num.23.& num.271.verſ.
8.& num.273.* Pariſ. *de reſignat.lib.4.quæſt.13.num.53.&
62.lib.8 q.7.num.110.* Ioan.Guttier.*Canonic.quæſt.lib.2.c.
5.num.94.*

Quoad tertium reſpondetur,ex his quę acciderunt,
effectum d.clauſulæ fruſtratorium redditum fuiſſe, &
perinde nullam eſſe collationem, ac ſi d clauſula ad-
hibita non fuiſſet,idque duobus modis. Primò, quia
6 d. Balduinus per annum & vltra ſtetit in excommu-
nicatione, nec abſolutionem habere curauit, quia
tunc obſtat *reg. Cancellariæ 65. de inſordeſcente per an-
num*, & habetur ſuſpectus de hæreſi, vt declarat Rota
deciſ.850.par.3.in nouiſ. Nauar. *in d. cap.ita quorumdam
de Iudæis,notab.11.num.1.* Marta *in tract. de Clauſul. clau-
ſul.45.*fusè Nicol.Garcia.*in tract.de beneſic.par.7.cap.13.
num.61.*

Secundò, quia collatio fuit in forma dignum,at ve-
rò excommunicatus qui impetrauit beneficium in for-
7 ma dignum,ſeu aliàs in forma commiſſaria, debet ab-
ſolui antequam fiat ei collatio commiſſaria, aliàs col-
latio erit nulla, Enriques *in ſumma lib.13.cap.13.§.3.in fi-
ne*, fusè Nicol.Garc. *d.cap.13.num.62.* & in ſimili de li-
teris ad vacaturam,quòd nō obſtante clauſula *& cum
abſolutione*, acceptans non poſſit habere beneficium
ſine alia abſolutione, nec valeat collatio illi facta per
executorem ſeu Commiſſarium, quamuis mandati
impetratio teneat, docet Rebuſ. *in d. forma mandati
verb.abſoluentes*,nam iſta abſolutio ad effectum opera-
tur impetrationis validitatem propter *cap.1.de reſcript.
in 6.*vt per DD.citatos, & ſolum prodeſt ad effectum
vt literæ ſint validæ, & ſic ſi ſunt in forma commiſſa-
ria,ad effectum ſolum vt valeat mandatum de proui-
dendo.ſi verò in forma gratioſa,ad effectum vt valeat
prouiſio.

8 His addo,quòd impetrans,ſic abſolutus ab excom-
municatione virtute Clauſulæ, *ad effectum*, non poteſt
celebrare,nec diuinis intereſſe, nec alia facere,cùm il-
la abſolutio ſit ad effectū præſentium dumtaxat con-
ſequendum,Rebuf.*in prax.in dict.forma & declaratio-
ne nouæ prouiſionis,verbo,téque abſoluentes*,& in *dicto for-
ma mandati, verb. ad effectum*, Cerota *in praxi 2. par.
verb.ordo §.4.ad fin.*& Nicol.Garc. *d.loco num.65.* cùm
itaque maneat excommunicatus quoad ſuprà dicta,
ſequitur quod ſiue ſciens ſiue ignorans celebret, ſit
penitus irregularis, & deponitur, maximè ſi in con-
temptum Clauium & Eccleſiaſticæ Iuriſdictionis id
faciat, vt expreſſim conſtitutum fuit in ſacro Concil.
Antiocheno *canon. 4. habetur in cap. ſi quis Epiſcopus
damnatus 11.quæſt.3.* idque etiam probatur *in cap.ſi quis
Epiſcopus in Concil.ead. quæſt.& de vita & honeſt.cleric.
c.vt clericorum §.ſi quis igitur*, Spec. *in tit.de diſpenſat.
9 §.iuxta,verſ.item nota quod ſuſpenſus.* eſtque irregulari-
tas à ſolo Papa diſpenſanda, etiamſi ipſa excommuni-
catio emanaſſet à quouis inferiore, quia licèt Ordina-
rius poſſit à ſe excommunicatos abſoluere,tamen non
poteſt eos abſoluere ab irregularitate, quam contra-
xerunt participantes in diuinis in ſua excommunica-
tione,*gloſ.in cap.latores de cleric.excom.miniſtran.*gloſ.
*in cap.presbyter.diſt.50.*quod expreſsè tradidit vetuſtus
Clementinarum interpres Stephan Troches Prouin-
cialis. *in clemen.dudum col.4. verſ. dominus tamen de ſe-
pult.citat.cap.2.de re indica.lib.6.& cap.cùm medicinalis
de ſenten.excomm.lib.6.* quia is qui celebrat in excom-
municatione vel irregularitate Epiſcopali, reddit eam
Papalem,vt communiter omnes DD. conſentiunt, &
fusè Maiolus *de irregularitate lib.3.c.21.in princ.* At ve-
rò,vt audio, d.Balduinus ſæpiſſimè celebrauit, & om-
nia munia in diuinis Preſbyteri & Præcentoris etiam
publicè exercuit.

Quæ omnia procedunt, etiamſi excommunicatio 10
procedat ex cauſa ciuili vel debito,vt hoc caſu,præſer-
tim ſi per annum in excommunicatione perſtiterit, vt
fusè docet Maiolus *d.c.21.n.11.& 12.*

Quoad quartum & poſtremum, an excommunica-
tus triennali poſſeſſione ſe iuuare poſſit, controuerſi 11
iuris eſt quæſtio,nam Nauar.*in cap.ſi quando,except.10.
num.9.de reſcript.* exiſtimauit prodeſſe, ex traditis per
Gomeſ.*in d.reg.quæſt.27.& 28.* Contrarium,vt ſcilicet 12
d regula non proſit excommunicato formauit Rebuſ.
*in tract.de pacif.poſſeſſor.num.205. & in d. cap.poſtulaſti
in gloſ. in ver.retinere,num.68.* Rebuffi ſententia & ve- 13
rior eſt & communiter recepta, & ſecundùm quam
ſolet iudicari. Verior,quia quando is qui poſſidet,non
eſt habilis nec idoneus ad beneficia obtinenda, tunc
poſt triennium moleſtari poteſt, quia verba generalia
legis & huius decreti debent intelligi de habilitate,et-
iam hoc verbum(*quicumque*)*text in l.emancipati iuncta
gloſ.ff.de adoptionib.l.omnes C.ſi ſine cenſu.* & ibi *gloſ l.1.
Cod de fide inſtrument.lib.10.l.3. de fide inſtrument.l. vt
gradatim*.ibi,*ſi idonei ſunt ff.de munerib & l.1.*& ibi DD.
communiter,*C.de ſacroſ.Eccleſ.*& fusè Rebuſ.*d.tract.n.
171.* At verò excommunicatus eſt incapax & inhabilis
d.c.poſtulaſti, quia ſpiritualia in eum non cadunt; ergò
non poteſt ſe iuuare regul. de triennali: Communiter
verò eſſe receptam & ſecundum eam iudicari ſolitam,
vt ſcilicet inhabilitas perſonæ impediat quominùs hu-
iuſmodi incapax d.regul.ſe iuuare poſſit,docent Che-
nu,*in addit.ad Papon.in compilatione arreſtorum lib.8.tit.
9.arreſto 6.* & Maynar. *aux notables & ſingulieres queſt.
lib.1.c.56.* & in fortioribus terminis decidit Rota *d.de-
ciſ.850.* nam ſi abſolutio Papæ non prodeſt ei qui per
triennium inſorduit, non facta expreſſa mentione de
triennio, quantò magis erit omnino inhabilis nec po-
terit ſe iuuare triennali poſſeſſione, ſi abſque abſolu-
tione per triennium, & vltra, in excommunicatione
permanſerit.

Non obſtat Nauar. *d.except.10.n.9.* quia dictum pro
ratione affert,& ſolum ſe fundat in traditis per Gomeſ.
d. q.27. & 28. qui de excommunicato ne verbum qui-
dem, ſolúmque quoad conferentem,ait duos tantum
caſus excipi,in quibus regula ceſſat,nempe ſi ſimonia-
cè facta ſit collatio aut de beneficio reſeruato, & con-
cludit quod quamuis quoad alios effectus iuris com-
munis molti cenſeantur non habere titulum colora-
tum, & per conſequens excludantur à beneficio iuris
communis, non tamen excluduntur ab auxilio d.re-
gulæ de triennali, quæ cum tantum dictos duos caſus
excipiat, firmat regulam in cæteris, & verum dicit, ſed
ſemper prǽſupponenda eſt habilitas & capacitas perſo-
næ eius cui confertur, alioquin ſequeretur maximum
abſurdum, nempe ſi ſine ſimonia beneficium non re-
ſeruatum conferretur laico,quod is triennali poſſeſſio-
ne ſe iuuare poſſet,quod nemo ſani iudicij dixerit.

ARGV-

ARGVMENTVM.

DE illegitimorum in Gallia capacitate quoad munera & officia. Et quoad ſucceſſionem actiuam vel paſſiuam.

SVMMARIVM.

1 *Illegitimi in Gallia, omnibus muneribus & officiis regalibus fungi poſſunt.*
2 *De iure communi ſecus eſt.*
3 *An vero ſucceſſionis capaces ſint, diſtinguitur inter natos ex damnato coitu, & natos ex ſoluto & ſoluta, & quoad patrem, & matrem diuerſimodè iudicatur.*
4 *Sed inter ſe ſuccedere poſſunt.*
5 *In tota verò Gallia ſeruatur, vt nec patri, nec matri, nec inter ſe ſuccedere poßint.*
6 *Poteſt tamen pater, vel mater ipſis donare vel legare.*
7 *De iure communi, de ſuis bonis diſponere poſſunt.*
8 *In Gallia comparantur extraneis.*
9 *Qui de ſuis bonis diſponere non poſſunt, ſi liberos non habeant.*
10 *Illegitimi tamen diſponere poſſunt, etſi liberos non habeant.*
11 *Ius illegitimationis ſolum procedit ab inteſtato.*

CONSILIVM CXLII.

DVo potiſſimùm inſpicienda ſunt circa illegitimos, qui in Gallia verbo generali vocantur *Baſtards*, abſque diſtinctione recepta de iure communi inter naturales, ſpurios, ſeu vulgò quæſitos, adulterinos, & inceſtuoſos *gloſſ. in c. tanta eſt vis. in ver. repellendus. ex t. qui filij ſint legit. & in c. nisi cum pridem in ver. maiores. ex t. de renunciat.* vt docet Bacquet in *tract. du droict des baſtards c. 1. n. 5.* ſcilicet eorum capacitas, vel incapacitas ad dignitates & officia, & ſucceſſio tam actiua, quàm paſſiua.

Quoad primum de muneribus, & officijs Regalibus, & dignitatibus ſæcularibus, & temporalibus (neque enim perſonarum qualitas patitur, vt de ſpiritualibus, & beneficijs loquamur) quamuis ex diſpoſitione iuris communis propter vitium originis & natalium, ipſorum incapaces habeantur, niſi ex cauſa neceſſitatis, & in defectum aliorum ad Decurionatum
1 admittantur, tamen quamuis à Rege legitimati non ſint, ad omnia munera, & officia Regalia iudicaturæ, militiæ, ærarij, & ſimilium, promoueri poſſunt, *l. 2. ff. de natalib. reſtitu. cap. vni. §. naturales, ſi de feu. defunct. ſue. controuer. in vſib. feudo. l. ſpurij. l. generaliter. §. ſpurios ff. de Decurio.* notant Azo in *ſum. C. ex quib. cauſ. infam. irrogetur*, & latè Benedict. in *cap. Raynutius, in princip. num. 27. ext. de teſtam.* Papon *en ſon 3. notaire lib. 6. tit. des legitimations fol. 413. & 414.* & in terminis de conſuetudine Galliæ loquens Bacquet *d. tract. cap. 2. num. 5.* at in his locis ſeruatur ius commune, ideò neceſſe eſt, vt habilitentur à Principe, vt
2 talium dignitatum capaces fiant, aut per legitimationem, aut ſaltem per diſpenſationem.

Quoad ſecundum caput circa ſucceſſionem, an ſcilicet illius capaces ſint, de iure communi recepta
3 eſt diſtinctio inter natos ex non damnato coitu, aut natos ex ſoluto & ſoluta, & natos ex congreſſu damnato, & quoad patrem ac matrem diuerſimodè iudicatur, quod tractatur & deciditur in *authen. licet matri.* & in *authen. nūc ſole libere C. de natural. lib. & in c. lator ext. qui filij ſint legitimi. §. vulgo quaſitos de ſucceſſio. cognato. in Inſtitu. & in §. ſi quis. quib. modis natural. efficiant. ſui. in Authent. l. hac parte ff. unde cognati. §. fin. Inſtitu. de S. C. Tertyllia. §. nouiſſimè. Inſtitu. de S. C. Orphicia. l. ſi ſuſpecta ff. de inoffic. teſtam. Chaſſan. in conſuet. Burgun. in tit. des Baſtards*, de quo in præſentiarum tractare, nihil attinet, cùm pater & mater à pluribus annis deceſſerint, nec de eorum ſucceſſione agatur. Sed quoad ſucceſſionem inter ipſos, cùm nati ſint ex ſoluto & ſoluta, & ſint coniuncti ex linea 4
materna, nati ſcilicet ex eadem matre, & quod magis eſt, ex eodem patre, alterum alteri ſuccedere poſſe certum eſt, *l. ſi ſpurius. & d. l. hac parte, cum gloſ. ff. unde cognati.* Bacquet *dict. cap. 2. num. 10.* Sed in tota Gallia 5
receptum eſt, vt illegitimi, nec patri, ne ipſi quidem matri, nec fratribus, auunculis, conſobrinis, vlliſque cognatis ſuccedant, Maſuer. in ſua praxi *tit. de ſucc. §. num. 23.* Gulielm. Benedict. in *dict. cap. Raynutius ver. & vxorem deciſ. 5. num. 144.* aliàs in antiqua impreſſio. *num. 710 & 713.* Imbert *en ſon Enchiridion § ſi on peut donner fol. mihi 149.* Ranchin. ad Guido *deciſ. 280.* quod tamen Louet *en ſon recueil lit. D. cap. 1. in additio.* videtur reſtringere ad patriam iuris conſuetudinarij, cuius opinio confirmatur, quia Guido Pap. *deciſ. 580.* loquitur de Delphinatu, & prouincijs vicinis, quæ iure ſcripto reguntur, atque ita nullus illegitimus ſuccedere poteſt per patrem, aut matrem, fratrem, aut alium cognatum, Angel. in *d. §. vulgò quaſitos.* Bacquet in *dict. cap. 2. num. 11 & cap. 8. per tot.* poteſt tamen his non obſtantibus pater aut mater in 6
Gallia donare, vel legare filio naturali ex ſoluto & ſoluta nato, neque tale legatum, vel donatio ad vitam legatarij, vel donatarij reſtringetur, ſi in huiuſmodi relicto dicatur pro ſe, & hæredibus, & habentibus ius & cauſam ab illis, aut ſi purè & ſimpliciter factum ſit, ſub diſtinctione tamen quorumdam bonorum, prout fusè Bacquet *dict. tract. cap. 3. num. 2. & ſeqq.*

Punctus quæſtionis, de qua nunc tractatur, eſt, an huiuſmodi illegitimi liberè de bonis ſuis diſponere 7
poſſint per teſtamenta, aut donationem cauſa mortis. De iure communi, hoc certum eſt, nullàque adeſt difficultas. At in Gallia, vtrum id locum habeat, 8
dubium eſt, quia illegitimi paſſim æquiparantur extraneis in Gallia morantibus, eiuſdémque conditionis eſſe cenſentur, Bacquet *dict. tract. cap. 2.* certum autem eſt Albinos non habentes liberos naturales 9
& legitimos, de bonis ſuis diſponere non poſſe, Bacquet in *tract. du droict d'Aubaine cap. 1. & 2. & ſeqq.* iúſque illegitimationis nihil aliud eſſe, quàm ius ſuccedendi illegitimis in bonis quæ ad ipſos pertinent tempore obitus, Bacquet *d. tract. de Baſtardiſe cap. 1. in fine.* & ſæpiſſimè accidit, vt Officiales Regij impugnarint teſtamenta illegitimorum, & plerique bona illorum Regi acquiſita ab ipſo impetrauerint. In Gallia tamen receptum eſt, vt de bonis ſuis diſponere 10
poſſint (quamuis nullos habeant liberos) in fauorem quorumcumque voluerint, ita vt nec Rex, nec Dominus penes quem eſt merum imperium (qui vulgo dicitur *haut iuſticier*) vllum ius in bonis illegitimi, qui teſtatus eſt, prætendere poſſit, idque iuxta diſpo-

Digitized by Google

ſitionem iuris communis, dummodo huiuſmodi facultas non ſit reſtricta per conſuetudinem localem, vt teſtatur Boeri. *in §.fin.tit. de teſtam. in conſue. Biturricẽ.* & Chaſſanç. *aux couſtumes de Bourgoine, tit. des Baſtards §.5.ver. prend les heritages.* & Benedict. in *dict. cap. Raynutius ver. & vxorem nomine Adelaſiam deciſ. 5. num. 150.* & Bacquet *dict. tract. cap. 6. per tot.* & ita ſæpè iudicatum fuit in ſupremo Senatu Pariſienſi, vt per arreſtum de anno 1427. à Chaſſanæo dict. loco relatum, aliáque 16. Aprilis 1527. & 6. Iulij 1545. pro bonis Gabrielis de la Font dum viueret Capellani perpetui Sanctæ Capellaniæ, qui filius ſacerdotis erat, relata per Bacquet *dict. cap. 6. num. 2.* imò etſi illegitimus ſit filius extranei non naturaliſati, hoc tamen non obſtante, teſtari poteſt: dictus enim illegitimus natus in Galliæ, Gallus eſt, non extraneus ſiue albinus, ita vt prohibitio teſtandi facta extraneis, non poſſit extendi ad dictum illegitimum qui Gallus eſt, & natus in Galliæ, vt docet Bacquet *dict. cap. 6. in fin.* Quamuis igitur albinus & illegitimus in pleriſque ſint eiuſdem conditionis, differunt tamen quoad teſtandi facultatem, cuius diſcriminis rationem affert Bacquet *dict. tract. cap. 6. num. 3.* & definitio iuris illegitimitatis intelligi debet ratione ſucceſſionis ab inteſtato duntaxat.

Etſi ex ſupradictis nihil ſubuertendum videatur, cùm illegitimi ſint capaces dignitatum in Gallia, & diſponendo de bonis ſuis euitare poſſint ius illegitimitatis, conſultius tamen erit, vt reſcriptum legitimationis à Rege impetrent, quod quicumque illegitimi facillimè obtinere, & illius approbationem à Curia Rationum habere poſſunt, vt teſtatur Bacquet *dict. tract. cap. 2. num. 5.* quia quod diximus de capacitate ad dignitates, & officia, non eſt ita certum, vt nulli ſint Doctores, qui contrarium tenuerint, vt per Ferreri. *in additio. ad Guido. dict. qu. 580.* & quoad facultatem teſtandi, lites ſæpè mouentur ab ijs, qui donum bonorum à Rege impetrant, ad quas euitandas expedit obtinere reſcriptum legitimationis, & ad hos fines mittendum eſt memoriale continens nomen & cognomen eorum, qui illud habere intendunt, ac etiam patris & matris ipſorum, & narrare quod de tempore, quo nati & concepti ſunt, eorum pater & mater matrimonium inter ſe contrahere poterant, nullúmque aderat impedimentum canonicum, atque ita dictos impetrantes natos ex ſoluto & ſoluta, & à pluribus annis patrem & matrem vita functos, nec de illorum ſucceſſione tractari, ſed reſcriptum legitimationis poſtulari, ad tollenda omnia impedimenta, quibus à quibuſcumque dignitatibus & officijs ſæcularibus, & temporalibus arceri poſſent, & vt ad libitum de bonis, quæ poſſident in Gallia, diſponere poſſint, & ſibi inuicem ſuccedere valeant, & ſuper his reſcriptum Pariſiis concipietur iuxta ſtylum.

Nec impedimento erit, quod illi, de quibus agitur, ſunt Aueniouenſes, nam ex priuilegijs conceſſis à Regibus, Aueniouenſes ſunt naturaliſati, & ius albinatus non afficit illos, & nominatim per diplomata Ludouici XII. 8. Maij 1479. & Henrici III. de menſib. Nouemb. & Decemb. ann. 1574. relata per Bacquet in *dict. tract. du droict d'aubaine cap. 7. nu. 14.*

ARGVMENTVM.

AN & quando ſalarium, non conuentum, Procuratori debeatur.

SVMMARIVM.

Salarium incerta pollicitationis à procuratore peti non poteſt.

2 *Nemo ſine actione experitur.*

3 *Vbi nullus adeſt contractus, nulla adeſt obligatio, ex qua actio oriri poſſit.*

4 *Nec Iudicis officium deſeruire poteſt.*

5 *Salarium non conuentum à procuratore peti poteſt.*

6 *Et hac verior eſt, quando procurator mercedem accipere ſolet, & ille cuius negotia geſſit, dare.*

7 *Sed etſi ſolum conſtaret, procuratorem ſolitum locare operas ſuas, ſalarium ei debebitur, & ex officio Iudicis conſtituetur.*

8 *Cenſetur enim locaſſe operas ſuas iuxta ſuam conſuetudinem.*

9 *Salarium non conuentum debetur procuratoribus, & alijs, quando talis eſt conſuetudo in loco.*

10 *Et nullum eſt dubium, quando conſtat, talem fuiſſe voluntatem eius, cuius negotia geſta fuerunt.*

11 *Salarium arbitrio Iudicis iuxta qualitatem perſonarum, negotiorum, & conſuetudinem loci ſtatuendum eſt.*

CONSILIVM CXLIII.

PRÆSVPPOSITO in facto, dominum Mayum Fornerium, Palatij Apoſtolici Graſſerium, ſolitum accipere ſalarium ſeu mercedem ex operis ſuis, & Ioannem Tiſſot, dictum Guyon, defunctum, ſolitum, dum viueret, pecunias, & honoraria ſoluere ijs, quorum opera vtebatur vel conſilium exquirebat, præſertim in litibus proſequendis & negotiis gerendis, necnon in hac Ciuitate Auenion. eos, qui vel litibus aliorum proſequendis, vel negotijs gerendis vacant, ſolitos eſſe ſalaria habere, & vt plurimum ſollicitatores ſimplices, vigintiquatuor ſcuta annua, à qualibet perſona quæ lites habet, quæ aut iam probata ſunt in proceſſu intentato per dictum Fornerium, contra hæredes vel adminiſtratores bonorum dicti Tiſſot, aut quatenus legitimè non eſſent probata, ſe probaturum dict. Fornerius contendit, quemadmodum etiam dict. Fornerium exercuiſſe lites & geſſiſſe negotia dicti Tiſſot per ſpatium 20. & vltra annorum. Cùm quæritur, an ſalarium dicto Fornerio non conuentum debeatur

Dubiom facit, quia ſalarium incertæ pollicitatio-
1 nis à procuratore peti non poteſt, *text. ad literam, in l. ſalarium, C. mandati, & in l. ſalarium, & l. qui mutuam, §. ſalarium, ff. eod.* ſic nec à negotiorum geſtore, *l. 2. § final.*
2 *ff. de negot. geſt.* Guid. Pap. q. 68. nemo autem ſine actione experitur, *l. ſi pupillus, §. videamus. ff. de negot. geſt.* & vbi nullus adeſt contractus, vt hic, nulla quoque obligatio adeſt, à qua actio oriri poſſit, ad not per Gloſſ. &
3 DD. in *rub. inſtit. de obligat.* & ita arguitur contra famulum per Federic. de Senis in *conſ. 218. in princip. & in addit.* Nec pariter videtur iudicis officium deſeruire
4 poſſe, per *tex. in d. l. qui mutuam, §. ſalarium,* ibi, *nec extra ordinem,* vt conſiderat Alex *conſ. 109. ſub n. 3. verſ. ſed certe, lib. 5.* & Natta *conſ. 376. n. 8.*

Nihilominus hoc caſu in fauorem dict. Fornerij reſpondendum cenſeo, nã præterquam quod multi cõtrarium exiſtimarunt etiam in procuratore, vt ſcilicet is ſalarium non conuentum petere poſſit, reſpondént-
5 que textibus ſuprà allegatis; & inter cæteros Iacob. Deſeretio Cynus & Bald. *in l. 1. C. mandati,* Angelus *in §. in perſonam, inſtit. de action* Alex. & Apoſtil. *ad Bart. in l. 1. § in honorarius, ff. de variis & extraord. cognit.* poſito, negatiuam eſſe veriorem hæc noſtra ſententia af-
6 firmatiua in caſu de quo agitur, probatur. Primò, quia quando iſta duo ſimul concurrunt, nempe quod adminiſtrator ſeu procurator ſolitus eſt pro ſimilibus mercedẽ accipere, & ille cuius negotia geſſit, dare, tũc ſalarium etiam non conuentum, etiam procuratori ad negotia debetur, Alex. *d. conſ. 109. n. 1. & 2. lib. 6.* Natta *dict. conſ. 376. n. 4.* Tuſc. *pract. concluſ. tom. 7. verba, ſalarium, concluſ. 7. n. 13. lit. S.* quo in caſu cùm verſemur, res videtur expedita.

7 Secundò, etſi tantùm conſtaret procuratorem ſolitum locare operas ſuas, vt notorium eſt, d. Fornerium ſolitum eſſe, & qualitas officij quod exercet, ſatis hoc euincit, ſalarium ei debebitur, & poterit petere, vt illud ex officio iudicis ſibi conſtituatur, vt in terminis docent Bart. *in l. 1. §. ludi quoque. ff. de var. & extraord. cognit.* Alexan. *d. conſ. 109. in fi.* Natta *d. conſ. 376. n. 3.* Gabriel. *de procurator. concluſ. 5. n. 2.* poſt Salicet. *in l. aduerſus, C. mandati.* & Fulgoſ. *in d. l. ſalarium. ff. mandati,* eandémque ſententiam, vt certam amplectitur Cancer. *lib. 2. var. reſol. c. 14. de procurator. n. 109.* Cuius ratio eſt, quia tunc procurator cenſetur locaſſe operas ſecundùm conſuetudinem ſuam, *l. excepto, C. locati,* idque in
8 hoc caſu certiſſimè aſſerendum eſt, quia non conſtat alium fuiſſe ſimiles operas gratis d. Tiſſot præſtaturũ, vt perpendit Gabriel d. loc. poſt Federic. de Senis *dict. conſ. 218.* imò conſtat de contrario, vt ſequenti ratione cuincetur.

Tertiò, quia debetur ſalarium non conuentum neque promiſſum, nedum famulis, ſed etiam procurato-
ribus ad negotia, medicis, notariis & aliis perſonis, quã- 9
do in loco eſt conſuetum, Speculat. *lib. 1. pract. 4. tit. de ſalaria procuratoris & aduocati, n. 3.* Tuſc. *d. concluſ. 7. nu. 57.* hanc verò conſuetudinem eſſe in hac patria, & vbique hoc tempore vigere eſt manifeſtum, præſertim verò in notariis, ideóque Syndico agenti & petenti ſalarium pro negotiis geſtis, nõ facta fide de aliqua conſuetudine, fuit conſtitutum ſalarium contra Clerum, qui recuſabat ſoluere, arreſto Senatus Tholoſani, 19. Iunij an. 1566. vt refert Ranchin. *ad Guid. d. c. 68.*

Poſtremò, quia conſtat ex actis, voluntatem d. Tiſ- 10
ſot conformem voluntati d. Fornerij fuiſſe, imò & expreſsè hæredibus, quos ſcripſerat in aliis teſtamentis, iuſſiſſe, vt d. Fornerio de operis per ipſum præſtitis ſatisfacerent: & quod plus eſt, certam ſummam ſciente & conſentiente d. Tiſſot pro operis d. Fornerij ab vno ex d. hæredibus, chirographo promiſſam, quo ſtante res caret omni dubio, per DD. *l. ſalarium, C. mandati, l. ſalarium, & l. qui mutuam, §. ſalarium ff. eod.* in contrarium allegatos & ex mente omnium DD. præſertim ſuprà citatorum.

Ex his concluditur d. Fornerio ſalarium conſtituẽdum, quod arbitrio iudicis, iuxta qualitatem perſonæ
& variarum litium & negotiorũ quæ habebat d. Tiſſot, 11
taxandum eſt, & conſuetudinem huius patriæ eſt ſtatuendum, Rot. Genuen. *dec. 115. num. 4.* & cùm ſimplices ſollicitatores ſoleant habere duo ſcuta menſtrua, ad minus dict. Fornerio 4. adiudicari debent, & ſic 48. vel 50. annua, idque præſertim, quia ſciente d. Tiſſot ſumma mille ſcutorum per Spiritum de Doſco tunc hæredem ad d. Tiſſot inſtitutum promiſſa fuerat.

Non nocet quod d. Tiſſot in ſuo teſtamento nihil ei reliquerit, nam præterquam quod dictum teſtamẽtum à moribũdo fuit factum, & per interrogationem, vt notorium eſt, ex eo nihil concluditur contra dictũ Fornerium, cùm ſat ſit, quod dictus Fornerius ſolitus erat ex operis mercedem accipere, & præterea mens d. Tiſſot erat, vt ab hæredibus illi ſatisfieret, vt ex actis apparet, ex quo etiam ſatisfit d. Tiſſot, ſummam pecuniarum ſub penſione d. Fornerio dediſſe.

ARGVMENTVM.

Quis teneatur ad reparationem Eccleſiæ parrochialis.

SVMMARIVM.

1 *In reparatione Eccleſiæ parrochialis, imprimis ſequenda eſt conſuetudo loci.*
2 *Si de ea non apparet, & Eccleſia habet pro fabrica vel reparatione aliquam partem fructuum, ille tenetur, qui eam percepit.*
3 *Inceſſantibus, Rector, & qui decimas percipiunt, pro rata conferre debent.*
4 *Qui ſentit commodum, ſentit & onus.*
5 *Clerici æquiparantur vſufructuariis.*
6 *Vſufructuarius tenetur rem conſeruare.*
7 *Et ad ſarta tecta, reficienda aut reparanda.*
8 *Licet hæc ita ſint de rigore, tamen ex æquitate populus debet contribuere.*
9 *Ideo in hac patria, Rector ad presbyterij, populus ad nauis Eccleſiæ reparationem, condemnari ſolet.*

CONSILIVM CXLIV.

CVM quæritur, quis teneatur ad reparationem Eccleſiæ parrochialis 1
& Collegiatæ Villæ Inſulæ in Comitatu Venaiſſino, in primis ſequẽda eſt conſuetudo, ſi quæ ſit, *c. 1. cum ibi notat. per DD. de Eccleſ. ædifican.* ita vt ſi per eam appareat, verbi gratia, quod populus reparationem facere conſueuit, tunc ſeruanda eſt huiuſmodi conſuetudo, argumento *c. ad Apoſtolicam, de ſimon.* quia ipſorum intereſt, quòd Eccleſiæ ſint fabricatæ vel bene reparatæ, cùm ibi ſacramenta Eccleſiaſtica recipiant, & miſſas audiant, *canon: quicumque, & can. filiis 16. q. 7.* Si verò de conſuetudine huiuſmodi non appareat, tunc videndum eſt & attendendum, an Eccleſia habeat pro fabrica vel repara- 2

tione illius aliquam portionem fructuum vel emolu-
mentorum deputatam, & ſi illam habeat, ille tenetur
ad fabricam vel reparationem, qui eam percipit, *can.*
vnico, 10.*q*.2. Hoſtien poſt Ioan. *in c*.1. *de eccleſ. ædifican.*
& in ſum. d. tit. §.1. Steph Bertran. *conſ*.226. *nu* 11. *lib*.1. *per*
ſtertor. vbi verò portio ipſi fabricæ vel reparationi il-
lius deputata non eſſet, vel ad eam non ſufficeret, vel
aliàs non appareret de conſuetudine transferente o-
nus in populum, tunc Rector, & qui decimas in dict.
3 parrochia percipiunt, ſecundùm quod percipiunt, cõ-
ferre debent ad expenſam fiendæ fabricæ aut repara-
tionis, *d. c*.1. & ibi DD. præſertim Panormit. *& c. de his*
de eccleſ. ædifican. & can. monachos 16. *quæſt*.1. quod etiam
voluit Hoſtien. *in dict.* §.1. & in terminis conſuluit Ber-
trand. *conſ* 41. *num*. 26. *lib*. 4. *& conſ*. 150. *per totum, & conſ.*
181. *per tot. lib*. 7. & ita etiam Senatuſconſulto Tholo-
ſano definitum fuit, vt per Maynard. *lib*. 1. *cap*. 31. & ad
tertiam partem fructuum teneri Rectorem, in hoc ca-
ſu, definitum Senatuſconſulto Pariſienſ. teſtatur Iacob.
Corbin. *en ſes Playdoyés*, *c*. 45. & cùm in caſu noſtro non
conſtet de conſuetudine aliqua, vel portione ad id de-
putata, ſequitur Præpoſitum dictæ Eccleſiæ, nec non
alios qui decimas percipiunt, ad reparationem dictæ
Eccleſiæ teneri. Cuius quidem ſententiæ ratio eſt, quia
4 qui emolumentum percipit, meritò & onus ſentire de-
bet, iuxta *verſ. Commoda qui ſentit, ſungat onus emolumẽ-*
tis, *l*.1. §.2. *&* §. *ne autem*, *Cod. de caduc. tollend.* *& l. ma-*
nifeſtiſſimi, §. *penultim. in fin. Cod. de furt.* pro quo etiam
facit Clemen. 1. *de cenſibus*, *& l. ſecundùm naturam*, *ff. de*
regul. iur. facit etiam, quia Clerici, dum viuunt, æquipa-
5 rantur vſufructuariis, per id quod notat gloſſ. *in c. præ-*
ſente, *de offic. ordinar. in* 6. *c. requiſiti de teſtament. c. final.*
de pecul. clericor. can. duo ſunt genera 12. *quæſt*.1. ſed vſu-
6 fructuarij tenentur ex fructibus res conſeruare in bo-
no ſtatu, vt patet ex definitione vſusfructus, quia eſt
ius vtendi & fruendi alienis rebus, ſalua earum ſub-
ſtantia, *l*.1. *ff. de vſufruct.* & tenentur vſufructuarij ad
7 ſarta tecta reficienda, aut reparanda, *l. hactenus*, *& l. v-*
ſufruct. & l. cum ad quem, *& quod ibi ſcribentes*, *Cod. eodem*
titul. quod etiam ſcribit gloſſ. Hoſtien. & DD *in c*.1. &
Hoſtien. *in ſumma*, *d. c*.1.

Et hæc quidem mero iure inſpecto, æquum tamen 8
contendunt DD. & in terminis, Bertrand. *dict. conſ*. 150.
circa fin. vt populus in aliquo contribuat, idcóque a-
liis Senatuſconſultis Tholoſanis definitum fuit, vt
populus præſtet operas manuales, & plauſtra quæ vo-
cant *Maneuures & Charrois*, vt per Maynard. *dict. lib*.1.
cap.32. *&* 33. Pariſienſi verò, vt vltra tertiam partem
fructuum Rector vnoquoque anno non teneatur, re-
liquum verò populus præſtet, ita tamen, vt ſi dict. ter-
tia pars ſufficiat, populus nihil præſtare debeat, atque 9
ob id in patria & prouinciis circumuicinis, ſolent E-
piſcopi condemnare Rectorem ad Præſbyterij, popu-
lum verò ad nauis Eccleſiæ, quam vocant, reparatio-
nem, quod Concilio Cameracenſi fuit inſtitutum, &
iuxta id etiam ſæpenumero varia arreſta lata fuerunt,
vt refert Chenu *en ſon recueil des reglemens*, *cap*.14. *fol.*
mihi 52. idcóque ad minus dictus Præpoſitus ad Præſ-
byterij reparationem tenetur, quod dicitur eſſe, id
quod in fornice ſeparatur à reliquo corpore Eccle-
ſiæ, nulla habita ratione ſeparationis, quæ quando-
que in ſolo Præſbyterio fit, vt ſcilicet melius in diuinis
inſeruiatur, nec Miniſtri per Laicos impediantur; Præſ-
byterij enim diſtinctio à corpore Eccleſiæ & conſtru-
ctione eiuſdem & fornicum diuerſitate dignoſcitur,
non ex iis quæ infra in ſolo commoditatis cauſa fiunt.
Nec refert ſi Capellæ adſint in lateribus Præsbyterij,
non propterea enim minus totum illud quod ſuprà à
naui Eccleſiæ diſtinguitur, Præsbyterium dicitur, &
eſt, vt in pleriſque Præsbyteriis videmus, in quorum
aliquibus Capellæ ſunt iuxta ipſum magnum altare, i-
ta vt dictus dominus Præpoſitus, & cæteri decimas
percipientes, nullo modo euitare poſſint, quin inte-
grum Præsbyterium reparare faciant, idque eo
maximè, quia vt ſuprà dictum eſt, ex
iuris diſpoſitione ad totius
Eccleſiæ reparationem
teneantur.

ARGVMENTVM.

Donatio non acceptata, in Gallia non ſubſiſtit, donatio reuocatur ipſo iure ſusceptis li-
beris.

SVMMARIVM.

1 *Donatio non acceptata, & aliàs facta, non ſeruata forma, per Regias Ordinationes præſcripta, nulla eſt.*
2 *Nihilque prodeſt ſtipulatio notarij, aut retentio vſusfructus, quod aliàs valuiſſet.*
3 *Requiſitum de eſſentia à ſtatuto vel conſtitutione, non poteſt adimpleri per æquipollens.*
4 *Donatio reuocatur ipſo iure, per ſuperuenientiam liberorum.*
5 *Donatio vt dicatur inofficioſa, attenditur tempus quo facta eſt.*

CONSILIVM CXLV.

SVPER iis quæ à nobis quæſiuit Illuſtris Dominus Franciſcus de Gallions, dominus des Eſſarts, quomodo, & in quæ bona agere debeat, vt ſibi ſatisfiat de 10000. ſcutis eorúmque fructibus in dotem domicellæ Lucretiæ de Montdragon ſuæ vxori conſtitutis ab illuſtri domino Paulo de Montdragon, domino dict. loci, S. Croze, d. domicellæ patre. Viſo actu donationis reciprocæ inter viuos initæ inter dominam Ioannam de Tande, vxorem Illuſtris domini Pauli de Montdragon defuncti, auunculi dicti domini de Croze, & dictum dominum de Croze 20. die Aprilis 1578 Briody ſignato. Alio actu donationis dicti domini de Croze in fauorem dicti domini Pauli de Montdragon, ipſius auunculi, 17. Septembris 1578 Duody ſignato. Præſuppoſito, eiuſmodi donationem legitimè inſinuatam fuiſſe, virtute procurationis in dicta donatione inſertæ, inſtante dicto domino de Croze, aut ipſius procuratore. Sentimus dictum dominum des Eſſarts, poſſe agere in partem Barbentanæ, aliáque bona per d. dominum de Croze acquiſita à domino de Salignac, ac in iura quæ ad d. dominam de Tande pertinuerunt, à dicto domino de Croze d. domino de Montdragon donata, nõ obſtante d. do-

d.donatione, cũ d.donatio acceptata non fuerit iuxta ordinationem Franciſci I. ann.1539.tempore donationis initæ,abſente d.domino de Montdragon donatario,nec præſentibus perſonis publicis aut duobus notariis cum inſertione inſtrumenti donationis in actu, & inſtrumento acceptationis , iuxta ordinationem Henrici II. an.1549.Charond.*au Code Henry,lib.6.tit.5.art.4.*Frerot.*aux Baſiliques eod.lib.tit. & art.4. & 5.* Papon *en ſon recueil lib.11.tit.1.art.8.&40.* Louët, *en ſon*
2 *recueil, lit.D.c.11.* nihilque prodeſt ſtipulatio notarij aut retentio vſusfructus à tempore dict. ordinationis, quod tamen antea valuiſſet, *l.abſenti,vbi DD ff de donatio.*etiam in Gallia,De Luc.*lib.8 tit.5.c.1.* Hoc certiſſimum eſt, ſed forſan opponetur d.dominum de Mõtdragon eam acceptaſſe ipſo facto,poſtquam fruitus fuit dictis bonis. Ad hoc reſpondetur primò,hoc non videri verum, cum d.domina de Tande ſibi reſeruaſſet fructus ſuorum bonorum quamdiu viueret, bonorum autem quæ d.domina Croze acquiſierat à d. domino de Salignac,vſusfructus ſibi conceſſi fuerant ante vltimam donationem menſ. Septembr. à d.domino Croze quamdiu viueret, ſicque dictis bonis vſque ad obitum fruita eſt , qui circiter accidit ſex menſ. ante obitum d.domini de Montdragon ipſius mariti,quod conforme eſt contentis in d.donatione vltima, quad. dominus de Montdragon dictis bonis niſi poſt mortem d.dominæ frui non poteſt.

Præterea non apparet,nec apparere poſſe creditur, d dominum de Montdragon,vt donatarium, fruitum fuiſſe, & ita vt eiuſmodi fruitio poſſit habere vim acceptationis per ordinationem requiſitæ,eo modo quo ſup. donatore ſcilicet & donatario præſentibus, aut abſente donatore,coram perſonis publicis cum inſertione inſtrumenti donationis in inſtrumento acceptationis de eſſentia & ſubſtantia donationis omnino ſunt,quæ ſolùm vim ſuam ſumit ab eiuſmodi acceptatione,ante quam nulla eſt & nullius valoris.ex text.dictarum ordinationum,docente in terminis Charond. *reſponſor.lib.5.reſpon.47.*Loüet *en ſon recueil,lit.D.c.4. en la gloſ.* At quando aliquid in ſtatuto ſeu conſtitutione requiritur,quod eſt de eſſentia, quo amiſſo actus
3 eſt nullus , tunc non poteſt adimpleri per æquipollens,Alex.*conſ.212.n.5.lib.6.*

Per aliam rationem d.donatio ſubſiſtere non poteſt, nec impedire quominus d.dominus des Eſſarts agat in d. bona donata,quia cùm d.dominus de Croze donator, tempore d.donationis in fauorem dicti domini de Montdragon ſui auunculi,nullos haberet liberos , & poſtea plures habuerit,donatio ipſo iure reuocata fuit 4
per ſuperuenientiam dictorum liberorum, per diſpoſitionem *l.ſi vnquam,C.de reuocan.donat.*quamuis enim eiuſmodi donatio non ſit vniuerſalis aut maioris partis bonorum , cùm ſit tamen notabilis & vniuerſalis quoad partem iuriſdictionis & bona quæ Barben. poſſidebat, & quoad omnia bona ſibi ipſi donata à d.domina de Tande,ſubiicitur diſpoſitioni *l. ſi vnquam*,per veriorem & magis communem DD. opinionem relatam à Rip.*lib.3.interpret.tit.de donat.q.7.& 8.nn.14.15. & 16.*Cãcer.*lib.1.var.reſol.c.8.de donat.n.83* poſt Bart.& multos alios quos refert Tiraq.*in comment.ad d.l.ſi vnquam, in gloſ.omnia vel partem aliquam n.4.*

Præterea poteſt d.dominus des Eſſarts agere in bona ſancti Remy ſita , quæ longè ſufficiunt ad reſtitutionem dotis,iuriúmque doralium ſolutionem dominæ de Montdragon,ac dotis dominę præſidis Daymar, caſu quo ſoluta integrè non fuerit,ac dictorum 10000: ſcutorum,ipſorúmque fructuum,& quamuis d dominus de Montdragon pater d. domicellæ Lucretiæ debita poſt dict.conſtitutionem dotis contraxerit, ita vt bona non ſufficiant ad ſolutionem legitimarum aliorum liberorum , attamen cùm tempore conſtitutionis dotis bona ſupereſſent ſufficientia ad ſolutionem dictarum legitimarum , d.conſtitutio diminui aut vt inofficioſa reſcindi non poteſt, ex Gloſ.Bart Bald.Angel. Paul. Saliet. & aliis *in l.1.C.de inoff.dotib.* qui omnes 5
concludunt, cùm talis donatio dotis à principio fuerit legitima , conſumptionem patris poſtea factam, filiis non donatario nocere,vt docet Cancer. *eod. §. de donation.n.78.in fin.*

Omnibus ſuprà dictis addendum eſt, hîc agi de dote cõſtituta & à nobili promiſſa alteri nobili,qui bona fide contentus erat promiſſione ſui ſoceri , qui communi opinione locuplex ac opulẽtus credebatur, pluribus ſcilicet rationibus,cùm multarum poſſeſſionum, bonorúmq; maximi reditus eſſet poſſeſſor,quod cauſæ dicti domini des Eſſarts maximè fauet.

ARGUMENTUM.

AN non ſacerdos, prouiſus de capellania ſacerdotali , poſſit ſe iuuare regula de trienali.

SUMMARIUM.

1 *Regula de triennali habet locum in capellania.*
2 *Capellania quando ſit ſacerdotalis.*
3 *Ex geminatione , magis enixa voluntas teſtatoris elicitur.*
4 *Beneficij qualitas ex patroni fundatione, aut prima prouiſione cognoſcitur.*
5 *Collatio facta, non ſeruata forma,vel qualitate in fundatione ſtatuta,eſt ipſo iure nulla.*
6 *Forma non ſeruata,actus corruit.*
7 *Epiſcopus etiam cum conſenſu patroni , non poteſt diſpenſare contra ordinationem fundatoris.*
8 *Quoties collatio eſt nulla , prouiſus non dicitur habere titulum coloratum , nec poteſt ſe iuuare regula de pacificis poſſeſſoribus.*
9 *Idémque eſt,quando facta eſt inhabili.*

CONSILIUM CXLVI.

VIS A ſignatura impetrationis Capellaniæ perpetuæ ſub inuocatione ſanctæ Catharinæ, in parrochiali Eccleſia ſancti Petri loci de Fuleta Vaſionen. diœceſis à parte Delphinatus, ob incapacitatem Andreæ Giraudi,ex eo quod non ſit Presbyter nec in d. loco reſideat cõtra tenorem fundationis, vacantis ; per D. Dionyſium Monlſonis obtenta ſub datum Romæ ſextodecimo Kalend. Ianuarij Pontificatus an.12. fundatione eiuſdem per Guillelmum Magnani d.loci facta , cum reſeruatione iurispatronatus in fauorem proximiorum ſui generis, de anno 1492. & die penult. Martij. Præſuppoſito quod D Dionyſius faciat omnia , quæ ſunt facienda,nimirum forma di

gnum in ſignatura ordinatum, capiat poſſeſſionem, & omnia inſinuet cum omnibus literis ordinum, & cautionem per conſtitutionem regiam requiſitam præſtet, exiſtimo bene fundatum fore in iudicio momentaneæ poſſeſſionis, quam vocant *recreance*, dum tamen ſimul omnia prædicta, & nominatim fundationem, ſtatim in principio litis producat. Nam etſi dictus Andreas Giraudi, per ſex annos vel circa d. Capellaniam pacificè poſſederit, & regula de triennali habeat locũ
1 in Capellania, Rebuff. *in tract. de pacif. poſſeſſor. nu. 87.* etiam vbi in mero poſſeſſorio verſamur, Rebuf. *d. loc. n. 21. verſ. ex his infertur*, contra Gomez. *ad d. regul. n. 53. & 59.* tamen in caſu, in quo verſamur, d. regula ſe iuuare non poteſt, quia Capellania, de qua agitur, eſt ſacerdotalis, & ſic non niſi ſacerdos eam obtinere poteſt, eſſe
2 verò ſacerdotem, ex fundatione patet, cùm in ea dicatur, ſacerdotem ad eam eſſe præſentandum, & de ea inſtituendũ & prouidendum, vt in terminis docet Marc. Ant. Maceraten. *var. reſol. lib. 1. reſol. 3. n. 6.* idq; eo magis quod quoties de prouidendo ad eam Capellaniam de eius ſucceſſoribus in ea fundatione fit mentio (quod ſæpiſſimè fit) ſub qualitate ſacerdotis, ſeu presbyteri
3 nominatur, & ex geminatione d. verbi *presbyteri* ſeu *ſacerdotis*, elicitur magis enixa teſtatoris voluntas, *l. Baliſta, ff. ad Trebell.* Crauet. *conſ. 20. n. 2.* Dec. *conſ. 70. n. 10.* Surd. *conſ. 10. n. 54. & conſ. 72. n. 64.* & in terminis noſtris, d. Marc. Ant. *d. loc. n. 7.* His adde quod primus prouiſus erat ſacerdos, vt patet in inſtrumento executionis dict. fundationis de quo ſup. Ad cognoſcendam verò quali-
4 tatem beneficij eſt inſpicienda patroni fundatio & prima prouiſio, Lambertin. *in tractat. de iur. patronat. lib. 2. par. 1. q. 7. art. 30. n. 22.* Collatio verò facta, & non ſeruata
5 forma vel qualitate à fundatione ſtatuta, eſt ipſo iure nulla, Puteo. *dec. 358. lib. 1.* fusè Garc. *in tract. de benefic. 9. par. c. 1. n. 1.* nam forma non ſeruata actos corruit, vt per 6
Felin. *in c. cum dilecta, de reſcript.* lat. & alios, *in l. cum ſi §. ſi prætor, ff. de tranſact.* latè Brun. *in tract. de forma*, Euerard. *in loco à defectu formæ*. Quod adeò verum eſt, vt 7
non poſſit Epiſcopus etiam cum conſenſu patroni, qui ſucceſſit fundatori, etiam pro vna vice diſpenſare contra ordinationem illius, nedum ex diſpoſitione ſacri Concil. Trid. *ſeſſ. 25. c. 5. de reforma.* ne fortè dicatur illud non eſſe in Gallia in obſeruantia, ſed etiam ex diſpoſitione iuris communis, Roch. de Curt. *in tract. de iu. patronat. verb. pro eo quod q. 15. n. 32. & ſeq.* Crauet. *conſ. 63. n. 5.* Ioan. Guttier. *conſ. 2. n. 19.* & hãc veriorem aſſerit Dec. *in c. cum acceſſiſſent, n. 514. de conſtitut.* fusè Garc. *d. tract. par. 7. c. 1. n. 107. per text. in clemen. quia contingit de Religioſ. domib.* At verò quoties collatio eſt nulla, prouiſus 8
non dicitur habere coloratum titulum, nec poteſt ſe iuuare decreto de pacificis poſſeſſoribus, vt in terminis docet Rebuf. *in d. tract. n. 33. & n. 224. verſ. præterea titulus & n. 259. in fin.* poſt Felin. *in c. in noſtra correlat. 36. ver. nono nota de reſcrip. in gloſ. &* Pragmaticam Sanctionem *in verb. coloratum*.

His adde, quòd collatio, inhabili facta, eſt nulla, & prouiſus de decreto ſe iuuare non poteſt, Lambert. *in d.* 9
tract. 12. art. 1. partis q. 7. lib. 2. Rebuf. *d. n. 25. verſ. præterea titulus, & nu. 260. verſ præterea non iuuatur*. At verò per d. fundationem, non ſacerdos (qualis eſt d. Giraudi) eſt inhabilis ad obtinendam d. Capellaniam, quod confirmatur ex dictis per Chenu *ad Papon lib. 8. tit. 7. arreſt. 6.* poſt Maynard. *lib. 1. c. 56.*

Quod verò de non reſidentia dicitur, in ea non facio magnam vim, cùm de nulla monitione facta conſtat.

ARGVMENTVM.

Collationum defectus varij.

SVMMARIVM.

1 *Regula de veriſimili notitia habet locum in Legato.*
2 *Mandatum ad reſignandum annullatur, ſi à notario conſanguineo ſumptum ſit, idque ex conſtitutione Regia.*
3 *Lex pœnalis ex identitate rationis extenditur.*
4 *Mandatum non ſignatum ex d. conſtitutione nullum eſt.*
5 *Nec ſufficit notarium aſſerere mandatum nõ potuiſſe ſignare.*
6 *Impetrans beneficium viuentis, redditur incapax illud poſtea impetrandi.*
7 *Regula de veriſimili notitia habet locum etiam in Ordinario.*
8 *Ordinarius non poteſt conferre Nuntio.*
9 *Ordinarius qui ſemel contulit, non poteſt eodem iure alteri conferre.*
10 *Beneficia per Papam commendata, ſunt reſeruata, nec Ordinarius ea conferre poteſt.*
11 *Reſeruatio licet non ſeruetur in Gallia, ſeruatur tamen in prouincijs Prouinciæ, & Britanniæ.*

CONSILIVM CXLVII.

REVERENDVS quondam D. Honoratus Tuſellus Canonicus dum viueret Eccleſiæ Cathedralis Maſſilien. & Prior Cõmendatarius Prioratus loci ſancti Zachariæ, ſub titulo ſancti Ioannis Baptiſtæ, Diœceſis etiam Maſſilien. 5. Febr. præſentis anni ... horam 5. veſpertinam catharro & apoplexia ita correptus fuit, vt ne verbum quidem poſtea conſtere potuerit, & per totam ſiniſtram partem corporis paralyticus remãſerit vſque ad diem 7. & horam 5. matutinam cum dimidia, qua ab hoc ſæculo migrauit: ratione obitus cuius variæ impetrationes de dicto Prioratu & Canonicatu factæ fuerunt, ſcilicet à legatione Iacobus Hermas, qui prius quidem d. beneficia tanquam per reſignationem vacantia die 6. hora 7. matutina, deinde per obitum die 7. circa horam 5. matutinam impetrauit. Ludouicus Fœlix die 6. hora 8. matutina per obitum, & rurſus die 7. hora 10. matutina cum dimidia: De Valbena die 7. hora 8. matutina, Thomas de Pauis die 7. hora 8. cum dimidia matutina, Reuerend. D. Honoratus Marſeille de Vias ſacræ Theologiæ profeſſor, religioſus profeſſus ſancti Benedicti & Miſſionarius Apoſtolicus, die 7. hora 11. iã pulſata: De Bourg die 9. poſt meridiem per interuentionem vel certo modo aliorum impetrantium. Et hæ quidem impetrationes in legatione factæ fuerunt. Ordinarius verò, Vicarius ſcilicet Abbatis ſancti Victoris à cuius Abbatia dependet d. Prioratus ſancti Zachariæ, tribus perſonis dictũ Prioratum in titulum contulit: in Commendam enim de iure conferre non poteſt, ſcilicet Ludouico Albert Religioſo, nondum tamen tunc, vt dicitur, profeſſo & dict. Vicarij conferentis nepoti, die 7. hora 6. matutina, cùm tamen d. Vicarius tunc in loco de Auriolis eſſet, 5. aut 6. leucis à ciuitate Maſſilien. vbi deceſſerat d. Tuſel diſtante: D. Dolicres Eleemoſinario ſancti Victoris & Priori de la Mote, die 7. hora 7. cum dimidia & fere 8. & D. de Seysns Religioſo profeſſo ſancti Victoris eadem die hora 12. Denique Capitulum d. Eccleſiæ ad quod iure ordinario Canonicatuum illius collatio ſpectat, Canonicatum d. Teſel contulit D. Iuliano d.

Eccle-

Google

Eccleſiæ Beneficiato dict. die 7. circa horam 6. matutinam, qui in poſſeſſionem legitimè miſſus fuit, & in ea exiſtit.

Tot exiſtentibus collationibus ſeu prouiſionibus, de validitate eius, quæ dict. domino de Vias facta fuit, quæritur: & quidem ſecluſis aliis prouiſionibus res expedita eſſet, cõcurrunt enim poteſtas cõferentis, capacitas prouiſi, legitimũ interuallum, ab hora obitus vſq; ad horã impetrationis, ad habendam notitiã vacationis, ſignaturæ, Bullæque legitimæ factæ, & alia deinde in adeptione poſſeſſionis inſinuatione, & aliis huiuſmodi. Tota difficultas conſiſtit, an aliquis ex ſupradictis prouiſus potius ius d. domin. de Vias habeat, quod vt ſciatur, de ſingulis ſigillatim diſquirendum eſt.

1 Et quidem quoad Iacobum Herman, ſi de impetratione per ipſum per obitum facta ageretur, res eſſet expedita, obſtaret enim regula de veriſimili notitia, quæ habet locum etiam in legato, Coſm. *in pragm. tit. de collation. §. volumus, ſeu §. neque, verb. faciend.* & aliis poſtea, dum de Ordinario loquemur, citãdis, impoſſibile enim eſt naturaliter vt ſpatio duarum horarum cũ dimidia cõficiantur 16. leucæ, quibus Maſſilia diſtat ab Auen. Sed dubium facit impetratio facta per reſignationem, contra quam opponitur de nullitate mandati, ex eo quod Notarius, qui illud ſumpſit, eſt conſobrinus in ſecũdo gradu, quem Gallicè dicimus *couſin ger-*2 *main*, contra ordinationem Henrici II. de ann. 1550. de qua *au Code Henry, lib. 1. tit. 20. artic. 1. & aux Baſiliques eod. lib. & tit. & art.* ſecundùm quam ſæpius arreſtis ſupremi Senatus Pariſien. infirmatæ fuerunt reſignationes, referente Frerot *aux Baſiliques, lib. 1. tit. 21. art. 1.* & Charond. *au Code Henry, d. lib. tit. 20. art. 1.* & nominatim de ann. 1590. 20 Octob. 1593. 20. etiam Octob. 1594. 1. April. Nec refert ſi dicatur ordinationem loqui de teſtibus, & nõ de Notario, nedum enim eadem, ſed etiam maior eſt ratio in Notario, vt ſcil. ab eo omnis cauſa ſuſpicionis deſit, quam in teſte, & cùm ratio eſſẽ-3 tialis d. conſtitutionis fuerit, vt fraudibus obuiaretur, vt ex text. conſtitutionis apparet, & dd. Frerot. & Charond. docent, debet fieri extenſio de teſte ad Notariũ: lex enim quantumuis pœnalis tunc extenditur, Geminian. *conſ. 57. circa fin. verſ. item, licet conſtitutio, & conſil. 126. in princ.* quia tunc non tam extenſio eſt quàm cõprehenſio, Anchar. *conſ. 104 n. 3.* Adde quod quando agitur de obuiãdo fraudib. etiam in odioſis, dicitur materia fauorabilis propter fraudes euitãdas, & fit extenſio ne fiat fraus, Alex *conſ. 21. n. 7. lib. 1.* quod in caſu noſtro eo magis procedere debet, quod d. Tuſel erat adeò morbo oppreſſus, vt quid ageret, neſciret, adeò vt poſt 40. vel circa horas deceſſerit.

4 Quæ coadiuuantur, & nullitas d. mandati clareſcit ex eo quod quãuis paralyſia nõ affeciſſet partem dexteram, eáque maneret ad libitum, ideoq; poſſet ſignare d. mandatum, illud tamen non ſignauit, ex quo per dict. conſtitutionem Henrici ſecundi, omninò nullum redditur. Quod ſi id probetur, erimus in claris, & caſu quo dicta potentia ſcribendi manu dextera legitimè
5 non probaretur, ex alio redditur nullum d. mandatum & d. nullitas ex eo quod non conſtat reſignantem de hoc interpellatũ declaraſſe verbo, vel ſignis, caſu quo non potuiſſet loqui, ſe non potuiſſe ſignare, & cauſam ſuæ impotentiæ adieciſſe, quod neceſſarium eſt vt validum ſit mandatum per d. conſtitutionem, nec ſufficit Notarium aſſerere eum nõ potuiſſe ſignare, ſed debet fieri mentio, reſignantem interpellatum hoc declaraſſe, vt ſuprà dictum eſt, vt clarè docet Frerot *dict. tit. 20. art. 1.* ita vt illis concurrentibus, ſcilicet quod Notarius eſſet adeò propinquus, reſignãs adeò graui morbo afflictus, & quod mandatum non ſit ſignatũ, quódq; nõ conſtet de aliqua declaratione, & cauſis eius verbo, vel ſignis per reſignantem facta, exiſtimarem collationem d. Iacobo Herman factam ob nullitatem mandati corruere, cuius nullitatis ipſe ſibi conſcius, idem beneficium, quaſi per obitum vacans impetrauit eo tempore quo obitus notitiam habere non potuerat: neque enim exiſtimo quemquam dubitaturum d. ordinationem non eſſe reſtrictam ad reſignationes factas Romæ, ſed generaliter procedere, vt ex text. illius, dictiſque Charond. & Frerot conſtat.

Quoad ſecundum, dominum ſcilicet Fœlicem, in primis, per peritos itinerum, inueſtigandum eſt, an 5. horæ ſuffecerint, vt ceſſet regula de veriſimili notitia, ad quod faciunt notat. per Loüet *ſub lit. V. art. 2.* & 6 poſito, citra præiudicium veritatis, quod d. regula ceſſet, cum impetrauerit illud ipſum beneficium adhuc d. Tuſel viuente, die ſcilicet 6. & hora 8. matutina, fuit redditus incapax illud beneficium impetrandi, ideóq; ſi poſtea illud per obitum impetrauit, collatio eſt nulla, Anchar. & Panorm. *in c. 2. de conceſſ. præben.* facit *cap. nullus cum c. ſeq. diſt. 79.* etiam ab Ordinario facta, text. eſt *in c. poſt electionem, de conceſſ. præben.* vbi Panorm. *in 4. notab.* Reboff. *in prax. tit. de reprobat. benefic. viuent. impetrat. nu. 13 cum ſeqq. & in additionib. ad reg. Cancell. reg. 21.*

Nec obſtat, ſi d. Fœlix nolit approbare d. impetrationem, imò velit aſſerere, nec ſe, nec alium de eius mãdatu eam feciſſe, præſumptio enim eſt contra ipſum, cùm ſoleat ſolui pecunia pro data, præſertim quod deinde poſt obitum impetrauit, nulla proteſtatione facta ratione dict. impetrationis, cuius ignorantiam non poteſt prætendere, cùm eſſet ſcripta in eodem loco.

Quoad tertium, ſcilicet dom. de Valbena, res eſt expedita, cùm impetrauerit hora 8. matutina, & notorium ſit ſpatium 2. horarum cum dimidia 16. leucas non poſſe confici.

Idem aſſerendum eſt de D. Thoma de Panis, cùm adſit ſolum interuallum 3. horarum.

Quod verò ad impetrationem, certo modo per de Bourg factam, illius non eſt habenda conſideratio, cùm non niſi cæterorum omnium collationibus deficientibus, & nullis exiſtentibus, ſuum ſortiri poſſit effectum, ideóque valida exiſtente impetratione d. domini de Vias, de illa non eſt curandum.

Quoad verò collationes ab Ordinario factas, & quidem quoad Ludouicum Albert ex duobus ea corruit Primò, quia obſtat regula de veriſimili notitia, cũ 7 adſit tantùm interuallum ſemihoræ, & quæ habet locum etiam in Ordinario, Sarnen. *ad d. reg. q. 1* Rip. *reſp. 16. lib. 1. & in c. 2. de reſcript. in fi.* & quam opinionẽ Rota ſequitur, ſecundùm quam iudicauit 22. Ianuar. & 12. Iunij 1549. coram domino Nouarom vna Barchinonen. Præpoſituræ, & ſeruatur etiam in Gallia, vt DD. Gallici atteſtantur, vt Coſm. *in Pragmat. Sanct. tit. de Collation. §. volens, ſeu §. neque, verb. faciendas*, Selua *trac. de benef. part. 3. q. 46.* Corraſius *tract. de benef. part. 2. c. 3. num. 8.* Roſiniac. *de benefic. c. 29. nu. 19.* Gregor. *eod. tract. cap. 32. num. 4.* Rebuff. *in proœmio Concordat. verb. facti, fol. mihi 509. & in additio. Cancell. reg. 40. verbo incontra fecerit*, & ita variis arreſtis ſupremi Senatus Pariſienſ. Tholoſani & aliorum determinatum fuit, referente Papon. *lib. 3. tit. 4. arreſt. 6.* & Rebuff. *dict. loco* quidquid, & malè, contrariũ aſſeruerit Addition. *ad Louet ſub lit. V. cap. 2.* Secundò, quia contulit Nuntio, & 8 non Profeſſo, quod Ordinarius facere non poteſt, *cap. nullus de elect. in 6. clemen. 1. de ſupplen. negligen. prælator. & clem. 1. §. ſanè 2. de ſtatu monach.* & in terminis iuſ. docet Garc. *in tract. de benef. 7. par. c. 10 n. 4.*

Quoad verò D. Dolieres Eleemoſinatium ſancti
9 Victoris, & Priorem de la More, & D. de Soyans, eorum collatio omnino corruit, duplici de cauſa: Prima, quia poſtquam Ordinarius ſemel contulit, etiam inhabili, non poteſt eod. iure alteri conferre, & omnes collationes eodem iure & modo poſtea factæ, vt hoc caſu (quo tanquam Vicarius & iure ordinario beneficium, per obitum vacans, dictis d'Olieres & de Soyãs contulit) collationes ſunt nullius momenti: tum quia prima collatio impedit ſecundam, *c. poſt electionem, de conceſſio. praben.* tum quia conferendo, etiam incapaci, functus eſt officio ſuo, Panorm. *in cap. accedens col. 1. de prabend.* nec non, quia etiam in collationibus eſt prohibita vacatio, *clement. vn. de renunciat. facit c. ſi tibi abſenti de praben. in 6.* & ita in terminis docet Rebuff. *in Concordat rub. de collat. §. ſi quis vero, verb. diſpoſitiones, fol. mihi 326.* & duobus ſupremi Senatus arreſtis ita iudicatum teſtatur, & ita etiam ex facto reſpondit *conſil. 41. col. 4. circa fin.* & ante eum gloſ. Pragm. Sanction *in §. quod ſi quis 1. verb. eo ipſo de collat.*

Altera eſt, quia præſupponitur in facto d. Prioratum per 60. vel circa an. in Commendam tentum fuiſſe, & nominatim d. Tuſel, vltimũ poſſeſſorem, in Commẽdam illud habuiſſe: at verò certum eſt, beneficia per Pa- 10
pam commendata, ceſſante Commenda, per obitum Commendatarij, eſſe reſeruata, nec ea Ordinarium cõferre poſſe. fusè Simonet *de reſeruat. benef. q. 59. n. 6. cum ſeqq.* Flamin. *de reſignat. benefic. lib. 12. q. 5. n. 34.*

Sed aduerſus id opponetur, huiuſmodi reſeruationẽ
in Gallia non ſeruari ex vi Cõcordatorum, vt teſtatur 11
Rebuf. *in praxi tit. de reſeruat. n. 31. & in tit. de Commend. nu. 59.* Reſpondetur, hoc verum quidem eſſe in cæteris prouinciis Galliæ, ſed in prouincia Prouinciæ & Britanniæ huiuſmodi reſeruationes habent locum ex edicto in declaratione Henrici II. inſerta per Rebuff. poſt *conſ. 6.* quæ, vt accepi, fuit homologata in Parlamento Prouinciæ, omnibus Curiis congregatis 23. Auguſti 1549.

Poſtremò, circa collationem Canonicatus factam per Capitulum, nihil intereſt dict. dom. de Vias, an valida ſit, necne, vterque tamen concurrere debet ad inualidandam collationem ſupradictam in vim reſignationis factam, cùm vtriuſque ius ex eius validitate vel inualiditate pendeat.

ARGUMENTUM.

Circa quæſtionem, an donationes factæ per binubum ſecundæ vxori, tam in contractu matrimonij, quàm aliàs, in caſum ſuperuitæ, ſint reducendæ, ex vi *l. hac edictali, Cod. de ſecund. nupt.* variæ tractantur ſubtiles iuris quæſtiones.

SUMMARIUM.

1 *Statutum, habilitans vel inhabilitans perſonam, non ligat forenſes etiam pro bonis in loco ſtatuentium ſitis.*
2 *Et quando & defunctus, & fœmina excluſa, & ii qui vult excludere, ſunt forenſes, eſt indubitatum, & n. 4.*
3 *In quibus terminis loquantur, qui allegantur in contrarium.*
5 *Statutum non ligat forenſes, quando agitur de ſtatu perſonarum.*
6 *Ex defectu patriæ poteſtatis ceſſat vſuſfructus in bonis aduentitiis filij.*
7 *Status perſonæ eſt, an ſit in poteſtate, necne.*
8 *Annui reditus quando cenſeantur inter immobilia in terminis conſuetudinis Pariſienſis, vel inter mobilia.*
9 *De iure communi, vt dicantur immobiles, quid ſit neceſſarium.*
10 *In mobilibus, quando agitur de ſucceſſione vel ſocietate inter coniuges, attenditur ſtatutum vel conſuetudo loci, vbi is, ad quem ſpectant, domicilium habet.*
11 *Conſuetudo Pariſienſis attenditur tantùm quoad immobilia.*
12 *Apud Andes & Armoricos annui reditus cẽſentur immobiles.*
13 *Per dominum Pariſien. venditi, mobiles ſunt, & quoad eos attenditur domicilium.*
14 *Super domanio Regis conſtituti, quando ſint immobiles.*
15 *Si ſint minoris, vel vxoratæ, non propterea ſunt immobiles, ſed naturam eorum ſequuntur, quoad alienationem, non ſi de ſucceſſione agatur.*
16 *Non attenditur locus domicilij in mobilibus ex deſtinatione patrisfamilias affectis certo loco, vt ibi perpetuò ſint.*
17 *In annuis reditibus non attenditur locus contractus, ſed domicilij & ſolutionis, etiam ſi ſuper certo fundo conſtituti ſint.*
18 *Sed ſi ſolutio ſit in vno loco, domicilium in alio, præualet domicilium.*
19 *Sed ſi agatur de reditibus generaliter conſtitutis ſuper omnibus bonis, inſpicitur domicilium.*
20 *Iure Gallico in cuiuſcumque generis reditibus, attenditur domicilium.*
21 *Domicilium attenditur de tempore, quo caſus euenit.*
22 *Annui reditus generaliter ſuper omnibus bonis conſtituti, de iure communi, nec ſunt mobiles, nec immobiles, ſed veniunt nomine actionum.*
23 *Actiones, pro re mobili competentes, iure Gallico, cenſentur inter mobilia.*
24 *Quoad eas, cùm de ſucceſſione agitur, attenditur domicilium creditoris.*
25 *Expenſa circa lites damno hæredis cedunt.*
26 *Donatio reciproca, & in caſum ſuperuitæ, ſubiacet edicto de ſecundis nuptiis, & ita Tholoſæ iudicatum fuit.*
27 *Recepta eſt & communis DD. ſententia, huiuſmodi donationes non ſubiacere* l. hac edictali, C. de ſecun. nup.
28 *Lucrum reciprocum, in caſum ſuperuitæ, non ſubiicitur* l. fœminæ, eod. tit.
29 *Nec proprietas illius reſeruanda eſt filiis primi matrimonij.*
30 *Reſp. arreſto Senatus Tholoſani.*
31 *Boerio.*
32 *Argenterio.*
33 *Craneta.*
34 *Arreragia annui reditus, mortuo patre, ad filios pertinent: quod intelligendum eſt de nondum decurſis,* n. 38.
35 *Quando pater paſſus eſt filium frui bonis aduentitiis, ipſius heredes non poſſunt huiuſmodi fructus vendicare.*
36 *Fructus ciuiles, etiam vltimi anni, pro rata temporis, ſunt fructuarij.*
37 *Vbi fructus non percepti ſpectarent ad proprietarium, fallit tamen, ſi fructuarius, facto alterius, eos percipere impeditus fuerit.*
39 *In materia* l. hac edictali, *deducenda eſt legitima filiorum, & reliquum inter ipſos & nouercam diuidendum. Sed pro veritate huius quæſtionis diſtinguendi ſunt caſus.*
40 *Quando maritus ſuperſtes, per ſtatutum, vel pactum, lucratur integram dotem, & omnes vxoris facultates in ea conſiſtunt, hæc quæſtio eſt admodum controuerſa.*
41 *Sed negatiua verior eſt.*
42 *Quando aliquid relictum eſt filiis, ſed minus legitima, abſque vlla deductione legitimæ, reductio facienda eſt, ita tamen vt vſque ad integram legitimam reducatur.*
43 *Quãdo integra legitima, vel plus ea, relictũ eſt, nõ deducitur.*
44 *Quando filij primi matrimonij, & vxor ſunt æqualiter heredes inſtituti, legitima non deducitur.*
45 *Legitima non eſt æs alienum, ſed certis reſpectibus & caſibus, vice illius fungitur.*

46 De-

Digitized by Google

46 *Debita chirographica & verbalia, ac etiam funeris impenſa, minuunt legitimam.*
47 *Debita, inquam, etiam hæredi.*
48 *Legitima dicitur percipi, tanquam quoddam lucrum.*
49 *In terminis* l. hac edictali, *& ſtatuti, vel pacti, quod maritus lucretur dotem, non fungitur vice eius aliem.*
50 *Quando ſoli filij primi matrimonij ſunt hæredes inſtituti, & ſecundæ vxori aliquid in contracta matrimonij donatũ, relictũ in teſtamento, ſi ſolutus legatis, legitima ſupereſt filio integra, vel plus, ſi, quod donatũ vel relictũ eſt nouercæ, excedit, ille exceſſus reuocatur abſque deductione legitimæ.*
51 L. hæreditatum, ff. ad l. Falcid. *procedit non ſolum in terminis legis Falcidiæ, ſed etiam ad omnes caſus porrigitur.*
52 *Contra.*
53 *Sed quidquid ſit, ea non habet locum in contractibus.*
54 *Sed verius eſt extra terminos* l. hæreditatum, & l. ſi quis argentum, *hoc arbitrio iudicis relinquendum eſſe.*
55 L. hæreditatum, *non habet locum, quando agitur de æſtimando annuo reditu, morte finiendo.*

CONSILIVM CXLVIII.

DVM tractatur, penes arbitros cõpromiſſarios, quorum vnus ego ſum, an annua penſio 200. librarum in contractu matrimonij, inter quondam illuſtrem D. Michaelem de Plumier, dominum de Poullians, & domicellam Violantam de Fortias, eius viduam, nec non aliæ donationes eidem factæ, in caſum ſupradictũ, ſint ex vi *l. hac edict. C. de ſecund. nupt.* reducendæ & diminuendæ in fauorem liberorum primi matrimonij, variæ quæſtiones diſcutiendæ occurrunt.

Et primũ quidem, quia inſpiciendũ eſt, quantæ fuerint facultates d. domini de Poulliãs tẽpore mortis, vt ſciatur ſi minus vel plus donatũ ſit d. viduæ quã vni ex filiis primi matrimonij, cui minus eſt relictum, quæritur, an arreragia annui reditus per domũ communem Pariſienſem debiti, qui ad primã vxorẽ, tanquam bona paraphernalia, & poſt mortem illius ad eius filios ex vi fideicõmiſſi ſpectabat, arreragia, inquam, decurſa ante obitũ d. D. de Poullians, & per eius filios eoſdémq; hæredes cũ beneficio legis & inuẽtarij exacta, augere & impinguare debeant hæreditatẽ d. de Plumiers, vel ad eius filios pertinere, ſi cõtendunt ad ſe ſpectare, quod ex cõſuetudine & moribus Pariſiis receptis pater non habeat vſumfructũ in bonis filiorũ, quia ſi ex d. cõſuetudine non ſunt in patris poteſtate, ſed ei tantùm reuerentiam debeant; ideóque *l. cùm oportet, C. de bonis, quæ liber.* ſit abrogata, vt docent Baequet, *in tract. du droict. de iuſtice, c. 2. n. 57. & 58.* quẽ ſequitur Bugnion, *lib. 6. c.* 128. & nedum d. arreragia ad ſe ſpectare, ſed etiam omnes reditus per patrẽ perceptos poſt obitũ d. eorum matris, præſertim poſt ſecundas nuptias contractas, quòd tunc ceſſet *la garde noble*, per conſuetudinẽ Pariſienſ. patri conceſſa, reſtituendos, aut ratio minorem hæreditatẽ patris conſtituendã: conſuetudo enim vel ſtatutum loci, vbi bona immobilia ſunt ſita, ſequendũ eſt, *les remarques du droict François, au verb ſucceſſion, n. 9. & in verb. legitimes, nu. 7.* Charon. *lib. 2. reſpon. c. 57. & lib. 4. c. 21.* qui in terminis ſucceſſionis & legitimæ loquuntur.

Sed pro parte d. dominæ de Fortias contrariũ contẽditur, dictóſq; reditus perceptos, & arreragia debita ad d. dominum de Poullians pertinuiſſe & pertinere ex vi *d. l. cùm oportet*, & d. cõſuetudini in contrariũ allegatæ, reſpondetur, præſuppoſita pro vera d. conſuetudine, quæ tamẽ non eſt adeò certa ex Papon. *lib. 7. tit. 1. arreſt. 4.* Imberto *in Enchiridio, verb. fils baſtard, fol. mihi 96. in fin.* aſſerentib. in Gallia patrẽ eſſe vſufructuarium bonorũ aduentitiorũ filij, & Rouchel *en ſa Bibliotheque, in verb. vſuſfructus*, vbi dicit, arreſto Senatus deciſũ fuiſſe, vſumfructũ patri debitũ communicandum filio ſeorſum à patre habitanti, & loquitur in caſu, quo pater ſecũdas contraxerat nuptias, Maynar. *lib. 2. c. 73.* nec nõ quia poteſtas patria habet locũ in Gallia quoad liberos, niſi ſint vxorati, Charond. *en ſes memor. obſeruat. verb. enfans, fol. 126. ver. François, en ſes obſeruatiõs des couſtumes de Tholoſe, tit. des emancipations, couſtume 1. c. 1.* vbi citat Maynard. Imbert. Chaſſan. Maſuer. Chopin. & Charond. præſuppoſito, inquam, pro vero, patrem Pariſiis non habere filium in poteſtate, & per conſequens, nec vſumfructum in bonis filij: Reſpondetur tribus modis.

Primò, quia ſtatutum habilitãs vel inhabilitans perſonam, non ligat Forenſes, etiam pro bonis in loco ſtatuentiũ ſitis, ea enim eſt diſtinctio Bart. quod quoties ſtatutũ dirigitur ad perſonam eam habilitans vel inhabilitans, nõ tamen ratione ſolẽnitatis vel formæ nõ ligentur Forenſes etiam pro bonis in loco ſtatuentiũ ſitis, ſecus ſi verba ad rem dirigantur, *in l. 1. nu. 8. ff. de tutorib. & curatorib. dat. ab his, & in l. cunctos populos, n. 26. in 3. q. in fi. C. de ſumma Trinit.* 2. Iaſon 1. *lectura, n. 17. & in lectura 2. n. 55.* vbi aſſerit communem & perpetuò menti tenendam. 3. Alex. *conſ. 44. n. 5. vol. 5.* 4. Corneus *conſ. 45. n. 16. verſ. item eſt aduertendum, lib. 1. & conſ. 94. n. 7. lib. 2. & conſ. 162. nu. 6. lib. 3.* 5. Bald *in d. l. cunctos populos, n. 12. & ſeq.* 6. Anchar. *in ſua latiſſima repetitione in c. 1. de conſtit. in antiq. 12. q. principali col. 92.* 7. Speculat. *lib. 2. partic. 3. de ſenten. §. qualiter ſententia verſ. item pone.* 8. Ruin. *conſ. 120. n. 10. lib. 1.* vbi per ſtatutũ Ferrarienſe nõ diceretur excluſus à ſucceſſione etiam ſi bona ſita eſſent in territorio Ferrarienſi, *& conſ. 201. num. 7. cum ſeqq. eod. lib.* vbi atteſtatur de communi. 9. Guido de Suza *in ſuis quæſt. ſalutaribus*, quæ referunt DD. *in loc. ſupr. cit.* 10. Brun. *in tract. ſtatut. exclu. fœmin. art. 6. n. 3. & 7. col. 5. in prin.* 11. Paril. *conſ. 12. nu. 24. lib. 3. & conſ. 53. n. 86. eod. vol.* 12. Mazzar. *conſ. 8. verſ.* qui cõſuluit in duob. Vicentinis cõcurrentibus ad ſucceſſionẽ matris pro bonis exiſtentib. Paduæ. 13. Barbatia *conſ. 55. lib. 2. & conſ. 75. lib. 3. col. 4. & penul.* 14. Berous q. 117. 15. Imola *in c. quod Clericus de foro competen.* 16. Decius *in d. l. 1. ff. de tutorib. & curatorib. & in conſ. 124.* 17. Socin. ſen. *conſ. 128. n. 11. lib. 4.* Franciſc. de Ramponib. *inter conſ.* 18. Calderin *conſ. 34. de teſtam.* 19. Crotus *in l. omnes populi n. 158. de iuſt. & iur.* 20. Angel. *in l. vniuerſos C. de decurionib.* 21. Signorolus de homodeis *in d. l. cunctos populos n. 17.* 22. Aretin. *ibid. col. 11. verſ. quarto, & conſ. 54. col. 2. verſ. iſta ſententia.* 23. Addition. *ad Alex. ibid. col. 8. verſ. ſed poſſet dubitari*, vbi etiam citat ita tenere. 24. Florian. 25. Petrus, cuius hanc fuiſſe ſententiam originalem, Cynus in *d. l. cunctos populos*, teſtatur. 26. Abb. *lib. 2. conſ. 51. n. 2.* 27. Lamber. de Salicet. *in d. l. cunct. popul.* & eum allegat Rolan. *d. conſ. 24.* 28. Caſtren. *conſ. 32. n. 1. & ſeq. lib. 2.* 29. Ripa *lib. 1. reſpon. c. 2. num. 14.* 30. Rochus de Curt. *in repet. c. fi. de conſuetud. q. 12.* vbi dicit ſe cõſuluiſſe Ferrariæ ſecundùm ſententiam Bart. & ita conſulũ fuiſſe per Valẽtiores DD. Italiæ, & ſubiungit, quod malè dixit Anchar. aſſerendo cõmunem opinionem eſſe contra Bart. 31. Cynus *in d. l. cunct. populos col. vlt.* 32. Calder. *conſ. 17. ſtatuto ciuitatis cauetur, tit. de conſtit.* 33. Marſil. *l. fi. n. 91. de iuriſdic. omnium iudic.* vbi de magis communi & æquiori opinione teſtatur. 34 Riminal. *conſ. 30. n. 14.* 35. Pet. Ioan. *reſpon. 32. n. 7.* qui dicit doctrinã Bart. per omnes DD. ſequi cõmuniter. 36. Chaſſan. *in conſuet. Burg. rub. 4. §. 2. verſ. ſolũ, n. 10. & ſeqq.* 37. Oldra. *conſ. 248. n. 1.* 38. Soc. iun. *cõſ. 80. volum 4.* vbi dicit veriſſimam & magis communem.

39. Rot.corá Lácel *dec.404 par.1.diuerſ.* quæ repetitur *ead.par.dec.580.* & vtrobiq; dicit cõmuné, & Rolá.*conſ.*
24.approbat. 40. Ead.Rot.cor.Cãtucciu *dec.103.diuerſ.*
par.2 per tot. ſed pręſert.*n.13.21.22.19.& 36.* vbi rationé
differétię tradit *d.n.11.* inter ſtatutũ inhabilitás perſoná
ſimpliciter & abſolutè, & ſtatutũ inhabilitans perſoná
cũ modificatione, ſi nõ fuerit certa ſolénitas ſeruata &
d.n.13. cõmuné teſtatur. 41. Et ead Rot.*dec.673.1.par.*
diuerſ. vbi etiá approbat Rolan.*conſ.24.* 42. Ead.Rot.
corá Seraph.*dec.791.* 43. Ead.Rot.corá Orano penes
Dominicũ P:cũ *in tract.de cõtrac.* ſine certa ſolénitate,
dec.4.fol.mihi 209. 44. Eadé Rot.vbi & defũctus & omnes ius prætédéres in ſucceſſione ſunt Foréſes, corá
Blãcher.*dec.295.n.4.diuerſ.1.part.* 45. Ead.Rot.in d.
caſu proximè præcedétis deciſ.corá Blãcher.*dec.304.n.*
8.& 9. 46. Ead.Rot.apud Puteũ, *dec.29.per tot.lib.1.*
46. Ead.Rot *dec.manuſcripta* corã D.Brauo, relata per
Hõd *lib.1.cõſul.11.etiã,n.25.* 47. Pereg.Patauin.*dec.104.*
n.9.& dec.67.præſertim n.8.vſque ad ſi. omnino vidẽdus,
quia bene diſtinguit caſus, & approbat Rolã.*cõſ.24.dec.*
56.per tot. omnino videndus, loquens de ſucceſſionib.
fœminarũ maſculis, non obſtante ſtatuto loci, vbi erãt
bona & defunctus erat is de cuius hæreditate agebatur, & approbat Rolan.*conſ.24.* & ita ſæpe Padouæ iudicatum refert, & *in dec.117.per tot.* omnino videnda, ea
etiá fusè diſtinguit omnes caſus. 48. Marc.*dec.155.li.1.*
49. Sanct.Seuerin.*in d.l.cũct popul.n.145.* & eũ refert d.
Alderan. Maſcar.*d.concl.6.n.14.* 50. Butrieus *in c.quod*
clericus de foro cõpet. 51. Pechius *de teſtam.cõiugum lib.*
4.c.11. vbi etiá teſtatur de cõmuni. 52. Author Syntag.
cõmun.opin.li. *tit.de ſtatut.c.3.* 53. Menoc *in addit.ad*
Bart.in d.l.cũct.pop.circa n.26. 54. Alban.*ad Bart. in*
d.l.cũct popul.n.7. 55. Roman.*conſ.224.col.2.verſ.3.principaliter.* 56. Iacob.de Aretio, vt eum refert Alex.*d.*
conſ.44. & Pereg.*d.dec.117.n.16.* 57. Carpan.*ad ſtatuta Mediolan.* 58 Ioan.de Anania *conſ.4.n.3.* quem ſequitur ibi 59. Ludouic. Bolognin. *in ſubſcriptione.*
60. Burſat.*conſ.8.n.34.lib.1.* 61. Alba.*conſ.20.in 2.dub.*
nu.3.& 4. 62. Gratus, & vt eos refert, & de communi
teſtatur Socin.iun.*d.conſ.80.n.14.& 17.* 63. Cagnol.
64 Tiraq.*de iu.primogen.q.14 num.40.* 65. Honded.
conſ.11.lib...per tot. omnino vidẽdus: fuſiſſimè enim quęſtioné tractat, & hanc magis cõmunem docet, reſpondendo ſigillatim omnib. qui in contrarium allegantur.
66. Crauet.*conſ.271.n.1.* 67. Gayl.*lib.2.obſer.124.n.11.*
68. Muſculus *in cõmunib.opinionib. lib.17.pag.mihi 331.*
verſ.ſtatum loquens in perſona. 69. Ant.Gabriel.omninò videndus, quia diſtinguit optimè caſus *tit.de ſtatutis, concl.9.* rem indubitatã facit, quando neq; mortuus,
neq; qui prætendũt ſuccedere, neq; qui prætendũtur
excluſi, ſunt ſubditi loci ſtatuẽtium, in quib.bona, de
quib.agitur, ſita ſunt. 70. Tepatus *tit.de ſtatut.§.qui*
ſunt effectus, vbi approbat Rolan.*conſ.24.* 71. Rolan.
conſ.24.vol.3.& de lucro dotis,q.36.per tot. vbi dicit veriorẽ, cõmunem, magis cõmunem, *& conſ.91.n.23.lib.3.*
vbi dicit quod nullus diſcrepat in hoc, & multa exẽpla
affert apud eum videnda. 72. Suid.*conſ.257.n.13.cum*
ſeqq. omninò etiá vidẽdus: approbat enim conſiliũ Rolan. & dicit in hoc omnes cõuenire, & eſſe concordes.
73. Alderan.Maſc.*de interpr.ſtatut.c.6.n.14.* 74. Plot.
conſ.10.n.5. 75. Tiraq.*in tract.de legib.connub gl.8.q.27.*
76. Alciat. *lib.2.conſ.34.n.9.& lib.5.cõſ.39.n.6.& lib.*
9.cõſ.50. 77. Vinius poſt multos, quos refert opinione aſſerẽs etiá eſſe cõmuné. 78. Ioan.de Citrici *lib.2.q.10.n.7.& 8.* 79. Ceph.*cõnſ.32.n.14.* 80. Natt.
conſ.36.n.4.ver.circa ſecundũ. 81. Mexia *ad Grammat.*
Regiã, concl.5.n.81. 82. Hẽric.Boic.*in trac.de ſynod.Epiſc.par.1.n.46.* 83. Alb.*conſ.20.n.3.* 84. Auendan.*de exequen.mãd.c.31.n.10.lib.1.* 85. Mudina *in C.de reſtit.q.36.*
86. Martin.de Laude *in tract.de primog.q.20.* 87. Roſel.
in tract.de ſucceſ.ab inteſ.n.226. 88. Ioan.Andre. *in addit.*
ad ſpecul.in tit.de inſtrument.edict.§.compendioſe, verſ.quid ſit
de conſuetudine. Ex quib. concluditur, quod quádo ſtatutũ abſolutè & ſimpliciter ad perſoná eá habilitás vel
inhabilitás, nõ tamẽ ratione alicuius formæ vel ſolénitatis, ſiue in cõmodũ ſuũ ſiue in damnũ, ſiue admittés, 2
ſiue excludés, nõ ligat Foréſes, etiá ſuper bonis ſitis in
territorio ſtatuentiũ. eſſe magis cõmuné: & quando &
defunctus & fœmina excluſa, & is qui vult excludere,
ſunt Foréſes, eſſe indubitatá, & in terminis eá probant
DD. & deciſ. mox allegandæ, cuius ratio eſt, quia bona
veniũt acceſſoriè ad perſonas vbicũq. ſint, nec bonorũ
ratione poteſt fundari iuriſdictio in Forenſes, vt notat
Cyn.*in l.1.C.vbi per tutor.* & alij quos refert & ſequitur
Rolá *d.tract.de lucro dot.q.36.n.11.circa ſi.* Et qui in cõtrariũ
allegantur, verſãtur in diuerſis terminis, nẽpe, vel quia
ratione formæ inhabilitatur perſona, vt animaduertit 3
Suid.*d.cõſ.257.n.13.cũ ſeqq.* & Pereg.*d.dec.67.* & ita reſpõdẽt Aret.*cõſ.54.col.2.verſ.iſta ſentẽtia.* Socin.*cõſ.97.lib.1.&*
cõſ.131.lib.4. & aliis, præſertim Bal. vel quia defunctus erat ſubditus ſtatuẽtiũ, vt in d.Putei *dec.29.lib.2.* vel quia
procedit excludẽdo ad fauoré ſubditorũ, & ſic pręſupponũt eũ, qui excludit, eſſe ſubditũ loci ſtatuentiũ, vt in
caſu, Pereg.*d.dec.117.n.19.* vel quia is qui agit ad excluſioné, ſubiacet ſtatuto excluſiuo fœminarũ, vt Rot. *d.dec.*
304.n.9.par.1.diuerſ. & Suid.*cõſ.343.* & Ambroſ. *in for.epiſc.*
dec.4.n.30. in cuius vtriuſq; caſu, nedũ qui excludebat,
ſed & defunctus erat de loco ſtatuentiũ, & ea ſula quæ
dicebatur excluſa, Foréſis, ſicut & Aſinius *de executione,c.*
74. vel quia, nominatim ſtatutũ excludit Foréſes, quod
ratione bonorũ ſtatuẽtib. ſubiectorũ facere poteſt, vt
docet Rol.*d.q.36.n.11.* & Pereg.*d.dec.117.n.9.* vel quia tractãt differentẽ quæſtioné, nẽpe, an ſtatutũ habilitás vel
inhabilitás perſoná, quę eſt de iuriſdictione ſtatuẽtiũ,
extédatur ad bona alibi ſita, in qua concludunt magis
cõmuné, nulla habita ratione, ſi ſtatutũ loquatur in ré,
ſiue in perſonã, nõ trahatur ad bona extra territorium
ſtatuentiũ, vt Ioſep.Ludou *dec.Peruſ.78.per tot.* & in dd.
caſib. intelligẽdi ſunt author *des remarques du droict Frãçois*, & Charun *ſup.cit.* & alij ſimiles, aſſerẽtes ſimpliciter
quoad immobilia cõſuetudines & ſtatuta locorũ vbi ſita ſũt, ſeruãda eſſe, cũ de ſucceſſione vel legitima agitur.

Sed his omnib. deficiẽtib. ſi ſtatutũ ſimpliciter & abſolutè habilitet vel inhabilitet perſonã res videtur cer- 4
tiſſima, vt ſc. ſi defũctus, de cuius ſucceſſione agitur, excludẽs & excluſi ſint omnes Forẽſes, nõ cõprehẽdũtur,
nec ligẽtur eo ſtatuto, etiã quoad bona in territorio ſtatuentiũ ſita, vt in termin. docẽt Ruin.*d.cõſ.48.nu.4.lib.3.*
Ant.Gab.*de ſtat d.cõcl.9.circa ſi.* Hõded.*d.cõſ.11.per tot præſertim n.21.& 22.* Viui.*in ſyntag.tit.de ſtatut.c.6.col.6.in fin.*
fol.mihi 163. Rot.*par.1.diuerſ.d.dec.295.n.4. & dec.304.n.8.*
& 9. Put.*d.dec.29.li.* ead.Rot.penes Hõd. *d.cõſ.11.n.26.*
circa ſi. Pereg *dd.dec.ſed præſertim dec.117.* Nã quoad Tiraq.
de iu primog.q.46.n.1.& 32.inclu, is nõ nocet: nã DD. quos
allegat *d.n.1.* generaliter loquũtur, nec ſpecificè, ſed ſtatuũt. quãdo defũctus, excluſus & excludẽs ſũt Forẽſes,
ideóq; intelligẽdi ſũt in caſib. proximè poſitis, ipſe verò Tiraq. nõ atteſtatur de conſuetudine in tota Gallia
ſeruata, ſed cum incertitudine, per dictioné *ferme*, ita q̃
nulla adſit certitudo, in qua prouincia ea conſuetudo
ſeruetur, & quãuis de tota Gallia, & cũ certitudine loqueretur, ei nõ eſſet credendũ; Doctori.n. præſertim vnico, de cõſuetudine generali totius regni vel prouinciæ atteſtãti, nõ creditur, vt ſæpe per Rot. deciſum fuit,
Moedan.*dec.2.& 3.de cõſuetudine*, vt fuit dict. in vna Romana ſeu Maticana Theſaurariæ 3.Iul.1606. coram Ill.
Ludo. nũc Card. & in Camerina Spolij 2.Iun.1610. corã
Sacrato Sera.*dec.1349.* Poſtremò reſpõdetur vno verb.
poſt Hõd.*n.23.in ſi.* nihil ipſũ Tiraq. firmare, imò *in ead.*
q.n.4.5.6.& ſeqq. videtur ſẽtẽtiã noſtrã approbare, & vbi
exclu-

eacludens eſt forenſis clarè probat, & amplectitur *q.*
44.n.4. In caſu verò noſtro ſtatutum ſeu conſuetudo,
de qua agitur, eſt ſimpliciter & abſolutè in perſonam
directa, vt per Bacquet, *d.c.21.n.57.& 58.* & domicella de
Faocons mater filiorum primi matrimonij d. Dom. de
Poullians, & d. D. de Poulliás pater & filij ſemper fue-
runt forenſes quoad ciuitatem Pariſiorum, & eius di-
ſtrictum, & originarij, ac domiciliū habentes, vel in lin-
gua Occitana, vel in Comitatu Venaiſſino. Sequitur i-
gitur neceſſariò arreragia d. penſionis ad hæredes d.
de Poullians pertinuiſſe, eundémque quamdiu vixit,
tanquam vſufructuarium bonorum filiorum ſuorum,
ſolutionem d. annui reditus recepiſſe.

Quæ quidem eo veriora & certiora & abſq; dubio
videntur, quod hîc non agatur de ſucceſſione, de qua
DD. qui in contrariū allegari poſſent, loquuntur, nec
de feudo ſeu capitali d. rei, ſed de fructib. & reditibus,
qui quotannis percipiuntur: ſed an d. de Poullians ha-
5 buerit filios in poteſtate, vt inf. latius demonſtrabitur,
& ſic de ſtatu perſonarū: Quo caſu ſi quis forſan cōtra-
riū teneat, omnes vno ore, nemine diſcrepante, fatētur
forenſes non ligari, vt ipſemet Tiber. Decian. magnus
cōtrariæ ſententiæ aſſertor (in cuius tamē caſu defun-
ctus erat ſubditus loci ſtatutis, & in quo etiam teſta-
6 mentum cōdiderat, ſicut & in caſu Theſſaur. *dec.*106.)
fatetur *cōſ.71.n.6.lib.2.* Ex eo enim quod pater nō habet
filiū in poteſtate, ſequitur nec quoque vſumfructū filij
habere; & defectus patriæ poteſtatis eſt cauſa & ratio,
cur nō habeat vſumfructum in bonis aduētitiis filij, vt
docet Bacq. *d.n.57.& 58.* reſpicit, inquā, huiuſmodi cō-
7. ſuetudo ſtatū perſonæ verè & propriè, an quis enim ſit
in patria poteſtate, nec ne, is eſt proprius illius ſtatus
§. 1. *de his qui ſunt ſui vel alieni iuris, & §. 1. inſtit. de patria*
poteſt. & ff. de ſta. homin. per tot. iuncta l. 1. & l. 3. & 4. de
his qui ſunt ſui vel alieni iuris, & in terminis *per text. in*
§. 1. & §. minima, inſtit. de capit. diminut. Steph. Daoyz,
in ſuo indice gloſſar. in verbo ſtatus, Bald. *conſ. 1. in princ.*
verſ. in contrariū, lib. 1. Tuſc. *lib. 7. lit. S. conclu. 418. & 420.*
Coadiouātur hæc ex traditis per Alex. *conſ. 31. n. 4. lib. 1.*
Ruin. *conſ. 48. n. 3. lib. 3.* Cephal. *conſ. 278. n. 105.* Corrobo-
rantur rurſus ex traditis per Surd. *d. conſ. 343.* (qui in cō-
trarium allegatur) *n. 9.* ipſe enim ſuā ſententiam firmat
ſolum, quando ſtatutū reſpicit res directò, non autem
de effectu tractat, qui principaliter reſpiciat perſonā,
idq; poſt Alb. *conſ. 50. nu* 5. hoc verò caſu agitur de effe-
ctu reſultante ex eo quod filius nō eſt in patria poteſtate.

Secūdò reſpondetur, quia quamuis per cōſuetudi-
8 nē Pariſienſ. *tit. quels biens ſont meubles, art. 94.* reditus
annui perpetui, redimibiles tamen pecunia mediante,
quæſiti, inter immobilia numerentur, hoc tamē intelli-
gendū eſt, ſi huiuſmodi reditus fuerint cōſtituti ſuper
certo fundo ſpecialiter hypothecato, non autē ſi ſuper
omnib. bonis mobilib. & immobilibus, iurib. & actio-
nibus: eo enim caſu inter mobilia cōputantur, & eorū
natura æquuntur, cùm agitur de ſucceſſione vel ſocie-
tate inter cōiuges, & quæritur, cuius loci cōſuetudo in-
ſpicienda ſit, ſc. vbi dicti reditus ſunt, an verò vbi domi-
ciliū habet perſona cui debētur, & ita arreſto ſupremi
Senatus Pariſienſ. in purpurea veſte lato definitū fuit,
Charon. *lib. 6. reſp. on c. 34. & lib. 7. c. 220.* Bouchel, *en ſa*
Bibliotheque, verb. rentes, fol. 812. Et quod arreſtum iuri
9 cōmuni Romanorū eſt conforme, quo vt annui redi-
tus dicātur immobiles, neceſſariū eſt, vt ſuper certo fū-
do ſint impoſiti, ex dec. Rotæ coram Lancelloto relata
per Gratian. *c. 29. nu. 29.* At verò quoad bona mobilia,
10 certū eſt, cùm de ſucceſſione agitur, vel ſocietate inter
cōiuges & ſimilibus caſib. non eſſe ſequēda ſtatuta vel
cōſuetudines loci vbi ſunt, ſed vbi is, ad quē ſpectant,
domiciliū habet, & ibi eſſe dicuntur, vbi dominus mo-
ratur, Alex. *d. conſ. 21. n. 4. lib. 1.* Ruin. *conſ. 48. num. 3. lib. 5.*
Cephal. *d. conſ. 278. n. 105.* quia inquiunt dd. DD. de mo-
bilib. iudicatur ac ſi fuiſſent in loco vbi erat perſona de-
functi, & in terminis conſuetudinis ſeu ſtatuti Pari- 11
ſienſ. quod illud tantū ſit quoad immobilia, quoad ve-
rò mobilia ius in loco domicilij vigens ſit obſeruandū
docet Charon. *in conſuetud. Pariſ. tit. quels biens ſont im-*
meubles, art. 94. fol. mihi 146. ver. & tit. de la Communauté,
art. 220. fol. mihi 57. verſo, & in reſp. lib. 6. c. 34. annui ve-
rò reditus de quib. agitur, nedū nō ſuper certo fundo,
ſed generaliter ſuper omnib. bonis mobil. & immobi-
lib. ſunt impoſiti: ſed quod magis eſt ſuper ſolùmodo
redditib. & pecuniarū ſummis ad domum communem
ciuitatis Pariſienſ. ex remiſſione Regis pertinentibus;
Rex enim d. domui, & eius adminiſtratoribus egregias
ſummarū ſummas quotannis certo tēpore durāte per-
cipiēdas, ex conceſſione Cleri ad Regē pertinentibus,
ceſſit etiam pecunias & nummos *deniers* ordinarios &
extraordinarios vocatos, quos in ciuitatibus Pariſieſi
& Rhotomagenſi percipere ſolebat, & deinde d. ciui-
tas Pariſienſis, vēdidit huiuſmodi reditus diuerſis per-
ſonis, eíſque impoſuit ſuper dd. pecuniis Cleri in ſub-
ſidium ſuper aliis dictarū ciuitatum per Regē, vt ſuper
remiſſis, vt ex inſtrumētis dictorum redituum apparet.

Sed contra hanc rationē multa opponūtur. Primò,
huiuſmodi reditus non poſſe dici mobiles, ſed immo-
biles, quia ſūt ſuper domanio Regis cōſtituti, quo caſu 12
arreſto in Curia publicorū vectigaliū in Andibus defi-
nitū erat, eſſe immobiles, vt refert Chop. *de morib. Pari-*
ſienſ. lib. 1. tit. 1. n. 23. fol. mihi 34. circa fi. Ad hoc reſpōde-
tur primò, pænes Andes ſicut & Armoricos cōſuetudi-
ne receptū eſſe, vt priuata æris vectigalia annua quæis
penſitandis attributus ſit Principis canon dominicus,
immobilia exiſtimentur, hæc ſunt verba Chopini, ita
vt non poſſit duci argumentum ad ciuitatem Pariſien-
ſem & eius diſtrictū: pro more enim diuerſarum regio-
nū, huiuſmodi reditus mobiles, vel immobiles reputā-
tur, vt docet Chop. *d. loc.* nec refert, ſi dicatur cōſuetu-
dine Pariſienſ. immobiles cēſeri reditus annuos, nā, vt
iam diximus, hoc reſtringitur ad eos qui ſuper certo
fundo ſunt conſtituti, quales cùm non ſint conſtituti
ſuper domanio Regis, vt patet ad ſenſum, debet doceri
eos quoq; immobiles Pariſiis cenſeri, imò ex eo quod
cōſuetudine apud Andes & Armoricos, hoc eſt receptū,
ſequitur quod, ſecluſa cōſuetudine, ius eſt in contrariū.

Secūdò reſpōdetur præter Chop. reditū fuiſſe à Re-
ge ſuper domanio ſuo conſtitutū, hos verò, de quib. a-
gimus, cōſtitui à Ciuitate Pariſiorum, ſeu Adminiſtra-
toribus ſuper reditibus, qui tēpore conſtitutionis non
amplius Regis, ſed ciuitatis ſunt, & principaliter & pri-
mario ſuper pecuniis à Clero recipiendis, quę non ſunt
de domanio Regis, ſed ſolùm debentur ex conceſſione
Cleri, eáque ad tempus facta.

Tertio, reſpondetur dict. arreſto Senatus Pariſienſis,
nominatim reditus per domum Pariſienſem vendi-
tos, de quibus tractatur, eſſe mobiles, & quoad eos do- 13
micilij locum conſiderandum, de illis enim nomina-
tim facit mentionem, pænes Charond. *in d. conſuetud.*
Pariſienſ. dict. tit. quels biens ſont immeubles, art. 94. fol.
246. ver. & d. reſponſor. lib. 6. c. 34. cui abſque dubio ma-
gis ſtandum eſt, quàm dicto arreſto Curiæ vectiga-
lium pænes Andes, tum quòd diuerſæ ſint Prouinciæ,
tum quod maior ſit authoritas Senatus Pariſienſis.

Denique, quia ſpecialem facit mentionem de re-
ditibus venditis per dictam domum Pariſienſem, na-
turæ quorum notitiam Senatores Pariſienſes habe-
bant, & poſtremò quod horum, & illorum pænes An-
des eſt longè diuerſa ratio, vt ex dictis in ſecunda re-
ſponſione patet.

14 Non eſt omittendum, quod cùm aliqui DD Gallici
dicunt reditus omnes ſuper dominio Regis conſtitu-
tos eſſe immobiles, hoc ſolùm procedit, quando adeſt
ſpecialis hypotheca, vt in terminis docet Ioan. Roche-
te *au traicté du recueil de plusieurs & diuerſes matieres,*
au tit. meubles ou immeubles, pag. mihi 54.

Secundò, opponitur non eſſe mobiles, ſaltem hoc
caſu, quia filij d. de Poullians erant minores, & ante eos
ad vxorem ipſius, cuius nempe vxoratæ, non magis, ac
15 minorum bona alienari poſſunt. Reſpondetur, non
propterea eſſe immobiles, ſed naturam illorum quoad
alienationem ſequi, nō ſi de ſucceſſione agatur. vt ſen-
ſit Chopin. *d. tit. 1. n. 24. fol. 37. circa princip.* neque enim
ratio perſonæ, ſed qualitas rei, cùm de ſucceſſione agi-
tur, facit rem mobilem aut immobilem, & illud eſt
quod voluit Charond. *d. lib. 7. c.* 220. ex d. Senatuſcon-
ſulto non eſſe eliciendum generale axioma, vt ſemper
& vbique huiuſmodi reditus ſuper bonis generaliter
conſtituti cenſeantur mobiles, ſed ſolùm vbi de ſucceſ-
ſione agitur, & quæritur cuius loci conſuetudo ſit in-
ſpicienda, vel de ſocietate inter coniuges, quæ præſer-
tim hoc caſu procedunt, quo non de fundo & capita-
li, ſed de reditibus, qui quotannis percipiuntur, a-
gitur.

Tertiò, opponitur non eſſe verum, quoad mobilia
16 locum domicilij inſpiciendum eſſe, ex traditis per Guy
Coquille *en ſes queſt. & reſponſes c.* 237. nam ex Charon.
& aliis ſuprà citatis, conſtat veritatem eſſe in contra-
rium, & ipſe Guy hoc fatetur, ſed dat exceptionem
quoad mobilia, quæ ſunt deſtinatione patrisfamilias
affecta in certo loco, vt ibi perpetuo maneant ad vſum
fundi vel domus, *ex l. fundi, §. labeo, ff. de actione empt. &*
l. longè ff. de diuerſis & temporal. præſcription. quod &
verum eſt, ſed non procedit in caſu noſtro, quo nullus
eſt fundus vel domus, ad cuius vſum, nempe repara-
tionem perpetuam ſint deſtinati dd. fructus, imò quot-
annis percipiuntur, ad locum domicilij creditoris tranſ-
ferendi.

Quartò opponitur, quidquid ſit in mobilibus, &
poſito quod annui reditus eſſent mobiles, quoad eos
locus contractus & ſolutionis inſpiciendus eſt, etiam
cùm de ſucceſſione agitur. Pelc *actione 86. lib. 4.* Reſpō-
detur quoad locum contractus, certum eſſe eum non
eſſe inſpiciendum, etiam in reditibus ſuper certo fun-
17 do conſtitutis, ſed locum domicilij & ſolutionis *ex d.*
deciſ. Lancellori, Charondæ, & aliis ſupr. citatis, ſed ſi
ſolutio in vno loco & domicilium in alio eſſet, in con-
18 flictu dd. locorum, prædicti DD. non decidunt quid
ſtatuendum ſit, ſed in Rota Auen cùm hic caſus occu-
riſſet, fuit deciſum, domicilium præferendum, & illud
inſpiciendum, etiam ſi creditor de tempore acquiſi-
tionis penſionis habuiſſet domicilium in loco vbi ſo-
lutio fieri debebat, & in quo etiam contractus fuerat
celebratus, ſed ſi agatur de reditibus non ſuper certo
19 fundo, ſed generaliter ſup. omnibus bonis conſtitutis,
certiſſimum eſt domicilij locum inſpiciendum, & eos
perſonam ſequi, vt in terminis tradit *in d. deciſ.* Lance-
lot *d. c. 20. n. 29* poſt Tiraq. *de iure primogen. q. 49. nu. 9.*
& iure Gallico conſuetudinem domicilij ſequendam
in quocumque genere redituum, traditur per Lōmeau
en ſes maximes du droict François lib. 3. c. 16. fol. mihi 355.
20 idque longè certius in reditibus, de quibus agimus, qui
mobiles cenſentur, mobilia autem ſequuntur perſonā
ex DD. ſup. cit. & præter eos Lommeau *d. lib. 3. c. 17. in*
princip. fol. 356. Nec obſtat Peleus, nam præterquam
quod loquitur de reditibus, quando ſunt immobiles,
& non de iis de quibus agimus, etiam in illis non no-
cet, quia creditrix habebat domicilium, vbi contractus
erat celebratus, & ſolutio fieri debebat, & eū in prin-
cipio domicilij feciſſet mentionem, fecit & quoque in
fine loci contractus & deſtinatæ ſolutionis, quòd is i-
dem eſſet quod domicilium, & id prodeſſet ad victoriā
cauſæ, etſi non eſſet neceſſarium: atque eam fuiſſe mē-
tem Senatus & mentionem loci contractus & deſtina-
tæ ſolutionis fuiſſe tātùm ex abundanti factam, ſolūm-
que quæſtionē fuiſſe, an locus contractus, an verò do-
micilij ſequendum eſſet, docet Ioa. Rochet. *en ſes queſt.*
du droict & de practique, tit. 4. q. 3.

Quintò opponitur, quod ſi dicamus domicilij lo-
cum eſſe conſiderandum, in hoc caſu conſuetudo Pa-
riſien. eſt ſequenda, quia primus acquirens habebat Pa-
riſiis domicilium, & ibid. erat initus contractus, & ſo- 21
lutio fieri debebat. Reſpondetur cùm de domicilio
agitur, illud eſſe conſiderandum de tempore, quo ca-
ſus euenit, ita quod ſi vno tempore habeat in vno loco
domicilium, & tempore mortis aliud, iſtud eſt conſi-
derandum, non illud primum, vt in terminis docet
Bacquet *d. c. 21. n. 75.* & Ioan. Rocher. *en ſon liure de de-*
ciſions de pluſieurs queſt. tit. de puiſſance maritals, verſ.
mobilia coniugum. fol. mihi 193.

Poſtremò opponitur, quòd primo loco debuit dici
diſtinctionem illam, an reditus ſint ſuper certo fundo
aſſignati, an verò generaliter ſuper omnibus bonis, re-
probari à Grimaudet *de retract. lib. lib. 1. c. 15.* Reſponde-
tur, illum nihil certò firmare, ſed ſimpliciter Mari. So-
cin. opinionem referre, omnes reditus annuos pecunia
emptos indifferenter immobiles eſſe exiſtimantis, re-
lata prius opinione aliorum, præſertim Guilelm. de
Cuneo *in l. ſciendum, ff. qui ſatisdare cogan.* ſuprad. diſtin-
ctionem approbantium, & quatenus dicere vellemus,
d. Grimaudet opinionem d. Socini ſequi, eo quòd ali-
quas rationes pro eius confirmatione afferat, non eſſet
habenda ratio d. Grimaudet contra d. arreſtum Sena-
tus Pariſien. & deciſ. Rotæ Romanæ.

Tertiò & poſtremò, principaliter reſpondetur,
quòd quando reditus non ſunt ſup. certo fundo con- 22
ſtituti, ſed generaliter ſup. omnibus bonis, de iure cō-
muni, neque mobiles neque immobiles ſunt, ſed actio-
num nomine veniunt, vt disertè definit Rota *d. nu. 29.*
poſt Tiraq. *d. tract. de iure primogen.* Dixi, de iure com- 23
muni quia cum iure Gallico, & nominatim conſuetu-
dine Pariſien. ſint tantùm duo genera bonorum, vt *in*
art. 88. actiones pro re mobili, vt pecunia, competētes,
inter mobilia cenſentur, Charon. *ad d. art. 88.* Bacquet
au traicté des droicts de iuſtice. c. 13. nu. 4 & c. 21. nu. 84. At 24
verò cùm de ſucceſſione agitur, & aliis caſibus quoad
actiones, conſiderandum eſt domicilium creditoris,
Bacquer *d. c. 13. n. 4. deciſio Rotæ d. num. 29.* & paſſim DD.
eam ſententiam amplectuntur, poſt Alex. *conſ. 13. vol. 1.*
& Caſtren. *conſ. 319. volum* 1. cuius rei ratio eſt, quia licet
nomina debitorum, tanquam à mobilibus & immobi-
libus diſtincta, territorio non circunſcribantur, *l. Caius*
ff. de leg. 2. tamen quia perſonales actiones creditoris
perſonæ adeò cohærent, vt ab eius perſona euelli non
poſſint, *l. 3. ff. pro ſocio l. quid ergo ff. de peculio* non mirū
ſi perſonam creditoris ſequantur, illiúſque domicilium
conſiderandum ſit, vt inquit Bacquet *d. c. 13. nu. 4.* Rota
d. c. 29. n. 29. vt non ſit habenda ratio, Guy Coquille *en*
ſes queſt. c. 237. part. 2.

Secundum dubium fuit, an expenſæ in litibus factæ
per hæredem, eſſent detrahendæ de hæreditate ad eam
manutendam in fauorem hæredis, & deductum fuit, nō 25
eſſe detrahendas, ſed eas damno hæredis cædere, ſicut
& lucraretur eas ſi victoriam litis & cōdemnationem
expenſarum obtineret. Et ita arreſtò Senatus Pariſien.
vt teſtatur Charon. *lib. 2. reſpon. c.* 10. & Tholoſano *au*
Code des deciſions lib. 6. tit. 21. dec. 7. Maynard *lib. 2. c.* 44.

Tertium dubium eſt, an totum augmentum dotis

in contractu matrimonij promiſſum, in caſum ſuperui-
tæ, & quod d. D. de Fortias lucrata eſt, quia marito fuit
ſuperſtes, debeat venire in rationé *l. hac edictali*, & ſub-
iaceat reductioni, habita ratione ad filiú primi matri-
monij, cui minus relictú eſt, an verò ſolùm id quod ex-
cedit ſummá per d. de Fortias d. de Poullians donatam
in caſum ſuperuitæ. Et ſic, an donatio, quatenus eſt re-
ciproca, & in caſum ſuperuitæ, intret in rationé *d. l. hac
edictali*. Dubiú facit, quia arreſto Senatus Tholoſani
26 definitú fuit, huiuſmodi mutuæ donationes cóprehen-
di edicto de ſecúdis nupt. *aux remarques du droit Fran-
çois, verb nopces n. 4.* & ante eú Boer. *dec. 175. n. 10.* Argét.
in conſuet. Britan tit. des donatiõs, art. 211. gl. 3. n. 2. qui etiá
ita iudicatum refert: ita ſenſuit, & iuxta hanc ſententiá
cóſuluit Crauet. *conſ. 406. per tot.* ſed recepta & cómu-
27 nis DD. ſententia, eáq; verior eſt, huiuſmodi donatio-
nes in caſum ſuperuitæ, quatenus ſunt æquales, non
ſubijci diſpoſitioni legis *hac edictali*, ea enim eſt certa
DD ſentétia, eas tantú donationes ſubijci *d. l.* quæ ſunt
meræ donationes, & cú vxor conſequitur quid titulo
lucratiuo, Bal. *in d. l. hac edictali, in 1. & 2. lectura*, Bertran.
conſ. 292. vol. 3. prior. Trentacinq. *lib. 3. var. reſol. titul. de
matri. reſol. 5. n. 34. pag. mihi 348. col. 2. verſ. quarto diſpoſi-
tio*, & ipſemet Argé. *d. n. 2. in prin.* huiuſmodi verò lucrú,
quod facit vxor de huiuſmodi donatione, non eſſe lu-
crú, nec venire ex cauſa lucratiua, fusè docet idé Tréta
cinq. *d. tit. reſol. 3. n. 3. verſ cõtrarium fol. mihi 329. col. 2.* poſt
Bart. Ioan. de Platea, Lud. de Pé na, Iaſon, Vrſil & Ilea-
podan, varijſq; rationib. id firmat, & paſſim DD. volút
illud lucrú (ſi lucrú appellandú ſit) eſſe præcipuum, nec
filiis conſeruandú quia non eſt ex mera liberalitate ac-
quiſitum, ſed quia tantundem fuerat ſub ea conditio-
ne promiſſum, *l. ſi pater puellæ*, & ibi Caſtren. *C. de inoff.
teſtam. l. 1. C. de pactis*, & in terminis quæſtionis noſtræ
hanc ſententiá amplectuntur, Bertran. *conſ. 175. nu. 4. &
conſ. 183. lib. 2. prior.* D. à Laurent. *dec. 144. n. 6.* Anch. *conſ.
10. n. 5.* Ant. Gabriel. *lib. 3. tit. de ſecun. nupt. conclu. 4. n. 63.
28 limit. 7.* Confirmatur hæc, quia illud apud DD. rece-
ptú eſt, huiuſmodi lucrum mutuum & reciprocum, in
caſum ſuperuitæ non ſubijci, *l. fœmina C. de ſecun. nupt.*
29 nec proprietaté illius reſeruandam filiis primi matri-
monij, Ripa *in d. l. fœmina nu. 30. & 34.* & Gabriel. *tit. de
ſecun. nupt. concl. 1. n. 39. limit. 9.* Menoc. *conſ. 155. n. 9. & cóſ.
308. nu.* .. Pal. Rumus *in repetit. rubr. de donat. inter vir.
& uxor. §. 50. n. 12. & 35.* Afflict. *dec. 428.* Gaſp. Teſſaur. *q.
29. n. 4* & diſpoſitionem *d. d. l. fœmina, & l. hac edictali*, à
pari procedere cóſtat ex Gabriel. *d. tit. de ſecun. nupt. cócl.
1. n. 29. & concl. 3. n. 54. & conclu. 4. n. 63.* non alia ratione,
quá quia non quæritur ex tit. lucratiuo, nulla auté dif-
ferentiæ ratio, quoad hoc inter *l. fœmina, & l. hac edicta-
li*, dari poteſt, imò maior adeſt ratio, vt in *l. fœmina*, có-
prehendatur mutua donatio, propter dictioné *munifi-
ber*, appoſitam d. dictionib. *munifice liberalitatis*, quæ in *l.
hac edict.* nó eſt adiecta dictioni, *donationib. inter viuos.*
30 Non obſtat arreſtú Senatus Tholoſani, ſicut etiam ſi
proponatur, in cæteris prouinciis Galliæ, & nominá-
rim in prouincia Prouinciæ ſeruari, vt huiuſmodi do-
nationes veniant & cóprehendantur *in d. l. hac edict.* id
enim fit, nó quod huiuſmodi donationes non ſint one-
roſæ, vt reuera ſunt, & nó lucratiuę, ſed propter verba
edicti Regij generalia, ſc. l. *en quelque façon que ce ſoit*, vt
notat d. author *des remarques*, ideóq; donationes verè
mutuę & reciprocæ, quæ certiſſimè oneroſæ dicúntur, eo
edicto cóprehenduntur, vt notat idem author, nec nó
Guenoys *en la cóference des Ordonnáces, lib. 5 tit. 3. art. 1.*
ead. planè ratione, qua huiuſmodi donationes, quę de
iure inſinuationé nó requirút quia nó ſunt ſimplices,
ex vi tantú edicti Regij, de inſinuandis donationibus,
debét inſinuari propter generalitaté verború, alioquin
nullius ſunt momenti, Rebuf. *in cóſtit. regiis, to. 1. in proæ-
mio glo. 5. n. 104. & in tract. de donationib. inſinuandis, art.
1. gloſ. 1. n. 17.* &, ſecluſa ordinatione, communem eſſe in
contrarium idem author ſatis claré demonſtrat.
Non obſtat Boer. *dec. 185.* neq; enim negat, quin hu- 31
iuſmodi donatio ſit oneroſa, ſed ipſe nihil tamen alle-
gans exiſtimat comprehendi *in d. l. hac edictali*, ne illi
fraus fiat: nulla igitur data fraude, etiá ex mente ipſius
non comprehendetur *in d. l.* hic verò nullá eſſe fraudé
manifeſté cóſtat, quia huiuſmodi donatio facta eſt, eo
modo quo cómuniter per perſonas huiuſmodi quali-
tatis ſolet fieri, vt notoriú eſt. Neq; ita iudicatú fuiſſe
refert, ſed in alia quæſt. án ſcil. quód maritus ex ſtatu-
to lucratur de dote, perdat per ſecunda vota. Non ob- 32
ſtat Argen. quia in iure conſuetudinario & ordinatio-
ne regia ſe fundat, quáuis eam, in quibuſdá, rationibus
ex iure deſumptis confirmet, qui propterea arreſtú ſe-
cundú hác ſententiá quidem refert, ſed illi ſe non ſta-
re in terminis ſuæ conſuetudinis indicat. Non obſtat 33
Crauet. qui ſecundú quidem hanc ſententiá cóſuluit,
ſed malè & contra cómunem DD. ſententiá nullú neq;
pro ſua ſententia refert quàm d. Boer. tantùm abeſt, vt
cómunem pro ſe alleget, tuáq; brocardicis & gene-
ralibus rationibus nitatur, quib. nedum facilè reſpó de-
ri poteſt, ſed præcipua, ex menione donationis ſimpli-
citer & indefinité facta, falſa eſt, & ex ea ipſe refellitur:
ná Iuſtinian de ſimplici donatione tantùm ſanxiſſe, &
mutuas excluſiſſe conſtat, ex parentheſi, quá ille ſubij-
cit, quod ſcilicet ea interdicta ſit, conſtante matrimo-
nio, & morte tantù n confirmetur, nec differentiá Cra-
uet. cóſtituit inter *l. fœmina, & l. hac edict.* imò in vtraq;
mutuá comprehendi contendit, & malè. Deniq; ratio,
quam in fine ſubiungit, pro ſuæ ſententiæ confirma-
tione ex communi DD. ſententia, qua reciprocum fi-
deicóm. illum tollitur de legitima, per *l. quoniam in prio-
rib.* ipſum omnino refellit, quia ex ea ſequitur, huiuſ-
modi mutuam donationem eſſe oneroſam, & ſic non
comprehendi *in l. hac edictali*, cú nulla alia de cauſa re-
ciprocú fideicómiſſum tollatur de legitima, quá quia
onus eſt: adde, huiuſmodi conſiliú eſſe ex poſthumis,
illiq; ſe non admodum credendum, ſicut & cú non ſine
illius aſſeritur, Chambertaci ſecundùm hoc conſilium
iudicatum fuiſſe, ipſe de ſe & ſuo conſilio aſſerenti non
eſt adhibenda fides.
Quartum dubium, quod pendet ex primo, nam ſi d.
dominus de Poullians, nó obſtante conſuetudine Pa-
rienſ. vſumfructum in bonis filiorum, & ſic legitimè
perceperit, dum vixit, aliquib. annis d. reditú 500. libra-
tum, dubiú ſupereſt circa arreragia d. reditus decurſa,
viuente d. domino de Poullians, & poſt mortem illius
per filium eundémque hæredem recepta, an ſcilicet
commodo hæreditatis vel filiorum cædant.
Dubium facit Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. rub. 6.
des enfans de pluſieurs lits, §. 7. verbo, en faiſant les fruicts
ſiens, in addit.* vbi huiuſmodi arreragia, patre mortuo, 34
ad filios pertinere cótendit, idq; eo maximè hoc caſu
aſſerendum eſt, quod d. dominus de Poullians ad ſecú-
das nuptias conuolauerit, ex tradit. per Caſtil. *de vſu-
fruct. lib. 1. c. 2. n. 38.* Augetur difficultas, ex his quæ pro-
ponuntur per Roderic. eum aliis, per eum allegatis, *de
annuis reditib. lib. 3. q. 7. n. 66.* vbi ſi pater paſſus eſt filiú in 35
poteſtate cóſtitutú frui reb. aduentitiis, & ipſarú fructú
nó exegit, dú vixit, quaſi diuturna donatione in filium
celebrata, nó poſſunt patris hæredes fructus huiuſmo-
di ſibi védicare. Sed his nó obſtantib. exiſtimo dd. fru-
ctus cómodo hæreditatis cædere, quia péſiones, redi- 36
túſq; pecuniarij, qui pro fructib. naturalib. vel ratione
eorú nó debétur, ſed pro pretio vel prædio ſuper quo
impoſiti ſút, vel pro fructib. ciuilib. aut ratione illorú,

pro rata temporis etiam vltimi anni debentur fructuario, Couar. *var. reſol. lib. 1. c. 15. n. 10.* Honded. *conſ. 85. nu. 16. lib. 2.* Caſtil. *de vſufruct. c. 78 per tot.* deinde quia vbi
37 aliàs certis caſibus fructus non percepti ſpectatent ad proprietarium, & non ad hæredes fructuarij, tamen fallit, ſi fructuarius non fuerit in culpa vel mora, imò facto alterius impeditus fuerit eos percipere, *l. qui vſumfructum, § fin. l. quæſitum, ff. de vſufruct. l. vti frui, § 4. ſi poſt litem, ff. ſi vſufruct. petatur.* At verò hoc caſu facto Principis d. D. de Poullians dictos annuos reditus non recepit, nec potuit recipere.

38 Nec obſtat doctrina Chaſſan. quia ea non poteſt intelligi niſi de arreragiis nondum decurſis, per text. & doctrinas quas allegat, nam *§. ſi verò ad quem, inſtit. de rerum diuiſ.* loquitur tantùm de fructibus pendentibus, & nondum à ſolo ſeparatis, conſ. verò Guid. 170. de piſcatione, quæ 5. menſibus poſt mortem fructuarij fuerat facta, quæ toto cælo differt, nedum à reditu decurſo, ſed etiam à currente pro rata, & ita intelligendū eſſe Chaſſan ſatis demonſtrat Caſtil. *d. c. 2. n. 38. & ſeq.* neque enim huiuſmodi reditus, ſaltem decurſi, poſſunt dici fructus pendentes, ſed tantùm non decurſi, vt in terminis docent, Imbert. *inſtit. forenſ. lib. 1. in §. quod ſi ſolutio in glo.* Papon. *lib. 17. tit. 4. arreſt. 1.* poſt Bal. *in c. 1. de pace tenenda*, ſed & etiam quoad nō decurſos nō videtur vera doctrina Chaſſan. ſi loquamur de reditibus, qui nō debentur ratione fructuū naturaliū, ex his quæ de diuiſione pro rata vltimi anni facienda diximus ex Caſtill. *q. 78.* ſed tantū intelligendā, & veram in his reditib. qui ratione fructuū naturaliū debentur, qui naturam eorumdem ſequuntur, Honded. *d. conſ. 85. nu. 16. lib. 2.* & eā mentem fuiſſe d. Caſtillo *dict. c. 2.* ex rationib. quas affert, iunctis iis quæ deduxit *d. c. 78.* ſatis euincitur, ex quib. eidē ſatisfit, *d. c. 2. n. 38.* qui de fructib. tantùm pendentibus & à ſolo non ſeparatis loquitur.

Non obſtat etiam ſi dicatur, ab alio non nomine fructuarij perceptos, non eſſe fructuarij, ſed proprietarij, id quidem verum eſt, quia dominium eorum non nanciſcitur, niſi perceptione per ipſum vel aliū eiuſdē nomine facta; tenetur tamē proprietarius reſtituere vſufructuario dd. fructus vel eorum æſtimationem, & actione in factum ad id compelli poteſt, Alberic. *in l. ſi fur 14. ff. de vſufruct.* Caſtillo *d. tract. c. 77. n. 13.*

His omnibus adde, quod quomodocumque ſit doctrina Chaſſ. non poteſt procedere hoc caſu, quod facto principis d. D. de Poullians dd. reditus nō percepit.

Non obſtat Roderic. *d. lib. 3. q. 7. nu. 66.* in ſuo enim caſu permiſerat pater filium fructus ſe viuo percipere, ipſeq; voluntario, nullo exiſtente impedimento, quādiu vixit, non exegit, ita vt eos filio cenſeatur donaſſe. At verò in noſtro caſu nunquā filij viuo patre perceperunt, & quamdiu pater potuit, percepit, & nō exactos percepiſſet, niſi facto Principis impeditus fuiſſet.

Quintū, illudq; omnium maximū, & quod alia in ſe cōtinet, eſt, quæ ratio ineunda ſit, quiſve modus ſequēdus, vt ſciatur, an maritus ſecundæ vxori plus dederit quā permiſſum ſit per *d. l. hac edict.* & caſu quo diminutioni donationū vxori factarū ſit locus, quomodo ea ſit facienda: ex aduerſo enim prætenditur hæreditatem conſtituendā eſſe, & detracto ære alieno, ac legatis per teſtatorē factis aliis perſonis, quā filiis, qui reductionē petūt, de ex eo quod ſupererit, dd. detractionibus factis, in primis legitimā dd. filiorum eſſe deducendā, & illis aſſignandā. reliquū verò inter ipſos & nouercā æqualiter diuidendū, ita vt vnuſquiſq; virilē portionem ha-
39 beat, & cū hoc caſu duo filij prioris matrimonij ſint hæredes inſtituti, d. de Fortias tertiā partē d. reliqui cōſequutura ſit, atq; hanc ſententiā communē cōtendunt à Greic. *dec. 4. tit. de donat.* Crauet. *conſ. 142. & 194.* Dec. *cōſ. 146.* Rolan. *cōſ. 62. vol. 3. & conſ. 19. vol. 4.* Teſſau. *dec. 184.* Rot Auen. *dec. 95.* & fusè hanc magis communē & veriorē contendit Bertran. *in d. l. hac edict. verſ. ita tamē n. 10.* qui durat 7. foliis *& n. 11.* qui omnes, & cæteri, qui eos ſequūtur, nituntur potiſſimū authoritate glo. *in §. optimè 17. in verb. quippe, nouel. 22. de nup. in auth. coll. 4. tit. 1.*

Sed tamen his non obſtantib. in caſu, de quo agitur, exiſtimo contrariū, & abſq; vlla deductione legitimæ d. dom. de Fortias tantū habere debere quantū is ex filiis primi matrimonij, cui minus relictū eſt, & vt veritas melius eluceſcat, aliqui caſus conſiderandi ſunt, quemadmodum & Bertrandus aliquos ex his conſiderauit, *in d. § ita tamen, n. 14. verſ. primò quando fol. mihi 147.* iunctis iis quæ ante deduxit, *n. 12. cum ſeqq.*

Primus, quando nihil eſt relictū filiis primi matrimonij, vt quia per ſtatutū vel pactū in cōtractu matrimonij, maritus ſuperſtes lucratur integrā dotem & omnes facultates vxoris quæ in ea cōſiſtunt. Secūdus, quando aliquid eſt quidē relictū filio primi matrimonij, ſed minus legitimā. Tertius, quādo integra legitima, vel plus relictū eſt. Quartus, quādo æqualiter vxor ſecūda, & filij primi matrimonij ſunt hæredes inſtituti. Poſtremus, quando ſoli filij primi matrimonij ſunt hæredes inſtituti, vxori verò ſecūdæ in cōtractu matrimonij aliquid donatū, & in teſtamēto relictū eſt, qui caſus eſt noſter.

Quoad primū, admodū eſt cōtrouerſa DD. ſententia, nā Vltramontani cōmuniter tenēt legitimā eſſe detra- 40
hendā, Citramōtani verò communiter tenēt contrariū, præſertim Iacob. de Rauenna, Petrus de Bella pertica, & cæteri DD. Galli, quos Salic. ſequitur, *in d. l. hac edic. n. 6.* vt aſſerit Bertran *d. § ita tamen, n. 10. verſ. addo Raphaelem, fol. 139. & verſ. contrarium, fol. 140. & verſ. addo prout ſup. pag. 141* Burſ. *conſ. 211. n. 7. lib. 2.* qui ratione loci vbi ſcribebat, quos nos Citramōtanos appellamus, Vltramōtanos vocat, idēq; teſtatur Cum. *cōſ. 110. n. 4.* & quāuis Bertrā Vltramōtanorū ſententiā ſequatur iuxta
gl. *in d. § optimè*, cōtraria tamē verior eſt, vt Sali. aſſerit, 41
& Bertran eius verba referens *in d. verſ. addo prout ſupr. fol. 141.* & Teſſau. *d. dec. 184. n. 5. v. vſ cæterū, in puncto iuris*, Cuman. *d. conſ. 110.* poſt Arch *conſ. 101. n. 1.* Burſ. *d. conſil. 211. n. 7.* & Scipio Gentil. *de ſecund. nup. c. 16. fol. 113. ſup.* & alij plerique, & planè ita eſt, hāc magis cōmunem apud nos Citramōtanos, & apud omnes, cōmunem quoque hāc aſſerūt, Bologn. *in l. in quarta n. 367* Cuman & Anchar. *dictus locis*, & his tēporib. receptiorem, Burſ. *d. conſ. 211. n. 7.* & veriorē, & quā amplexus eſt Alex. *conſ. 158. n. 9. lib. 5.* Nam *d. l. hac edict.* vitricum vel nouercā, non in plus onerat, quā vt tantū habeat quantū vnus ex liberis primi matrimonij, cui minima portio relicta ſit, quæ nō debet eſſe minor legitimā, nec debēt pœnæ legum interpretatione exaſperari, *l. interpretatione, ff. de pœn.* nec Accurſ. cuius authoritate nitūtur qui contrarium cenſent, hanc ſententiam amplexus fuit, *in d. § optimè*, imò hanc noſtram diſertè ſequutus eſt, *in d. l. hac edict. in verb. diuidi, & in l. quoniam præterea, in authen. ibi poſita ad eos, verſ. vnde minor, & in nouell. 89. quib. mod. natur. efficiantur ſui. §. & quoniam, verbo, habente, in authen. collat. 7. titul. 1.* & reſponſiones, quas aliqui, præſertim Bertran. voluerunt dare ad *dd. gloſſ.* ſubſiſtere non poſſunt, quia nedum ſunt diuinatiuæ, ſed de directo contra clara verba gloſſæ. vt vnicuique eas maturè expendēti facilè liquebit. Nec contrariū ſenſit *in d. § optimè, verb. quippe*, ſed ſolū filiū primi matrimonij poſſe habere legitimam, & beneficiū *l. hac edictali*, nec vnum beneficium aliud impedire, & illud eſt quod à pleriſq; DD. paſſim dicitur, & benè filium non imputare in legitimā, id quod ea beneficio *d. l. hac edict.* cōſequitur, cū illud habeat in pœnā, hoc eſt, ſi filius agat contra alium filium hæredē, vel extraneū, vt ſcilicet legitimam

qui-

quidem vel ſuppleri eum illius ab hærede, remedium autem legis illius contra vitricum, non autem quòd contra vitricum & legitimam & remedium *d.l. hac edictali* habeat, vt eruditè docet idem Bertr. *d. ver. ita tamen, num. 16. & 17.* & Additio ad Decium *conſil. 246. n. 2. ſub lit. C. & ad d. conſ.* Alex. 158. *lib. 5.* & Phanuc de Phanuc. *tract. de lucro dotis gloſ. 5. § fine lib. vis, num. 44.* & veriorem hanc eſſe ſententiam euincetur ex his quæ *in ſeqq. caſib.* dicemus, ſi ſatisfiat Bertr. exiſtimanti hoc primo caſu eſſe deducendam legitimam, antequam diuiſio fiat, cùm tamen in cæteris caſibus non eſſe locum d. deductioni demonſtret, inquit enim, illo primo caſu d. deductionem faciendam, quia nihil adeſt ad quod relatione facta eius quod relictum eſt vxori, ſciri poſſit, ſi minus vel plus relictum ſit. Sed reſpondetur, quòd quamuis nihil relictum ſit filius ad quod fiat relatio tamen ex diſpoſitione *d. l. hac edictali* fieri reductionem, vt ſcilicet æqualiter diuidatur totum id quod relictum eſt vitrico & non habeat pluſquam filius primi matrimonij; & propterea huiuſmodi diuiſionem eo caſu faciendam eſſe cenſet Accurſ. cum alioquin locus non eſſet, ſed ad id certum quod relictum erat, modò ne legitima minus eſſet, fieret reductio.

42 Quoad ſecundum caſum, quando aliquid relictum eſt, ſed minus legitima, omnino eſt amplectẽda ſententia, vt nulla deductione legitimæ facta donationes reducantur ad formã eius cui minus relictum, ita tamen vt ſi minus legitima relictum ſit, vſq; ad legitimam integram reducatur, vt eruditè docet Bert. *d. n. 15. verſ. tertius caſus, fol. 184. & conſ. 75. lib. 1. prior. conſ. 286. n. 5. 6. & 7. & ſeqq. lib. 2. prior. & conſil. 107. n. 4. & ſeqq. lib. 3. prior.* & ſecundum hanc opinionem in omnib. tribunalib. Galliæ ſolet iudicari, vt per Boer. *deciſ. 201.* Mate *deciſ. 77. n. 1. & deciſ. 113. n. 2.* & Maynar. *en ſes notables queſt. lib. 3. q. 74.* Charon. *lib. 9. reſponſ. c. 19.* Chenu *q. 64.* Addition. ad Loüet *c. 4. ſub lit. N.* & hanc eſſe veriſſimam ſententiam docet Addit. ad d. Decium *conſ. 246. & ad d. conſil.* Alex. *conſ. 158.* Corn. *conſ. 44. per tot. lib. 1.* qui aſſerit ſe vidiſſe ab aliis ſua tempeſtate præclaris DD. ita conſulẽdo reſponſum, qui referebant, etiam alios Doctores magnæ authoritatis idẽ conſuluiſſe, & inter cæteros D. Flor. de ſancto Petro de Bononia, & idem Corn. *conſ. 51. per tot. lib. 4.* vbi aſſerit ſe pluries pro hac ſententia cõſuluiſſe, & vidiſſe pluries cõſultum per famoſiſſimum V. I. Doctorem D. Baldum de Bartolinis, qui referebat vidiſſe conſilium D. Mariani Socini pro hac parte, & diſputationem D. Floriani de Bononia, Capra *conſil. 51. n. 4. & conſ. 81. per tot.* & ſenſit Rom. *conſ. 447.* Trentacinq. *conſ. 3. de matr. reſol. 5. n. 35. verſ. pro reſolutione, fol. 414. col. 2.* & manifeſtè conuincitur, ex tex. *in d. l. hac edict. & in d. §. optimè*, vbi clarè ſtatuit, quòd ſi filij æquas partes habeant, nouerca poſſit tantũdẽ habere quàm vnus ex his, quod ſi inæqualiter, tantùm quàm is qui minus habet, hoc autem non eſſet ſi prius legitima deduceretur in fauorem filiorum & velle ea verba Iuſtiniani interpretari, vt intelligãtur deductione legitimæ facta, nedũ eſt diuinare, ſed violare tex. clarum, ita vt qui contrarium ſentiunt, ex dictis textib. repellantur, & verũ ſit eos contra clara verba pugnare, præſertim cùm volũt facta deductione legitimæ reliquum diuidi, diuiſionis enim ne verbum quidem in tota lege nec ea mens fuit Iuſtiniani, imò cõtraria, voluit enim ſolùm, vt non plus poſſet relinqui ſecundæ vxori quàm vni ex filius primi matrimonij, cui minus relictum eſt, dictæq; ſedi diuiſionis Accurſ. fuit author in gloſ. *in verb. diuidi, in quæſt. quando nihil erat relictum filius primi matrimonij.* & cùm tũc nihil ſubeſſet, ad quod fieret relatio relicti facti vxori, vt ſecundùm id fieret reductio, iuxta diſpoſitionem *d. l.* voluit, per interpretationem & ſecũdum mentem *d. l.*

vt fieret diuiſio æqualis, quia eo modo verũ erat vxorem ſeu nouercam nõ plus habituram, quàm vnum ex filiis primi matrimonij, quæ fuit intentio Iuſtiniani; & dummodò is ex filiis primi matrimonij qui minus habet, tantum habeat quantum nouerca, ſatisfactum eſt verbis & menti Iuſtin. *d. l.* Plus aſſero, quòd poſſent dari plures caſus, quibus contrariæ ſententiæ aſſertores, ſibi ipſis contradicerent, quia fatentur quomodocumque vſque ad legitimam poſſe donari, & tamen poſſet euenire, ſi legitima in primis deduceretur, vt deductis legatis, quæ non ſolent legitimam diminuere, nedum minus legitima, ſed in totum vitrico vel vxori relictum renocaretur & nihil omnino conſequeretur.

Quoad tertium, quando integra legitima vel plus ea relictum eſt, ſi verũ eſt quod in ſecundo caſu diximus, & reuera verum eſt, veriſſimum erit in hoc caſu in quo maior ratio adeſt, vt eruditè docet Bert. *d. n. 15. verſ. primo quando, & verſ. ſecundus caſus*, hũc enim tertium noſtrum caſum in duos deduxit, quando ſcilicet plus legitima, & quando legitima ſola, integra tamen relicta eſt, & in vtroq; idem ſtatuendum demonſtrat, & dicta ipſius confirmãtur ex clara Bald. *conſ. 105. lib. 2.* & Anth. Faber *d. tit. 5. definit. 6.* eandem in hoc caſu ipſius fuiſſe ſententiam, & quod primo loco appoſuit, non eſſe intelligendum, quando integra legitima relicta fuit, ſatis oſtendit *in 2. par. d. definit.* præſertim *verſ. ceſſante enim.* 43

Quoad quartum, is quoque longè certiſſimus erit, cùm in eo maior adſit ratio non faciendæ deductionis legitimæ, & propterea non eſſe tunc deductionem faciendam intrepidè contendit d. Faber *d. definit. 6.* cuius deciſioni ſtandum eſt potius quàm Theſſaur. *d. deciſ. 184. n. 11.* in odium omnium mulierum contrarium penes eum deciditur, nõ quòd ex iuris diſpoſitione ita ſtatuendum eſſet, præſertim quod etiam in primò caſu noſtram ſententiam ſuſtentabiliorem d. Theſſaur. affirmet, & ratio quæ affertur, nimirum quod legitima tanquam æs alienum ſit deducenda, non ſit vera, neq; enim legitima eſt æs alienum, ſed ſolum certis reſpectibus & caſibus vice illius fungitur, Roland. *conſ. 62. n. 41. & 42.* idque manifeſtè conuincitur, quod nimirum chirographum aut debitum per promiſſionem teſtib. probatam illi præfertur & eam minuit. nec non & funeris impenſa, *l. Papin. §. 4. ff. de inoff. teſtam.* Alex. *conſil. 57. in 2. dub. vol. 5.* Crauet. *conſ. 165. n. 5.* debitum, inquam, etiam hæredi, Dec. *conſil. 299. col. 2.* Socin. iun. *conſil. 132. n. 6. & conſ. 137. n. 11. vol. 1.* Adde quod dicitur, legitimam tanquã quoddam quaſi lucrum dici percipi per filium, Bald. *in l. quoniam in priorib. col. 2. verſ. ſed iuxta hoc quæro, C. de inoff. teſtam.* Socin. iun. *conſ. 141. n. 18. circa fin. vol. 1.* & in terminis *l. hac edict.* & ſtatuti vel pacti quod vitricus lucratur dotem legitimam, non fungi vice æris alieni docet Roland. *d. conſ. 62. n. 41. cum ſeqq.* ideóque dict. Fabri deciſ. omnino eſt amplectanda ſecundùm quam ante eum conſuluerat Bald. *d. conſ. 105. lib. 2.* 44 45 46 47 48 49

Quoad poſtremũ, qui caſus eſt noſter, ſi ſolutis legatis legitima ſupereſt filio integra, vel plus, certiſſimum eſt, ſi quod nouercæ relictũ vel donatum eſt, excedit, illum exceſſum reuocari, & filio primi matrimonij applicari, ſed nouercam habituram quantum filio hæredi inſtituto ſupereſt, ſolutis legatis, nec vllam deductionem legitimæ antea fieri, vt in terminis docet Bertr. *d. §. ita tamen, n. 13. verſ. ſed quid ſi mater, & 14. per tot. & n. 15. vſq; ad verſ. aduertendum*, & rationib. id comprobat, & Burſat. *d. conſ. 211. n. 5. & 6. & n. 8. verſ. tertio dictum illud*, & ante eum Crauetta, qui contrariæ ſententiæ in primò caſu eſſe aſſeritur, *conſ. 194. n. 2. anſi.* & hæc ſententia veriſſima demonſtratur ex his quæ ſup. diximus circa tertium & quartũ caſum: & cùm in caſu, in quo verſamur, filij primi matrimonij ſoli fuerint hæredes inſtituti; 50

& ſolutis legatis, nedum legitima, ſed duplo plus illis remaneat, ſequitur quod ſi reductioni donatorum vel legatorum d. dominæ de Fortias ſit locus, eam eſſe faciendam habita ratione ad id quod vnicuique ex dictis filiis, ſolutis legatis, ſupereſt.

Poſtremum dubium, quia inter alia d. dominæ de Fortias, in contractu matrimonij, donatæ fuerunt 200. libræ annuæ ſi ſuperſtes eſſet d. domino de Poullians, inueſtigandum eſt, quanti is reditus annuus, morte d. dominæ de Fortias finiendus, ſit æſtimandus, & ex aduerſo prætenditur eſſe æſtimandum iuxta *l. hæreditatum, ff. ad leg. Falcid.* ita quod ſi d. domina de Fortias exceſſiſſet quadrageſimũ annum, vt tamen exceſſerat, tot anni ſint computandi, quot ſunt vſque ad ſexageſimum dempto vno, vt exempli cauſâ, ſi fuiſſet in principio quadrageſimi ſecundi, eſſet facienda computantio 18. annorum, de quib. tamen etiam vnus alius eſſet adimendus, ſcilicet annus luctus, quo alimenta ei debebantur in compenſationem intereſſe dotis, & ſic nihil eo anno, titulo lucratiuo, conſequuta fuit. Supereſſent igitur 17. anni, qui ad rationem 200. librarum pro quolibet anno, conficerent 3400. libras. Reſolutio huius quæſtionis pendet, an deciſio *d. l. hæreditatum*, habeat locũ ſuum in terminis legis Falcidię an verò etiam
51 in omnibus aliis caſibus in quib. de vita hominis æſtimanda agitur, & pleríque exiſtimarunt eam ad omnes
52 caſus porrigi, eámq; communem affirmarunt: Alij verò contrarium aſſeruerunt, & communem etiam aſſe-
53 ruerunt, vt per Cæualos q. 552. ad quidquid ſit, eam tantùm debere habere locum in vltimis volũtatibus, non autem in contractibus in quib. ſolum 15. annorum habendam eſſe rationem, receptior eſt ſentẽtia, ex *l. ſi quis argentum, §. autem donator, C. de donat.* Afflict. *deciſ.* 34. Iaſ. *in l. 1. § mutuo datio, limit.* 17. *ff. ſi certum pet.* Tiraq. *de retract. conſanguin. gloſ.* 6. *n.* 10. § 1 in quo caſu nos verſamur, in contractu enim matrimonij d. dominæ de
54 Fortias fuit promiſſus huiuſmodi reditus annuus; ſed verius eſt tam in vltimis voluntatibus, quàm contractibus extra terminos *d. l. hæreditatum & d. l. ſi quis argentum, §. ſi autem donator, C. de donat.* hoc arbitriũ Iudicis relinquendum eſſe, eúmque ex negotij qualitate diſcernere poſſe, an eadem ætatum dinumeratio extra caſus dictarum legum ſeruari debeat, vt docet Molin. *de Hiſpan. primogen. lib. 1. c. 19. n. 39. verſ. ſed quamuis hæc opinio.* Couarr. *lib. 3. var. reſol. c. 9. n. 8.* & ante eos Medina *de reſtitut. c. de cenſu ad vitam,* & nouiſſimè Muñoz da Scobar *comput. 1. c. 2.* poſt alios quos ipſe dictíque Couarr. & Molin. allegant. Idque eo maximè hoc caſu ſtandum eſt, quia alioquin maxima iniquitas reſultaret, quia poſito quòd computatio fieret tantùm pro 15. annis, æſtimatio aſcenderet ad 3000. libras, quæ in emptionem communis reditus perpetui collocati, redderent 210. libras perpetuas, & tamen d. domina non percipit niſi 200. morte finiendas.

Sed hæc procedunt, vbi de vſufructu vel alimentis æſtimandis agitur, in quibus terminis loquitur *d. l. hæreditatum.* ſed poſito, citra præiudicium veritatis, quòd 55
etiam extra vſumfructum & alimenta d. lex ad alias res, in quibus de vita hominis ęſtimanda agitur, poſſet extendi, non tamen haberet locum, cùm de reditu annuo, per mortem finiendo, æſtimando agitur, vt hoc caſu, cùm in eos ſpecialiter ſit per legem prouiſum, ſcilicet per *l. cum Titio* 55. *ff. ad l. Falcid.* quæ propterea eſt ſequenda, vt nimirum quanti communiter vęnire potuiſſet huiuſmodi annuus reditus, tanti æſtimetur, vt in terminis docent Bart. Ang. Alberic. *in d. l. cum Titio,* & ita conciliant *d. l. hæreditatum, & d. l. cum Titio,* quæ alioquin videntur pugnare, vt ſcilicet hæc habeat locum in annuo reditu morte finiendo, illa verò in vſufructu & alimentis ęſtimandis, eáſque remiſſiuè ſequitur Rodaric. Suar. *in l. quoniam in prioribus ampliat. 3. n. 12. circa fin. C. de inoffic. teſtam.* & fuſiſſimè hoc veriſſimum eſſe docet Couarr. *lib. 3. var. reſol. cap. 9. num. 7. 8. 9.* ideóque annuum reditum ad vitam arbitrio Iudicis æſtimandum cenſuerunt Couarr. & Molin. *locis ſuprà cit. & aliis.* quos ipſi referunt & ſequuntur, idque cùm agitur de eo æſtimando, reſpectu aliorum quàm hæredis, vt hoc caſu, quo æſtimatio ſit ratione filiorum, qui prætendunt nouercę plus relictum quàm debeat, nam ſi ſolius hæredis reſpectu fieret, ratione ſcilicet *l. Falcid.* tunc eſſet ſequenda diſpoſitio *l. lex Falcidia,* ſi interueniat *ff. ad leg. Falcid.* qua per ſingulos annos fit ſolutio quouſque deuentum ſit ad annum quo eſſet exceſſus, & ita ea Bart. Angel. Alber. & aliis conciliantur *d. l. Falcidia, & l. cum Titia,* quæ alioquin etiam videntur pugnare, & quomodocumque fiat computatio, in caſu noſtro habemus intentum.

ARGVMENTVM.

Circa quæſtiones in conſ. præcedenti agitatas, & præcipuè circa illam. An legitima imprimis detrahenda ſit.

SVMMARIVM.

1 *Locus domicilij mortis, non originis, inſpiciendus eſt, pluries mutato domicilio.*
2 *Legitima non detrahitur, quando quod relictum eſt filiis primi matrimonij, nedum aſcendit, ſed excedit legitimam.*
3 *Reſp. Hippol. Riminal.*
4 *Vitrico relinqui poteſt, ad minus vſque ad legitimam, etſi minus ei filius relictum eſſet.*

CONSILIVM CXLIX.

CIRCA dubia in cauſa compromiſſaria dominę Violãtæ de Fortias dominæ de Poullians, contra domicellam Annam de Lopis, ſcripſimus ſigillatim quid de vnoquoque ſentiremus, propterea placeat domino meo D. de Roays in quinctũ electu, quoad primum, ratione fructuum penſionis à domo Pariſien. debitę aduertere, ex actis apparere primum acquiſitorem d. penſionis fuiſſe Italum & habitatorẽ Lugduni, non apparere autem dominum Epiſcopum Carcaſſonæ qui deinde d. penſionem acquiſiuit fuiſſe Pariſiis oriundum, cõſtare verò habuiſſe domicilium Carcaſſonæ, eo ipſo ſolo quod Epiſcopus eſſet illius ciuitatis, ratione reſidentiæ. ad quam etiam de iu. diuino tenetur. Rurſus domicellam de Faucons eius filiam, aſſeri quidem in contractu eius matrimonij eſſe originariam Pariſiis, ſed ea eodem etiam apparere mutaſſe domicilium, & tempore d. matrimonij contracti habitatricem fuiſſe linguæ Occitanæ, & deinde ratione mariti habitatricẽ Biturigum, vbi etiam deceſſit, ideóq; & cum d. Epiſcopus legauit d. penſionem d. domicellæ de Faulcons, & cùm legatum effectum habuit, & cùm d. de Faulcons deceſſit,

& cùm

& cùm d. penſio ex vi ſubſtitutionis eius filiis acquiſita fuit, eam domicilium vel in lingua Occitana, vel Bituricis habuiſſe. Aduertat etiam, ſi placet, quod in iſtis 1 locus domicilij mortis, non originis inſpiciendus eſt, Rol. à Valle *conſ. 79 n. 29 cum ſeq. 3. lib. 3.* Burſat. *conſil. 36. n. 10 lib. 1.* Carpzo. *ad ſtatuta Mediolan. c. 311. n. 9. lib. 1.* & in terminis iuris Gallici locum domicilij etiam poſtremi, ſcilicet de tempore mortis caſu quo pluries mutatum fuiſſet, conſiderandum eſſe docent, Bacquet. *tit. de Iuſtice, c. 21. n. 75.* Iean Rochere *en ſon liure des Deciſions de plusieurs queſt. tit. de puiſſance marit. verſ. mobilia coniug. fol. mihi 193.* & Lommeau, *en ſes maximes du droict François lib. 3. cap. 16. fol. 355.* Aduertat etiam poſtremò, ſi placet, non agi hîc de ſucceſſione dictæ de Faulcons: conuenimus enim d. penſionem ſtatim ipſa mortua ex vi ſubſtitutionis per d. Epiſcopum factæ, ad filios eiuſdem pertinuiſſe: ſed quæritur de patria poteſtate, & ratione eiuſdem, ſi ea ſit vel non ſit, an vſusfructus bonorum & ſic d. penſio durante vita patris ad eum ſpectet: patrémque & filios, neque originem neque domicilium Pariſiis vnquam habuiſſe, ſed vel in lingua Occitana, vel Bituricis.

Circa ſecundum dubium nihil habeo quod addam, præſertim quod verba parētheſis, poſt mentionem donationis inter viuos appoſitæ *in l. hac edictali*, & verba, (*cuiuſlibet munifica liberalitatis*) *in l. fœmina* appoſita, ſunt eiuſmodi quæ citra aut omnino omnia, quæ in contrarium adduci poſſunt.

2 Quoad tertium, de legitima detrahenda vel non, præſuppoſito quod in facto noſtro, vt veriſſimum eſt, quod relictum eſt filiis primi matrimonij, nedum legitimam aſcēdere, ſed eam excedere, videat ſi placet, inter alios quos allegaui, Cornel. *conſil. 44 per tot. lib. 1. & conſ. 41. per tot. lib. 4.* Bertrand. *in l. hac edictali, num. 15. verſ. tertius caſus, fol. 148.* Burſat. *conſ. 211. num. 7. lib. 2.* & Trentacinq. *lib. 3 de matrim. reſol. 5. num 35. verſ. pro reſolut. fol. 414. col. 2.* quæſtionem enim in terminis noſtris ex profeſſo tractant, & rationes hinc inde & verba textuum expendunt, nec non Addition. ad Decium *conſ. 246.* & ad Alex. *conſ. 158. lib. 5.* qui paucis quidem verbis, ſed eruditè & ſolidè ſuo more falcē ad radicem ponit: qui autem cōtrarium ſentiunt, aut in quæſtione quando nihil relictum eſt, aut generaliter, loquuntur, etſi aliqui ponant caſum quando filio relicta eſt legitima, vel plus ea, quæſtionem non ex profeſſo tractant, ſed inconſideratè (vt verbis d. Additionatoris vtar) eam decidunt ex iis quæ in prima quæſt. qua nihil relictum eſt, dicuntur.

3 Quoad verò Hippol. Rimin. *conſil. 142. inter conſilia vlt. volunt.* in quo contendit, quando filiis aliquid eſt relictum vltra legitimum, tantùm conſiderandum eſſe quod vltra legitimam filij conſequuntur, vt tantumdem poſſit ſecundus coniux conſequi: exempli causâ, ſi filiorū legitima erat de viginti, & triginta relicta ſint illis, & ſic decem vltra legitimam, non triginta nec viginti, ſed decem duntaxat ſecundo coniugi relinqui poterit, qui teſtatur de magis communi. Nam reſpondeo primò, non eſſe verum, hanc ſententiam eſſe magis communem, vt ex iis, quos allegat, apparebit, quorum nullus in terminis illius quæſtionis loquitur: nā Iacob de Belui. & Angel. *in §. opimè in authent. de nupt.* Bart. Bald. & Caſtr. *in l. vnic.* (non *in l. 3.* quæ malè allegatur, cùm nulla ſit) ne verbum quidem de quæſtione noſtra, ſed ſolùm id quod filij cōſequuntur ex vi *l. hac edictali*, non imputari in legitimam, quæ ſententia, quatenus vera ſit (quod in præſentiarū non diſcutio, multi enim contrarium ſentiunt, vt Alex. *d. conſ. 158. lib. 5.* Anch. *conſ. 101.* Alciat. *in l. in quartam, in fi. ff. ad leg. Falcid.* Charō. *lib. 12. reſponſor. c. 194. circa fin.*) intelligenda eſt ſanè, vt contra hæredem vel legatarios, legitimam, contra verò vitricum vel nouercam, lucrum, ex *l. hac edict.* conſequatur, non cōtra vitricum, vtrumque, vt eruditè interpretatur Bertr. *in d. l. hac edictali, §. ita tamen, n. 16. & 17.* Cùm verò Caſtr. *in d. l.* ſubiungit in quæſtione, *quando nihil relictum eſt filiis*, vt primùm deducatur legitima, reliquum diuidatur, hoc facit ſequendo opinionē eorū qui contra gloſ. *in d. l. hac edictali, §. diuidi*, ſentiunt: ſed poſito, eam opinionem veram, eſt contraria concluſioni Rimin. idem verò Caſtr. *conſ. 348. & conſ. 462. vol. 2.* quæſtionem proponit, quando ex ſtatuto vir ſuccedit vxori & lucratur totam dotem, *nihilq́; filij eſſent habituri*, exiſtimatq; filium, legitimā primùm habiturum & reliquum diuidēdum. Anch. *conſ. 101.* vltra quod non verſatur in terminis noſtris, ſed in quæſt. generali diſertè ſententiam amplectitur contrariam Riminaldo, & concludit, filium primi matrimonij non poſſe habere vitricum & legitimam & remedium *d. l. hac edictali.*

Socin. *conſil. 35. n. 19. lib. 4.* verſatur etiam in quæſt. generali, & ait legitimam primò deducendam, reliquum diuidendum, & ſic contra Riminald.

Corn. *conſ. 23. lib. 1.* contrarium dicit, nimirum nouercam tantum habituram quantum relictum eſt filio, de deductione verò legitimæ priùs facienda, ne verbum quidem, ſicut & in *conſil. 118. eod. lib.*

Dec. *conſ. 246.* non etiam verſatur in terminis noſtris, & de legitima detrahenda, & reliquo diuidendo agit.

Bald. *conſil. 401. lib. 2.* agit tantùm, an lucrum imputetur in legitimam, & *conſ. 22. lib. 5.* non tractat quæſt. noſtram etſi de materia *l. hac edict.* loquatur.

Fabian. de Giochis *in auth. nouiſſima, q. 12. 9. quæſtionis principalis, C. de inoffic. teſtam.* de imputatione & deductione legitimæ & poſtea diuiſione, *in q. generali.*

Crauet. *conſ. 142. n. 4.* de quæſt. generali & deductione legitimæ, & de reſtanti & diuiſione: idémque dicendum *de conſ. 194.*

Fulgoſ. *conſ. 49.* non tractat materiam *l. hac edictali*, minus *conſ. 97.*

Cuman. *conſ. 119.* non tractat etiā hanc materiam, ſed debuit allegari *conſ. 110.* in quo tamē nihil aliud dicitur, quàm Citramontanos, quos Vltramontanos vocat, quia erat Italus; tenere, æqualiter diuiſionem faciendam inter filios primi matrimonij & vitricum, vel nouercam: Vltramontanos verò, quos Citramontanos vocat, legitimam in primis deducendam.

Poſtremò Bertr. quem allegat *in d. l. hac edict. verſ. ita tamen, n. 10.* amplectitur quidem hanc opinionē, vt legitima ſit in primis deducenda, & reliquum diuidēdum, ſed hoc tantùm intendit, ſi nihil filio relictum ſit, ſed ſi quid filio ſit relictum, præſertim legitima, vel plus ea, contrarium omnino ſentit *d. n. 15. verſ. tertius caſus, fol. 148.* & cuius authoritate potiſſimùm nitimur. Gloſ. *in d. §. opimè verb. quippe, in auth. de nupt.* quam allegat, & cuius authoritate ait DD. per ſe allegatos id ſentire, nō loquitur in terminis eius & cùm DD. tenentes, legitimā deducendam eam apponant, gloſ. *in l. fœmina, verbo, diuidi.* & hāc reprobāt (illam approbant,) ſatis euincunt, intelligendam eſſe, quando nihil relictum eſt filiis.

Ex quibus apparet, tantum abeſſe, vt communis vel magis communis ſit opinio circa concluſionem ſuprà poſitam per Rimin. vt ne vllus quidem ex DD. quos allegat, eam tenet, imò aliqui ex his, vt Anch. Corn. & Bertr. contrariam ſententiam omninò amplectantur, ſed & in generali quæſt. An legitima ſit in primis deducenda, hodie apud omnes negatiuam receptiorem eſſe teſtatur Burſat. *d. conſ. 211 lib. 2.*

His adde concluſionem Riminaldi omnino falſam, nam qui legitimam deducendam tenent, non exiſtimant marito dandum ſolummodo tantumdem quan-

tum eſt plus legitima donatum filio, ſed legitimam deducendam & reliqua diuidenda.

4 Rurſus ſententiam Riminaldi habere manifeſtam contradictionem, quia omnes fatentur ad minus vitrico vſque ad legitimam poſſe relinqui, etiam ſi minus ea eſſet relictum filio, vt DD ſup. cit. teſtantur, præſertim Crauet. *d. conſ. 142 n. 6.* poſt innumeros quos allegat & ſequitur, & ipſemet Rimin. fatetur *in 2. concluſ.* idque verum eſt, etiam ſi filius non peteret ſupplementum, vel pater dixiſſet, quòd eſſet contentus, Bertr. *ad d. l. hac edict. verſ. ita tamen.* Faber *in C. Fabr. lib. 5. tit. 5. defin. 3.* quamuis in iſtis duobus caſibus contrarium ſentiat Rimin. d. loco, & malè, ſed quomodocumque ſit, etiam per ipſum, ſaltem extra illos duos caſus, debet habere vſque ad legitimam, ac per eius concluſionem minus ea habet, & ſic ipſe ſibi ipſi *in eod. conſ.* contradicit.

Poſtremò, huiuſmodi concluſio eſt directè contra verba textus *in d. l. hac edictali*, per quam ſi vitrico æqualiter relictum ſit, æquales debent manere, ſi minus, debet habere tantum quantum vnus ex filiis qui minus habet.

Quantum verò ad *decıſ. 95.* recolendæ memor. domini de Laureotiis Rotæ Auditoris dum deceſſit, Decani, ex DD. quos allegat, opinio quam tenet, legitimam ſcilicet prius detrahendam, & poſtea faciendam eſſe diuiſionem bonorum inter nouercam & liberos, non poſſe adaptari caſui noſtro, quo filius erat inſtitutus, & filiabus certum quid relictum, apparebit, nam Cuman. *conſ. 196.* non tractat materiam legis *hac edictali.*

Alex. verò *conſil. 158. n. 8. & 9. lib. 5.* diſertè contrarium tenet, & nulla deductione legitimæ facta æqualiter diuiſionem faciendam.

Decian. *conſ. 46. num. 5. & 6* non tractare hunc caſum ſup. docuimus quemadmodum, & Crau. *conſ. 142. n. 4.*

Quoad Ripam verò *in l. in quartam, n. 219.* primum ipſemet fatetur Ripam ſibi contrarium *tit. de ſecund. nupt. reſp. 4. n. 12. vol. 2* ſed & præterea *in d. n. 219.* non tractat quæſt. noſtram, ſed in terminis generalibus, an legitima ſit detrahenda priùs & reliquum diuidendum: ideóque in terminis gloſ. *in d. l. fœmina, verb. diuidi*, ſcilicet quando nihil relictum eſt filiis.

Poſtremò Bertrand. *conſ. 101 n. 4 lib. 3* quem etiam potuit allegare in variis aliis conſiliis quæ allegauimus in noſtris prioribus ſcriptis, & potiſſimum *in d. l. hac edictali, ver. ita tamen, n. 10.* eam opinionem amplectitur, cùm nihil relictum eſt filiis, ſed in terminis noſtris & caſu ſuæ deciſionis contrarium tenet *n. 15.*

ARGVMENTVM.

De eadem re.

SVMMARIVM.

1 *Legitima non deducitur, quando illa, vel plus ea, relictum fuit filiis primi matrimonij.*
2 *Reſp. iuribus contrariis.*
3 *Nec detrahitur, quando filius eſt inſtitutus.*
4 *Reſp. Creſcent. & aliis iuribus.*

CONSILIVM CL.

QVÆSTIO de legitimæ deductione ante omnia facienda, vel non, reſtringenda eſt ad caſum in quo verſamur, ſcilicet quando filiis primi matrimonij legitima vel plus eâ relictum fuit, vel quãdo filij fuerunt hæredes inſtituti, nouercæ verò aliquid relictum, & in vnoquoque certa videtur ſententia, legitimæ deductionem non eſſe faciendam, multò magis quando vtrumque concurrit vt hoc caſu.

1 Et de primo quidem, ſcilicet quando legitima vel plus ea eſt relictum, vltra multos in prioribus ſcriptis allegatos, præſertim Bertr. *in l. hac edictali, § ita tamen, verſ. ſecundus caſus, n. 15.* & Burſat. *conſil. 211.* item in terminis & ex profeſſo tractat Surd. *conſil. 422. per tot.* & præſertim *n. 12 cum ſeqq.* maximè *verſ. tertio quando*, & ante cum Gabriel. *conſ. 13. n. 24. 25. & 26. lib. 2.* & Surd. referens Gratian. *diſcept. Forenſ. c. 300. n. 39. cum ſeqq. lib. 2.* nec non Burſat. *conſ. 212. n. 20.*

2 Nec obſtat deciſio Rotæ *756. lib. 3.* minus enim legitima relictum erat filio, & vitricus ſolus hæres inſtitutus, ideóque Surd. *d. conſil. 422.* illius quidem *deciſ. n. 1. circa fin.* facit mentionem, ſed poſtea in ea non facit vim, quia non ferit caſum, quando legitima eſt relicta, eodémque modo ſatis fit Creſcent. *deciſ. 4. tit. de donat.* in qua hic caſus ſpecialiter non tractatur.

3 De ſecundo, quando filius eſt inſtitutus, adeſt dict. Burſat. *conſ. 211. num. 8. verſ. tertio dictum illud & d. conſil. 212. num. 21.* & ante eum Crauett. *conſil. 194. num. 2. circa*
4 *fin.* Creſcens. *deciſ. 4. ſub tit. de teſtam.* neceſſario intelligenda eſt, quando nihil vel minus legitima filio relictum eſt, per DD. quos allegat pro confirmatione quartæ opinionis, quam veriorem & in iudicando ſequendam dicit, nam Bart. Bald. & Caſtr. non *in l. 2. C. de reuoc. donat.* ſed *in l. 1. C. de inoff. dotib.* in his terminis loquuntur, & Bart. quidem *n. 2. verſ. iudic.* præſupponit minùs legitima relictum, cùm expetiendum eſſe contendit remedium d. legis pro reuocatione inofficioſæ dotis vel donationis vt legitimã conſequatur, Bald. *in d. l. 1. n. 3. verſ. quarti*, dicũt in his verbis, *Vt ei ſuppleatur quarta*, ſicut & *in d. l. hac edict. n. 11.* cuius verba in parentheſi nõ poſſunt intelligi niſi de donatione omnino ſimplici, idem contendit Caſtr. *n. 4. verſ. in alia gloſ.* in his verbis, *Illud ergo quod reuocatur per illam legem*, idem ſentit & clarè id demonſtrat, cùm reſpondet Saliceto, qui *in d. l. hac edictali, n. 4.* ponit quæſtionem, quando vir totum lucratur, & iuxta terminos gloſ. *in d. l. hac edictali, verbo diuidi*, in qua nihil relictum erat filiis primi matrimonij, Alex. *in addit. ad Bart.* poſt Gloſſ. *in § optimè in authen. de nupt.* Iacob de Belui. Butri. & Alberic. clarè ponit quæſtionem, quando totum relinquitur viro per mulierem quæ ſecundò nupſit, in caſu Fulg. *conſ. 96.* minus legitima erat relictum, quod patet *num. 3 verſ. ad ſecundum*, dũ quærit, an dos data filiæ imputetur in legitima necnon, ex eo quod reſpondit Salic. qui, vt iam dixi, quæſtionem ponit, quando legitima non eſt relicta filiis, Soc. non *conſ. 75.* ſed 35. tractat caſum, quãdo vir lucratur totam dotem ex vi ſtatuti, & ſic filij primi matrimonij nihil habent, præſertim cùm ſe fundet in author. Bart. & Bald. *in d. l. 1. C. de inoff. dotib.* Caſtrenſ. verò non *conſil 163. lib. 2.* ſed *conſ. 348. vol. 2.* quæſtionem proponit, quando vir ex ſtatuto ſuccedit vxori, & lucratur totam dotem, nihilque filij eſſent habituri, ex quibus conſtat Creſcent. deciſ. nõ verſari in terminis noſtris. Aduertat etiam dominus meus, quod etiam ſi in caſu noſtro minus legitima relictum eſſet, non poſſemus ſequi deciſ. Creſcent. nec aliam Rotæ *756. lib. 3.* cùm, deductione legitimè facta, reliquum non poſſet diuidi ob legata filiabus facta, longè maiora quàm ſit portio filiorum.

Quoad augmentum, non obſtat Rotæ *deciſ. 488. par. 1. in nouiſſimis.* nam, propoſitis rationibus hincinde, præcipuum fundamentum Rotæ conſiſtit, quia in caſu

Digitized by Google

caſu illius non agabatur, de donatione reciproca, vt conſtat, ex *num.*17.18.19. imò ex *d. num.*18.*verſ. in poſteriori*, tacitè hanc ſententiam confirmat: Adde quod verſatur in materia fauorabili, ſcilicet legitimæ, vt dicitur *num.* 25. nos in odioſa & pœnali ex *l. hac edictali*, Dec. *conſil.*246. eodem modo intelligendus eſt, vt conſtat ex *num.* 2. præſertim quod *num.* 3. potiſſimùm ſe fundet in authoritate Baldi, *conſil.*22. *lib.*5. qui caſum ponit, cùm nihil relictum eſt filiis primi matrimonij, in his verbis, *Cum dicta Nicolaina nihil reliquerit vel tribuerit in vita vel in morte eiſdem filiis primi matrimonij*, idque eo magis quod d. Creſcen. allegando, dec. Baldi meminit, in *d. conſ.*22. atque Decium poſt Bald. eam ſententiam fuiſſe ſequutum.

ARGVMENTVM.

ANNVI reditus decurſi, non tamen exacti, an ſpectent ad fructuarium, an verò ad proprietarium.

Annuus reditus ad vitam relictus, quomodo æſtimandus ſit.

SVMMARIVM.

1 *Annui reditus decurſi habentur pro perceptis, ideóq; inter mobilia computantur.*

2 *Reditus non exacti dicuntur fructus pendentes, quando debentur ratione fructuum naturalium.*

3 *In acceſſionibus perſonalibus, reditus quorum ſolutio cecidit tempore vſusfructus, ſpectant ad fructuarium, nec dicantur pendentes: vltimi verò anni diuiduntur pro rata inter fructuarium, & proprietarium.*

4 *Hæreditatis appellatione veniunt omnia quæ non ſunt exacta.*

5 *Reditus ex contractibus prædeceſſorum quæſiti, quorum dies venit tempore vſusfructus, ſunt fructuarij.*

6 *Etſi legatum alimentorum, & annui reditus, in multis æquiparentur, tamen æſtimatio eorum, in terminis legis Falcidiæ, diuerſimodè facienda eſt.*

7 *In alimentis habet locum*, l. hæreditatum. *in annuis verò reditibus*, l. lex Falcidia ſi interueniat, & l. cum Titio, ff. ad leg. Falcidi.

8 *Deſtinatio penſionis nouercæ relicta, relinquitur arbitrio iudicis, eiúſque arbitrium ex mente* l. hac editali, C. de ſecund. nupt. *regulandum eſt.*

CONSILIVM CLI.

DVarijs doctiſſimè excitatis per Magnificum D. de Roays in cauſa compromiſſaria dominæ Violantæ de Forria, & domicellæ Alexandræ de Lopis viduæ quondam domini Georgij de Pluuiers, & ipſius mediatæ hæredis, reſpondetur vt ſequitur.

Primo quidem, duabus rationibus fulcito: quoad primam, nulla Regis ordinatione mutatũ fuiſſe diem ſolutionis cenſus Pariſienſis, de quo agitur, ſed ob defectum pecuniarum domum Pariſienſem cenſus per ipſam venditos, non ſtatim atque dies eorum cedit, ſed cùm facultatem habet, eos ſoluere, & arreragia præſtare, accideréque vt quandoque tardius, quandóque non ita tardè ſoluantur: quod ex eo manifeſtè conſtat, quod in quitantiis nominatim fit mentio ſolutionem fieri pro eo anno & die, quo debuiſſet fieri, ſi pecuniam habuiſſet. Et quia hoc notorium eſt, non inſiſto.

Quoad ſecundam rationem, dicitur cenſus maturatos, non tamen exactos, cenſeri perceptos, & ſpectare ad fructuarium, nec tranſire in proprietarium, tanquam proprietatis partem, ſeu acceſſionem facientes, vigore primæ conuentionis per quam d. cenſus fuit impoſitus ab authoribus Annæ de Faulcons: nam huiuſmodi reditus decurſi, non poſſunt dici fructus pendentes, ſed tantùm non decorſi, tales cenſentur, 1
decurſi verò habentur pro perceptis, ideóque inter mobilia computantur, vt in terminis docent Imbert. *inſtit. Foren. lib.*1. *in § quod ſi ſolutio. in gloſ.* Papon *lib.*17. *tit.*4. *arreſt.*1.

Nec obſtat Peregrin. *de fideicomm. artic.* 49. *num.* 66. 2
circa fin. nam Doctores, quos allegat, dum inquiunt, reditus non exactos, cenſeri fructus pendentes, intelligendi ſunt de iis reditibus, qui ratione fructuum naturalium debentur, qui naturam eorumdem ſequuntur; non de iis qui non debentur ratione fructuum naturalium, quales ſunt noſtri, ex traditis per Honded. *conſ.*85. *num.*16. *lib.*2. aut in aliis terminis, & quæſtione diuerſa à noſtra loquuntur, in ſpecie Bald. *in l. fin. n.*9. *C. de fructib. & lit. expenſ.* & Imol. *in l. diuortium, §. ſi vir, verſ. vltimo quæri poteſt.* loquuntur in terminis pœnæ ſeu multæ circa finem vltimi anni primi conductoris maleficio commiſſo, & in primo anno ſequentis conductionis per ſententiam declaratæ, ad quem ſpectet: & quæcumque opinio vera ſit, ad quem ſpectat, controuerſia enim eſt hac in re DD. ſententia, non nocet caſui noſtro: quia ſi ſpectet ad primum, facit pro nobis, quia cenſetur percepta. Si ad ſecundum, non nocet, quia ante condemnationem non poterat dici verè debita: in noſtro verò caſu agitur de reditibus, quorum ſolutionis dies ceſſerat & venerat, præterea ibi agitur de re non reiterabili, in qua propterea ratio fructuum conſiderari non poteſt, vt conſiderat Soc. *conſ.* 300. *col.*3. *circa princip.* dictus verò Socin. *conſ.*100. *col.*1. *&* 2. loquitur in caſu ſpeciali, quando agitur de remiſſione mercedis locationis, ob enorme, & intolerabile damnum ſuperueniens, & agit de condemnationibus ſcriptis in prothocollo, quarum occaſione erant contracta nomina debitorum, & ſic de re non reiterabili, & propter ſpecialem rationem in d. remiſſione militantem ait cenſeri fructus pendentes, & ſic non poſſe eſſe in damnum eius qui remiſſioné petit, ex eo quod in dicta materia, vt dicantur fructus percepti in damnum eius qui remiſſionem petit, requiritur actualis perceptio fructuum, vt ipſe docet *d. col.*2. *verſ. ſed in caſu noſtro.* & ipſemet Peregrin. *d. num.*66. loquitur in terminis acceſſionum perſonalium, & non redituum, de quibus agimus, in quibus adeò verum eſt, reditus quo- 5
rum ſolutio cecidit tempore vſusfructus, ſpectare ad fructuarium, & non dici pendentes, vt inutilis ſit quæſtio, an ſint pendentes, necne, cùm etiam ij, qui poſſent dici pendentes, nempe quorum ſolutionis dies nondum venit, & ſic vltimi anni, pro rata temporis diuidantur inter fructuarium & proprietarium, vt in terminis docet Couarr. *variar. reſolut. lib.*3. *cap.*15. *num.* 10. Honded. *d. conſil.*85. *num.*16. *lib.* 2.

Caſtillo *de vſufruct. cap. 78 per tot.*
Non obſtat text. *in l. poſtulante, §. ſed in huiuſmodi,*
in l. d. ducta, §. qui poſt, ff. ad Trebell. & latè tradita per
Peregr. *d. artic. 49. num. 66.* & de Franch *deciſ. 13. per tot.*
nam præſuppoſito, citra præiudicium veritatis ibi tra-
dita procedere in redditibus, de quibus agimus, (de
quo ſi ageretur amplius diſcutiendum eſſet, & forſan
contrarium aſſerendum, vt poſtea dicemus ex ipſo-
met Peregrin. *d. artic. 49. num. 66. & 69.*) ea habent lo-
cum, quando quæſtio eſt inter hæredem & fideicom-
miſſarium, quod ſcilicet ea omnia quæ non ſunt exa-
4 cta, veniant appellatione hæreditatis, vt inquit, text.
in d. l. poſtulante, §. ſed in huiuſmodi. & ea fideicommiſ-
ſarius non petit tanquam fructus, quo caſu procede-
ret *l. in fideicommiſſariam, ff. ad Trebell.* ſed petit hære-
ditatem in ſtatu, in quo reperitur: ſed reperitur cum
iſtis actionibus, quæ ſunt quæſitæ ex contractibus de-
functi: ergo in ipſum debent tranſire, vt inquit de
Franc. *d. deciſ. 13 n. 6.* poſt Caſtrenſ. *in d. l. deducta, §. qui*
poſt. at nos verſamur cùm controuerſia eſt inter fru-
ctuarium & proprietarium, vbi non agitur de iure vni-
uerſali, vt de hæreditate, quæ comprehendit omnia
mobilia, immobilia, & actiones; ſed de re particulari,
de redditibus ſcilicet ſolis, qui tanquam fructus petun-
tur. Et vt quæſtionem reſtringamus ad id de quo agi-
5 tur, nempe cùm controuerſia eſt inter fructuarium &
proprietarium, & quæritur, ad quem ſpectent reditus
ex contractibus prædeceſſorum quæſiti, quorum dies
venit tempore vſusfructus durante, Doctores vno ore
concludunt ſpectare ad fructuarium, non ad proprie-
tarium, quia nedum cenſentur ſeparati à ſolo, ſtatim
atque deberi incipiunt, ſed non intrat quæſtio fru-
ctuum pendentium, vel perceptorum, ſed ſtatim atque
cedunt, penſionem eſſe deſinunt de corpore ſeu re
principali, & ſunt tanquam proprietas ſeparata: & per
alias rationes quas afferunt, ne hic transcribantur, vt
in terminis docent Bald. *in cap. quæ in Eccleſiarum, num.*
20. verſ. idem in penſionibus, ext. de conſtitutio. Ruin. *conſ.*
193 num. 3. verſ. confirmatur etiam. de Franch. *deciſ. 168.*
per tot. num. 11. & ſeqq. & deciſ. 255. num. 4. cum ſeqq. Ro-
deric. *de annu. redit. lib... quæſt. 3. num. 11. & lib. 3. quæſt.*
6. num. 5. idque eo magis quod nulla negligentia domi-
no de Pouillans fructuario imputari poteſt, vt in ter-
minis docet Ruin. *d. conſ. 193. num. 2. circa fin.* & in prio-
ribus ſcriptis docuimus ex *l. qui vſumfructum, §. fin. &*
l. quæſitum, ff. de vſufruct. & l. vti frui, §. ſi poſt litem, ff. ſi
vſufruct. peta. Et quæ Caſtrenſ. & de Franch. quoad di-
ligentiam adhibitam, & condemnationem ſequutam
dicunt, procedunt, vt ſuprà docuimus, cùm quæſtio
eſt inter hæredem & fideicommiſſarium: quæ adeò ve-
ra ſunt, vt etiam quoad reditus vltimi anni, quorum
ſolutio non ceſſit tempore vſusfructus, pro rata tem-
poris diuiſio fieri debeat, vt Doctores proximè citati,
& Couarr. Honded. & Caſtil. docent dictis locis.

Quoad ſecundum dubium, circa æſtimationem pen-
ſionis, ſeu reditus annui 200. librarum dictæ dominæ
6 de Fortia, viduitate, vel vita durante: reſpondetur quod
etſi legatum alimentorum, & annui reditus ad vitam,
in multis à pari procedant, quod ſcilicet d. legatum an-
nui reditus pro alimentis cenſeatur factum, ad not. *in*
l. in ſingulos, ff. de annu. legat. tamen æſtimationem eo-
rundem in terminis legis Falcidiæ diuerſimodè eſſe
7 faciendam Iuriſconſulti reſpondent: nam in alimen-
tis habet locum *l. hæreditatum*, in annuis verò rediti-
bus, *l. lex Falcidia ſi interuenit, & l. cum Titio, ff. ad leg.*
Falcid. ideòque hoc caſu videtur omnino non eſſe lo-
cum *d. l. hæreditatum.* præſertim quod etiam dum de
legato alimentorum agitur, an ea ſit ſequenda in aliis
caſibus extra terminos legis Falcidiæ, quæſtio eſt ma-
ximè controuerſa, & vtraque ſententia, affirmatiua, &
negatiua, à ſuis ſequacibus communis aſſeritur, vt per
Cæualos. *quæſt. 552.* quod præſertim hoc caſu aſſeren-
dum eſt, plus enim æſtimaretur dictus annuus reditus,
morte finiendus, & ad maiorem ſummam aſcenderet,
quàm capitale ſimilis penſionis perpetuò duraturæ, vt
in prioribus ſcriptis circa hoc dubium deduxi. Sed vt- 8
cumque ſit, verior ſententia eſt, totum hoc iudicis ar-
bitrio relinquendum, vt docet Molin. *de Hiſpan. pri-*
mogen. lib. 1. cap. 19. num. 39. verſ. ſed quamuis hæc opinio.
Couarr. *lib. 3. varia. reſol. cap 9. num. 8.* & ante eos Medi-
na *de reſtitutio. c. de cenſu ad vitam.* & nouiſſimè Mu-
ñoz Eſcobar *computa. 1. cap* a. poſt alios quos ipſe, dicti-
que Couarr. & Molin. allegant: & quatenus totum hoc
ſecundùm rei veritatem, & id quod accidit definien-
dum, & iſtud arbitrio regulandum eſſet, hoc totum
ex mente *l. hac edictali.* decidendum eſt, qua legatum,
vel donatum nouercæ, reſtringendum eſt ad relictum
filio, cui minus, quod ſi fiat per ſingulos annos, impu-
tatio facienda eſt, & vnoquoque anno adiudicanda
penſio annua, & tantundem vnicuique ex filiis primi
matrimonij augendo aliis annis id quod reſtat ex fru-
ctibus quos interim ex dicto reſtante perceperunt filij
hæredes, quo vſque nihil ſuperſit, & tunc extincta erit
ſolutio penſionis: nam ſi veritatem ſequamur, & ſe-
cundùm id quod accidit, quemadmodum nouerca
non poteſt conſequi plus quam cui minus relictum, ita
& quoque non minus d. nouercæ, quàm illi dandum
eſt, præſertim cùm verſemur in odioſis. Sed ſiue fiat eo
modo æſtimatio, ſiue eo ſecundùm quem concluſi in
voto, res in idem recidit, eum tamen in voto expreſ-
ſum libentius ſequutus fui, quia facilior eſt, & clarior,
& *d. l. hac edictali*, omnino conueniens: nam cùm per
eum reducemus relictum nouercæ, ad id quod reli-
ctum eſt ei cui minus, eſt ſatisfactum diſpoſitioni *d. l.*
hac edictali & non eſt amplius quærendum de æſtima-
tione dictæ penſionis, cùm eo modo, omnino ab ea re-
cedamus, & donata nouercæ, ad terminos *d. l. hac edi-*
ctali, reuocantur.

Quoad tertium, ex verbis teſtamenti videtur omni-
no dicendum, legatum iocalium intelligendum de iis
omnibus quę præ manibus habebat d. domina de For-
tia, ſcilicet tam de illis quæ d. dominus de Pouillans
recognouerat, quàm de illis quæ ipſe fecerat, eáque
omnia propterea iure legati ſpectare ad d. dominam
de Fortia, & non propterea minus ſexentas libras pro-
miſſas in contractu matrimonij, ei debitas fuiſſe, eaſ-
que propterea legitimè recepiſſe, quia eſt impoſſibile,
vt cum dicto legato confundantur, quia omnia iocalia
non fuerunt æſtimata niſi ad ſummam. Et tamen
iocalia recognita æſtimata fuerunt . . . . & ſiue dum
inutile fuiſſet d. legatum, ſi fieret iſta confuſio, ſed et-
iam damnoſum, quia minus eſſet quàm quod dictæ
dominæ de Fortia debebatur, tam ratione dictorum
iocalium recognitorum, quàm ratione dictarum ſex-
centarum librarum promiſſarum, quod non eſt dicen-
dum, præſertim quod verſamur in debito voluntario,
& quod d. dominus de Pouillans vſus eſt, in d. legato,
dictione, *Dono.*

ARGV-

ARGVMENTVM.

AN alienatio fundi dotalis per maritum, & vxorem, medio iurament, ofacta, reſcindi poſſit ſecluſo metu, & læſione vltra dimidiam iuſti pretij.

SVMMARIVM.

1 *In Gallia non ſubſiſtit alienatio fundi dotalis, nulla enim habetur ratio iuramenti.*
2 *In terris Eccleſiæ, plerique exiſtimant abſolutè dicto contractui ſtandum eſſe, etiam ſi mulier maneret indotata:*
3 *Alij reſcindendum, ſi non adſunt bona mariti, ex quibus muliere conſulatur.*
4 *Reſolutio eſt, quod reſcindatur, ſi mulier manet indotata. Sì autem non omnino, ſed vſque ad dimidiam, tenet.*

CONSILIVM CLII.

QVÆRITVR à me, nulla facti ſpecie propoſita, an alienatio fundi dotalis per maritum, & vxorem, medio iuramento facta, aliquo modo reſcindi poſſit ſecluſo metu per maritum illato (quo caſu eſſemus in claris, ſi tamen legitimè probaretur) ſecloſa etiam læſione vltra dimidiam iuſti pretij, habito reſpectu ad tempus, quo caſu locus eſſet remedio *l.a.*
1 *C. de reſcindenda vendit.* Reſpondetur, in Gallia huiuſmodi contractum nullius eſſe momenti, nulla enim habita ratione iuramenti, præciſè ſeruatur iuris ciuilis diſpoſitio: Auenione verò & in Comitatu Venaiſ- 2
ſino, ſicut & in cæteris terris Eccleſiæ, pleroſque exiſtimaſſe, abſolutè d. contractui alienationis ſtandum eſſe, nec eam per vxorem eiúſve hæredes impugnari poſſe, per *cap. cùm contingat de iureiur. & cap. licet mulieres de iureiur. in 6.* & Lup. *in rubr. de donatio. inter vir. & vxor. §. 17. num. 33.* Boer. *quæſt. 23. num. 9.* Burſat. *conſil. 66. num. 15. lib. 1.* qui de magis communi teſtatur, idque verum contendit, Sola *in gloſ. ad nouas conſtitut. de alienatio. mulier, num. 13.* etiam ſi mulier omnino 3
indotata remaneret. Alij verò exiſtimarunt quòd ſi non adſint bona mariti, ex quibus poſſit conſuli indemnitati mulieris, alienationem reſcindendam, vt per Seraphin. *de priuileg. iuramenti, priuilegio 76. num. 12.* quod verum eſſe exiſtimant, etiamſi tempore contractus adeſſent alia bona mariti: ſi tamen non adſint tempore quo agit, vel agere poteſt mulier, Seraphin. *d. loco.* Afflict. *d. deciſ. 311. & deciſ. 313. per tot.* vbi ita iudicatum in conſilio Neapolitano aſſerit, *& deciſ. 336. num. 4.*

Hoc iure vtimur, vt neque primam neque ſecundam ſententiam præciſè teneamus, ſed ſi omnino ſit 4
indotata, alienatio reſcindatur, ſi autem non omnino, ſed vſque ad dimidiam partem, alienatio teneat, iuxta Theſſau. *deciſ. 223. n. 3.* Applicanda igitur eſt huiuſmodi reſolutio ad caſum qui dicitur eſſe in controuerſia.

ARGVMENTVM.

AN dos matri conſtituta, ea præmortua, imputetur nepotibus in legitimam ſuper bonis aui.

SVMMARIVM.

1 *An dos materna imputari debeat nepotibus in legitimam ſuper bonis aui, quæſtio eſt admodum controuerſa.*
2 *Affirmatiua verior eſt, & magis communis.*
3 *Cauſa originalis ſemper inſpicienda eſt.*
4 *Ex ſubſtantia alicuius prouenire dicitur, quod immediatè, vel mediatè ab eo deſcendit.*
5 *In legitimam imputantur omnia, quæ ex ſubſtantia patris proueniunt.*
6 *Nepotes dotem maternam imputare debent, quoties pater ſtipulatus eſt eam filiæ, vel quibus de iure, reſtitui.*
7 *Non imputatur extraneo hærede inſtituto.*
8 *Contra.*
9 *Si dotem conſequantur tanquam hæredes matris, non imputatur.*
10 *Secus ſi ex ſtipulatione aui.*
11 *In quibus terminis loquatur Fulgoſius.*

CONSILIVM CLIII.

PRÆSVPPONITVR in facto, Petrum Duron hoſpitem collocaſſe matrimonio de anno 1594. & 3. Maij, filiam ſuam Magdalenã cum Gaſpare Palud mercatore Auenionis, eique dotem conſtituiſſe 3300. librarum, quæ ſolutæ fuerunt, dictúmque Palud ad ſtipulationem patris & Notarij promiſiſſe d. dotem reſtituere eidem Magdalenæ filiæ, vel illi & illis quibus de iure reſtituenda foret; moritur d. Magdalena, relicta Ioanna eius & dicti Gaſparis filia, & ſuperſtite d. Petro patre, qui teſtamento de anno 1612. & 8. Februarij, legauit titulo inſtitutionis particularis dictæ Ioannæ, eius, ex d. Magdalena filiæ, nepti, ſummam 20. ſcutorum pro omni iure legitimæ & ſupplementi illius, & alterius cuiuſcumque, volens quod d. Ioanna teneatur conferre ſuper iuribus quæ poterat petere, ſummam in dotem d. Magdalenæ matri conſtitutam; & Simoni & Alphonſo Duron eius filiis ſummam mille ſcutorum, titulo inſtitutionis particularis legauit, inſtituítque hæredem ſuum vniuerſalem Catharinam de Pandraux eius vxorem ſolam, per quam voluit legata per ipſum facta ſolui: d. Ioanna, antequam d. teſtamentum conditum fuiſſet, nupſerat Magiſtro Blanc notario, quæ, non contenta d. legato 20. ſcutorum, petit integram legitimam ſuper bonis aui, ſeu ſupplementum illius vltra d. 20. ſcuta, nec vult imputare dotem matri conſtitutam; quæritur an huiuſmodi dos ſit imputanda necne.

Quæſtio eſt admodum controuerſa, Bald. *in l. illam C. de collat.* non imputari; Bartol. verò *in l. in quartam. num. 12. ff. ad leg. Falcid.* imputari affirmantibus, & vnuſ- 1

Digitized by Google

quiſque ſuos ſequaces habet, qui etiam aſſerunt ſuam
opinionem communem, ſed reuera Bartoli ſenten-
2 tia & verior & magis communis eſt. Verior quidem
per rationes ab ipſo allatas *in d.l. in quartam, & in conſ.*
190. lib. 1. incip. Gisbertus dedit. ue hîc eas tranſcribam,
præſertim quod certum eſt, quod de iure communi
huiuſmodi dos debebat ad patrem reuerti, *l. dos à pa-*
tre profectâ, C. de iur. do. ſed per conſuetudinam, iuxta
opinionem Martini, aufertur patri & datur nepotibus:
non ergo ab eorum matre filij habent huiuſmodi do-
tem, ſed ex vigore conſuetudinis; meritò ergo tan-
quam de bonis aui profecta, eis computatur in legiti-
mam, éſtque meraimaginatio, ſi dicamus nepotes vi-
deri hæredes filiæ, cùm nuſquam id iure probari poſ-
ſit, ſed ſimpliciter conſuetudo dotem illam de iure re-
deuntem ad auum, & ex quadam æquitate, poſthabito
iuris rigore, dat nepotibus prout dicit Bart. *in d. l. in*
quartam, & communiter DD. *in d. l. illam,* præſertim
Alex. Deinde, quia ex quo mater, viuente patre, num-
quam fuit domina dotis, non poteſt dici quod in ea
habeat hæredem, vt inquit Socin. *in d.l. in quartam, n.*
3 142. atque hęc confirmantur, quia ſemper prima & ori-
ginalis cauſa debet inſpici & conſiderari, *l. ſi hæredes*
teſtamento, ff. de actio. empt. Bald. *in l. vlt. in 3. oppoſit. C. de*
contrah. empt. Dec. *in l. in eo quod velut, de reg. iur.* Crauet.
conſil. 131. num. 15. & conſ. 14. num. 2. Cauſa autem pri-
4 ma & originalis eſt ſubſtãtia patris, ex ſubſtantia enim
alicuius prouenire id dicitur quod immediatè vel me
diatè ab eo deſcendit, ita gloſ. *in l. cùm oportet in verſ. ex*
ſubſtantia, C. de bon. quæ liber. & probat *l. omni modo, §.*
5 *empturi, C. de inoff. teſtam.* illa verò omnia in legitimam
imputantur, quæ ex ſubſtantia patris proueniunt, *in l.*
quoniam nouella, in ver. ſubſtantia, & l. ſcimus, §. repletio-
nes, C. de inoffic. teſtam. Qua ratione, pro imputatione
d. dotis facienda, fuſè vtitur Menoch. *conſ. 153 num. 18.*
19. 20. 26. 27. & adeò verior eſt hæc ſententia, vt ab ea
in iudicando & conſulendo non ſit recedendum, vt
ait Socin. *d.l. in quartam, num. 143.* Bereng. Fernand. *in*
l. in quartam 3. art. 3. cap. . . num. 20. verſ. ſecundus caſus.
Graſſ. *in 6. legitima, num. 14.* Theſſaur. *deciſ. 237. num. 4.*
& ſecundùm quam in tribunalibus Galliæ ſolet iudi-
cari, Papon *lib. 16. tit. 4. de filles mariees, artic. 17.* & ibi
Chenu, *in addit.* nec his obſtant dicta per Surd. *conſil.*
206. contra Bart. nec enim facilè reſpundetur, ex de-
ductis per DD. ſuprà cit. præſertim Socin. & Bereng.
Sed prætereà, *num. 16. verſ. ſed quia,* fatetur opinionem
Bart. communem & ab ea difficilè Iudices diceſſuros,
in ſuo tamen caſu dotem non imputandam, quia ſti-
pulatio fuerat facta filiæ & eius hæredibus, & ſic eùm
nepotes conſequantur dotem, tanquam hæredes ma-
tris, eam non debere imputari: quod in caſu, in quo
6 verſamur, omnino aſſerendum eſt, quia pater ſtipula-
tus eſt filiæ, vel illis quibus de iure reſtitui debet, quo
caſu intelligitur ſtipulatus iuxta conſuetudinem Mar-
tini, & conſequenter quod nepotes imputent, Ripa *in*
l. in quartam, num 191. Bertran. *conſil. 138 num. 4. vſque ad*
num 7. lib. 1. par. 2. in cuius fine tandem hanc ſenten-
tiam firmat, poſtquam ſatisfecit omnibus quæ in con-
trarium afferuntur, quibus reſponſionibus, quoad do-
nationem quam pater cenſetur feciſſe nepotibus, ad-
de Alex. *in d. l. illam, col penult.* & Rip. *in d. l. in quartam,*
num. 191. Illuſtr. Tuſch. *com. 5. lit. L. concluſ. 205. num. 65.*
Theſſaur. *d. deciſ. 237. num. 10. verſ. quod autem,* non ob-
ſtante Gaſpar. Theſſaur. *in addit.* ad *d. deciſ. 237.* fal-
li enim ex Ripa *in dict. l. in quartam,* vtique conuin-
citur.

Tota difficultas conſiſtit in eo quod Duron vxo-
7 rem, & ſic extraneam hæredem inſtituit, quo caſu ne-
potes non debereut imputare dotem maternam, vt
ſentit Theſſaur. *deciſ. 237. num. 15. verſ. quod ſi extraneus,*
ſed ad hoc reſpondetur: Primo Theſſaur. hoc non aſ- 8
ſerere, ſed ſolùm referre Fulgoſ. id aſſerentem *in l. quo-*
niam Nouella C. de inoffic. teſtam. & Rip. *in d.l. in quar-*
tam, num. 198. & eam ſententiam videri habere æquita-
tem, ſed ipſe nihil firmat, ſicut nec quidquam firmare
potuit aut debuit: nam quod nepotes non imputent
dotem, dato extraneo hærede, huiuſmodi concluſio
careret ratione & authoritate, &, quod plus eſt, pugna-
ret cum ratione & authoritatibus DD. Caret autem
ratione, vel etiam cum ea pugnat, ex eo quod reſolu-
tio quæſtionis, an dos materna debeat imputari in le-
gitimam nepotum, non pendet ex eo, an extraneus,
vel filius teſtatoris inſtitutus ſit hæres, ſed an eam do-
tem habeant tanquam hæredes matris, an non, vt pri-
mo caſu non imputent (quamuis etiam hoc caſu ple- 9
rique exiſtimauerint imputari debere, vt Caſtrenſ. *in*
d. l. illam, verſ. plus videtur, & Ripa *in d. l. in quartam, n.* 10
197.) Secundo caſu imputẽt, quia ex perſona aui d. do-
tem conſequuntur, vt DD. docent *in l. illam, C. de collat.*
& in l. quoniam Nouella, C. de inoff. teſt. & in l. quartam, ff.
ad leg. Falcid. Sed præſertim Caſtrenſ. *in d. l. quoniam*
nouella, num. 3. & in d. l. illam, num. 10. Dec. *in ead. l. illam,*
num. 16. Ripa *in d. l. in quartam, num. 190.* qui *num. 191.*
fuſè & clarè docet, nepotes ex vi conſuetudinis d. do-
tem conſequentes, ab auo, non à matre, eam habere,
quod cùm ita ſit, ſequitur nullã vim fieri poſſe in qua-
litate hæredis inſtituti, & ſiue filius, ſiue extraneus in-
ſtitutus ſit, nepotes, modò dotem non conſequantur
tanquam hæredes matris (vt facerent ſi pater dotem
filiæ ſimpliciter reſtitui ſtipulatus fuiſſet, in aliũ enim
caſum filię donaſſe cenſetur) eam imputare debebunt.
Authoritate verò caret & pugnat cum ſententiis DD.
quia hi paſſim eam quęſtionem tractantes, indiſtinctè,
nulla habita ratione ad qualitatem hæredis inſtituti
concludunt non imputãdam vel imputandam, ſi tan-
quam hæredes matris, vel non, eam cõſequantur: nam
quoad Fulgoſ. qui dicitur huius limitationis author,
is neque *in d. l. illam,* neque *in d. l. quoniam,* aut alibi,
quod viderim, quidquam ea de re loquitur. Caſtrenſ.
quidem *in d. l. quoniam nouella,* refert Fulgoſ. vim fe-
ciſſe, ſi extraneus inſtitutus eſſet, ſed eſt in longe di-
uerſis terminis, vt infrà dicemus. Solus Ripa *in d. l. in*
quartam, num. 198. per tranſennam nulla ratione vel
authoritate allata videtur opinionem Bartoli limita-
re, ſi extraneus reſtitutus ſit, ſed is vel ſecundum ter-
minos, in quibus loquitur Fulgoſ. relatus per Caſtrenſ.
quique primus eſt huius limitationis author, intelli-
gendus eſt, vel manifeſtè lapſus eſt, contra rationem &
mentem DD. eam limitationem proponendo.

Secundo reſpondeo, quòd cùm hoc caſu pater ſti-
pulatus fuerit, filiæ, vel illi, & illis quibus de iure, do-
tem reſtitui, & ſic nepotes ex prouidentia aui coniun-
cta cum conſuetudine dotem conſequantur, certum
eſt, quicumque tamen hæres inſtitutus ſit, dotem im-
putandam, ex eodem Ripa *d. l. in quartam n. 19.* & Bertr.
conſ. 138. n. 4. cum ſeqq. lib. 1. par. 2.

Poſtremò, reſpondeo, Fulgoſ. illius limitationis ex
qualitate hęredis extranei ſumptę, primum authorem,
referente Caſtrenſ. *in d. l. quoniam nouella, num. 8. verſ.*
dominus Raphael. loqui, non in terminis noſtris, cùm
ſcilicet auus teſtatur & inſtituit, ſiue filium ſiue extra-
neum hæredem, ſed in longè diuerſis, nempe cùm fi- 11
lia, moriẽs ante patrem, teſtatur & inſtituit extraneum
hæredem, filio verò ipſius relinquit titulo inſtitutionis
particularis tantam ſummam quantam filia à patre
in dotem habuit, & quæ etiam tanta eſt quanta poſſet
eſſe legitima filij in bonis matris, eueniret enim in ca-
ſu quem proponit Fulg. quod d. filius vnam ex legiti-
mis

mis ſibi debitis amitteret, quia dotem matri datam imputare deberet in legitimam aui, in bonis verò matris petere nō poſſet, quia tanta ſumma ei relicta eſt, quanta poſſet eſſe eius legitima, quod ne eueniat, Fulgoſ. exiſtimauit filium, eundémque nepotem, non debere imputare ſummam ſibi relictam æquiualentem doti maternæ in legitimam aui ſibi debitam, ſed ſummam quidem ſibi relictam pro legitima matris, legitimam verò aui in alijs eius bonis conſequi debere. Quæ ſpecies facti quantum diuerſa ſit à noſtra clarum eſt: æquitas enim à Fulg. conſ. lerata, ne filius, idémque nepos, amittat vnam ex legitimis in bonis aui & matris ſibi debitis, ceſſat in caſu in quo verſamur, in quo ſi mater eadémque filia haberet aliqua bona, alia, quàm dotem à patre conſtitutam, ea d. Ioanna conſequeretur, nec imputatio quam faceret quoad legitimam aui, priuaret filiam eandémque neptem vna ex legitimis: vltra quod in auo teſtante non conſideratur qualitas hæredis, vt imputatio fiat, vel non fiat, ſed an nepotes habeant dotem à matre, an verò ab auo: ſed & quoque in caſu & terminis Fulgoſ. ipſius ſententia reprobatur à Caſtrenſ. in d. loco. His addi poteſt, quod cùm ex vi ſtipulationis à patre factæ, nepotes cenſeantur habere dictam dotem, vt ſupra demonſtratum fuit ex Rip. Bertrand. Illuſtr. Tuſch. qualitas extranei hæredis non poteſt eſſe in conſideratione. Ex quibus concludo, dictam Ioannem, dictam dotem imputare debere.

ARGVMENTVM.

De eadem re.

SVMMARIVM.

1 *Si nepotes dotem maternam habuerint, ex vi conſuetudinis, vel alias ab auo, eam imputare debent in legitimam ſuper bonis aui.*

2 *Si verò tanquam hæredes matris, ſecus eſt.*

3 *Si pater ſtipulatus eſt dotem filiæ, vel quibus de iure, reſtitui, imputanda eſt.*

4 *Quia ex vi conſuetudinis eam conſequuntur.*

5 *Si verò filia, præſente & conſentiente patre, ſtipulatur ſibi, vel quibus de iure, reſtitui, ſecus eſt.*

6 *Stipulatio in proximè præcedenti caſu adhibita, cenſetur in poſteriori repetita.*

7 *Relatiuum* (vt ſuprà) *inducit repetitionem.*

8 *Promiſſio de reſtituenda dote filiæ, vel cui de iure, ſimpliciter facta abſque ſtipulatione, cenſetur facta in fauorem eorum, quorum intererat: & caſu quo non ſubaudiretur ſtipulatio, cenſetur ius eis quæſitum, quibus ius vule quæri, qui tamen præſentes fuerant.*

9 *Huiuſmodi enim promiſſiones intelligi debent ſecundum iuris ordinem.*

10 *Stipulatio matris inutilis eſt quoad filios.*

11 *Poteſt quis alteri ſtipulari ſuper re propria, ſi ſit duratura ſua.*

12 *Reſponſ. iis quæ dicta fuerant de repetitione ſtipulationis.*

13 *Reſp. Sardi conſ. 206.*

CONSILIVM CLIV.

1 CONVENIMVS igitur in hoc, quòd ſi nepotes, de quibus agitur, habuerint dotem matri ipſorum conſtitutam ex vi conſuetudinis, ſecundùm opinionem Martini, vel aliàs ab auo, eam imputare debeant in legitimam ſuper bonis aui aut ipſis petitam, ſecundum opinionem Bart. quam communem & ab ea in conſulendo & iudicando recedendum non eſſe teſtantur paſſim DD. præſertim Dec. *conſil.* 181. *n.* 7. & Bertrand. *conſ.* 138. *num.* 4. *lib.* 1. *par.* 2. *& conſil.* 255. *num.* 4. *vol.* 3. *par.* 2. *& conſ.* 309. *num.* 3. *eod. vol. & conſil.* 107. *num.* 2. *vol.* 7. & ipſemet Surdus contrariæ ſententiæ aſſertor *conſ.* 206. *num.* 61. *in fin. verſ. ſed quia.* difficilè id fatetur:
2 ſi verò nepotes eam conſecuti fuerint tanquam hæredes matris, vt quia pater filiæ ſtipulatus fuiſſet dotem reddi, vel quia filia patre præſente & patiente eandem ſibi reddi ſimpliciter, vel ſibi & hæredibus ſuis ſtipulata fuiſſet, imputare non debent, Caſtrenſ. *conſil.* 109. *num.* 3. *lib.* 1. Difficultas igitur ſolùm in hoc verſatur, an in caſu, in quo verſamur, filia vel pater cenſeatur ſtipulatus ex verbis quibus ſocer & maritus promittunt dotem, in caſum reſtitutionis, reddere filiæ eidémq; vxori vel ei ad quem de iure pertinet, & quidem ſi pater expreſsè ſtipulatus fuiſſet dotem filiæ vel ei, ſeu eis quibus de iure reſtitui, fateatur imputari debere, poſt ipſummet Surd. *d. conſ.* 206. *num.* 24. quod & veriſſimum 3
eſt, ex Rip. *in l. in quartam, num.* 191. *ff. ad l. Falcid.* Bertrand. *d. conſil.* 138. *num.* 4. *lib.* 1. *par.* 2. *& d.* 255. *num.* 4. *lib.* 3. *par.* 2. Decian. *conſil.* 181. *num.* 7. & Theſſaur. *deciſ.* 237. 4
num. 10. *verſ. quod autem.* quod non tanquam hæredes matris, ſed ex vi conſuetudinis præſertim iunctæ cum ſtipulatione paterna eam conſecuti fuerint; quod ſi filia, præſente & patiente patre, ſtipulata fuiſſet dotem 5
ſibi vel ei, ſeu ex quibus de iure reſtitui, contendunt imputare non debere, poſt Surd. *d. conſ.* 206. *n.* 24. quia, vt inquiunt, tunc nepotes dotem conſequuntur tanquam hæredes matris ex vi ſtipulationis ipſius, quod an verum ſit poſtea diſcutiam: ſed poſito pro nunc, citra præiudicium veritatis, vtramque ſententiam eſſe veram, vt prima abſque dubio vera eſt, minimum quòd ſi pater ſtipuletur filiæ reddi, vel ei & eis quibus de iure, nepotes dotem ab auo habeant, & ſic imputent: ſi verò ſtipulatio eo modo concepta à matre interpoſita ſit, tanquam hæredes matris cenſeantur habere, & ſic non imputent. Tertius caſus intelligendus eſt, qui noſter eſt, cùm ſcilicet neque pater, neque filia expreſsè ſtipulata eſt dotem reddi, formà vt ſuprà conceptâ, ſed ſimpliciter ſocer & maritus, vt hoc caſu, nulla expreſſa ſtipulatione præcedente, promittunt dotem reſtituere filiæ, eidémque vel illi ſeu illis quibus de iure, & ex aduerſo, prætenditur cenſeri ſtipulationem interpoſitam à filia & non à patre, ideóque nepotes eam habere tanquam hæredes ipſius, idque ex eo quod pater donat & conſtituit dotem nomine & ex titulo dotis dictæ Magdalenæ filiæ, & pro ea Gaſpari eius futuro marito præſentibus & ſtipulantibus, quódque Petrus & Gaſpar pater & filius 1600. libras in pecunia præſenti receptas recognouerunt & aſſecurarunt d. Magdalenæ vt ſuprà ſtipulanti, quódque dicti ſocer & maritus promiſerunt reddere dotem d. Magdalenæ aut cui de iure, ex quibus verbis exiſtimant eam ſibi cenſeri dotem ſtipulatam, quia quamuis, vt inquiunt, ſtipulatio non fuerit repetita in hoc poſteriori caſu, tamen 6
cùm fuerit in proximo præcedenti adhibita, cenſetur

repetita de iure in hoc poſteriori caſu, vt per Caſtrenſ. *conſil.170. num.1. verſ. hic autem, lib.2.* attentis potiſſi-
7 mum verbis illis relatiuè appoſitis, *vt ſuprà*, quæ inducunt repetitionem prædictæ ſtipulationis, præſertim in contractu publico, vt per Caſtr. vbi ſup. & Batt. *in l.2.in fin.C.de condit.ob cauſ.*

Sed his non obſtantibus, verius eſt, non cenſeri fi-
8 liam ſtipulationem interpoſuiſſe. Nam promiſſio de reſtituenda dote filiæ, vel ei cui de iure, ſimpliciter facta, abſque vlla ſtipulatione expreſſa, debet cenſeri facta in fauorem eorum quorum intererat, & quibus de iure dos erat reſtituenda, & caſu, quo non ſubaudiretur ſtipulatio, in vim pacti, cenſeretur ius quæſitum iis quibus vult ius quæri, qui tamen præſentes ſunt, ex notatis per Batt. *in l. ſi conſtante, num.53. & 59. ff. ſolut.*
9 *matrim.* huiuſmodi enim promiſſiones debent intelligi ſecundum iuris ordinem, Batt. *in l. vxorem, §. teſtamento, ff. de legat.3.* Caſtrenſ. *conſ.11.col.2. verſ. ſed dicit aliquis, lib.1.* Bertrand. *conſil.176.num.1.verſ. quo fit, lib.4.* ideóque huiuſmodi promiſſio debet intelligi vt reſtituatur dos dictæ Magdalenæ ſi ſuperſit, vbi verò non ſuperfuiſſet, prout nec ſuperfuit, debeat reddi illi cui de iure, hoc eſt, liberis ex vi conſuetudinis, ſin minus patri, vt in terminis docet Bertrand. *d. conſ.138.num.5. verſ. non etiam.* nam ita, inquit, clarè ſonant verba, à quorum ſignificatione nõ eſt recedendum, poſtquam clara ſunt, *l. ille aut ille, §. cùm in verbis, ff. de legat.3.* & planè nulla ratio ſubeſt, vt huiuſmodi promiſſio de dote reſtituenda ſimpliciter facta, potius referatur ad filiam quàm ad patrem, quin potius cùm ad vtrumque referri poſſit, & nominatim fiat mentio de illis quibus de iure reſtitui debet, intelligenda eſt ſecundùm iuris & conſuetudinis diſpoſitionem, & tam ad patrem quàm ad filiam referri, vt vnicuique ſuo caſu reſtituatur.

Quod ſi quando expreſsè filia, præſente patre, ſtipulata eſt dotem ſibi vel ei cui de iure reſtitui, eo quoque caſu ſuſtineri poſſit, ſecundùm iuris diſpoſitionem intelligendam eſſe ſtipulationem, ita vt liberi matri ſuperſtites cenſeantur eam ex vi cõſuetudinis conſequi, ideóque eam imputare teneantur, planè vbi nulla adeſt expreſſa ſtipulatio, omnino & multo ma-
10 gis id aſſerendum eſt: ſuſtineri verò poſſe eam ſententiã ex eo videtur, quod quoad alios quàm ipſam filiam, etiam quoad ipſoſmet filios, quos non habet in poteſtate, inutilis & nullius valoris eſt ſtipulatio, *l. ſtipulatio iſta, §. alteri, ff. de verbor. oblig. §. ſi quis alij inſtit. de inutil. ſtipulat. l. pactum, C. de pact.* Batt. *in l. quod dicitur, num.8.* vbi etiam alij, *ff. de verbor. oblig.* Bald. Rom. Caſtrenſ. & Alex. *in l. Cauius, ff. ſolut. matrim.*
11 Nec obſtat, ſi dicatur, filiam, eámque matrem futuram, poſſe ſtipulari filiis ſuper re quæ erat propria, ex Batt. *in d. l. quod dicitur, in fin.* & ita limitari dictam regulam ſuprà poſitam, qua diximus matrem filiis ſtipulari non poſſe, quia vt quis poſſit alteri ſtipulari ſuper re propria, neceſſe eſt quod ſit duratura ſua, *l. publica, ff. depoſiti.* Alex. *in l. debitor, §. fin. ff. ad Trebell.* at verò dos, ſi pater ſuperuixiſſet, non erat duratura penes filiam, ſed ſiue ſit certa ea ſententia, quando filia expreſsè ſtipulata eſt, ſiue non, certiſſimum eſt eſſe adeo dubiam, vt in terminis Stephan. Bertrand. *conſ.176. num 1. vſque ad num.4. lib.4.* non auſus ſit in fauorem nepotum reſpondere, ſed dictione, *ſubſiſto*, vſus fuerit, ita tamen rationes hinc inde proferat, vt potius contra nepotes, vt dotes teneantur imputare, quàm pro illis videatur ſentire. Sed vtcumque ſit, cùm expreſsè ſtipulata eſt filia, difficilis eſt reſolutio quæſtionis & dubia. quod ſi eſt, vt eſt, planè vbi nulla adeſt expreſſa ſtipulatio, debemus contra nepotes reſpondere: ſed, ne in rationum recenſione immoremur, habemus in terminis fortioribus Bertrand. *d. conſ.138 lib.1. poſteriorum, num.4.* vbi pater donauerat, conſtituerat & aſſignauerat in dotem & pro dote, &c. filiæ & eius marito præſentibus, ſtipulantibus ſolemniter & recipientibus pro ſe & hæredibus, &c. & poſtea in pacto ſuper facienda reſtitutione dotis, maritus promiſerat dotem prædictam reſtituere d. filiæ vel illi ſeu illis quibus de iure. Ecce quomodo præceſſerat d. ſtipulatio filiæ, longè efficacior quam in noſtro caſu, concepta enim erat pro ſe & hæredibus ſuis, quod hic factum non fuit, & nihilominus in promiſſione ſequenti, de reſtituenda dote, non intelligitur repetita d. ſtipulatio & ea non obſtante nepotes ex filia, auo, eidémque patri prædefuncta, dotem maternam tenentur imputare in legitimam d. aui, & Bert. ſententiam amplectitur Illuſtriſſ. Tuſch. *tom.5. lit. L. concl.205. num.65.* Doctorem verò, qui in terminis contrarium teneat, adhuc vidi neminem. In caſu enim Surdi, in contrarium allegati, filia expreſsè ſtipulationem circa reſtitutionem dotis faciendam interpoſuerat. Hæc omnia confirmantur, quòd promiſſio de reſtituendo eſt generaliter facta in caſum reſtitutionis, quo caſu etſi pater nominatim ſtipulatus fuiſſet dotem filiæ reddi, non videtur derogatum conſuetudini, ſed in ſtipulatione ea intelligitur reſeruata, *argum. l. quod ſi nolit, §. quia aſsidua, ff. de adilit. edic.* & ideo filij qui ex vi conſuetudinis habuerunt d. dotem, tenentur eam imputare tanquam ex hæreditate aui, ita in terminis Bertrand. *conſil.255. num.6. lib.3. poſt.*

Nec obſtant ea quæ in contrarium adducta fue- 12
runt: nam quod ex Caſtrenſ. *conſil.170.* dicitur, ſtipulationem cenſeri repetitam in hoc vltimo cap. ne verbum quidem ea de re, Caſtrenſ. ſolùm hoc ait, in inſtrumento depoſiti ſuper quo conſulit, contineri ſtipulationem, vt puta (ſunt ipſius verba) quia Notarij ſolent, vt plurimum, in ſuis inſtrumentis apponere, iuxta notata per Batt. *in l.2. in fin. C. de condic. ob cauſ.* qui nihil aliud contendit, quàm in omni publico inſtrumento Notarios opponere ſtipulationem, ideò raro reperiri contractum innominatum probari per publicum inſtrumentum. Sed quod præſumatur ſtipulatio ſi interpoſita non ſit, ne verbum quidem. Sed demus præſumi ſtipulationem ex verbo, *promittens*, à quo cenſeatur interpoſita, illud eſt quod quæritur, & planè ex rationibus ſuprà poſitis, potius ab iis omnibus, quorum intereſt, debet præſumi interpoſita, vt ſcilicet cenſeatur ſecundùm iuris diſpoſitionem, & vnicuique promiſſio in caſum in quem vnicuique de iure vel de conſuetudine reſtituenda eſt, facta, præſertim cùm omnes, quorum intererat, præſentes erant, quod eruditè aduertens Bertrand. *d. conſil.138.* non eſſe faciendam repetitionem præcedentis ſtipulationis: ſed promiſſionem, vt ſuprà diximus, intelligendam reſpondet, & quæ de repetitione ſtipulationis præcedentis dicuntur, quæ tamen nullo iure probantur, ſi quo caſu procederent, ea tantùm haberent locum, quando nulla alia eſſet perſona præſens, cui acquiri poſſet, cuique reſtitutio ſoli de iure facienda eſſet, vt ſi mulier dotem conſtituiſſet, & res ſolùm inter maritum & ſocerum ac mulierem ageretur: Sed in caſu noſtro adeſt pater, cuius intereſt, imò ipſius magis quàm filiæ: nam de iure vno ſolo caſu filiæ erat reſtituenda dos, nempe ſi patri ſuperuiueret, at ſi præmoreretur ſine liberis, patri erat reſtituenda, quod ſi cum liberis, ad eos quidem ex vi conſuetudinis pertinet, ſed in effectu perinde eſt, ac ſi ad patrem rediret, quia nepotes tenentur eam in legitimam imputare, eóque modo pater liberatur ab onere legitimam rurſus præſtandi,

quæ

quæ maximè procedere debent hoc caſu, propter ea verba, *vel ei cui de iure*, quæ ad omnes, quorum intereſt, referri debent, & eos amplecti.

Quoad verò verba, *vt ſupra*, quæ dicuntur inducere repetitionem præcedentis ſtipulationis, ex Caſtrenſ. & Bart. locis ſuprà cit. 13 ne verbum quidem ea de re, & præterea inutiliter vis fit in dictis verbis, cùm ea non adſint in capite reſtituendæ dotis, ſed in præcedenti, quæ propterea ad primum caput referuntur: ſunt enim tria capita: Primum quo pater promittit dotem filiæ & pro ea marito ſtipulantibus: Secundum quo ſocer & maritus recognoſcunt dotem filiæ ſtipulanti, etiam vt ſuprà, ei enim debuit recognoſci cuius erat pendente matrimonio, & vno caſu, nempe ſi ſuperuiueret, omni tempore: Tertium circa promiſſionem reſtituendæ dotis, quæ nulla ſtipulatione interueniente cenſetur facta iis omnibus, quorum de iure vel conſuetudine intereſt, & ſic patri, filiæ, & liberis, vnicuique ſuo caſu, vt ſuprà edoctum fuit.

13 Supereſt vt Surdi *conſ.* 206. ſatiſfaciamus: Primò igitur reſpondemus, Surd. tenere contra opinionem Bartol. eámque communem, non mirum ſi quando promiſſio facta ex filiæ vel ei & eis quibus de iure, exiſtimet nepotes in legitimam imputare non debere.

Secundò reſpondetur, Surdum moueri rationibus in ſuo caſu militantibus ad ita conſulendum, quæ in noſtro ceſſant, tres enim rationes affert decidendi *n.* 8. *& ſeqq.* Prima, quia, vt exiſtimat, nepotes habuerunt dotem non ex ſubſtantia aui, ſed ex ſubſtantia matris. Ea ratio eſt falſa, quatenus verſaremur in quæſtione generali, an nepotes imputent, nec ne, & eſt de directo contra opinionem Bartol. & communem, morte enim filiæ prædefunctæ dos redire debet, vel ad patrem vel ad liberos vi conſuetudinis, contra iuris diſpoſitionem, quo omni caſu ad patrem, prædefuncta filia, redire debebat, & per alias rationes à Bart. allatas, quibus communiter in iudicando & conſulendo ipſius ſententia recepta fuit, & planè in hac ratione Surd. non facit vim, ſed in duabus ſeqq. quæ niſi adeſſent, contrarium reſpondiſſet, quia, vt inquit *num.* 16. *in fin.* difficile iudices recederent à ſententiis communiter receptis.

Secunda ratio, qua mouetur, eſt, quia nepos, qui prætendebat dotem non imputare in legitimam, fuerat inſtitutus hæres vniuerſalis in omnibus bonis aui, nam, vt inquit, imputatio habet locum, quando filio eſt quid minus legitima relictum, & tendit imputatio ad ſupplendum id quod deficit ad integram legitimam, *l. ſi non mortis, in princ. ff. de inoffic. teſtam.* ſed vbi is, cui legitima debetur eſt inſtitutus, & ex inſtitutione capit quantum importat ſua legitima, tunc non eſt tractandum de imputatione, Caſtrenſ. *conſ.* 145. *col.* 1 *vol.* 1. & alios prout filios, per ipſum Surd. *num.* 9. quæ ratio ceſſat in caſu noſtro in quo neptis, non eſt hæres vniuerſalis inſtituta, imò parum admodum ei relictum, ideóque agit ad legitimam, cui opponitur imputatio per ipſam de dote materna facienda.

Tertia, & postrema ratio, qua mouetur, eſt, quia filia expreſsè ſtipulata fuerat, præſente & conſentiente patre, dotem ſibi reddi, & ſic eam ex contractu inter viuos pro ſe & hæredibus ſuis acquiſiuit, quam rationem deducit *num.* 10. & fuſe proſequitur *n.* 17. *& ſeqq.* quæ ſtipulatio expreſsè à filia interpoſita in hoc caſu non fuit.

Et præter has rationes ſubiungit circumſtantias maximi momenti, ad confirmandam ſuam ſententiam, quæ etiam hîc ceſſant, nempe quod pater mortua filia egerit ad reſtitutionem dotis faciendam nepoti, vti hæredi matris, & ita declarauerit per hunc actum quid partes ſenſerint tempore promiſſarum dotium, quando paſſus eſt Catharinam ſtipulari ſibi aut illi vel illis, vt latè proſequitur *n.* 27.

Nec d. Surd. reſpondet conſ. Bertrand. 138. ſed tantùm *d. conſil.* 255. *lib.* 3. ex quo probabatur, quod quando promiſſio eſt facta generaliter in caſum reſtitutionis, non excluditur conſuetudo. Quæ ratio, quia ſtipulatio eſt ita generaliter concepta, ſolet afferri ad confirmationem ſupradictorum. Quæ ratio etſi non eſſet vera, non propterea minus ſtarent ſupradicta de per ſe: ſed certè vera eſt, vt patet ex doctrinis per Bertrand. allegatis: ſed reſponſio ad conſil. Bertrand. qua potiſſimum nititur, de qua *num.* 35. *verſ. ſecunda quoque eſt*, quia filia in ſuo caſu expreſsè ſtipulata fuerat ſibi, vel ei cui de iure, quod non erat in caſu Bert. 138. quod tamen non fecit, & extra terminos Bert. *in d. conſ.* 138. & noſtros omnino verſatur, maior abſque dubio eſt notoria authoritas Bertrand. quem ſequitur Illuſt. Tuſch. quàm Surdi.

ARGVMENTVM.

De præſcribenda ſeruitute paſcendi pecoris.

SVMMARIVM.

1 *Seruitus paſcendi pecoris requirit immemorialem.*
2 *Eſt diſcontinua & requirit ad minus centenariam.*
3 *Sufficiunt tamen decem, quando quotannis ſoluitur certum quid.*
4 *Requiſita ad probationem immemorialis.*
5 *Stantibus duabus poſſeſſionibus contrariis, quæ præferenda ſit.*
6 *Poſſeſſio cum titulo præfertur ei, quæ nullum habet.*
7 *An poſſeſſorium cum petitorio cumulari poſſit.*

CONSILIVM CLV.

1 IN lite, quæ vertitur inter aliquos particulares loci da Roſſato contra Communitatem Valriaci in Comitatu Venaiſſino ſuper iure depaſcendi animalia ſua in territorio d. Valriaci ex eo quod aliqua prædia poſſidet in eodem, hoc præmittendum eſt, ſtatuto Comitatus 166. certam formam eſſe præſcriptam, iis qui animalia & pecora ſua in aliquo territorio depaſcere volunt, ut minimum nemini ea poſſe depaſcere, quantumuis in territorio bona poſſideas, niſi qui domum propriam vel conductam in d. loco habeat, in qua vel ipſe vel famulus per ipſum deputandus habitet continuo & excubias nocturnas & diurnas faciat, & in omnibus oneribus & ſubſidiis contribuat: quo ſtante ſi nihil aliud pro parte dictorum particularium proponeretur, certum eſt dictos particulares non poſſe depaſcere animalia ſua in d. territorio, cum nullam domum per ſe, vel famulos habitatam in d. loco habeant, nec vnquam vigilias, excubias, aut cuſtodiam modo præfixo per ſtatutum fecerint, neque facere potuerint, cùm neque ipſi, neque famuli eo modo quo præſcribitur per d. ſtatutum, habitauerint: nec obſtat ii di-

Digitized by Google

eatur eos quandoque Conductorib. capitationis, ſeu Capag. ſoluiſſe, id enim clandeſtine per ipſos dictis Conductoribus factum fuit, abſque eo quod in rotulo per Communitatem dato fuiſſent deſcripti, nec quod inter Conductores & ipſos inſcia Communitate actum fuit, illi nocere debet, præſertim quod non ſola præſtatio onerum, ſed continua habitatio dat facultatem animalia depaſcendi ex d. ſtatuto.

Regula igitur eſt pro d. Communitate Valriaci, ita vt dd. particulares aliunde debeant probare ius ſuum,
1 & cùm titulo careant, imò lex & ſtatutum ipſis contradicat, non poterunt illud ius acquirere niſi per poſſeſſionem tanti temporis cuius initij non extet memoria, *l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aqua, quotid. & æſti.* Cæpol. *de ſeruit. ru. paſcen. cap. 9. verſ. ſed dubium.* Dec. *conſil. 483. num. 26. & in l. ſi certis annis, C. de pactis.* Chaſſan. *in conſuet. Burgund. rubr. 13. §. 2. in verſ. vſage des boys.* Mynſing. *obſeru. lib. 4. obſeruat. 53.* Imbert. *in enchirid. in ver. ſeruitutes.* Papon *in collat. arreſt. lib. 14. tit. 1. arreſt. 4. & 5. & ſeqq.* nec recipitur diſtinctio, quam aliqui faciunt, an continuo paſcere liceat in alieno an certis diebus in hebdomada, ſublata
2 enim illa differentia, ſeruitus paſcendi pecoris omni caſu cenſetur diſcontinua, ita vt non acquiratur mi-
3 nori tempore quàm centum annorum ſpatio, Chaſſan. *ibi, § 5. num. 16.* Ferrer. *ad Guid. quæſt. 573.* aliud eſſet ſi certum quid quotannis pro iure depaſcendi ſolueretur, quia tunc decem annis præſcriberetur, Chaſſan. *d. rubr. 13. §. 5. in verb. ou payer redeuance.* Imbert. & Papon locis ſuprà cit. Guid. Pap. *d. quæſt. 573.* ſed in caſu in quo verſamur, huiuſmodi diſtinctio abſque dubio reijcienda eſt, quia dicti particulares ratione ſuorum prædiorum prætendunt hoc ius depaſcendi, & cum non ſeruauerint formam à d. ſtatuto præſcriptam, & habeant d. ſtatutum repugnans, ſunt in mala fide, *cap. qui contra 82. de reg. iur. in 6. cap. non ſatis de ſimon. cap. 2. de reb. Eccleſ. non alien.* non exiſtimamus au-
4 tem pro parte dictorum particularium legitimè probatam immemorialem per teſtes, multa enim requiruntur vt legitimè ſit probata, & inter alia, vt teſtes ſint ad minus 54. annorum, & quod de vſu de 40. annis teſtificentur. Secundò, quod teſtes neceſſario dicant, communem eſſe opinionem, quod de contrario vſu non exiſtat memoria: Tertiò, quòd teſtes ita ſemper viderint & audiuerint à ſuis maioribus: Quartò, quod numquam fuerit obſeruatum contrarium, de quibus requiſitis gloſ. *in verſ. memoria, ca. de præſcript. in 6.* & ibi DD. Didac. *ad cap. poſſeſſor, de reg. iur. in 6. 2. par. §. 3. num. 7.* Mynſing. *cent. 1. obſeruat. 30.* qui multos alios refert, Gabriel. *de præſcript. concluſ. 1. lib. 5.* & omnia requiſita in vnoquoque teſte debent eſſe, nec dictum vnius poteſt per alium iuuari, vt ſæpiſſimè per Rot. deciſum fuit: Non poſſumus quidem ſigillatim defectus circa depoſitiones ſingulorum teſtium demonſtrare, quia atteſtationes non vidimus, ſed ex vno ſolo corruunt, quia, inter alia requiſita hoc debet eſſe, vt numquam fuerit factum contrarium; gloſ. *in cap. 1.* Mynſing. *d. obſeruat. 30.* Ferrer. ad Guid. *quæſt. 357.* at verò & per teſtes, & per acta probatum fuit, contrarium fuiſſe factum, nimirum pleroſque qui inuenti fuerunt depaſcere animalia ſua mulctatos fuiſſe, & eam pœnam incurriſſe quam incurrere ſolent ij, quibus depaſcendi non habent. Ex quibus concluditur dictos particulares omni iure carere, & condemnandos fore.

Sed forſan ex aduerſo inſtabitur, actum eſſe poſſeſſorio, ſuperius verò dicta reſpicere petitorium, & ſat eſſe pro parte dictorum particularium, probatum eos eſſe in poſſeſſione paſcendi, vt in ea manuteneri debeant. Ad hoc reſpondeo primò, quatenus probaſſent poſſeſſionem, eam eſſe clandeſtinam, cùm contraria poſſeſſio pro parte Communitatis probata ſit, & nominatim quod quoties inuenta fuerunt animalia dictorum de Roſſeto depaſcentia in d. territorio Valriaci, fuerunt pignorata & mulcta impoſita, quod cum domini eorumdem paſſi fuerint, nec reclamauerint, non poſſunt prætendere ſe eſſe in poſſeſſione depa-
ſcendi, & quatenus eſſent, poſſeſſio per Communita- 5
tem probata, illi præferenda eſſet, etſi iunior forſan eſſet, Menoch. *de retinen. poſſeſſor. remed. 3. numer. 726.*

Secundo reſpondeo, poſſeſſionem Communitatis præferendam eſſe, abſque dubio, poſſeſſioni dictorum de Roſſeto, quia poſito, citra præiudicium veritatis, probationes omnes in omnibus æquales eſſe, cùm tamen poſſeſſio d. Communitatis habeat titulum, ſci- 6
licet d. ſtatutum cui innititur, dictorum verò de Roſſeto tantum abeſt vt habeat titulum, quin potius pugnet cum d. ſtatuto, & illi contraria ſit, præferenda eſt, quod in fortioribus terminis docet Menoch. *d. remed. 3. num. 727.* poſt Bald. *in l. data opera, num. 68. C. de his qui accuſ. non poſſ.* Alex. Dec. & alios, per ipſum allegatos, nimirum vt data æqualitate probationis, iunior poſſeſſio, habens antiquiorem titulum, præferatur antiquiori poſſeſſioni; quanto magis hoc caſu quo poſſeſſio Communitatis antiquior præſupponitur, & titulum habet, alia verò, titulo omnino deficit.

Poſtremò reſpondetur, quod in illa admodum
controuerſa quæſtione, an poſſeſſorium cum petito- 7
rio cumulari poſſit in interdicto retinendæ, etſi magis communis, ciuilis tamen, videatur eſſe, vt non poſſit, ita vt agenti interdicto retinendæ non poſſit opponi exceptio dominij etiam in continenti probanda per teſtes vel inſtrumentum, Maſcard. *concluſ. 687.* tamen Canoniſtæ paſſim & communiter tenent eam obijci poſſe, vt per Io. Andr. & omnes *in cap. paſtoralis de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* quod fatetur Maſcar. *d. loco, num. 16.* in interdicto recuperandæ: quod ſi in eo, multo magis in interdicto retinendæ, Rube. *in repetit. l. naturaliter, §. nihil commune, num. 175. ff. de acquir. poſſeſſ.* & poſt eum idem Maſcard. *d. loco, num. 13.* ſed vtcumque ſit, poſito, opinionem Bart. *in d. §. nihil commune num. 1.* quem ſequitur Maſcard. *d. loco, num. 11.* vt ſcilicet d. exceptio dominij in continenti probanda nihil iuuet in interdicto retinendæ, eſſe veriorem, quódque vellemus eam ſequi, ea tantùm procedit in rebus corporalibus, ſecus eſt in incorporalibus, in quibus petitorium & poſſeſſorium cumulari poſſunt, vt in terminis docet Soẽin. *in reg. iur. l. reg. 19. in i. fallen.* Illoſt. Tuſch. *præct. concl. ro. 6. lit. P. concl. 450. n. 9.* in quo caſu nos verſamur, ius enim depaſcendi eſſe incorporale manifeſtiſſimum eſt.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Diuiſio futuræ ſucceſſionis an valeat.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de diuidenda hæreditate viuentis reprobatum eſt.*
2 *Niſi fiat de conſenſu illius.*
3 *Qui ſufficit etiam ex poſtfacto.*
4 *Vbi requiritur conſenſus, pro intereſſe conſentire debentis, ſufficit illum præſtare ex interuallo.*
5 *Sufficitque huiuſmodi conſenſum probari per duos teſtes.*

CONSILIVM CLVI.

CONVENTIO mutua inter D. Bartol. Saluatoris, Iurium doctorem, & dominum Raimundum de Pomerio, & Bartho. Berard, de hoc an. 1614. & 9. Ianuarij, ſuper bonis & hæreditate futura Ludouicæ Berard vxoris d. domini Saluatoris, ac materteræ & amitæ reſpectiuè dictorum de Pomerio & Berard, inter ipſos modis & formis, in ea contentis, diuidenda, inita, quemadmodum & diuiſio in executionem illius ſequuta 21. dicti menſis & anni, valida & legitima eſt, ac propterea d. Mont ceſſionarius fiſci quaſi dicta bona & hæreditas fiſco deuoluta eſſent, a petitione ſua repellendus eſt, & illi perpetuum
1 ſilentium imponendum, quia etſi huiuſmodi pactiones de bonis & hæreditate viuentis, tanquam contra bonos mores prohibitæ ſint, *l. fin. C. de pact. l. ſi quis mihi bona, §. ſed verum cum §. ſeq. ff. de acquir. hæred.* & huiuſmodi bona & hæreditas, ſi ad ipſos deuoluantur ad ipſum ſpectent, *l. 2. §. fin. ff. de his qui vt indig. l. quidam, in fin. cum l. ſequenti, ff. de donat.*
2 tamen quando ille, de cuius hæreditate agitur, conſentit, & in eo conſenſu vſque ad mortem perſeuerat, valida eſt conuentio, *dict. l. fin.* ratio eſt, ſecundum Bald. ibid. quem ſequitur Cagnol. *num. 64.* quia tunc conſentiens videtur approbare paciſcentes, pro bonis & legalibus, quo caſu ceſſat ſiniſtra ſuſpicio voti captandæ mortis; lex enim conijectat & exiſtimat conſentientem non fuiſſe adhibiturum conſenſum, niſi paciſcentes tales cognouiſſet, in quibus veriſimiliter confidere potuiſſet, ita quod ceſſat periculum inſidiarum eius vitæ, & ſequuntur communiter ſcribentes *in d. l. fin.* vt per Riminal. *ibi, in 2. not.* Iacob. Dec. *col. 2.* congerentes quædam ſimilia alia quæ adduci poſſent, de quibus per DD. *in l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact. & in cap. ſi diligenti, de for. compe.* ceſſat enim alia ratio *in fi. d. l. fin.* per Imperatorem aſſignata, cum ille, de cuius bonis agitur, conſentit; Quæ adeo vera ſunt, 3
vt etſi conſenſus non fuerit adhibitus, tempore initi pacti, ſufficiat tamen ſi ex poſtfacto ſuperueniat, vt in terminis docent Bald. *in d. l. fin. num. 22. in fin.* Salicet. *num. 1.* Dec. *num. 13. circa fi.* Cagnol. *num. 65.* Alex. *conſil. 113. n. 18. lib. 7.* Viu. *opin. 578.* & communiter ſcribentes, Illuſtr. Tuſch. *tom. 6. lit. P. concluſ. 14. num. 83.* *per vulgarem regulam, l. fin. C. ad Macedon. & cap. ratihabitionem de reg. iur. in 6.* Aretin. quidem quem pauci ſequuti ſunt contrarium exiſtimauit, conſenſum ſcilicet à Principe requiri, ſed Baldi ſententia verior eſt & communis, quia vbicumque conſenſus requiritur 4
pro intereſſe ipſius debentis conſentire, prout in caſu *d. l. fin.* ſufficit ex interuallo illum præſtari & adhiberi; etiam ſi actus præcedens ſit nullus ipſo iure, dummodo approbatio illius dependeat à poteſtate conſentientis, vt fusè docet Cagnol. *in dict. d. l. fin. num. 65. verſ. non recedo, & num. 66.* ſufficitque dictum con- 5
ſenſum probari per duos teſtes, quia in modo ineundi & adhibendi ſapit diſpoſitionem inter viuos, ergo per duos teſtes probari poterit, *per vulga. reg. l. vbi numerus, ff. de teſti.* & in terminis docet Cagn. *d. l. fin. n. 68.*

ARGVMENTVM.

Alimenta ex contractu debita, quomodo taxari debeant.

SVMMARIVM.

1 *Commiſſum arbitrio alicuius, intelligitur iuxta arbitrium boni viri.*
2 *Et iuxta regulas iuris communis.*
3 *Arbitrium iuri & æquitati conforme eſſe debet.*
4 *Alimenta taxanda ſunt pro modo facultatum, & iuxta quantitatem redituum.*
5 *Proprietas magni valoris, & modici fructus, non poteſt vendi, vt ex pretio præſtentur alimenta.*
6 *Si vno anno nihil ex fructibus percipiatur, nihil debebitur pro alimentis.*
7 *In alimentis, deducto ære alieno, ita diſtribuendi ſunt fructus, vt filij matri præferantur.*
8 *Legitima filiorum detrahenda eſt ante alimenta.*
9 *Legitima eſt quaſi debitum.*
10 *Alimenta taxanda ſunt iuxta qualitatem perſonæ cui debentur.*
11 *Contractus interpretandus eſt iuxta conſuetudinem loci.*
12 *Quando alimenta debentur ab homine, alimentarius non poteſt cogi ea ſumere in domo hæredis.*

CONSILIVM CLVII.

NOBILIS quondam Carolus de Fortias, Capitaneus, dum viueret, Caſtri & loci pontis Sorgiæ, in contractu matrimonij inter ipſum & dominam Ioannam de la Sala, de anno 1557. & menſe Februarij initi, promiſit, & in eo conuentum fuit, vt hæredes dicti domini de Fortias, teneantur alimenta præſtare dict. dominæ quamdiu vitam vidualem duceret, & id honeſtè, ſecundùm honeſtatem, & qualitatem dictorum coniugum, ad arbitrium & cognitionem quatuor propinquorum, ſcilicet duorum ex qualibet parte: Nunc quæritur quomodo dicta alimenta ſint taxanda, præſertim quod ex contractu

debeantur, & non ſint relicta in vltima voluntate, &
cùm certa ſumma non fuerit promiſſa, ſed ſolùm ſe-
cundùm ſtatum & qualitatem dictorum, coniugum
ad arbitriũ & cognitionem propinquorum, exiſtimo
ea eſſe taxanda ſecundum formam à iure præſcriptam,
tum quod vult præſtari, ſecundùm ſtatum & qualita-
tem coniugum, tum quod arbitrio & cognitioni pro-
pinquorum huiuſmodi taxatio remiſſa ſit, arbitrium
enim & cognitio huiuſmodi, ſecundum iuris diſpoſi-
1 tionem regulari debent: quoties enim arbitrio alicu-
ius quid committitur, intelligitur de arbitrio boni
viri, Oldr. *conſ. 254. in fin. verſ. atque omnia*, Rom. *conſ.*
2 *55. circa med. & conſil. 228. num. 11. in fin.* vbi Apoſtill.
& vbicumque aliquid committitur, per verba deno-
tantia arbitrium boni viri, ille tenetur ſeruare omnes
regulas iuris communis, Alexand. *conſil. 33. num. 3. lib. 1.*
Socin. iun. *conſil. 49. num. 16. lib. 2.* & nedum regulas iu-
ris communis in illa materia, ſed adhibita diligenti in-
quiſitione, debet terminare ſecundùm naturam ne-
gotij commiſſi, & qualitatem perſonarum, Menoch.
3 *conſil. 69. num. 4. & 5.* & debet regulari dictum arbi-
trium, vt ſit conforme iuri & æquitati, Apoſtil. ad
Rom. *conſ. 376. num. 7. in ver. ordinaria.* Alex. *conſil. 129.*
num. 2. lib. 2. At verò cùm agitur de alimentorum ta-
xatione, & quæ quantáque illa taxanda ſint liquida-
tione, oportet Iudicem ad tria potiſſimum animad-
4 uertere, eorúmque rationem habere: primùm vt ea
præſtanda ſint pro modo facultatum, *l. pen. ff. de ali. &*
ciba. lega. facultatum, inquam, vt non habeatur ra-
tio ad proprietatem vel valorem illius, quódve illa
vendi debeat, ſed tantùm redituum, ita vt ſecun-
dum quantitatem fructuum ſolum ea taxari debeant,
l. Imperator. & ibi notant DD. *ff. ad Trebell. l. qui ba-*
nis ſuis. & ibi Angel. *ff. de reſt. bono. l. ius alimentorum*
in princ. ff. vbi pupill. educa. debe. & notat Bartol. *in*
d. l. penult. ff. de ali. & ciba. lega, Pao. & Alex. *in leg.*
maritum, in fin. ff. ſolut. matrim. Alexand. *conſ. 100. num.*
5 *7. lib. 1. & conſ. 72. num. 7. lib. 5.* fuſiſſimè Surd. *de ali-*
men. tit. 4. quæſt. 9. num. 1. ita vt ſi in patrimonio eſſet
proprietas alicuius rei magni valoris, & modici fru-
ctus, non poteſt hæres ponere manum ad illam, vt ex
pretio præſter alimenta, *dict. l. Imperator, ff. ad Tre-*
bell. d. l. pen. & d. l. qui bonis. & Angel. *in dict. l. Im-*
perator. tradit ſe, cum Baldo, ſecundùm eam ſenten-
tiam conſuluiſſe; idem quoque conſuluit Alexand.
d. conſ. 72. num. 7. lib. 5. & paſſim eam ſententiam ſe-
quuntur DD. vt docet Surd. dict. loco. quæ adeò ve-
6 ra ſunt, vt ſi vno anno ex fructibus nihil perciperé-
tur, nihil eſſet præſtandum pro alimentis, Cuman.
conſ. 30. num. 4. quod verum eſt, niſi certa quanti-
tas bladi, frumenti & aliarum rerum quæ neceſſa-
riæ ſunt pro alimentis, relicta eſſet, quia nihilo-
minus, ſi deductis oneribus & ſalariis nihil ſuper-
ſit, hæres non cogetur alimenta eo modo taxata,
præſtare, Caſtrenſ. *conſil. 400. in 2. du. vol. 1.* Surd.
d. quæſt.

7 Alterum eſt, vt in primis deducto ære alieno ex *l.*
ſi vniuerſi, Cod. de lega. & l. vſuſfructu bonorum, §. de le-
ga. ff. ad leg. Falcid. fructus ita diſtribuantur, vt fi-
lij matri præferantur, illiſque integra alimenta præ-
ſtentur, & hæredis potiſſimum habeatur ratio, de eo
verò quod ſupereſt matri, ſi ei alimenta præſtanda
ſint, vt in terminis docent Barba. *conſ. 63. col. 5. verſ.*
capio ſecundum, vol. 2. Socin. iun. *conſ. 97. in fin. vol.*
8 *1.* & Natta *conſ. 387. num. 8.* & nominatim legitimam
filiorum detrahendam eſſe docent, idem Barba. *dict.*
conſ. 63. num. 5. & Socin. iun. *d. conſ. 97. num. 24.* nec
mirum tum per rationes dict. Barba. & Socin. allatas,
ne hîc eas tranſcribam, tum quod legitima quaſi de-
bitum cenſetur *l. Papinianus, §. 15. ſi quis impubes, ff. de*
inoffic. teſtam. quod ſi contrarium aſſereremus, ma- 9
gna exſurgeret iniquitas, hæres enim teneretur ſolue-
re legitimam fratribus, & interim ex cauſa illius ali-
menta præſtare, & nihilominus matri alimenta præ-
ſtare computatis legitimis, & ſic pro eadem re, hoc
eſt. legitima fratrum, duplici onere grauaretur, illius
ſcilicet legitimæ ratione, alimenta & fratribus & ma-
tri præſtando, quod eſſet contra omnem rationem &
æquitatem.

Poſtremum, conſiderandum eſt huiuſmodi ali- 10
menta taxanda eſſe ſecundùm dignitatem & quali-
tatem perſonæ cui debentur, *l. ſi cui de annu. legat. l.*
mella. l. pen. ff. de ali. & ciba. legat. & probat *leg. ſator*
ſecundum dignitatem, in princ. ff. de admi. tuto. leg. 1. §.
mulier, l. habitatio, ff. de vent. in poſſeſſ. mitten. l. ſed et ſi
quid § ſufficienter, ff. de vſufruct. Surd. *tit. 4. quæſt. 18.*
multos referens, quemadmodum & hoc diſertè con-
ſtat in dict. contractu matrimonij, & ſecundum con-
ſuetudinem loci & perſonarum ſimilium, quibus de
d. tempore debebantur alimenta, contractus enim 11
interpretandus eſt ſecundùm loci conſuetudinem,
Afflict. *deciſ. 226. num. 4.* facit *l. 17. §. placuit, ff. de*
aqua plu. & conuentus ex contractu, iudicatur ſe-
cundum ſtatuta & conſuetudinem loci, Bartol. *in au-*
thent. vt omnes obediant: quod rationi eſt maximè
conſentaneum, neque enim veriſimile eſt, contra-
hentes voluiſſe aliter alimenta deberi, quam ſimi-
lis conditionis perſonæ ſolebant habere, imò veriſi-
mile eſt, talia cenſeri promiſſa, qualia ſimilibus per-
ſonis de dict. tempore ſolebant taxari. Hæc verò
omnia militant in noſtro caſu; fructus enim & red-
ditus hæreditatis, deductis legitimis & oneribus pau-
ci ſunt, & eorum habita ratione non poſſunt du-
centæ libræ annuæ taxari pro alimentis dict. domi-
næ, quinimò probatum fuit, multorum annorum
ſpatio maiorem partem redditnum ex penſionibus
& debitis domus Ciuitatis Parrieu. prouenientium
inexactam & ferè deperditam fuiſſe, quod exigi
non potuerit, ita vt dict. domino de Fortia, ex arre-
ragiis dictorum reddituum debeantur vltra trigin-
ta mille libras, ita vt durante ſpatio dictorum anno-
rum, arreragia dict. dominæ debita, videantur non
debere ſolui, niſi ex dictis arreragiis quando ſoluen-
tur. Probatum quoque extitit de dict. tempore, ſi-
milibus perſonis, imò ditioribus, alimenta non fuiſ-
ſe taxata ad ducentas libras: & quod plus eſt, dict.
domina filiabus ſuis, cum matrimonio collocaban-
tur, maiorem ſummam non curauit promitti pro
alimentis, & tamen ea erant cariora de dict. tem-
pore, quam de tempore contractus matrimonij dict.
dominæ de la Sala, & præterea amplior dos dictis
filiabus, quàm ſibi conſtituta erat, & non videtur
rationabile, vt dict. domina maiora ſibi prætten-
dat deberi alimenta, quàm quæ propriis filiabus iu-
dicauit conuenientia, ex quibus non videtur Iudi-
cem debere taxare dicta alimenta vltra ducentas
libras

Quæ confirmantur & clariora redduntur, ex cir-
cumſtantiis, in hoc caſu concurrentibus: Prima, quia
dict. domina de la Sale diues eſt, diuiti autem
non ſolent ita alimenta ampla taxari ac pau-
peri.

Secunda, quia vltra dotem, augmentum, & ioca-
lia, quæ lucrata ſunt, legata fuerunt dict. dominæ mil-
le ſcuta per dict. quondam Carolum, quorum abſ-
que dubio eſt habenda ratio in taxatione alimen-
torum.

Tertia, quia non eſt veriſimile, d. Carolum tanta
voluiſ-

voluiſſe præſtari alimenta vxori alioquin diuiti, præſertim ex ſuo beneficio, vt non ſupereſſent fructus, quibus honeſtè, & ſecundùm qualitatem, & dignatatem domus ipſius, filius & hæres viuere poſſet.

Poſtrema, quia d. dominus de Fortia, ſæpe obtulit & etiam nunc offert d. dominæ vt viuat ſecum & in menſa ſua, quo caſu non multum expendet pro alimentorum præſtatione, cum tunc vna pediſſequa dictæ dominæ ſufficiat, & eius perſonæ curam habeat, & parum augebitur expenſa quam ſolet facere dict. do-
12 minus de Fortia: quamuis enim quando alimenta ab homine, & non ex diſpoſitione legis, debentur, alimentarius non poſſit cogi in domo hæredis ea accipere, ex *l. 4. in fin. ff. de alim. & ciba. lega.* tamen hoc caſu videtur contrarium ſtatuendum, ex traditis per Menoc. *de arbitrar. caſu* 168. *num.* 12. *& caſu* 170. *num.* 8. præſertim quod dict. domina moratur in eadem domo, ex quo non debet recuſare viuere cum hærede, & quomodocumque ſit; certum eſt habendam eſſe rationem eius, quod minus expenderet hæres, ſi ipſa ſecum alimenta ſumeret, nec, cum damno illius, votis delicatis d. dominæ, ſeparatim viuere volentis, indulgeri debet, maximè cùm redditus habeat ex ſuo plusquam ſufficientiſſimos, vt ſibi ſubminiſtret ea, quæ ſibi ſeparatim viuenti ſunt neceſſaria.

ARGVMENTVM.

An nepos concurrat cum patruo in ſubſtitutione aſcendentis.

SVMMARIVM.

1 *Vocatus per dictiones* (alios) *&* (eos) *dicitur vocatus nomine proprio.*
2 *Dictio,* (ſuperuiuentem) *idem operatur.*
3 *Dictio* (ſuos) *eſt collectiua plurium graduum & perſonarum.*
4 *Nomine proprio vocatus, cæteris præfertur.*
5 *Subſtitutus à teſtatore præfertur ei, qui venit ex repræſentatione.*
6 *Quando plures ſunt vocati, & ſubſtituti ſub nomine proprio, dicuntur inuicem à teſtatore ſubſtituti.*
7 *Dictio,* (ſuperuiuentem) *idem operatur, quod clauſula,* (ſalua gradus prærogatiua.)
8 *Clauſula,* (ſalua gradus prærogatiua) *tollit repræſentationem.*
9 *Frater vtrimque coniunctus, alios excludit in ſucceſſione ab inteſtato.*
10 *Quando nepos non concurrit, cum patruo ab inteſtato, non concurrit in fideicommiſſo.*
11 *In dubio contra repræſentationem.*
12 *Quando vxor de fructibus libere diſponere poteſt, legatum vſusfructus, non reducitur ad alimenta.*

CONSILIVM CLVIII.

LAMBERTVS Cartier, loci Paternarum, teſtamento, per ipſum de an. 1508. die Maij condito, inſtituit hæredes ſuos vniuerſales, Gulielmum ex prima vxore, & Ludouicum ac Ioannem, ex ſecunda, Margarita Moyne tunc viuente, eóſque inuicem ſubſtituit ſi ſine liberis decederent, his verbis, *Et cas aduenant qu'vn d'iceux, ſes enfans naturels & legitimes, & de leurs corps & propre matrimoine procreés, & autrement en pupillaire aage, lors & en ce cas ledit teſtateur a ſubſtitué & ſubſtitue au decedant ou decedante, le ſuruiuant ou ſuruiuans d'iceux & les ſiens.* In eodem teſtamento eidem Moyne, vxori, fructus portionum dictorum Ludouici & Ioannis legauit his verbis, *en outre luy a legué tous & chacuns les fruicts, vſufruicts, rentes & reuenus de tous & chacuns les biés qui prouiendront de l'heritage dudit teſtateur, à Louys & Ieau Cartier ſes autres fils, & d'icelle Moyne & coheritiers, cy apres nommés dudit teſtateur, & deſquels fruicts, icelle Moyne pourra faire & vſer à ſa volonté, tant qu'elle Moyne viura en ce monde veſve, ſoubs le nom & titre dudit teſtateur, nourriſſant toutesfois & entretenant bien & honneſtemẽt, & regiſſant leſdits Iean, & Louys Cartier, ſes fils & coheritiers, & auec eux demeurant.* Accidit autem Guillelmum poſt patrem, relicto filio, deceſſiſſe, & poſtea d. Ioannem, ſine liberis; Quæritur iam, an ex vi ſubſtitutionis ſolus Ludouicus, frater vtrimque coniunctus, an & quoq; filius Guillelmi, ſimul cũ d. Ludouico patruo ſuccedat.

Quæſtio generaliter propoſita, an nepos cum patruo in ſubſtitutionibus & fideicommiſſis, ab aſcendentib. factis, ſimul ſuccedat, controuerſa eſt, ſed in caſu propoſito aſſerẽdum eſt, ſolum Ludouicum ſuccedere excluſo nepote, quod vt clariùs innoteſcat, præmittendũ eſt, d. Ludouicum nomine proprio, d. verò nepotem nonniſi appellatiuo, eóq; admodum generico, cenſeri vocatum per hæc verba, *Subſtitue au decedant, ou decedants, le ſuruiuant ou ſuruiuents d'iceux & les ſiens,* nam 1 in dictione, *alios,* reſpondet Menoch. *conſ.* 200. *n.* 2. poſt Alex. Ruin Dec. & Paril. quos refert & ſequitur, ſicut & in dictione, *eos,* vt vocatio dicatur facta, ſub nomine proprio, Ruin. *conſ.* 101. *n.* 9. *verſ. quia autem, lib.* 2. & Cæphal. *conſ.* 16. *n.* 21. *lib.* 1. & Menoc. *d. conſ.* 200. *n.* 3. at verò, in noſtro caſu, dicta dictione, *eorum vel ipſorum,* vtitur: rurſus idem ſuadet dictio, *ſuperuiuentem,* vel *ſuperuiuentes,* 2 quæ ad perſonam ipſorum filiorum refertur, & efficit, vt ea vocatio dicatur ſub nomine proprio facta, Ruin. *conſ.* 169. *n.* 7. *verſ. tertio confirmatur lib.* 2. Dec. *conſ.* 76. *in princ.* Menoc. *d. conſ.* 200. *n.* 4. d. verò nepotem, non niſi nomine appellatiuo, eóque admodum generico, vocatum conſtat, ex eo quod non niſi ſub dictione, *ſuos,* vo- 3 catus eſt, quæ dictio eſt collectiua plurium graduum & perſonarum, Tyber. Decia. *conſil.* 1. *n.* 199. *cum multis ſeqq.* Cancer. *lib.* 1. *variar. reſol. c.* 1. *de ſubſtit. n.* 54.

Hoc ſtante, DD. conueniunt, ſub nomine proprio 4 vocatos, cæteris præferri, vtpote ſingulari nomine & affectione nominatos, & omnium apertius ita reſponderunt, Ruin. *conſil.* 115. *n.* 19. *lib.* 3. Pariſ. *conſ.* 9. *n.* 8. *&* 16. *lib.* 2. Curt. iun. *conſil.* 57. *n.* 4. & Socin. iun. *conſil.* 20. *n.* 8. *lib.* 3. & poſt eos Menoch. *d. conſ.* 200. *n.* 12. quæ ſententia probatur ex *l. cum ita, §. in fideicommiſſo, de legat.* 2. eum inducendo & explicando, vt facit Menoc. *d. conſ.* 200. *num.* 6. *cum ſeqq.* & confirmatur hæc ſententia, quia 5 ſubſtitutus à teſtatore, præfertur ei qui venit ex repræſentatione, quandoquidem ſubſtitutus venit ex expreſſa diſpoſitione, vt re ipſa conſtat, qui verò venit ex repræſentatione, venit ex tacita, cùm ſit ex diſpoſitione legis, quæ tacita dicitur, Dec. *in l. cùm quis, num.* 4. *ff. ſi cer. pet.* & in *l. ſemper in ſtipulationibus, num.* 5. *ff. de regu. iur.* atqui, quando plures ſunt vocati & 6 ſubſtituti, ſub nomine proprio, dicuntur inuicem à teſtatore ſubſtituti, Caſtrenſ. *in dict. l. cum ita, §.*

fideicommiſſo,n.3.& ibi apertiùs Aleiat. *num.4.verſ.quod adeo* ergo ſubſtitutus iſte præfertur illi nepoti, qui ex repræſentatione venit.

Sed in caſu noſtro duo prætereà concurrunt, ex quibus res videtur clara in fauorem d. Ludouici; primum, quia ſubſtituit ſuperuiuentem, vel ſuperuiuentes, quod
7 idem eſt, ac ſi dixiſſet ſe ſubſtituere ſalua gradus prærogatiua, vt reſpondetur Dec. *conſil.* 299. *in fin.* & Parif. *conſil* 37. *num.* 57. *& num.* 80. *lib.* 2. *& conſ.* 62. *num.*
8 4. *lib.* 2. Menoch. *d. conſ.* 200. *num.* 29. cùm autem ſubſtitutio ſit ſalua gradus prærogatiua, filius non ingreditur locum patris, vt Parif. ipſe affirmat & vberius tradit Didac. *lib. pract. quæſt. cap. vlt.* Menoch. *d. loco, num.* 40.

Alterum eſt, quia hic nepos in ſucceſſione ab inteſtato non potuiſſet ſuccedere Ioanni patruo, ſimul cum Ludouico patruo, quia nec Guillelmus pater, ſi ſuperſtes fuiſſet tempore mortis Ioannis, potuiſſet il-
9 li ſuccedere cum fratre Ludouico, imò dict. Ludouicus, tanquam vtrimque coniunctus Ioanni, d. Guillelmum excluſiſſet §. *reliquum, nouell.* 118. *de hæred. ab in-*
10 *teſt. venien. & authen. poſt fratres, C. de legit. hæred.* cum autem nepos non concurreret in ſucceſſione ab inteſtato granari defuncti vnà cum patruo, tunc hi etiam qui in illa generali controuerſa quæſtione pro nepote ſtant, hoc caſu fatentur locum habere Bald. deciſionem *in d. § in fideicomm.* vt nepos non aſſumat locum patris, ac ideò non ſuccedat in fideicommiſſo, & in terminis docent Ruin. *conſ.* 167. *num.* 18. *& conſ.* 169. *n.* 7. *in* 2. & Didac. *pract. quæſt. c.* 38. *n.* 4. & plures alij quos refert & ſequitur Peregrin. *de fideicomm.* x1. *n.* 22. *verſ. cum autem nepos.*

Rationibus verò, quæ contra hanc ſententiam afferri poſſent fusè & ſigillatim, reſpondet Menoch. *d. conſ.* 200. *num.* 44. *cum ſeq.* ne hic eas transcribam, multáſque alias rationes affert contra nepotem pro patruo, quæ huic caſui conuenire poſſunt, penes ipſum videndas. quarum poſtrema eſt, de qua *n.* 41. quod in 11 dubio reſpondendum ſit, non eſſe locum huic repræſentationi, cùm repræſentatio ſit ex iure quodam ſpeciali, ſicut tradunt Iacob. Butr. *in § reliquum, in auth. de hær. qui ab inteſt. venien.* Bart. *in l. poſt conſanguineos, §.* 1. *ff. de ſuis, & legit. hæred.* Caſtrenſ. *in authent. poſt fratres, C. de legit. hæred.*

Ex quibus concluditur, d. Ludouicum ſolum, excluſo nepote ex fratre Guillelmo, ex vi ſubſtitutionis d. Ioanni factæ, ſuccedere poſſe.

Sed iam poſito, & non conceſſo, d. nepotem ſuccedere debere cum Ludouico Patruo, in portione Ioannis, quæritur an d. Moyne dimidiam partem fructuum portionis Ioannis d. nepoti reſtituere debeat, & in redditione rationum adminiſtrationis tutelæ quam fecit, eorum ſit habenda ratio: & paucis reſpondeo, eorum non eſſe habendam rationem, omnéſque fructus portionis d. Ioannis, ad d. Moyne plenè & integrè ex vi d. legati pertinere, & de illis ad libitum facere & diſponere poſſe, quamdiu ipſa viuet, cùm enim d. Moyne poſſit liberè diſponere de dictis fructibus ex ordinatione teſtatoris, legatum vſusfructus non reducitur ad alimenta, Menoch. *de præſump. lib.* 4. 12 *præſumpt.* 139. *num.* 39. ſed totus vſusfructus ad ipſam ſpectat, cum onere tamen alimentandi filios, quo liberata quoad Ioannem defunctum, manent liberi fructus apud ipſam quoad d. Ioannem, cùm, vt iam dixi, dicti fructus ſpectent ad dict. Moyne quamdiu viuet.

ARGVMENTVM.

Hypothecaria quanto tempore præſcribatur.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum impedit præſcriptionem.*
2 *Præſcriptio aduerſus hypothecariam non currit, niſi reuicta, aut lite mota.*
3 *Hypothecaria præſcribitur* 10. *vel* 20. *annis cum titulo, & ſine titulo* 30. *per tertium poſſeſſorem.*
4 *Etiam non diſcuſſis bonis principalis.*
5 *Qui non remouet impedimentum, cum poteſt, non excuſatur.*
6 *Iuramentum non perpetuat, actionem in præiudicium tertij, qui non iurauit.*
7 *Nec alteri prodeſt, aut nocet.*
8 *Nec tranſit ad hæredem quoad vinculum.*
9 *Si tamen hæres incipiat præſcriptionem, eam non impediſſe.*
10 *Ceſſionarius non habet plus iuris, quàm cedens.*
11 *Euictio ceſſat, quando culpa emptoris res euicta eſt.*
12 *Non valenti agere, non currit præſcriptio.*

CONSILIVM CLIX.

ANNO. 1575. & 12. Martij, Franciſca de Damianis & Nicolaus Martio, mater & filius, quaſdam vineas vendiderunt D. Iuſepho de Bonadona ſub pretio conuento, impendendo in ſolutionem debiti dictorum matris & filij, contracti de anno 1574. & 5. Februarij, quod & factum fuit cum ceſſione iurium in fauorem d. de Bonadona: Deinde de anno 1602. & menſe Aprilis, hæredes N. quondam Marci de Fortia, ratione debiti per d. matrem & filium in fauorem d. de Fortia contracti, & antiquioris d. venditione vinearum, hypothecaria contra hæredes domini de Baumetes poſſeſſoris quorumdam bonorum, quæ ad d. matrem & filium pertinuerant, experti fuerunt, tandémque per ſententiam condemnati fuerunt, & tranſactione inter dictos hæredes de Fortia, & de Baumetes, lis ſopita fuit, & mediante ſumma per dictos hæredes de Baumetes ſoluta, hæredes dicti de Fortia, illis actiones & iura ſua remiſerunt & ceſſerunt; in vim cuius tranſactionis dicti hæredes d. domini de Baumetes, vt ceſſionarij prædicti, præceptum fieri curarunt d. domini de Bonadona, de indicando bona non alienata, alioqui ad videndum laxari regreſſum contra ipſum, & literæ executæ fuerunt 25. Februarij 1615. Quæritur, an d. dominus de Bonadona, aliqua præſcriptione ſe iuuare poſſit.

Videbatur prima facie non poſſe, quia obligatio, in vim cuius hæredes dicti domini de Fortia experti fuerunt, ſicut & contractus, cuius vi hæredes dict. de Baumetes prædia, contra quæ hypothecaria actum fuerat, poſſidebant, erant iuramento firmati: at verò certum eſt iuramentum impe- 1
dire præſcriptionem, Iaſon *in §. item ſi quis poſtulante. num.* 5. *& in §. conſtituta, verſ. adde vnum inſtit. de action.* Marſilius *ſingul.* 141. Capell. Tholoſ. *quæſt.* 221.

2 Præterea, quia præſcriptio non potuit currere in fauorem d. domini de Bonadona contra hæredes d. domini de Baumetes, antequam res ab ipſis euicta vel moleſtia illis facta fuiſſet per hæredes dict. domini de Fortia, gloſ. *in l. empti. C. de euict.* Balb. *de præſcript. 5. par. 5. par. princ. quæſt. 3. num. 1. circa fin.* Magon *deciſ. Floren. 195. num. 10.*

His tamen non obſtantib. exiſtimo d. dominum de Bonadona præſcriptione ſe iuuare poſſe, eámque cu-
3 curriſſe aduerſus hæredes d. domini de Baumetes: certum eſt enim hypothecariæ præſcribi 10. annis inter præſentes & 20. inter abſentes cum titulo, ſine titulo autem tertium poſſeſſorem præſcribere 30. an. *l. 1. & 2. C. ſi aduerſ. credit. l. cum notiſſimi, C. de præſcr. 30. an.* Cran. *conſ. 148. num. 6. & conſ. 263. n. 7. verſ. ex alio etiam.* Hartman. *pract. Foren. lib. 1. tit. de præſcript. cap. 2.* qui enim bona fide & iuſto titulo rem alienam longo tempore poſſidet, habet perpetuam exceptionem præſcriptionis etiam aduerſus creditores habentes hypothecam, *can. placuit. §. præſcriptio. 16. quæſt. 3.* quæ in noſtro caſu, eo veriora ſunt, quòd per Bullam Eugenij in fauorem habitatorum Comitatus Venaiſſini latam, omnibus obligationibus quorumcumque contractuum, ſeu quaſi, etiam ad rigorem quorumcumque ſigillorum confectis 30. an. præſcribitur, etiam contra creditores ipſos, ita vt à die dictorum contractuum nemo poſſit quacumque ratione, vel cauſa aliquid petere vel exigere à ſubiectis, incolis & habitatoribus dict. Comitatus, quos quidem contractus ſeu obligationes poſt lapſum dictorum 30. annorum ipſo facto nullos & inualidos nulliuſque roboris & momenti eſſe voluit.

Atque hæc quidem nedum ex vi bullæ, ſed etiam ex diſpoſitione iuris communis, nimirum vt præſcriptio currat contra creditorem habentem hypotheca-
4 riam intentandam aduerſus tertium poſſeſſorem, procedunt, & vera ſunt, etiam nondum diſcuſſis bonis principalis, per Dec. *in cap. cùm inter. num. 23. de except.* Crauet. *conſ. 143. num. 6.* Balb. *de præſcript. 4. par. princ. quæſt. 3. in 6. concluſ. per tot. & 5. par. quintæ par. princip. quæſt. 3. num. 2.* Socin. iun. *conſil. 17. num. 13. & conſil. 117. per tot. vol. 1.* vbi docet communiter reprobari Alex.
5 *conſ. 58. num. 4.* aſſerentem contrarium: quoniam cùm quis impedimentum remouere poteſt, & non remouet, non excuſatur aliquo modo: & cum hac opinione communi concurrit quoque Alex. ſibi contrarius *conſ. 110. vol. 6.* nam, vt ipſe inquit, creditor eſt in culpa, cùm non egerit ad diſcuſſionem principalis, & pro hac ſententia multa commendauit Tiraq. *in tract. de præſcript. gloſ. 7.* Viu. *opin. 630.*

Nec obſtant ea, quæ in contrarium adducta fuerunt: nam ad primum, quo dicebatur iuramentum perpetuare actionem, vt mittam varias ſolutiones, quæ deſumi poſſent ex Surd. *deciſ. 4.* præſertim *num. 13.*
6 *& 14.* quæ hîc conuenire poſſent, reſpondetur ſolidè, hoc non habere locum, quando tractatur de præiudicio tertij qui non iurauit, *l. 3. ff. de iureiur. l. 1. C. ſi mulier. vend. nomi. cap. 2. de pact. in 6.* Seraphin. *de priuileg. iuram. priuil. 21. num. 18. & priuil. 71. num. 21.* iuramen- 7
tum enim alicuius alteri neque prodeſt, neque nocet, Bertrand. *conſ. 26. num. 2. lib. 1. poſter.* Capel. Tholoſ. *quæſt. 416.* quæ adeò vera ſunt, vt etiam in ſucceſſore vniuerſali, hærede ſcilicet, quamuis ad eum tranſeat quoad robur contractus, Bertrand. *conſ. 219. num. 4. & conſ. 32. num. 8. lib. 3.* non tamen quoad vinculum (ratione cuius eſt perſonale, nec tranſit ad hæredem, Bertr. 8
conſ. 209. num. 4. lib. 4. cap. veritatis, vbi per Ioannem & DD. *ext. de iureiur.* Bald. & alij *in authent. ſacramenta puber. C. ſi aduer. vendit.*) tamen ſi hæres incipiat præ- 9
ſcriptionem à die mortis teſtatoris, qui iurauit, iuramentum eam non impediet, *c. ſi diligenti.* vbi Io. And. *ext. de præſcript.* Capel. Tholoſ. *q. 221.*

Nec obſtat quod ſecundo loco dicebatur, præſcriptionem non currere, niſi demum re euicta vel moleſtia facta: nam reſpondetur primò, dd. hæredes agere tanquam ceſſionarios dd. hæredum domini de For- 10
tia; non propterea plus iuris quàm eos habere, *l. nemo plus iuris, ff. de reg. iur.* at contra hæredes domini de Fortia cucurrit præſcriptio nedum 10. & 20. annorum, ſed etiam 30. & ex die celebratæ dictæ venditionis & motæ litis contra dominum de Bonadona: Ergo eadem exceptione præſcriptionis repelli poſſunt hæredes domini de Baumetes.

Secundò reſpondetur, culpa hæredum domini de Baumetes rem ab ipſis euictam fuiſſe, quia ſcilicet non oppoſuerunt præſcriptionem nedum 10. ſed etiam 20. annorum, quæ in fauorem ipſorum curreret, neque enim mota fuit lis contra hæredes d. domini de Baumetes niſi anno 1602. At verò de iure certum eſt, 11
quod quando culpa actoris res fuit euicta, vt quia non oppoſuit exceptiones quibus actor repelli poterat, de euictione experiri non poteſt, & omnis via regreſſus ſibi præcluſa eſt, gloſ. *in l. ſi controuerſia. in fin.* & ibi Bald. *C. de euict. text. in l. ſi rem, §. 1.* vbi gloſ. *ff. eod. C. fin. ext. de empt. vendit.*

Poſtremò reſpondetur, his omnibus ceſſantibus, quæ tamen non ceſſant, præſcriptionem 10. annorum, quæ hoc caſu locum habet, cùm agatur inter præſentes, cucurriſſe à die moleſtiæ & litis intentatæ contra dictos hæredes D. de Baumetes: nam contra eos fuit intentata lis anno 1602. & de menſe Aprilis. Illi verò non egerunt contra d. de Bonadona ad indicandum bona non alienata niſi de an. 1613. & 24. Ianuarij, & ſic ex eadem *deciſ. 145. n. 10.* exceptio præſcriptionis contra dictos hæredes opponi poteſt, idque patet, quia non alia ratione non currit præſcriptio, re non euicta, quàm 12
quia non valenti agere non currit præſcriptio, *l. 1. C. de annal. except.* Bertrand. *conſ. 106. num. 5. lib. 5.* at verò ſtatim atque actum fuit aduerſus d. dominum de Baumetes & illis moleſtia facta, potuerunt experiri aduerſus dict. de Bonadona ex d. Mago *deciſ. 195.* ergo ceſſante impedimento agendi, currere debuit præſcriptio.

ARGVMENTVM.

DE extenſione paſſiua de perſona ad perſonam, in fideicommiſſis admittenda, vel non: Filij nati ex matrimonio putatiuo an ſint legitimi, & an incapacitas patris ipſos repellat à fideicommiſſo.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum ſub conditione, ſi ſine liberis, extinguitur, ſi grauatus reliquerit liberos.*
2 *Extenſio de perſona ad perſonam non admittitur.*
3 *Fallit ex coniecturis.*
4 *Veluti ſi conſiderata ſit agnatio in infinitum.*
5 *Maſculinitas indicat animũ conſeruandæ agnationis.*

6 *Et includit excluſionem fœminarum.*
7 *Ex agnatorum vocatione poſt deſcendentes, neceſſario infertur agnationis conſeruatio,* & n.9.
8 *Pluralitas graduum & perpetuitas idem indicant.*
10 *Extenſio admittitur quatuor concurrentibus, de quibus ibi.*
11 *In claris non eſt opus coniecturis.*
12 *Ignorantia matris legitimat filios.*
13 *Et tales filij excludunt ſubſtitutum.*
14 *Et dicuntur legitimi, etiam ad feuda,* & n.6.
15 *Et maioratum.*
17 *Filij nati ex matrimonio prohibito ſunt legitimi, ſiue ambo, ſiue vnus ex coniugibus, ignorauerit impedimentum.*
18 *Ignorantia non validat matrimonium, niſi tribus concurrentibus.*
19 *Actor debet probare ſuam intentionem.*
20 *Vna præſumptio tollit aliam.*
21 *Incapacitas patris nocet filio,* & n.23.
22 *Gradus præcedens ſemper debet eſſe ſucceſſibilis, & ſublata media perſona, non poteſt ſequens admitti.*
24 *Actore non probante, reus abſoluitur.*
25 *Grauatus retinet de bonis, fideicommiſſi pro ſummis per eum ſolutis, iuxta valorem de tempore ſolutionum aut mortis grauantis quoad ea quæ grauato per grauantem debebantur.*
26 *Augmentum intrinſecum, veniens beneficio temporis, auget legitimam.*
27 *Soluta pro legitimis, de bonis detrahi poſſunt, nec ſufficit, ſi pecuniæ reſtituantur.*

CONSILIVM CLX.

DOMINVS Franciſcus de N. dominus, dum viueret, loci de N. in contractu matrimonij de an. 1551. & die 19. Ianuarij, initi inter dominũ Iacob. eius filium primogenitum, & dominam Floriam; Iacobo donauit d. locum de N. & omnia iura quæ in illo habebat & medietatem bonorum mobilium in Caſtro & territorio eiuſdem loci exiſtentium, in ampliſſima & debita forma, reſeruatis fructibus quamdiu vixerit, cum pacto, quod ſi dictus Iacobus decederet ſine liberis maſculis, ex ſuo corpore & legitimo matrimonio procreatis, dicta bona donata redirent ad d. donantem ſi viueret, quod ſi non viueret, ad filium d. Franciſci maiorem natu, capacem & habilem ad ſuccedendum, qui tunc viuens reperiretur, qui non eſſet Eccleſiaſticus, eidémque ſine liberis decedenti ſubſtituit alium filium maiorem natu dicti donatoris, & ſic de aliis filiis de vno ad alium vſque in infinitum: Quod ſi d. Iacobus donatarius moreretur relictis liberis maſculis, ſi deinde ij ſine liberis maſculis decederent, ſubſtituit maſculum maiorem natu habilem, &c. vt ſuprà & proximiorem conſanguinitatis, ſeu agnationis d. Franciſci donatoris, & ſic ſemper & ſucceſſiuè ad proximiorem maſculum modis & formis & qualitatibus ſuprà expreſſis, ſalua tamen legitima filiabus d. Iacobi, & filiabus filiorum maſculorum eiuſdem, ſi quæ concipiantur per eoſdem ex legitimo matrimonio: taliter quod filiæ non poſſint, nec valeant ſuccedere in feudo d. loci, ſed ſemper peruenire & ſpectare debeat ad maſculos, modò, forma & ordine ſucceſſiuo quibus dictum eſt ſuprà.

Moritur Franciſcus donator, ſuperſtite Iacobo donatario, moritur etiã d. Iacobus, ſibi ſuperſtite domino Guillelmo Ludouico filio, & hærede vniuerſali, qui etiam poſtea deceſſit nullis maſculis, ſed ſolum tribus filiabus ſuperſtitibus, ex quibus domina Maria ſucceſſor vniuerſalis in omnibus bonis, per d. Guillelmum Ludouicum poſſeſſis, eique Ludouico fuit ſuperſtes Petrus, filius Caroli ſecundo geniti dicti donatoris, lis mouetur inter dictos Petrum & Mariam, illo ſe ex vi fideicommiſſi in d. contractu matrimonij contenti in d. loco de N. ſuccedere debere aſſerente, dicta verò Maria negante.

Ex his reſultant quatuor quæſtiones in iure diſcutiendæ: Prima, an d. fideicommiſſum in perſona dict. Guillelmi Ludouici extinctum fuerit, an verò vlterius progrediatur, ita vt graduale & perpetuum ſit, &, quandiu maſculi ex d. Franciſco donatore deſcendentes adſint, duret.

Secunda, caſu quo duret, an legitimè probari poſſit d. Carolum fuiſſe in ſacris, vt incapacitas inde ſuccedendi in fideicommiſſo eliciatur.

Tertia, an etſi probaretur fuiſſe in ſacris, non propterea minus capax dici poſſit Petrus eius filius.

Poſtrema, poſito quod d. Petrus non ſit incapax, aut ſaltem illius incapacitas non legitimè probetur, & ſic apertum ſit fideicommiſſum in illius perſona, quas detractiones facere poſſit d. Maria.

Quoad primam, videbatur extinctum eſſe fidei- 1
commiſſum, quia cùm factum fuerit d. Iacobo ſi ſine liberis maſculis decederet, & is cum liberis deceſſerit, fideicommiſſum vlterius non debet porrigi, ex Oldr. *conſ.* 21. etſi enim ſit admodum controuerſa quæſtio, an in fideicommiſſis admittatur extenſio paſſiua de perſona ad perſonam, ita vt d. Ludouicus quemadmodum fuit actiuè vocatus, ita quoque paſſiuè cenſeatur grauatus. Nihilominus magis communis opinio à ple- 2
riſque aſſeritur, d. extenſionem non eſſe faciendam, Alex *conſil.139.lib.2.* Socin. ſen. *conſ.62.lib.3* Rimin. ſen. *conſ.119.* Iaſ. *conſ.288. per tot lib.2. conſil.66. vol.3. per tot.* qui omnino videndus eſt, plurima enim fundamenta pro hac ſententia affert & certiſſimam aſſerit, & variis rationibus, quæ in contrarium afferri poſſent, reſpondet, Pariſ. *conſ.31.num.28. & conſ.44.num.23. cum ſeqq. & conſ.85. & conſ.89. num.10 cum ſeqq.* qui etiam eſt omnino videndus *lib.2.* Rol. à Valle *conſ.59 n.24. cum ſeqq. lib.3.* Menoch. *conſil.85 n 46. & conſ.97. n.91. & conſ.327. n.12. & 79.*

His tamen non obſtantibus, in hoc caſu omnino reſpondendum eſt, in perſona d. Ludouici non fuiſſe extinctum fideicommiſſum, imò vlterius progredi in fauorem maſculorum ex d. Franciſco deſcendentium, affirmatiuam enim ſententiam, vt paſſiua extenſio fie- 3
ri debeat ex coniecturis plerique amplexi ſunt, vt Dec. *conſil.477.* Gabriel *de fideicomm. concluſ.7. num.4.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.11 tit.6. ſub num.6. ad fin. verſ. ſecundo etiam locum habet*; qui alios etiam adducunt, & certum eſt Rotam Rom. cui ſtare debemus, eam ſæpe & ſæpius amplexam fuiſſe, & in ſpecie in vna Ianuen. fid. de Pallauicinis 24 Nouemb. 1586. & in Firmana fid. de Fulch. 2. Aprilis 1601. & 10. Decemb. eiuſdem an. coram Illuſt. Pamphilio & in Bononien. fid. de Matheſilanis 19. Iunij 1600 coram Illuſt. Seraphino & in aliis pluribus. Coniecturæ autem in terminis à DD. & ab ipſa Rota approbatæ hic non deficiunt.

Primo enim loco, apparet donatorem habuiſſe in
animu conſeruationem agnationis in infinitum, quod 4
ſeruit pro vrgenti cõiectura ad excludendum d. conſ. Oldrad. Curt. iun. *conſ.121. num 1. cum ſeq.* Mar. *conſ. 4. num 11. & 43. & conſ.7. num.10.* Rimin. iun. *conſil.456. num.32.* Gabriel. *conſil 129. num.11. lib.2.* Surd. *conſ.241. num.*

num. 45 *& conſil.* 344. *num.* 10. *&* 11. *&* 443. *num.* 47. vbi
alios cumulat, Peregr. *de fideicomm. artic.* 29. *num.* 30. &
fuit dictum in præfata Firmana fid. de Fulchis 2. April.
1601 coram Illuſt. Pamphilio, & in ead. coram eod. 10.
5 Decemb. eiuſdem anni; apparet, inquam, illum hoc in
animo habuiſſe, quia in omnibus gradibus ſubſtitu-
tionis ſemper vocauit ſolos maſculos, Pariſ. *conſil.* 90.
num. 16. *lib.* 2. Natta *conſil.* 128 *num.* 2. Menoch. *præſumpt.*
69. *num.* 10. *lib.* 4. Surd. *conſ.* 448. *num.* 6. & pluribus al-
legatis fuit dictum in vna Florentina fid. coram Re-
uerend. Manezanedo 3. Decemb. 1607. *in verſ. quæ ma-*
6 *gis procederent.* Ruiſúſque, quia in d. ſic repetita di-
ctione maſculorum includitur excluſio fœminarum,
l. cum ita, ff. de condit. & demonſt. l. cum Prætor, ff. de iud.
Bart. *in l. cum ſuis, num.* 4 *ff. de condit. & demonſtr.* quem
refert & ſequitur Bartho. Socin. *ibi, num.* 76. qui teſta-
tur de communi. Molina *de primog. Hiſpan. lib.* 3. *cap.*
5 *num.* 30. *cum ſeqq. & num.* 37. ex qua datur intelligi, do-
nantem eundem animum habuiſſe, Pariſ. *d. conſ.* 90. *n.*
18 *lib.* 2. Molin. *d. lib.* 3. *c.* 5. *num.* 29. *verſ. ideóque.* & fuit di-
ctum in præallegata Florentina coram Manezanedo
in verſ. vlterius quia.

7 Tandem & multo apertiùs, quia, poſt omnes ma-
ſculos ab eo deſcendentes, vocauit proximiorem ma-
ſculum de agnatione, eique in perpetuum alios ſub-
ſtituit, latè Gabriel qui alios adducit *conſil.* 116. *num.*
27. *lib.* 2.

Poſtremò quia diſertis verbis fœminas perpetuo à
d. fideicommiſſo excluſit.

8 Secunda coniectura deduci poſſet ex digreſſione
ad plures gradus ſubſtitutionum, & à perpetuitate
quam voluit donator, vt fuit dictum in ead. Bononien.
de Marheſſilanis & paſſim tradunt DD.

9 Tertia, ex eo, quod vltimo loco ſunt ſubſtituti pro-
ximiores agnati, de qua per Illuſtriſs. Mantic. in vna
Rom. de ſancto Petro 27. Maij 1596. vt in copia quæ
datur.

10 Sed vtcumque ſit, certiſſimum eſt quatuor concur-
rentibus quæ hic concurrunt, huiuſmodi extenſio-
nem admittendam, nimirum excluſione fœminarum,
vocatione maſculorum, pluralitate graduum, & voca-
tione agnatorum & ita iudicatum fuiſſe in Sen. Pede-
11 mont. refert Theſſaur. *deciſ.* 96 *in fin.* ſed in caſu noſtro
non eſt deſcendendum ad coniecturas, cùm in claris
verſemur, *l. ille aut ille, ff. de legat.* 3. *l. continuus, §. cum ita,*
ff. de verb. oblig. nominatim enim ſi d. Iacob. moreretur
cum liberis maſculis, & deinde eius liberi ſine liberis
maſculis, ſubſtituit proximiorem de agnatione: tum
etiam quia filias dictorum liberorum d. Iacobi, mo-
rientium ſine liberis maſculis, legitimam conſequi
poſſe in d. Caſtro ſtatuit, ſed excepta earum legitima,
eas à ſucceſſione d. Caſtri penitus excluſit. Stat igitur
concluſio, d. fideicommiſſum, in perſona Ludouici
non fuiſſe extinctum.

Ad ſecundam, verũ eſt, d. Carolum fuiſſe in ſacris &
ſic incapacem ſuccedendi in d. fideicommiſſo, cùm
donator nominatim, & diſertis verbis Eccleſiaſticos à
d. fideicommiſſo excluſerit. Fuiſſe verò in ſacris pro-
batur: primò ex quatuor mandatis, vel ad reſignan-
dum beneficia, vel ad reuocandum huiuſmodi man-
datum, vel ad recuperandum reditus beneficij ſibi de-
bitos, vno de anno 1550. & 10. Aprilis: ſecundo de anno
1552. & 13. Maij: tertio de eodem anno & 25. Auguſti: &
quarto de anno 1553. & 19. Maij, per M. Roter Barges
ſignatis, ſumptis, quibus apparet d. Carolum fuiſſe be-
neficiatum in Eccleſia Parrochiali Carpentoracti &
Canonicum in dignitate conſtitutum & Subdecanum
Eccleſiæ Collegiatæ Taraſconis: at verò per ſtatuta
dictarum Eccleſiarum, nemo beneficiatus aut Subde-
canus eſſe poteſt qui in ſacris non ſit.

Secundò. quia ex dictis ſtatutis & conſuetudine ab
immemoriali tempore obſeruata, eiuſdem Eccleſiæ
Taraſconis, nemo poteſt diſtributiones quotidianas
d. Eccleſiæ percipere, qui in ſacris non ſit: at verò ex li-
bris d. Eccleſiæ conſtat iam ab anno 1545. d. Carolum
diſtributiones in d. Eccleſia percepiſſe: quod etiam
probatur ex d. mandato de anno 1553. quo eius procu-
ratori dat facultatem exigendi quod à Capitulo d. Ec-
cleſiæ ſibi debebatur: Capitulum verò nihil illi de-
bere potuiſſet. niſi in ſacris fuiſſet, ex vi dictorum ſta-
tutorum & conſuetudinis, quod etiam ex libris diſtri-
butionum probabitur, in quibus ij tantùm, qui in ſa-
cris ſunt, deſcribuntur, cæteri verò non.

Tertiò, probatur ex eodem mandato de anno 1553.
quo conſtituit procuratorem, inter alia ad acceptan-
dum omnia & quæcumque beneficia, ſine cura aut
cum cura: certum verò eſt, niſi in ſacris fuiſſet, beneficia
cum cura, habere non potuiſſe.

Quartò, quia verum eſt, & per teſtes facillimum erit
probare, d. Carolum ſæpiſſimè in ſolemnibus Miſſis,
quas Magnas vocant, Epiſtolam cum manipulo decan-
taſſe, quod de iure & per Rituale Miſſarum nemo po-
teſt facere, niſi in ſacris conſtitutus ſit, & ſaltem ordi-
nem ſubdiaconatus habeat: idque præſertim in d. Ec-
cleſia aſſerendum eſt, quæ cùm magno Eccleſiaſtico-
rum numero abundet, nulla neceſſitate cogi potuit,
vt tam ſæpe, contra iuris diſpoſitionem, alium quàm
ſubdiaconum ad huiuſmodi officium exercendum
adhiberet.

Quintò, ex propria confeſſione d. Caroli, qui in Epi-
ſtola, propria manu ſcripta & ſubſcripta, ad d. Iacobum
Marchionem fratrem, certiorem eum facit, ſe vnà cum
fratre Religioſo, Franciſco ſcilicet, ordinem Diacona-
tus ſuſcepiſſe.

Poſtremò adſunt teſtes parati, qui deponent de fa-
ma publica in ampliſſima forma, quique viderunt d.
Carolum pro Eccleſiaſtico ſe gerentem, & omnia mu-
nera Eccleſiaſticorum in d. Eccleſia exercentem.

Literæ Diaconatus & ſubdiaconatus haberi non po-
tuerunt, quòd regiſtra Epiſcopatuum, propter bella ci-
uilia, deperdita fuerint, literas tamen primæ tonſuræ,
quod eam Auen. ſumpſiſſet, habemus, ſubdatum an.
1542. & 27 Iunij.

Nec obſtat contractus matrimonij initi inter d. Ca-
rolum & domicellam N. circa an. 1562. de facto enim,
& contra iuris diſpoſitionem, huiuſmodi matrimo-
nium fuit initum, præſertim eo tempore quo bella ci-
uilia hæreticorum iam cœperant, quóque paſſim Ec-
cleſiaſtici, ſpretis Ordinibus quos ſuſceperant, matri-
monia de facto contrahebant, & quod ita ſit, dict.
Carolus de numero hæreticorum erat, & talis de-
ceſſit.

Non obſtant etiam atteſtationes, ad inſtantiam Pe-
tri factæ, vt ex infradicendis ad tertiam quæſtionem
conſtabit, vbi commodius de illis diſſeremus.

Ad tertiam igitur quæſtionem, dum præſuppoſito,
vt verum eſt, d. Carolum fuiſſe in ſacris, quæritur an
d. Petrus incapax ſit d. fideicommiſſi, dubium facit,
quia etſi d. Carolus matrimonium contrahere non
potuiſſet, & de facto contractum nullius eſſe momẽti,
tamen propter ignorantiam vxoris & matris reſpecti- 12
uè, filij, ex huiuſmodi matrimonio nati, legitimi ſunt
cenſendi, & veniunt appellatione filiorum ex legiti-
mo matrimonio natorum, & faciunt deficere condi-
tionem, *ſi ſine liberis*, & veniunt appellatione filiorum
ex legitimo matrimonio. Dec. *in termin. fideicommiſſi,*
conſ. 153. *per tot. & conſil.* 154 *in princ.* Couar. *de ſponſ.* 2 *par.*
2. *cap.* 8. *§.* 1. *num.* 3. *verſ. ſecundo infertur. & verſ. tertio*

13 *infertur, ſol. mihi* 221. & tales excludunt ſubſtitutum ſub conditione, ſi inſtitutus deceſſerit ſine filiis naturalibus & legitimis, & ex legitimo matrimonio procreatis, Menoch. *præſumpt.* 77. *num* 4. 5. *&* 6. *lib.* 4. Coſta *de ſalti ſcien. cen.* 2. *diſt.* 31. *num* 5. *ſol. mihi* 431. Rolan. *conſ.* 39. *num.* 19. *lib.* 3. Peregr. *de fideicomm artic.* 24. *num.* 66. *& num.* 72. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 11. *tit.* 8. *num.* 14 24. Iaſ. *in conſil* 156. *lib.* 4. Apoſtil. *ad Dec. conſil.* 153. & dicuntur legitimi etiam quoad feuda, Dec. *eod. conſil.* 153. *num.* 1. Couar. *d. loco, num.* 3. Menoch. *d. præſump.* 77. *n.* 5. Roland. *d. conſ.* 93. *num.* 20. Mantic. *d. tit.* 8. *num.* 24. Surd. *conſ.* 109. *num.* 2. *lib.* 1.

15 Item quoad maioratum, in quo primogenitus ex matrimonio putatiuo dicitur legitimus quoad ſucceſſionem, Molin. *de primog. lib.* 3. *c.* 1. *n.* 12.

16 Et quoad filium Sacerdotis natum ex matrimonio putatiuo, quòd ſuccedat in feudo, docet Ripa *l. ex facto, §. ſi quis rogatus, num.* 19. *verſ. præterea, ff. ad Trebell.* Benedic. *in cap. Raynutius, in ver. Raynut. num.* 17. *de te-* 17 *ſtam.* & filij nati ex matrimonio prohibito ſunt legitimi, ſiue ambo, ſiue vnus ex coniugibus ignorauerint impedimentum, *cap.* 2. *c. pen. ext. qui filij ſint legit.* Dec. *d.* 153. Roland. *d. conſ.* 93. *num.* 18. Peregr. *d. loco, num.* 66. vbi ſunt legitimi quoad honores, dignitates, ſpiritualia, temporalia, feuda, fideicommiſſa, & ſucceſſiones tam parentum, quàm conſanguineorum, & cenſentur legitimi quoad vtrumque parentem, Gail *obſeruat.* 11a. *num.* 12. *lib* 1. idémque dicitur de filio Sacerdotis, nato ex matrimonio putatiuo, Ripa *d. §. ſi quis rogatus, num.* 19.

His tamen non obſtantibus exiſtimo, d. incapacitatem d. Caroli nocere d. Petro, eúmque propterea non minus incapacem ac patrem, & à d. fideicommiſſo omnino excludendum: Primò, quia d. domicella N. non potuit prætendere, ſe ignoraſſe d. Carolum fuiſſe Eccleſiaſticum & in ſacris conſtitutum, ex eo quòd eſſet originaria & habitatrix dictæ Ciuitatis Taraſconis, & per plures annos vidiſſet d. Carolum, in habitu Eccleſiaſtico incedentem, dictæ Eccleſiæ Taraſconis inter alios Canonicos inſeruientem, dignitatem & officium Subdiaconatus exercentem, & Epiſtolam ſolemniter decantantem, & reuera d. domicella ſciebat huiuſmodi impedimentum, ſed ob bella ciuilia ad eam licentiam deuentum erat, vt in ſacris conſtituti, qui hæreſim, quam Religionem reformatam vocabant, amplectebantur, paſſim matrimonia cum Catholicis contraherent. Nec excuſatio aliqua prætendi poteſt, ex huiuſmodi praua licentia, minúſque ex edictis Regiis pacificationum, nominatim enim edicto anni 1578. artic. 9. prohibetur quidem quoad matrimonia presbyterorum & aliorum in ſacris, & Religioſorum nolle certis conſiderationibus contra eos inquiri, aut eos moleſtari, imponendo ob id ſilentium Procuratori & aliis Regiis Officialibus: declarat tamen in eo Rex, liberos ex dictis matrimoniis procreatos poſſe ſolum ſuccedere in mobilibus & immobilibus, per eorum patrem & matrem acquiſitis, quoad verò ſucceſſionem aliorum bonorum, ſiue ex linea directa ſiue collaterali, & ſic quoad fideicommiſſa, & iura primogenituræ, incapaces eſſe, qui caſus eſt noſter.

Secundò reſpondetur, quòd etſi d. domicella qualitatem & conditionem d. Caroli ignoraſſet, (quod tamen notoriè fieri non potuit) ea ignorantia prodeſſe 18 non poſſet, vt filij inde nati dicerentur legitimi, huiuſmodi enim ignorantia non prodeſt, niſi probetur huiuſmodi matrimonium, contractum fuiſſe tribus concurrentibus, ſcilicet bona fide, in facie ſanctæ matris Eccleſiæ, & denũtiationibus ſeu publicationibus bannorum, vt vocant, interuenientibus, Molin. *d. cap.* 1. *n.* 12. *&* 15. Couar. *d. cap.* 8. *num.* 2. Surd. *d. conſil.* 109. *num.* 3. Peregr. *d. etiam loco, num.* 85. at verò aut d. Carolus contraxit matrimonium extra Eccleſiam Taraſconis, (Taraſcone enim dicitur celebratum) aut intra. Primo caſu notoriè requiſita deficerent: Secundo verò caſu, impoſſibile eſt, vt d. Petrus probet dictas denuntiationes factas fuiſſe: nam cùm omnes d. Eccleſiæ Canonici & miniſtri, ſcirent eum eſſe in ſacris, numquam permiſiſſent eas fieri, minúſque Parochus, cui hoc onus denuntiationes faciendi incumbit, eas feciſſet: ita vt ſi forſan in Eccleſia contractum ſit, neceſſariò exiſtimandum ſit, id de noctu & clandeſtinè per aliquem ſibi confidentem ſacerdotem, ad hoc inductum ſecretò, nullis denuntiationibus præcedentibus celebratum, quamuis poſtea publicè tanquam coniuges ſimul habitarent, & pro coniugibus haberentur; tamen ob tumultus bellorum, & licentiam depravatam nemo contradicebat, & euentus docuit id ita eſſe, cum per præfatum edictum Regium, contra huiuſmodi matrimonia prohibeatur inquiri, & liberi quoad bona propria dictorum coniugum, capaces ſint ſucceſſionis, & ſolum aliorum, quæ aliunde proueniunt, vt ex fideicommiſſis, incapaces.

Et cùm huiuſmodi qualitas publicatarum denuntiationum omnino deſideretur, vt ignorantia vnius ex coniugibus efficiat liberos, ex eo matrimonio naſcituros, legitimos, & ſit fundamentum intentionis d. 19
Petri, tenetur eam probare, alioqui ſuccumbere debet, *l. qui accuſare, C. de eden. l. actor, C. de probat. l.* 2. *ff. de probat.* nec vllam hic præſumptionem, factarum denũtiationum imaginari poſſumus, ob notorium impedimentum d. Caroli in d. Eccleſia & ciuitate Taraſconis. Neque enim eſt veriſimile, aut vllo modo credibile, permiſſum fuiſſe fieri dictas denuntiationes in d. Eccleſia, prædicto impedimento ita notoriè exiſtente, & præſumptio, quòd ſcilicet non fuiſſent permiſſæ huiuſmodi denuntiationes, reſultans ex eo, manifeſtè potentior eſt, quàm quæ ex diuturnitate temporis poſſet oriri, vna verò præſumptio tollit aliam, Menoch. *præſ.* 20
64. lib. 6. *n.* 46.

Nec huic ſecundæ reſponſioni vllo modo obſtant depoſitiones teſtium, quas d. Petrus fieri curauit: nam quoad eas quæ primo loco, in vim monitorij factæ fuerunt, cùm pars citata non fuerit, nullam fidem faciunt: quoad verò eas quæ ſecundo loco, vocata parte ad futuram rei memoriam factæ fuerunt, eæ quoque nocere non poſſunt: Primo, quia procurator D. Marchioniſſæ nõ fuit certioratus de die qua dominus Commiſſarius diſcedere volebat Auenione Taraſconem, quemadmodum ſtatuto Auenionis cauetur: nec quia cùm data fuiſſet aſſignatio die Lunæ, ad videndum procedi ad examen teſtium, Commiſſarius pleroſque ex eis die Sabbati antè examinauit: nec non cùm procurator d. dominæ Bellicadrum ſe contuliſſet, quò d. Commiſſarius iuerat, appellauit à decreto per eum facto de procedendo ad examen teſtium ad futuram rei memoriam, & ab omnibus inde geſtis & gerendis, qua appellatione non obſtante, d. Commiſſarius cæteros teſtes, & ſic attentatoriè examinauit, ex quibus reſultat, ob huiuſmodi nullitates, dictas depoſitiones omnino corruere, eaſque nullam facere fidem.

Secundo reſpondetur, teſtes examinatos, eſſe huiuſmodi quibus nulla fides ſit adhibẽda. omnes enim facile reprobari poſſunt, præſertim R. M. Beneficiatus d. Eccleſiæ, quia non eſt ætatis qua potuerit videre d. matrimonium contrahi: præterea à iuuentute concubinas habuit, ex quibus ſuſcepit liberos quos matrimonio collocauit, ratione quarum ſæpius in iudicium

eius fuit vocatus, & medio d. Petri liberatus.

C. B. aliàs diues admodum, in ſummam paupertatem deiectus fuit, ita vt creditoribus non potuerit ſatisfieri, quæ paupertas, iuncta cum mala vita, ordinariè enim meretricem ſeu concubinam penes ſe habet, facit ne fides illi adhibenda ſit.

C. P. non eſt etiam ætatis legitimæ vt primus, & præterea peſſimæ vitæ, eius enim domus lupanar eſt, & ſuas filias aliaſque propinquas, ſe proſtituere permittit, quę vita peruerſa, iuncta cum paupertate, ipſius depoſitionis fidem infirmat.

I. L. cæcus erat, nec videre potuit ea circa quæ deponit.

F. etiam adeò pauper eſt, vt creditoribus ſatisfacere non potuerit, ita vt eius bona diſcuſſioni ſubmiſſa fuerint, & ipſe perpetuo clauſus domi ſuæ, foras exire non audeat.

T. A. mendicat panem ſuum, nec vnde ſit, ſcitur.

I. B. à iuuentute meretrix publica, nulli vnquam ſe proſtituere recuſauit, & nominatim d. Petro valde familiaris fuit & amica, ipſius domi commorans eundo Auenionem.

C. N. miſerabilis eſt origine, qualitatibus & moribus, & adeò vino obnoxius, vt ferè ſemper ebrius reperiatur, & rarò mentis compos.

C. R. pari vitio morum & qualitatum laborat, & præterea vile & infame ſatellitis munus ſemper exercuit.

Et ſimiles obiectus haberi poterunt contra alios teſtes qui ſuperſunt, vt mihi affirmatum fuit.

Poſtremò reſpondetur, ferè omnes teſtes, paucis exceptis, de fama tantùm deponere, & pauciſſimos de viſu, qui tamen ex cauſis ſuprà dictis reprobantur, & vtcumque ſit, cùm ex ſcripturis & documentis ſuprà mentionatis conſtet, illum fuiſſe in ſacris, illis potius quàm teſtium depoſitionibus ſtandum eſt, præſertim cùm d. domina affirmatiuam probet, & d. Petrus negatiuam, ſcilicet Carolum non fuiſſe in ſacris, probare contendat: idque eo magis quòd dicti teſtes, deponentes ſe vidiſſe inter eos contrahi matrimonium, nihil concludunt: quia illud potuiſſet eſſe, ſed de facto & contrarius.

Tertiò & poſtremò probatur, d. Petrum non poſſe in d. fideicommiſſo ſuccedere, poſito etiam citra præiudicium veritatis, quòd ignorantia matris talis fuiſſet, quæ efficeret, vt liberi, ex huiuſmodi matrimonio putatiuo nati, cenſerentur legitimi & pro talibus haberentur, neque enim verſamur in terminis, in quibus loquuntur DD. an ſcilicet filij nati ex putatiuo matrimonio comprehendantur in conditione *ſi ſine liberis*, aut an vocentur ad fideicommiſſum, ad quod per teſtamentum vocantur filij naturales & legitimi, ſed in longè diuerſis terminis. in quibus clara eſt voluntas donatoris excludens d. Petrum: diſertis enim verbis excludit liberos, qui erant Eccleſiaſtici, qualis erat d. Carolus, pater d. Petri, & per conſequens, incapax dicti fideicommiſſi, & per conſequens etiam d. Petrus & omnes liberi ex d. Carolo deſcendentes, tanquam ex radice infecta venientes. Nihil enim refert quòd d. Petrus cenſeri poſſit legitimus, in hoc quæſtio non verſatur, ſufficit quòd ex radice infecta deſcendat; Et
21 quemadmodum eius pater, ſi viueret, ſuccedere non poſſet, ita & quoque omnes ex eo deſcendentes ſuccedere non poterunt, etiamſi fingeretur eos cenſeri legitimos ex ignorantia matris, Caſtrenſ. *in l. illam, num. 8. & 9. C. de collat.* Corn. *eod. num. 7.* Decian. *num. 3.* & alij, quos refert & ſequitur, etiam in terminis maioratus & primogenit. Molin. *de primog. Hiſpan. lib. 3. cap. 5. & ſeqq.* incapacitas enim patris impedimentum eſt filiis, *l. ſi. C. de natura libert.* Tiraq. *de iur. primog. quæſt. 10. num. 32.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 12. num. 33.* & ideo Menoch. *in conſ. 172. vol. 2. & de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 79. num. 29.* dicit quòd in caſu, in quo legitimatus non excludit ſubſtitutum, filij ipſius, licet ſint naturales & legitimi, non admittuntur, & id iuſta ratione, quia quando filius venit mediante perſona patris vel matris, non poteſt eſſe melioris conditionis quàm pater vel mater, Curt. iun. *in conſ. 35.* Paris *conſ. 72. num. 8. lib. 4.* Caſtrenſ. *in l. Gallus, §. nunc de leg. de liber. & poſthu.* Menoch. *in d. conſil. 172. num. 7. & 12.* & eſt 22
regula generalis, quòd in omnibus ſucceſſionibus requiritur, gradum præcedentem eſſe ſucceſſibilem, & ſublata media perſona, non poteſt ſequens admitti, Bald. *in cap. 1. de ſucceſſionib. frat. & grad. ſucceſſ. in feu. & in auth. ſi quas ruinas, C. de ſacroſ. Eccleſ.* & remoto proximiore, amouentur omnes venientes ex eo, Bart. *in l. 2. §. videndum, ff. ad Orfic.*

Nec obſtat, ſi dicatur tempore aperti fideicommiſſi Carolum non fuiſſe in rerum natura, Petrum verò maiorem natu & primogenitum, ideóque nulla habita ratione impedimenti paterni in eo ſuccedere debere.

Reſpondetur enim, d. Petrum non poſſe dici primogenitum & agnatum proximiorémque donatori, vel vltimo grauato, niſi ex perſona patris & ea mediante, ideóque impedimentum & incapacitatem illius in 23
ipſum transfuſum fuiſſe, & quemadmodum pater, ſi viueret, excluderetur, ita & quoque ipſum excludendum, ex Molin. & Tiraq. *dictis locis*, nec agnatum donatori vel vltimo grauato dici poſſe, ad *not. in d. l. fin. C. de natur. liber.*

Nec iure D. Guillelmi, eius patruelis, filij Franciſci fratris dicti Caroli, qui iura ſua dict. Petro ceſſit per tranſactionem, cum eo initam de anno 1604. ſe iuuare poteſt. Nam ad inſtantiam d. Petri ad caſſationem & annullationem d. tranſactionis actum fuit & vtcumque ſit, d. Guillelmus nullum ius prætendere poteſt rationes enim, quibus ſuprà docuimus d. Petrum excludendum fore, militant aduerſus eundem Guillelmum: ipſius enim pater Franciſcus, nedum erat in ſacris, in ordine ſcilicet diaconatus conſtitutus, & tanquam talis ſæpe Euangelium decantauerat in monaſterio Montis maioris in prouincia Prouinciæ, ſed etiam eiuſdem monaſterij erat Monachus & Religioſus expreſsè profeſſus, vt conſtat ex actu Notarij etiam ad inſtantiam d. Iacobi facto, & in Curia Nemauſenſi, vbi contra dict. Franciſcum, ſe defendendo, litigabat, producto: necnon ex Epiſtola & literis d. Caroli ad d. Iacobum ſcriptis, &, ſi opus ſit, ex variis etiam aliis documentis & libris in d. monaſterio exiſtentibus, probabitur.

Non obſtat poſtremò, ſi dicatur fœminas expreſsè fuiſſe excluſas per d. Franciſcum Donatorem, ideóque d. Marchioniſſam incapacem eſſe ſucceſſionis, & d. fideicommiſſi & feudi, quia cum ea ſit in poſſeſſione d. loci, d. Petrus debet fundare ſuam petitionem in iure ſibi competenti, & non in non iure poſſeſſoris, acto- 24
re enim non probante reus abſoluitur, etſi omni iure deſtitueretur, *l. qui accuſare, C. de eden. l. actor, C. de probatio. cum ſimil.* & ſi nullus adeſſet alius maſculus capax, ſolúmque ſupereſſent dicti Petrus & Franciſcus, extinctum eſſet omnino fideicommiſſum, ob impedimentum in ipſos transfuſum, ex incapacitate patris proueniens, ſoláque dict. Marchioniſſa, tanquam hæres patris, ſola & abſoluta domina dict. loci eſſet vt eſt.

Quoad quartam & poſtremam quæſtionem, præſuppoſito, citra præiudicium veritatis, quod d. Petrus

aut quiuis alius, ſuccedere poſſet in d. fideicommiſſo, & primogenitura, tot detractiones eſſent in fauorem d. Marchioniſſæ faciendæ, vt maximam partem d. loci abſorberent: quæ quidem detractiones ſunt duplicis generis. Vnum ratione debitorum d. Franciſci donatoris, alterum ex legitimis, tam ex propria perſona d. Iacobi, quam ea ceſſionibus ſibi factis, necnon etiam ea propria perſona filiarum d. Ludouici competentibus.

Quoad primum genus deducere debet dotem maternam aſcendentem, ad ſummam .... quámque dotem integram Iacobus detrahere debet, tam ea perſona propria, quàm ex vi ceſſionum, ſibi per fratres ſororeſque factarum, vt conſtat inſtrumento facto per Ludouicum Roberti. an. 1557. & 12. Aprilis, & aliis infrà deſignandis.

Item ſexaginta florenos, & quatuor ſolidos, pro veſtibus lugubribus viduæ domini de N. an. 1559 & 6. Septemb 570. florenos diuerſis creditoribus, d. Franciſci ſolutos, nota ſumpta per Magiſt. Balby, an. 1567. & 3. Maij.

Item ... pro extinctione annuæ & perpetuæ penſionis duarum ſalmatarum frumenti ſolutam, & 34. ſalmatas pro arrerag is per Magiſtrum Chaboty, an. 1567. & 25. Octob. 57. florenos ſolutos an. 1568. & 3. Maij, notario Magiſtro Cuſta. 154. Florenos anno 1569. & 4. Martij, notario Villardi ſubſtituto Balby, 40. florenos ſolutos, an. 1569. & 14 Martij, notario Tricher.

25 Et plures alias ſummas pecuniarum, de quibus fides fiet perquiſitione facta documentorum, & quas omnes ſummas, ex iuris diſpoſitione grauatus ſibi cenſetur ſoluiſſe de bonis fideicommiſſo ſubiectis habita ratione ad valorem currentem de tempore ſolutionum per grauatum factarum, aut mortis grauantis, quoad ea quæ grauato per grauantem debebantur, vt fusè docet Peregr. *de fideic. art. 31. n. 12* poſt Bart. *in l. ſi ei cui, §... ff. de excil.* & Caſtrenſ. *in l. peculium autem, in princ ff. de peculio.*

Alterum genus detractionis, eſt ob pleraſque legitimas d. Marchioniſſæ, quæ vel ea perſona Iacobi aui vel ea ceſſionibus d. Iacobo factis, vel ex propria ſororis perſona, & alias vt infrà, ſibi debitas, aſcendentes ad dimidiam d. loci, detractione facta prius portionis, pro dictis debitis applicandæ & inſumendæ, vnaquæque legitima 24 partem conficiente, cùm, de tempore mortis dicti Franciſci donatoris, eſſent duodecim liberi.

Prima, legitima eſt ea perſona Franciſci, in vim ceſſionis per eum dicto Iacobo factæ de anno 1561. & 5. Iulij, notario Balby.

Secunda, Ioannæ ſororis, de d. anno, & die 24. Iulij, & 19. Nouemb. per Magiſtrum Bertachin.

Tertia, Floriæ, de d. an. & eadem die 19. Nouemb.

Quarta, Caroli, de an. 1561. & 19. Ianuarij, per Magiſtrum la Male, notarium d'Aubenas.

Quinta, Laurentij, de eodem an. 1561. & 3. Iunij, per Magiſtrum Franciſc. Moſſa Taraſcon.

Sexta, alterius Franciſci, de d. anno 14. Octobr. per Balby.

Septima, Anthonij, mortui ab inteſt. cui propterea ſucceſſit d. Iacobus cum fratribus, quorum ferè omnium iura per ceſſiones acquiſiuit, vt nominatim conſtat ea inſtrumento tranſactionis initæ inter D. Iacobum & Franciſcum eius fratres, ſumptæ per M. Iacobum Balby an. 1561. & 14 Octob.

Præterea, legitimas filiorum d. Ludouici, nominatim enim in d. contractu matrimonij ſtatuitur, legitimas filiarum liberorum dicti Iacobi, ſine maſculis decedentium, eſſe illis de dict. fideicommiſſo ſoluendas: quod ſi eas metiri vellemus, habita ratione ad perſonam dicti Ludouici, ex tertiam partem reſtantem detractionibus ſupradictis factis dicti loci inſumerent: quod ſi eas reſtringere & decernere velimus, ne ſint maiores quàm quæ filiis d. Franciſci donatoris competebant, erunt tres vigeſimæ quartæ, nulla habita ratione detractionum legitimarum filiorum d. Iacobi, & ſic erunt iam vndecim vnciæ de viginti quatuor: & cùm dictæ legitimæ dictorum filiorum ſint æſtimandæ, nedum habita ratione ad d. locum, ſed etiam ad reliqua bona, quæ d. Franciſcus habebat, ad minus augmentum dictarum legitimarum d. Iacobo competentium, conficit vnam vigeſimam quartam, & ſic vnam legitimam d. loci, ita vt verum ſit quod ſuprà dixi, detractiones dictarum legitimarum dict. Marchioniſſæ competentium inſumere dimidiam partem patrimonium d. loci reſtantium, poſt dictorum debitorum in ſolutum donationem ſeu acceptionem.

Nec his obſtat, ſi dicatur, legitimam eſſe ſoluendam ſecundum valorem, tempore mortis currentem, nulla habita ratione augmenti poſtea ſuperuenientis, valorem verò d. loci, duplo vel forſan triplo plus maiorem eſſe quàm tempore mortis: Reſpondetur enim 26 quod cùm illud augmentum venerit beneficio temporis & huiuſmodi augmentem ſit intrinſecum, illud prodeſſe filiis & augere legitimam, vt in terminis docent Corn. *conſil. 265. in 2. dub. vol. 1.* Grat. *conſ. 79. n. 24. lib. 2.* Curt. iun. *conſ. 327. n. 7.* Bertrand. *conſ. 7. lib. 8.* Bertaſſ. *conſil. 109. n. 34.* Surd. *conſil. 126. & 128.* & poſt eos Peregr. *d. tract. art. 36. n. 26. & ſeq.* legitima enim debetur in corporibus, & qualia exiſtunt bona, portio illorum eſt præſtãda, lex enim id ſoluit intellectualiter & ipſo iure reſecat portionem, pro legitima filio debitam, *l. lineam margaritarum, ff. ad leg. Falcid. l. ſcimus, in prin. C. de inoff. teſtam.* ibi, *ipſo iure*, & inde notant Bald. Salicet. & Iaſ. *in 1. notat.* & idem Bald. *in l. omnimodo, in ſi princ. C. ead.* Ruin. *conſil. 57. n. 7. & 8. lib. 2.*

Non obſtat, etiamſi dicatur, d. Iacobum poſſe ſolum detrahere pecunias pro legitimis ſolutas, non autem portiones pro dictis legitimis competentes Nam reſpondetur, certum eſſe d. Iacobum portiones poſſe detrahere, nec ſufficere ſi pecuniæ ei reſtituantur præſertim ob ceſſiones ſibi factas, *l. 3. ff. ad leg. Falcid.* Iaſ. *in l. 2. C. de legat. in fin.* idque eo maximè hoc caſu, quo non de hærede vniuerſali, ſed de donatario rei particularis agitur; quod rurſus confirmatur, quia pater non potuit onus apponere in legitima.

Non obſtat poſtremò, ſi dicatur, alia fuiſſe bona ex quibus dictę legitimę potuerunt ſolui, maximè ſi proponantur per d. Iacobum alienata: nam reſpondetur, 27 hoc non eſſe verum, & cætera omnia bona præſertim caſtra de N. & N. obueniſſe Trophemundo fratri, pro ſolutione ſecundæ vxoris, matris d. Trophemundi, & legitimarum Chriſtophori, Claudij & Antonetæ, fratrum & ſororum germanorum d. Trophemundi, quibus ſati facere idem Trophemundus promiſit, vt conſtat ex inſtrumento tranſactionis initæ inter d. Iacobum & Trophemundum ac Sibyllam eius matrem, nota ſumpta per magiſtrum Barrachin Not. Carpen. an. 155. & .. Martij. Quoad bona Taraſconis, d. Carolus ea habuit, aliàs quàm pro iuribus paternis: bona verò Murmurionis, de ville Carpen. ..... & ſimilia, Franciſcus, certis ea cauſis, aliis tamen quam pro iuribus paternis, vt conſtat ea inſtrumento tranſactionis inter d. Iacobum & Franciſcum ſumpto per M. Iacob. Balbi an. 1561. & 14. Martij, ſi quæ verò alia bona, vt mobilia, animalia, & iura & actiones, d. Franciſcus reliquit, ea abſumpta fuerunt pro expenſis funeris & aliorum debitorum ſuprà captorum d. Franciſci: in ſumma, ea in poteſtatẽ d. Iacobi nõ venerunt.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Legitima matris quanta ſit.

SVMMARIVM.

1 *Legitima matris, eſt tertia totius hæreditatis.*
2 *Contra.*
3 *Et hæc eſt certiſſima, quando frater fuit hæres inſtitutus, alteri fratri relictum amplum legatum, & mater in re certa inſtituta.*
4 *Legitima matris olim, erat quarta eius quod habuiſſet ab inteſtato, nunc verò tertia.*
5 *Legitima omni iure, fuit tantùm portio aliqua portionis ab inteſtato conſequendæ.*
6 *Legitima matris in bonis filij, non debet eſſe maior legitima filij in bonis matris: magis enim eſt debita filiis quam parentibus.*
7 *Reſp. contrariis, &* n. 8. & 9.
10 *Grauatus de reſtituendo, poteſt imputationes facere vel in mobilibus, vel in immobilibus.*
11 *Legitima ſoluenda eſt in corporibus.*
12 *Fructus recollecti & extantes tempore mortis teſtatoris, ſunt corpora, & res hæreditariæ.*
13 *Et veniunt in reſtitutione fideicommiſſi.*

CONSILIVM CLXI.

EX contractu tranſactionis initæ inter N. Iacobum & Ioannem de Porcelles, de anno 1613. & 25. Februarij, teſtamento dicti Iacobi, de anno 1614. & 29. Auguſti, reſultant tria dubia diſcutienda: Primum, an legitimæ N. Ioannæ de Boches, matris d. Iacobi, ſit tertia totius hæreditatis eiuſdem Iacobi, an tertia tertiæ vel quartæ, vel alterius ſecundum numerum eorumdem fratrum defuncti.

Secundum, an d. Ioann. ea vi pacti appoſiti in dict. contractu tranſactionis, habeat facultatem eligendi de bonis per tranſactionem d. Iacobo remiſſis ea quæ voluerit vſque ad ſummam 15000. librarum.

Tertium, an fructus collecti & percepti tempore mortis d. Iacobi, ſpectent ad D. Mauricium de Porcelles Religioſum & Equitem Hieroſolymitanum, fratrem d. teſtatoris ex vi legati ſibi facti.

1 Quoad primum, Buttigat. & eum ſequutus Bal. exiſtimarunt eſſe tertiam totius hæreditatis, *in authen. nouiſſ. C. de inoffic. teſtam.* & Caſtrenſ. *in l. planè, alias ſi pluribus, §. ſi duobus. ff. de lega. 1.* Alex. *in d. §. ſi duobus, num. 9.* Rube. *in l. pater filium, numer. 112. ff. de inoff. teſtam.* Salicet. *in d. authen. nouiſſima, quæſt. 9.* & alij quos refert Theſſau. *deciſ. 172. n. 2.*

2 Contrariam ſententiam, amplexus fuit Bartol. *in dict. l. pater filium, 2. lectu. num. 14.* quam amplexi fuerunt,

Iaſ. *conſ. 61. vol. 3. verſ. contrariam.*

Alex. ſibi contrarius *conſ. 14. vol. 3.*

Balb. ſibi contrarius *conſ. 350 n. 2. vol. 4.*

Fulgoſ. *conſil. 55. num. 1.*

Corne. *conſ. 150. vol. 1.*

Iacob. *in d. l. pater filium, num. 39.* vbi reſpondet ad rationes Butt.

Burſat. *conſil. 114. n. 1. lib. 1.*

Aretin. qui dicit communem & veriorem *in d. §. ſi duobus.*

Ange. *ibid.*

Imola *ibid. num. 3. & 4.*

Berenga. Fernan. *in repet. l. in quartam, ff. ad leg. Falcid. num. 156. inibi præfa. 2. n. 4.* vbi dicit opinionem Bart. veriorem.

Caſtrenſ. ſibi contrarius *in d. l. pater filium.*

Hippol. Rimin. *conſ. 405. num. 9. & ſeq. vol. 1.* vbi latè firmat rationes Bartol. contra Buttig. dicens communem.

Micha. Graſ. *in lib. ſenten. §. legitima, q. 8.* vbi dicit opinionem Bart. veriorem.

Cucch. *in tract. de legit. ad authen. nouiſſima, in verſ. quærunt præterea.*

Vincent. de Franch. *deciſ. 63.*

Pariſ. *conſ. 25. n. 34. lib. 2.*

Bertrand. *conſil. 142. n. 5. & ſeq. lib. 3.*

Sed quidquid ſit in theſi & quæſtione generaliter propoſita, dum ſcilicet quæritur, quanta ſit matris legitima, certè in hypotheſi & caſu in quo verſamur, quo Petrus frater germanus fuit hæres inſtitutus & alteri fratri, nec non ſorori, amplum legatum factum, matérque in re certa inſtituta, certiſſima & receptiſſima eſt ſententia legitimam matris, non eſſe tertiam totius hæreditatis, vt atteſtantur Gabriel. *conſ. 94. n. 20. cum ſeqq. vſque ad fi. lib. 1.* Burſat. *conſ. 155 num. 7. cum ſeqq. lib. 1.* Per de Petra. *de fideicomm. quæſt. 15 num. 133. verſ. tertius caſus.* Bereng. *in dict. l. in quartam, num. 155. in fin.* Theſſau. *deciſ. 172. num. 6. verſ tertius caſus.* Illuſt. Tuſc. *pract. concluſ. tom. 5. lit. L. concluſ. 185. num. 9.* & ante eos ipſemet Bald. contrariæ ſententiæ præcipuus author. *in d. auth. nouiſſima, circa fin. C. de inoff. teſtam.* & in *conſ. 350. in fin. vol. 4.* & poſt eum Curti. *conſil. 150. num. 3. 9. & 10. & conſ. 197. num. 8. lib. 1.* Capra. *conſ. 4. num. 5.* quæ ſententia veriſſima eſt, nam qui contrariam amplectuntur, proponunt caſum quando fratres fuerunt præteriti, inſtituto hærede extraneo: ratio enim Butr. & ſequacium, quòd ſit tertia totius, eſt propter remotionem obſtaculi fratris, quia eſt excluſus à teſtatore, quod tamen ceſſat eo aliqualiter inſtituto, quia ſi ab inteſtato non eſſet excluſus, legitima matris eſſet tertia ſuæ partis, non autem totius hæreditatis, vt dicebat Bal. *in d. authent. nouiſſima.* & alij poſt eum, & eruditè docent Burſat. *d. conſ. 115.* Theſſau. *d. deciſ. 172. num. 4.* & Gabriel. *d. conſil. 94. n. 20. cum ſeqq.* omnino videndus: variis enim rationibus, hanc veriſſimam & receptiſſimam eſſe ſententiam docet, & iis quæ in contrarium afferri poſſent, reſpondet: Atque hoc longè magis in caſu noſtro procedere debet, quo vnus ex fratribus fuit hæres vniuerſalis inſtitutus, alteri verò fructus totius hæreditatis legati quamdiu vixerit, & eſt ſorori amplius quàm matri legatum factum, cùm tamen Theſſau. & plerique ex ſuprà nominatis hanc ſententiam veriſſimam contendant, etiam cùm extraneus eſt hæres inſtitutus, dummodo fratribus & ſororibus aliquid relictum ſit, nec omnino ſint præteriti: & planè hæc ſententia omnino eſt amplectenda, his potiſſimum rationibus.

Prima, quia antiquitus matris legitima erat quarta eius quòd habuiſſet ab inteſtato, nunc verò eſt tertia, *§. ſi quis autem, authent. de hæredib. & Falcid. l. Papinianus. §. quoniam. ff. de inoff. teſtam.* Alex. *conſil. 168. num 4. lib. 7.* Gabriel *d. conſ. 94. num. 2. & 5. in fin.* Bologne. *in repet. l. in quartam, num. 267. ff. ad leg. Falcid.* atqui hoc caſu cùm proponantur duo fratres & vna ſoror qui ſu- 4

Digitized by Google

peruixerunt, (Catharinę enim Religioſæ hoc caſu nulla eſt habenda ratio, quod in Gallia Religioſi profeſſi ſint omnino ſucceſſionis incapaces, pro mortuis habeantur, & numerum non faciant inter liberos, & propterea nihil ipſi relictum eſt, ſicut nec Ioanni, cuius propterea nullam habemus rationem, quod præteritus ſit, vt quæſtionem in hypotheſi, quando fratres non ſunt præteriti, tractemus) mater quartam hæreditatis tantùm habuiſſet. Ergo illius legitima erit tantùm tertia illius quartæ, & ſic in vna vncia de duodecim tantùm conſiſtet.

5 Secunda, mater non debet plus habere ratione legitimæ, quàm conſequeretur ſi ſucceſſiſſet ab inteſtato, cùm omni iure legitima non fuerit, niſi portio aliqua portionis ab inteſtato conſequendæ, Alex. *d. conſ. 168. num. 4.* ſed hoc caſu mater tantùm quartam totius hæreditatis conſecuta fuiſſet, cùm tres adeſſent liberi iique fratres & ſoror defuncti (Ioannis, vt iam dixi, non habetur ratio, quia præteritus, & quia tunc non eadem eſt ratio ſucceſſionis ex teſtamento, quæ ab inteſtato:) ergo condito teſtamento, non debet eſſe maior, neque enim, vt Burſati verbis vtar *d. conſ. 115. num. 8.* video ſi ab inteſt. non excluſo fratre legitima matris eſſet tantummodo tertia ſuæ partis, quomodo condito teſtamento, nec ſimiliter fratre excluſo efficietur tertia totius, ſecundum quod ſenſiſſe viſus eſt Bertr. *conſ. 315. in fin. vol. 1.*

6 Tertia, non debet eſſe legitima matris in bonis filij maior quàm eſſet filij in bonis matris, magis enim eſt debita filiis quàm parentibus, *l. nam etſi parentibus, ff. de inoff. teſt.* & ibi DD. quia ſi quis relinquat parentes & etiam filios, debetur legitima ſolis liberis, non autem parentibus, *authent. de hæredib. ab inteſt. §. 1.* Bald. *conſ. 28. lib. 2.* Alex. *conſil. 168. viſis, col. 3. lib. 7.* item quia legitima debita deſcendentibus, eo ipſo debetur in bonis patris, Alex. *in l. filiusfamilias, num. 4. ff. ad leg. Falcid.* Iaſ. *conſil. 131. lib. 4.* Ripa *in l. fideicommiſſarium, num. 43. ff. ad Trebell.* ſed filiis in bonis matris, ſi ſint quatuor vel infrà, debetur tantùm triens inter eos diuidendus, & ſic cuiuſque legitima eſt tertia eius partis, quam habiturus eſſet ab inteſtato, ſi verò ſint quinque vel vltra, vniuſcuiuſque legitima eſt ſemis eius partis quam habiturus eſſet ab inteſt. ſemiſſem totius hæreditatis inter omnes diuidendo, vt patet ad ſenſum, ſi fiat computatio, vt, exempli gratia, ſi duo proponantur filij, triens inter ipſos diuidendus, efficiet, vt vnuſquiſque duas vncias, & ſic ſextantem hæreditatis habeat, qui erit tertia pars eius partis, quam habiturus eſſet ab inteſt. eo enim caſu vnuſquiſque habuiſſet ſemiſſem totius hæreditatis, & ſic in aliis filiorum numeris eos percurrendo inuenietur. Ergo multo magis idem in legitima matris ſtatuendum eſt, vt ſecundum numerum liberorum, ea vel maior vel minor ſit, vt ſcilicet ſit proportio legitimæ matris ad legitimam filij, præſertim quia cùm Iuſtin. legitimam auxit, de filiis tantùm expreſſam mentionem fecit *in §. 1. in authent. de trien. & ſemiſ.* & fuit controuerſum inter DD. an & quoque aſcendentium legitima aucta eſſet, ex magis communi tamen ſententia receptum eſt, vt ea quoque cenſeatur aucta, ſecundùm *gloſ. in §. ſi verò vltra, in verſ. hoc obſeruando in d. authent. de trien. & ſemiſ.* gloſ. Bart. Bald. Caſtrenſ. Salicet Iaſ. & alij *in d. authent. nouiſſima.* idque ex verbis *dict. verſ. hoc obſeruando*, ſed quòd maior ſit, quàm filiorum legitima, nulla ratio patitur, & ſanè ita ſe res habet, vt legitima matris ſecundùm numerum liberorum ſtatuenda ſit, vt ſiquidem filius defunctus reliquerit fratrem vnicum ſuperſtitem, legitima matris ſit ſextans, ſi duos ſit vna vncia de nouem vt facilius computemus, ſi tres vna vncia de duodecim: mater enim ſemper facit numerũ & ideò dicuntur quatuor; ſi quatuor, & ſic erunt quinque cum matre, vna vncia de decẽ: quod ſcilicet tunc ſit ſemis eius quod habitura eſſet ab inteſtato, habitura autem fuiſſet duas vncias de decem; Si quinque & ſic erunt ſex cum matre, vna vncia de duodecim, & ſic de reliquis, ita pulchrè & eruditè Angel. Aret. *conſ. 78. pro decl. num. 23. in fi. & ſeq. verſ. vbi dubium*, qui plures citat & dicit communem, & Gabriel. *d. conſ. 94. n. 22.* & Tuſch. *d. concluſ. 185. num. 9.* ideòque in caſu in quo verſamur, legitima matris erit duodecima pars: quæ rationes corroborantur, quia abſurdum eſſet plus conſequi aliquem ex teſtamento, contra voluntatem defuncti teſtatoris, quàm fuiſſet conſecutus præter voluntatem vel ab inteſtato, quod fundamentum ſolidiſſimum dicit Ruin. *d. conſ. 425. num. 9. lib. 4.* rurſus ex eo quod nimium præiudicium inferretur hæredi inſtituto, etiam præſupponendo fuiſſe extraneum, ſi & fratres legatum haberent, & mater integram legitimam obtineret, omninòque voluntas teſtatoris inanis & fruſtratoria redderetur, contra quàm Iuſtiniano & legumlatoribus, vt inquit Theſſau. *d. deciſ. 172. n. 4.* viſum fuit.

His non obſtat text. *in dict. §. 1. nouel. 18. quæ eſt tit. 5. col. 3. de trien. & ſemiſ.* cùm tertiam propriæ ſubſtantiæ partem tribuit, vel ſemiſſem, nam vt reſpondet Graſſ. *d. loco*, debet intelligi de tertia portionis ab inteſtato, vel vt reſpondet Gabriel *d. conſ. 94. num. 23.* quia de tertia vel quota matri debita demendum eſt id quod iis qui ab inteſt. ſucceſſiſſent, teſtamento reliquit. Siquidem æquum eſt eos minuere legitimam, ſicut minuiſſent portionem ab inteſt. & alias, vt fuſiùs per ipſum omnino videndum. Et clariùs, ex mente tamen ipſorum & aliorum DD. quia Iuſtinianus dat tertiam totius ſubſtantiæ inter omnes filios diuidendam, quæ tamen in ſingulis non eſt, niſi tertia eius partis quam habiturus eſſet ab inteſtato, ita vt idem ſtatuendum ſit in matre, vt quidem ſi ſola eſſet, ſit tertia totius ſubſtantiæ, quia eſſet tertia pars eius quod habitura fuiſſet ab inteſtato: ſin autem adſint fratres vel ſorores qui inſtituti, vel quibus relictum ſit, omnium quidem reſpectu ſit tertia totius, ſed reſpectu matris ſingulariter conſideratæ, erit tertia eius partis quam habitura fuiſſet ab inteſtato. 7

Nec obſtat, ſi dicatur fratribus non deberi legitimam, niſi turpi perſona hærede inſtituta, ſat eſt enim quod ab inteſt. potuerint ſuccedere, quódque teſtamento non fuerint præteriti, alioqui ſequeretur maximum abſurdum, quòd turpis perſona hæres inſtituta plus conſequeretur, cùm fratres ſucceſſoréſve non prætereuntur, ſed eis aliquid relinquitur, quàm honeſta, quæ tertiam totius matri pro legitima & dare & legata fratribus defuncti ſoluere teneretur: at turpis perſona hæres, non niſi tertiam eius quod nimirum habitura fuiſſet ab inteſtato, vt conſiderat Gabr. *d. n. 23. verſ. obſeruatur igitur.* 8

Non obſtat poſtremò Surd. *conſ. 404. n. 9.* & Paneir. *conſ. 143. in fin.* conuincuntur enim ex his, quæ fuſè tradit d. Gabriel. *d. conſil. 94. num. 20. cum ſeqq. vſque ad fin.* 9

Quoad ſecundum, verum quidem eſt hæredem d. Iacobi non poſſe cogere Ioannem, ad accipiendum ſummam 15000. librarum pro fideicommiſſo in dict. contractu tranſactionis appoſito, quia d. ſummæ expreſſio æſtimationis, ſeu valoris eius quod fideicommiſſo erat ſubiectum non ſolutionis faciendæ cauſa facta fuit. Sed verum quoque eſt, d. Ioannem non poſſe cogere hæredem, de bonis immobilibus per dict. tranſactionem, d. Iacobo remiſſis. vſque ad quantitatem

Digitized by Google

rem dictatum 15000. libratum multo minus ad ſui electionem ea poſſe conſequi, grauatus enim de reſtituendo, poteſt imputationes facere vel in mobilibus vel immobilibus, & ſic in partem ſibi vti meliorem, cùm eius ſit electio, Pereg. *de fideic. art. 35. nu 31. verſ. at in ſpecie*, quod in caſu in quo verſamur abſque dubio aſſerendum eſt, quia iura debita dict. Iacobo ratione quorum bona in d. tranſactione deſignata, ei fuerunt remiſſa, maiori ex parte in corporibus erant ſoluenda, præſertim ratione legitimæ ſibi tam ex propria perſona, quàm vti ceſſionario Catharinæ ſorori debitæ, §. 1. *in auth. de tri. & ſemiſ.* ideóque exiſtimo arbitrio boni viri pro rata tam in immobilibus quàm debitis dict. ſummam eſſe Ioanni ſoluendam, ita vt vnuſquiſque de immobilibus & debitis compenſatione facta eorum quæ ſunt meliora, cùm non ita bonis pro rata habeat, Roderic. Suar. *in l. quoniam in priorib. ampliat. 11. n. 8. C. de inoff. teſt.* Vaſq. *de ſucceſſ. progreſſ. § 4. nu. 38. verſ. ſecunda concluſio*, Graſſ. *in § legitima q. 16.*

Quoad poſtremum, certum eſt d. Mauricium non poſſe ex vi legati ſibi facti de fructibus & vſufructibus omnium ſingulorum bonorum prætendere fructus tempore mortis Iacobi perceptos ad ſe ſpectare, ſed ſolum poſſe conſequi fructus dictorũ fructuum quoad diu vixerit, cautione tamen præſtita, quia fructus re- 1
collecti & extantes tẽpore mortis teſtatoris ſunt cor- 13
pora & res hæreditatis, *l. item veniunt, § non ſolum ff de petit. hæred.* & in inſtitutionem fideicommiſſi venire compertum eſt, gloſ. *in l. quod his verbis ff. de legat. 3.* Bar. *in l. centurio in vlt. oppoſit. ff. de vulg.* Alexand. *in fideicommiſſariam num. 3. & 5.* Ripa *ibid. num. 3. & 11. ff ad leg. Falcid.* pleniſſimè Bertazzol. *conſ. 87. num. 22.* Pereg. *de fideicom. art. 49. num. 1.*

A R G V M E N T V M.

AN tranſactio in Gallia reſcindi poſſit.
An aduerſus petitionem legitimæ præſcriptio opponi poſſit.

S V M M A R I V M.

1 *Tranſactio impedit litis ingreſſum, & eſt exceptio litis finitæ.*
2 *Nec reſcripto Principis infringi debet.*
3 *Aduerſus arreſta olim non poterat impetrari* requeſte ciuile *poſt annum, nunc verò poſt ſex menſes.*
4 *Niſi agatur de minore, vel iuſta ignorantia, vel abſentia pro Rege allegetur.*
5 *Omnis actio in Gallia extinguitur 30. annis.*
6 *Tranſactio non reſcinditur, niſi adſit dolus perſonalis.*
7 *Arreſtum ſuper tranſactione nihil noui adijcit, neque dat nouum titulum, ſed ſolum ipſa tranſactio.*
8 L. 2. C. de reſcind. vend. *ex edicto Regis non procedit in tranſactione.*
9 *Idque iuxta veriorem iuris ſententiam, & n. 15.*
10 *Sententia ſub prætextu læſionis non reſcinditur.*
12 *Præſcriptio impedit litis ingreſſum.*
13 *Tranſactio inter tutorem & minorem venit reſcindenda, non obſtante conſtitutione.*
14 *Quando non viſis, nec diſcuſſis rationibus facta fuit.*
15 *Actor probare debet intentionem ſuam.*
16 *Furor debet præciſè probari de tempore actus, quando quis ad infringendum actum, furori innititur.*
17 *Prodigus, donec talis declaratus ſit, & curator ei datus, valide contraind.*
18 *Si quis dilucida patitur interualla, & actus ab eo geſtus talis ſit, qui à ſanæ mentis homine geri potuiſſet, præſumitur factus de tempore ſanæ mentis.*
19 *Legitima præſcribitur 30. annis.*
20 *Hæres ſimpliciter adiens tenetur approbare factum defuncti.*

CONSILIVM CLXII.

DVo nunc diſcutienda ſunt circa lites, quas mouit Illuſtr. Henricus de Brancas Baro Seſariſtę cõtra Illuſtr. dominum de Brancas D. Doyſe; vnum, an poſſit petere redditionem rationum tutelæ per Illuſtr. quondam D. Animundum patrem dict. Gaſparis geſtæ de perſona & bonis Illuſtr. quondam D. Ioannis de Brancas patris d. Henrici, non obſtante tranſactione inter dictos Animundum & Ioannem inita de ann. 1568. & ad hos fines d. tranſactionis reſciſionem & arreſti ſuper eius homologatione lati reuocationem obtinere.

Alterum, an legitimam in bonis Gaucheti proaui d. Ioanni patri competentem (Gaſpar enim primogenitus dicti Gaucherij patris que d. Ioannis deceſſerat ante patrem ſuperſtite d. Ioanne) petere poſſit.

Quoad primum, ſi quæ via ſibi competit ad d. redditionem rationum petendam, nulla alia poteſt eſſe, quàm ſi in primis d. tranſactio reſciſſa ſit, nam certum 1
eſt ex tranſactione oriri exceptionem peremptoriam litis finitæ, gloſſ. *c. 1. de litis conteſt. in 6.* & impedire progreſſum ad vlteriora, *l. fratris C. de tranſact.* vbi DD. *l. eleganter § ſi quis poſt de condict. indeb.* & ideò dicitur litis finitæ quod reſcripto Principis infringi non debet,
l. cauſas C. de tranſactionibus ideóque ſolùm id inquirẽ- 2
dum eſt, an reſciſſio d. tranſactionis obtineri poſſit: & omnibus maturè conſideratis ſubſignati exiſtimant non poſſe.

Primum, quia huiuſmodi tranſactio per arreſtum
de conſenſu partium fuit homologata, ad cuius reuo- 3
cationem ſupplicatio, quam vocant *requeſte ciuile*, impetrari non poterat olim poſt annum ex conſtitutione Franciſci an. 1539. *art. 136.* nunc verò poſt ſex menſes ex conſtitutione Caroli ann. 1566. *art. 15.* relata in Cod. Hẽry *lib. 9. tit. 9. c. 1. & aux Baſiliq. eod. lib. tit. & c. & aux conferences lib. 7. tit. 11. § 16.* & quæ præſcriptio ſemeſtris opponi poteſt, Louẽt *en ſes arreſts ſub lit. R. c. 49.* niſi in 4
tutoorẽ latum fuiſſet arreſtum, qui d. cõſtitutione excipitur, vel iuſta ignorantia, vel abſentia extra regnum pro Regis ſeruitio allegaretur, vt in dictis *conferences & Baſiliques*, quorum neutrum hoc caſu adeſt: d. enim Ioannes erat maior de tempore tranſactionis, & ignorantiam prætendere non poterat, cùm de eius aſſenſu arreſtum latum ſit, abſentiam verò minus cùm ſemper in Prouincia vixerit: ſed etſi huiuſmodi cauſæ adeſſent, ex quibus ſolet dari reſtitutio aduerſus d. præſcriptionem ſemeſtrem, hoc tamen caſu huiuſmodi ſupplicatione ſe iuuare non poſſet, cùm à die d. tranſactionis & arreſti lapſi ſint 46. anni: certum verò ſit in Gallia om-
nia remedia actionéſque 30. annis finiri, & omnino 5
extingui, & quamuis aliquando iudicatum fuerit hypothecariam contra debitorem, non niſi 40. finiri, poſtremis tamen temporib. ſupremarum Curiarum arreſtis definitum fuit etiam 30. annis extingui, Maſuer. *tit. 22. de præſcript. n. 17.* Boer. *q. 328. n. 4. in prin.* Louẽt *ſub lit. H. c. 5. in addit. lit. A.* & exactè ſequuntur *l. ſicut, & l. omnes C. de præſcript. 30. ann.* nulla habita ratione iuris

Digitized by Google

6 Canonici *in c. vlt. ext. de præſcript.* idque iuxta opinionem Bartol. *in l. ſequitur § viam ff. de vſucap.* his adde quod huiuſmodi ſupplicationes non ſolent concedi, niſi dolo partium perſonali intêruêniat, Loüet *ſub lit. E. c. 12. in additi. lit. A.* ex lectura enim tranſactionis bona fide geſtam fuiſſe, nec vllum dolum nos imaginari poſſe clarè conſtat.

Secundò, ſecluſo d. arreſto, & nulla illius habita ratione, perinde ac ſi nullum interueniſſet (quemadmo-
7 dum ſi tranſactio aliunde quàm ex eo non ſubſiſteret, ex eo non validaretur, huiuſmodi enim arreſta nihil noui adueunt, neque nouum titulum dant ſed ſolum ipſa tranſactio, Fernand. Vaſq. *contro. vſufr. lib. 1. alias 6. c. 63. n. 6. in fin.* Gail. *obſeru. lib. 2. obſeru. 1.* Loüet *ſub lit. D. c. 26. in additi. lit. A.* ideòq; potius tranſactio impedit arreſti reuocationem, quàm arreſtum tranſactionis reſcisſionem) à limine iudicij repellêdus eſt, ex tex-
8 expreſſo conſtitutionis Caroli IX. de anno 1560. qua in tranſactionibus *l. 2. C. de reſcind. vendit.* non habere locum, eíque ſub prætextu læſionis vltra dimidiam iuſti pretij aut maioris cuiuſcunque reſcindi non poſſe ſtatuitur, licèt iuxta veriorem iuris ſententiam, ex
9 *l. Lucius 78. § 16. ff. ad Trebell. & l. in ſumma 63. ff. de condict. indeb. & l. ſub prætextu C. de tranſact.* tranſactio enim & ſententia æquiparantur, imò tranſactio maiorem habet vim quod de conſenſu partium fiat, iudicia verò in inuitum reddantur, res verò iudicatas ſub præ-
10 textu læſionis non retractari certum eſt, *l. ſub ſpecie C. de re iud.* qua inter DD. Iuris Romani admodum ſit controuerſa huiuſmodi quæſtio, an *l. 2.* habeat locum
11 in tranſactione, verior tamen, vt iam dixi, ſententia & noſtris temporibus receptior eſt, vt non habeat locũ, vt fusè docet Roland. à Vall. *conſ. 28 n. 22. lib. 4.* poſt multos, quos refert & ſequitur, ita vt etiam ſecluſa ordinatione regia in terminis iuris communis Romani à limine iudicij repellendus ſit d. dominus Senatiſtæ ſub prætextu cuiuſcumque læſionis dictam tranſactionem reſcindere prætenderetis.

Tertiò, quia etiam ſecluſa ordinatione Regia, & præſuppoſito citra præiudicium veritatis, veriorem & receptiorem eſſe ſententiam, tranſactionem ex *c. læſionis* reſcindi poſſe, præſcript. 30. imò 46. annorum repellendus eſſet dict. Baro, ea enim quoq; eſt exceptio peremptoria, impediens litis ingreſſum, gloſ. *in d. c. 1. de*
12 *litis cont. & in 6.* nec quando clara eſt, vt hoc caſu, cùm reſultet ex data tranſactionis, nec vlteriori probatione indigeat, ad merita cauſæ reſerri poſſit, Capell. Tholoſ. q. 7. idq; te præſcriptio, vt iam diximus, in Gallia, vbi omnes actiones & remedia 30 annis finiuntur.

Et hæc quidem veriſſima & certiſſima, ſed amonendo ſunt duo, quæ in contrarium opponi poſſent. Primum, quod ordinatio non habet locum, ſi tranſactio
13 inita ſit inter tutorem & minorem, quæ non obſtante conſtitutione venit reſcindenda, Valla *de reb. dub. tract. 8. n. 3. in fin.* Maynard. *lib.* ... *c. vlt.* Chopin. *de moribus Pariſien. tit. 7. n.* ... nos non eſſe niſi ... habere locum, niſi quando non viſis nec diſcuſſis rationibus tutor tranſ-
14 egit cum minore, vt docet Loüet *ſub lit. T. c. 3. in additi. A.* in caſu verò noſtro viſæ & diſpunctæ fuerant rationes, & ſolum relatio ſuperérat facienda, & fuit tranſactio facta, nedum ſuper illis, ſed etiam ſuper aliis rebus, de quibus lis erat inter partes, & id poſt longam litem, communicatis documentis, iiſque penes Commiſſarium relictis.

Secundò, etſi eſſemus in terminis ſupradictæ doctrinæ, repellendus eſſet, cùm non venerit intra decem annos poſt maioritatem, vt iudicatum fuit pluribus arreſtis quæ videntur apud Chenu *quæſtio. 22. 24.* & 28. & Loüet *dict. cap. 3. lit. T.* quod ſi replicetur eſſe arreſtum in contrarium apud eundem Chenu *quæſt. 27.* & Maynard. *lib. 2. c. 99.* reſpondebitur, poſito quòd ſtari debeat opinioni Maynardi, (quod tamen fieri non debere, patet ex Loüet *dict. cap. 3.*) quod in hoc caſu dictus Baro omnino repellendus eſſet, cùm lapſi ſint 30. anni, etiam ante mortem patris tranſigentis, vt docet Chenu *d. q. 27.*

Denique ceſſat omninò obiectum ex eo quod tranſactio non fuit inita cum minore, ſed cum maiore, erat enim dictus Ioannes de tempore tranſactionis ma- 15
ior 25. annis, quod ſi minorem contendat dictus Baro, id probare debet, cùm ſit fundamentum ſuæ intentionis *l. actor Cod. de probation. l. qui accuſare Cod. de edén.* ſed fuiſſe maiorem ex data matrimonij dict. Gaſparis & teſtamenti Gaucherij ſecundi, & dict. tranſactionis apparere poteſt.

Secundò, opponi forſan poſſet dictum Gaſparem vel prodigum vel non ſanæ mentis fuiſſe, ideòque nec tranſactionem valuiſſe, nec præſcriptionem illi noce-
re poſſe. Sed cum talem fuiſſe de tempore tranſa- 16
ctionis dict. Baroni incumbit onus probandi, quod niſi de dicto tempore præciſè probauerit, ceſſabit obiectum, nec ſufficeret probare furorem ante actum, ſed debet præciſè probare adfuiſſe tempore actus, quando quis ad infringendum actum furorem allegat, Socinus *conſil. 42. in fin.* Ruin. *conſil. 6. numer. 3. volum. 1.* Angel. *conſil. 3. in fin.* Zabarell. *conſil. 16 num. verſ. 4.* nam cùm fundamentum intentionis alicuius eſt, tempus illud debet præciſè probare, alioquin probatio redditur inualida, ... *ſed vt probare ff. de nou. op.* ... vbi Bartolus ... Gloſſ. ibi, & ſuper ... Bartolus *in l. ...* *numeran.* ... *de acc.* ... Zabarell. *dicto conſilio 16.* ſed demus probare poſſe fuiſſe prodigum, ideòque obtinuiſſe ... contra patrem, quo declaratum fuit apertum fideicommiſſum in ſui perſona de anno.... Reſpondetur, quòd cùm de dict. tem- 17
pore prodigus declaratus non fuiſſet, nec ei bonis interdictum per iudicem, nec curator ei datus, nedum tranſigere, ſed etiam alienare potuit, & contractus per illum initi validi ſunt & firmi, Baldus *conſil. 391 numero 2. verſ. tertius caſus, libro 5.* quod duplicatur *libro 2. conſil. 260.* quoad ſanam mentem notorie ſanæ mentis erat, nec poteſt dici talis, qui neſciret quod ageret, alioqui ſi talem fuiſſe dictus Baro contendere vellet, contra proprium commodum laboraret, & proprio mucrone ſe ipſum confoderet, matrimonium enim cum ipſius matre non ſubſiſteret. Sed demus citra veri præiudicium dictum Ioannem aliqua vel furoris, vel non ſanæ mentis interualla habuiſſe, & quod magis 18
eſt, vt plurimum talem fuiſſe, & ſolum dilucida ſanæ mentis interualla ibi fuiſſe, hoc certum eſt, quod ſi actus ab eo geſtus ſit talis, qui à ſanæ mentis homine geri potuiſſet cum præſumi factum de tempore ſanæ mentis, Ioann. And. *in cap. vltim. de ſucceſſ. ab inteſt.* Afflict. *deciſ. 215. numero 5.* Maſcardus *concluſione 34. numero 6.* Menochius *præſumpt. lib. 6. præſumpt. 45 numero 66.* Mynſin. *obſeruat. 21. centur. 2.* qui ita in Camera Imperiali iudicatum fuiſſe refert, Boerius latè *dec. 27. numero 17. & ſequentibus,* Rota Romana *deciſ. 190. num. 15. in 2. part. in nouiſſ.* vbi de communi, præſertim quod longum tempus poſt tranſactionem effluxerit, Imola *in l. 1. § vltim. numero 4.* ... *ff. de verborum oblig. at.* & ibi Aretin. *in vltima column.* Mantic. *de coniect. vltim. volun.* ... *lib. 2. cap. 5. numero 7. verſ.* ... , Menochius *dict. præſumpt. 45. numero 60.* & quod coram Notario & teſtibus inita fuit tranſactio, qui eam non ſumpſiſſet, ſi ſanæ mentis non fuiſſet, nec propinqui

per.

permiſiſſent eum res ſuas agere, imò illi curatorem dari procuraſſent ſi talis fuiſſet, Boerius *dict. deciſion.23. numero 70.* His adde quod ſi bene dictum arreſtum conſideretur, id tacito patris & filij conſenſu, & ex condicto inter ipſos, & non quòd prodigus fuiſſet, vel non ſanæ mentis dictus Ioannes, latum fuit enim ſumma .... ipſi Ioanni per ipſum, & non procuratorem adminiſtranda adiudicata fuerit: datus enim abſque dubio illi fuiſſet curator, ſi non ſanæ mentis vel prodigus fuiſſet. Poſtremò dict. arreſtum alios afficere non poteſt *C. res inter alios cum* ....

Quoad ſecundum de legitima mens quidem tranſigentium fuit eam quoque remittere, vt ex lectura eiuſdem colligi poteſt, ſed tamen quia expreſſe de ea cautum non eſt; ex alio repellendus eſt dictus B..io, nimirum quod non niſi tanquam hæres patris eam petere poſſit, at verò cum...... annorum ſpatium à morte Gaucherij effluxerit, præſcriptione tanti temporis omnino repellendus eſt, petitio enim legiti-
19 mæ 30. annis præſcribitur, Baldus *in l. ſi quis filium C. de inoffic. teſtam.* Alexand. *conſilio* 08. *& conſilio 128. libro 1.* Gomeſ. *variarum reſolution. libro 1. cap. 11. numero 23. verſ. pulchrum tamen eſt*, Grall. *§. legitima quæſtion. 47.* rurſus tollitur obiectum ex eo quòd dict. Ioannes ſimpliciter ſine beneficio legis & inuentarij hæreditatem dicti Gaucherij ſecundi adiuit, qui tamen Anymundum in omnibus bonis proprijs per eum acquiſitis inſtituerat, ideóque non poteſt dictus dominus Doyſe ratione d. legitimæ nunc moleſtari, Pariſ. *conſilio 32. numero* 78 79. *&* 80. Guid. Pap *ſingul.* 1004. poſt dominum Iacob. de Aurelian. *in l. ſi unum quem C famil. erciſcund.* idem Guido *conſil.* 20, in 5 q *& conſ.* 216.

Nec obſtat, ſi dicatur A'ymundum tanquam tutorem inuentarium conficere, idem quod à tutore ratione tutelæ ad mittia dæ ſit, longè diuerſum eſt ab eo quod hæred. hæres, vt hæres beneficio legis & inuentarij ſtatuit multæ enim in eo ſolemnitates requiruntur præſertim quod creditores vocentur, certi quidem expreſsè, incerti verò per proclama, quæ in illo non conſiderantur. Nec dictus Ioannes excuſari poteſt ex eo quòd eſſet pupillus, & Anymund. inuentarium dictum inuentarium confectum non fuerit, cùm maior factus reſtitutionem eo nomine non petierit, & inuentarium fieri non curauerit, imò continuando ſimpliciter poſſeſſionem bonorum & hæreditatis, re ipſa eam ſimpliciter adiuit, & perinde habetur, ac ſi à principio maior fuiſſet, & ſimpliciter eam adiuiſſet.

ARGUMENTUM.

DAtio in emphyteuſim rei eccleſiaſticæ à Prælato cum conſenſu Capituli facta; abſque alia ſolemnitate, an valeat.

SUMMARIUM.

1 *In emphyteuſim datio rei eccleſiaſticæ, infeudari ſolitæ, fieri poteſt à ſolo Prælato abſque vlla ſolemnitate.*
2 *Nec tunc dicitur alienata.*
3 *Adeò vt ſolus Prælatus ſine Capitulo, id facere poſſit.*
4 *Caducitas cedit commodo Prælati, & computatur inter fructus.*
5 *Eccleſia non tenetur ad reſtitutionem pretij, ſi alienatio facta ſit, non ſeruata forma iuris.*
6 *Reſpond. iuribus contrarijs vſque ad finem.*

CONSILIVM CLXIII.

DUbiis per Illuſtriſ. dominationem ſuam doctiſſimè propoſitis videtur ſatisfieri ex eo
1 quod certum eſt in emphyteuſim dationem rei Eccleſiaſticæ infeudari ſolitæ poſſe fieri à ſolo Prælato ſine vlla ſolemnitate, Fr. de. de ſemiſ. *conſilio 179. per totum*, Bologn. *in addit. ad conſil.* Ioann. de Anan.
2 84. nec tunc dicitur alienare, Redoan. *de rebus Eccleſiaſticis non alienand. capite 21. numero 23.* poſt Alba. & Bald. quos citat & ſequitur, adeò vt ſolus Prælatus ſi-
3 ne Capitulo id facere poſſit, Baldus *in l. penultima in princip. Cod. ad Vellcian.* & eum ſecutus Redoan. *dicto loco*; at verò in caſu noſtro plus præſtitum fuit, quia Abbas cum conſenſu Capituli dumum, de qua agitur, in emphyteuſim ſub antiquo Canone dedit, quo ſtante ſequitur dict. in emphyteuſim dationem factam fuiſſe eo modo quo de iure permiſſum erat, & cum ſolemnitatibus, quæ in rebus alienari ſolitis requiruntur, quæ nullæ aliæ ſunt, quàm vt à Prælato fiat, & præterea conſenſu Capituli interueniente, imò in ipſo Capitulo. Ex quo ſequitur reſponſio ad id quod dicitur, etiam in rebus ſolitis in emphyteuſim dari neceſſarium eſſe, quod in noua conceſſione adſit euidens vtilitas Eccleſiæ de tempore huius nouæ conceſſionis, Cæſ. de Graſ. *deciſion. 4. de rebus Eccleſiaſticis non alienand. per totum*, Rota Romana *diuerſorum parte 1. deciſion. 182. in princip.* Antonius Genuen. *in prax. Neapolit. cap. 61. numer. 6. circa fin.* nam cùm non conſtet in damnum Eccleſiæ factam, & eo modo facta ſit, quo de iure fieri debet, & præſuppoſito, quòd celebrata eſſet à ſolo Prælato, præſumitur facta in Eccle- 4
ſiæ vtilitatem, Tiraquell. *de leget. conm. gloſſ. 8. numero 89.*

Nec obſtat, ſi dicatur non conſtare ſummam Abbati datam eſſe verſam in vtilitatem Eccleſiæ, ſat eſt 5
enim quòd Abbati, maximè in præſentia Capituli, fuerit data: vlterius enim nouus emphyteuta non debuit inquirere, nec ſe intromittere. maximè quod ea res erat ſeparata à Capitulo, & prouenicbat ex commiſſo d. domus, vtilitas autem caducitatis cedit commodo Prælati, & computatur inter fructus Prælati, Collecta *in c. 2. n. 24. de feud.*

Nec obſtat authent. *quæ res C. de ſacroſ. Eccleſia.* ex qua videtur probari Eccleſiam non teneri ad reſtitutionem pretij: ea enim tantùm procedit, quando alienatio eſt facta, non ſeruata forma iuris, vt patet in illis verbis *citra formam legis.* At verò hæc, de qua agitur, modo à lege præſcripto eſt facta, vt ex ſuperioribus patet,

Eodémque modo ſatisfit Alexand *conſilio 4. nume-* 6
ro 4. lib. 3. præſupponit enim contractum non valuiſ.

Digitized by Google

ſecundò eius doctrina prodeſt in caſu noſtro, quia cùm contractus valuerit, debet teneri ad reſtitutionem pretij, etſi non appareat pretium conuerſum in vtilitatem Eccleſiæ.

7 Non obſtat etiam idem Alexand. *dict. conſil.* 4. *numer.* 8 eius enim doctrina procedit, quando vt ipſe differtis verbis contendit, venditur res Eccleſiæ, vt ex venditione dictæ rei aliquid fiat pro Eccleſia, tunc enim emptor non poteſt agere ex dicto contractu, niſi probet quòd pecunia conuerſa fuerit in illam cauſam. Sed hoc caſu id actum non fuit, ſed ſimpliciter, vt pecunia daretur Prælato in præſentia Capituli.

8 Non obſtat ſecundum dubium, quod Abbas iniuſtè priuauit domo primum emphyteotam, & ſic nulliter de nouo conceſſit. Nam prior poteſt dici nulliter, ſed iniuſtè tantùm conceſſiſſe, idque reſpicit ſolum primum emphyteotam, non Eccleſiam, vt ſcilicet primus emphyteota poſſit experiri ad reſtitutionem rei ſibi ſine reſtitutione pretij faciendam, ſed quoad Prælatum, ſiue iuſtè ſiue iniuſtè, nihil refert quoad ſecundum emphyteotam, ſat eſt quod ſecundùm formam à iure ſtatutam nouam conceſſionem fecerit, quæ ſi infirmetur ad inſtantiam primi emphyteotæ, debet Prælatus, & poſt eum eius ſucceſſor reſtituere pretium, etſi ipſe viueret, etiam damna & intereſſe per ſecundum paſſa, neque enim debet ex culpa concedentis damnum ſentire, nec ſub bona fide cum Prælato & Capitulo contrahendo decipi.

Nec obſtat dict. Authent. *qui res*, vt enim iam dixi, procedit tantùm, quando contractus eſt celebratus, non ſeruata forma iuris, ſicut & Alexandro ſatisfactum eſt ſupra, etſi Abbas ſibi conſuluit, rem permiſſam fecit ex Collecta *dict. cap* 2. ſed an hoc fecerit, neſcitur; hoc certum eſt pecuniam fuiſſe datam, eo modo quo debuit dari, ſcilicet Prælato, præſertim in præſentia Capituli, & ex parte dantis ſatisfactum eſt et quod debebat. Quare, vt iam dixi, non debet decipi ex bona fide, & contractum eo modo, quo de iure debebat ineundo.

ARGVMENTVM.

AN qui habet facultatem eligendi vnum de proximioribus teſtatoris, poſſit ipſummet hæredem eligere.

SVMMARIVM.

1 *Vtile per inutile non vitiatur.*
2 *Facultatem habens eligendi de certis perſonis, id facit ex iuris neceſſitate.*
3 *Ita vt ſit tantum executor voluntatis teſtatoris.*
4 *Et ſi non eligeret, omnes venirent.*
5 *Hæres ſi talem facultatem habeat, Falcidiam de huiuſmodi legato, vel fideicommiſſo detrahet.*
6 *Legatum a teſtatore factum ipſi hæredi, nullum eſt.*
7 *In diſpoſitionibus voluntas teſtatoris imprimis attendenda eſt.*
8 *Hæres obligatur naturaliter ad implendam defuncti voluntatem.*
9 *Semel hæres, non poteſt deſinere eſſe hæres.*
10 *Nec etiam per repudiationem propriam*
11 *Hæres purè grauatus, etiam reſtituta hæreditate, remanet hæres.*
12 *Hæres, etiam purè grauatus, facit fructus ſuos, ante petitum fideicommiſſum.*

CONSILIVM CLXIIII.

DOMINVS q Petrus Berardi in ſuo vltimo teſtamento cùm amplum legatum feciſſet domicellæ Claudiæ de Bremond vxori, eidem dedit facultatem diſponendi cùm moreretur, ſi tamen ad ſecūdas nuptias non conuolaret de bonis dict. teſtatoris vſque ad ſummam 600. ſcutorum, videlicet 300. in fauorem vnius vel plurium proximiorum vel propinquorum dict. teſtatoris, quem vel quos dicta de Bremond eligeret, 300. verò reliquorum ad puram & meram dict. vxoris voluntatem ordinando & onerando hæredem, vt dictas ſummas ſolueret, quemadmodum dicta de Bremond ordinaſſet, hæredémque vniuerſalem inſtituit Domin. Franciſcum Berardi eius fratrem, per quem voluit legata per ipſum facta exſolui, & onera hæreditaria ſuſtineri, cui ſubſtituit vulgariter & per fideicommiſſum liberos ipſius legitimos & naturales, maſculos fœminis præferendo. Mortuo teſtatore dicta de Bremond aliquibus annis poſtea teſtamentum condidit, & in illo dicta 300. ſcuta Margaritæ ſorori dict. Berardi per Franciſcum hæredem exſolui ordinauit, ſed poſtea per codicillos diſpoſitionem de dictis 300. ſcutis reuocauit, & in fauorem dict. Franciſci de illis diſpoſuit, & deceſſit relictis dicta Margarita, Magdalena ſororibus & fratre dicti Petri.

Quæritur, quæ ex dictis electionibus & nominationibus præualere debeat, an quæ in fauorem dictæ Margaritæ, an verò quæ in fauorem dicti Franciſci facta fuit, & exiſtimo electionem in fauorem Franciſci factam eſſe nullam & nullius momenti, quod ſi euicero, conſequetur factam in fauorem dictæ Margaritæ ſortiri debere ſuum effectum: vtile enim per inutile non vitiatur, *c. non debet de regul. iur. in* 6. Gemini. *conſ.* 1
97. *in fin. verſ. nec obſtat*, Baldus *conſ.* 475. quidam Ioannes *num.* 2. *verſ. tres enim ſunt caſus lib.* 1. & quando ſumus in actu variabili vſque ad mortem, ſecundus actus nulliter factus non vitiat, nec reuocat primum, ſicut dicimus in teſtamento, vt ſecundum nullum non vitiet primum.

Hanc verò ſecundam electionem nullius eſſe momenti ex eo conſtat, quòd qui facultatem eligendi vel 2
nominandi de certis perſonis habet, vt dicta Claudia de proximioribus teſtatoris, cùm poſtea eligitur, id facit ex iuris neceſſitate, eáque præciſa, id eſt, quæ poteſt ei inferri in actu moriendi, vt inquiunt Baldus & Alberic. poſt Dyn. *in l. vnum ex familia de legat* 2. ita vt ſit tantùm executor voluntatis teſtatoris, & non ipſe, 3
ſed teſtator cenſeatur feciſſe, *dict. l. vnum ex familia* §. *ſi Fal-*

ſi Falcidia, in his verbis, *non enim facultas neceſſaria e-
lectionis*. & *l. vtrum §. cum quidam ff. de rebus dub.* etſi
non eligat, omnes proximiores de familia venirent,
4 *l. cum quidam in 3. reſpon.* & *§. final.* & *l. cum ita §. in fi-
5 deicommiſſo de legat. 1.* ideoque ſi hæres ſit, qui hanc
electionem habet, de hoc legato & fideicommiſſo
Falcidiam detraheret, quod non à ſe, ſed à teſtatore
legatum cenſeatur factum, *dict. l. vnum ex familia §. ſi
Falcidia cum gloſſ. in ver. beneficium.*
6 At verò certum eſt, ſi hoc legatum à teſtatore fuiſ-
ſet factum ipſi hæredi, quod nullius fuiſſet momenti,
l. legatum § heredi ff. de legat. 1. hæredi enim à ſemet-
ipſo legari non poteſt, ergo etiam diſpoſitio de dictis
300. ſcutis in fauorem Franciſci hæredis nullius erit
momenti.
7 Rurſus & ſecundò, in huiuſmodi diſpoſitionibus
voluntas teſtatoris in primis conſideranda eſt, quæ
eas regit, *l. in conditionibus ff. de condition.* & *demonſtrat.*
8 & hæres obligatur naturaliter ad implendam defun-
cti voluntatem, Doctores *in l. 1. ff. de condition.* & *de-
monſtrat.* Perſlta *in l. cùm pater §. à filia ff. de le-
gat. 1.*
At verò voluntas dicti teſtatoris eſt manifeſta, ſe
nolle ſcilicet, vt dictus Franciſcus hæres, quamuis v-
nus ex proximioribus haberet dicta 300. ſcuta, quòd-
que is eligeretur pro illis conſequendis, ſed alius,
quàm ipſe ex proximioribus, cùm nominatim iuſſerit
& ordinauerit, vt d. Franciſcus hæres dicta 300. ſcuta
ei ſolueret, quem d. Claudia elegiſſet, ergo electio dict.
Franciſci facta eſt nullius momenti.
Nec obſtat, ſi dicatur dictum Franciſcum graua-
tum eſſe purè dictam hæreditatem reſtituere liberis,
& ſic non debere cenſeri verum hæredem, imò potius
liberos, ideóque electionem de eius perſona factam
ſubſiſtere, quod legatum non cenſeatur tunc hære-
di factum. Nam reſpondeo, præſuppoſito citra veri
præiudicium, verum eſſe, quòd Franciſcus purè cenſe-
tetur rogatus hæreditatem reſtituere liberis, quod
an verum ſit, nunc non diſcutio, certum tamen eſt,
ſemper eum fuiſſe verum & ſolum hæredem, quam-
tumuis purè rogatum de reſtituenda hæreditate, nec
per reſtitutionem ex vi fideicommiſſi deſinere eſſe
hæredem, qui enim ſemel eſt hæres, non poteſt deſi-
nere eſſe hæres, *l. ſicut Cod. de repudiand. heredit. l. etſi ſi-
ne, §. etſi, Papinian. ff. de legat. 3.* latè Decian. *conſil. 29.* 9
numer. 13. libro 3. nec etiam per repudiationem pro- 10
priam, *l. ex qua ſoluendo in fin.* & ibi Bartolus *ff. de hære-
ditat. inſtitut.* idem Bartolus *in l. ait prætor §. ſed quod
Papinianus in quarta notat. ff. de minorib.* & fideicom-
miſſarius etiam, cui purè reſtituitur, vel non dicitur
hæres, vel non ſimpliciter, ſed ſecundùm quid, ſcili-
cet hæres fideicommiſſarius, & in terminis, quod hæ-
res purè grauatus, etiam reſtituta hæreditate remaneat 11
hæres, eſt textus *in §. in primis, in illo §. inſtitutea inſtit.
de fideicommiſſ. hæredit.* ideóque reſtituta hæreditate
actiones tantum vtiles non directæ, quæ manent pe-
nes hæredem, in fideicommiſſarium tranſeunt, ad no-
tata *in §. ſed quia d. tit. de fideicom. hæred.*
Adde teſtatorem ſenſiſſe de Franciſco, vt eſſet hæ-
res non autem de liberis, qui eſſent tantùm fideicom-
miſſarij futuri, conſtare ex eo quod nominatim iuſſit,
vt hæres per ſe ſcriptus dicta 300. ſcuta ſolueret, &
cùm hæredem poſtea inſtituiſſet, ſtatim ſubiecit, vt le-
gata per ipſum facta ipſe ſolueret, dictum igitur Fran-
ciſcum ſuum hæredem eſſe intellexit & voluit: quod
longè magis in caſu noſtro dicendum eſt, quo Fran-
ciſcus non reſtituit hæreditatem filiis, quandiu vixit,
fructúſque omnes percepit, & in effectu quamdiu vi-
xit, perinde habetur, ac ſi non fuiſſet grauatus: hæres 12
enim, etiam purè grauatus, facit fructus ſuos ante peti-
tum fideicommiſſum, *l. mulier §. ſi hæres,* & *l. poſtu-
lante §. 1. l.* & *in fideicommiſſariam ff. ad
Trebell.* fusè Peregr. *art. 49.
num. 79.*

ARGVMENTVM.

AN hæreditas adita dicatur hæreditas adeuntis; & an pro portione tantùm i-pſius.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas per aditionem fit patrimonium hæredis.*
2 *Hæres hæredis, dicitur hæres primi teſtatoris, etiam adita hæreditate.*
3 *Et caſu, quo hic ſecundus hæres, diceretur tantum hæres ſecundi, hoc procederet ſolùm quoad portionem illius.*
4 *Hæreditatis aditio non transfundit debitum, niſi pro portione hæreditaria.*
5 *Hæres non repræſentat defunctum, niſi pro portione, pro qua eſt hæres.*
6 *Teſtator non habetur loco vnius perſonæ, quando ſuam hæreditatem diuerſis reliquit.*
7 *Hæres non poteſt conueniri, niſi pro portione hæreditaria.*
8 *Commune, meum eſt, etiam in materia ſtricta, contrà* numer. 10.
9 *Ex regula non fit ius, ſed ex iure regula.*
11 *Inuentarium præſeruat bona & iura hæredis ne confundantur.*
12 *Reſpon. ad id quod dicitur, hæreditatem non fuiſſe diuiſam.*
13 *Ex veriſimili dubiam mentem interpretamur.*
14 *Superfluitas clauſulæ euitanda eſt.*
15 *Non eſt recedendum à proprietate verborum, niſi clarè conſtet de voluntate teſtatoris.*
16 *Nec voluntas eſt inducenda, niſi ex verbis eliciatur,* & *numer. 19.*
17 *Teſtator cenſetur ſe conformare diſpoſitioni iuris.*
18 *Inuentarium operatur ne hæres grauetur in bonis proprijs.*

CONSILIVM CLXV.

IN dubiis per Illuſtriſſ. d. V. doctiſ-
ſimè propoſitis in cauſa domicellæ
Violand. de Nicolai, cohæredis cum
beneficio legis & inuentarij quon-
dam dict. Melchioris Reynaud, con-
tra dict. Ioann. Baptiſtam Reynaud,
in qua quæritur, an dict. Bouchard
poſſit eſſe iudex circa litem motam in Curia ſancti Pe-
tri ad inſtantiam dictæ domicellæ Violand vti cohæ-

redis dicti quondam Ioannis eius filij, In vim diſpoſitionis contentæ in teſtamento dict. Melchioris, præſupponitur, quod ea illis verbis, in dicto teſtamento appoſitis, *quod omnes controuerſiæ inter eius cohæredes terminentur per dictum Bonchard*, comprehendantur ſolùm controuerſiæ ſupei hæreditate teſtatoris, & inter cohæredes tanquam tales, at benè, duo enim copulatiuè requirũtur, vt dict. dom. Bouchard poſſit eſſe iudex in quod controuerſia ſit inter cohæredes, & quod ſit de hæreditate dicti teſtatoris, vt fusè in prioribus ſcriptis, ad quæ nos remittimus. Quo ſtante ſequitur controuerſiam de hæreditate dicti Ioannis his verbis non comprehendi, vt in dictis ſcriptis.

1 Mouet dubium dict. S. Illuſtriſſ. quo primò aſſerit hæreditatem olim dict. Ioannis per aditionem per dictum Melchiorem factam deſiiſſe habere nomen hæreditatis dicti Ioannis, & de cætero dici patrimonium dicti Melchioris teſtatoris, vt per Graſſ. *§. hæreditas quæſtion. 2. numer. 1. cum ſequentibus*, ſed huic dubio reſpondeo primò, hoc ſimpliciter non eſſe verum: nam

2 & hæres hæredis, primi teſtatoris dicitur hæres etiam adita hæreditate, *l. final. Cod. de hæredit. inſtitut.* vbi notant Doctores communiter Gomeſ. Leon. *dec. 16. numer. 6.* Crauett. *conſil. 198. numer. 9.* idem Graſſ. *in dict. §. hæreditas, quæſtion. 10. numer. 1. & ſeqq. & nu. 3.* vbi dicit id procedere in materia ſtricta. Ergo lis hæc eſt inter hæredes dicti Ioannis.

Secundò, reſpond. dato & non conceſſo hunc ſecundum hæredem debere dici hæredem Melchioris, & non Ioannis, & amplius non dici hæreditatem Ioannis, ſed tantùm Melchioris, hoc ſolùm procederet

3 quoad portionem Melchioris quam potuit habere in hæreditate dicti Ioannis, non verò quoad portionem dict. Violand. alterius cohæredis dicti Ioannis quod ex ipſomet Graſſo euincitur, dum ex regula, quam ponit, infert *numer. 2.* dominium rerum hæreditariarum transferri in hæredem adeuntem, quod non niſi de portione ſua, intelligi poteſt, & probatur *l. cùm à matre Cod. de rei vindic. l. ſi adulta Cod. de hæred. action.* Bartolus *in l. auus numer. 1. ff. de pactis, & in l. prætoria 2. §. ſed et-*

4 *ſi vnus numer. 3. ff. de Prætor. ſtipul.* Surdus *deciſion. 90. numer. 2.* Inde hæreditatis aditio debitum non confundit, niſi pro hæreditaria portione, *l. ſi ab eo 17. Cod. de negot. geſt.* Inde hæres non poteſt grauari, niſi pro portione hæreditaria, *l. ſi fundum ſub conditione §. ſi libertus ff. de legat.* Cremen. *ſingul. 10.* Baret. & Doctores *in l. 4. §. late ff. de verborum obligationibus.* Inde hæres non

5 repræſentat perſonam defuncti, niſi pro portione pro qua eſt hæres, Iaſ. *in l. 2. §. ex his numer. 4. ff. de verborum obligationibus*, Pinell. *in l. 1. part. 3. numer. 79. verſ. eadem concluſion. Cod. de bon. matern. fol. 160.* idem Graſſ. *in dict. § hæreditas quæſtion. 12. numer. 12.* Surdus *deciſ. 224. num. 21. & dict. deciſ. 90. numer. 2.* Inde teſtator non habe-

6 tur loco vnius perſonæ, quando ſuam hæreditatem diuerſis perſonis reliquit, Surdus *deciſ. 161. numer. 24.* Inde denique hæres non poteſt conueniri niſi pro

7 portione hæreditaria *l. 2. de hæreditat. action.* Cremen. *ſing. 10* Magon. *dec. Luc. 98. num. 6.* Surd. *dict. deciſio. 90. numer. 2.*

Præuidit doctiſſimus dominus meus hanc reſponſionem veram & ſolidam, propterea ſubiunxit dici debere hæreditatem Melchioris, & non Ioannis, etiam ſi Melchior non fuerit hæres dict. Ioannis eius filij, niſi

8 pro vna parte, quia, inquit, quod commune eſt, meum dici poteſt, etiam in materia ſtricta, ſecundum Caſtren. *conſil. 221. in hoc paſſu lib. 1.* ſed reſpondetur id brocardicum eſſe, cuius propterea contra certas & ſpeciales in terminis noſtris doctrinas ſuprà poſitas nulla eſt habenda ratio. Neque enim ex regula, fit ius, ſed ex iure regula *l. 1.* & ibi Doctores, præſertim Decian. *de regul. iur.* 9

Secundò reſpondetur, etiam in terminis brocardici verius eſſe propriè quod commune eſt, meum non poſſe dici, Gloſſ. *in l. id quod noſtrum ff. de regulis iuris*, 10
Bartolus *in l. ſerui electione §. 1. numer. 1. ff. de leg. 1.* vbi Doctores eum communiter ſequuntur, Surdus *deciſ. 163. numer. 2.* quod ſi quandoque, id quod commune eſt meum dicatur, id fit fictè & impropriè, vt Gloſſ. & Bartolus docent in dictis locis. Et reuera quod commune eſt, dici non poteſt meum, niſi ratione portionis meæ, quoad verò portionem alterius nullo modo, vt in terminis docent Accurſius *in dict. l. id quod meum*, & Bartolus *in dict. §. Labeo*, & ipſemet Caſtrenſ. in contrarium allegatus, id diſſerte docet *dict. conſil. 221. verſ. nec obſtat*, & propterea in ſuo caſu ſe fundat in eo quod ſtatutum non requirebat quod murus eſſet ſuus, ſed ſolùm eſſet communis. Stat igitur quod ſuprà poſitum eſt, hanc controuerſiam non poſſe dici eſſe de hæreditate dicti Melchioris, ſed tantùm dict. Ioannis, idque in terminis ſimplicis hæredis, ſed in dict. Violand, quæ adiuit hæreditatem dicti Melchioris cum beneficio legis & inuentarij, multo magis id aſſerendum eſt, cùm beneficium inuentarij præſeruet iura & bona hæredis ne confundantur, & hæredem in eo 11
ſtatu conſtituat, ac ſi hæres non eſſet, vel hæreditatem non adiuiſſet, Surdus *conſil. 305. numer. 11. lib. 3. & conſil. 332. numer. 13. & conſil. 382. numer. 84.* & inuentario confecto hæreditas cenſeatur iacens, & hæredes hoc caſu cenſeantur tanquam extranei, Bertazzar. *in ciuil. conſil. 5. numer. 22.* Surdus *deciſ. 255. numer. 17.* & inuentariũ fauore hæredis idem operatur quod titulus de ſeparatione bonorum, & habentur hæres & hæreditas loco alterius perſonæ, Vuic. de Franc. *deciſion. 246. numer 9. part. 2.* Surdus *deciſion. 322. numer. 5.* Coſta de Rata *quæſtion. 105. numer. 6. & de remed. ſubſid. remed. 29. illat. prima, numer. 6.* & prout fusè in ſuperioribus ſcriptis.

Nec obſtat quod ſubiungitur hæreditatem Ioannis non fuiſſe diuiſam, & hodie controuerti quanta 12
ſit pars dict. Violand, & quanta dict. Melchioris, ideòque ſemper dici poſſe controuerſiam eſſe ſuper hæreditate dicti Melchioris, cùm dictus Ioannes Baptiſta Raynaud cohæres interueniat in hac cauſa tanquam cohæres Melchioris videri audiendum, tum quia habet qualitatem à teſtatore requiſitam, tum quia agitur ſemper ſuper hæreditate dicti Melchioris. Nam reſpondetur neutrum ex dictis requiſitis adeſſe, quod ſcilicet & agatur de lite inter cohæredes dicti Melchioris, & de eius hæreditate. Non primum. quia dict. Violand non venit tanquam cohæres Melchioris, ſed tanquam cohæres Ioannis, & quamuis dictus Raynaudus impetatur, non tamen ſimpliciter impetitur tanquam cohæres Melchioris, ſed vti cohæres Ioannis, & illius perſonam repræſentans pro portione ſua, cuius Ioannis etiam dicitur hæres, vt fusè Graſſ. *in dict. §. hæreditas, quæſtion. 10. numer. 1.* & alij ſuprà citati. Et quamuis tanquam cohæres dicti Melchioris ſolùm conueniretur, nullo habito reſpectu ad hæreditatem dicti Ioannis, non tamen cenſeretur iſta lis inter cohæredes Melchioris, cùm dict. Violand non agat tanquam talis, præſertim ſtante dicta aditione cum beneficio legis & inuentarij. Non agitur etiam de hæreditate Melchioris, cùm vt ſuprà dictum eſt, quoad portionem dictæ Violand, non obſtante aſſerta aditione facta per dictum Melchiorem, maneat ſemper & dicatur hæreditas dicti Ioannis, in eaque

por-

portione dicta Violand habeatur pro extraneo, *dict. l. cum à matre Cod. de rei vindic.* Bartolus *in dict. l. auus n. 1 ff. de pact.* Iaſ. *in d. l. 2. §. ex his n. 4 ff. de verb. oblig.* & alij de quibus ſuprà.

Nec refert, quod hæreditas Ioannis non ſit diuiſa: id enim non poteſt operari vt portio d. Violand in bonis Ioannis de qua nunc agitur, dicatur eſſe de hæreditate dicti Melchioris, vt controuerſia ſuper illa portione exiſtens cenſeatur eſſe ſuper hæreditate dicti Melchioris. Imò diuiſa vel non diuiſa ſemper iſta portio dict. Violand eſt de hæreditate dict. Ioannis & non Melchioris, nec aliter poteſt conſiderari, & ſic controuerſia non exiſtit, niſi ſuper hæreditate dicti Ioannis.

Mouetur ſecundum dubium, ex veriſimili, vt præſupponitur, teſtatoris mente deſumptum, quod ſcilicet veriſimile ſit ſenſiſſe de hac controuerſia, tum quia difficultas & negotium eſt magni momenti, vt non ſit credendum teſtatorem non deguaſſe illud, tum quia demptis bonis dict. Ioannis & donatione a-
13 liqua ſibi facta, ſolutiſque legatis nihil ſuperſit ſuper quo dubitari poſſit de litigio. Vnde ex veriſimilitudine, quæ dubiam mentem interpretatur, iuxta Crauett. *conſil. 356. numer. 26.* & Alexand. *conſil. 179. numer.*
14 *15 libro 5.* & quod alioquin ſuperflua eſſet clauſula appoſita niſi huiuſmodi controuerſiam comprehenderet, contra tradita per Roman. *conſil. 180. num. 5.* videtur hanc controuerſiam comprehendi debere. Reſpondetur quod cùm dicta verba in dicta clauſula appoſita ex ipſorum proprietate & vera ſignificatione excludant huiuſmodi controuerſiam, non debemus ab eorum ſignificatione recedere, niſi clarè de volun-
15 tate teſtatoris conſtet, *l. non aliter de legat. 3.* nec inducere debemus voluntatem teſtatoris, niſi ex eius verbis eliciatur, Corraſ. *in l. cum virum num. 10. & 97. Cod.*
16 *de fideicommiſſ.* Menochius *conſil. 328. numer. 62.* nec imaginari voluntatem, vltra quod verba ſonant, Baldus *in l. precibus Cod. de impuber.* multo minus hoc caſu, quo nedum præter, ſed etiam contra proprietatem verborum volumus oſtendere deputationem iudicis admodum extraordinariam, quippe cùm illius dicto citra appellationem ſtandum ſit, quod eſt admodum odioſum, ideò potius reſtringendum quàm ampliandum reg. *Odia de reg. iur. in 6.*

Adde quod non poſſumus allegare voluntatem contra ipſius verba, Surdus *deciſ. 210. numer. 3.* & quod magis eſt, non ſufficit teſtatorem quid voluiſſe, vel de eius mente apparere, niſi procedat diſponendo Oſaſc. *deciſ. 110. numer. 15.* Surdus *deciſion. 238. numer. 4. & 15.* & vbi clarè non apparet quæ ſit eius mens, inhærendum eſt verbis ipſius, Clar. *in §. teſtamentum q. 76. n. 4.* Boer. *dec. 158. n. 13.*

Non obſtat Crauett. *dict. conſil. 366.* nihil enim ibi ea de re, ſed *conſil. ſeq. numer. 10.* noſtram ſententiam confirmat. Nec obſtat Alexand. *dict. conſil. 179. num. 15.* nam in ſuo caſu ex verbis teſtamenti conſtabat de voluntate teſtantis, nec vltra multo minus contra eorum proprietatem eam elicit, maior enim & minor ſumma in eodem teſtamento ab eadem perſona erat poſita, non mirum ſi recipiat interpretationem à iure, an minor in maiore comprehendatur. Teſtator enim 17
cenſetur ſe conformare cum diſpoſitione iuris, Clar. *in §. teſtamentum quæſt. 76. numer. 11.* Surdus *deciſ. 272. numer. 25.* Nec deputatio iudicis erit inutilis cùm vltra hæreditatem Ioannis & legatorum ſolutionem ſuperſint ſex millia ſcuta, & vltra, ratione quorum poſſunt naſci variæ controuerſiæ. Quinetiam & pro legatorum ſolutione, ſaltem aliquorum poſſunt eſſe etiam controuerſiæ. Et poſito quòd nullæ omninò ſupereſſent, (quod tamen notoriè non eſt) ſat eſt quod teſtator voluerit prouidere ſi eſſent, nec neceſſarium eſt vt ſint. Denique beneficium inuentarij operatur, 18
ne poſſit grauari in bonis propriis, ideóque ſi nihil ſupereſſet, vt præſupponitur, eo magis eſſet fundata dicta Violand, Beto. *conſil. vltim. numer. 37.* Sed quod magis eſt, nunquam teſtator ſenſiſſet de huiuſmodi controuerſia, etiam ſi verba teſtatoris ex proprietate illa comprehenderent, quod tamen non faciunt. Quia non eſt veriſimile voluiſſe committere rem tanti momenti iudicio vnius abſque ſpe appellationis, & tantum illam deputationem iudicis fuiſſe factam pro controuerſiis rerum non magni momenti, quæ quotidie inter hæredes naſci poſſunt, aſſerendum eſt, idque feciſſe in fauorem dictæ Violand, ne paſſim cogeretur adire dicta tribunalia iudicium habendo notos mores ſui fratris, & dict. dominus Bouchard probè ſcit eam fuiſſe mentem teſtatoris, & non aliam, prout ipſe ſæpius profeſſus fuit.

Quod verò poſtremo loco ſubiicitur: Quod ſi teſtator de hoc fuiſſet interrogatus, ita veriſimiliter reſpondiſſet, ex gloſſ. *in l. tale pactum, §. final. de pact.* Gabriel. *de regulis iuris, concluſion. 10. l. in teſtamen. de regul. iur. & cap. dilect. de donat.* Nam reſpondetur, hoc nihil eſſe, nec vllam vim habere, niſi quando ex verbis 19
teſtatoris conſtat talem eſſe illius mentem, ex Menoch. *dict. conſil. 328. numer. 62.* & ipſimet Doctores in contrarium allegati ſatis docent, alioquin ex eo omnes diſpoſitiones peruerterentur, & vnuſquiſque poſſet imaginari, teſtatorem ita reſpondiſſe, ſi interrogatus fuiſſet: imò contrarium eſt verum, quod teſtator non dixit contrarium voluiſſe Surdus *dict. deciſion. 238. numer. 4. & 15.* & teſtator qui aliquid omiſit, quod exprimere poterat, conſulto omiſiſſe cenſetur, Surd *dec. 88. num. 4.* vnde videtur plenè ſatisfactum dict. dubiis.

ARGVMENTVM.

Succeſſor in beneficio non tenetur ſtare locationi: nec valet locatio vltra triennium.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſor in beneficio tenetur ſtare locationi facta per prædeceſſorem, ſi facta ſit nomine Eccleſiæ, ad tempus à iure permiſſum.*
2 *Secus eſt, ſi nomine proprio, & morte locantis finitur locatio ipſo iure.*
3 *Dicitur autem nomine Eccleſiæ, quando fructus ad ipſam ſpectant, proprio quando ad Prælatum.*
4 *Et quidem in vacatione per obitum veriſſimum eſt.*
5 *Et procedit etiam in vacatione per reſignationem.*
6 *Reſoluto iure dantis, reſoluitur ius accipientis, & numer. 27.*
7 *Penſio eſt ius reale, inhærens beneficio.*
8 *Succeſſores neceſſarij tenentur ſtare locationi prædeceſſoris, ſecus eſt in voluntariis.*
9 *Beneficiatus comparatur vſufructuario.*
10 *Locatio vſufructuarij reſoluitur finito vſufructu.*
11 *Reſignans ante admiſſam reſignationem pœnitere, & mandatum reuocare poteſt.*
12 *Sed ſi nulla facta mandati reuocatione, aut non legitimè inſinuata, admiſſa fuit reſignatio, reſignans nihil poteſt facere in præiudicium ſucceſſoris.*
13 *Renunciatio facta per procuratorem trahitur ad diem mandati.*
14 *Anticipatæ ſolutiones reprobantur per Concil. Triden.*
15 *Locatio rerum Eccleſiæ vltra triennium fieri nequit.*
16 *Paulina non eſt recepta quoad pœnas externas, ſecus quoad nullitatem contractus.*
17 *In dubio præſumitur recepta.*
18 *Et neganti incumbit onus probandi.*
19 *Contra legem canonicam requiritur quadragenaria.*
20 *Paulina comprehendit etiam fructus.*
21 *Exceptio firmat regulam in contrarium.*
22 *Potius id quod actum, quam quod dictum, inſpici debet.*
23 *Falſa cauſa non nocet contractui, nec legato.*
24 *Succeſſor recipiens ſolutionem, non approbat locationem, niſi pro illo anno.*
25 *Factum fauore alterius, non debet contra eum retorqueri.*
26 *Nemo cogitur vti iure, quod ſibi acquiſiuit.*
28 *Locatio nulla, non poteſt confirmari.*
29 *Et ipſemet qui fecit, eam impugnare poteſt.*
30 *Nulliter alienans rem Eccleſiæ, contractum impugnare poteſt.*
31 *Alter per alterum, neque actio, neque exceptio quæri poteſt.*

CONSILIVM CLXVI.

VISIS documentis Turnone ad me miſſis cauſæ vertentis inter Petrum Baſort, & R. Rectorem Collegij ſocietatis Ieſu d. Turnonis, præſertim contractu ſublocationis factæ per Enimundum Trillard dicto Baſort die 28. Septemb. 1607. tranſactionis initæ inter dictos Rectorem & Trillard 16. Septemb. 1608. literis Regiis per d. Rectorem impetratis ad finem reſciſionis d. tranſactionis obtinendæ; & præſuppoſito in facto D. Priorem immediatum Prioratus ſancti Saluatoris *en Foreſts*, mandatum feciſſe 30. Septemb. 1606. ad reſignandum d. Prioratum conſentiendum vnioni eiuſdem in fauorem d. Collegij, & quod de an. ſequenti 1607. & 11. April. fructus d. Prioratus locauerit dict. Trillard ad ſex annos incipientes à feſto diui Ioannis anno 1606. & finientes anno 1611. cum anticipata ſolutione 4000. librarum, & quod reſignatio & vnio dicti Prioratus 18. vel 19. dicti menſis April. & de dicto ann. facta ſit, dictúſque Trillard ſublocauerit dicto Baſort 28. Septemb. 1607. cenſus, ſeruitia, reditus, laudimia, ſemilaudimia & iura dominicalia à dicto Prioratu dependentia ad ſimile tempus ſex annorum, & eadem die & in continenti d. Baſort promiſerit d. Trillard ſe à dicta ſublocatione & promiſſione de eum manutenendo per d. Trillard facta diſceſſurum, ſi Prioris mutatio accideret, & quod per eam à d. conductione d. Trillard cogeretur diſcedere, qui etiam Baſort Io. Ricard ſublocauerit ex quæ à d. Trillard conduxerat, quódque Bullæ vnionis executæ fuerint menſe Febr. 1608. dictúſque Rector miſſus in poſſeſſionem 27. dicti mẽſis. Ex his duo reſultant, materiam principalem concernẽtia. Cætera enim vel telam iudiciariam, vel quædam incidentia reſpiciũt, de quibus ſufiſſimè & aptiſſimè Aduocatus d. Collegij ſcripſit: Vnum eſt, an dict. Trillard vnione d. Prioratus facta cogi potuerit à dicta conductione diſcedere, quod ſi euicerimus, quicquid voluntariè inter dictos Rectorẽ & Trillard dicatur actum, dictus Baſort, tam ex diſpoſitione iuris cõmunis quàm ex vi d. conuentionis inter ipſum & dict. Trillard initæ, nullum intereſſe prætendere, nec ea ratione aduerſus dict. Rectorem poterit experiri.

Alterum, præſuppoſito, quod d. Trillard cogi potuerit à conductione diſcedere, an per d. tranſactionẽ dictus Rector Collegio nocuerit, ita vt teneatur ad intereſſe per Baſort prætenſum ex eo quod vltimo triẽnio dictorum ſex annorum, facto dicti Rectoris, fructus d. Prioratus non perceperit, & reconductione per d. Trillard ſibi facta vſus non fuerit, & quamuis etiam ſuper dictis duobus dubiis doctiſſimè d. D. Aduocatus ſcripſerit, nec non Clariſ. & Eruditiſſim. D. Petrus Faber præſes Sabandiæ, adeò vt difficile quidquam addi poſſit, nihilominus vt votis D. Rectoris ſatisfaciam, hæc ſubiicienda exiſtimaui.

Ad primum igitur, dictum Trillard à conductione diſcedere cogi potuiſſe, & quod plus eſt, ſtatim atque dictus Portal deſiit eſſe Prior, dictum Trillard deſiiſſe eſſe conductorem arbitror, idque duplici ratione.

Prima, quia ſi Prælatus vel Rector ad tempus à iure permiſſum, res, vel fructus beneficij locauerit, ſiquidem nomine Eccleſiæ, & ad eius vtilitatem, vt quia administrationem quidem Eccleſia habet, fructus tamen Capituli Eccleſiæ vel Vniuerſitatis ſunt, non ſibi proprij, ſucceſſor ei ſtare teneatur, Rota *deciſ. 232. in nouis,* 1
Abbas *in cap. fin.* vbi Anan. *num. 4. ne Prælat. vices ſuas.* 2
Sed ſi dictas res vel fructus locauit nomine proprio, hoc eſt ad propriam ſui vtilitatem, vt quia fructus ad ipſum, & non ad Capitulum vel Vniuerſitatem Eccleſiæ ſpectant, ſucceſſor non tenetur ſtare huiuſmodi locationi, imò ipſo iure morte locantis extinguitur, quia vltra vitam ſuam non potuit ſucceſſorem obligare, per textum *in dict. cap. final. ne Prælat. & gloſſ. ibid.* communiter approbatam, facit text. *in cap. final. de præſcript. in 6.* Caſtrenſ. *conſil. 2. nu. 3 & 5. lib. 1.* vbi latè fundat quod locatio in hac ſpecie extincta eſt ipſo iure abſque declaratione ſucceſſoris ex defectu poteſtatis locan-

locantis , quia non potuit locare ad maius tempus
quàm ipſe eſſet vſurus , & finito iure locatoris finitur
ius conductoris , quem in hoc refert & ſequitur Gre-
gor. Lopes *libro 5. partita. titul. 8. l. 2. in gloſſ. el here-
dero* Rota *deciſion. 1. de locat. & conduction.* & eſt com-
munis, vt plures allegans teſtatur Couarruuias eam
ſecutus *libro ſecundo variarum reſolutionum , capite
15. numer. 6.* Socinus *conſil. 34. libro 3.* & alij quos re-
fert Per. Duen. *amplia. 3.* & poſt eum Menochius *libro
3. controuerſ. vſufrug. cap 53. numer. 7.* & fuſiſſimè Ioann.
Gutier. *canon. quaſt. libro 1. cap. 36. numer. 4.* & Vincent.
Carocci. *in tractat. de locat. & conduct. part. 3. concluſion.
1. numer. 5.* quibus addo Theologos *de Iuſt. & iure* dif-
ferentes in facto mihi propoſito allegatos , ſcilicet
Mulinæum *de Iuſt. & Iur. tom. 2. tractat. 2. diſputat. 492.*
Syluest. *in ver. locatio*, Emanuel. Sa *in ver. conductio , a-
phoriſm. 14.* Fernand. Rebell. *de oblig at. iuſt. part. 2 ſum.
3 titul. 1. cap. 5. §. 13. notat. 6.* dici verò locationem factam
nomine Eccleſiæ , quando fructus ad Eccleſiam ſpe-
ctant, quorum Prælatus eſt adminiſtrator, propter ve-
rò cum fructus ad Prælatum , qui locat pertinent , &
de iis ad libitum diſponere poteſt , conſtat ex traditis
per Gluil. *in dict. cap. final.* Carocci. *dict. concluſion. 1.* &
fuſiùs ac clariùs Gutier. *dict. cap. 16.* quinimò ſecun-
dùm Couarru. vbi *ſupra in fin.* licet Prælatus vel Re-
ctor nomine Eccleſiæ fructus ac redditus ad ſe tantùm
ſpectantes ratione dignitatis , vel beneficij, non verò
ad Eccleſiam, locauerit , adhuc idem erit , quandoqui-
dem reuera non fructus Eccleſiæ, ſed ſuos locauit, nec
ad vtilitatem Eccleſiæ, ſed ſuam propriam id fecit. Ad-
iectio igitur illa, quod nomine Eccleſiæ id facit , cùm
ſit verbalis, non alterat naturam, nec qualitatem con-
tractus, cùm de veritate conſtet , vt inquit Gutier. *dict.
cap. 36. numer. 5.* fructus verò dicti Prioratus ad Prio-
rem ſpectare, & de illis diſponere potuiſſe, certum eſt,
præſertim hoc caſu , quo dict. Porral non in titulum,
ſed in Commendam dictum Prioratum poſſide-
bat.

4 Et hæc quidem veriſſima ſunt , quando benefi-
cium vacauit per obitum , ſed an idem ſtatuendum
ſit, ſi per reſignationem vacauerit , videndum, & qui-
dem in contrarium proponitur Maynard. *lib. 1. cap. 63.*
& Chenu *in addit. ad Papon. lib. 1. titul. 13. arreſt. 5. in fine*
præſertim ; cùm etiam penſio , quæ quodammodo
odioſa eſt impoſita ſuper beneficio, tranſeat in ſucceſ-
ſorem , Robert. *rer. iudica. libro 1. cap. 7.* & communis
doctorum ſententia , eáque vera eſt , vt etiam in vaca-
5 tione per reſignationem ſucceſſor in beneficio non te-
neatur ſtare colono , Paulus de Caſtro *conſil. 4. libro 1.*
cuius in hoc ſententiam probauit Couarru. *dict. cap.
15. numer. 6. verſ. idem erit* , éſtque veriſſimum , Gutier.
dict. cap. 36. numer. 5. Flamin. *de reſign. lib. 1. quaſt. 14. nu-
mer. 47.* & ſecundùm quam opinionem Rota Roma-
na ſolet iudicare, vt per Bellamer. *dec. 748.* & Pute. *de-
ciſion. 181. lib. 1.* ex notatis *in dict. cap. vltim. ne prælat. vi-
ces ſuas.* Ex ſuperuenientia enim ſucceſſoris extingui-
tur locatio, vt tradit Pute. *dict. deciſion. 181. numer. 1. &
2.* vbi dicit hoc eſſe de mente Rotæ , & cuius Rotæ
deciſioni in iſtis beneficialibus ſtare debemus. Quod
ſi quandoque in tribunalibus Galliæ contrarium iu-
dicatum fuit , vt referunt Maynard. & Chenu dictis
locis, hoc fuit in circumſtantiis, quæ in caſibus, de qui-
bus agebatur, militabant, ob quas motus fuit Senatus,
vt ita ſtatueret , nempe ſi fraus reſignantis adeſſet,
damnum conductoris & lucrum reſignatarij, vt ex di-
ctis authoribus, præſertim Maynard. maximè in ratio-
nibus, quas affert, elicere poſſumus , quinimò Senatus
Tholoſanus apud dictum Maynardum, non ſimplici-
ter decreuit ſucceſſorem beneficij per reſignationem
vacantis ſtare debere locationi, ſed ſolùm eo caſu quo
ſucceſſor in beneficio non reſtitueret pecunias , quas
colonus bona fide prædeceſſori ſolueret, ſatis demon-
ſtrans quòd ſatisfacto coloni damno ſucceſſor pote-
rat recedere à locatione prædeceſſoris. In caſu verò,
in quo verſamur, tantum abeſt, vt huiuſmodi circum-
ſtantiæ abſint, quin potius contrariæ militant, ex qui-
bus moueri debuiſſet Senatus ad communem ſenten-
tiam amplectendam , vt ſcilicet reſignatarius non te-
neretur ſtare locationi factæ per prædeceſſorem , nam
ſi aliqua fraus conſideretur in prædeceſſore, ea erat in
damnum ſucceſſoris , cùm à ſex menſibus antea man-
datum ad reſignandum & conſentiendum vnioni
beneficij feciſſet , & cuius fraudis erat particeps dict.
Trillard conductor, vt conſtat ex dicta promiſſione
per dictum Baſſort facta , cùm vterque prouiderit in 6
caſum reſignationis , quam ſciebant de tempore pro-
miſſionis factam : damnum verò dicti Trillard, nul-
lum, cùm fructus conſiſtant in cenſuum , iurium do-
minicalium & laudimiorum perceptione , quæ ante-
quam fiat , non requiritur vt fiant expenſæ præpara-
toriæ. Lucrum autem dict. Rectoris nullum , imò
damnum, cùm dicti fructus non eſſent locati ſub iuſta
mercede. Cùm itaque in hoc caſu omnia , ex qui-
bus Senatus moueri potuerat penes Maynard. & Che-
nu militent in contrarium in noſtro caſu dictæ loca-
tioni ſtare non tenebitur dictus Rector , quod ſi po-
tuit cogere dictum Trillard ab ea diſcedere , potuit
& quoque dictum Baſſort , reſolutio enim iure dan-
tis , reſoluitur etiam ius accipientis , præſertim cùm
dans non habebat ius niſi ad tempus , ſcilicet quam-
diu poſſideret, *l. ſi tutela de adminiſtr. tutor. cap. tua nu-
per ext. de donat. inter virum & vxorem*, imò longè ma-
ximè, cùm dictus Baſſort tantùm cenſus, laudimia, &
iura dominicalia conduxerit , pro quibus percipien-
dis nulla præparatio vel expenſæ à longo tempore fa-
ciendæ ſunt , ſed ſtatim atque cedunt , percipiuntur,
quo caſu in Gallia ſolet iudicari , ſucceſſorem non
teneri ſtare locationi , vt ex Domin. Chattelier Sena-
tore Pariſienſi refert Charond. *reſpon. libro primo,
cap. 59.*

Nec obſtat quod de penſione ſubiungitur, ea enim
eſt ius reale inhærens beneficio , Loüet *ſub litera P.* 7
capite 30. in addition. & authoritate ſuperioris inſti-
tuta, non mirum ſi tranſeat ad ſucceſſorem , & quę de
marito , pupillo & ſimilibus ſolent afferri , diuerſam
habent rationem , nec ab illis ad poſſeſſorem benefi-
cij, poteſt duci argumentum , vt patet ex doctoribus
ſuprà allegatis , præſertim Gutier. *dict. cap. 36.* ſed fu-
ſiùs *libro 2. cap. 8.* vbi de omnibus & quibuſcumque
ſucceſſuribus , tam vniuerſalibus quàm particularibus
ſigillatim diſſerit , & quid quaque ratione in vnoquo-
que ſtatuendum ſit , eruditè demonſtrat. Dictus e-
tiam aduocatus Collegij idem præſtitit, & vno verbo
omnes ſucceſſores particulares qui tenentur ſtare lo-
cationi, ſunt ſucceſſores ex diſpoſitione iuris , qui ap- 8
pellantur ſucceſſores neceſſarij , vt eſt pupillus qui te-
netur ſtare locationi factæ per ſuum tutorem de ſuis
bonis , & adultus per curatorem , & mulier per mari-
tum, per *l. filiofamilias §. ſi ius in quinquennium ff. ſolut.
matrimon.* ſecus eſt in ſucceſſore voluntario , qualis
eſt emptor *l. emptorem Cod. locat.* & ſucceſſor in bene-
ficio, qui non niſi ex voluntate collatoris & ipſius ac-
ceptatione ſuccedit , atque hanc diſtinctionem tra-
dunt Capell. Tholoſ. *quaſtion. 420.* & Raneltin. *ad
Guido. qu. 480.* quod præſertim in ſucceſſore beneficij
aſſerendum eſt, quia anteceſſor non eſt niſi diſpenſator 9

fructuum aut ad ſummum vſufructuarius, vt notatur
9 *in cap. præſenti de officio ordin libro 6. cap. 2. de donat.* &
10 *cap. fin. 12. q. vlt.* locatio autem vſufructuarij reſoluitur finito vſufructu, *l. ſi quis domum §. hic ſubiungi ff. locat.* Anchar. *conſil. 116. numero 3.* ita vt nulla ſit habenda conſideratio, quomodo vacauerit beneficium, an per obitum, an per reſignationem. cùm vtrobique militet eadem ratio, cur ſucceſſor ſtare non teneatur ex perſona locantis & qualitate rei locatæ deſumpta.

Quòd ſi quis adhuc ſcrupulus reſtaret, an id in Gallia ſeruari debeat, is omnino tolletur ex conſtitutione Caroli noni de anno 1568. relata *in Codice Henrico*, nec non *aux Baſiliques, lib. 1. tit. 18. articul. 1.* qua nominatim ſtatuitur conductionem finiri quomodocumque vacent beneficia etiam per dimiſſionem, ſeu reſignationem, niſi eſſet de prædiis quæ collantur, de quibus conductiones, ſolemnitatibus tamen, de quibus in conſtitutione interuenientibus, non expirant, & quæ diſtinctionem ſupradictam domin. Charthelier confirmat, & ſecundùm quam, ſi quæ arreſta in contrarium proponantur, ſunt intelligenda, alioqui nullius eſſent momenti, vtpote contra expreſſum textum conſtitutionis lata, atque hæc quidem quoad primam rationem.

Secunda ratio, qua dictus Trillard cogi potuit à conductione diſcedere, quatenus in ea de facto eſſet, ſumitur ex nullitate dict. contractus, quadruplex eſt.

Prima, quia portal ſex menſibus, & vltra, poſt reſignationem & conſenſum vnionis faciendæ, & ſex vel
11 ſeptem diebus tantùm ante bullarum expeditionem dictum contractum locationis fecit, etſi enim ante admiſſam reſignationem poſſit pœnitere & reuocare mandatum, etiam eo non reuocato, ſi reſignatarius noluerit acceptare beneficium, reſignans manuteneatur in poſſeſſione à qua non deſtitit, Peleus *aux actions Forenſes lib. 2. quæſtione 36.* adeò vt reſignans poſt reſignationem remanſerit in pacifica poſſeſſione tutus, ſit regula *de ann. poſſeſſione*, & poſſit excipere contra impetrantem dictum beneficium per obitum reſignatarij. Sarnen. *dict. regul. de ann. quæſtion. 57.* Flamin. *de reſigna. benefic. lib. 3. quæſtion. 5. numer. 58.* hoc verum eſt reuocatione mandati facta ante reſignationis admiſſionem & conſenſum præſtitum, eaque legitimè intimata, *clemen. vni. de renunciat.* & ibi Gloſſ. & Card.
12 & Rebuff. *in praxi de procur. ad reſigna. reuocat. nu. 2. & coſ. 90. n. 13.* fusè Flami. Pariſ. *lib. 9. q. 25. n. 31.* poſt multos, vel non admiſſa poſtea reſignatione, aut non acceptato beneficio per reſignatarium: ſed ſi nulla mandati reuocatione facta nec intimata admittatur reſignatio, eaque ſortiatur effectum per acceptationem reſignatarij, quidquid intermedio tempore per reſignantem actum fuit, nullum eſt, & nullius momenti, quatenus præiudicium ſucceſſoris reſpicit, quia ſtatim cenſetur abdicaſſe ius ſuum, Abbas, Anthon. de Butero, Imola & alij omnes per illum *text. in cap. ſollicite, & in cap. ac-*
13 *cepta de reſtit. ſpoliato.* Caſſiador. *deciſion. 4. eodem titul.* Pute. *dec. 158. in fin. numero 4. libro 3.* Achil de Graſſ. *deciſion. 10. eodem titul. alias 317.* & quantum in eo fuit, amiſit poſſeſſionem & proprietatem, Rota *deciſ. 4. numer. 3. titul. de renunciat. in nouis alias 352.* & huiuſmodi renunciatio facta per procuratorem, & admiſſa per ſuperiorem trahitur ad diem confecti mandati, ita vt videatur amiſſum beneficium quoad proprietatem & poſſeſſionem tempore quo fuit confectum mandatum, vt communiter doctores tenent, inter quos Abbas *in dict. cap. ſollicite numero 11.* Lapus *allegat. 24. in princip.* Menochius *in tractat. recuperan. poſſeſſ. remed. 1. numer. 274.* fusè Flamin. rationem huius doctrinæ afferens *de reſignat. libro 9. quæſtion. 15.* & qui conſtituit procuratorem ad renunciandum, non poteſt permutare, niſi reuocauerit illum procuratorem, Flamin. *dict. libro 9. quæſtion. 25. numer. 55.* at verò dict. Portal mandatum non reuocauit expreſsè vel tacitè, nec ſi cenſeretur reuocaſſe, quidquam effeciſſet defectu intimationis, quam nec facere potuiſſet, cùm ſex tantum diebus ante bullarum expeditionem dictam locationem fecerit, quinimo admiſſa fuit reſignatio, vnio facta, & ſuum ſortita effectum, vidente & patiente & ſolutionem penſionis quam ſibi reſeruauit approbante dicto Portal. Ergo quidquid geſſit poſt mandatum, & ſic data locatio nullius eſt momenti, quatenus præiudicium ſucceſſoris reſpicit, quod maximè hoc caſu aſſerendum eſt, quo dictus Portal tot paucis diebus ante expeditionem bullarum dictam locationem ad tantum tempus, ſex ſcilicet annorum fecit.

Secundus modus nullitatis eſt, quia anticipata ſolutione 4000 librarum dicta locatio fuit facta, quod 14
reprobatum eſt per Concilium Tridentinum *ſeßione 25. c. magnam 11*, quo nominatim huiuſmodi locationes dicuntur nullæ in præiudicium ſucceſſorum, adeò vt confirmari non poſſint in Curia vel extra, qua de re fusè Catocc. *in dict. tract. de locat. & conduct. part. 1. concluſion. 20.* ſed neſcio, an huius ſecundi modi nullitatis ea habebitur in Gallia ratio, quæ haberi deberet, quod iis exceptis, quæ fidem reſpiciunt, & quibuſdam decretis in ordinationes regias redactis, cætera dicuntur non eſſe vſu recepta.

Tertius modus nullitatis eſt, quia huiuſmodi locatio fuit facta ad ſex annos contra conſtitutionem Pauli ſecundi, ambitioſè *in extrauag. comm. ſub titul. de rebus Eccleſiaſticis non alienan. ann. 1468.* latam, quod adeò verum eſt, vt nec quoad primum triennium hu- 15
iuſmodi locatio ſubſiſtat: nam etſi quoad primum triennium plerique exiſtimauerint valere, & ſolum nullius eſſe momenti vltra triennium, nihilominus tamen in Rota Romana habetur pro indubitato locationẽ prædij Eccleſiæ vltra trienniũ eſſe nullã, etiam pro triennio, & dictam extrauag. annullare contractum locationis, & ita fuit deciſum in vna locati Buxieo. 5. Decembris 1594. coram Domino Peguerra, & coram Illuſtriſſimo Pamphilio 20. Martij 1600. in vna comen. locati. & ſæpius in aliis cauſis, vt refert Genuen. *in pa. archi in addit. ad 61. n. 15.* & eandem opinionem tenuit Concil. Neapolit. & probat Afflict. *deciſione 107.*

Omnino verò vanum eſt, quod ex aduerſo dicitur dictam extrauagantiam intelligi ſolum de rebus diuino cultui dicatis, quaſi velit non comprehendi ea bona, ex quibus fructus percipiuntur miniſtris Eccleſiæ applicandi, non animaduertens omnia bona Eccleſiaſtica dici Deo dicata, quòd eius miniſtri ex eorum fructibus viuant, & de illis clarè extrauagan. loqui, & de illis ſolis intelligendam, non verò de illis, quæ diuino cultui ſoli & immediatè dicata ſunt, vt ſunt Calices, Cruces, vaſa argentea, &c. quæ nullomodo locari poſſunt, quòd ſint extra hominum commercium, & res ſacræ ſanctæque dicantur, *§. res ſacræ inſtit. de reb. diuiſ.*

Vanum quoque eſt, quod ex aduerſo dicitur dictam extrauagantiam intelligendam de locatione de triennio in triennium multiplicatis trienniis, nam verum eſt habere quoque locum in huiuſmodi locationibus, ſed ampliatiuè, extrauag. enim loquitur
de lo-

de locatione vltra triennium, hoc eſt, ad quadriennium, quinquennium, &c. vnde quæſitum fuit, quid ſi locatio fiat per duo vel tria triennia, & intelligatur renouata de triennio in triennium, an valeat, & communiter à doctoribus reſponſum eſt, nullius eſſe momenti, quod in fraudem legis ſit facta, *l. ap. allegat.* 2. vbi Mandoſ. *in addit.* & idem Mandoſ. *in pract. ſign. ſuper cedule. locat.* & Caroc. multos referens *dict. p. 4. 3. concluſion. 9. numero 41.* eademque ratione non valet locatio cum pacto quod tot ſint locationes quot comm. Felin. *in cap. quod in eccleſ. column. penult. de conſtitut.* Perie. *in dict. extrauag. cap. 2. nu. 26.* poſt Ruin. & Cagnol.

Tertiò, opponitur dictam extrauag. vſu non eſſe receptam, & ad hos ines allegat Couarr. *lib. 5. variar. reſolut. cap.* [illegible] *numer.* [illegible] Nauar. *in enchirid. c. 27. num. 149.* Cardin. Toletan. *in inſtruct. ſacerdot. c. 51. n. 6. & 7.* Emanu. Sa. *ver. conductio,* [illegible] ſed his ſigillatim reſpondendo aduocatus dict. Collegij edocet dictos autho-
16 res, aut id ſimpliciter non aſſerere, aut intelligendos eſſe quoad pœnas externas, ſcilicet excommunicationis & priuationis beneficij, non quoad nullitatem actus, ratione cuius verius eſt eam eſſe vſu receptam, vt teſtantur B[illegible] *dec. 1. num. 9.* Caualca. *dec. 45. nu. 71.* Iacob de S. Georg. *in authent. qui rem num. 157. C. de ſacroſanct. eccleſ.* Hieron. de Monte *quæſt. 20. num.* [illegible] Moheda. *dec. 25.* [illegible] *de reb. eccleſ. non alien.* Cyrie[illegible] *dec. 90.* & fusè Caroc. *dict. part. 3.* [illegible] *tract. de Epiſcop.* [illegible] *fol. 75. nu. 119. in fin.* [illegible] *per tot. num. 42.* Cagnol. *in d. authent. qui rem* [illegible] Anchar. Reg. cu. *par. 2. q. 42. num. 12.* Perie *in dict. extrauag. c. 1. numer. 71.* etſi quoad dictas pœnas externas excommunicationis & priuationis multis in locis non ſit recepta. Sed quia in aliquibus locis, atque in paucis, etiam quoad nullitatem actus non eſt recepta, vt ex Nauar. dicto loco conſtat, & Barſat. de Mantua loquente *conſ. 51. nu. 2. vol. 1.* Inde examinanda eſt quæſtio in dubio, an cenſeatur recepta vel non, & cui incumbat onus proban-
17 di receptam vel non receptam eſſe, quare re certa eſt doctorum ſententia in dubio eam præſumi receptam, tum quia eſt præceptiua & inſerta in corpore iuris, Bero. *conſ. 18. numero 9. vol. 3.* Deci. *conſil. 92. col. 1. & 2.* Redoa. *de reb. eccleſ. non alien. quæſtion. 6. verſ. ex præmiſſis, numer. 12.* Plot. *conſil. 19. numero 62. & 63. lib. 1.* tum quia ſit iuſta & pro maiori parte recepta, & in terminis eam præſumi receptam, & propterea ei qui contrarium aſſerit, incumbere onus probandi, docet Gotier.
18 *Canon. quæſt. c. 8. num. 4 circa fin. lib. 1.* Incumbit igitur onus aduerſario probandi conſuetudine contraria illi
19 derogatum eſſe in prouincia de Foreſts, conſuetudine, inquam, ad minus quadraginta annorum continuorum ſpatio & vltra cum ſuis cæteris requiſitis, præſcripta & confirmata, cum agitur de conſuetudine contra legem canonicam, per notat. *in c. fin. de conſuetud.* & in terminis noſtræ extrauag. docet idem Gutier. *d. c. 8. nu. 10.* & quod omnem ſcrupulum tollit, quod in Gallia eam eſſe receptam conſtat ex Papon. *lib. 1. titul. 13. articul. 5.*

Poterat & poſtremò opponi, quod tamen factum non fuit, eam extrauagantem procedere tantùm cùm bona Eccleſiæ locantur, non etiam fructus beneficij ex Bartol. *in l. codicillis §. inſtituto ff. de legat. 2.* vbi dicit prohibitionem alienationis rei non extendi ad fructus, quoniam aliud eſt res, aliud fructus rei, & quod Couarruuias *in dict. cap. 16. num. 6. ad fin. verſ. ſexto,* dicit quoſdam hoc opinari: verius tamen eſt comprehen-
20 dere quoque fructus, quando locantur vltra triennium, tum ex verbis clarisſ. Paulinæ, in quibus de fructibus ſit expreſſa mentio, præſertim cum excipit fructus, qui ſeruando ſeruari non poſſunt; exceptio enim hæc firmat regulam in contrarium, *l. nam quod liquidè cum ſimilibus ff. de pœnu. legat.* nempe vt quoties fructus & bona vltra triennium ſeruari poſſunt, non poſſint vltra concedi vel alienari, ſed fructus beneficiorum percipiendi, imò qui poſt triennium naſci debent, non eſt opus vt antea alienentur, nec vlla tunc eſt temporis exigentia vt alienentur, antequam naſcantur. Ergo vltra triennium nec alienari nec locari poſſunt, quinimò niſi expreſsè in verbis præcedentibus extrauag. eſſet permiſſa locatio vltra triennium iuxta hanc ſolam exceptionem, illa videretur prohibita, niſi tantùm quoties ſeruando ſeruari non poſſent pro inſtantis temporis neceſſitate: tum etiam, quia bonorum & fructuum in terminis dict. extrauagant. eſt eadem ratio, neque enim ad alium finem bona locantur, niſi pro fructuum perceptione, neque fructus locantur, niſi vt ex bonis percipiantur, & ſic in terminis locationis bona & fructus correſpectiua. Facit etiam quia in propoſito ante dictam extrauagantiam, ſicut bona eccleſiaſtica ad longum tempus, ſcilicet decem annorum, locari erant prohibita, & permiſſa tantùm ad modicum tempus, ad nouem ſcilicet annos, ita etiam & fructus & redituum venditiones, niſi ad modicum tempus, vt eſt textus expreſſus in *clemen. 1. in fin. de rebus eccleſiaſt. non alien.* Eadem igitur eſt ratio prohibitionis vltra tempus permiſſum, & permiſſionis inter idem tempus reſpectiuè, locationis bonorum eccleſiaſticorum atque ipſorum redituum & fructuum. Ergo idem ius in vtriſque in propoſito ſtatuendum eſt, & in terminis noſtris hanc ſententiam fuſiſſimè & doctiſſimè comprobat Gutier. *dict. cap. 8. numero 14. vſque ad finem,* & ante eum, [illegible] Buerius *deciſ. 224. numero 2.* & ſecundum hanc in Rota Romana ſolet iudicari & fuit dictum in dicta deciſione coram Pamphilio, vt refert Genuen. in *dict. pract. d. c. 61. n. 16.*

Non obſtat doctrina Bartoli, quia ea ceſſat verbis in contrarium exiſtentibus, & eadem ratione in re & fructibus militante.

Non obſtat etiam Couar. etſi enim cum ea opinione tranſire videatur, eàm tamen non audet aſſirmare neque damnare.

Ex quibus concluditur, quoad primum dubium, d. Trillard potuiſſe cogi à dicta locatione diſcedere, & quod magis eſt, dictam locationem fuiſſe nullius momenti.

Quoad ſecundum, tria ex dicta tranſactione reſultare videntur, ex quibus dict. domin. Rector ſibi videtur nocuiſſe.

Primum, quia ex narratiua eiuſdem videtur dictum Trillard non coactè, ſed voluntariò, & vt ſibi conſuleret, à dicta locatione diſceſſiſſe.

Secundum, quia dictus Rector per ſolutiones partis mercedis dictæ locationis ſibi factas per dict. Trillard videtur dictam locationem approbaſſe.

Poſtremum, quia ex ceſſione iurium contra ſubconductores per dictum Trillard, & promiſſione de dictum Trillard indemnem erga eos præſtando per dictum Rectorem factis videtur dictam ſublocationem in fauorem Baſort approbaſſe.

His tamen non obſtantibus dictus Baſort potuit à locatione expelli, nec vllum intereſſe prætendere poteſt, quod in vltimo triennio ea vſus non fuerit. Nam etſi dict. narratiua tenera malè concepta ſit, debuiſſetque veritas in ea exprimi, nimirum quod D. Rector

Digitized by Google

nolebat dictum Trillard in locatione perſeuerare, vo-
lebatque eum cogere, vt ab ea diſcederet, tum quod
ſucceſſor non tenebatur ſtare locationi prædeceſſoris,
tū quòd ea, de qua agitur, erat nulla vt ſupr. dictū fuit.
Sed quomodocumque concepta ſit, non poteſt veri-
tati præiudicare, & cùm reuera de iure potuiſſet diſce-
dere, potius id quod actum quàm quod dictum inſpi-
ci debet, *l. ſemper in ſtipulationibus ff. de reg. iur. toto tit. C.*
22 *plus valere quod agi*, & falſa cauſa non nocet contractui
ſicut nec legato, dummodo ſubſit alia iuſta, & vera,
nec tam qua de cauſa, quàm quid actum ſit inſpicien-
dum eſt, *l. cum tale 72. §. falſam cauſam, iuncta l. demon-*
23 *ſtratio §. quod autem ff. de condit. & demonſt.* cùm itaque
ex ſupradictis pateat d. Trillard cogi potuiſſe, illud, &
non quod dictum eſt, inſpici debet, præſertim cùm nō
ſit abſurdum, imò maximè conueniens, vt quis volun-
tariè faciat id ad quod cogi poteſt, *l. Titia Seio 87. §.*
vlt. vbi Bal. Caſtren. & alij *ff. de lega. 2.* & tunc non tam
voluntas quàm coactio dici poteſt, *l. nouiſſimè §. 1. ff.*
quod falſo tuto. & paria ſunt aliquid fieri coactè & fieri
metu coactionis, *l. vnum ex familia §. 1. de lega. 2.*

Non obſtat ſecundum, quia per ſolutionem ſucceſ-
ſori factam non cenſetur is approbaſſe locationem
præcedentem niſi pro eo anno, Rota *dec. 2. alias 213. de*
24 *locat. & conduct. in nouis*, ſequitur Bellame. *dec. 748.* A-
nani. *in cap. querelam n. 15. ne Prælat. vices ſuas*, Molin. *de*
Hiſpan. primogen. lib. 1. c. 21. n. 7. Gutier. *d. lib. 1. c. 36. n. 13.*
præſertim hoc caſu quo contractus erat nullus ex diſ-
poſitione extrauag. *ambitioſè*, Pute. *dec. 180. lib. 1.* Socin.
iun. *conſ. 56. in fin. lib. 2.* Carocc. *d. par. 3. conclu. 9. n. 45.* ſo-
lutiones verò, de quibus agitur, erant factæ pro parte
mercedis ſecundi anni, quo integro dictus Trillard v-
ſus eſt dicta locatione.

Non obſtat tertium, nam ex verbis in d. tranſactio-
ne appoſitis non poteſt inferri aliqua approbatio ſub-
locationis, nō quidem ex ceſſione iurium contra ſub-
locatores per d. Trillard d. Rectori facta, neque enim
25 ex eo ſequitur debere ſtare ſublocationi, quia cùm di-
cta ceſſio ſit facta in fauorem d. Rectoris, non debet
in eius damnum retorqueri, nec contra ipſum inter-
pretatio ſumi, *l. in ratione 30. §. tametſi ad leg. Falcid. l.*
Lucius 40. §. 1. ff. de fideicomm. libertat. adde quod nemo
cogi poteſt vti iure quod ſibi acquiſiuit, *l. ſi iudex 41. ff.*
de minor. l. pen. C. de pact. quod hoc caſu abſque dubio
aſſerendum eſt, quia d. ceſſio non eſt ſimpliciter facta,
ſed hoc adiecto, vt dict. D. Rector ea ſe iuuet, ſi ita ſibi
videatur: at ita ſibi viſum non fuit, nec voluit ea ſe in-
uare: ánne inde colliges d. Rectorem confirmaſſe ſub-
26 locationem, & cogi ei ſtare? planè huiuſmodi illatio eſt
notoriè contra omnem ſenſum & rationem.

Non poteſt etiam elici confirmatio ſublocationis
ex promiſſione per d. Rectorem facta de dictum Tril-
lard indemnem præſtando erga ſublocatores, promiſ-
ſionem enim huiuſmodi fecit, quia probè ſciebat di-
ctum Dafort nullum intereſſe prætendere poſſe, quia
cùm locatio in perſona Trillard corrueret, corruebat
quoque ſublocatio Dafort: reſoluto enim iure dantis
&c. *d. l. lex vectigali ff. de pignor. l. ſi ex duobus §. ſed &* 27
Marcellus ff. de iudicem ad ſec. l. peto 69. §. prædium ff. de
legat. 2. l. 1. C. ſi pign. dat. ſit.

Hæc omnia corroborantur ex tribus quæ hîc con-
currunt: Primum, mentem neque Rectoris, neque
Trillard fuiſſe, vt d. Dafort perſeueraret in ſubloca-
tione: patet ex eo, quod dictus Trillard inſtrumentum
ſublocationis non conſignauit dict. Rectori, ſed tan-
tùm promiſſionem ſibi per dict. Dafort factam de non
petendo aliquod intereſſe caſu quo d. Trillard coge-
retur à locatione diſcedere, quódque dictus Rector
ſex hebdomadis poſt dict. tranſactionem dict. promiſ-
ſione ſe iuuans dicto Dafort intimari curauerit, vt à d.
ſublocatione diſcederet, et tamen re ipſa permitten-
do, vt tertium annum cœptum finiret, ſed nec men-
tem Dafort fuiſſe in dicta ſublocatione perſeuerandi
conſtat, tum ex dicta promiſſione, tum quòd reipſa fi-
nito primo triennio ab ea diſceſſit; in quo notanda eſt
bonitas dicti Rectoris, qui permiſit primum trien-
nium integrè labi, antequam dict. Dafort à dicta ſub-
locatione diſcederet. Et certè non aliam fuiſſe men-
tem dict. Rectoris, quàm quæ ſuprà poſita eſt, ex eo
manifeſtè patet, quia ſi voluiſſet omnes ſublocatores
perſeuerare vſque ad ſexennium finitum, inutilis ſibi
fuiſſet diſceſſio à locatione dict. Trillard, quia idem
ſibi impedimentum & damnum ſublocatores dediſ-
ſent, quod ex perſeuerantia & continuatione d. Tril-
lard paſſurus fuiſſet.

Secundum, poſito & non conceſſo, quòd ex dicta
tranſactione aliqua confirmatio ſublocationis elice-
retur, ea non minus vllius momenti fuiſſet quàm lo- 28
catio Trillard, nullo enim actu dict. Rector potuit di-
ctam locationem nullam ob dict. extrauag. *ambitioſè*
confirmare, Moheda *dec. 250.* Creſcen. *d. dec. 150.* & i- 29
pſemet potuit venire contra huiuſmodi longiorem
locationem etiam iuramento firmatam, Eugen. *conſil.*
24. Carocc. *d. concluſ. 9. n. 40. in fin.* Nam & generaliter
verum eſt, Prælatum vel Rectorem rem Eccleſiæ nul- 30
liter alienando vel locando poſſe impugnare dictum
contractum & ad nullitatem illius agere, Abbas *in c.*
ſi quis n. 6. & 8. de reb. eccleſ. non alien. & in c. 1. de dolo &
contum. n. 13.

Poſtremum eſt, quia poſito aliquam confirmatio-
nem elici, ea ſe. Dafort iuuare non poſſet, quia alteri 31
per alterum neque actio neque exceptio quæri po-
teſt, *l. ſtipulatio iſta §. alteri cum ſimil. de verb. oblig.* cùm
dictus Trillard nullum intereſſe prætendere poſſit, ſi
Dafort ſuam ſublocationem non continuet, tum quia
dict. Dafort nullo modo aduerſus ipſum experiri
poteſt propter dict. promiſſionem, tum
quia ipſe ſibi conſuluit, cùm dictus
Rector promiſit de eum in-
demnem præſtando.

ARGV-

ARGVMENTVM.

AN & quo iure filius in conditione poſitus, & ex coniecturis vocatus ad portione patris, cenſeatur etiam vocatus ad portionem patrui.

SVMMARIVM.

1 *Etſi filius in conditione poſitus, cenſeatur vocatus ex coniecturis, de quibus ibi.*
2 *Tamen hoc intelligendum eſt, quoad portionem patris, non quoad portionem patrui, & n.5. quod tamen fallit, vt n.6.*
3 *Ius & ſpes reciproca ſubſtitutionis non transmittitur, ad filios in conditione poſitos.*
4 *Licet concurrant tria, de quibus ibi.*
7 *Quomodo filij in conditione poſiti, ſunt de deſcendentibus teſtatoris, cenſentur vocati ad portionem patrui.*
8 *Item quando per dictionem collectiuam, ſunt in conditione.*
9 *Et ſub qualitate maſculinitatis.*
10 *Et vltimo loco vocatur extraneus.*
11 *In fideicommiſſo reali filius vocatus ad portionem patris, cenſetur etiam vocatus ad portionem patrui.*
12 *Tranſmiſſio facilius præſumitur, quàm vocatio.*
13 *Fideicommiſſum tranſmittitur tribus concurrentibus.*
14 *Non tranſmittitur, ſi ſupereſt perſona eiuſdem vel proximioris gradus.*
15 *Fallit, ſi adſit qualitas maſculinitatis.*
16 *Ex prædilectione maſculorum euincitur, teſtatorem, nedum filios, ſed etiam nepotes vocare voluiſſe.*
17 *Ex pluralitate graduum ſequitur tranſmiſſio.*
18 *Item ex veriſimili mente teſtatoris.*

CONSILIVM CLXVII.

NOBILIS Ioannes de Feleon, loci de Montiſiis in Comitatu Venaiſſino, in ſuo vltimo teſtamento de anno 1528. & de menſe Auguſti condito, hæredes ſuos vniuerſales inſtituit Guillelmum, Ioannem, & Antonium de Feleon, eius filios impuberes, vnum alteri ſubſtituendo, & ſi dicti eius filij deceſſerint in pupillari ætate, & alias quandocumque ſine liberis maſculis; tunc & eo caſu ſubſtituit Francezium & Catharinam & naſcituras filias legitimas, & naturales æquis partibus & portionibus, & inde filios maſculos ex eis tunc exiſtentes; & deficientibus filiis maſculis, in eum caſum ſubſtituit filias dictarum Francezia & Catharinæ, & deficientibus filiabus dictarum Catharinæ & Francezia, ſubſtituit proximiorem ipſius teſtatoris, qui tunc fuerit: omnes dicti tres filij ſuperſtites fuerunt teſtatori; deinde N. . . . moritur ſuperſtitibus Guillelmo, & N . . . ., poſtea dict. Guillelmus relictis Thoma & Laurentio liberis: poſtremò dictus N . . . ſine liberis deceſſit. Quæritur, an d. Thomas ex vi vel ſubſtitutionis, vel tranſmiſſionis, portionem dicti N . . . . detractis detrahendis, ad ſe pertinere prætendere poſſit, & in ea prætenſione bene fundatus ſit.

1 Dubium facit quoad ſubſtitutionem, quia etſi verum ſit Thomam, in conditione poſitum, ad portionem Guillelmi patris cenſeri vocatum ex coniecturis in hoc caſu concurrentibus, quòd conditio concepta ſit ſub qualitate maſculinitatis, videlicet ſi ſine liberis maſculis deceſſerit, quòd plures gradus ſubſtitutionis adſint, & quòd vltimò proximior ipſius teſtatoris vocatus ſit, Fulgoſ. *conſ.* 20. *num.* 3. Apoſtill. ad Alexand. *conſ.* 64. *in ver. ipſis, lib.* 5. *in princip.* Decian. *conſ.* 3. *num.* 48. *& ſeqq. verſ. tertio dato, lib.* 1. Clar. *in §. teſtamentum, quæſt.* 79. Menoch. *præſump.* 76. *per tot. lib.* 4. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 11. *tit.* 2. *num.* 19. *& tit.* 3. *per tot.* Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 3. *quæſt.* 26. *per tot.* Tuſch. *pract. concluſ. tom.* 3. *ſub lit.* F. *concluſ.* 369. præſertim *num.* 21. *&* 42. tamen hoc intelligendum eſt, quoad portionem patris, non quoad portionem patrui, Socin. *in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell.*, & Hieronym. Zanchus *ibidem, num.* 794. Ripa *in l. centurio, num.* 166. *in fin. verſ. caſtrum, ff. de vulgar.* & alij quos longa ſerie refert Ioſeph. de Ruſtic. *in tract. an & quando liberi, lib.* 5. *cap.* 9. Natta *conſ.* 551. *num.* 7. Bertrand. *conſil.* 105. *lib.* 3. *prior.* Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 78. *num.* 19. *& artic.* 31. *numer.* 16. *&* 18. Honded. *conſil.* 60. *numer.* 59. *lib.* 1. *& conſil.* 55. *num.* 25. *lib.* 2. Theſſau. *deciſ.* 48 *num.* 16. Viui. *deciſ.* 399. *lib.* 2. 2

Quoad tranſmiſſionem verò dubium facit, quia ius & ſpes reciprocæ ſubſtitutionis ad filios in conditione ſubſtitutionis poſitos non tranſmittitur, vt notat Gloſ. communiter approbata *in l.* 1. *C. de his qui ante aper. tabul.* vbi Salicet. *num.* 8. quod adeò verum eſſe exiſtimauit Gabriel. *conſ.* 91. *lib.* 2. vt quamuis tres 3 concurrerent coniecturæ, nimirum quòd filij ſint in 4 conditione poſiti, quòd initio fuit in ſubſtitutione iunctum ius accreſcendi, quòd poſt reciprocam factam inter filios, ſi omnes ſine filiis decedant, ſubſtituitur poſterior gradus in ſucceſſione inteſtati, vel extraneus, ſpes tamen fideicommiſſi non tranſmittatur, *num.* 17. & pro ſua ſententia allegat Bald. *in l. pen. num.* 11. *C. de impub.* Caſtrenſ. *ibid. num.* 8. Alexand. *num.* 4. Iaſ. *num.* 6. eundem Bald. *conſ.* 231. *vol.* 3. Ceneta *conſ.* 20. *num.* 5. *vol.* 4. Ruin. *conſil.* 87. *num.* 5. *vol.* 2. *& conſ.* 136. *in fi. vol.* 3. Crauet. *conſil.* 113. *num.* 4. Socin. *in d. § cum ita, num.* 25. Ripa *num.* 120. Fabian *num* 63. Zanchum *n.* 151. *& n.* 984. Gozad. *conſil.* 67. *num.* 10. Pariſ. *conſ.* 43. *n.* 15. *vol.* 2.

His tamen non obſtantibus exiſtimo verius, dict. Thomam portionem patrui tam ex capite ſubſtitutionis, quàm tranſmiſſionis euocare poſſe: & quidem quoad caput ſubſtitutionis, vt ſcilicet cenſeatur vocatus, etſi verum ſit regulariter, filium in conditione poſitum, caſu quo ſit vocatus ad portionem 5 patris, non cenſeri vocatum ad portionem patrui, quia ſcilicet dicti liberi in conditione poſiti non poſſunt dici liberi ratione tranſuerſalium, & quia ſunt poſiti in conditione reſpectu portionis patris, & non poſſunt intelligi vocati, niſi quia ſunt in conditione poſiti, ergo ſolùm vocantur ad partem cui conditio illa poteſt adaptari, & reſpectu illius partis cui dict. conditio poteſt conuenire, *leg.* 4. *§. toties, ff. de damno infect. l. hos accuſare, §. his omnibus. ff. de accuſationibus, l. ita autem, in princ. ff. de admi. tut.* & ita per iſtam rationem concludebat Ruin. *conſil.* 141. *poſt numer.* 13. *verſ. poſtremo, lib.* 3. dicens iſtud eſſe de intentione omnium DD. tum *in leg. pen. Cod. de impuber.* tum *in dict. leg. hæredes mei, §. cum ita.* tamen vbi coniecturæ concurrunt, 6

ex quibus poſſimus elicere mentem teſtatoris fuiſſe, vt filij ad portionem etiam patrui admitterentur, verius & receptius eſt, filios ad portionem quoque patrui vocatos, vt in terminis docent, adeò vt quoque ipſi filij inuicem cenſeantur ſubſtituti, Cranet. *conſil.* 130. *num* 5. *&* 6. Ruin. *conſ.* 142. *num.* 13. præſertim *verſ. tertio principaliter, lib* 3. Rimin. iun. *conſ.* 105. *num.* 29 *&* 676. *num.* 12. *lib* 6. Zaneh. *in d. §. cum ita, num.* 796. & quidem ea ſententia veriſſima eſt, ex eo quod non ex eo ſolum quod in conditione ſit poſitus, cenſetur ad portionem patrui vocatus, quia tunc militat ratio ſuprà dicta, quod nimirum conditio quoad perſonam illius tantum, & reſpectu illius partis cui poteſt conuenire, optari debet: ſed quia militant coniecturæ quæ efficiunt, vt ex veriſimili mente defuncti cenſeantur vocati, cuius voluntas in iſtis prædominatur, *l. in conditionibus cum ſimilibus, ff. de condit. & demonſtr.* Sed tota difficultas eſt, quænam ſint illæ coniecturæ, quæ huiuſmodi teſtatoris voluntatem euincant, & planè in caſu noſtro tot concurrunt, vt omnimodo ſtatuere debeamus, vocatum eſſe ad portionem patrui.

7 Prima eſt, quando filij in conditione poſiti, ſunt de deſcendentibus teſtatoris, quam ſolam plerique ſufficere exiſtimarunt, vt Ruin. *conſ.* 121. *num.* 8. *vol.* 2. Burſat. *conſ.* 202. *n.* 42. *verſ ſecundò declaratur, vol.* 2. Ruſtic. *lib.* 5. c. 9. *num.* 8. Menoch. *lib.* 4. *præſump* 76. *n.* 87. *in fin.* Gaſp. Theſſau. *lib* 2. *quæſt. Forenſ q.* 74. *n.* 7 *in fin.*

Sed ſi hæc coniectura ſola adeſſet, res haberet magnam difficultatem, ex Theſſau. *deciſ.* 248. *num.* 16. & quod Gaſp. *d. quæſt.* 74. *num.* 13. contra ſuam ſententiam iudicatum fuiſſe cõtendit, & Dominos aſſeruiſſe communem opinionem eſſe contra huiuſmodi coniecturam, quam tamen maximi momenti eſſe exiſtimo, nec video quomodo communis ſit in contrarium, & caſus, de quibus tam d. Anto. quàm Gat. filius, ſunt differentes à noſtro, quòd in eis agatur de reciproco fideicommiſſo inducendo, eóque non inter filios, ſed inter nepotes, quod difficillimè fit, vt per eundem Anthon. *num* 17.

8 Secunda itaque coniectura eſt, quia per dictionem collectiuam, *liberorum*, ſunt in conditione, ex traditis per Ruin. *conſ.* 167. *poſt num.* 10. *verſ. nam quolibet. & conſ.* 139. *num.* 20. *lib.* 3. Caſtrenſ. *in pen. C. de impube. & in l. poſt. ff. de vulga. & conſ.* 404. *num.* 2. *lib.* 1. ſed hæc quoque coniectura ſola maximam pateretur difficultatem ex traditis per Ruſtic. *d. cap* 9. *num.* 12. huius tamen eſt etiam maxima habenda ratio: nam ea ex receptiori ſententia reijcitur, cùm agitur de reciproco fideicommiſſo inducendo inter filios in conditione poſitos, quod difficilius inducitur, cùm tria in eo concurrere debeant: quòd ſcilicet ſubſtitutio ſit facta honoratis. Secundò, vltimo morienti: Tertiò, in tota hæreditate, Mant. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 7. *tit* 5. *n.* 6. *&* 15. Theſſau. *d. q.* 74. *n.* 12. non verò quærimus ſolùm, an filius in conditione poſitus & vocatus ex coniecturis, cenſeatur vocatus ad portionem patrui. quo caſu illius habendam eſſe rationem contendit Viu. *deciſ.* 393. *n.* 8. & concurrentibus aliis coniecturis nullo modo recedendum eſſe ab opinione Paul. de Caſt. aſſerit *n.* 9. ſicut in ſimili coniectura quæ per ſe potens non reputatur, ſimul iuncta ſufficit abſque dubitatione aliqua, vt per Grat. *conſ.* 106. *num.* 18. *& ſeq vol.* 2. cùm quæ ſingula non proſunt, multa iuuent, & potiſſimè cùm duo vincula magis ligent etiam in coniecturanda mente teſtatoris ad fideicommiſſum inducendum, vt in his terminis frequentiſſimis DD. argumentantur, vt notat Bero. *conſ.* 109. *ſub n* 9. *vol.* 2.

Tertia eſt, quia conditio non eſt ſimpliciter concepta, *ſi ſine liberis*, ſed ſub qualitate maſculinitatis, *ſi ſine liberis maſculis*, quo caſu ad excluſionem filiarum liberi maſculi, in conditione poſiti, cenſentur omnino vocati ad portionem patrui ex tradit. per Ruin. *d. conſ.* 14. *num.* 13. *col. antepen. verſ. quod autem, lib.* 3. Cranet. *d. conſ.* 130. *num.* 6. *verſ. ad illud reſpondeo*, quod omnino aſſerendum eſt, alioqui ſequeretur maximum abſurdum, quod nedum minus dilecta præferretur magis dilecto, contra *l. ſi vina, C. de bon. matern.* ſed, quod magis eſt, filia contra teſtatoris voluntatem præferretur maſculo, Viuius *dict. deciſ.* 393. *num.* 6. nec obſtat Ruin. *conſ.* 141. *num.* 13. *verſ. poſtremo*, & fortiùs *lib.* 3. ibi enim non erant maſculi deſcendentes teſtatoris in conditione poſiti ad excluſionem filiarum. 9

Quarta & poſtrema eſt, quia vltimo loco proximiorem & ſic extraneum vocauit: in hac enim materia omnes præter deſcendentes, quantumuis collaterales, extranei vocantur, Gabriel. *d conſ.* 91. *num.* 16. *verſ. vltimus eſt caſus, lib.* 2. quando, inquam, extraneus vocatus eſt, filius in conditione poſitus cenſetur vocatus ad portionem patrui, ex Anchar *conſ.* 74. Alexand. *conſ.* 64. *in fin vol.* 5. Socin. ſen. *conſ.* 62. *col fin. vol.* 3. Cranet. *d. conſil.* 130. *num.* 6. Ruin. *conſil.* 139. *num.* 19. *& ſeq. lib.* 3. *& conſil.* 146. *in fin. ead vol.* Zanch. *in d. l. hæredes mei §. cum ita, num.* 97. *&* 170. & quæ coniectura, quando in conditione poſitus, eſt ex deſcendentibus, & ad portionem, de qua tractatur, eſt vocatus extraneus, certiſſima eſt, & ab ea nullo modo recedendum, ex Anchar. *d. conſil.* 74. Zanch. *in d. §. cum ita coniect.* 6. *num.* 306. *&* 309. Gabriel. *conſil.* 2. *ſub n.* 15. *vol.* 2. quæ alioquin non eſſet admodum certa, ex Viu. *d. deciſ.* 393. *num.* 5 & quæ ſententia omnino in iudicando ſequenda eſt, ſecundum quam Rota Rom. iudicauit coram D. Brauo, nec non Senatus Neapol. vt per Viu. *d. deciſ.* 393. *in fin.* quæ tanto magis in noſtro caſu vera ſunt, quia quatuor concurrunt coniecturæ, præſertim cùm ea ſententia, qua aſſeritur filium in conditione poſitum, non cenſeri vocatum in portionem patrui, ſed tantum in portionem patris, non ſit omnino certa: plerique enim ſimpliciter exiſtimarunt, quòd, quemadmodum ad portionem patris, ita quoque ad portionem patrui ſit vocatus, quos refert Menoch. *d. præſump.* 76. *n.* 86. 10

Secundò, vt in hanc ſententiam deſcendam, facit, quia hoc fideicommiſſum, modo quo eſt conceptum, reciprocum & reale eſt, præſertim cùm omnibus deficientibus proximiores teſtantis vocentur, ex traditis per Scheuard. *conſ.* 1. *num.* 85. at verò in huiuſmodi fideicommiſſo reali, filius in conditione poſitus, ſtantibus coniecturis, per quas eſt vocatus ad portionem patris, cenſetur quoque vocatus ad portionem patrui. Scheuard *dict. conſil.* 1. *num.* 13. *iuncto cum num.* 102. 11

Ex quibus concluditur d. Thomam ex propria perſona cenſeri vocatum in portionem patrui.

Quoad ſecundum caput, poſito & non conceſſo, quod d. Thom. ex propria perſona non cenſeretur vocatus, iure tamen tranſmiſſionis eſſet admittendus, facilius enim præſumitur tranſmiſſio quàm vocatio, Menoch. *præſumpt.* 201. *num.* 97. *lib.* 4. verior enim & receptior ſententia eſt, quod tribus his concurrentibus, ſcilicet quòd filij ſint in conditione, quòd initio fuerit ius ſubſtitutionis vnitum cum iure accreſcendi, & quòd extraneus ſit ſubſtitutus, omnino conijcitur teſtatorem voluiſſe vt fideicommiſſum tranſmitteretur, ex Socin. ſen. *in d. l. hæredes mei, §. cùm ita, numer.* 10. *& conſil.* 6. *col.* 3. *in fin. vol.* 3. Curt. iun. *conſil.* 16. *num.* 6. Crauet. *in leg. cum filio-* 12 13

filiofamilias,num.335.de legat.1. vbi ait, hoc caſu opinionem pro tranſmiſſione eſſe indubitatam, Iaſ. *conſil.53. lib.3.* vt fuſiſſimè infiniti referentes & ſequentes aſſerunt & atteſtantur, variiſque rationibus hanc ſententiam confirmant, & omnibus quæ in contrarium afferri poſſent, reſpondent, vt videre licet penes eos, ne ipſorum dicta tranſcribere videar, Sfortia Oddo *in tract.compen. par.6.quæſt.1. artic.2.num.20.21.* Menoch. *d. præſumpt.201.num.92.& 97.* Mantic. *de coniect. vlt.volunt. lib.11.tit.20.num.12.* vbi ex Bald. *conſ.9. num.1. vol.2.* ait vnionem iuris accreſcendi ſolam, tranſmiſſionem poſſe operari, & id eſſe mirabile, quod non crederet niſi Legiſtę bene fundati id aſſererent, & idem Mantic. *d.loco,num.15.& num.21.* Anton. Gabriel. *lib.4.tit.de hæredib.inſtituen.concluſ.2.num.21.& num.35.* Grall. *in §.fideicommiſſum,quæſt.67.num 8.& q.68.num.1.3.& 4.*

Fallitur igitur Hieronym. Gabriel. *d.conſ.91.num.18.* dum ait, communem eſſe in contrarium, nec repugnat ſui hortis Bald. *in d.l. pen. num.11.* Pau. *num.8.* Alex. *num.4.* Iaſ. *num.6.* loquuntur enim in longè diuerſis terminis, nempe cùm teſtator dicit, *Si ambo filij mei decederent ſine liberis, volo quòd reſtituant hæreditatem meam Titio, ſi primus decedat ſine liberis, & extraneum hæredem inſtituat, non fratrem*, reſpondent, quòd tunc frater non admittitur, cùm teſtator hoc voluiſſe non præſumatur, ſed ſolummodò quòd ab inteſtato, vnus habeat alterius hæreditatem, ex *l. qui duos 1. reſpon. ff. de reb.aub.* & ſi non eſt aliquis qui ſubſtitutum repellat, credi quòd tunc ſubſtitutus poſſit petere fideicommiſſum, ex *l falſa.§.fin ff.de condit.& demonſt.* qui caſus nihil habet commune cum noſtro, quo primus moritur cum liberis, & quæritur, an ius fideicommiſſi in ipſos transfuſum ſit, vt ex perſona patris, qui patruo ſubſtitutus erat, reciprocum enim erat inter ipſos expreſsè factum fideicommiſſum, eidem patruo ſuccedebat ad excluſionem extranei, Bald. autem *conſ.271.vol.3.* non tractat etiam quæſtionem noſtram, nec de tranſmiſſione agit, nam vbi ius accreſcendi eſt coniunctum cum iure ſubſtitutionis, ipſe diſertè ſententiam noſtram confirmat, vt ſuprà docuimus, eodémque modo ſatisfit Corne. *conſ.20 num.5.vol.4.* nec non Ruin. *conſil.87.num.7.vol.2.& conſil.136. in fin. vol.3.* & aliis ſuprà in contrarium allegatis, omnes enim vel in caſu & doctrina Bald. ſiue *in dict.l.pen. ſiue, in d.conſil.271.* verſantur, qui cùm, vt iam dixi, nihil faciant ad propoſitum noſtrum, non obſtant.

Sed ſupereſt ſcrupulus, qui remouendus eſt. ſi forſan in caſu noſtro res ita accidiſſet, quòd mihi non
14 conſtat, vt cùm mortuus eſt N .... ſine liberis, reliquerit ſuperſtites ſorores, vel filias filiáſve ex eis, quia tunc cùm ſupereſſet perſona eiuſdem vel etiam proximioris gradus, quàm Thomas, ceſſare videatur ius tranſmiſſionis, ex *d.l.hæredes mei,§.cùm ita,ff.ad Trebell.* & ex tradit. per Mantic. *d.tit 20.in fin.* ſolúmque videatur procedere, ſi tantùm remotiores in gradu dicto Thoma ſupereſſent, qui ex vi vltimæ clauſulæ ſubſtitutionis, & ſic tanquam extranei ſuccedere debent.
Sed ad hoc reſpondetur, id verum eſſe, ſi ſubſtitutio 15
ſimpliciter concepta fuiſſet, *ſi ſine liberis:* ſecus quando qualitas maſculinitatis adiecta eſt, & conditio eſt concepta *ſi ſine liberis maſculis*, vt hoc caſu, quia tunc cenſetur iſtud dixiſſe fauore agnationis conſeruandæ, quamdiu maſculi adſunt, ideóque nulla habita ratione, an ſubſtituti ſint in eodem gradu, fideicommiſſum conditionale tranſmittitur ad filios, quamuis fideicommiſſarius pendente conditione deceſſerit, vt docet Gabriel. *d. concluſ.2.* ne ſcilicet contra voluntatem teſtatoris filiæ maſculis præferantur, quod certiſſimum eſt, quidquid voluerit Peregr. *artic.32.num.16. verſ.ergo autem*, per ea quæ ipſe deducit *eod.num.16.verſ.contra autem.* idque eo maximè hoc caſu aſſerendum eſt, quod vltra tres illas coniecturas, & proximam ex qualitate maſculinitatis reſultantem, aliæ tres in hoc caſu militant, quæ rem certiſſimam reddunt.

Prima, quia filiæ vocatæ poſt maſculos abſque du- 16
biomnus dilectæ ſunt, cùm illis maſculos prætulerit, & non niſi maſculis deficientibus eas vocauerit, & tamen cùm eas ſubſtituit, poſt eos earumdem maſculos, & illis deficientibus filias vocat, ex quo ſequitur concludentiſſima coniectura, quòd cùm vocauerit filios ſubſtitui in defectum inſtitutorum, multo magis cenſetur in filiis inſtitutis voluiſſe vocare nedum filios, ſed etiam filiorum hæredes, & ſic nepotes, vt poſt Chaſſan. *conſil.62. verſ. item ex verbis*, Curt. iunior *conſil.16.* docet Gabriel. *dict. concluſ.2. num.29.*

Altera coniectura, eáque ſexta eſt, quia teſtator fe- 17
cit plures gradus ſubſtitutionum, quo caſu cenſetur voluiſſe ſubſtitutum ſub conditione, *ſi ſine liberis*, grauatum, tranſmittere ad filios ſuos, Curt. iunior *dict. conſil.16.* & alij relati per Gabriel. *d. concluſ.2. num.33.*

Septima, eáque poſtrema, vt tranſmiſſio fiat, quan- 18
do veriſimile eſt teſtatorem voluiſſe fieri tranſmiſſionem mortuo inuitato, pendente conditione, ita quod veriſimile ſit, eum ita diſpoſuiſſe, ſi de hoc fuiſſet interrogatus, ex Gabriel. *dict. loco, num.39.* poſt Iaſ. Brun. & alios, veriſimile autem id eſſe in caſu noſtro ex verbis ipſius teſtamenti & aliis per ipſum diſpoſitis conſtat, quod ſcilicet non niſi non relictis maſculis per inſtitutos, filias vocauerit, & quod magis eſt poſt filias, maſculos earumdem filiabus prætulerit: Ita quod non eſt veriſimile, quod d. Thomam voluerit poſtponere filiabus in portione patrui.

ARGVMENTVM.

AN Filius poſt factam ſibi donationem, contemplatione matrimonij, patri retrodonare, aut quid in præiudicium dictæ donationis facere poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Filius patri retrodonare non poteſt, nec donationem ſibi factam, contemplatione matrimonij, vllo modo alterare.*

2 *Adeo vt filius ex huiuſmodi matrimonio natus, licet ſimpliciter adierit hæreditatem patris, non teneatur factum ipſius approbare.*

3 *Contractum nullum, ipſemet qui fecit, impugnare poteſt.*

4 *Etſi actus ſit nullus fauore alterius.*

5 *Matrimonium eſt cauſa finalis donationis, quando agitur de contrahendo certo matrimonio.*

6. *Proinde conferri debet.*

7 *Ceſſat læſio ratione incertitudinis: fallit tamen ſi damnum ſit magis verſimile.*

8 *Læſio enormiſſima, cum metu reuerentialè, ſufficit ad reſciſionem.*

CONSILIVM CLXVIII.

DVBIIS honorabili viro Iofre-
do Sibylle datis, in cauſa, quam
habet contra hæredes Ioannis
Sibylle patris dicti Iofredi. Re-
ſponderur ad primum, quo dici-
tur, quòd etſi donatio, de qua
agitur, dicatur, & ſit contempla-
tione matrimonij facta; nihilo-
minus dictum Iofredum donatarium poſſe de rebus
donatis ad libitum diſponere, eáque bona alienare, et-
iam in præiudicium liberorum, quod ſibi, non liberis,
cenſeantur donata, ex Bertr. *conſil.73.per tot.1.quæſt.lib.
2. prior. & conſ.281.num.1.& 2.lib.3.prior.* & Dec. *conſil.*
3 *216.n.5. & ſeqq.* id procedere reſpectu aliorum, quàm
patris donantis, in quem retrodonare, vel alienare, vel
quidquam facere in præiudicium, vel diminutionem
dict. donationis non poteſt, vt in terminis docent de
Franch. *deciſ. 205.* Fernand. *ad Tauri, l.17.num.71.72.
& 73.* Natta *conſ.609.num.41.verſ.nunc deſcendo.* Molin.
de Hiſpan. primogen. lib.4.cap.2.num.17.& ſeq. Menoc.
conſ.261. num.11. cum ſeqq. 723. num. 22. & 967. num. 18.
ſimul iunctis Coſta *de retrotract. cap.1. num.6.* Rober.
rer. iudica. cap.2.in fin. Charon. *reſpon lib.2. cap.34 cir-
ca fin.* & nouiſſimè ac omnium fuſiſſimè Fontanella *de
pact. nupt. clauſula 4. gloſ.1. num.71. cum multis ſeqq.* om-
nino videndus, clariſſimè enim demonſtrat nec retro-
donare, nec vendere poſſe res donatas, non conſtito
de vera & reali numeratione, nec quidquam aliud fa-
cere in præiudicium donationis, contemplatione ma-
trimonij factæ. Nec dicendum, Fontanellam intelli-
gendum iuxta conſtitutionem l. Tauri 17. nam ea lex
prohibens huiuſmodi retrodonationem, eſt confor-
mis iuri communi, vt atteſtatur d. Fontanella *num.71.*
& Menoch *conſ.967.num.18.* ideóque omnia per ipſum
deducta caſui noſtro adæquari poſſunt & debent, cu-
ius ſententiæ duæ rationes traduntur in d. de Franch.
Fernan. Natta, Fontanella & aliis ſuprà allegatis, quòd
huiuſmodi donationes, pars contractus matrimonij
cenſeantur, ex Guid. *quæſt.145.* ideóque ſine conſenſu
eorum qui contractui matrimonij interfuerunt, &
conſenſerunt, alterari non poſſunt.

Altera, vt fraudibus, quæ inter patrem & filium fie-
ri poſſent, vt filius cum aliqua matrimonium contra-
heret, quæ ſine tali donatione & eo modo, quo eſt fa-
cta, occurreretur; ac propterea Robert. *d.cap.2. in fin.*
generaliter contendit quaſvis ſeu conuentiones, ſeu
donationes, tam extra quàm contra fidem tabularum
nuptialium, ipſumque matrimonij contractum, inſciis
propinquis factas, nullas cenſeri & improbari, & ita
arreſtò ſupremi Senatus Pariſien. 5. Auguſt 1593. lato, de-
finitum fuiſſe.

2 Quæ adeò vera ſunt, vt quamuis filius, ex huiuſmo-
di matrimonio natus, ſimpliciter adiuerit hæreditatem
patris donantis, qui donationem contemplatione ma-
trimonij ſibi factam alterauit, non teneatur factum
patris approbare, quinimò donatio prima, non obſtan-
te alteratione, maneat integra in ſuo priſtino ſtatu, vt
variis arreſtis d. Senatus Pariſien. iudicatum fuiſſe re-
fert Charon. *d. loco.* cuius rei ratio eſt manifeſta, quia
huiuſmodi conuentiones contra tenorem d. donatio-
nis ſunt irritæ, nullæ, & nullius momenti, vt prædicti
DD. atteſtantur, & nominatim Charon. *d. cap. 34.* Ro-
bet *d.cap.2.* Coſta *d. num.6.* & Fontan *num.71.* & paſſim.
omnes ita ſentiunt, dum aiunt, huiuſmodi donatio-
nem conſenſu patris donantis, & filij donatarij altera-
ri non poſſe, & eam eſſe irreuocabilem, defectus enim
poteſtatis reddit contractum nullum: at verò contra-
ctum nullum ipſemet qui fecit impugnare, & talem 5
declarari petere poteſt, & per conſequens hæres ipſius,
*l. quemadmodum, C. de agricol. & cenſit lib.11. l. iubemus,
C. de ſacroſ. Eccleſ.* Alexand. *conſ.123. num.6. lib 1.* etſi 4
actus ſit nullus fauore alterius, Tuſch. *tom.1. concluſ.
267. num.2.* adde Alex. *conſ.123. num.6. verſ. & regula-
riter, lib.1.* ideóque qui fecit diuiſionem nullam, ne-
dum ipſios hæres, ſed ipſe ſi viueret, illam poteſt im-
pugnare & contrauenire, Alex. *conſ.137. n.24. & 25. verſ.
imo etiam, lib.2.* ideóque bene d. Iofredus ratione vxo-
ris eùm viueret, nec non filiorum ex eo matrimonio
ſuſceptorum, qui nunc etiam extant, egit ad declara-
tionem nullitatis contractuum, de quibus agitur, &
quatenus de facto proceſſerint eorum reuocationem:
intereſt enim ipſorum, etiam patre viuo, vt dictorum
contractuum nulla habeatur ratio.

Nec obſtat, quod in fine primi dubij ſubiungitur,
matrimonij contemplationem & fauorem liberorum,
non eſſe cauſam finalem, ſed impulſiuam, ex Oldr *conſ.
5.* & Crauet. *conſ.114.* nam verius eſt, cùm agitur de 5
donatione contemplatione certi matrimonij contra-
hendi facta, eam eſſe finalem & non impulſiuam, vt
docent Bece. *conſil.20.* Mart. à Cueua. *deciſ. arago. 20.
num.11. & 12.* Menoch. *d. conſ.261. num.13.14. & 15. & d.
conſil.723. num.3. cum ſeqq & d. conſ.964. n 20.* Roland 3
à Valle *conſil.44. num.23. cum ſeqq. lib.4.* fuſiſſimè Decian.
conſ.79. num.1. cum ſeqq. vſque ad num.14. vol.5. omnino
videndus: variis enim rationibus & fundamentis hanc
cauſam finalem eſſe, & non impulſiuam demonſtrat,
non obſtante Oldr. *conſil.5.* cui reſpondet variis mo-
dis, ſicut & Menoch. *d. conſil.261. num.14* & Roland.
d. conſ.44. num.23. ſed præſertim, quia in caſu Oldr do-
natio fuerat facta contemplatione matrimonij iam
contracti, non contrahendi cum certa perſona, & ſic
non potuit eſſe cauſa finalis, ſed impulſiua tantum,
& vt benè ſubiungit Roland. *num. 24.* etiam ſi ali-
quo modo poſſet dici cauſa impulſiua, attamen effe-
cta fuiſſet finalis ob matrimonium ſequutum, cum
dicta de Croſet alitet non contraxiſſet matrimonium
cum dicto Iofredo, niſi facta hac donatione, & ſenſus
ipſe dictat numquam patrem dictæ de Croſet permiſ-
ſurum fuiſſe contrahi matrimonium, niſi hæc donatio
facta fuiſſet, vt omnino dicatur cauſa ſine qua non,
præſertim cùm dictiones *purè, ſimpliciter, & liberè,*
quæ adſunt in caſu Oldr. vt aduertit Roland. *d conſil.
44. num.25. verſ. quarto dicitur,* & Menoch. *d. conſ.261. n.
14.* non adſint in noſtro, ſed nudè dicatur donatio
contemplatione huius matrimonij, quod poſt aſſe-
rit ſe gratum habere, & de eius conſenſu fieri. Hæc
igitur donatio eſt ob cauſam, non ſimplex, cauſam,
inquam, finalem, non impulſiuam, quæ proinde con- 6
ferri debet ex veriori & receptiori ſententia Bertrand.
*conſ.97. num. 3. conſ.140. num.11. conſ.173. num.37. lib.1. po-
ſter.* Pariſ. *conſ.16 num.33. lib 2.* Natta *conſ.600. n.10.* Porti.
conſ.80. num 50 Bec. *d. conſ.20.* Viu. *opin 208. n.4.* Theſ-
ſau. *deciſ.46. n.11.* Cancer. *de donat cap.8. n.61.* Gramma.
deciſ.164. in fin. Maſuer. ad Ferrar. *in forma libel. pro hæ-
red. vel re ſingul. diuiden. verſ. communiter & pro indi-
uiſo, ver. dotis.*

Ad ſecundum, quo, etiam præſuppoſito, quòd hu-
iuſmodi donatio alterari non poſſit, tamen pacta in-
ter donatorem & donatarium, poſt contractum ma-
trimonium inita, ſeruanda eſſe dicitur, quia directò
non tendant ad reuocationem d. donationis, ſed poſ-
ſunt.

ſunt ſe habere, tam ad lucrum & commodum d. Ioſredi, & eius liberorum, quàm ad damnum, ideóque ex talibus pactis non dicuntur lædi, ratione incertitudinis futuræ. & dubij euentus, licet poſtea damnum caſualiter contingat, argum. eorum quæ tradunt DD. *in l. de fideicomm. C. de tranſact.* nec tertiò donationem vllum afferre præiudicium liberis, cùm ſolùm facta ſit in caſum non exiſtentium liberorum, & ſic ceſſante cauſa, ceſſare legis diſpoſitionem. Ad hoc reſpondetur, quod dicitur non dici læſionem, quando ratione du-
7 bij euentus ita æquè & pari modo lucrum poteſt accidere ac damnum, non habere locum, quando damnum eſſet magis veriſimile, quàm lucrum, ſiue magis poſſibile eſſet, quòd damnum emergeret quàm ſecus, Dec. *in d. l. de fideicomm. num* 3. qui eo modo limitat *d. l.* Natta *conſ.* 8. *num.* 37. Manti. *in tract. de reſtit.* c. 297. Sfort. Oddo *in eod. tract. par.* 1. *quaſt.* 4. *art.* 4. *num.* 30. Cancer. *var. reſol. lib.* 1. *cap.* 1. *de minor. num.* 252 *verſ. idem ſenſiſſe.* Ideóque ex Dec *d. loco.* ſi minor tranſigeret de fideicommiſſo reciproco, cum eo qui maximè ſiue decrepitæ ſit ætatis, diceretur lædi propter veriſimilem ſpem ſucceſſionis: at verò in caſu noſtro nedum magis probabile eſt, damnum ex huiuſmodi tranſactione donatorem incurſurum, ſed quod magis eſt, lucrum certum, & aliud probabile remittit, vt incertum lucrum acquirat, imò omnino probabile damnum patiatur. Nam ex donatione in contractu matrimonij contenta 4000. ſcuta, poſt mortem patris ſibi certiſſima erant, attentis patris notorijs diuitijs, etiam in bonis immobilibus, pater ſuſtinebat omnia onera matrimonij, quæ probabiliter admodum magna futura erant, quæ etiam talia fuiſſe euentus docuit, dicta 4000. ſcuta nullo ſubſtitutionis oneri ſubiecta erant, & quartam partem lucrorum negotiationis ſuæ & patris filius conſequebatur, quæ probabiliter ad magnam quantitatem aſcendere debebat, tum quod pater admodum erat induſtrius, tum quod ſors negotiationis tam terreſtris, quàm maritimæ, erat magna, quod & euentus docuit, inſignia enim lucra patrem feciſſe notorium eſt, per contractus verò poſtea inter eos initos, omnia hæc inuertuntur, cum tot circumſtantiis concurrentibus, vt malus animus d. patris donatoris, & conſilium propoſitúmque d. Ioſredo, eius vxori & liberis ex eis ſuſcipiendis nocendi, & proprijs liberis ex ſecunda vxore proficiendi, omnino euincatur.

Primo, cùm die præcedente contractum matrimonij pater d. Ioſredum emancipaſſet, vt matrimonium contraheret, cui alioquin Anthonius Croſetus ſocer non conſenſiſſet, niſi per emancipationem Ioſredus contrahere, teſtari & diſponere potuiſſet, etiam in fauorem vxoris, & die ſequenti ſcilicet 10. Decemb. ſub ea qualitate emancipationis, matrimonium contractum fuiſſet, pater curauit, vt 15. Ianuarij ſequentis & ſic 35. die poſt matrimonium, curauit vt d. Ioſredus ſe adſtringeret, ne poſſet contrahere vel teſtari, præterquam in fauorem filiorum, ſine præſentia & conſenſu patris. contractus autem & diſpoſitiones ac teſtamenta aliter facta, nullius eſſe momenti, & quæ declaratio etiam ante inſinuationem donationis in contractu matrimonij contentæ facta fuit, nempe 17. Ianuar. & ſic duobus diebus ante.

Secundò, quatuor menſibus poſt d. matrimonium, ſcilicet 10. Aprilis 1601. pater 4000. ſcuta quæ certiſſima erant, quæque in pecunijs erant ſoluenda, in mercibus penes d. Ioſredum exiſtentibus, & de quibus negotiabatur nomine patris & creditis ex mercium venditione contractis ſoluit, cùm tamen incertum eſſet, an dictæ merces tanti, & quo tempore vendi, & credita exigi poſſent, cùm tamen notorium ſit non omnes merces vendi ſolere, ſed pleraſque in apothecis remanere, & pleraque credita ita contracta exigi non poſſe.

Tertiò, pater per huiuſmodi contractum fecit vt filius omnes merces, quarum curam in ſua apotheca habebat, & credita eo nomine contracta, aſcendentia ad 6540. ſcuta 15. ſolidos, 9. denar. in ſe ſuóque periculo ſuſciperet, & ratione illarum nedum quitantiam faceret dictorum 4000. ſcutorum, vt fecit, ſed in ſe ſuſciperet onus ſoluendi primis nundinis Auguſti ſequentibus 2540 ſcuta 15 ſolid 9. denar. (comprehenſis 4 ſcuta 41. ſolid. 3. denar. in pecunia numerata patri ſolutis) varijs perſonis Lugduni morantibus; in d. contractu tranſactionis dicebatur, ſub refectione damnorum & intereſſe, idque primis nundinis. & ſic onus d. Ioſredo iniunctum certiſſimum, cui intra paucos menſes ſatisfacere debebat, quantum verò pecuniarum ex dictis mercibus, & quo tempore colligere poſſet, incertiſſimum, ita vt coactus fuerit, ſub graui intereſſe pecunias ſumere, vt dictis creditoribus Lugdunen. ſatisfaceret.

Quartò, cum d. ſumma 6540. ſcut. 15. ſolid 9. denar. ad quam dicta credita & merces negotiationis d. Ioſredi æſtimata fuerunt, conflata eſſent tam ex ſorte & capitali d. Ioſredo per patrem ad negotiandum conſignata, quàm ex lucro, quod durante illo quadrimeſtri fecerat, & cuius lucri quarta pars ad dict. Ioſredum ex pactis matrimonialibus ſpectabat: nihilominus tota illa ſumma in ſolutionem, vel dictorum 4000. ſcutorum, vel debitorum Lugdunen. inſumpta fuit, in euidens dict. Ioſredi, damnum contra omnem iuſtitiam.

Quintò, remittit quidem pater fructus dictorum 4000. ſcutorum, nec non 1300. ſcutorum in dotem vxori d. Ioſredi conſtitutorum, quos ſibi reſeruauerat, cum pacto tamen ſuſtinendi omnia onera matrimonij d. Ioſredi tam circa perſonas eius vxoris, filiorum, famulorum, quàm mercedes eorumdem, domus habitationis, & alia quæcumque. Sed mediante d. remiſſione fructuum d. Ioſredus omnia dicta onera in ſe ſuſcipit, quæ longè maiora ſunt, quàm certa lucra quę ex dictis ſummis haberi poſſunt, quod & euentus docuit ob numerum tot liberorum ex dict. matrimonio ſuſceptorum, & probabile erat ita futurum attenta iuuentute, & bona diſpoſitione d. Ioſredi & eius vxoris vtcumque ſit, onera pleraque certa, alia verò admodum probabilia, quæ & poſt certa facta fuerunt, lucra verò incertum quod ſufficerent onerib. ſupportandis, cùm tamen pater ex contracto matrimonij ad omnia onera teneretur.

Sextò, cùm partem omnium lucrorum, quæ magni momenti futura erat, tam per filium in negotiatione ſua, quàm per patrem faciendorum, quæ ad d. Ioſredum ſpectare debebat, remiſit in magnum ſui damnum, vt euentus docuit: & mens d. patris, & voluntas filio nocendi ex eo etiam colligitur, quòd curauit filium aſſerere d. partem eſſe parui momenti & valoris, contra rei veritatem, & quomodo etiam id potuit aſſerere d Ioſredus, cùm ſolùm per quadrimeſtre in communione ſteterit. Imò contrarium ſciebat ex lucris, quæ ante matrimonium facta viderat: Sed demos parua fuiſſe, ea remittere non debuit contra pacta matrimonialia.

Septimò, adeſt pactum in d. tranſactione, vt inuentarium mercium & creditorum Ioſredus teneatur facere & exhibere patri, quoties is voluiſſet, etſi ex eo appareret, deductis oneribus & debitis, d. ſummam 4000. ſcutorum diminutam, patrem poſſe eas reaſſu-

mere, ita tamen vt onera matrimonij ſuſtineret, manente eo caſu pacto matrimoniali in ſuo vigore, quoad hoc, in quo aduertatur mens patris, quod ſcilicet ſi onera eſſent parua, vt quia forte nulli vel pauci liberi ſuſcepti eſſent, poſſet reaſſumere merces & dotem & onera ſuſtinere: ſin magna eſſent onera, relinqueret merces & dotem filio, qui ſuſtineret onera, ita vt in caſum diminutionis d. ſummæ 4000. ſcutorum, ſit in poteſtate patris, commodum, ſi quod ſit, accipiendi, & damnum in filium reijciendi.

Octauo, in præcedenti pacto ſi pater reſumat dotem & merces onera quidem ſuſtinet, ſed cur non & tunc quoque filius partem lucrorum habebit, eùm reneatur ad caſum pacti matrimonialis, ecce ſemper mentem patris.

Nono, eo ſi endie, quo d. tranſactio inita fuit & in eodem loco coram iiſdem teſtibus, & Notario eodem ſcribente, dicta 4000. ſcuta, quæ libera erant, oneri ſubſtitutionis ſubijciuntur, ſi dictus Ioſtedus ſine liberis deceſſerit, in fauorem d. patris donatoris, idque per modum retrodonationis irreuocabilis, ad magis demonſtrandum animum patris, nattatur Ioſredum id ſibi verbo promiſiſſe, & vt promiſſis ſtaret, eum contractum inire. Sed cur promiſit contra tenorem donationis matrimonialis per ſocerum procuratæ; cur non inſerta fuit d. prætenſæ tranſactioni, & ſeparatim facta, vt magis celaretur?

Nec obſtat quod dicitur, huiuſmodi ſubſtitutionem eſſe factam tantùm in caſum, non exiſtentium liberorum, & ſic ceſſante cauſa ceſſare diſpoſitionem legis: nam intererat vaoris bona eſſe libera, vt maritus ſibi gratificari poſſet, vt etiam maritus in neceſſitatibus quæ poſſent occurrere, ſibi conſulere poſſet: interciat filiorum, etiam ſi poſtea moriantur ante patrem, vt etiam eorum neceſſitatibus, & varijs incommodis, quæ occurrere poſſent, prouideretur, vt officia, quæ morte amitterentur filiis, pater emeret: vt dotes, quæ ab vxoribus haberent, poſſet recognoſcere, & pacta matrimonialia ſolita facere, ſine quibus filij matrimonia contrahere non poſſent, quòd ſcilicet ſi morerentur deinde ante patrem, omnes huiuſmodi promiſſiones inanes erant futuræ. Nec refert, ſi dicatur hæc eſſe incerta, quia illa omnia poſſunt euenire, & ex huiuſmodi ſubſtitutione nullum bonum, malum autem filius ſperare poteſt.

Decimo, nedum in fauorem patris dicta bona fuerunt vinculata, ſed etiam ſuorum, & ſic liberorum ex ſecundo matrimonio ſuſceptorum quos poſtea hæredes inſtituit, malam mentem dicti donatoris omnino euincit.

Vndecimò, nedum dicta 4000. ſcuta per viam donationis ſubſtitutione vinculat, ſed etiam lucra quæ d. Ioſredus facere poſſet, ita vt omnis facultas diſponendi in caſu non exiſtentium liberorum ei ſublata ſit, & quæ magno labore & non ſine periculo vitæ poſſet acquirere, ad patrem ſuóſque & ſic liberos ſecundi matrimonij peruenire deberent.

His omnibus addenda eſt conſideratio, quòd tot contractus tam breui tempore, d. donationem alterantes initi fuerint, qui omnes iuncti de directo inuerrunt contenta in dict. donatione, quamuis non ſit opus, vt directo id faciant: Sat enim eſt, quod quomodocumque præiudicium, ſeu derogatio fiat donationi, ſeu ſequatur, quia vt verbis Fontanel. vtar *dict. gloſ. 1. num. 78.* tunc pari modo talis actus cenſetur prohibitus, ſicut quilibet alius, qui directè, clarè & manifeſtè d. retrodonationem, præiudicium & derogationem contineret.

Ex quibus omnibus, nedum ſequitur dictos contractus nullos declarandos, & quatenus de facto proceſſerunt, reſcindendos, cùm extent liberi ex d. matrimonio, ſed etſi nulli ex vxore prædefuncta adeſſent, d. Ioſredo ſuccurrendum eſſet. Ex ſuperioribus enim conſtat d. Ioſredum enormiter læſum, quæ læſio iuncta cum metu reuerentiali ſufficit, abſque alia probatione metus, ad reſciſſionem contractus, Bald. *conſ. 108. num. 7. lib. 3.* Crauet. *conſil. 11. num. 12.* & vltra confirmationem primæ ſententiæ, quoad negotium principale, ſunt dicti hæredes in expenſis vtriuſque inſtantiæ, *cap. finem litibus, in gloſ. in ver. expenſas de dolo & contum.* Gail. *obſeru. lib. 1. cap. 152. num. 4.* 8

ARGVMENTVM.

Intereſſe marito debitum, ob non ſolutam dotem, an poſſit excedere duplum.

SVMMARIVM.

1 *Dos datur propter onera matrimonij.*
2 *Intereſſe dotis eſt intrinſecum, & dicitur damnum emergens.*
3 *Et debetur, etſi maritus non ſit ſolitus negotiari.*
4 *Intereſſe & vſura, in quo differant.*
5 *Intereſſe commune quid ſit.*
6 *Singulare quid.*
7 *Duplum excedere poteſt, cùm currit per varios annos.*

CONSILIVM CLXIX.

QVÆRITVR, an intereſſe marito debitum ob non ſolutam dotem, poſſit duplum, hoc eſt, ſortem excedere, dubium facit *l. vſura, C. de vſur.* & in terminis *intereſſe, l. vni. C. de ſenten. quæ pro eo quod inter. profer.* Promiſſa enim fuit certa dos, ideóque inter caſus certos cenſeri debet, in quibus intereſſe duplum, in quo ineſt ſimplum, excedere non poteſt.

Nihilominus ad quamcumque ſummam dictum intereſſe aſcendat, peti poſſe exiſtimo: id enim ex natura dotis prouenit, & adeò illi inhæret, vt penes quem dos ſit, penes eundem onus eſſe debeat, Roman. *conſil. 517. num. 6.* quia dos datur propter onera matrimonij, *l. pro oneribus, C. de iur. dot.* Bald. *conſ. 94. per tot.* plenè Crauet. qui concordantes allegat *conſ. 358. num. 2. & 3.* ideóque cum maritus ſuſtinuerit onera, & dos fuerit penes promiſſorem, intereſſe, quod maritus paſſus eſt, ob non ſolutam dotem, eſt de natura rei, & vice intrinſeci fungi debet, & dicitur damnum emergens, ex Bart. & DD. *in l. de diuiſione 5. ff. ſolut. matrim.* & Canonis. *in cap. ſalubriter de vſuris, & quod debetur.* etſi maritus non ſit ſolitus negotiari, Roman. *d. conſ. 517. n. 5. verſ. aut maritus.* Quibus ſic ſtantibus non obſtat *l. vſura,* quæ in vſuris tantùm procedit, toto cœlo ab intereſſe diſcrepantibus. Illæ enim, etſi creditoris nihil interſit, in pœnam non ſoluentis infliguntur, intereſſe enim non debetur, niſi reuera ex parte creditoris adſit, & pro-

& probetur, Roderic. *de annu.redit.lib.3.quæſt.5.num.* 13. ideóque odioſæ, imò & nunc prohibitæ cenſentur huiuſmodi vſuræ, in qua ſolutiones factæ in duplum non imputabantur, abrogauit *Nouel.* 121. 138. *&* 160. conſtituitque vt vſuræ, ſolutæ per partes, concurrentur & iu duplum computentur, & ne excedant duplum, vt adnotat Cuiac. *ad d. l. vſura quæ dicuntur*, præſuppoſito quod ex *d. l. vſura*, verum ſit vſuras diuerſorum annorum non poſſe excedere ſortem: quod tamen falſum eſſe fusè docet Surd. *conſil.* 302. *per tot.* omnino videndus; moltò enim magis dicta per ipſum procedunt in intereſſe per diuerſos annos multiplicato.

Quoad verò *d. l. vnic. C. de ſent. quæ pro eo quod inter.* quæ etiam in intereſſe procedit, reſpondetur certum eſſe intereſſe, de quo nunc agitur, eſſe commune, & de mera natura & eſſentia dotis, in compenſationem onerum matrimonialium, cùm omnibus maritis id competat, & communiter ab omnibus id ita æſtimandum ſit, ratione dictorum onerum: non autem eſſe ſingulare particularis alicuius hominis ex circumſtantiis in eo militantibus proueniens: definitur
5 enim commune intereſſe, vt ſit æſtimatio damni emergentis aut lucri ceſſantis communiter, facienda ab omnibus rei notitiam habentibus, Rebuff. *in repetit. d.*
6 *l. vnic. gloſ. 1. num.* 77. ſingulare verò, æſtimatio vtilitatis ſingularis ob factum alterius iniuſtum vel ceſſationem proueniens, Rebuf. *d. gloſ. 1. num.* 81. & dicitur ſingulare ad differentiam communis, Rebuf. *d. loco, num.* 22. vel ſingulare, id eſt perſonale, quod ratio ſingularis perſonæ habenda ſit, Rebuf *d. loco.* at verò *d. l. vnic.* ex communi DD. ſententia habet tantum locum in ſingulari intereſſe, Rebuf. in *d. l. gloſ. dupli. num.* 13. quia, vt inquit *num.* 14. ſuper communi non dubitabatur, cùm quilibet ita æſtimaret, nec producebatur in infinitum, nec in circuitus inextricabiles redigebatur, quemadmodum ſingulare, cui propterea Iuſtinianus metam, ne ſcilicet vltra duplum extenderetur, dare voluit: atque hoc quidem hoc caſu indubitatum eſſe videtur, quo dictum intereſſe in ſtipulationem deductum fuit, vt quantumuis non ſit taxatum, vt in terminis docet Cagnol. *in d. l. vni. n.* 114. *in fin.* ibi tamen intelligitur.

Secundò reſpondetur, quod dicitur intereſſe non tranſcendere duplum, intelligi de intereſſe vnius anni & ſemel æſtimando, non autem de eo quod per varios 7
annos currit, quod duplum excedere poteſt, vt docet Cagnol. *d. l. vnic. num.* 45. & quod ita practicari aſſerit. Quod longe magis procedit hoc caſu, quo, vt iam dictum eſt, fuit in ſtipulationem deductum ex traditis per Surd. *conſ.* 485. *num.* 6. & ſentit *conſ.* 302. *num.* 15. nec poteſt negari eſſe in ſtipulationem deductum, cùm ſtipulatio in principio contractus, appoſita influat in omnia eius capita, & promiſſio ſit facta ſub receptione omnium damnorum & intereſſe, quæ omnia confirmantur ex eo, quod marito propter onera matrimonij intereſſe, quantumuis exceſſiuum, ſoluendum ſit, Alex. *conſ.* 56. *num.* 9 *in fin. verſ. quartò, lib.* 4. ex eo etiam corroboratur, quod etſi per plures annos maritus extiterit, non petendo intereſſe ſibi debitum, non cenſetur illud remiſiſſe, ideóque integrum petere poſſit, niſi adſit lapſus 30. annorum, Iaſ. *in §. fueras, num.* 20. *inſtit. de action.* quod fieri non poſſet, ſi intereſſe duplum excedere non poſſet.

ARGVMENTVM.

AN Ordinarius teneatur conferre beneficium primo ſignificanti vacationem. An pactum, de quo ibi, ſit ſimoniacum, Et an incurſa ſit irregularitas.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius non tenetur primo vacationem nuncianti, & beneficium petenti, conferre.*
2 *Collationes regulariter ſunt voluntariæ, & certis tantùm caſibus neceſſariæ.*
3 *Promotus ante legitimam ætatem, ſuſpenditur ipſo iure.*
4 *Et adminiſtrans fit irregularis.*
5 *Irregularis ob crimen, venit priuandus beneficio iam quæſito.*
6 *Secus ſi ob defectum.*
7 *Ignorantia potius præſumitur, quàm dolus.*
8 *Promotus, ante ætatem celebrans ignoranter, non fit irregularis.*
9 *Diſpenſatio ad ordines præſumitur, ex longo temporis interuallo.*
10 *Sicut inter coniuges in gradu prohibito, ſi per decennium & vltra ſimul vixerunt, & mortui ſunt.*

CONSILIVM CLXX.

DOMINVS Iulianus cùm eſſet annorum 15. de beneficiatura Eccleſiæ Tholonienſis, per Capitulum eiuſdem fuit prouiſus, eámque ſpatio 33. annorum pacificè poſſedit, & ad ordinem Subdiaconatus in ætate 16. diaconatus 22. presbyteratus 33. annorum & trium menſium promotus fuit; deinde verò de anno ſcilicet 1616. vltima Octobris, operariam d. Eccleſiæ per obitum cuiuſdam Bremundi, eius vltimi poſſeſſoris vacantem, dictum Capitulum eidem Iuliano contulit, facta tamen prius per eundem Iulianum reſignatione dictæ beneficiaturæ puræ & ſimpliciter in manibus d. Capituli, per quod ea domino Honorato Valeri fuit collata; hæc cùm ita gererentur ſex vel 7. diebus poſt mortem d. Bremundi, alius Bremundus, nepos defuncti dict. operariam à legatione Auen. certo modo vacantem impetrauit. Certus verò modus conſiſtit in eo quod d. Bremundus nepos, primus fuit, qui vacationem d. operariæ d. Capitulo ſignificauit eámque ſibi conferri petiit, quod tamen factum non fuit. Secundo, quòd cenſeatur pactum ſimoniacum inter Capitulum & d. Iulianum initum, ex eo quod d. Capitulum curauit, vt d. Iulian. antequam operaria conferretur, ſuam in manibus Capituli reſignaret beneficiaturam: nec non inter d. Iulian. & Valer. ex eo quod d. Iulian. à d. Bremundo nepote ratione d. impetrationis in ius vocatus, d. quoque Valeri citari fecerit, vt in caſum ſuccumbentiæ d. beneficiaturam rehaberet. Poſtremò, in irregularitate, ſeu incapacitate dict. Iuliani per dict. Bremundum præaenſa.

Quæritur, an d. Bremundus in ſua impetratione ſit 8
bene fundatus. Reſpondetur negatiuè: nam quoad primum, Ordinarius, qualis eſt in hoc caſu Capitulum non tenetur primo vacationem nuntianti & benefi-

cium petenti conferre, éſtque in libertate, illi cui vult, aliàs tamen capaci, illud dare, vt quoad Capitulum eſt text. *in cap. propoſuit de conceſſ. præben. cap. cum qua de reſcript. cap. ſi Capitulo de conceſſ. præben. lib. 6.* & tradit Rebuf. *in prax. cap. 15. de collatione, num. 2. & 7.*
2 regulariter enim collationes ſunt voluntariæ, & non niſi in certis caſibus neceſſariæ, vt cùm fit præſentatio per Patronum & tunc dicitur inſtitutio, Abb. *in cap. ex frequentibus, num. 7. de inſtit. & in cap. 2. vbi DD. ne ſed. vac.* Garcia *tract. de benefic. par. 4. cap. 1. num. 4.* vel ſi ex fundatione beneficium certæ perſonæ ſeu certo generi perſonarum, vt conſanguineis fundatoris, eſſet conferendum, Garc. *d. tract. par. 5. cap. 7. num. 76.* vel ſi ratione optionis antiquiori eſſet conferendum *cap. fin. de conſuet. in 6.* Garc. *d. cap. 7. num. 77.* & ſimilibus caſibus, inter quos non enumeratur hic, ſi ſcilicet quis vacationem primus nuntiauerit Ordinario, & ſic ſtandum eſt regulæ per Rebuff. traditæ *d. cap. 15. n. 2.*

Secundum nullam videtur habere difficultatem: nam cùm d. operaria & beneficiatura eſſent incompatibiles, beneſecit Capitulum, curando vt dict. Iulian. beneficiaturam renuntiaret antequam operaria ei conferretur, nec vllam inde labem ſimoniæ imaginari poſſumus, nullúmque etiam illicitum pactum poſſumus imaginari ex eo, quòd d. Iulian. Valerium in ius vocauerit, vt cauſæ aſſiſteret, cùm enim ſi operariam amitteret, eſſet ſine beneficio, poteſt prætendere, vt beneficiatura, quam reſignauerat ea mente, vt operariam conſequeretur, ſibi reſtitueretur, idque hoc caſu certiſſimè, quo ſub titulo beneficiaturæ ad Ordines fuerat promotus.

Quoad tertium, dubium facit, quia d. Iulian. ad ſacrum Subdiaconatus ordinem, ante legitimam æta-
3 tem promotus fuit, & quamuis ex eo ſuſpenſus fuerit ipſo iure tantùm ex extrauag. Pij ſecundi, *Cum ex ſacrorum*, Auila *de Cenſ. 3. par. de ſuſpen. d. 5. dub. 7. verſ. loquendo*, Suar. *tom. 5. de cen. diſp. 31. ſect. 1. rubr. 5. ſuſpenſio.*
4 tamen miniſtrando in eodem fit irregularis expreſſis verbis d. extrauag. & Auil. & Suar. docent *d. locis* & Viual. *in candelab. aur. par. 2. tit. de ſuſpen. n. 14.* & eo ipſo ſolo quòd poſtea ordinem Diaconatus, etſi in legitima ætate ſuſceperit, cenſetur in Subdiaconatu adminiſtraſſe, & ſic irregularitatem incurriſſe, Maiol. *de irregul. lib. 1. cap. 2. num. 11.* & poſt eum Viual. *d. 2. par. tit. de irregul. num. 30.* quiſquis enim, inquit, ſuſceptum ordinem exercere prohibetur, nullo modo poteſt ad alteriorem aſcendere, quia in ſuperiore ſuſcipiendo neceſſaria eſt ordinis ſuſcepti adminiſtratio in habitu & apparatu proprio, ita quod ille qui aſcendit ad Diaconatum in ipſa ſuſceptione diaconatus dicitur adminiſtrare Subdiaconatum, idem in Diacono ſuſcipiente Sacerdotium, propterea ſuſpenſus vel interdictus, ne in Subdiaconatu adminiſtret, ſuſcipiendo Diaconatum, videtur ita violare interdictum, ac ſi in Subdiaconatu adminiſtraret.

Et quamuis irregularis, non eſt priuatus ipſo beneficio iam quæſito, illúdque retinere poteſt, antequam priuetur per ſententiam, per quam tamen illo priuatur, quando irregularitas ſequuta eſt, ob eius crimen, 5
vt per Rebuf. *de pacif. poſſeſſ. num. 280. alias 226.* & alios quos refert & ſequitur Garcian. *d. tract. 10. par. cap. 10. num. 47.* & hoc caſu non deberet priuari, quia irregula- 6
ritas, de qua agitur, non eſt incurſa propter delictum, ſed propter defectum, Auil. *d. dub. 7. verſ. patet, fol. mihi 230.* tamen hæc procederent tantum quoad beneficiaturam, quam ante irregularitatem habebat, ſed non quoad operariam, quæ cùm fuerit collata poſt irregularitatem, modo de quo ſuprà incurſam, impetratio d. Valerij videtur legitimè facta.

Sed his non obſtantibus, ſemper negatiuè reſpondendum cenſeo: nam præterquam quod multa dici poſſent ad excuſandum d. Iulianum, & contendendum, eum, nec in ſuſpenſionem & per conſequens, nec in irregularitatem incidiſſe, tum quòd dolus in eo non adfuerit, ſed potius præſumendum eſt ignoranter 7
id feciſſe, vt per Nauarr. *in manual. cap. 27. num. 154. & 156. conſ. 3. de ætate & qualitate ordinan. & conſ. 2. de filiis presbyt. & in repetit. cap. accepta de reſtitut. ſpoliat. oppoſit. 8. num. 35. in fin.* & poſt eum Auil. *d. dub. 7. fol. 228.*
ſeq. & nominatim promotum ante ætatem per igno- 8
rantiam celebrando, in eo ordine non incurrere irregularitatem, docet Auil. *d. loco fol. 230. verſ. octauò notando.* Reſpondetur præciſè ex tanto temporis inter- 9
uallo, quod Iulian. d. beneficium poſſederat in legitima ætate ad Diaconatum, & longè vltra legitimam ætatem ad Preſbyteratum promotus fuit, præſumi diſpenſatus, & propterea nullam ei irregularitatem opponi poſſe, vt in puncto docent Abb. *in cap. licet. Heli. num. 23. verſ. ſed dubitare poteſt. de ſimon.* Gomeſ. *reg. de trienn. quæſt. 10. circa fin.* Anchar. *conſ. 117. num. 2.* neque enim, vt inquiunt prædicti DD. veriſimile eſt, quod Epiſcopus, qui ſæpe viſitat Eccleſiam, & inquirit de vita, moribus, & titulo Clericorum ſuorum, toleraſſet eum tanto tempore, ſi diſpenſationem non habuiſſet, & addi poteſt, non eſſe veriſimile quòd Epiſcopus, qui eum promouit ad Diaconatum in legitima ætate conſtitutum, ex exhibitione & viſione litterarum Subdiaconatus, clarè cognoſcens eum longè ante legitimam ætatem ad eum ordinem promotum fuiſſe, voluerit ad dict. Diaconatus ordinem admittere ſine diſpenſatione, & Bellar. *conſ. 0. n. 43.* concludens diſpenſationem non præſumi, eſt intelligendus, vbi non concurrit temporis longinquitas ad ſummum decennij, vt eum rectè interpretatur Maſcard. *concluſ. 523. n. 8.* & vbi d. Iulianus aſſereret cum iuramento ſe fuiſſe diſpenſatum & diſpenſationem amiſiſſe, res careret
omni dubio ex Abb. & Maſcard. d. locis. Hæc confir- 10
mantur ex eo quod diſpenſatio præſumitur inter coniuges, qui in gradu prohibito contraxerunt, ſi per 10. annos & vltra in matrimonio vixerint, & mortui ſunt, Veral. *deciſ. 269. par. 1.* & poſt eum Ricc. *in praxi. matrimon. in honor. pag. mihi 289.*

ARGVMENTVM.

An contra donatarium vniuerſalem, recta via agi poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Actiones perſonales non tranſeunt contra ſucceſſorem particularem, niſi in ſubſidium.*
2 *Etſi bona eſſent hypothecata.*
3 *Nec poteſt procedi executiuè.*
4 *Quidquid ſit de iure communi, conſuetudine receptum eſt, vt recta via contra donatarium vniuerſalem agatur, ſi vel donator non ſit ſoluendo, vel defunctus non habet heredem.*

CONSI-

CONSILIVM CLXXI.

PROPONITVR in facto, motam fuiſſe litem reſciſionis contractus donationis per quondam Domicellam Annam de Damiam, in fauorem domini Ioannis de Paberam in contractu eorum matrimonij factæ de an. 1588. & die 3. menſis Septemb. quam litem dominus Franciſcus Damiam, iuris doctor, d. Annæ nepos, deinde mouit & proſequutus fuit tam vti procurator d. Annæ, quàm vti donatarius vniuerſalis eiuſdem, & deinde vti hæres, ea ſcilicet pendente lite defuncta, in qua per Illuſtr. dominum Auditorem domeſticum fuit ſententiatum, d. Paberam poſſe vti iuribus ſui contractus donationis contra bona dict. quondam domicellæ Annæ, tam pro ſumma principali, quàm pro intereſſe ad rationem ſeptem pro centenario, à die dict. inhibitionum, nec non pro expenſis, in quibus eam, ſeu eius hæredes condemnauit. Mouit quoque Franciſcus aliam litem contra dict. Paberam, tanquam donatarius eiuſdem domicellæ Annæ per viam inhibitionis, à dominis Iudicib. Curiæ S. Petri emanatæ, in qua d. Paberam inſtabat, ſe ad d. dominum Auditorem remitti, attenta d. ſententia, in qua per dominos Iudices, declarando inhibitiones de mandato eorum factas & executas, fuit ordinatum, quòd quælibet cauſa curreret marte ſuo, eodémque die, quo fuit lata d. ſententia & ſtatim poſt eius prolationem, d. ſententiam d. Paberam intimari curauit, & in vim illius de nouo inhiberi de turbando, ſeu moleſtando d. Damiam in quieta & pacifica poſſeſſione d. bonorum ſibi per d. Annam donatorum, & nominatim d. domus: d. Paberam authoritate domini Auditoris, & in vim ſuæ ſententiæ executiones fecit contra domum d. Annæ pro ſumma ſibi donata: duobus verò diebus poſtea d. Damiam occaſionem ſumpſit ex d. executionibus per d. Paberam factis eumdem criminaliter conueniendi, quia ſcilicet non potuit agere actione perſonali contra d. Damiam, ſeu bona ei donata, quia etſi donatarius vniuerſalis ſit loco hæredis, hoc tamen patitur exceptionem, ſi reſeruationes fecerit ad teſtandum; quia tunc habetur pro ſucceſſore particulari, in quem actiones perſonales non dantur,
1 *l. 1. §. hæres. ff. ad Trebell. l. 2. C. de hæredib. act. niſi in ſubſidium*, Cancer. *var. reſol. cap. 8. de donat. num. 44. lib. 1.*
2 etſi agenti bona eſſent hypothecata, Coſta *de remed. ſubſid. remed. 108. num. 9.* multo minus executiuè poteſt
3 procedi, ſed tantum via ordinaria, vbi bona eſſent hypothecata, Cancer. *d. loco.*

Et poſito, citra veritatis præiudicium, quod executiuè potuiſſet agi, hoc caſu contrauentum eſt inhibitionibus à d. dominis Iudicibus emanatis, quia eæ per eorum ſententiam fuerunt definitiuè manutentæ, idque ſumma ratione, ne ſcilicet d. Damiam, qui nec condemnatus, imò nec auditus fuit coram d. domino Auditore, pateretur executiones, cùm d. ſententia domini Auditoris contra dict. Annam, ſeu eius hæredes tantum non diſcuſſo iure d. donationis fuerit lata.

His tamen non obſtantibus, d. dominum Paberam à citatione perſonali, contra ipſum laxata, omnino relaxari debet, & ad hos fines opponitur de non delecta: nam poſito & non conceſſo, quòd contra donatarium vniuerſorum bonorum actio perſonalis non daretur, minúſque executiuè contra bona illi donata agi poſſet (quod an verum ſit poſtea dicetur) non propterea criminaliter agi contra d. Paberam, ſed ſolum prætendi poſſet dictas executiones nullas, & tales declarari debere, quod non niſi coram d. domino Auditore, à quo emanarunt, non coram d. dominis Iudicibus, deduci & proponi poſſet.

Nec prætendi poteſt contrauentum fuiſſe inhibitionibus à dictis dominis Iudicibus emanatis, aut ſententię per eos latę, imò dicta ſententia fuit iuſta cauſa, vt d. Paberam d. executiones faceret, quia per eam fuit dictum, vt vtraque cauſa curreret marte ſuo, & ſic impedimentum ex inhibitionibus, per d. dominos Iudices laxatis proueniens, ad impediendam executionem d. ſententiæ domini Auditoris, fuit ſublatum, & vi ac energia dictorum verborum, *Vt qualibet cauſa curreret marte ſuo*, permiſſum vt in vim ſententiæ dict. domini Auditoris faceret, quod cùm fecerit, & de mandato d. domini Auditoris d. executiones factæ fuerint, non poteſt vllo modo dici, contrauentum fuiſſe inhibitionibus per dictos dominos Iudices laxatis; quod eo magis dicendum eſt, quia d. Paberam ante intimationem d. ſententiæ, &, in vim illius, inhibitiones de nouo factas, d. executiones fieri fecit, quod dicitur ex abundanti, nam etſi poſt dict. intimationem, & nouas inhibitiones, dict. executiones feciſſet, non poſſet dici contrauenisse dictis inhibitionibus, ſicut & non contraueniet eas continuando vt prætendit continuare, cum eas faciat authoritate d. domini Auditoris, & per d. ſententiam vtraque cauſa marte ſuo currere debet.

Nec quoad cauſam criminalem, de qua agitur, habenda eſt ratio, an d. Franciſcus Damiam fuerit auditus vel condemnatus per d. dominum Auditorem, vel ſententia illius eum afficiat, qua tamen de re poſtea dicetur: illud enim validitatem vel inualiditatem dictarum executionum reſpicit, quod coram d. domino Auditore tantùm proponi poteſt, non autem quod inde aliqua criminalitas prætendi poſſit, ita vt non videatur ſubeſſe aliquod dubium, quin dict. citatio perſonalis caſſari debeat, etſi dict. Damiam prætendat dictas executiones nullas aut caſſandas, coram d. domino Auditore tantum ſibi ſuper eo prouideri petere debet.

Quamuis hæc videantur non habere difficultatem, nihilominus ad abundantem cautelam, citra tamen conſenſum indebitum & iuriſdictionum prorogationem, paucis de validitate d. executionum agendum eſt, quod fuſius deinde fiet coram d. domino Auditore, vt debet, de ea tractabitur.

Et planè in ea quæſtione, an contra donatarium vniuerſalem poſſit agi recta via, nulla diſcuſſione facta, quidquid ſit de iure communi, quo videtur non 4
poſſe *ex l. aris alienum Cod. de donat.* vbi Bald. & Salicet. *gloſ. 2. in princ. in l. hæreditatem, ff. eod.* Hodie tamen de conſuetudine receptiſſima eſt ſententia, ſecundùm quam in omnibus Tribunalibus ſolet iudicari, vt directè agi poſſit actione perſonali, ſi vel donator non ſit ſoluendo, vel ſi defunctus non habeat hæredem, ex Guid. Pap. *deciſ. 103.* vbi addens, quam paſſim DD. allegant & ſequuntur, præſertim Chaſſan. *ad conſuet. Burgund. tit. 4. des droicts appartenans a gens mariés, §. 11. gloſ. 1. verſ. aduerte etiam, num. 2.* Capell. Tholoſ. & ibi Aufret *quæſt. 386.* Dec. *conſ. 237. num. 6. verſ. & idem tradit dominus Guid. addit. marginal. ad Guid. quæſt. 39.* Boer. *deciſ. 204. num. 42. & 43.* Bened. *in cap. Raynutius, in verbo caperat, num. 46.* Papon. *en ſon recueil, lib. 11. tit. 2. ſi vn donataire, arreſt. 2.* Tuſch. *pract. concluſ. tom. 2. d. concluſ. 651. num. 12.* & ipſemet Cancer. in contrarium allegatus, hoc amplectitur *d. cap. 8. num. 46. lib. 1.* at verò in caſu noſtro vtrumque concurrit: nam d. Anna, ſi contra d. Damiam donatarium non poſſit agi, notoriè non eſſe ſoluendo pro ſolutione 500. ſcutorum

auti ſolis cugni Regis Franciæ, ex lectura d. donationis apparet, eſſe verò ſine hærede alio, quam d. donatario, certum eſt, cùm ipſummet hæredem inſtituerit, ita vt & hæres & donatarius ſit, contra quem & non contra alium neceſſariò agendum eſt.

Nec obſtat, quod dicitur d. Annam reſeruaſſe ſibi certam ſummam, de qua diſponere poſſet, quo caſu donatarius vniuerſalis ad inſtar particularis, habetur exemplo hæredis in certa re inſtituti, dato eo hærede qui propterea creditoribus non tenetur, Iaſ. *in l. quotiens vlt. notab. de hæred. inſtit. & l. fin. C. de hæred. artic. nam hoc fallit*, quando hæreditas non eſt ſoluendo, quo caſu etiam ipſe hæres, in certa re inſtitutus, tenetur creditoribus, *l. ſi vniuerſa, C. de legat.* Boer. *d. deciſ.* 104. *num. 42. verſ. hoc verum*, poſt Alexand. & Salicet. quos allegat & ſequitur, in noſtro verò caſu iam dictum eſt, ex lectura donationis apparere, non eſſe ſoluendo.

Secundo reſpondetur, ſibi tantum reſeruaſſe 10. aureos de quibus diſponere poſſet, quæ ſumma adeò minima eſt, vt illius nulla ſit habenda ratio, ſed etſi maior fuiſſet, imò admodum magna & ſufficiens, ſi tamen de ea ſpecialiter diſpoſuiſſet, vel donando, vel alicuius tertij debitorem ſe conſtituendo, vel alio modo, vt fecit, hoc caſu, tunc nulla habita ratione dict. reſeruationis, directè contra donatarium agi poteſt, vt in puncto docent Tuſch. *d. concluſ.* 651. *num.* 10. per textr. *in l. fin.* vbi Salicet. *C. de legat.* quem ſequitur Coſta in contrarium allegatus *remed.* 108. *n.* 11.

Hæc confirmantur, quia etiam data reſeruatione & nulla etiam data diſpoſitione de ea, ſi nullus appareat hæres, aut nullus ſe aduoet talem, directò agi poteſt, contra donatarium, vt in terminis tradit Boer. *d. deciſ.* 204. *n.* 43. quanto magis hoc caſu quo d. Damiam, & donatarius & hæres eſt.

His adde cùm DD. quærunt, an actione perſonali directò contra donatarium vniuerſalem agi poſſet, præſuppoſito donatorum ſibi aliquid reſeruaſſe, de quo diſponere poſſet, alioqnin donatio eſſet nulla & nullius momenti, *l. ſtipulatio hoc modo concepta*, & ibi DD. *ff. de verb. oblig.*

An verò nedum actione perſonali, ſed etiam via executiua agi poſſit contra donatarium vniuerſalem, quando bona ſunt obligata; regulariter quidem non poteſt, ſed via ordinaria agendum, hypothecaria ſcilicet, & prius principali excuſſo debitore, iuxta Anth. *hoc ſi debitor. C. de pignor.* & tradunt Abbas *conſil.* 122. *lib.* 2. Dec. *conſ.* 137. *num.* 6. Pinel. *in l.* 2. *C. de reſcin. vendit.* 2. *par. cap.* 1. *num.* 32. & Celſ. *conſ.* 13. *num.* 22 ſed hoc fallit in duobus caſibus ſuprà poſitis, ſcilicet ſi donator non ſit ſoluendo, vel nullus appareat hæres contra quem agatur, vt cenſuit Guid. Pap. *d. deciſ.* 105. dum per arreſt. conceduntur cuidam Nanto, creditori, litteræ præciſè ſuper ſuis compulſoriis, contra donatarium, & omnes DD. ſuprà citati, qui d. deciſionem allegant & ſequuntur, & in terminis tradit Parlador. *lib.* 2. *rer. quot. c. fin.* 4. *par.* § 2. *n.* 5.

Nec obſtat Coſta *d. remedio* 108. *num.* 9. nam intelligendus eſt ſecundum DD. quos allegat, vt ſcilicet via executiua regulariter agi non poſſit contra donatarium vniuerſalem; ſed hoc recipere exceptionem in duobus caſibus ſupra poſitis: nam Pinel. & Boer. per eum allegati, de via exequutiua expreſsè nihil dicunt: ſed tantùm de actione perſonali, directè inſtituenda contra donatarium, tacitè tamen de illa quoque intelligunt, cum ſe referunt ad deciſionem Guidonis, ſed Boer. quidem apertè exceptionem in duobus caſibus approbat. Pinell. verò communem eſſe DD. ſententiam in dictis duobus caſibus fatetur, Parlador autem apertè via executiua agi poſſe contendit: dicta igitur per Coſtam regulariter quidem procedunt, ſed limitanda ſunt in dictis duobus caſibus, quæ eo magis hoc caſu ſunt aſſerenda, quo per dict. dominum Auditorem, iam ordinatum fuit, dictum dominum Paberam poſſe vti viribus ſuæ obligationis, qui etiam in articulis, tanquam etiam donatarius, deduxerat cauſas reſciſionis, vt non poſſit prætendere ſe non fuiſſe auditum; qui etiam ex vi donationis ſuæ, nul- 8
las alias cauſas reſciſionis poterat prætendere, quàm eas, quas deduxit tanquam procurator dictæ Annæ, & cùm eo non obſtante dicta ſententia ſequuta fuit, nulla ratione poteſt impedire dictas executiones.

Ex quibus concluditur dictum dominum de Paberam, omnino à citatione perſonali eſſe relaxandum, & quatenus dictus Damiam velit dictas executiones impugnare coram dicto domino Auditore, coram quo ſolo, & non coram dominis Iudicibus, debet nihilominus ordinari, executiones continuari.

ARGVMENTVM.

De mandati ad reſignandum reuocatione: Et an valeat permutatio beneficiorum, ſine authoritate ſuperioris.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum poſt admiſſam reſignationem reuocari nequit.*
2 *Si reuocatio non ſit intimata, tenet reſignatio, etſi eam præceſſerit.*
3 *Permutatio beneficiorum debet fieri authoritate ſuperioris.*
4 *Aliàs eſt ſimoniaca.*
5 *Clericus exercens officium laicale, venit deponendus, & priuandus beneficio.*

CONSILIVM CLXXII.

Decimaqvinta Nouemb. anno 1612. D. Bernardus Broë ætatis 60. annorũ & vltra, mandatum facit in ciuitate Montiſ-adamatij ad reſignandum Canonicatum & Præbendam, quos in Eccleſia Viuarienſi poſſidebat, in Curia Romana, in fauorem D. Raymundi Milhoret, aut in manibus Capituli d. Eccleſiæ collatoris Ordinarij purè, & ſimpliciter, vt de eo illi prouideretur, quem vellet Capitulum; eodémque die hora & loco, coram iiſdem teſtibus & Notario, non diuertendo ad alios actus, dict. Milhoret mandatum fecit ad reſignandum in Curia Romana Prioratum ſancti Laurentij de Maiſane, in Delphinatu, quẽ poſſidebat, in fauorem d. Broë; Procurator nominatus in mandato d. Broë reſignat d. Canonicatum & Præbendam in manibus Capituli, per quod eadem die vel ſaltem ſequenti confertur d. Milhoret, qui accipit poſſeſſionem & præſtito ſolito iuramento recipitur à Capitulo, quatuor aut quinque horis poſtea d. Broë Viuarium appulit, adit ſingulos

Cano-

Canonicos d. Eccleſiæ & Syndicum eiuſdem, exponit dd. reſignationes, ſeu mandata mutua ex cauſa permutationis fuiſſe facta, et ſi in illis, cauſa permutationis non eſſet expreſſa, ſe deceptum à d. Milhoret qui in Capitulo Viuarienſi, potius quàm Romæ reſignationem fieri procurauit; quod mandatum à ſe factum de reſignando d. Prioratu reuocauerit, quod denique dictus Prioratus non erat valoris quem dicebat, eſſetque litigioſus, de quibus petiit actum & mandatum de quo ſuprà reuocauit: Poſtea d. Ioannes la Garde impetrat d. Canonicatum & Præbendam certo modo, liſque inter eum & d. Milhoret intentata, tranſactionéque inita de anno 1613. & de menſe Auguſti dict. la Garde pacificè eum vſque ad menſem Auguſti de an. 1616 poſſidet, quo tempore d. Broë ad magnum Conſilium de la Garde citari fecit, & per illud partes fuerunt ad Curiam Nemauſenſem remiſſæ, deque anno 1617 & 20. Octobris litteras citatorias obtinuit contra d. la Garde eaſque de menſe Iulij anni præſentis 1618. exequi fecit, narratque dictas permutationes, quas veras eſſe contendit, ſeque deceptum, proindeque reintegrandum ad ſuum Canonicatum.

Quæritur, an d. Broë bene ſit fundatus in ſua prætenſione: & malè fundatum, ac in fauorem d. la Garde pronunciandum exiſtimo: Nam aut d. reſignatio Canonicatus fuit facta ſimpliciter, & non ex cauſa permutationis, aut verò ex cauſa permutationis. Primo caſu, cùm in vim d. mandati, reſignatio Canonicatus fuerit facta in manibus Capituli, & per illud d. Milho-
1 ret collatus, nihil in contrarium deduci poteſt, nec nocet reuocatio mandati, cùm poſt reſignationem admiſſam & collationem ſequutam ac poſſeſſionem captam fuerit facta Rebuf. *conſ. 36. num. 12.* Put. *deciſ. 323. num. 1. lib. 2.* Celſ. Hugo *conſil. 33. num. 2.* idque ſine diſtinctione, cùm fuerit facta & admiſſa per Ordinarium, Flamin. *de reſign. lib. 1. quæſt. 12. num. 14. & 15.* adeò
2 vt ſi reuocatio fuerit facta ante reſignationem, ſi tamen non fuerit intimata procuratori, & is ante notitiam reſignauerit, & collatio ſequuta fuerit, ea tenet, nulla reuocationis habita ratione, Clem. *vn. de renunc.* Rebuf. in praxi *tit. de procur. ad reſign. renoc. n. 2.* Flamin. *d. tract. lib. 9. q. 25. n. 21.*

Secundo verò caſu, ſi ſcilicet permutarunt dicta beneficia, vt ex eo quòd eſt facta reſignatio eodem die, hora, loco, coram iiſdem teſtibus & Notario non diuertendo ad alium actum, præſumitur ex cauſa permutationis, & talem ipſe in ſuis litteris citatoriis atteſtatur, omnino aſſerendum eſt d. Canonicatum certo modo vacaſſe, & d. la Garde tanquam eo modo va-
3 cantem legitimè impetraſſe: nam permutatio debet fieri authoritate Superioris, & licet Clerici inter ſe tractare de permutando liberè & licitè valeant, per ſe tamen permutare beneficia nullo modo poſſunt. *c. quæſitum, & cap. penult. de rer. permut.* vbi Abb. Gloſ. & DD. Probus *ad Monach. in cap. 2. num. 22. de renunc. in 6.* Nauar. *conſil. 42. num. 1. de ſimon.* & alij quos longa ſerie refert Garc. *in tract. de benef. par. 11. cap. 4. num. 56.*
& talis permutatio propria authoritate facta, & ſine authoritate Superioris, erit ſimoniaca, & beneficia ita permutata, vti vacantia impetrari poterunt, Dec. *conſil. 141. num. 1.* Nauar. *in man. cap. 23. verſ. tertio, quo. mandendo, ſeq. grat. tit. de permut. ad fin.* Garc. *d. loco, num. 57.* & ſua beneficia perdunt, qui ea propria permutant authoritate, quia illis priuantur per ſententiam, vt *in cap. cùm olim de rer. permut.* Zechi. *de benef. cap. 10. num. 1.* Leſſi. *de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 34. num. 156. & cap. 35. num. 101.* *Extrauag. Can. deteſtabile de ſimon. in princ.* videntur illis priuari ipſo iure, & incurrere excommunicationem, de qua ibi §. *ſtatuentes*, atque hanc ſententiam communem docet Garc. *d. loco, num. 59.* ideóque, hoc caſu cum dict. Broë & Milhoret mandata fecerint ad reſignandum abſque mentione permutationis, ideóque inter ipſos eam concluſerint abſque clauſula, *ſi & quatenus a Superiore approbabitur*, omnino concludendum eſt dicta beneficia vacaſſe, dictóſque Canonicatum & Præbendam certo modo impetrari potuiſſe, vt in puncto docet Rebuf. *in praxi de permut. num. 52.* & dicta per eum confirmantur per Bellarm. *tract. de permut. benefic. par. 2. quæſt. 4. num. 3.* Dec. *dict. conſil. 141.* Boer. *deciſ. 205.* eodem Rebuf. *in tract. de pacific. poſſeſſ. num. 55.* Charon, *aux Pandect. du droict François, liure 1 chap. 10. fol. mihi 92. & 96.* Cùm itaque dict. la Garde, quatenus dict. Canonicatus non fuiſſet permutatus, & vacaſſet per ſimplicem reſignationem in manibus Capituli factam, habeat ius à dict. Milhoret, cui per Capitulum fuit collatus, idque ex vi tranſactionis cum ipſo initæ, quatenus verò permutatus fuiſſet, tanquam certo modo vacantem impetrauerit, omnino in fauorem ipſius reſpondendum eſt.

Hæc confirmantur, quia d. Broë officium laicale ſci- 5
licet d'Eſleu à multis annis exercuit, ex quo quatenus inter Clericos ſe numerari velit, excommunicationem incurrit, & eſt deponendus, priuandúſque beneficio, ſi quod habebat, *cap. ſed ne tertio.* & ibi Abb. *ne cler. vel mona. num. 1.* Diaz. *in ſua pract. Canon. cap. 61. & 62.* & planè animum laicalem ſemper habuiſſe ex eo conſtat, quod numquam ſe ad Preſbyteratus ordinem promoueri curauit, contra conſuetudinem Canonicorum Viuarien.

ARGVMENTVM.

An quis teneatur præciſè iurare de facto alieno.

SVMMARIVM.

1 *Non tenetur quis iurare de facto alieno.*
2 *Determinatio circa plura, debet eodem modo determinare.*
3 *Iuramentum de facto alieno, regulariter eſt de credulitate, non de veritate.*
4 *Aliquo tamen caſu etiam de veritate, vt* num. 6. 8. & 9.
5 *Sententia ſtandum eſt, ſi non fuit appellatum.*
7 *Filius præſumitur ſcire debitum patris.*

CONSILIVM CLXXIII.

VT ſatisfiat dubio doctiſſimè excitato in cauſa Iſraëlis Dailes Hebræi, contra Iſaac de Lates etiam Hebræi, an ſcilicet d. Iſaac præciſè iurare teneatur de veritate ſuper quarto articulo de quo in actis, cùm in eo dicitur, non videri quòd teneatur, cùm agatur de facto patris, cui d. de Lates interfuiſſe non conſtat ex Alex. *conſil. 71. num. 13. lib. 3.* Crauet. *conſ. 103. num. 16. cum ſeq.* ſed præſertim *num. 26.* Abbas *conſ.*

118.*num.3.circa fin.par.2.* Reſpondetur, agi hic de interpretatione ſententiæ in rem iudicatam tranſactæ, qua ordinatum fuit, dict. Iſaac de Lates iurare debere, tam in animam patris quàm ſuam ſuper d. quarto articulo, & cùm certum ſit in animam patris iuxta mandatum de veritate iurare debere, ex propria natura iuramenti huius deciſorij, ſequitur quoque in animam ſuam eodem modo iurare debere, nam cùm hoc in vna eadémque periodo, ſub vno eodémque verbo dictum ſit per dictiones, *tam, & quam*, coniungendo, copulando & parificando iuramenta in animam pa-
2 tris, & ſuam, eodem planè modo & forma, & non diuerſimodè intelligi debent, ad not. *in l.iam hoc iure, ff. de vulgar. & l.2. & l.quamquam, C.de impub.*

3 Nec obſtat ſi dicatur, vnumquodque ex his iuramentis ſecundum naturam ſuam intelligendum eſſe; iuramentum autem de facto alieno regulariter eſſe de credibilitate & non de veritate ex Crauet. *d.conſil.* 203.*num.26.* nam hoc poſſet procedere, ſi nullo caſu quis teneretur præciſè iurare de veritate de facto alie-
4 no, ſed ſi aliquo caſu poſſit, vt poteſt (quemadmodum ex ipſomet Alex. elicitur, ſi in ſuo caſu præſens fuiſſet, dum delictum committeretur, is cui deferebatur,) interpretatio verborum ſententiæ vniformiter, & non difformiter eſt facienda, & ſiue in caſu in quo verſa-
5 mur adſit ille caſus ſiue non, cùm tamen à ſententia non fuerit appellatum, illi omnino ſtandum eſt, cùm de albo facit nigrum ad not. *in l.ingenuum, ff. de ſtat. hominum,* ſatis enim eſt, quod potuerit eſſe, & ſiue iuſtè ſiue iniuſtè pronuntiatum ſit, d. Lates imputandum eſt quod acquieuerit ſententiæ.

Sed in facto, de quo agitur, non poteſt d. Lates conqueri, cùm reuera ſimus in caſu de quo præciſè de veritate de facto patris iurare tenebatur, nam etſi regulariter verum ſit, eum non teneri in facto alieno iurare de veritate, ſed tantùm de credulitate, hoc tamen
6 fallit multis caſibus, præſertim cùm verſamur in facto alieno, quod quis ſcire & perquirere tenebatur, quia præſumitur ſcientia, gloſ. *in cap præſumitur, de reg. iur. in 6.* Bald. *in l.3. ff. ſi quis omiſſ. conſ. teſtam.* Archidiaconus *in cap. propoſuiſti, num.6. diſt. 82.* Card. *clem.1. num. 5. de conſang. & affinit.* Abb. *in cap. innotuit, num.9. de elect.* Rom. *conſ.481. num. 8.* Dec. *conſ.160. col.3. verſ. ſed his non obſtantibus.* Grat. *conſ.12. num.8. lib.2.* & in puncto tradit Carron. *tract. de iuram. deciſ. quæſt.12. princ. n. 4.* vbi ſecundam limitationem dat ad regulam, quam in principio poſuerat, quem ſcilicet non debere ſubire iuramentum in facto alieno, quia deinde primo limitauerat, vt procedat ſi agatur de veritate præciſè, non ſi de credulitate, & deinde hanc ſecundam ſubiungit limitationem, quæ non debuit eſſe ſublimitatio ad id quod propoſuerat in prima limitatione, teneri iurare de credulitate tantum; ſed debuit eſſe ſecunda limitatio ad regulam, & ipſa limitatio eſt omnino de veritate intelligenda, cùm iam primam limitationem appoſuiſſet, vt ſcilicet teneretur iurare de credulitate, & non de veritate. Hæc verò ſecunda limitatio debet eſſe ſeparata à prima, & non ad eam, ſed ad regulam referri.

Factum verò, de quo agitur, eſſe huiuſmodi, quod d. Lates ſcire & perquirere tenebatur patris adſenſum, cùm ipſe eſſet filius N. qui promiſſionem fecerat & Auenionen. venturus cum d. d'Arles negotiationem, ratione cuius promiſſio facta erat, geſturus, & in effectu cum eo venerit, & in negotia d. Lates ſe intromiſerit: debuit enim ſcire & perquirere ſub qua mercede d. d'Arles ea eſſet facturus, vt reuera exiſtimandum ſit totum hoc à patre, filio præſente, d. d'Arles dictum fuiſſe, ne ſcilicet inter ipſos poſtea eſſet controuerſia, quid & quantum mercedis nomine eſſet daturus. His adde quod hîc agatur de facto egregio ſiue debito notabilis ſummæ 500. ſcilicet ſcutorum aureorum vnoquoque anno lucri cauſa dandorum, quo caſu filius 7
præſumitur ſcire debitum patris, Beniniend. *deciſ.71. num.70.* Burſat. *conſil.118. num.10. in fin. lib.1.* ideóque te- 8
netur de veritate præciſè iurare, atque hoc pro ſexta limitatione ad regulam de qua ſuprà ponit Caroc. *d.q. 12. num.34.*

Adde quod ex ſeruitio & aſſiſtentia d. d'Arles, dict. Lates commodum erat percepturus, quo caſu præſu- 9
mi ſcire & iuramentum dari contendit Caroc. *d.loco, num. 33.*

Nec obſtant Crauet. & Abb. ſup. citati, nam volunt ſolum inſcium facti teneri tantum iurare de credulitate & verum eſt: ſed nos contendimus d. Lates ſcire promiſſionem, de qua in art. quarto, ex eo quod tenebatur d. factum ſcire & perquirere. Nec etiam obſtat Alexand. *d.conſ.71. num.13.* quia verum eſt, quamlibet notitiam non ſufficere, vt deferatur iuramentum de facto alieno, nimirum ſi habeatur per famam aut confeſſionem aduerſarij, in quibus caſibus ſequitur Alex. & ita etiam intelligitur quod ait, debuiſſe intereſſe facto, vt ſcilicet non ſufficiat, ſi per famam ſciat, vt conſtat ex gloſ. magna per eum allegata *in l. in bonæ fidei, C.de reb.cred.* & quæ confeſſio non erat veriſimilis, vt per eundem Alex. *num.14.* ſed in hoc caſu præſumitur verè ſcire, cùm teneretur id ſcire & perquirere, vt ſuprà dictum fuit, præſertim cùm verſemur in facto quod potuit ſæpius reperi, nempe in promiſſione quæ cùm à patre filio perquirenti narraretur, cenſetur reipſa de nouo fieri.

Poſtremò, non obſtat Coſta *de remed. ſubſid. remed. 96. num.11.* eodem enim modo ſatisfit quo Crauetæ, quem allegat: Denique ſi bene ponderetur, nihil facit in contrarium; ait enim deferri iuramentum habenti veram notitiam, vt in facto proprio, quod loco exempli ponit, ſed non negat, quin etiam verè ſcienti factum alienum poſſit deferri, etſi regulariter non niſi de credulitate iurare teneatur.

ARGV-

ARGVMENTVM.

AN quando plures ſunt ſimul inſtituti, qui cenſentur ordine ſucceſſiuo vocati, an inquam admittantur per vulgarem, an per fideicommiſſariam, & aliæ quæſtiones.

SVMMARIVM.

1 *Plures ſimul inſtituti, inter quos cadit ordo charitatis, & neceſſitas inſtituendi, cenſentur vocati ordine ſucceſſiuo.*
2 *Quoties plurium inſtitutio intelligenda eſt ordine ſucceſſiuo, debet referri ad vulgarem, non ad fideicommiſſariam.*
3 *In dubio ſubſtitutio cenſetur vulgaris.*
4 *Fideicommiſſaria non inducitur, niſi verba, aut coniectura vrgeant.*
5 *Liberi per fideicommiſſum vocati, non ideo cenſentur grauati.*
6 *Vocati per nomen collectiuum perſonarum & graduum, cenſentur vocati per fideicommiſſum.*
7 *Dictio,* liberorum, *eſt collectiua.*
8 *Fideicommiſſum inducitur ex ordine ſucceſſiuo, & tractu temporis,* & n.15.
9 *Inter deſcendentes plerique exiſtimant filios in conditione poſitos cenſeri vocatos, quod veriſſimum eſt ſtantibus coniecturis, vt* n.10. & 11.
12 *Verba directa non poſſunt ad fideicommiſſum adaptari.*
13 *Fallit ſi adſit clauſula codicillaris.*
14 *Voluntas etiam contra verba attendi debet.*
16 *Fideicommiſſum in fauorem deſcendentium protenditur in infinitum.*
17 *An aduerſus quadragenariam detur reſtitutio ex capite ignorantiæ, quæſtio eſt controuerſa.*
18 *Sed affirmatiua verior.*
19 *Non valenti agere, non currit præſcriptio.*

CONSILIVM CLXXIV.

NOBILIS Balthaſar Botinus in ſuo vltimo teſtaméto, an Domini 1484. & die 13. Aprilis condito, hæredes ſuos vniuerſales inſtituit Rodericum & Balthaſarem eius filios naturales & legitimos æquis partibus, & eorum liberos, & liberos liberorum ſuorum, & caſu quo Rodericus & liberi ſui, & liberi liberorum ſuorum ſine liberis decederent, ſubſtituit d. Balthaſarem & liberos ſuos & liberos liberorum ſuorum, & è conuerſo, ſi idem Balthaſar & liberi ſui & liberi liberorum ſuorum ſine liberis decederent, ſubſtituit d. Rodericum & liberos ſuos ac liberos liberorum ſuorum. Præſupponitur d. Rodericum ſine liberis deceſſiſſe, aut certè verum eſt liberos ipſius ſiue liberis defunctos; ex Balthaſare Ioannes auus Franciſci I. V. doctoris patris nunc viuentis, ex eodem Ioanne alter Ioannes, & ex eo d. Franciſcus, ex quo alius Franciſcus eius filius doctor etiam proceſſerunt.

Quæritur, an d. Franciſcus pater ſit vocatus in portione Balthaſaris proaui: Secundò, an etiam in portione Roderici; Tertiò, caſu quo ſit vocatus, an obſtet ei quadragenaria præſcriptio per tertios poſſeſſores bonorum alienatorum opponenda: Poſtremò, an Franciſcus filius ex perſona ſua poſſit experiri & euitare præſcriptionem, & aliquod remedium dari poſſit, quo etiam viuente patre experiri poſſit.

Ad primum, an dict. Franciſcus pater ad portionem Balthaſaris proaui cenſeatur per fideicommiſ-
ſum vocatus, dubium facit, quòd quamuis liberi Bal- 1
thaſaris cenſeantur vocati ordine ſucceſſiuo, cùm inter Balthaſarem & eos cadat ordo charitatis & neceſſitas inſtituendi ex receptiſſima DD. ſententia *in leg. Gallus, §. quidam rectè, ff. de lib. & poſthum.* & in ſpecie Alexan. *n.6.* & Iaſ. *num.15.* Idem Alex. *conſil.24. n.10. lib.1.* Bero. *in cap. Raynutius, num. 68. & ſeq.* & ibi Couar. §.2. *num.4. ff. de teſtament.* & de communi teſtatur Corne. *conſil.321. num.1. in fin. lib.3* Cæpol. *conſ.*
fin. num.1. Steph. Bertrand. *conſ.9. num.1. & conſil.82. n.2.* 2
lib.1. & nouiſs. Card. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.4. tit.7. num.1.* tamen hoc per vulgarem non per fideicommiſſariam intelligendum eſt, ita vt admiſſo Balthaſare filij ſint excluſi: Hæc eſt enim vera & communis concluſio, quod quoties duorum aut plurium inſtitutio eſt intelligenda ordine ſucceſſiuo, debet referri ad vulgarem ſubſtitutionem, & non ad fideicommiſſariam, nam cùm ſit verbis directis & ciuilibus facta, & ſemel iure directo valere potuerit, ad fideicommiſſum non deducitur, *l. verbis ciuilibus, ff. de vulgar.* & hæc eſt vera & communis opinio, vt atteſtatur Dec. *conſ.205. n.4.* Couar. *in d. c. Raynutius, §.2. n.7.* Clar. *in §. teſtamentum, q.80. n.4* Pariſ. *conſ.82. n.11. lib.1.* Crau. *conſ.22. per tot. & conſ.131. n.3. ad fin.* vbi dicit iſtam opinionem magis communem contra Pau. *in d. §. quidam re-*
ctè, n.9. Addo, quod in dubio potius ſubſtitutio iudi- 3
canda eſt vulgaris & directa, quæ expiret per aditionem, quàm fideicommiſſaria, latè Mant. *de coniect. vlt. volunt. lib.5. tit.2. in princ.* Alex. *conſil.14. n.13. lib.4.* vbi Apoſtill. allegat Alex. *conſ.12. lib.3.* & ibi concordantes per Apoſtillatorem.
Adde rurſus, quia fideicommiſſaria ſubſtitutio non 4
inducitur niſi vis verborum aut aliqua neceſſaria coniectura vrgeat, *l. Titia Seio, §. Seia libertis, ff. de leg.2.* Iaſ. poſt Caſtrenſ. *in l. poteſt, ff. de vulgar.* Ripa *in repet. l. hæredes mei, §. cùm ita, num.17. & 23.* Torniel. *ibid. n.34.* & Zanches *num.558. & 694. ad Trebell.* Menoch.
conſ.85. n.65. Augetur difficultas, quia quo caſu tenere 5
vellemus, liberos per fideicommiſſariam fuiſſe vocatos, tamen ſi ſemel fideicommiſſum in eorum perſonam locum habuerit, finietur, nec vltra porrigetur, nec cenſebuntur aliis ex ſe deſcendentibus reſtituere grauati, ita vt actiuè & non paſſiuè cenſeantur vocati, ita in puncto Menoch. *conſ.85. n.5. cum multis ſeqq & conſ.328. n.19. verſ. ſecunda eſt dubitatio. cum ſeqq. vſque ad fin.* Cæphal. *conſil. 379. lib..* Roland. à Valle *conſil.34. lib.4.* qui d. conſilium Menochij 85. ſuis ſubſcriptionibus approbarunt.
His tamen non obſtantibus, In caſu, in quo verſamur, fideicommiſſariam eámque gradualem & perpe-
tuam inductam fuiſſe exiſtimo, quia vocati per nomen 6
collectiuum plurium perſonarum & graduum, etiam in inſtitutione, præſuppoſito quòd ſint ordine ſucceſſiuo vocati, cenſentur vocati per fideicommiſſum, *l. cùm ita, §. fin. l. peto, §. fratre, ff. de leg.2.* & eſt vera & communis reſolutio, vt not. Alex *in conſil.22. n.5. cum multis ſeqq.* Couarr. *in d. §.2. num.7.* & poſt eos Cancer. *lib.1. var. reſolut. cap.1. de ſubſtit. num.56.* Simon. de Prær. *de interpret. vltim. volunt. lib.3. interpret.3. dub.1. ſolut.9.*
in princip. fol. mihi 83. dictionem autem, *liberorum,* 7
eſſe collectiuam plurium graduum & perſonarum

certiſſimum eſt, Dec. *conſil.* 243. *num.* 2. Socin. *conſil.* 90. *in fin. lib.* 1. Mandel. *conſ.* 61. *num.* 2. Tib. Dec. *conſ.* 1. *n.* 207. *& conſil.* 41. *&* 65. earum enim appellatione nepotes & pronepotes, & cæteri ex his deſcendentes continentur, *l. liberorum*, vbi Barr. *ff. de verb. ſignif. l. vlt. C. eod.* & per omnes notatur *in d. l. Gallus.*

Atque hoc quidem, ſcilicet hoc caſu per fideicommiſſum cenſeri vocatos, videtur etiam extra difficulta-
8 tem, quia nedum liberos Balthaſaris, ſed liberorum liberos vocauit, quæ verba abſque dubio ordinem & actum ſucceſſiuum & tractum temporis important, & per conſequens fideicommiſſariam ſubſtitutionem, Alex. *conſ.* 25. *n.* 1. *lib.* 4. Decian. *conſ.* 1. *n.* 191. *& n.* 217. Tuſc. *to.* 7. *lit. G. concluſ.* 802. *num.* 7. *&* 76. *&* 77. quia, vt ipſi inquiunt, eſt impoſſibile, vt omnes ſint eodem tempore.

Secundò, quod liberi Balthaſaris cenſeantur ad portionem patris vocati per fideicommiſſariam, ex eo conuincitur, quia expreſſis verbis vocantur ad portionem Roderici patrui, ex quo concluditur neceſſariò, teſtatorem multo magis voluiſſe eos vocare ad portionem patris, quia difficilius & maiores coniecturæ requiruntur, vt filij in conditione poſiti, cenſeantur vocati ad portionem patrui, quàm patris, vt colligitur, ex *d. l. hæredes mei, § cum ita, ff. ad Trebell.* & ibi Socin. ſen. *in princ.* Roin. *conſ.* 141. *n.* 13. *verſ. poſtremo, & conſ.* 134. *n.* 7. *§ præterea, lib.* 3 & alij quos refert & ſequitur, imò ſimpliciter ad portionem patrui non cenſeri vocatos contendit Card. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 11. *tit.* 3. *n.* 29.

Poſtremò, quia liberi dict. Balthaſaris in alio gradu fuerunt in conditione poſiti, dum ſcilicet Rodericus
9 & eius liberi Balthaſari ſubſtituuntur ex quo, cùm agatur de deſcendentibus, plerique exiſtimarunt, etiam abſque coniecturis, cenſeri vocatos & eſſe in diſpoſitione, Graſſ. *§ fideicommiſſum, quæſt.* 13. *in fin.* Toſc. *tom.* 3. *lit. F. concluſ.* 396. *num.* 6. & pleriqoe hanc veriorem, æquiorem & magis communem teſtantur, vt per Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 11. *tit.* 2. *num.* 2. ſed hoc certiſſimum eſt, quod ſi aliqua coniectura concurrat, eſſe vocatos, imò leues ſufficere, vt per Mant. & Graſſ. *d. loco*, in hoc verò caſu duæ concurrunt coniecturæ, eæque non leues, ſed admodum prægnantes.

10 Prima eſt, ex eo quòd conditionem concepit hoc modo, *ſi ſine filiis legitimis & naturalibus ex ſuo proprio corpore & legitimo matrimonio procreatis decederet*, quæ potentiſſima eſt, vt docent poſt infinitos quos referunt & ſequuntur Menoch. *de præſump. lib.* 4. *præſump.* 76. *num.* 53. Graſſ. *d. § fideicommiſſum, quæſt.* 14. *num.* 3. Mantic. *d. lib.* 11. *tit.* 3. *num.* 13. Intrigl. *de ſubſtit. con-*
11 *tur.* 3. *quæſt.* 26. *num.* 113. Altera, quia & liberi Balthaſaris & liberi liberorum ſunt grauati reſtituere Roderico & eius liberis, Bart. *in l. Centurio, quæſt.* 3 *ff. de vulgar.* & alij quamplurimi, quos referunt & ſequuntur Graſſ. *d. quæſt.* 14. *num.* 2. Menoch. *d. præſumpt.* 76. *num.* 39. Mantic. *d. tit.* 3. *num.* 2. Intrigl. *d. quæſt.* 26. *num.* 106. & quamuis hæ duæ coniecturæ controuertantur, tamen magis communis opinio eſt pro affirmatiua, vt per d. Menoc. Mant. Graſſ. & alios, ſed vbi vtraque concurrit res non videtur habere difficultatem.

12 Non obſtat, quòd verbis directis vſus ſit, quæ non poſſunt ad fideicommiſſum adaptari, *l. non codicillum,*
13 *C. de teſtam. cap. ſi pater, eod. in* 6. nam etſi ſint verba directa, tamen ad fideicommiſſum trahuntur propter clauſulam codicillarem, quæ communiter apponitur in teſtamentis, & in hoc eſt appoſita, vt notanter voluit Bald. *in l. verbis ſimilibus, in fin. ff. de vulgar.* vt tradit ibi Alex. ſicut & in *conſil.* 82. *Perſpectis his, lib.* 2. & hoc pro notabili dicto tradit Marbeſil. *ſingul.* 142. *nota mirabilem doctrinam*, & hoc idem dicit Anchar. *conſil.* 127. *non ſeruato Ordine in princ.* & poſt eos Dec. *conſ.* 248. *n.* 4.

Nec nocet, ſi quis aduerſus hanc reſponſionem dicat, illud procedere quando fideicommiſſaria ſecundùm voluntatem teſtatoris poteſt contineri, quia tunc voluntas teſtatoris conſeruatur per clauſulam codicillarem, quæ tendit ad eius conſeruationem, vt notat idem Bald. *in l. fin. col.* 4 *verſ. num aliqua, C. de codicill.* & reſpondet idem Dec. *d. conſ.* 248. *n.* 6. nam hoc caſu eam fuiſſe voluntatem teſtatoris conſtat, ex eo quòd liberorum liberos vocauit, vt mox dicetur, ex eo quòd eos ad portionem patrui clarè vocauit, nec non quòd concurrentibus coniecturis ita eos in conditione poſuit, vt cenſeantur in diſpoſitione, vt ſup. edoctum fuit, ex quo etiam ſecluſa clauſula codicillari cenſerentur vocati, vt infrà latiùs dicetur.

Quæ confirmantur, quia etſi ſolum veriſimilis eſſet voluntas teſtatoris (quę tamen hîc clara videtur) quòd 14
eius bona deueniant de liberis in liberis eius quem inſtituit, iſta voluntas etiam contra proprietatem verborum attendi debet, quia vt notat Bald. *in l. in ambiguo, ff. de reg. iur.* verba impropriari debent, vt voluntas teſtatoris ſeruetur, & ſequitur Alex. *in l.* 3. *C. de liber. præter. in fin.* & poſt eum Dec. *d. conſ.* 248. *num.* 5. nec ſumus in dubio, vt potius ſit vulgaris quàm fideicommiſſaria, cùm ex proprietate verborum & voluntate teſtatoris, concurrentibus coniecturis fideicommiſſaria arguatur.

Non obſtat, quòd poſtremo loco dicebatur, quòd etſi liberi cenſeantur per fideicommiſſariam vocati, ſi tamen ſemel fuerint admiſſi, extingui fideicommiſſum, nec vlterius protendi, & cæteros poſt primos per vulgarem tantùm, hoc eſt, ſi primi non fuerint admiſſi, & non per fideicommiſſariam, hoc eſt, ſi primi fuerint admiſſi, cenſeri vocatos, ea Menoch. *conſil.* 85. *num.* 55. *& conſil.* 328. & aliis ſuprà citatis. Nam reſpondetur, quòd ſi ſequeremur opinionem Caſtrenſ. *in d. § quidam rectè*, res eſſet expedita, exiſtimat enim, quòd ſi dictione collectiua, *liberorum* ſcilicet, vſus ſit teſtator, ex hoc videri inuicem grauatos, veniendo de vno ad alium ſecundùm gradus prærogatiuam, donec ſupereſt aliquis, cuius ſententiam amplectitur Socin. *in d. § quidam rectè, num.* 6. *in* 5. *caſu.* Alciat. ibid. *n.* 62. Soc. *conſ.* 12. *n.* 13. *lib.* 3. latè Barbat. *conſ.* 18. & alij, quorum aliqui communem referunt, relati per Simon. de Præt. *d. tract. lib.* 3. *interpret.* 3. *dubit.* 1. *ſol.* 9. *ſol. mihi* 83. *n.* 1. idque ſiue verbis directis ſiue communibus vſus ſit teſtator, ex Simon. de Præt. *d. loco*, ſed ſi Cumani ſententiam, *in l. cum ita, § in fideicommiſſo ff. de leg.* 2. per quam cenſentur ſolùm per vulgarem vocari, ſequamur, cùm eam veriorem & magis communem teſtetur Simon. de Præt. *d. loco, n.* 2.

Reſpondeo, quòd ſi vltra dictionem collectiuam aliquid adſit quod tractum temporis vel actum ſucceſ- 15
ſiuum denotet vel aliquod, ex quo conijciamus eam teſtatoris mentem, omnes conuenire, inductum eſſe perpetuum fideicommiſſum & graduale de vno ad alium, vt fusè docet Simon. de Præt. *d. loco, n* 6. vtrumque verò in noſtro caſu adeſt, nedum enim liberos, ſed liberorum liberos inſtituit, quo caſu inductum eſſe perpetuum fideicommiſſum, tradit idem Simon. de Præt. *d. loco, num.* 9. voluntas quoque & actus ſucceſſiuus ex natura dictionis *liberorum*, manifeſtè conſtat: nam ſi voluiſſet ſolùm primos liberos admiſſos vocare, ſufficiebat, quod inſtitueret Balthaſarem & eius liberos, quorum appellatione cùm nepotes, pronepotes & cæteri comprehendantur, *l. liberorum, ff. de verbor. ſignific.* omnes per vulgarem cenſe-

cenſerentur vocati, ita vt ſi in filiis Balthaſaris vocatio non habuiſſet effectum, cæteri per vulgarem potuiſſent admitti, ſed quia nedum liberos, ſed liberorum liberos vocauit, ex eo conuincitur eius voluntas, vt quamuis liberi Balthaſaris eſſent admiſſi, voluiſſe tamen, vt eſſent grauati ſuis liberis reſtituere, alioquin dictio, *liberorum* addita, eſſet ſuperflua, & nihil operaretur. His adde quæ ſuprà diximus de vocatione ad portionem patrui, & quod in conditione ſunt poſiti concurrentibus coniecturis.

Secundi dubij ſolutio pendet, ex his quæ circa primum dubium diximus: apertè enim & claris verbis liberi & liberorum liberi Balthaſaris ad portionem patrui vocantur, & cum demonſtrauerimus ex eo cunctè actum ſucceſſiuum, & inter eos perpetuum induci fideicommiſſum, ex Simon. de Præt. *d. loco, num.* 9. cui adde dicta per Roland. à Valle *conſ. 70. num.* 48. *lib.* 3 ſequitur perpetuum in fauorem ipſorum inductum eſſe fideicommiſſum: idque præſertim quia d. teſtator ſæpius & in omnibus vocationibus, inſtitutionibus & ſubſtitutionibus quas facit, vocat liberos & liberorum liberos, eandem formam loquendi ſæpius repetendo, ex quo magis enixa teſtatoris voluntas elicitur, *leg. baliſta cum ſimilibus, ff. ad Senat. Trebell.*

Sed amouendus eſt ſcrupulus, qui poſſet ſuboriri circa Franciſcum iuniorem, qui eſt in quinto gradu reſpectu Balthaſaris, primi teſtatoris, an ſcilicet ſubſtitutio, per nomen collectiuum inducta, protendatur vltra quartum gradum. Et quidem hoc caſu verius eſſet dict. Franciſcum iuniorem non eſſe niſi in quarto gradu ſubſtitutionis, cùm gradus inſtitutionis ſit demendus, & quoad eos qui ſunt comprehenſi ſub nomine collectiuo, reuera ſit tantùm in quarto gradu, adſunt enim ſolùm Ioannes 1. Ioannes 2. Franciſcus 1. & hic Franciſcus iunior: ſed demus eſſe in quinto,
16 vno verbo, cùm hîc agatur de fideicommiſſo ordinato per aſcendentem in fauorem liberorum, & ſic deſcendentium, illud abſque controuerſia eſt perpetuum, & in infinitum protenditur, quandiu ſuperſunt deſcendentes, Curt. ſen. *conſil. 42. num.* 22. Manti. *de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 12. num.* 46. Tuſch. *tom.* 3. *lit. F. concluſ.* 251. *numer.* 4. *& concluſ.* 252. *numer.* 9. *cum ſeqq.*

Ad tertium dubium facit, quia tertij poſſeſſores qui conueniendi ſunt, cum titulo & bona fide vltra 40. annos poſſederunt & præſcripſerunt; inde reſul-
17 tat quæſtio, an aduerſus præſcriptionem 40. annorum ex capite ignorantiæ detur reſtitutio; quæ controuerſi iuris eſt, aliquibus exiſtimantibus non dari etiamſi quis eſſet intra 40. à die ſcientiæ, vt Pinel. *in authent. niſi triennale, num.* 59. *& ſeqq. C. de bon. mater.* infinitos referens, Berous *quæſt. 81. num. 3. & conſil. 56. n.* 41 *& ſeqq. lib.* 3. Vaſq. *illuſt. quæſt. cap.* 57. Surd. *deciſ.* 4. *num. 4. & 5.* Theſſau. *deciſ. 134. num. 6. & ſeqq.* Gaſpar. Anton. Theſſau. *in addit. ad d. deciſ.* quorum pleriqne vt Bero. Vaſq. Theſſau. hanc magis communem & ſequendam, & duo Theſſauri ita Senatum iudicaſſe teſtantur. Aliis dari affirmantibus & hanc etiam receptiorem pleriſque ex his aſſerentibus, quam tenuit gloſ. *in l. qui filium, §. Sabinus, ff. ad Trebell.* Bart. *in l. Æmylius, num.* 5 *ff. de minoribus, & in l. cùm filius, §. in hac, ff. de verborum oblig.* Curt. ſen. *conſil.* 58. *num.* 1. Gozadin. *conſil. 56. num.* 10. Socin. iun. *conſ* 70. *num.* 18. *cum ſeqq lib.* 1. Mandol. *conſ.* 634. *num.* 11. Benintend. *deciſ. 69. & 71.* Sed 18
in hoc conflictu opinionum affirmatiua abſque dubio ſequenda eſt, quòd Rota Rom. eam ſoleat ſequi, & ſæpius vti veriorem ſit amplexa etiam in terminis præſcriptionis ſtatutariæ, vt in impreſſis diuerſor. *deciſ.* 39. *num. 3. par.* 3. & in manuſcriptis vt per Mareſc. *var. reſolut. lib. 1. cap.* 16. & Gratian. *diſcept. Forenſ. lib. 1. cap.* 118. *num.* 6. ſed difficile eſt probare ignorantiam talem qualis eſſe debet, neque enim quælibet ſufficit, ſed ea tantùm, quæ ex omni parte ſit excuſabilis, & circa quam nulla interueniat negligentia, ſecundùm Felin. *in cap. vigilanti, num. 4. de præſcript.* Albam. *conſil.* 18. *num.* 1. poſt alios ab ipſo relatos, quod non eſt, quando ex coniecturis arguitur ſcientia, etiamſi ſint remotæ, vel quando habuit in genere notitiam, aut quando tenebatur inueſtigare, vt fuit tentum per Rotam in vna Romana Saluiani interdicti 20. Ianuarij 1602. coram Iuſto, & in alia Romana deuolutionis tenimenti 27. Iulij 1576. coram Robuſterio; & rurſus de eodem anno 14. Maij in vna Florentina Iuriſpatronatus coram Felic. recorda. Clemente Papa VIII. tunc Auditore, in qua ſecundùm opinionem multorum fuit etiam dictum, quòd ad obtinendum hanc reſtitutionem in integrum, opus eſt, vt nedum quis ignoret alium poſſidere rem ſuam, ſed etiam ignoret illam ad ſe pertinere, vel in ea ius ſibi competere, vt per Felin. vbi ſuprà *ſub num. 4. verſ. ſecundo contra dictum Petri.* & talis probabilitas ignorantiæ non præſumitur, niſi concurrant coniecturæ, ex quibus præſumi poſſit, vt per Bald. *in l. 1. num. 2. C. ad Macedonian.* Quæ deſumpta ſunt ex Mareſco. & Grat. dictis locis, & in hoc caſu tantum abeſt, vt adſit coniectura ignorantiæ, quin potiùs adſunt coniecturæ ſcientiæ, nempè quia dict. Franciſcus veniet agendo, Benint. *d. deciſ. 69. num.* 71. Surd. *dict. deciſ. 4. num.* 7. Scapuc. *de Salnia. interdict. quæſt. 21. num. 4. 5. & 6.* præſertim concurrente diuturnitate temporis; Oddo *de reſtitut. in integr. par. 1. quæſt. 8. artic. 10. num. 66. & 67.* Benintend. *d. deciſ.* 69. nec non quod aſt ex deſcendentibus teſtatoris, Benintend. *d. deciſ. 69. & 71.* ideóque ſi dict. Franciſcus ſenior experiri velit, probandum erit non habuiſſe notitiam teſtamenti niſi à duobus vel tribus annis, vt ſit intra quadriennium ad petendam reſtitutionem præſtitutum.

Ad quartum, idque poſtremum, ſi Franciſcus iunior agat, certum eſt præſcriptionem ei nocere non poſſe, nulla enim præſcriptio aduerſus eum curret quouſque in eius perſona ſit apertum fideicommiſſum, quia non valenti agere non currit præſcriptio *l. 1. §. fin. C. de an-* 19
na præſcript. l. 1. C. de bonis matern. l. in rebus, §. omnes, C. de iur. dot. l. ſi quis ex emptione, C. de præſcript. 30. annor. & in terminis fideicommiſſi ſucceſſiui & perpetui docet Peregr. *de fideicommiſſ. art. 61. num.* 16. poſt multos quos refert & ſequitur, adeò vt nec centenaria nec millenaria præſcriptio currat, Natta *conſ. 437. n. 5. & 7.* Peregr. *d. loco.*

Sed quomodo Franciſcus iunior experietur viuente patre? ſi pater ex nunc fideicommiſſum reſtituat, iuxta *leg. poſt mortem cum ſibi tradit, C. de fideicommiſſ.*

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Epitome vt in ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Actor ſemper debet probare intentionem ſuam, ſiue affirmet, ſiue neget.*
2 *Nepotes patruo ſuccedunt in capita.*
3 *Fructus legitimæ 20. annis præſcribi poſſunt.*

CONSILIVM CLXXV.

NObilis Gaſpar de ſancta Maria Paternum, cùm tres liberos haberet Michaelem, Ioannem & Catharinam, & medietatem ſuorum bonorum Michaeli in contractu eius matrimonij donaſſet, teſtamento ſuo hæredem vniuerſalem Annam Sauuane, vxorem, inſtituit, cum onere reſtituendi hæreditatem Ioanni, ſi tempore, quo ipſa moreretur, eſſet in humanis: quod ſi de eo tēpore nulla vitæ d. Ioannis habeatur notitia, aut verò moriatur ſine liberis, ſubſtituit d. Catharinam & poſt illam Ioannem & Gaſparem de Gay, filios dict. Catharinæ, vel eorum ſuperſtitem, eis alios liberos d. Catharinæ ſubſtituendo; ita tamen, quòd ſi dictus Ioannes rediret (abſens enim erat vel mortuus) dicta Catharina teneretur reſtituere d. hæreditatem d. Ioanni abſque reſtitutione fructuum interim perceptorum, quos ad dict. Catharinam eiúſque filios pertinere voluit; d. Ioannes numquam comparuit, neque poſt d. teſtamentum patris, neque ante de eo quidquam auditum fuit. Mortua d. Sauuana, dicti Ioannes & Gaſpar de Gay (eorum enim mater Catharina deceſſerat) lite aliquandiu mota inter ipſos & liberos Michaelis, mediante tranſactione & diuiſione inter ipſos inita, conſecuti ſunt bona fideicommiſſo ſubiecta per d. Sauuane poſſeſſa, & ab anno 1594. vel circa, quo d. Sauuane deceſſit, dicti de Gay dicta bona pacificè poſſederunt. Nunc verò filij d. Michaelis contendunt ſibi deberi mediam partem dictorum bonorum ad dictos de Gay obuentorum, quaſi Ioannes poſt d. Sauuane deceſſerit ab inteſtato.

Quæritur, an benè ſint fundati in eorum petitione, & ſi aliquod ius & quale illis competat.

Reſpondetur, hoc primum ſtatuendum eſſe, dictos liberos probare debere dict. Ioannem, nedum matri, ratione fideicommiſſi, ſed & patri ratione legitimæ ſuperuixiſſe, & tandem mortuum, quòd ſi in proba-
1 tione defecerint, excludendi ſunt ab eorum petitione: nam agens ſemper probare debet, id quod eſt fundamentum ſuæ intentionis, ſiue affirmet, *l. ei incumbit, l. cum quis. ff. de probationibus. l. actor, C. eodem.* ſiue neget, nam negatiuam, quæ eſt fundamentum intentionis, alicuius ab eo deduci & probari oportere, *leg. in illa*, vbi Bartol. & interpretes omnes, *leg. ſtipulatio, verſ. quod ſi ab initio. ff. de verb. obligat. leg. penult. §. doctrina ſi neque quis cum quo, cap. ex circa, cap. ſi forte de elect. in 6.* Peregr. *de fideicommiſſ. artic. 63. num. 16.* Ideóque hoc caſu nec dicti, nent Ioannem ſuperuixiſſe patri & matri, ſiue negent ante eos mortuum, cùm hoc ſit fundamentum ſuæ intentionis, ſi in eo defecerint, condemnandi ſunt. Quod eo caſu eò magis ſtatuendum eſt, quod & pater & mater, nec non dicti liberi Michaelis litigantes, tranſigentes & diuidentes cum dictis de Gay bona per d. Sauuane relicta, eum pro mortuo habuerint, præſertim dicti liberi, qui non permiſiſſent integra bona fideicommiſſo ſubiecta, ad portionem dictorum de Gay perueniſſe, nec eo modo tranſegiſſent, vt ea ad ipſos pertinerent, ſi credidiſſent d. Ioannem viuere.

Sed iam ponamus caſum, dictos liberos contendere ſe errasse & falsò exiſtimaſſe, mortuum eum qui ſuperſtes erat, velléque docere de errore, & legitimè probare dict. Ioannem tempore patris matriſque in humanis fuiſſe, præſuppoſita, citra præiudicium veritatis legitima probatione, quæritur quódnam ius in dictis bonis dictis de Gay obuentis prætendere poſſent. Et quidem in eo omnes conueniunt, nullum ius prætendere poſſe, quàm ſuper bonis, de quibus Ioannes diſponere potuiſſet, & ſic non ſuper portione omnium bonorum dictis de Gay obuenta, ſed tantùm ſuper iis bonis, de quibus dict. Ioannes diſponere potuiſſet. Quo ſtante certum eſt dimidiam partem bonorum, quæ Ioannes poſſediſſet, ſi ſuperuixiſſet, non poſſe petere, quia Gaſpar teſtator expreſſis verbis dictos de Gay poſt mortem Catharinæ matris ſubſtituit, ſiue dict. Ioannes non eſſet in rerum natura à tempore mortis dict. Sauuanæ hæredis, ſiue is ſine liberis decederet: quare ſi probaretur d. Ioannem ſuperuixiſſe, cùm tamen certum ſit deceſſiſſe ſine liberis (ex confeſſione propria liberorum d. Michaelis, petentium dimidiam hæreditatis d. Ioannis ab inteſtato, quam petere non poſſent, ſi ſupereſſent liberi, §. 1. & 2. *Nouel. 118. de hæred. ab inteſt. venien.*) nihil ſuper bonis fideicommiſſo ſubiectis petere poſſent, ſed ſolùm ſuper detractione dict. Ioanni competente, ratione legitimæ (Trebellianicam enim detrahere non poterat, cùm non eſſet primus hæres, ſed d. Catharina, quæ per imputationem fructuum d. quartam habuit;) quæ legitima eſſet nona pars bonorum Gaſparis, cùm tres liberos reliquerit, nec d. legitima eſſet pro dimidia parte inter liberos d. Michaelis & dictos de Gay diuidenda: Sed cùm proponantur quatuor liberi Michaelis & quinque Catharinæ, & ſic ſint nouem numero, d. legitima in 9. partes eſſet diuidēda, & vnuſquiſque vnam portionem eſſet habiturus, & ſic filij Catharinæ quinque, Michaelis verò quatuor: cùm 2
enim agatur de ſucceſſione patrui per nepotes ſolos, non cum alio patruo facienda, in illa admodum controuerſa iuris quæſtione inter Accurſ. & Azon. iam inualuit opinio Azon. & eſt magis vſu recepta, ſecundum quam in omnibus Tribunalibus ſolet iudicari, vt ſcilicet in capita & non ſtirpes ſuccedant, Azon. in quam, *in ſumma tit. C. de legitim. hæred. n. 11.* cuius opinionem amplexi ſunt 38. alij DD. relati per Anth. Theſſaur. *in deciſ. 6.* & vltra eos Cephal. *conſ. 231. vol. 3.* pleniſſimè Ludou. Menoch. *conſ. 4. per tot.* ipſemet Theſſ. *d. deciſ. 162. n. 7.* Conſtant. Capriol. *in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. lib. 3. n. 60. cum multis ſeqq.* Philipp. Paſca. *in tract. de viribus patr. poteſt. par. 4. c. 9. n. 14.* qui ſecundùm hanc opinionem Senatum Neapol. iudicaſſe refert, eamque pluribus authoritatib. ac rerum iudicatarū exemplis plenè confirmare Petrum Cabal. *in conſ. 114. n. 30. lib. 2.* contendit.

Sed & quoad reliquas quatuor portiones de dictis nouem legitimæ quæ eſt nona omnium bonorum Gaſparis, præſuppoſita ſemper dict. probatione, in caſu, in quo verſamur, dictis liberis opponi poſſet præſcriptio 20. annorum cum titulo & bona fide;

&ca-

5 & caſu, quo non iuuaret propter naturam actionis, pro legitima competentis, certè quoad fructuum reſtitutionem iuuare deberet. Etſi regulariter fructus legitimæ à die mortis currant, quia dicti de Gay eos cum bona fide & legitimo titulo perceperunt, ſcientibus, conſentientibus, & quod plus eſt, contrahentibus dictis liberis cum dictis de Gay *l. fi. cum gloſ. C. de vſur. & fructib. legator.* *gloſ. in l. Harennius 1. ff. de vſur.* Socin. iun. *conſ. 122. num. 24. vſque ad fin. lib. 1.* & qui liberi non niſi docto errore ad petitionem partis ſucceſſionis d. Ioannis admitti poſſunt: contraxerunt enim cum dictis de Gay, & diuiſerunt, præſuppoſito quòd d. Ioannes eſſet mortuus.

ARGVMENTVM.

DEfectu inſinuationis an inualidetur donatio facta in contractu matrimonij. An bona alienata pro dote ſorori conſtituenda, per fratrem reuocari poſſint.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum ſupplet defectum inſinuationis.*
2 *Etiam in præiudicium tertij.*
3 *Fallit, ſi intra certum tempus facienda ſit.*
4 *Inſinuatio, conſtitutione vel ſtatuto facienda, vbi bona ſita ſunt, ſi alibi fiat, nihil operatur quoad bona extra illum locum ſita.*
5 *Donans medietatem bonorum, poteſt vnam vel plures res in ſolidum alienare, dummodo ex medietate reſtante poſſit ſuppleri valor alienatorum.*
6 *Donatio inofficioſa reſcinditur pro legitima.*
7 *Dos eſt loco legitimæ, & iuxta illam regulatur.*
8 *Frater in ſubſidium ſororem dotare tenetur.*
9 *Fideicommiſſum pro dote ſorori conſtituenda alienari poteſt.*
10 *Omnes donationes inſinuandæ ſunt, vbi adeſt dictio vniuerſalis.*
11 *Donatio, quæ fit à patre nubente, filio naſcituro, de iure requirit inſinuationem.*
12 *Inſinuatio coram quocumque Iudice fieri poteſt.*
13 *Contrà.*
14 *Inſinuatio quomodo fieri debeat.*
15 *Statutum non operatur vltra territorium.*
16 *Proteſtatio conſeruatoria iuris proprij, & ex qua ſequitur præiudicium tertij, debet illi denunciari.*
17 *Non eſt neceſſaria intimatio, quando adeſt imminens periculum ex præſentia patris.*
18 *Talis querela intra quinquennium proponi debet.*
19 *Vbi metus concurrit cum proteſtatione, non eſt opus quod fiat præſente parte.*
20 *Reſtitutio minori denegatur, poſt quadriennium à maioritate.*
21 *Non valenti agere, non currit præſcriptio.*

CONSILIVM CLXXVI.

ANNO 1611. & 9. Iulij Nobilis Fulcram de Montfaucon, Baro d'Irles, tam nomine proprio & priuato, quàm vti donatarius, & cohæres Marguaritæ de Bouſignes eius matris, necnon cauſam habens ab Anna, Maria, & Lucretia eius ſororibus & cohæredibus, ac domina Anna de Brancas, eius vxor vti procuratrix Chriſtophori eorum filij in vim duplicis mandati per d. Chriſtophorum facti 21. Aprilis, & 19. Maij eiuſdem anni, ambo in ſolidum vendiderunt inſulam dictam la Forquete in territorio Villæ Inſulæ, & alia bona ſita in territorio Saumanæ, ſpectabili domino de Priſis Medicinæ doctori, cum promiſſione pretium conuertendi in ſolutionem partis dotis Delphinæ eorum filiæ, quæ, vt ipſi aſſeruerunt, fuit cauſa d. venditionis, & cum renunciatione hypothecarum d. Annæ de Brancas competentium pro iuribus ſuis, ſolemnitatibus ad hoc requiſitis interuenientibus.

De d. anno & 28. Iulij, d. Chriſtophorus filius d. venditionem & omnia in ea contenta ratificauit.

Dictus Chriſtophorus ſe iactat velle dicta bona recuperare, non obſtante d. venditione & ratificatione, idque ex eo quòd d. Fulcram in contractu eius matrimonij de an. 1578. & 14. Ianuarij, inito, donauit vni ex maſculis per ipſum eligendo ex eo matrimonio naſcituro, quòd ſi non elegerit, primogenito capaci & idoneo, medietatem omnium ſuorum bonorum præſentium & futurorum, & quæ donatio Aueniòni fuit regiſtrata in libro inſinuationum penes Magiſtrum Siffredi exiſtenti die eiuſdem menſis, ideóque medietatem tantum dictorum bonorum d. Fulcram potuiſſe alienare, & alteram ad ſe pertinere, cùm ipſe ſolus maſculus ex eo matrimonio natus ſit.

Idque præſertim, quia in contractu matrimonij d. Chriſtophori cum Anna de Paulo celebrati, d. Fulcram pater d. donationem ratione d. matrimonij confirmauit, &, quatenus opus eſſet, ratificauit, cum reſeruatione fructuum, dictæque donationes in Prouincia Occitana, & ſic in regno Franciæ iuxta ordinationes Regias de an. 1539. 1549. 1566. & 1585. fuerunt legitimè inſinuatæ.

Et quamuis d. donationes non fuerint inſinuatæ in Comitatu Venaiſſino: & nihilominus in Comitiis, quos Status vocant, de anno 1577. Pontiſorgiæ tentis, donationes, quæ intra tres menſes non inſinuantur, declarentur nullæ, exiſtimat has validas, quia contemplatione matrimonij factæ fuerunt, quas d. ſtatuto non comprehendi contendit.

Et quamuis ſecunda donatio, de an. 1596. facta, videatur defectu inſinuationis poſſe impugnari ob aliud ſtatutum in Comitiis de anno 1595. in d. Comitatu tentis, quo diſertis verbis omnes donationes etiam in contractu matrimonij & contemplatione illius factæ nullæ declarantur, ſi intra tres menſes in loco vbi bona ſita ſunt, non fuerint inſinuatæ; tamen in hac, de qua agitur, hoc non procedere credit, quòd dependeat à prima, vi cuius d. bona iam ad ipſum ſpectabant, & in omnem euentum, ſe fuiſſe minorem tempore d. donationis ſecundæ.

Et quoad mandata matri facta ad vendenda d. bona, & ratificationē inde ſequutam, ea ſibi nocere non poſſe; tum quòd minor eſſet; tum quòd metu paterno, & vt patri matrique complaceret ad id adactus fuerit, quòd per teſtes ſe probaturum ſperat, idque præſertim quòd ante & poſt d. mandata & ratificationem, iudicialiter declarauit ſe metu paterno factorum, & feciſſe.

Quamuis etiam pretium d. venditionis fuerit conuerſum in ſolutionem partis dotis d. Delphinæ, patrem tamen id facere non potuiſſe, præſertim quod media pars medietatis dictorum bonorum vēditorum ad patrem pertinētis, & ſic quarta pars dictorum bonorum ex alio capite ad dict. Chriſtophorum filium ſpectat,

in vim ſcilicet donationis in contractu matrimonij d. Chriſtophori per patrem factæ, quę, quamuis non fuerit inſinuata, non propterea tamen minùs valere debet, quòd dict. Chriſtophorus de dict. tempore minor eſſet.

Et poſtremò d. Delphinam ſororem nullam ceſſionem iurium feciſſe, ideóque d. dominum de Priſis iuribus illius ſe iuuare non poſſe.

Quæritur, quid iuris: Pro validitate d. venditionis omnino reſpondendum cenſeo, non obſtantibus iis, quæ ſuprà in contrarium deducta fuerunt.

Quod vt clariùs doceatur, vnum præmittendum eſt, nullam eſſe habendam rationem d. ſecundæ donationis de anno 1596. ex quo ſequitur, ea ſe d. de Montfaucon iuuare non poſſe pro maiori validitate primæ donationis de anno 1578. nec prætendere mediam partem medietatis bonorum ad d. Fulcram ſpectantis, & ſic quartam partem omnium bonorum, vltrà dimidiam etiam omnium ex vi primę donationis ſibi competentem, ad ſe pertinere: Nullam, inquam, d. ſecundæ donationis habendam eſſe rationem, & perinde ac ſi facta non fuiſſet cenſendam, conuincitur ex eo, quod nominatim per d. ſtatutum in dictis Comitiis Comitatus, anno 1595. habitis, cautum fuit, vt donationes intra tres menſes inſinuarentur in locis, vbi bona ſita ſunt, alioquin nullius eſſe momenti: & cùm d. donatio non fuerit in Comitatu & Iudicatura Inſulę, vbi bona ſita ſunt, inſinuata, quoad ea nullius erit momenti: etſi enim in hac patria iuramentum ſuppleat
1 defectum inſinuationis, ex magis communi ſententia, vt fusè docet Seraphin. *in tract. de priuil. iuram. priuil. 73. art. num. 4. vſque ad num. 5.* ſecundum quam Rota Rom. ſolet iudicare, Mancin. *in tract. de iuramen. effe-*
2 *ctu 19. num. 1. 2. & 3.* etiam in præiudicium tertij, modò ne principaliter in detrimentum illius donatio ſit facta Franc. *in cap. 2. num. 14. de pact. in 6.* Mancin. *d. loco,* etiam ſi iuramentum fuiſſet ſimpliciter præſtitum, neç expreſsè inſinuationi renunciatum, Mancin. *dict. loco,*
3 *num. 10.* tamen quando per conſtitutionem vel ſtatutum inſinuatio debet fieri intra certum tempus, alioquin declaratur nulla, iuramentum enim in contractu matrimonij præſtitum, quoad hoc nihil operatur, nec ſupplet defectum inſinuationis poſtea ſuperuenientem, Federic. de ſen. *conſil. 281.* Curt. iun. *conſ. 241. in fin.* Clar. *§. donatio. quæſt. 18. n. 3.* Rimin. iun. *in §. 1. n. 257. & ſeq. Inſtitut. quib. alien. licet vel non,* Seraphin. *dict. priuil. 73. num. 5.* quia d. iuramentum intelligitur rebus ſic ſtantibus. *c. cum P. de rennunciat. c. quemadmodum de iureiur.* Dec. *in l. in ambiguis, §. fin. ad fin. de reg. iur.* Grat. *reſponſ. 44. n. 22. lib. 2.*

Et quamuis multi exiſtiment, inſinuationem validè poſſe fieri in loco contractus vel domicilij, qua de
4 re poſtea diſſeremus: tamen vbi expreſsè conſtitutione vel ſtatuto cauetur, vt ea fiat in loco vbi bona ſita ſunt, ſi alibi fiat, quoad bona ſita in loco vbi non eſt facta, nihil operabitur, & quoad ea nullius erit momenti, Rebuf. *in conſtit. Reg. tract. de donat. inſinuan. art. 2. gloſ. nu. 4.* Fretot. *aux Baſiliques, lib. 6. tit. 4. ad art. 1.* Charon. *reſponſ. lib. 6. cap. 17.* adeo vt ſi partes habeant domicilium in vno loco, & in alio bona ſita ſint, ſufficiat, vt inſinuatio fiat vbi bona ſunt ſita, Rebuf. *d. loco, num. 6.*

Hoc verò ſtante, vt veriſſimum eſt, tota res reducitur circa primam donationem de d. an. 1578. factam, an ſcilicet ex vi illius d. Chriſtophorus, medietatem dictorum bonorum venditorum conſequi poſſit: Et non poſſe ex ſequentibus concluditur.

Primò, præſuppoſito in Prouincia Occitana, vel alibi extra Comitatum, adeſſe bona ad d. Fulcram pertinentia ratione medietatis non donatæ de dict. anno 1578. quæ ſufficiebant ad conſtituendum valorem medietatis dictorum bonorum venditorum, certiſſimum eſt d. Fulcram, etiam ſine filio, dicta bona vendere potuiſſe: indubitatum enim eſt in iure, eum, qui medietatem bonorum donat, poſſe vnam vel plures res in ſolidum alienare, dum tamen ex medietate cæterorum bonorum reſtaurium non donata & ad ſe ſpe- 5
ctante, poſſit ſuppleri valor dictorum bonorum in ſolidum alienatorum, Guid. Pap. *quæſt. 602.* Bereng. Fernand. *in cap. vn. de fil. nat. ex matrim. ad Morganatic. contract. cap. 10. n. 5.* Papon. *en ſon recueil, lib. 11. tit. 1. des donat. art. 13.* & ibi additio. Maynard. *aux notab. quæſt. lib. 6. c. 72.*

Secundò, poſito citra præiudicium veritatis, quòd non ſupereſſent bona, quibus valor dimidiæ partis venditorum ſuppleatur, d. tamen venditio fieri potuit pro dote filiæ conſtituenda, cùm, non obſtante quacumque donatione, legitima filiis debeat conſeruari, 6
&, ſi non adſint bona, donatio tanquam inofficioſa ad fines legitimæ reſcindatur, *l. 1. & per tot. tit. C. de inofſic. donation.* dos verò eſt loco legitimæ, & iuxtà illam 7
ſolet regulari, Bart. & alij *in l. Titio centum, §. Titio genero, ff. de condit. & demonſt.* Surd. *de aliment. tit. 1. q. 31. num. 10.* ideóque etſi alioquin, quod de reuocatione inoffic. donationis dicitur, non procedat, niſi poſt mortem patris, quia antè non eſt debita legitima, *l. 1. §. ſi impuberi, ff. de collatio. bonorum.* tamen cùm dos eſt conſtituenda, debet ſtatim haberi ratio inofficioſitatis, cùm dos tunc loco legitimæ ſit ſoluenda, alioquin matrimonium contrahi non poſſet.

Tertiò, etſi daremus, neque ſupereſſe dicta bona, neque locum eſſe reuocationi, ſeu diminutioni donationis, nec adeſſe bona ex quibus dos conſtituatur, tamen potuit & debuit huiuſmodi diminutio fieri, quia agitur de dote filiæ donantis, & ſorori vtrimque coniunctæ donatarij conſtituenda, qui tieur & con- 8
ſanguineus in ſubſidium ſororum dotare tenetur, Tiraquel. *in l. boues, §. hoc ſermone, limit. 9. ſub num. 14. & de iure primogen. quæſt. 62. ſub num. 1.* Hoded. *conſ. 18. num. 32. vol. 1.* Theſſau. *deciſ. 159. ſub num. 3. & deciſ. 192. num. 7.* Maſcat. *concluſ. 815. num. 5.* adeò vt bona fideicommiſſo 9
ab aſcendente ordinato ſubiecta ad dotem ſorori conſtituendam, alienari poſſint, Intrighol. *deciſ. Regia Curia Regni Siciliæ 4. num. 10.* multo magis hoc caſu quo pater ipſe ſimul cum filio vendit, ad dotem conſtituendam.

Nec obſtat, ſi dicatur, d. filiam ceſſionem iurium in fauorem emptoris non feciſſe, neque enim hoc DD. requirunt, ſed ſufficit quòd pro dote fuerit venditio facta, & in effectu huiuſmodi pecuniæ fuerint ob eam cauſam impenſæ, vt in hoc caſu accidit.

Quartò, quia his omnibus ceſſantibus, quæ tamen non ceſſant, iure ex d. donatione reſultante, etſi eam quoad bona in Comitatu ſita nullius eſſe momẽti docuero, ſequetur d. venditionem impugnari non poſſe; eſſe verò einſmodi oſtenditur ex eo quòd, cùm iam ſtatutum de anno 1576. de quo ſuprà fuiſſet in Comitiis promulgatum, defectu inſinuationis corruit d. donatio de anno 1578. abſque dubio, cùm agatur de præiudicio tertij.

Quod ſi replicetur, in d. ſtatuto non fuiſſe factam mentionem donationum in contractu matrimonij factarum, ſed tantùm in alio ſtatuto, in Comitiis de an. 1595. habitis, facto. Reſpondetur, de d. an. 1595 fuiſſe mentionem factam, ad tollendas difficultates & litium amfractus, ſed non propterea minus comprehendebantur in d. primo ſtatuto, propter dictionem vniuerſalem, *Toutes:* omnes verò donationes etiam 10
con-

contemplatione matrimonij factas, etiam inter virum
& vxorem, etiam reciprocas, propter dictionem vni-
uerſalem, *Toutes*, eſſe inſinuandas certiſſimi iuris eſt,
& non inſinuatas nullius eſſe momenti in præiudi-
cium creditorum, Rebuf. *d. tract. de inſinuan. donat. art.*
1. gloſ. 1. numer. 9. & 24. Argent. *in conſuetud. Britan. tit.*
de donat. in præfat. col. mihi 635. Maynar. *en ſes notables*
queſt. lib. 6. c. 67. Author. *des remarques du droict Fran-*
çois, verb. inſinuatio, num. 4. 5. & 9. Chenu *in addit. ad*
Papon. lib. 11. tit. 1. arreſt. 35. Charon. *aux memorables ob-*
ſeruat verb. donation pag. mihi 89. Fretor *aux baſiliques,*
lib. 6. tit. 4. art. 1. idem Charon. *au Code Henri, eod. lib. &*
tit. Sed in donatione, de qua agitur, etiam ſecluſa di-
ctione, *Toutes*, idem eſſet aſſerendum, quia non poteſt
dici contemplatione matrimonij facta, qualis eſt illa,
11 quam pater facit filio in cõtractu eius matrimonij, nec
eſt inter virum & vxorem, ſed à patre nubente filio na-
ſcituro fit, quæ de iure requirit inſinuationem, Bella.
conſil. 17. in princ. in fin.

12 Sed difficultas ſuboritur, quod de iure inſinuatio
poteſt fieri coram quocumque Iudice, etiamſi non ſit
iudex partium, rei, vel loci per *l. data, & l. in hac, C. de*
donat. §. illud in auth. vt fratrum filij, collat. 9. ibidem, aut
apud quos omnia talia documenta fieri poſſunt, quo-
niam inſinuatio eſt actus voluntariæ iuriſdictionis,
qui fit inter volentes, *§. nulla, in auth. de defenſor. Ciuit.*
collat. 3. & ibi gloſ. & ita tenet Ioan. Andreas *in addit. ad*
13 *Speculat. in tit. de inſtrum. editio. §. porrò,* Bald. *in cap. fin.*
in fin. de offic. iudic. & quamuis hęc reſolutio ſit contro-
uerſa, & Guid. Pap. *quæſt. 325.* contrariam ſententiam
amplectatur, & inſinuationem debere fieri coram Iu-
dice Ordinario reſpectu donantis, vel rerum donata-
rum, non autem ſufficere, vt fiat coram quocumque
Iudice, & ita in Senatu Delphinali iudicatum fuiſſe
contendat: tamen cùm d. donatio, in d. contractu ma-
trimonij contenta, fuerit facta Auenioni, & ibidem in-
ſinuatio, ea videtur eſſe legitima & ſufficiens, ex Oldr.
conſ. 253. factum tale eſt, verſ. ſecundo eſt videndum, vbi in-
ſinuatio poteſt fieri. & valet facta coram Iudice loci
contractus, licet aliàs non ſit Iudex ratione domicilij
vel bonorum.

14 Sed ad hoc reſpondetur, d. inſinuationem non eſſe
ſufficientem, quia de eſſentia inſinuationis eſt, vt in-
ſtrumentum donationis exhibeatur apud Magiſtra-
tum præſentem, & ſuam poteſtatem accommodantem,
& in acta & teſtationes referri iubentem id quod agi-
tur, *l. Modeſtinus ff. de donat.* Alexand. *conſ. 157. lib. 2.* poſt
multos quos refert & ſequitur Bald. Nouel. inter con-
ſilia Socin. *conſil. 68. num. 2.* Azo *in ſumma de donat. §.*
penult. Hoſtienſ. *eod. tit. §. qua donationes,* Argent. *dict.*
tit. de donat. in præfat. verſ. ſed etſi de inſinuat. Papon.
Charon. Maynard. locis ſuprà citatis & ipſemet Oldr.
huc præſupponit. Hæc verò de qua agitur, non fuit in-
ſinuata coram Iudice, ſed ſolum regiſtrata in d. libro
penes Magiſtrum Sifredi exiſtente iuxta ſtatutum
Auen. quo non corrigitur ius commune, ſed præſup-
poſito quod inſinuatio non ſit neceſſaria, quia dona-
tio iurata fuit, aut ſi eſſet neceſſaria, quod facta fuerit,
vt debet, coram Iudice, nihilominus regiſtretur in d.
libro, ad hoc vt tertio nocere poſſit: ita quod etſi alio-
quin inſinuatio legitimè facta fuiſſet, aut ſi neceſſaria
non eſſet, non noceat tertio ſi non fuerit in d. libro re-
giſtrata quoad bona Auenioni vel in eius territorio ſi-
15 ta: extra enim d. ſtatutum vires ſuas non porrigit. *l. fin.*
vbi omnes, ff. de iuriſd. omn. Iudic. conſ. 92. n. 5. Itaque cum
hoc caſu inſinuatio eſſet neceſſaria, non obſtante iura-
mento, ratione d. ſtatuti Comitatus, nec fuerit coram
Iudice, vt debebat, facta, ſequitur regiſtrationem in d.
libro nihil operari.

Secundò reſpondetur, hoc quod dicitur coram
quocumque Iudice poſſe fieri, intelligendum eſſe co-
ram quocumque Iudice illius Prouinciæ, vbi bona ſi-
ta ſunt, alioquin facillimum eſſet fraudem facere, &
donationes occultare, & illuſorium redderetur ſtatu-
tum de d. anno 1578. ſi Auenioni, Ciuitate extra Comi-
tatum exiſtente, aut alibi, poſſet fieri inſinuatio.

Poſtremò, omnibus ſupradictis ceſſantibus; quæ ta-
men non ceſſant, d. Chriſtophorus omnino eſt repel-
lendus, quia cum mandatum fecerit ad d. venditio-
nem inſolidum cum patre faciendam, non poteſt eam
impugnare, ſed illi omnino ſtare debet, non obſtanti-
bus quæ in contrarium deducit.

Ad primum, proteſtatio, quæ dicitur ante & poſt 16
venditionem facta, non nocet, quia non fuit parti in-
timata: omnis enim proteſtatio conſeruatoria iuris
proprij, & ex qua ſequitur præiudicium tertij, debet
illi tertio denunciari, Bart. *in l. non ſolum, § morte, num.*
14 ff. de oper. no. nuntia. & eſt text. *in auth. ſi omnes, C. ſi*
minor ab hæreditate ſe abſtin. Gamma. *deciſ. 276. num.*
3. Cancer. *lib. 2. var. reſol. cap. 1. de minoribus, num. 28. verſ.*
aduertas tamen, & lib. 3 cap. 16. num. 10. Seraphin. *deciſ.*
1085. num. 3. qui etiam ita coram Orano in Rota reſolu-
tum fuiſſe refert, cùm enim actus faciendus non à me-
ra voluntate facientis penderet, ſed voluntas quoque
emptoris concurrere deberet, certiſſimum eſt prote-
ſtationem emptori non intimatam nihil operari, Bart.
in d. §. morte, num. 21. & in puncto filij vel vxoris pro-
teſtantis de metu tradit Alciat. *in c. cùm contingat, n. 1.*
extra de iureiurando.

Non obſtat, ſi dicatur non eſſe neceſſariam intima-
tionem, & quando adeſt imminens periculum, id 17
enim tantùm procedit, quando imminens periculum
reſultat ex præſentia partis, de Graſſ. *tract. de except. n.*
72. poſt Dec. *in l. pacta nouiſſima, circa fi. ff. de pact.* Man-
doſ. *conſil. 57. n. 16.* Hoc verò caſu ex præſentia empto-
ris nullus metus vel imminens periculum oriri pote-
rat, vt notorium eſt.

Deficit quoque in alio huiuſmodi proteſtatio, quia 18
talis querela proponi debet intra quinquennium,
Gamma. *d. deciſ. 276.*

Non obſtat, ſi dicatur metu paterno d. Chriſtopho-
rum mandatum feciſſe ad vendendum & venditio- 19
nem ratificaſſe, & vbi concurrit metus cum proteſta-
tione non eſſe neceſſarium, vt ea præſente parte fiat,
ex tradit. per Graſſ. *d. num. 72. cum ſeqq.* nam primum
quidem, metus reuerentialis non ſufficit, ſed verus me-
tus, qui cadat in conſtantem virum, probandus eſt,
Honded. *conſil. 28. num. 53. vol. 1.* præſertim hoc caſu, quo
d. Chriſtophorus de tempore d. contractus erat ma-
trimonio collocatus, & ſic extra patriam poteſtatem
ex conſuetudine Galliæ, Maſuer. *in praxi tit. 13. num.*
30. Chopin. *de legib. Andi. lib. 1. par. 2. num. 2.* & quod
magis eſt, iam illi pater donationem fecerat in contra-
ctu matrimonij confirmatoriam primæ, ita vt patris
iram vel indignationem timere non debuerit, quod &
ſatis demonſtrauit, cùm deinde litem grauiſſimam
cum eo habuit & habet; ex quo etiam ſequitur non
poſſe prætendere, verum metum illatum fuiſſe, quod
ſi faceret, contra omnem veriſimilitudinem faceret, &
non niſi falſis teſtibus id probare poſſet, qui propterea
interrogationibus, & aliis modis facilè de falſo con-
uinci poſſent.

Confirmantur hæc omnia, quia dict. venditio ex
iuſtiſſima cauſa & ad quam dict. Chriſtophorus de
iure obligatus erat, vt ſupra dictum fuit, facta fuerat,
nempe pro dote filiæ eidémque ſorori conſtituenda.
Adde quod de tempore quo reſcindere dict. contra-
ctum nititur, veriſimile eſt tantum tempus forſan ef-

7 *Clauſula appoſita in primo gradu ſubſtitutionis, cenſetur repetita in ſecundo.*
8 *Vna pars teſtamenti declarat aliam.*
9 *Et vna ſubſtitutio aliam,* & n. 22.
12 *In materia repræſentationis ſpectanda eſt proximitas grauati.*
13 *Contra ſpectanda eſt proximitas teſtatoris.*
14 *In eadem materia ſufficit filios eſſe natos tempore exiſtentis conditionis.*
15 *In fideicommiſſo relicto filiis, ſi nepotes non intelliguntur vocati, fruſtra quæritur de repræſentatione.*
16 *Repræſentatio ceſſat in pronepote.*
18 *Coniecturæ, ex quibus tranſmiſſio admittitur,* & n. 19. 20. & 21.
23 *Filij in conditione poſiti, & diſpoſitiuè vocati, caducata patris vocatione, admitti debent.*

CONSILIVM CLXXVIII.

Ex teſtamento per dominum Ioſephum Fabiy doctorem medicum de an. 1577. & die 18. Octob. facto, conſtat eum hæredem vniuerſalem inſtituiſſe D. Eleonoram de Treuignon, eius vxorem, eius vita durante, & quamdiu honeſtè in viduitate viueret; & in caſum ſecundarum nuptiarum; vel mortis, eidem ſubſtituiſſe Philippum Fabiy eius filium, & ei deficienti in pupillari ætate & aliàs quandocumque ſine liberis legitimis & naturalibus, ex proprio corpore & legitimo matrimonio procreatis, ſubſtituiſſe vulgariter, & per fideicommiſſum, Petrum Fabiy, eius ex Gratia fratre nepotem, cui etiam deficienti ſiue liberis legitimis, & naturalibus ſubſtituit primum, ſecundum, tertium, & alios liberos maſculos quamdiu aderunt ordine ſucceſſiuo, ſeniorem aliis præferendo; quibus omnibus deficientibus, vt ſuprà, ſubſtituit filias dict. Gratiæ æquis partibus & portionibus eidem Philippo decedenti ſine liberis.

Omnes filij d. Gratiæ deceſſerunt, excepto d. Petro, qui habet filium maſculum. Poſſet accidere vt d. Petrus decederet ante d. Philippum, filium d. Ioſephi, vna vel pluribus ſororibus d. Petri ſuperſtitibus, quo caſu quæreretur, an filius d. Petri eſſet in fideicommiſſo præferendus amitæ, an contra amita illi.

Dubium facit, quia d. Petri filius neque ex vi ſubſtitutionis, neque repræſentationis neque tranſmiſſionis, videtur poſſe admitti.

1 Subſtitutionis quidem, quia eſt tantum in conditione poſitus, qui propterea non cenſetur vocatus, ex *gloſ. in l. Lucius, ff. de hæredib. inſtituen.* vbi Bart. Bald. & cæteri omnes hanc opinionem magis communem teſtantur, Imol. *in dict. l. Lucius, col. 2.* Corn. *conſil. 2. num. 21. verſ. his tamen, lib. 3.* Alex. *conſil. 108. num. 3. lib. 1.* Guid. Pap. *quæſt. 39.* & alij multi allegati per Gabriel. *in tit. de fideicom. concluſ. 4.* Clar. *in § teſtamentum, quæſt. 77.* Burſat. *conſ. 41. num. 21. lib. 1.* & latiſſimè Stoet Oddo *in tract. compendioſ. ſubſtitut. par. 5. art. 3. limit. 2. fol. 168.* quod in
2 caſu noſtro videtur eſſe ſine dubio, quia agitur de fideicommiſſo per collateralem, patruum ſcilicet, in quo nec concurrentibus coniecturis, filios in conditione poſitos cenſeri vocatos exiſtimauit Clar. *dict. quæſt. 77.*

3 Repræſentationis autem iure non poſſe niti filium d. Petri, quia non agitur de ſucceſſione ab inteſtato, in qua repræſentatio habet locum, ſed de fideicommiſſo; nec de ſucceſſione legali, ſed à teſtatore ordinata, in qua etiam vbi agitur de fideicommiſſo ab aſcendente facto, filium non repræſentare patrem, nec eius locum ſubingredi exiſtimauit Bald. *in l. cum ita, § in fideicommiſſo, ff. de legat. 2.* (reprobata gloſſa ibi quæ debet intelligi ſecundum text. quem allegat, ſcilicet in *authen. cum ceſſante, C. de legitim. hæredib.*) Ang. Aretin. *in § cum filius, num. 2. inſtitut. de hæreditat. quæ ab inteſt. defer.* Curt. iun. *in l. ſi auia,* quæ eſt *lex 2. num. 11. de ſucceſſor. edicto,* vbi teſtatur, hanc opinionem Bald. eſſe magis communem, & *in d. l. ſi auia, num. 6.* idem Bald. *conſ. 408 in fin. & conſil. 412. num. 5. & conſ. 478. num. 11. & ſeqq. & conſ. 480. num. 9. & ſeq.* in quibus locis teſtatur, hanc opinionem eſſe communem, affirmátque in Rota Curiæ Rom. iudicatum fuiſſe ſecundum concluſionem quam fecit *in d. eius conſil. 1.* & alij multi, quos referunt Honded. *conſult. 70. n. 19.* & Cæſar, Barz. Bonon. *deciſ. 39. n. 5. & 8.*

Neque etiam iure tranſmiſſionis, quia fideicommiſſum conditionale non tranſmittitur ad hæredes, gloſ. *in l. vn.* quam omnes DD. ibi ſequuntur *C. de his qui ante apertas tabul.* gloſ. & ibi DD. *in l. hæredes mei, § cum ita, ff. ad SC. Trebell.* Bald. *in l. vn. § ſin autem aliquis, C. de caduc. tollen.* Pariſ. qui de communi teſtatur *conſil. 18. n. 66. & 67.* Alex *conſ. 252. col. 1. lib. 6.* vbi dicit hanc eſſe communem omnium DD. opinionem ſicut & Menoc. *conſ. 105. n. 57. lib. 1.* 4

His tamen non obſtantibus, pro filio Petri reſpondendum cenſeo, eúmque omnibus dictis viis admittendum, auitámque filij d. Petri nullo modo vocatam: Prima quidem via, ſcilicet ſubſtitutionis, reſultat ex eo quòd filij d. Petri ſunt in conditione, & adſunt duæ coniecturæ, eæque admodum prægnantes, quibus concludendum ite eſſe in diſpoſitione, & ſic vocatos. Prima quidem ex his verbis, (*Legitimis & naturalibus ex ſuo proprio corpore & legitimo matrimonio procreatis.*) Menoch. *de præſump. lib. 4. præſumpt. 76. n. 48.* 5
Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 3. n. 7.* Surd. *deciſ. 162.* qui hanc ſolam coniecturam ſufficere contendit. 6
Altera verò, quia proceſſit ad plures gradus ſubſtitutionum, Menoch. *d. præſumpt. 76. num. 55.* Mantic. *d. tit. 3. num. 13.*

Nec obſtat ſi dicatur, contra primam coniecturam, hæc verba (*de ſuo proprio corpore & legitimo matrimonio procreatis.*) non eſſe in ſubſtitutione d. Petro facta, 7
ſed tantùm in ſubſtitutione Philippo facta, quia illa verba appoſita in primo gradu ſubſtitutionis cenſentur repetita in ſecundo, vt poſt Bald. *in l. Latinus largius, ff. de leg. 2.* tradit Mant. *lib. 10. tit. 6. num. 3.* & benè: 8
vna enim pars teſtamenti aliam declarat, *l. ſi ſeruus plurium § fin. l. qui filiabus, ff. de leg. 1. l. cum filius,* & ibi Bartol *ff. eod.* Dec. *conſ. 115. n. 4. & conſ. 270. n. 2.* Guid. Pap. *q. 485. per tot.* & in puncto, quòd vna ſubſtitutio ex alia 9
ſubſtitutione in teſtamento facta declaretur, poſt Bart. & alios tradit Ruin. *conſ. 118. n. 10. lib. 3.* & Honded. *conſ. 70. n. 20. lib. 1.*

Nec contra vtramque coniecturam obſtat doctrina Clari, aſſerentis in collateralibus etiam ex coniecturis, poſitos in conditione non cenſeri vocatos, nam eius 10
doctrina communiter reprobata eſt, ſolúmque ea traditur differentia inter deſcendentes & collaterales, quod in deſcendentibus leuiores requirantur, imò multi exiſtimant nullas requiri, ſufficeréque qualitatem deſcendentium, & in collateralibus non ita ſimplicibus terminis, nullis exiſtentibus coniecturis, cenſeri admiſſos, vt per Mantic. *lib. 11. tit. 2. numer. 2. verſ. ſed ego,* poſt Socin. iun. *conſil. 158. n. 69. vol. 2.*

Per viam quoque repræſentationis, videtur cenſeri vocatos, quia cùm agitur de ſuccedendo aſcendenti, vel patruo, filius ingreditur locum patris, etiam in fideicommiſſo, nedum in ſucceſſione ab inteſtato, gloſ. 11

in l.cùm ita, § in fideicommiſſo, ff.de leg.2. Cæphal.conſil.215.num.12.cum ſeqq. vol.2. Marzar. in Epit.de fideicom. ſubſtitut.par.2.quæſt.18. Burſat.conſ.1.num.25. Cacheran. conſil.72 num.4.& ſeq. Mantic.de coniect.vlt.volunt.lib.8.tit.9.per tot. hancque veriorem & magis communem teſtantur, ſicut & Honded. conſ.70.per tot.lib.1.& nouiſſimè Philipp.Paſcal.de iurib.patr.poteſt.par.4.cap.9.num.23. Sed hæc via repræſentationis multas habet difficultates, quia non videtur agi hîc de ſucceſſione patrui, ſed fratris patruelis, per cuius mortem aperie-12 tur fideicommiſſum, & multi exiſtimarunt, ſpectandum eſſe ordinem ſuccedendi ab inteſtato ipſi grauato, qui vltimus decedens per fideicommiſſum tenetur reſtituere hæreditatem, vt Socin. in l.ſi cognatis, n.40.ff.de reb.dub. Ruin. conſ.134.num.22.verſ.ſed præmiſſis, lib.2. & alij relati per Mantic. lib.8.tit.7.n.4.verſ.illud verò admonendo.

13 Sed huic difficultati reſponderi poteſt, verius eſſe perſonam eius, qui fecit fideicommiſſum, eſſe inſpiciendam in hac materia repræſentationis, ita vt ſi auus, pater, patruus, vel auunculus, amita vel matertera, locus ſit repræſentationi; quia auo vel patruo, fideicommittenti, & ſic ipſi teſtatori, & non grauato ſuccedi-tur, l.coheredes, §.cum filia, ff.de vulgari, Dec. conſ.1.& conſil.79. Iaſ. conſ.215.lib.1. & alij multi quos refert, & in puncto ſequitur Honded. d.conſil.70.num.20. quidquid in contrarium dixerit Marzar. dict.conſil.1.num 26.

14 Alia difficultas eſt, quia filij d.Petri tempore teſtamenti vel mortis d. Ioſephi teſtatoris non erant nati; ſed magis recepta eſt ſententia, ſufficere, dummodo ſint nati tempore exiſtentis conditionis, vt locum patris ingrediantur, vt fuſiſſimè Menoch. conſ.124.num.80.& 111.& conſ.357 num.20. vbi poſt Alex. Corn. Iaſ. Dec. Paris. Rube. Socin.iun. Cæphal.& alios, quos longa ſerie enumerat, docet hanc eſſe magis receptam DD.ſententiam, & omnibus rationibus, quæ in contrarium facere poſſent, reſpondet, præſertim num.48. & idem repetit. in tract. de præſumpt. lib.4. præſumpt.95.num.17. & Intrigliol. tract.de ſubſtitut.cent.3.quæſt.87.num.7. Ratio eſt manifeſta, quia in ſucceſſione fideicommiſſi conditionalis attenditur tempus euentus conditionis, vt Pariſ. & Menoch. dictis locis docent.

Tertia, eáque grauior difficultas eſt, quia quod dicitur filium ingredi locum patris, hoc procedit, quando filij fratrum ſunt etiam ſubſtituti, vt quando fideicommiſſum eſt relictum familiæ, deſcendentibus liberis & ſimilibus, quorum appellatione nepotes comprehenduntur: tunc enim procedit diſputatio, an de-15 beant ſimul ſuccedere cum patruo. Sed quando filiis relictum eſt fideicommiſſum, ſi nepotes non intelligantur vocati, non eſt diſputandum, vtrum poſſint ſuccedere in locum patris defuncti. & ita ſentit Socin. ſen. conſ.14.in fin.vol.4. & poſt eum Mantic. lib.8 tit.9.num.1. Sed reſponderi poteſt, filios d.Petri hîc cenſeri vocatos, vt ſuprà dictum fuit, etſi amitæ fuiſſent eod. gradu quo pater vocatæ, ſimul cum iis per repræſentationem ſuccederent; at nunc eas omninò excludunt, quòd non niſi in caſum Petri ſine filiis decedentis ſubſtitutæ ſint.

16 Poſtrema, eáque etiam grauis admodum difficultas eſt, quia hîc agitur de pronepote defuncti, filio ſcilicet d.Petri, quo caſu repræſentationem ceſſare Paſcal. exiſtimauit d.tract. num.23. & reuera dictis obiectionibus & reſponſionibus benè perpenſis, ſi filius Petri via ſolum repræſentationis niteretur, de ipſius iure admodum dubitarem; ſed iunctis iis quæ ſuprà diximus, & infrà dicemus, in fauorem illius omnino reſpondendum cenſeo.

Per viam denique tranſmiſſionis, quia etſi regulariter fideicommiſſum conditionale non tranſmittatur, iuncta gloſ. in d.l.vn.de his qui ante aper.tabul. id ta- 17
men fallit, ſi voluntas teſtatoris aliter ſe habet; ex teſtatoris enim voluntate non tranſmiſſibile fit tranſmiſſibile, Bald. in d.l.1.num.10.C.de his qui ante aper.tab. Duran.de arte teſtan.tit.6.caut.38.num 2. Ruin.conſ.145.num.6.lib.2. Dec.conſ.397.num.6. Tiber.Decian. conſil.88.numer.65.lib.2. & poſt multos Sfort. Oddu in tract. compendioſa par.6.quæſt.1. art.2. verſ.limita. ſufficit autem, vt voluntas ſit tacita & coniecturata, vt dicit Bald. in d.l.1.num.10. & firmant ſuprà allegati DD. & Iaſ. in l.nemo poteſt, in 1. lectu. num.33. ff.de leg.1. Verall. deciſ.21.par.2. Ioſeph. Ludouic. Peruſ. deciſ.102.num.6.& ſeq.par.2. & alij multi quos refert & ſequitur Cephal.conſil.16.num.41.lib.1. etiam ſi agatur de tranſuerſalibus. Ioſ.Ludo. d.deciſ.102.num.6. Honded.d.conſil.70.num.32.circa fin. Hoc verò caſu multæ coniecturæ concurrunt ad inducendam d. tranſmiſſionem, qua- 18
rum prima eáque vrgentiſſima eſt, quia de filiis Petri mentionem fecit in teſtamento, ei Petro deficienti ſine liberis ſubſtituendo fratres vnum poſt alium, & deinde ſororem, quod ſufficit, vt dicit Bald. in l.ſi pater quæſt.4. numer.16. C.de inſtitut. & ſubſtitut. & ſequitur Honded. d.conſ.70.num.33. & ſat eſt quod de eis fuerit facta mentio conditionaliter ex Cæphal. d.conſil.16.n.42.& Menoch. conſ.452.num.58.lib.1. & fusè Honded. d.num.33.

Secunda coniectura eſt, quia ex ſuperioribus con- 19
ſtat, filios d. Petri ita in conditione eſſe poſitos, vt & quoque ſint in diſpoſitione, & vbi id aliquam difficultatem pateretur, vt non eſſet omnino certum, ſaltem debet operari, vt tranſmiſſio faciliùs fiat; ex tradit. per Honded.d.conſ.70.n.56.

Tertia, quia teſtator quantum potuit maſculos fi- 20
liabus prætulit, & non niſi illis deficientibus ſorores vocauit, & ſic rationem habuit agnationis conſeruandæ, quo caſu tranſmiſſio admittitur, Cephal. d.conſ.16.num.43. Ruin. conſ.156.num.5. Anthon.Gabr. in tit.de hæred.inſtitut.concluſ.2.num.23. latè Menoch. conſ.452.num.57.

Quarta, eáque potentiſſima, quia amitam ſubſti- 21
tuit in caſum Petri deficientis ſine liberis, & conſequenter voluit filios Petri morientis ad portionem patris admitti, & per eos ſubſtitutos excludi, l.filiusfamil. §.cùm quis de leg.1.l.ex facto, §.pen.& fin. ff.ad Senat.Trebell. Dec.conſ.63.num.2.& conſ.636.num.11. filij autem in conditione poſiti, etſi vocati non intelligerentur, iuxta vnam opin. Gloſſæ, quam ibi ſequuntur Bart.& alij communiter in l.Lucius, ff.de hæred.inſtitut. cenſetur tamen ipſis ſaltem reſeruatum ius ſuccedendi ab inteſtato, patri grauato ad excluſionem ſubſtituti, gloſ. in d.l.Lucius, Cephal. conſ.282.num.11.lib.11. Hieron.Gabriel.conſ.97.num 20.lib.1.& latè Marzar. conſ.7.in 2.coniectur.verſ.præterea. Cùm igitur appareat mentem teſtatoris fuiſſe, vt decedente Petro cum filiis, ipſi filij & ſic teſtatoris pronepotes ad hæreditatem Petri obuentam admittantur, & amitas excludant; pari ratione credendum eſt teſtatorem voluiſſe, vt illi præferantur in fideicommiſſo, in quo eorum pater, ſi viueret, ſuccederet, vt in ſimili docet Dec. conſ.397.num.6.& poſt eum Honded. d.conſil.70.num.29. ſtante maximè quòd nulla ratio diuerſitatis aſſignari poſſit inter vnum caſum & alium, & pro- 22
pterea idem in vtroque dicendum eſt, cùm vna ſubſtitutio ex inſtitutione vel alia ſubſtitutione, in teſtamento facta declaretur, vt ſuprà dictum fuit ex Ruin. conſ.118.n.20.lib.3. & quod dicitur, vnam partem teſtamenti

menti aliam declarare, intelligitur etiam quoad voluntatem teſtatoris, vt dicit Ruio. *d. loco.* & Socin. ſen. *conſ.* 102. *num.* 10. *lib.* 3. & Hieron. Gabriel. *conſ.* 97. *num.* 4. & eſt text. *in d. l. ſi ſeruus plurium, §. fin.* & in *l. qui filiab. ff. de leg.* 1. Guid. Pap. *d. q.* 485.

Poſtremò, vbi ſupereſſet aliqua difficultas in vna vel altera ex dictis viis, ea omnino tollitur, ex eo quòd dictæ amitæ non ſunt vocatæ niſi in caſum deficientis Petri ſine liberis, qui cùm, fauente Deo, deceſſurus ſit filio, eóque maſculo, relicto, non exiſtente conditione non poteſt habere locum fideicommiſſum in perſona amitarum, præſertim relicto filio maſculo, cùm teſtator maſculos quantum potuit prætulerit fœminis, ideóque ſi de hoc teſtator fuiſſet interrogatus, vtique ad filios maſculos ex Petro præmortuo, fideicommiſſum tranſmitti velle dixiſſet, & tranſmiſſio locum habere debet, ſecundùm magis communem opinionem de qua poſt alios teſtatur Iaſ. *conſ.* 154. *vol.* 4. *verſ. ſecundò principaliter, lib.* 4. & poſt eum Honded. *d. conſil.* 70. *num.* 34. & 35. & quemadmodum ſi Petrus ſuperuixiſſet, & deinde ſine liberis deceſſiſſet, filij amitam excluderent, ita quoque ſi Petrus deceſſiſſet ante Philippum idem ſtatuendum eſt, cùm vtroque caſu eadem ratio mouerit teſtatorem ad excluſionem fœminarum, & caducato gradu Petri, fideicommiſſum 23
debet aperiri in perſona eius filiorum, vel iure ſubſtitutionis, vel tranſmiſſionis, aut alio, Peregr. *de fideicomm. artic.* 18. *num.* 25. *verſ. ſed ego.* poſt Hieron. Gabr. *conſil* 115. *num.* 10. & 13. qui contrarium ſentientes refutat, & ſic ex facto in iudicio prætorio iudicatum ſe vidiſſe teſtatur.

Ex quibus ſatisfit iis quæ in contrarium deducta fuerant; nam quod dicitur de filiis in conditione poſitis, quòd non cenſeantur vocati, fallit, niſi coniecturæ adſint in contrarium, vt ſuprà dictum fuit: quemadmodum etiam quod dicitur de repræſentatione; nam ea locum non habet, cùm agitur de ſucceſſione patrui etiam in fideicommiſſis: ſicut quod de tranſmiſſione dicebatur, cùm etiam, ea habeat locum coniecturis exiſtentibus, quæ hic adſunt potentiſſimæ, & vtcumque ſit, quæ poſtremo loco diximus, talia ſunt quæ rem certiſſimam reddunt; deficiet enim conditio ſub qua amitæ vocatæ ſint, cùm præſupponamus Petrum relicto maſculo deceſſurum.

ARGVMENTVM.

Vſus torcularis alicui conceſſus, an ſit perſonalis, an verò tranſeat ad hæredes.

SVMMARIVM.

1 *Domo legata, veniunt etiam ea, quæ ad perpetuum ipſius vſum comparata ſunt,* & n. 2.
3 *Vſus non tranſit ad hæredes.*
4 *Nec vſusfructus, etſi in contractu conſtituatur, niſi de eis fiat expreſſa mentio.*
5 *Vſusfructus morte finitur.*
6 *Vtilitate fundi legata, ſolus vſusfructus cenſetur legatus.*
7 *Conceſſio perſonalis cum ipſa perſona extinguitur.*
8 *Ex quibus cenſeatur perſonalis,* & n. 9.
10 *Conceſſio vnas prementi perſonalis eſt.*

CONSILIVM CLXXIX.

RECOLENDÆ memoriæ Hieronymus à Laurentiis, Legum Comes, & Rotæ Auen. Decanus, teſtamentum fecit, in quo duos filios ſuos, Illuſtr. dominos Franciſcum Rotæ auditorem & Ioannem, vnum ex regentibus Vniuerſitatis Auen. hæredes inſtituit, inter alia d. domino Franciſco domum in hæc verba prælegauit, *Prælegò domino Franciſco domum, in qua inhabitat Magiſter Stephanus, ita tamen quod torcular tempore vendemiarum ſit commune cum ſuo fratre.* Quæritur, an, poſt mortem d. Ioannis, eius hæredes d. torculari vti poſſint; an verò per mortem Ioannis id ius ſit omnino extinctum, ita vt ſolus Franciſcus & ab eo cauſam habentes eo vtantur, & ad ipſos plenè quoad dominium & quoad vſum ſpectet.

Et videtur reſpondendum, morte Ioannis id ius cenſeri extinctum, quia ius quod habet, perſonale eſt, & non reale. Quod ex eo oſtenditur quòd dominium & proprietas torcularis ſpectat ad d. Franciſcum; pater enim legando domum præcipuam, in qua habitabat, nec non eam, in qua eſt torcular, de quo agitur,
1 cenſetur quoque torcular illius legaſſe, quia domo legata veniunt etiam ea quæ ad vſum perpetuum ipſius domus ſunt comparata, Rube Alex. *conſ.* 61. *num.* 2. & 4. cuius dicta confirmantur, quia in legato vel diſpoſitione facta de domo, veniunt ea quæ ei ſunt annexa, Alex. *conſ.* 54. *num.* 4. *lib.* 3. torcular verò de quo agitur, ad perpetuum vſum dictarum domorum eſſe deſtinatum, illiſque annexum patet ad ſenſum.

Quod eo magis in hoc caſu ſtatuendum eſt, quo pater filio eique primogenito, huiuſmodi legatum fecit, cui propterea cenſendus eſt dictas domos integro ſtatu legaſſe, quo ſtante torcular comprehendi & ea omnia quæ ad vſum domus deſtinata ſunt, eſt text. *in l. ſi quis annotationes, C. de bon. vacant. lib.* 10. & talem fuiſſe 2
mentem teſtatoris patet ex eo quod dixit, *Ita tamen quod torcular tempore vendemiarum ſit commune cum ſuo fratre*, quæ verba, quoad dict. Ioannem, non poſſunt adaptari ad dominium & proprietatem d. torcularis, ſed tantùm quoad vſum eiuſdem, vt ſcilicet is eſſet cum fratre communis: nam cùm ea verba reſtrixerit ad tempus vindemiarum, non poſſet eo tempore tantum quoad dominium d. torcular eſſe commune cum fratre; eſſet enim abſurdum dicere, quòd Ioannes ſpatio aliquot dierum eſſet dominus torcularis, reliquo verò anni tempore non eſſet. Ne igitur abſurdum ſimile aſſeramus, maximè attenta ſingulari doctrina teſtatoris, omninò aſſerendum eſt, eum quidem dominium & proprietatem d. torcularis legaſſe Franciſco ſimul cum domibus, ſed vſum & vtilitatem eiuſdem à tempore vendemiarum eſſe communem voluiſſe. Idque eò magis aſſerendum eſt, quod etiam duas domos d. Ioanni reliquit, nec exiſtimandum perpetuam ſeruitutem vni ex domibus d. Franciſco legatis imponere voluiſſe.

Ex his igitur conficitur, Ioanni non dominium, ſed vtilitatem & vſum torcularis, tempore vendemiarum, legatum, ex quo ſequitur morte ipſius extingui, nam ſiue dicamus vſum, ſiue vſumfructum, ſiue vtilitatem legatam, ſiue etiam hoc relictum conceſſionem appellemus, ſemper aſſerendum eſt, ad hæredes non eſſe

3 tranſitorium vſum quidem, quia is eſt ſeruitus perſo-
oalis, nec tranſit ad hæredes, *leg. vſus aquæ, ff. de vſu &*
4 *habit.* vſumfructum verò, quia etſi in contractu coo-
ſtituatur, non tranſit ad hæredes, niſi de eis fiat expreſ-
ſa mentio, *l. ſtipulatio ipſa, §. ſi quiſita, ff. de verbor. oblig.*
Iaſ. *in leg. apud Iulian. §. ſi quis alicui, num. 4. ff. de leg. 1.*
5 vſusfructus enim, de ſui oatura, eſt ſeruitus perſonalis
quæ morte finitur, *§. finitur*, vbi Angel. *inſtit. de vſu-*
6 *fruct.* Alberic. *in l. ſi extraneo, ff. de vſufruct.* vtilitatem
etiam, quia quando teſtator legat fundi vtilitatem, ſo-
lum vſumfructum, non etiam proprietatem legaſſe de-
bet iotelligi, vt poſt Roman. *ſingul. 59. incipien. quidam*
Roma, & Dec. *in l. ſemper in obſcuris, num. 6 in fin. de reg.*
iur. docet Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 9. tit. 2. num.*
31. Poſtremò, ſi coocesſiooem ſimpliciter appellemus,
idem eſt aſſerendum, ea enim fuit facta fratri, & ſic
perſonę, quę extitit cauſa proxima & immediata ipſius
7 coocesſionis, quo caſu præſumitur perſooalis, ooo au-
tem realis, & propterea cùm ipſa perſona extinguitur
nec traoſit ad hæredes, Menoch. *d. præſump. lib. 3. præ-*
8 *ſumpt. 103. num. 1.* perſooam verò fuiſſe cauſam huiuſce
concesſionis patet, tum à qualitate perſonæ, filij ſcili-
cet, io quo ſpecialis fauor conſideratur, Menoch. *d. lo-*
9 *co, num. 6.* tum quòd cùm d. Franciſcus vnicum fra-
trem haberet, & fratrem nomioauerit teſtator, perio-
de eſt, ac ſi eum proprio oomioe appellaſſet, quod cùm ſit, ſignum eſt, concesſionem eſſe perſonalem, Menoch. *d. loco, num. 9.* poſt Anchar. *conſ. 327. num. 2.* & Alex. *conſ. 86. num. 7. lib. 1.* & alios quos refert & ſequitur; & nunquam tunc dicitur realis, niſi adiecta ſit dictio, *in perpetuum*, & Anchar. *d. conſil. 327.* & Socin. ſen. *conſ. 84. num. 4. lib. 3.* & cum eo, de eadem ſpecie facti conſultus, reſpondit Barbat. *conſil. 44. col. 2. lib. 2.* ſed & exiſtente dict. dictione, *in perpetuum* contrarium reſpoodit Alciat. *reſponſ. 103. numer. 25.* vbi ait verbum hoc, *in perpetuum*, intelligi ſecundum ſobiectam materiam, & ob id poſſe intelligi durante vita eius cui facta eſt concesſio, iuxta *l. 1. vbi gloſ. ff. pro ſocio*: & in ro puocto, huioſmodi coocesſionem, vt posſit vuas premere, eſſe perſonalem, eſt text. *in l. Mela, §. libertis, in fin. ff. de alimen. & cibar. leg.* cùm enim docuiſſet legatum æquè io regione, vbi aqua eſt venalis, factum, & concesſiooem hauſtus aquæ, ei qui prædium vicinum non habet, factam, valere, ſed cùm perſona extingui, etſi ſeruitus verè appellari non posſit, ſed ius quoddam perſuoale, vt eruditè interpretatur Accurſ. in verbo, *perſona tamen*, ſubijciuntur hæc verba, *In eadem cauſa erunt geſtandi, vel in tuo vuas premendi, vel in area tua ad frumenta cæteraque legumina exprimenda, vtendi*, ex quibus verbis neceſſariò conficitur ius vuas premendi eſſe perſonale & cùm perſona extingui.

ARGVMENTVM.

GRauatus poſt mortem reſtituere ei, quem eliget, an posſit, non obſtante donatione vniuerſali vni facta, alium teſtamento nominare.

SVMMARIVM.

1 *Donatio vniuerſalis videtur operari nominationem, ſicut hæredis inſtitutio.*
2 *Huiuſmodi donatio, variari poteſt.*
3 *Aut facultas eligendi eſt alicui conceſſa ſimpliciter, & tunc teſtamento, vel donatione fieri poteſt, & non poteſt variari, aut refertur ad tempus mortis, & variari poteſt.*
4 *Idem eſt dicere quod quis reſtituat poſt mortem, vel cum morietur, ei quem eliget, & vtroque caſu locus eſt variationi.*
5 *Licèt grauatus reſtituere poſt mortem, ei quem eliget, tamen nominatio facta per donationem, eſt irreuocabilis, quoad fructuum perceptionem.*
6 *Donationes non minuunt legitimam.*
7 *Augmentum dotis ſpectat ad liberos æqualiter.*
8 *Disiunctiua quandoque reſoluitur in coniunctiuam.*
9 *Etiam cum poſita eſt inter perſonas honoratas & grauatas fauore pupillorum.*
10 *Eoq; caſu vnuſquiſque ſuccedit pro virili.*
11 *Poſita tamen inter eos, inter quos cadit ordo charitatis & affectionis, retinet ſuam naturam, & non niſi ordine ſucceſſiuo cenſentur vocati.*
12 *Ordo ſucceſſiuus intelligitur vel per vulgarem, vel per fideicommiſſariam.*

CONSILIVM CLXXX.

EX documentis, à domino Claudio Chion propoſitis, reſultant quatuor dubia. Primum, quod dominus Iacques Chapaix in ſuo teſtameoto hæredem inſtituerit domicellam Ludouicam Chambone, ſuam coniugem, eam grauans hæreditatem reddere illi aut illis filiarum ſuarum, ſcilicet aut Catharinæ, aut Armiſſant, vel Annæ, quam nominare & eligere voluerit, aut illi liberorum ipſarum naturalium & legitimorum, quem ipſa aut teſtamento, aut vltima voluntate, aut aliter nominabit, quæ Chambone, hæreditate acceptata, teſtamentum ſuum condidit, in quo hæredes ſuos vniuerſales inſtituit dictas Catharinam, Armiſſant, & Annam ſuas filias, & poſt illarum obitum, ipſarum liberos ſubſtituit, quem aut quos vnaquæque illarum teſtamento aut vltima voluntate nominauerit, dictarum filiarum ſuarum, alteram alteri ſubſtituens, caſu quo ſine liberis decederent: Catharina ſine liberis deceſſit, hæredem inſtituit Armiſſant, poſteà dict. Armiſſant hæredem inſtituit d. Claudium: d. Anna in contractu matrimonij ſui primi filij, domini Caroli Chion, illi donationem fecit omnium ſuorum bonorum præſentium & futurorum præter aliquam reſeruationem: denique ſuo teſtamento hæredem vniuerſalem inſtituit d. Claudium, & expreſſo illum nominat, ac eligit, reuocans d. donationem, quod ſolùm de bonis maternis intelligendum eſt. Quæritur, an d. electio locum habeat, non obſtante d. donatione, & an legitimè facta ſit?

Secundum, ſi per dict. electionem, dict. donatio reuocata ſit, quid dict. Claudius prætendere posſit?

Tertium, cùm Iacques Chion in augmentum ſuæ coniugi Annæ Chapaix tertiam partem ſuorum bonorum dederit, quæ ad ſummam 2000. ſcutorum reducitur, cum facultate de ipſis diſponendi, ſi ex ipſorum matrimonio nulli extent liberi; vtrum ipſa, ea bona d. Carolo in ſuo contractu matrimonij in integrum dare potuerit?

Vltimum, cum d. Catharina dictam Armiſſant hæredem inſtituerit, cui ſine liberis decedenti d. Annam

aut

aut ipſius liberos ſubſtituit, vtrum id, de quo d. Ca-
thstina diſponere potuit, pertineat ad d. Anoam ſo-
lum, aut etiam ad ipſius liberos, cùm in his terminis,
d. Aonam, aut ipſius liberos, ſubſtituat.

1 Ad primum reſpondetur, quamuis videatur dona-
tionem in fauorem dict. Caroli factam, ſecum affer-
re electionem ac nominationem, ſicuti hæredis in-
ſtitutio, etſi non ſit facta expreſſa mentio d. nomina-
tionis, vt aſſerunt Papon *lib. 20 tit. 2. arreſt. 2.* Charon.
reſpon. lib. 7. cap. 62. Raochin. *decis. par. 4. concluſ. 220.*
2 Cuiac. *conſult. 58.* & Pele. *queſt. 5.* Econtra tamen videri
etiam, quamuis eiuſmodi donatio ſit natura ſua irre-
uocabilis, in hoc caſu d. Annam variare potuiſſe vſq;
ad mortem & eiuſmodi donationem vltimæ volun-
tatis naturam induere, per text. *l. vnum ex familia, §. 1.
& §. rogo, & l. cum pater, §. à filia de leg. 2* Petr. Gregor.
lib. 42. cap. 28. num. 49. Chopin. *tract. de priuil. ruſtic.
lib. 3. par. 3 cap. 4. num. 4. 5. & 6.* Cuiac. *conſult. 34. & ob-
ſeruat. lib. 10. cap. 39.*

3 Sed difficultas conſiſtit in diſtinctione, quam DD.
in hac materia communiter aſſerunt, ſcilicet quòd
cùm facultas eligendi ſimpliciter data eſt, tunc non
ſolùm tempore mortis poteſt fieri: ſed etiam per do-
nationem in vita, in quo caſu nullus eſt locus varia-
tioni, & eſt irreuocabilis: quòd dicta facultas refera-
tur ad tempus mortis illius cui conceſſa eſt, tunc ad-
eſt locus variationi, non obſtante quacumque dona-
tione præcedente, Molin. *de primogen. Hiſpan. lib. 2.
cap. 4. num. 23.* ad quod reſpondetur videri nos eſſe in
caſu poſteriori, quia dicta Chambonne poſt dict. An-
næ obitum ſubſtituit eū ea ipſius liberis quem ipſa
nominabit, & quãuis nõ dixerit, *cùm morietur*, tamen
4 DD. æquiparant hos loquendi modos, quod hæres
reſtituere teneatur poſt mortem ei quem elegerit, vel
cùm morietur, & in vtroque caſu etiam ſi in vita ele-
gerit donando, ſentiunt donationem reuocari poſſe,
vt docet in propriis terminis Peralta *in dict. leg. vnum
ex familia, num. 2. 18. & 19.* at in noſtro facto dicta
Chambonne ſubſtituit poſt mortem dict. Annæ,
quem ipſa eliget, & quamuis ſupereſſet aliqua diffi-
cultas, ea tolleretur per verba ſequentia, in quibus
dict. electio debet fieri per teſtamenta, aut vltimas
voluntates, abſque additione clauſulæ, *aut aliter*, vt
fecit dict. Chapsix, in ſuo teſtamento, & ſic per actus
variabiles, & mutationi vſque ad mortem ſubiectos,
excludens actus natura ſua irreuocabiles, vt ſunt do-
nationes; quod eò magis procedit, cùm dict. An-
na in dict. donatione expreſſam mentionem dict. no-
minationis & electionis non fecerit; ſicque præſu-
mendum eſt per verba generalia donationis noluiſſe
comprehendere bona reſtitutioni ſubiecta, vt vo-
luntati dictæ Chambonne ſe conformaret, quæ per
teſtamentum, aut vltimam voluntatem, electionem
fieri volebat, cùm etiam argumentum deſumptum
ab hæredis inſtitutione, ad donationem vniuerſa-
lem, non ita concludens ſit, vt non infirmetur per
præſumptiones, tam ex Chambonnæ, quàm Annæ
voluntate reſultantes, ſuprà deductas. Quod confir-
matur per expreſſam declarationem volũtatis, quam
dict. Anna facit in d. ſuo teſtamento, per quam dicit
numquam intellexiſſe dicta bona in d. donatione
comprehendi.

Hinc ſequitur dict. Annam non obſtante d. dona-
tione eligere potuiſſe d. Claudium, verum tamen
eſt fructus aut commoda percepta aut percipienda,
durante vita dict. Annæ, ad d. Carolum donatarium
5 pertinere, quamuis enim hæres grauatus, poſt mor-
tem reſtituere ei quem elegerit, non poſſit facere ele-
ctionem in vita irreuocabiliter, in aliorum præiudi-
cium, qui eligi poſſunt, ſicque huiuſmodi nominatio
in vita facta eſt variabilis vſque ad mortem, valida
tamen eſt & ſubſiſtit, in præiudicium hæredis qui no-
minationem fecit, quoad perceptionem & commo-
dum fructuum, Molin. *d. c. 4. nu. 31.*

Quoad electionem & nominationem in dict. te-
ſtamento factam, optimè & legitimè facta eſt, cum
verbis prægnantibus & clauſulis neceſſarijs, volunta-
tis dict. Annæ declarationem importantibus, ac
etiam reuocationem dict. donationis, ad maiorem
validitatem dict. nominationis in teſtamento factæ,
cum ea DD. in fortioribus terminis, quamuis in vita
nominationem feciſſet bonorum ei ſubiectorum, ac
expreſsè vſus fuiſſet donationis dictione, per ſub-
ſequentem tamen in teſtamento factam reuocare-
tur, Peralta dictis locis, quod tanto magis proce-
dit in noſtro caſu, cùm in dict. donatione, nulla
ſit facta expreſſa mentio dictorum bonorum, ſed ſo-
lùm ea per generalitatem verborum comprehendi
prætenditur.

Ad ſecundum reſpondetur, dict. Claudium in vim
dict. electionis habere debere partem & portionem,
quam d. Anna à ſua matre habuit, excepta tamen le-
gitima & Trebellianica, quam detrahere poteſt, quæ
ad dict. Carolum virtute d. donationis pertinebunt,
ex quibus tamen duabus quartis dict. Claudius ſex-
tam partem habebit, pro legitima, quæ ad ipſum per-
tinet ſuper bonis ſuæ matris; donationes enim non 6
minuunt legitimam, Caſtreoſ. *conſil. 416. in fin. libr. 1.*
Tuſch. *pract. concluſ. lit. L. concluſ. 201 numer. 13.* Seraph.
decis. 416. quæ in nouiſſimis diuerſorum eſt 488. *par.
1.* habebit prætetea mediam partem partis & portio-
nis dict. Catharinæ bonorum maternorum fidei-
commiſſo ſubiectorum.

Quoad verò partem Armiſſant, omnia, ſicque tam
bona fideicommiſſo ſubiecta, quàm detractiones, ac
etiam pars, & portio quam habuit à d. Cathstina ex
bonis fideicommiſſo ſubiectis, ad d. Claudium perti-
nebunt, virtute inſtitutionis hæredis de eius perſona
per d. Armiſſant factæ, ac electionis per dict. Annam
etiam factæ: de detractionibus autem, in vltimo du-
bio diſſeremus.

Quoad tertium, nulla videtur eſſe difficultas, cùm
enim dict. Iacques Chion ſolùm det facultatem dict.
ſuæ coniugi diſponendi de augmento, ſi non ſint li-
beri, ſequitur, cùm adſint liberi, dict. facultatem ceſ-
ſare, dictúmque augmentum æqualiter pertinere 7
debere ad liberos, poſt mortem tamen dict. Annæ
ipſorum matris, *authent. ſi tamen, & authent. nunc au-
tem, C. de ſecun. nupt.* in quibus dicitur coniugem ad
ſecundas nuptias non conuolantem, poſſe diſponere
de virili portione augmenti, quam habet titulo lucra-
tiuo, ſi ſint liberi, quorum vnicuiq; alia virilis portio
pertinet: At cùm in caſu, in quo verſamur, maritus
ſolùm dederit diſponendi facultatem, ſi non ſint li-
beri, concludendum eſt illam de ipſa etiam virili por-
tione diſponere non potuiſſe, ne huiuſmodi verba re-
ſtrictiua inutilia ſint, ſed aliquid operentur. At cùm
dict. Anna expreſsè dict. Carolo dederit dictũ au-
gmentum, & ſic Claudius vt hæres, factum defun-
cti approbare teneatur, oportebit vt hæreditatem
ſuæ matris acceptet cum beneficio legis & inuenta-
rij, ne, ſi bona non ſufficerent ad obtinendam legiti-
mam ſuper omnibus bonis, de quibus Anna diſpo-
nere potuit, dictique augmenti mediam partem, ſuas
actiones ac iura confundat, & bonum eſſet, obtenta
diſpẽſatione iuramẽti, ipſam reuocare dict. donatio-
nẽ, vt erroneè factã, quod crederet ſe de dict. augmẽ- 8
to diſponere potuiſſe; & quamuis difficile eſſet ſuſti-

nere huiuſmodi reuocationem, meliùs tamen ſemper erit eam eſſe factam, quàm ſi facta non eſſet.

8 Ad vltimum, etſi interdum diſiunctiua reſoluatur in coniunctiuam *l. ſæpe, ff. de verb. ſignif.* imò etiam cũ
9 poſita eſt inter perſonas honoratas vel grauatas fauore pupillorum, *l. pen. C. de verb. ſignific.* quod ſi eſſet in
10 hoc caſu, liberi Annæ ſimul cum ipſa vocarentur, vnuſquiſque pro vna portione, ſecundùm opinionẽ communem contra Bart. vt per Graſſ. § *inſtitutio, quæ.*
11 20. *nu.* 3. 4. & 5. ſicque Carolus duas portiones habere deberet, alteram ex ſuo capite, aliam virtute donationis; cùm tamen alternatiua, aut diſiunctiua poſita eſt inter perſonas, inter quas cadit ordo charitatis & affectionis, vt in hoc caſu, tunc illa ſuam naturam retinet, & non niſi ordine ſucceſſiuo cenſentur vocati *l. cùm pater, § pen. ff. de leg. 2.* & in hoc omnes DD. conuenire teſtatur Iul. Clar. § *teſtamentum, quæſt. 80. nu.* 5. & poſt eum Cancer. *cap. 1. de ſubſtitut. num.* 51. ſed difficultas cõſiſtit in hoc poſito, quòd, ſi fideicõmiſſum locum habuerit in perſona Annæ, teneatur illud reſtituere poſt ſuam mortem ſuis liberis: ordo enim
12 ſucceſſiuus duobus modis intelligitur, per vulgarem ſcilicet, aut per fideicommiſſariam: in primo caſu, etiamſi fideicommiſſum locum habuerit in perſona Annæ, ceſſat, nec vltra progreditur; & liberi non cenſentur vocati, niſi caſu, quo mater nõ fuerit in rerum natura tempore aperturæ fideicommiſſi. In ſecundo caſu mater, etſi fideicommiſſum in ipſius perſona locum habuerit, illud ſuis liberis tenetur reſtituere. In terminis autem quæſtionis noſtræ DD. concludunt liberos eſſe vocatos ordine ſucceſſiuo per fideicommiſſariam, Dec. *conſil.* 95. *per tot.* Iul. Clar. *dict. quæſt.* 80. *num.* 5. Cancer. *d. cap. de ſubſtitut. num.* 51. & quamuis in caſu Deci. adſit quoque neceſſitas inſtituendi, tamen idem dicendum eſt, vbi ſolùm adeſt ordo charitatis & affectionis, vt aſſerunt dicti Clar. & Cancer. dictis locis, dicentes etiam omnes DD. in hoc conuenire. Vnde concludo, poſt mortem Annæ, detractiones, quas Catharina facere poterat, obuentas ad dict. Annam per mortem d'Armiſſant, æqualiter diuidendas eſſe inter Carolum & Claudium, non obſtante d. donatione, cùm non ſit bonorum Annæ, ſed bonorum per dict. Annam fideicommiſſo ſubiectorum.

ARGVMENTVM.

AN & ex quibus coniecturis filij in conditione poſiti cenſeantur vocati.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator cenſetur in omnem caſum non exiſtentium liberorum prouidere voluiſſe.*
2 *In teſtamentis voluntas potiſſimùm attendi debet.*
3 *Filij in conditione poſiti cenſentur vocati, quando agitur de deſcendentibus.*
4 *Idque eſt indubitatum concurrentibus coniecturis, vt* num. 5. & 6.
7 *Dictio,* liberorum, *comprehendit maſculos & fœminas.*
8 *Vna pars teſtamenti declarat aliam.*

CONSILIVM CLXXXI.

HONORABILIS quondam vir Anthonius Fort, teſtamento ſuo inſtitutiones & ſubſtitutiones fecit in hæc verba Gallicè concepta, ne Latina reddendo aliquid immutetur: *Son heritier vniuerſel en tous & chacuns ſes biens, meubles, immeubles, droicts & actions preſens & à venir, où que ſoyent ſituez, a faict, & de ſa propre bouche nommé ſon heritier vniuerſel, Iean Fort ſon fils vnique, naturel & legitime, & de feuë dame Claudine Coline, ſeul &* in ſolidum. *Et ſi ledit Iean Fort par hereſie ou autre forfait, que Dieu ne vueille, ſe trouuaſt incapable de la ſucceſſion & heritage dudit teſtateur, iceluy teſtateur audit cas, a exheredé & exherede ledit Iean Fort, voulant & ordonnant que tout ſon bien & heritage viẽne de plein droict aux enfans maſles dudit Iean Fort, & que les filles ſoyent dotees ſelon la faculté des biens dudit teſtateur, & en defaut des maſles, que ſon heritage vienne aux femelles & filles dudit Iean Fort. Et ſi ledit Iean Fort venoit à mourir ſans enfans legitimes & naturels, & de legitime mariage procreés maſles ou femelles, ou que leſdits enfans ſe trouuaſſent par aucun moyen incapables de ſucceſſion, veut & ordonne ledit teſtateur que leſdits biens & heritages viennent de plein droict, ſçauoir pour la moitié à honneſte femme Louyſe Forte, femme du ſieur Iean Paillard marchand de la Cité d'Auignon, & aux enfans maſle de ladite Louyſe, & de l'autre moitié à Ayme Forte ſa ſœur, femme d'Anthoine Raynaud marchand d'Arles, enſemble aux enfans de Thomas Fort frere dudit teſtateur, leſquels enfans dudit Thomas Fort ne feront qu'vne part. Et s'il aduenoit que ledit Iean Fort fils & heritier ſe trouuaſſe incapable, comme deſſus eſt dit, declaire ledit teſtateur, que les deſpens qu'il a faicts aux reparations des biens maternels dudit Iean Fort, luy puiſſent eſtre demandés par ſes heritiers ſubſtitués, auquel cas il n'entend auoir faict donation expreſſe, ni tacite, audit Iean Fort deſdites deſpences & reparations.*

Dictus Ioannes, numquam in hæreſim lapſus fuit, ſed ſemper Catholicè vixit & mortuus eſt, relictis liberis. Quæritur, an illi in conditione poſiti cenſeantur ad fideicommiſſum vocati, ita vt poſſint bona per patrem alienata recuperare.

Et vt reſolutio huius quæſtionis habeatur, alia prius diſcutienda eſt; an ſcilicet ſubſtitutio concepta ſit in vnum tantùm caſum, nempe ſi Ioannes hæreticus fieret; an & quoque alium, ſi ſcilicet non fuerit quidem hæreticus, ſed ſine filiis deceſſerit, aut cum filiis quidem, ſed incapacibus ſucceſſionis.

Dubium facit, quia continuata oratione, ſi d. Ioannes ſit hæreticus, vocat maſculos, & in defectum, fœminas; quos, ſi decederet ſine liberis maſculis vel fœminis, aut liberi eſſent incapaces, ſubſtituit.

Nihilominus tamen videtur in alium quoque caſum, ſi ſcilicet non eſſet hæreticus, ſed ſine filiis decederet, ſubſtitutionem factam, cùm non exiſtentiam liberorum ad tempus mortis Ioannis retulerit, ex quo præſuppoſuit eum potuiſſe ſuccedere vel ſucceſſiſſe, & ſic non hæreticum fuiſſe, alioquin ſimpliciter dixiſſet, *quod ſi nullos haberet liberos, aut haberet quidem, ſed incapaces*, ſed cùm generaliter conditionem conceperit, *ſi ſine liberis deceſſerit*, generaliter quoque intelligenda ſunt, vt in omnem caſum non exiſtentium liberorum cenſeatur ſubſtitutio facta; præſertim quòd exiſtimandum eſt, teſtatorem in omnem caſum non exiſtentium li- 1
berorum prouidere voluiſſe, & ſic intrat diſpoſitio *l. non aliter, cum ſimilib. ff. de legat. 3.* Augetur cõiectura 2
volun-

Digitized by Google

voluntatis, cuius io iſtis potiſſimom habenda eſt ratio, *leg. cum propenebatur, ff. de leg. 2. l. en condiciombus, ff. de condit. & demonſt.* ea clauſula ſtatim poſt vocationem ſutorum & filiorum ſororum, & fratris appoſita, quæ ita concepta eſt, vt oratio præcedens generaliter ſit iotelligenda de non exiſtentia liberotom in omnem caſum, aliòquin non ita, ſed boc modo eſſet concipienda, ſcilicet, *& audit cas qu'il ſoit heretique.*

Confirmatior, hæc ex eo quòd patres ſolent generaliter concipere ſubſtitutiones, *ſi filij hæredes inſtituti ſine filiis decedant.*

Poſtremò, per periodum ſeparatam à grado ſubſtitutionis & exhæredationis in caſum hæreſeos, voluit teſtator prouidere in omnem caſum, quo bona poſſent deuenire ad fiſcum, quod non fieret, ſi generalitatem verborum reſtringeremos ad caſum hæreſeos dict. Ioannis: nam poſito quòd dict. Ioannes fuiſſet Catholicus, & filij eios hæretici, & d. Ioannes moreretur ab inteſtato in eum qooque caſum ſubſtituit, ideóque quemadmodum ſequentia verba, *ou que ſes enfans ſe treuuaſſent par aucun moyen incapables de ſucceſſion*: debent generaliter intelligi, ſiue Ioannes fuerit hæreticus, ſiue non, ita quoque prima pars dict. periodi, *ſi ledit Iean Fort venoit a mourir ſans enfans,* & potius hæc interpretatio, quæ generalitati verborum conuenit, & per quam prouidetur omnibus caſibus, quàm reſtrictio, de qua ſuprà, accipienda eſt, ne cootra mentem ipſius accidere poſſit caſus de quo ſuprà proximè, per qoem bona ad fiſcum deueoiant. Ex quibus omnibus ſimul iunctis exiſtimo dict. periodum ſecundam generaliter & ampliatiuè & non reſtrictè ad caſum exhæredationis intelligendam eſſe.

Stante igitur quòd dict. Anthonius voluerit ſubſtituere in omnem caſum ſi Ioannes decederet ſine liberis, & cùm reliquerit liberos, ideóque ſubſtitutio in fauorem ſororum & nepotum locum non habeat, videndum eſt, an dicti liberi ſint vocati. Et reſoluendum eſt eſſe, quia cùm agatur de aſcendentibus & deſcendentibus, etſi communiter ſit receptum
3 non cenſeri vocatos, ex gloſ. *l. Lucius, la ſecunde, ff. de heredib. inſtituen.* tamen multi ſunt iique grauiſſimi DD. qui exiſtimant veriorem, æquiorem & hodie crebiorem eſſe ſententiam vt cenſeantur vocati, quemadmodum teſtantur Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 2. num. 2. & 17.* Menoch. *de præſump. lib. 4. præſump. 76. num. 25.* poſt multos qnos referunt & ſequuntur, & cuius ſententiæ ſine coniecturæ ductæ ex eo quòd agitur de deſcendentibus magnam conſiderationem Rota ſæpe fecit, Seraph. *deciſ. 1329. num. 2.* ſed ſi concur-
4 rat aliqua alia coniectura indubitatè cenſeri vocatos aſſerendum eſt, vt per Menoch. Mantic. Seraphin. dictis locis & Intrigliol. *tract. de ſubſtit. cent. 3. quæſt. 26. num. 43. & ſeqq.* Hoc verò caſu adſunt aliæ duæ
potentiſſimæ coniecturæ: Vna, quia conditio conce- 5
pta eſt hoc modo, *ſi ſine liberis legitimis & naturalibus, & ex legitimo matrimonio procreatis*, quæ paucis diſcrepantibus communi DD. calculo eſt recepta, vt per Mantic. *d. lib. 11. tit. 3. num. 7. & ſeq.* Ruſtic. *in tract. an filij in condit. poſiti, lib. 3. cap. 3. num. 5.* Menoch. *de præſumpt. 76. num. 48.* Surd. *deciſ. 162. num. 8.* & ſecundùm quam Rota Rom. iudicauit, vt Ruſtic. Mantic. & Surd. teſtantur, & ſolam ſufficere fusè docet Surd. *d. deciſ. 162. per tot.*

Secunda eſt, quia vocauit nedum ſororem, ſed eius 6
liberos maſculos & eius nepotes ex fratre, Menoch. *d. præſumpt. 76. numer. 56.* poſt Curt. iun. *conſ. 16. col. 3. verſ. ſed quid fortius*, & Cranet. *conſ. 62. numer. 10.* qui hanc coniecturam ductam, ex eo quod teſtator liberos ſubſtituti vocauit, fortiſſimam vocant, idem Menoch. *conſ. 393. numer. 28. lib. 4.* poſt multos quos refert & ſequitus, cuius ratio eſt, quia ſi vocauit filios ſubſtituti à ſe minus dilectos, præſumendum eſt, quòd multò magis vocare voluerit filios inſtituti plus dilectos, iuxta *leg. Publius, §. vlt. ff. de condit. & demonſtr.*

Poſſent aliæ quædam coniecturæ duci ex eo quòd maſculorum, nec non liberorum ſæpe facta eſt mentio, ſed quia ea non ſit in clauſula conditionis, ego non inſiſto, præſertim quod duæ præcedentes ſunt pluſquam ſufficientes, cùm agitur inter aſcendentes & deſcendentes.

Ex quibus concluditur, liberos Ioannis cenſeri vocatos.

Sed ſuboritur inde alia quæſtio, an ſolùm maſculi, an verò etiam fœminæ cenſeantur vocatæ, & omnes quidem vocatos cenſeo; tum ex natura di-
ctionis, *liberorum, leg. liberorum, ff. de verb. ſignific.* 7.
dictio enim, *enfans*, Gallicè in vltimis voluntatibus reſpondet dictioni, *liberorum*, Charon. *aux memorables obſeruations, verb. enfants*; tum ex expreſſis verbis in dict. conditione appoſitis, *s'il meurt ſans enfants fils ou filles*, ſed hoc quoque credo, ſi maſculi adſint, vt adſunt, eos fœminis præferendos ex mente teſtatoris, qui in præcedenti periodo in caſum exhæredationis Ioannis præfert maſculos fœminis, eáſque exiſtentibus maſculis ſolùm dotari voluit, quódque maſculos ſororis ſolùm vocat;
vna enim pars teſtamenti ab alia interpretationem 8
ſumit & declaratur, *leg. ſi ſeruus plurium, §. fin. ff. de leg. 1.* Menoch. *conſil. 193. numer. 2.* & per ſequentia præcedentia declarantur, ſicut è contra *dict. l. ſi ſeruus plurium, & leg. fin. §. cui dulcia, ff. de vino, tritico*, Anchar. *conſil. 27. numer. 7.*

ARGVMENTVM.

AN fideicommiſſarius teneatur ſtare alienationibus factis per eum, cuius hæreditatem adiuit ſimpliciter, & caſu quo inuentarium confecerit, an poſſit auocare bona conceſſa legitimariis, & aliis creditoribus teſtatoris.

SVMMARIVM.

1 *Legitima debetur in corporibus*, & n. 15.
2 *Fallit ſi aliquid in pecunia factum eſt.*
3 *Dos imputatur in legitimam, & eius loco ſuccedit.*
4 *Fideicommiſſum pro dote alienari poteſt.*
5 *Fallit ſi teſtator prohibuit alienationem. Sed vide num. 11. & 18.*
6 *Trebellianica extraneo prohiberi poteſt abſque dubio.*
7 *Hæres ſine inuentario factum defuncti approbare tenetur, etiam vltra vires hæreditarias.*
8 *Et ſtare alienationi per eum factæ.*
9 *Licet concurrat prohibitio alienationis.*

10 *Hæres, cum beneficio legis, tenetur approbare factum defuncti, quatenus patitur eius hæreditas.*

11 *Fideicommiſſum vniuerſale alienari poteſt pro debitis teſtatoris, vel legatis ab eo factis.*

12. *Non obſtante prohibitione.*

13 *Aliud eſt in fideicommiſſo particulari.*

14 *Legitima eſt quaſi debitum & præfertur legatis.*

16 *Grauatus in dubio præſumitur ſoluiſſe de ſua pecunia.*

17 *Et poteſt tantumdem retinere de bonis hæreditariis, habita ratione ad æſtimationem de tempore mortis, quoad ſibi debita, vel ſolutionis, quoad alia debita.*

19 *Prohibitio alienationis facta ab homine, intelligitur de voluntaria.*

20 *Prohibitio appoſita in primo gradu, extenditur ad alios.*

21 *Trebellianica filiis primi gradus in Delphinatu prohiberi nequit.*

22 *Trebellianicam primus hæres tantum detrahere poteſt, non ſubſtitutus grauatus poſt eum.*

23 *Niſi ex perſona primi.*

CONSILIVM CLXXXII.

EX documentis parte Nob. Guillelmi de Laure mihi exhibitis reſultat, dominam Claram de Bologne, de anno 1566. & die 5. menſis Iunij teſtamentum condidiſſe, in côque D. Benedictum Faure, eius maritum hæredem inſtituiſſe, & poſt eius deceſſum Anthonium Faure de Bologne communem filium dictorum Benedicti & Claræ pleno iure, abſque vlla detractione aut alienatione, cûmque dict. ſuo marito pro toto ſubſtituiſſe, & eidem Anthonio eius liberos, & in caſum non exiſtentium liberorum, ad alios gradus ſubſtitutionis proceſſiſſe. D. Benedictus in vim dict. inſtitutionis, quamdiu vixit bona poſſedit, eidémque mortuo d. Anthonius filius hæres ab eo ſcriptus ſucceſſit, & bona fideicommiſſo ſubiecta poſſedit, tandem, de anno ſcilicet 1575. & 11. Nouembris, d. Anthonius cum Diana ſorore tranſegit, & pro iuribus competentibus condominium de Noueſam, & omnia bona & iura quæ in Ciuitate Valreaci, & eius territorio habebat (quæ prætenduntur fuiſſe dict. Claræ) exceptis in d. tranſactione ſpecialiter deſignatis, conceſſit, quæ d. Clara ab eo tempore vſque ad menſem Aprilis huius anni 1619. & poſt eam d. dominus de Laure, eius maritus hæres ab ea inſtitutus ſimpliciter & abſque beneficio legis & inuentarij, eius hæreditati ſe immiſcuit iam à 14. vel circa annis, qui nunc dicta bona ab Anthonio patre Dianæ amitæ, per dict. tranſactionem conceſſa auocare, ſeque in eorum poſſeſſionem immitti prætendit ex vi fideicommiſſi in d. teſtamento Claræ auiæ paternæ appoſiti: Quæritur an poſſit.

Dubium facit, quia videtur, ſiue conſideremus iura Dianæ, ſiue etiam d. Anthonio competentia, non potuiſſe dict. bona concedere, ſed in pecunia dicta Dianæ iura ſoluere debuiſſe; ideóque d. filium in ſua petitione bene fundatum, dum tamen in pecunia dicta Dianæ iura dicto de Laure hæredi ſoluat: nam iura quidem Dianæ non conſiſtebant, niſi in dotis ſibi conſtitutæ & legitimæ ſeu eius ſupplementi ſolutione:
1 at verò etſi legitima debeatur in corporibus hæreditariis, *l. ſcimus, §. repletionem, de inoff. teſtam.* tamen vbi ſe-
2 mel pro ea aliquid in pecunia ſolutum eſt, hæres non poteſt cogi ſoluere in corporibus, ſed pecuniã ſoluendo liberatur, Benedict. *in cap. Raynutius, in verb. duas, n. 154. ext. de teſtam.* Guid. Pap. *q. 487. n. 1.* Cancer. *var. reſol. lib. 1. c. 3. de legitima, n. 4.* at verò hoc caſu etſi dos ſoluta non fuerit, tamen fuit conſtitura & acceptata, & perinde habetur ac ſi ſoluta fuiſſet ad effectum de quo agitur, dotem verò in legitimam imputari, & in eius lo- 3
cum ſuccedere certiſſimum eſt, *l. quoniam Nouella, C. de inoff. teſtam.* Graſſ. *in §. legitima, q. 23* poſt multos quos allegat, Cancer. *var. reſol. lib. 1. c. 2. de legitima, n. 17.*

Nec dicendum, pro dotis ſolutione bona fideicom- 4
miſſo ſubiecta alienari poſſe, authen. *res quæ, C. communia de legat.* nam ea ceſſat quando teſtator prohi- 5
buit alienationem, vt hoc caſu cùm concurrat prohibitio legis cum prohibitione teſtatoris, Guid. Pap. *conſ. 140. num. 7.*

Ratione verò iurium d. Anthonio competentium, & pro concurrentia illorum non potuit fieri dict. ceſſio bonorum; nam nullum aliud ius in dictis bonis prætendere poteſt, quàm aut legitimæ aut Trebellianicæ: & legitimam quidem propter d. prohibitionem alienationis in pecunia tantum prætendere poteſt: Trebellianicæ verò detractio fuit prohibita marito primo hæredi, cui abſque dubio prohiberi potuit, cùm ſit ex- 6
traneus, Guid. Pap. *q. 51. & 537.* Graſſ. *in §. Trebellianica, q. 8. n. 1. & §. teſtamentum, q. 62. num. 4.* Cancer. *var. reſol. lib. 1. c. 2. de Trebellianica, n. 10.* prohibitio verò facta in primo gradu porrigitur ad omnes alios, Guid. Pap. *q. 545* & ibi Rauchin.

His adde, quòd dict. ceſſio bonorum fuit facta nedum pro iuribus maternis, ſed etiam pro paternis, pro quibus bona fideicommiſſo ſubiecta non poterunt dari.

Nihilominùs tamen in fauorem d. domini de Laure omninò reſpondendum eſt, eundémque Georgium à limine Iudicij repellendum exceptione doli mali, 7
quia cùm ſimpliciter hæreditatem dict. Anthonij patris adierit, non poteſt ipſius factum impugnare, imò illud approbare tenetur etiam vltra vires hæreditarias, *leg. cum a matre, C. de rei vendic. l. ſi tertius, §. fin. ff. de aqua plu. arcen.* Cranett. *conſil. 200. colum. 2.* & alij quos longa ſerie refert, cum multis ampliationibus, Tuſch. *pract. concluſ. lit. H. concluſ. 53.* adeò vt ſi rem filij pater alienaſſet, ſi is hæreditatem adiuit ſimpliciter, alienationi ſtare teneatur, Roland. à Valle *conſil. 71. num. 35. vol. 2.* per gloſ. & DD. *in leg. fin. § in computatione, C. de iure deliberan.* & in pun- 8
cto quòd fideicommiſſarius, teneatur ſtare alienationi, rei fideicommiſſo ſubiectæ, factæ per eum cuius eſt hæres ſimplex, docent Roland. à Valle *dict. conſil. 71. num. 36.* Cephal. *conſil. 392. numer. 26. & ſeqq. per tot. in leg. filiusfamilias, §. cum pater, ff. de leg. 1.* & pleniſſimè Menoch. *conſil. 89. per totum.* Tuſch. *dict. concluſ. 53. numer. 31.* quod adeò verum 9
eſt, vt procedat etiamſi concurrat prohibitio alienationis facta à teſtatore, vt hoc caſu, Arius Pinel. *in leg. 1. Cod. de bonor. matern. in 3. parte, ampliat. 6.*

Sed ſi hæreditatem dict. Anthonij adiuiſſet cum beneficio legis & inuentarij, non propterea minus firma maneret dict. tranſactio, & alienatio per eum 10
facta: nam etiam talis hæres tenetur approbare factum defuncti, quatenus tamen vires hæreditariæ patiuntur, gloſ. & DD. *in d. l. fin. §. in comput. C. de iur. deliberan.* Cranett. *conſ. 225. in fine*, & in hoc eſt differentia inter talem hæredem & ſimplicem, quia ſimplex tenetur etiam vltra vires hæreditarias, iſte verò non.

Sed ſi diceretur, hoc caſu vires hæreditatis hoc non pati,

pati, tamen dicta bona potuiſſent alienari pro legitima
d. Dianæ debita, nec non quatenus legitima Anthonij
aſcendebat, ne quid nunc de Trebellianica dicam, de
11 qua poſteà, nam bona ſubiecta fideicommiſſo vniuer-
ſali poſſunt alienari, pro debitis teſtatoris vel legatis
ab eo factis, *l. filiusfamilias. ff. diui, ff. de leg.* 1. Pereg *de fi-*
12 *deicomm. art.* 40. *n.* 18. etſi teſtator alienationem prohi-
buerit, & concurrat prohibitio teſtatoris, cum prohi-
bitione legis, Ripa *in d. §. diui, n.* 24. *& in l. pater filium,*
ff. de leg. 3. *& l. qui ſaluum, §.* 1. *ff. de leg.* 2. Peregr. *d. n.* 18.
etſi hæres hæreditatem, ſine confectione inuentarij
13 adierit: cùm tamen eo caſu aliud ſit in fideicommiſſo
particulari, quòd d. caſu non poteſt alienari pro ſolu-
tione æris alieni teſtatoris, ſed de ſuo ſoluere debet,
Bart. *in d. l. pater filium. ff. de leg.* 3. Pereg. *d. art.* 40. *n.* 29.

Quod ſi, vt ad rem redeamus, pro debitis teſtatoris
& legatis ab eo factis res fideicommiſſo ſubiectæ poſ-
ſunt alienari, etiam concurrente alienationis prohibi-
14 tione, multò magis pro legitima, nedum quia eſt quaſi
debitum, & maioris efficaciæ quàm legata illiſq; præ-
15 fertur, *l. Papinianus, §. meminiſſe, ff. de inoffic. teſtam.* ſed
etiam quia in corporibus ſoluenda eſt, *d. l. ſcimus, C. de*
inoff. teſtam. Cancer. *var. reſol. lib.* 1. *c.* 3. *de legitima, n.* 4.

Quæ adeò vera ſunt, quod ſi hæredi aliquid debea-
tur, vel ipſe debita, legata, & ſic etiam legitimam de
16 voluntate filij ſoluerit de ſua pecunia, quòd in dubio
præſumitur, niſi probetur pecuniam fuiſſe in hæredita-
te, vel ex mobilium venditione conflatam, Peregr. *art.*
17 35 *n.* 34. poſt Rom. *conſ.* 276 *n.* 7. poſſit de bonis hæredi-
tariis tantumdem deducere, & ſic retinere, habita ra-
tione ad æſtimationem de tempore mortis, quoad id
quod ſibi debebatur, vel ſolutionis quoad cætera alii
debita & non reſtitutionis fideicommiſſi, Pereg. *d. art.*
35. *num.* 12.

Nec obſtat quæ in contrarium proponebantur, præ-
ſuppoſito citra præiudicium veritatis, quòd bona per
d. tranſactionē remiſſa fuiſſent d. Claræ, quod d. Geor-
gius probare tenetur, & etiamſi is hæreditatem Antho-
nij cum beneficio legis & inuentarij adiuiſſet, quod ta-
men nō fecit; Ac primùm quod dicebatur ſupplemen-
tum legitimæ poſſe in pecunia per hæredē ſolui: nam
verum eſt, ſi velit, ſed ſi nolit & legitimam petat in
corporibus, poteſt in illis ſoluere, idque abſque dubio
hoc caſu, quo nullæ erāt pecuniæ in hæreditate, dein-
de inutilis eſt huiuſmodi obiectio, nam ſi de ſua pecu-
nia ſoluiſſet, tantumdem de bonis hæreditariis dedu-
cere poſſet, habita ratione ad tempus ſolutionis, ex Pe-
reg. *d. art.* 35. *n.* 12. ex quo nullo modo ſubſiſtere poteſt,
quod dicitur poſſe fideicommiſſarium auocare bona
alienata, ſoluendo in pecunia quod debebatur Dianæ,
cui bona in ſolutum potuerunt dari, etiam pro dote
conſtituta, cùm, vt iam diximus, pecuniæ non eſſent
in hæreditate.

Non obſtat ſecundum, quo dicebatur *auth. res quæ,*
C. com. de legat. non habere locum quando concurrit
prohibitio teſtatoris cum prohibitione legis; ex Guid.
conſil. 140. *n.* 7. nam ſi verſaremur in terminis d. authen.
18 reſponderemus, communem eſſe contra Guidon. vt
ſcilicet non obſtante prohibitione teſtatoris d. auth.
procedat, Bart. *in d. l. filiusfamilias, §. diuus.* 2. *n.* 10. *ff. de*
leg. 1. Iaſ. ibidem *n.* 96. & Ripa *n.* 70. & plures alij quos
refert & ſequitur Anthon. de Padilla *in repetit. d. auth.*
res quæ, n. 52. ſed reuera ea authent. non adaptatur caſui
noſtro; nam ea procedit tantùm cùm agitur de dote fi-
liabus filij grauati conſtituenda, vel ipſius vxori teſti-
tuenda; in noſtro verò caſu agitur de dote per teſtatri-
cem promiſſa vel de legitima in ipſius bonis debita, &
ſic de debito, vel quaſi debito eiuſdem, pro quibus eſt
certiſſimum, bona fideicommiſſo ſubiecta poſſe alie-
nari, *ex d. l. filiusfamilias, §. diui.* & Pereg. *d. art.* 40. *n.* 18.

Non obſtat tertium, quo dicebatur nec pro concur-
rētia legitimæ Anthonio debitæ potuiſſe d. bona alie-
nari, quòd ea ſcilicet deberetur in pecunia propter d.
prohibitionem alienationis: nam ea non obſtante po-
tuit ſibi in corporibus ſoluere, Peregr. *d. art.* 40. *n.* 18. &
20. alienationis enim prohibitio etiam facta ab homi- 19
ne, intelligitur de voluntaria, non de neceſſaria, Bart. *in*
l. peto, §. prædium, ff. de legat. 2. Pereg. *d. n.* 20. deinde inu-
tiliter hoc quæritur; nam ſi de ſua pecunia ſibi vel aliis
pro ſe legitimam ſoluiſſet, tantumdem in bonis dedu-
cere poſſet, habita ratione ad tempus mortis, ex Pereg.
d. art. 35. *num.* 12.

Non obſtat quartum, quo dicebatur ratione Tre- 20
bellianicæ prohibitæ non potuiſſe alienari; quia pro-
hibitio in primo gradu facta extēditur ad omnes alios,
ex Guid. *d. q.* 145. nam ſi difficultas in hoc verſaretur
facilis eſſet reſponſio, quia doctrina Guidon. procedit
duobus concurrentibus, vt ex eius dictis patet, nempe
vt prohibitio fiat primo gradu indifferenter, & ſic non
ſit relata ad perſonam primi hæredis; & quod non ſit
ratio diuerſitatis inter primum & ſecundum gradum;
hoc verò caſu vtrumque deficit; nam clarè prohibitio
refertur ad maritum primum hæredem, & ratio diuer-
ſitatis eſt manifeſta, quia marito primo hæredi & ſic
extraneo facta fuit, cui abſque dubio fieri potuit, at
verò in ſecundo gradu, eòque primo ſubſtitutionis, fi-
lius primi gradus eſt ſubſtitutus; cui Trebellianicam
prohiberi non poſſe multi exiſtimarunt, & magis com-
munem aſſeruerunt, vt per Graſſ. *in §. teſtamentum, q.*
62. *num.* 4. *& ſeqq.* Cancer. *var. reſol. lib.* 1. *cap.* 2. *de Tre-*
bell. num. 10.

Sed quidquid ſit de veritate illius quæſtionis, certiſ- 21
ſimum eſt in Delphinatu prohiberi non poſſe, Guid.
Pap. *q.* 52. omnia verò ferè bona d. Claræ erant in Del-
phinatu ſita, ita vt, paucis bonis in Comitatu exiſten-
tibus exceptis, Trebellianica de cæteris, non obſtante
prohibitione, detrahi potuerit.

Sed maior difficultas, quoad Trebellianicam, eſt 22
quia primus hæres tantùm, non ſubſtitutus grauatus,
poteſt eam detrahere, *leg. inde Neratius, ff. ad Trebell.*
Ranchin. ad Guid. *d. quæſt.* 545. poſt Bald. *in l. cum vi-*
rum, C. de fideicommiſſ. niſi ex perſona primi, qui cum 23
poſſet detrahere, eam remiſit, Graſſ. *in §. Trebellianica,*
q. 3. *n.* 7. In noſtro verò caſu non poteſt dici remiſſa, cùm
eam hæres detrahere non potuerit.

Verum, etſi nullam haberemus rationem Trebel-
lianicæ, legitimę, tam Dianæ quàm Anthonio debitæ,
pluſquam ſufficiunt, pro validitate alienationis per d.
tranſactionem factæ.

Non obſtat poſtremùm, quo dicebatur dicta bona
pro iuribus paternis non potuiſſe alienari: nam re-
ſpondetur, legitimam Anthonij fuiſſe pluſquam ſuffi-
cientem, vt de ea iura paterna ſoluerentur.

Et hæ quidem ſolutiones, vt dixi, procedunt caſu
quo Georgius hæreditatem Anthonij cum beneficio
legis & inuentarij adiuiſſet, quod tamen non fecit:
ideóque non eſt opus alia ſolutione, quàm dicere
eum præcisè teneri obſeruare factum defuncti
etiam vltra vires hæreditarias, & de
proprijs bonis.

ARGVMENTVM.

An conditio, *ſi ſine liberis*, ſubintelligatur in collateralibus.

SVMMARIVM.

1 *Conditio,* ſi ſine liberis,*non ſubintelligitur in collateralibus, quod non eſt omnino certum,* n.7.
2 *Conditio in fine poſita, ad omnia pracedentia, continuata oratione prolata,referri debet.*
3 *Filius inſtituti, excludit ſubſtitutum, in portione inſtituti.*
4 *An conditio,*ſi ſine liberis,*ſubintelligatur,pendet ex mente & voluntate teſtatoris.*
5 *Vna pars teſtamenti declarat aliam.*
6 *Subſtitutio pracedens declarat ſequentem.*

CONSILIVM CLXXXIII.

NOBILIS Iacobus de Latier,dominus dum viueret de Bayane in Delphinatu, teſtamento ſuo de anno 1583.& 26.menſis Maij condito, ſuos poſthumos hæredes vniuerſales inſtituit, illiſque ſine liberis naturalibus & legitimis decedentibus Carolum & Ioannem Dionyſium Latiers, fratres eiuſdem teſtatoris & ſuos,illiſque deficientibus Margaretam Latier & ſuos ſubſtituit: quòd ſi decederet ſine poſthumis, dictos Carolum & Ioannem Dionyſium hæredes inſtituit, eos inuicem per fideicommiſſum ſubſtituendo, & ſi vterque decederet ſine liberis legitimis & naturalibus,ſubſtituit d.Margaretam & ſuos.

Moritur teſtator ſine poſthumis, Carolns & Ioannes Dionyſius adeunt hæreditatem, bonáque hæreditaria inter ſe diuidunt: decedit tandem dict. Carolus relicto Anthonio filio ac dict. Ioanne Dionyſio fratre ſuperſtite, qui portionem Carolo obuentam ſibi ex vi fideicommiſſi reſtituendam contendit.

Quæritur quid iuris.

1 Et in fauorem dict. Ioannis facit reciprocum fidei-
commiſſum inter ipſum & d.Carolum factum abſque
conditione, *ſi ſine liberis*, quæ non debet ſubintelligi
in collateralibus, in quibus ceſſat diſpoſitio *leg. cum
auus,ff.de condit.& demonſtr. & l.cum virum,C.de fidei-
comm.* Iacob.de Rauen.Pet.Alber.Ang.& alij communiter
in l.generaliter,§.cum autem,C.de inſtit.& ſubſtit.
Socin.ſen.*in d.l.cum auus,n.1.& ſeq.* Mantic.*de coniect.
vlt.volunt.lib.5 tit.11.n.7.* Menoch. *præſumpt. lib.4.præ-
ſumpt.89.n.55.*

Nihilominus hoc caſu contrarium verius cenſeo:
neque enim ſimpliciter dictos Carolum, & Ioannem
inuicem ſubſtituit, ſed ſtatim eodem tenore orationis
vtrique ſine liberis decedenti ſubſtituit Margaretam,
& liberorum vtriuſque rationem habuit; & ſic condi-
tio vtrique appoſita in fauorem liberorum,ad exclu-
ſionem Margaretæ,debet quoque cenſeri appoſita in-
ter ipſos Carolum & Ioannem in fauorem liberorum
vnius ad excluſionem alterius,cùm conditio, *ſi ſine li-
2 beris*, ſit in fine appoſita,quæ propterea non ſolùm ad
proxima, ſed ad omnia præcedentia, continuata ora-
tione prolata,referri debeat,*l.plures.ff.de reb.dub.*Surd.
*deciſ.322.num.59.*Peregr.*de fideicomm.art.16.num.29.* Et
3 cùm rationem liberorum vtriuſque habuerit,ſuccedit
doctrina,qua aſſeritur,filios inſtituti cenſeri magis di-
lectos, quàm ſubſtitutum in portione inſtituti, Alex.
conſil.167.num.7. in fin.lib.5. Socin.iun. *conſ.126.n.20.&
24 lib.1.* Simon.de Præt. *de interpret.vlt.volunt.lib.1.in-
terpret.2.dubit.2.ſolut.5.num.23.fol.108.col.2.* præſertim
quod huiuſmodi fideicommiſſum, etſi purè conce-
ptum, quoad verba, ſit tamen conditionale exiſtiman-
dum, quia alioquin inutile omnino fieret, cùm vnus
alteri portionem ſuam eámque æqualem ſtatim mor-
tuo teſtatore inutiliter reſtituere teneretur.

Secundò,totum hoc an dict. conditio, *ſi ſine liberis*, 4
ſubintelligatur,pendet ex mente teſtatoris & affectio-
ne eiuſdem, *l.ex facto,§.rerum autem Italicarum,ff.de
hæredib.inſtituen.* Mantic. *d.num.7.* Quemadmodum
igitur affectionem habuit ad liberos vtriuſque ad ex-
cluſionem Margaretæ, ita quoque liberorum vnius ex
inſtitutis ad excluſionem alterius, cùm nulla ratio di-
uerſitatis inter hos caſus ſubſit.

Tertiò,vna pars teſtamenti ab alia interpretationem 5
ſumit & declaratur, *l.ſi ſeruus plurium,§.fin.ff.de leg.1.*
Menoch.*conſil.193.num.2.*& per ſequentia præcedentia
declarantur,ſicut è contra,*d.l.ſi ſeruus plurium,& l.fin.
§.cui dulcia.ff.de vino,tritico,*Anchar.*conſ 27.num.7.*ſed
in primo capite ſubſtitutionis poſthumis factæ, ne-
dum Carolum & Ioannem,ſed & ſuos vocauit, idém-
que præſtitit dum ſubſtituit Margaretam & ſuos in vl-
timo capite. Idem igitur exiſtimandum eſt in ſecundo
capite intermedio, eóque immediatè præcedenti imò
& connexo d. vltimo capiti, vt ſcilicet ſui, & ſic liberi
vniuſcuiuſque dictorum Caroli & Ioannis, in portio-
ne patris,patruo præferantur,eúmque excludant: id-
que maximè, quia par eadémque eſt ratio vocationis
Caroli & Ioannis ſi poſthumi adeſſent & morerentur
ſine liberis, etſi nulli fuerint poſthumi: at priore ca-
ſu filij Caroli in portione eiuſdem excluderant Ioan-
nem. Idem igitur dicendum eſt,hoc quoque caſu.

Quartò, præcedens diſpoſitio & ſubſtitutio decla- 6
rat ſubſtitutionem ſubſequentem, *leg.qui filiabus,ff.de
leg.1.* Menoch. *conſ.328.num.70.* ſed ſubſtitutio facta
poſthumis eſt ſub conditione,*ſi ſine liberis*. Eodem igi-
tur modo ſubſtitutio facta inter Carolum & Ioannem
intelligenda eſt, *l.licet Imperator,ff.de leg.1.* præſertim
cùm eiſdem ſub eadem conditione Margaretam ſub-
ſtituerit.

Poſtremò,argumento ſumpto ab abſurdo, quod in iure validiſſimum eſt,*l.fin.C.de autor.præſtan.l.vn.§.pro ſecundo,C.de caduc.tollen.* Bald *in l.conuenticula,Cod.de Epiſc.& cler.* & alij quos refert Euerard. *in loc.legalib. in loco ab abſurdo,num.1.* At verò ſi Ioannes admitteretur ex vi ſubſtitutionis, & deinde moreretur ſine liberis,& Margareta, & quod magis eſt, ea mortua,eius filij ſi adeſſent, peterent bona fideicommiſſo ſubiecta, dicerént que fideicommiſſum in eorum perſona apertum; aut dicerent admittenda, aut non; Primò caſu nedum abſurdum,ſed contra voluntatem teſtatoris eſſet,vt ſoror poſtremo loco vocata,& ideò minus dilecta, vel etiam filij eius ſi adeſſet, qui non ſunt agnati, vocati eſſent;& filius Caroli vocatus,excluſus:cùm tamen teſtator neque ſororem neque eius filios vocare voluerit, niſi in defectum liberorum Caroli & Ioannis.

Quòd ſi diceremus non admittendos, ſequeretur & nedum abſurdum, ſed etiam contra voluntatem teſtatoris,vt portio Caroli, qui reliquit liberos,ſubiecta fuiſſet fideicommiſſo in fauorem Ioannis, & portio
Ioan-

Ioannis, qui nullos ſuſcepiſſet liberos, necnon portio Caroli ei iunctæ, liberæ fuiſſent, & de quibus diſponere ad libitum d. Ioannes potuiſſet; cùm tamen teſtator ſororem in defectum liberorum vocari voluerit, nullâque ratio eo caſu habenda eſſet liberorum Caroli, cùm Ioannes portionem eius ſibi acquiſiuiſſet.

Nec obſtat quod in contrarium deducitur, *leg. cùm auus*, non habere locum in collateralibus, nominatim
7 in fratre; nam ea ſententia non eſt omnino certa, multi enim iique grauiſſimi authores contrarium cenſuerunt, nempe Barbat. *in l. cùm acutiſſimi, num. 20. C. de fideicomm. & in conſ. 28. col. 2. & 3. lib. 2.* Guillelm. Benedict. *in cap. Raynutius, in verb. ſi abſque liberis, il. t. num. 4. de teſtam.* quod ſaltem operatur, vt tantò faciliùs diſcedamus ab illa communi opinione, ſi ſubſit aliqua coniectura voluntatis teſtatoris. & eò magis hoc caſu quo plures concurrunt; præſertim quòd conditio, *ſi ſine liberis*, fuit appoſita poſthumis in primo gradu, quinimò ipſiſmet Carolo & Ioanni dum Margareta vocatur, & quod ſi poſthumi fuiſſent, & ſine liberis deceſſiſſent, filij Caroli in portione eius excluſiſſent Ioannem, quódque niſi diceſemus, abſurdum, de quo ſupra, ſequeretur.

ARGVMENTVM.

De Inſtitutione ſpuriorum.

An exiſtentia conditionis, *ſi ſine filiis maſculis*, requiratur vt ſubſtitutus per vulgarem comprehenſam in compendioſa, ſuccedere poſſit, & inde alia dubia.

SVMMARIVM.

1 *Filij ex damnato coitu nati ſunt incapaces ſucceſſionis teſtamentariæ, ab inteſtato, & ex contractu.*

2 *Quando inſtitutus ob defectum ſuæ perſonæ capere non poteſt, teſtamentum incipit à vulgari ſubſtitutione.*

3 *In compendioſa comprehenditur vulgaris & fideicommiſſaria.*

4 *In ſubſtitutione vulgari, etiam comprehenſa ſub compendioſa, non ſubintelligitur conditio,* ſi ſine liberis.

5 *Secus eſt in fideicommiſſaria comprehenſa in compendioſa.*

6 *Nepotes legitimi, ex filio ſpurio nati, poſſunt ab auo hæredes inſtitui.*

7 *Niſi ex coniecturis & indiciis conſtet patris contemplatione fuiſſe inſtitutos.*

8 *Vt ſi auus nepotes nondum natos inſtituerit.*

9 *Vel vſumfructum patri non prohibuerit.*

10 *Subſtitutus, vt admittatur, debet eſſe in rerum natura, tempore quo aduenit conditio ſubſtitutionis.*

11 *Et primo vocatis, non exiſtentibus in rerum natura, cæteri poſtea vocati admittuntur.*

12 *Quando conſtat aliquem eſſe ex illegitimo coitu, ſpurius, & non naturalis, præſumitur.*

CONSILIVM CLXXXIV.

IN cauſa, quæ mox iudicanda vertitur inter hæredes Egregij quondam N. & M. ac R. dictos M. & R. ſeu viduam d. R. illius medio filij filiæque communis prædefunctæ hæredem, ius dictorum hæredum dicti N. vt puto certum eſt: & omnia quæ in contrarium facere videbantur diſcuſſa fue-
1 runt. Cùm enim d. M. & R. fuerint ex adulterino coitu nati, & ſic incapaces cuiuſcumque ſucceſſionis, tam ex teſtamento quàm ab inteſtato, ac etiam ex contractu, *§. vlt. in authen. quib. mod. nat. ef. ſui, l. 1. & auth. licet, & auth. ex complexu, C. de nat. lib.* Bart. Alex. Corn. Calca. Dida. & P. Placa quos retulit & probauit Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 96. num. 2.* Sequitur
2 dictos hæredes N. tanquam ſubſtitutos ex vi vulgaris, ſuccedere debere: quoties enim inſtitutus capere non poteſt ob defectum ſuæ perſonæ, vt ſi ſpurius eſſet, tunc teſtamentum incipit à ſubſtitutione vulgari, Bart. quem reliqui omnes ſequuti ſunt *in l. 1. num. 28. in fin. ff. de vulgari*, & in ſpecie magis vulgaris ſubſtitutionis comprehenſæ in compendioſa, vt ſcilicet ſit locus ipſi ſubſtitutioni, ſi inſtitutus ob ſui incapacitatem, vt ſi ſpurius eſt, capere non poteſt, reſponderunt Angel. *conſ.* 204. *quidam Bartholomæus in fin. & in conſil. ſeq.* Capt. *in conſ. 2. num. 29.* Alex. *num. 6. lib. 6.* & Socin. iun. *in conſ. 3. num 10. & n. 12. lib. 3* & his accedunt Goza. *in conſ 21. num. 20.* Socin. iun. *conſ. 3. num. 10. & n. 12. lib. 3.* & ipſe Socin. *ſub illo num.* 10. reſpondit de alia ſimili incapacitate hæredis inſtituti, nempe quando tanquam Forenſis & exterus prohibetur ſtatuto hæres inſtitui. De nouo tamen vt audio pars aduerſa duo proponit, quibus ius dictorum hæredum d. N. euertere nititur, quibus tertium addere volo, & omnibus ſatisfacere vt clariſſimum remaneat ius dictorum hæredum d. N. ita tamen vt de tertio primò loquamur. Hæc verò ſunt, quod cùm A. inſtituerit dictos M. & R. & non niſi ſub conditione, *ſi ſine liberis maſculis deceſſerint*, quæ tamen conditio non extitit, vterque enim liberos maſculos ſuſcepit, & R. filio filiáque ſuperſtitibus deceſſit: An nihilominus hæredes dicti R. per vulgarem vocati ſint, & ſic an exiſtentia dict. conditionis, *ſi ſine filiis maſculis*, requiratur vt ſubſtitutus per vulgarem comprehenſam in compendioſa ſuccedere poſſit.

Secundò, poſito exiſtentiam d. conditionis non requiri, & d. N. per vulgarem, eo non obſtante vocari, an filij dictorum M. & R. excludant d. N. & tanquam ſubſtituti eo excluſo admittantur.

Tertiò, & poſtremò, cùm præſupponatur dictum A. in ſuo libro rationum adnotaſſe dictum R. natum de anno . . . & menſe . . & ſic antequam matrimonium eſſet contractum inter G. P. P. C. de an. 1548. & 19. Septemb. quæ dicti R. mater fuit, an ex eo probetur dictum R ex ſoluta natum fuiſſe & ſic non adulterinum, ita vt potuerit ſuccedere, & ex eius perſona teſtamentum vires ſumere, & ſubſtitutionibus in eo poſitis non ſit locus.

Quoad primum, certum eſt in compendioſa, de qua 3
in noſtro caſu, comprehendi vulgarem & fideicommiſſariam, vt tradunt Bart. *in l. centurio, num. 13. ff. de vulga.* & reliqui omnes ibi, & in *leg. preci°. C. de impub* ex illo textu *& cap. ſi pater, de teſtam. in 6.* & Socin. iun. *conſ. 106. num. 27. lib. 1. in conſ. 181. num. 27. lib. 2.* ſubſtitutio

vulgaris habet locum quãdo hæres inſtitutus, vel noluit vel non potuit adire hæreditatem, Bart. *in l.1. num. 18. ff. de vulga.* & ibi omnes, Curt. iun. *in l. hæres inſtitutus de impub.* in quo caſu in præſentia non verſamur,
4 at in ſubſtitutione vulgari etiam comprehẽſa in compendioſa non ſubintelligitur conditio hæc, *ſi deceſſerit ſine liberis*, vt reſponderunt Ruin. Dec. Curt. iun. Berous & Pariſ. quos commemorauit & ſequutus eſt Menoch. *præſumpt. lib. 4. præſumpt. 89. num. 144. verſ. contrariam itaque opinionem.* nec non Corn. *conſ. 1. num. 30. lib. 4.* Franc. Calca. & Vinc. Sauiolus in ſubſcriptio-
5 ne ad reſponſum Socini iun. *conſ. 128. lib. 1.* Creſcentius *deciſ. 1. tit. de teſtam.* in ſubſtitutione verò tacita fideicommiſſaria comprehenſa in compendioſa locum habet conditio illa, *ſi deceſſerit ſine liberis*, & ita loquuntur Socin. ſen. *conſ. 140. num. 8.* Crauet. *conſ. 162. num. 1. in fin.* qui contrarium facere videbantur, vt nouiſſimè docet in terminis idem Menoch. *conſ. 651. num. 9.* & poſito citra præiudicium veritatis, d. conditionem, *ſi ſine liberis*, habere etiam locum, & ſubintelligi in d. vulgari comprehenſa ſub compendioſa. Hoc ſi verum eſſet in noſtro caſu, longè vtilius foret hæredibus dict. N. quia ſi ſubſtitutio hæc defeciſſet propter non exiſtentiam conditionis, & ſic teſtamentum ex ea ſuſtineri non poſſet, id proculdubio omnino corrueret, cùm ex perſona hæredum propter eorum incapacitatem, ſuſtineri non poſſit, & ſic ad cauſam inteſtati res recideret, idémque N. tanquam proximior dicti A. tempore ipſius mortis totam hæreditatem nanciſceretur: ne opponantur filij dictorum M. & R. quaſi ex ipſorum perſona ſuſtineatur teſtamentum: hoc enim ad ſecundum caput pertinet de quo nunc.

6 Quoad ſecundum igitur vera eſt quidam DD. ſententia, nepotes legitimos & naturales ex ſpurio natos, poſſe hæredes inſtitui, illiſque licitè relinqui, Bart. *in l. Gallus, §. quod ſi is, ff. de lib. & poſthum.* Clar. *in §. teſtamentum, quæſt. 32.* Graſſ. *in §. inſtitutio, quæſt. 7.* dum tamen non patris contemplatione inſtituti ſint, ſed ſui ipſorum cauſa: quinimò in dubio nepos non contemplatione patris, ſed propter ſe videtur inſtitutus, nam in dubio præſumitur ſui cauſa dilectus, Bart. *in dict. l. Gallus, §. quod ſi is,* Ludouic. Suares *in l. 1. fore, tit. T. de home, num. 17.* Dec. *conſ. 362.* Clar. *d. quæſt. 32.* Ioſeph. Ludouic. *deciſ. 18.* Peruſina & Graſſ. *d. quæſt. 7. num. 3.* ſed tamen quoties ex coniectura vel indiciis conſtat pa-
7 tris contemplatione inſtitutos filios ſpurij, & non propter ſe, certiſſimum eſt talem inſtitutionem non minus ac patris corruere, vt dicti Bart. Clar. & c. ſuprà narrati docent, nec non Gabriel. *lib. 4. tit. de hæred. inſtit. concluſ. 3. num. 6.* ac omnium optimè Socin. iun. *lib. 4.*
8 *conſ. 16. num. 4.* & Berous *quæſt. 127.* id docent: coniecturam verò vrgentiſſimam, eámque ſolam ſufficientem eſſe affirmant DD. ſi filios ſpurij nondum natos auus inſtituerit, quippe qui erga eos, qui nondum ſunt in rerum natura, nullam potuit habere propriam affectionem, aut vllis ipſorum meritis moueri, vt ratione ſui cenſeantur eos inſtituiſſe, atque ex eo ſolo ita reſpondendum eſſe contendunt Bald. *conſ. 67. incip. ſi d. inſtitutio.* Ludouic. Sard. *tract. de natu. liberis, §. de ſucceſſ. ſpurij num. 9.* qui merita nepotis requirunt, vt ſui contemplatione dicatur inſtitutus, quæ in nondum nato nulla eſſe poſſunt, & in terminis proprijs, vt nondum nati nepotis legitimi ex ſpurio inſtitutio non valeat, firmant Menoch. *conſ. 511. num. 11.* Bota ad Bart. *in d. l. Gallus, §. quod ſi is.* Gabriel. *d. concluſ. 3. num. 12.* & fuſiſſimè Socin. *d. conſil. 16.* qui omnino videndus eſt, quòd hanc ſententiam variis rationibus firmet, & omnia in contrarium facientia refellat, & in fortioribus terminis propter inſtitutionem nepotum non natorum ſimul cum iam nato, contendit etiam quoad iam natum inſtitutionem non valere, eámque propter inſtitutionem non natorum vitiari, Berous etiam fuſiſſimè hoc docet *quæſt. 127.* qui eſt etiam omnino videndus, in noſtro autem caſu filij dictorum Ioannis & Matthæi, ideò non erant nati, vt nec illi matrimonium contraxiſſent, atque hoc quidem, quòd nimirum dicti nepo- 9
tes non erant nati, ſufficeret: ſed in noſtro caſu adeſt & alia coniectura ob quam cenſeatur nepotes filiorum contemplatione inſtituiſſe, quod nimirum vſumfructum dictis M. & R. non prohibuerit, in qua magnam vim facit Socin. *d. conſil. 16. num. 9.* adeſt & tertia eáque potentiſſima, quod nimirum dictos M. & R. filios ſpurios apertè inſtituerit, & nepotes ſolum ſubſtituerit, qui non niſi ex tacita vulgari poſſent ſe contendere vocatos, fideicommiſſaria enim tempore mortis dicti A. non potuit habere locum, cùm dictus M. & R. tunc viuerent, ex quo manifeſtè patet filios nepotibus prædilexiſſe & non niſi contemplatione filiorum nepotes vocaſſe; cum DD. quando de dictorum nepotum inſtitutione loquuntur, præſupponunt filios nullo modo manente incapacitate, ſolos autem nepotes eóſque expreſsè & clarè inſtitutos: non poteſt igitur vllo modo ſuſtineri ſubſtitutio de nepotibus facta.

Ex alio etiam capite repelluntur dicti nepotes, poſito enim & non conceſſo dictorum nepotum non natorum ſubſtitutionem validam fuiſſe, tamen cùm non fuerint nati, neque concepti quod magis eſt, tempore mortis A. abſque dubio in perpetuum repelluntur, & factus eſt locus ſequenti gradui ſubſtitutionum: Sub- 10
ſtitutus enim vt admittatur debet viuere tempore quo aduenit conditio ſubſtitutionis, *l. vnic. § ſin autem ſub condit. C. de caduc. tollen.* & generaliter verum eſt non natos tempore exiſtentis conditionis non admitti, ſed cæteros poſtea vocatos; *l. ſi cognatis, de reb. dub. l. cum pater, §. hæredi. de leg. 2.* Socin. *in d. l. ſi cognatis.* & ratio eſt clara, quia non potuit teſtamentum manere in ſuſpenſo, ſed non valentibus filiis dictorum M. & R. hæreditatem adire, quia non ſunt in rerum natura, ſuccedere debuit d. N. ſecundo loco ſubſtitutus, *dict. l.* 11
vnic. §. pro ſecundo, C. de caduc. tollen. l. 3. §. fin. ff. de libe. & poſthum. l. ſi filius, ff. de hæred. inſtitut. l. Lucius, §. Titius, ff. de vulga. & Bart. *in l. qui habebat in 2. oppo. ff. de vulga.* Ruin. *conſ. 94. num. 10. lib. 2.* quod procedit nedum in vulgari expreſſa, ſed etiam in tacita, Pariſius *conſ. 62. n. 21. & conſ. 64. n. 15. lib. 2.* Soc. iun. *conſil. 94. n. 35. lib. 1* Decia. *conſil. 1. n. 84. lib. 1.*

Ad tertium, poſito citra præiudicium veritatis, eam ſcripturam eſſe veram, de qua tamen admodum dubito: poſito etiam loqui de R. de quo agitur, cùm tamen ex ea non conſtet, de quo intellexerit, & an is ſit de quo quærimus, tamen huiuſmodi ſcripturæ & affectioni paternæ nulla eſt fides adhibenda: quando enim conſtat aliquem ex illegitimo coitu natum, qualem aduerſarij fatentur dictum R. tunc eiuſmodi filius præſumitur potius ſpurius, & ſic incapax, quàm naturalis, etſi pater in teſtamento vel alio loco eum naturalem appellauerit: ea enim nominatione non obſtante præ- 12
ſumitur ſpurius & non naturalis, gloſ. *in cap. lator. qui filij ſint legitimi,* & ibid. Præpoſ. *quæſt. 2.* Bald. *conſil. 262. recolo me, lib. 1. & in l. 2. in pr. ff. de lib. & poſthu.* Caſtren. Menoch. poſt multos quos refert & ſequitur *conſ. 651. num. 2.* Burſat. *conſil. 62. num. 7. lib. 1.* Alciat. *lib. 4. conſil. 6. num. 11.* idem Menoch. *præſumpt. lib. 6. præſump. 54. num. 2.* Maſcard. *concluſ. 189. num. 3.* ſed non eſt opus deſcendere ad huiuſmodi præſumptiones, cùm ſimus in claris: probatum enim eſt per teſtes dictum R. adulterinum fuiſſe; quæ probatio abſque dubio præualet d.

affe-

affectioni patris, qui in cauſa propria teſtis eſſe non debet, maximè in præiudicium tertij, nimirum dicti N. & qui ſi ſubſtitutus non fuiſſet tanquam proximior agnatus, hæreditatem auunculi ab inteſtato petiiſſet, hoc poſtremo loco adijciendum eſt, quod ſi agatur de bonis, quæ mouentur de directo dominio eccleſiaſtico. etiamſi pleraque ex ſuprà dictis ceſſarent, quæ tamen non ceſſant, dictos M. & R. etiamſi eſſent legitimati, eorum eſſe omnino incapaces per bullam ſanctæ memoriæ Pij V. & deciſionem Rotæ ſuper eo ſubſequutam de qua Menoch. *d. conſil. 611. num. 7.* Ex quibus concluditur hæredes dicti N. optimam fouere cauſam & in eorum fauorem iudicandum eſſe.

ARGVMENTVM.

De probatione filiationis.

Et an confeſſio erronea procuratoris vel domini noceat, & reuocari poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Filiatio probatur ex eo quod quis filios nominauerit, eos inſtituendo hæredes.*

2 *Præſumptiuè tamen, ita vt ex contraria probatione huiuſmodi præſumptio corruat.*

3 *Rurſus illa nominatio ſi non fiat principaliter, ſed propter aliud, inducit adeò leuem probationem, vt non ſufficiat ad victoriam cauſæ.*

4 *Confeſſio propria eſt potentiſſima probatio.*

5 *Confeſſio procuratoris erronea, reuocari poteſt, etiam non docto errore.*

6 *Confeſſio erronea, non poteſt reuocari, poſtquam concluſum eſt in cauſa, & portatus proceſſus.*

7 *Dominus non poteſt mutare poſitionem iuratam.*

8 *Tacita confeſſio procuratoris, reſultans ex productione inſtrumenti, nocet domino.*

9 *Error facti non nocet.*

CONSILIVM CLXXXV.

PROPONITVR dubium contra hæredes egregij quondam domini N. in lite quam habent contra M. & R. ſeu eius hæredes ſpurios A.
1 quo aſſeritur dictum A. in ſuo teſtamento eos inſtituiſſe hæredes, nominando filios ſuos, filiationem autem & legitimitatem probari ex tali inſtitutione ex Maſcar. *concluſ. 793. num. 6. & concluſ. 798. num. 11.* qui ſolius Ruin. authoritate nititur *in conſ. 109. num. 38. lib. 3.* & ne de veritate illius ſententiæ nunc fuſiùs diſſeram, quæ an ſit tuta poteſt videri ex Natta *conſil. 421.*
2 & Abba. *in cap. per tuas de probat.* Id certiſſimum eſt huiuſmodi nominationem & inſtitutionem ſolùm inducere præſumptionem, *ex l. fin. ff. de probat.* ita vt ſi contrarium probetur, nedùm legitimitatis, ſed & filiationis, quæ faciliùs, quàm legitimitas probatur, præſumptio omnino eneruetur, & illius nulla habita ratione, inſtitutio corruat, vt ſunt text. in terminis *in l. non nudis, C. de probat. & in l. neque profeſſio, C. de teſtam. & l. 1. §. idem Iul. cum gloſ. in verb. grandi, ff. de liberor. agnoſc.* & DD. *in d. locis*, maximè Bart. & Angel. *in d. l. non nudis*, & ibidem nec non Corne. *in dict. l. neque profeſſio.*

In noſtro verò caſu non negamus filios; ſed negamus legitimos, imò aſſerimus non ſolùm illegitimos, ſed ſpurios & adulterinos; quod & legitimè per teſtes, & inſtrumenta probauimus, ita vt cum de veritate ex his conſtet, nulla ſit omninò habenda ratio aſſeuerationis paternæ, & quæcumque tandem ſit illa præſumptio, quæ ex ea reſultaret, tollatur: maximè, quia DD. aſſerunt quod quando huiuſmodi nominatio, pater-
3 na non eſt principaliter facta propter ſe, ſed propter aliud, hoc modo, *Inſtituo Titium filium meum hæredem*, adeò leuem eſſe, vt non transferat onus probandi in aduerſarium, & quamuis nihil per aduerſarium in contrarium probatum ſit, nihilominùs non poſſit ex illa ſola præſumptione, filius ita nominatus vincere, quod nempe ea non faciat plenam probationem, vt in terminis docet Corn. poſt Bart. & Angel. *in d. l. neque profeſſio. C. de teſtam.* Et planè d. A. conſeius ipſe ſibi in teſtamento nominat eos quidem filios, ſed ſimpliciter, cùm tamen mos & conſuetudo inconcuſsè & notoriè ſeruata ea ſit, vt in huiuſmodi teſtamentis, quæ per Notarios ſcribuntur, filij qui vel inſtituuntur, vel quibus aliquid particulariter relinquitur, deſignentur cum iis dictionibus, *naturales & legitimi*, ſi tales ſint, ita vt ex ea omiſſione contra conſuetudinem, quæ pro notoria allegatur, & quatenus opus eſt, petitur vt Iudices de ea ſe informent ex officio, reſultet non leuis præſumptiua probatio, tales non fuiſſe legitimus, huiuſmodique aſſeueratio paterna ita concepta potiùs non noceat quàm proſit dictis M. & R.

Atque hæc quidem ſufficerent, & res abſque dubio eſt in tuto, ſed quoad R. præter huiuſmodi probationes, adeſt & alia potentiſſima ex productione inſtrumenti legitimationis manans, ex qua non ſolùm conſtat illegitimum, ſed ſpurium, quia cùm ex ea probetur illegitimus, ſequitur præſumi ſpurium, niſi ipſe contrarium probet, vt in alijs ſcriptis edoctum fuit.

Eam verò probationem propter confeſſionem tacitam ex productione inſtrumenti reſultantem, eſſe potentiſſimam certiſſimum eſt, nulla enim eſt maior probatio, quàm quæ ex ore confitentis oritur, *l. vnic. ff. de confeſſ.* Corne. *conſ. 44. col. 1. vol. 4. & conſ. 224. in eod. vol.* Maran. *in tract. de ord. Iudic. in 5. actu. 2. par. Iud. num. 21.* Maſcar. *de probat. quæſt. 7 per tot. vol. 1.* ſed nituntur 4
elidere huiuſmodi probationem ex eo quòd contendunt procuratorem, qui non habebat ad hoc ſpeciale mandatum, non potuiſſe confiteri, & producere in præiudicium domini, & facere vt principalis cadat in pœnam, cùm confeſſio huiuſmodi videatur erronea ſtante nominatione paterna, poſſitque, non probato errore, reuocari, Caputaquen. *deciſ. 198. in 1. par. & deciſ. 139. ſin prima, num. 3. in 2. par.* Rot. *in deciſ. 2. alias 60. de confeſſ. in nouis.* Sed hæc nullo modo nocent, & ne in 5
tantillo quidem eneruant probationem ex huiuſmodi inſtrumento legitimationis producto reſultantem, etiamſi ageretur de pœna incurrenda; (cùm tamen re-vera de ea non agatur, tunc enim dicitur agi de pœna, cùm ex eo quòd factum, vel non factum eſt, pœna à iure infligitur, quod non eſt in noſtro caſu, in quo ſolum quæritur, An legitimitas ſit probata, nec ne, non autem quòd aliqua pœna ipſis infligatur, ex eo quòd quid fecerint, vel non fecerint) Nam præterquam quòd neque hîc vlla adeſt reuocatio confeſſionis, neque, quod magis eſt, pars nunc poſtquam concluſum 6

eſt in cauſa, & portatus proceſſus, reuocare poteſt, Bald. *in l. error, in 2 quaſt. verſ. aduerte, & in 4. quaſt.* Iaſ. *ibid. num.* 11. & Anthon. de Padill. *ibid. num.* 39. plures referens, *C. de Iur. & fact. ignor.* (quæ duo ſufficerent, vt prædicta tollerentur) duobus modis præciſè & pleniſſimè reſpondetur, etiam præſuppoſito, & non conceſſo, nullum adeſſe ſpeciale mandatum ad confitendum.

Primò, quia quòd dicitur dominum poſſe reuocare confeſſionem procuratoris per poſitiones factam, etiam non docto de errore, procedit in confeſſione expreſſa tantùm, quia procurator, niſi ad hoc ſpeciale habeat mandâtum, non poteſt, per expreſſam ſuam confeſſionem, præiudicare domino, & rationem ſubdunt, quia procuratores non ſunt plenè informati, ſicut principales, qui habent cauſam
7 notam; qui propterea non poſſunt mutare poſitionem iuratam, vt *in d. 2. deciſ. de confeſſ. in noui.* & fuſiùs per Vitall. de Camban. *in tract. clauſul. pag.* 158. *n.*
8 40. & 41. ſed ſecus eſt in tacita confeſſione, quæ oritur ex iurium productione, quæ, per ſimplicem procuratorem facta, præiudicat omnino domino, & illi ſtandum eſt, Felin. *in cap. cum venerabilis, num.* 27. *de except.* poſt Bald. *in leg. ſi quis teſtibus, Cod. de teſtib. numer.* 2. & poſt eos, clarè Caputaq. *deciſ.* 193. *part.* 1. imò in terminis Breuis, à ſummo Pontifice per patrem impetrati, in quo aliquid narrauit, quod producendo Breue, nocere poteſt; id ſi per procuratorem ſimplicem filij in iudicio producatur, præiudicare eidem filio deciſum fuit in Rota Rom. apud eundem Caputaq. *dict. deciſ.* 193. in qua, quod magis eſt, compulſus fuerat procurator ad producendum.

Ratio differentiæ vtriuſque caſus eſt manifeſta, quia in confeſſione expreſſa in poſitionibus, procurator non iurat de veritate, ſed de credulitate, & malè informatus non debet nocere domino, confitetur enim id quod non eſt, at in productione inſtrumentorum nihil facit contra veritatem, ſed producit quod eſt in rerum natura, quod ſi inde aliquid reſultet nociuum; ſibi imputet dominus, qui non perſpicatiorem elegit procuratorem. Corroborantur hæc, quia huiuſmodi legitimatio aut per A. patrem, aut per R. filium fuit impetrata. Si per patrem, nemo illo melius ſcire potuit veritatem; ſi per R. ſuam propriam conditionem abſque dubio ſcire debuit; vtroque caſu, procurator nihil confitetur; ſed, quod vel pater, vel filius, confeſſi fuerunt, producit. Ita vt, quamuis dict. procurator non produxiſſet, hæredes dicti N. potuiſſent producere, & ſe iuuare confeſſione in dict. inſtrumento legitimationis exiſtente, quam noluerunt producere, ne eam approbarent in eo, in quo falsò narratur, ex ſoluto & ſoluta natum Ioannem, eſt enim adulterinus: quæ tamen omnia dicuntur citra approbationem aliquam prædicti inſtrumenti; niſi ſecundo reſpondetur non eſſe quærendum, an potuerit reuocari huiuſmodi confeſſio tacita, non docto de errore, cùm ex teſtibus & actis conſtet de non errore, & non ſolùm illegitimos, ſed adulterinos eſſe: ſed, ſecluſa hac ſecunda reſponſione, hoc eſt, quamuis nihil probatum eſſet, illud ſolum reſcriptum legitimationis ſufficeret contra dictum R. aſſertióque in ipſo ex profeſſo, & per ſe facta, non ſolùm interpretari aſſertionem teſtamentariam, ſed eam etiam omnino eludere debet.

Poſtremò, ſubiungitur in dubio M. approbaſſe legitimitatem R. tum ex prouiſione tutoris facta S. nepoti filio R. eius fratris, tum ex diuiſione hæreditatis paternæ: nam quoad hæredes d. domini N. hoc nihil facit; quid enim ad eos, ſi dicti M. & R. aliquid fecerint, qui in eadem damnatione erant? Sed nec M. ea nocere poſſunt, quod ſi nec illi, minus dictis hæredibus, M. inquam, nocere non debent, quia 9
per errorem facti talem approbauit, quo caſu indiſtinctè numquam nocere poteſt, *l. error. C. de iur. & fact. ignor. l. error, & l. regula, ff. de iur. & fact. ignor.* & in terminis diuiſionis, *l. ſi poſt diuiſionem, C. de iur. & facti ignor. l. cùm putarem ſamel. deciſ.* Et, quòd magis eſt, ipſimet patri confitenti & aſſerenti filium legitimum, huiuſmodi confeſſio non noceret, docto de errore, *leg. non nudis, in verb. licèt vtrique conſentiant*, & ibi Bald. Salicet. & cæteri cum omnibus Gloſ. *C. de probat.* Ex quibus, dubiis propoſitis, eſt omnino ſatisfactum, vt propterea petitur, vt in prioribus noſtris ſcriptis, in fauorem dictorum hæredum N. pronuntiari.

ARGVMENTVM.

DE legato, vel Inſtitutione, in fauorem vxoris facta, quandiu vidua permanſerit, vel purè quidem, ſed in caſum nuptiarum reuocata.

SVMMARIVM.

1 *Annuum legatum, in primo anno eſt purum, in cæteris conditionale.*

2 *Legatum annuum vxori, quandiu vidua fuerit, relictum, ſi nubat, non reſtituit quod percepit.*

3 *Si legatum, vel inſtitutio facta ſit ſub conditione, ſi non nupſerit, ſi vidua nubat, reſtituit fructus perceptos.*

4 *Idem ſi purè inſtituta ſit vxor, ſed in caſum nuptiarum, inſtitutio ſit reuocata.*

CONSILIVM CLXXXVI.

IOANNES Beauuois inſtituit in ſuo vltimo teſtamento hæredes Pieram Germanam, ipſius vxorem, quamdiu vixerit ſub eius nomine, nec non Ludouicam & Gabrielam eius filias, &, poſt aliquas ſubſtitutiones, diſponit, vt caſu quo d. Piera, eius vxor, conuolet ad ſecundas nuptias, eo caſu eueniente, reuocauit, & reuocat inſtitutionem hæredis de perſona dict. ſuæ vxoris factam, vultque & intendit dict. teſtator, vt habeat & accipiat ſolummodo de bonis ſuis ſummam 800. aureorum, in quibus comprehendantur 200. aurei in contractu matrimonij dati. Mortuo teſtatore dict. Germana per 8. vel 9. annos permanſit vidua, tandem nupſit: Quæritur an mediante dicta ſumma 800. aureorum, ita priuetur hæreditate, vt fructus quoque durante viduitate, pro tertia parte à ſe perceptos, reſtituere, vel cum dictis 800. aureis compenſare teneatur: &, deciſiuè reſpondendo, contendimus teneri: Etſi enim propter dictionem, *quamdiu*, videretur fructus perceptos reſtituere non debere; quia, ſi hoc verum eſt in annuo legato, in quo primi anni purum eſt, ſequentium conditionalia ſunt, 1

l. in

l. in ſingulos annos, ff. de annu.legat. Bart. & cæteri *in l. Titia, de leg.* 2. idem Bart. Caſtrenſ. & alij *in l.fin.C.de*
2 *indicta vidui. tollen.* & ita hoc caſu, propterea in terminis docent practica Papien. in forma libelli quo vxor agit ad dotem *in gloſ. donec. num.* 8. Caualca. *de vſufr. mul. relict.num.*115. *& ſeq.* Matheac *de legat. & fideicom.lib.*1 *cap.*4. *num.*18. multo magis deberet habere locum in caſu noſtro, quia inſtitutio eſt vniformis & vnica, per ea quæ tradunt Ruin. *conſ.*34. *num.* 4 *& ſeq.vol.*2. & idem Caualca. *d.loco.nu* 116 tamen, in facto noſtro, debet abſque dubio reſtituere fructus, durante viduitate perceptos, quia teſtator, in caſum nuptiarum, reuocat inſtitutionem, haberurque ac ſi nunquam facta fuiſſet; ideòq; idem cenſendum eſt,
3 ac ſi conditionaliter inſtituta fuiſſet, ſi non nupſerit, quo caſu, certum eſt fructus, medio tempore perceptos, reſtituendos, Caualc. *d.loco, num.*117. Matheac. *d. cap.*4. *in fin.* vtrobique enim, hoc eſt, tam ſi conditio-
4 naliter concepta ſit inſtitutio, quàm ſi purè quidem, ſed reuocata in caſum contrauentionis, eadem militat ratio: nimirum, quia contra fecit voluntati teſtatoris, & ideo cenſetur ſemper fuiſſe in mala fide, & cum animo tranſeundi ad ſecunda vota, vt per Iaſ. *in auth.cui relictum, C.de indic. vidui. tollen. num.*7. Caſtreoſ. *in l.*1. & ibi Iaſ. *C. de his quib. vt indignis.* Caualc. *vbi ſupra, num.*119. quod in noſtro caſu maximè procedit, propter dictionem, *tantùm*, taxatiuam; quæ omnino euincit teſtatorem noluiſſe, vt quidquam aliud præter 800. aureos in caſum nuptiarum conſequatur; at verò, quando neque conditio adeſt, neq; reuocatio inſtitutionis poræ, ſed ſola dictio *quamdiu, donec*, & ſimiles, cum nubit, pro tempore præterito, non fecit contra voluntatem teſtatoris, natura enim illius dictionis hoc importat, vt interim, dum manſit vidua, lucretur fructus, ex quo ſatisfit ei quod in contrarium in principio aſſerebatur; quinimò in caſu conditionis vel reuocationis priuandam quoque legato 800. aureorum, & ita Rotam Florentinam iudicaſſe aſſerit Caualc. *dict.loco, num.*117. quia cùm ſemel vitam vidualem elegerit, & interim fructus perceperit, in eadem iugiter perſeuerare debuit, vel à morte viri ſecundas eligere nuptias: ſed ea ſententia nimis dura eſt, & lubens ab ea diſcedo cum Matheac. in fine. Concludo igitur ex his, dict. Germanam 800. quidem aureos habituram, ſed fructus à ſe perceptos reſtituturam, aut tanto minus de d. ſumma conſecuturam.

ARGVMENTVM.

AN donatio in contractu matrimonij, vel eius contemplatione, facta, de conſenſu filij reuocari poſſit?
Et an ſit conferenda?

SVMMARIVM.

1 *Ex contractu, contra prohibitionem legis inito, nec naturalis oritur obligatio.*
2 *Donatio, in contractu matrimonij, per patrem filio facta, nec de conſenſu filij reuocari, aut alterari poteſt.*
3 *Donationes, contemplatione matrimonij facta, conferuntur.*

CONSILIVM CLXXXVII.

EX contractibus matrimonij Ioannis Boucher, filij Benedicti, cum Maria Perlade Auenionenſibus de anno 1556. & 20. Maij, per Ioannem de Ruffo & Anthonij Boucher, alterius filij d. Benedicti, de ann. 1557. & 16. Aprilis, per Franciſcum Mariam, & declarationis ſeu egalizactionis factæ per dict. Benedictum, inter dictos Ioannem & Anthonium filios, de anno 1607. & 29. Auguſti, per Ioannem de Fonte ſumptis, duo reſultant diſcutienda: Vnum, an dicti contractus declarationis, ſeu egalizationis, ſit aliqua habenda ratio; maximè cùm de conſenſu vtriuſque facta fuerit. Alterum, quòd ius in bonis Benedicti competat filiis & ſucceſſoribus dict. Anthonij, ex vi donationis dict. Anthonio, in contractu ſui matrimonij, per Benedictum factæ.

Quoad primum, paucis & reſolutiuè reſpondendum eſt, nullam eſſe habendam rationem dictæ declarationis; nulla enim eſt, & corruit omninò, ex defectu ſolemnitatis, per Bullam Cardinalis de Fuxio, ante ſtatuta noſtra emanatam, & iam tunc temporis in obſeruantia exiſtentem, requiſitæ. Erat enim dict. Anthonius tunc temporis minor 25. annis, &, ſine præſentia propinquorum, aut Iudicis, contraxit contra prohibitionem dict. Bullæ, quæ impedit, vt nec 1
naturalis quidem obligatio oriatur, Bart. & cæteri *in l.cùm lex, ff. de fideiuſſ. & in l.non dubium, C.de legibus*, ne forſan heredes Ioannis putent per retentionem ſibi conſulere poſſe, quæ eò maximè procedunt, quòd huiuſmodi donatio, in fauorem Anthonij facta filij in contractu matrimonij, cui propterea pater, etiam de conſenſu Anthonij, præiudicare non potuit, Natta *conſil.*609. *num.* 42. Roland. *conſil.*44. *vol.*4. *& conſ.* 2
70. *ibidem* Vincent. de Franc. *deciſ.*205. *&* 213. Guid. Pap. *quæſt.*145. *num.* 4. Boeri. *deciſ.*27. Bertrand. *conſil.* 157. *in* 2. *vol.* Charon. *aux reſponſ. du droict François, lib.*2. *tit.* 34. *in fine.*

Quoad ſecundum, ita res conſtituenda eſt, vt in primis & ante omnia 200. aurei, in dotem Ioanni conſtituti, & per Benedictum patrem recepti, ac recogniti, reſtituantur, ac ſoluantur, de bonis ad dict. Benedictum pertinentibus, antequam vlla diuiſio eorumdem fiat: aut, ſi maluerint, hæredes Anthonij ſoluent centum aureos pro parte ipſis contingente: eſt enim æs alienum ante donationem Anthonio factam contractum, quod ante omnia deducendum eſt; quo facto, omnia bona ex æquo diuidenda ſunt; ita tamen vt, in portione hæredum Anthonij, bona in locis Curredonis & Iunqueriarũ ſita, vſq; ad quantitatem 45. ſalmatarum terræ; in portione verò hæredum Ioannis bona Biturricis ſita, integrè illis obueniant. Cùm enim vterq; ſe ſucceſſorẽ Benedicti con- 3
tendat & ipſius hæredem; donationes vnicuique in contractu matrimonij, & cõtemplatione illius factæ, inuicem conferendæ ſunt. Rol. à Valle *conſ.*70. *& conſ.* 44. *lib.*4. Beccius *conſ.*20. Cancer *tit. de donat. ca.*8. *nu.* 61. Mat. à Cueua *deciſ.*50. *nu.*11. Peregr. *de fideicommiſſ. artic.*33. *num.* 133. *fol.*343. Viu. *opin.*208. *num.* 4. Gamma

deciſ. 164. in fin. ſed quid faciendum erit de 150. aureis ad rationem 46. ſolidorum per dict. Benedictum eidem Anthonio, liberiſque ex eodem matrimonio procreandis, datis, ſi ſoluti non ſunt; debent, ex parte Ioannem contingente ſoluti, quia promiſſi ſunt vltra medietatem Anthonio datam.

ARGVMENTVM.

DE coniecturis, ex quibus filij, in conditione poſiti, cenſentur vocati. Nec non ijs, ex quibus ius conditionalis fideicommiſſi ad filios tranſmittitur.

SVMMARIVM.

1 *Filij in conditione poſiti, ex coniecturis cenſentur vocati, quæ, etiam leues, in deſcendentibus ſufficiunt.*
2 *Quarum prima eſt, ſi ſubſtitutio ſit facta, ſi ſine* hæredibus, de legitimo matrimonio procreatis.
3 *Secunda, ſi filij teſtatoris ſint reciproce ſubſtituti, ſi eorum vnus deceſſerit ſine filijs.*
4 *Tertia, ſi teſtator digreſſus eſt, ad plures gradus ſubſtitutionum.*
5 *Quarta, quando vltimo loco extraneus eſt ſubſtitutus.*
6 *Quæ non ſolùm habet locum in portione patris, ſed etiam patrui, quando poſt omnes deſcendentes alius vocatur.*
7 *Ius conditionales fideicommiſſi non tranſmittitur, etiam ad deſcendentes.*
8 *Niſi, ex coniecturis, contraria mens eliciatur.*
9 *Vt ſi hæc tria concurrant, quod filij ſint in conditione poſiti: quod ſubſtitutio ſit vnica cum iure accreſcendi: & quod, poſt omnes, extraneus ſit vocatus.*
10 *Extraneus dicitur quicumque non eſt de deſcendentibus teſtatoris.*

CONSILIVM CLXXXVIII.

FRANCISCVS Autrani, loci Cuttedonis, in ſuo vltimo teſtamento inſtituit hæredes ſuos vniuerſales, Anthonium, Ioannem, Claudium, & Manaldum, filios ſuos, eóſque inuicem ſubſtituit, & omnibus, ſine hæredibus legitimis, de legitimo matrimonio procreatis, decedentibus, ſubſtituit Richardam, eius filiam, & poſthumam, ſi quæ fuerit, omnibus autem ceſſantibus, Ludouicum Autrani, Iuris profeſſorem, eius agnatum. De Anthonio non quæritur, neſcio qua de cauſa, an quia portionem ſeparatam habuerit, & deceſſerit, nullis relictis liberis; aut alia ratione: de tribus alijs ſolummodo diſſerendum eſt; quorum Ioannes deceſſit, relicto filio Franciſco, necnon Manaldus, pluribus liberis relictis; tandem & Claudius ſine liberis, qui tamen filios dict. Manaldi hæredes ſibi inſtituit vniuerſales. Quæritur, an Franciſcus, filius Ioannis, aliíque ipſius fratres, ſi qui forſan ſint, aliquod ius in portione d. Claudio ex bonis Franciſci aui obuenta prætendere poſſint.

Articulus hic difficilis eſt, ex coniectura tota nempe teſtatoris voluntate dependens, in quo propterea iudicis arbitrium plurimum poteſt. Ego tamen, omnibus maturè perpenſis, in eam deſcendo ſententiam, Franciſcum ad fideicommiſſum, ſimul cum cæteris ſuis patruelibus, & ex propria perſona, & ex perſona patris per ius tranſmiſſionis, cenſeri vocatum. Ex propria quidem perſona, quia liberi Ioannis fuerunt in conditione poſiti, & concurrunt coniecturæ, quibus præſumimus auum eos voluiſſe vocare, quæ in noſtro caſu quatuor ſunt, eæque validæ; cùm tamen in deſcendentibus leues ſufficiant, Corn. *conſil. 97. lib. 1. & conſil. 119. lib. 1.* Dec. *conſ. 242. col. vlt.* Ruin. *conſil. 145. in fin. lib. 3.* Curt. iun. *conſ. 87. num. 4.* & cum eo de eadem facti ſpecie ſic reſpondet Pariſ. *conſ. 6. num. 1. & conſil. 42. num. 12. lib. 3.* primò, quia ſubſtituit per hæc verba, *ſi decedant ſine hæredibus legitimis, de legitimo matrimonio procreatis, & de proprijs corporibus*, Socin. iun. *conſil. 110. num. 25. & conſil. 145. num. 39. lib. 3.* Ruſtic. *in com. & quando liberi poſiti, &c. lib. 3. cap. 3. num. 1.* Menoch. *conſil. 325. num. 10. lib. 4. & de præſumpt. lib. 4. præſum. 76. num. 47.* 1 2

Secunda coniectura eſt, quia filij inſtituti, erant reciprocè ſubſtituti, *ſi eorum vnus deceſſerit ſine filiis*, nam tunc filij illi, poſiti in conditione, cenſentur vocati ex alia ſubſtitutione eius patri facta, Corn. *conſil. 146. num. 13. lib. 2.* Ruſtic. *d. commen. lib. 5. cap. 5. num. 1.* Menoch. *d. præſumpt. 76. num. 52.* 3

Tertia, quia digreſſus eſt ad plures gradus ſubſtitutionum, ita conſuluerunt Anchar. Alex. Luc. Iaſ. Curt. iun. Pariſ. & alij quos refert & ſequitur Menoch. *conſil. 173. num. 55.* hánceque communem eſſe DD. ſententiam teſtatur Dec. *conſil. 103. num. 17. lib. 2.* & poſt eum Menoch. *d. præſumpt. 76. num. 53.* 4

Quarta, quia vltimo loco ſubſtituit Ludouicum Autrani, & ſic extraneum, extraneus enim eſt, in hac quæſtione, quicumque non eſt de deſcendentibus teſtatoris, atque hæc coniectura eſt potentiſſima, ſecundùm quam poſt Anchar. Alexand. Ruin. & Curt. iun. reſpondit Abba. *conſil. 86. num. 12.* & ſequitur Illuſt. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 3. num. 13. verſ. tunc etiam.* Ex quibus conficitur, filios Ioannis, in conditione poſitos, cenſeri vocatos. non dicendum illud intelligendum eſſe ſolùm quoad portionem Claudij patrui, ex communi DD. ſentent. *in l. Lucius, de hæred. inſtit.* quam firmant Paul. Socin. & Ripa *num. 120. in l. filiusfamilias, §. cùm quis. de legat. 1.* idem Ripa *in l. 1. C. de pact. num. 11.* & plures refert Menoch. *d. præſumpt. 76. num. 86.* nam, præterquam quòd illa ſententia non eſt admodum tuta; quam pleríque improbarunt, vt Ruin. *conſil. 139. nu. 19. lib. 3.* Socin. iun. *conſil. 110. num. 39. lib. 3.* & alij relati per Menoch *d. num. 86. verſ. cæterum, d. præſumpt. 76.* certè vtcumque vera eſſet illa declaratio, abſque dubio non procedit, quando poſt omnes deſcendentes teſtator alium ſubſtituit: atque hanc ſententiam in terminis firmant Anchar. *conſil. 74.* Soc. *conſil. 72. in fin. lib. 3.* Alexand *conſil. 64. in fin lib. 3.* Ruin. *conſil. 139. num. 19. & 20. lib...* Crauet. *conſil. 326. num. 3.* Zanç. *in l. hæredes mei, §. cum ita, num. 97. & 1070.* Roland. à Valle *conſil. 51. num. 10. lib. 3.* & poſt multos, quos refert & ſequitur Illuſt. Mantic. *dict. tic. 3. num. 13. verſ. tunc etiam*; quæ ſententia maximam habet rationem; nam ſi filij Ioannis non eſſent vocati ad portionem cohæredis patrui, & Ludouicus, vltimo loco ſubſtitutus, viueret, ſequeretur eũ deſcendentibus teſtatoris præferri: abſurdum autem admodum eſt, vt ſubſtitutus 5 6

admit-

admittatur, excluſis liberis ipſius teſtatoris, *l. cùm acutiſſimi, Cod. de fideicom.* ex quo ſequitur, potiùs ad portionem grauati, quàm proprij patris huiuſmodi nepotes cenſeri vocatos, ex eo quòd poſt omnes quidam alius ſit ſubſtitutus: illud enim abſurdum in perſona patris ceſſat, ad quam ſaltem ab inteſt. filij admitti poſſunt, vt eruditè ſentit Mantic. *dict. loco.*

Ex perſona etiam patris admitti debent filij Ioannis per ius tranſmiſſionis, quia, quamuis certum ſit ius conditionalis fideicommiſſi non tranſmitti, nec etiam in deſcendentes, gloſſ. & DD. *in l. 1. Cod. de his qui ante*
8 *apertas tabulas, & in l. cum filiofamilias de leg.* id tamen nó procedit quando contrarium conſtaret ex coniectura in mente teſtatoris, Bald. *in l. vnica num. 10. Cod. de his qui ante apertas tabul.* & latè congerit Parif. dicens communem eſſe concluſionem, *conſil. 5. num. 14. & conſil. 50.*
9 *num. 16. lib. 3.* Quæ verò ſint hæ coniecturæ, ſolet eſſe controuerſia maxima; ſed, vbi hæ tres concurrút, DD. concludunt tranſmiſſioni locum fore. Prima, quòd filij ſint in conditione poſiti. Secunda, quòd ſubſtitutio fideicommiſſaria (quæ ineſt compendioſæ, ſit à principio, ante aditam hæred. itatem, vnita cum iure accreſcendi per *l. ſi patri. ff. de acquiren. hæredit. & l. qui ex duob. in principio eod. tit.* Tertia, quòd poſt omnes filios ſubſtitutus ſit extraneus, ſeu minus dilectus, *l. ſi vna Cod. de bonis matern.* atque hanc ſententiam in terminis probant Socin. *in l. heredes mei §. cùm ita, num. 13 cum ſequ. ad Trebell.* Curt. iun. *conſil. 16. num. 3.* Iaſon *conſil. 51. in fin. lib. 3.* Grauet. *dict. l. cum filiofamilias, num. 325.* Sfortia Odo *in tract. compendioſa part. 6. art. 2. limit. 5.* & reſpondent *ad dict. §. cum ita.* In noſtro verò caſu triaſlla concurrunt; filij enim Ioannis, nepotes teſtatoris, ſunt in conditione poſiti, & Ioannes erat ſubſtitutus Claudio coheredi, & ſic ſubſtitutio erat vnita cum iure accreſcendi, & poſt omnes ſubſtitutus erat Ludouicus Amtaui, ipſius agnatus, & ſic extraneus; extraneus enim in hac materia dicitur quicumque non eſt de deſcendentibus, *l. vnica, §. exceptionem, Cod. de rei vxoriæ actio.* ideóque ipſemet frater teſtatoris, in hac quæſtione, vocatur extraneus à Curt. iun. 10
dict. conſil. 16. num. 3. Ex quibus concluditur, dictum Franciſcum, & ex proprio capite & ex capite patris, cenſeri vocatum ad portionem Claudio obuentam.

A R G V M E N T V M.

AN, & quando, vxor pro dote creditoribus mariti præferatur.

S V M M A R I V M.

1 *Licitum eſt, conſtante matrimonio, dotem augere.*
2 *Dos confeſſata præfertur creditoribus poſt confeſſionem factis, niſi ſubſit aliqua præſumptio fraudis.*
3 *Non præfertur autem creditoribus ante eam factis.*
4 *Sed ſi numeratio adſit, præfertur omnibus creditoribus, à die contractus matrimonij, factis.*
5 *In pleriſque vero Galliæ Prouincijs, etiam creditoribus, matrimonio anterioribus.*

CONSILIVM CLXXXIX.

NOBILIS quondam Franciſcus Gaufſridus conſtituerat in contractu matrimonij Alizetæ, eius filiæ, quædam bona immobilia, & ipſa generaliter omnia ſua iura præſentia & futura in dotem cóſtituit: aliquibus menſibus poſtea certam pecuniæ quantitatem marito pro dote dedit; & tribus annis poſtea, aliam, in vniuerſum trecentos aureos, vel circa, facientem; maritus verò viginti & pluribus annis poſtea, contraxit plura debita; eoque mortuo dict. Alizeta opponit ſe aduerſus executiones factas ad inſtantiam creditorum, & petit ſe, tanquam anteriorem, pro dote & augmento collocari: creditores contendunt, eam pro dote non eſſe collocandam, quòd ea dotis in pecunia ſolutio in fraudé cenſeatur facta: Quæritur quid iuris, & certè d. Alizeta obtinere debet, quia ſiue dicamus eam pecuniæ ſolutionem loco immobilium factam, & ſic diſceſſum fuiſſe à prima conſtitutione, quod de conſenſu partium licitum fuit: ſiue dicamus manere primam conſtitutionem dotis, hoc certum eſt, eam ſummam, dotis nomine à patre ſolutam & recognitam, ideóq; in ea dictam A-
1 lizetam dictis creditoribus præferendam: licitum enim eſt, conſtante matrimonio, dotem augere, hoc vllam ſiue oritur fraudis ſuſpicio, *l. ſi conſtante, vbi gloſſ. ſed iam, C. de donat. ante nuptias,* Fridericus à Solis *tract. de dote qu. 8. nu. 3.* quod quidem abſque dubio procedit, cùm agamus de creditoribus poſt dictam ſolutionem & recognitionem factis, & ſic de poſterioribus, etiamſi ageretur de confeſſione ſola, abſque numeratione, niſi certa 2
ſubeſſet præſumptio, quòd talis dotis confeſſio eſſet facta in fraudem creditorum eiuſdem, vt quia vir incontinenti debita contraxiſſet, Argen. *l. 4. §. in bonis. ff. de priuileg. credit.* Bart. *in l. ait prætor,* Nouel. *in tract. de dote par. 10 priuileg. 20. num. 17.* præfertur namque 3
poſterioribus; etſi dos tantum eſſet confeſſata, dummodo tamen eſſent confeſſione poſteriores, quamuis alioquin huiuſmodi dos confeſſata, non habeat priuilegium prælationis aduerſus alios creditores, *l. aſſiduis, Cod qui potior. in pign. habeantur, l. per diuerſas,* & ibi gloſ. *& l. ſequent. Cod. mandati,* Bart. *in l. ſi conſtante ſoluto matrimonio,* Mizingerius *lib. 1. obſeru. cap. 61.* ſed cùm in noſtro caſu numeratio, & in ſolutum datio, fructuum, ſcilicet quorumdam fundorum intercellerit, certiſſimum eſt, non ſolùm poſterioribus, ſed etiam anterioribus; poſt tamen contractum matrimonium 4
creditoribus factis, præferendam eſſe ex communi DD. ſententia, quam Accurſ. Din. Alberic. & Bartol. *in l. ſi is qui iure dotium.* Bald. Salic. *in dict. l. aſſiduis,* Ange. Faber & Iaſon *in §. fuerat. inſtit. de actionib.* Ripa *in l. quæſitum. num. 7. de priuileg. credit.* Couarru. *lib. 1. variar. reſol. cap. 16.* firmant, quinimò etiam creditoribus matrimonio prioribus, contra communem, plerique anteponandum exiſtimarunt; & hanc ſententiam veriorem aſſerunt Galli & P. de Bellæ Perticæ & Cinus *in dict. l. aſſiduis,* Angel. *in §. lex conſequentes, Num. 4. 97.* Faber *in dict. §. fuerat, num. 6. inſtitut. de actionib.* Baldus *inſtitut. pag. 380.* Baldus Nouellus *de dote, part. 6. numer. 16.* Iacob. Curtz. *in dict. l. aſſiduis, & ad titul. de action. pag. 66.* Auton. Coſtanus *de dote l. cap. 7. numer. 5.* eamque Græcorum authoritate probari teſtatur Harmenopulus *lib. 1. titul. 8. & libr. 3. tit. 5.* & nouiſſimè Fridericus à Solis, *de dote quæſtion. 42.* & ita fuit iudicatum Tholoſæ, vt refert Chatond. *aux memorables obſeruations du droict Françoys, in verb. du dot, & reſponſ. lib. 7. reſponſ. 6.* ſed in caſu, in quo verſamur, nullo modo

Digitized by Google

probabile eſt, velle imaginari fraudem in pecunia rea-
liter numerata, vel fructuum conceſſione, quacùm-
que conſtitutio in immobilibus præceſſiſſet, cùm de-
bita tot annis poſtea fuerint contracta.

ARGVMENTVM.

AN & quando reductio, ad minorem ſummam debiti ceſſi, ſpectet ad cedentem vel ceſſionarium?

SVMMARIVM.

1 *Reductio & damnum quod culpa ceſſionarij accidit, eius, & non cedentis, periculo cedit.*

2 *Caſus poſt venditionem contingens, qui non habet cauſam a tempore præterito, ad emptorem, non ad venditorem ſpectat.*

3 *Damnum, quod ex culpa cedentis accidit, ad ipſum ſpectat.*

4 *Venditor, de euictione conuentus, non poteſt opponere de defectu denunciationis, ſi non doceat de ſuo intereſſe, hoc eſt, ſe habuiſſe facultatem defendendi, ſi fuiſſet vocatus.*

5 *Quod facto Principis accidit, damno ceſſionarij cedit.*

CONSILIVM CLXXXX.

VISIS actis productis in cauſa
præcepti nobilis Franceſiæ de Ve-
ris, ſeu domini Herculis de Tilia
eius mariti, contra dominum Ca-
pitaneum Hieronymum de Ve-
ris, fratrem d. Franceſiæ, & maxi-
mè verbali per Commiſſarium
ſuper reductione debitorum loci
ſaltus deputatum facto, cùm per illud conſtet, ceſſio-
nem 500. aureorum per dict. locum ſaltus Sebaſtiano
de Veris, patri dict. Franceſiæ debitorum, & per eun-
dem in contractu matrimonio eidem Franceſiæ ſeu de
Tilia marito ceſſorum, fuiſſe bonam declaratam pro
ſumma 294. ſcutorum vnius ſolidi, ſex denariorum, nõ
poteſt dict. Franceſia pro rata dict. ſummæ quidquam
a dict. domino petere, ea ex quod ea ſumma in eodem
verbali reducta eſt ad 62. aureos, 2. ſolidos & 6. dena-
rios: nam id contingit, vel quia dict. de Tilia plus in-
tereſſe nomine ſumpſerit, quàm per ordinationes Re-
gias ei permiſſum erat, vel quia ratione totius ſummæ
500. aureorum intereſſe receperit, cùm tamen non niſi
294 aureorum recipere debuerit, & ſic facto dict. de
1 Tilia huiuſmodi ſecunda reductio contigit, quæ pro-
pterea damno ipſius cedere debet *l. tenetur, 6. § ſi tibi
§ ff. de actio. empti l. emptor. Cod. de euictionib. l. ſi ideo ff. eod.*
vel quia ea indulgẽtia Regis tertia pars intereſſe quo-
rundam annorum remiſſa eſt, quæ tamen integra rece-
2 perat dict. de Tilia; & ſic ob caſum qui poſt vendi-
tionem accidit, qui cauſam ex præcedenti tempore
ceſſionis non habet, qui caſus ad emptorem, non ad
venditorem pertinet. *l. 1. Cod. de pericul. & com. rei ven-
dita.* Natta, *conſil. 181. num. 3.* Pet. de Rauen *ſingul. 48.*
& Oſaſcus *deciſ. Pedemontan. 48. num. 5.* ideóque Aduo-
catus dict. Franceſiæ nimis fauet eidem, dum actio-
nem etiam pro dict. ſecunda reductione habere con-
tra ipſius fratrem contendit, ſi eo ſolo verbali nite-
retur: ſed, vt audio, prætendit probare, patrem dict.
Franceſiæ, eùm prædictæ reductionis notitiam habuiſ-
ſet, ſæpius declaraſſe, vt integra ſumma 500. aureorum
eidem reſarciretur. Sed cùm hoc ex facto dependeat,
de quo mihi non conſtat, non poſſum de eo reſpon-
dere.

Quoad verò ſummam 206. aureorum, quæ detracta
fuit de dict. ſumma 500. aureorum per dict. Com-
miſſarium, certum eſt, dict. Capitaneum de Veris
vnà cum intereſſe ad rationem 7. pro centenario à die
conſummati matrimonij, ſorori, ſeu dict. de Tilia ma-
rito, refundere debere; nam cùm dict. ceſſio 500. aureo-
rum culpa dict. Sebaſtiani, quia nimirum plus intereſſe
nomine, & per anticipatas ſolutiones, quàm per ordi-
nationes regias permitteretur, accepiſſet, fuerit ad dict.
ſummam 294. aureorum reducta, totum id damnum
dict. Sebaſtiano cedere debet, & dict. de Tilia, ſeu 3
Franceſiæ vxori reſarciendum eſt, *l. 2. § ſi venditor, de
hæred. vel actio. vendit.* Imò, etſi non promiſiſſet de
euictione, quod tamen fecit, cùm tamen ex dict. redu-
ctione appareat pro parte non eſſe verum debitum,
idem dicendum eſſet, *l. ſi nomen, cum l. ſeq. ff. eod.* quod
quidem ex ſe planum eſt, nec indiget magis exquiſita
probatione, maximè quia admodum doctè circa eam
rem ſcripſit Aduocatus dict. Franceſiæ, & obiectiones
quæ fieri poſſent optimè diſcuſſit: attamen vnum aut
alterum ſolùm attingam, quod magis vigere videtur;
nimirum, quod dict. de Tilia non denunciauerit litem
dict. Sebaſtiano, minúſque eam defenderit, ſed hoc
facilè tollitur, etiam poſito, nullomodo dict. Sebaſtia-
num vocatum fuiſſe, cùm tamen ex verbali contra-
rium appareat: nam vt mittam varias ſolutiones, per
dict. Aduocatum datas, venditor conuentus iudicio 4
euictionis, non poteſt obijcere de denunciatione litis
non facta, niſi doceat de intereſſe ſuo, hoc eſt, niſi o-
ſtendat, quòd ſi fuiſſet interpellatus habebat modum
& facultatem illum defendendi, Crauet. *conſil. 83. nu. 5.
& conſil. 179. nu. 6.* Natta *conſil. 132. num. 5.* poſt Imolam
in cap. final. de euictio. & Alex. *in l. non ſolum, § morte, de
ope no. nunciat. & in l. domus, § de euictione. de leg. 1.* Ca-
pella Tholoſana, *quæſt. 407. verſ. ſexto moſi.* At verò dict.
Sebaſtianus nullo modo poterat ſe defendere aduer-
ſus iniuſtã intereſſe exactionẽ, imò erat in dolo; cùm
enim ſciret de iure, ſortem ob huiuſmodi intereſſe di-
minuendã, eam tamen totam, quaſi integrè deberetur,
ceſſit, ex quo ſolo capite denunciatio non eſt neceſſa-
ria, *l. ſecurus, § ſi ſciens, de actio. empt.* Capella Tholoſa-
na *dict. quæſt. 407.* eodémq; modo ei ſatisfit, quod di-
citur de Tilia non defendiſſe; eo enim caſu ſolùm non
poteſt agere, ſi cauſam amiſit, quia non defendit, non
ſi quãuis defendiſſet, amiſſurus fuiſſet cauſam, *l. ſi ide-
o, ff. de euictio.* nec tenetur appellare, debet enim agno-
ſcere bonam fidem, & cauſam iniuſtam non perſequi,
Afflict. *deciſ. 49.* ſed inſtabit aliquis, non ſolùm ob in-
tereſſe ſucceſſiuum à dict. de Veri receptum, fuiſſe de-
ductam dict. ſummam, ſed etiam quia duo vel tres anni
inciderunt in tempus de Veri, quibus Rex tertiam
partem intereſſe, & penſionum remiſit, quod, cùm fa-
cto Principis acciderit, & poſt ceſſionem, damno ceſ- 5
ſionarij cedere debet, Rota Genuen. *deciſ. 56.* Crauet.
conſil. 95. num. 133. nam id habet locum, cùm res vendita
à Principe aufertur, ſed ſi e pecunia, ſoluta Sebaſtiano,
repetitur à de Tilia, qui propterea regreſſum debet
habere aduerſus de Veri, arg. *l. 1. ff. de condit. ſine
cauſa & ex æquitate, l. ſi me & Titium,
ff. de rebus creditis.*

ARGV-

ARGVMENTVM.

QVæ ſolemnitates requirantur in reuocatione teſtamenti.
Et an teſtamentum inter coniuges factum, ſine alterius conſenſu reuocari poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Eadem ſolemnitas in reuocando teſtamento, quæ in condendo requiritur.*

2 *Non eſt tamen neceſſarium vt apponatur ratio, quia vult decedere inteſtatus, ex veriori ſententia contra communem.*

3 *Communis ſententia notoriè falſa, non eſt ſequenda.*

4 *Ex conſuetudine Pariſijs obſeruata, teſtamenta, quibus coniuges inuicem inſtituunt hæredes, non poſſunt ſine conſenſu alterius reuocari.*

5 *Quando conſenſus alicuius requiritur in aliquo actu, pro ipſius intereſſe, ſufficit, ſi ex poſtfacto adhibeatur.*

6 *Dos non redit ad dotantem, muliere ſine liberis decedente, niſi ſit pater, aut ſtipulatio interceſſerit.*

7 *Auus cenſetur, contemplatione filij, neptem dotaſſe.*

CONSILIVM CLXXXXI.

EX facto mihi propoſito per Illuſtrem D Mutium Chanellonũ, cohortis peditum ſtationariorum in hac patria præfectum, tria reſultant dubia, paucis & deciſiuè per me diſcutienda.

Primum, an teſtamentum per d. Bernabeam, filiam Illuſtris Rutilij Chanelloni, patris d. Mutij conditum (quo hæredem eius maritum inſtituerat, illi piam cauſam in dotem ſubſtituendo,) legitimè poſtea per ipſam reuocatum fuerit?

Alterum, caſu quo reuocatio non fuerit valida, an rus, ſiue prædia, de quibus in dict. facto in dotem d. Bernabeæ conſtituta, d. Mutius vindicare poſſit?

Tertium, caſu quo poſſit, an ſaltem 2000. ſcuta hæredi d. Bernabeę ſoluere teneatur?

Ad primum, aut ius commune inſpicimus, aut municipale loci, vbi teſtamentum eſt conditum. Pri-
1 mo caſu, eadem ſolemnitas in reuocando, quæ in condendo teſtamento requiritur; ideóque idem numerus teſtium intereſſe debuit, alioquin reuocatio non ſortiretur effectum, *l. hac conſultiſſima §. ex imperfecto, & l. iubemus*, vbi DD. *Cod. de teſtamentis:* quæ DD. ſententia Arreſto Senatus Pariſien. confirmata fuit, vt refert Charond. *libr. 3. reſponſor. cap. 49.* At ſi idem numerus teſtium intereeſſerit, ideóque eo reſpectu valida ſit reuocatio, inueſtigandum eſt, an reuocationi adiecta ſit hæc ratio, quia volebat decedere inteſtatus; quæ ſi defuerit, res dubia
2 redditur, videtur enim communis Schola DD. tenere, ea clauſula deficiente, reuocationem non ſubſiſtere, Bartol. *in leg. ſi iure ff. de leg. 3.* Deci. *conſil. 582. numer. 1.* Ruin. *conſil. 6. numer. 1. volum. 2.* Iaſon & alij *in l. ſancimus, Cod. de teſtament.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 2. tit. 15.* Clar. *§. teſtamentum, quæſt. 91. & 92.* Nihilominus ego in contrariam ſententiam lubens deſcendo. Cùm enim de voluntate teſtatoris conſtet, & is diſertis verbis teſtamentum reuocarit, declaraueritque, ſe nolle id habere effectum, ea voluntas ſeruanda eſt; ita enim, caſſando & reuocando eius teſtamentum, videtur in dubio velle decedere inteſtatus, & inuitare voluiſſe tacitè venientes ab inteſtato iuxta *l. conficiuntur, § 1. ff. de iure Codic.* & per aditionem poſtea venientium ab inteſt. ademptio in teſtamento confirmabitur, *l. ſi ita quis, ff. de hæredib. inſtit.* atque hoc videtur apertè probari ex *l. 1. §. pen. ſi tab. teſtam. null. extab.*

Nec obſtat, quòd illa clauſula, *quòd volebat decedere inteſtatus*, non fuerit appoſita; nam contraria ſententia, nempe eam clauſulam neceſſariam non eſſe, ſufficereque expreſſam, & diſertis verbis factam reuocationem, abſque illius clauſulæ expreſſione, verior eſt, quam tenent & firmant Bald. *in l. ſancimus. Cod. de teſtam.* Imol. poſt Onoffrium Peruſ. *in l. ſi ita ſcriptũ, §. regula, in fi. ff. de liber. & poſthum.* Salicet. *in d. l. ſancimus,* cùm opinionem Bald. vltimã ponit, Angel. *in §. 7. quib. mod. teſt. infirm.* dum Onoffrij opinionem vltimo loco refert, Guid. Pap. poſt Pet. de Beſuntio & alios *qu. 200. num. 2.* Barbat. *in addit. ad Bart. in d. l. ſi iure*, & fuſiſſimè *in conſil. 60. lib. 2. in 2. dubit. per tot.* Socin. iun. *conſ. 145. num. 2. cum ſeqq. lib. 3.* vbi variis rationibus hanc ſententiam tuetur, & reſpondet ad ea quæ in contrarium afferuntur: Et certè naturalis ratio ita dicta, vt ſufficiat reuocatio expreſſis ita verbis facta, abſque illius clauſulæ expreſſione, alioquin eſſet multum captioſa, vt inquiunt Socin. & Barbat. vbi ſuprà teſtatoribus vulgaribus qui neſciunt dicere, *quia volo decedere inteſtatus*, arbitrantes id ſequi, reuocato teſtamento, maximè cùm totum fundamentum Bart. ſit, vt per aditionem venientium ab inteſt. confirmetur ademptio facta hæredi, in præcedenti teſtamẽto inſtituto, & illud æquè benè continget, ſiue teſtator exprimat, *quia volo inteſtatus decedere*, ſiue non exprimat, ipſe etiam Graſſus *in §. teſtamentum, qu. 84.* hanc aſſerit veriorẽ, quoniam, inquit, teſtator ſi voluit teſtamentũ non valere, intelligitur tacitè legitimos hæredes ab inteſt. vocare, vnde iniquũ eſſet, contra expreſſam teſtatoris voluntatẽ, teſtamentũ eius velle ſuſtinere. Et quãuis contraria ſentẽtia dicatur cõmunis, tamẽ cùm ſit notoriè falſa, ea nõ eſt ſe- 3
quenda, Oſtien. & Ioan Andr. *in c. 1.* vbi eos referunt & ſequuntur Abbas *nu. 5.* Berous *nu. 269.* Mantic. *nu. 11.* & alij *de conſtit.* ſecundo caſu, hoc eſt, ſi iure municipali cautũ eſt, teſtamenta quib. coniuges inter ſe inſtituuntur hæredes, nõ poſſe reuocari ſine inſtituti conſenſu, aut ſaltẽ niſi intimatione illi facta, quẽadmodũ audio in loco, in quo d. Bernabea condidit d. teſtamentũ, tale ſtatutũ eſſe: planè reſpondendũ eſſet, tale ſtatutũ eſſe
ſeruandum, qualẽ conſuetudinẽ Pariſijs receptã refert 4
Charon. *in memorab. iur. Gallic. ver. teſtament.* idq; optima ratione, ne ſcil. cõiuges ita inſtituti decipiãtur, exiſtimãtes ſe inſtitutos, & propterea ſimilẽ inſtitutionẽ, vel donationẽ vel quid aliud facientes. Quod quidem verum eſt in ſe, ſed ſi probaretur, quẽadmodũ mihi affirmatũ fuit, maritũ d. Bernabeę huiuſmodi reuocationem ſciuiſſe, & quod magis eſt, eidẽ conſenſiſſe, déque voluntate ipſius factam fuiſſe ſiue ante, ſiue poſt huiuſmodi reuocationem, etſi non in ipſo actu hoc acciderit, reuocatio valida erit: quoties enim conſenſus
requiritur ab aliquo, pro intereſſe illius conſentire 5
debentis, tunc ſatis eſt ſequi conſenſum ex interuallo, etiamſi actus præcedens ſit nullus, dũmodo approbatio eius pendeat ex poteſtate cõſentientis, *l. 1. §. prodeſt, 2. reſp. ff. quor. legat. & l. filius, §. vlt. de procur.* & ibi Bart. iuncta Clemen. *1. eod.* Mohedan. *dec. 85.* Natta *conſ. 651.* Myſing. *obſerua. 34. cẽt. 2.* nec refert, an per teſtes, vel per acta huiuſmodi cõſẽſus probetur, *d. l. 1. ſi ſolẽnib. l. in exercendis C. de fid. inſtr.* cũ conſenſus tunc non ſit de forma actus, Myſing. *dict. obſerua. 54.* Maximè cùm ſufficiat intimatio, & ſic quòd peruenerit ad ipſius notitiam: adeò vt ſi ſtatuto prohibetur fieri probationem in quibuſdam caſibus, niſi per publicum inſtrumen-

tum, hiſ tameu etiam caſibus poterit fieri probatio pet teſtes, ſi tamen tunc quinque ſint numero, Marſil. *ſing* 15. Cæpol. *caut.* 2, 3.

Ad ſecundũ cũ dict. D. Mutius, de tempnre dict. conſtitutionis dict. dotis, & etiam nunc, minor ſit, &, quod magis eſt, nunquam ratam habnerit huiuſmodi conſtitutionem, quæ abſque dubio illi notoriè eſt dãnoſa, nullum eſt dubium, qoin huiuſmodi prædia & ſua eſſe poſſit aſſerete, ipſique ſint adiudicanda, ex *l.* 1. *& tototit. ff. de reb. eor. qui ſub tutel. & l.* 1. *& toto tit ff de minor. cum iur. vulgar.* & quamuis forſan aliqua huiuſmodi prædia fuiſſeot pro dote adiudicata, tamen, vt audio, talis adiudicatio non habnit effectum, imò dict. Mutius ante conſtitutionem prædictam, in illorum poſſeſſionem fuit miſſus, illiſque fruitus eſt. Et vtcunque ita fuiſſet iudicatum, ſemper dict. dominus Mutius foret teſtituendus, conſtito de non iure dict. Barnabeæ, & ſic læſione dict. Mutij. Conſtaret autem de dict. non iure & læſione per traoſactionem authore Excellentiſſimo magno Duce Etrutiæ initam, de qua in themate.

Ad poſtremum, non exiſtimo dict. D. Mutium poſſe euitare, quin 2000. ſcuta debeantur hæredibus dict. Barnabeæ, ſiue enim patruus, ſiue frater patruelis, dotem promiſerit & ſoluerit, nullum ius eam reperendi dict. Barnabea ſine liberis defuncta habet, cùm nulla ſtipulatio de dote reddenda dotanti interceſſerit, vt in caſu *deciſ.* 196. de Franch. Nec ſumus in terminis *l. dedit dotem, ff de collat.* etſi enim ex promiſione domini dos hæc debeatur, tamen eam auus non conſtituit viuo patre, nec pater ſuperuixit, vt adeum ex perſona 7
aui ius reperendi dotem perueniat, quia ipſius contemplatione anus cenſeretur dotaſſe, niſi aliunde conſtet, filiæ cõtemplatione dotem conſtituiſſe, *l. auus ff. de iur. dot.* vt eaplicant Gail. *pract. obſer.* .... Peregr. *tract. de fideicom. art.* 37 *num.* 11. Imò cùm tranſactio interuenerit ſuper lite, quæ mota erat inter dominam Barnabeam & eius patruos, ſuper fideicommiſſo ab auo facto, & vt à lite diſcederetur, ſimpliciter promiſſa ſint dict. 2000. ſcuta, dotis nomine ſolnenda, nec vllum ius patruis recuperandæ dotis in aliquem caſum reſeruatum ſit, & ea tranſactio authore dict. Excellentiſs. magno Duce Etrutiæ facta ſit, & nuptiæ deinde ſequutæ, videtur ius dict. Barnabeæ circa dict. 2000. ſcuta irreuocabiliter quæſitum.

ARGVMENTVM.

DE donatione cauſa mortis, an abſenti, vel præſenti tacenti facta valeat. An ex ea, ſi extra teſtamentum facta ſit, Falcidia detrahatur.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula appoſita in teſtamento,* ſi non valet in vim teſtamenti, valeat iure codicillorum, vel donationis cauſa mortis, *non poteſt quis ſe iuuare, vt valeat in vim donationis cauſa mortis, niſi fuerit præſens; & an ſufficiat præſentia, & taciturnitas,* & num. 3.

2 *Donatio cauſa mortis abſenti facta non valet.*

4 *Si in teſtamento cæci ſolemnitates à iure requiſitæ deficiant, id non poterit valere in vim donationis cauſa mortis, ex clauſula codicillari, vt ſuprà poſita, ex veriori ſententia, communis tamen eſt in contrarium,* & num. 7.

5 *In donatione cauſa mortis requiruntur quinque teſtes.*

6 *Filiusfamilias donare poteſt inter viuos, non cauſa mortis, ſine conſenſu patris.*

8 *Quando communis ſententia non eſt vera, ea non eſt ſequenda.*

9 *Ex donatione cauſa mortis detrahitur Falcidia.*

10 *Etſi donatio cauſa mortis extra teſtamentum facta ſit,* & num. 13. & 14.

11 *Donatio inter viuos teſtamento fieri poteſt.*

12 *Ex donatione inter virum & vxorem, quæ morte confirmari debet, Falcidia detrahitur.*

15 *Donatio, cauſa mortis, omnium bonorum præſentium & futurorum valet.*

16 *Donatio cauſa mortis, per ſimplex teſtamentum, etiam addita clauſula, caſſans & reuocans alia teſtamenta, non reuocatur, quia vtrumque ſtare poteſt.*

CONSILIVM CLXXXXII.

EX cedula Iuris in cauſa vertitur dominos Petrum Augerium, & Chriſtophorum de Bellemonte, tanquam maritos domicellarum Marthæ & Claudiæ Aſtieres agentes, & dominum Alexandrum Aſtiee, earum fratrem, in Curia Rectoriatus Comitatus Venayſſini ſe defendentem producta, appatet teſtamentum domini quondam Chriſtophori Aſterij, conditum de ann. 1600. loci Malaucenæ, nullum eſſe, & defectu ſolemnitatum in teſtamento cæci requiſitarum, per *l. hac conſultiſſima Cod. qui teſtamen. facer. poſſ.* (deficiunt enim ſigilla) corruere, & omnibus, quæ in contrarium afferri poterant pro validitate dict. teſtamenti, fuit in illa reſponſum, vt hîc repetenda non ſint; vt cùm parte dict. domini Aſterij, in hac cauſa rei, probè cognoſceretur, dict. teſtamentum nulla ratione ſuſtineri poſſe, dictáſque Aſterias ſimul cum ipſo ab inteſtato eorum patrui bonis ſuccedere debere, vt id effugeret, ad aliud remedium confugit, nimirum ad clauſulam codicillarem, in dict. teſtamento appoſitam, qua inter alia, ſi dictum teſtamentum, tanquam tale, in vim teſtamenti valere non poſſet, vt in vim donationis cauſa mortis valeret, cantum eſt.

Et quia ea ſe iuuare non poſſet, niſi ſe tunc fuiſſe 1
præſentem doceret, Bart. Socin. *conſil.* 112. incipit *multum abund. vol.* 1. Rol. à Vall. *cõſ.* 82. *in fi. vol.* 1. Harin. Piſtor. *q.* 13. *num.* 7. Graſſ. *in §. donatio cauſa mortis, qu.* 9. *n.* 2. quod donatio cauſa mortis, ad exẽplar donationis inter viuos, abſenti facta, non valeat, *l. inter mortis ff. de* 2
donat. cauſ. mort. & ibi not. gloſ. & communiter DD. vt dicit Dec. *in l ſi ego, n.* 2. *ff. ſi cert. pet.* Hyppol. de Marzil. *in l. ſi quis, nu.* 98 *de quæſtio.* Ambo. Gomeſ. *var. reſol. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 16. Couarr. *rubr. de teſtam. par.* 3. *nu.* 13. & vt euitaret conflictum opinionum, dum quæritur an ſufficiat ſola præſentia donatarij & taciturnitas ipſius, an verò etiã 3
expreſſa acceptatio, de qua Graſſ. *dict.* §. *donatio cauſa mortis, quæſt.* 8. *num.* 1. in articulis deduxit ſe fuiſſe præſentem, cùm dict. Aſtier patruus dict. teſtamentum condidit, & clauſula codicillaris lecta fuit, ſéq; gratias dict. Aſtier patruo egiſſe, & ſic donationem cauſa mortis acceptaſſe, teſtéſque examinari ſuper eo curauit, non creditur enim id legitimè probaſſe, ipſe enim met ſæpius faſſus eſt, ſe fuiſſe abſentẽ à Camera dum d. teſtamẽtũ recitabatur, & plures ex teſtib. teſtamẽtariis idẽ affirmarunt, ac ipſemet Notarius, ſe dict. Aſtier nõ vidiſſe profeſſus eſt. Sed demus, citra præiudiciũ veritatis, d. Aſtier contenta in articulis legitimè

probaſſe,

ptobaſſe, inoeſtigaodnm eſt, an in vim donationis cauſa mortis dict. teſtamentum ſuſtineator, & caſo quo ſuſtineatot, an aliquod ius dictis ſororibus ſuper
4 bonis dict. patroi cōpetat. Quoad primū, verior videtur ſententia, non poſſe in vim donationis cauſa mortis ſuſtineri, quam amplectitur Ruin. *in l. 2. de leg.* 1. ea text. *in d. l. hac conſultiſſima, ver. qua in eundem modum*, iuxta primum intellectum gloſſ. quem ſequūtur Bart. Alex. & alij plures, vbi probatur, quod cæcus, volens legata vel codicillos facere, ſolemnitatem in teſtamento requiſitam debet obſeruare, & legatis donatio cauſa mortis æquiparatot, ſecundùm Bart. doctrinam, quam omnes ſequuntur *in d. l. 2. de leg.* 1. Nec obſtat ratio, quam, qui contrarium tenent, ſolent afferre, ex Bald. *in d. l. hac conſultiſſima*, quod ſcilicet quoad ordinationem, modum, & formam æquiparetur contractui, itam autem ſolemnitatem reſpicere ordinationem. Nam id verum eſt, æquiparari contractui, quod debet fieri præſenti, vt maior ſit firmitas, ſed quod minor ſolemnitas requiratur, quàm in vltimis voluntatibus, non vt ſi forſan in aliquo eſt maior ſolemnitas in aliqua voluntate, ea nō deſideretur in donatione cauſa mortis, quod patet ad ſenſum; nam numerus teſtiū reſpicit ſolemnitatem, & tamen qoinq; requiruntur in
5 donatione cauſa mortis, *l. vlt. C. de donat. cauſ. mort.* Reminal. *in princ. de donat. num.* 342. Giaſ. *in §. donatio cauſa mort. q.* 1. ſicut in legatis & codicillis: Minúſque obſtat argumentum quod faciunt, Cæcus poteſt cōtrahere & donare inter viuos, ergo multo magis cauſa mortis. Fallaciſſima enim eſt huiuſmodi argumentatio; nā filiusfamilias contrahere poteſt inter viuos, modò ne
6 præiudicium generet patri, *l. tam ex contractib. ff. de iudiciis*, & tamen donare cauſa mortis, ſine conſenſu patris, noo poteſt, Graſſ. *in §. cauſ. mort. q.* 3. imò quoad ſolemnitatem, maior cautio in vltimis voluntatib. requiritur, quàm in cōtractibus. quod facilius ad ita diſponendum induci poſſunt homines, cùm ea quæ eo modo diſponuntur, & reuocabilia ſint & nō niſi morte confirmentur, faciliúſque & frequentiùs fraudes in illis fierent, niſi per legem optimè illis, maiorē ſolemnitatem ſtatuendo, conſultū fuiſſet. Quare, quemadmodum in teſtamento cæci maiores ſolemnitates, quā in aliis aliorum teſtamentis requiruntur, ita & quoq; in donatione cauſa mortis à cæco facienda, maiores requiri debent, alioquin facillimè inutilis & vana redderetur diſpoſitio *d. l. hac conſultiſſima.* Nam ſi in codicillis, in quibus quinq; teſtes, ſicut in donatione cauſa mortis, tantum requiruntur, eadem ſolemnitas quæ in teſtamento cæci requiritur, idem planè in donatione cauſa mortis ſtatuendum eſt: quod ni fiat, corabitur vt donatio cauſa mortis fiat, & eludetur diſpoſitio d. conſtitutionis. Et tamen notoriū eſt, quod quæ fraudes potetāt fieri in codicillis cæci, & quib. vt occurreretur, d. conſtitutio facta eſt, eædem fieri poſſunt in donatione cauſa mortis, cùm ea, ſicut & codicilli, vſq. ad mortem reuocabilis ſit, & non niſi morte confirmetur. Sed tamen quia Graſſ. communem eſſe in contrarium teſtatur *in d. §. donatio cauſa mortis, q.* 7. poſt Hypolit. Rim.
7 *in princ. de donat. in inſtit. n.* 626. & quia iam pleriſq; ea religio, imò ſuperſtitio inualuit vt à communi non audeant diſcedere, potiúſque inquirant, an communis, quàm an vera ſit ſententia, contra quam fieri debet,
8 vbi enim communis falſa eſt, ſequenda non eſt, Oſtien. Ioan. And. *in cap.* 1. vbi eos referunt & ſequuntur Abbas *nu.* 5. Bero. *nu.* 169. Mantic. *nu.* 11. & alij *de conſiſt.* Ad aliud dubium deſcendendum eſt.

An ſcilicet, præſuppoſita validitate d. donationis, aliquod ius competat dictis ſororibus. In quo deciſiuè reſpondendū eſt: dictis ſororib. ſimul & d. Alexandro eorum fratri, quartam Falcidiæ nomine competere, & vnamquamque ex dictis ſororib. duodecimam partis totius hæreditatis dict. Chriſtophori habituram. Nam 9
hoc certiſſimum eſt, ea donatione cauſa mortis quartā Falcid. detrahi, *l. cum pater, §. 1. de leg.* 2. *l.* 1. *§ ſi quis ex mortis, ff. quor. legator. l. ſi mort. l. penult. Cod. ad l. Falcid.* gloſ. *in l.* 5 *& in l. in donation. C. ad l. Falcid. & in l.* 2. *C. de donat. cauſa mort.* Alex. *conſ.* 7. *nu.* 11. *in fin. lib.* 6. Rub. *conſ.* 59. *num.* 6. Didac. Couarr. *rubr. de teſtam. par.* 3. *n.* 20. poſt Bart. Bald. & cæteros, & hoc quidem in ſe veriſſimum eſt. Sed aliquis dubitationem forſan mouebit, quod cùm hoc teſtamentum corruat, valeátq; ſolùm in vim donationis cauſa mortis, ea cenſenda eſt, ac ſi extra teſtamentum facta fuiſſet. At verò ſobiicient, quod dicitur, Falcidiæ in donationibus cauſa mortis locum eſſe, id intelligendum eſt, quando donatio cauſa mortis fit in teſtamento vel codicillis, non antē ſi fiat extra teſtamentum, vel codicillos, Couarr. *d. par.* 3. *n.* 20. quem 10
etiam refert Illuſtr. Card. Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.* 1. *tit.* 13. *nu.* 1. *in fin.* Sed conſtanter tenendum eſt ex quacumque donatione cauſa mortis, etiā à teſtamento, vel codicillis ſeparata, detrahi Falcidiam. Sententia enim Couar. eſt manifeſtè cōtra leges ipſas, eorúmq; mentē, contra rationē & ea ipſamet ratione per Couarr. allegata conuellitur; & deniq; contra authoritatē & mētem omnium DD. contra ll. quia generaliter ll. ſupradictis canetur, in donationibus cauſa mortis Falcidiæ locum fore; ita vt nos diſtinguere nullo modo debeamus, *l. de precio de public in rem actio.* imò eo ipſo quod donatio cauſa mortis, eſt ſpecies vltimæ voluntatis, in qua deſiderantur quinq; teſtes, ſicut in codicillis, potiùs intellexerūt Legiſlatores, Falcidiæ locū fore in ea donatione, quæ à codicillis ſeparata eſt; nam ſi ſolum intellexiſſent de ea tantùm quæ in teſtamento, & codicillis fit, inutiliter ſtatuiſſent quinq; teſtes requiri, cùm in teſtamēto 7. & in codicillis 5. certiſſimè requirerentur, & abſq; dubio etiā eſſet ex d. donatione, quę non niſi teſtamēto vel codicillis valeret, Falcidiæ locū fore: & cùm donationē cauſa mortis nominant, & non tem donatā cauſa mortis, ſeparant abſq; dubio à teſtamento, & à codicillis. Neq; enim ex illis, ſed ex legatis in illis relictis detrahitur Falcidia, & quemadmodum in illis vltimis voluntatibus ex legatis detrahitur, ita & in donatione cauſa mortis, ſeparata ab illis vltimis voluntatib. eſt locus Falcidiæ. Contra rationem. quia non detrahitur Falcidia ex legatis, quia ſunt in teſtamento, vel codicillis, ſed quia reuocabilia ſunt, & nō niſi morte confirmātur, alioquin ſequeretur maximū abſurdū, quod ex his omnib. quæ in teſtamēto fierēt, detraheretur Falcidia, quod tamen eſt falsū. Nā donatio inter vi- 11
uos poteſt fieri teſtamēto, gloſ. *in l. hæredes palā, in fin.* & ibi Franch. de Aret. *de teſtam. per text. in l. aſsignare ff. de aſsignat. lib. & text. in l. ex ſenten. ff. de teſtam. tutel.* Afflict. *deciſ.* 275. Boer. *dec.* 353. *n.* 4. *&* 5. & tamen ex ea non detrahetur Falcidia: ita & in donatione cauſa mortis, eſt locus Falcidiæ, nō quia teſtamētu vel codicillis fieri debeat, ſed quia reuocabilis ſit, & nō niſi morte cōfirmetur. Patet manifeſtè, quia ex donatione inter virum 12
& vxorē, quæ extra teſtamentū & per verū & purū cōtractū fiebat, detrahitur Falcidia, nō alia planè ratione, quā quia morte confirmabatur, *l. ex verbis, l. donationes* 1. *C. de donat. inter vir. & vxor. l. in donat. C. ad l. Falcid.* nā ſi aliquo caſu ſtatim valerēt, vt quādoq; valet, & vt *in l. ſi ſponſus, §. conceſſa, ff. de donat. inter vir. & vxor.* nō poſſet detrahi Falcidia, *ſi vſuſfructus, §. dos ff. eod.* vt ſola confirmatio, quę ex morte dependet, locū Falcidiæ faciat: ideóque in donatione cauſa mortis, vbicumque ſit facta, cùm non niſi morte confirmetur, locus erit Falcidiæ.

Conuellitur & contra ipſum Couarr. pugnat ratio
ſeu authoritas, quam ipſe refert, nimirum, *dict. l. in do-*
nationibus, Cod. ad l. Falcid. ex ea enim ſuprà deſum-
ptum eſt validiſſimum argumentum, quo probatur,
13 in donatione cauſa mortis, extra teſtamentum & Co-
dicillos facta, locum eſſe Falcidiæ, quia nimirum in ea
ſtatuitur, huiuſmodi detractionem habere locum in
donatione inter virum & vxorem, quæ tamen extra
teſtamentum & codicillos ſolet fieri, dum verò vult
coniungere cum *dict. l. in donationibus, l. donationes*
quas parentes, Cod. de donat. inter vir. & vxor. nihil inde
firmi deſumere poteſt, & loquitur de inſinuatione, quę
in donatione inter virum & vxorem, in eo quod exce-
14 dit 500. aureos debet fieri, niſi in teſtamento facta fue-
rit, quo caſu, quia in vim relicti ſuſtineri poteſt, ceſſat
inſinuatio. Sed ex eo non poteſt duci argumentum
ad Falcidiam, quæ diſparem habet rationem, cui ſem-
per locus eſt, dummodo donatio ſit reuocabilis &
morte confirmetur.

Quoad authoritates DD. omnes paſſim vno ore,
ſiue in teſtamento, ſiue non, ſit facta, donatio cauſa
mortis, locum fore Falcidiæ concludunt, & in termi-
nis Bart. *in l. fin. num. 11. Cod. de pact.* Rand. *de Analog. ca.*
23. num. 60. Gall. *in §. donatio cauſa mortis, quæſt. 14.* &
ipſi met Mantic. diſertè à Didaco recedit, *dict. tit. 13.*
lib. 1. num. 2. ex eo quod dictæ detractioni locus ſit in
donatione inter virum & vxorem, & in donatione pa-
tris in filium collata, Roman. *conſil. 75. num. 1.* quæ ta-
men donationes in teſtamentis & Codicillis fieri non
ſolent. Et planè non alia ratione omnes DD. vno ore 15
concludunt, donationem cauſa mortis omnium bo-
norum, præſentium & futurorum valere, quàm quia
per eam non præcluditur via teſtandi, cùm ea non ob-
ſtante poſſit donans habere hæredem, ſiue teſtamen-
tarium, ſiue legitimum, qui Falcidiam detrahet, Bart.
in dict. l. fin. num. 11. quem communiter DD. ſequuntur,
vt atteſtatur Cagnol. *ibid. num. 278.* Socin. *conſil. 232. lib.*
2. non alia etiam ratione à DD. communiter rece-
ptum eſt, huiuſmodi donationem cauſa mortis om-
nium bonorum præſentium & futurorum, non reuo-
cari per teſtamentum ſubſequens, etiam cum clauſu- 16
la, *caſſans & reuocans*, quàm quia vtrumque ſimul ſta-
re poteſt, non enim erit ſcriptus hæres in vanum pro-
pter huiuſmodi Falcidiæ detractionem, & in reliquis
ſortietur effectum donatio, Aretin. *conſil. 74. num. 11.*
Oſaſc. *deciſ. 117. in fin.* Cravet. *conſil. 144. num. 10.* Didac.
de teſtam. rubr. in tertia part. num. 19. Mantic. *de coniect.*
lib. 12. tit. 7. num. 6. Randen. *dict. cap. 23. num. 70.* Ex qui-
bus concluditur ſimul & petitur, caſu quo dict. teſta-
mentum in vim donationis ſuſtineatur, vt dominus
iudex, in hac cauſa ius dicens, adiudicet vnicuique di-
ctarum ſororum duodecimã partem hæreditatis
dict. Chriſtophori, iure Falcidiæ vnicuiq;
ipſarum debitam.

A R G V M E N T V M.

PRoximioribus vocatis, an grauantis, vel grauati, proximiores intelligantur.

S V M M A R I V M.

1 *Proximioribus vocatis, proximiores grauantis, &*
non grauati, intelliguntur.
2 *Idque ſine dubio, ſi qui ſe grauato proximiorem dicit,*
non ſit de familia grauantis.

CONSILIVM CLXXXXIII.

VIſo teſtamento per Petrum Rey-
ne condito de ann. 1567. & 25. Maij,
quo inſtituit hæredem ſuum vni-
uerſalem in omnibus & quibuſcũ-
que bonis mobilibus & immobili-
bus, iuribus & actionibus Clau-
dium Rayne, filium ſuum natura-
lem & legitimum, eidem ſubſtituendo in hac verba,
ſubſtituant de luyaux autres ſes plus proches parens, &
au cas de mort ſens enfans, ac præſuppoſito, d. Clau-
dium d. Petri hæreditatem adiuiſſe, eámque longo tẽ-
pore poſſedisse, tandémque ſine liberis deceſſiſſe, ſu-
perſtitibus Hilario Viuar, fratre vterino, & Franciſco
Viuar, filio N. alterius fratris vterini d. Claudij, nec
non Thoma Ynonim, filio Ludouicæ Reyne, ſororis
d. Petri teſtatoris, dictúmque Thomam Ynonim mor-
tuo d. Claudio bona à d. Petro teſtatore relicta per
plures annos poſſediſſe, reſpondetur tanquam hære-
dem Claudij ea tenere non poſſe in iure enim certum
eſt fratres vterinos Claodij d. Thomæ in hæreditate
1 eiuſdem Claodij præferendos, ſed tanquam fideicom-
miſſarios ea legitimè poſſidere, cùm ſint proximiores
teſtatoris. Nam, etſi admodum controuerſa ſit in iure
quæſtio, proximioribus vocatis, an intelligantur pro-
ximiores grauantis, an grauati, adeo vt aliqui gladio
dirimendam eſſe ſcripſerint, vt dicit Melch. Paleac. *in*
tract. maioras. part. 2. quæſt. 8. & de qua fusè diſſerunt
Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 12.* Socin. de Præt.
de interpret. vlt. volunt. lib. 3. ſolut. 3. num. 3. & ſeqq. Me-
noch. *de præſumpt. lib. 4. præſ. 88.* Peregr. *de fideicom. art.*
10. per tot. & nouiſſimè omnium optimè Theſſau. *deciſ.*
64. ex cuius dictis apparet veriorem & magis cõmunẽ
opinionem eſſe, vt inſpiciatur proximitas grauantis,
& non grauati; tamen in caſu noſtro res caret omni
omnino difficultate, & abſque dubio reſpondendum
eſt, proximitatem d. Petri grauantis, & non Claudij
grauati, inſpiciendam, & propterea d. Thomam Yno-
nim, filium d. Ludouicæ Reyne, dd. Viuardis in bonis
fideicommiſſo ſubiectis præferendum, imò dd. Vi-
uardos nunquam eſſe admittendos, tum quòd teſta-
tor dictione, *ſuos*, vſus eſt, dicendo his verbis, *ſes plus*
proches parens, quo caſu omnes DD. vno ore conclu-
dunt, propter naturam dictionis *ſuos*, proximiores te-
ſtatoris cenſeri vocatos, Decian. *conſil. 26. num. 75. lib. 2.*
Peregr. *de fideicomm. dict. art. 20. num. 9.* Theſſau. *dict.*
deciſ. 64. in fin. tum quod dd. Viuardi nullo modo
ſunt de familia teſtatoris grauantis, ſunt enim ex alio
marito Margaretæ Sabatiere, quæ eos ſuſceperat ante-
quam d. Petro teſtatori nuberet. At verò cum quærunt
DD. an inſpiciatur proximitas grauantis, vel grauati,
hoc præſupponunt & neceſſariò requirunt, vt ſint de
familia teſtatoris, ſolúmque quæſtio verſatur, quis in-
ter plures de familia teſtatoris exiſtentes præferatur,
proximior ſcilicet teſtatoris, vel grauati. Sed ſi qui pro-
ximiorem ſe dicit grauati, nullo modo ſit de familia te-
ſtatoris, ille omninò excluditur, nec ſolùm non poteſt
contendere cum proximiore teſtatoris, ſed & nullo ex
familia teſtatoris exiſtente, ipſe ſe vocatum nullo mo-
do poſſet contendere, vt ex omnibus DD. qui de ea re
diſſerunt, cognoſci poteſt, & in terminis hoc aſſerunt 2
Peregr. *dict. loco num. 2. & 14.* Randens *in tract. de ana-*
log. in ſua appendice in 2. part. num. 55. & Theſſau. *dict.*
deciſ. 64. num. 5. Sit igitur hoc certum, d. Thomam Yno-
nim ad

tium ad bona d. Petri vocatum. Nihil refert quod opponitur, à manu hæredis bona fideicommiſſo ſubiecta accipere debuiſſe: Cùm enim bona fide, & nemine repugnante poſſeſſionem dictorum bonorum acceperit, & ea per plures annos videntibus, ſcientibus, & nõ contradicentibus dictis Viuardis poſſederit, non debet in ea poſſeſſione turbari, tum propter conſuetudinem, *le mort ſaiſit le vif*, in Gallia vigentem, tum propter bonam fidem dicti Ynonim, ac taciturnitatem & patientiam dictorum Viuardorum ac denique vt circuitus inutiles & fruſtratorij, qui indè fierent, euitentur. Minúſque illis opponi poteſt, alios in eodem gradu, & forſan proximiori, teſtatori ſupereſſe; de eo enim non conſtat, & vbi conſtaret, ea exceptio dictis Viuardis non competit: nec debent ſe in iuris tertij fundare, & maximè quia cæteris vocatis non agentibus, Thomas ſolus per ius accreſcendi admittitur, eaque quæſtio proximitatis vel eiuſdem gradus poteſt moueri inter eos qui ſe tales prætenderent, & dictum Thomam, non inter eundem & Viuardos.

His ſic ſtantibus excluduntur quidem Viuardi à fideicommiſſo, ſed hæreditatem Claudij legitimè per petitionem hæreditatis ſibi arrogant, quam circa bona à Petro profectam legitima & Trebellianica Claudij conſiſtere contendunt, vtramque verò quartam hoc caſu, quo vnicus tantum præſupponitur filius, dimidiam bonorum dicti Petri importare verè aſſerunt, ſed non propterea dimidiam bonorum, per dict. Thomam poſſeſſorum, petere poſſunt: ſed integra dimidia ad dict. Thomam ſpectat, ex altera verò dimidia funeris impenſa, quam feciſſe, & debita dict. Claudij quæ ſoluiſſe dict. Thomas dicitur, imprimis illi reſarcienda ſunt, tum ſi quid ſupereſit dictis Viuardis adiudicandum. Quoad verò fructus illius quod ſuperfuerit, ſcio in petitione hæreditatis aliter ſolere ſtatui, quàm in iudicijs particularibus, in quibus bonæ fidei poſſeſſor, non niſi poſt litem conteſtatam ad fructuum reſtitutionem tenetur, *l. certum*, cum ſimilibus *Cod. de rei vindic.* At in petitione hæreditatis, etiam ante litem conteſtatam *l. item veniunt, § item non ſolum*, ſed tamen hoc quoque verum eſt, ſi fructus non extent, & conſumpti ſunt, non teneri poſt litem reſtituere, niſi quatenus factus eſt locupletior, *in l. vtrum, l. ſed etſi lege, § fin. cum ſeqq. ff. de petit. hæredit.*

ARGVMENTVM.

QVo in loco, ratione annuorum redituum, ſeu penſionum, contributio fieri debeat?

SVMMARIVM.

1 *Contributio ratione penſionum, in loco contractus, & deſtinata ſolutionis, non vbi bona hypothecata ſunt facienda eſt.*

2 *Penſiones conſtituunt tertium genus, quod dicitur eſſe de loco, vbi deſtinata eſt ſolutio, & creditor domicilium habet.*

3 *Ideóque non computantur inter immobilia, niſi quando ad alterum genus mobilium, vel immobilium, neceſſario referendæ ſunt.*

4 *Actiones loco non circumſcribuntur.*

5 *In emptorem penſionum non transfertur dominium rerum obligatarum, ſed tantum hypotheca.*

9 *Conſuetudo in modo collectandi, ſeruanda eſt.*

7 *In ſeminario contribuere debent bona extra diœceſim ſita, beneficio in diœceſi exiſtenti competentia, niſi certo beneficio, etſi ab illo dependente, eſſent affecta.*

CONSILIVM CLXXXXIV.

LIs eſt inter Priorem & Conuentum Carthuſienſium Bonipaſſus, & Clerum Cauallicenſ. ex eo, quòd Prior contendit ſe grauatum in æſtimatione redituum d. Conuentus, ratione quorum deinde pro rata contribuat tum in oneribus belli Comitatus Venaſſini, pro quibus Clerus eiuſdem, primum ſtatum conſtituens, ſolet contribuere, tum etiã pro ſeminario: grauamen autem, inter alia, in eo fundat, quòd penſiones annuæ & perpetuæ à diuerſis Ciuitatibus & oppidis, etiam extra diœceſim & Comitatum ſitis, eidem Conuentui debitæ, inter cæteros reditus annumeratæ ſint, ita vt etiam ratione ipſarum, tam pro dictis oneribus belli, quàm pro ſeminario contribuat. Aſſerit enim dict. Prior, dict. penſiones de totulo & cumulo redituum dict. Conuentus delendas, cõtrarium Clero defendente: in eo igitur verſatur quæſtio, an dict. Conuentus ratione dictarum penſionum, etiam extra diœceſim & Monarchiam debitarum, in dict. tamen Conuentu ſoluendarum, contribuere teneatur, præſuppoſito contractus dictarum penſionum, ſecundùm mores regnicolis initos, ſcilicet pro ſolutione penſionum omnia bona eam conſtituentis eſſe obligata & vni certæ rei adſtricta eſſe; & analiticè reſpondendum eſt, contribuere debere. Quoties enim quæritur, an ratione dictarum penſionum quis contribuat in loco in quo ſita ſunt bona, quæ pro dictis penſionibus affecta & hypothecata ſunt, an verò vbi celebratus eſt contractus, vel deſtinata ſolutio, ea eſt communis & certa DD. ſententia, in loco contractus & 1 deſtinatæ ſolutionis contributionem faciendam, Bald. *in l. 1. num. 1. Cod. de contrahen. emption. & in l. magis puto, § illud, ff. de reb. eorum.* Panorm. *in cap. fin. num. 30. de foro competen.* & nouiſſimè in terminis Ioan. Palladorius *lib. 1. rerum quotidianarum, cap. 1. § 8. num. 1. & ſeqq.* qui, quamuis contrarium teneat in ſuo caſu, propter verba conſtitutionis Regiæ id importantia, tamen hanc noſtram ſententiam iure communi receptam aſſerit, ſecundùm quam Rota Rom. bis iudicauit, nimirum, *in cauſa Rotomagenſi de la Bourdeſiere de ann. 1571. & in alia Auenion. Carpentoracten. contra ciuitatem Cauallicenſ. ann. 1583.* in dicta potiſſimum *conſ.* Aretin. 10. vbi ex pluribus rationibus concludit, quòd annuæ penſiones dicuntur quoddam ius abſtractum, & 2 ſeparatum de per ſe, & dicunt eſſe de loco vbi deſtinata eſt ſolutio, vbi domicilium habet perſona creditoris, ſequitur & latè comprobat Challan. *de conſuetud. Burgun. in tit. confiſcat. § 1. verſ. appartenans, num. 17.* cuius rei ratio eſt manifeſta, quia annui reditus, niſi ſimus in caſu, in quo neceſſariò ſint trahendi ad alterum genus rerum mobilium, vel immobilium, non computantur inter immobilia, iuxta doctrinam Abba. *in cap. nulli, num. 9. & 10. de reb. Eccleſ. non alien.* & ibi Bero. *nu. 10. cum ſeqq.* Maria. Socin. *de oblat. libell. § quaſt. 5. num. 10. verſic. iuxt. præſtan.* & plerique ita tenent, vt dicit Tiraquell. *de retr. lignag. § 1. gloſ. 6. num. 3. cum ſequentib. & in § 32. numer. 83.* Follet. *in pratic. conſueta fol. mihi 163. numer. 25.* at non verſamur modò in caſu, in quo cogamur applicare iſtos annuos reditus bonis mobilibus, vel immobilibus, ſed tan-

Digitized by Google

tiûm quæritur, vbi collectari debeant, & propterea
conſtituunt tertiam ſpeciem, vt fuſiùs docetur *in d.de-
ciſ. Auen.* conſideratur enim ſolùm actio hypothecaria
4 quam, ſicuti & reliquas actiones, loco non circumſcri-
bi certum eſt, *l.fin.C.de longi temp.præſcript.l.1.§.ſi hæres,
ff.ad Trebell.l.ex facto, 2.§.vnde Seio,ff.hæred.inſtit.* cer-
tum enim eſt, cùm annuus reditus aſſignatur, domi-
nium rerum in emptorem non transferri, ſed hypo-
5 thecam ſolùm conſtitui, *l.Lucius, ff.de alimen.lega.* Bar-
tol.*in l.codicillis, §.inſtituto,& in l.fundus, ff.de annu.le-
ga.* etſi magis magiſque adjectæ fuerint illæ clauſulæ à
Tabellionibus de more quandoque vſurpatæ, vt, in
emptorem cenſus, dominium hypothecatum transfe-
ratur, Couar.*lib.3.variar.reſol.c.11.num.5.* Auendan.*re-
ſponſ.5.* Penſiones igitur hujuſmodi in loco contractus,
& deſtinatæ ſolutionis, contributioni ſubjacent, quod
contraxiſſe quiſque eo loci dicatur, vbi vt ſolueret ſe
obligauit, *l.contraxiſſe,ff.de actio.& obligat.l.quæro,ff.de
ſolu.* Bald.*in l.multum intereſt, §.ſi quis alteri vel ſibi.*

Confirmantur hæc, quòd conſuetudine ita rece-
ptum eſt, vt ratione penſionum contributio fiat in
loco domicilij, & deſtinatæ ſolutionis, vt patet ex Ca-
daſtris ciuitatum Auenion. & Carpentor. & in cotta
Seminariorum dictarum Ciuitatum: ratione enim pē-
ſionum Eccleſiarum metropolitanæ, ſancti Agricoli,
ſancti Petri, & aliarum, in quibus maxima pars redi-
tuum conſiſtit, fit contributio in Seminarijs, etſi debe-
antur à communitatibus extra Monarchiam vel diœ-
6 ceſim ſitis: Conſuetudo autem in modo collectandi
omnem vim habet, & ſequenda eſt, Bart.*in l.cum neque
in fin. C.de inco.lib.10.& in l.1.C.de mulier. & in quo loco
mulier, num.28.lib.10.* Alex.*conſ.78.num.14.& 16.lib.6.&
conſ.52.nu.1.lib.5.* Aretin.*conſ.132.col.4.in princ.* Rube.*con-
ſil.9.n.9.* Deci.*conſ.886.n.6.* Natta *conſ.160.n.14.*

7 Atque hæc quidem ita proponuntur & reſpiciunt
contributionem, tam pro oneribus belli, quàm pro Se-
minario, nam ſi de Seminario tantùm ageretur, res ita
clara & certa eſſet, vt nullo modo in controuerſiam
deduci deberet. Nam ſi verum eſt, bona verè immo-
bilia & ſtabilia, extra diœceſim ſita, quæ tamen non
ſint alicui Eccleſiæ, ibi exiſtenti, affecta, debere contri-
buere Seminario diœceſis, vbi eſt Conuentus, vel Ec-
cleſia, à qua dependent dicta bona: multo magis hoc
de penſionibus ſtatuendum eſt; ſed id, de hujuſ-
modi bonis immobilibus, ſæpius per Illuſtriſs. Cardi-
nales cōgregationis interpretationis ſacroſancti Con-
cilij Tridentini decretum fuit; ergo idem, & multo
magis, dicendum eſt de penſionibus. Multæ autem hu-
juſmodi emanarunt interpretationes ab iiſdem Illu-
ſtriſs. Cardinal. inter quas vna, his verbis concepta eſt,
*ex beneficio quod in diuerſis diœceſibus habet bona, contri-
buendum eſt Epiſcopo loci, in quo eſt beneficij Eccleſia, niſi
bona in alijs diœceſibus poſita, ſint propria vnius beneficij,
quod tum contribui debet Epiſcopis locorum, in quibus bo-
na cum ſua particulari Eccleſia ſunt ſita, dummodo tamen
eadem Eccleſia ſubjecta, aut vnita, conſtructa fuerit ante
acquiſitionem bonorum.* Ex quibus ſentio, ſaluo ſemper
meliori judicio, dictas penſiones à quocumque loco
debitas, contributioni ſubjacere, tam pro oneribus
belli, quàm pro Seminario.

Tota hæc lis per tranſactionem ſopita fuit. Sed
cùm in Rota noſtra lis ſuborta fuiſſet inter Conſules
& Ciuitatem Valriaci, contra D. Anthonium de Simia-
na, illiſque pro ſuo intereſſe Conſules & Ciuitatem A-
uen. adhærentes, vt ratione penſionum per patrem i-
pſius emptarum, quarum ſolutio Auen. deſtinata e-
rat, Valriaci contribueret à die mutati per D. Antho-
nium de Simiana domicilij, & ſic quæ earum eſſet po-
tentior, an deſtinatæ ſolutionis, an domicilij, fuit con-
cluſum, hoc caſu quo à principio vtrumque concur-
rebat, & poſtea domicilium mutatum fuit, eam domi-
cilij eſſe potentiorem, & judicatum in fauorem
Conſulum Valriaci, ſententiaque in rem
judicatam tranſiuit, & execu-
tioni fuit deman-
data.

ARGVMENTVM.

DE poteſtate Commendatarij in Clericos.

SVMMARIVM.

1 *Commendatarij perpetui habentur vt titulares.*
2 *Adeò vt, ſi Titularis habet juriſdictionem in Clericos,
eam habeat Commendatarius.*
3 *Vnio vnius beneficij, facta alteri acceſſoriè, operatur
extinctionem & ſuppreſſionem nominis & tituli be-
neficij.*

CONSILIUM CXCV.

NON videtur dubium, quin R.P. Re-
ctor Collegij Auen. Societatis Je-
ſu, cui Prioratus noſtræ dominæ de
Grezo, in Ciuitate Carpent. & Prio-
ratus loci de Paternis, ab eo depen-
dens, antea in Commendam obti-
neri ſoliti per ſæculares, authorita-
te Apoſtolica vniti ſunt, poſſit curam & ſollicitudinem
habere eorum quæ in dictis Eccleſiis geruntur; præ-
ſertim ſi ornamenta ſint decentia, & vt debent conſer-
uentur, ſi ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum
honorificè cuſtodiatur, Fontes Baptiſmales integri
1 ſint, & alia hujuſmodi. Nam Commendatarij perpe-
tui habentur vt Titulares, cenſenturque, & reputan-
tur Titulares, & ideò diſpoſitio, & jura, loquentia de
Titularibus, ſeu de veris Prælatis, habent locum in il-
lis, Sarnen.*q.5.de trienn.& 4.de publicand.* Probus *in
addit. ad Menoch.in c.nemo, nu.16.cum ſeqq.de elect.in 6.*
fusè Nicol. Garcia.*tract. de benefic.4. part.c.5. num.48.*
adeò vt ſi Titularis juriſdictionem in Clericos ſuæ Ec- 2
cleſiæ habeat, Commendatarius quoque habeat, vt in
terminis docent Boer.*deciſ.271.n.3.* vbi id nedum apud
Gallos, ſed apud Italos obtinere contendit Probus *in
d.c.nemo n.13.14.23.30.* Anton. Fab.*in Codice Fabri lib.1.
tit.3.defin.34.* & quamuis Chopin.*lib.2.de ſacra Polit.
tit.8.nu.15.& 26.& lib.3.c.1.nu.19.* contrarium videatur
ſentire, & Ferret. *ad Guid.q.559.* diſſentientes opinio-
nes conciliando, Cardinalatus dignitatem requirat, vt
Prælatus Commendatarius juriſdictionem in Reli-
gioſos exerceat, tamen Boerij ſententiam indiſtinctè
veriorem docet Bleymian.*introductio.in theor.& prax.
benefic.lib.3.tit.8.de benefic.in tit.& in Commend.num.24.
in gloſſ.lit.F.* & clarè conſtat ex Fabro *d.defin.34.* Nam,
vt inquit Probus, *in d.c.nemo n.23.* Commendatarius
perpetuus melius cenſetur verus Abbas & Prælatus,
& major in his quæ juriſdictionis & adminiſtrationis
Prælaturæ, quàm Titularis. Et vtcumque ſit, etiam ſe-
cundùm

cundùm ſententiam Chopini & Ferrer. Abbas Commendatarius in Clericos ſæculares Eccleſiarum ſibi commendatarum juriſdictionē exercere poteſt, quam ſolùm in Religioſos negant, niſi ſit Cardinalis. Quod eo maximè hoc caſu ſtatuendum eſt, quod dicti Prioratus ſimpliciter & abſolutè d. Collegio Societatis Jeſu, abſque vlla mentione Commendæ perpetuò, & acceſſoriè, non principaliter, vniti ſint, vt ex tenore Bullæ Vnionis conſtat: Ex quo ſequitur, Rectores d. Collegij omnimodam authoritatem in eis habere debere. Nam Vnio vnius beneficij facta alteri acceſſoriè, operatur extinctionem & ſuppreſſionem nominis & tituli beneficij vniti, & judicatur vt prædium ejus cui fit Vnio, Oldrad. *conſ. 257. n. 15.* Sarnen. *in reg. de trien. q. 8. & de infirmis q. 15.* Rebuff. *in praxi in forma nona proviſionis, verborum annexis*, Rota *dec. 758. num. 6. part. 1. & dec. 133. num. 16. part. 2.* & fuit dictum *in vna Virdunen. Decanatus de anno 1580. & in cauſa Burgen. ſeruitij Decan. 13. Iunij 1594.* & alijs relatis per Gratian. *d. tract. part. 12. c. 2. num. 12.*

ARGVMENTVM.

AN conſuetudine induci potuerit, vt bona poſſidentes in territorio Bedoini, non teneantur ſignificare, & minus expectare decimarium per aliquot horas.

An Prior teneatur contribuere pro reparatione murorum.

SVMMARIVM.

1 *In Gallia quilibet tenetur ſignificare diem, quo vult fructus colligere.*
2 *De jure communi, res videtur dubia, ſi conſuetudo ſit in contrarium.*
3 *Sed verius eſt, hujuſmodi conſuetudine non obſtante, cogi dominum certiorare, & expectare per aliquas horas Rectorem Eccleſiæ.*
4 *Conſuetudo, per quam datur cauſa delinquendi, non debet ſeruari.*
5 *Præſcriptio centum annorum ſufficit contra Romanam Eccleſiam.*
6 *Prior non tenetur ad reparationem murorum.*
7 *Contra.*
8 *In hac patria, negatiua verior eſt.*

CONSILIUM CXCVI.

EX documentis nobis exhibitis, per Rdos Religioſos Conuentus Montismajoris ſecus Arelaten. ſcilicet compromiſſo, & ſententia arbitrali lata inter Priorem loci de Bedoino & Communitatem & habitatores prædicti loci, ſub anno 1399. & 13. Martij, qua cauetur quòd Vniuerſitas & omnes habitatores d. loci teneantur fideliter præſtare quintamdecimam partem omnium bladorum in ſtipula ſiue garbis, ſoluendorum in campis in quibus colligentur, ita quòd vnum de Decimarijs Prioris poſt requiſitionem, per tres horas antequam blada de campis eleuent, exſpectare teneantur, & etiam quintamdecimam partem omnium aliorum fructuum: Nec non donatione facta per Illuſtrem Eimido, per quam donauit Venerabili Monaſterio Montiſmajoris Caſtrum de Bedoino cum territorio ibidem pertinente, cum Eccleſiis, decimis, & cum omni oblatione, & Eccleſia ſancti Petri, nominata Monaſtrol, cum omnibus ſuis pertinentijs, limitatum & confrontatum in d. donatione, ſub reſeruatione vſusfructus ejus vita durante, & medietate in fauorem liberorum, ſub datum menſe Decembri, regnante Conrado Rege, Bulla Smi D.N. Papæ Gregorij, qua confirmauit priuilegia d. Monaſterij Montiſmajoris, & nominatim donationē factam eidē Monaſterio per d. Eimido, qua voluit poſt ejus mortē medietatē d. Caſtri pertinere & ſpectare ad d. Monaſteriū, & alteram medietatem ad ſuos filios, & poſt illorum mortē integrè ad d. Monaſteriū. Bulla Innocentij III. qua mandauit Legato vt curaret reſtitui d. Monaſterio quartam partem d. Caſtri, quæ fuerat ipſi occupata per quendam Comitem Tholoſanum. Alia Bulla Papæ Gregorij confirmatoria conceſſionis d. Caſtri in fauorem d. Monaſterij. Duobus homagijs præſtitis per Roſtagnum Deſpartoo in fauorem Rdi Abbatis dicti Monaſterij de quarta parte juriſdictionis d. Caſtri, ſub die 13. Aprilis 1212.

Duo reſultant diſcutienda; Vnum, an conſuetudine induci potuerit vt bona poſſidentes in territorio Bedoini, nō teneātur ſignificare, & minùs exſpectare Decimariū per certas aliquas horas. Alterum, an dicti Rdi Religioſi, ſaltem dimidiam partē juriſdictionis d. loci vendicare poſſint. Tertium addendū eſt, an dicti Religioſi ad murorum d. loci reparationem contribuere teneantur.

Quoad 1. ſi in Gallia verſaremur, extra difficultatem eſſemus, exiſtentib. edictis Regijs de die 19. Dec. 1563 1
& 16. April. 1571. quib. vnuſquiſque tenetur ſignificare diem quo fructus ſuos percipere vult: ſed, cùm verſemur in Comitatu Venaiſſino, quæſtio ex mera iuris communis diſpoſitione terminanda eſt. Et quidem ſi 2
generaliter proponatur, nulla fraudis probatione facta, res difficultatem videtur habere ex tradit. per Cravet. *conſ. 21. per tot.* & ex eo quòd quamuis Rector Eccleſiæ petere poſſit, vt fructus non colligantur per dominum fundi niſi præſente ejus nuncio, aut abſente, denuntiatione priùs legitimè facta, quia pro decima habet partem in fundo & fructibus, Geminian. *conſ. 72. nu. 3. verſ. videtur quod reale*, tamen hoc fallit, ſi conſuetudine contrarium receptum ſit, Zabarel. *conſ. 146. in princ.* Nihilominus verior & receptior eſt ſententia, 3
hujuſmodi conſuetudine non obſtante, eoque dominū certiorare, & exſpectare per aliquot horas Rectorem Eccleſiæ, vt in terminis docent Specul. *tit. de decimis, §. 1. n. 12. verſ. vltimò quæritur*, Guid. Pap. *q. 293. nu. 1.* dum Specular. d. loco allegat, idem Guid. Pap. *q. 70. n. 1. circa fin.* Anfret. *ad dec. Capell. Tholoſ. 433. nu. 4. circa fin.* Tiraq. *in tract. de lignag. §. 1. gloſ. 7. n. 59.* Cujus rei ratio eſt, quia non debet obſeruari conſuetudo per quam datur materia ſubripiendi ipſas decimas, *§. quia verò in authent. vt nulli judicium*: & eſt generaliter verum, in omni materia quòd ſeruari non debet conſuetudo, per 4
quam detur occaſio delinquendi, *c. fin. de conſuetud. c. ſi. de præſcript. c. quod ſuper his, in fin. de cōſanguin. & affinit. c ſicut pro certo, de ſimon.* Notorium autem eſt, quòd ſi dominus fundi pro libito poſſit aſportare gelimas, nulla denuntiatione facta, occaſionem fraudādi dari.

Nec obſtat d. Crauet. *conſ. 21.* caſus enim, ſuper quo conſuluit, longè differt à noſtro, nam ibi agebatur de

cõſuetudine qua poterat dominus in grano & in horreo decimam ſoluere, remedium enim aderat ne fraus fieret, ſcilicet deſcribendo quæ erant in area antequam deferrentur, vt ipſe tradit *n.2. verſ. tertio reſpondeo*, hoc noſtro verò nullum adeſt; cùm dominus adſportet gelimas, pro libito, relicto eo quod vult in agris.

Non obſtant etiam, quæ de conſuetudine per Zabarel. dicuntur *d. conſ. 146.* nam ipſe, & alij, qui de ea loquuntur, intelligunt, ſi conſuetudo ſit approbata per ſuperiorem, & non aliter, quinimò etſi eſſet approbata, ſi tamen daret occaſionem fraudandi, vt hæc notoriè dat, eam non eſſe ſeruandam, & d. Zabarel. *d. conſ. 146.* & Aufrer. *d. q. 433.* contendunt, & idẽ dicit Grimandet *lib. 3. des diſmes c. 6. n. 5. verſ. mais s'il y eſt cõmis fraude.*

Quæ tantò magis hoc caſu procedunt, quò nedum dicti Religioſi fundati ſunt in jure communi, ſed etiam in ſententia arbitramentali, de qua ſuprà.

Quod ſi d. Religioſi, præter ſupradicta, articularent de fraudibus alìàs commiſſis, res careret omni dubio, eo enim caſu, ipſemet Crauet. & omnes, fatentur nullam eſſe habendam rationem hujuſmodi conſuetudinis, etiam antiquiſſimæ, imò quantò antiquior, tantò magis damnanda, cùm antiquius & diuturnius peccatum per eam inducatur.

Sed cautè de eo debet articulari, & ſub proteſtationibus in ſimili fieri ſolitis, ne ſcilicet onere d. conſuetudinis probandæ, commoditatem liberet, quæ difficillimæ eſt probationis per tradit. *in c. 1. in gloſ. verb. memoria, de præſcript. in 6.*

5 Quoad ſecundum, difficile erit præſcriptionẽ 400. annorum euitare, cùm 100. annorum ſufficiat, etiam contra Rom. Eccleſiam, *l. fin. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & habeat vim tituli & priuilegij: Tentandum eſt, ſi Romæ poſſet obtineri reſtitutio fauore Eccleſiæ, in odiũ domini ejus jura vſurpantis. Principem enim de abſoluta poteſtate facere poſſe certum eſt; cùm præſcriptio ſit à jure ciuili inſtituta. Et aut obtinebitur aut non. Primo caſu habemus intentum; ſecundo verò non propterea minus eſſet mouenda lis, cùm dicti Religioſi habeant titulum pro ſe, & dominus, volens ſe præſcriptione tueri, forſan talia documenta producet ex quibus aperietur via hujuſmodi præſcriptionem emendandi, & vtcumque res cadat, liberum erit dictis Religioſis liti renuntiare.

Ad tertium, An dicti Religioſi, tanquam priores, teneantur ad reparationem murorum d. Caſtri; controuerſi juris eſt quæſtio; alij enim exiſtimant nõ teneri, gloſ. *in l. vlt. C. quib. numer. nem. lic. ſe excuſ.* Joan. Andr. Panormit. & alij *in c. non minus, de immunit. Eccleſ.* idem Panorm. *conſ. 3. vol. 1.* Hoſtienſ. *in tit. de immunit. Eccleſ. in ſum. §. à quib.* Alij verò contra gloſ. *in c. non minus*, Fa- 7
ber, Cyn. Bald. & Alberic. *in l. ad inſtructiones, C. de ſacroſ. Eccleſ.* Bald. *conſ. 246. vol. 4.* Chaſſan. *in conſuet. Burgund. tit. des Juſtices, §. 4. gloſ. 1.* Guid. Pap. *q. 79. nu. 1.* Sed 8
hoc caſu negatiua ſententia, quòd ſcilicet non teneantur, ſuſtinebitur ex eo, quòd conſuetudine in hac patria receptum ſit, quòd Eccleſiaſtici, mediante ſumma quam ſoluunt cum primo ſtatu, Theſaurario generali, non teneantur contribuere in oppidis vbi bona ſita ſunt: quæ conſuetudo nominatim probabitur in loco Bedoint & in terminis reparationis, & maximè in hoc caſu, cùm, vt aſſeritur, d. caſus acciderit & dicti Religioſi non contribuerint.

ARGVMENTVM.

AN Regularis poſſit conferre beneficium ſæculare, & poſſeſſio triennalis juuet eum, cui collatum fuit.

SVMMARIVM.

1 *Regularis poteſt conferre beneficium ſæculare.*
2 *Omnia beneficia præſumuntur ſæcularia, niſi probetur contrarium.*
3 *Vltimus ſtatus attendendus eſt, quando non conſtat de contraria & anteriori qualitate.*
4 *Beneficium per 40. annos poſſeſſum per ſæculares fit ſæculare, & non niſi per ſæculares obtineri debet.*
5 *Vnus actus ſufficit, vbi adeſt dictio*, ſolitum.
6 *Sed dictio*, conſuetum, *plures requiruntur.*
7 *Ad regulam de triennali ſufficit titulus coloratus.*
8 *Vt titulus ſit coloratus, ſufficit quod conferens ſit in poſſeſſione conferendi, etiam per vnicum actum.*
9 *Triennali derogari non poteſt.*
10 *Et impedit ſequeſtrationem fructuum.*

CONSILIVM CXCVII.

PRIORATVS ruralis ſancti Andreæ de Villeſche, diœceſis Ciſtercien. quem nobilis dominus Gabriel de Aqueria, Clericus ſæcularis Auen. jam per triennium pacificè poſſedit, & nunc etiam poſſidet, quique illi vacans per reſignationem N. Petri de Aqueria, ejus fratris, Clerici etiam ſæcularis, per R. dominum Abbatem ſancti Andreæ ſecus Auen. collatus fuit, non potuit jure deuoluto impetrari, dictusque Gabriel & in poſſeſſorio, & in petitorio bene fundatus eſt, illique moleſtia inferri non poteſt.

Quod vt doceatur, præmittendum eſt, non eſſe inconueniens vt Abbas habeat collationem quorundam beneficiorum ſæcularium, vt per Angel. *conſ. 247.* 1
Punctus, Papa vnius, in prin. Tuſc. *to. 1. lit. B. concluſ. 67. nu. 5.* neque enim ex qualitate Collatoris dignoſcitur qualitas beneficij, an ſit regulare vel ſæculare, ſed an regularibus vel ſæcularibus perſonis poſſit conferri, Joan. de Selua *tract. de benefic. part. 3. q. 11. num. 40. verſ. item beneficium.*

Hoc ſtante, punctus quæſtionis verſatur, an d. Prioratus ſit ſæcularis, vel regularis; nam ſi ſæcularis ſit, vt eſt, d. Gabriel bene fundatus eſt, & impetratio deuolutarij nulla, ſæcularem verò eſſe præſumptio juris eſt. Omnia enim beneficia ſæcularia ſunt cenſenda, 2
niſi contrarium probetur, Rota *dec. 2. de præbend. alias 32. in nouis*, Millis *in repertor. verb. beneficium, verſ. 23.* Staphil. *de liter. grat. tit. de forma expectatiuar. in 10. forma, num. 10.* Rebuff. *in praxi tit. quotuplex ſit beneficium, nu. 30.* Nauar. *conſ. 3. de præben.* & fuit dictum *in vna Segobien. præſtimonia 16. Iunij 1586. coram D. Mantica*, nempe quod beneficia in dubio præſumuntur ſæcularia: & nouiſſimè *in vna Pampilonen. Prioratus 21. Jun. 1599. coram D. Pamphilio*, vt refert Nicol. Garc. *tract. de benefic. part. 1. c. 6. nu. 11. & 12.* & qui contendit regularia, probare debet, & quæ talia non cenſebuntur, niſi probetur ex fundatione ſeu inſtitutione vel conſuetudine, ſiue præſcriptione Religioſis eſſe addicta *c. cum de benef. de præb. in 6. clemen. vn. de ſupplen. neglig. Prælator.* Coſm. *in pragmat. ſanctio. tit. de collat. § item placuit, verb. regularibus*, Rebuf. *in prax. tit. regularia beneficia, multiplicia num. 1.*

n.1. & in concordat. tit. de collat. §. volumus, verb. regularia, & in tract. de nominationib. q.15. nu. 26. alias 23. Nicol. Garc. *d. tract. part. 7. c. 10. n. 1.* & tãtum abeſt vt ex fundatione vel cõſuetudine d. Prioratus probetur regularis, quin potius ex collationibus & prouiſionibus antea factis probetur contrarium, etiam ea ſola prouiſione d. Petri per cujus reſignationem d. Gabriel illum obti-
3 nuit: Nam cùm de contraria qualitate & anteriori ſtatu non conſtet, attendendus eſt vltimus ſtatus, maximè ſi eſt ſæcularitatis, qui eſt magis juri conformis, vt hoc caſu, Rota *deciſ. 2. de præb. in nouis.* Selua *3. part. q. 11. qualit. 22. n. 40.* Rebuf. *in concordat. d. tit. de collat. §. volumus, verb. regularia,* Malcar *concl. 171.* Gregor. *d. beneſ. c. 10.* & Pacian. *de probat. lib. 2. c. 31. à nu. 8 & 12.* & quod majus eſt, etſi de contrario ſtatu anteriori conſtaret, et-
4 iam ea fundatione, nedum de conſuetudine, ſi per 40. an. per ſæculares obtineri ſolitus fuit, factus eſt ſæcularis, & non niſi per ſæculares obtineri debet. *d. c. cum de beneficio, de præb. in 6.* & fuit reſolutũ *in vna Trident. Prioratus 17. Nouemb. 1594. coram d. Orano: & in Bracaren. Monaſterij 19. Decemb. 1597. coram D. Pamphilio,* vt refert Nicol. Garc. *d. tract. part. 7. c. 10. num 34. & 35.* Hoc verò caſu nedum à 40. annis proponuntur collationes factæ de Prioratu ſæcularibus, ſed vna antiquiſſima à centum. Et quod rem clariorem reddit, eſt, quòd in dictis collationibus aſſeritur, d. Prioratũ ſæcularibus cõ-
5 ferri ſolitum eſſe: vbi verò dictio, *ſolitum,* adeſt, vnus tantùm actus ſufficit, vt fuit dictũ *in cauſa Tiraſonen. juris præſentandi, 16 Octob. 1592. coram D. Blanchetto, & in Salamantina parrochialis, 5 Iulij 1593. coram D. Aragonio,*
6 Nicol Garc. *d. c. 10. nu. 37.* aliud eſſet ſi dictio, *conſuetum,* adeſſet, quia tunc vnus actus non ſufficit, ſed plures, Creſcen. *deciſ. 1. de præben.* & Mandoſ. *tit. de prouiſionib. verſ. præceptoria,* Nicol. Garc. *d. n. 37.* Hoc verò caſu plures hujuſmodi collationes adſunt, & ſic quomodocũque accipiamus, ſemper ſtatuendum eſt eſſe ſæculare beneficium: quo ſtante certiſſimum eſt d. Gabrieli regulam de triennali poſſeſſore ſuffragari, eaq́; ab omnibus moleſtijs, quæ ei poſſent inferri, tutum eſſe: Nam,
vt ea quis ſe juuare poſſit, ſufficit quod habeat titulum 7
coloratum, Rebuf. *tract. de pacif. poſſ. ſtor. n. 34.* Maynar. *lib. 2. de ſes queſt. c. 64.* qui ita judicatum refert in Senatu Tholoſano. In noſtro verò caſo nedũ coloratus, ſed ve-
riſſimus eſt titulus, cùm vt eſſet coloratus, ſufficeret 8
quòd Abbas eſſet in poſſeſſione conferendi, etiam per vnicũ actũ, tex. *in c. ex literis, 7. de jure patron.* & ibi DD. *& c. cum olim ext. de cauſa poſſeſſ. & propriet.* Panorm. *in c. cum Eccleſ. ſutrin.* Paren. *text. d. tit. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. c. 23.* Alex. *conſ. vlt. n. ... lib. 1.* Apoſtill. *ad d. c. cum Eccleſia ſutrina,* Rebuf. *tract. de mater. poſſeſſ. in præf. nu. 188. & ſeqq.* & ita judicatũ refert Pele. *in termino reg. de triennal. act. forenſ. lib. 1. act. 43.* quod adeò verũ eſt, vt ſi ſæcularis poſſederit pacificè per triennium beneficiũ regulare, vel contrà, etiam ſine diſpenſatione, juuetur d. regula. Rebuf. *in d. tract. de pacif. poſſeſſ. n. 139 & 259.* Forget *au tract. des perſonnes & choſes Eccleſ. c. 39. num. 7* etſi, poſt mortem d. poſſeſſoris, beneficium maneat quale erat ante, vt Rebuf. & Forget docent d. locis, & tantæ
efficaciæ eſt hujuſmodi poſſeſſio triennalis vt prouiſio 9
cum illius derogatione facta, nullius ſit momenti. Rebuf. *in praxi benef. in 3. part. ſignatur. in verb. hac regula de annali, verſ. niſi poſſeſſor eſſet triennalis; & impediat ſequeſtrationem fructuum,* Papon *lib. 8. tit. 9. arreſt. 1.* Roche- 10
te *aux deciſ. benefic. tit. prinſe de poſſeſſion, verſ. en autre.*

Ex quibus concluditur, d. dominum Gabrielem optimè fundatum eſſe, etiam in terminis regulæ de triennali, & à moleſtijs illius qui jure deuoluto d. Prioratum impetrauit, omninò liberandum.

ARGVMENTVM.

DE rejectione articulorum propter tranſactionem.
Et bonorum fideicommiſſo ſubjectorum alienatione.

SVMMARIVM.

1 *Bona ſubjecta fideicommiſſo, pendente conditione alienari poſſunt, reuocabiliter tamen.*
2 *Et fideicommiſſarius conditionalis non poteſt inhibere dictam venditionem, quæ reſoluitur tantum per euentum conditionis.*
3 *Etſi concurrat expreſſa prohibitio teſtatoris, modo ſit nuda.*
4 *Exceptio rei judicatæ impedit litis ingreſſum.*
5 *Declaratio nullitatis profeſſionis retrotrahitur.*
6 *Exceptio tranſactionis impedit litis ingreſſum.*
7 *Et eſt litis finita, poteſtque tam ante, quam poſt litem conteſtatam proponi.*
8 *Et impedit exceptionem intentionis, vel facti.*
9 *Clauſula inſolita arguunt ſimulationem.*
10 *Tranſactio in Gallia reſcindi non poteſt, niſi ex dolo vero.*
11 *Quæſtio requirens altiorem indaginem, & implicata facto, non impedit litis ingreſſum.*
12 *Exceptio quæ conſtat per inſtrumentum, dicitur clara & certa.*
13 *Alienans omnia ſua bona, dicitur alienaſſe in fraudem creditorum.*
14 *Præcipuè inter conjunctas perſonas.*
15 *Alienatio in fraudem creditorum non ſubſiſtit.*
16 *Conſignatio quæ fit mulieri, ob inopiam mariti, non dicitur propriè reſtitutio.*
17 *Bona alienari prohibita, poſſunt alienari ex cauſa neceſſaria, ortum habente in perſona grauati.*
18 *Quod procedit etiam in neceſſitate cauſata ex ære alieno contracto ex voluntate grauati.*
19 *Dicta tamen alienatio, tantùm habet locum durante vita grauati.*
20 *Authen. res quæ,* C. commu. de legat. *habet locum, etiam concurrente expreſſa prohibitione alienationis.*
21 *Licèt fideicommiſſum appoſitum ſit in contractu.*
22 *Et agatur de dote confeſſata, ſi præceſſit certa promiſſio, & dos ab alio, quam ab vxore, promiſſa eſt.*
23 *Simulatio contractus, in Gallia, per teſtes probari non poteſt.*

CONSILIUM CXCVIII.

ARTICVLI parte domini Lamberti de Bouſquet, domini de Sigonce, contra dominã Franciſcam de Parrõne, vxorẽ domini Emerici de Bouſquet, dom. de Buiſſon, ad impediendã integram executionem ſententiæ collocationis dotis & juriũ dotalium d. D. de Peironne, latæ, in rem judicatam tranſactæ, ſunt rejiciendi, & d. D. de Sigonce à ſuis petitionib. omninò repellendus, quippe qui actione careat, & nullo modo agere poſſit; nã agit tãquã fideicõmiſſarius ex vi fideicõmiſſorũ tã in donatione facta cõtemplatione matrimonij inter N. Spiritum de Bouſquet, dom. de Buiſſon & N. .... conjuges, prout de d. donatione cõſtat, facta per d. Sp. de an. 1550. & die, quã etiam in teſtamento nuncupatiuo per d. Sp. condito de an. 1581. & 7. Aug. Quæ fideicõmiſſa non ſunt, neque ſunt aperta in fauorem d. dom. de Sigonce, quouſq; d. dom. de Buiſſon ſine liberis maſculis deceſſerit, ſũt enim facta ſub hujuſmodi cõditione, ideoq; ſi d. Lambert. ante

d. Emericus ſi decederet, caduca fierent quoad ipſum hujuſmodi fideicõmiſſa: pendente igitur cõditione fideicõmiſſi, non poteſt d. Lambert experiri, & bona fideicõmiſſo ſubjecta interim alienari poſſunt, reuocabiliter tamen, ſi purificata fuerit conditio *l. ſi. § ſin autem C. commun. de leg. l. ſi is cui, § ſi ff. quib. ad modum ruit. amitt. l. generaliter, § quoties ff. de fideicommiſſ. libertat. l. pleraque in*
1 *ſi ff. de reg. jur.* Pet. de Petra, *de fideic. q. 3. n. 24.* Pereg. *art. 40. n. 6. verſ. adverſo*: & fideicommiſſarius conditionalis non poteſt inhibere d. venditionem, Pereg. *d. art. 40. n. 8.* quæ reſoluitur tantũ per aduẽtum conditionis, Dec. *conſ. 222. in pr. alias 223.* Bertran. *conſ. 108. nu. 7. lib. 1. poſter.* Craſſ. *in § fideicommiſſum, q. 56. n. 3.* Pereg. relato loco *in*
2 *d. verſ. adverſo*. adque verum eſt, etſi concurrat expreſſa prohibitio teſtatoris, ſi tamẽ hujuſmodi prohibitio ſit nuda & ſimplex, vt eſt in noſtro caſu, Angel. *conſ. 7. n. 6.*
3 Card. Tuſc. *verb. fideicommiſſum, concl. 265. nu. 48.* quod cõfirmatur, quia hujuſmodi prohibitio cenſetur appoſita ad conſilium adium, nõ ampliandum fideicõmiſſum præcedens Ludou. de Caſane *conſ. 4. nu. 242.* & teſtator prohibitionem alienationis exprimens, cẽſetur ſe conformare cum tanta prohibitione alienationis à lege inducta, d. de Caſane, *d. loco n. 143.* poſt Dec. *conſ. 636. nu. 8.* & Bertran. *conſ. 103. n. 5.* Zadei chiũ *conſ. 5. n. 5.* ideoq; ſicut tacita prohibitio non facit vt fideicom. experiri poſſit ante conditionis euẽtũ ita nec expreſſa, cujus rel ratio eſt manifeſta, quia talis prohibitio nuda & ſimplex, nullius eſt momẽti, & pro nõ appoſita habetur, *l. filiusfam. § diui ff. de leg. 1. l. pater, § ſulla l. Lucius, in pr. ff. de leg. 2.* Capic. *dec. 108. n. 5.* Alciat. *in d. § Diui, ſub n. 6. & conſ. 128. & 129. lib. 9.* Bertrat. *conſ. 75. alias n. 5.* & quoties DD. contendunt cõcurrente prohibitione expreſſa cum tacita, ſi alienatio ſequatur fideicõmiſſariũ poſſe ſtatim rem vẽdicare, etiã ante cõditionis euentũ, loquũtur in prohibitione cauſata, vt quia dictũ ſit, quòd ſi hæres alienauerit, priuetur hæreditate, vel applicetur alicui, quẽ nominat teſtator, vel quia ſubiecerit ſe prohibere alienatiuné, quia vult bona ſua cõſeruari in familia, vt vi lere eſt in themate ſuper quo cõſulunt, aut ſcribũt, & ſi qui forſan ſimpliciter loquũtur intelligẽdi ſunt ſecundum DD. quos allegãt, qui nõ de nuda, ſed de cauſata prohibitione loquuntur, ex tradit. per Angel. *conſ. 157. circa pr. verſ. v. tio ergo ad ſecundũ*, Caſtr. *conſ. 247. col. 2. circa med. verſ. nec obſtat d. prohibitio, lib.* Angel. Aret. *conſ. 58. in pr.* Rom. *conſ. 457. in pr.* vbi Apoſtil. *in verb. validat.* Curt. *conſ. 4. ſub n. 10.* Tybe. Dec. *conſ. 26. n. 20. lib. 2.* Car. Tuſc. *verb. fideicommiſſum, concl. 901. n. 5. & concl. 902. n. 2. & 3.* In caſu verò in quo verſamur, adeò nuda & ſimplex eſt prohibitio, vt magis eſſe nũ poſſit, vt videre eſt ex lectura teſtamẽti Sed dato, circa præjudiciũ veritatis, veriorẽ & receptiorẽ eſſe ſententiã, concurrente expreſſa prohibitione, etiã nuda & ſimplici, cũ tacita legali, ſi res alienetur, ſtatim locũ eſſe fideicõmiſſo, in hoc tamẽ caſu noſtro cõtrariũ eſſet aſſerendũ, vt ĩ latè demõſtrabitur.

Nec obſtat ſi dicatur, d. Lãbertũ nõ fundari in d. alienatione, nec ſe ex ea ad fideicõmiſſũ vocari, cõtẽdere, ſed ex eo quod d. Emeric. prætẽdatur incapax & inhabilis fideicommiſſi à D. Spiritu de Bouſquet facti, qui nominatim Religioſos, & eos qui ſunt in ſacris à d. fideicõmiſſo remouet. d. verò Emericũ & Religiosũ ordinis Cluniacenſis, in cuj; profeſſum, & in ſacro Subdiaconatus ordine conſtitutũ eſſe prætenditur, ideoq; conditionem fideicommiſſi extitiſſe, & d. fideicõmiſſũ in fauorem d. Lãberti apertum eſſe. Nã ad hoc duobus modis reſpõdetur: 1 quod d. Emericus per ſententias, quæ in rem judicatã tranſierant, fuerat declaratus liber & capax, & Religionis profeſſio, & Subdiaconatus ordinis ſuſceptio, tamen cãtuleep..., fuerunt declaratæ nullæ, & quatenus de facto proceſſerũt caſſatæ, quæ exceptio rei judicatæ peremptoria eſt, & impedit litis in- 4
greſſum, *gloſ. in c. 1. de litis conteſtatione in 6.* & alijs infrà mox circa tranſactionis exceptionem allegandis.

Nec obſtat quod dicitur, d. Lambertũ non fuiſſe vocatũ, omnia ſummo Pontifici nõ fuiſſe narrata, diſpenſationẽ in præjudiciũ juris tertio acquiſiti non valuiſſe, & cætera hujuſmodi: Nam præter quã quòd verius eſt, d. Lambertũ vocatum fuiſſe, dum de annullatione ordinis Subdiaconatus ageretur, quod judiciõ includebat in ſe cauſam Profeſſionis in Religione Cluniacẽſi jam finitam, ea jam nõ poſſunt apponi per d. Lambertum, cum d. ſententiarum notitiam habuerit, & ijs acquieuerit, vt cõſtat per tranſactionẽ de an. 1597. & poſt tot annorum lapſum jam ab eis recedere non poſſit, & quamuis d. ſententiæ juſtè latæ fuerint, omniaq; narrata ſummo Pontifici, quæ narrari debebant, nec poſſit dici aliquod jus ante dictas ſententias fuiſſe quæſitũ d. Lamberto, cum dicta profeſſio, & ordinis Subdiaconatus ſuſceptio nullæ eſſent. & tales declaratæ, decla- 5
ratio que hujuſmodi retrotrahatur, etiam in præjudicium tertij, Menoc. *conſ. 423. n. 25 lib. 5.* Oſaſc. *dec. 157 nu. 16.* Pereg *de fideicom. art. 53. n. 44.* & operatur ne aliquod jus d. Lamberto vnquam quæſitum fuerit, ea omnia ceſſant poſtquam d. Lamberto ſciente & conſentiẽte d. ſententiæ in rem judicatam tranſierunt, *l. ingenuum cum ſimilibus ff. de ſtatu hominum* (neque enim tũc verſantur in terminis diſpenſationis, & ſic gratiæ, ſed in terminis nullitatis, & ſic juſtitiæ, *l. mai. etſi ſub conditione ff de inoff. t. l. ſi adiuit.* Rimin jun. *conſ. 354. n. 6. vol. 5.* Menoch. Oſaſc. & Pereg. *vbi ſup.*)

Et omnino extra rem ex aduerſo contenditur, ſententiam in cauſa matrimonij latam nunquam tranſire in judicatam, *c. lator, c. tenor, c. conſanguinei, de ſent. et re jud.* neque enim agebatur de validitate aut inualiditate matrimonij, ſed de validitate aut inualiditate profeſſionis & ſuſceptionis ordinis, & an d. Emericus eſſet illis ligatus, an verò liber, & capax ſucceſſionũ, fideicommiſſorum, matrimonij, & ſimilium. Nec nunc tractandum eſt de validitate, vel inualiditate matrimonij, ſed an d. Emericus ſit Religioſus & in ſacris, & ſic incapax fideicõmiſſi, quo caſum apertũ eſſet in perſona d. Lamberti, an vero ſit laicus, & liber, & ſic capax fideicommiſſi: ſuper hoc ſcilicet an profeſſio, & ſuſceptio ordinis valuerint, nec ne, pronuntiatum fuit, & ſententia tranſiuit in judicatum, ſciente & conſentiente d. Lamberto: is igitur illud amplius in controuerſiam deducere non poteſt, contendit enim d. Lambertus, ſe vocatum ex incapacitate d. Emerici ſuper qua pronuntiatum fuit: obſtat igitur d. Lamberto exceptio rei judicatæ, nec de fideicommiſſo vocatum amplius contendere poteſt, ea enim exceptio manet firma, nec amplius contineri poteſt, nullo habito reſpectu ad quæſtionem, an matrimonium valeat, necne, in hac quæſtione, qua ſolùm an apertum ſit fideicommiſſum, nec ne, quæritur. Etſi enim matrimonij validitas, vel inualiditas ſit effectus reſultans ex d. habilitate d. Emerici, non tamen principaliter fuit ſuper validitate matrimonij, ſed ſuper habilitate d. Emerici pronuntiatum, ſicut & capacitas fideicommiſſi eſt alius effectus d. habilitatis, ſuper quo etiam non eſt principaliter pronuntiatum, ſed ſuper d. validitate vel inualiditate profeſſionis & ſuſceptionis ordinis, de qua, & ſic de capacitate fideicommiſſi nunc, & non de validitate matrimonij, agitur.

2 Reſpondetur, obſtare exceptionem tranſactionis juratæ de d. anno 1597. in qua omnes illi prætenſi defectus, & incapacitates prætenſæ, ratione d. profeſſionis, & ſuſceptionis ordinis facti, narrãtur. Et nihilominus d. Lambertus omnia bona d. Emerico remittit, & ſolum ſibi re-

ſibi reſeruat ius fideicommiſſi quod in futurum in eius
perſona aperiri poſſit, vt ex eo os d. Lamberto omnino
ſit occluſum, & à limine iudicij omnino repellendus
6 ſit. Exceptio enim tranſactionis, ſicut & rei iudicatæ,
eſt peremptoria & impedit litis ingreſſum, *l. fratris tui,*
10. C. de tranſact. l. non minorem, C. eod. cap. ſi quando de
offic. de legat. Salicet. & Alex. *in d. l. fratris tui,* Iaſ. *ibid.*
num. 1. & 2. Alexand *conſ. 30. vlt. dub. lib. 5.* Olaſc *deciſ. 91.*
num. 7. Salicet. *in d. l. non minorem, C. de tranſact.* Alban.
7 ad Bart *in d. l. non,* Zaſ. *lib. 1. reſpon. cap. 13. num. 3.* eſſe litis
finitæ. habetur *in l. & eleganter, §. ſi quis poſt tranſactio-*
nem, ff. de condit. indeb. adeò vt poſſit opponi tam an-
te litem conteſtatam, quàm poſt, & vtroque caſu op-
poſita impedit litis proſequutionem, ſeu iudicij in-
ſtantiam, vt *in d. §. ſi quis poſt tranſactionem,* & ibi Bart.
& Bald. Ioan. Zanger. *in tract. exceptio lib. 3. cap. 16.* Paul.
Montan. *in tract. de tutel. cap. 33. num. 218.* præſertim hoc
caſu, quæ non niſi cum clauſula, *ſaluo iure,* abſque vlla
cognitione cauſæ fuerunt admiſſi articuli d. Lamber-
ti, & notitia dictarum exceptionum, potiſſimùm dict.
tranſactionis, non niſi poſt litem conteſtatam ad dict.
dominam de Perronne peruenit, ſuper quo parata eſt,
ſi opus ſit, purgare ſe iuramento, & quatenus etiam
opus eſt, ex capite ignorantiæ, ſe in integrum reſtitui
petit.

Ex quo tollitur, quod ex aduerſo dicitur, iam arti-
culos fuiſſe admiſſos & litem conteſtatam, cùm d. ex-
ceptio poſt litis conteſtationem ad impediendam il-
lius proſequutionem proponi poſſit, & quoad d. exce-
8 ptionem tranſactionis tanti eſt momenti, vt exceptio
facti vel intentionis non poſſit opponi poſt tranſactio-
nem lite finita, *l. nec intentio, iuncta §. nam cum, Cod. de*
tranſact. & Bart. ibid. nec tranſactio ob defectum cauſæ
non expreſſæ reſcinditur, *l. ſi maiores,* & ibid. Bald. &
Salicet. *C. de tranſact.* Iaſ. *in l. ſi repetendi, num. 1. C. de con-*
dic. cauſ. dat. & planè d. tranſactio an. 1597. huiuſmo-
di eſt, quæ omnino dict. Lambertum repellat, ideóque
doloſè & ad fraudandos creditores, qui poſſent exe-
cutiones facere, etiam contra bona fideicommiſſo
ſubiecta, dd. Emericus & Lambertus aliam tranſa-
ctionem inierunt de anno 1606. per quam à d. tranſa-
ctione de an. 1597. receſſum fuit, & omnia bona dict.
Lamberto remiſſa, & quamuis tunc temporis mens
contrahentium ea fuerit, vt ea ſe contra creditores,
alios tamen quàm vxorem, iuuarent; nihilominus
nunc d. Emericus colludens cum Lamberto, amore il-
licito, damnato, & adulterino occæcatus, vt vxorem
nobilem & honeſtiſſimam à ſe propter eius adulte-
rium ſeparatam, paupertate oppreſſam ad ſe cogat ſe-
dire, & cum magno omnium ſcandalo adulterium
notorium pati, nedum permittit vt d. Lambertus dict.
tranſactione ſe iuuet, ſed ei omnia inſtrumenta & in-
ſtructiones ſubminiſtrat, quibus dictam de Perronne
eius vxorem diuexare poſſit. Sed vtcumque res acta ſit
inter dictos Emericum & Lambertum, reſpondetur,
d. vltimæ tranſactioni duobus modis.

Primo, quia d. tranſactio eſt ſimulata, & non niſi ad
fraudandos cæteros inita, vt fusè edoctum fuit in prio-
ribus ſcriptis per varias coniecturas & rationes ibi de-
ductas, ad quas me remitto, ne hîc eas repetam, qui-
bus nullo modo ex aduerſo reſponſum fuit, præter-
quam quod enixus eſt reſpondere rationi deſumptæ
ex continuatione poſſeſſionis, ex eo quod d. Emeri-
cus poſſederat, vt inquit, ex vi pacti in d. tranſactione
contenti, quod d. Emericus ad certos annos deberet
percipere fructus; tantum enim abeſt vt hoc pactum
minuat, quin auget ſuſpicionem ſimulationis, fuit
enim appoſitum ad tegendam dictam poſſeſſionem:
quod enim dicitur, quod quando tranſactio non in-
cipit à traditione, ſed à promiſſione, non præſumi-
tur ſimulatio per continuationem poſſeſſionis, ex
Cæpol. *de ſimulatione contractuum, numer. 77. in fin. in*
præſumpt. 24. intelligendum eſt in terminis Cæpolæ,
cùm emptor non ſoluit precium. Nam cùm nemo
præſumatur velle iactare ſuum, bene facit venditor
remanendo in poſſeſſione, ſibi non ſoluto pretio,
ſicut & partes in nudis terminis promiſſionis extite-
runt: quouſque enim ex vtraque parte adimpleatur,
bene facit qui rem traditurus eſt, ſi in poſſeſſione re-
maneat: at hoc noſtro caſu, nihil ex parte d. Lam-
berti faciendum erat, & dict. Emericus omnia ſua
iura remittit, & ad tegendam fraudem reſeruat ſi-
bi fructuum perceptionem per aliquot annos, cùm
omnes ſemper percipere poſſet, & neſcio qua fron-
te ſubiungat, pacta, quæ dicuntur inſolita, debere
exprimi, ex Alexand. *conſil. 28. col. 2. vol. 5.* & poſt
ipſum Sola *in conſtitut. Sabaud. tit. de pact. inter empt.*
& vendit. gloſ. vn. par. 1. decreti ex frequen. num. 59.
Nam diſertè varia, eáque nedum inſolita, ſed ex-
tra omnem rationem & non niſi è mente capto pro-
fecta, ſi ſimulatio non adeſſet, & quæ ſimul actionem
conuincant ex variis doctrinis ibi allegatis, in dictis
prioribus ſcriptis recenſentur.

Et quod ſubnectit, adeſſe vnum pactum in fauo-
rem Emerici quo fructus percipere poterat vſque ad
annum 1610. exiſtimans ex eo elidere quod in dictis
prioribus ſcriptis docetur, omnia pacta eſſe in fauo-
rem dicti Lamberti, an ne exiſtimat Aduocatus dicti
Lamberti, huiuſmodi pactum eſſe in fauorem Eme-
rici, qui cum toto tempore vitæ ſuæ omnes fructus
ex vi dicti tranſactionis percipere poſſet, & de ple-
riſque bonis in vim detractionum ſibi competen-
tium liberè diſponere, & forſan dictus Lambertus
numquam percipere poterit, ſi ſcilicet prædecedat,
ea tamen perceptio reſtringitur vſque ad annum 1610.
Sed ita res ſe habet, totum hoc ſimulatum fuiſſe ad
fraudandos creditores, & inter dictos Emericum &
Lambertum actum, vt non obſtante dict. tranſactio-
ne dict. Emericus omnes fructus perciperet, quam-
diu viueret; & ad hoc colorandum fuit appoſi-
tum dictum pactum, nam etiam nunc poſt lapſum
dicti anni 1610. notorium eſt d. Emericum percipere
non obſtante dict. arrendamento per Lambertum fa-
cto, quod ſimulatum eſt, & dicis tantùm cauſa fa-
ctum.

Quod ſi, præter pacta, requirat quoque vt clau-
ſulæ inſolitæ exprimantur, vt prima coniectura in
prioribus ſcriptis deducta confirmetur, & quæ clau- 9
ſulæ arguunt ſimulationem, gloſ. *in leg. ſi quis ſub*
condit. ff. de condit. inſtitut. Iaſ. *in l. teſtamentum, in vlt.*
notab. C. de teſtamen. Berous *in cap. ad noſtram, num.*
36. de empt. & vendit. Neuiſan. *conſ. 8. num. 63.* fusè Fari-
nac. *in tract. de falſit. & ſimulat. quæſt. 162. num. 155.* eæ
ex lectura inſtrumenti ſatis patent, quarum eæ præci-
puæ ſunt.

Prima, quando dicitur eos inter ſe literas Regias
reſciſionis tranſactionis interinare, vt in iudicio, qua-
ſi verò ipſi iudices ſint, & ipſorum poteſtati id com-
mittatur.

Secunda, cùm interinant ſeu emologant dictas lite-
ras reſciſionis, cùm tamen eæ à limine iudicij fuiſſent
caſſandæ per ordinationem Regiam, pro tranſactioni-
bus latam, de qua poſtea.

Tertia, cùm dict. Emericus ait, veritatem eſſe ta-
lem, quod per dicta teſtium examinatorum ad in-
ſtantiam dict. Lamberti, & aliorum, conſtat Ludo-
uicum de Bouſquet, ipſorum fratrem, inſtituiſſe
dict. Lambertum in ſuo vltimo teſtamento, ſuum, ſo-

11 implicati facti quæſtionem, ideóque non impedire li-
tis conteſtationem, & ad merita cauſæ, & definitiuam
reſeruandas, ex Franc. *de acceptan. in tract. de ſenten. de-
finitiua & interloc.* & Gail. *lib. 1. de pac. public. c. 11. num. 19.*
Nam excepta continuatione poſſeſſionis poſt an. 1610.
& detractionibus ſolutionum, ſororibus factarum, &
acquiſitionum, cæteræ omnes, & nominatim d. conti-
nuatio poſſeſſionis vſque ad an. 1610. & detractio legi-
timæ, ac eorum quæ d. Lambertus ex vi d. tranſactionis
de an. 1597. conſequutus fuit, vel iuris ſunt, vel ex le-
ctura dictarum tranſactionum manifeſtè probantur;
quæ propterea non dicuntur requirere altiorem inda-
12 ginem: exceptio enim, quæ conſtat per inſtrumentum,
dicitur clara & certa, de Graſſis *except. 5. num. 13.* Scha-
put. *de Saluiano interdicto, lib. 2. quæſt. 1. num. 5.* & illa ex-
ceptio dicitur non requirere altiorem indaginem, quæ
oritur ex ventre inſtrumenti, de Graſſis *except. 5. num. 5.*
Schaput. *d. lib. 2. quæſt. 1. num. 5.* & exceptio quæ in iure
conſiſtit, admittenda eſt, quia de ea dicitur inconti-
nenti conſtare, ex eo quod ius certum ſit, Schaput. *de
Saluian. interdic. lib. 2. quæſt. 1. num. 5.* & illa exceptio di-
citur non requirere altiorem indaginem, quæ oritur
ex ventre inſtrumenti, de Graſſ. *except. 5. num. 5.* Schap.
d. lib. 2. quæſt. 1. num. 5. & exceptio quæ in iure conſiſtit,
eſt admittenda, quia ius certum eſt, Schaput. *d. quæſt. 1.
num. 4.* imò cùm de his nunc clarè conſtet, nunc quo-
que de illis iudicandum eſt, & ex vi illarum, nulla dict.
tranſactionis de anno 1606. eſt habenda ratio, non ob-
ſtante litis conteſtatione per ignorantiam dict. tranſa-
ctionis facta, vt ſuprà dictum fuit; reliquæ enim con-
iecturæ, demptis ſupradictis, quæ continent in ſe pa-
ctum, pluſquam ſufficientes ſunt, cùm duæ ſufficiant
ſecundùm magis communem DD. opinionem, de qua
per Pariſ. *concluſ. 55. num. 29. & ſeq. lib. 1.* Card. Tuſch. *in
verbo, ſimulatio, concluſ. 260. num. 1. & concluſ. 263. num.
18. & 19.*

Atque hæc eſt prima reſponſio, ex ſimulatione d.
tranſactionis ſumpta. Altera, & ſecunda, eſt, quia per
huiuſmodi tranſactionem, quantumuis eſſet vera, non
poſſet præiudicium afferri dict. dominæ de Peronne,
quia eſſet facta in fraudem creditorum, alienando, &
13 in alterum transferendo omnia ſua bona: qui enim
omnia ſua bona alienauit, dicitur alienaſſe in fraudem
creditorum, Bart. *in l. omnes, 17. §. Lucius, ff. quæ in frau-
dem creditorum,* Menoch. *conſil. 334. num. 53. lib. 4.* præ-
14 cipuè verò quando fit inter coniunctas perſonas, *l. non
ſolum, 67. ff. de rit. nupt.* & ibi Bart. idem Bart. *in l. no-
men 33. §. filio, ff. de leg. 3.* & ideo eo caſu etiam præten-
ſa tranſactio erit nullius momenti quoad d. dominam
de Peronne, Bart. *ſing. 104. & in l. 3. C. de iur. fiſc. lib. 10.*
15 *num. 7.* Alienatio enim, ſeu ceſſio, facta in fraudem cre-
ditorum, nulla eſt, & minimè valet, *§. item ſi quis in
fraudem,* & ibi Gloſ. Iaſ. Aretin. Fab. & Gomeſ. *inſti-
tut. de action.* Roland. *conſ. 58. vol. 2.* Peregr. *de iur. fiſci,
lib. 5. tit. 1. rub. de public. bonor. num. 154. & 156. in fine, verſ.
intellige tamen,* Ludouic. Peguer. *deciſ. crim. 49.* Maſcar.
*de probat. lib. 1. concluſ. 446. num. 11. & concluſ. 264. num.
8.* Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 13. tit. 35. num.
4. & tit. 39. num. 1. & ſeq.* quæ ex prioribus ſcriptis huc
transferenda diximus. Atque ex his conſtat, d. Lam-
bertum, tanquam actione carentem, omninò repel-
lendum.

Sed iam demus, citra præiudicium veritatis, verio-
rem & receptiorem eſſe ſententiam, quòd tacita &
expreſſa prohibitione de non alienando concurren-
tibus, ſi alienatio ſequatur, ſtatim fideicommiſſarium,
ante conditionis euentum, experiri poſſe, ideóque d.
dominum Lambertum, dominum de Sigonce, tan-
quam ex nouo iure ſibi poſt dict. tranſactionem quæ-
ſito, & ſuperueniente, experiri poſſe, nihilominùs, in
caſu de quo agimus, dict. dominus de Sigonce eſſet
omnino repellendus, quia conſignatio, de qua agitur,
non eſt alienatio; nam dotis reſtitutio, quæ fit mulie- 16
ri, conſtante matrimonio, ob vergentiam mariti ad
inopiam, non dicitur propriè reſtitutio, Cyn. *leg. vbi
adhuc, num. 9. C. de iur. dot.* quia adhuc deſeruit oneri-
bus matrimonij, & pacta vigent, Bart. *leg. ſi conſtante,
num. 55. ff. ſolut. matrim.* Alexand. *conſ. 142. num. 13. lib. 5.*
Gramm. *deciſ. 92. num. 1. & 12.* Ratio eſt, quia vxor non
eſt domina rerum conſignatarum, Rot. Auen. *deciſ.
160. numer. 11.* Nec in eam transfertur aliquod domi-
nium, ſed bona aſſignantur tantum loco cuſtodiæ,
Muſcatel. *in ſecunda iuſtit. par. 3. gloſ. ad induceatur, num.
83. & ſeq.* Afflict. *deciſ. 9.* & illa conſignatio non nocet
viro, remanet enim dominus, & eius conditio non fit
deterior, nec ipſe pauperior, ſola adminiſtratione, quæ
penes eum iam erat, penes vxorem reſidente, Ma-
gon. *deciſ. Florent. 125. num 3. & 5.* Et ſoluto matrimo-
nio vxor habet tantum actionem ad dotem, & non
ad bona conſignata, Gomeſ. Leon. *deciſ. 6. diuerſ.
num. 4.*

Sed rurſus, detur hîc agi de vera alienatione, & ſup-
ponamus aliquem creditorem dict. Emerici proſequi
diſtractionem aliquorum bonorum fideicommiſſo
ſubiectorum, quæ ſibi obligata ſunt, & eam obtine-
re; non propterea poſſet dict. dominus de Sigonce,
ex vi fideicommiſſi experiri, quia bona per teſtato- 17
rem alienari prohibita, poſſunt alienari ex cau-
ſa neceſſaria, ortum habente in perſona hæredis
grauati, *leg. peto, §. prædium, ff. de leg. 2.* & ibi om-
nes notant, *& in dict. leg. filiuſfamilias, §. diui,* vbi
Ripa *num. 9.* Petr. de Petra *de fideicommiſſ. quæſt. 8.
num. 316.*

Quod procedit etiam in neceſſitate cauſata ex ære 18
alieno contracto ex voluntate grauati, *d. quæſt. 8. num.
319. verſ. verumtamen,* tamen dict. alienatio habet
tantum effectum durante vita grauati, *dict. quæſt. 8.* 19
num. 319. verſ. tertio declaratur, Peregr. *d. art. 40. n. 20.
& 21.* Et talis alienatio fieri poteſt ob æs grauati, dum-
modo fiat iubente iudice, *d. q. 8. n. 310.*

Ex quibus concluditur, dictum dominum de Si-
gonce omni actione carere, ideóque omnino à limi-
ne iudicij, & proſequutione litis repellendum, hoc
dilemmate: aut enim contendit fideicommiſſum in
ſua perſona apertum, ob incapacitatem præten-
ſam dict. Emerici, domini de Buiſſon, aut ex pro-
hibitione alienationis, ſequuta alienatione: Pri-
mo caſu, obſtat ei exceptio tranſactionis initæ:
Secundo verò ei obſtat, quòd conſignatio dotis non
ſit alienatio, & quamuis eſſet, cùm facta fuerit
inuito Emerico, & authoritate iudicis, non poſſet
dict. Lambertus, durante vita Emerici, eam impu-
gnare.

Quibus ſtantibus, vt ceſſant, ceſſant quæſtiones,
an *authent. res quæ, C. communia, de leg.* habeat locum,
concurrente prohibitione expreſſa teſtatoris, & an in
dote confeſſata, & an ſit confeſſio dicatur ſimulata;
& is qui ſimulatam dicit, onus probandi, eam non
fuiſſe receptam, in ſe ſuſcipiat; hæc omnia quæri de-
bebunt, cùm conditio fideicommiſſi exiſtet, ſed nunc
ſatis eſt obijcere dict. Lamberto, eum nullam ha-
bere actionem, & neminem ſine actione experiri
poſſe.

Sed ſi forſan ille caſus accidat, vt conditio fideicom-
miſſi exiſtat, vt quia d. Emericus moriatur ſuperſtite
dict. domino Lamberto, tunc ſi dicta domina de Pe-
ronne reſtitutionem dotis conſequi velit, ceſſante,
vt ceſſabit, per obitum mariti conſignatione dotis,

abſque dubio conſequetur, non obſtantibus oppoſitionibus, quas facere poterit d. dominus Lambertus; Primò, quia bona, de quibus dict. Emericus diſponere poteſt, erunt pluſquam ſufficientia pro ſolutione iurium d. dominæ de Petronne competentium: quæ bona conſiſtunt in ſua legitima, & portione legitimarum Renati, & Ludouici, fratrum, nec non in iis pecuniariis ſummis, quas pro iuribus paternis & maternis N. & M... ſuis ſoroſibus ſoluit, quæ redactæ fuerunt ex pretio locorum ſancti Vincentij & Mariol, quæ nunquam ſpectarunt ad Spiritum du Bouſquet, patrem eundémque teſtatorem, & ſic non erant de bonis fideicommiſſo ſubiectis.

Denique, in iuribus maternis, dict. Emerico competentibus, quæ omnia ſunt detrahenda de bonis fideicommiſſo ſubiectis, conſiſtunt etiam in variis acquiſitionibus, quas in dictis locis tam dicti Buiſſon, quàm Valriaci d. Emericus fecit.

Sed caſu quo dicta bona non ſufficerent pro ſolu-
20 tione iurium dict. de Pettonne, ea caperetur ex vi *authen. res quæ, C communia, de leg.* quæ etiã. expreſſa prohibitione exiſtente, ex veriori & receptiori ſententia locum habet, Bart. & alij, communiter, *l. filiusfamilias, §. diui, de leg.* 1. & de communi reſtatur Iaſ. *in d. authen. res quæ, num.* 24. *& conſil.* 157. *vol.* 2. Auguſt. Berou. *conſil.* 110. Boet. *deciſ.* 129. *num.* 5. Crauet. *conſ.* 291. *num.* 4. Rol. *conſil.* 81. *num.* 7. *&* 26. *vol.* 2. & fuſiſſimè Anthon. de Padil *in d. authen. res quæ, num.* 52. & Pet. de Petra *de fideicommiſſ. quæſt.* 8. *num.* 422. quod adeò verum eſt, vt etiamſi prohibitio nominatim facta fuerit, etiam ex cauſa dotis, habere nihilominus locum dict. authent. exiſtimauerint Caſtrenſ. *conſ.* 80. *num.* 1. *lib.* 1. Lup. *in cap. per veſtras, de donat. inter vir. & vxor.* Curt. iunior *conſ.* 59. & de communi teſtatur Berous *quæſt.* 110. *per tot.* præſertim *num.* 52. & ſecundùm hanc iudicatum referunt Guid. Pap. *quæſt.* 96. & Berous *deciſ.* 129. & ita etiam in Senatu Tholoſano iudicari refert Ferret. *ad Guid. dict. quæſt.* 96. eámque ſententiam rationibus firmat, quas non refero, ſed an hæc opinio verior ſit, necne, non eſt inſiſtendum, cum prohibitio in noſtro caſu ſit omninò nuda & ſimplex, nec in ea vlla fiat dotis mentio.

Nec obſtat ſi dicatur, *d. authent. res quæ*, ceſſare in fideicommiſſo in contractu appoſito, quale eſt, vt prætendit, de quo agitur ex Crauet. *conſ.* 19. *num. vltim.* Peregr. *de fideicomm. art.* 42. *num.* 58. vbi multos allegat, quod maximè locum habere debet, cùm agitur de oneroſo contractu, ex Peregr. *d. num.* 58. ſubſtitutio autem, de qua nunc agimus, fuit appoſita in contractu matrimonij illius, contemplatione & fauore liberorum, quare non dicitur ſubſtitutio vel donatio merè lucratiua, ſed ob cauſam, & quoad vxorem & liberos oneroſa, Tiraquel. *ad leg. ſi vnquam de reuoc. donat. in verb. donatione largitus, num.* 244. Menoch. *conſ.* 261. *n.*
21 9. *& ſeq. vol.* 3. Surd. *deciſ.* 213. *num.* 15. nam reſpondetur, ſententiam contrariam, vt & quoque dict. authentica habeat locum in fideicommiſſo appoſito in contractu huiuſmodi, veriorem eſſe, quam tenuit Caſtrenſ. *in d. authent. circa princip.* Iaſ. ibid. *in* 4. *limit.* Opizo *in d. §. Diui, num.* 143. & probatur *per l. fin. C. de reb. alienis non alienan.* vbi textus paſificat prohibitionem legis, teſtatoris, & contrahentium, ſed in hoc caſu non videtur res habere difficultatem, quia nulla adeſt prohibitio expreſſa, ſed tantùm tacita ex fideicommiſſo ibi appoſito reſultans, in quo militat eadem ratio, quæ in fideicommiſſo in teſtamento appoſito, ſiue poteſtatis, ſiue voluntatis: poteſtatis quidem quia ſemper eadem eſt obligatio erga deſcendentes de dotando; voluntatis autem, quia non eſt præſumendum; donantem voluiſſe filias donatarij fuiſſe indotatas, & quod de dotis conſtitutione erga filias, id de dotis reſtitutione erga vxorem ſeu nurum reſpectu fideicommittentis ſtatuitur.

Sed in hoc non eſt incommodum, cùm fideicommiſſum in dict. donatione reſtrictum ſit ad locum de Buiſſono: at verò dict. domina de Petronne pro reſtitutione dotis & iurium dotalium, eo caſu adueniante, perſequetur bona Valriaci, & quædam in dict. loco Buiſſoni, per dict. tamen Emericum acquiſita, quæ ea ipſa ſunt, ſuper quibus nunc collocata fuit.

Nec obſtat ſi dicatur, hæc procedere quando conſtat de reali dotis numeratione, non autem ſi agatur 22
de dote confeſſata, vt hîc: nam illud ceſſat, nec habet locum quando præceſſit certa dotis promiſſio, vt hoc caſu; nam tunc ſicut confeſſio ſubſequens nocet anterioribus creditoribus, ita fideicommiſſario, vt dictæ authent. ſit locus, Crauet. *pro genero, conſ.* 1. *num.* 186. Roland. *conſ.* 85. *num.* 40. *vol.* 1. *& conſ.* 20. *vol.* 4. Magon. *deciſ.* 68. *num.* 10. Rota Auen. *deciſ.* 25. Afflict. *deciſ.* 402. Anth. de Padil. *in dict. authent. res quæ, num.* 120. *in fin.* Coſta *in tract. de facti ſcien. & ignoran. diſt.* 82. *cent.* 2. idque præſertim in caſu noſtro procedit, quo dos non fuit per dict. de Pettonne promiſſa, ſed per illuſtriſſ. quondam dominam Duciſſam de la Vallete ac ipſius fratrem, & ſic non ab ipſa, ſed ab aliis confeſſus eſt d. Emericus dotem recepiſſe, Rol. *conſ.* 93. *n.* 26. *vol.* 1. Hyppolit. *ſingul.* 345. Oſaſc. *deciſ.* 172. *n.* 11. Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Peruſ.* 71. *par.* 2.

Non obſtat poſtremò, dict. authenticam ceſſare, ſaltem in dote ſimulata, & cùm fideicommiſſarius ſuſcipit in ſe onus probandi ſimulationem, & non ſolutionem, quo caſu admitti debet huiuſmodi probatio ex Mobed. *tit. de confeßis, deciſ.* 2. *num.* 4. Afflict. *deciſ.* 402. *numer.* 12. & ibid. Vaſill. Rot. Auen. *deciſ.* 25. *num.* 8.

Idque locum habet etiamſi præceſſiſſet promiſſio dotis, quæ promiſſio præcedens non poteſt tollere fraudis & ſimulationis ſuſpicionem, Surd. *deciſ.* 116. *num.* 9. Bald. *Nouell. de dote, par.* 10. *num.* 12. 13. *&* 15. Anthon. Faber *in C. Fabrian. lib.* 5. tit. 8. *de dote, cau. non numer. definit.* 4. vbi ait, hanc exceptionem ſimulationis quandocumque proponi poſſe, etiamſi præceſſerint capitula matrimonialia, idémque tenet Socin. *in l.* 1. *num.* 84. *in fin. ff. ſolut. matrim.* Nam reſpondetur, poſito & non conceſſo, hoc verum eſſe, aut dict. ſimulationem prætendit probare per teſtes, aut per contra- 23
ctum, quem in actis produxit: ſi per teſtes, non poteſt, obſtante ordinatione Regia de anno 1566. *in Cod. Henrico, lib.* 5. *tit.* 10. *cap.* 5. & ibi Charon. qui multa areſta ſupremorum Senatuum refert, iuxta d. ordinationem latam *aux baſilsques, lib.* 5. *tit.* 10. *cap.* 5 & ibi Fretot. Si verò per d. inſtrumentum, hoc nullius eſt momenti & roboris, per rationes deductas in prioribus ſcriptis, quas hîc non repeto, præſertim quod poſt d. inſtrumentum, & declarationem prætenſam in eo contentam, eámque de falſo ſuſpectiſſimam, d. Emericus aliquibus annis poſtea, ſcilicet de an.... de nouo confeſſus eſt ſe d. dotem recepiſle, & recognitionem fecit. Quod corroboratur, quia etiam ſolùm habita ratione ad primam recognitionem, factam per d. Emericum, d. de Pettonne nec voluit, nec potuit d. huiuſmodi declarationem facere, quia cùm ipſa dotem non promiſiſſet, ſed dict. Duciſſa; vel frater, non potuit iuri illis quæſito per recognitionem & quictantiam, per dict. Emericum factam, præiudicare & derogare: noluit autem; & voluiſſe nullo modo credendum eſt, quia ipſa omnino indotata remaneret; nam ſi vera eſſet & valida declaratio

(nam

nam caſu quo vera eſſet, abſque dubio nullius momenti eſſet, vt mox dicetur, ipſa neque contra maritum, obſtante eius declaratione, neque contra dict. Duciſſam, vel fratrem, quia per dict. recognitionem erant liberati (quibus d. de Petronne, vt iam dictum eſt, non potuit præiudicare) vllam haberet actionem. His omnibus accedit, quod omnem anſam contradicendi omninò præſcindit, quia huiuſmodi declaratio, & inſtrumentum, proponitur in Gallia factum, vbi omnes contractus & declarationes mulierum, cuiuſcumque generis ſint, in fauorem maritorum factæ, ſunt nulli & nullius momenti, non obſtante iuramento in eis appoſito, cuius in Gallia nulla habetur ratio.

ARGVMENTVM.

AN & quo caſu filius, vel ab eo ius habentes, à petitione legitimæ repelli poſſint.
Legitima filij quanta ſit.
Et an fructus illius debeantur à die mortis abſque interpellatione.

SVMMARIVM.

1 *Exheredatus, ex vna de 14. cauſis enumeratis in §.* cauſas, in Authen. vt cum de appella. *vel ex alia maiore, vel vrgentiore, aut ſimili, à legitima petitione repellitur.*
2 *Legitima, eiuſque ſupplementum, præſcribitur 30. annis, ſicut legata, & omnes actiones.*
3 *Licet de iure canonico, data mala fide, contrarium aſſeratur, id veriſſimum eſt de iure ciuili, quod, quoad præſcriptionem, in Gallia obſeruatur.*
4 *Proteſtatio extraiudicialis non interrumpit præſcriptionem, ſed neceſſaria eſt petitio iudicialis.*
5 *Iure Gallico inſtantia triennio perimitur, & currit præſcriptio, non obſtante litis conteſtatione.*
6 *Declaratio in præiudicium tertij, & iuris illi quæſiti, an fieri poſſit, & quo caſu vnicus teſtis plenè probet.*
7 *Legitima filij quanta ſit.*
8 *Fructus legitimæ an debeantur à die mortis abſque interpellatione.*
9 *Fructus non poſſunt excedere duplum.*

CONSILIVM CXCIX.

VIſis inſtructionibus & documentis pro eorum iuſtificatione ad me miſſis, præſertim teſtamento Laurentij de Gruſſepierre, quo Laurentiam Quinide, eius vxorem, hæredem vniuerſalem inſtituit: diuiſione bonorum paternorum inter Iacobum & Laurentium, filios Antonij de Groſſepierre, facta abſque derogatione teſtamenti Romanæ Reboule quoad Iacobum, & quoad Laurentium, ſine præiudicio iurium ſibi competentium ſuper bonis maternis: donatione per d. Laurentiam Quinide omnium bonorum, iurium, & actionum præſentium & futurorum, tam ex capite proprio, quàm vi teſtamenti d. Laurentij, eius mariti, ſibi competentium, cum reſeruatione fructuum eius vita durante, & facultate diſponendi de 60. libris Turonen. in fauorem Iacobi & Petri Quinide, eius ex fratre nepotum, de an. 1611. facta, debitè acceptata, & inſinuata: declaratione Fr. Laurentij Baruoin Religioſi ſancti Dominici, 1. Octob. 1641. Alia etiam declaratione d. Laurentiæ Quinide de dicto anno, & 15. Octob. quibus aſſeritur eidem Laurentiæ iniunctum fuiſſe à d. Laurentio eius marito, ne ipſa, ſiue quidpiam peterent ab hæredibus Iacobi eius fratris, ratione iurium maternorum; imò ea eiſdem cederent & remitterent, præſuppoſito d. Romanam Reboule in ſuo teſtamento, mediante ſumma decem ſcutorum, priuaſſe d. Laurentium eius hæreditate, ex cauſis in d. teſtamento expreſſis: dum quæritur an aduerſus petitionem dictorum iurium maternorum à dicto Laurentio, & aliàs ab eo ius & cauſam habentibus factam, Iacobus Groſſepierre filius & hæres alterius Iacobi fratris dicti Laurentij aliquo modo ſe defendere poſſit.

Reſpondetur poſſe primò, quia ſi dicta Reboule 1 d. Laurentium exhæredauit, ſeu hæreditate priuauit ex vna de 14. cauſis enumeratis *in §. cauſas, in authen. vt cum de appellatio.* & per Gomeſ. *lib. 1. variar. reſol. cap. 11. quæſt. 14.* vel etiam ex alia cauſa expreſſis in dicta conſtitutione maiore, vel vrgentiore, quod ſufficit, Angel. *in l. lex Cornelia, ff. de iniur.* Couar. *in cap. Raynutius, in princ. num. 16. ext. de teſtam.* vel etiam non grauiore, ſed tamen ſimili, quod etiam ſufficit ex communi DD. ſententia, de qua teſtatur Iaſ. *in authen. non licet, C. de liber. præterit. col. 3.* & Curt. *num. 23.* Rip. *in l. final. quæſt. 41. C. de reuocan. donatio.* Graſſ. *in §. teſtamentum, quæſt. 42. num. 2. & 3.* & ea cauſa legitimè probetur, certum eſt, dictos creditores, vel ius & cauſam habentes, ab huiuſmodi petitione legitimæ iurium maternorum repellendos.

Secundò, quia, vt mihi proponitur, à morte d. Reboule vſque ad petitionem dict. legitimæ, quæ nunc tantum fit, elapſi ſunt 30. anni & vltra. At verò 30. an- 2
norum ſpatio legitima, eiúſve ſupplementum præſcribitur, DD. *in l. ſi quis filium, C. de inoffic. teſtam.* Viuius *opin. 488.* nec quoad præſcriptionem vlla eſt differentia inter legitimam eiúſve ſupplementum, ſed pari paſſu ambulant, & 30. annis finiuntur, Graſſ. *in §. legitima. quæſt. 49.* ſicut & legata Dec. *conſ. 154.* & omnes actiones perſonales, *l. omnes. l. ſicut, C. de præſcript. 30. annor.* Guid. Pap. *quæſt. 199.* Et quidquid de iure cano- 3
nico, exiſtente mala fide, contrarium aſſeratur, ad nota. *in cap. fin. ext. de præſcript.* Superius propoſita de iure ciuili veriſſima ſunt, quod, & non ius canonicum, quoad præſcriptionem, in Gallia eſt in obſeruantia, Bacquet *tract. des droicts de Iuſtice, cap. 21. num. 181. & 188.*

Nec obſtat ſi dicatur d. Laurentium, in d. diuiſione, 4
profeſſum fuiſſe ſe iuribus maternis per d. diuiſionem præiudicare nolle, nec ea in iis comprehenderetur: neque enim eo interrupta eſt præſcriptio, cùm nulla iudicialis petitio, miniſque conteſtatio facta fuerit, quæ tamen ad eiuſmodi interruptionem eſt neceſſaria, *l. vlt. C. de præſcrip. 30. vel 40. annor.* Et quamuis li- 5
tis conteſtatio facta fuiſſet, cùm tamen per triennium & longè vltra inſtantia ſiluiſſet, ea iure Gallico nedum perempta, ſed præſcriptio, quæ ſemel cœperat, currit perinde, ac ſi nulla petitio, conteſtatióque facta fuiſſet, Loiſeau *aux maximes du droict François, lib. 3. cap. 5.* in quo, ius Gallicum differt à Romano, quo per litis conteſtationem actio perpetua

tur, *d.l.vlt.C.de praſcript. 30. vel 40. annor.*

6 Quoad verò declarationem, tam per dict. Quinide, quàm per eius confeſſarium factam, ea ſola non poteſt nocere donatario, neque enim in præiudicium tertij, & iuris illi quæſiti fieri potuit; ſed tamen concurrentibus exhæredatione ſeu priuatione matris, in teſtamento facta, taciturnitate tanti temporis, quòd aliquibus poſt donationem menſibus, quòd ab ægrotante, & mortis cogitatione impulſa, quòd propter Confeſſario, & quòd non de omnibus rebus donatis, ſed de minore earum parte facta fuerit, Iudex illius rationem habere debet, præſertim quòd ſacerdoti, cui data fuit à confitente poteſtas confeſſionem manifeſtandi, & talis ſacerdos ſit fide dignus, qualis hic proponitur, creditur, & hoc caſu dictum vnius teſtis plenè probat, Gabriel *tit.de teſtib.concluſ.1.num.59.* Maſcard. *concluſ. 377.num.9.*

Ex quibus concluditur, à petitione legitimæ iurium maternorum dict. Iacobum eſſe abſoluendum.

Et, vt ſatisfaciam quæſtioni, quæ proponitur, caſu quo deberetur legitima, quod non creditur, quanta ea eſſet, & an fructus illius à die mortis abſque petitione

7 deberentur. Reſpondetur, cùm proponatur dict. Reboule, duobus tantum filiis ſuperſtitibus, deceſſiſſe, legitima erit ſexta pars bonorum dictæ Reboule, deducto ære alieno, & funeris impenſa. Fructus autem 8

legitimæ regulariter quidem, etiam ſine interpellatione, à die mortis debentur, DD. *in l. Papinianus, §. vnde ſi quis, ff. de inoffic. teſtam. & in authent. nouiſſima, C. eod.* Alex. *conſ.61.lib.1.* Bertrand. *conſ. 270.num.2. & conſil. 173.num.36 lib.3.* etiam ſi in quantitate ſolueretur, ſi tamen adeſſent prædia, ex quibus deberetur, quia tunc debentur vſuræ loco fructuum, Alex. *conſ.69. col. vlt. verſ. accedit ad confirmationem, lib.1.* Cachetan. *deciſ.148. num 3.* Rip. *in l. fideicommiſſum, num.145. ff. ad Trebellian.* Seraphin. *deciſ.1406.num.7.* ſed ſi bona dict. Reboule, in pecunia conſtitiſſent, eáque huiuſmodi fuiſſet, vt nullos fructus reddiderit, non videtur, eo caſu, quòd fructus legitimæ debeantur abſque interpellatione: & vtcumque ſit, dicti fructus duplum exce- 9

dere non debent, *leg. nihil intereſt, verſ. quod in ſingulos, ff. de nauic. fœno. l. ſi non ſortem, 26. in princ. ff. de condic. indeb. l. vſura, l. pen. Cod. de vſuris, l. vnic. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt profer.*

ARGVMENTVM.

EPiscopvs an poſſit, reſignando Epiſcopatum in fauorem alicuius, reſeruare maiorem partem fructuum, propria authoritate, eius vita durante percipiendorum, nec non omnimodam adminiſtrationem ſpiritualem dicti Epiſcopatus.

SVMMARIVM.

1 *Reſeruatio omnium fructuum iure communi fieri poterat, ſed per Concil. Trident. mille ducati reſignatario remanere debent.*
2 *Adminiſtratio rarò quidem, ſed tamen conceditur.*
3 *Collatio omnium beneficiorum reſeruare poteſt.*
4 *Ordinum quoque collatio.*
5 *Item viſitatio, conuocatio Synodi, & tota iuriſdictio.*
6 *Sicut & ſtallus in choro, vox in Capitulo, & omnes functiones Epiſcopales.*
7 *In Gallia prohibita eſt reſeruatio omnium fructuum.*
8 *Penſio ſuper beneficiis, licet in Gallia, tertiam partem fructuum excedere non poſſit, ſi tamen maior impoſita ſit, is qui ei conſentit, non poteſt reclamare.*
9 *Nec eius ſucceſſor per reſignationem.*
10 *Reſeruans fructus cum clauſula*, illos percipiendi propria authoritate, *remanet in poſſeſſione.*

CONSILIVM CC.

QVæritvr, an Reuerend. Epiſcopus N. poſſit reſignare Epiſcopatum ſuum, vt de eo prouideatur N. ex nominatione Regis Chriſtianiſſimi, reſeruata ſibi maiore parte fructuum, propria authoritate, eius vita durante, percipiendorum, & parua eorumdē portione reſignatario relicta, ad ipſius vſum conuertenda, nec non pendente minori ætate reſignatarij, omnimoda adminiſtratione ſpirituali d. Epiſcopatus; ita vt, non obſtante dicta reſignatione, & prouiſione inde ſequuta, dict. reſignans omnia beneficia ad Epiſcopi collationem ſpectantia, & quibſcumque Ordines conferre, viſitationes facere. Synodum conuocare, in ea, & aliis congregationibus & conuentibus Cleri præſidere, & generaliter omnes alias functiones Epiſcopales facere poſſit, minoritate reſignatarij durante, perinde ac ante reſignationem facere poterat, & ſolebat.

Reſpond. reſeruationem etiam omnium fructuum, iure communi permiſſam fuiſſe, Pariſ. *conſil. 39. col. 4.* Sarnen. *de annali, quæſt. 60.* Mandoſ. *in ead. regul quæſt. 30.* Flamin. *de reſigna lib.6. quæſt.1 num.2.* quæ reſeruatio omnium fructuum, etſi per ſummum Pontificem non ſoleret fieri, niſi ex magna cauſa, Rebuff. *in prax. tit. de reſer. num.34 in fin.* tamen de facili concedebatur iis qui multo tempore in dict. beneficiis ſeruierant, vt contigit ſenibus, ad hoc vt ſenectutem ſuſtentare valeant, vt poſt Oldrad. explicat Pariſ. *d. quæſt.1. num.32. verſ. ſed ex huiuſmodi*: ſed hodie, ſtante decreto Concil. Trident. *cap.13. §. ad hæc, ſeſſio.24. de reformat.* non permittuntur huiuſmodi reſeruationes, niſi Epiſcopo reſignatario mille ducati remaneant ex redditibus, & notat Pariſ. *d. quæſt.1. num.36.* & cùm hoc caſu adſit legitima cauſa, ſumma ſcilicet ſenectus Epiſcopi reſignantis, præterquam quòd ſufficiens etiam cauſa, ipſa renunciatio cenſetur, Pariſ. *d. q 1. n.35.* & reſignatario remanebunt mille ducati, non videtur dubium quin huiuſmodi reſeruatio valida ſit.

Quoad adminiſtrationem, rarò quidem, ſed tamen 2

conceditur, Mandoſ. *tract. de ſigna grat. tit. fructuum reſeruationes, verſ. nunc reſeruatio.*

Collatio quoque omnium beneficiorum, pro tem- 3

pore vacantium, reſeruari poteſt, vt ſupponit Rebuff. *in concor. rub. de mandat. Apoſtol. §.1. verſ. quod ſi collationes, pag.471.* & diſertè docent Mandoſ. *d. tit. fructuum reſeruationes, verſ. conceditur,* & Pariſ. *d. quæſt.1. num.14.* Or- 4

dinum quoque collatio, ſicut & titulus, & denominatio reſeruari poteſt, Mandoſ. *d. tract. de ſigna. grat. tit. de reſigna. verſ. renuntians Epiſcopatus. & d. tit. fructuum reſeruationes, verſ. titulus, & denominatio*; quod admodum conuenit cum iuris diſpoſitione, quia Epiſcopus,

pus, loco, & non dignitati, renuntians, ordines conferre poteſt, *cap. 1. de ordinat. ab Epiſcop. qui renuntia. Epiſcopa.*

5 Viſitationes quoque, & conuocationes Synodi, quæ iuriſdictionis ſunt, & tota ipſa iuriſdictio reſeruari po-
6 teſt, Pariſ. *d. quæſt. 1. num. 36. verſ. hodie autem.* Sicut & ſtallus in choro, vox in Capitulo, quódque omnibus conuenientibus præſit, & generaliter functiones Epiſcopales, Mandoſ. *d. tit. fructuum reſeruationes, in princ.* Pariſ. *d. quæſt. 1. per tot.* præſertim *n. 42. verſ. non eſt omittendum:* & de ſtallo in choro, & loco in Capitulo habemus text. *in c. cum inter ext. de renuntiatio. & in c. cum illorum, in fin. de prabend.*

Quæ adeò vera ſunt, vt quoties ea omnia ſibi reſeruant, habeantur loco titularis, & illi æquiparentur, & ita fuit deciſum in Rota *in vna Placentina de menſe Martij anni* 1534. vt refert Pariſ. *dict. quæſt. 1. num.* 45.

Verum quidem eſt hæc omnia difficillimè aliis quàm Cardinalibus concedi à ſummo Pontifice, Pariſ. *d. quæſt. 1. num. 36. verſ. hodie autem.* Si tamen concedat firmum id eſſe, & validum, non eſt dubium.

Et hæc quidem iure communi inſpecto: Sed an in Gallia aliquid ſit immutatum, & non obſeruetur non inuenio quidquam immutatum, præter reſeruationem
7 omnium fructuum, quæ eſt prohibita, Rebuff. *in concorda. tit. de reſerua. benefi. verſ. item eod. arreſto. pag. 227.* poſt Aufrer. *in ſtylo Parlamenti, arreſt. 192.* idem Rebuf. *in praxi tit. de reſeruationibus, num. 14.* Boer. *deciſ. 2. num.* 56. Papon *lib. 2. titul. 8. arreſt. 3.* Et ita variis arreſtis ſupremi Senatus Pariſien. deciſum fuiſſe dicti Aufrer. Rebuff. & Papon referunt. Sed illi de reſeruatione omnium fructuum loquuntur, nos præſupponimus, mille ducatos reſignatario remanere, ac proinde huiuſmodi prohibitio non poteſt afficere hunc caſum; idque eò maximè quòd agitur de Epiſcopo reſignante decrepitæ ætatis, & de reſignatario minore, filio potentis, & prædiuitis viri, qui abundè ei ſubminiſtraturus ſit quæcumque illi erunt neceſſaria, caſu quo portio redituum, quæ penes eum remanebit, non ſufficeret. Quæ confirmantur ex his quæ in Gallia ſeruantur, circa penſionum impoſitionem ſuper beneficiis.

8 Nam, etſi de conſuetudine Galliæ, penſio non poſſit excedere tertiam partem fructuum, ſi tamen maior impoſita ſit, is qui eidem conſentit non poteſt eam de nullitate aut exceſſu impugnare, nec diminutionem illius petere, Imbert *en ſon Enchirid. verb. penſion,* Chopin. *lib. 3. de ſacra politia, tit. 2. num. 15.* Robert. *lib. 1. rerum*
9 *iudicatar. cap. 7. in fin.* Sed nec dicti conſtituentis penſionem ſucceſſor. per reſignationem tamen, non per obitum, Maynard. *lib. 1. c. 63. n. 2. additionat.* ad Louet *en ſon recueil d'arreſts, lit. P. c. 30.*

Nec quoad reſeruationem collationis beneficiorum obſtat ſi dicatur reſeruationes, tam ſpeciales quàm generales in Gallia abrogatas eſſe, nam id ſolùm procedit quoad reſeruationes, quæ fiunt per ſummum Pontificem, vel Sedem Apoſtolicam, non quoad eas quæ fiunt per Epiſcopum reſignantem, vt ex text. concordati *in rubr. de reſeruatione, & ordinationibus:* Rebuff. apparet, ſed nec omnes reſeruationes, per ſummum Pontificem factæ, ſublatæ ſunt, multæ enim manſerunt, vt per Rebuff *in d. loco.*

Vt autem reſeruationes, de quibus ſuprà, legitimè fiant, quædam animaduertenda ſunt. Primum, vt quoad reſeruationem fructuum, apponatur clauſula (*illos propria authoritate percipiendi*) vt de ſtilo fieri atteſtatur Mandoſ. *d. tit. fructuum reſeruationes, verſ. reſignans ſeu cedens*, & hoc caſu reſignans licitè illos per ſe ipſum, & abſque alicuius licentia percipere poteſt, Mandoſ. *de annali, quæſt. 30 num. 1.* Et ex hoc poterit 10
remanere in poſſeſſione, Pariſ. *conſ. 39. num. 7. vol. 4.* quia ex hoc ei eſt permiſſa perſeueratio in poſſeſſione, in qua conſiſtit perceptio fructuum, *l. quod ſcit. §. in alieno, ff. de vſuris.* Et ita fuit reſolutum in Rota *in vna Paduana, die 5. February* 1546. vbi fuit tentum, quòd reſeruatis fructibus, percipiendis propria authoritate, ac ſi non reſignaſſet, reſignans non amittit poſſeſſionem; imò illam continuat, atteſtatur Mandoſ. *d. tit. fructuum reſeruationes, verſ. reſignanti,* & Flamin. *d. q. num.* 18.

Secundum, quòd pactio inter reſignantem & reſignatarium, de reſeruatione fructuum, eſt illicita, donec à ſummo Pontifice comprobetur; & ideò cuſque cenſetur honeſta & licita, quouſque licentia Papæ ſe extendit, & non vltrà, *cap. quam pio 1. q. 1. Dum tamen omnis abſit pactio, 1. q. 2. c. cum pridem, de pact. c. quaſitum & cap. Cum vniuerſorum, de rer. permutatio* Felin. *conſil.* 11. Roman. *conſ.* 358. Dec. *conſ.* 141. Et poſt eos Flamin. *d. q. 1. num.* 25.

Poſtremum, faciendam eſſe mentionem penſionis antiquæ, ſi quæ ſit, nam, etſi plerique exiſtimarint, non eſſe neceſſarium, & ita fuit concluſum in Rota, Flamin. *d. quæſt 1. num. 26.* tamen ad tollendas difficultates & DD. ſententias diuerſas, melius eſt vt apponatur, & ita conſulit faciendum Mandoſ. *d. tit. fructuum reſeruationes, verſ. clauſula exprimens penſionem.*

ARGVMENTVM.

BEneficia curata, non poſſunt conferri niſi iis, qui attigerunt 25. annum.
Ratihabitio patroni validat prouiſionem, ſine eius præſentatione factam.

SVMMARIVM.

1 *Eo ipſo quod eſt Vicaria perpetua Eccleſiæ parrochialis, habet curam animarum.*
2 *Beneficia curata non niſi his qui attigerunt 25. annum conferri poſſunt.*
3 *Capacitas ad beneficium debet adeſſe, de tempore prouiſionis, nec poſtea ſuperueniens quidquam operatur.*
4 *Clauſula,* ſaluo iure tertij, *ſemper ſubauditur in reſcript.*
5 *Error in nomine, non vitiat præſentationem.*
6 *An ſufficiat Patronum prouiſionem, ſine eius præſentatione factam, ratam habere.*
7 *Patrono non contradicente, aut alium præſentante intra tempus, collatio prius facta immediatè conualidatur.*
8 *Defectum præſentationis, ſolus Patronus allegare poteſt.*
Præteritionis, filius.
Donationis, per ſuſceptionem liberorum, donans.
Commiſſi, Dominus.
9 *Simonia non nocet, ſi prouiſio, eo nomine, impetrata non ſit.*

10 *Exceptio, tua non intereſt, repellis actorem à limine iudicij, & articuli, & poſitiones, eo nomine facta, non ſunt admittenda.*

CONSILIVM CCI.

INTER tot colligantes ratione Vicariæ perpetuæ loci d'Eigalieres, in prouincia Prouinciæ, de tribus tantùm agendum eſt, qui ſolùm in lite nunc ſunt; nimirum de Sebaſtiano Romano, Guillelmo Roze, Elziario Boſſy, qui eſt in poſſeſſione d. Vicariæ in vim arreſti, per ampliſſimum Senatum Prouinciæ lati, ſuper momentanea poſſeſſione, quam, Recreanæ vocant, & inueſtigandum quis eorum in plenario poſſeſſorio obtinere debeat: & antequam ſuper eo diffinitiuè pronuntietur, d. Roze admitti debeat ad probandam confidentiam inter d. Romanum, & Franciſcum Lazer, & ſimoniam inter dictos Lazer, & Boſſy per ipſum prætenſas.

Et videtur in fauorem d Boſſy reſpondendum: nam quoad d. Romanum, res non videtur habere difficultatem; certum enim eſt, eum omni iure carere, cùm de tempore prouiſionis à legatione ſibi factæ, non attigiſſet vigeſimum quintum annum; Nam ex actis apparet d. Vicariam habere curam animarum; &, etſi non
1 appareret, eo ipſo quòd eſt Vicaria perpetua Eccleſiæ parrochialis, curam animarum habet *cap. ſi. de offic. Vicar. Clement. vn. eod. tit.* Rebuff. *in praxi lib. 2. de diſpenſatione ratione ætatis, verb. vel earum perpetua Vicaria.*
2 At verò huiuſmodi Beneficia, curam animarum habentia, non niſi his qui 25. annum attigerunt, conferri poſſunt; & collationes in minori ætate, quàm ea conſtitutis factæ, nullius ſunt momenti, *cap. cùm in cunctis, §. inferiora. de elect. cap. lic. et canon. eodem tit. in 6.* Conc. Trident. *ſeſ. 24. cap. 12. de reformat.* Nauarr. *in manuali, cap. 25. num. 116. & conſ. 4. de ætat. & qualit.* Flamin. par. *de reſignatione, lib. 4. cap. 9. num. 16. & cap. 11. num. 14.* Et quamuis poſſint conferri Clerico, qui nondum ad ſacros Ordines promotus eſt, debet tamen eſſe in ea ætate, ſcilicet in 25. anno conſtitutus, Rebuff *in praxi lib. 1. cap. 16. requiſita ad bonam collationem. num. 33. & 34.* Et de congrua. *num. 19. & in repetit. cap. extirpanda, §. qui verò, de præbend. 2. notab.* Flamin. *dict. lib. 4. cap. 9. à num. 39.*

3 Nec refert quòd poſtea ad eam ætatem peruenerit, vel etiam ad Sacerdotium promotus fuerit; capacitas enim & habilitas requiritur tempore prouiſionis, nec poſtea ſuperueniens quidquam iuuat, vt præfati DD. dictis locis docent, & Rebuff. *in concordat. rubr. de collatione, verb. modo præmiſſo, verſ. ſecundo requiritur, pag. 436.* Et cùm hic defectus ætatis ſit eſſentialis, non inſiſto recenſere alios, qui ex actis reſultant, & qui in allegationibus iuris per Aduocatos d. Boſſy deducti fuerunt.

Nec d. Romano ſuffragari poteſt noua promiſſio à ſummo Pontifice obtenta, ſub datum Romæ 6. Kalendas Auguſti, Pontificatus anno 12. & anno 1616. & 27. Iulij: nam huiuſmodi prouiſio eſt manifeſtè ſubreptitia, tum quòd non expreſſit, ſe tempore primæ impetrationis non attigiſſe 25. annum, tum quòd falſum re ipſa narret, in his verbis, (*dictus orator tempore prouiſionis d. Vicariæ, ſibi vt præfertur factæ, etſi presbyter non erat, nec intra annum, à iure præfixum, ad ſacrum Preſbyteratus ordinem, &c.*) quæ verba ita còcepta innuunt d. Romanum, tunc quidem fuiſſe legitimæ ætatis, vt eſſet Preſbyter, ſed actu non fuiſſe; nec non innuunt intra annum potuiſſe promoueri: vtrumque autem falſum eſt, ex actis enim conſtat, eum ne vigeſimum quidem ætatis annum attigiſſe. Adde, quòd narrat de tempore ſuæ primæ prouiſionis, & ab immemorabili tempore, d. Vicariam pro ſimplici beneficio habitam fuiſſe, quod etiam falſum eſſe ex actis apparet; & eo ipſo ſolo quòd eſſet Vicaria perpetua, de iure neceſſariò ſequebatur curam habere animarum, vt ſuprà dictum fuit, ex Rebuff *d. tit. de diſpenſat. ratio. ætat. verbo vel earum perpetua. &c.* Sed, etſi verum narraſſet, & d. prouiſio legitimè facta fuiſſet, nihil ſibi prodeſſe poſſet, cùm iam ius dicto Boſſy quæſitum fuiſſet, dictam enim Vicariam, ob incapacitatem & inhabilitatem d. Romani, die 2. Iunij, anni 1605 impetrauerat & prouiſio ſecunda d. Romani eſt de anno 1616. & 27. Iulij, vt ſuprà dictum fuit; clauſula enim, *ſaluo iure tertij*, in reſcriptis ſemper ſubauditur, *l. 2. §. ſi quis à Principe, & §. merito, ff. ne quid in loco publico*, notat. *in leg. ex facto, in princ.* & ibi Bald. *ff. de vulgari, gloſ. vlt. in cap. 1. ext. vt lite pendente, gloſ. magiſtra. & in gloſ. fi.* & ibi Barr. *col. 1. verſ. ſecundo quæro,* & Iaſ. *2. col.* & ibi etiam Bald. *in fi. C. ſi contra ius vel vtilitatem publicam*, & regula de iure quæſito non tollendo in Gallia, & vbique eſt in viridi obſeruantia. 4

Quoad verò d. Roze, caſu quo nihil opponi poſſit contra dictum Boſſy, clarum eſt illi nullum ius competere, quia d. Boſſy ante eum d. Vicariam impetrauit, & eſt prior tempore, & ſic potior iure, nam d. Roze, non niſi de menſe Iulij anni 1606. & ſic 13. vel circa menſibus poſt dictum Boſſi impetrauit. Quod præuidens d. Roze impugnat prouiſionem d. Boſſi, vt, ea annullata, ſua ſuſtineatur; idq; quatuor modis, primo quòd falſo mandato Patroni d. Boſſi vſus ſit: Secundo, quòd conſenſus Patroni, tempore impetrationis, non interuenerit. Tertio, quòd d. Boſſi confidentiam quam allegauerat contra Lazer, non ſit proſequutus, quam tamen adfuiſſe contendit. Quarto, quòd ſimonia, vt d. Roze prætendit, commiſſa ſit inter d. Lazer & Boſſi, ad quæ duo poſtrema probanda ſe admitti petit. De ſingulis ſigillatim differendum eſt.

Et quidem illa falſitas prætenſa nulla eſt, ſed error 5
in nomine: & cùm conſtet de quo ſenſerit Patronus, ex nominatione quam fecit procurator, non eſt illius habenda ratio, vt per Adoocatos dict. Boſſi oſtenſum fuit, ex *§. ſi quis in nomine inſtitut. de legat. & l. ſi Fortidianum, C. eod.* Præterea, errorem fuiſſe, non falſitatem, & de Elziario, non de Iacobo ſenſiſſe Patronum, ex eo euincitur, quòd in mandato, d. Boſſi dicitur preſbyter reſidens in ciuitate Cauallicen. vterque autem, ſcilicet Iacobus & Elziarius, Cauillioni morabantur, ſed Iacobus erat beneficiatus Eccleſiæ Cauallicen. & Rector Capellaniæ ſancti Spiritus Bonilien. quòd ſi de Iacobo, non de Elziario ſenſiſſet Patronus, eum, non ſimpliciter presbyterum, qualis erat d. Elziarius, ſed beneficiatum d. Eccleſiæ dixiſſet, vt eum diſtingueret ab eo qui ſimpliciter erat presbyter. Adde quòd non erat veriſimile Iacobo, benè de beneficiis prouiſo, Patronum voluiſſe dictam Vicariam conferri, & ad hunc finem eum præſentare, ſed potius d. Elziario, de nullo beneficio prouiſo; præſertim quòd d. Iacobus eſt patruus, & d. Elziarius nepos ex fratre. Et, quod omnem ſcrupulum tollit, eſt declaratio, quam fecit Abbatiſſa ſanctæ Crucis Aptenſis, quæ eſt Patrona, & ad quam ſpectat præſentatio ad dictam Vicariam, quæque liti ſe iunxit pro defenſione iuris Boſſi. Tollitur quoque omnino illa prima impugnatio ex deciſione ſecundæ, de qua mox.

Nam, & ſic deuenio ad ſecundam, ſi conſenſus Patroni, poſt collationem adhibitus, ſufficit ad validandam prouiſionem, ſequitur, quomodocumq; d. mandatum

datum accipiatur, &; quod plus eſt, etiamſi nullum
omninò mandatum adfuiſſet, hoc caſu prouiſionem
d. Boſſi impugnari non poſſe, cùm d. domina Abbatiſ-
ſa eam ratam habuerit, inſtrumento publico, ad hunc
finem confecto. Quæſtio igitur verſatur in hoc, an ſuf-
6 ficiat, Patronam, prouiſionem ſine eius præſentatione
factam, poſteà ratam habere; & certum eſt ſufficere, vt
bene demonſtratum fuit per Aduocatos dict. Boſſi, ex
Ioan. Andr. *in c. per veſtras, de iure patronat.* & Felino
in c. cum Bertoldus, n. 9. de ſenten. & re iudic. & vltra eos
ſusè docet Lambert. *de iure patron. par. 3. lib. 2. q. 2. art. 2.
n. 26 fol. 213. verſ. col. 2.*

Nec obſtat reſponſio quæ ex aduerſo datur, huiuſ-
modi ſcilicet ratihabitionem, & conſenſum ſubſe-
quentem, non fuiſſe præſtitum intra tempus ad præ-
ſentandum Patronis conceſſum; nam ſi hoc verum eſ-
ſet, ſcilicet non fuiſſe præſtitum intra dictum tempus,
7 longè magis valuiſſet collatio facta, eo enim ipſo quòd
Patronus non contradixit, vel alium præſentauit intra
tempus ad præſentandum, collatio priùs facta imme-
diatè conualidatur abſque alia collatione in futurum
facienda; quia ipſe conſentiens non poteſt contraueni-
re, arg. *l. per fundum, ff. de ſeruitutibus, ruſtic. prædior. cap.
veniens, de filiis presbyter. cap. ſi tibi abſenti de præbend.
in 6.* nec etiam ipſe Patronus, quia habebitur pro con-
ſentiente, ex quo non contradicit, nec alium præſen-
tauit, *l. ſi ſeruus communis, de donatio. inter vir. & vxor.* &
ita in terminis poſt Abbat. & Felin. docet Lambertin.
d. loco, num. 27. omnino videndus, quod in hoc caſu
abſque dubio procedit, quo dicta ratihabitio & con-
ſenſus fuit præſtitus de menſe Decembri 1605. Et ſic
longè ante impetrationem dicti Roze, & poſtquam
ius irreuocabiliter fuerat dict. Boſſi quæſitum, ſiue ex
vi d. conſenſus ſiue ex vi deuolutionis ad ſuperiorem,
quia Patrona non præſentauerat intra tempus.

8 His adde quòd allegatio defectus præſentationis,
non ad alium quàm ad Patronum ſpectat, vt etiam
per Aduocatos d. Boſſi fuit deductum, quod confir-
matur ex eo quod dicitur de teſtamento, ob præteri-
tionem filij nullo, quod filius præteritus, & non alius
l. filio præterito, & ibi gloſ. & omnes *ff. de iniuſt. teſtam.
leg. maximum, §. ſancimus, C. de liber. præteritis, de dona-
tione omnium vel maioris partis bonorum per ſuſceptionem
liberorum reuocanda, quam donans & non alius,* Tiraquel.
*in l. ſi vnquam, verb. reuertatur, num. 10. quæ impugnare
poſſunt de fundo vel emphyteuſi quæ in commiſſum ceciderunt,
ſi dominus velit & non aliter, l. 2. in verb. volenti,* &
ibi gloſ. & iterum in illis verbis, *ſed omnimodo cum do-
minus, C. de iure emphyteut.* Bart. *in l. 2. ff. ſi ager vectigal.*
& multis aliis exemplis quæ recenſentur per Tiraq. *de
loco, num. 12. cum ſeqq.*

Tertius, prætenſus defectus nihil eſt, quia d. Boſſi,
videns difficilem probationem confidentiæ, potuit li-
berare ſe à vexatione, mediante tranſactione, cum di-
cto Lazer inita, & per Summum Pontificem confir-
mata; idque faciendo prudenter egit euitando incer-
tum litis euentum & expenſas ac ſumptus quos factu-
rus fuiſſet.

Quod verò poſtremo loco obijcitur, ſimoniam com-
miſſam fuiſſe inter dictos Lazer & Boſſi, hoc expreſsè
negamus: ſed poſito, & non conceſſo, quod eſſet ve-
rum, eo ſe d. Roze iuuare, & id ſibi prodeſſe non po-
teſt, cùm nullam prouiſionem eo nomine habeat, nec
ex ea cauſa d. Vicariam de nouo impetrauerit: prouiſ-
ſio autem, quam habet, illi, quoad hunc modum va-
candi, ſuffragari non poteſt, quippe quæ ſit facta de
menſe Iulij anni 1606. quæ propterea non poteſt com-
prehendere modum per ſimoniam vacandi prætenſ-
ſum, qui, ſi verus eſſet, non fuiſſet niſi de menſe No-
uembris an. 1615. quo dicta tranſactio fuit inita.

Neceſſarium enim eſt, vt prouiſionem eo nomine 9
habeat, vt poſſit ea præterita ſimonia ſe iuuare, *cap. ex-
tirpanda, §. qui verò, de præbend.* Rebuff. *in praxi, lib. 1.
cap. 12. num. 2.* adeò vt, nulla exiſtente prouiſione, nec
ius in re habere dicatur, cùm illud non niſi per colla-
tionem acceptatam quis dicatur habere, *cap. ſi tibi ab-
ſenti, de præbend. in 6.* Rebuff. *in praxi ſuper reg. de non
tollen. iure quæſi. Gloſſ. 6. num. 38.* Corraſ. *par. 4. cap. 1.
num. 14.* Couarru. *lib. 3 variar. reſol. cap 16. num. 3.* nec
ad rem Nicol. Garc. *de beneſic. par. 4. c. 3. per tot.*

Ex quibus pendet reſolutio alterius quæſtionis, an
dict. Roze debeat admitti ad probandum confiden-
tiam & ſimoniam, per ipſum prætenſas: nam quoad
confidentiam, clarum eſt non poſſe: poſito enim quòd
probaret, d. Boſſi anteriori in data, non ſibi prodeſſet,
& ſic repellendus eſt exceptione, *tua non intereſt*, nec
quoque quoad ſimoniam admitti debet, quia cùm
nullam habeat eo nomine prouiſionem, vt ſuprà di-
xi, huiuſmodi probatio ſibi non prodeſſet: & ſic ſem- 10
per militat exceptio, *tua non intereſt*, quæ tanti eſt mo-
menti, vt actorem à limine iudicij repellat, & articu-
li, ſeu poſitiones, eo nomine factæ, non ſint admitten-
dæ, Alexand. *conſil. 39. num. 8. lib. 1. cap. omnis oppreſſus,
quæſt. 6.* DD. *in cap. vt debitus*, per illum text. *de appel-
lationibus*, & generaliter, non auditur quis in iudicio, ſi
eius non intereſt de illa cauſa, *l. ex conuentione*, & ibi
Alex. & Dec. *C. de pact.* Roman. *conſil. 499. in princ.*

Præterea, calumnioſam eſſe huiuſmodi petitionem,
& non, niſi animo protrahendi iudicium, fieri, ex eo
euincitur, quod d. Boſſi non conſenſiſſet reſeruationi
penſionis 30. librarum, ſi pecuniam d. Lazer dediſſet,
attentis magnis oneribus dict. Vicariæ, & quæ reſer-
uatio penſionis excludit omnem præſumptionem ſi-
moniæ.

Quæ ſi vera ſunt, vt veriſſima ſunt, quoad d. Roze,
habebunt quoque locum quoad d. Romanum, tum
quòd ipſius prouiſio eſt nullius momenti; tum quòd
prouiſionem ex capite dict. prætenſæ ſimoniæ nouam
non accepit, & ſic ſemper obſtat dicta exceptio, *tua non
intereſt.*

ARGVMENTVM.

QVi teneantur ad ſalarium Vicarij perpetui; & quædam alia, circa decreta in viſitatione per Epiſcopum facta.

SVMMARIVM.

1 *De iure communi, qui decimas percipiunt, pro rata contribuere debent in his omnibus quæ neceſſaria ſunt pro ſacramentorum adminiſtratione.*

2 *Sed, ſi conſuetudo ſit in contrarium, ea ſequenda eſt.*

3 *Qui ſentit onus, ſentit & commodum.*

4 *Regularibus ſæculari ſtatu, omnia ſuper quibus aliter expreſsè prouiſum non eſt, remanent in priori ſtatu, ſicut in vnione.*

5 *In mutatione chori, requiritur quidem conſenſus Capituli, ſed ſi decentius ſit ad ſeruitium diui-*

num, non debet repugnare.

6 *Canonici non poſſunt cogi dicere Miſſam, niſi diebus quibus à ſtatuto, vel per deſcriptionem in tabulas, tenentur: ſi tamen aliquis nimium differret celebrare, præuia monitione ab Epiſcopo, ſub aliqua pœna cogi poſſet.*

CONSILIVM CCII.

ANTEQVAM dubiis parte venerabilis Capituli Eccleſiæ Auraicen. circa decreta per Reuerend. Epiſcopum Auraicen. in viſitatione facta, mihi propoſitis ſatisfaciam, ſentio hoc negotium amicè potiùs quàm iudicialiter tractandum, & rationes, pro Capitulo facientes, eidem Reuer. Epiſcopo repræſentandas, vt quatenus iuri erunt conſonæ, dicta decreta reformet, ideóque non deciſiuè reſpondebo, ſed ſolùm rationes, quæ intentioni Capituli ſuffragari videntur proponam.

Quoad primum igitur, circa augmentum ſalarij Vicario ſeu Curato perpetuo decretum de quatuor ſalmatis frumenti & ſeptem ſcutis, verum quidem eſt, ex
1 iuris diſpoſitione, eos qui decimas recipiunt, pro rata contribuere debere in iis omnibus quę neceſſaria ſunt pro Sacramentorum adminiſtratione, & Diuini cultus celebratione; & ſic quoad luminaria, ornamenta, reparationes, ſalaria Vicarij vel Curati, & aliorum miniſtrorum. & alia ſimilia onera, *cap. ſane. §. vltimo, de celebrat. Miſſar. cap. 1.* & ibi DD præſertim Panormitanus, & *cap. de his de Eccleſ. ædificand. can. Monachos, 16. quæſt. 1.* Hoſtien. *in ſumma, d. tit. §. 1.* & Bertrand. *conſil. 49. lib. 2. priorum, & conſ. 41. num. 26. lib. 4. & conſil. 150. per tot. conſ. 181. per tot. lib. 7.* Ripa *lib. 1. reſponſ. cap. 20.* Et ita etiam S. C. Tholoſano definitum fuit, vt per Maynard. *lib. 1. cap. 31.* idcóque cum d. Reuer. Epiſcopus dimidiam partem decimarum, aliam verò dimidiam Præpoſitus, nunc autem, poſt vnionem, Capitulum, percipiant, pro dimidia quoque parte eorum, vnuſquiſque dictum ſalarium ſoluere deberet; tamen,
2 ſi conſuetudo ſit in contrarium, ea ſequenda eſt, *d. cap. 1.* cum ibi notat. *de Eccleſ. ædific.* Bertrand. *conſ. 126. num. 11. lib. 1. poſteriorum*, quare ſi d. Reuer. Epiſcopus doceat, neque ſe, neque anteceſſores ſuos, ius, quæ Vicario perpetuo dabantur, contribuiſſe, nec quoque ad dict. augmentum tenebitur, doceat, inquam, quia cùm habeat iuris diſpoſitionem contra ſe, ipſi incumbit onus probandi.

Nec intentio Capituli quoad hoc iuuatur, ex tranſactione inita inter Præpoſitum & Curatum d. Eccleſiæ, de anno 1489. & 15. Ianuarij, quin potiùs ex ea videtur inferri, onus ſoluendi ſalarium Curato, ad Præpoſitum ſpectare: nam pactum, in eo appoſitum, quòd huiuſmodi tranſactio non tranſeat ad ſucceſſores, & quòd ante in ea dicitur, vita tantum durante Præpoſiti, id quod Curato per eam decernitur ſoluendum, id potiùs ad quantitatem, quæ præponitur, quàm ad ſubſtantiam, hoc eſt, an Præpoſitus ſalarium ſoluere debeat, referri videtur.

Nec etiam admodum iuuat reſponſio Præpoſiti, facta in viſitatione de anno 1612. & 2. Iulij, ea enim conſeruaret quidem ius Præpoſiti, circa adminiſtrationem Sacramentorum, ſi quod haberet, Oldr. *conſ. 6. in fi.* ſed nullum nouum ius ei tribuit.

Nec quoque admodum refert, an dict. Vicarium, ſeu Curatum, Capitulum præſentet, nec ne, & an dict. Reuerend. Epiſcopus ſolùm inſtituat, vel plenè conferat, nullum ius patronatus Capitulo habente: inſtitutio enim, vel collatio beneficij, nihil habet commune cum ſalario vel reditibus, ad prouiſum ſpectantibus.

Sed quoad duas ſalmatas frumenti, & ſex vini, quas idem Reuer. Epiſcopus ſolebat ſoluere Curato ſancti Eutropij, vt cōſtat ex dinumeratione redituum & onerum Epiſcopatus Auraicen. de anno 1570. ſupplicatione, & mandato in pede illius adſcripto. Renderio Epiſcopatus per Epiſcopum facto, de anno 1567. & 5. Ianuarij, & execquutione deinde ſequuta 13. eiuſdem menſis, arrendamento de anno 1572. & 16. Ianuarij, cùm iam nulla in Capella ſancti Eutropij adminiſtrentur ſacramenta, & nulla diſtinctione parrochianorum facta, omnes in Eccleſia Auraicen. ea recipiant, videtur dictas ſalmatas eidem Curato Eccleſię Auraicen. ſoluendas, & tanto minus Capitulum pro eius ſalario contri- 3
buere debere: cùm enim onus adminiſtrandi ſacramenta ad dict. Eccleſiam translatum ſit, commodum quoque id ſequi debet, *l. ſecundum naturam, cum ſimilibus, de reg. iur.*

Quoad ſecundum, circa certas libras, Canonicis & Eccleſiæ miniſtris, certis diebus proceſſionalibus, per d. Reuer. Epiſcopum ſolui ſolitas, vt apparet ex dictis dinumeratione redituum & arrendamento, videtur eundem Reuer. Epiſcopum eas ſoluere teneri non obſtante ſæculariſatione, per quam non alterantur iura & reditus Capituli, niſi quatenus nominatim id ex-
preſſum eſſet in ſæculariſatione; ſed omnia, ſuper qui- 4
bus expreſſè non eſt aliter prouiſum, remanent in ſtatu in quo erant antea, ſicut & fit in vnione, Abbas *per tract. ibi in cap. expoſuiſti, num. 7. de præbend.* Rota *deciſ. 133. n. 15. par. 2. diuerſorum,* & fuit dictum *in vna Virdunen. Decanatus, de anno* 1580. vt refert Nicolaus Garc. *de benefic. par. 12. n. 35.*

Quoad tertium, verum quidem eſt, Capituli con- 5
ſenſum requiri in chori mutatione, quòd ea omnium interſit; ſed ſi decentiùs & magis commodè ad Diuinum ſeruitium futurus ſit in inferiori parte Eccleſiæ, non debet Capitulum repugnare, vt fiat ex pecuniis prouenientibus ex cappis, quas ſoluunt Canonici, qui de nouo recipiuntur. Aduertendum tamen eſt. cathedram Epiſcopalem, expenſis Reuer. Epiſcopi faciendam: neque enim rationi conſonum eſſet, vt ex pecuniis à Canonicis manantibus fieret.

Ad quartum Canonici non poſſunt cogi, ſub pœna 6
amiſſionis diſtributionum illius diei, dicere Miſſam, niſi diebus quibus à ſtatuto, vel per deſcriptionem in tabula tenentur, nec ea de re poteſt fieri generale decretum: ſi quis tamen in particulari nimium differret Miſſam celebrare, poſſet, monitione præmiſſa ab Epiſcopo, cogi ſub aliqua pœna. Ad poſtremum, non videtur d. Reuer. Epiſcopus teneri ad ſolutionem 200. ſcutorum per noua ſtatuta pro cappa ordinatorum, leges enim feruntur ad futura, non ad præterita; quia tamen, ex conſuetudine vbique terrarum, in Cathedralibus & Metropolitanis Eccleſiis ſeruata, Epiſcopi tenentur facere & conſignare Capellam, ſi Reuer. Epiſcopus, qui nunc eſt, nondum eam fecerit, ad eam teneri videtur.

ARGVMENTVM.

Exceptio tranſactionis impedit admiſſionem articulorum.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio tranſactionis impedit litis ingreſſum.*
2 *Simulatio tranſactionis probatur coniecturis.*
3 *Idq́, veriſsimum eſt, quando per tertium allegatur.*
4 *Ad probandam ſimulationem, vt plurium ſufficiunt duæ coniecturæ.*
5 *Quando agitur ciuiliter, ſtantibus pluribus coniecturis, defertur iuramentum ſuppletorium.*
6 *Alienans omnia bona, dicitur alienaſſe in fraudem creditorum.*
7 *Alienatio & ceſsio, in fraudem creditorum, nulla eſt.*
8 *Tranſactiones in Gallia, ex læſione enormiſsima, non reſcinduntur, ſed ſolùm ex dolo vero.*
9 *Et vbi reſciſioni locus eſt, præſcribitur 10. annis.*
10 *In Gallia, non ſolùm triennio perimitur inſtantia, ſed currit præſcriptio iam capta, non obſtante litis conteſtatione.*

CONSILIVM CCIII.

NVLLA eſt habenda ratio articulorum parte magnifici domini Lamberti do Broſquet, domini de Sigonce, contra domicellam Franciſcam de Perronoe, vxorem magnifici domini Emerici du Broſqoer, domini de Boiſſoo, in canſa appellationis coram vobis, Reuer. & magnifico domino Anthonio Billioto, Commiſſario, ad eam per Illuſtr. Vicelegarum ſpecialiter deputato, pẽdenre prodnctorum, ipſiique ſunt omnioo, tanquam impertinentes, reijciendi, quippe qui ea ipſa facta cootineant, quæ in articulis principalibus additionalibus replicatoriis in prima inſtaoria deducta fueruni, qui per ſententiam per Illuſtr. dominum Odoardum Benaducium, tunc Aoditorem generalem legationis, latam, reiecti fuerunt; &, iis non obſtantibus, pronuntiatum, procedendum eſſe ad vlteriora in conſignationem dotis, & iorium dotalium d. dominæ de Pertone. & execotiooes per ipſam cœptas continnandas, modis & formis in d. ſententia contentis; cauſis & rationibns exactis reſultantibos, ſignanter iis quæ fusè deductæ fueront in cedulis ioris parre d. dominæ productis, & nominatim in duabus, quarum vna incipit (*non obſtantibus de nouo deductis*) & alia incipiente (*articuli parte domini Lamberti*) in quibus fusè & clarè reſpoodetur omnibus quæ in contrarium pro parte dict. domini Lamberti deducta & allegata, & producta fuerant, quæ oe hîc repetantur, ſi placet videanrur; & in qnibus demonſtratum fuit, dict. Lambertum nullo modo audiendum quippe qui actione careat, & nullo modo agere poſſit, & à limine iudicij repellendum, variis ex-
1 reptionibus peremptoriis, ſed præſertim tranſactinnis ioratæ ſuper incapacitate dict. Emerici, per eum prætenſa, ratione profeſſionis Religioſæ & ſuſceptionis Ordiois ſacri, de anno 1597. ioter dictos Emericum & Lambertnm iouræ, quæ eſt peremptoria & impedit litis ingreſſum, *l. fratris tui, 10. C. de tranſaction. l. non minorem, Cod. eod. cap. ſi quando de offic. deleg.* Salicet. & Alex. *in d. l. fratris tui*, Iaſ. *ibidem, num. 1. & 2.* Alex. *conſil. 30. vlt. dub. lib. 5.* Oſaſc. *deciſ. 91. num. 7.* Salicet. *in dict. l. non minorem, C. de tranſaction.* Alban. ad Bart. *in d. l. non minorem*, Zaſ. *lib. 1. reſponſor. cap. 13. num. 3.* Et eſſe litis finitæ habetur *in leg. & eleganter, §. ſi quis poſt tranſactionem, ff. de condit. indeb.* adeò vt poſſit opponi, tam ante litem conteſtatam, qoàm poſt; & vtroque caſu oppoſita impedit litis proſequntionem ſeo iudicij inſtantiam, vt *in dict. §. qui poſt tranſactionem*, & ibi Bart. & Bald. Ioao. Zanget. *in tract. exception. lib. 3. cap. 16.* Paul. Montan. *in tract. de tutel. cap. 33. num. 218.* præſertim hoc caſu, qoo non niſi cum clanſula, ſaluo iore, abſque vlla cauſæ cognitione fuerunt admiſſi articuli dict. Lamberti, & notitia dictarum exceptionum, potiſſimùm dict. tranſactionis, non niſi poſt litem conteſtatam, ad dict. dominam de Perrone peruenit, ſuper quo parata eſt, ſi opus ſit, purgare ſe iuramento; & quatenus etiam opus eſt ex capite ignorantiæ ſe in integrum reſtitui petit: idque eò magis hoc caſu aſſerendum eſt, quo dict. tranſactio inita fuit ſuper lite pendeote, ratione alterius tranſactionis de an. 1591. ſuper prædicta prætenſa inhabilitate profeſſionis religioſæ, & ſoſceptionis Ordinis ſacri, & arreſto die 27. Iunij 1597. attentatoriè tamen, & in contumaciam iode ſeqonto.

Nec obſtat tranſactio de anoo 1606. eam enim ſimolatam, & illius nullam eſſe habeodam rationem, fusè in dictis cednlis per ſex coniectnras in prima, & quatuor, in ſecunda deductas, demonſtratum fuit; primáque & ſecunda cedula dedoctas fuerunt claræ redditæ & confirmatæ, ne hîc repetantur, fuſeque reſponſum fuit in dict. ſecunda cedula, iis quæ contra ſextam coniectnram de continuatione poſſeſſionis propoſita fnerant; nec non iis qoæ apponebantur aliquas ex dictis cooiecturis altiorem indaginem requi-
2 rere; certum eoim eſt, tranſactionis ſimulationem coniecturis probari, vt ſcripſerunt Bald. *conſil. 21. col. 2. verſ. item iſtud inſtrumentum, lib. 4.* Cæpol. *de ſimulatio contract. num. 85. in fin. verſ. item poterit probari, & num. 86.* Pariſ. *conſ. 54. num. 21. lib. 1.* Crot. *in repetit. l. nemo poteſt, num. 48. in fin. ff. de leg. 1.* fusè Farinac. *tract. de falſit. & ſimulat. quæſt. 162. num. 97.* quod veriſſimum
3 eſt, qoando ſimnlatio per tertium allegatur, ſicut in noſtro caſu; quia tunc probatur ſimulatio per coniectnras, vt docet ibidem Farinac. *numer. 99.* & eo caſu etiam vltima coniectnra à nobis relata coadiuoata, & fulſita aliis, ſuprà dictis, præſumptionibos, ſoſſicit ad plenam dictam ſimulationis probationem, vt voluit Farinac. *ibid. num. 237.* poſt Bart. *in conſ. 65. factum tale eſt*, & plures alios quos refert & ſeqoitur: quia ſi cum dict. coniectura retentioois poſſeſſionis concurrit aliqua alia præſumptio & ſimulatio, allegator à tertia perſona, in cuius fraudem commiſſa eſt, tuoc eſt de mente omnium DD. vt ſimulatio præſumatur, ex retentione poſſeſſionis, ita Ambroſ. de Vigoate *in repetit. cap. ſalubriter, num. 114. de vſuris* Vitallin. *de clauſul. rubr. ex quibus cauſis ſimulatio, &c. num. 6. in fin. verſ. cum poſſeſſio, & num. 7.* Catdin. Toſch. *in verb. ſimulatio, concluſ. 559. num. 35. & concluſ. 260. num. 17. & concluſ. 261. num. 1. & ſeqq.* teſtatur de communi & indubitata omnium opinione, Maoric. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 13. tit. 36. num. 1. in fin. verſ. & hac quidem coniectura, & num. 2. in fin.* fusè idem Farinac. *d. quæſt. 162. num. 240. & 249.*

Itaque cùm in noſtro caſu adſit illa tercentio poſſeſſio-
nis,&tot aliæ coniecturæ, eáque ſimulatio allegetur à
dicta D.de Petronne, quæ eſt tertia; ſine dubio diceo-
dum eſt,pleoè probatam eſſe dictam ſimulationem, &
licet tellctum ſit iudicis arbitrio, quænam coniecturæ
ſufficiant, vt ait Pariſ. *conſil.54.num.22.lib.1.* Becanus
conſ.52.num.52. ad fin.lib.1. non dubito quin in hoc ca-
ſu Illuſtr. & Reuerend. D.Auditor, attentis cauſæ cir-
cumſtantiis, præcipuè verò cauſa impulſiua d. conſi-
gnationis, nec inſpecta qualitate perſonarum, arguat
4 & iudicet coniecturas ſupradictas ſufficere, cùm, vt
plurimùm, ad probandam ſimulationem duæ ſuffi-
ciant coniecturæ, ſecundùm magis communem DD.
opinionem, de qua per Pariſ. *conſ.55. numer.29.& ſeqq.
lib.*1.Cardin.Tuſch. *d verb.ſimulatio.concluſ.260.num.1.*
5 *& concluſ.263.numer.18. & 19.* vbi, præſertim quando
agitur ciuiliter, ſicut hîc, & ſtantibus pluribus conie-
cturis, ſeu præſumptionibus deferatur parti iuramen-
tum, in ſupplementum plenæ probationis, ſecundùm
Cardin.Tuſch. *in d.verb.ſimulatio, concluſ.263.num.*30.
idem Farinac. *dict.quaſt.162.num.*111. & in noſtro caſu
non tantùm duæ, ſed etiam ſex adſunt coniecturæ,
quæ ſufficiunt ad plenam probationem dict. ſimula-
tionis; & ſaltem ad delationem iuramenti ſuppleto-
rij; ex quibus omnibus reſultat, d. prætenſam tranſ-
actionem ſimulatam eſſe, nullámque fidem facere,
nec poſſe præiudicare d.priori tranſactioni.

Præterea, reſpondetur, huiuſmodi tranſactionem
nullo modo poſſe officere dict. dominæ de Perronne,
quia videtur facta in fraudem iurium dotalium illius,
eò quòd per illam dictus D.Emericus omnia bona ſua
alienauit, & ceſſit in fauorem d. domini de Sigonce:
6 qui enim omnia bona ſua alienauit, dicitur alienaſſe
in fraudem creditorum, Bart. *in l.omnes 17. §. Lucius,
ff.quæ in fraud. creditor.* Menoch. *conſ.334.num.53.lib.4.*
præcipuè verò quando fit inter coniunctas perſonas,
l.non ſoluit, 67. ff. de ritu nuptia. & ibi Bart. Idem Bart.
in l.nomen, 43. §. filio, ff. de leg.3. & ideo eo caſu etiam
dicta prætenſa tranſactio erit nullius momenti quoad
d.dominam de Perronne, Bart. *ſingul.104. & in l.3.C.*
7 *de iure fiſc. lib.10.num.7.* Alienatio enim ſeu ceſſio,fa-
cta in fraudem creditorum, nulla eſt, & minimè va-
let, §. *item ſi quis, in fraudem,* & ibi gloſ. Iaſ. Aretin.
Fab. & Gomeſ. *inſtitut. de actionib.* Roland. *conſil.58.
vol.2.* Peregr. *de iure fiſci, lib.5.tit.1.rubr. de public. bo-
norum, num.154. & 156. in fin. verſ. intelligi tamen,* Lu-
douic.Peguer. *decis. crimina.49.* Maſcard. *de probation.
lib.1.concluſ.557.num.6. & ſeqq.* Cardin.Tuſch. *in dict.
verb. ſimulatio, concluſ.260.n.29.30.& 31.& concluſ.264.
n.8.* Mantic. *de tacit.& ambig.convent.lib.13.tit.35.n.4.&
tit.39 n.1.& ſeqq.*

Hæc cùm veriſſima cognoſceret Aduocatus partis
aduerſæ, & eò magis, quòd dict. tranſactio de anno
8 1597. eſt in Gallia inita, vbi, ex ordinatione Regia,
tranſactiones ex capite læſionis, quantumuis enor-
miſſimæ, & ſolùm vbi verus dolus allegatur & pro-
batur, reſcindi poſſunt, in Cod. Henrico *lib.6. tit. 22.
artic.4.* ibi Charond. *& aux baſiliques, lib.6. tit.22.* &
ibi Frerot. variis arreſtis ita definitum docent,& idem
Charond. *lib.4. reſponſor. cap.72.* & vbi reſciſioni lo- 9
cus eſſet, lapſu decem annorum excluſus eſſet per
aliam ordinationem, in *Cod. Henrico dict. lib. & tit.
art. 1. & in Baſilic. eod. lib. & tit.* per dictos articulos
in hac inſtantia productos deducit de ætate d. Lam-
berti; eum ſcilicet de temporibus dictarum duarum
tranſactionum, ſcilicet de anno 1591. & 1597. fuiſſe
minorem 25. annorum, eò quòd, vt ipſe dixit, natus
eſſet de anno 1574. & de menſe Decembris, ideóque
d. anno 1597. fuiſſe tantum 23. annorum, litémque
mouiſſe aduerſus d.tranſactionem de anno 1597. & ſic
intra 10.annos per ordinationem Regiam præſtitutos:
imò intra quadriennium, de iure communi requiſi-
tum, cùm de d. anno 1600. eſſet tantùm in 26. anno
conſtitutus.

Sed huiuſmodi allegatio ætatis, prætetquam quod
notoriè eſt contra veritatem, vt tam ex aſpectu quo
vltra 54.annos habere dignoſcitur, tum ex lectura di-
ctarum tranſactionum euincitur, quibus non enun-
tiatur minor; & ſi talis fuiſſet, abſque dubio in eis di-
ceretur; præſertim quòd ſi verum eſſet, quòd natus
fuiſſet anno 1574. & de menſe Decembris, de tempore
dictæ tranſactionis 1591. ſolùm fuiſſet in 17.anno,& non
eſt exiſtimandum quòd dictus Emericus cum fratre,
ita minore, abſque vlla renunciatione ætatis, aut præ-
ſentia curatoris vel iudicis, tranſegiſſet, præſertim in
Gallia.

Sed vno verbo reſpondetur, d.Lambertum, poſito
quòd allegatio minoris ætatis, per ipſum facta, & eo
modo quo eam fecit, vera eſſet, ipſi iam prodeſſe non
poſſet, nec admittendum ad probationem illius; &
ideoque articulos, tanquam impertinentes reijcien-
dos, quippe qui probati non releuant. Nam tranſa-
ctionis quidem de anno 1606. nulla eſt habenda ratio,
quia ſimulata: ſupplicationis verò à Cancellario re-
gio, ad reſcindendam d. tranſactionem, de anno 1597.
obtentæ, & per quam exiſtimat interruptam fuiſſe d.
præſcriptionem 10.annorum, nulla eſt quoque haben-
da ratio: nam poſito, & non conceſſo, quòd ea legi-
timè intimata dict. Emerico & lis conteſtata fuiſſet,
quod tamen non fuit, & per ſolam ſupplicationem
non interrumpitur d. præſcriptio: tamen quia ſiluit
per triennium ex iure Gallico, non dum perempta, ſed 10
præſcriptio, quæ ſemel cæperat, currit perinde ac ſi
nulla petitio conteſtatióque factæ fuiſſent, ex ordina-
tione Caroli IX. de anno 1563. relata *in Cod. Henrico
lib.6. tit. 25. artic.1.* & ibi Charond. *& aux Baſiliques,
eod. lib.tit. & art.* & ibi Frerot, Charond. *aux Pande-
ctes, lib.2. cap. 22. des vſucapions, & praſcript. fol. mihi*
213. Lommeau *aux Maximes du droict François, lib.
3. cap.5.* in quo ius Gallicum differt à Roma-
no, quòd per litis conteſtationem actio
perpetuatur *leg. vlt. Cod. de præ-
ſcript. trig. vel quadrag.
annor.*

ARGV-

ARGVMENTVM.

AN mater excludat auum paternum in ſucceſſione filij. Et de inſinuatione donationum.

SVMMARIVM.

1 *Mater excludit auum, etiam paternum.*
2 *Inter aſcendentes non eſt locus repræſentationi.*
3 *Pater & mater ſuccedunt filio, ſine liberis defuncto, ſimul cum fratribus.*
4 *Mater excludit auum, etiam quoad bona per ipſum donata.*
5 *Et vbi adeſt ſtipulatio,* pro ſe, hæredibus, *omnes conueniunt.*
6 *Stante hujuſmodi ſtipulatione, dos profectitia non redit ad patrem.*
7 *Et ceſſat jus reuerſionis.*
8 *In Gallia matres non ſuccedunt filijs, in bonis paternis, niſi quoad medietatem vſuſfructus.*
9 *Vidua tenetur reſeruare augmentum, & jocalia filijs primi matrimonij.*
10 *Hodie in Gallia donationes, non inſinuatæ, nullæ ſunt, tam quoad creditores, quam donatorem, & ejus hæredes.*
11 *Poſſunt tamen cogi donantes ad conſentiendum inſinuationi, etiam poſt tempus a conſtitutione præfixũ.*
12 *Hæredes mariti non poſſunt opponere defectum inſinuationis aduerſus viduam.*

CONSILIUM CCIV.

PROPONITVR in facto, anno 1603. & 21. Octob. domicellam N. conſtituiſſe ſibi in dotem, in cõtractu matrimonij cum N. initi, duodecim mille libras, in teſtamento patris ſibi legatas, matrem verò ipſius 1200. dictum verò maritum augmenti nomine 3000. libras, & , in caſum ſuperuitæ, alias 3000. pro jocalibus verò 2000. libras, de quibus in d. morte diſponere poſſet, donaſſe. Contemplatione autem hujuſmodi matrimunij, procuratorem patris matriſque d. futuri ſponſi, in vim mandati, per eos facti, d. filio medietatem omnium bonorum mobilium, & immobilium, jurium & actionum, de quibus ad libitum diſponere poſſet, ſaluis fructibus, vita donatorum durante, cum onere tamen d. futuros conjuges alimentandi, donaſſe. Promittit quoque d. procurator, d. futuræ ſponſæ, in caſum ſuperuitæ, & viduitate ipſius durante, ei domum ad habitandum dare, & alimentare, dum tamen interim jura dotalia repetere non poſſit. Se quoque reddit idem procurator fidejuſſorem dictorum dotis, augmenti, ſuperuitæ, & jocalium. Moritur d. maritus ab inteſtato, relicta filia pupilla, & vxore prægnante, patre, matreque ſuperſtitibus, poſtea moritur dict. filia, naſcitur quoque poſtea poſthumus filius: ex his plura dubia proponuntur diſcutienda.

Primum, quod jus dictæ matri, ratione ſucceſſionis d. filiæ pupillæ defunctæ, competat; & quidem, ſi de alijs bonis, quàm à patre, matreque donatis, d. filiæ, aliunde competentibus, ageretur, res eſſet expedita
1 de jure communi: mater enim excludit auum, etiam paternum, ex frequentiori DD. ſententia, quam tenet gloſ. *in authent. defuncto ver. gradu, C. ad Tertullian.* Conar. *tract. de ſucceſſ. concluſ. 3.* Fortiter. *ſimi. tract. rub. de*
2 *ſucceſſ. aſcenden. caſu 1. concluſ. 5.* Neque enim inter aſcendentes eſt locus repræſentationi, ſicut eſt inter deſcendentes; ſed proximior in gradu, remotiorem excludit, rationemque diuerſitatis tradit Graſſ. *in §. ſucceſſio, q. 12. num. 6.* & in terminis quòd mater excludat auum paternum, docet Conar. *d. concluſ. 3.* & Graſſ. *d. q. 22. num. 7.* ideoque hoc caſu mater ſimul cum poſthumo ſuccederet, medietatemque bonorum filiæ habitura eſſet: mater enim & pater ſuccedunt filio ſuo, ſine liberis defuncto, cum fratribus, ſororibuſque vtrinque conjunctis, text. eſt *in d. authen. defuncto,* & hæc 3
concluſio eſt clara, & d. authent. prædicatur, vt dicit Bartol. ibi, quem refert Boert. *dec. 125. num. 1.* & poſt eos Graſſ. *d. §. ſucceſſio, q. 3.* hoc per ordinationem Regiam Caroli V. 1567. quoad dicta bona, juri communi derogatum fuit.

Sed quoad bona ab auo, auiaque profecta, ex donatione, in contractu matrimunij contenta, pro medietate ad d. filiam pertinentia, (alia enim medietas ad poſthumum, qui, cùm de ejus vtilitate agatur, habetur pro nato, ſpectat) controuerſi juris eſt quæſtio, etiam in terminis juris communis: vera tamen ſententia eſt, etiam quoad dicta bona matrem excludere auum pa- 4
ternum donatorem, vt per Salicet. & Corne. *in l. quod ſcitis §. 1. C. de bon. quæ liber. id. conſ. 94. & 7. num. 2. lib. 3.* Ferdinand. Vaſqui. *de ſucceſſio. reſol. §. 13. num. 11.* Phanu. de Phanu. *de inuenta part. 2. nu. 11.* Benedict. de Benedict. dictus Capra *inter conſ. Corne. d. conſ. 7.* Gomeſ. *ad leg. Tau. l. 6. nu. 7.* omnino videndus, totam enim hanc rem clariſſimè explicat, & docet quomodo intelligenda ſit *d. l. quod ſcitis, in §. ſin autem,* Graſſ. *in d. §. ſucceſſio q. 22. in fin.* Sed vbi adeſt ſtipulatio, *pro ſe, hæredibus, &* 5
ſucceſſoribus quibuſcunque, omnes conueniunt, matrem præferri auo paterno, Bertrand. *conſ. 15. num. 20. lib. 7.* exemplo dotis profectitiæ, quam ſi pater permittit fi- 6
liam ſibi, & ſuis hæredibus ſtipulari, ea ſine liberis mortua, ea non redit ad patrem, ſed ad hæredes filiæ ſpectat, Bartol. *in l. ſi cùm dotem, ff. ſolut. matrim.* Alex. *in l. poſt dotem, ff. eod.* Surd. *conſil. 206. num. 20. & ſequentib.* quod hoc caſu nullam videtur habere difficultatem, cùm ſuperſit poſthumus filij defuncti: qui enim præferunt auum donatorem matri, loquuntur in terminis, quando filius donatarius deceſſit ſine liberis, matre, auoque paterno ſuperſtitibus.

Nec huic ſententiæ obſtaret jus reuerſionis in pleriſque Senatibus Galliæ, præſertim Pariſienſi, & Tholoſano receptũ, præſuppoſito quòd etiam in Senatu Gratianopolitano ſit in vſu, tum quòd ſupereſt, vt jam dixi, poſthumus, ſuperſtitibus patre, matreque donatoribus, tum quòd exiſtimo dictam donationem fuiſſe factam filio pro ſe, ſuiſque hæredibus 7
ſtipulanti, quo caſu dictum jus reuerſionis, etiam vbi receptum eſt, ceſſat, le Code des deciſ. *lib. 8. tit. 1. des donations deciſ. 64.* Sed cùm agatur de bonis à pa- 8
tre profectis, per d. ordinationem Regiam dictum jus ſucceſſionis eſt reſtrictum ad vſumfructum medietatis bonorum, aliàs de jure communi competentium, *aux Baſili. lib. 6. tit. 7. c. 2.* vbi Frerot, & *au Cod. Henry eod. lib. & tit.* Charond.

Secundum dubium, an d. vidua ſi petat & velit recipere augmentum, ſuperuitam, & jocalia, teneatur cauere, & videtur certum eſſe teneri, quia & de jure 9
communi per *l. hac edictali Cod. de ſecund. nupt.* & per edictum *des ſecondes nopces* Franciſci II. 1560. & Hen-

riei III.1585. de quo *aux Baſiliq.lib.7.tit.3.* & *au Code Henry cod.lib.& tit.* ſi conuolet ad ſecundas nuptias, ea omnia liberis primi matrimonij reſtituere tenetor.

Tertium quid de pecunijs dotis ſolutis ſentiendum ſit. Reſp. pro ijs cauere nō debere, quia ſunt ipſius proprium patrimonium, & edictum de ſecūdis nuptijs tātùm afficit ea, quæ à marito habuit, eæque pecuniæ ſi ab auo receptæ ſint, ex alia medietate bonorom non donata exſoluendæ erunt: cùm enim ſint æs alienum poſt donationem ab auo per acceptionem contractum, medietas donata illis non eſt affecta.

Quartū, ſi d. poſthumus decederet, quod jus d. matri competeret. Reſp. vt ad primum, illam de jure cōmuni excluſuram auum & ei præferendam, Graſſ. *in § ſucceſſio q.22 in fin.* ſed per d. Ordinationes Francisci II. & Henrici III. non niſi vſumfructum dimidiæ partis bonorum eidem donatorum habituram.

Quintum non habet difficultatem, cùm enim ſaltem in vſufructu mater ſucceſſura ſit, & ſic interſit ipſius, vt ſciatur, quæ & quanta ſint bona ad filios pertinentia certum eſt eam petere poſſe, vt inuentarium de illis fiat.

Sextum, an jura dotalia, hoc eſt augmentū, ſuperuitā, & joealia ſuper bonis non donatis, an verò tantùm ſuper donatis petere poſſit, an verò ſit in electione ipſius ſuper omnibus bonis ea petere. Reſp. ex bonis tātùm donatis ea eſſe exſoluenda, quia hujuſmodi donationes in contractu matrimonij fiunt pro ſecuritate & ſolutione jurium dotalium, & ſunt æs alienum filij, non aui donatoris, ideoque bona donata pro eis affecta ſunt.

Ad ſeptimum d. viduam tacendo ſibi non præjudicare, habet enim 30. annos ad hujuſmodi jura petēda.

Poſtremò inueſtigādum eſt, quomodo prouideatur defectui inſinuationis, accepi enim hujuſmodi donationes inſinuatas non fuiſſe intra tēpus per ordinationem Francisci I.1593. Henrici II.1549. Caroli IX.1566. & Hērici III.1585. nec etiam poſt mortem d. mariti, & per vltimam ordinationem Henrici III. ſunt nullæ tā quoad creditores, quàm quoad donatorē & ejus hæredes, 10
aux Baſiliq.lib.6.tit.4.ar.1. & *au Cod. Henry eo.lib.& tit.* & ideò cùm hîc agatur de donationibus per auum & auiam filio factis, ijque adhuc viuant, de cōſenſu ipſorum poterit fieri, imò poſſent cogi ad conſentiendū, vt inſinuatio fiat, vt docent Argētræ. *in conſuet. Britan.tit.* 11
de donatio. Chopin. *in conſuet. Burdegal.lib.c.3.1.tit.4.nu.12.inſi.* Louët *en ſon recueil lit. D.c.6.* & additio ejuſdem ad *c.4.* quoad verò donationes d. viduæ per maritū factas de dotis augmento, ſuperuita, & joealibus, varijs 12
etiam arreſtis definitum fuit hæredes mariti defuncti non poſſe opponere defectum inſinuationis aduerſus viduam, vt per Louët *d.c.4.*

ARGVMENTVM.

An in contractibus filij in conditione poſiti cenſeantur diſpoſitiuè vocati.

SVMMARIVM.

1 *Cùm agitur de deſcendentibus, in conditione poſiti, cenſentur vocati ex multorum opinione.*
2 *Quæ facilius procedit in contractibus.*
3 *Si tamen adſit aliqua conjectura, etiam in teſtamento, certiſſima eſt.*
4 *A fortiori in contractibus.*
5 *Veluti ſi agatur de donatione, & relicto particulari,* & num.8.
6 *Si in conditione poſiti ſint grauati.*
7 *An per hæc verba,* ſine liberis, & liberi ſine liberis, *liberi in conditione poſiti cenſeantur grauati.*
9 *Dictio,* enfans, *ſiue* liberi, *cōprehendit etiam fœminas.*
10 *Donatione perfecta, non poteſt ei adjici onus.*
11 *Donatio contemplatione matrimonij imputatur in legitimam.*

CONSILIUM CCV.

VISIS instrumento matrimonij initi de anno 1612. & 19. Nouemb. inter N. Gaſparem d'Arnand dominum de Luz filium primogenitum, naturalem, & legitimum N. Petri d'Arnaud domini d. loci de Luz, & aliorum locorum, & dominam Juſtinam
1 Alemandi du Puy filiam naturalem & legitimam Ill^{mi} domini Joannis Alemandi domini de Montbrun, in quo poſt conſtitutionem dotis promiſſæ d. Juſtinæ, & donationes. & alia lucra eidem collata in augmentum dotis, præfatus dominus de Luz pater contemplatione d. matrimonij dedit donatione inter viuos d. domino Gaſpari ipſius filio medietatem omnium ſuorum bonorum præſentium & futurorum, fructibus bonorum ſibi reſeruatis, liberam ab omnibus debitis paſſiuis, dotibus, & legitimis, & alijs oneribus, exceptis funditarijs, ita tamen vt reliqua medietas non donata maneat ſuppoſita & affecta dictis oneribus, cum pacto, quòd caſu, quo d. Gaſpar decederet ſine liberis, & ejus liberi ſine liberis, dicta bona donata redirent ad d. dominum de Luz, ſi eſſet in humanis, aut ad cum, ſiue ad eos ſuorum liberorum, in quorum fauorem reperietur ordinatum per d. dominum de Luz patrem.

Teſtamento d. Petri de anno 1614. & 7. Martij, in quo inſtituit ſuum hæredem vniuerſalem d. Gaſparem, & caſu, quo decedat ſine liberis maſculis naturalibus & legitimis, aut ejus liberi ſine liberis maſculis, eidem ſubſtituit Joannem alterum filium teſtatoris, & procedit ad alios gradus ſubſtitutionum in fauorem ſuorum maſculorum & deſcendentium. Alio teſtamento d. Gaſparis de anno 1615. & 28. Sept. in quo d. teſtator legat d. dominæ Juſtinæ vltra ea quę ſibi competunt vigore d. matrimonij penſionem annuam mille librarum eidem Juſtinæ ſoluendarum quamdiu vitam vidualem ſeruabit. Hæredem verò vniuerſalem ſibi inſtituit in defectum filiorum maſculorum præfatum Joannem ejus fratrem, procedendo ad varios gradus ſubſtitutionum in fauorem maſculorum, inſequendo diſpoſitionem paternam: & in euentum quod eam vnica filia poſthuma, eidem reliquit ſexaginta mille libras.

Et ſtante morte primum d. Petri relicto ſuperſtite inter alios d. Gaſpare, deinde verò præfati Gaſparis relicta ſuperſtite dict. Juſtina cum vnica filia, & præfato Joanne ſuo hærede vniuerſali, & conſideratis dubijs inde emergentibus & propoſitis, eiſdem videtur ſatisfactum ex ſequentibus.

Ad primum, vbi quæritur vtrum vigore verborum d. matrimonij, *arriuant le decez de l'vn ou de l'autre d'iceux ſans enfans, & leurs enfans ſans enfans*, filia d. Juſtinæ ſit diſpoſitiuè vocata in d. bonis donatis, & præfata donatio ſit acquiſita d. filiæ in vim pacti d. matrimonij, & prouidentia auita, hoc eſt, d. Petri.

Reſp. quod dict. filia cenſetur diſpoſitiuè vocata in d. bonis donatis, quod ſit poſita in conditione, nam præter-

1 præterquam quod cùm agitur de deſcendentibus, in
conditione poſitis, in vltimis voluntatibus, multi e-
xiſtimarũt ex eo ſolo cenſeri diſpoſitiuè vocatos, quos
refert Menoch. *de præſ. lib. 4. præſ. 76. num. 1. cum ſeqq.* &
Manti. *de conject. vlt. volunt. lib. 11. tit. 2. n. 12. cum ſeqq.* &
quam veriorem & ſequendam id. Mant. teſtatur *d. loco
n. 17. verſ. in hac quidem*, & quamuis hæc opinio patia-
tur contradictores, nihilominus in contractibus vi-
2 detur facilius procedere poſſe, quod filij in conditione
poſiti cenſeantur diſpoſitiuè vocati, vt tenent Jaſ. *in l.
pecuniam n. 1. verſ. ſecundo vltra, ff ſi cert. pet.* Marian. So-
cin. *conſ. 108. n. 7.* vbi ait id potiſſimum habere locum in
donationibus, in quibus fit latiſſima interpretatio. De-
cian. *conſ. 41. nu. 43. lib. 1.* Gabriel. *de fideicom. q. 9. nu. 207.*
quæ ſententia recipitur in Gallia, vt teſtantur Ferron.
ad conſuet. Burdegal. lib. 2. tit. 8. §. 3. circa fi. fol. 257. May-
nard. *in ſuis arreſt. lib. 5. c. 57.* & quamuis Ferrer. *ad Guid.
Pap deciſio. 39.* in hoc reprobat Maynard. nihilominus
Maynardo tanquam Senatori, & de arreſto ſe relatore
lato, atteſtanti potius quàm Ferrerio credendum eſt.

Sed quicquid ſit in quæſtione generaliter propoſi-
3 ta, ſi tamen ſubſit aliqua conjectura, etiam vnica, ſi a-
gatur de teſtamento, in quo non ita facilè, ac in cõtra-
ctu, filij cenſentur vocati, certiſſimum eſt filios cenſeri
vocatos, Jul. Clar. *in §. teſtamentum q. 77. n. 2. verſ. aut iſte
liberi.* Graſſ. *§ fideicommiſſum q. 13. n. 3.* vbi communem.
Moli. *de primog. lib. 1. c. 6. n. 3.* Manti. *de conject. vlt. volunt.
lib. 11. tit. 2. n. 19. & tit. 3. in pr.* Honded *conſ. 65. n. 28. & 30.*
4 *lib. 1.* à fortiori præmiſſa procedere debent in contra-
ctibus, in quibus ad inſtar vltimarum voluntatum, fi-
lij in conditione poſiti, ſtante aliqua conjectura, cen-
ſentur vocati, Ruſtic. *in tract. an & quando liberi, lib. 2. c.
3. n. 6.* Ferreri. *ad nouam additio. ad Guido. dec. 39.* Conje-
cturæ autem concurrunt multæ in caſu, de quo agitur,
5 quarum prima eſt, quod agitur non de donatione vni-
uerſali omnium bonorũ, ſed particulari, videlicet me-
dietate bonorum, & in relictis particularibus non ha-
bet locum glo. *l. Lucius*, in quibus poſiti in conditione
dicuntur vocati, vt per Decian. *d. conſ. 41. n. 45.* Marian.
Socin. *conſ. 158. n. 76. lib. 2.* vbi communem, quam ſequi-
tur Ruſtic *in d. tract. lib. 3. c. 2. nu. 1. & ſeqq. & nu. 11. & 12.*
vbi magis communem, quæ legata particularia patifi-
cantur donationibus, Ruſtic *d. c. 2. n. 13. & conſ. 1. n. 62. &
63.* & in terminis donationis certorum bonorum hanc
conjecturam vt communem approbat & ſequitur De-
6 cian. *d. conſ. 41. n. 45.* Conjectura verò valde concludens
& ſufficiens eſt, quando liberi in cõditione poſiti ſunt
grauati quo caſu ſine dubio cenſentur vocati, Barto. *in
l. centurio n. 37. ff. de vulga.* Gui. Pap. *dec. 39.* & Ranchin. *i-
bid.* Menoch. *d. præſ. 76. n. 39.* Ruſti. *d. tract. lib. 4. c. 2. par.
1. n. 1. & 6. & part. 2. num 37. verſ. non putarem*, vbi magis
communem, & *d. conſ. 1. num. 59.* vbi non tantùm magis
communem, ſed etiam canoniſatum.

7 Sed quæſtionis eſt, an per dicta verba, *ſans enfans, &
ſes enfans ſans enfans*, liberi in conditione poſiti cenſe-
antur grauati, ſtante potiſſimum quod onus impoſi-
tum fuit imperſonaliter, in quo articulo etſi non pauci
exiſtimarint primò nominatum fuiſſe grauatum ſub
duplici conditione, & filios non cenſeri grauatos, ſed
tantùm in conditione poſitos, vt per Bellon. *conſ. 81. nu.
5. verſ. tertius eſt caſus*, & fusè per Ruſtic *d. lib. 4. c. 5. nu. 1.
& ſeqq* Mantic. *d. lib. 11. tit. 3. n. 2. verſ. hac autem ſententia.*
Codex Fabrian *tit. de fideicomm. defini. 2.* Tamen etiam
ſi onus ſit imperſonaliter impoſitum, & liberorum eo
modo, quo ſuprà, facta ſit mentio, pleríque exiſtima-
runt ex eo cenſeri vocatos, præſertim in contractibus,
Decian. *d. conſ. 41. n. 46.* Gui. Pap. *d. dec. 39. n. 1. verſ. niſi* vt
alibi dicit Bartolus, & *dec. 184. n. 2. verſ. alius caſus*, & ibi
Ferreri. *in additio. Cujac. conſult. 39.* quæ ſentẽtia in Gal-
lia præualuit, & ſecũdùm quam in ſupremis illius tri-
bunalibus ſæpe fuit judicatum, vt teſtantur Papon *en
ſon recueil, tit. des ſubſtitutions, arreſt. 10.* & Ferrer *ad Gui-
d. dec. 184.*

Addi poterit pro corroboratione præmiſſorum, quia
in caſu, de quo agitur, videtur quid particulariter do-
natum fuiſſe, ex eo præſertim, quia onus æris alieni in
totum rejicitur ſuper alia bonorum medietate nõ do-
nata, & in particularibus relictis ſeu donatis liberi in 8
conditione poſiti cenſentur diſpoſitiuè vocati, Decia.
d. conſ. 41. n. 45. Marian. Socin. *conſ. 158. num. 76. vol. 2.* vbi
communem teſtatur, quam ſequitur Ruſtic. *in d. tract.
lib. 3. c. 2. n. 1. & ſeqq. & num. 11. & 12.* vbi magis commu-
nem, & ſic concluditur præfatam donationem eſſe ac-
quiſitam d. filiæ, cùm d. verba, *enfans ſans enfans*, com- 9
prehendant etiam fœminas *l. 1. C. de condit. inſert.*

Quoad ſecundũ quo quæritur, an per teſtamentum
Petri donantis, & Gaſparis primi donatarij, potuerit
derogari diſpoſitioni factæ in contractu matrimonij
in fauorem filiæ d. Gaſparis juxta concluſionem infrà
firmatam.

Reſp. non potuiſſe derogari, quia donatione ſemel 10
perfecta nõ poteſt adjici onus ſiue grauamen, *l. poſt per-
fectam C. de donatio. quæ ſub modo.* Alciat. *conſ. 15. nu. 8. & 9.
lib. 8.* ſtante potiſſimũ quod dominium rerum donata-
rum tranſit ipſo jure in hujuſmodi ſubſtitutos, ſine alia
ceſſione, ſeu ſtipulatione, *l. quoties C. de donatio. quæ ſub
mo. cum ibi notat.* Crauet. *conſ. 19. n. 9.* præſertim cùm d.
Gaſparis filia non fuerit hæres inſtituta, Guid. Pap. *de-
ciſ. 303. n. 2.* Clar. *§. teſtamentum q. 71. n. 3.*

Quoad tertiũ dubium, reſp. legatum ſexaginta mille
librarum per d. Gaſparẽ relictum ejus filiæ ſolui debere
de medietate bonorum d. Gaſpari donata per d. quon-
dam Petrum ejus patrem, ex eo potiſſimũ, quia d. bona
donata in legitimam d. Gaſparis debẽt imputari Deci. 11
conſ. 20. n. 9. vſque ad n. 24 Graſſ. *in § legitima q. 23. nu. 14.*
idque non obſtante clauſula in d. donatione appoſita,
quòd ſit franca ab omnibus dotibus, & legitimis, quia
ea verba referũtur ad dotes, & legitimas filiarũ, & alio-
rũ filiorum ipſius donantis, vt ſcil. quemadmodũ con-
ſequi debet eam medietatem ſine onere ſolutionis æ-
ris alieni, ita quoq; eam habere debeat francam & im-
munem à ſolutione dotiũ, & legitimarũ, ipſius donata-
rij fratribus & ſororibus reſpectiuè debitarũ, ſeu debẽ-
darum: non autem vt præter bona ſibi donata poſſit
ſuam legitimam petere ſuper alia medietate nõ dona-
ta, maximè cum eo caſu redderetur inofficioſa ob reje-
ctum onus æris alieni in totum ſuper alia medietate
non donata, quæ propterea reſecãda veniret, & ad mo-
dum legitimæ reducenda, ex notat. in *l. 1.* & paſſim *to.
tit. C. de inoff. donatio.* vnde concludẽdum ſequitur d. le-
gatum ſolui debere de bonis donatis, ſaltem quatenus
legitima in illis includitur, quæ nõ recipit aliquod gra-
uamen, *l. quoniam in prioreb. C. de inoff. teſtam.*

Accedit præmiſſis pro majori eorum cõfirmatione,
quia Curia ſuprema Parlamẽti Gratianopolitani, quæ
ſolet judicare de æquitate, valde iniquũ & abſurdum
exiſtimaret bona donata integrè adjudicare filiæ d. Ga-
ſparis, & prætereà d. legatum, quo medio valde dimi-
nuerentur bona quæ d. Gaſpar, & Petrus ejus pater vo-
luerunt, in quantum potuerunt, integra conſeruari in
familia & agnatione, vt ex eorum teſtamentis apertè
deprehenditur.

Quoad verò quartum & vltimũ dubium, ſic dicendũ
eſſe videtur, quoad dotẽ diſtinctione adhibita, vt ſi Pe-
trus pater eam receperit, ſuper bonis non donatis exigi
debeat. Si verò Gaſpar filius eã habuerit in totũ, vel in
parte, teneatur hæres filij de bonis donatis eam reſti-
tuere vnà cum augmento, jocalibus, & alijs rebus d.

Juſtinæ in contractu matrimonij donatis.

Quoad verò penſionem vidualem legatam in teſtamento d. Gaſparis d. Juſtinæ, reſpondendum arbitramur ſolui debere de legitima d. Gaſparis quatenus ſufficit, & de Trebellianica ad d. Gaſparem primum hæredem jam dicti Petri pertinente. Quæ omnia rationi & æquitati conuenire arbitramur.

ARGVMENTVM.

AN penſio ſuper beneficio in fauorem alicujus impoſita, & de conſenſu ipſius in alium tranſlata, afficiat ſucceſſores.

SVMMARIVM.

1 *Penſiones ſuper beneficijs in Gallia non niſi ex tribus cauſis imponuntur.*

2 *Tamen ſolet Rex extra eas cauſas, in beneficijs ad ſuam nominationem pertinentibus penſiones aſsignare, quæ ſi à S. Pontifice confirmentur, valent.*

3 *Penſio ſuper fructibus beneficij eſt realis, & tranſit in ſucceſſores, etiam per obitum.*

4 *Licet penſio morte penſionarij extinguatur, tamen de ipſius conſenſu & eam ſoluentis, authoritate Papæ in alium transferri poteſt.*

5 *Et hujuſmodi tranſlatio afficit ſucceſſores.*

6 *In beneficijs curatis diſtinguitur, vt ſucceſſor per reſignationem teneatur ad penſionem, per obitum non teneatur.*

7 *Epiſcopatus non dicuntur beneficia curata in terminis hujus quæſtionis.*

CONSILIUM CCVI.

PRÆSVPPONITVR in facto R. Jacobũ Martinum Epiſcopum Sengnenſem fuiſſe prouiſum de d. Epiſcopatu cõtemplatione admodum Illuſtris domini de Crillon (cui ob ſingularia benemerita erga Coronã reſcriptum d. Epiſcopatus fuerat conceſſum, vt quem ipſe vellet, capax tamen, de eo prouideretur ſub reſeruatione penſionis octingentorum ſcutorum in fauorem domini Andreæ Iues, eaque penſio Romæ fuit admiſſa de anno 1601. & 22. Octob. & de anno ſequenti & menſe Martij d. Epiſcopus ad eam ſoluendam ſe obligauit, eaque fuit approbata & confirmata de anno 1607. & 18. Maij per magnum Henricum IV. fuitque d. Iues in pacifica poſſeſſione eam exigendi, & quoties d. Epiſcopus recuſare voluit, per arreſta Senatus Aquen. ad ejus ſolutionem fuit coactus. Tandem de anno 1613. & 6. Decemb. d. Iues conuenit cum Illuſt. domino Thoma de Breton nepote ex fratre d. domini de Crillon vt dimitteret d. penſionem, eaque in d. Thomam transferretur, & ad hos fines mãdatum fecit tam in Curia Romana, quàm Regia ad præſtandum conſenſum extinctioni d. penſionis in ſua perſona, & creationi, ac tranſlationi in perſonam d. Thomæ, dictusque Epiſcopus mandatum etiam fecit ad conſentiendum d. extinctioni, ac nouæ tranſlationi, ac creationi, Rexque hujuſmodi conuentionem, dimiſſionem, tranſlationem, & creationem ratum habuit per ſuum reſcriptum, ſupereſtque ſolùm vt Romæ habeantur prouiſiones ſolitæ & neceſſariæ, quas ſe habiturum d. Thomas non dubitat, ideoq; præſupponimus ac ſi jam factæ fuiſſet, vnde reſultat quæſtio, An hujuſmodi penſio octingentorum ſcutorum in fauorem d. Thomæ impoſita, & legitimè homologata, ſit tranſitoria ad ſucceſſores in Epiſcopatu poſt dicti Martini obitum, ita quod nedum d. Martinus, ſed & ejus ſucceſſores, quamdiu d. Thomas vixerit, ad illius ſolutionem ei faciendam teneantur, pro cujus quæſtionis reſolutione aliquæ concluſiones faciendæ ſunt.

1 Prima eſt, quòd quamuis penſiones ſuper beneficijs in Gallia, non niſi ex tribus cauſis imponantur, 1ª. ex cauſa tranſactionis, ſi lis ſit ſuper beneficio, pro bono pacis *c. niſi eſſent ext. de præbend.* 2ª ex cauſa permutationis, ratione inæqualitatis beneficiorum ex *c. ad quæſtiones, ext. de rerum permuta.* 3ª ex cauſa reſignationis, ne reſignans nimium patiatur diſpendium, Papon *en ſes arreſts lib. 3. tit. 5. c. 6.* Louët *en ſon recueil lit. P. c. 30.* tamen extra eas cauſas in Archiepiſcopatibus, Epiſco- 2
patibus, Abbatijs, & beneficijs ad nominationem Regis pertinentibus ſolet Rex in fauorem eorum qui de ſe & Corona benemeriti ſunt, penſiones aſſignare, quæ ſi à S. Pontifice approbentur & conſtituantur, ſuum ſortiuntur effectum, nec in dubium reuocantur. Dixi, ſi in Curia Romana conſtituantur, nam niſi Romæ confirmẽtur, ſunt inualidæ, & arreſto Pariſienſi ita definitum fuit 1. Decemb. 1588. referente Jo. Chenu *in addit. ad Papo. d. tit. 5. in proœmio circa fin.* & cum in nouiſſimis Comitijs Cleri ſupplicatum fuiſſet Regi, ne penſiones ſuper Archiepiſcopatibus, & Epiſcopatibus aſſignaret, dum locus vacationi adeſſet, reſpõdit ſe abſtenturum ab impoſitione penſionum ſuper Archiepiſcopatibus, ſi tamen id faceret ob benemerita aliquorum ex ſuis ſubditis, aut ob magnam aliquam conſiderationem, ſe nolle vt titularius beneficij ad eam teneatur, niſi ea admiſſa & approbata fuerit per S. D. N. Papam; ipſiſſima verba Regis fuerunt hæc, *ſadite Majeſté fit reſponſe qu'elle s'abſtiendreit de mettre penſions ſur les benefices qui dependent de ſa nomination, meſmes ſur Archeueſchez & Eueſchez, & ſi ſadite Majeſté le faiſoit pour le merite d'aucun de ſes ſeruiteurs, ou pour quelque grande conſideration, qu'elle ne vouloit que le titulaire du benefice demeuraſt chargé de la penſion, ſinon au cas qu'elle fuſt admiſe, approuuee & authoriſee par N. S. Pere.* Quod ſi opponatur per arreſta Senatus Pariſien. de anno 1563. & 11. April. 1564. aliquas penſiones ſuper Epiſcopatibus de Noyon, & de Troye impoſitas, tanquam abuſiuas fuiſſe caſſatas & infirmatas, reſpondetur hoc accidiſſe, quia conſenſus Regis non adfuerat. Sed Rege eam aſſignante, & S. Pontifice approbante, & imponente, certiſſimum eſt impoſitionem dictarum pentionum validam eſſe & efficacem, vt additio. *ad Papon. ad d. c. 6. atteſtatur*, & experientia rerum magiſtra hoc docet: paſſim enim videmus extra illas tres cauſas penſiones in Epiſcopatuum & Archiepiſcopatuum prouiſione imponi Regis aſſenſu, & S. Pontificis approbatione concurrentibus, & ipſemet Epiſcopus Senen. ad hujuſmodi pẽſionis ſolutionẽ, per arreſta Senatus Aquen. fuit adactus.

Secunda concluſio eſt penſionis naturam eam eſſe, 3
vt ſit realis, & tranſitoria ad ſucceſſores, quando eſt ſuper fructibus beneficij impoſita, etiam ſi per obitum fuerint prouiſi, Roman. *conſ.* 388. In caſu propoſito *n. 4. & ſeq.* vbi apoſtilla. *in verb. ſoluendum*, & *n. 6.* Tuſc. *practi. concl. 10. 6 lit. P. concl. 263.* neq; enim ratione perſonæ, cui confertur beneficium, ſed ratione fructuum, & ſuper illis penſio imponitur, qui ad quoſcumq; ſpectent, pro ejus ſolutione ſunt obligati, Gigas de pẽſionib. *q. 51.* Roman. *d. conſ. 388.* Neguz. *de pign. par. 2. memb. 4. n. 164.* Tuſc. *d. lib. 6. concl. 264. nu. 1. 2 & 4.* hancq; ſententiam,

tentiam, vt ſcilicet penſio ſit jus reale, & tranſitorium ad ſucceſſores inbeneficio, vt ij ad ejus ſolutionem teneantur, in Gallia receptum Doctores Galli atteſtantur, vt Duaren. *lib.6. de benefic.c.4.* Louet *d.c.30.*

4 Tertia concluſio eſt, quod etſi penſio expiret & extinguatur morte penſionarij, Caccialup. & Gigas *de penſionib.* Cortaſ. *part.1.c.4.n.9.* & 10. Caputaquen. Dec. 303.*n.13.part.1.* & Flami. Pariſ. *de reſignat. benef. lib.6 qu.4 num 3.* nihilominus poteſt transferri de vna perſona ad aliam, etiam ſi ſit reſeruata ſine clauſula transferendi, quando de conſenſu ipſius penſionarij, & ſoluentis penſionem, transfertur in alium authoritate Papæ, Fere *conſ.53.* Mandoſ. *de ſigna.grat.tit.de tranſla.penſio.in princ.* Flami. Pariſi. *d.q.4.num.7.* & 13. Nicola. Garcia *de benefic.1.part.c.5.num.251.* nec de eu contingit dubitari, vt inquit Pariſi. *conſ.46.nu.1.* quandoquidem S. Pontifex in beneficialibus habet liberam & plenam diſpoſitionem ad ſui libitum *c.propoſuit §.licet ext.de conceſſio.preb.* Deci. *conſ.137.num.2.* & *conſ.141.* & *conſ.624.ante nu.20* & in *c.quæ in Eccleſiarum nu.32* poſt Felin. *num 60.ext.de conſtit.* ita vt dicta penſio non jam morte primi penſionarij, ſed ejus in quem translata eſt, extinguatur, vt Nicola Garcia *d.c.5.nu.256.* fitque hujuſmodi tranſlatio, vt extinguatur prima penſio, & noua creetur, Gigas *q.74.nu.1.* & *q 88.num.8.* Mandoſ. *d.loco in princ.* Pute. *dec.524.num 3.lib.2.* Flami. *d.quæſt.4.num 7.*

5 Quarta concluſio, eaque poſtrema ex præcedentibus ſequitur neceſſariò tranſlationem dictæ penſionis de conſenſu Epiſcopi Senenenſis in fauorem d. Thomæ de Breton factam, Regis aſſenſu accedente, & S. Pontificis approbatione, & homologatione concurrente, valere & tenere, & ſucceſſores in dicto Epiſcopatu afficere, ita vt non minus ad ejus ſolutionem, ac ille qui conſenſit, teneantur: nam cùm penſionis reſeruatio afficiat ſucceſſores in beneficio, etiam in Gallia, & tranſlatio penſionis de perſona ad perſonam Regis conſenſu, & S. Pontificis approbatione concurrentibus fieri poſſit, ſequitur neceſſariò ſucceſſores in beneficio ad ejus ſolutionem teneri, quam concluſionem veram eſſe demonſtratur ex traditis per Pariſi. *d. lib.6.q.4.n.39.* quia hujuſmodi tranſlationes fiunt cum clauſulis & decretis in prima penſione contentis, ita Mandoſ. *d.tit.de tranſlatio.col.2.verſ.rurſus.* Sed ex clauſulis & decretis primæ penſionis ſucceſſores in beneficio ad eam tenebantur. Ergo etiam ad hanc ſecundam, & etiam quia ſecunda penſio reſpectu ſubſtantiæ ipſius & qualitatum, vt ſcilicet ſucceſſores in beneficio teneantur, eſt eadem cum prima, etſi quoad alios effectus dicatur noua, vt ſcilicet non per mortem primi, cui erat reſeruata, ſed ſolùm per mortem ſecundi, in quem eſt tranſlata, extinguatur, & ita fuit reſolutum in Rota Roma. in vna Carpen. 29. Maij 1598. coram Corduba. & alia coram eod. de d. anno 26. Junij, vt refert Nicol. Garcia *d.c.5.nu.206.* & *ſeq.* Nec obſtat *c. miſi eſſent viri prouidi ext. de preben.* & *digni.* in contrarium allegatum per D. conſultorem Pariſienſem, in eo enim de quæſtione noſtra, an ſcilicet penſio afficiat ſucceſſorem in beneficio, nec ne, ne verbum quidem.

Sed his omnibus poterit objici quod magis premet, quodque cauſam dubitandi dicto conſultori dare potuiſſet, cujus tamen in ſuo conſilio non meminit, quod ſcilicet in Gallia omnes quidem ſucceſſores in beneficio, cujuſcumque qualitatis ſint, & quomodocumque vacauerit beneficium, teneantur ad penſionem beneficio impoſitã, ad quam prædeceſſor tenebatur. Si hujuſmodi beneficium non habuerit curam animarum, ſed in beneficijs curam animarum habentibus ſolere diſtingui, vt ſucceſſor quidem per reſignationem teneatur ad penſionem, per obitum verò non teneatur, & ita ſæpiſſime in ſupremis tribunalibus, præſertim Pariſienſi, arreſtis & placitis fuiſſe determinatum refert Robert. *rer. judica.lib 1.c.7. verſ. beneficiorum alta fol.47. vſque ad fin.* & additio. *ad Papon. in prin. d.tit.5.* Louët *d.c.30.* & Pelei *aux actions Forenſes lib.1.actio.32.* & quod auget difficultatem d. additio. nec non Robert. dum beneficiorum curam animarum habentium mentionem faciunt, Epiſcopatus & Archiepiſcopatus inter ea recenſent. Sed ad hoc reſpondetur hujuſmodi objectum non tam reſpicere quæſtionem noſtram, quàm generaliter, an penſiones tranſeant in ſucceſſores in beneficio, etiã nulla præſuppoſita tranſlatione in aliam perſonam, & reuera ſi penſiones primitus impoſitæ ſuper beneficijs curatis non afficiunt ſucceſſorem in beneficio per obitum, nec quoq; penſiones in aliam perſonam tranſlatæ afficient ſucceſſorem per obitum. 6

Reſp. igitur hujuſmodi objectum habere tantùm locum in beneficijs curatis, vt ſunt Vicariæ perpetuæ, non autem in Epiſcopatibus, & omnia arreſta quæ proponuntur, de dictis Vicarijs perpetuis ſolùm mentionem faciunt, nullum verò de Epiſcopatibus, vel Archiepiſcopatibus proponitur. Quòd ſi dicti Doctores de Epiſcopatibus mentionem facientes, idem in illis, quod de Vicarijs perpetuis, exiſtimarunt, id ex ſe, nulla arreſtorum authoritate ſuffulti, opinati ſunt, & reuera ipſimet cum beneficiorum curatorum meminerunt, Epiſcopatus quidem inter ea recenſuerunt, ſed cùm poſtea quæſtionem tractant, & exempla proponunt, ad Vicarias perpetuas, & alia hujuſmodi beneficia ſe reſtringunt, & ratio differentiæ eſt manifeſta: nam Vicarias perpetuas & alia hujuſmodi beneficia ſunt tenuia, & ſuper illis penſionum impoſitio eſt odioſa, ne de illis prouiſi, curæ animarum, defectu redituum, minus vacent. Sed reditus Epiſcopatuum ampli ſunt, qui facile penſionum impoſitionem ſufferunt: & vſus ipſe & experientia docet, hanc ſententiam, vt ſcilicet penſiones ſuper Epiſcopatibus, afficiant ſucceſſorem per obitum, eſſe veriſſimam: paſſim enim d. penſiones ſuper Epiſcopatibus imponuntur, & ſucceſſores in Epiſcopatu eas ſoluere coguntur: & ipſemet D. de Crillon, cujus contemplatione hæc penſio fuit impoſita in fauorem dicti Ines, coëgit Archiepiſcopum Arelaten. & Abbatem Monaſterij Montiſmajoris nunc exiſtentes, ad ſoluendum ſibi penſiones in fauorem ſuum ſuper dictis Archiepiſcopatu, & Abbatia impoſitas, quamuis ſucceſſerint per obitum eis, quibus, cùm prouideretur de d. Archiepiſcopatu, & Abbatia, dict. penſiones fuerũt reſeruatæ in fauorem d. domini de Crillon. Idque eo maximè dicendum eſt hoc caſu, quo etiam Epiſcopus Senenenſis nunc exiſtens prouideretur de Epiſcopatu dicta penſio fuit reſeruata. Et quod omnem difficultatem tollit, eſt quod in Bullis, quas à S. Pontifice habebit, nominatim dicetur, quod nedum Epiſcopus nunc exiſtens, ſed etiam ejus ſucceſſores, ad eam penſionem ſoluendam teneantur: quæ Bullæ approbabuntur de nouo per Regem, & in Senatu Aquenſi homologabuntur per literas, quas vocant *d'annexe*, ita quod amplius de validitate dict. penſionis, & quod tranſeat ad ſucceſſores, non dubitabitur. 7

ARGUMENTUM.

QVando vnus ex pluribus creditoribus ejuſdem temporis,& cauſæ,cæteris præferatur, vel præoccupaſſe dicatur.

SUMMARIUM.

1 *Quoties ſunt plures creditores ejuſdem temporis, ſiue ex eadem cauſa, ſiue diuerſa, is præfertur qui præceſſit per ſententiam, multò magis per ſolutionem.*
2 *Is ex pluribus creditoribus ejuſdem temporis & cauſa præoccupaſſe dicitur, qui primò litem conteſtatus fuit.*
3 *Conditio mixta ad tempus teſtamenti retrotrahitur.*

CONSILIUM CCVII.

NObilis Bartholomæus des Achards teſtamento ſuo legauit vnicuique ex filiabus ſuis 4000. libras, hiis verò mille aureos cuilibet ſcilicet eorum, inſtituto hærede vniuerſali filio ejus Bartholomæo vocato. Omnes autem habituri præterea ſunt portionem dotis maternæ, Anna vna ex dictis filiabus nupſit nob. Ægidio de Labia, conſtituitque ſibi omnia ſua bona in dotem, nulla expreſſione facta,tandem d.Bartholomæus hæres ſoluit 800. aureos domino de Labia in diminutionem legati 4000. librarum: & cùm reliquum non ſolueretur, minimèque pars legati Ludouico filio facti, qui antè deceſſerat ab inteſtato,ad dictam Annam pertinens, nec etiam portio dotis maternæ d. Labia executiones fecit contra pratum & domum d.hæredis, eæque d.hæredi intimatæ fuerunt, & ita proceſſum fuit ad liberationem vſque excluſiuè; tandem bona d.hæredis in diſcuſſione poſita fuerũt, & judicium particulare cœpit vniuerſale ſequi,vt juris eſt.

Quæritur, an reliquæ filiæ debeant præferri dicto Labia quoad ſummam 800. aureorum, ita vt ſingulæ ſimilem ſummam conſequi debeant, antequam d.Labia quicquam poſſit habere. 2°, an pro reſtante ſumma tam legati, quàm ſucceſſionis fraternæ,& dotis maternæ concurrere pro rata,debeant cum ipſo etjam in bonis de pignore captis. 3°, an dictæ filiæ etjamſi nondum nupſerint, audiri debeant, cùm Legatum fuerit factum ſub conditione, *cùm nupſerint*.

Ad primum reſpondendum eſt, ipſas in 800.aureis præferri non debere d. Annæ vxori d. de Labia: Si enim aliquis concurſus fieri debet,de quo mox,& quoad reſtantem ſummam d.Labia debitam & pro rata illius faciendus eſt, & non quoad ſummam ſolutam; Ea enim non eſt amplius in eorum natura, cùm ſolutione fuerit extincta obligatio, §.4.*inſtit.quib.mod.toll.oblig.* Nam quoties ſunt plures creditores ejuſdem temporis ſiue ex eadem cauſa, ſiue ex diuerſis,manet 1
obligatio, certiſſimi juris eſt eum præferendum, qui præuenit per ſententiam, multò magis per ſolutionem,eo enim caſu melior eſt conditio ejus,cui ſatisfactum eſt, & qui poſſidet, *l.ſi debitor, ff.de pignor.& hypoth.l.ſi quis a multis de noxalib.* Bart. & Salicet.*in l.ſi fundus §.ſi duo de pignor.*Dyn.*in regul.qui prior*,& *in regula in pari lib. 6.* Neguſant. *de pignor.2.memb.5.part.num.31.in fin.verſ.2.caſu* Afin.*de execut.§.7.c.22 fol.mihi 171.*Jaſ.*en l.ſi plurib de leg.1.*

Ad ſecundum dicendum etiam eſt, quoad bona de pignore capta d. Labia præferendum eſſe, quòd bona de pignore capta pro reſtanti ſibi debito, dictaſque filias in eodem quidem gradu collocandas, ſed reliqua bona perſequi debere, nam quoties ſunt plures creditores, qui præoccupare volunt, reſpectu effectus ejus, 2
de quo agitur & haberent originem eodem tempore & ex eadem cauſa, is præoccupare dicitur, qui præuenit prius ad litis conteſtationem *l. duobus 2.de duobus reis l.fideicommiſſa §.pleriſque de leg.2.*& hæc eſt doctrina Bart. *in l.ſi pluribus nu.1.verſ.ſi verò poſſunt ſimul eſſe vera de leg.1.* quem Jaſ.ibidem & cæteri ſequuntur. Ac hoc caſu, ſi creditores habent originem eodem tempore, & ex eadem cauſa, nempe ex teſtamento paterno, dote materna, & ſucceſſione fraterna, & d Labia non ſolùm præuenit litem conteſtando, ſed proceſſum omnem formando,ergo præferendus eſt.

Ad tertium, etſi ſtricto jure filiæ non poſſint agere 3
conditione non exiſtente(tempus enim incertum cùm nupſerint,reſoluitur in conditionem)tamen cùm bona in diſcuſſione poſita ſint, poſſunt petere vt collocentur, conditione enim hac mixta exiſtente, retrotrahitur obligatio ad tempus teſtamenti,*l.qui balneum §.1.l.potior §.1.ff. qui potio.in pigno habean.* Negufant.*d.2.memb.5.part.n.*10. maximè cùm,vt audio,legitima correſpondeat d.legato,atque ita.

ARGUMENTUM.

DE reuocatione teſtamenti.
Quando cenſeatur legitimè facta.

SUMMARIUM.

1 *Reuocatio teſtamenti, cum eiſdem ſolemnitatibus fieri debet, quibus teſtamentum.*
2 *Conſuetudo non habet vim, quoad bona, extra territorium, vbi recepta eſt, ſita.*
3 *Non valet reuocatio teſtamenti, niſi adjiciatur ratio, quia vult decedere ab inteſtato, contra num. 7.*
4 *In dubio cenſetur quis ab inteſtato decedere velle.*
5 *In Gallia & prouincijs conſuetudinarijs, qualis eſt Lutetia Pariſiorum, nulla ſolemnitates in teſtamento condendo requiruntur, ſed ſufficit ſi coram duobus notarijs quis nudam ſuam voluntatem declaret.*
6 *Conſuetudo permittens teſtamentum ſine ſolemnitatibus fieri, porrigitur ad bona extra territorium ſita, vt ſcilicet teſtamentum quoad illa valeat.*
8 *Communis ſententia notoriè falſa, non eſt ſequenda.*
9 *Si præter voluntatem reuocatoriam, adſit aliquod factum dictæ reuocationis confirmatorium, eſt receptiſſima ſententia, valere reuocationem, etſi ratio, quia vult decedere ab inteſtato, non ſit adjecta.*
10 *In his quæ reſpiciunt cauſæ deciſionem, conſuetudo loci, vbi actus fit, eſt ſequenda.*

CONSI-

CONSILIVM CCVIII.

NObilis Carolus des Iſnards villæ Inſulæ, in Comitatu Venayſſino, condominus de Biantolis, Pariſijs exiſtens, & Nouitius Ordinis Sancti Bernardi des Fueillans, nondum tamen profeſſus teſtamentum condidit, quo plura legata reliquit, & inter alia Conuentui dictorum Fratrum, Pariſijs ſito, legatum 800. aureorum, & hæredem vniuerſalem inſtituit Petrum des Iſnards, eius fratrem primogenitum, & coram Notarius, & legitimo numero teſtium de ann. 1600. & 11. Ianuarij narrauit in eo teſtamento, ſe id facere, vt melius Deo inſeruire poſſet, cùm mens ipſius eſſet poſt probationem legitimam, profeſſionem in eo ordine emittere, poſtea de eod. ann. & 18. Martij id teſtamentum, ſicut & aliud antiquius de an. 1599. & 20. Nouemb. factum, reuocauit coram duobus Notarijs, ſine tamen teſtibus, eámque renocationem in margine dictorum teſtamentorum adſcribi curauit, vtens his verbis, *Et ſi reuoque tout le contenu en iceux teſtaments, parce qu'il ne veut, & n'entend qu'ils ayent ne ſortent aucun effect, ne vertu, attendu qu'il n'a peu porter la fatigue, charge, & faix de la religion des Fueillans, où il auoit prins l'habit, & eſperoit faire la profeſſion, & y vſer le reste de ſes iours.* In cuius rei executionem de eod ann. & 20 Martij idem des Iſnards intimauit reuocationem d. legati 800. aureorum Priori dict. Conuentus, qui eidem conſenſit coram duobus Notarijs, ſine teſtibus, eáque intimatio adſcripta fuit margini obligationis dictorum 800. aureorũ per dict. Petrum hæredem, iubente d. Carolo pro ſecuritate dict. legati initæ & contractæ. Quæritur nunc, an d. teſtamentum legitimè reuocatum ſit, & an dict. Carolo, qui aliquibus menſibus poſtea deceſſit, ſuccedatur ab inteſtato per dict. Petrum & duas ſorores matrimonio collocatas, maximè per N.. quæ ab eo, in antiquiori teſtamento de ann. 1599. facto, inſtituta fuerat hæres. An verò ſolus Petrus hæres teſtamentarius hæreditatem habiturus ſit, & videbatur dict. reuocationem iuribus non ſubſiſtere, & propterea dict. teſtamentum vltimum ſortiri debere ſuum effectum, tribus potiſſimum rationibus.

1 I. Quia huiuſmodi reuocatio ſine legitimo numero teſtium, qui in teſtamentis adhiberi ſolet, facta fuerit, certum enim eſt eandem ſolemnitatem requiri in reuocando, quæ in condendo teſtamento, *l. hac conſultiſſima §. ex imperf. & l. ſubemus C de teſtam.* & ita iudicatum Pariſiis fuiſſe refert Caron. *lib. 3. reſpon. cap. 49. in fi.* quod maximè hoc caſu aſſerendum eſt, in quo nulli teſtes interuenerunt.

2 II Quia etſi forſan ex iure conſuetudinario teſtes non ſunt adhibendi in teſtamentis condendis, & per conſequens nec in reuocandis, tamen huiuſmodi conſuetudo non debet extendi & porrigi ad bona extra territorium prouinciæ conſuetudinis, & ita argum. *l. Imola ff. ad municipal. & l. ex reſcripto § fin. ff. de numer.* & fusè Crauet. poſt multos *conſil. 30.* docet.

3 III. Etſi ea omnia ceſſarent, tamen ex alio reuocatio non eſt legitimè facta, quia ſcilicet non dixit ſe eam facere quòd volebat decedere inteſtatus, ea enim eſt communis DD. ſententia, non ſufficere etiam ſi teſtator coram 7. teſtibus dixerit ſe nolle valere teſtamentum niſi cauſam adiecerit, quia velit ab inteſtato decedere, Bart. *in l. ſi iure ff. de leg. 3.* Dec *conſil. 582. n. 1.* Ruin. *conſil. 6. nu. 1. vol. 2.* Iaſ. & alij *in l. ſancimus Cod. de teſtam.* Manti. *de coniect. vlt. volunt. lib. 2. tit. 15.* Clar. *§ teſtamen. quæſt. 91. & 92.*

His tamen non obſtantibus contrarium verius eſt. Cùm enim de voluntate teſtatoris conſtet, & is diſertis verbis teſtamentum reuocauerit, declarauerítque ſe nolle id habere effectum, ea voluntas ſeruanda eſt, ita enim caſſando & reuocando eius teſtamentum videtur in dubio velle decedere inteſtatus, & inuitare voluiſſe tacitè venientes ab inteſt. iuxta *l. conficiuntur §. 1. ff. de iure codicil.* & per aditionem poſtea venientium 4 ab inteſtato, ademptio in teſtamento confirmabitur *l. ſi ita quis ff. de hæred. inſtit.* atque hoc videtur apertè probari ex *l. 1. § penult. ſi tabul. teſtam. nulla extabunt.* & hoc quidem ſatis per ſe patet, ſi modò ſatisfiat ijs, quæ in contrarium proponuntur, tota enim vis in eo conſiſtit.

Ad primum igitur reſpondemus, eám rationem veram eſſe in ſe, & contendimus etiam in caſu noſtro eã ſolemnitatem adhibitam, in reuocando, quæ fuerat neceſſaria in condendo. Nam Pariſijs, vbi conditum fuit, ex iure conſuetudinario, nulla alia ſolemnitas re- 5 quirebatur in condendo teſtamento, quàm vt coram duobus Notarijs ſine teſtibus, aut coram vno Notario cum duobus aut tribus teſtibus, fieret; nec per conſequens vlla alia in reuocatione requirebatur, Ioan. Ducet Doctor Gallus *in lib. de l'alliance des loix Rom. auec le droict François lib. 5. §. 289. verb. par deuant deux Notaires* Eguinar Baro *in tit. inſtit. de teſtam par. 2 conſuetudinib. Pariſ §. 96. & §. 289.* adeò quòd magis eſt, vt nec inſtitutio hæredis, nec exhæredatio filiorum requiratur, ſufficiátque ſola & nuda teſtatoris voluntas, abſque vlla ſolemnitate, præter eam quam ſuprà dixi, & id habet locum in omni patria conſuetudinaria Galliæ, qualis eſt Lutetia Pariſiorum. Duret *dict. §. 289. verb ſans d'inſtitution d'heritier* Eguinar Baro *tit. de exhær. & libero parent.* Conſequitur igitur reuocationem hanc legitimè factam, cùm in ea interuenerit ſolemnitas, quæ fuerit neceſſaria in condendo teſtamento, Socin. iun. *conſil. 145. num. 10. circa fin lib. 2.* Nec dicendum eſt in dict. teſtamento condendo 7. teſtes interueniſſe, in reuocatione nullos. Neque enim eadem eſt neceſſaria ſolemnitas in reuocando teſtamento, quæ adhibita fuit in condendo, ſed quæ neceſſaria fuit in condendo. Numerus enim ille teſtium, qui fuit ſuperadditus vltra ſolemnitatem à lege requiſitam quaſi pro ſuperuacuo haberi debet, *l. Cornelius ff. de hæred inſtit l. verba hæc ff. de condit. inſtit.* Dec. *in l. nihil tam naturale de regim.* & fusè poſt multos docet Fernand. Vaſqu. *de ſucceſſ. reſolut. lib. 1. §. 1. num. 6. cum ſequent.*

Ad ſecundum reſpondetur certiſſimam eſſe DD. 6 ſententiam, quod quando ſtatutum, vel conſuetudo eſt permiſſiua eius quod de iure communi permittitur, & tollens obſtaculum ſolemnitatum, ſcilicet vt in teſtamento ſolùm tres, vel nulli teſtes requirantur, huiuſmodi conſuetudo porrigitur etiam ad bona quæ ſunt extra territorium huiuſmodi ſita, & hæc eſt doctrina Bart. *in l. cunctos populos num. 36 cum ſeqq.* quam varijs rationibus firmat, *Cod. de ſum Trin.* & hanc paſſim DD. ſequuntur vt Alexand. *conſil. 1 8. num. 2. lib. 1. & cap. 44. col. vltim. lib. 5.* Pariſ. *conſil. 12. num. 46. lib. 3.* Chaſſan. *conſil. 19. num. 68.* Raphael Cuman. *conſil. 75.* communémque affirmat Iaſ. *in dict. l. cunctos populos in 1. lectu num. 44. & ſeq. & in 2. lect. num. 9. & ſeqq.* ad ſatietatem Gabriel. *lib. 4. tit. de teſtam concluſ. 4.* Cæſar de Graſſis *tit. de donat. dec. 2 dub. 6. num. 16.*

Nec obſtat doctrina Crauet. in contrarium allegata, ſicut & quorumdam aliorum. Intelliguntur enim ſi ſtatutum habilitet perſonas, vel diſponat de rebus, vt ſi acquiſitiones ſint coniugibus communes, non autem ſi ſolemnitatem de iure communi requiſitam tol-

lar, vt Bart. Iaſ. & alij diſtinguunt, & per varias rationes firmant.

Ad poſtremum, in quo potiſſimum dict. Petrus, vt audio, ſe fundat, nimirum reuocationem non ſubſiſtere, quia cauſa illius, nempe quòd velit decedere inteſtatus, non ſit oppoſita, tribus modis ſatisfit.

I. Contrariã ſententiã, nempe ea verba non eſſe neceſſaria, ſufficereq́; expreſſam & diſertis verbis factam reuocationem abſque illius cauſæ expreſſione, veriorem eſſe: quam tenent & firmant Bald. *in l. ſancimus Cod. de teſtam.* Imol. poſt Onofrium Peruſinum *in l. ſi ita ſcriptum §. regula in fin. ff. de libe. & poſthu.* Salicet. *in dict. l. ſancimus* cùm opinionem Baldi vltimam ponit, Ange. *in §. pen. quib. mod. teſtam. infirm.* dum Onofrij opinionem vltimo loco refert Guid. Pap. poſt Pet. de Beſuntio, & alios *qu.* 200. *num.* 2. Barbat. *in addit. ad Bart. in d. l. ſi iure* & ſuſiſſimè *in conſil.* 60. *num.* 2. *in* 2. *dubit. per tot.* Socin. iun. *conſil.* 145. *num.* 9. *cum ſeqq. lib.* 3. vbi varijs rationibus hanc ſententiam tuetur, & reſpondet ad ea, quæ in contrarium afferuntur, & certè naturalis ratio ita dictat vt ſufficiat reuocatio expreſſis ita verbis facta, abſque alia cauſæ expreſſione, alioquin eſſet multum captioſa, vt inquiunt Socin. & Barbat. vbi ſuprà teſtatoribus vulgaribus qui neſciunt dicere, quia volo decedere inteſtatus, arbitrantes id ſequi reuocato teſtamento, maximè cùm totum fundamentum Bart. ſit, vt per aditionem venientium ab inteſt. confirmetur ademptio facta hæredi, in præcedenti teſtamento inſtituto, & illud æquè bene continget ſiue teſtator exprimat, quia volo inteſtatus decedere, ſiue non exprimat, ipſe etiam Graſſ. *in §. teſtam. quæſt.* 84. hanc aſſerit veriorem, quoniam, inquit, teſtator ſi voluit teſtamentum non valere, intelligitur tacitè legitimos hæredes ab inteſtato vocare, vnde iniquum eſſet contra expreſſam teſtatoris voluntatem, teſtamentum eius velle ſuſtinere: hanc etiam ſententiam ſequitur Apoſtil. *ad Alex. cõſ.* 104. Et quamuis contraria ſententia dicatur communis tamen cùm ſit notoriè
8 falſa, ea non eſt ſequenda, Hoſtien. Ioan. Andre. *in cap.* vbi eos referunt & ſequuntur Abbas *num.* 5. Beto. *num.* 269. Mantica *num.* 11. & alij *de conſtitut.*

II. Reſpondetur, poſito non conceſſo, neceſſarium fuiſſe adiicere illam cauſam, quia volo decedere inteſtatus, tamen quotieſcumque non ſtetit teſtator in nuda voluntate, vel nudis verbis reuocationis, ſed vltra eam aliquod factum interceſſit, vt cancellatio, deletio, inciſio, vel quoduis aliud factum declaratorium,
9 vel confirmatorium voluntatis, tunc receptiſſima eſt & DD. calculo approbata ſententia dict. teſtamentum cenſeri reuocatum, vt docent Bart. *in d. l. ſi iure num.* 3. *in fin.* Iaſ. *in d. l. ſancimus in fin.* Angel. Aret. *in dict. §. ex eo col.* 2. *verſ. tertio caſu* vbi ait DD. ita communiter tenere eſſe locum ſuccedentibus ab inteſtato, Rub. Alexand. *conſil.* 41. *circa fin.* Papon. *lib.* 20. *tit.* 1. *arreſ.* 5. Simon de Prat. *de interpret. vlt. volunt. lib.* 4. *interpret.* 3. *& vlt. dub.* 2. *num.* 52. *fol. mihi* 226. *col.* 4. & omnes ſuprà nominati: cùm enim voluntas non ſolùm verbis, ſed etiã facto, imò magis facto, quàm verbis declaretur, *l. de quibus ſi vtrumque concurrat*, vt hîc, debet abſque dubio cenſeri primum teſtamentum reuocatum, quin etiam vbi ſola verba adſunt, ſi tamen ſint prægnantia, etiam contrariæ ſententiæ authores tenent non requiri illius cauſæ expreſſionem, vt conſtat *ex rub.* Alexan. *in dict. conſil.* 41. poſt plures quos refert *in fin.* at in noſtro caſu, non ſolùm declaratio voluntatis dict. Caroli teſtamentum reuocantis, ſed facta adſunt. Nempe adſcriptio dict. reuocationis ad marginem originalis teſtamenti, quæ abſque dubio pro cancellatione habenda eſt, ſubſcriptio dict. Caroli eidem margini appoſita, intimatio per dict. Carolum priori Conuentus des Fueillans facta, eadem intimatio margini obligationis d. legati adſcripta, & per dict. Carolum ſubſcripta, quæ omnia enixam voluntatem reuocatoriam dict. Caroli demonſtrant, & concludunt euidentiſſimè nos non eſſe in terminis dict. prætenſæ communis opinionis, quæ ſi vera eſt, aut ſequenda, ſolum procedit data nuda voluntate, nullo alio interueniente.

Poſtremò, data conſuetudine, quòd nulla requiratur ſolemnitas in condendis, & per conſequens reuocandis teſtamentis nec opus ſit vlla hæredis inſtitutione, ſed quomodocumque voluntatem ſuam declarauerit, vel per viam legatorum vel alio modo, ſortiri plenum effectum, ac ſi teſtamentum eſſet, iure communi legitimè factum, res clariſſima eſt, nam ratio qua ſententiæ contrariæ authores nituntur, eſt, quòd teſtamentum eſt quædam diſpoſitio, quæ poſt longam obſeruationem, & demum poſt multorum ſolemnium interuentum conſummata, & perfecta intelligitur, eſtque veluti ſpecies quædam à lege ciuili formata, & in eſſe producta, quæ vt nuda voluntate non perficitur, ita quoque ſola contraria voluntate non redditur infecta. Nam vt ſi vas argenteum conflaueris, aut luteum effeceris, licet reuera pœnitere cœperis, tamẽ non ideo vas illud infectum redditur, niſi & manus admoueas, illúdque fregeris: ita quoque ſpecies illa teſtamenti, quæ ſola voluntate non fuit effecta, lex, vt ſolè nuda voluntate infecta reddatur, non permiſit, niſi præterea manus admoueas teſtamentúmque deleueris, ideóque tale teſtamentum quoad hæredum inſtitutiones, non quoad legata, nec ipſo iure tollitur, nec etiam ope exceptionis, vt *in d. §. ex eo.* quam rationem tradit & confirmat Fernand. Vaſq. *de ſucceſſ. reſolut. lib.* 1. *§.* 9. *num.* 9. at verò in noſtro caſu teſtamentum nuda voluntate conſtare poteſt, & coram duobus Notariis, etiam abſque vlla hæredis inſtitutione. Ergo etiam nuda voluntate coram duobus Notariis reuocari poteſt. Nec dicas in teſtamento, de quo agitur, adfuiſſe hæredis inſtitutionem, ea enim non fuit neceſſaria, & pro ſuperuacua haberi debet, vt ſuprà cùm de numero teſtium agebamus, demonſtratum eſt ex eod. Fernando Vaſqu. *de ſucceſſ. reſolu. lib.* 1. *§. num.* 7. & Socin. iun. *dict. conſil.* 145. *num.* 10 *circa fin.* His omnibus addendum eſt, cùm agatur de teſtamento Pariſijs facto, conſuetudinem Pariſienſem in his quæ deciſionem cauſæ reſpiciunt, ſequendam eſſe, Alexand. *conſil.* 164. *lib.* 6. ait 10
communem Senat. Pedemont. *concluſ.* 22. Surd. *deciſ.* 197. Caual. *deciſ.* 21. *de iudic. num.* 77. *& ſeqq. fol.* 89. Alex. *conſil.* 217. *num.* 29. *lib.* 7.

ARG.

ARGVMENTVM.

AN dominus directus poſſit cedere ius prælationis.
An remedium *l.2.Cod.de reſcin.vendi.* habeat locum in venditione per ſubhaſtationem facta.

SVMMARIVM.

1 *Dominus directus non poteſt cedere ius prælationis.*
2 *Conſuetudine tamen hoc induci poteſt.*
3 *Solemnitas in ſubhaſtatione requiſita, ſi non interuenerit, erit nulla.*
4 L.2.Cod.de reſcind. vendi. *habet locum aduerſus venditionem per ſubhaſtationem factam.*
5 *Creditores poſteriores audiuntur, ſi doceant læſionem in ſexta parte, in venditione per ſubhaſtationem facta, interueniſſe.*

CONSILIVM CCIX.

PLERAQVE proponuntur, vt venditio iuris, omniúmque bonorum in territorio Rupis ſupiâ Paternas ſitorum, quæ ad dominum de Ribies pertinuerunt, nulla declaretur vel reſcindatur, nimirum R.Camerá ſeu eius Renderium iure prælationis illud retinere non potuiſſe, ſolemnitates à iure requiſitas, non interueniſſe, læſionem in venditione interceſſiſſe. & denique creditores intereſſe habentes ſe læſos in ea contendere.

Quoad primum, etſi dici ſoleat dominum feudi, vel emphyteuſis non poſſe cedere ius retentionis, ſeu
1 prælationis, quod in re feudali habet, vel emphyteoticaria, ex *l. vltim. Cod. de iure emphyteu.* vt per Guid. Pap. qui ita dicit ſemper ſe vidiſſe iudicare in Curia Delphinali *deciſ.* 411. Pet.Iacob. *tit.de actio.in rem pro re emphyteutica colu.10.verſic.quid ſi directus*, Chaſſan. *in conſuetud.Burgund.§.1.verb.retenue.in princip.* tamen certum eſt conſuetudine hoc poſſe induci; vt latè per
2 Tiraquel. *de retract.lignag.§.26.gloſ.1.num.44.* quæ conſuetudo notoria eſt in hoc Comitatu, & paſſim cùm Camera, vel Eccleſiaſtici locant redditus ſuos, concedunt hoc ius retentionis colonis ſuis, aliíſque etiam id vendunt pro prima vice, & ita ſæpenumero iudicatum eſt in contradictorio iudicio, ita vt hoc remedium impugnationi dict.retentionis dict.de Ribies ſuffragari non poſſit.

Quoad ſecundum, an ſolemnitates interuenerint, 3
nec ne, mihi non conſtat, ſed ſi verum eſt non interueniſſe omnes, ius clarum erit, nempe venditionem eſſe nullam, dictúmque de Ribies recuperaturum bona ſua, *l.1. & 2. Cod. de fid.inſtrumen. & iur.haſt.fiſcal lib.* 10.maximè gloſ. *in dict.l.1. in verb. omni ordine l.ſi quos Cod.de reſcind.vendit.*

Ad tertium ſi ſecundum proximè deciſum, verum 4
ſit, inutilis eſt huius tertij, quartique dubij ſequentis diſcuſſio. Sed ſi forſan omnes ſolemnitates interuenerunt, ideóque venditio facta teneat, agatúrque de ea ex capite læſionis reſcindenda. Si quidem dict.de Ribies debitor *ex l.2.Cod.de reſcind. vendit.* eam infringere vult, & de eo quæratur, contra eum reſpondendum erit. Nam etſi verior & magis communis ſen-
tentia ſit remedium *l. 2.* habere locum in venditione 5
per ſubhaſtationem, Aleaand. *in l.ſi quis cùm alter nu.* 16.& ibi Roman. *num. 8. de verb.oblig.* Idem Alexand. *in l.pretia rerum ad l. Falcid.* Aret.*§.ſi quis agens inſtit. de action.* Corne.*conſil.56.lib.3.* latè Ar.Pinel.*in l.2.par.2.cap.2.num.25.* qui tamen Imol.ſi creditori res liberetur *in d.l.2.§.1.par. num.10.* aſſerit contrariam ſententiam eſſe receptiorem, vt generaliter, vt non ſit locus *dict.l.2.* in re diſtincta ſubhaſtationum in pratica ſeruari contendit Iodoc. Brugun. *de ſubhaſtat. cap. 4. num. 26.* tamen hoc caſu proponitur mihi in facto non adeſſe læſionem vltra dimidiam, intra enim dimidiam non eſſe audiendum certi iuris eſt. Sed

Et hoc eſt quartum dubium, an ſaltem creditores audiendi ſint, ſi dicant læſionem eſſe, quamuis intra dimidiam. Et audiendi ſunt, dummodò probent læſionem eſſe ſaltem in ſexta parte, Franciſc.Marc.*in deciſ.132.in 1.part.* Vincen.de Franc. *deciſ.* 124. Tepat.*libr.* *a,tit.de iur.offer.verſ.ius offerendi* nô habet locû contra,

ARGVMENTVM.

DONATIO cauſa mortis à filiofamilias facta in fauorem patris quando valeat.
Et quando ſine ſtipulatione vel nudo pacto.
Minor an reſtituatur aduerſus donationem.
Et an donatio inter viuos ſine conſenſu patris à filiofamilias facta valeat.

SVMMARIVM.

1 *Donatio cauſa mortis per filiumfamilias, de conſenſu patris, ipſi facta, an valeat, controuerſa eſt quæſtio.*
2 *Sed ſi conſenſus generaliter ſit præſtitus, eam valere, receptiſſima eſt ſententia.*
3 *Sicut ſi non immediatè, ſed mediatè, vt donatario patrem ſubſtituendo, donauerit.*
4 *In omnibus actibus, id quod principaliter, non ſecundario agitur, inſpiciendum eſt.*
5 *Actus conditionalis ante conditionis euentum, nihil ponit in eſſe.*
6 *Quod ab initio legitimè factum fuit, non debet retractari, etſi caſus euenerit, à quo incipere non potuit.*
7 *Ius accreſcendi habet locum in donatione cauſa mortis.*
8 *Subſtitutio donationi cauſa mortis appoſita, etiam ſine ſtipulatione, vel nudo pacto, ſuſtinetur.*
9 *Donatio cauſa mortis, etiam nullo ſtipulante, vel paciſcente iuramento interueniente valet.*
10 *Et generaliter donatio abſenti facta, iuramento interueniente valet.*
11 *Minor non reſtituitur aduerſus donationem iuramento firmatam.*
12 *Nec in ea habet locum remedium* l. 2. Cod. de reſcind.vend.
13 *Filiusfamilias poteſt inter viuos donare bona, quo-*

rum vſumfructum pater non habet ſine illius conſenſu, præſertim iuramento interueniente,

CONSILIVM CCX.

EX inſtrumentis ſequentibus, videlicet ex inſtrumento matrimonij initi inter Ieſſe Ferruſſol, & Bonafilhe Cremiene Hebræos de ann. 1585. & 31. Ianuarij donationis cauſa mortis per dict. Ieſſe de conſenſu Maij Ferruſol factæ, in qua inter alia dict. Maio patri ſuo, & Aſtæ de Bonon eius matri, in caſum in quem Precioſe Ferruſole eius filia decedat ſine liberis, dedit dimidiam partem ſuorum bonorum reſtantium ſolutis certis legatis ab eo diuerſis perſonis & locis factis, & alteram dimidiam dedit Abſoloni, & Mordacais Ferruſols fratribus eius, & pauperib. Iudæis Hieroſolymitanis de an. 1598. & 3. Septemb. iuramento appoſito in dict. donatione alterius donationis inter viuos factæ per dict. Precioſe Ferruſole filiam dict. Ieſſe, in qua inter alia donauit dict. Bonafilhe Cremiene eius matri, & Moſſe Cohen ſponſo ſuo omnia bona ſua in caſum in quem decedat ſine liberis, & quoad partem dicto Cohen pertinentem, ſi dictus Cohen cum ea matrimonium contraxerit, & permanſerint ſimul ſpacio vnius anni cum dimidio, ſi enim ſecus factum euenerit, voluit dict. partem pertinere ad dict. Maium Ferruſol eius auum paternum, in qua donatione interpoſitum eſt iuramentum de ann. 1598. & 6. Nouembr. Teſtamenti facti à dict. Precioſe de ann. 1600. & 1. Septembr. reſultant tria dubia, ſcilicet an donatio cauſa mortis facta per dict. Ieſſe, valeat quoad portionem relictam dict. Maio patri ſuo. Alterum, an quoad alios in donatione comprehenſos, qui neque ſtipulatione, neque modo pacto, eam acceptarunt, ſuſtineatur. Tertium, an donatio inter viuos facta per dict. Precioſe Ferruſole iuramento interueniente valeat.

Quoad primum, cùm quæritur ſimpliciter, an pater conſenſum poſſit præſtare, & licentiam dare filiofamilias donandi cauſa mortis, ſibi ipſi, & an huiuſmodi donatio facta per filiumfamilias patri, qui
1 conſenſum præſtitit, valida ſit, grauiſſima & maximè controuerſa eſt quæſtio, alijs negantibus, & magis communem hanc opinionem aſſerentibus, vt gloſſ. & poſt eam Bart. *in l. 1. ff. de autho. tuto.* Imol. Rom. & Socin. *in l. 1. §. fuit quæſitum de Trebell.* Cornel. *conſ. 294. volum. 1.* Dec. *conſil. 245.* Guid. Pap. *quæſt. 213.* Couarru. *de teſtam. par. 3. num. 7.* Clar. *in §. donatio quæſt. 6. num. 7.* Graſſ. *in §. donatio cauſa mortis quæſt. 3. num. 2.* alijs affirmantibus, valere ſcilicet, & hanc magis communem aſſerentibus, & Paul. de Caſtris *in l. ſenium Cod. qui teſtam. facere poſſ.* Bald. *conſil. 39. lib. 2.* Alexand. & Iaſon *dict. l. 1. §. quæſitum num. 3.* Guillelm. Benedic. *in cap. Raynutius in verb. matrem num. 46.* Bertran. *conſil. 156. lib. 1. in 2. par. & conſil. 162. num. 1. lib. 1. poſterio.* Rip. *dict. § quæſitum num. 2.* & alijs relatis per Decian. *dict. conſil. 245. num. 4. verſic. contrariam.* Ita vt difficilè ſit inter tot grauiſſimos DD. interponere iudicium, tamen ſi verum amamus, verior eſt ſententia exiſtimantium valere, vt eruditiſſimè ſuo more docet Apoſtill. tam ad Alexand. *conſil. 106. verb. mortis vol. 1.* quàm ad Decium *in dict. conſil. 245. verb. negatiuam*, quia patris poteſtas fauore patris introducta eſt, ergo non debet patris commodis nocere, & non authoritas eſt, ſed conſenſus qui præſtatur à patre, & hanc etiam magis eſſe communem, quidquid dicant Clar. & Graſſ. & ex dict. Apoſtillatore patet. Et quamuis ex ſupradictis appareat quæſtionem eſſe dubiam, tamen quædam hîc concurrunt, quæ omnem omnino difficultatem tollunt. Primum, quòd generaliter hic eſt præſtitus conſenſus, & non ſpecialiter vt 2
ſibi donatet, quo caſu ex diſtinctione Bald. relata per Socin. *conſil. 112.* receptiſſima eſt ſententia valere donationem, vt fatetur Decius *dict. conſil. 245.* & docet Ranchin. *ad Guid. dict. quæſt. 233.* At hoc caſu ſimpliciter pater permiſit filio donare, quamuis is poſtea patrem in certa portione ſubſtituerit. Nec ſubſiſtit conſideratio Deci. *in dict. conſil. 245.* volentis, quòd quando in eodem contractu eſt præſtitus conſenſus, in quo donat patri, non cenſetur generaliter præſtitus, nam ſi exactè verba DD. de diſtinctione Bald. loquentium perpendantur, nullam faciunt diſtinctionem, an ex interuallo, vel incontinenti filius det patri, quinimò ita loquuntur, vt intelligant in eodem contractu & donationem & conſenſum interceſſiſſe. Sat eſt enim ſi de ſe pater conſentiendo non faciat mentionem, & dict. conſilium Decij reprobatur nominatim à dict. Apoſtil. qui aſſerit Deci. cauſæ inſeruientem ita conſuluiſſe, & contra ipſum in ead. cauſa iudicatum fuiſſe, ipſumque *in dict. l. ſenium* videri pœnitere illius conſ.

Secundum, quia non immediatè, & directè dat 3
patri, ſed ſolùm mediatè, filiæ donatoriæ ſubſtituendo, quo caſu certiſſima eſt ſententia valere donationem factam ita mediatè patri qui conſenſum præſtitit, vt docet Barber. *in viato. iur. p. 2. rubr. 5. num. 10.* quod ſummam habet rationem, neque enim principaliter patri, ſed ſolùm ſecundario, & incidenter donat, Iaſ. *in l. more num. 26 ff. de acquir. hæred.* at illud generale & certum in iure eſt, vt in omnibus actibus ſemper in- 4
ſpici debeat quod principaliter agitur, non quod ſecundario & incidenter, gloſſ. *in cap. quamuis pactum in verb. detrimentum de pact. in 6. & in l. ſi quis nec cauſam ff. ſi cert. petat.* & ibi Purpur. *num. 1.* Bart. *in l. 1. ff. de author. tutor.* & in termin. Socin. ſen. *conſil. 112. num. 4. verſic. & hanc diſtinctionem vol. 1.* Ex quo dicimus, quod legatarius poteſt eſſe teſtis in teſtamento, *§. legatarijs inſtit. de teſtam. ordin.* quia licet intereſſe habeat, hoc tamen eſt ſecundario, hærede principaliter intereſſe habente, latè Iaſ. *in dict. l. ſi quis nec cauſam ff. ſi cert. petat. & in l. more num. 26. de acquir. hæred.*

Tertium, quia donatio, ſiue ſubſtitutio, quæ 5
reſpicit patrem, eſt conditionalis, nempe ſi filia moreretur ſine liberis. Sed certum eſt, quod actus conditionalis, ante conditionem impletam nihil ponit in eſſe, nec ex eo dicitur nata obligatio per *l. cedere diem ff. de verbor. ſignific.* Gom. *var. reſol. lib. 2. cap. 11. numer. 28.* Menochius *conſil. 106. num. 149. & conſil. 105. num. 84.* nec dicitur propriè donatio per *l. 1. ff. de donat.* & ibi Bart. *num. 1. & in fin.* Vnde cùm dict. donatio tempore præſcripti conſenſus, non fuerit propriè donatio, quoad patrem, licet poſtea defectu liberorum, ex dicta filia procreatorum, in donationem tranſierit, non propterea debeat ea infringi, quia quod ab initio legitimè factum fuit, non debet retractari, licet poſtea caſus eueniat, à quo non poterat inchoari, *cap. factum legitimum extr. de reg. iur. in 6. l. fin. §. 1. Cod. de ſenten. poſſ. & reſtit.* Bartol. *in l. patre furioſo numer. 3. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur.*

Quartum, quia non ſolus pater, ſed alij ſubſtituti ſunt, in vim generalis conſenſus, quo caſu DD. cenſent donationem illam ſubſiſtere, ex tradit. à Corn. *in conſil. 242. lib. 4.* & Socin. *dict. conſil. 112.*

Poſtremum, vbi ſupereſſet aliqua difficultas, quam tamen

tamen non adeſſe exiſtimo, inutiliter quæritur, an valeat quoad petitionem patris, ita vt ſi non valeat, poſſit eam prætendere mater dictæ Precioſe. Si enim non valet, portio acquiritur Aſtæ vxori dict. Maij patris, quia cùm dict. Maius pater, & Aſter mater ſint ſubſtituti ad dimidium bonorum, ſolutis tamen legatis, dict. Ieſſe & Aſter ſint re & verbis inter ſe coniuncti, portio vnius deficiens, vel quia noluit, vel quia non potuit, accreſcit alteri per ius accreſcendi, quod habet locum ſine dubio in donatione cauſa mortis, 7 vt in expreſſo ita diſponit text. ſingul. & vnicus *in l. vnica §. fin. Cod. de caduc. tollend.* & ibi ad hoc reputat ſingularem & vnicum Bald. & Cum. & notat & commendat Bart. & cæteri DD. ibid. illum etiam textum dicit ſingularem & vnicum Ioan. de Imol. *in l. ſi mihi & Titio ff. de verb. obliga. 1. colum. in med.* id. Ioan. de Imol. *in l. 2. in fin. ff. delegat.* 1. per illum etiam text. tenet Bald. *in l. vna Cod. quand. non petent. part. fin. colum. & quaſt.* & ibi Rom. *6. colum. num. 22* Gomeſ. *var. reſol. to. 1. cap. 10. de iur. accreſ. num. 7.*

Ad ſecundum, an reſpectu aliorum, qui ſtipulati non ſunt, aut per nudum pactum expreſſè donationem non acceptarunt, ſuſtineatur donatio, deciſiuè reſpondendum eſt ſuſtineri: Tum quòd ſtipulatio Notarij in pleriſque capitulis interuenit, quæ propterea in aliis cenſetur repetita, tum etiam, quia 8 quoad præſentes nudum pactum cenſendum eſt interueniſſe, quod ſufficit, vt fuit ſin è Andr. ab Exea *in tract. de pact. num. 98. cum ſequentib.* Nec repugnat quoad id dictum conſil. Decij 245. in ſecund. dubit. cum id, vt ſuprà dictum eſt, reprobetur ab Apoſtill. Pariſ. & contra eum iudicatum ſit. Præterea etſi iure antiquo ſtipulatio requireretur in ſtipulatione appoſita donationi cau. mortis, *ex l. vt haredibus de leg. 2.* & poſtea ſufficeret nudum pactum, tamen per remedium *l. quoties Cod. de donat.* quæ ſub modo, etſi nec ſtipulatio, neque nudum pactum adfuerit, ſuſtine9 bitur. Poſtremò, etſi adeſſet aliqua difficultas, tamen propter iuramentum, ſtamus in claris, certiſſimi enim iuris eſt donationem cauſa mortis nullo ſtipulante vel paciſcente factam, propter vim iuramenti valere. Imbec. de Bonien. *in authentic. ſacramenta puberum Cod. ſi aduerſ. venditio.* Guid. Pap. *conſil* 32. & idem Guid. ad dicta loca ſe referendo *quæſt.* 49. & generaliter verum eſt, ob iuramentum, donationem ab10 ſenti factam valere, Bart. *in l. ſi quis pro eo num. 4. ff. de fideiuſſorib.* Pet. de Ancha. *conſil.* 21. pro deciſione dubiorum *num.* 18. Coroel. *conſil.* 327. in præſenti *num.* 4. *lib.* 1. dicens, quòd per iuramentum quæritur actio omnibus quorum intereſt, etiam abſentibus, idem not. Roland. *conſil.* 19. *num.* 30. *volum.* 1. Ruin. *conſil.* 49. quæritur ad finem & *conſil.* 144 & de plurib. *nu.* 8. & *conſil.* 180. adhuc de viribus *num.* 12. *lib.* 1. Afflict. *deciſ.* 135. & 164. Alexand. *conſil.* 31. & *conſil.* 38. *lib.* 6. Oldr. *conſil.* 291. hæc ſunt rationes, & Crauet. *de antiquit. tempor. part. 1. ſect. propoſitum num.* 42. & 43. & hanc opinionem tenendam eſſe, cùm agatur de obſeruatione iuramenti, tradit nouiſſimè Iacob. Cancer. *var. reſol. par. 1. cap. 8. de donat. num. 23. per tot.*

Ad tertium & poſtremum, an donatio inter viuos facta per dict. Precioſe iuramento interueniente, valida ſit, & certiſſimum eſt dict. donationem, quæ inter viuos eſt, validam eſſe, & per iuramentum, ita vt ex ea nullam poſſit prætendere reſtitutionem in integrum dicta Precioſe, quamuis ſit minor, quia 11 per dict. iuramentum efficitur maior, cui concedi nequit reſtitutio, text. *in authentic. ſacramenta puber. Cod. ſi aduer. vendit.* Curt. ſen. *conſil.* 43. & fuſiſſimè Cald. poſt multos quos refert *l. ſi curatorem habens Cod. in integ. reſtitutio. verb. hunc contractum num.* 4. Nec etiam 12 remedium *ex l. 2. Cod. de reſcind. vendit.* hanc enim non habere locum in donatione, certiſſimi iuris eſt, aliàs omnes donationes reuocarentur, Anchar. *in conſil.* 33. *poſt quam iſta domina colum.* 1. Corn. *in conſil.* 35. *colum. fin. lib.* 1. & *in conſil.* 89. *colum.* 1. *lib.* 1. & *in conſil.* 11. *colum.* 1. & *in conſil.* 153. *colum. fin. in conſil.* 161. *colum.* 3. & *in conſil.* 2. 4. *col.* 3. *lib.* 3. Socin. *in conſil.* 80. *colum.* 7. *ad fin. verſ. non etiam obſtat primam lib.* 1 Alexand. *conſil.* 5. *colum.* 6. *verſic. 1 quia illud remedium lib.* 3. Crauet. *in conſil.* 160. *num.* 1. & *in conſil.* 192. *num.* 1. Anton Gabr. *comm. concluſ. tit. de emptio & vendit. concluſ.* 28. *num.* 121. & poſt Syluan. *conſil.* 13. *num.* 4 dicit communem Ar. Pinel. *in dict. l. 2 p. 1. cap. 4. num. 4. Cod. de reſcind. vendit.*

Nec refragatur non adfuiſſe conſenſum dict. Maij aui dict. Precioſe donantis, quam in poteſtate habebat, dum illum contractum donationis celebraret. Nam cùm hæc donauerit bona, quorum auus non habebat vſumfructum, cùm eum dict. Ieſſe pater dict. Precioſe, & ſuis remiſerit, & quod magis eſt dict. auus non eſſet ſucceſſurus ab inteſt. dictæ Precioſe nepti, ſed dict. Bonafilhe eius mater, certiſſimum eſt 13 dict. Precioſe in poteſtate eius conſtitutam, ſine eius conſenſu inter viuos donare potuiſſe, *l. finali §. filius autem* & ibi Bart. & cæteri *Cod. de bon. quæ liber.* maximè iuramento interueniente, Alexand. Caſtren. & cæteri *in l. & haredi §. filiusfamilias ff. de pact.* Vnde cùm dict. donatio ſubſiſtat, dict. Maius habebit dimidiam partem eorum de quibus potuit diſponere, potuit autem diſponere de legitima ſuæ, quæ eſt tertia pars omnium bonorum dicti Ieſſe eius patris, hoc eſt eorum, quæ remanent deducto ære alieno.

ARGVMENTVM.

QVANDO pater & filius confitentur dotem recepiſſe, quis præſumatur habuiſſe.
Quando vnus ex correis per ſolutionem, vel petitionem partis, cenſeatur liberatus.
De intereſſe dotis, viduæ poſt annum luctus præſtando.

SVMMARIVM.

1 *Quando pater & filius ſimul & in ſolidum confitentur dotem recepiſſe, ſolus pater cenſetur recepiſſe.*

2 *Idque certò ſi ſolus pater onera matrimonij ſuſtinuit.*

3 *Creditor per receptionem partis debiti ab vno ex correis, cæteros liberat.*

4 *Nec non per petitionem, concurrentibus tamen, vtroque caſu, aliquibus.*

5 *Vnus ex correis, qui nihil recepit, conuentus regreſſum habet contra eum, qui totum recepit.*

6 *Vſura dotis non reſtituta non debentur viduæ.*

7 *Intereſſe tamen damni emergentis, vel lucri ceſſantis, modo probetur, debetur etiam dimiſſi a dicto more.*

8 *Pauperi autem alimenta, ſi non habet, vnde ſe alat, etiam nullo probato intereſſe, debentur.*

9 *Mora autem ex ſolo anni vidualis lapſu contrahitur.*

CONSILIVM CCXI.

NOBILI Catharinæ filiolæ in contractu matrimonij de ann. 1549. & die 23. Decembr. initi cum Nobili & Magnifico quodam domino Simeone de Aureliano domino Bedoini, inter alia illius pater conſtituit mille aureos auri in aurum in dotem, pro quibus Nobil. quond. Franciſc. pater dict. Simeonis, necnon ipſe Simeon, & vnuſquiſque ipſorum in ſolidum ſe obligarunt, & promiſerunt recognoſcere, & reſtituere quib. &c. Poſtea de anno 1552. & die 12. menſis Ianuarij confeſſi fuerunt vnuſquiſque in ſolidum, vt ſuprà recepiſſe, & recognouerunt in forma, necnon 50. aureos extra contractum dict. matrimonij dict. Catharinæ à matre ſua datos. Mortuo d. Simeone ante Franciſcum, & poſtea Franciſco, hærede vniuerſali per ipſum inſtituto Nobil. Ioanne de Aureliano eius filio, fratre dict. Simeonis, cùm decreuiſſet dict. Ioannes acceptare hæreditatem cum beneficio legis & inuentarij (quod tamen poſtea non perfecit, & ſic habetur ac ſi ſimpliciter adiuiſſet, *l. vltim. Cod. de iur. delib.*) ac voce præconia feciſſet vocare creditores, dict. Catharina vidua coram iudice dict. loci Bedoini petijt de ann. 1568. & 1. Iulij ſe collocari in bonis diſcuſſionis pro ſumma 550. ſcutorum debitorum de dote ipſius Catharinæ dictis Franciſco, & Simeoni ſolutorum, nec non pro ſumma 200. aureorum in augmentum dotis datorum. Cùm autem 1
variæ lites timerentur inter dict. dominum Ioannem, ac Nobilem Floritum de Arrebiano filium Simeonis nepotem ex fratre dict. Ioannis, ac dict. Catharinam eius matrem tranſactio inter ipſos inita eſt de anno 1574. & 20. die menſis Octobr. in qua inter alia cùm dict. Floritus & Catharina promiſiſſent ſuſtinere quandam penſionem annuam 14. aureorum, quæ ex debitis hæreditarijs erat, & dictum Ioannem indemnem præſtare, idem Ioannes promiſit omnia cætera hæreditaria ſoluere. Ac cùm dicta Catharina liberaſſet dict. Ioannem ab omnibus pecuniarum ſummis, quæ pro recuperandis bonis hæreditarijs aut alijs exoluerat, nominatim excepit alias ſummas dict. Catharinæ debitas ratione dotis, augmenti, penſionis vidualis & arreragiorum.

Quæritur, quomodo dictæ Catharinæ ſuccurratur? Et hoc in primis diſpiciendum eſt, ad quem, ad patrem ſcilicet, an ad filium pecuniæ peruenerint, & quis cenſeatur eas recepiſſe: Et cùm proponatur patrem ſolum adminiſtraſſe omnia bona, dicendum eſt, non ſolùm ſi agatur inter creditorem & patrem ſeu ipſius hæredem, ſi ipſa malit contra ſolum patrem agere, ſed etiam ſi inter eundem hæredem & filium ac eius hæredem, cenſeri patrem totam dotem recepiſſe, ex ſententia Cyni *in l. ſi cùm dotem §. tranſeamus ff. ſolut. matrim.* quem ſequutus eſt Angel. Aretin. *in §. eſt & aliud inſtit. de donat.* & alij quos refert Menochius *præſumpt. libr. 3. præſumpt. 14.*
2 *num. 11.* Crauet. *conſil. 91. num. 4.* Quod quidem certo procedit, cùm onera matrimonij omnia pater ſuſtineret, & pater ex lectura dict. contractus matrimonij, & expenſas nuptiarum, & pro nuru fecerit, quod poſt Curt. ſen. *conſil. 54. in fin.* conſiderat Menochius *dict. præſ. 14. num. 15 in fine.* & veriſimile eſt, qui onera ſuſtinet, fructus quoque dotis recipere, Menochius *dict. præſ. 14. num. 15. in fin.* Sed ſi hoc in dubium verteretur propter eos qui contendunt ad vtrumque pecuniam pro dimidia perueniſſe, quos refert Menochius *dict. præſ. 14. num. 15. in princip.* optimum erit probare patrem ſolum ita adminiſtraſſe, vt omnes pecunias tam ex reditibus, quàm etiam ex debitis, per ipſum, vel per filium etiam paſſiuè contractis, & aliunde manantes. Quo ſtante potuit abſque dubio dict. Catharina agere in ſolidum contra bona dict. Franciſci patris maximè ſtante obligatione vniuſcuiuſque in ſolidum cum iuramento, ſed difficultas oritur ex eo quod ipſa dimidiam tantùm partem dotis conſtitutæ & ſolutæ petijt in cauſa diſcuſſionis, etſi integros 50. ſcutos petierit. Nec ſolùm per receptionem partis ab vno ex duobus reis cenſetur ipſum liberaſſe quoad aliam 3
partem ſi correus ſit ſoluendo, concurrentibus tamen ijs de quibus Iaſon *in l. ſi creditores Cod. de pact.* Cott. *in memorial. in verb. creditor.* Afflict. *deciſ. 142.* Rot. Bononienſ. *deciſ. 81. numer. 6.* Caual. *deciſ. 50. part. 2. numer. 116.* Ioſeph. Ludouic. *deciſ. luctus num. 19. & 20.* ſed etiam per ſolam petitionem. Nam et- 4
ſi aliqui dubitent in creditore agente contra aliquos debitores in ſolidum obligatos, & non contra omnes, vt per Franciſc. de Aret. *in l. ſi ex toto §. ſi ita ff. de legat. 1.* tamen hoc certum eſt in creditore petente partem debiti, ex quo idem, quod de recipiente ſtatuendum eſſe in termin. docent Afflict. *deciſ. 142. numer. 4.* & ibi de Vrſill. ideóque videbatur dict. Catharinam quoad dotem ſolùm 500. aureos conſequi ab hæredibus dict. Ioannis hæredis dict. Franciſci. Sed vtcumque ſummo iure hoc ſuſtineri poſſit, recta via dict. Catharinam non poſſe quoad dotem niſi dictos 500. aureos à dict. Ioanne hærede petere: tamen in effectu tenebitur dict. Ioannes integram dotem ſoluere. Nam ſi ipſam ad integram dotem agentem repellant exceptione tacitæ renunciationis: ipſa pro reliquis 500. aget contra Nobil. Franciſcum eius filium hæredem dict. Floriti fratris ac ſubſtitutum dict. Simeonis patris qui vt indemnis præſtetur, ſtatim experietur aduerſus dictos hæredes Ioannis, & ſic per circuitum perinde erit ac ſi à principio dict. Catharina aduerſus dict. hæredem pro tota ſua dote egiſſet. Nam cùm integra dos peruenerit ad Franciſcum, vt ſuprà demonſtratum eſt ex ſententia Cyni, Angeli & Menochij ſuccedit certa in iure regula, quòd ſi vnum ex correis, qui nihil recepit, conueniatur, regreſſum habet contra eum qui totum recepit, vt in terminis docet Ronchegall. *in tract. de duob. reis l. 5. num. 100. verſic. quippe vt illis caſibus.* Etſi enim 5
dotis conſtitutio filium principaliter concernere videatur, tamen cùm pater ſolus dotem receperit, ad ipſum ſolum pertinet totum negotium quoad dotis exactionem, quo caſu idem pater loco principalis, filius verò loco fideiuſſoris habetur, & ſic in ſolidum aut à principio aut ex poſtfacto tenebitur, per regreſſum ſcilicet filij, qui filio aduerſus ipſum dabitur *l. vir vxori §. vltim. ff. ad Vellei.* Bart. *in l. 68. ff. pro ſoc. & in l. reos permittendi de duobus reis.* Idem *in authentic. de duob. reis num. 8.* Azo *in ſumm. tit. Cod. mandati num. 11.* Paul. de Caſtr. *in l. vir vxori § fin. ff. ad Vellei.* & poſt Bart. Caſtren. Fulgoſ. & Curtie. in ſpecie propriè reſpondit Craue. *conſil. 91 num. 2.* Nat. *conſil. 61. nu. 8 & cap. 52. num. 6. & 7. tom. 1.* Roland. *conſil. 64. num. 5. volum. 1.* Hyppolit. *ſingul. 2.* Cancer. *reſ. par. 2 cap. 5. de fideiuſſ. num. 7.* Sed quoad augmentum poterit quidem dict. Catharina in ſolidum agere contra hæredes Ioannis, cùm in cauſa illa diſcuſſionis integrum augmentum petijſſet, nec pro parte illi renuntiaſſet, vt in dote: Sed quia ratione ipſius, negotium principaliter tangit dict. Simeonem, per rationem quæ militabat contra dict. Ioannem, dicti hæredes Ioannis experientur aduerſus dict. Franciſcum filium dict. Catharinæ, vt in-

vt indemneum præſtet pro d. augmento. Concludi-
mus igitur dictos hæredes ſiue à principio, ſiue ex poſt-
facto integros dictos mille & 50. aureos d. Catharinæ
ſoluere debere.

Quoad verò intereſſe dict. ſummæ mille & 50. au-
reorum ab anno luctus effluxo deberi certum eſt, ſal-
tem vſque ad duplum propter *l. vſura C. de vſuris, & l.*
6 *vnic. C. de ſententiis quæ pro eo quod intereſt profer.* Nam
etſi de iure Canonico vſusfructus dotium non reſti-
tutarum poſt annum non debeatur, quia ille vſus-
fructus eſt vſura, quæ eſt prohibita omni iure, vt te-
nent Innocent. Ioan. Andr. Anton. de Buto. Abbas &
alij in *cap. ſalubriter de vſur.* Bart. *in l. inſulam, §. vſu-*
7 *ras, ff. ſolut. matrim.* tamen certum eſt etiam in diui-
te vidua modò probet ſuum intereſſe, vel damni
8 incurſi vel lucri ceſſantis id à die moræ deberi, & in
paupere quæ non habet vnde percipiat alimenta niſi
de dote, vt poſt Bart. Caſtrenſ. & Alex. docet Matth. de
Afflict. *deciſ.* 284. *& in dict. deciſ.* de Viſil. etiam non
probato intereſſe. Moram autem hic eſſe contractam
aſſerendum eſt, tum ex petitione ſaltem quoad 500.
& 50. aureos, tum ex ſolo anni vidualis lapſu: nam ve- 9
rius eſt annum inductum à lege ad reſtituendam do-
tem, ita conſtituere in mora debitorem, ſicut dies
expreſſa, gloſſ. & ibi Imol. & DD. *in leg. ſi mora ſolut.*
matrim. maximè Iaſon *num.* 20. qui etiam *num.* 21. di-
cit quòd fortior & potentior eſt mora, quæ contrahi-
tur per tempus conſtitutum à lege, quàm illa quæ
contrahitur per tempus appoſitum ab homine. Hóc-
que probat variis iuribus & fundamentis, text. eſt in
l. vnic. §. exactio. C. de rei vxo. act. Idem docent Bald.
in l. ſi duo §. ergo ſi non, ff. de conſtit. pecun. Alex. *in d.*
l. ſi mora num. 11. Salicet. fusè *in d. l. ſi mora* Matth.
Mateſil. *ſingul.* 221. & ibid. notat Satayna
Thomas Grammat. *deciſ.*
103. *num.* 95.

ARGVMENTVM.

DE teſtamento clauſo coram ſeptem teſtibus & notario exhibito, & ab ipſis tantùm ſubſcripto, an valeat in vim nuncupatiui.

SVMMARIVM.

1 *Si teſtator coram ſeptem teſtibus & notario exhibuerit ſcripturam obſignatam & ſigillatam, & dixerit in ea contineri ſuum teſtamentum, & vltimam voluntatem, & ſe velle vt hæredes faciant, quæ in ea continentur, itque ſe ſubſcripſerint, & notarius inſtrumentum ſumpſerit, erit teſtamentum nuncupatiuum, idque validum.*

2 *Forma, vt aliquid nominatim exprimatur, erit ſeruata, ſi fiat per relationem ad aliquid certum & minimè dubium.*

3 *Si teſtamentum in ſcriptis, defectu ſolemnitatum, vt tale valere non poſſit, non valebit vt nuncupatiuum.*

4 *Idque ſolùm ſi teſtator ad viam teſtandi in ſcriptis ſe arctauit.*

5 *Teſtamentum nuncupatiuum coram ſeptem teſtibus factum, de quo notarius ſumpſit inſtrumentum, valet etſi poſtea teſtes moriantur.*

6 *Solemnitatem interueniſſe in teſtamento, per duos teſtes probatur.*

7 *Comparatio ſcripturæ, excepta apocha, plenè probat.*

8 *Sicut & recognitio per teſtes.*

9 *Teſtamentum tempore peſtis conditum quando valeat remiſſiuè.*

CONSILIVM CCXII.

PROPONITVR in facto hono-
rab. vir. Stephanum Martinum
villæ Inſulæ de an. 1589. & 14. Au-
guſti ſæuiente in d. villa peſte co-
ram 7. teſtibus rogatis & Nota-
rio exhibuiſſe chartam quandam
clauſam, & duobus ſigillis obſi-
gnatam, & aſſeruiſſe in ea conti-
neri ſuum teſtamentum, & vltimam voluntatem, vel-
léque & ordinare vt hæredes in ea ſcripti, facerent vt
in ea continetur, quódque huiuſmodi ſcriptura per d.
Notarium conſeruaretur, dictique teſtes ſe ſubſcripſe-
runt in facie, & ſupra d. ſcripturam clauſam, de quibus
d. Notarius inſtrumentum ſumpſit.

Nunc quæritur, an hoc teſtamentum legitimè ſit
factum? deinde cùm aliqui ex teſtibus deceſſerint, nec
poſſint recognoſcere ſuas ſignaturas, ſiue ſubſcriptio-
nes, an ſubſcriptio Notarij recognita ſufficiat, vt teſta-
mentum ſuum ſortiatur effectum.

Quoad primum quamuis hoc teſtamentum videa-
tur non poſſe ſubſiſtere in vim teſtamenti in ſcriptis,
ex quo non ſunt ſeruatę ſolemnitates ſubſcriptionum,
ſigillorum, & aliæ, de quibus fusè Roland. à Valle
conſ. 63.

Nec in vim nuncupatiui, ex quo teſtator volunta-
tem ſuam teſtibus non manifeſtauit, prout requiritur
ex *l. hac conſultiſſima §. per nuncupationem C. de teſtam.*
tamen verius eſt valere in vim teſtamenti nuncupati- 1
ui, ſatis enim videtur teſtator ſuam voluntatem teſti-
bus manifeſtaſſe, ſaltem implicitè per relationem ad
illam ſchedulam ſiue ſcripturam. Atque hanc ſenten-
tiam paſſim DD. amplectuntur, Bart. in *l. ſi ita ſcripſe-*
ro, ff. de condit. & demonſt. Bald. & Angel. in *l. aſſe toto*
de hæred. instit. Alexand. *conſ.* 167. *num* 6. *lib.* 5. *& conſ.* 4.
num. 7. *lib.* 7. Socin. *in l. ſi ita ſcripſero num.* 3. *ff. de condit.*
& demonſt. idem Socin. *conſ.* 173. *col.* 3. *verſ. ſecundo prin-*
cipaliter lib. 2. Rube. *conſ.* 14. *num.* 7. Couar. *in cap. cum*
tibi num. 5. *de teſtam.* Pariſ. *conſ* 19. *num.* 13. *lib* 3. Natta
in repet. authen. quod ſine num. 26. *Cod. de teſtam.* Belloo.
conſ. 85. *num.* 11. Angel. Aretin. *in §.* 1. *num.* 6. *inſtit. de te-*
ſtam. Gabriel. *de teſtam. concluſ.* 11. Clar. *in §. teſtamen-*
tum quæſt. 4. *& quæſt.* 36. Afflict. *deciſ.* 143. *num.* 6. *&*
ſeqq. quam ſententiam non ſolùm in legatis, ſed etiam
in inſtitutione hæredis habere locum magis commu-
niter receptum eſſe contra Iaſ. *in l. certum ſi cert. petat.*
teſtantur Pariſ. Bellon. Clar. & alij, vbi ſuprà & gene-
rali conſuetudine receptum eſſe firmat Giachar. *ad*
Clar. d. quæſt. 4. Nam forma requiſita, quoad nomi- 2
natim aliquid exprimendum, exactè ſeruatur, ſi ex-
preſſio fit per relationem ad certum & minimè du-
bium actum, *leg. quoties, §. ſi quis nomen, ff. de hæred.*
inſtitut. Bald. *in l. muneribus, Cod. de iis quibus vt in-*
dig. Couarru. *d. cap. cum tibi num.* 5. *de teſtam.* Nec
refert, ſi dicatur formam nominatim requiſitam,

eſſe ita in ſpecie ſeruandam, vt per relationem ad aliud ſeruari non poſſit, Bald. *in l.1.ff.de liber.& poſth.* Angel.& Alexand. *in l.vbi autem,§.illud.ff.de verb.obligat.* nam, vt reſpondet Couar. vbi ſuprà, etſi maximè forma ſeruanda ſit, tanta tamen poteſt eſſe in actu, ad quem relatio fit, certitudo, vt expreſſio nominatim facta videri poſſit, vt hoc caſu, quo ſchedula fuit teſtibus exhibita, & ab ipſis iuſſu teſtatoris ſubſcripta. Non obſtat, etiam ſi dicatur, ſi hæc ſententia vera eſſet, ſequeretur omne teſtamentum in ſcriptis conditum, ſi deficiant ſolemnitates, poſſe ſuſtineri vt nuncupatiuum, ſi teſtes deponant ſe audiuiſſe à teſtatore, quòd illud erat teſtamentum ſuum, cùm tamen verius ſit te-
3 ſtamentum in ſcriptis, ſi alia non proponantur, ſi vt tale non valet, non poſſe ſuſtineri in vim nuncupatiui *d.l.hac conſultiſſima,C.de teſtam.* Afflict. *deciſ.*144. Gramm.
4 *deciſ.62.num.*24. Nam id procedit, quoties teſtator voluit ſe arctare ad viam teſtandi in ſcriptis, non ſi de eo non conſtet, vt docet Alexand. *d.conſil.176.num.5.lib.5.* Quæ omnia procedunt abſque dubio in caſu noſtro, quo per ſubſcriptionem Notarij apparet de certitudine ſcripturæ, maximè cùm prædicti DD. ſuprà citati, hoc non ſolùm inter liberos procedere, ſed etiam inter extraneos contendant. Concluditur igitur ex his hoc teſtamentum in vim nuncupatiui valere, & tenera nuncupatiuum fuiſſe, cùm nullo modo conſtet, vel in ſcriptis teſtari, vel ad teſtamentum in ſcriptis, ſe arctare voluiſſe. Subſcriptio enim teſtium adhibita, neceſſaria fuit in hac prouincia, etiam in nuncupatiuo, ob generalem conſuetudinem à ſuperioribus factam, qua teſtes ſe ſubſcribere omnibus inſtrumentis debent, maximè teſtatore ſcribendi ignaro exiſtente.

Ad ſecundum, cùm coram Notario & ſeptem teſtibus d. Martinus aſſeruerit d. ſcripturam clauſam, eſſe ſuum teſtamentum, & velle in eo contenta adimpleri tanquam vltimam ſuam voluntatem; ſatis legitimè probatum eſt teſtamentum. Nihil enim DD. ſup. narrati requirunt aliud quàm vt coram Notario & 7. teſtibus hoc aſſeratur, & nominatim hoc contendunt Socin. *d.conſ.*173 *col.3.verſ.ſecundo principaliter, lib.*2. Bellon. *d.conſil.*85.*num.*11. Clar. *d.quæſt.*3. cuius reiteratio eſt manifeſta. Nam ſi præſentibus teſtibus contenta in ſchedula publicata fuiſſent, huiuſmodi teſtamentum abſque vlla recognitione ſignaturarum teſtium, ex ſola ſubſcriptione Notarij atteſtantis ſe actum ſumpſiſſe, teſtéſque præſentes, & rogatos fuiſſe, valeret. At relatio ad contenta in ſchedula, habetur pro publicatione, ac perinde valet, ac ſi interueniſſet publicatio, ſi modò coram 7. teſtibus ac Notario hoc dicatur, Bart. *in d.l.ſi ita ſcripſero, ff.de condit.& demonſt.* & *in l.quæſtionem* 32. *C.de fideicom.* Ergo hoc caſu aſſerendum eſt non eſſe opus alia recognitione: ſed ſufficere inſtru-
mentum à Notario ſumptum. Generaliter enim verum eſt, nuncupatiuum teſtamentum factum in præ- 5
ſentia 7. teſtium rogatorum, de quo Notarius rogatur & conficit publicum inſtrumentum cum deſcriptione 7. teſtium eſſe validum, & firmum, vt eſt gloſ. notab. *in l. hæredes palam ff. de teſtam.* & alia gloſ. Magiſtra *in l.fin.C.de fideic.* Afflict. *deciſ.166.num.*2. Atque hæc quidem ſufficerent pro validitate teſtamenti, de quo agitur. Tamen ad tollendum omne dubium corroborantur hæc ex eo, quòd tres ex teſtibus recognouerunt ſuas ſubſcriptiones, aſſeruerúntque reliquos quatuor nominatos præſentes fuiſſe, ſeque ſubſcripſiſſe, etſi eorum ſignaturam non recognoſcerent, excepto vno, qui vnus ex illis quatuor tantùm manum notam habet. Nam non agitur de voluntate teſtatoris, de ea enim conſtat per ſchedulam obſignatam, ſed de ſolemnitate adhibita, an ſcilicet debitus numerus te-
ſtium adfuerit. Quo caſu certum eſt per duos teſtes 6
eum poſſe probari, Bart. *in l.2.C.de bonor. poſſ. ſecundum tabul.* Ruin. *conſ.1.num.8.vol.2.* Socin. iun. *conſil.189.num.30.& 107.vol.2.* poſt Cyn. Bald. Salicet. & alios *in l.teſtium C.de teſtib.* duo, inquam, ex illis ſeptem, ne putes alios duos extra ſeptem requiri, vt bene explicat Caſtr. *in l.comparationes num.8.C.de fid.inſtrum.*

Non puto à quoquam controuerſum iri, an ſcriptura hæc ſit ea, in qua teſtator dixit contineri ſuam voluntatem. Tunc enim, cùm neque de voluntate, neque de ſolemnitate ageretur, ſed ſolum de identitate ſcripturæ, non ſolum tres, quales hîc ſunt, ſed & duos ſufficere ad eam probandam certum eſt ad tradit. per DD. *in d.l.teſtium,C.de teſtib.* Quod ſi ad abundantiorem cautelam hæres inſtitutus in d. ſchedula velit probare ſubſcriptiones quatuor teſtium defunctorum per com-
parationem literarum, non erit malum. Quæ, excepta 7
apocha, in priuata ſcriptura, multo magis in hac, quæ publica eſt, plenam fidem facit, Socin. *in d.l.ſi ita ſcripſero num.3.de condit.& demonſt.* fusè Crauet. *de antiq.tempor.par.1.ſect.quæritur etiam, num.65.* poſt Alexand.
Dec. Curt. iun. & *num.*71. Quod ſi adiunxerit reco- 8
gnitionem per teſtes, qui manum defunctorum notam habeant, res clariſſima erit, *l. comparationes*, vbi DD. *C.de fid.inſtrum.§.ſi quis igitur ibi ex vtroque fidem in authen de inſtrum.caut.& fid.col.6.* Rebuff. *in tract.de chirograp.& ſched.in præfat.num.*28.

Nolo facere vim, quòd huiuſmodi teſtamentum tempore peſtis conditum ſit, cùm ex ſuperioribus ſa-
tis ſit validum & probatum, & ſi de eo ageretur, 9
adeundus eſſet Bertrand. *conſil.*160. *part.*1. Ruin. *conſ.*120. *num.*9. *vol.*5. Pariſ. *conſ.*32. *n.*38. *vol.*2. & Rip. *in tract.de peſte* 2. *partic.*2. *part. princip. num.* 7. & *ſeqq.*

ARGVMENTVM.

De fideicommiſſo conditionali ad liberos ex coniecturis tranſmittendo.

SVMMARIVM.

1 *Spes fideicommiſſi conditionalis non tranſmittitur etiam ad deſcendentes:*
2 *Niſi ex coniecturis de contraria teſtatoris voluntate conſtet.*
3 *Quarum vna eſt, ſi liberi ſint in conditione poſiti.*
4 *Secunda, ſi ſubſtitutio ſit coniuncta cum iure accreſcendi.*
5 *Tertia, ſi minus dilectus præferretur magis dilecto.*
6 *Quarta, ſi nepotes aliquo caſu vocantur, vt n.8.*
7 *Sexta, ſi teſtator interrogatus ita veriſimiliter reſpondiſſet.*

ARGV-

CONSILIVM CCXIII.

LVDOVICVS Pete villæ Inſulæ in ſuo vltimo teſtamento condito de anno 1549. & 10. Decemb. inſtituit hæredes, videlicet Spiritum, & Poncetum Peto filios ſuos naturales & legitimos æquis partibus & portionibus, de vno ad alium ſubſtituendo, caſu quo alter ipſorum decederet in pupillari ætate, vel aliter quandocumque ſine liberis ex legitimo matrimonio procreatis, & caſu quo ambo decederent ſine prole legitima eo, caſu ſubſtituit Ludouicam eius filiam, & Ioannem, & Bartholomæum Peto fratres, eius nepotes ex fratre, æquis partibus & portionibus, de vno ad alium ſimili modo ſubſtituendo. Moritur Poncetus relictis filiis, moriuntur & Ludouica filia teſtatoris ſubſtituta, & Ioannes & Bartholomæus fratres, nepotes eiuſdem teſtatoris, ac tandem decedit Spiritus ſine liberis. Quæritur, an ſpes fideicommiſſi quæ per mortem teſtatoris & aditionem radicata fuit in ipſius perſona, tranſmiſſa ſit in eiuſdem filios; ita vt ij dicti filij iure tranſmiſſionis vocentur ad portionem Spiritus detractis detrahendis.

1 Et quamuis receptiſſima ſit regula, nec ius conditionale fideicommiſſi tranſmittatur, nec etiam in deſcendentes, per gloſſ. & DD. *in l. vni Cod. de his qui ante apert. tabul. & in l. cum filiofamilias, de leg. 1. per l. intercidit, ff. de condit. & demonſtr. l. hæredes mei ff. cum ita ad Trebell. l. vnica, § ſin autem aliquid ſub conditione de cadnc. tollen.* reprobata gloſ. *in l. ſi cui de actioni. & oblig. & in l. ſi in perſonam de fideicom.* tamen veriſſimum & receptiſſimum eſt ex voluntate teſtantis etiam coniectura-
2 ta, fideicommiſſum huiuſmodi potuiſſe tranſmitti, quę voluntas etiam tacita efficit de intranſmiſſibili tranſmiſſibile, & è contra Bald. *d. l. vni. C. de his qui ante apert. tabul.* Pariſ. *conſ. 5. n. 14. lib. 3. & conſ. 57. n. 6. eod.* Curt. iun. *conſil. 16. n. 6.* adeò vt talis tranſmiſſio conditionalis fideicommiſſi fauorabilis cenſeatur. Socin. *in l. qui duos, in prin. ante n. 26. de reb. dub.* Franciſc. Marſar. *in tract. fideicommiſſaria, in 2. par.* tanquam fauorabilis ſit adiuuanda *d. l. hæredes mei. § cum ita ad Trebell.* tota vis conſiſtit vt ſciamus quænam coniecturæ ſint ſufficientes ad inducendam huiuſmodi tranſmiſſionem. Et de ſingulis quidem quæ ſolent ad hanc rem afferri, diſputatur, vbi tamen plures concurrunt, maximè hæ de quibus mox, crebrius receptum eſt induci tranſmiſſionem. Nempe

3 Et primò, vt ſi deſcendentes ſint poſiti in conditione, volunt enim DD. hoc caſu ad eos tranſmitti ſpem ſubſtitutionis, quia teſtator de illis cogitauit, ponendo eos in conditione, Bald. *in d. l. vnica, n. 10.* Crauet. *in l. cum filiofamilias, n. 334 ff. de leg. 1.* & alij quos refert & ſequitur & communem aſſerit Sfort. Odd. *in tract. compend. par. 6. art. 2.*

Secundò, ſi ſubſtitutio ſit coniuncta eum iure accreſcendi *l. qui patri, & l. quis ex duobus de acquir. hæred.* Bald. *conſil. 9. n. 1. lib. 2.* Socin. ſen. *conſil. 6. n. 14. lib. 3.* Alex. *conſ. 20. n. 7. lib. 1.* Crauet. *in d. l. cum filio, n. 345.* Et quamuis aliqui contrarium teneant, & caſu quo vera ſit hęc coniectura, tantùm in pupillari, & non in fideicommiſſaria procedere contendant, tamen etiam in fideicommiſſaria habere locum verius eſſe Sfort. Odd. contendit *d. par. 6. art. 2. n. 21. limit. 7.* 4

Tertiò, quia ſi Ludouica filia teſtatoris & ſoror, Ponceti ſuperſtes eſſet, & diceremus fideicommiſſum non tranſmitti ad filios Ponceti, ſequeretur eam minus dilectam, aut ſaltem non magis dilectam præferri filiis d. Ponceti magis dilectis, aut ſaltem æqualiter dilectis, quod non eſt dicendum argumento eorum, quæ dicuntur, quando extraneus eſt ſubſtitutus. Socin. ſen. *in l. hæredes mei, § cum ita ad Trebell. & conſ. 6. n. 13. vol. 3.* & aliis relatis per Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 1. tit. 10. num. 21.* maximè hoc caſu in quo ſubſtituti ſunt Ioannes & Bartholomæus nepotes ex fratre d. teſtatoris, qui ſi viuerent, præferentur filiis Ponceti deſcendentibus teſtatoris, & ſic ſumus in propriis terminis. His igitur concurrentibus, procedit generalis coniectura, quæ in hac materia dici ſolet, ſi de hoc teſtator fuiſſet interrogatus, ita veriſimiliter reſpondiſſet, iuxta gloſ. *in l. talem, § vlt. ff. de pact.* & Manuc. *dict. tit. 20. num. 18.* quæ eò faciliùs procedunt quòd hic non agamus de excludendo ſubſtituto, cùm ſubſtituti præmortui fuerint, ſed ſolum ne fideicommiſſum pereat. Vtriuſque caſus differentiæ, ratio eſt manifeſta. Primo enim caſu contra expreſſam voluntatem teſtatoris volumus admittere tranſmiſſionem, propterea plures coniecturæ requiruntur: in noſtro verò non inducitur aduerſus expreſſam prouiſionem. Sed vbi ſupereſſet aliqua difficultas, in noſtro facto res eſt clariſſima. Nam quoties teſtator ſubſtituit nepotes ex filiis, multo magis nepotes ex fratre, indubitati iuris eſt filium cohæredem tranſmittere ius fideicommiſſi ad ſuos filios, æqualitatis inter filios ſeruandæ cauſa, vel iniquitatis ratione nepotum vitandæ cauſa, vt in terminis docent Sfort. Odd. *d. par. 6. n. 19.* Franciſc. Viuius *concl. 844. num. 15.* & magis caſui noſtro accommodatè & in indiuiduo Pereg. *de fideicom. art. 32. num. 9.* poſt Ruin. *conſ. 145. num. 6. lib. 2.* Curt. iun. *conſ. 256. n. 16.* Socin. iun. *conſ. 64. lib. 4.* Menoch. *conſil. 209. num. 22.* in facto autem noſtro, poſt Spiritum, & Poncetum, ſi morerentur ſine liberis, ſubſtituti fuerunt Ludouica filia teſtatoris, & Ioannes & Bartholomæus nepotes eiuſdem ex fratre, quæ eo magis recipienda ſunt, quòd d. Ioannes & Bartholomæus ſint nepotes ex fratre, cùm ſuprà citati DD. hoc caſu rem certiſſimam & extra difficultatem aſſerant.
5
6
7
8

ARGVMENTVM.

AN ceſſionarius poſſit agere aduerſus cedentem, antequam conſtet an debitum verum ſit, necne.

SVMMARIVM.

1 *Cedens nomen tenetur de vero, & ſi ita conuentum ſit, etiam de bono debito.*
2 *Non datur actio euictionis nomine contra cedentem, ante ſententiam, & realem euictionem, & n. 4.*
3 *Nec ſufficit emptorem, vel cedentem condemnatum fuiſſe, ſed requiritur, vt realiter ſoluerit.*
5 *Ceſſionarius habet actionem aduerſus cedentem, ſi rem ceſſam exegerit, vel ea ad ipſum peruenerit.*
6 *Ceſſionarius poteſt agere recta via aduerſus cedentem, vt ſibi obſeruet ea, quæ ſeruare tenetur.*
7 *Et cedens tenetur ſcripturas tradere, quibus poſſit conuincere ceſſum.*

CONSILIVM CCXIV.

DOMINVS Helenus de Tritis I.V. doctor Ciuitatis Carpen. quædam nomina dedit in ſolutum domino Carolo de Tritis eius fratri, in vim tranſactionis inter ipſos initæ, promiſitque de bono & vero debito, quorum vnum eſt contra d. Franciſcum Luquet, Paulum Scoffier loci Sarriani & alios, idque iam à triennio d. Carolus vel diſtulit, vel neglexit exigere, tandémque exhibitiones ei factæ fuerunt, quod prætendatur parte debitorum integram ſummam non deberi. Quæritur an d. Carolus periculo d. Heleni ſe tueri debeat, & demùm ſequuta contra ipſum ſententia aduerſus d. Helenum experiri; An verò iam nunc, non expectato alio iudicio, agere poſſit aduerſus d. Helenum? an quod tertium erit, ſi d. Helenus velit ſuſcipere defenſionem cauſæ, d. Carolus debeat expectare ipſius exitum? Et paucis reſpondendum eſt d. Carolum vel defendere periculo Heleni, vel ſi d. Helenus defenſio-
1 nem iudicij ſuſcipere velit, expectare exitum Carolum debere. Nam etſi verum ſit cedentem nomen, teneri illud verum, & in noſtro caſu ex vi pacti, etiam bonum facere *l. ſi nomen cum l. ſeq. ff. de hæred. vel act. vendit. l. ſi plus, §. fin. & ibid gloſ. in verb. exigi, ff. de euict.* tamen antequam ceſſionarius agere poſſit aduerſus cedentem, debet conſtare an ſit verum, vel bonum, nécne, & vel per ſententiam dici non eſſe verum in parte, vel in totum, aut per executiones conſtare, non poſſe exigi. Generale enim illud eſt in omni materia euictionis, vt
2 & regreſſus contra vendentem, vel cedentem, vt deſideretur ſententia, & realis euictio, & ante non dicitur nata actio *l. ſi ſeruum, in princ. iuncta gloſ. in verb. abeſſet.* & ibi Bart. Albet. & Paul. *de actio. empt. l. euicta, §. dupla, l. minor 25. annis in fi. principij, l. ſi ſeruus, l. ſi habere licere, ff. de euictio. l. qui rem, C. eod.* Cacheran. *deciſ.* 181. *n.* 4. Benint. *concluſ.* 25. Rebuff. *tract. de donat. art.* 5. *n.* 15. *& ſeqq.*
3 Nec ſufficit condemnatum eſſe, ſed requiritur quod verè & realiter ſoluerit, & rem tradiderit, & in ea ſit facta executio *l. habere licere, ff. de euictio.* Gomeſ. *var. reſol. to.* 2. *c.* 2. *de emptio. & vendit. n.* 39. & Theſſaur. *deciſ.* 85. at in noſtro caſu, nullo modo conſtat, an ſit verum nec ne, (bonum enim eſſe non ambigitur) & in terminis nominis ceſſi eam mentem eſſe DD. vt vel per ſententiam, vel per quictantias conſtare debeat de non vero debito, antequam ceſſionarius aduerſus cedentem experiri poſſit, conſtat ex Dec. *conſ.* 102. *to.* 2. *per tot.* & Magon. *deciſ. Floren.* 59. Rot. Genuen. *deciſ.* 289. *n.* 3. & 204.

Nec obſtant quæ doctiſſ. in contrarium pro dubiis proponũtur. Primum dicitur cedentem teneri bonum debitum facere, & ſine exceptione. Ad id reſpondetur, 4
ſi ius reſpiciamus, contrarium eſſe verius: Verum ſcilicet tantùm, non bonum debere facere, vt probant *l. ſi nomen de hæred. vel actio vendit & d. l. ſi plus, §. fi. de euict.* Sed ſi pactum inſpiciamus, tenetur etiam de bono. At hoc caſu nihil intereſt, cùm non de bono, ſed de vero agatur, & certum ſit in iure etiam abſque pacto verum præſtari debere. Quod quidem fatetur, ſed tamen nihil repugnat, dicimus enim conſtare debere an ſit verum, necne, antequam ceſſionarius agere poſſit contra cedentem.

Secundò dicitur ceſſionarium ex ceſſione habere 5
ius contra cedentem *l. ſi culpa de rei vendic.* Socin. iun. *conſil.* 84. *num.* 17. *lib.* 2. ſi nimirum nomen ceſſum exegerit cedens, vel ſi res ad eum peruenerit, qui ceſſerit actionem, ita enim & *l. ſi culpa* & Socin. loquuntur: ſed hoc quid ad rem? nec ipſe cedens recepit debitum, nec quidquam apud ipſum eſt.

Tertio loco dicitur, quod quoties ceſſionarius ex- 6
cluditur, habet regreſſum aduerſus cedentẽ *l. qui duos, in princ.* & ibi Bart. *ff. de leg.* 2. Dec. *d. conſ.* 102. *n.* 1. Pariſ. *conſil.* 88. *n.* 13. *lib.* 1. hoc tantum abeſt vt oppugnet, quin potiùs confirmat noſtram ſententiam. Illud enim eſt quod dicimus, ſi ceſſionarius excludatur, agere poſſe aduerſus cedentem: ſed excludi imprimis debet. Quod factum non eſt, cùm nulla adhuc ſententia ſequuta ſit, nec conſtet, an verum ſit debitum nécne.

Poſtremò dicitur d. Carolum poſſe agere aduerſus 7
cedentem recta via, vt ſibi obſeruet, quod ſeruare tenetur, *l. ſi res de euict.* Bart. *in l. ſi pro re, ff. de euict.* id. Bart. *in l. per diuerſas, C. mandat. n.* 12. *& in l. Iulianus, §.* 1. *n.* 6. *ff. de verb oblig* nec non teneri cedentem, iura, ſcripturas 8
& probationes tradere ceſſionario, quibus mediantibus poſſit conuincere ceſſum ad ſibi ſoluendum. Bald. *in l. ſi nomen,* & alij DD *ff. de hæred. vel act. vendit.* Alex. *in l. ſciendum, n.* 10. *ff. de verb obligat* Rom. *conſ.* 163. *n.* 5. Rol. à Valle *conſ.* 90. *n.* 21. *lib.* 2. hæc omnia fatemur, & parati ſumus ſeruare quæ promiſimus, & probare verum eſſe debitum: & ad hunc finem ſuſcipiemus tuitionem cauſæ, vel ſi ipſe malit defendere periculo noſtro, iura, ſcripturas & probationes ſubminiſtrabimus. Sed ſemper manet firmum, quod ſuprà diximus, antequam ceſſionarius agere debeat, aduerſus cedentem conſtare debere, an verum ſit debitum, necne.

ARGVMENTVM.

An donans teneatur de euictione.

SVMMARIVM.

1 *Pretium, quod ex conuentione ſubſtituitur loco rei distracta, eſt eiuſdem natura, cuius res.*

2 *In donatione non datur euictio, ſi ea à promiſſione non inceperit, ſed à traditione.*

3 *Sufficitque traditio per conſtitutum, quæ quamuis ſit ficta, veram tamen poſſeſſionem transfert.*

4 *Quod procedit etiam in conditionali donatione, ſi demum extitit conditio, vt ſcilicet non ſit locus euictioni.*

5 *Etſi donatio incipiat à promiſſione, & res euincatur, non ratione dominij, ſed ratione hypothecæ ignoratæ, donans non tenetur de euictione.*

6 *Valet argumentum à contrario ſenſu in contractibus.*

7 *Niſi repugnantia, vel correctio pactorum reſultaret.*

CONSILIVM CCXV.

ALIAS ſcripſi hac de lite, quæ vertitur inter domicellam Conſtantiam Pocheram vxorem quondam magnifici Polini ex vna, & hæredes d. Polini ex altera, ratione euictionis ruris per d. Polinum eidem vxori dati, & totam illam euictionem damno vxoris cedere debere ſuper precio, quod ſubſtitutum fuit loco ruris poſtea per dict. Polinum de conſenſu vxoris ſuæ diſtracti, & quod

& quòd pretium nominatim conuentum erat, vt eſſet loco iuris, quod propterea eiuſdem naturæ eſt cenſendum, *l. ſi conſtante, cum ſeqq. ff. de iur. dot.* Socin. *regul. 322.* Mouebar potiſſimum, quòd huiuſmodi donatio non incipit à promiſſione, ſed traditione, quo ca- 2 ſu certi iuris eſt donatarium de euictione agere non poſſe, euictionémque iniquæ ſit. pati debere, gloſ. & ibi Aretin. *in §. 1. in. tit. de donat.* DD. *in l. Ariſtot. §. fin. de* 3 *donat.* Curt. iun. *conſil. 174. num. 31.* ſufficítque d. traditionem, per conſtitutum ſcilicet interueniſſe; etſi enim ficta ſit traditio, ea ca tamē vera & propria transfertur poſſeſſio, Bart. Ang. Bald. Fulgoſ. *in l. ab emptione. ff. de pact.* Aretin. *in §. per traditionem inſtit. de rerum diuiſ.* Tiraq. *in tract. de conſtit. poſſeſſ. 2. par. num. 2.* & in terminis vbi huiuſmodi ficta traditio adeſt, donatorem non teneri de euictione docet Viuius *opin. 214. num. 5.* idque ſiue ignorauerit, ſiue ſciuerit cauſam aduerſus eas euictiones, tempore donationis, vt ex Viuio. Duo iam opponuntur, vnum non incipere à traditione, cùm huiuſmodi donatio fuerit conditionalis, ſi nempe dicta Pochera ſuperuixerit marito, ante cuius exiſtentiam ſuſpenſa fuit donatio, nec potuit traditio cenſeri facta. Alterum quod ex tranſactione inita inter dictos heredes, & d. domicellam Pochere de anno 1593. & 6 Septemb. ſumpta per magiſtrum de Cohorno videtur dictos hæredes teneri de euictione ratione pacti, quo conuenerunt dictos hæredes teneri perſequi ſuis expenſis litem motam per domicellam Cleram de Meyneriis, & caſu quo d. Petrus Guillelmi hæres, ratione d. litis ſolummodò condemnaretur aliquid ſoluere, d. Conſtantiam teneri ſoluere d. Petro dimidiam partem eorum omnium, ad quæ erat condemnatus; ex quo ſequitur regulam eſſe in contrarium, dict. Conſtantiam ratione aliarum litium, ſi quæ ſint, nihil d. Guillelmo ſoluere debere, imò eum, earum damnum & euictionem ſuſtinere debere. Quibus tamen non obſtantibus perſiſto in prima ſententia, & primo dubio duobus modis ſatisfit.

Primo, quod etſi conditionalis fuerit donatio, non propterea dicitur incipere à promiſſione, cùm nuſquā 4 de ea mentio fiat, nec minus dici incipere à traditione. Cùm enim extiterit conditio, transfertur poſſeſſio, & dominium rei donatæ in donatarium conſtitutarium, non minus ac ſi in contractu puro adhibitum fuiſſet conſtitutum, Tiraq. *d. tract. de iur. conſtit. poſſeſſ. 2. par. 15. amplia.* poſt Guid. Pap. *deciſ. 268.* Steph. Bertrand. *conſ. 154. num. 5. lib. 1.* & Ruin. *conſil. 236. num. 2. lib. 1.* & veneta imaginari non poſſumus promiſſionem, quæ nullibi in contractu legitur.

Secundo reſpondetur, quod etſi incepiſſet à promiſſione, tamen quia euincitur ius, non ratione dominij, ſed ratione hypothecæ ignoratæ (neque enim 5 ſunt creditores Polini, ſed authorum ipſius, qui hypothecaria experiuntur) certum eſt non teneri donatorem de euictione, quæ eſt ſingularis doctrina Caſtren. *in l. ſi rem meam, num. 3. ff. de ſolut.* quam ſequitur Viuius *d. opin. 214. num. 3.* & ante eum Afflict. *in cap. 1. num. 8. de leg. Corrad.* Secundæ verò obiectioni reſpondetur, ſi pactum, de quo ſuprà ſolùm adeſſet, in d. tranſactione, res non careret difficultate, cùm certum ſit argumentum à contrario ſenſu valere etiam in contractibus ſiue ſint bonæ fidei, ſiue ſtricti iuris *l. inter ſocerum. §. cum inter ff. de pact. dotal. l. pecuniam.* & ibi Iaſ. *ſi cert. petat.* Sed ante hoc pactum adeſt aliud generale, quo d. Petrus promittit euictionem & eo nomine ſe obligat, in caſum in quem d. Petrus feciſſet aliquam ceſſionem vel remiſſionem capitalium penſionis, & debiti, & non aliter. Ita vt ex eo, mens contrahentium pateat manifeſtè, non teneri ſcilicet, Petrum de euictione, niſi caſu quo aliquam ceſſionem ipſe feciſſet. Quod conforme erat iuri communi, quo donator non tenetur de euictione. Per pactum igitur ſubſequens non cenſetur illi generali derogatum, nec poteſt ex eo duci argumentum à contrario ſenſu, tum quod alijs caſibus per d. pactum generale promiſſum eſt, tum quod reſultaret repugnantia & correctio in eodem contractu, & pacta inuicem ſe oppugnarent, quo caſu certum eſt non poſſe duci argumentum à contrario ſenſu, niſi vt vel prauus, vel abſurdus intellectus euitetur, vel contrarietas, *l. 2. C. de condit. inſert. l. conuenticula, C. de Epiſc. & Cleric.* vel correctio, gloſſ. *in c. vnic. de ætate & qualit. ordinan. lib. 6. & in cap. ſignificaſti de for. compet.* & in Clem. prima *verb. obſeruare de ſenten. excomm.* latè Euerard. *in loco à contrar. ſenſ. per tot.* potiúſque hoc pactum ſecundum, exceptio eſt ad pactum generale, quàm vt ex hoc ſecundo aliquid à contrario duci poſſit: Eſt, inquam, exceptio, quia cùm Petrus non teneretur de euictione, niſi ex facto proprio promanante, & ſic non teneretur lites forte mouendas in ſe ſuſcipere, minúſque ſuis expenſis proſequi, excipitur tamen caſus litis à d. domina Clara motæ: Ita tamen vt caſu quo d. Petrus ſuccumberet, d. Conſtantia dimidiam partem eorum ad quæ poſſet condemnari Petrus exſolueret. Imò, ſi verum amamus, retorquetur hoc dubium contra d. Conſtantiam. Nam cùm de vna tantum lite facta ſit mentio, vt eam ſine expenſis defenderet: ſequitur à contrario de cæteris non teneri. Quod enim poſtea ſubijcitur de mediæ partis exſolutione, eſt exceptio ad id, quod in eodem pacto dictum erat d. Petrum ſcilicet ſine expenſis d. litem ſuſtinere debere. Nam ne ex illis verbis inferretur eum totam ſummam, ad quam condemnaretur, ſoluturum, ſubijcitur d. Conſtantiam dimidiam ſoluere debere, illáque verba, *a occaſion dudit procès tant ſeulement*, ſunt in fauorem d. Petri appoſita, quia nimirum nihil de alijs litibus, ſi quæ eſſent, ſoluere deberet, minúſque eas ſuſtinere ex vi generalis pacti præcedentis, quo cùm id diſertè conuentum ſit, non eſt ad coniecturas contra verba & mentem claram contrahentium deſcendendum.

ARGVMENTVM.

An Clericus poſſit deponere in cauſa criminali contra laicum.

SVMMARIVM.

1. *Clericus deponens contra laicum in cauſa criminali non probat:*
2. *Nec facit indicium,*
3. *Et clericus ſit irregularis.*
4. *In ſubſidium tamen, ſi veritas aliter haberi non poteſt, clericus admittitur.*
5. *Et eo caſu non ſit inhabilis ad executionem ſacrorum ordinum, nec eius beneficia vacant.*

CONSILIVM CCXVI.

1 CLERICVS contra laicum in cauſa criminali non poteſt eſſe teſtis, ſi ſanguinis pœna ſit irroganda *can. teſtimonium 11. quæſt. 1. can. quamta 14.*
2 *quæſt. 2.* adeò vt ſi deponat, depoſitio non probat, ſed ne indicium quidem facit, Andre. de Iſern. *cap. ſ.*
3 *col. penult. qui teſt. ſint neceſſ.* & deponens efficitur irre-
4 gularis, Felin *in cap. poſtula de homicid.* Tamen in ſubſidium, vbicumque veritas aliter apparere non poteſt, indubitanter admittitur, Gargiareus inter conſ. criminalia *conſil. 121. num. 20. lib. 1. & conſ. 124. num. 32.* Vinius *opia. 917. num. 4.* quod quidem generaliter recipiunt DD. etiam ſi veniret imponenda pœna ſanguinis. Nam ſi tantùm pecuniaria eſſet irroganda, nullam irregularitatem incurreret, ideóque malè Natt. *conſ. 394. in prin.* hoc ſolum procedere ait, vbi pecuniaria pœna eſt infligenda. Quæ quidem faciliùs admittenda erunt, ſi Illuſtr. Vicelegatus licentiam deponendi conceſſerit Clerico, maximè cum etiam eo caſu, quo irregularitatem incurreret, ſi in cauſa capitali depoſuiſſet, tamen ob hoc non incurreret modo aliquo peccatum mortale, nec ea irregularitas redderet tunc Clericum ipſum inhabilem ad executionem ſuorum ordinum, 5
minúſque ipſius beneficia vacarent, vt docet idem Vinius *d. loco, num. 3.* quia ſcilicet coactus deponit, vt veritas appareat. Non eſt igitur dicendum Illuſtriſs. quidem Vicelegatum diſpenſare ab irregularitate incurſa, & peccato commiſſo abſoluere, ſed non ab incurrenda liberare poſſe. Nam hîc nulla incurretur, & quod petitur, fit ad cautelam, nec vllum peccatum committetur, vlláve ſuſpenſio executionis ordinum inducetur. Imò & experientia docet poſſe impediri irregularitatem incurrendam, ſicut videmus in regulamento Rotæ quo Illuſtr. Collegatus Borbonius permiſit auditoribus Clericis dare ſuffragia ſuper pœna ſanguinis abſque eo quod incurrerent irregularitatem, illudque inconcuſſum ſeruatum fuit etiam ante confirmationem ſummi Pontificis.

ARGVMENTVM.

An fiſcus reſtitui poſſit aduerſus omiſſam appellationem.

SVMMARIVM.

1 *Fiſcus non reſtituitur aduerſus ſententiam tranſactam in rem iudicatam, qua reus abſolutus fuit, vel mitiùs punitus.*

2 *Semel abſolutus non poteſt iterum de eodem crimine accuſari.*

3 *Princeps tamen ex ſua poteſtate poteſt reſcribere, vt iterum videatur ſententia abſolutoria alicuius delicti propter atrocitatem illius.*

4 *Reſtitutio non datur ſine cauſa cognitione.*

5 *Eaq; ſaltem ſummaria, cùm petitur aduerſus omiſſam appellationem, vel lapſum fatalium.*

CONSILIVM CCXVII.

SCRIPSI fusè in cauſa fiſci legationis Auen. contra D. Claudium Armandum presbyterum & Priorem loci Bauceri, in qua inter alia quæritur, cùm dictus Claudius aliàs de criminibus, de quibus impetebatur, fuiſſet per ſententiam abſolutus, quæ, fiſco non appellante, tranſiuerat in iudicatum, an poterit fiſcus aduerſus omiſſam appellationem reſtitui, & proſequi dictæ ſententiæ reformationem, dictique Claudij accuſationem & condemnationem, in quo breuiter exiſtimo fiſcum reſtitui non potuiſſe, vel aduerſus ſententiam, vel ad tempus ad introducendam appellationem. Generaliter enim ex
1 communi DD. ſententia, aliquibus tantum repugnantibus, hoc receptum eſt, ſi reus mitiùs punitus ſit, aut omnino abſolutus, & ſententia tranſiuerit in rem iudicatam, non poſſe fiſcum reſtitui, etiam reſpectu probationum poſtea repertarum, niſi præuaricatio, vel dolus probarentur, cùm ſimus in pœnalibus, Bald. *in addit. ad Speculato. in tit. de accuſatio. verſ. quid ſi iudex.* Cremen. *ſing. 23.* Boſſi. *in tit. ſi aduer. rem iudica à princi. vſque ad num. 16.* Thob. Non. *conſil. 105. numer. 3.* Anton. Gabriel. *lib. 7. de criminal. concl. 13. & fina.* Sfort. Odd. *de reſtit. in integ. par. 1. quæſt. 3. artic. 13. num. 85.* nam & ge- 2
neraliter etiam receptum eſt, ſemel abſolutum, non poſſe iterum de eodem crimine accuſari, DD. *in leg. ſi cui, §. hoſtem de accuſatio.* Felin. *in cap. de his, de accuſatio.* in quibus locis DD. volunt vt fiſco non ſuccurratur, quando poſtea aliæ reperiuntur probationes. Scio 3
quidem Principem poſſe ex ſua poteſtate abſoluta reſcribere, vt iterum videatur ſententia abſolutoria alicuius delicti propter atrocitatem illius, & vt cæteris ſit exemplo, vt in caſu de quo Boſſ. *d. loco, num. 15.* quem ſequitur Sfort. Odd. vbi *ſupra num. 87.* ſed hoc ſoli Principi ſupremo, & data dicta atrocitate & ſcandalo, non alij conceditur. Quod eo maximè in noſtro caſu dicendum eſt, quod ex actis primæ inſtantiæ nullo modo d. Armandus veniebat puniendus, imò abſoluendus, cùm nihil concludenter contra eum probatum 4
ſit. His adde quòd reſtitutio non poteſt dari ſine cauſæ cognitione, *l. 3. vbi gloſſ. & DD. ff. de reſtit. in integr. l. in cauſa, § cum cognita, ff. de minoribus, l. verum, §. ſciendum, ff. eod.* Guid. Pap. *conſ. 40. num. 6.* ſaltem vbi agitur, 5
& quando petitur reſtitutio aduerſus omiſſam appellationem, vel aduerſus deſertionem cauſæ, ſeu lapſum fatalium, ſummaria, Innocent. *in cap. cum veniſſent, de reſtit. in integ.* Bald. *in ſua margarita, in ver. cognitio verſ. quando petitur reſtitutio contra ſententiam.* Sfort. Odd. *de reſtit. in integ. par. 1 quæſt. 34. art. 5 & artic. 7.* quæ hîc nulla adfuit.

ARGVMENTVM.

EXEMPLARIS ſubſtitutio quando corruat, & an Trebellianica filiis primi gradus prohiberi poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Cùm per exemplarem non ſubſtituuntur venientes ab inteſtato, nedum ipſa, ſed totum teſtamentum corruit.*
2 *Soror debet ſubſtitui mente capto, cùm neque filius ipſius, neque frater ſubeſt.*
3 *Appellatione fratris, venit ſoror.*
4 *Per exemplarem mente capto, non teſtatori, ſuccedîtur.*
5 *Trebellianica ex ſtilo Rotæ Romanæ etiam in liberis primi gradus prohiberi poteſt.*
6 Liberorum *dictio eſt collectiua plurium perſonarum & graduum.*
7 *In ſucceſſione aſcendentium eſt locus repræſentationi etiam in fideicommiſſo.*

CONSILIVM CCXVIII.

DILIGENTER verba teſtamenti Magnifici & N. quondam Nicolai Tartullij perpendi, duóque potiſſimum diſcutienda iudicaui. Vnum, an exemplaris ſubſtitutio facta per eundem D. Tartullium patrem duobus ſuis filiis maſculis ſuſtineatur: & caſu quo nullius ſit momenti, ad quæ bona admittantur ſorores dictorum filiorum hæredum inſtitutorum, vel earum liberi cuiuſcumque ſexus ſint, ſi aliqua forſan ex dictis ſororibus, tempore quo vterque ex iſtis filiis morietur, ſuperſtes non ſit. Alterum, ſi in vim fideicommiſſariæ ſubſtitutio valeat, nepotes maſculi ex vna dictarum ſororum, ſimul admittantur cum liberis maſculis aliarum ſororum: & vt paucis promam meam ſententiam; quoad primum, exiſtimo nulla ratione exemplarem huiuſmodi ſubſtitutionem poſſe defendi: nam cùm vltimo ex filiis ſine liberis morienti non ſubſtituerit ſorores ipſius, vt debebat, ſed primos fi-
1 lios maſculos earundem, ſuccedit certiſſima iuris regula, quotieſcumque per exemplarem non ſubſtituuntur, qui debent ſubſtitui ex diſpoſitione *l. humanitatis, C. de impuber.* hoc eſt fratres, vel ſorores, ſi ſint, vt erant tempore teſtamenti, & mortis teſtatoris, eam omnino corruere, & quod plus eſt, teſtamentum in totum rumpi: quod etſi Salicet. *in d. l. humanitatis*, cogitandum reliquat, Alex. tamen *in l. ex facto, num. 45. ff. de vulgar.* pro firmo & vero aſſerit, quem paſſim & communiter DD. ſequuntur, Sim. de Præt. *de interpr. vlt. volunt. lib. 3. dubit. 1. ſol. 7. num. 14. fol. mihi 65. verſ. Alexand. Trentacinq. par. 3. cap. 5. num. 11.* cuius ſententiæ ratio eſt manifeſta, quia text. *in d. l. humanitatis*, diſponit patrem oportere ſubſtituere certos ibi nominatos, quod verbum neceſſitatem importat, *can. non oportet, 3. quæſt. 9.* & teſtamentum patris & filij, vnicum propriè & eſſentialiter dicitur teſtamentum, licet ſit duarum cauſarum, id eſt, duarum hæreditatum, *§ igitur inſtit. de pupill.* ſi autem teſtamentum in totum non rumperetur, ſequeretur teſtatorem decedere pro parte teſtatum, & pro parte inteſtatum: cùm exemplaris ſubſtitutio irritetur & annulletur, & ſic quoad ſuam hæreditatem decederet teſtatus, quoad filij hæreditatem decederet inteſtatus. Sed hoc dicere eſt falſum, *l. ius noſtrum, ff. de regul. iur. l. pen. ff. de iniuſt. rupt.* Ergo falſum etiam eſt dicere, totum teſtamentum non rumpi: his adde quod ex forma ſubſtantiali ipſius exemplaris, de neceſſitate ita ſubſtituendus eſt frater & ſoror mente capti, ſicut eius filius *d. l. humanitatis.* Deficien- 2 te igitur ſubſtantia totum debet corruere. Sororem verò debuiſſe ſubſtitui, ſi neque frater mente capti, neque filius ſubſit, qui ſubſtitutus ſit, indubitati iuris eſt, ex Caſtrenſ. Alex. Dec. & aliis communiter *in d. l. humanitatis.* Rip. *in d. l. ex facto.* Iaſ. *in l. tres fratres, ff. de pact.* & ratio eſt, quia appellatione fratris; continetur 3 ſoror, *l. Lucius, §. Mæuia, ff. ad Trebell. l. Lucius, ff. famil. erciſc. d. l. tres fratres, ff. de pact. & l. Lucius. § quæſitum eſt, de lega 3.* & hoc maximè verum eſt, quando profertur à lege Alex. *conſil. 85. lib. 4.* Nec quis opponat teſtamentum eſſe nullum, ſi tamen non oppugnetur, manere firmum. At verò Giletam, & Ludouicam non oppugnaturas in fauorem ſuorum liberorum, Gabrielam verò ecoſeri inſtitutam, cum nominatim d. teſtamento cautum ſit, vt ſi vna ex ſororibus nullos liberos haberet, quo tempore ſubſtitutioni locus erit, gaudeat quoad vixerit parte, & portione bonorum ipſius teſtatoris, quam earum liberi maſculi reſpectiuè conſequuti fuiſſent, ſi in rerum natura extitiſſent, ita tamen quod ipſis filiabus defunctis, ſeu filia defuncta, dicta pars, ſeu portio bonorum cum ſua conſolidetur proprietate, reſtituatur que pars huiuſmodi ſubſtitutis præfatis. Ex tenore enim dictorum verborum clariſſimè patet, nullo modo dictam Gabrielam fratribus ſuis ſubſtitutam exemplariter: tum quòd purè & ſimpliciter exemplariter debuit ſubſtitui, & non ſub conditione, *ſi liberos maſculos non habeat, ex d. l. humanitatis.* tum quòd vſusfructus ſolummodo quoad vixerit, relictus ſit, & per exemplarem hæreditas ſimpliciter relinqui debeat, cúmque defecerit in ſubſtantia, tota corruit, & certè illa verba non poſſunt ad aliam ſubſtitutionem referri, quàm ad fideicommiſſariam, tum quòd verbis directis vſus non ſit, vt debuit, tum etiam (quod omnem difficultatem tollit) quod de parte bonorũ ipſius teſtatoris tantum loquatur. At per exem- 4 plarem non teſtatori, nec bonis ipſius, ſed mente capto, & bonis ipſius, tam quæ propria habebat, quàm quæ à teſtatore conſequutus eſt, quæ in ipſius patrimonium tranſierunt, ad exemplar pupillaris ſuccedîtur *d. l. humanitatis.* Ex quibus affirmamus exemplarem huiuſmodi ſubſtitutionem nullo modo ſuſtineri poſſe, ideóque decedente poſtremo, qui nunc ſuperſtes eſt, filio dicti teſtatoris, tres ipſius ſorores nunc ſuperſtites æqualiter ab inteſtato dicto eorum fratri, aut ſi forſan aliqua ex his tunc non eſſet in rerum natura, ipſius filios vel filias matrem repræſentantes, ſimul cum materteris in ſtirpes ſucceſſuras, idque intelligendum eſt in bonis fideicommiſſo per d. Tartullium facto non ſubiectis: fideicommiſſaria enim ſubſtitutio, ſicut & cætera legata, etſi teſtamentum ex defectu exemplaris ruptum ſit, ſuſtinentur propter clauſulam codicillarem. At verò bona, ad quæ dictæ ſorores earúmque filiæ ſuccedent, erunt dos & tota materna, ac legitima in bonis patris dictorũ filiorum; quoad Tre- 5 bellianicam ſubaiito parumper. Etſi enim multi exiſtiment eſſe magis communem ſententiam, eam in li-

betis primi gradus prohiberi non poſſe, vt per Gabriel. *lib. 4. tit. ad Trebellian. concluſ. 1. num. 6. circa fin.* tamen ſtilus Rotæ Romanæ contrarium tenet, vt *in deciſ. 693. pri. part. & 313. 2. part. diuerſo.* poſt Caſſiodot. *deciſ. 4. de teſta.* Creſcent. *deciſ. 129.* Simonet. *deciſ. 88.* hic verò prohibita fuit à teſtatore: & ſi dicant non ea mente prohibitum, ſed quia erant furioſi, & quia volebat facere exemplarem, ideóque & legitimam etiam prohibuerat, cùm autem exemplaris corruerit, prohibitionis non eſſe habendam rationem, reſponderi poſſet, ſaltem propter fideicommiſſariam, prohibitionem tenere: etſi enim exemplaris non valeat, ea tamen omnia quæ in fideicommiſſariam incidere poſſunt, vi illius ſuſtineri debent, ita vt quamuis primi domini conſulentes exiſtimauerint eas in Trebellianica ſucceſſuras, de eo tamen admodum dubitem, quemadmodum etiam cùm aiunt ſucceſſuras in medietate bonorum, non ſum eorum ſententiæ: legitima enim, cùm eſſent quinque vel filij, vel filiæ, eſt decima pars pro vnoquoque filio, & legitima vtriuſque ſimul iuncta, erit quinta totius hæreditatis, collatis filiarum teſtatoris dotibus: quod ſi etiam Trebellianicam detraherent, ſecundùm dictorum conſulentium opinionem, ea non eſſet niſi quarta dimidiæ hæreditatis, & ſic ſi hæreditas conſtaret ſolummodo decem vnciis, legitima filiorum erunt duæ vnciæ, & Trebellianica erit vncia cum quarta parte alterius vnciæ, & ſic dicti filij, præſuppoſito etiam Trebellianicam detrahere potuiſſe, quod, vt iam dixi, non affirmo, hæreditas ipſorum quoad bona paterna conſiſtet ſolum in tribus vnciis & quarta parte vnciæ, quarum decem faciant totam hæreditatem teſtatoris. Succedent etiam dictæ filiæ in expenſis vtilibus & neceſſariis, iíſque perpetuis, factis in bonis teſtatoris: acquiſitiones enim venient in fideicommiſſum ex generalitate verborum & mente teſtatoris.

Quoad ſecundum articulum circa ſubſtitutionem fideicommiſſariam, exiſtimo primum filium maſculum filiarum Gabrielæ vocatum eſſe ſimul cum maſculis Giletæ & Lodouicæ, *liberorum* enim dictio, qua 6
vtitur teſtator, eſt collectiua plurium graduum, *l. liberorum, de verb. ſignif.* Aretin. Socin & alij *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, & §. nunc de lege Velleia. ff. de liber. & poſthum.* quod quidem nullam habet difficultatem, cùm quæſtio eſt de liberis maſculis filiarum: quod in noſtro caſu etiam clarius redditur, quia teſtator nominatim vocauerat ad fideicommiſſum primos filios filiarum ſi eſſent, dictorum A. & B. ſimul cum primis filiis dictarum Giletæ & cæterarum, qui filij filiarum dictorum A. & B. eſſent in eodem gradu quo filij filiarum dictæ Gabrielæ, quamuis hi remotiores ſint vno gradu filiis dictæ Giletæ, quæ à fortiori procedunt, quòd verſemur in hæreditate aſcendentium transferenda in deſcendentes, in qua repræſentationi 7
locus eſt, etiam in fideicommiſſo Dec. *conſil. 1.* Conarr. *practi. q. c. 38.*

ARGVMENTVM.

De captatoria inſtitutione, & legato. An valeat

SVMMARIVM.

1 *Captatoria inſtitutio quæ dicatur.*
2 *Captatoria inſtitutio quantumuis impropriè non valet.*
3 *Quid in legato.*
4 *Cum committitur electio perſonarum certi generis, valet & inſtitutio, & legatum.*
5 *Sed cum facienda eſt electio de perſona incerta ex incertis, & inſtitutio, & legatum corruit.*

CONSILIVM CCXIX.

DOMINA Toneta Bonaterre in ſuo teſtamento quædam in eo particulariter deſignata liberis Blaſij Marleti eius generi reliquit: tandem hæc verba ſubiecit: Item voluit & ordinauit dicta teſtatrix, quòd ſi contingeret, dictum Marlet decedere ſine liberis naturalibus & legitimis, quòd de dictis bonis iam dictis liberis legatis, ad vtilitatem & commodum perſonæ ſeu perſonarum, quibus ſibi Blaſio videbitur & placuerit, diſponere poſſit, & durante ſua eiuſdem Blaſij vita declarationem & nominationem, reuocatoriam tamen vſque ad ipſius Marleti mortem facere, ad quam ſeu quas bona prædicta peruenire debeant, cui per dictum Blaſium nominandæ, ſeu nominandis, & declarandæ, ſeu declarandis ex nunc, prout ex tunc, in dictum caſum bona prædicta dicta teſtatrix reliquit & legauit, relinquit & legat. Aliquibus diebus poſt mortem teſtatricis d. Marlet, cùm nullos haberet filios, quoſdam nominauit qui haberent eſſent dictas res legatas, & ſtatim poſt deceſſit. Quæritur, an huiuſmodi legatum electióque ſequuta valeant: & quæſtio pendet, an huiuſmodi legatum captatorium ſit, & propriè non poteſt dici diſpoſitio captatoria, cùm ea tantùm ſit, quæ ſub hac forma 1
ſit, Inſtituo te, vel illum, ſi à te vel ab illo hæres inſtituar, idémque in legato, Alciat. *lib. 2. pårerg. cap. 31.* Anton. Auguſt. *lib. 4. emendatio. cap. 15.* Franc. Sarmin. *lib. 2. ſelectãa interpret. cap. 6.* Fernand. Vaſqui. *de ſucceſſ. creatio. lib. 2. §. 17. requiſit 27. num. 79.* Couarru. *in cap. cum tibi, num. 2. de teſtam.* Menoch. *conſ. 408. num. 2.* clariſſimum enim eſſet, ſi ſub ea forma conceptum fuiſſet, nullius fore momenti *l. captatorias, ff. de hæred. inſtit. l. captatoria, ff. de legat. 1.* an igitur captatoria, vt DD vocant, quantumuis impropriè, hæc diſpoſitio dicetur, quod in arbitrium alterius collata ſit? & ea quidem 2
duobus modis ſit, vno, Inſtituo Titium, vel Lego Titio, ſi Caius voluerit. Et de inſtitutione quidem, certum eſt eam non valere, *l. illa inſtitutio. ff. de hæred. inſtit.* Sarmin. *lib. 2. cap. 6.* Couarru. *in d. cap. cum tibi.* in legato, grauis eſt controuerſia propter *l. nonnumquam ff. de condit. & dem.* pugnantem cum *l. Senatus, §. legatum, ff. de legat. 1. & l. 1. de legat. 2.* in quo quia non eſt 3
præſentis ſpeculationis, non inſiſto: hoc tamen verum eſt, & communi DD. ſententia receptum, ſi in liberam omnino voluntatem tertij collatum ſit, non ſubſiſtere, vt firmat Iaſ. *in l. captatorias, C. de teſtam. milit.* & ſequitur Sarmin. *d. cap. 6.* & nouiſſimè Cuiac. *lib. 1. obſeruat. cap. 38.* ideóque ſi eo modo conceptum fuiſſet noſtrum legatum, res eſſet expedita; cùm verba ſuperiùs deſignata liberam voluntatem demonſtrent. Altero igitur modo ſit, hoc ſcilicet, Inſtituo illum hæredem, vel, illi lego quem Titius elegerit, vel declarauerit, & hic eſt noſter caſus. Et quamuis cùm committitur electio 4
perſonarum certi generis, & ſic incertum de certis, valet

let inſtitutio, & legatum, Iacob. Butrig. & Cyn. *in d. l. captatorias*. Bart. *in l. illa inſtitutio, in fi. de hared. inſtitut.* Imol. *in l. captatorias, ff. eod.* Alex. *in l. captatorias, C. de teſtam. mil.* Socin. *in l. vtrum, §. cùm quidam, num. 7. ff. de reb. dubii.* Dec. *in d. l. captatorias, num. 12.* & ibid. Cornel. *num. 19.* Suar. *de captato. volunt. num. 6. verſ. quod intelligo.* qui communem eſſe teſtatur, Peck. *de teſtam. coniug. cap. 12. col. pen. verſ. ſecunda concluſio.* Couarru. *in d. cap. cùm tibi, num. 11.* Crauet. *conſ. 363. in fi.* & Menoch.
5 *conſ. 408. num. 25.* Tamen vbi electio vel nominatio facienda eſt de perſona incerta de incertis, certiſſimum eſt inſtitutionem & legatum corruere, cùm diſpoſitio cenſeatur collata in liberum arbitrium, non quidem directo, ſed per indirectum, Bart. *in d. l. vtrum, §. cùm quidam n. 6. & d. l. illa inſtitutio.* & ibid. Socin. *n. 6.* idem ſcripſerunt multo clarius Pariſ. *conſ. 38. n. 31 lib. 3. & num. 46.* Couarru *in d. l. cum tibi n. 11. verſ. hoc tamen.* Peck. *in d. c. 11. n. 5.* & eo prius Suar. *de capta. volun. num. 4. verſ. alio modo n. 16.* Deci. *in d. l. captatorias n. 12. C. de teſtam. mil.* Menoch. *d. conſ. 408. n. 22.* & in terminis legati docent Caſtrenſ. *in dict. l. captatoria, de legat. 1.* & Ioan. de Imol *in d. l. captatorias, de hered. inſtit.* Iaſ. *in d. l. captatorias, C. de teſtam. mil.* Anton. Gomeſ. *varia. to. 1. cap. 12. de legat. num. 48.* Suares *de capta. volunt. num 16. circa med.* cuius rei rationem manifeſtam afferunt DD. maximo Caſtrenſ. *in d. l. captatoria*, quia nimirum ſubſtantia diſpoſitionis confertur in liberam voluntatem tertij, & eo non eligente remaneret diſpoſitio omninò incerta, & pro clara reſolutione totius iſtius quæſtionis & omnino videndus Pariſ. *d. conſil. 38.* qui tollit omnes difficultates, & reſpondet ad omnia dubia, & maximè interpretatur *d. cap. cum tibi.* ad quem me remitto, ne chartas tranſcribam.

Ex quibus concluditur legatum & declarationem inde ſequutam, in noſtro caſu, nullius eſſe momenti, & per conſequens hæredi accreſcere.

ARGVMENTVM.

AN ſponſus de præſenti, cui dos ſoluta fuit, habeat annalem dilationem ad reſtituendam dotem.

Et an lucretur augmentum dotis, mortua ante copulam ſponſa de præſenti.

SVMMARIVM.

1 *Conditiones conſenſum alicuius in contractu matrimonij requirentes reijciantur.*

2 *Appellatione viri & vxoris non veniunt ſponſus & ſponſa de præſenti, quoties de lucro aliquo in bonis dotalibus faciendo agitur.*

3 *Appellatione viri & vxoris propriè intelliguntur hi, qui matrimonium copula conſummarunt.*

4 *Quando ex communi vſu loquendi ſponſa de præſenti, appellatur ſponſa, & non vxor, certiſſimum eſt appellatione vxoris, eam non intelligi.*

5 *Sponſa de præſenti non lucratur augmentum dotis.*

6 *Verba & pacta ſecundum communem vſum loquendi intelligenda ſunt.*

CONSILIVM CCXX.

DE anno 1558. & 6. Nouemb. fuit initum matrimonium inter Moſſe-cohen, & Pretiouſe Ferruſſole Hebræos, quod deinde per dationem annulli, vt moris eſt inter ipſos, tranſiuit in matrimonium ratum: dicta Pretiouſe in dotem ſibi omnia bona præſentia & futura conſtituit, quæ deinde in pecunia & aliis rebus mobilibus ſoluta eſt, & propterea conſtitutum fuit augmentum à parte dictæ Pretiouſe dicto Mouſſe-cohen in ſumma 50. aureorum, caſu quo ea decederet ante eum: dictum matrimonium ſic ratum, non fuit conſummatum carnali copula, eadem Feruſole mortua. Quæritur an d. Cohen eius ſponſus lucretur dictum augmentum 50. aureorum, & debeat habere dilationem anni ad reſtituendam dotem quæ ſibi ſoluta eſt, in mobilibus conſiſtentem.

Et quoad dilationem, duo proponuntur potiſſimum, ob quæ non debeat dari. Primum, quòd non conſtiterit matrimonium, quia factum fuit ſine conſenſu aui & auiæ, cùm tamen nominatim id iuſſiſſet pater d. Feruſole, in contractu donationis cauſa mortis, quam in fauorem d. Feruſole filiæ ſuæ fecit. Alterum, quia matrimonium non fuit conſummatum. Primum ſubſiſtere non videtur, neque propterea inualidum cenſeri poteſt matrimonium *cap. gemma, cap. cum locum, & cap. requiſiuit, de ſponſalib.* Decian. *conſ. 13. num. 7. lib. 1.* adeò vt conditiones omnes conſenſum alicuius requirentes reijciantur, Aretin. *conſil. 67.* Decian. *d. conſil. num. 16.* & non propterea minus legatum valeat, vel inſtitutio, vt per eundem Decian. multos referentem. 1

Quoad ſecundum, etſi admodum ſit controuerſa in iure quæſtio, an appellatione viri & vxoris veniat ſponſus & ſponſa de præſenti, & hinc inde grauiſſimi DD. vnam vel aliam ſententiam tenentes, tamen hoc in caſu exiſtimarem dict. dilationem fieri non debere: verum enim eſt non contineri, & conceſſa viro, non cenſeri conceſſa ſponſo de præſenti, cùm de lucro aliquo in bonis dotalibus faciendo agitur, vt eam ſententiam latè firmant Felin *in rub. de ſponſalib.* Salicet. *in l. cum te, C. de donatio. ante nupt. & in l. non ſine, C. de bon. quæ liber.* Tiraquel. *in ll. connubiali. ver. en pouuoir de ſon mari, gloſ. 2. num. 19. cum ſeqq.* poſt multos quos refert Dec. *conſ. 540.* & probatur per text. & ibi Abba. *in cap. tertio loco. de præſumpt. & in cap. debitum, de bigam. & c. ex publico. de conuerſ. coniugato.* & iura, quæ dicunt ſolum conſenſum facere matrimonium, *cap. cum locum, de ſponſalibus, & can. ſufficiat, & can. matrimonium 27. quaſt. 2.* intelliguntur eo reſpectu, quia non poteſt diſſolui matrimonium, licet copula non interuenerit *cap. fin. de ſponſali.* non tamen videtur propriè matrimonium copula non ſequuta, Dec. *in l. nuptias, de reg. iur.* & ideò ſponſa appellatur etiam illa cum qua contracta fuit ſponſalia de præſenti, *cap. accepiſti.* vbi Abb. *de ſponſ. duor.* idem Abb. *in cap. ex publico, de conuerſ. coniugat. in vltim. notab.* vbi inquit, quòd appellatio viri & vxoris intelligitur de iis qui matrimonium conſummarunt, non autem de iis qui ſolum contraxerunt per verba *de præſenti.* & concludit Dec. *in d. conſ. num. 10.* poſt Signorol. *conſ. 144.* iura tractantia de marito & vxore propriè non habere locum in ſponſo & ſponſa per verba *de præſenti.* & ſi forſan hoc aliquod haberet dubium, tamen tribus concurrentibus, quæ hîc adſunt, quorum tamen vnum ſufficeret, res clara eſt. 2 3

Primùm, quòd l. ſe agatur de contractu, & conuentione, nec veriſimile eſt ſponſam de præſenti voluiſſe, vt
4 maritus lucreretur dote abſque vllis oneribus. Alterum, quia vſus loquendi in hiſce regionibus paſſim id habet, vt quæ de præſenti tantùm coniuncta eſt, ſponſa tantùm, non vxor appelletur, & ſponſus, non maritus, quo caſu indubitatum ait Couarr. *in epito. lib. 4. decreta. 2. par. cap. 1.* Tertium ex intentione & ratione legis, quod etiam docet Couarr. *d. loco.* nam dos datur pro oneribus matrimonij, *l. pro oneribus, C. de iur. dot. cum simil.* ideóque in compenſationem onerum, ne ſtatim ſoluto matrimonio vir, vel eius hæredes cogantur dotem reſtituere, quam conſumpſerunt cum magno ipſorum incommodo, & patrimonij fortaſſe damnoſa diſtractione, datus eſt illis annus ad ſoluendum: at & ratio, & intentio hîc ceſſat, cùm nulla hîc ſponſus onera ſuſtinuerit, imò viuente ſponſa ſua de præſenti, non minimum commodum & vtilitatem ex dote ſoluta habuerit, non mirum ſi ſtatim reſtituere debeat dictam dotem.

5 Quoad primum, an d. Cohen ſponſus d. Ferusole lucretur augmentum 50. aureorum ſibi per eam conſtitutum, ea ſic mortua. Licet controuerſa ſit admodum quæſtio inter DD. an augmentum dotis matrimonio per verba *de præſenti* contracto, non ſequuta carnali copula, lucrari poſſit alteruter ex ſponſis, vt per Socin. *conſ. 223. verſ. ſed ad omnia præmiſſa, vol. 1.* tamen magis communis opinio eſt, vt ea, quæ de dote lucranda, vel augmento eiuſdem, non obtineant, dum matrimonium non eſt conſummatum carnali copula, licet per verba de præſenti fuerit contractum, per ea quæ tradit fusè Alciat. *reſpon. lib. 8. conſ. 6. tom. 3.* maximè verò in noſtro caſu, in quo conſtat de communi vſu loquendi, vt ſcilicet contrahentes per verba *de præſenti*, qui nondum id per copulam conſummarunt, non veniant appellatione viri vel vxoris, ſed duntaxat ſponſi, vel ſponſæ, quo caſu ſtatutum vel pactum ſecundùm huiuſmodi vſum communem eſt intelligendum *l. Labeo, ff. de ſupellect. legat.* Matheſ. *ſing. 74. num. 13.* ita vt ſicut non veniunt appellatione mariti, & vxoris, ita etiam iura de marito vel vxore loquentia non habent locum in eis. Ex quibus

ARGVMENTVM.

AN & quando debitor creditori animo compenſandi cenſeatur legaſſe.

SVMMARIVM.

1 *Debitum voluntarium dicitur quod habet originem a voluntate, etſi poſtea ſit neceſſarium.*

2 *Legatum a debitore creditori factum non cenſetur animo compenſandi.*

3 *Niſi in contrarium extent coniectura:*

4 *Vt ſi teſtator dicat, quòd legatarius plus petere non poſſit de bonis & hereditate eiuſdem.*

5 *Et ſi magna inæqualitas exoriretur inter eos qui ſunt eiuſdem qualitatis:*

6 *Nec non ſi verba legati eſſent ſuperflua, ſi non præſumeretur animus compenſandi.*

7 *Præterea ſi admodum eſſet exhauſta hereditas, ſi non præſumeretur ille animus.*

8 *Extantibus coniecturis animus compenſandi præſumitur, etiam in his qui eſſent ſucceſſuri ab inteſtato.*

9 *Si teſtator legato adiecerit clauſulam,* ita vt nihil amplius petere poſſit, *adeo animo compenſandi cenſetur legaſſe, vt legatarius id quod ex debito excedit legatum, petere non poſſit, ſi ſemel legatum amplexus ſit.*

10 *Ceſſat præſumptio donationis, vbi alia coniectura dari poteſt.*

11 *Pro legato præſumitur, niſi ex coniecturis de contrario conſtet.*

12 *Clauſula in teſtamento cenſetur appoſita de voluntate teſtatoris.*

CONSILIVM CCXXI.

VISIS ac ponderatis verbis teſtamenti E. viri domini Honorati de Bonadona doctoris dum viueret medici, præſertim legato per ipſum Franciſco nepoti ex fratre, facti ſub hac clauſula. *ſans que autre choſe puiſſe demander ſur ſes biens & heritage.* nec non alterius legati Ioanni, Laurentio, & Claudio tribus etiam eius nepotibus ex altero fratre. Præſuppoſito etiam in facto d. Honoratum tutelam d. Franciſci nepotis geſſiſſe à 28. Octobris 1587. vſque ad 20. Nouemb. 1596. quo tempore deceſſit non redditis rationibus adminiſtrationis tutelaris, bonáque d. Franciſci pupilli conſtitiſſe in quibuſdam immobilibus, quæ in publico incantu non niſi duodecim ſcutis ſeu 60. florenis locata ſeu arrendata fuerunt, & quibuſdam mercibus diſtractis cum termino nouem menſium pretij 211. ſcutorum ſoluendi, & quibuſdam creditis ad ſummam 130. ſcutorum aſcendentibus, & quibuſdam mobilibus pretij 34. ſcutorum ad incantum publicum diſtractis, ac 127. cuppis vini, & certa quantitate olei, & 4. ſalmatis frumenti, quorum trium capitum valor mihi non conſtat. Sed dato ad exceſſiuam ſummam aſcendere, nimirum ad 100. ſcuta, vniuerſa hæreditas d. Franciſci, præter immobilia, aſcendiſſet tantùm ad 475. ſcuta, ex quibus deducenda eſſent 148. ſcuta pro oneribus d. tutelæ ſoluta, ita vt reſtent tantùm 327. ſcuta.

Præſuppoſito etiam ſummas pecuniarum per locum de Pertuſio d. Honorato debitas, per eum dict. Franciſco legatas aſcendentes tempore mortis d. Honorati ad ſummam 1475. ſcutorum, reductas poſtea fuiſſe per Commiſſarium generalem ad 916. ſcuta, & 39. ſolidos: bona verò immobilia etiam per d. Honoratum d. Franciſco legata aſcendere ad 1500 vel circa ſcuta: à duobus tamen annis vel circa à venditore motam fuiſſe litem adhuc indeciſam ratione cuiuſdam terræ inter d. bona exiſtentis, quæ 800. ſcutis empta fuerat, quæque nunc eſt maioris valoris.

Exiſtimo d. legatum dict. Franciſco factum animo compenſandi, cum eo omni quod d. Honoratus ratione d. adminiſtrationis tutelaris debere poſſet, cum dictis, inquam, 327. ſcutis: nam immobilia ad d. Franciſcum redierunt, illíſque vſus fuit: idémque ſtatuendum eſſet, ſi longè maioris ſummæ d. Honoratus debitor eſſet: de fructibus non loquor, quos & longè plus notoriè d. Honoratus conſumpſit in alimentis d. 1
Franciſco præſtandis. Etſi enim verum ſit quod quando debitum eſt voluntarium, quale eſt hoc, cùm habeat

beat originem & cauſam voluntariam ab acceptatione & geſtione tutelæ, etſi ex poſtfacto ſit neceſſarium *l.in commodato,§.ſicut ff commod.l.ſicut, C.de verb.obligat.* Doctores *in l.ſi cùm dotem,§.ſi pater, ff.ſolut matri.*
2 legatum à debitore, creditori factum, non præſumitur animo compenſandi cum ipſo credito, ſed vt creditor habeat vtrumque, DD.*in d.l ſi cùm dotem,§.ſi pater, & in authen.præterea, C.vnde vir & vxor,* Cornel. *conſil.288.num 19.* & apertiùs *conſ 292. num.21.lib.1.* & probatur per *l creditorem, de legat.2. l.tutor, ff. de libera. lega.l. ſi ab eo, C.de negot.geſt. & l.vnic.§.ſecundum,*
3 *C de rei vxor.actio.* tamen receditur à regula non præſumendæ compenſationis legati cum debito voluntario, quando in contrarium extant coniecturæ, Abbas *conſ.81.col.2.lib.2.* Cornel.*conſ.115.num.2.lib.4.* Hieron.
4 Gabriel.*conſil.116.num 8.* Menoch. *conſ 56 num.19.* Inter quas hæc potiſſima eſt, ſi teſtator dixerit quod legatarius plus petere non poſſit de bonis & hæreditate eiuſdem: nam quamuis æs alienum non ſit in bonis, eſt tamen in hæreditate *l.1.C.ſi cert.petn. l. pro hæreditariis, C de hæredit.action.l.nihil, ff.de verbor.ſignif.l.hæreditas, ff.de regul.iur.* atque hanc ſententiam, exiſtentibus his verbis, *vt nihil amplius petere poſſet ſuper bonis & hæreditate ſua,* quibus vſus eſt dict. Honoratus in d.legato, animo compenſandi, legatum cenſeri factum, docent in terminis Bald. *in l.liberti libertæq; num.28.C.de oper. liberto.* Ruin. *conſ.79.num.8.verſ.& primo,lib.2* Mantic.*de coniect vltim.volunt lib.10.tit.2.num.23.* Menoch. *de præſumpt.lib.4.præſump.110.num.37.* Simon de Præt. *de interpr.vltim.volunt lib.4.inter.1.ſol.6.num.39.fol.mihi 165.* quæ coadiuuantur ex aliis in hoc caſu concurrentibus. Primùm ex eo quòd niſi huiuſmodi compenſatio fieret, inæqualitas admodum exceſſiua eſſet
5 inter d. Franciſcum & dictos Ioan. Laurentium, & Claudium ex altero fratre nepotes: nam legatum ipſorum ad 1200 aureos tantùm aſcenderet: at verò legatum Franciſci ad 2775.ſcuta. at verò ne hæc inæqualitas reſultet, præſumitur compenſandi animus, Corne. *conſil 230. num.5.lib.4.* Ruin. *conſ.86. num. 12. lib.2.*
6 Menoch. dicta *præſ.110.num.30.* Rurſus quando verba legati eſſent ſuperflua, ſi non ſignificarent animum compenſandi, fuiſſe legatum animo compenſandi dicendum eſt, & compenſatio omnino facienda eſt, Afflict. *deciſ.44.num.19* Menoch.*de præſ 110.num.25.* at verò dicta verba, niſi animum compenſandi denotarent,
7 eſſent ſuperflua, ergo. Præterea niſi ille animus compenſandi afferretur, admodum exhauſta eſſet hæreditas, quo caſu etiam animo compenſandi factum fuiſſe legatum DD. affirmant, Afflict. *d.deciſ.44.num.21.*

Nec obſtant quæ in contrarium proponuntur: ad primum cùm dicitur hoc debitum eſſe voluntarium, in quo non præſumitur animus compenſandi, reſpondetur id verum eſſe, niſi adeſſent coniecturæ, & potiſſimum ex illis verbis, vt nihil amplius petere poſſit, quæ ſola ſufficit, Mant.*d lib.10.tit.2.num.23.*

Quod verò ſecundo loco dicitur, hunc nepotem ſucceſſurum ab inteſtato, propterea ceſſare debere
8 animum compenſandi, hoc eſt omnino falſum: tum quod exiſtentibus coniecturis, etiam in proprio filio præſumitur animus compenſandi, Cornel. *d conſ.230. in fi.d conſ.86 n.12.* Menoch. *d loco, num.30.* tum quòd ſi quo caſu illud habet locum, id eſt, cùm extraneis eſt hæres inſtitutus: at hoc caſu frater teſtatoris eſt hæres inſtitutus, Afflict.*d deciſ 44.n.22.*

Non obſtat quod tertio loco dicitur, quod aliis nepotibus legata reliquerit, ex quo non præſumitur animo compenſandi legaſſe, præſertim quod legatum d. Franciſco relictum vix aſcenderet ad ſummam bonorum adminiſtratorum, & eum plus cæteris dilexit, cùm domi maneret, & tamen cum peius etiam extraneis tractaſſet, ſi dicta compenſatio fieret: tantum enim abeſt vt à legato cæteris facto duci poſſit argumentum, non fuiſſe animum compenſandi, quin potius ex eo validiſſima in contrarium ducitur coniectura, ne tanta inter eos inæqualitas exoriatur, vt ſuprà dictum fuit ex Menoch. *d.præſum.110.n.30* præterquam quod, cùm clara ſint verba, *vt nihil amplius petere poſſit,* etiam ſi daretur æqualitas legatorum, compenſatio eſſet facienda, Afflict. *d. deciſ.44. num.19.* & Menoch. *d præſumpt.110.num.48.* & tantum abeſt, vt legatum non excedat quantitatem bonorum adminiſtratorum, quin potius demptis iis quæ Honoratus poſſet debere, legatum dict. Franciſco factum duplo plus aſcendit, quàm legatum cæteris nepotibus factum, vt ex ſupradictis patet: dictum verò Franciſcum domi tenebat, quia ipſius erat tutor: & ſi, & quatenus plus eum dilexit, plus quoque illi, quàm cæteris legauit: reſponderi quoque poteſt, vt mox ad ſequens obiectum.

Non obſtat quod quarto loco dicitur, quod generaliter & indefinitè d. Franciſco ſubſtitutum dedit, ſi ſine liberis decederet, abſque vlla ſeparatione eorum quæ ex adminiſtratione debebat, cùm tamen illi, qui ſolum patruus & tutor erat, nullum ius competeret ſubſtitutionem faciendi in iis quæ ipſi debebat: reſpondetur enim, quod ſi Franciſco ſubſtituit, cæteris quoque nepotibus in legato eis facto ſubſtituit. Sed quidquid ſit, etiam ſola ſubſtitutione Franciſco facta, conſiderata, non poteſt ex ea excludi coniectura ex verbis, *vt nihil amplius petere poſſit,* quæ tanti mo- 9
menti eſt, vt quamuis debitum excederet legatum, nedum compenſatio fiat pro rata legati: ſed vt ne quidem quod excedit petere poſſit, ita vt legatum eo caſu nedum ſit inutile, ſed etiam damnoſum: imputandum enim eſt legatario, qui illud acceptauit, vt in terminis docent Alex. *conſ.132.n.2.lib.2.* & Socin. ſen. *conſ.225.n.1.lib 2.* Menoch. *d.præſ.110.num.38.* Mantic. *d.tit.2.num.18.* quod multo magis hoc caſu dicendum eſt, quo debitum eſt admodum exiguum, legatum verò ita amplum, vt ex fructibus paucorum annorum, Franciſcus nedum quod ſibi deberetur, ſed longè plus conſequi poſſit: & re vera cùm iam dicti fructus legatum æquauerint, aut parum abeſt, onus verò ſubſtitutionis iniunctum, incertum ſit *l.1.C.de pact.* & per liberorum ſuſceptionem ceſſit, non poteſt quidem alienæ rei ſubſtitutio fieri, ſi nihil relinquatur, ſed ſi fiat legatum, maximè ita amplum, etiam id quod debebat teſtator, fideicommiſſo ſubiicitur, *l.ab eo* cum ibi not.*C.de fideicom.*

Vanum verò eſt quod dicitur, etſi legatum non fuiſſet factum animo compenſandi, hæredem longè plus habiturum, quàm d.Franciſcum, qui tamen æqualiter cum ipſo ſucceſſurus erat: nam poſito id verum eſſe, quod tamen negatur, an non habuit d. Honoratus facultatem de bonis ſuis liberè diſponendi, & nedum fratrem nepoti, ſed & extraneum fratri præferendi? *l.1. C. de ſacroſanct. Eccleſ.§. diſponat in Authen. de trien. & ſemiſſe.* Sed & ab ipſo Franciſco quæro cur legatum ipſi duplo plus, etiam dempto eo quod ſibi debebatur, quàm cæteris nepotibus?

Adde quod cùm poteſt dari alia coniectura, quàm 10
donationis, ceſſat præſumptio donationis *l. cum aurum, ff.de ſolutio.l.cum de indebito, ff.de probatio l.eleganter §.qui reprobos .ff. de pigno. actio.* & in terminis animum compenſandi præſumendi, Afflict. *d deciſ.44.n.23.* Menoch. *d.præſ.110.in fi.* & quamuis pro legatario 11
debeamus legatum interpretari *l.in teſtamento, ff. de rj.*

gul. iur. id procedit tantùm quando nulla in contrarium apparet coniectura, aliàs ſecus, Salicet. *in l. vni. §. ne autem C. de caduc. toll.* Imaginationes itaque ſunt, quas Franciſcus proponit, nullo iure ſubnixæ, quemadmodum cùm ſexto loco ait, quòd ſi teſtator habuiſſet animum compenſandi, dixiſſet quòd mediante dicto legato, & ſub pœna amiſſionis ipſius, dict. Franciſcus non poſſit redditionem rationum petere, &c. Planè ſi ita dixiſſet, res clara eſſet, nec ad coniecturas eſſet deſcendendum, ſed vbi non expreſſit, ad coniecturas deſcenditur, maximè ad eam, quæ ex verbis, *vt nihil amplius petere poßit*, elicitur.

Cùm verò vult reſpondere ad illa verba, *vt nihil amplius petere poßit*, & aitres furtiuas non præſcribi, & alienas res naturam non amittere: hoc nihil ad rem, neque enim hîc agimus de rebus furtiuis, neque res aliena mutat naturam, ſed vt quod debebatur legatario, compenſetur cum legato, quod fieri debet, ſi teſtator voluit, eſt enim in poteſtate legatarij ne fiat compenſatio, ſi recuſet legatum: velle autem cenſetur ex dicta coniectura reſultante ea dictis verbis, vt nihil *amplius petere poſſit*, cui diſertè contraueniret, ſi vltra legatum, id quod ſibi debetur, peteret: cùm, vt ſuprà dictum fuit, præſertim ex Menoch. *d. praſ.* 110. *numer.* 38. tantæ ſit efficaciæ, vt quamuis debitum excederet legatum, id quod excedit, petere non poſſit.

Nec dicendum huiuſmodi clauſulam de filio poſitam, & propterea nihil operari debere: nam ſi id verum eſſet, vanæ redderentur doctrinæ noſtrorum: quinimò 12 ea volontate teſtatoris cenſetur appoſita, & ſuum operatur effectum: nec refert quod legato aliis nepotibus facto fuit appoſita: nam an deberet eis aliquid, neſcitur, ſed vtcumque ſit, ad cautelam eſt appoſita, vt caſu quo aliquid prætenderent ſuper hæreditate teſtatoris, non poſſent petere, ſed vi illius clauſulæ excluderentur, ſicut & Franciſcus cui reuera debebatur, excludendus eſt.

Ex quibus exiſtimo d. Franciſcum à limine iudicij repellendum eſſe, caſu quo aliquid contra hæredes Honorati ratione adminiſtrationis tutelæ petere vellet.

ARGUMENTUM.

AN & quando fideicommiſſo conditionali per ſimplicem renunciationem vel diuiſionem cenſeatur renunciatum.

SUMMARIUM.

1 *Cenſetur quis iuri tantùm præſenti & non futuro renunciare.*

2 *Conſenſus ſimplex non trahitur ad ius ſuperueniens.*

3 *Ex diuiſione bonorum fideicommiſſo conditionali ſubiectorum non cenſetur illi renunciatum.*

4 *In generali renunciatione non comprehenduntur ea quibus, ſi actinum fuiſſet, veriſimiliter iurans non renunciaſſet.*

5 *Renunciatio quamuis iurata non trahitur ad ius futurum & ſuperueniens.*

6 *Verba*, vſque ad præſens tempus, *vel* præſentem diem, *reſtringunt verba præcedentia, quantumuis generalia.*

7 *Ex promiſſione de non contraueniendo, non cenſetur renunciatum fideicommiſſo conditionali, præſertim ſi ſit in executiuis.*

CONSILIUM CCXXII.

VIſis verbis teſtamenti Ioannis Mileri de anno 1571. quo hæredes inſtituit Pontium, Antonium, Stephanum, alium Stephanum, Ioannem, alium Antonium, & Bartholomæum filios ſuos naturales & legitimos, eóſque ſi morerentur ſine liberis de legitimo matrimonio procreatis ſubſtituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum ſuperſtites ſeu ſuperuiuentes, & prohibuit diuiſionem bonorum & hæreditatis, quouſque minor ex dictis filiis peruenisset ad 18. annum, quia voluit & ordinauit omnes ſuos hæredes ſimul habitare, & communiter viuere vſque ad dictum tempus, priuando eum hæreditate, qui ante dictum tempus ad diuiſionem prouocaret.

Viſa etiam remiſſione per Ioannem vnum ex dictis filiis facta iurium ſuper bonis & hæreditate d. Ioannis patris, & Peronæ Moigue matris, necnon eorum quæ ſuper dictis bonis haberet ob deceſſum Stephani & Antonij fratrum, & denique ſuper bonis acquiſitis poſt deceſſum dictorum eius patris & matris per Pontium, Antonium, Stephanum, & Bartholomæum, & in futurum acquirendis, nec non reſpectiuè adminiſtratione dictorum Peronæ, & Pontij tutorum per d. Ioannem deputatorum, & generaliter de toto eo quod habere & prætendere poterat vſque in præſentem diem, ſect. 3. Octob. 1594. quæ d. remiſſio facta fuit ex quacumque cauſa & occaſione cogitata & non cogitata, mediante ſumma 200. ſcutor. per ſolutiones in ea contentas, cum promiſſione de non contraueniendo directè vel indirectè.

Viſa poſtremò tranſactione de anno 1596. inter d. Ioannem ex vna, & dictos Pontium, & Antonium, tam nomine eorum proprio, quàm Stephani, & Bartholomæi fratrum ex alia partibus, qua eadem ſumma datur & promittitur reſpectiuè, hoc tantùm adiecto, quòd alimenta præſtita d. Ioanni taxentur ad 40. ſcuta in diminutionem dictorum 200. & mediante d. ſumma d. Ioannes de nouo ceſſit & remiſit dictis fratribus ſuis omnes actiones & iura quæ d. Ioannes habebat & habere poterat ante dictum contractum tranſactionis, & ſibi competebant & pertinebant de præſenti ſuper dictis bonis & hereditate eius patris & matris, ac etiam d. Antonij fratris, nec non ratione fructuum perceptorum, & adminiſtratione tutelæ, cum promiſſione de non contraueniendo.

Iam ponitur in facto Bartholomæum & Pontium poſt dictos contractus deceſſiſſe ſine liberis. Ioannes prætendit fideicommiſſum, in teſtamento patris appoſitum, pro portione ſibi competenti, in ſua perſona apertum. Ex contrario negatur, & prætenditur d. Ioannem per dictos contractus iuri d. fideicommiſſi renunciaſſe: quæritur quid iuris.

Exiſtimo non cenſeri renunciaſſe. & d. fideicommiſſum in ſui fauorem pro portione ſua apertum declarandum eſſe: nam per huiuſmodi remiſſiones & ceſſio- 1
nes, iuri tantùm quod de tempore earum competebat, non futuro, cuius dies neque ceſſerat, neque ve-

neceat

netat (conditionale enim erat fideicommiſſum *ſi ſine*
liberis, l.cedere diem,ff.de v.rb.ſignif.) renunciatur *l.&*
vno,§.1.ff de acceptil.a l ſi ita ſcripſiſſet,ff.de lega.2 l.Pau-
lo Callimaco.§.1.de lega.3. Bartol. *in leg qui Roma,§.duo*
2 *fratres ff.de verbo.obliga.* conſenſus enim ille ſimplex &
ceſſio non præiudicat in iure ſuperuenienti *l.1.§.quod*
ait. & ibi Bartol.*&* § *quia autem, ff. quorum legato*, ver-
ba enim dict. ceſſionis concepta ſunt in præſens tem-
pus,non in futurum,Peregrin. *de fideicommiſſ.artic.52.*
3 *num.31.* nam ſi in diuiſione ſimplici bonorum ſuppo-
ſitorum fideicommiſſo conditionali nondum purifi-
cato, certiſſima eſt DD. ſententia non præſumi remiſ-
ſum fideicommiſſum ex Bartol. *in d.l.qui Roma, § duo*
fratres,queſt.1.num 10. & ibid. Caſtrenſ. Alex. & Crot.
num.73 qui refert Ioan. Andr. affirmantem caſum hunc
dubitatione carere: idem ſcripſerunt Capta *conſil.89.*
num 1. Ruin. *conſ.137.num 6.& conſ.138.num.5.lib 2 &*
conſ.92.num.20.lib.3. Deci. *conſil.79. num.3. & conſ.36.*
*num.4.*10 & Ripa *in d.§.duo fratres,num.38.* & ibid So-
cin.iun.*num.86.* Boeri. *quæſt.147.num.2.* multò magis
hoc caſu id aſſerendum eſt: nam priore caſu, dato re-
ciproco fideicommiſſo cùm vtrique parti æqualiter
conſuleretur, & vnuſquiſque portionem ſuam libe-
ram acquireret, facilius poterat induci renunciatio,
quàm hoc caſu,quo ſi diceremus Ioannem renunciaſ-
ſe fideicommiſſo, portio quidem ſua remaneret fidei-
commiſſo ſubiecta, portiones verò fratrum liberæ,
quod non eſt veriſimile partes ſenſiſſe, idq́ue maximè
data paruitate pecuniæ, ſcilicet 200. aureorum, qua
omni iuri quod habebat in bonis paternis, & mater-
nis,ac fratrum mortuorum ſucceſſione,nec non ratio-
4 ne adminiſtrationis bonorum ſuorum renunciat: vn-
de ſuccedit doctrina recepta, generalem renunciatio-
nem non comprehendere ea,quibus ſi dictum fuiſſet,
non renunciaſſet iurans, Caſtrenſ.*conſ.342. vol.1.* An-
char. Regien. *lib.2 quæſtio.familia. quæſt.8. num.14.* &
quod ait Tiraquel.*in præfatio. l. ſi vnquam,num.170. &*
5 *ſeq.C.de reuoc.donatio.* quod renunciatio quantumlibet
iurata non trahitur in dubio ad ius futurum & ſuper-
ueniens poſt ipſam renunciationem, ex text. expreſſo
& ibi notant Anton. & Abb. *in cap 2.ext. de renuncia.*
Anchat Regien.*d.quæſt.8.num.14* adeò vt Gabriel.*conſ.*
89.num.10.lib.2. & eum ſequutus Anchat. in caſu quo
quis renunciauerit omni iuri quod habet, & habere
ſperat, cum clauſulis ampliſſimis, aſſerat non compre-
hendi ius ſuperueniens. Sed ſi forſan aliqua eſſet du-
bietas in dictis verbis,an futurum tempus reſpicerent,
ea tollitur ex his dictionibus, *vſque in præſentem diem*, 6
quę abſque dubio reſtringunt & limitant renunciatio-
nem ad iura quæ tunc habebat, & excludunt fidei-
commiſſum, Ruin.*conſ. 37.n.15.vol.2.* poſt Ang. *conſil.*
187.n.3.verſ. ſed in themate. quæ verba, vt inquit Ruin,
ſunt poſita in eadem oratione cum præcedentibus,&
ideò illa modificatio importata per illud verbum, *vſ-*
que in præſentem diem, in medio orationis poſita, refer-
tur tam ad ſequentia, quàm ad præcedentia *l.3.§. ſi fi-*
lius,ff.de liber.& poſth. & per Bart. *in l.Seia,§ Caio,ff.de*
fundo inſtruct. imò quod eſt fortius idem eſſet ſi in fine
orationis eſſet poſita, per notata per Bart. *in l mulieri*
& Titio,in princ.ff.de cond.& demonſt.& in l.doli,in prin.
ff.de ſeruo Corrup. nec obſtat quod dict. ceſſio ſe exten-
dat ad cognita,& non cognita, ex verbis illius expreſ-
ſiſſimam vt Ruin. omnino videndus d. loco reſpondet,
hoc intelligi debet de cognitis & incognitis,quę ſunt,
& competunt de præſenti, non de futuro. His adde,
quòd cùm expreſſam facit mentionem fideicommiſſi,
quod per mortem fratrum ceſſerat,& venerat,quod in
futurum ceſſurum erat,excludit *l.cum prætor,cum ſimi-*
lib ff de Iudic. & ſi de futuro iure partes intellexiſſent,
dixiſſent vtique, ſicut de præſenti dixerunt. Sed non
eſt vſquam deſcendendum, cùm apertè dicta ceſſio vſ-
que ad præſens tempus reſtringitur: & vbi fupereſſet
aliqua difficultas, ea ex prædicta tranſactione tollere-
tur: quoniam in ea clariſſimè dicta ceſſio ad iura &
actiones ante eam cumpetentes reſtringitur, & exclu-
dit quæ in futurum competere poſſunt,cui tranſactio-
ni ſtandum eſt.*l pacta nouiſſima,C de pact.*

Nec obſtat promiſſio de non contrauueniendo,tum 7
quod etiam in terminis diuiſionis ex receptiori ſen-
tentia non inducit renunciationem fideicommiſſi
conditionalis. Bart.*in d.§ duo fratres,quæſt.4.* fuſiſſimè
Menoch. *præſump.lib.4.præſ 115.n 22* tum quòd in exe-
cutiuis eſt appoſita Ruin.*d.conſ.137.num.9.& 10.vol.2.*
Peregr. *d.artic 52.n.43.in fi.* & his ceſſantibus. quæ non
ceſſant, cùm ceſſio ſit ad præſens tempus reſtricta, om-
nes clauſulæ ſunt ad id tempus referendæ, Bart.
in d.§.duo fratres,n.19.& Peregr. *d.artic.*
52. num. 31.

ARGVMENTVM.

QVANDO plures ſimul vocati inter quos cadit ordo affectionis & ſucceſſionis, nec non neceſſitas inſtituendi, ordine ſucceſſiuo, vel ſimul admittantur.

An malæ fidei poſſeſſor, quandoque à fructuum ante id tempus perceptorum reſtitutione, excuſetur.

SVMMARIVM.

1 *Filij ſororis ſuccedunt vnà cum auunculo & auiæ ipſo-rum in ſtirpes.cùm de ſucceſſione auunculi agitur.*

2 *Quando plures copulatiuè vocantur,inter quos nedum, cadit ordo caritatis & ſucceſſionis, ſed etiam adeſt neceſſitas inſtituendi,ordine ſucceſſiuo admittuntur.*

3 *Longe magis ſi per nomen collectiuum vocentur.*

4 *Dictio,* enfants, *Gallicè idem quod,* liberos, *ſignifi-cat.*

5 *Si tamen de contraria voluntate teſtatoris conſtat, ſi-mul admittuntur.*

6 *Vbi de voluntate conſtat,non eſt recurrendum ad con-iecturas.*

7 *Siue expreſsè dictum ſit, ſiue dictione,* cum *vſus ſit teſtator.*

8 *Malæ fidei poſſeſſor ad omnium fructuum,etiam per-cipiendorum,reſtitutionem tenetur.*

9 *Nec trienny vſucapione, ſed ſolum bonæ fidei, in iis ca-ſibus, in quibus ad reſtitutionem tenetur, ſe tuuare poteſt.*

10 *Ignorantia iuramento probatur.*

11 *Quando ignorantia iuris excuſet à mala fide quoad fructuum reſtitutionem.*

CONSILIVM CCXXIII.

DOMICELLA quondam Claudeta Baucenqui teſtamento ſuo de anno 1608. & die 8. Ianuarij Catharinam, Ioannam, Annam, Tonetam, & Agatam filias ſuas naturales & legitimas, & liberos ipſarum coniunctim cum vnaquaque dictarum matrum, & vel ſucceſſiuè & iure repræſentationis, caſu quo aliqua ipſarum deceſſerit ante dictum teſtatricem earum matrem, nec non Andream Dragon filium Margaretæ quondam Autranæ dictæ teſtatricis etiam filiæ, æquis partibus & portionibus hæredes vniuerſales instituit, ſcilicet vnamquamque ex dictis filiabus, ſeu earum liberos, pro ſexta parte, & dictum Dragon pro alia ſexta, his verbis Gallicis vtens, *Inſtitue & nomme de ſa propre bouche ſes heritiers vniuerſels Catherine, Ieanne, Anne, & Tonete, & Agate Autranes ſes filles naturelles & legitimes & de feu maiſtre Louys Autran, & les enfans d'icelles conioinctement auec chacune de leurs dites meres, & ou ſucceſſiuement & par droict de repreſentation au cas qu'aucunes d'icelles ſoyent decedées auant leur dite mere, & André Dragon eſcuyer fils a feu Marguerite Autrane en ſon viuant femme de Guillaume Dragon, eſgalement & par eſgales portions, ſçauoir eſt chacune de ſes dites filles, ou les enfans d'icelles pour vne ſixeſme, & ledit André Dragon fils & repreſentant ladite Marguerite pour vne autre ſixeſme, decedant & decedante.*

Quæ ſubijciuntur de collatione non facienda, non faciunt ad rem.

Deceſſit in ea voluntate dict. Claudeta, & ipſius filiæ, ac dict. Dragon hæreditatem diuiſerunt, ita vt dict. Anna quæ tamen tres liberos ſcilicet Iacobum, Ioannem, & Mariam habebat ex legitimo matrimonio ſextam partem conſecuta fuerit & eam quandiu vixit, poſſederit, eáque fruita fuerit, ante cuius obitum deceſſit Ioannes ſibi ſuperſtitibus Anna matre, Iacobo fratre, & liberis Mariæ, ex honorabili viro magiſtro Cambaud in hac cauſa actore, ſuſceptis.

Quæritur quódnam ius dictis liberis Mariæ in dicta ſexta parte hæreditatis dict. Claudetæ competat, & paucis exiſtimo quartam partem dict. ſextæ partis per Annam poſſeſſæ, nec non tertiam partem alterius quartæ partis ad dictos liberos Mariæ ſpectare debere, & quidem ſi docuerimus dictos Ioannem, Iacobum, & Mariam concurrere cum Anna eorum matre, & vnumquemque quartam partem ſextæ partis hæreditatis Claudetæ conſequi debuiſſe, ſequetur etiam neceſſariò dictos liberos Mariæ tertiam quoque partem alterius quartæ partis habere debere: nam cùm quarta pars dictæ ſextæ partis ſpectet ad Ioannem, qui ab inteſtato deceſſit, ipſius portio & ſic quarta in tres partes diuidenda eſt, quarum vnam Anna mater, alteram Iacobus frater, 2 tertiam liberi & hæredes Mariæ naociſci debent, qui in ſtirpes cum matre & auunculo æquis partibus æqualiter ſuccedunt, authent. *defuncto*, & ibi *gloſ. Cod. ad Senat. Tertyllian. Nouell.* 118 §. *tertio.* eamque ſententiam communiter approbatam aſſerit Couarr. *in tract. de ſucceſ. ab inteſt. num.* 1. *verſ. tertio eſt notandum.* Graſſ. *in* §. *ſucceſſio ab inteſt. quæſt.* 23. *numer.* 3.

Totum igitur conſiſtit, vt doceamus liberos Annæ ſimul cum ea concurrere in ſucceſſione Claudetæ, & planè etſi veriſſimum ſit in iure quod quando plures copulatiuè inſtituuntur, inter quos non ſolùm cadit ordo affectionis & ſucceſſionis, ſed etiam neceſſitas inſtituendi, ordine ſucceſſiuo admittendi ſunt, vt primò filius, & poſt eum nepotes ex eo cenſeantur inſtituti gloſ. & DD. *in leg. Gallus*, §. *quidam rectè ff. de liber. & poſthum.* Iaſ. ibid. *num.* 11. *& num.* 25. *cum ſeqq.* Galiau. *num.* 12. *&* 17. Socin. iun. *num.* 18. Bero. *in cap. Raynutius, numer.* 68. *ext. de teſtam.* Fernand. Vaſqui. *de ſucceſ. creatio.* §. 20. *num.* 118. quod etiam procedit in nepotibus iam natis, Bartol. *in dict.* §. *quidam rectè, numer.* 4. *verſ. quærit gloſſa.* Iaſon *dict. num.* 11. Galiau. *num.* 16. Socin. iun. *num.* 40. Vaſqui. *dict.* §. 20. *num.* 122. idque longè magis ſi per nomen collectiuum vocentur, Anton. Gomeſ. *tom.* 1. *varia. reſol. cap* 2. *num.* 4. *verſ quinto limita.* Deci. *conſil.* 236. *num.* 1. *& conſ.* 253. *numer.* 1. Graſſ. *in* §. *inſtitutio quæſt.* 20. *num.* 13. quemadmodum in noſtro caſu factum eſt, quo dict. Claudeta inſtituit Catharinam, Ioannam, Annam, &c. & earum liberos per nomen collectiuum: dictio enim Gallica, *enfans*, idem quod *liberos*, ſignificat in teſtamento, Charond. *aux memorables obſeruations du droict François, ver. enfans, fol.* 90. *verſ. le terme d'enfans.* Sed etſi filios dixiſſet, idem ſtatuendum eſſet, Graſſ. *dict. quæſt.* 20. *num.* 13 nec tunc copulatiua retineret ſuam naturam, quæ eſt, vt omnes perſonæ copulatiuè ſimul vocentur, *leg. vnic.* §. *his ita, Cod. de caduc. tollen. l. ſi duobus, in princip. ff. de lega.* 1.

Tamen in themate propoſito contrarium reſpondendum eſt, vt nimirum tres liberi dict. Annæ ſimul, & eodem tempore cùm ea vocentur, & quarta pars dict. ſextæ partis ad vnumquemque ſpectet: nam ſuperior ſententia limitationem patitur, ſi conſtet de contraria mente teſtatoris, vt omnes DD. fatentur, maximè Bartol. *in dict.* §. *quidam rectè, num.* 5. & bene, ſuperior enim opinio fundata eſt in præſumptione, quod ſcilicet pater vel mater cenſentur ſe conformare diſpoſitioni iuris communis: Sed vbi conſtat de 6
contraria voluntate, non eſt recurrendum ad coniecturas, nec eſt admittenda voluntatis quæſtio, vbi in verbis nulla eſt ambiguitas, *l. ille aut ille*, §. *cum in verbis, ff. de lega.* 3. *leg. continuus*, §. *cum ita, cum ſimul. ff. de verb. oblig.* Molin. *de primogen. lib.* 3. *cap.* 5. *in princip.* voluntas enim teſtatoris prædominari debet, & vbi de ea conſtat, omnino ſequenda eſt, *leg. hæredes mei*, §. *cùm ita, ff. ad Trebellian. l. cùm virum, Cod. de fideicomm.* quin etiam coniecturis inducitur *l. nutu, ff. de lega.* 3. *leg. licet Imperator, ff. de lega.* 1. Gabriel. *conſ.* 121. *numer.* 35. Mantic. *de conect. vltim. vol. lib.* 8 *tit.* 1. *per tot.* omiſſa propria verborum ſignificatione *l. non aliter, ff. de lega.* 3. at verò in facto propoſito claiè dict. Claudeta ſtatuit, vt liberi dictarum Catharinæ, Ioannæ, Annæ, &c. ſimul cum illis ſuccedant, & ſint hæredes, verbis expreſſis dictas eius filias, & ipſarum liberos coniunctim vnà cum ipſis inſtituendo: nam ſi quando dictio, *cum*, vel *vna*, ſolùm adeſt, ita ſcilicet dicendo, 7
Ioann. Catharin. Ann. cum earum liberis, vel vnà cum liberis, id operatur, vt tunc ſimul & eodem tempore liberi cum patre vel matre inſtituti concurrant, Bartol. *in dict.* §. *quidam rectè, numer.* 5. Couarru. *in dict. cap. Raynutius*, §. 1. *numer.* 2. & eſt communis opinio, vt aſſerunt Iaſ. *in dict.* §. *quidam rectè, num.* 32. Galiau. *num.* 31. *&* 35. Vaſqui. *dict.* §. 20. *numer.* 121. & vera per text. *in l. ſi Titio, ff. de vſufruct. accreſcen.* etſi Iaſon ac Galiau. & Vaſqui. contrarium teneant,

teneant, & malè. Prædictæ enim dictiones ſimultaneam quandam conjunctionem & conuerſum ſignificant: Dictio verò, *Et*, conjunctionem diſgregatam, & ſolùm continuationem ſermonis, Graſſ. *d. q.* 20. *num.* 9. Multo magis hoc caſu id aſſerendum eſt, quo nedum dictionibus illis ſimultaneis, *vnà, cum*, vtitur: Sed nominatim diſponit, vt liberi conjunctim cum earum matribus ſuccedant. Sed & ex alio enixa teſtatoris voluntas demonſtratur, cùm ſcilicet dictos liberos ſucceſſiuè, & per viam repræſentationis vocat, caſu quo eorum matres deceſſiſſent ante teſtatricem, clarè in contrario caſu, eos conjunctim vocando.

Et quidem hæc quoad eam quintam & tertiam quartæ, ſed an earum fructus, & à quo tempore debeantur, inueſtigandum eſt, & affirmatiuè quoque in hoc caſu reſpondendum eſt in fauorem dictorum liberorum, quia dicta Anna cùm ſciret ipſos liberos
8 ſecum inſtitutos eſſe, fuit in mala fide, ideoque ad omnium fructuum ſiue naturalium, ſiue induſtrialium etiam percipiendorum, reſtitutionem tenetur *l. ſi fundum, l. certum C. de rei vindica. l. mala fide C. de condict. ex lege, l. fundus* 33. *ff. de rei vindica.* Cùm enim de mala fide agamus, quæ fraudi æquiparatur ex Bald. *in l. fortuitus verſ. præmitte ad euidentiam Cod. de pignorat. actio.* non tam conſiderandum eſt quid fraudans habuerit, quàm quid fraudatus percipere potuerit, id eſt, quid percipere potuiſſet actor ſi rem habuiſſet, *l. ait Prætor §. per hanc actionem ff. quæ in fraud. credito.* ibi, verùm hi qui percipi potuerunt.

9 Nec obſtat ſi dicatur dictam Annam non teneri ad reſtitutionem fructuum, ſaltem intra minus triennio perceptorum, quia ſi quis triennio fructus habuit, nec ab eo petiti ſunt, jure vſucapionis ſui facti ſunt: nam id procedit tantum data bona fide poſſidentis: In caſibus ſcilicet in quibus bonæ fidei poſſeſſor naturales fructus, ſuos non facit, vel induſtriales conſumptos, aut extantes ſecundum varias Doctorum opiniones, de quibus fusè Garſi. *de expen. & meliorat. c.* 23. non autem ſi mala fide poſſederit, vt tex. glo. & omnes probant *in l.* 4. *§. fin. ff. de vſucap. verſ. hoc ergo.* Angel. *in §. ſi quis à non domino inſt. de rer. diuiſ.* Alex. & Deci. in *l. ſi me & Titium ff. ſi cert. pet a.* Bal. in *l.* 3. *ff quod met. cauſa.* & in *l. ancilla num.* 15. *Cod. de fruct.* Balb. *de præſcrip.* 4. *parte part. quarta queſt.* 35. Tiraquel. *de retract. lignag. §.* 15. *gloſ.* 2. *num.* 47. idem Garſi. *d. c.* 23. *num.* 51. malæ enim fidei poſſeſſor nullo tempore præſcribere poteſt, *c. poßeſſor malæ fidei, ext. de regul. jur. in* 6.

Non obſtat etiam ſi dicatur dictam Annam erraſſe in jure, & putaſſe eſſe ſuos, & propter hujuſmodi ignorantiam in bona fide extitiſſe, ideoque triennio dictos fructus vſucepiſſe: nam negatur hujuſmodi ignorantia, cùm clarè ex tenore inſtitutionis de contrario appareat, nec qui in ea ſe fundat, illam probare poſſit, cum deceſſerit dict. Anna, quæ juramento eam 10 poſſet aſſerere, juxta glo. *in §. ſed iſta ver. dicat, Inſt. de actio.* quam ſingularem dicit Bal. *in c. bona* 2°. *ext. de poſtul. a. prælato.*

Sed demos citra præjudicium veritatis, ignorantiam juris adfuiſſe, ea dict. Annæ prodeſſe non poſſet, 11 cùm agatur de lucro captando in damnum filiorum, tum quod non agitur hìc de errore juris ambigui & controuerſi, quod requiritur, vt non noceat ad fructus lucrandos & acquirendos, Couar. *in d. c. poſſeſſor* 2. *par. §.* 7. *n.* 9. celebris eſt glo. *in §.* 1. *Inſtit. de obligat. quæ ex quaſi delic. naſc.* tum quod nedum quando bona fides, ſed & titulus requiritur ad acquiſitionem fructuum, vt hoc caſu notorium eſt, bona fides reſultans ex ignorantia juris non ſufficit ad acquiſitionem fructuum, Couar. vbi ſup. *num.* 8. ex quibus exiſtimo pronunciandum in fauorem dicti Cambau, tam pro quarta parte, & tertia alterius quartæ portionis hæreditatis Clandetæ per eandem Annam auiam poſſeſſæ, quàm pro fructibus earum à die quo dicta Anna eam poſſidere cœpit.

ARGVMENTVM.

MAtrimonium ſine præſentia proprij Parrochi inter Gallos, & in Gallia celebratum an valeat.

SVMMARIVM.

1 *Ex defectu denunciationum futuri matrimonij, id dicitur clandeſtinum.*
2 *Id tamen validum eſt, etiam poſt Concilium.*
3 *De jure communi ante Concilium quicumque Sacerdos, etiam non Parrochus proprius, matrimonij ſacramentum clandeſtinum celebrare poteſt, ſecus poſt Concilium* no. 6.
4 *Princeps ſecularis non poteſt conſtitutiones facere circa validitatem matrimonij.*
5 *Sponſalia de futuro tranſeunt in matrimonium per copulam*, de iure communi, *ſecus poſt Concilium*, num. 9.
7 *Principis ſecularis conſtitutio circa validitatem, vel inualiditatem matrimonij, conformis Eccleſiæ conſtitutioni, eſt ſeruanda, cùm id faciat coadjuuando legem canonicam.*
8 *Matrimonia in Gallia, ſine proprio Parrocho contracta, nulla ſunt.*
9 *Omnia matrimonia præſumpta per Concilium Tridentinum ſunt ſublata.*
10 *Circunſtantia loci, temporis, perſonarum, & ſimiles plurimum juuant ad declarationem matrimonij nulli.*
11 *Matrimonio nullo exiſtente, donationes quoque in eo contenta, nulla ſunt.*

CONSILIUM CCXXIV.

PRoponitvr in facto quendam pharmacopolam, eumque hominem ferè denudatum, cuidam nobili & diuiti domicellæ, cum nobili etiam domino certorum Caſtrorum matrimonio junctæ, ſcripto promiſiſſe ſe eam poſt mortem mariti in vxorem ducturum, cumque poſtea d. dominus deceſſiſſet, dict. domicellam viduam factam, poſt aliquot menſes cum eodem pharmacopola, in domo priuata cujuſdam tertij circa mediam noctē, adhibito Sacerdote extraneo, neotrius Parrocho, præſētibus quatuor teſtibus armatis, quorum vnus notarius erat, qui q; contractum matrimonij ſumpſit, nullis præcedentibus denunciationibus, minusque diſpenſatione habita, matrimonium

contraxiſſe, & in ejus contractu donationem medietatis bonorum dicto pharmacopolæ in caſum ſuperuitæ feciſſe, indéque ſimul cohabitaſſe, & poſt aliquot menſes dictum pharmacopolam timore propinquorum dictæ nobilis dominæ, qui hujuſmodi ignominiam nobili eorum familiæ inuri, ferre non poterant, aufugiſſe. Quæritur de validitate hujuſmodi matrimonij, ſimul & donationis, quid juris.

1 Et quidem hujuſmodi matrimonium validum eſſe, & per conſequens donatio, videtur: nam etſi defectu denunciationum ſit clandeſtinum, *c. cùm inhibitio ext. de clandeſt. deſponſ.* glo. in c. *fin. d. tit. Innocent. in rub. d. tit.* & Goſt. *in ſumma ejuſdem*, tamen ante Conci-
2 lium Tridentinum, de jure communi prohibētur quidem clandeſtina matrimonia, ſed valida ſunt *c. 2. de clandeſt. deſponſ.* ex ratione quam tradit D. Thomas *diſtinct. 28. q. 1. art. 3.* Quoties enim concurrunt eſſentialia, contractus validus eſt, licet deſiderentur ſolemnitates extrinſecæ & accidentales. In matrimonio autem clandeſtino concurrit tota matrimonij eſſentia, deficiente ſola extrinſeca publicitatis ſolemnitate, nec per Concilium Tridentinum, & per conſequens nec per Bleſenſem Conſtitutionem illi conformem, fuerunt matrimonia irrita declarata, nō præcedentibus denunciationibus cōtracta, quæ ſententia verior & receptior eſt, quidquid aliqui contrarium ſenſerint, vt diſertè docent Nauar. *lib. 4. conſ. in ſecunda editio. tit. de ſponſal. conſ. 17. n. 4. & ſum. Latin. c. 22. n. 70.* Sarmien. *lib. 1. ſelect. interpr. c. 6. n. 7.* Caualc. *dec. 29. n. 18. to. 1.* Plot. *in l. ſi quando, n. 341. §. ſcias quod C. vnde vir.* Salcedo dicens ſic declaraſſe Cardinales in *pract. cano. 2. 73. §. primo ante omnia.* Vera. *append. ad ſpecul. toto dub. 1. & dub. 11. in fin.* nouiſſimè Sanches poſt multos quos refert & ſequitur *de matrimo. lib. 3. diſp. 5. nu. 3.* nec proprij Parrochi defectus potuit inualidum reddere hujuſmodi matri-
3 monium, cùm de jure communi quicumque Sacerdos ſuffeciſſet, imò ſola cohabitatio animo maritali, Sanches *d. lib. 3. diſp. 18. in princ.* cumque Concilium Trident. non fuerit publicatum in Gallia, decretum ejuſdem in *c. 1. de reforma. ſeſſ.* 24. non afficit Gallos ſine proprio Parrocho in Gallia contrahentes matrimonium, vt probatur ex *d. c. 1. in fin.* vbi ſtatuitur decretum illud, robur non habere in vnaquaque parrochia, niſi
4 poſt triginta dies à die publicationis in illa, nec ſecularis Princeps in d. conſtitutione Bleſenſi potuit inualiditatem matrimonij defectu proprij Parrochi decernere ex fusè traditis per Peleum *aux act. Forenſ. lib. 3. actio. 3. fol. 621. in fin. cum ſeqq.* & in omnem euentum vbi ſequuta fuit copula, *diſſolui hujuſmodi matrimonia non poſſunt*, vt arreſtò ſupremi Senatus Pariſienſis fuit de-
5 cretum 11. Decemb. 1576. idque confirmatur, quia ſimplex promiſſio ſponſaliorum de futuro, tranſit in matrimonium per copulam *c. 15. qui fidem ext. de ſponſal.*

His tamen non obſtantibus contrarium intrepidè aſſerendum eſt, dictumque matrimonium nullum & inualidum pronunciandum, & per conſequens donationem, vt infrà dicetur. Nam etſi ante Concilium Tridentinum matrimonia clandeſtina fuerint valida, ta-
6 men per decretum ejuſdem *d. c. 1. ſeſſio. 24. de reforma.* defectus proprij Parrochi vnius ex contrahentibus ea reddit omnino nulla & irrita, Nauar. *d. tit. de clandeſt. deſponſa. conſ. 2. ſum. lati. c. 5. in fin.* Menoch. *conſ. 398.* vbi variorum Doctorum conſilia congerit idem aſſerentium, & Rotæ ſententia deciſum eſſe affirmat, Rota *dec. 643. & 656. to. 1. in nouiſſi.* Salzedo *pract. cano. c. 73. noua editio. §. 14.* Segur. *in directo. jud. 2. part. c. 15. nu. 46.* Vera. *d. loco dub. 5. concluſ. 2.* Sanches *d. lib. 3. diſp. 19. nu. 2.* qui multos refert & ſequitur.

Nec valet reſponſio, dictum Concilium non eſſe publicatum in Gallia: nam quoad id, decretum *d. c. 1. ſeſſio. 24.* per dictam conſtitutionem Bleſen. Henrici III. de anno 1579. homologatam anno 1580. Charond. *reſponſ. lib. 11. c. 104.* re ipſa fuit receptum & publicatum, cùm dicta conſtitutio eidem decreto ſit conformis, declarétque inualidum matrimonium ſine præſentia proprij Parrochi contractum, & vt omnem contradicendi cauſam adimamus, non ex vi ſolius Concilij, ſed ex vi Conſtitutionis Bleſenſis: adde ſi velis, ex vi ſolius dictæ Conſtitutionis, dicimus hujuſmodi matrimonium inualidum defectu proprij Parrochi. Quamuis enim Princeps ſecularis non poſſit circa inualiditatem matrimonij decernere, & quod validum ab Eccleſia deciditur, inualidum decernere, & contra quod inualidum ab Eccleſia deciditur, validum decernere: tamen quando conſtitutio Principis 7
ſecularis conformis eſt conſtitutioni Eccleſiæ circa validitatem matrimonij, ea ſuam vim ſortitur, cùm id faciat coadjuuando legem canonicam *glo. in clem. Romani in ver. ſolli ext. de electio.* Imol. *in c. ex tua, n. 11. ext. de cleri. non reſiden.* Ancha. *conſ. 21. n. 4.* Couar. *in epito. lib. 4. decreta. part. 2. c. 6. n. 18.* de quo Felin. *in c. 1. nu. 13. de ſponſal.* & Mozaius *de matrimo. tit. de natural. lib. nu. 22.* & in terminis noſtris Peleus *d. actio. 3. fol. 683.* vbi conſtitutionem Regiam circa nullitatem hujuſmodi matrimonij ſeruandam eſſe docet. Et planè ſic ſe res habet, quod cùm in Gallia videretur Concilium Tridentinum non eſſe generaliter, in ijs quæ fidem non reſpiciunt, recipiendum, pleraque in eo decreta quæ Regno Gallico admodum conducere viderentur, conſtitutione Regia ſancita fuerunt, inter quæ hoc decretum fuit circa clandeſtina matrimonia. Atque hæc ſententia, hodie ſcilicet in Gallia hujuſmodi matrimonia, quamuis per copulam conſummata, nulla & irrita eſſe, ac talia, quoties caſus accidit, declarata fuiſſe, certiſſima eſt, & varijs arreſtis ſupremi Senatus Pariſienſis confirmata. Dictus enim Senatus poſt arreſtum 8
ſuprà mentionatum, verbis Concilij melius & diligētius conſideratis, nec non dictæ conſtitutionis poſt dictum arreſtum de anno 1576. vt patet ex *Cod. Henric. lib. 6. tit. 2. c. 1.* hujuſmodi matrimonia nulla pronuntiauit 27. Septemb. anno 1600. & 12. Julij 1601. Charond. *lib. 11. reſp. reſp. 104.* Pele. *d. actio. 3. in fin. fol. 677. & in fin.* vbi inſeritur d. arreſtum de anno 1601. aliudque recenſet de anno 1603. 11. April. id Charond. in *glo. ad Co. Henric. d. tit. 2. c. 1.* & *in Pandect. iu. Gall. lib. 2. c. 4. fol. 19.* & in Senatu Tholoſano, Meynard. *lib. 4. c. 5. n. 4. & in fin. & c. 51. in fin.* quod adeò verum eſt, vt ex ſolo defectu denunciationum, ſoleant hodie in Gallia matrimonia nulla pronuntiari, vt Charond. & Pele. dict. locis atteſtantur, quod verba d. conſtitutionis Bleſen. clara ſint: (quæ tamen in re Charon. *d. c. 104. lib. 11.* in majoribus dubitat) quantumuis DD. d. Conciliū Trident. *in d. c. 1.* quoad defectum denunciationū aliter interpretentur.

Nec obſtat quod ſuprà propoſitum fuit, ſponſalia 9
per verba de futuro, tranſire in matrimonium: nec enim ſumus in illis terminis, quandoquidem illa promiſſio pendente matrimonio facta, prohibita erat, nec potuerunt ſponſalia contrahi à conjugata, nec geſta per dictam viduam circa mediam noctem, ſponſalia, ſed matrimonium nullum & prohibitum fuerunt, ex vi cujus copula ſequuta, damnatus coitus, non matrimonium, eſt.

Sed demus nos verſari in illis terminis, dicimus *c. is qui fidem*, ſicut & matrimonia præſumpta per Concilium Tridentinum ſublata fuiſſe, nec ſponſalia per copulam tranſire in matrimonium, quod ſine Parrochi præſentia, aut licentia, nullo modo poteſt eſſe validum, Nauar. *ſumm. Latin. c. 25. num. 144. & c. 27. num. 141.*

Anton.

Anton. Cucus *lib.* 3 *inſti.tit.*12.*num.*105. Menoch. *præſ. lib.* 3. *præſ.* 1. *num.* 99. Gutiertes dicens ſic declaraſſe Cardinales *quæſt. cano. lib.* 1. *cap* 18. *num.* 14. *& de iuramen.* 1. *par. cap.* 51. *num.* 12. 13. *&* 14. Maiol. *de irregula. lib.* 5 *cap.* 4. *num.* 9. Spino. *in ſpecu. teſtam. gloſ.* 15. *num.* 56. 65. *&* 66. Vera *in* 1. *par.* Spec. *artic.* 20 *in fin. & in appen. dub.* 9. *in fin.* Sanches *de matrim.* multos referens *lib.* 8. *diſp.* 40. *num.* 5.

Nec dicas dictum Concilium non eſſe receptum in ijs, quæ non reſpiciunt fidem: nam cùm conſtitutio Bleſenſ. ſit dict. Concilio conformis, quæ interpretatio datur Concilio, vt ſcilicet ex eo quod proprij Parochi præſentia requiritur, ſponſalia non tranſeunt per copulam in matrimonium, eadem interpretatio dict. conſtitutioni neceſſariò eſt danda, atque huiuſmodi ſententiam in Gallia eſſe veriſſimam, nec per copulam ſponſalia tranſire in matrimonium, Arreſtis ſupremi Senatus Pariſienſis cautum fuit 12. Ian. 1604. & 1. Sept. 1603. & dicto Arreſto 1604. fuit prohibitum omnibus Officialibus ne ſuper huiuſmodi matrimonijs præſumptis decernerent citationem, quæ de re Sernin. *lib.* 3. *de ſes plaidoyers cap* 5.

Ex quibus ſequitur veriſſimum eſſe quod ſuprà firmauimus, prædictum matrimonium ex defectu aſſiſtentiæ proprij Parochi nullum & irritum, & tale declarandum eſſe, quod etſi ex ſe ſolum ſufficeret, tamen coadjuuatur varijs circumſtantijs in hoc caſu concurrentibus. 1°. quia vltra defectum proprij Parochi, ad-
10 eſt & defectus denunciationum, cujus in Gallia ſolet haberi ratio, Charond. & Pele. vbi ſup. ſicut reuera vbi ſolitæ ſunt fieri, ſicut in Gallia fieri conſueuerunt, vt notorium eſt, hujuſmodi defectus eſt maximè conſiderabilis Menoch. *conſ.* 69. *n.* 67. 2°. quia circa mediam noctem, in domo priuata, non adhibitis parentibus & amicis d. domicellæ contractum fuit. Menoch. *lib.* 3. *præſ. præſ.* 4. *n.* 14. 3°. quia adhibitis teſtibus armatis numero quidem quatuor, ſed quorum vnus notarij officio functus fuit contractum matrimonij ſumendo, & ſic tantùm tres teſtes dici poſſunt interfuiſſe, cùm tamen Ordinatio Regia quatuor requirat. 4°. quia illi tres teſtes ita & eo modo fuerunt adhibiti, vt cæteri omnes qui intereſſe vellent, fuerint excluſi, ex qualitate ſcilicet temporis, loci, & quod fuerint armati, in qua excluſione DD. magnam vim faciunt, dum de clandeſtino matrimonio, etiam ad effectum illegitimitatis prolis, loquuntur, Maſcard. *concl.* 1035. Rolan. à Val. *conſil.* 93. *num.* 27. *cum ſeqq. lib.* 5. 5°. ex donatione inſolita mediæ partis bonorum d. domicellæ, cùm è contra viri plus ſoleant dare vxoribus, quàm vxores viris, in caſum ſuperuitæ. 6° ex inæqualitate perſonarum, quæ etſi ſola, non reddat matrimonium nullum, inducit tamen magnam præſumptionem, vt matrimonium dicatur illegitimum, ideoque plures ſolemnitates requiruntur pro probatione matrimonij inter perſonas inæquales contracti, *l. donationes ff. de donatio. can. ſi quis ancillam* 29. *q.* 2. & in terminis Peleus *lib.* 8. *actio.* 56. *fol.* 945. Poſtrema ex eo quod vir erat pharmacopola qui ſolebat domi dict. domicellæ inſeruire, vt veriſimiliter exiſtimandum ſit aliquod philtrum dict. domicellæ dediſſe, vt illius mentem obcœcaret, & ad ſui amorem compelleret, ad nota. in *l. ſi medicus ff. de vari. & extraordi. cognit.*

Stat igitur firma ſententia, ſcilicet hujuſmodi matrimonium nullum, quo nullo exiſtēte, prædicta quo- 10
que donatio medietatis boobtum nulla eſt & Irrita, cum fuerit facta in contractu dicti matrimonij, & ejus contemplatione, ſitque correſpectiua ad illud, Menoch. *conſ.* 136. *n.* 14. & latiſſimè *de præſ. lib.* 6. *de præſ.* 12. *n.* 12. & ſequitur Crauet *conſ.* 298 *n.* 13. de Franch. *dec.* 52. *&* 205. Pechi. *de teſta. conjug. lib.* 1. *c.* 4. *per tot.* poſt Doctores in *l. cùm hic ſtatus §. ſi quis ſponſam ff. de donat. inter vir. & vxor.* Jo. Bap. Coſta de ſcientia facti *inſpect.* 8. & ſæpenumero arreſtis ſupremi Senatus Pariſienſis in terminis clandeſtini matrimonij ita decretum fuit, præſertim de menſe Maij 1582. & vltima Auguſt. 1602. Charond. *d. lib.* 6. *tit.* 2. *c.* 1. *Code Henry*, Pele. *lib.* 7. *actio.* 2. *in fin.* & in Senatu Tholoſa. Meynard. *lib.* 4. *c.* 5. *num.* 5. *& in fin.*

ARGVMENTVM.

Confidentia & Simonia quomodo probentur, Et quando ex his beneficium vacet.

SVMMARIVM.

1 *Confidentia probatur per teſtes.*
2 *Et per præſumptiones, conjecturas, & ſigna.*
3 *In ijs quæ ſunt difficilis probationis, admittitur probatio per conjecturas.*
4 *Per confidentiam beneficium vacat ipſo jure.*
5 *Ideóque ex illius reſignatione nullum jus reſignatario competere poteſt.*
6 *Simonia verè realis debet conuentionalem in ſe continere.*
7 *Simonia probatur præſumptionibus perſpicuis & euidentibus, etſi de priuatione beneficij ageretur.*
8 *Teſtes ſingulares non præſumuntur, niſi tales probentur.*
9 *Simonia per teſtes ſingulares cum adminiculis probatur.*
10 *Teſtes ſingulares ſingularitate cumulatiua probant.*
11 *Confidentia probatur per teſtes ſingulares.*
12 *Per ſimoniam realem beneficium vacat ipſo jure.*
13 *Per ſimoniam in aſſecutione beneficij à tertio commiſſam, etiam per reſignationem, ignoratam, beneficium vacat ipſo jure.*
14 *Nec poſſeſſio triennalis, ſi conſtet de ſimonia, prodeſt in pleno poſſeſſorio retinenda, etſi alioquin ob ignorantiam, allegatio ſimoniæ non impediat, quin interim in poſſeſſione manuteneatur.*

CONSILIVM CCXXV.

EX depoſitionibus teſtium mihi exhibitis in lite pendente inter Joannem Martinum Presbyterum, contra Joannem de Liers, ratione Prioratus de Villeperdrix factis, tria reſultant diſcutienda: Unum, de his quæ acta fuerunt antequam dict. Prioratus reſignaretur. Alterum, de ijs quæ circa reſignationem ratione dicti de Liers, & collationem ſibi factam. Poſtremum de ijs quæ poſt dictam collationem geſta fuerunt. Poſtremum rurſus in duo diuiditur.

quædam enim in ipſa poſſeſſione, alia verò poſtea
acciderunt.
Quoad primum pleniſſimè per 1.2. & 3. teſtem pro-
batum fuit dict. Prioratum per plures annos, & diuer-
ſas perſonas, & nouiſſimè per quendam Bonetum, in
confidentiam & Commendã domini Claudij de Hau-
tuilard poſſeſſum fuiſſe, & vnoquoq; anno illi ducen-
2 tas libras olei datas, per quos probari confidentiam
certiſſimum eſt, vt fusè docet Flamin. *de confiden. qu. 65.*
præſertim cùm rationem reddant per illum corporis
ſenſum quo percipitur id, de quo rogantur, *l. qui teſta-
mento hæres inſtituitur §. vlt. verſ. ſi vel ſenſu ff. de teſta-
ment* Abb. *in cap. cum cauſam ext. de teſtib.* Flamin. *d. loco*
2 *nu.* 14. maximè cùm per præſumptiones, conjecturas,
& ſigna probari poſſit ex communi DD. ſententia in
praxi recepta vt per Caputaquenſ. *dec.* 200. *nu.* 6. *par.* 1.
Gabriel. *conſ.* 184. *num.* 10 *lib.* 2. Nauarr. *in manua. c.* 23. *ſub*
3 *nu.* 100. Nec mirum, cùm ſit difficilis probationis, quo
caſu admittitur probatio per conjecturas, Archidiac.
in c. inter memoratas 16. *q.* 3. Imol. *in c. veniens de verbo ſi-
gnifi.* & eſt communis DD. ſententia, vt latè reſoluit
4 Marſil. *in rub. C. de probatio. n.* 313. Ex quo ſequitur dict.
Bonetum tanquam confidentiarium ipſo iure priuatũ
dict. Prioratu, nullúmq; ius in eo ſibi competijſſe, Fla-
min *d. loco q.* 58 *nu.* 10. idq; ad exemplum Simoniæ realis
5 *extrauag. cum deteſtab. de Simon.* ex quo etiam ſequitur d.
Bonet non potuiſſe reſignare d. beneficium, nec vllum
ius dicto de Liers ex dicta reſignatione competere po-
tuiſſe, Alphon. Hoteda *de incompati. benefi. c.* 13. *nu.* 62. &
64. Flamin. *d. qu.* 58. *n.* 17. cùm enim nullum ius d. Bonet
competeret, nullum quoq; ex vi ſuæ reſignationis in d.
de Liers trãsferri potuit. Quoad ſecundum, in quo po-
tiſſimum inſiſtendum eſt, probatam fuiſſe Simoniam
realem pacto præcedente contendimus, quæ in ſe con-
uentionalem contẽtam habet, qualis debet eſſe, vt ve-
6 rè realis dicatur, Maſcard. *concluſ.* 1301. *n.* 14. Farinac. *dec.*
26. *nu.* 1. nam quatuor primi teſtes & decimustertius de
ducentis libris olei domino de Hautuilard per rende-
rios vel patrem d. de Liers præſtitis diſertè deponunt:
quod verò ex conuentione præcedenti præſtiterint, ra-
tione cuius ſequuta fuit reſignatio, ex perſpicua & eui-
denti præſumptione probatur, quia ſcilicet cùm ante
dictam reſignationem d. de Hautuilard ſolitus eſſet à
ſuis confidentiarijs ſimilem quantitatem olei accipere,
neceſſario concludendum eſt ex pactione præcedenti
ſimilem quantitatem dictum de Liers, ſeu eius patrem,
7 domino de Hautuilard ſoluiſſe: probari verò Simoniã,
etiam ſi de priuatione beneficij agatur, ex præſumptio-
nibus, dum tamen ſint perſpicuæ, & euidentes, certiſſi-
mum eſt, Farinac. *dec* 9 *cum additio. lit. A. dec.* 63 *n.* 1. &
dec. 111. *nu.* 4. & fusè Flami. *de confiden qu.* 71. *n.* 24. Clar. *in
§. Simonia nu.* 12 *per tex. in c. ſicut. de Simon.* idq; præſer-
tim quia tertius teſtis deponit non niſi per ipſum ſte-
tiſſe, quominus dictus Prioratus vni ex filijs ſuis con-
ferretur, n dictam ſolutionem quantitatis olei promit-
tere voluiſſet ex quo demõſtratur d. de Liers non niſi
ſub huiuſmodi conditione reſignationem d. Prioratus
procuraſſe. Sed ſecundus teſtis de ipſa cõuentione cla-
rè deponit in his verbis, *A conuenu que lon continueroit
de luy bailler annuellement leſdits deux quintaux d'huile*
His adde quoad hic non agitur de Simonia integrè
per præſũptiones probanda, ſed ſolùm de pacto: nã ſo-
lutio annua olei clariſſimè & ſufficientiſſimè probatur,
cuius pactio propterea facilius probatur, & nedũ Si-
monia probata fuit contracta cum domino de Hau-
tuilard, ſed etiam cum. d. Bonet poſſeſſore vt reſigna-
ret beneficium, quod in confidentiam d. de Hautui-
lard tenebat, primum ſcilicet in his verbis, *En façon que
ledit Bonet remette le Prieuré audit Sieur de Liers, en
donnant audit Bonet quelque argent*, ſecundùm in his,
*que par meſme moyen il fust donner quelque partie d'ar-
gent audit Bonet.* Tertium in his, *qu'il luy auoit fallu don-
ner* 60. *eſcus à vn Monſieur de Mole de Lyon. & à Mon-
ſieur Bonet.* Nec obſtat, ſi dicatur, teſtes, de quibus agi- 8
tur, eſſe ſingulares: nã eſſe tales non eſt probatum, ideó-
que conteſtes præſumuntur, vt in ſimili, & terminis Si-
moniæ docet Farinac. *dec.* 9. *n.* 5. præterea teſtes ſingu- 9
lares cum adminiculis, quæ hic adſunt, præſertim con-
tinua & annua ſolutio olei, probant Gabriel. *de teſtib.
concluſ.* 2. *in fin.* Farinac. *d. dec.* 9. *n.* 6. denique huiuſmo- 10
di ſingularitas eſt cumulatiua, & quoad confidentiam 11
certiſſimum eſt per teſtes ſingulares probari, Nauarr. *in
manua. ca.* 23. *n.* 100. Flami. *d. tract.*
Ex quo ſequitur nullum ius d. de Liers in eodem 12
beneficio competere: realis enim Simonia, qualis eſt
hæc, operatur vt ipſo iure beneficium vacet, extrauag.
cum deteſtabile. de Simon. & eſt communis omnium
DD. ſententia, Caſſado. *dec.* 1. *de conſti.* Flamin. *d. loco qu.*
58. *num.* 11. & 12. & *de reſignat. benefi. lib.* 5. *qu.* 6. *nu.* 61. *lib.*
7. *qu.* 2. *nu.* 12. *lib.* 14. *q.* 2. *nu.* 16. Farinac. *dec.* 23. *nu.* 3. nul-
lum enim titulum acquirit Simoniacus *c. nobis fuit.* &
*cap. conſuluere de Simon. ca. cum vniuerſorum de rerum per-
muta.* Archidiac. *in cap. cum ordinatione* 1. *qu.* 1. Pariſienſ.
conſ. 29. *nu.* 1. & *conſ.* 30. *nu.* 2. *lib.* 4.
Tota difficultas conſiſtit in eo quod poteſt objici
dictam Simoniam commiſſam fuiſſe à patre dicti de
Liers Prioris, quam ipſe ignorare prætendere poteſt,
ac propterea vitium patris ſibi nocere non debere. Sed
reſpondetur, ſaltem ex poſtfacto eum ſcientiam dictæ
Simoniæ per patrem commiſſæ habuiſſe, eámque fa-
cto & re ipſa ratam habuiſſe: cùm enim per tot annos
dict. quantitas olei ſoluta fuerit, non potuit conuen-
tionem, illiuſq; executionem ignorare: Aut enim fru-
ctus percepit, aut non, primo caſu neceſſario ſciuit ſo-
lutionem dictæ quantitatis olei. Secundo verò con-
fidentiarius eſt patris, & eo reſpectu priuatus eſt be-
neficio ipſo iure: in beneficialibus enim pater non eſt
legitimus adminiſtrator, nec fructus beneficij ad
ipſum ſpectant. Sed dato, & non conceſſo, filium dict.
Simoniæ, & ſolutionis olei ignorantiam huc vſque
habuiſſe, non propterea minus eſt priuatus ipſo iure
dicto beneficio: certiſſimum enim eſt in iure Simo- 13
niam à tertio commiſſam in reſignatione beneficij, vt
patre, fratre, vel alio, adeò rem & beneficium ipſum
afficere, vt nullum ius ex ea in prouiſum, quantumuis
ignorantem, transferatur, & non minùs tunc, ac ſi ipſe-
met prouiſus Simoniam commiſiſſet, beneficium i-
pſo iure vacare cenſeatur, vt in terminis docent Abb.
in cap. pen. 1. & 2. *notu. per eum text. de electio* & *in cap.
nobis* 1. *notu de iu. patronat.* cum alijs citatis per Roccum
de iu. patrona. in verb. eſt vtile quæſt. 3. Marol. *de irregu-
la. lib.* 5. *cap.* 45. *num.* 2. Farinac. *deciſ.* 83. *num.* 5 & *dec.* 101.
& *deciſ.* 103. *num.* 6. & ita ſæpius in Rota Roma. iudica-
tum refert Flami. *de reſigna. benefic. lib* 14. *quæſt.* 7. *num.*
37. *cum ſequent.* etſi ignorantia eum ab alijs pœnis, ex-
communicationis ſcilicet, infamiæ, & priuationis a-
liorum beneficiorum, in quibus Simonia non eſt com-
miſſa, excuſet, Flami. *dict. loco num.* 40.
Nec obſtat ſi quis dicat ob triennalem poſſeſſio- 14
nem, data ignorantia, eum manutenendum, ex
Sarnenſi *reg. de triennu. quæſtion.* 12. id enim proce-
dit, quando de Simonia non conſtat, nam allegatio
Simoniaci triennij non impedit, quin interim proui-
ſus manuteneri debeat in poſſeſſione. Sed vbi ſumus
in pleno poſſeſſorio, & vbi de Simonia conſtat, non
eſt dubium, quin nedum manutenendus non ſit, ſed
ab ipſo poſſeſſio ſit auocanda, nullo enim modo
ea permanere poteſt: cùm enim per alium, prouiſo
ignorante

ignorante, ſimonia eſt commiſſa, quamprimum Seios
vir debet renunciare, Abb. *in c.niſi n.6.verſ.ſi autem,de
renunciatio.* Mili.*in reperto.ver. Simoniacus, verſ.ſecus ſi
per alium.* Syluest.*ver.ſimonia §.12. nu.12. verſ.octauum.*
fusè Flamin.*d.tract.lib.7.q.2.nu.35.*

Quoad tertium, circa nullitatem adoptionis poſſeſ-
ſionis per Procuratorem Regium factæ, & conuentio-
nem cum Conſulibus d. loci, ad ſcripta mihi exhibita
me remitto, concludendo in fauorem d. Martini pro-
nuntiandum, ſaluo ſemper meliori judicio.

ARGVMENTVM.

DE alienatione rei fideicommiſſo conditionali ſubjectæ.
An & quando res ſubjecta fideicommiſſo conditionali, quod verbo dicitur *particulare*,
pro ſolutione legatorum alienari poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Res fideicommiſſo ſubjecta pro debitis ipſius teſtatoris,
funeris impenſis, & legatorum ſolutione alienari
poſſunt.*
2 *Dies incertus in vltimis voluntatibus pro conditione
habetur.*
3 *Ante conditionis euentum creditor agere non poteſt:*
4 *Quia ante dictum euentum non eſt nata actio.*
5 *Judicia non debent reddi eluſoria.*
6 *Contractuum conditionalium vis & effectus tranſit ad
hæredes actiuè & paſſiuè.*
7 *Secus in vltimis voluntatibus, in quibus legata condi-
tionalia non tranſmittuntur.*
8 *Grauatus fideicommiſſo, etiam particulari, ſub condi-
tione tamen, ea pendente, poteſt rem fideicommiſſo
ſubjectam alienare.*
9 *Nec reſoluitur alienatio niſi per conditionis euentum.*
10 *Et ante non poteſt, vocatus, alienationem inhibere.*
11 *Legatum Caſtri, certo modo dicitur vniuerſale.*
12 *Idem eſt judicium fideicommiſſi quoad verba* particu-
laris, *& re ipſa vniuerſalis, ac vniuerſalis quoad
verba & rem*
13 *Verba declaratiua ad proximiora ſunt referenda.*
14 *Quod magis dilecto non licet, nec minus dilecto licere
debet.*

CONSILIUM CCXXVI.

PErpanſis verbis teſtamenti Nobilis
quondam Hieronymi de Lopis ciuis Car-
pen. & maximè ſubſtitutionis in eo appoſi-
tæ, circa quæſtionem mihi propoſitam, an
diuerſa legata filijs & filiabus facta, ſint di-
minuenda ratione fideicommiſſi particularis hæredi
poſt mortem, ſub conditione injuncti, ita vt tam dicta
legata quàm fideicommiſſum pro rata ſint diminuen-
da, cùm hæreditas tanta non ſit, vt poſſint omnia in-
tegrè ſolui: paucis reſpondendum cenſeo, ea legata
integrè ſoluenda eſſe, nec vllam eſſe d. fideicommiſſi
habendam rationem, & pro ſolutione dictorum lega-
torum alienanda eſſe aliqua ex bonis fideicommiſſo
1 ſubjectis. Certum enim eſt in jure res fideicommiſſo
ſubjectas alienari poſſe pro debitis ipſius teſtatoris,
pro ejus funere, & pro legatis ab eo relictis perſoluen-
dis, *l. filiusfamilias §. diui ff. de lega.* 2. vbi ſic notauit
Rip. *num.24. & inf. l. pater filium, de lega.3. l. qui ſolidum
§.1. de lega.2. l. cum fides ff. de fideicom. liberta. l. Ariſto,
& l. ait Prætor ff. de jur. deliberan. & l. non ſolum ff. de pe-
titio. hæredi.* & ratio eſt, quia ad has cauſas alienatio
neceſſaria eſt, *l. alienationes ff. famil. erciſc. l. 1. ff. de fundo.
dota. & d. l. pater filium,* & in puncto conſulendo egre-
giè ſcripſerunt Socin. *conſ.16. n.12. lib.3.* Pacitol. *conſ.80.
nu.4. & 5.* Pala Ruuios in *repeti. rub. de donatio. inter vir.
& vxor. §.10. num.14.* Lodo. Molin. *de primogen. Hiſp.
lib.1. c.10. n.1.* & disertè Jaſ. *de legatis* loquens in *l. Mar-
cellus §. res quæ n.3. ad Trebellian.* nec dicendum eſt hoc
procedere tantùm in fideicommiſſo vniuerſali, nos
autem in particulari, quale eſt hoc noſtrum, & cùm
hodie fideicommiſſa particularia exæquata ſint lega-
tis, quemadmodum ſi legata excedant vires hæredita-
rias pro rata diminuenda ſunt, ita & quoque hoc caſu
idem dicendum eſt ratione iſtius fideicommiſſi parti-
cularis, quod ſi conjungatur cum cæteris legatis, abſ-
que dubio bona hæreditaria non ſufficient ad omnium
ſolutionem.

Reſpondetur enim primo, hujuſmodi fideicommiſ-
ſum eſſe conditionale, *ſi hæres inſtitutus liberos maſcu-
los reliquerit,* & ſic antequam conditio extiterit, nõ po-
teſt hujuſmodi diminutio fieri, caſu quo de jure faci-
enda eſſet, de quo poſtea. Cùm enim fideicommiſſum
reliquerit ſub conditione, *vel in diem incertum,* qui in 2
vltimis voluntatibus effectum conditionis operatur,
l. dies incertus ff. de cond. & dem. planum eſt ante euen- 3
tum diei, vel conditionis, creditorem agere non poſſe,
l. non quemadmodum ff. de judi. & ratio eſt, quia non eſt 4
nata actio, nec obligatio, *l. cedere diem ff. de verb. ſignif.
& l. item quia in princ. ff. de pact.* & ſine actione nemo
experitur, *l. ſi pupilli §. videamus ff. de negot. geſt.* & quia 5
ſententia, deficiente cõditione, reddi poſſet inefficax,
&, vt inquit text. in *l. litigatores § fina. ff. de arbit.* conſe-
quenter judicia eluſoria, quod jura plurimum abhor-
rent *l. ſi Prætor ff. de judic.* quod ſi hoc eſt in contracti- 6
bus conditionalibus, quorum vis & effectus tranſit ad
hæredes actiuè & paſſiuè, *§. ex conditionali Inſt. de verb.
oblig.* fortius eſt in legatis, fideicommiſſis, & ſubſtitu-
tionibus conditionalibus; quæ ad hæredes non tranſ-
mittuntur, *l. vni. §. ſin autem C. de cadu. tollen.* & ſic deci-
dunt Calcan. *conſ.21.* & Boeri. *dec.354. num.13* relati per
Marzar. *in repeti. q.5.* inutiliter igitur quæritur de contri-
butione nunc facienda, cùm nondum extiterit condi-
tio fideicommiſſi, & quod plus eſt, nondum natus ſit
is qui ſubſtitutus eſt, tantum abeſt, vt ſuperſtes ſit pa-
tri, quæ confirmantur ex *l. fatia §. ſi ſub conditione ff. ad
Trebell.* vbi elegans adducitur ratio noſtro facto con-
ueniens, quia ſi ante conditionis euentum fideicom-
miſſarius agere poſſet, plus ſibi tribueretur quàm teſta- 7
tor voluit, quod quidem abſurdum reputat textus il-
le. Ita in noſtro caſu ſi contributio nunc fieret, & dimi-
nutio, fideicommiſſarius etiam ſi natus eſſet, commo-
dum conſequeretur antequam teſtator voluit, & for-
ſan conditio non exiſteret, quod magis eſt, & interim
legatarij priuarentur commodo partis ſui legati con-
tra expreſſam voluntatem teſtatoris. Juſtum igitur eſt
vt bona diſtrahantur ad ſoluendum legata, & legatarij
interim ſuis legatis fruantur, quod ſi conditio deinde
exiſtat, obtemperatum & ſatisfactum erit voluntati
teſtatoris.

Secundo confirmatur hæc ſententia, quia ſi grauа- 8
tus fideicommiſſo, etiam conditionali, particularita-

men poteſt pendente conditione alienare, etiam nulla ſubſiſtente cauſa, ſed ex mera voluntate; multo magis id poterit, & debebit pro ſolutione legatorũ. Primum autem poſſe patet in *l. ſeruo legato §. ſi teſtator ff. de lega. 1. l. ſi hæres inſtitutus §. 1. ad Trebell. l. fina. §. ſin autem ſub conditione C. commu. de legat.* & non reſoluitur alienatio
9 niſi per euentum conditionis, glo. Bald. Paul. Iaſ. & omnes in *d. §. ſin autem*, per text. in *l. ſancimus §. ſin autem C. ad Trebell.* & in ſpecie, venditionem valere, donec pendet fideicommiſſi conditio, conſuluit Paul. Caſtr. *conſ. 370. lib. 2.* & ex profeſſo Alex. *conſ. 65. lib. 5.* vbi prætereà inquit emptorem non poſſe ſub prætextu fideicommiſſi recuſare executionem contractus, & pretij exhibitionem per text. in *l. habitationem §. 1. ff. de peric. & com. rei vendi. & in l. ſi poſt perfectam C. de euict io.* &
10 ideò valet venditio per hæredem facta, vt fideicommiſſarius conditionalis non poſſit inhibere alienationem ipſam, Calcan. *conſ. 58. col. 2. & 3.* Deci. *conſ. 323. in princ.* Ruin. *conſ. 109. n. 26. lib. 2.* Bertrand. *conſ. 108. lib. 1.* Marza. *q. 61.* Cephal. *conſ. 319. n. 1.*

Tertio, etiam ſi poſtea conditio exiſtat, non poſſet fideicommiſſarius repetere quod pro legatis ſoluendis diſtractum eſt, nec ſi nunc quoque conditio purificata eſſet, poſſet hujuſmodi diſtractionẽ pro legatorum ſolutione faciendam impedire: nam fideicommiſſum hoc, de quo agitur, etſi nomine, & quoad verba, particulare ſit, re tamen ipſa & in effectu eſt vniuerſale, non
11 tam quia de Caſtro iii. quo caſu certo modo vniuerſale dicitur, Crauet. in *rub. de lega. 1. n. 103.* quàm quia adeò magnum eſt, vt exhauriat quicquid hæres habiturus eſt, quo caſu certum eſt idem judicium eſſe faciendum de eo fideicommiſſo quoad verba particulari, quàm de eo quod vniuerſale eſt, etiam quoad verba,
12 non ſolum quoad rem, & vtriuſque eandem eſſe rationem, & juris diſpoſitionem docet Franc. Aretin. *conſ. 93. n. 6. verſ. ſi vero teſtator.* Benedict. in *c. Raynutius ver. in eodem teſtamento relinquens 1°. n. 233. verſ. quarto hãc concluſionem, & ver. ſi abſque liberis 1°. n. 24. ext. de teſtam.* Cepha. *conſ. 277. n. 39.* & loquuntur illi etiam in legato Ratio eſt manifeſta, quia nihil de verbis curandum ſit vbi re ipſa & in effectu apparet relictum eſſe vniuerſale, cùm itaque certum ſit res ſubjectas fideicommiſſo vniuerſali diſtrahi poſſe pro ſolutione legatorum, vt patet ex Iaſo. in *d. §. res quæ l. Marcellus* & alijs ſuprà allegatis; idem in hoc fideicommiſſo, quod verbo eſt vniuerſale, ſtatuendum eſt. Hoc verò tale eſſe patet ad ſenſum, cùm debitis & legatis ſolutis, non ſufficiant bona pro dicto fideicommiſſo integrè ſoluendo, cùm pars illius diſtrahenda ſit pro ſolutione illorum legatorum, & ea facultas, quæ datur hæredi, vt poſſit ad libitum diſponere de cæteris bonis vltra juriſdictionem & bona ſita in territorio de la Fare, necnon vltra domum, inutilis ſit, cùm vltra bona contenta in territorio de la Fare, & domum, nulla alia ſuperſint. Quinimò legitima filij erit de d. bonis fideicommiſſo ſubjectis detrahenda, cùm nulla adſint alia bona, ex quibus detrahatur.

Nec enitendum eſt probare non eſſe ita vniuerſale, nec abſorbere totam hæreditatem, ex eo quod cenſeatur teſtator ſolum ſubjeciſſe fideicommiſſo bona propria, hoc eſt, quæ ipſe acquiſiuit: nam ſi verba ponderentur, propriorum bonorum appellatione intellexit omnia, quæ materna non eſſent, ad quæ jus nominãdi vnum ex filijs habebat, vt & nominauit. Illa enim 13
verba, *Pour regard*, excluſiuè quoad bona, de quibus proximè diſpoſuerat, & incluſiuè quoad cætera omnia intelligenda ſunt. Illa enim verba ad proximiora, & ratione eorum referenda ſunt. gloſ. in *l. 1. de lega. præſtand.* Tyb. Decian. alios allegans *conſ. 3. num. 28. lib. 1.* Burſat. *conſ. 297. n. 7. lib. 3.* duorum enim tantùm generum bona fecit, maternorum ſcilicet, & cæterorum. Sed verba poſtea ſequentia rem clariſſimam reddunt, quibus nominatim fideicommiſſo ſubjicit juriſdictionem, & omnia bona tam juriſdictionalia, quàm alia ſita in territorio de la Fare. Poſtremò cùm certum ſit hæredem cogi diſtrahere bona vt ſoluat legata, nec impedire poſſe hujuſmodi diſtractionẽ, multo minus eam impedire poterit fideicommiſſarius, quantumuis nomine tenus particularis, qui omnia quidem bona detractis detrahendis, ſed non niſi poſt mortem hæredis, & ſub conditione habiturus eſt. Si enim magis dilectus 14
cogitur diſtrahere pro ſolutione legatorum, multo magis minus dilectus *l. Publius § vlt. ff. de cond. & dem.* Socin. ſen. *conſ. 250. col. 5. verſ. item ſi filiabus*, & *conſ. 251. col. 9. lib. 3.* Ruin. *conſ. 17. n. 4.* & *conſ. 142. n. 16. verſ. prætereà lib. 2.* Deci. *conſ. 205. n. 8.* & Curt. jun. *conſ. 22. nu 8.* quod quidem argumentum validiſſimum eſt, quoties negatiuè concipitur, hoc modo, *noluit hæredem plus habere, quàm quod ſupereſſet ſolutis legatis*. Ergo & quoque noluit fideicõmiſſarium plus habere, ſed ſolum id quod ſupererit. Quinimò minus quàm hæres, qui ſcilicet detractiones habiturus eſt, & ita ratiocinatur Menoc. *conſ. 204. n. 36.* atque ita juxta dictum conſilium factum fuit.

ARGUMENTUM.

DE fideicommiſſo poſt mortem relicto, ante mortem reſtituendo. Et an filius, retenta legitima, hæreditatem repudiare poſſit.

SUMMARIUM.

1. *Conditio impleri debet in ſpecie, quod quomodo intelligatur* num. 6.
2. *Qui promittit ex certo tempore, ante tempus ſoluere non poteſt*
3. *Debitor ſub conditione*, ante conditionis euentum, *non niſi volente creditore ſoluere poteſt*
4. *Rogatus poſt mortem, poteſt ante mortem reſtituere, &* nu. 7.
5. *Tempus in dubio cenſetur adjectum fauore illius qui debet dare.*
8. *Hæres grauatus poteſt ante caſum fideicõmiſſi reſtituere, non detracta Trebelliana, in præjudicium creditorum.*
9. *Qui ſemel eſt hæres, non poteſt amplius deſinere eſſe hæres.*
10. *Fallit quoad effectum, & rem ipſam, ſi confectum ſit inuentarium.*
11. *Filius non poteſt retẽta legitima hæreditatẽ repudiare.*
12. *Fallit ſi habeat cohæredem.*
13. *Vel datus ei ſit ſubſtitutus vulgaris, quod tamen non eſt ſine difficultate.*

CONSILIUM CCXXVII.

QVID agendum ſit Nobiliſſimæ Lucretiæ de François vxori Illuſtris & Magnifici domini Petri de Giraudis, domini d'Aubres, circa partem hæreditatis, nec non præ-

non prælegatum dimidiæ partis loci Caſtri-noui in
Prouincia Prouinciæ, epiſtola per me ad eumdem do-
minum d'Anbies ſcripta, ſatis ſignificaui. Sed propo-
nitur nona cautio, de qua nunc diſſerendum eſt: an ſci-
licet d. domina non expectata morte, poſſit nunc reſti-
tuere fideicommiſſum, retenta legitima, & fructibus
ejuſdem ſuper eodem Caſtro, idque ne in id inconue-
niens incidat, & tot fructus ex rebus ſibi relictis per-
cipiat, vt legitimam cjuſque fructus abſorbeant, nec
non vt poſſit præter legitimam, ea petere quæ ſibi ex
1 teſtamentu patris debentur. Et quamuis conditiones
apponantur pro forma, quæ propterea adimpleri de-
bent in ſpecie *l. qui heredi l. maximè ff de cond. & dem.*
2 quamuis etiam quando quis promittit ex certo tem-
pore, id eſt, poſt mortem, ante illud tempus non poſſit
3 ſolui, vel exigi, *l. promiſſor in prin. de conſtit. pecun.* quam-
uis denique ante conditionis euentum non poſſit ſol-
ui, nii creditori volenti *l. ſtipulatus iſta habere § inter
certum ff. de verb. oblig.*

4 Tamen certum eſt, cùm quis rogatur reſtituere poſt
mortem, eum poſſe ante mortem reſtituere, text. eſt in
terminis in *l. poſt mortem C. de fideicom.* & confirmatur
ex *l. patrem ff quæ in frau credit. & argum. l. ſub conditione
ff. de ſolut. & l. ſed addes §. ſi quis cum in annum ff. locat.*
ſecundum quam legem reſpondit Bart. *conſ. 131. lib. 1. in-
cip primo arguitur,* & Roman. *conſ. 452* idem reſpondiſ-
ſet, ſi in caſu ſibi propoſito fideicommiſſarius certus
5 fuiſſet, & ratio deciſionis eſt manifeſta, quia tempus
reſtituendorum bonorum adjectum eſt in gratiam &
fauorem hæredis grauati *l. cum qui calendis §. fin. ff de
verb. oblig.* & in dubio ſemper intelligitur tempus ap-
poſitum fauore ejus qui debet dare *l. cum tempus ff de
regul. jur.* cui fauori propterea hæres renuntiare potuit
l. pen C. de pact. vnde inter Juriſconſultos ſemper in cō-
tractibus inſpicitur, cujus fauore tempus ſit appoſi-
tum, vt ex eo ſciatur quando ante tempus debitum
poſſit exigi, vt in *l. qui Romæ in princ. ff de verb. oblig.*

Quæ verò in contrarium proponuntur, facilè di-
6 luuntur: quod enim dicitur conditiones haberi inſtar
formæ, & ideò ſeruandas, procedit ex Bal. in condi-
tione poteſtatiua, & ſimplici, vt quæ pro forma ſit ad-
jecta, non in gratiam & fauorem hæredis, vt ſcilicet v-
ti frui poſſit illis rebus tantiſper dum viuit, illi enim v-
tilitati ſuæ renuntiare poſſet, & hujuſmodi diſpoſi-
tionem conditionalem quidem, ſed ſecundum quid,
vocat: eodémque modo dicendum eſt ante tempus in
ſui gratiam appoſitum, ſoluere poſſe, volenti tamen fi-
deicommiſſario, qualis eſt noſter, cætera quæ *d. l. poſt
mortem*, oppugnare poſſent per Accurſ. diſſoluuntur,
& melius per Bartul. & Jaſon, nec dicendum nos eſſe
in caſu Roman. *d. conſ. 452.* ag que de perſona incerta:
nam cùm vnicus ſit filius, eſt jam perſona certa.

Sed cùm hîc agamus de particulari fideicommiſſo,
certior eſt ſententia noſtra, fideicommiſſum reſtitui
poſſe, cùm in eo diſtinguatur, cujus fauore ſit, vel
præſumatur tempus appoſitum, vel conditio, vt ſi fa-
7 uore hæredis, ante reſtituere poſſit: Si verò in fauo-
rem fideicommiſſarij, non poſſit, ex *l. ſi ita relictum §.
Pegaſus ff. de lega. 2. & l. cum de annu. legat. & l. an fidei-
commiſſi, §. cum Pollidius, de vſuris*, quamuis reuera in
vtroque, ſcilicet tam vniuerſali, quàm particulari, fiat
hujuſmodi diſtinctio, vt docet Jaſ. in *d. l. poſt mortem in
fin.* & poſſit reſtitutio ante conditionis exiſtentiam
fieri, eaque ſuſtineatur ſaltem in vim donationis ex
Bart. Jaſ. & alijs in *d. l. poſt mortem.* Stat igitur firma ſen-
tentia, grauatum de reſtituendo poſt mortem, fidei-
commiſſario non contradicenti, ante mortem teſti-
tuere poſſe.

Sed tria ſuperſunt, quæ hujuſmodi ſententiam op-
pugnare videntur. Primum, quòd hujuſmodi reſtitutio
in fraudem ſequentium fideicommiſſariorum videa-
tur fieri, ne ſcilicet legitima per fructus à d. domina
percipiẽdos abſorbeatur, maximè cùm per hujuſmo-
di reſtitutionem d. dominæ nihil deperear, quippe
quæ ſit filio ipſius. Sed huic dubio ſatisfit, ſi dicamus,
adeò reſtitutionem hujuſmodi ante mortem fieri poſ-
ſe, vt creditores hæredis, qui jus acquiſitum, & certum
habent, eam tanquam in fraudem factam, impugnare
non poſſint: & generaliter hæres grauatus poteſt, et- 8
iam ante caſum fideicommiſſi, res ipſas fideicommiſ-
ſarijs reſtituere cum fructibus, nulla etiam Trebellia-
nica detracta in creditorum præjudicium *d. l. patrem ff.
quæ in fraud. credit.* & ibi Alex. *in addi. ad Bartol.* & latè
Rebuff. *conſ. 176. num. 20 & 21.* & ante eos fuit dictum,
Bal in *rub. C. de reuo. his quæ in fraud. credito.* & nouiſſi-
mè Peregri. *de fideicom. artic. 3. nu. 127.* Multo magis igi-
tur hoc caſu id dicendum erit, quo nullum adhuc jus
ſequentibus fideicommiſſarijs eſt quæſitum, quinimò
incertum eſt, an aliquod habituri ſint, maximè cùm
agatur de legitimæ conſeruatione, quæ nullum onus
vel grauamen recipere poteſt, *l. quoniam in prioribus,
cum ſimil. C. de inoff. teſtam.* Præterea nulla fraus hîc
conſiderari poteſt, imò ſequentes fideicommiſſarij
commodum non mediocre (quod tamen Deus auer-
tat) habere poſſunt, decedente ſcilicet ſine liberis pri-
mo fideicommiſſario, eodémque filio d. dominæ Lu-
cretiæ, apertum eſſet fideicommiſſum in perſona eo-
rum, & ipſa priuaretur fructibus ejus quod legitimam
excederet.

Secundum, quod hanc ſententiam labefactat, eſt,
quia cùm ſemel ea adierit hæreditatem, non poteſt
amplius eam repudiare, ſemel enim hæres, non poteſt 9
deſinere eſſe hæres, *l. ait Prætor §. ſed quod Papinianus ff.
de minor.* & factū infectū fieri non poteſt, *l. in bello §. fa-
cta, de captiu.* Reſpondetur nos hîc non agere de repu-
dianda hæreditate quam adiuit d. domina Lucretia,
ſed ſolum de reſtituendo fideicommiſſo ante mortem.
Verum etſi tractaretur de repudiatione hæreditatis, 10
dicendum eſſet poſſe repudiari hæreditatem quam a-
diuit. Inuentarij enim beneficium hoc operatur.

Non quod actus aditionis hæreditatis & confectio-
nis inuentarij infectus fiat, ſed effectus reſultans de-
letur per inuentarium, vt eruditè docet Montical. in
tract. de inuenta. in præfa. num. 141. & ſeqq. & num. 145. ſic
alibi videmus legem facere deſinere hæredem eſſe li-
tedem, *§ in omnibus*, Nouel. *de hæred. & Falcid.* Sicut
enim clauus clauum trudit, ita vnum jus ciuile, aliud
l. nihil tam naturale ff. de regul. jur. hæreditas enim juris
ciuilis eſt, ſicut inuentarium.

Poſtremum, quo impugnatur ſententia noſtra, eſt 11
opinio communiter recepta, qua dicitur, filium non
poſſe retenta legitima hæreditatem patris repudiare,
Bartol. in *l. 1 num. 27. ff. de vulga.* & ibi Alex. *nu. 29.* Jaſ. *n.
52.* Rip. *nu. 156. & 157. cum ſeqq.* Alex. & Jaſ. in *l. 1. ff. de ac-
quir. hæred.* id. Alex. in *l. quæ poterat, ad Trebellian.* Re-
ſpondetur, vt ſuprà, nos non agere de repudianda hæ-
reditate retenta legitima: ſed ſolum, vt ſuprà dictum,
de reſtituendo fideicommiſſo ante mortem: & præ-
terea ea ſententia non procedit vbi cohæres datus eſt, 12
vt patet ex prædictis Doctoribus, & ex Decio in *l. 3. C.
de impub.* ſicut nec (quod magis eſt) vbi vulgaris ſub- 13
ſtitutus datus eſt, Bartol. in *l. gerit n. 23. ff de acquir. hæ-
red.* Paul. Caſtr. & Alex. in *d. l. 3. C. de impuber.* Jaſ. *ibid.
num. 152.* Couar. in *c. Raynutius §. 11. num. 11. ext. de teſtam.*
Menoch. *de præſ. lib. 4. præſ. 101. nu. 69.* Alex. Trentacinq.
de ſubſtitut. part. 1. c. 10. num. 27. quod tamen non caret
difficultate propter Ancharan. *conſ. 312.* & Sahcet. in *d.
l. quoniam in prioribus.*

Ex quibus concluditur d. dominam Lucretiam poſſe reſtituere fideicommiſſum, retenta legitima, ejuſque fructibus: & circumſcriptis verbis teſtamenti, poſſet etiam ea petere quæ ſibi ex teſtamento patrui debentur. Sed quia pater teſtator diſertè reuocat inſtitutionem de ea, & ſubſtitutionem de filio factam, caſu quo ea exigat, ſibi ex teſtamento patrui debita, ab ijs propterea omnino abſtinendum eſt.

ARGVMENTVM.

QVod tempus conſiderandum ſit in reſtitutione valoris rei dotalis, quóve æſtimari debeat valore.

SVMMARIVM.

1 *Cum agitur de reſtitutione rei dotalis, quæ æſtimari debebat, tempus quo data eſt, conſideratur.*

2 *Augmentum regulatur ſecundùm naturam dotis.*

CONSILIVM CCXXVII.

CVm in contractu matrimonij initi inter N. Imbertũ d'Aogeres, & domicellam Margaretam d'Albenas, inter alia d. Imbertus nomine dotis, & in fauorem nuptiarum dedenit eidem Margaretæ tantum quantum aſcenderet tertia pars omnium quæ ipſa deferet, & poſtea conſtante matrimonio ipſi Margaretæ ex ſucceſſione filiæ ex primo matrimonio ſuſceptæ plura bona obuenerint, quæ dotalia facta fuerunt, ob conſtitutionem dotis omnium bonorum præſentium & futurorum, quorum habendam eſſe rationem in d. donatione tertiæ partis, placitis ſupremæ Curiæ Toloſanæ judicatum fuit. Quæritur nunc vt ſciatur quanta ſit ea tertia pars, quomodo ſint æſtimanda ea bona, hoc eſt, cujus temporis ſit habenda ratio in æſtimatione dictorum bonorum, an ſcilicet contractus matrimonij, an quo filia deceſſit, & ſucceſſio obuenit, bonaque dotalia facta fuerunt, an verò præſentis temporis. Et vt deciſiuè quid ſentiam, paucis promam, exiſtimo habendam eſſe rationem temporis quo ſucceſſio obuenit, anni ſcilicet 1555. & non præſentis, quod ex verbis donationis patet, quæ ſunt hujuſmodi, *autãt que montera la tierce partie de tout ce qu'elle portera & baillera pour ſon douaire.* Quæ verba ſonant in tempus quo dos dabitur, non futurum: quod à fortiori probatur: nam ſi cùm agitur de reſtituenda æſtimatione rei dotalis, quæ æſtimari debebat, cùm data eſt, non conſideratur tempus reſtitutionis, ſed tempus quo æſtimatio fieri debebat, Socin *conſ.56.nu.7.lib.1.& conſ.60.lib.3. per tot.* Couar. *lib.28. pract. quæſt.* Jo. Ludouic. *dec. Peruſ.84.n.3.lib.2.* multo magis hoc aſſerẽdum eſt in æſtimatione quæ fieri debet ratione augmenti. 1 Quandoquidem cùm de dote ipſa agitur, de pecunia quæ ratione rei ad vxorem pertinuit, reſtituenda agitur, & nihilominus incrementum æſtimationis medio tempore ſuperueniens cedit lucro mariti, nec habetur ratio valoris niſi tempore, quo dos data eſt. At in noſtro caſu agitur de re quæ nunquam fuit vxoris, nimirum de eo quod maritus ei donat habita relatione ad dotem. Confirmatur hoc, quia tempore quo dos data eſt, etſi tunc æſtimatio facta non ſit, habetur tamen ac ſi facta fuiſſet, vt ſciatur quanta ſit tertia, quæ donata fuit, arg. *l. cùm ad præſens ff. ſi cert. pet.* Secundùm enim ipſarum naturam certum erat quantum res ipſa valebat, arg. *l. certi conditio in princ. d. tit. ſi cert. pet.* & quod in ſimili dicit Bal. Nouell. poſt glo. in *l. æſtimata ff. ſolut. matrim.*

Confirmatur rurſus, quia augmentum debet regulari ſecundùm naturam dotis, nec melioris debet eſſe conditionis quàm dos. Bal. *in l. etiam C. de jur. dot.* Panor. *in c. per tuas ext. de donat.* At verò ſi res dotalis æſtimanda fuiſſet, vt pecunia reſtitueretur, & non res, conſiderandum eſſet tempus datæ dotis, & non reſtitutionis, vt ſuprà demonſtratum eſt. Ergo idem dicendum eſt in augmento, quod quale, quantumque ſit, ſciri non poteſt, niſi habita relatione ad dotem ejuſque æſtimationem, quod non malè congruit ei quod dici ſolet, relatum eſſe in referente *l. aſſe toto, cum vulga. ff. de hæredi. inſtit.* 2

ARGVMENTVM.

AN intereſſe ſeu vſuræ pecuniæ pupillaris currant poſt minoritatem.

An poſſint excedere duplum.

Et an vſuræ vſurarum, ſeu intereſſe per ſingulos annos debeantur.

SVMMARIVM.

1 *Licet de jure ex mora irregulari, abſque interpellatione, vſuræ debeantur pendente minori ætate.*

2 *Tamen ea ceſſante currere deſinunt.*

3 *Fallit ſi tutor pecunias in proprios vſus conuertit, & ex illis ditior factus ſuit.*

4 *Tutor pecunias pupillares in emptionem prædiorum expendere, vel ad honeſtum lucrum tradere debet:*

5 *Alioquin tenetur ad intereſſe:*

6 *Præſertim ſi erga ſe ipſum diligens fuit.*

7 *Vſuræ generaliter non poſſunt excedere duplum.*

8 *Hoc tamen non habet locum in pupillaribus, quamdiu durat adminiſtratio, ſed ea finita duplum excedere non poſſunt.*

9 *Si tamen tutor in ſuam vtilitatem pecunias conuertit, tenetur ad intereſſe, etiam vltra duplum, poſt finitam adminiſtrationem.*

10 l. vo. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt, *non habet locum in intereſſe communi, ſed tantùm in ſingulari.*

11 *Intereſſe commune quid ſit.*

12 *Intereſſe ſingulare propter culpam in committendo, duplum excedere poteſt.*

13 *Quando tutor conuertit pecunias in proprios vſus, & conſtat de vero damno, totum refundere debet, etiam vltra duplum.*

14 *In* l. curabit C. de act. empt. *ceſſat moderatio dupli.*

15 *Vſuræ vſurarum prohibitæ ſunt.*

16 *Quod extenditur ad legales.*

17 *Intereſſe de vero intereſſe debetur per ſingulos annos.*

18 *Contrarium verius eſt.*

19 *Quod tamen intelligendum eſt, quando intereſſe debetur acceſſoriè, & non principaliter, ſecus ſi debetur principaliter, & vt ſors.*

20 *In judicio generali fructus augent ſortem.*

21 *Eoque caſu fructuum vſuræ debentur.*

22 *Tutor à ſe ipſo exigere debet, quod debet pupillo.*

23 *In Gallia tutor qui conuertit pecunias pupillares in proprios vſus tenetur ad vſuras vſurarum.*

CON-

CONSILIVM CCXXVIII.

PRoponitvr Iaumeto Ioobert, qui artem funium conficiendarum curauerat, multáſque huius artis merces & inſtromenta reliquerat, mortuo, relicto Spiritu eius filio & hærede, vxorem matrémque ipſorum reſpectiuè tutelam dicti Spiritus ſuſcepiſſe, dictámque artem continuaſſe per tres annos miniſterio Iaumeti Brunier famuli, qui & dicti Ioubert patris famulus fuerat: tandem dicta vidua dicto Brunier nupſit, iſque dictam Ioubert tutelam ſuſcepit, inuentarium confecit, eſpoſuitque Iudici, pupillo vtile fore, ſi merces & mobilia in incantu non diſtraherentur, ſed æſtimationem vſque ad ſummam, ad quam æſtimarentur in ſe ſuſcepturum, quod & factum fuit, dictámque negotiationem funium continuauit, ſubque eo dictus Ioubert eiuſdem artis tyrocinium fecit: cumque dictus Brunier de tempore vitæ dict. Ioubert patris, & quandiu dictæ viduæ non nupſit, nihil haberet in bonis, ex huiuſmodi negotiatione, quam etiam poſt finitam tutelam continuauit, admodum diues pro eius qualitate factus fuit, adeo vt facultates ipſius dicantur aſcendere ad ſummam trium aut quatuor millium aureorum. Finita tutela dictus Ioubert redditionem rationum non petiit, ſpe allectus ſe fore vitrici hæredem, qua fruſtratus, quod matre mortua, dictus Brunier ſecunda vxore ducta filiæ eiuſdem priuignæ ſuæ in contractu matrimonij eiuſdem, donationem dimidiæ partis bonorum fecerit, actione tutelæ dictus Ioubert expertus fuit, cùm à die finitæ tutelæ & fic 25 anno dicti Spiritus completo per decem & nouem annos cum dimidio vel circa tacuiſſet, & non niſi de anno 1612 agere cœpiſſet.

In diſpunctione verò rationum hæc dubia decidenda remiſſa fuerunt. Primum, an vſuræ ſeu intereſſe ſummæ, ad quam aſcendebat æſtimatio à die, quo eam ſuſcepit in ſe, alterius verò ſummæ, quam vidua eadémque vxor ei remiſerat, qua mediante ſe obligauerat ad alendos pupillos, à die, quo eos alere deſtitit, huc uſque & donec fuerint ſolutæ, cucurrerint: Secundum, caſu, quo cucurrerint, an potuerint duplum excedere: Tertium, an vſuræ vſurarum, ſeu intereſſe intereſſe per ſingulos annos debeatur.

1 Quoad quintum, dubium facit, quia, quamuis de iore ea mora irregulari abſque interpellatione, pendente minori ætate debeantur, *l. in minorum, C. in quib. cauſ. in*
2 *integ. reſtit.* tamen ceſſante minori ætate, currere deſinunt, *l. Titia Seio, §. vſuras, ff. de lega. 2.* gloſ. & Bart. *ibid.* Vincent. de Franc. *deciſ.* 16. *n.* 4. Eſcobar. *de ratioc. c.* 16. *n.* 31. qui ita limitãdam & intelligẽdam eſſe *l. in minorum*, contẽdit: quod præſertim hoc caſu ſtatuẽdom eſt, quo per decem & nouem annos cum dimidio, pupillus maior factus, & vigeſimum quintum annum egreſſus, redditionem rationum non petiit, ideóque per d. Brunier non ſtetit, quominus reſtitueretur tutela, & propterea ab vſuris excuſandus eſt, *l. tutor pro pupillo, §. 1. verſ. quin*
3 *etiam, & l. ſeq. maximéque.* Nihilominus contrarium videtur reſpondendum, vt ſcil. vſuræ currant, hoc caſu, quo pecunias pupilli in vſus ſuos conuertit, & ex illis diues factus fuit, per text. *in l. Lucius, § quæſitum, & l. tutor qui repertorium, §. fin. ff. de adminiſt. tuto.* vbi dicitur etiam poſt finitum officium vſuras debeti in diem quo tutelam reſtituit, quibus adde *l. 1. §. 1. in fi. ff. de vſuris. & l. vlt. C. de vſuris pupilla.* & ex his ita reſpondit Roman. *conſ.* 139. *n.* 4. & docent Gutier. *de tutel. par.* 3. *c.* 1. *n.* 81. *& c.*
4 9. *n.* 20. Monta. *eod. tract. c.* 32. *reg.* 9. *n.* 178. nam d. Brunier tenebatur pecunias pupillares in emptionem prædiorum impendere, vel alicui mercatori tradere ad partem honeſti lucri recipiendam, Bart. Caſt. & Alex. *in l. diuus Seuerus, ff. ad leg. Falcidi.* Conar. *varia reſol. c.* 3. *n.* 1. *verſ. illud ſanè.* Caualc. *de tuto n.* 114. Rol. à Valle *conſ.* 55. *n.* 17. *& conſ.* 49. *n.* 34. *vol.* 1. fusè Gutier. *d. tract. par.* 3. *c.* 9. *n.* 1. *& ſeqq.* alioqoin quod id non fecerit, debet condemnari 5
ad id quod intereſt, *d. l. tutor qui repertorium, §. ſi poſt depoſitionem, ff. de admin. tuto.* potiſſimum verò vbi erga ſe 6
ipſum tutor diligens fuerit in hiſce lucris acquirendis, *l. tutor ſecundum diligentiam, § 1. ff. de admin tuto.* Gutier. *d. c.* 9. *n.* 16 *& ſeqq.* quod hoc caſu, abſque vlla probatione per pupillum facienda, omnino ſtatuẽdum eſt, cùm ſemper in hac patria frequens fuerit annuorum redituum venditio, in quorum emptionem d. Brunier pecunias pupillares potuit expẽdere, vt tradit Gratian. *d. c.* 9. *n.* 23. quod cùm nõ fecerit d. Brunier, imò dictas pecunias in ſuos vſus conuerterit, & ex his ditatus fuerit, debet ad intereſſe quod pupillus paſſus fuit ad hæc vſque tempora condemnari, ne ex ſua fraude lucrum faciat, & cùm iactura aliena locupletetur, cõtra regulas iuris cõmunes, cùm bona fides non patiatur, vt ex alieno quis lucrũ ſentiat *l. idémque, §. ſi procurator. ff. mandati.* ideóq; debet d. pupillus cõſequi fructus, quos percepiſſet ex dictis reditibus, quos tutor emere debebat, *§. quoniam verò, Auth. vt qui obligator,* & in ſpecie declarat Gabr. *conſ.* 26. *n.* 10. *lib.* ſequitur Honded. *conſ.* 39. *n.* 4. *& 6. lib.* 2. quod etiã voluit Rota corã Penia in Roma. Bono. 26 Iun. 1602. vt teſtatur Grat. *diſcep l.* 1. 2. *c.* 240. *n.* 18.

Quæ verò ſuprà in contrarium deducta fuerũt procedunt & intelligenda ſunt, vbi tutor pupillarẽ pecuniã otioſam retinuiſſet, vel iiã debitoribus debita nõ exegiſſet, & ij facti fuiſſent nõ ſoluẽdo, & ſimilib. caſibus, nõ hoc, quo fraus d. Brunier adeſt, pecunias pupillares in vſus ſuos cõuertendo, & illis vtẽdo in dãnũ pupilli.

Quoad ſecundum, ſiquidem de vſuris agatur, generaliter verum eſt eas duplum excedere nõ poſſe de iore digeſtorum *l. ſi non ſortem in princ. verſ. ſupra duplum, de condit indeb.* etiam in traiectitiis negotiationib. *l. nihil intereſt, verſ. quod in ſingulos, ff. de naut. fœn. & Codicis l. vſura, C. de vſuris.* & cum eo iure moderatio dupli ceſſaret, vbi pignora data fuerãt tam pro ſorte, quàm pro vſuris, & cùm ſolutæ erãt vſuræ, quæ nõ computabantur in duplo: vtrumq; Iuſtinianus ſuſtulit, ſtatuitq; vt etſi pignora data eſſent, vſuræ nõ poſſent excedere duplum, *in l. pen. C. de vſuris.* & nedum ſoluendæ, ſed etiam ſolutæ in duplo computarentur, vt *in Nouel.* 121. cuius epitome reperitur, *in conſtit* 138. ideóq; per eã *d. l. vſura.* 7
fuit ſublata. Sed an hoc in vſuris pupillaribus habeat 8
locum Giamm. *deciſ.* 110. *n.* 33. poſt à ſe relatos, exiſtimauit non habere locũ quamdiu adminiſtratio durat, ſed ea finita duplum excedere non poſſe, ita tamen vt in duplo futuri temporis nullo modo computẽtur vſuræ præteritæ adminiſtrationis, ſed ſtent ſeorſim, tanquam quædam ſors ſeparata, quæ non poteſt conuerti in ſortem vſurariã & fructiferam reſpectu ipſius eiuſdem tutoris & debitoris: ſed bene reſpectu alterius noui debitoris, ſi ea ſumma realiter ad eum tranſeat, vt in puncto tradit & probat Roder. *de annu. reditib. lib.* 3. *q.* 3. *n.* 44. 46. 55. quod ſi ſequeremur, tantùm deeſſent quinque anni vel circa, quibus non deberentur vſuræ, cùm à die finitæ adminiſtrationis, & minoris ætatis d. Ioobert finitæ, vſq; ad litem motam, decem & nouem anni & quinque menſes fluxerint, à die enim litis motæ, etiam ſi vſuræ iam duplum æquaſſent, eas currere non eſt dubium, cùm per d. Ioobert non ſtet, imò per dict. Brunier, quo minus ſors ſoluatur. Sed quæſtio eſt in noſtro caſu, quo conſtat clarè de intereſſe d. Ioubert, & de lucro d. Brunier de pecunia pupillari, quam non in vtilitatem pupilli, vt debebat, ſed in ſuam conuertit,

an etiam vltra duplum poſt finitam adminiſtrationem,
tutum illud intereſſe d. Ioubert reſtituere debeat, & vi-
9 detur reſtituere debere, cùm non agatur de vſuris pu-
nitoriis ſeu morosis iuxta text. *l. vnica, C. de vſuris*, ſed
de compēſatoriis ratione intereſſe, quæ propterea ad
nominis odium tollēdum non vſuræ, ſed intereſſe vo-
cantur: cùm enim iſtud intereſſe peti nō poſſit niſi ra-
tione damni emergentis, & lucri ceſſantis, dicitur pro-
priè rei perſequutio, nō vſura, ideò non cadit ſub d. li-
mitationē dupli. Roder. *d. q. 10. n. 17.* Sed obſtat *l. vni.*
C. de ſent. quæ pro eo quod int. profer. qua Iuſtinianus mo-
derationem dupli, ad id quod intereſt, extendit, & tra-
dit Roderic. *d. q. 1. n. 32. & 84.* ſed reſpondetur id qui-
dem eſſe verū generaliter, ſed nō hoc caſu, quo de cer-
to intereſſe, & lucro ceſſante d. pupilli, de eodémq; per
10 tutorē facto conſtat: primo, quia *d. l. vni.* nō habet lo-
cum in intereſſe cōmuni, ſed tātum in ſingulari, Bart.
in d. l. vni. ſub n. 7 Bald. ibid. *n. 37. 38. & 40.* Placent. *antiq.*
gloſſat. Alciat. Salic. Soc. & Cagnol. *n. 18.* & quam ſentē-
tiam veriſſimā & omnino tenendā poſt Cagn. d. loco,
aſſerit Trentacinq. *variar. reſol. lib. 1. c. de intereſſe, n. 4.* de-
finitio verò cōmunis intereſſe videtur huic, de quo in
11 caſu noſtro, conuenire: definitur enim, vt ſit æſtimatio
dāni emergentis, aut lucri ceſſantis, ab omnib. rei noti-
tiam habentib. facienda, propter factum iniuſtum, vel
ceſſationem iniuſtam, Trentac. *d. c. de intereſſe, n. 4.* poſt
Rebuff. *in d. l. vni.* & definitio Bart. *in d. l. vni.* videtur
conuenire, cùm dicit intereſſe commune eſſe intereſſe
communiter æſtimatum *l. ſi ſeruum, ff. ad leg. Falcid.* ab
omnibus enim paſſim & communiter, abſq; eo quod
haberetur aliqua ratio ſingularis vtilitatis, intereſſe, de
quo agimus, æſtimaretur ad rationē ſeptem pro cente-
nario, ob promiſcuā & omnib. patentem venditionem
annuorum redituum ad huiuſmodi quoram: ſed hæc
reſpōſio non eſt tuta, quia intereſſe, de quo agimus, eſt
omnino extra rē: at verò exempla quæ dantur ad com-
mune intereſſe, ſunt de intereſſe, quod rei adhæret, vt
eſt æſtimatio quanti plurimi per text. *in l. 1. & in l. ſi ſte-*
rilis, §. cum per venditorē, & in l. datis, §. fina. & ibi gloſ.
ff. de act. empt. de qua Cagn. & Trentac. d. locis de equo
qui tradi debebat tēpore nundinarum, quo non facto,
carius emptus fuit, de quo Trentacinq. *d. loco n. 40.* poſt
Rebuff. *in d. l. vni.* cæteráque exempla per Cagnol. &
Rebuff. adducta, non minus ac ſuperiora, rei adhærent.
12 Secundò igitur reſpōdetur, quòd etſi verſaremur in
intereſſe ſingulari, tamē quia nedū eſt culpa omiſſio-
nis in nō emendo annuos reditus, ſed etiā commiſſio-
nis in conuertendo in proprios vſus, videtur modera-
tionem dupli ceſſare, & totum peti poſſe, per *l. Iulia-*
nus, in princ. ff. de action. empt. culpa enim commiſſionis
maior eſt, quàm omiſſionis *l. ſi mora, cum ibi notat. ff.*
ſolut. matrim. & ita docet Cagnol. poſt Bald. *d. l. vni. n.*
65. nec quoque hæc reſponſio videtur ſatisfacere om-
nino, quia vitium tigni, de quo *in d. l. Iulianus*, & ex
quo natum eſt damnum, inhæret rei, hoc eſt, tigno.
13 Tertia itaque & vera reſponſio eſt, quod quando in
proprios vſus pecunias pupillares conuertit, & conſtat
de vero dāno, ideóq; fraudolenter ſe geſſit, vt hoc caſu,
totū refundēdum eſt, quantumcumq; duplū excedat,
vt in puncto tradit Roderic. *d. tract. q. 7. n. 16. & q. 10. n. 1.*
idq; propter rationes ſuprà poſitas, ne tutor ex fraude
ſua lucrum ſentiat, & locupletetur cum iactura aliena.
14 Quæ confirmantur ex iis quæ dicuntur in terminis *l.*
curauit. quæ magnā cum noſtro caſu ſimilitudinem ha-
bet, paritatémq; rationis, minimum in ea ceſſare dupli
moderationem Io. Bapt. Lupus *d. tract. de vſuris in com-*
ment. l. curabis, § ... n. 1. .. & Rodet. *d. q. 10. n. 38.* & quod
al. qui DD. contendunt tutorem qui nō bona fide pe-
cunias pupillares in vſus ſuos cōuertit teneri ad duplū,
& præterea ad omnia dāna, intereſſe, & expēſas, vt Crau.
conſ. 386. per tot. & Caualc. *de tut. & curat. d. n. 116.* alij
in litem poſſe iurari, vt Plot. *in l. ſi quando, §. 5. n. 11. verſ.*
poterit etiam. C. de in lit. iuran. Farinac. *conſ. 96. n. 11.*
Quoad tertium certiſſimum eſt, quia vſuræ vſura- 15
rum prohibitę ſunt, & Iuſtinianus *in l. fi. C. de vſuris.* om-
nem prorſus anatociſmum ſuſtulit; quod Iuſtinianus 16
in l. vni. in prin. C. de vſur. rei iudicat. extēdit ad vſuras le-
gales, & poſt nouationem neceſſariā. puta debitore in
certā ſummā tā pro ſorte, quàm pro vſuris condēnato,
& iudicatum detrectāte vltra quatuor menſes induciа-
rum, ei à lege gratis & ſine aliquib. vſuris conceſſarum
vt fusè per Roder. *q. 4. n. 24. cum ſeqq.* & Hotom. *tract. de*
vſuris, lib. 1. c. 3 per tot. quod etiā in vſuris pupillarib. lo-
cū habet, Roder. *d. q. 10. n. 47. cum ſeqq.* & ante eum D. de
Laurentiis Rotę noſtrę dū viueret Decanus *dec. 188. n. 5.*
quæ etiā eſt reperta & inſerta *in deciſ. de Amat. dec. 124.*
& quatenus Cauale. *d. n. 116.* intellexit de vſuris vſura-
rum veris, non vero intereſſe cōpenſatoriis & ſecundū
illud taxatis, malè dixit, & bene à d. Roderico reprehē-
ditur, nec Doctores quos allegat, dicū quod pręrēdit.
Vis igitur quæſtionis eſt, cùm agitur de vero intereſ- 17
ſe, vt hoc caſu, an intereſſe illius intereſſe per ſingulos
annos debeatur. & Cagnol. *in d. l. vni. n. 45.* deberi con-
tendit, aſſeritq; ſe vidiſſe quampluries ita deciſum, &
per Senatū Sabaudiæ iudicatum, eundemq; Milanen.
deciſ. 8. par. 1. n. 353. videtur ſequi, & ante eos Caualc. *d.*
n. 116. intelligendo eum, vt debet, de intereſſe, eandém-
que ſententiam amplectitur Cæſar Vrſill. ad Matth. de
Afflict. *deciſ. 291. n. 6.* Ruin. *conſil. 103. lib. 1. num. 4.*
Nihilominus contraria ſententia & verior & cōmu- 18
nis eſt, quam amplectūtur Deci. *in c. cùm venerabilis, ſub*
n. 14. verſ. ſed retenta communi opinione ext. de exceptio. Al-
berte. *in l. ſocium qui in eo verſ. item opponitur, ff. pro ſocio.*
Ruin. *conſ. 35. n. 15 cum ſeqq. vol. 2.* Alciat. *lib. 6. parerg on.*
c. 19. Lup. *de vſuris commen. 1. § 6. n. 120.* Bolognet. *in d. l.*
vni. n. 123. & n. 127. Rimin. iun. *conſ. 166. n. 15. vol. 2.* Straca
in tract. de mercatu. titulo de contract. merc. no. n. 4. Ceph.
conſ. 35. n. 7. & ſeqq. vol. 1. Anton. Gabr. *comm. opinio lib. 5.*
tit. de ſolutio. concluſ. 10. n. 7. Rebuff. *in d. l. vni. in gloſ. in*
verſ. duplici col. 2. verſ. præterea. de Franch. *deciſ. 254. n. 13.*
vbi ait in dies ita factū Concilium determinare: & no-
uiſſimè Fabi. de Anna *conſ. 48. per tot.* Trentacinq. *d. tit.*
de intereſſe, n. 38. & Roderic. *q. 8. n. 27.* qui tres poſterio-
res hanc veriorem dicunt per rationes quas afferunt,
reſpondendo rationibus Cagnoli, qui propterea vi-
dendi ſunt, ne eorum dicta hīc tranſcribantur.
Quæ intelligenda ſunt, quando intereſſe debetur 19
acceſſoriè, & nō principaliter: ſecus eſt, ſi debeatur non
acceſſoriè ad aliud intereſſe, ſed principaliter, & vti
ſors, vt in terminis *d. l. ſociū. ff. pro ſocio, cum gloſ.* ibi enim
lucrum ſocietatis, quo vſus eſt ſocius, non eſt acceſſio,
ſed capitale & ſors ex vi & natura ſocietatis: idem cùm
quis pro alio ſoluit debitum, & intereſſe: poterit enim
petere intereſſe illius intereſſe, quia quoad ſoluentem
eſt ſors, gloſ. *in l. 1. C. de dolo, & in l. ſi prior §. 1. ff. quī potio.*
in pignor. habe. de Franch. *d. deciſ. 254.* idem ſi tutor vſu-
ras à debitore pupilli receperit, eæ enim quoad ipſum
ſunt ſors, *d. l. tutor qui repertoriū, § ſi poſt depoſitionē verſ.*
ſi vſuras exactas, l. qui negotiationē, §. 1. & §. fin. ff. de adm.
tuto. l. idēq; §. 1. ff. mand. idémq; ſi à cōtutore vſuras acce-
piſſet. vt fusè explicāt Fab. de An. Rod. & Trēta. *d. locis.*
Quid dicendum in hoc caſu, ſubſiſto: nam ſi dicta
doctorum ſuprà mentionatorum, vt iacēt, ſequamur,
intereſſe alterius intereſſe nō debetur: etſi enim Cagn.
contrarium ſentiēs dicat intereſſe prioris anni aſſume-
re ſibi naturam, quam habet ſors ipſa, imò ſortem re-
putari quoad petentem *l. nomen in princ. ff. de lega. 3.*
Bald. & Salic. *in l. 2. C. de vſuris.* Signor. *conſil. 65. ad fin.*

tamen

tamen veritas eſt in contrarium, cùm non fiat muta-
tio perſonæ debitoris, & vt ad d rationem reſpondet
Trentacinq. *d.tit.num 34.verſ hinc rationi.* non eſt ve-
rum intereſſe eſſe ſortem, & Bald. & Salicet. *in d l.2.* lo-
quuntur quando vſuræ ex cauſa propinqua debentur,
& non quando acceſſoriè ex officio Iudicis, & ex cau-
ſa remota, vt eſt in caſu noſtro.

In contrarium magna æquitas ſuadet, vt d.intereſſe
adiudicetur, nam ſi tutor pupillarem pecuniam in em-
ptionem d.redituum conuertiſſet, reditus, quos ſingu-
lis annis percepiſſet, tanquam fructus bonorum pu-
pilli ad honeſtum lucrum, vel emptionem aliorum re-
dituum tenetetur impendere, alioquin ad vſuras eo-
rumdem fructuum teneretur, *l. fin. C. de adminiſt. tuto.*
Roman. *conſil.188. num.4.* & poſt Bazenam *de decima
tuto.* Roderic. *d quaſt.10.num.19.* qui reſpondet text. *in
l.nec eorum. ff. de vſuris.* vbi probatur fructuum vſuras
non deberi: procedit enim in fructibus qui petuntur
& veniunt Iudicis officio, vel actione particulari: nos
verò ſumus in fructibus debitis actione generali, qua-
lis eſt actio tutelæ, gloſ. *ver. vt prouendo, in l.1 ff. de eden-
do.* & ibi DD. in iudicio autem generali fructus augent 20
ſortem *d.l.fin.§.fin.C.de admin.tuto.* quo caſu fructuum
vſuræ debentur. *l.heret furioſi §.fructuum ff. de petitio.* 21
hereds. & ibi Caſtrenſ. *in lectu. Auen.* quod verò tutor
hoc caſu dictos annuos reditus non emerit, & fraudu-
lenter priuauerit lucro quod pupillos feciſſet, ſi redi-
tus quotannis percepti in aliorum redituum emptio-
nem fuiſſent conuerſi, & illud lucrum tutor fecerit,
conuertendo pecunias in ſuos vſus, hoc videtur ini-
quum, nec tolerandum, quod ſcilicet fraus illi ſua pa-
trocinetur, & ea mediante locupletetur cum iactura
pupilli, adde quod tutor à ſe ipſo debuit exigere, ſi 22
quid pupillo debeat, *l.quoties, §.item ff. de adminiſt. tu-
to.* ſi ſecus fecit, perfidè agit, *l.tres tutores, d.tit.* quibus
rationibus in Gallia eo iure vtuntur, vt ſcilicet tutor 23
ad vſuras vſurarum teneatur, quando pecunias pupil-
lares in proprios vſus conuertit, & ita ampliſſimo Ordi-
ni Pariſ. placuit inter Philippum & Ioannem le Com-
te patrem & filium anno 1604. & 17. Decemb. vt refert
Mornaci *ad l.1.§.Lucius, de vſuris.* quibus maturè con-
ſideratis arbitror partes ad concordiam inducendas.

ARGVMENTVM.

De eadem re.

SVMMARIVM.

1 *Ceſſat curſus vſurarum poſt annum 25. quod verum eſt regulariter, ceſſante mora irregulari, n.10.*
2 *Alleganti incumbit onus probandi.*
3 *Facta non præſumuntur.*
4 *Tutor ex induſtria potius, quàm ex pecuniis pupilli ditatus præſumitur: contra n.11. & priorem tenentes præſupponunt talem induſtriam, ex qua vltra ſumptus neceſſarios, huiuſmodi diuitias acquirere potuerit, vt n.12. & omnes conueniunt, ſi adſint aliqua coniectura, vt non ex induſtria præſumatur acquiſiuiſſe, n.13 14.15.16.*
5 *Iura loquentia de tutore, qui pecunias pupilli in proprios vſus conuertit, procedunt in eo qui clam & fraudulenter id facit, non in eo qui palàm & publicè, quod quomodo intelligendum, n.18.*
6 *Non dicitur clàm fieri, quod fit coram teſtibus, vel de quo conficitur inſtrumentum.*
7 *Duplum debetur tantùm quoad damnum, non quoad lucrum.*
8 *Communis eſt, vſuras vſurarum non deberi.*
9 *Vſura pecunia redacta ex rebus non fructiferis, non debentur.*
19 *Vt tutor dicatur palàm & publicè pecunias pupilli in proprios vſus conuertiſſe, quid requiratur.*
20 *Intereſſe regulariter non poteſt excedere duplum.*
21 *Sed fallit in tutore doloſo.*
22 *Et in eo qui pecunias in proprios vſus conuertit.*
23 *Damni appellatione quando veniat lucrum.*
24 *Intereſſe commune eſt, quod omnes ita æſtimarent.*
25 *Et duplum excedere poteſt.*
26 *Intereſſe quod currit per varios annos poteſt excedere duplum.*
27 *Intereſſe generaliter non debetur.*
28 *Sed ſi pater pupillorum, & tutor negotiati fuerint, contrarium iudicatur.*
29 *Item ſi tutor pecunias in proprios vſus conuerterit, & negotiatus fuerit.*
30 *Et ſi ex pecuniis pupillaribus locupletatus fuerit.*
21 *Et ſi ſuit in dolo.*
32 *Tutor tenetur ad lucrum ceſſans, ſi in Prouincia frequens fuit venditio cenſuum.*

CONSILIVM CCXXIX.

NOn videtur diſcedendum à conclu-
ſionibus ſumptis in cauſa tutelari
Spiritus Ioubert contra Iaumetum
Brunier circa duo capita, an ſcilicet
intereſſe currere ſit poſt 25. annum,
& an duplum excedere poſſit, &
quoad tertiũ an intereſſe intereſſe
debeatur, quod propter eius difficultatem concordia
terminandum, conſulueramus, nunc ex circumſtantiis,
in hoc caſu militantibus, affirmatiuè omnino reſpon-
dendum videtur.

Circa primum igitur datæ fuerant pro dubio *l. Lu-
cius §. quæſitum & l. tutor qui repertorium §.fin ff. de ad-
miniſt. tuto.* quibus dicitur, cùm tutor pecunias in vſus
ſuos conuertit, teneri ad vſuras quouſque reddiderit
rationes, & ſic etiam poſt 25. annum reſpondebatur 1
primo aſſerendo poſt 25. annum ceſſare curſum vſura-
rum ſeu intereſſe, de Franch. *deciſ.16.num.4.* Munnoz.
*cap.16.num.3.& 31.*Honded. *conſ.38.num.32.vol.2.* Gra-
tian. *diſcept.cap.240.num.4.*reſpond. ſecundo negando
d.Brunier pecunias pupillares in vſus ſuos conuertiſ-
ſe, alleganti enim dict. conuerſionem incumbit onus 2
probandi, Menoch. *lib.6.præſumpt.55.num.5.* Maſcard.
concluſ.183.num.2.& concluſ.78.num.1. & paſſim alibi, &
facta non præſumuntur, *l.in bello, §.facta, ff. de capti.* 3
*& poſtlimi.reuer. & cap. cùm in iure peritus de offic. de-
legat.& l.obſeruatio. Cod.de non numera.pecun.* ſicut nec
etiam præſumitur delictum, Menoch. *lib.4.præſumpt.
161.num.26.* nec videri probatum in vſus ſuos conuer-
tiſſe dictas pecunias, ex eo quòd forſan probatum eſt
d.Brunier tempore acceptæ tutelæ pauperem fuiſſe, &
poſt acceptationem, & eam adminiſtrando, diuitem
factum: nam cùm etiam ex actis conſtet de induſtria 4
d.Brunier. potius ex ea, quàm ex pecuniis d. Ioubert,
diuitem factum eſt præſumendum, Gutier. *in tract.
de tuto.par.3.cap.46 num.1. vſque ad 5. & num.18.* vbi de
magis communi, Menoch. *lib.3.præſump.2.n.8.& lib.6,*

præſumpt. 28. *num.* 2. *&* 10. Maſcard. *concluſ.* 1164. *n.* 6. *&*
concl. 1094. *n.* 3. & diſtinguendo inter publicos vel pri-
uatos adminiſtratores Munnoz. *de ratiocin. c.* 42. *n.* 18.
verſ. crederem. quod præſertim hoc caſu aſſerendum eſt,
quo conſtat d. Brunier præter induſtriam habuiſſe pe-
cunias vel ex cauſa dotis vxoris ſuæ, vel ex reliquatu
tutelæ per eandem adminiſtratæ, quo mediante tene-
batur pupillis alimenta præſtare, vſque ad ſummam
1093. florenorum, ducentos ſexdecim aureos, & triginta
ſex ſolidos conficientium.
Secundò reſpondebatur, etſi probaretur d. Brunier
pecunias in vſus ſuos conuertiſſe, nõ tamen militarent
contra eum iura in caſu d. conuerſionis ſtatuta, quia ea
5 ſolum habent locum, quando tutor clàm & cum mala
fide in vſus ſuos conuertit, non ſi palàm & publicè,
Coſta *de iur. & fact. ſcien. diſtinct.* 24. *centu.* 1. Montan. *d.*
tract. de tut. c. 32. *reg.* 9. *n.* 213. *&* 217. Munnoz. *d. tract. c.* 14.
n. 26. Gratian. *diſcep. lib.* 2. *c.* 240. *n.* 30. hoc verò caſu non
clàm, ſed palàm d. pecuniis fuit vſus, cùm per publi-
6 cum inſtrumentum de illis ſe onerauerit: Neque enim
ea creduntur clàm facta, quæ fiunt coram teſtibus, vel
quando de iis conficitur inſtrumentum, Menoc. *de ar-*
bitr. caſu 194. *n.* 19. & ſufficit quòd ſcriptura confecta po-
tuerit venire in notitiam, Farinac. *conſ.* 13. *n.* 13. *&* 14. & in
ſumma dictus Brunier debet tantùm teneri in id, ad
quod teneretur ſi d. pecunias in emptionem prædio-
rum, vel cenſuum annuorum conuertiſſet, Rota apud
Farin. *deciſ.* 85. *n.* 6. *inter deciſio. crimin.* Gratian. *d. c.* 240.
n. 28. 29. *&* 30. Coſta *d. centu.* 1. Montan. *d. reg.* 9. *n.* 213.
Munnoz *d. cap.* 14. *n.* 26. quæ ſecunda reſponſio etiam
militat quoad duo dubia ſequentia.
Ad ſecundum dubium de duplo, ſumptu ex Gram-
ma. *deciſ.* 110. *n.* 35. & Roderic. *de annu. redit. lib.* 3. *q.* 3. *n.*
7 44. 46. *&* 55. *& q.* 7. *n.* 16. *& q.* 10. *n.* 1. *& n.* 57. reſpondeba-
tur negando nos verſari in tutore doloſo, & ad ſum-
mum id ſolum procedere debere quoad damnum,
non quoad lucrum, Lup. *ad l. curabit, C. de action. emp.*
commen. 1. §. 6. *ſub n.* 120. nam & Roderic. *d. q.* 10. *num.* 1.
damni tantum mentionem facit.
8 Ad tertium dubium de vſuris vſurarum, reſponde-
batur communem eſſe contra Cagnol. *in l. vlt. n.* 45. *C.*
de ſenten. quæ pro eo. Rota Auen. *deciſ.* 188. *n.* 5. Didac. *va-*
ria. reſol. lib. 3. *c.* 2. *n.* 1. Lup. *in c. nauiganti de vſuris comm.*
3. §. 1. *n.* 40. Gratia. *d. c.* 240. *n.* 28. 29. *&* 30. & ad ſummum
ſolum quoad damnum, non quoad lucrum procedere,
Coſta *de rata q.* 142. *n.* 6.
9 Et pro corroboratione omnium prædictorum, quod
cùm pecuniæ, de quibus agitur, excepta ſumma 30. vel
circa aureorum, ex rebus ſterilibus, & non fructiferis,
mobilibus ſcilicet & vtenſilibus, prouenerint, ad fru-
ctus ſiue intereſſe illarum non debet teneri ex Marti.
Monterac. *deciſ. Aragon.* 29. *n.* 34. *vſque ad fin.* Gratian. *d.*
c. 240. *n.* 31. 32. *&* 33.
Quibus ſatisfit ex ſequentibus, & primæ quidem re-
10 ſponſioni ad primum dubium, verum eſt regulariter
poſt 25. annum ceſſare curſum vſurarum ceſſante mora
irregulari, vt de Franch. Honded. Munnoz & Gratian.
in contrarium allegati docent, & eſt text. *in leg. Titia*
Seio, §. *vſura, ff. de lega.* 2. ſed hoc fallit, quando tutor
pecunias pupilli in vſus ſuos conuertit, *ex d. l. Lucius,*
ff. quæſitum, & l. tutor qui repertorium, §. *fin. ff. de admin.*
tuto. Roman. *conſ.* 139. *n.* 4. Gutier. *de tutel. par.* 3. *cap.* 1. *n.*
81. *& c.* 9. *n.* 20. Montan. *de tutel. c.* 32. *reg.* 9. *n.* 178. idque
ſumma ratione, quia animus tutoris fraudulentus, qui
ſibi, non pupillo, contra eius officium conſulere vo-
luit, non minus quàm mora, operari debeat, ne alio-
quin ex dolo cum iactura aliena locupletetur: nam &
aliis caſibus poſt 25. annum currunt vſuræ ſeu intereſ-
ſe, vt in eo de quo de Franch. *d. deciſ.* 26. quia agebatur
de legitima, ratione cuius ex ſui natura debentur fru-
ctus, vt ibi per eum *n.* 11. *& ſeqq.*
Ad ſecundam reſponſionem, dicitur legitimè pro-
batum eſſe d. Brunier pecunias pupillares in vſus ſuos
cõuertiſſe, nam etſi dum generaliter quæritur, an tutor
pauper, & induſtrioſus, cenſeatur diues factus ex indu-
ſtria, aut ex pecunia pupilli, Gutierres & alij in contra-
rium allegati exiſtiment ex induſtria potius, quàm ex
dictis pecuniis diuitem factum, ipſeque Gutier. hanc 11
magis communem teſtatur, multi tamen & grauiſſimi
Doctores contrarium tenent, præſertim Salic. *in l. quod*
nomine in fi. ff. de condit. indeb. Natt. *conſ.* 358. *n.* 7. *verſ. quod*
comprobatur. Caualc. *in indice* 1. *par. deciſ. in verſ. tutor &*
adminiſtrator pauper. & alij relati per Pacian. *de probat.*
lib. 1. *c.* 54. *n.* 25. *&* 26. & Gutier. *d. c.* 46. *n.* 6. & Caualc. *in d.*
indice. ſed ne de veritate reſolutionis per Gutier. & alios
ſumptæ, & an ſit magis cõmunis, nunc ex profeſſo tra-
ctem, & inhærendo pro nunc, citra præiudiciũ veritatis
opinioni Gutier. ſi bene Doctores per eũ allegati pon- 12
derentur, præſupponunt talem debere eſſe induſtriam,
ex qua vltra ſumptus domi faciendos pro alimentis, &
aliis neceſſariis, huiuſmodi diuitiæ potuerint acquiri,
ita vt ſi negotiatio fuerit eiuſmodi, quæ nõ niſi exiſten-
te aliquo capitali fieri potuerit, & tutor nullas aliunde
potuerit habere pecunias, non præſumatur ex induſtria
acquiſiuiſſe, in pũcto docet id. Gutier. *d. c.* 46. *n.* 19. *verſ.*
& iuxta ſupradicta. & n. 20. Caualc. *de tuto. n.* 223. *cum*
ſeqq. quod veriſſimum eſſe, patet ad ſenſum, & ea quoq;
fuit mens dominorum aduocatorum d. Brunier, dum
addunt eũ ducentos ſexdecim aureos habuiſſe, ex qui-
bus negotiari potuerit, & iuncta induſtria diues fieri:
ſed non debuerunt adiungere dictionem (*præſertim*)
quaſi etiã ſine pecunia, potuerit ex induſtria diues fieri:
tum quòd ars quam profitebatur, ſine capitali aliquo
non poſſet exerceri: tũ quòd ſola induſtria non potue-
rit ſufficere familiæ alendæ, & conſeruandæ: ex igitur
mens eſt Doctorum, vt hæc duo, ſcilicet aliqua pecu-
nia tutoris, & induſtria eiuſdem concurrere debeant.
Rurſus omnes DD. in hoc cõueniunt, quòd ſi aliquæ 13
coniecturæ concurrãt, vt non ex induſtria, ſed ex pecu-
nia pupillari quæſiuerit diuitias, vt poſt Pariſ. *conſ.* 99.
n. 54. *lib.* 3. Menoch. *præſ.* 28. *n.* 13. *lib.* 6. tradit id. Gutier.
d. c. 46. *n.* 25. & Caualc. *d. n.* 223. in caſu verò, in quo ver-
ſamur, multa cõcurrunt, ex quib. omnino ſtatuendum
ſit d. pecunias in vſus ſuos conuertiſſe, & ex his factum
diuitem, iuncta tamẽ induſtria, neq; enim prætenditur
ex ſolis pecuniis pupillarib. diuitem factum, ſed ex illis
ſimul cum induſtria. Primò, quia conſtat eum adeò
pauperem fuiſſe, vt patri d. Ioubert quandiu vixit, &
poſt eius mortem viduæ matri in arte funaria, ſalario
ſumpto, inſeruierit, quod ſalarium huiuſmodi famulis
dari ſolitum, vix ſufficere poteſt ad habendas veſtes, &
cætera præter victũ neceſſaria, & huiuſmodi paupertas 14
in quæſtione propoſita eſt maximæ conſiderationis ex
Caualc. *d. indice* 1. *par. deciſ. verſ. tutor & adminiſtrator*
pauper. & Gutier. *d. c.* 46. *n.* 19. *&* 20. *verſ. & iuxta.*
Secundò, quia & viuentibus patre, & poſtea matre
vidua, & poſtquam eam in vxorem duxit, eãdem artem
funariam exercuit & continuauit, mediantibus mobi-
libus, vtenſilibus, & artis inſtrumentis, quæ patris d.
Ioubert fuerant, quæ per viam æſtimationis quam fie-
ri fecit, ſibi appropriauit, & reipſa, & facto ipſo emit,
l. 3. *& l.* 56. §. *Paulus, ff. locati.*
Tertiò, quia ars funaria eſt huiuſmodi, quæ ſine ali-
quo capitali ad canabum, & cætera neceſſaria pro fu-
nibus conficiendis emenda, & famulos tenendos,
exerceri non poteſt, vt eſt notorium.
Quartò, quia præſupponitur d. Brunier tantùm ha-
buiſſe 216. aureos ex cauſis ſuprà narratis, quæ ſumma,
cum

cum eius exercitio, notoriè non ſufficeret ad victum & veſtitum vxoris, & trium pupillorum, quos alere tenebatur, totiúſque familiæ: & ſic ſumus in terminis,
15 Canalc. *de tuto n.*223. & Gutier. *d.c.*46.*n.*20.

Quintò, ex quo res clariſſima redditur, ex æſtimatione mobilium & vtenſilium quam fieri curauerat, & per quam ea ſibi acquiſiuerat, iuncta ſumma 187. florenorum, erat debitor in ſumma 224. ſcutorum, & 24. ſolidorum, habebat autem tantùm 216. ſcuta, quæ non ſufficiebant ad ſoluendum id quod debebat pupillo, quæque ſi in emptionem prædiorum, vel cenſuum impendiſſet, vt debebat, nihil ſibi ſupereſſet: neceſſariò igitur concludendum eſt in ſuos vſus conuertiſſe, vt ex illis negotiaretur.

Sextò, non eſt veriſimile virum adeò pauperem, ducenta tantum ſexdecim ſcuta habentem, eáque & maiorem ſummam pupillis debentem, otioſa tenuiſſe, imò omnino credendum in ſuos vſus conuertiſſe, & ex illis negotiatum fuiſſe.

Poſtremò nedum animus ſibi lucrandi cum damno pupillorum ex ſupradictis oſtenditur, ſed dolus apertus conuincitur ex eo, quod centum tria ſcuta & triginta ſex ſolidos, quos ex reliquatu matris habuerat, & quibus mediantibus promiſerat per inſtrumentum pupillos alere, neque poſuit in inuentario, neque in libello rationum quem produxit. imò quod magis eſt, in dictis rationibus, & in capite expenſarum poſuit alimenta dictis pupillis præſtita, quæ tamen mediante vſu dictorum ſcutorum de ſuo tenebatur præſtare: quo caſu certiſſimum eſt nedum pecunias in vſus ſuos conuertiſſe,
16 & ex illis diuitem factum, ſed etiam dolum manifeſtè probari, Canalc. *d.n.*223. Gutier. *d n.*20. & quod plus eſt, tanquam contra doloſum in litem iurari poſſe, Plot. *in l ſi quando, § 5.n.*11.*verſ. poterit etiam, C. de in lit. iuran.*

His adde (quod tamen ex actis non conſtat, ſed verum eſt, & in cauſa appellationis, vel recurſus eſſet probandum, per inſtrumentorum productionem) quod durante adminiſtratione tutelæ multa prædia acquiſiuit, imò paucis annis poſt ſuſceptam admini-
17 ſtrationem, quod ſufficere, vt præſumatur de bonis pupilli acquiſiuiſſe, contendit Salicet. *in auth. licentiam n.*2.*C. de Epiſco. & cleri.* quem ſequitur Berous *conſ.*91. *n.*59.*lib.*1. & plures referens Canalc. *d.n.*223. & quamuis Gutier. contrarium ſentiat *d. cap.*46. *n.*28. *verſ. ego verò.* tamen Maſcard. eam omnino amplectitur *concl.* 1392 *n.*13. & dato non magno interuallo inter acceptationem tutelæ, & acquiſitionem, vt hoc caſu eſt omnino ſequenda, & vtcumque ſit, etiam amplectendo opinionem Gutier. ex eo reſultaret vrgentiſſima coniectura, quæ iuncta cum vna vel altera ex ſuperioribus faciet, vt omnimodo concludendum ſit, & dictas pecunias in vſus ſuos conuertiſſe, & ex illis diuitem factum.

Ad tertiam reſponſionem primo dubio datam dicitur *d.l. Lucius, § quæſitum, & d.l tutor qui repertorium §. fin.* ſimpliciter requirere vt tutor in vſus ſuos conuerterit pecunias pupillares, nec deſiderari vt clam id fecerit: nec Doctores in contrarium allegati abſolutè
18 requirunt vt clam id fecerit, ſed alternatiuè loquuntur, vt ſcilicet vel clam, vel quaſi ſua pecunia licenter vſus fuerit, præſertim Montan. *d.n.*213. ſolùmque pœnis conuertentis in ſuos vſus pecunias pupillares excuſant, ſi palam, & bona fide fecerit, & eo modo quo pupilli conditio deterior facta non ſit, & perinde ſit, ac ſi dictæ pecuniæ in emptionem prædiorum, vel cenſuum conuerſæ fuiſſent, vt clarè docet Gratian. *d. cap* 240.*n.*28.29.30.31. & exemplificant Montan. *d. loco, n.*217. Munnoz. *d. cap.*14.*n.*26. in eo qui à contutoribus ſuis mutuo pecuniam pupilli acceperit palàm, apertè, certáſque vſuras promiſerit, quas & alij debitores ſoluiſſent pupillo: vel, vt inquit, Coſta *d. articul.*24.*n* 13. ſi ſe pupilli debitorem conſtituerit ſub eiſdem emolumentis, quæ alij præſtare aſſueſcunt, & perinde faciat ac ſi pecunias in hæreditate repertas poſuiſſet ad honeſtum lucrum: nam dummodo & quoad damnum, & quoad lucrum eadem ſit conditio pupilli, quæ eſſet, ſi in emptionem prædiorum, & cenſuum pecuniæ impenſæ fuiſſent, nihil ipſius intereſt, an tutor, an alius habuerit pecunias, & in vſus ſuos conuerterit, vt inquit Gratian. *d.n.*30. & 31. vt cùm de damno loquuntur, intelligunt quoque de lucro, damnúmque pro intereſſe accipiunt, volúntque vt nec quoad damnum, nec quoad lucrum conditio pupilli ſit facta deterior, vt Gratian. *d.n.* 28 Muntan. *d.n.*217. Coſta *n.*13. & planè hoc veriſſimum eſt, quia vt pupillum indemnem præſtet, debet vnoquoque anno vſuris d. pecuniarum ſe onerare, & eas deinde in emptionem cenſuum ponere, quemadmodum facere debet de fructibus, vel reditibus prædiorum, vel cenſuum quos exegiſſet, alioquin ad intereſſe illorum teneretur, *l fin. C. de adminiſt. tutor.* Roman *conſil.*188 *n.*4. Roderic. *de an. redit. q* 16. *n.*19. quia huiuſmodi reditus exacti ſiue ab alio, ſiue à ſeipſo deſinunt eſſe fructus, & fiunt ſors: in hoc enim caſu, quo ſe debet conſtituere debitorem vnoquoque anno, perinde ac ſi ab aliis recepiſſet, vt euitet pœnas conuertentis pecunias in ſuos vſus, nihil refert, an à ſe, an ab alio vſuræ prouenerint, cùm debeat pupilli conditionem eandem facere, quæ fuiſſet, ſi in emptionem cenſuum pecunias conuertiſſet, vt debet, ex Gratiano *d.n.* 30. quibus ita exiſtentibus, ſequitur neceſſariò etiam poſt 25. annum vſuras currere, quia & reditus cenſuum cucurriſſent: ſequitur quoque perinde ac dictos reditus, duplum excedere poſſe, & intereſſe eorundem, perinde ac redituum, ſi in emptionem aliorum cenſuum vnoquoque anno non fuiſſent impenſi, deberi.

Quod verò ſubijcitur palam in ſuos vſus cenſeri conuertiſſe, quia per inſtrumentum publicum, cùm tutelæ adminiſtrationem ſuſcepit, ſe ad reddendas rationes obligauit, & ſic de pecuniis, quas ex bonis pupilli perceperat, eſt mera vanitas: vt enim palam & bo- 19
na fide dicatur in ſuos vſus conuertiſſe pecunias, ſe debet eo modo, quo ſuprà dictum eſt, de illis onerare, ita vt conditionem pupilli eandem faciat, qualis eſſet, ſi in emptionem cenſuum eas pecunias conuertiſſet: alioquin ſi illa obligatio generaliter præſtita ſufficeret, ſemper tutor diceretur pecunias pupilli in ſuos vſus palàm & bona fide conuertiſſe, omnes enim tutores ſolent huiuſmodi obligationes præſtare. Hoc verò caſu d. Brunier nihil eorum quæ debebat, præſtitit, cùm in libro ſuo non ſcripſerit ſe pecunias pupilli accepiſſe ſub tali intereſſe. & vnoquoque anno ſe talis intereſſe debitorem non conſtituerit, vt illud deinde in vtilitatem pupilli conuerteret, vt feciſſet, aut facere debuiſſet de reditibus annuis, ſi cenſus emiſſet ex pecunia pupillari &, quod plus eſt, doloſè & fraudulenter 103. ſcuta & 20. ſolidos, quæ ex reliquatu adminiſtrationis matris receperat, tacuit, eáque neque in inuentario, neque in libello rationum Auditoribus pro illis diſpungendis dato, ſcripſit, aut eorum mentionem fecit, & ſemper animum fraudandi magis demonſtrans, in expenſis alimenta præſtita poſuit, quæ tamen mediante illa ſumma de ſuo præſtare debebat.

Quod verò poſtremo loco ad primum dubium dicitur, tutorem non debere teneri, niſi eo modo quo teneretur, ſi dictas pecunias in emptionem prædiorum conuertiſſet, ex Coſta, Gutier. & Montan. locis ſuprà citatis: nam Farinac. *deciſ.*85.*n.*6. non loquitur in ter-

minis noſtris, ſcilicet tutoris pecunias pupillares in
vſus ſuos conuertentis, ſed ſolum negligentis pecunias
in emptionem prædiorum, vel cenſuum collocare.
Reſp. hoc contra ipſos omnino retorqueri: nam ſi
in emptionem cenſuum dictas pecunias impendiſſet,
reditus illarum quotannis etiam poſt 25. annum per-
cepti fuiſſent, etiam ſi triplum vel quadruplum exceſ-
ſiſſent, & niſi fructus quotannis perceptos in emptio-
nem aliorum cenſuum impendiſſet, ad intereſſe illo-
rum teneretur, vt ex ſuperioribus patet, ita vt ex dictis
per dictos Coſtam, Montan. & Gutier. in contrarium
allegatos, tria dubia ſeu capita in fauorem d. Iaubert
reſoluenda ſint.
20 Circa ſecundum dubium, verum eſt regulariter in-
tereſſe duplum excedere non poſſe, ex Lupo ad *l. cura-
bit C. de actions. empti. com.* 1. §. 6. *n.* 120. & textu *in d. l. vni.*
21 *C. de ſenten. quæ pro eo.* Sed fallit in tutore doloſo, Rode-
ric. *de annu. redi. q.* 7. *n.* 16. d. verò Brunier verè doloſum
fuiſſe ex occultatione & defraudatione, ſi potuiſſet, d.
22 102. ſcutor. & 36. ſoli. & etiam vero dolo non probato,
fallit in tutore qui pecunias pupillares in vſus ſuos
conuertit, non adhibendo cautelas, de quibus ſuprà, &
quibus vt vtatur, conſulit Coſta *d. diſtinct.* 24. *n.* 13. &
tradit Montan. *d. q.* 46. *num.* 217. & Munnoz *d. c.* 14. *n.*
26. nam non adhibitis dictis cautelis duplum excede-
re poſſunt, Roderic. *d. quæſt.* 10. *n.* 1. & in puncto Mon-
tan. *d. quæſt.* 46. *n.* 209.
Nec obſtat ſi dicatur Roderic. *d. quæſt.* 10. *num.* 1. &
Montan. *d. q.* 46. *n.* 209. damni, & non lucri, mentionem
facere, ibi enim dictio (*damnum*) non pro damno emer-
gente, quatenus differt à lucro ceſſante, ſed pro inter-
eſſe generaliter ſumitur, vt ex contextu dictorum Do-
ctorum facile apparet, vt ex Gratian. *d. c.* 240. *num.* 18. *&*
ſeqq. & clarè explicat Roder. *d. q.* 10. *n.* 17. vbi & damni
23 emergentis, & lucri ceſſantis mentionem facit, & ta-
men illud duplum excedere poſſe contendit: nam &
verum eſt damni appellatione lucrum venire, quando
illud certiſſimè creditori erat obuenturum, niſi debi-
tor facto ſuo effeciſſet, vt ſibi, non creditori quæſitum
ſit, Bald. *conſ.* 182. *n.* 3. *lib.* 1. Caſtr. *conſ.* 339. *lib.* 2. ante *n.* 2.
Alex. *conſ.* 89. *n.* 12. *in fi. &* 13. *lib.* 2.
His adde cùm notoriè emptio cenſuum omnibus
pateret, & intereſſe pupilli ſit tale, vt omnibus conue-
niret, omnes enim qui pecunias habebant, poterant
24 huiuſmodi cenſus emere, ideóque omnes rei notitiam
habentes communiter illud intereſſe æſtimarent, & ſic
non poſſit dici ſingulare intereſſe, ſed commune, Re-
buff. *in d. l. vni.* gloſ. 1. *n.* 77. *& n.* 88. ſequitur duplum ex-
25 cedere poſſe: dicta enim *l. vni.* ſolum habet locum in
ſingulari intereſſe, non in communi, Rebuff. ex com-
muni DD. ſententia *d. gloſ. n.* 22. *& ver. dupli, n.* 13.
26 Quæ confirmantur, quia quod dicitur intereſſe non
poſſe excedere duplum, intelligitur de intereſſe vnius
anni, & ſemel æſtimando: nos autem de eo quod per
varios annos currit, quod duplum excedere poteſt Ca-
gnol. *d. l. vni. n.* 45. qui ita practicari aſſerit, idque certiſ-
ſimè ſi in ſtipulationem deductum ſit, etſi non fuerit
per ſingulos annos taxatum Cagnol. *d. l. vni. n.* 114. *in fi.*
Surd. *conſ.* 485. *n.* 6.
27 Circa tertium & vltimum dubium, In terminis ge-
neralibus, an intereſſe intereſſe debeatur, videtur qui-
dem magis recepta opinio non deberi, non obſtanti-
bus illis quæ dicuntur à Cagnol. *in d. l. vn. n.* 45. *C. de ſen-
ten. quæ pro eo.* Milanen. *deciſ.* 8. *par.* 1. *n.* 353. Canalc. *de tu-
to. n.* 116. Cæſ. de Vrſill. ad Matth. de Afflict. *deciſ.* 291. *n.*
6. Ruin. *conſ.* 103. *n.* 4. *lib.* 1. Sed ex circumſtantiis in hoc
caſu militantibus videtur affirmatiuè omnino eſſe reſ-
pondendum.
28 Prima itaque potiſſima, quia & pater pupillorum, &
tutor eorundem, ſoliti erant, & fuerunt negotiari eo-
dem genere negotiationis, quique tutor negotiatio-
nem quam faciebat pater, quámque mater quamdiu
fuit vidua continuauit, & poſtquam tutor ei nupſit,
idem quoque cum iiſdem inſtrumentis & mobilibus,
quibus pater, & mater eius vxor, continuauit: quibus
nedum concurrentibus, ſed dato ſolùm quod & pater,
& tutor negotiati fuerint, ſæpe in facti contingentia
tutores ad intereſſe intereſſe condemnati fuerunt, præ-
ſertim in reddirione tutelæ domini Claudij de Benuict
per patruum Lugduni morantem geſtæ.
Secunda, quia d. Brunier pecunias pupillares in vſus 29
ſuos conuertit, vt ſuprà demonſtratum fuit, quo caſu
etſi ſolus tutor negotiatus fuiſſet, & non pater pupil-
li, in facti etiam contingentia fuit ad d. intereſſe con-
demnatus, aut ſaltem ſuper eo tranſegit, vt in tutela
pupillæ de Viuet per patruum etiam Viuet geſta: &
ratio eſt manifeſta, quia etiam ex aduerſariorum inten-
tione, quando tutor pecunias in ſuos vſus conuertit,
pupillo ad id omne teneri debet, quod ei obueniſſet,
ſi in emptionem cenſuum, aut prædiorum pecuniæ
pupilli conuerſæ fuiſſent, vt ſuprà dictum fuit ex Rota
apud Fariuac. *deciſ.* 85. *n.* 6. *inter deciſ. criminales.* Gratia.
d. cap. 240 *n.* 28. 29. *&* 30. Coſta *d. centur.* 1. Montan. *dict.
reg.* 9. *n.* 103. Munnoz. *d. c.* 14. *n.* 26. at verò ſi dictæ pecu-
niæ in emptionem cenſuum conuerſæ fuiſſent, quot-
annis reditus eorumdem percepti fuiſſent, iique in
emptionem aliorum cenſuum impendi debuiſſent,
alioquin tutor ad intereſſe eorumdem redituum con-
demnatus fuiſſet, vt ſuprà etiam edoctum fuit ex *l. fin.
C. de admin. tuto.* Rom. *conſ.* 188. *n.* 4. Roder. *q.* 10. *n.* 19. ergo.
Tertia, quia cùm dictus tutor tempore acceptæ tu- 30
telæ eſſet pauper, ex negotiatione quam fecit, impen-
dendo pecunias pupillares, factus fuit diues, quo caſu
ad huiuſmodi intereſſe teneri debet, ne cum iactura
aliena locupletetur, contra *reg. locupletari, cum ſimilib.
de reg. iur. in* 6.
Quarta, & poſtrema, quia dictus tutor fuit in dolo, 31
vt ſuprà etiam demonſtratum fuit, quo exiſtente ad
huiuſmodi intereſſe abſque dubio condemnari debet,
ne ex fraude ſua & dolo lucrum cum damno pupilli
ſentiat: ideóque iuſtiſſimè per Senatum Pariſien. de an-
no 1604. & 17. Decembr. tutor ad huiuſmodi intereſſe
condemnatus fuit, referente Mornacio ad *d. l.* 1. §. *ſo-
cius de vſuris.* Nec diſtinctio Coſtæ inter lucrum, vſu-
ras, & damnum emergens in *d. tract. de rata, q.* 142. *n.* 6.
procedit exiſtentibus circumſtantiis, de quibus ſuprà,
cùm in illis eadem ratio militet in lucro, & in damno,
vt ad ſenſum patet: & quatenus vera eſſet, ea tantùm
habet locum in quæſtione generali, cùm ſimpliciter
quæritur, an intereſſe alterius intereſſe debeatur, non
vbi tutor pecunias pupillares in vſus ſuos conuertit: &
ex illis ditatus fuit, cùm eo caſu, pupillo id præſtare
debeat, quod illi obueniſſet, ſi in emptionem cenſuum
huiuſmodi pecunias impendiſſet.
Quod poſtremo loco dicitur ex deciſ. Marti. Mon-
tera. 29. *num.* 34. *vſque ad finem.* (nam quoad Gratianum,
is hoc non dicit) nihil eſt, loquitur enim in terminis
ſtatuti & conſuetudinis illius patriæ, qua tutor ſolum
tenetur præſtare res pupilli in ſtatu, in quo eas recepit,
abſque vllo intereſſe, & quæſtio an tutor teneatur ad
intereſſe pecuniarum quæ ex venditione mobilium,
aut rerum ſterilium conflatæ fuerunt, per ſtatutum
Auenien. reſoluta eſt *lib.* 1. *rub.* 64. *art.* 2. quo tutor mo-
bilia pupillo non neceſſaria tenetur vendere, & pecu-
nias inde reductas in emptionem prædiorum, vel cen-
ſuum conuertere, alioquin etſi eas otioſas tenuerit, nec
in ſuos vſus conuerterit, tenetur ad rationem ſeptem
pro centenario.

Hoc

Hoc poſtremo loco, vt omnis ſcrupulus tollatur, ad-
12 dendum eſt, cùm de lucro ceſſante agitur in terminis pupilli, ſufficere quod tutor potuerit collocare pecunias in emptionem cenſuum, vbi frequens eſt in prouincia redituum annuorum venditio, vt eſt in hac patria, Gutier. *de tuto. c. 9. n. 23.* & Munnoz. *c. 14. num. 7.* nec alia requiruntur, quæ alioquin debent interuenire cùm intereſſe lucri ceſſantis petitur, de quibus Trentacinq. *tit. de intereſſe reſol. 2. n. 27. & 32.* & Lupus *in l. curabis com. 1. §. 6. num. 117.* Sed etſi requirerentur, in hoc caſu, adeſſent, cùm & pater pupilli, & ipſe tutor ſoliti fuerint negotiari, & frequens eſſet in hac patria annuorum redituum venditio.

ARGVMENTVM.

De eadem re.

SVMMARIVM.

1 *Intereſſe de iure canonico non niſi exiſtente mora regulari, aut irregulari datur.*
2 *Aliquando tamen citra eam debetur.*
3 *Sicut iure ciuili datur caſus, quo poſt maioritatem currunt vſuræ, ita quoque iure canonico intereſſe currere debet.*
4 *Quando pater pupilli erat mercator, & tutor etiam, & ipſe pecunias in vſus ſuos conuertit, ipſo facto moram commiſit.*
5 *Et ex eo ſolo dolum perpetrauit.*
6 *Tutor doloſè pecunias in vſus ſuos conuertiſſe dicitur quando clam id fecit, vel in alios vſus erant deſtinata.*
7 *Quando tutor dicatur palam in ſuos vſus pecunias conuertiſſe.*
8 *Intereſſe fructuum debetur in iudicio generali.*
9 *Pecunia ex venditione mobilium redacta, tam ex ſtatuto Auenionen. quàm ex iuris communis diſpoſitione, in emptionem prædiorum, vel cenſuum impendi debet.*
10 *Quando tutor doloſè pecunias in vſus ſuos conuertit, vſuræ ſemper currunt.*
11 *Licet intereſſe alterius intereſſe non debeatur, ex circumſtantiis contrarium ſtatuitur.*

CONSILIVM CCXXX.

DVBIIS in cauſa redditionis rationum, & adminiſtrationis bonorum Spiritus Ioubert contra Ianmetum Brunier intentata à me propoſitis non videtur ſatisfactum, & quæ iam bis circa tria capita dictę adminiſtrationis ſcripſi, videntur firma remanere non obſtantibus reſponſionibus ad dicta dubia datis.

Et quoad primum quidem an intereſſe continuauerit currere poſt 25. annum d. Ioubert, reſponſio data ad *l. Lucius, §. quæſitum, & l. tutor qui repertorium, §. fin. ff. de adminiſt. tuto.* ex Roderic. *de annu. reditt. lib. 3. q. 10. n. 56.* vbi dictos textus pro ratione dubitandi allegat, & nihilominus concludit finita adminiſtratione vſuras vltra duplum non currere, non ſatisfacit: nam primo tractat ibi tantùm de tutore, qui pecuniam pupillarem, vel partem illius, citra fraudem in vſus ſuos conuertit, vt expreſsè contendit *d. q. 10. n. 44.* à quo pendet quæſtio tractata *n. 55. & 56.* vt vnicuique dictum Rodericum legenti à *d. n. 44. vſque ad n. 56.* incluſiuè patebit: nos in tutore, qui cum fraude, & magno pupilli damno pecuniam pupillarem in vſus ſuos conuertit, vt in ſecundis ſcriptis fusè edoctum fuit.

Secundò, non tractat Rodericus quæſtionem noſtram, an ſcil. poſt finitam adminiſtrationem, vel 25. annum vſuræ currere continuent, ſed an quemadmodum durante adminiſtratione, ita & poſt eam, duplum excedere poſſint, & concludit non poſſe, ita tamen vt vſuræ quæ durante adminiſtratione cucurrerunt, non imputentur ad duplum conſtituendum poſt adminiſtrationem, ſed ſolùm earum habeatur ratio quæ poſt adminiſtrationem cucurrerunt vnde tantum abeſt vt ex d. Roderico elici poſſit poſt finitam adminiſtrationem, vel 25. annum deſinere currere vſuras, quin potius contrarium per eum concluditur, non tamen poſſe excedere duplum, an verò hoc caſu duplum excedere poſſint, quæſtio eſt ſeparata, de qua mox in iſto dubio ſecundo.

Tertiò, etiam in terminis Roderici, ſi ſcilicet agatur, an duplum excedere poſſint, eius diſtinctio ante, vel poſt adminiſtrationem, procedit tantùm, cùm de vſuris agitur, quæ nulla habita ratione, an partis interſit, nec ne, iure ciuili debentur: ſed ſi agatur de vero intereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergentis, Roderic. *ſeq. num. 57.* clarè contendit illud non cadere ſub d. limitatione dupli.

Subiungit aliam reſponſionem, illam tamen cum prima inuoluendo, & ait *d. l. Lucius § quæſitum & l. tutor qui repertorium §. fin.* de iure ciuili procedere, ſed iure canonico, quo nunquam vſuræ ſunt permiſſæ, ſed intereſſe, aliud eſſe ſtatutum, quia ſcilicet d. intereſſe non
niſi ex inſtente mora regulari, aut irregulari datur. Canoniſtæ in *c. nauigantis, & in c. ſalubriter,* vbi Anton. de Butri. *num. 1. & 2. ext. de vſuris.* poſt vero 25. annum nulla exiſtente interpellatione, curſum vſurarum ceſſare. 1

Hæc etiam reſponſio non ſubſiſtit, quia primò non eſt perpetuò verum tam de iure ciuili, quam canonico, intereſſe non niſi poſt moram deberi, poſſunt enim
dari caſus, quibus intereſſe citra eam debeatur, etiam in mutuo, vt ſi pacto in mutuo conuentum ſit, quod pendente dilatione data ad ſolutionem, etiam ante moram, debitor certum quid ſoluat ratione damni emergentis, vel lucri ceſſantis ipſius creditoris, dum tamen tanti illius reuera interſit, Hoſtien. *d. c. ſalubriter n. 4. verſ. hec tamen,* & Panor. *n. 3. de vſur.* & alij quos longa ſerie refert & ſequitur Rendina in *promptu. recepta. ſenten tit. de pactis 83. num. 14.* & quæ ſententia, etiam ſi aliqui contradicant, omnino eſt ſequenda, quod à Theologis ſit recepta, vt poſt Florentin. Corrad. Caietan. D. Thom. Scot. & Medin. docet idem Rendina *d. n. 24. circa finem,* 2

Secundò reſpon. dum quæritur an requiratur mora, vt vſura iure ciuili, intereſſe iure canonico debeatur, non eſſe in hoc differentiam inter ius ciuile, & canonicum, regulariter enim requiritur mora vel regularis, vel irregularis, ideoque etiam iure ciuili poſt 25. annum deſinunt currere vſuræ, non mirum ſi & iure canonico intereſſe non currat poſt eam ætatem, nulla
facta interpellatione. Sed quemadmodum iure ciui- 3

li datur caſus, quo poſt eam ætatem, & quouſque reddat ſuas rationes, currunt vſuræ, nimirum ſi in vſus ſuos tutor pecunias pupillares cõuerterit ex *d.l. Lucius §. quæſitum.* ita quoque iure canonico intereſſe debet currere:nam quibus caſibus iure ciuili vſuræ debentur, eiſdem iure canonico intereſſe debetur, & in terminis vſurarum pupillarium, & hodie intereſſe, tradit idem Roderic. *d.q.10.n.18*

4 Poſtremò in terminis, in quibus verſamur, cùm pater pupilli eſt mercator, & tutor etiam, & ipſe in ſuos vſus pecunias conuerterit, ipſo facto moram commiſit, & ita in puncto tradit id. Roderic. *d. q.10.n.38.* ideóque non poteſt dici hoc caſu ceſſare moram, imò ea adeſt, & durat, quouſque ſit purgata reſtituendo pecunias.

Quoad ſecundum dubium, quo dicitur intereſſe duplum excedere poſſe, quando tutor in vſus ſuos pecunias pupillares conuerterit, etiam poſt finitam adminiſtrationem ex Roderic. *d.tract.lib.3 q.7.n.16.& d. quæſt.10.n.1. & 27.* reſponſio data, illud procedere in tutore doloſè conuertente pecunias pupillares in proprios vſus, ipſum conuincit:nam ſi hoc caſu dictus Brunier doloſè conuertit, ex ipſius reſponſione intereſſe duplum excedere poteſt: at verò eum dictas pecunias in vſus ſuos conuertiſſe, idque doloſè, fuſè in ſecundis ſcriptis
5 edoctum fuit, ne hîc repetantur, & præterea ex eo ipſo ſolo quod & pater pupilli, & tutor mercatores erant, & pecunias in proprios vſus conuertit, & de iis negotiatus fuit, dolum & fraudem perpetrauit, Roderic. *d q. 10.n.38.circa fin.& 39.in princ.* maximè cùm propria authoritate, ſummam pecuniarum ad quam æſtimata erant mobilia ex decreto iudicis, in ſuos vſus conuerterit.

6 Secundò doloſè id feciſſe, neceſſario concluditur ex his quæ in d. reſponſione ſubiiciuntur, ſcilicet dici dolo conuertiſſe in proprios vſus, quando illam intercepit. vel quando pecuniam deſtinatam in emptionem prædiorum, vel annuorum redituum, vel alium certum vſum, ſpreta tali deſtinatione, in vſus proprios conuertit, ex Roder. *d.q.10.n.2.* quæ omnia hîc deſiderari, probare contendit, ſed in vanum: nam etſi vnum ex illis tenera ſufficeret ad docendum doloſè in vſus ſuos conuertiſſe, ideóque neutram hîc adeſſe, probare nita-
7 tor, tamen verius eſt vtrumque hîc concurrere: primum, quia vt dicatur palàm, & non clàm conuertiſſe, DD. volunt vt à principio ſe dictis pecuniis onerauerit, & vnoquoque anno ſe debitorem intereſſe pecuniæ conſtituerit: quod tantum abeſt vt fecerit, vt de quingentis tredecim florenis pro alimentis ex reliquatu tutelæ vxori illi datis, in redditione rationum nullam mentionem fecerit, minúſq; in inuentario deſcripſerit, & niſi d. Joubert, medio amicorum, inſtrumenti quo de illis ſe d. Brunier obligauerat, notitiam habuiſſet, dictam ſummam intercepiſſet, & alimenta, ad quæ tenebatur, conſequutus fuiſſet: quo ſtante non ſolum ad totum quod intereſt, tenetur, ſed ſi ſoluendo non ſit, extraordinariè coerceri poteſt, *l. ob ſænus, ff. de adminiſt. tuto.* Roder. *d q 10.n.42.* & quod plus eſt, furti accuſari poteſt, Roder. *d.q.10.n.43.* Nec ſubſiſtit quod dicit nihil referre, an à principio ſe pecuniis pupillaribus onerauerit, an cum deinde Auditoribus rationes ſuas per eos diſcutiendas exhibuit:nam præter quam quod hoc quoad dictos 513. florenos nullo modo procedit, cùm eorum in ſuis rationibus nullam mentionem fecerit, quam tamen facere debebat, quoad pretium mobilium, maximum eſt diſcrimen, an à principio illis ſe onerauerit, & vnoquoque anno; an verò ſolum cum rationes exhibuit, dictæ ſummæ principalis ſe debitorem conſtituendo:nam primo caſu vniuſcuiuſque anni intereſſe ſeu fructus in emptionem prædiorum, vel annuorum redituum conuertere debebat, alioquin ad 8
intereſſe dictorum fructuum teneretur, cùm verſemur in iudicio generali, vt eſt actio tutelæ, Roder. *d.q.10.n. 19.* etſi alioquin fructus ſeu vſuræ fructuum non debeantur *l.nec eorum, ff. de vſuris.* (non autem ex Roder. in contrarium allegato *d.tract. q.7.n.27.* vbi quæſtionem differentem tractat, cùm ſcilicet ſimpliciter quæritur, an intereſſe intereſſe debeatur: Sed ſi agatur de intereſſe fructuum, vel etiam intereſſe percepto, ſi in emptionem annuorum redituum non conuertantur, concludit deberi, Roder. *d.q.10.n.19.*) qua de re in prioribus ſcriptis diximus: quod non accidit quando in exhibitione rationum ſolum de dict. ſumma ſe onerauit: quod ſi ita ſe oneraret, vt vnoquoque anno ſe intereſſe ſummæ debitorem conſtitueret, d. Joubert haberet intentum, quia niſi illud intereſſe ſiue fructus d. pecuniæ in emptionem prædiorum, vel annuorum redituum impendiſſet, ad intereſſe illius teneretur, vt iam dictum fuit.

Alterum quoque, ſcilicet pecuniam ad certum vſum deſtinatam in vſus ſuos conuertiſſe (quod ſolum ex ipſiſmet ſufficeret) hic concurrit, pecunia enim ex ven- 9
ditione mobilium redigenda in emptionem prædiorum, vel annuorum redituum erat neceſſario deſtinata, tam ex ſtatuto Auenionis *lib.1.rub.64.artic.2.* quam ex diſpoſitione iuris communis *l.tutores, §.a.C de adminiſt.tuto.* Roderic *d.q.10.n.11.circa fin.* ideóque nulla ſterilitatis in mobilibus habenda eſt conſideratio, cùm ex d. ſtatuti, & iuris diſpoſitione, niſi vendantur, & pretium in emptionem annuorum redituum conuertatur, ad intereſſe tutor teneatur.

Quoad verò aliam reſponſionem datam, non eſſe ſcilicet legitimè probatum d. Brunier dictas pecunias in vſus ſuos conuertiſſe, ea omnino tollitur ex his quæ in ſecundis ſcriptis deduximus, præſertim quod probatum fuit dictum Brunier tempore acceptæ adminiſtrationis omnino pauperem fuiſſe, & durante ea diuitem factum, & concurrentibus coniecturis, de quibus ibi, maximè quod nullas alias haberet pecunias, de quibus negotiaretur, inde nedum plenam, ſed pleniſſimam probationem reſultare.

Nec nocet Rotæ deciſio apud Farinac. *deciſ.42.n.6. lib.1.reſpon.* neque enim ibi de tutore, aut alio adminiſtratore agebatur. & præterea neceſſario ex pecuniis d. Joubert lucratus fuit, cùm nullas alias haberet.

Nec vlla eſt habenda ratio alimentorum pupillis præſtitorum mediante tantum ſumma 513 florenorum, quaſi dicta liberalitas animum fraudandi excludat ex Roder. *d q.10.n.2.circa fin.* quia cùm circa ipſoſmet 513. florenos conſter de vero dolo, cùm illos in ſuis rationibus tacuerit, non eſt ad coniecturas recurrendum, nec vlla liberalitas eſt præſupponenda, cùm ex obſequiis & operis per vxorem præſtandis quæ alioquin illi pauperi, & ſuo famulo nuo nupſiſſet, ſatis illi conſultum eſſet, & vt ad ipſius nuptias perueniret, non vt liberalitatem aliquam exerceret, liberos alendos ſuſcepit.

Nec obſtat quod ſubiicit, illud quod dicitur vſuras duplum excedere poſſe, locum tantùm habere debere durante adminiſtratione ex Roderic. *d q.10.n.56.* nam ea ſupradictis in primo dubio Rodericus intelligen- 10
dus eſt, quando tutor citra fraudem pecunias in ſuos vſus conuertit, non ſi ſit in dolo, tunc enim ſemper currunt, cùm ſemper ſit in mora, Roderic. *d q.10.n.38.* præterea quæ Roderic. *d.n.56.* in terminis vſurarum tradit, ceſſant in vero intereſſe *d q.10.n.57.* illud addo, quod quamuis finita d. tutela, cura d. Brunier non fuerit decreta, nihilominus tamen cùm continuauerit adminiſtrationem, perinde habetur ac ſi verus curator, vel adminiſtrator decretus fuiſſet, & quæ dicuntur de tutore

pecu

pecunias pupillares in vſus ſuos conuertente, procedunt etiam in eo, ex Roderic. *d.q.*10.*n.*48.

11 Ad tertium dubium non videtur etiam plenè ſatisfactum. Nam etſi verum ſit, cùm ſimpliciter quæritur, an intereſſe alterius intereſſe debeatur, receptiorem eſſe ſententiam non deberi, præſertim ex Roderic. *d.q.*7. *n.*27.*lib.*3. exceptis certis caſibus, de quibus per eum *n.* 28. tamen ex circumſtantiis in hoc caſu militantibus, de quibus in ſecundis ſcriptis, intereſſe alterius intereſſe deberi, omnino ſtatuendum eſt, & ita ſæpe in facti contingentia iudicatum fuit, præſertim quod etiam in quæſtione ſimpliciter propoſita non deſint grauiſſimi DD. qui affirmatiuam amplexi ſunt, maximè Cagnol. *in l. vni.n.*45.*C.de ſenten.quæ pro eo.* & alij in prioribus ſcriptis allegati, & præter eos Natt. *conſil.*370.*in fin.vol.*2. Burſat. *conſ.* 8. *n.*42. *vol.*1. Nec ſubſiſtit quod ſubiungitur intereſſe alterius intereſſe non dari contra tutorem, qui pecuniam pupillarem in vſus ſuos conuertit, etiam ſi & pater pupilli, & tutor, mercatores eſſent ex Roderic. *d.q.*10.*n* 41. ibi enim tractat quæſtionem ſimpliciter & generaliter propoſitam, an intereſſe intereſſe debeatur, nec ibi per eum dicta intelligenda ſunt ex his quæ tradit *n.*37. vbi quando & pater, & tutor mercatores fuerunt, agit. Sed ad quæſtionem tractatam *n.*44. à quo dicta *n.*49. dependent: abſoluta enim fuerat quæſtio de mercatore, & ad aliam deſcendit *d. n.* 44. & in illa quæſtione ita generaliter propoſita, & ſimpliciter tractata contendit quidem vſuras pupillaris pecuniæ in vſus ſuos conuerſæ non effici ſortem, ſed quando de mercatoribus patre, tutoréque agit *d.n.*37. diſertè contendit *n.*39. damnum quod pupillus patitur ex eo quod tutor illam pecuniam in vſus ſuos conuertit, non ſpectare ad taxationem legitimæ vſuræ, vel intereſſe, ſed ad æſtimationem eius quod caſualiter intereſt, & principaliter debetur. Et vtcumque ſit, nos reſoluimus intereſſe intereſſe hoc caſu deberi ex circumſtantiis hîc militantibus, præſertim quòd doloſè d. Brunier pecunias pupillares in ſuos vſus conuertit: quibus in dubio dato adijci, ſummam æquitatem militare in fauorem d. Ioubert, quod ſcilicet d. Brunier non deberet eſſe melioris conditionis non faciendo, quàm faciendo, quod debebat, quam non eliduni ex aduerſo deducta, quaſi ageretur, de re modica, ex qua non potuerunt prædia, vel cenſus annui emi, ex Roderic. *d.quæſt.* 10.*num.*14. neque enim ſolum erant 513 floreni impendendi, vt præſupponitur, ſed primùm quidem 1065. floreni, tum ceſſantibus alimentis dicti 513. Sed etſi ſolum de dictis 513. florenis, notoriè ex ea ſumma annuus redditus 35. & vltra florenorum poterat emi: præterquam quod attenta qualitate perſonarum ſumma 513. florenorum non poteſt dici modica, & ſic ceſſant dicta per Roderic. *d. num.*14. & text. *in l.ita autem, ff. de admin. tuto.*

Nec procedit etiam quod dicit hanc æquitatem non ſcriptam, non eſſe præferendam iuri ſcripto: negatur enim aliquod ius eſſe ſcriptum in contrarium, concurrentibus ſcilicet circumſtantiis in hoc caſu militantibus: neque enim hîc agitur de vſuraria prauitate ex Coſta *de ratio.rat.q.*142.*n.*9. qui in quæſtione generaliter & ſimpliciter propoſita loquitur: ſed de tutore doloſo coërcendo, contra quem etiam criminaliter agi poteſt ex ſuprà deductis: nec verum eſt in terminis tutoris non dici lucrum ceſſare, quod pecunias pupillares in emptionem annuorum redituum non impenderit, contrarium enim omnes concludunt in terminis tutoris, vt per Roderic. *d.quæſt.*10.*num.*13. præſertim quod eas pecunias in ſuos vſus conuerterit, & Cancer. in contrarium allegatus *varia. reſol. lib.*3.*cap.* 7.*de pact.num.*31. ſed & in terminis Cancerij idem eſſe in hoc caſu ſtatuendum, quia verſamur in ſolito negotiari.

Quod poſtremò loco ſubijcitur non eſſe inconueniens vt tutor ex pecunia redacta ex rebus pupillaribus lucretur, ex Gratian. *diſcept. Foren. lib.*2.*c.*241.*n.*31. Hoc verum eſt, ſi d. Brunier quod debebat, feciſſet: ſed quod dictas pecunias in ſuos vſus conuerterit, etiam cum dolo, & ex his diues factus fuerit, hoc non eſt permittendum.

F I N I S.

592785

INDEX RERVM ET VERBORVM NOTABILIVM, QVÆ IN HIS CONSILIIS CONTINENTVR.

IN QVO LITTERA C. CONSILIVM, N. verò Conſilij numerum demonſtrat.

Numerus Conſilij 227. duplicatus eſt, quod non inuenies in vno, quære in altero.

ABſenti *non acquiritur donatio, nuncio, vel epiſtola, non interueniente, c. 118. nu. 9.* ¶ *Cauſa mortis, ſicut & inter viuos, illo non acquiritur, c. 192. n. 2. firmatur tamen iuramento c. 210. nu. 10. c. 192. num. 5.*

Acceſſoria *non vitiant, aut alterant naturam principalis c. 16. num. 62. c. 4. num. 117.*

Accuſatus *de crimine, ex quo beneficium vacat ipſo iure, non poteſt illud reſignare, c. 61. nu. 1. ſecus ſi per ſententiam, imò & poſt eam ſi appellauerit, ibid. nu. 2.* ¶ *Poſt impetrationem intimatam reſignare nequit in fauorem, ibid. n. 7.*

Acquiſita *per vxorem pendente matrimonio, ipſius ſunt, ſed pretium mariti hæredibus reſtitui debet, c. 79. num. 12.*

¶ *Ex pretio propriorum, quando dicantur propria, c. 102. num. 50.* ¶ *Ex pecunia dotali, dotalia ſunt ſi nomine vxoris empta ſunt, aliàs ſecus, c. 72. n. 20.*

Acta probatoria *in vno iudicio facta, an faciant fidem in alio, & inter alias perſonas,* vide Atteſtationes.

¶ *Acta producens, cenſetur quoque articulos producere, qui ſi in actis reperiantur, contra eum plene probant, c. 16. n. 14.*

Actio *ſtatim acquiritur donatario, licet tantùm poſt mortem donantis rem conſecuturus ſit, ſed executio differtur c. 20. num. 8.* ¶ *Dicitur eſſe de loco, de quo eſt creditor, vel vbi ſolutio deſtinata eſt, c. 75. num. 6.*

¶ *Omnis eſt têporalis c. 24. n. 27. Omnis in Gallia præſcribitur 30. annis c. 124. n. 28. Alteri per alterum non acquiritur c. 166. num. 31.* ¶ *Loco non circumſcribitur c. 194. num. 4.*

¶ *An contra donatarium vniuerſalem recta via intentari poſſit c. 171. n. 4.* ¶ *Non naſcitur ante euentum conditionis c. 226. nu. 4.* ¶ *Non comprehenditur in donatione omnium bonorum præſentium & futurorum, mobilium & immobilium, c. 26. n. 2. ſecus ſi bonorum ſimpliciter, facta ſit mentio, ibid. num. 2.* ¶ *Actiones & iura tertiam ſpeciem conſtituunt inter mobilia & immobilia, c. 26. nu. 3. quæ pro exigendis annuis redditibus competunt, tertiam ſpeciem conſtituunt, c. 72. n. 4. c. 75. n. 4.* ¶ *Ex conſuetudine Galliæ, an & quando veniant appellatione mobilium, c. 77. n. 16. & 33. & c. 148. n. 23. quid de iure communi c. 77. n. 17.* ¶ *In rem vtilis, vel conditio ex lege competit ad fideicommiſſum in donatione, ex pacto inductum c. 20. n. 1. Præſcriptis verbis, non niſi ex contractu innominato datur c. 129. num. 16.* ¶ *Perſonalis non tranſit contra ſucceſſorem particularem, niſi in ſubſidium, c. 171. nu. 1.* ¶ *Lite conteſtata mutari nequit, c. 1. n. 263.*

An perpetuetur iuramento, vide Iuramentum.

Sine actione nemo experitur. c. 143. num. 2.

Actor *intentionem ſuam probare debet. ſiue affirmet, ſiue neget, c. 166. num. 19. c. 162. nu. 15. c. 175. num. 1. aliàs reus abſoluendus eſt, c. 166. num. 24.*

Actus *inchoatus, animi deſtinatione habetur pro completo, c. 134. nu. 17.* ¶ *Legitimè factus abiuitio, non retractatur euenienteCaſu, à quo incipere non potuit, c. 210. nu. 6.*

¶ *Primus validus, tollitur per ſequentem inualidum in vltimis voluntatibus, c. 64. numer. 27. Inutilis perinde voluntatem declarat, ac vtilis, c. 64. num. 23.* ¶ *Omnis habetur pro facto, in præiudicium eius, qui præſtat impedimentum, c. 38. numer. 5.* ¶ *Quod ſit purus, vel conditionalis, paria ſunt purificata conditione, vt ex eo agi poſſit, c. 19. numer. 51. qui principaliter ſit, inſpicitur, non qui acceſſoriè, & potius qui ſit, quàm qui dicitur, c. 166. num. 22, c. 210. num. 4.*

Adipiſcendæ *remedium admittit articulum proprietatis, c. 1. nu. 13. 14.* vide Proprietatis.

Aditio *hæreditatis,* vide Hæreditatis aditio.

Aduerſarij *productiones dicuntur probatio probata, c. 58. num. 4.*

Adulterium *non priuat beneficio, ipſo iure, c. 62. num. 4. Nec ſufficit ad diſſolutionem matrimonij, ſed tantùm ad ſeparationem thori, c. 65. nu. 7.*

Aeſtimatio *inter coniuges operatur venditionẽ, c. 72. num. 48. c. 74. num. 2.*

Rei in dotem data reſtituitur, niſi aliter cautum ſit, c. 74. num. 47. ¶ *Ipſa verò res, quando æſtimatio non operatur venditionem, c. 72. nu. 49.* ¶ *In dubio, æſtimatio reſtitui debet, c. 72. num. 50.*

Vſusfructus quomodo facienda, vide l. hæreditatum vel vſusfructus Bonorum fideicommiſſi, vide Creditor.

In liquidatione legitima, quomodo facienda, vide Expenſæ.

Aetas *24. annorũ requiritur ad beneficia ſacerdotalia, c. 69. n. 21.* ¶ *Ad curata 25. c. 200. n. 2.*

Aetatis *prærogatiua,* vide Prærogatiua.

Affinitas *vt contrahatur,* vide Matrimonium.

¶ *De iure naturali non impedit matrimonium, etiam in primo gradu linea tranſuerſa, c. 71. n. 3.*

Aggeres *intra quod interuallum fieri poſſunt, c. 57. nu. 37. fieri poſſunt, vt flumen reducatur in priſtinum & antiquum alueum, ibid. n. 39.*

Agnatio *probatur per coniecturas, indicia, & præſumptiones, c. 1. nu. 61. c. 3. nu. 59. 60. 61.* ¶ *In antiquis, per verba enunciatiua, c. 1. n. 62. in antiquiſſimis per teſtes de auditu, famam, conſanguineos, inſignia, & nomen, c. 1. num. 64. 65.*

¶ *Vt plenè probetur, probationes diuerſæ ſpeciei coniunguntur, c. 3. num. 63.*

Agnationis *conſeruatio an præſumatur in maioratibus, c. 1. n. 108. 209.* ¶ *Ex qualitate maſculinitatis quando, & quomodo præſumatur, c. 1. nu. 210. 211.* ¶ *Conſeruandæ ratio quomodo procedat, c. 23. nu. 23.* ¶ *An operetur extenſionem,* vide Extenſio. ¶ *Infertur ex vocatione agnatorum*

poſt deſcendentes, c.160. num.7.9. & ex vocatione maſculorum duntaxat in omnibus gradibus, ibid.num.5.c.25.num.7. ¶ *Et cognationis, hodie nulla eſt differentia, c.1.num.42.* ¶ *Agnationis ratio an perpetuet fideicommiſſum, c.52.n.25. &* vide Fideicommiſſum.

Agnatus *quomodo admittatur ad feudum hereditarium, & alias quaeſtiones in materia feudali,* vide Feudum.

Agrorum *vniuerſitas quando conceſſa cenſeatur, c.103.num.5.*

Alapa *quando ſit atrox iniuria, vel leuis, c.91.n.1.2. data ſacerdoti, dicitur leuis, & quae ſit eius pœna, ibid.n.3.4.5.*

Albini *ſeu exteri in Gallia ſunt incapaces beneficiorum, c.63.nu.3.4.* ¶ *Teſtari non poſſunt, ſi liberos non habent, c.142.num.9.*

Alienatio *rerum Eccleſiae,* vide Eccleſiae.

Fundi dotalis, vide Fundus. ¶ *Bonorum propriorum quando dicatur in fraudem creditorum, & non ſubſiſtat, c.198.nu.11.13.14.c.203.n.6.7.* ¶ *Nulliter facta, ab ipſomet qui fecit, impugnari poteſt, c.166.n.30.*

Alienationis *nomine continetur donatio in materia feudali, c.16.nu.72. Prohibitio perſonalis quando fiat realis, c.23.nu.29.35.46.47.* ¶ *Facta filijs, non extenditur ad nepotes, licet adſit dictio* perpetuò, *c.23.nu.34.49.* ¶ *Prohibitio, cum ſubſtitutione in caſum contrauentionis, ſubiecta ſubſtitutioni,* ſi ſine liberis, *hac deficiente, an prohibitio, & ſubſtitutio adiecta deficiant, c.23.num.43.44.* ¶ *Prohibitio cauſata, cauſa ſonante perpetuum & graduale fideicommiſſum, illud non inducit, niſi in caſum contrauentionis, c.23.nu.50.* ¶ *Prohibitio facta ab homine, intelligitur de voluntaria, c.182.nu.19. Prohibitio appoſita in primo gradu, extenditur ad alios, ibid.num.20.*

Alimenta *iuxta ſtatum & qualitatem perſonae aſſignanda ſunt, c.70.nu.3.c.157.nu.10. quomodo taxanda, c.70.n.4.c.157.n.4.* ¶ *Praeſtita priuigno praeſumuntur animo repetendi, c.174.n.10.* ¶ *Debentur viduae intra annum luctus, c.77.nu.38.* ¶ *Vidua pauper, illa petere poteſt, etiam non probato intereſſe, c.213.n.8.* ¶ *Non debent pro illis vendi praedia magni valoris, & modici fructus, c.157.n.5.* ¶ *Debentur ex fructibus, quibus vno anno non perceptis, nec illa debentur, ibid.n.6. In illis filij praeferuntur matri, ibid.n.7.* ¶ *Non debentur filio habenti aliunde, vnde ſcalat, c.83.nu.6.*

Alueus *fluminis quid ſit, c.57.n.36.*

Ambiguitas *circa qualitatem legati, & legatarij, validè declaratur coram duobus teſtibus, c.54.n.1.* ¶ *Contractuũ declaratur ex obſeruantia ſubſecuta, c.96.nu.14.*

Andegauiae Ducatus. *de co ſcitu digna, c.57.nu.11.*

Animalia *quae vxoris ſunt de tempore matrimonij, illi pereunt, niſi per maritum vendita ſint, & pretium per illum receptum, c.70.nu.9.*

Antecedens *qui vult, vult etiã & cõſequẽs, c.12.n.9.*

Appellatio *à ſententia ſuper poſſeſſorio, in maioratu, datur ad vtrumque effectũ, c.1.n.12.* ¶ *Geſta pendente appellatione notoriè friuola, reuocanda ſunt, c.11.n.21.* ¶ *Geſta intra decem dies ad appellandũ, quando reuocanda ſint, ibid.n.22.23.* ¶ *Nõ datur niſi à grauamine irreparabili, c.61.n.1.* ¶ *Quando non recipiatur, ibid.n.3. Eius, cuius non intereſt, non admittitur, c.137.n.1.* ¶ Tanquam ab abuſu *à quo tẽpore introducta ſit in Gallia, & quando permiſſa, ibid.n.21.*

A denegatione remiſſionis cauſae, datur ad vtrumque effectum, c.61 nu.2. Vide ſententia, *verſic. ſi ſuper.*

Arbitrium *Iudicis regulatur ſecundùm ius, rationem, & aequitatem, & iuxta arbitrium boni viri, c.12.nu.2.3.4.c.157.nu.1.2.3.*

Argumentum *ab emphyteuſi ad feudum, & è contra, non valet, c.1.num.119.* ¶ *A primogenitura Veteris Teſtamenti ad noſtram non valet, c.1.n.234.* ¶ *Ductum ex* l. Publius §.1.ff. de condit. & dem. *ſi grauauit filium, multò magis nepotem, non eſt verum, c.23.n.52.* ¶ *Negatiuè, non poteſt quis habitum dare, vota vel profeſſionem recipere, ergo nec beneficia conferre, non valet, c.72.n.37.* ¶ *A maiori ad minus negatiuè, non valet, c.102.n.42.* ¶ *A pupillo ad dotem, non valet, c.72.nu.37.* ¶ *De legato ad donationem valet, c.7.n.23.* ¶ *Ab abſurdo validiſſimum eſt, c.20.n.17.* ¶ *Hoc caſu non loquitur ſubſtitutio, valet in fideicõmiſſis, c.23.n.26.*

¶ *Negatiuè à iuriſdictione ad collationem, affirmatiuè verò à maiori ad minus, validè concludit, c.60.n.15.* ¶ *Ab eo quod communiter fit, concludenter ducitur, c.64.nu.22.*

¶ *A maſculis primi gradus, ad maſculos alterius lineae, non valet ad excluſionem fœminarum, nec de ſimili ad ſimile, nec de gradu ad gradum, c.1.num.192.194.c.5.n.23.*

¶ *A contrario ſenſu quando ducendum, c.118.num.10.*

¶ *In contractibus, à contrario ſenſu, nõ procedit, c.118.n.13.*

¶ *A contrario ſenſu, eſt coniecturale, ibid.n.14.* ¶ *In contractibus, valet à contrario ſenſu, niſi repugnantia, vel correctio reſultaret, c.215.n.6.* ¶ *Sophiſticum eſt, non vocauit filios, ergo excluſit nepotes, c.23.nu.24.*

Arma, *& nomen ferendi onus,* vide Fideicommiſſũ.

Arreſtum *in Gallia, olim poſt annũ, nunc verò poſt ſex menſes, impugnari nequit per ſupplicationem, quam vulgò* Requeſte ciuile *vocant, c.162.n.3. limita nu.14.* ¶ *Super tranſactione, nihil adijcit, neque dat nouum titulũ, ibid.n.7.*

Articuli *quando reijciendi ſint, c.14.nu.2. In dubio ſunt admittendi cum clauſula* ſaluo iure, *ibid.n.3. Quando ſunt hinc inde producti, qui veniant admittendi, ibid.n.8.*

¶ *Plures pro vno habentur, ſi idem continent, & vnum factum, c.46.n.47.c.47.n.11.*

Aſcendentes *aequaliter ſuccedunt liberis, vndecunque bona prouenerint, c.125.num.16.*

¶ *Inter eos, non eſt locus repraeſentationi, c.204.n.2.*

Aſcendentium *legitima,* vide Legitima.

Aſſertioni *ſummi Pontificis, etiam per verba enunciatiua, ſtandum eſt in antiquis, etiam in praeiudicium tertij, c.3.num.88.*

Attentata *vt ſint, requiritur litiſpendentia, & nouum factum, & ſpecialis ſcientia totius negotij, c.11.n.26.27.36. lite, vel appellatione pendente, etiam per iudicem, imprimis ſunt reuocanda, c.11.n.43.* ¶ *Non reuocantur ſi notoriè conſtet de iure rei, vel non iure actoris, c.11.n.3.7.8. vel actum qui dicitur attentatus, factum eſt de conſenſu partis, ibid.n.25.* ¶ *Suſpendenda ſunt vſque ad finem cauſae principalis, ſi illam concernũt, vel ab ea dependent, ibid.nu.32. itẽ quoties proceditur ſola facti veritate inſpecta, ibid.n.33. item ſi altiorem requirunt indaginem, ibid.nu.34.* ¶ *Non attentat, qui continuat, c.11.n.18.19.29.39.45.c.12.nu.11.* ¶ *Qui ius ſuum corroborat, vel nouum acquirit, c.11.n.20.* ¶ *Qui facit actum in cauſa diuerſa, ibid.n.24.39.* ¶ *Qui ius ſuum proſequitur, ibid.n.28.*

¶ *Iudex procedens ad vlteriora, quando appellatio eſt notoriè friuola, c.12.n.7. nec qui aliquid facit in conſequentiam, ſaltem ante inhibitionem, c.12.nu.6. nec qui aliquid facit, etiã poſt inhibitionem, in re ſeparata, c.11.n.31.*

Attentatorum reuocatio multas patitur exceptiones c.11.num.44.

Ad cauſam attentatorum, tertius nunquam admittitur, niſi de ſuo intereſſe docuerit ſemiplenè, c.11.nu.50.

Atteſtationes *in vno iudicio factae, & inter alias perſonas, an & quã fidẽ faciant in alio, & inter alias, c.1.n.138.139.c.3.n.14.c.126.n.4.5.* ¶ *Non publicatae non faciunt fidẽ in alio iudicio, etiam inter eaſdẽ perſonas, niſi iudex ſit ſuccedaneus, c.1.n.154.c.3.n.20. limitatur, c.1.n.155. & ſeq.* ¶ *Facta in cauſa ciuili, nõ faciũt fidẽ in criminali, contra verò ſic, c.126.n.2.3.* ¶ *Eas producens, cenſetur articulos produxiſſe, qui ſi in actis reperiantur, perinde contra eum fidem faciunt, ac ſi eos produxiſſet, c.16.n.14.*

Auenio *aliàs fuit Reſpublica, c.57.n.2. eius territorium aliàs protendebatur inter territoria Caſtri-renaudi, Barbentanae, & Rognonaſij, ibid.n.1.5.6.13.14.*

Epiſcopus illius aliàs recognoſcebat ſolum Imperatorem, & ſalua Imperiali iuſtitia, & ſupremo dominio, habebat

omnia

omnia iura Imperialia, ibid.n. 3.

A quo tempore cœperit recognoſcere Comitem Prouinciæ, ibid. num.4.

Carolus IV. Imperator, quem Comites Prouinciæ in ſupremum Dominum recognoſcebãt, donauit ſummo Pontifici, & Eccleſiæ Romanæ, omne ius quod habebat ſuper dicta ciuitate Auenionis,& caſtri à Regina Ioanna venditis ibid.n.7.

Auenionis integrum dominium quomodo ad Reginam Ioannam pertinuerit,& quomodo Comites Tholoſæ,& Barcinoniæ inter ſe diuiſerunt, quæ Comites Prouinciæ poſſidebant.ductis in vxores Dulcia,& Fatide filiabus Gilberti Comitis Prouinciæ,ibid.n.8.

Quo tempore deſiit eſſe Reſpublica, ibid.n 9.

Auenionis, cùm vendita fuit per Reginam Ioannam, quæ erat Comitiſſa Prouinciæ, & dictæ ciuitatis domina, omnia Regalia, & flumina tranſlata cenſentur, præſertim quia in fauorem Eccleſiæ Romanæ, & ex clauſulis prægnantibus, quæ id important,ibid.n. 42.

Augmentum, eſt eiuſdem naturæ,& conditionis,cuius eſt res,cui accedit,& vitiur eodẽ priuilegio, maximè quando eſt conuentionale, c.107.n.16.17. ¶ Intrinſecum ex beneficio temporis,auget legitimam c.160.n.26.

Dotis ſpectat ad liberos æqualiter, c.180.n.17. ¶ Dotis,& iocalia,mater conuolans ad ſecunda vota,reſeruare tenetur filiis primi matrimonij,c.204.n.9. ¶ Regulatur iuxta naturam dotis,c.227.n.2. De augmẽto dotis,vide nonnulla in verbo lucrũ, & in verbo Pater,vbi quod non tenetur reſeruare filiis primi matrimonij,& in verbo lucrũ,quod mater nõ tenetur reſeruare,quatenus eſt reciprocũ,& idẽ in verbo Vidua.

Auus, ſuccedit nepoti prædefuncto, cum fratre eiuſdem c.139.n.22. ¶ Cenſetur contemplatione filij neptem dotaſſe, c.191.n.7. ¶ Excluditur per matrem, etiam quoad bona per ipſum donata, c.204. n.4.

Auia, quæ conuolauit ad ſecunda vota, ante mortem nepotis,vel neptis,quomodo illis ſuccedat,c.64 n.30.31.

Authentica, res quæ C.commu.de legat.ceſſat in feudo ex pacto & prouidentia, ſicut & in maioratibus, c.3.n.48. 99.c.16.n.50.51. c.17.n.9. dicta auth. non procedit in nepotibus,niſi teneant locum primi gradus.c.134.n.4. non procedit, niſi agatur de deſcentibus fideicommittentis, c.132.n.1.2.3. dicta auth.Res quæ.explicatur,ibid.n.5.& ſeqq procedit non obſtante prohibitione alienationis,licet fideicommiſſum in contractu appoſitum ſit, c.198.n.20.21. Licet agatur de dote confeſſata, ſi certa conſtitutio præceſſerit,& dos ab alio,quàm ab vxore,conſtituta ſit,ibid. n.22. procedit, licet dos poſterior ſit fideicommiſſo,c.77.n.1.& ſeqq. c.182.n.4.5.11.18. quod extenditur ad augmentum, & iocalia, ibid.

Eiſdem pœnis C.de ſecund.nupt.quando habeat locum,c.110. n.19.20.

B

BArones ſunt in duplici differentia,c.1.num.260.261. ¶ Baronum vox æquiuoca eſt,aut enim generaliter ſumitur,& tunc continet Duces,Marchiones, & Comites,aut ſpecialiter,& tunc certis locis adſcripti ſunt,c.4.n. 45.

Baroniæ de iure feudorum generaliter ſumpta,ſunt indiuiduæ,ſpecialiter autem diuiduæ,c.4.n 47.

Bella inter Clodoueum Regem Francorum, & Gondebaut Regem Burgundiæ, c.57.n.43.

Belli & mortalitatis tẽpore,præſcriptio dormit,c.96.n.6.

Beneficiatus æquiparatur fructuario, c.166.n.9.

Beneficium quale ſit, cognoſcitur ex fundatione, vel prima prouiſione, c.146.n.4.

Requirens reſidentiam, quamuis ſimplex,eſt incompatibile,licet in diuerſis Eccleſiis, c.59 n.4.6.12. ¶ Sub eodem tecto,eſt incompatibile, ibid.n.7.

Vniforme, ſub eodem tecto,eſt incompatibile,ibid.num.8. contra n.9. ¶ Vniforme quod dicatur,ibid.n.10.

Incompatibile quando vacet per adeptionẽ ſecundi,ib.n.11.

Difformia in eadem Eccleſia retineri poſſunt,ibid.n 8.

Impropriè dicitur, quod eſt amouibile ad nutum, vel poſt certum tempus, c.87.n 2.

Propriè ſumptum,perpetuum eſt, ibid.n.1.

Deuolutum,nec reſignari,nec conferri poteſt,c.69.n.19.

Vnitum, ſequitur naturam principalis, nec in eo requiritur ordo,qui alias fuiſſet neceſſarius, ibid n.3.22 c.195. n.3. ¶ Eius valor quando exprimendus ſit ad validitatem vnionis, c.137.n.20. ¶ Vniti poſſeſſio, propria authoritate capi poteſt,ibid.n.21. ¶ Diuerſarum diœceſium, de iure communi vniri poterant, in Gallia tamen requiritur conſenſus Regis, ibid. num.24.

Regulariter voluntariè confertur,& certis tantùm caſibus neceſſariò, c.170.n.2.

Sæculare præſumitur,niſi contrarium probetur,c.197.n.2. ¶ Sæculare,ſæcularibus conferre debet, c.60.n.1.7.

Regulare,regularibus conferendum eſt,ibid. ¶ Et per ſuperiores regulares,ibid,num.2. quandoque tamen per ſæculares, ibid.n.4.5.6.

Regulare,hodie etiam non profeſſis conferri poteſt,dummodò poſtea habitum ſuſcipiant,& profeſſionẽ emittant,ib n.11.

Sæculare,quandoque per regulares conferri poteſt,ibid.n 3.

Regulare, quando ſæculariſatur, omnia ſuper quibus non eſt prouiſum,remanent in priori ſtatu,c.200.n.4.

Reſeruatum,vacans ſede vacante,non eſt reſeruatum,& ab Ordinario conferri poteſt,c.137.n 19. ¶ Reſeruatum dicitur, à Protonotariis,etiam per legatos creatis,poſſeſſum,c.29.n.8.

Sacerdotale,non poteſt obtinere,niſi qui attigit annum 24. c.69.num.20.

Curatum,non niſi,qui attigit 25.c.200.n.2. ¶ Curatum non dicitur Epiſcopatus, c.206.n.7.

Beneficij collatio facta non ſeruata forma, vel qualitate in fundatione ſtatuta,nulla eſt ipſo iure, c.146.n.5. & quoties nulla eſt,ceſſat regula de Pacificis poſſeſſoribus,c.146.n.8.& 9.

Beneficij collatio,contempto patrono facta,quando per eius conſenſum tacitum, vel expreſſum, validetur, c.24.n.1.c. 201 n.6. ¶ Facta a poſſeſſore,præfertur ei quæ facta eſt à vero collatore,c.59.n.16.

Capacitas ad obtinendum beneficium adeſſe debet,de tẽpore prouiſionis,nec poſtea ſuperueniẽs quidquã operatur,c.201.n.3.

Beneficij qualitas mutatur intra 40. annos, ſi non conſtat de vera, c.60 n.5.

Ex quibus beneficium vacet ipſo iure, vel non, c.62.&vide Confidẽtia.Sacrilegium.Simonia.Sortilegium.

Penſio ſuper beneficio, vide in littera P.

Bona dicuntur deducto ære alieno, c.79.n 5.c.129.n.19.

Applicari debent illi, cuius contemplatione ab aliquo auferuntur, c.118.n.1.10. ¶ Per aliquem acquiſita conſolidantur cum illius patrimonio,c.125.n.13.

Profectitia ad ſolum patrem pertinent, ſi naturam peculij retinuerint,c.128.n.4.22.

Paterna paternis, materna maternis, quando ſint danda, c.125.n 5.6.23.25.

A patre donata ſtudij cauſa, dicuntur quaſi caſtrenſia, ibid. num. 3.

Quæ iure ſucceſſionis tranſeunt in filium, vel nepotem, dicuntur vnita, nec eorum ſeparatio peti poteſt, ibid.n. 15.

Prohibita alienari, quando poſſint alienari, c.198.n.17.

Bona fides excuſat à delicto, c.61.n.10. ¶ Non requiritur in conſuetudine, c.47.n.16.limit.n.17.

Bulla præceptiua, & in corpore iuris inſerta, præſumitur vſu recepta,c.166.n.18. ¶ Non publicata an liget, c.29.n.11. ¶ Vſu non recepta an liget, ibid.n.15.

C

CApacitas ad beneficia, vide Beneficium.

Caput 1. de eo qui ſibi & heredi.ſu vſib. feudo.explicatur, c.2.n.63.

c.1. de duob.fratrib à capit.inueſt.explicatur,c.2.n 64.

c.1. de ſucceſſ.fratrum.explicatur c.2.n 66.c.3.n.34.

c. Is qui fidem.ext.de ſponſalib.ſublatum eſt per Concilium Tridentinum, c.32.n.9.c.35.n.4.

c.Vltimum, verſ. legitimè ext.de conſuetudi. explicatur c. 46.num. 49.

c. Cum Eccleſia ext.de cauſ. poſſeſ. & propriet. explicatur c.46.n.30.

c.Auditis.ext.de præſcriptionib. explicatur c.46.num.51.

c.Clericos. ext. de offic.Vicarij.explicatur c.63.n.21.

c. Imperialem de prohib. feud. alienat. non procedit, niſi in Baronijs magnis, imò hodie in illis conſuetudine abrogatum eſt, etiam de iure feudali c.16.nu.86.87.per totam Italiam abrogatum eſt, c.3.nu.202.

c.in aliquibus.c.vt de ſucceſſionibus.c.ſi aliquem. c.conſtitutionem, & c. volentes in conſti. Siculis, explicantur, c.2. num.48.

Canonicus *an poſſit cogi ad miſſam ſingulis diebus celebrandam, c.202.n.6.*

¶ *Regularis beneficia curata obtinere poteſt, c.60.nu.13.*

Capellania *vnita beneficiaturæ, aſſumit eius naturam, c.69.num.2.*

¶ *Quando ſit ſacerdotalis, c.146.num.4.*

Capitulum *eſt inferior Ordinarius, nec prætendere poteſt facultatem conferendi, iure naturali, ſiue communi, nec comprehenditur in reſcriptis gratioſis, c.58.n.1.*

Et Epiſcopus faciunt vnum corpus, c.27.num.3.

Etiam cum Prælato, non poteſt de grauibus negotijs ſtatuere, ſine licentia Sedis Apoſtolicæ, c.68.n.9.

Non poteſt ſtatuere contra Epiſcopum, vel generalem ſtatum Eccleſiæ, c.27.n.15.

Carolus IV. Imperator, vide Auenio.

Caſtrum *dum dicitur, vniuerſitas bonorum, & rerum ſignificatur, c.7.num.2.*

Dum datur, ea quæ illi accedunt continentur, ibid.n.8.

Conceſſa iuriſdictione caſtri, territorij etiam conceſſa cenſetur, c.8.num.1.

Qui dat, omne ius ſuum transfert in accipientem, ibid.n.3.

Quando datur cum tota iuriſdictione, omnia iura in vim iuriſdictionis & dominij ad donantem pertinentia, transferuntur, c.8.n.5.c.9.n.7.10.12.24.25.

Caſtrum *cuſtodire quis debeat*, vide Subditi.

Cauſa *limitata, limitatum producit effectum, c.1.n.216.*

¶ *Principalis, regulat executionem, c.52.n.14.*

¶ *Originalis, ſemper eſt inſpicienda, c.153.n.3.*

¶ *Falſa, non vitiat contractum, nec legatum, c.166.n.23.*

Cautio *Mutiana, ſeu de adimplendo, locum habet in diſpoſitione modali, c.106.n.2.* ¶ *De adimplendo, ſub hypotheca bonorum, ſufficit, ibid.nu.4. & admittitur non idonea, in defectum fideiuſſorum. ibid. num.5.*

Ex titulo, Vt legato vel fideicom. nom. caueat. *non eſt in vſu, ibid.num.8.*

Cedens *tenetur tradere ſcripturas ceſſionario, quibus poſſit conuincere ceſſum, c.214.n.7.*

Cedens nomen, vide Nomen.

Non tenetur de facto Principis, c.190.n.5.

Cenſus annus, ſiue reditus, ſunt res incorporales, c.72.n.15.

Sunt fructus ciuiles, nec dicuntur pendere, ſed dietim debentur, c.72.n.42.

Sunt triplicis generis: vel enim conſtituuntur ſuper certo fundo, de fructibus illius exſoluendis, & tunc cenſentur immobiles, c.72.n.6.9. vel promittuntur tantū actione perſonali, & tunc non cenſentur inter immobilia, niſi quando iura & actiones eorum naturam induunt, ibid.num.7.10. vel præter actionem perſonalem, adeſt hypothecaria, quod fit duobus modis, vt n.8. & hi quando ſint mobiles, num.11.

Cenſentur inter immobilia, quando neceſſariò inter mobilia vel immobilia habendi ſunt, alias tertiam ſpeciem conſtituunt c.72.n.1.2.3.c.75.n.1.2.3. ideóque in dotem conſtituti, ſtatim reſtituendi ſunt, dicto n.1.c.72.

Debiti actione reali, vel mixta, an ſint inter immobilia, c. 72.n.13.c.75 num.10.

Apud Andes, & Armoricos cēſentur immobiles, c.148.n.12.

In terminis conſuetudinis Pariſienſis, quales ſint, c.148.n.8. quid in terminis iuris communis, ibid.n.9.

Mobiles cenſentur ex eo quòd ſunt redimibiles, ſed non ex eo tantùm, c.72.num.14. Et dum tertiam ſpeciem conſtituunt, c. 194. num.13. Item per domum Pariſienſem venditi, c.148. num.13.

Item in Prouincia conſuetudinaria, c. 75.nu.8.

Generaliter impoſiti, actionum inſtar cenſentur, c.75.n.7.

Super domanio Regis conſtituti, quales ſint, c.148.num.14.

Minoris, vel vxoratæ, immobiliū naturam ſequuntur quoad alienationem, non ſi de ſucceſſione agatur, c.148. nu.5.

Cenſuum reductio, ſeu damnum, ſi accidit culpa ceſſionarij, eius periculo cedit, c.190.num.1.

Eorum arreragia, mortuo patre, ſpectant ad filios, conſ.148. num.34.38.

Decurſi habentur pro perceptis, ideòque inter mobilia computantur, c.151.num.1.

Non exacti, dicuntur fructus pendentes, quando debentur ratione fructuum naturalium, ibid.num.2. quorum ſolutionis dies venit tempore vſusfructus, ſpectant ad fructuarium, vltimo anni, diuiduntur pro rata, c.151.nu.3.

Collecta ſuper cenſibus impoſita ſolui debet in loco deſtinatæ ſolutionis, c.72.nu.5.c.75.nu.5.c.194.num.1.

Cenſus Eccleſiæ reducens, vide Extrauagans.

Ceſſio *rei cenſualis, cum expreſſo onere cenſus, dicitur ſimplex & gratuita, c.129.num.8.*

Ceſſionarius *non habet plus iuris, quàm cedens, c. 159. num.10.* ¶ *Eius periculo cedunt damna, quæ facto vel culpa illius accidunt, vel ex facto Principis, c.190.num.3.5.*

¶ *Actionem habet contra cedentem, qui rem ceſſam exegit, c.214.num.45.* ¶ *Excluſus, recta via contra cedentem agere poteſt, ibid num.6.*

Chronicis *in iudicando & conſulendo creditur, c.1. num.47.*

Chorus *Eccleſiæ an poſſit mutari ſine conſenſu capituli, c.202.num.5.*

Ciuitas *obligatur ex contractu per ipſam inito, præſertim ſi adſit decretum Principis. c.120.num.2.*

¶ *Eius conſilium liberè de rebus illius diſponere poteſt, etiā abſque licentia Principis, ibid.num.1.*

¶ *Eius decuriones donare non poſſunt, ibid.num.4.*

Læſa reſtituitur, ibid.nu.5. & 11. fallit ſi adſit iuramentum, ibid.n.13. ¶ *Debet tamen reſtitutionis beneficium intentare, intra quadriennium à die contractus, vel quo officiales, qui illum inierunt, in officio eſſe deſierunt, ibid.n.14.*

Eius contractus cenſetur approbatus ex adimplemento ab vtraque parte, ibid. num.15.

In actibus ſucceſsiuis, etiam non ſeruatis ſolemnitatibus, obligatur, ibid.num.18.

Locatio rerum ipſius, ad tempus, ſine ſubhaſtationibus fieri poteſt, ibid. num.16.

Citatio *in ſententia non præſumitur ex antiquitate temporis, ſi non enunciatur ſaltem in genere, vel non ſit in forma probante, c.1.num.247.*

Clam *fieri non dicitur, quod fit coram teſtibus, vel de quo conficitur inſtrumentum, c.229.num.6.*

Clauſula *ſubſequens, ſiue adiecta, non eſt ita interpretanda, vt corrigat præcedentia, niſi expreſsè dicatur, c.2.n.101.102.*

¶ *Superflua vitanda eſt, c.165.nu.4.* ¶ *In primo gradu appoſita cenſetur in ſecundo repetita, c.178.n.7.* ¶ *Inſolita arguit ſimulationem, c.198.n.9.* ¶ *Acceſſoria regulatur iuxta principalem c.37.nu.10.* ¶ *In principio appoſita influit in ſequentia, c.43.num.14.*

Cui legitimè dederit, nihil habet commune cum dictionibus futuris dominis, *c.2.n.105.*

Pro ſe, & heredibus quibuſcumque, æquiparatur clauſulæ, & cui dederit, *c.2.num.122.*

Pro ſe, & hæredibus quibuſcumque, vel omnibus, quid operetur, c.2.num.123.

Pro ſe, hæredibus & ſucceſſoribus, conſtituit feudum abſolutè hæreditarium, ibid. num. 12. 51.

Pro ſe, & hæredibus, non comprehendit extraneos ſine actu extrinſeco emphyteuta, c. 138. nu. 5.

Qui de iure ſuccedere debent, vt reſtringat dictionem vniuerſalem, relatiuum qui, ad illam referri debet, conſ. 2. numero 130.

Qui de iure, in conceſſione appoſita, intelligitur de conſuetudine, quæ ſeruatur in patria, c. 2. n. 132. 146.

Qui de iure, appoſita, non dictioni omnes, ſed dictioni ego, non reſtringit, ſed ampliat, c. 3. num. 119.

Qui de iure, data conſuetudine, qua feuda ſunt inſtar allodialium, intelligitur de ea, non de iure feudali, conſ. 3. num. 121.

Qui de iure, explicatur, c. 16. num. 62. 65.

Qui de iure, intelligitur ſecundùm conſuetudinem in patria vigentem, c. 17. num. 24.

Omnibus, & quibuſcunque, operatur vt fœmina admittantur ad feuda, c. 2. num. 140.

Cui ius dabit, conſtituit feudum hæreditarium, c. 2. num. 131.

Cui ius dabit, & clauſula ſucceſſores admodum differunt, c. 2. num. 148.

Cui ius dabit, conſtituit feudum ſtrictè hæreditarium c. 3. num. 120.

Quibus dederis, & pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, æquiparantur, & vtraque conſtituit feudum abſolutè hæreditarium, c. 2. nu. 147.

Futuris dominus, ampliat, conſ. 2. numer. 99. conſ. 3. numero 111.

Cum medietate fructuum, ampliat verba præcedentia, c. 7. num. 18. 20. 24. 26.

Poſt mortem, vel mentio mortis, non operatur transmiſſionem, c. 20. num. 19.

Ordine ſucceſſiuo, inducit fideicommiſſum in perſona nepotum, c. 23. num. 32.

Si ſuperuixerit, & poſt mortem, differunt, conſ. 20. numero 12.

Si & quatenus videatur, adiecta proteſtationi de dicendo contra perſonas, & dicta teſtium, à parte aduerſa non acceptata, operatur vt vnicus teſtis plene probet contra producentem, c. 46. num. 60.

Omni fictione ceſſante, vel ex legitimo matrimonio, operatur ne monaſterium ſit loco filij, ſi dictum eſt de filijs legitimis & naturalibus, c. 64. num. 16.

Ex ſuo proprio corpore, excludit nepotes, c. 89. num. 5.

Ex legitimo matrimonio, videtur reſtringere dictionem liberorum ad filios primi gradus, c. 89. num. 6.

Rebus ſic ſtantibus, ſubintelligitur in omni diſpoſitione, etiam conuentionali, & iurata, c. 96. nu. 11.

Vocatis vocandis, quid operetur, c. 137. n. 22. 23.

Decreti irritantis, in confirmatione appoſita, quid operetur, c. 68. num. 10.

In executiuis, vel acceſſorijs poſita, non mutat naturã formulæ principalis, in materia feudorum, c. 2. n. 128.

Clauſula Codicillaris an validet teſtamentum, in quo poſthumus ignoranter præteritus eſt, ſaltem in vim fideicommiſſi, c. 108. num. 1. 2. ¶ Quid ſi de illis in ſpecie, vel in genere cogitatum eſt, ibid. num. 3. ¶ Suſtinet teſtamentum, ſiue filius exhæredatus ſit ſine cauſa, ſiue cum cauſa, ſed non legitima, c. 109. num. 31. ¶ Concepta per verba futuri temporis, ſuſtinet legata, & fideicommiſſa, conſ. 117. numero 4.

Suſtinet teſtamentum præteritione patris, vel filij inualidum, c. 130. num. 6. Obliquat verba directa ad fideicommiſſum, c. 174. num. 13. ¶ Operatur vt teſtamentum ceci, ſine ſolemnitatibus requiſitis, valeat in vim donationis cauſa mortis, c. 192. num. 4. 7. ¶ Cenſetur in teſtamento appoſita de voluntate teſtatoris, c. 221. num. 12.

Vt ſuſtineat teſtamentum in vim donationis cauſa mortis, requiritur præſentia, & an ſola ſufficiat abſque acceptatione, c. 92. num. 2. & 3.

Clauſula caſſans & reuocans, in ſubſequenti teſtamento appoſita, non reuocat donationem cauſa mortis omnium bonorum præſentium & futurorum, c. 192. n. 6.

Clauſula derogatoria, tacitè ineſt in teſtamento inter liberos, c. 109. nu. 3.

Clauſula omni meliori modo, facit, actem valere ex omni capite, quo fieri poteſt, c. 125. nu. 36. c. 128. nu. 12. ¶ Idem operatur, quod codicillaris, c. 139. num. 7.

Clauſula, vt valeant iure cuiuſlibet alterius voluntatis, quo melius valere poſſint, in codicillis appoſita, ſuſtinet inſtitutionem filiorum in illis factam, c. 33. nu. 3.

Cum abſolutione, ad effectum, reddit excommunicatum capacem gratiæ, ſi tamen per annum in excommunicatione ſteterit, gratia non ſuffragatur, c. 141. num. 5. 6.

Saluo iure tertij, ſemper ſubintelligitur in reſcriptis, c. 201. num. 4.

Salua gradus prærogatiua impedit repræſentationem, c. 158. num. 8.

Cui de iure, appoſita in promiſſione de reſtituenda dote, ſimpliciter facta abſque ſtipulatione, cenſetur facta in fauorem eorum, quorum intererit, c. 154. num. 8.

Pleno iure, vide Falcidia.

Clerici non poſſunt conueniri, niſi in quantum facere poſſunt, nec huic priuilegio renunciare poſſunt, c. 70. n. 1. 2. ¶ Æquiparantur fructuario, c. 144. nu. 5.

Exercentes officium laicale, veniunt deponendi, & priuandi beneficio, c. 172. num. 5.

Deponentes contra laicum, in criminalibus, non probant, nec faciunt indicium, c. 216. nu. 1. 2. & fiunt irregulares, ibid. num. 3.

In ſubſidium tamen admittuntur, ibid. nu. 4. 5.

Tenentur ad munera patrimonialia, quæ rei principaliter imponuntur, c. 28. num. 9. quamuis incolæ, non tenentur ad ea quæ perſonis pro rebus imponuntur, ibidem, numero 15.

Clericum percutiens, vide Excommunicatus.

Coadjutori non currit antiquitas, niſi exerceat, c. 93. num. 12.

Cognationis, agnationis, & ſexus nulla eſt differentia in iure Romano, c. 1. nu. 43.

Cohabitatio diuturna, data opportunitate recedendi, validat matrimonium per metum contractum, c. 65. numero 10.

Cohæredes, inter ipſos nulla eſt obligatio naturalis, c. 76. num. 18.

Collaterales, ſi ex conſtitutione Regni admittendi ſunt ad feudum, intelliguntur, qui ſunt collaterales vltimò defuncti, c. 3. n. 81.

¶ An veniant appellatione deſcendentium, vide Deſcendentes.

Collatio de quibus donationibus, & quando fiat c. 19. ¶ Fit æqualitatis ſeruandæ cauſa, niſi prohibeatur, ibid. numero 48.

¶ Ceſſat per dictionem libera, vel liberè, perinde ac ſi dictum eſſet, ſine onere, c. 79. num. 2. & ex coniecturis, ibid. num. 3. quæ quales eſſe debeant, c. 19. nu. 30. 31. 32. 33. 34. 36. 37. 41. 42.

Quæ dicuntur de collatione, locum habent in imputatione, c. 79. numero 4. ¶ Plura videbis in verbo, Donatio.

Collectæ vt validè imponantur, deſcripti in libro Caſtri, citari debent, c. 119. num. 2.

Super cenſibus, ſiue penſionibus annuis, vide Cenſus.

Ad quæ, & quando forenſes teneantur c. 28. num. 4. 5. 8. 11. 14. 16. 19. 20. vide Munera.

minis noſtris, ſcilicet tutoris pecunias pupillares in
vſus ſuos conuertentis,ſed ſolum negligentis pecunias
in emptionem prædiorum,vel cenſuum collocare.

Reſp. hoc contra ipſos omnino retorqueri : nam ſi
in emptionem cenſuum dictas pecunias impendiſſet,
reditus illarum quotannis etiam poſt 25. annum per-
cepti fuiſſent,etiam ſi triplum vel quadruplum exceſ-
ſiſſent,& niſi fructus quotannis perceptos in emptio-
nem aliorum cenſuum impendiſſet, ad intereſſe illo-
rum teneretur,vt ex ſuperioribus patet,ita vt ex dictis
per dictos Coſtam, Montan. & Gutier. in contrarium
allegatos, tria dubia ſeu capita in fauorem d.Ioubert
reſoluenda ſint.

20 Circa ſecundum dubium, verum eſt regulariter in-
tereſſe duplum excedere non poſſe,ex Lupo ad *l.cura-
bit C.de actioni.empti.com.1.§.6.n.*120.& textu *in d.l.vni.*
21 *C.de ſenten.quæ pro eo.* Sed fallit in tutore doloſo,Rode-
ric.*de annu.redi.q.7.n.16.* d.verò Bruniet verè doloſum
fuiſſe ex occultatione & defraudatione, ſi potuiſſet,d.
22 102.ſcutor.&36.ſoli. & etiam vero dolo non probato,
fallit in tutore qui pecunias pupillares in vſus ſuos
conuertit,non adhibendo cautelas,de quibus ſuprà,&
quibus vt vtatur, conſulit Coſta *d.diſtinct.24.n.13.* &
tradit Montan. *d.q.46.num.*217. & Munnoz *d.c.14.n.
26.* nam non adhibitis dictis cautelis duplum excede-
re poſſunt, Roderic. *d.quæſt.*10.*n.*1.& in puncto Mon-
tan.*d.quæſt.* 46.*n.*209.

Nec obſtat ſi dicatur Roderic. *d. quæſt.*10. *num.*1.&
Montan.*d.q.46.n.*209.damni,& non lucri,mentionem
facere,ibi enim dictio(*damnum*)non pro damno emer-
gente, quatenus differt à lucro ceſſante,ſed pro inter-
eſſe generaliter ſumitur,vt ex contextu dictorum Do-
ctorum facile apparet,vt ex Gratian. *d.c.*240.*num.*18.*&
ſeqq.* & clarè explicat Roder.*d.q.*10.*n.*17. vbi & damni
23 emergentis, & lucri ceſſantis mentionem facit, & ta-
men illud duplum excedere poſſe contendit : nam &
verum eſt damni appellatione lucrum venire,quando
illud certiſſimè creditori erat obuenturum, niſi debi-
tor facto ſuo effeciſſet,vt ſibi,non creditori quæſitum
ſit,Bald.*conſ.*182.*n.3.lib.*1.Caſtr. *conſ.*339.*lib.*2. ante *n.*2.
Alex.*conſ.*89.*n.*12.*in fi.&* 13.*lib.*2.

His adde cùm notoriè emptio cenſuum omnibus
pateret,& intereſſe pupilli ſit tale,vt omnibus conue-
niret, omnes enim qui pecunias habebant, poterant
24 huiuſmodi cenſus emere, ideóque omnes rei notitiam
habentes communiter illud intereſſe æſtimarent,& ſic
non poſſit dici ſingulare intereſſe, ſed commune, Re-
buff.*in d.l.vni.*gloſ.1.*n.*77.*&* *n.*88.ſequitur duplum ex-
25 cedere poſſe : dicta enim *l.vni.* ſolum habet locum in
ſingulari intereſſe,non in communi, Rebuff. ex com-
muni DD.ſententia *d.gloſ.n.*22.*& ver.dupli,n.*13.

26 Quæ confirmantur,quia quod dicitur intereſſe non
poſſe excedere duplum,intelligitur de intereſſe vnius
anni, & ſemel æſtimando : nos autem de eo quod per
varios annos currit,quod duplum excedere poteſt Ca-
gnol.*d.l.vni.n.*45.qui ita practicari aſſerit,idq́ue certiſ-
ſimè ſi in ſtipulationem deductum ſit, etſi non fuerit
per ſingulos annos taxatum Cagnol.*d.l.vni.n.*114.*in fi.*
Surd.*conſ.*485.*n.*6.

27 Circa tertium & vltimum dubium, In terminis ge-
neralibus,an intereſſe intereſſe debeatur, videtur qui-
dem magis recepta opinio non deberi, non obſtanti-
bus illis quæ dicuntur à Cagnol.*in d.l.vn.n.*45.*C.de ſen-
ten.quæ pro eo.* Milanen.*deciſ.*8.*par.*1.*n.*351.Caualc.*de tu-
to.n.*116.Cæſ. de Vrſill.ad Matth.de Afflict.*deciſ.*291.*n.*
6.Ruin. *conſ.*103.*n.*4.*lib.*1. Sed ex circumſtantiis in hoc
caſu militantibus videtur affirmatiuè omnino eſſe reſ-
pondendum.

28 Prima eáque potiſſima,quia & pater pupillorum,&
tutor eorundem, ſoliti erant, & fuerunt negotiati eo-
dem genere negotiationis, quiq́ue tutor negotiatio-
nem quam faciebat pater, quámque mater quamdiu
fuit vidua continuauit, & poſtquam tutor ei nupſit,
idem quoque cum iiſdem inſtrumentis & mobilibus,
quibus pater, & mater eius vxor,continuauit : quibus
nedum concurrentibus,ſed dato ſolùm quod & pater,
& tutor negotiati fuerint, ſæpe in facti contingentia
tutores ad intereſſe intereſſe condemnati fuerunt,præ-
ſertim in redditione tutelæ domini Claudij de Benoict
per patruum Lugduni morantem geſtæ.

Secunda,quia d.Bruniet pecunias pupillares in vſus 29
ſuos conuertit, vt ſuprà demonſtratum fuit, quo caſu
etſi ſolus tutor negotiatus fuiſſet, & non pater pupil-
li,in facti etiam contingentia fuit ad d. intereſſe con-
demnatus, aut ſaltem ſuper eo tranſegit, vt in tutela
pupillæ de Viuet per patruum etiam Viuet geſta : &
ratio eſt manifeſta,quia etiam ex aduerſariorum inten-
tione, quando tutor pecunias in ſuos vſus conuertit,
pupillo ad id omne teneri debet, quod ei obueniſſet,
ſi in emptionem cenſuum, aut prædiorum pecuniæ
pupilli conuerſæ fuiſſent,vt ſuprà dictum fuit ex Rota
apud Farinac.*deciſ.*85.*n.*6.*inter deciſ.criminales.* Gratia.
*d.cap.*240.*n.*28.29.*&* 30.Coſta *d.centur.*1.Montan.*diſt.
reg.*9.*n.*203.Munnoz. *d.c.*14.*n.*26.at verò ſi dictæ pecu-
niæ in emptionem cenſuum conuerſæ fuiſſent, quot-
annis reditus eorumdem percepti fuiſſent, iiſque in
emptionem aliorum cenſuum impendi debuiſſent,
alioquin tutor ad intereſſe eorumdem redituum con-
demnatus fuiſſet,vt ſuprà etiam edoctum fuit ex *l.fin.
C.de admin.tuto.* Rom.*conſ.*188.*n.*4.Roder.*q.*10.*n.*19.ergo.

Tertia, quia cùm dictus tutor tempore acceptæ tu- 30
telæ eſſet pauper, ex negotiatione quam fecit, impen-
dendo pecunias pupillares, factus fuit diues,quo caſu
ad huiuſmodi intereſſe teneri debet, ne cum iactura
aliena locupletetur,contra *reg. locupletari,cum ſimilib.
de reg.iur.in* 6.

Quarta,& poſtrema,quia dictus tutor fuit in dolo, 31
vt ſuprà etiam demonſtratum fuit, quo exiſtente ad
huiuſmodi intereſſe abſque dubio condemnari debet,
ne ex fraude ſua & dolo lucrum cum damno pupilli
ſentiat:ideóque iuſtiſſimè per Senatum Pariſien.de an-
no 1604. & 17. Decembr.tutor ad huiuſmodi intereſſe
condemnatus fuit, referente Mornacio ad *d. l.* 1.§. *ſo-
cius de vſuris.* Nec diſtinctio Coſtæ inter lucrum, vſu-
ras,& damnum emergens in *d.tract. de rata,q.*142.*n.*6.
procedit exiſtentibus circumſtantiis, de quibus ſuprà,
cùm in illis eadem ratio militet in lucro,& in damno,
vt ad ſenſum patet : & quatenus vera eſſet, ea tantùm
habet locum in quæſtione generali, cùm ſimpliciter
quæritur, an intereſſe alterius intereſſe debeatur,non
vbi tutor pecunias pupillares in vſus ſuos conuertit: &
ex illis ditatus fuit, cùm eo caſu, pupillo id præſtare
debeat,quod illi obueniſſet,ſi in emptionem cenſuum
huiuſmodi pecunias impendiſſet.

Quod poſtremo loco dicitur ex deciſ. Marti.Mon-
tera.29.*num.*34.*vſque ad finem.*(nam quoad Gratianum,
is hoc non dicit) nihil eſt, loquitur enim in terminis
ſtatuti & conſuetudinis illius patriæ, qua tutor ſolum
tenetur præſtare res pupilli in ſtatu,in quo eas recepit,
abſque vllo intereſſe, & quæſtio an tutor teneatur ad
intereſſe pecuniarum quæ ex venditione mobilium,
aut rerum ſterilium conflatæ fuerunt, per ſtatutum
Auenien.reſoluta eſt *lib.*1.*rub.*64.*art.*2.quo tutor mo-
bilia pupillo non neceſſaria tenetur vendere, & pecu-
nias inde reductas in emptionem prædiorum, vel cen-
ſuum conuertere,alioquin etſi eas otioſas tenuerit,nec
in ſuos vſus conuerterit, tenetur ad rationem ſeptem
pro centenario.

Hoc

Hoc poſtremo loco, vt omnis ſcrupulos tollatur, ad-
12 dendum eſt, cùm de lucro ceſſante agitur in terminis pupilli, ſufficere quod tutor potuerit collocare pecunias in emptionem cenſuum, vbi frequens eſt in prouincia redituum annuorum venditio, vt eſt in hac patria, Gutier. *de tuto. c. 9. n. 23.* & Munnoz. *c. 14. num. 7.* nec alia requiruntur, quæ alioquin debent interuenire cùm intereſſe lucri ceſſantis petitur, de quibus Trentacinq. *tit. de intereſſe reſol. 2. n. 27. & 32.* & Lupus *in l. curabit com. 1. §. 6. num. 07.* Sed etſi requirerentur, in hoc caſu, adeſſent, cùm & pater pupilli, & ipſe tutor ſoliti fuerint negotiari, & frequens eſſet in hac patria annuorum redituum venditio.

ARGVMENTVM.

De eadem re.

SVMMARIVM.

1 *Intereſſe de iure canonico non niſi exiſtente mora regulari, aut irregulari datur.*
2 *Aliquando tamen citra eam debetur.*
3 *Sicut iure ciuili datur caſus, quo poſt maioritatem currunt vſuræ, ita quoque iure canonico intereſſe currere debet.*
4 *Quando pater pupilli erat mercator, & tutor etiam, & ipſe pecunias in vſus ſuos conuertit, ipſe facile moram commiſit.*
5 *Et ex eo ſolo dolum perpetrauit.*
6 *Tutor doloſè pecunias in vſus ſuos conuertiſſe dicitur quando clam id fecit, vel in alios vſus erant deſtinatæ.*
7 *Quando tutor dicatur palam in ſuos vſus pecunias conuertiſſe.*
8 *Intereſſe fructuum debetur in iudicio generali.*
9 *Pecunia ex venditione mobilium redacta, tam ex ſtatuto Aueniomen. quàm ex iuris communis diſpoſitione, in emptionem prædiorum, vel cenſuum impendi debet.*
10 *Quando tutor doloſè pecunias in vſus ſuos conuertit, vſuræ ſemper currunt.*
11 *Licet intereſſe alterius intereſſe non debeatur, ex circumſtantiis contrarium ſtatuitur.*

CONSILIVM CCXXX.

DVBIIS in cauſa redditionis rationum, & adminiſtrationis bonorum Spiritus Ioubert contra Ianmetum Brunier interotata à me propoſitis non videtur ſatisfactum, & quæ iam bis circa tria capita dictę adminiſtrationis ſcripſi, videntur firma remanere non obſtantibus reſponſionibus ad dicta dubia datis.

Et quoad primum quidem an intereſſe continuauerit currere poſt 25. annum d. Ioubert, reſponſio data ad *l. Lucius, §. quæſitum, & l. tutor qui repertorium, §. fin. ff. de adminiſt. tut.* ex Roderic. *de annu. rediti. lib. 3. q. 10. n. 56.* vbi dictos textus pro ratione dubitandi allegat, & nihilominus concludit finita adminiſtratione vſuras vltra duplum non currere, non ſatisfacit: nam primo tractat ibi tantùm de tutore, qui pecuniam pupillarem, vel partem illius, citra fraudem in vſus ſuos conuertit, vt expreſsè contendit *d. q. 10. n. 44.* à quo pendet quæſtio tractata *n. 55. & 56.* vt vnicuique dictum Rodericum legenti à *d. n. 44. vſque ad n. 56.* incluſiuè patebit: non in tutore, qui cum fraude, & magno pupilli damno pecuniam pupillarem in vſus ſuos conuertit, vt in ſecundis ſcriptis fusè edoctum fuit.

Secundò, non tractat Rodericus quæſtionem noſtram, an ſcil. poſt finitam adminiſtrationem, vel 25. annum vſuræ currere continuent, ſed an quemadmodum durante adminiſtratione, ita & poſt eam, duplum excedere poſſint, & concludit non poſſe, ita tamen vt vſuræ quæ durante adminiſtratione cucurrerunt, non imputentur ad duplum conſtituendum poſt adminiſtrationem, ſed ſolùm earum habeatur ratio quæ poſt adminiſtrationem cucurrerunt vnde tantum abeſt vt ex d. Roderico elici poſſit poſt finitam adminiſtrationem, vel 25. annum deſinere currere vſuras, quin potius contrarium per eum concluditur, non tamen poſſe excedere duplum, an verò hoc caſu duplum excedere poſſint, quæſtio eſt ſeparata, de qua mox in iſto dubio ſecundo.

Tertiò, etiam in terminis Roderici, ſi ſcilicet agatur, an duplum excedere poſſint, eius diſtinctio ante, vel poſt adminiſtrationem, procedit tantùm, cùm de vſuris agitur, quæ nulla habita ratione, an partis interſit, nec ne, iure ciuili debentur: ſed ſi agatur de vero intereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergentis, Roderic. *ſeq. num. 57.* clarè contendit illud non cadere ſub d. limitatione dupli.

Subiungit aliam reſponſionem, illam tamen cum prima inuoluendo, & ait *d. l. Lucius §. quæſitum & l. tutor qui repertorium §. fin.* de iure ciuili procedere, ſed iure canonico, quo nunquam vſuræ ſunt permiſſæ, ſed intereſſe, aliud eſſe ſtatutum, quia ſcilicet d. intereſſe non niſi exiſtente mora regulari, aut irregulari datur, Ca- 1
noniſtæ in *c. nauiganti, & in c. ſalubriter,* vbi Anton. de Butri. *num. 1. & 2. ext. de vſuris.* poſt vero 25. annum nulla exiſtente interpellatione, curſum vſurarum ceſſare.

Hæc etiam reſponſio non ſubſiſtit, quia primò non eſt perpetuò verum tam de iure ciuili, quam canonico, intereſſe non niſi poſt moram deberi, poſſunt enim dari caſus, quibus intereſſe citra eam debeatur, etiam 2
in mutuo, vt ſi pacto in mutuo conuentum ſit, quod pendente dilatione data ad ſolutionem, etiam ante moram, debitor certum quid ſoluat ratione damni emergentis, vel lucri ceſſantis ipſius creditoris, dum tamen tanti illius reuera interſit, Hoſtien. *d. c. ſalubriter n. 4. verſ. hoc tamen,* & Panor. *n. 3. de vſur.* & alij quos longa ſerie refert & ſequitur Rendina in *promptu. recepta. ſenten. tit. de pactis 83. num. 24.* & quæ ſententia, etiam ſi aliqui contradicant, omnino eſt ſequenda, quod à Theologis ſit recepta, vt poſt Florentin. Corrad. Caietan. D. Thom. Scot. & Medin. docet idem Rendina *d. n. 24. circa finem.*

Secundò reſpon. dum quæritur an requiratur mora, vt vſura iure ciuili, intereſſe iure canonico debeatur, non eſſe in hoc differentiam inter ius ciuile, & canonicum, regulariter enim requiritur mora vel regularis, vel irregularis, ideoque etiam iure ciuili poſt 25. annum deſinunt currere vſuræ, non mirum ſi & iure canonico intereſſe non currat poſt eam ætatem, nulla facta interpellatione. Sed quemadmodum iure ciui- 3

li daretur caſus, quo poſt eam ætatem, & quouſque redditæ ſint rationes, currunt vſuræ, nimirum ſi in vſus ſuos tutor pecunias pupillares conuerterit ex *d.l. Lucius §. quaſi.um.* ita quoque iure canonico intereſſe debet currere: nam quibus caſibus iure ciuili vſuræ debentur, eiſdem iure canonico intereſſe debetur, & in terminis vſurarum pupillarium, & hodie intereſſe, tradit idem Roderic. *d. q.10.n.18.*

4 Poſtremò in terminis, in quibus verſamur, cùm pater pupilli eſt mercator, & tutor etiam, & ipſe in ſuos vſus pecunias conuertit, ipſo facto moram committit, & ita in puncto tradit id. Roderic. *d. q.10.n.38.* ideóque non poteſt dici hoc caſu ceſſare moram, imò ea adeſt, & durat, quouſque ſit purgata reſtituendo pecunias.

Quoad ſecundum dubium, quo dicitur intereſſe duplum excedere poſſe, quando tutor in vſus ſuos pecunias pupillares conuertit, etiam poſt finitam adminiſtrationem ex Roderic. *d. tract. lib. 3 q.7.n.16. & d. quæſt.10.n.1. & 27.* reſponſio data, illud procedere in tutore doloſè conuertente pecunias pupillares in proprios vſus, ipſum conuincit: nam ſi hoc caſu dictus Brunier doloſè conuertit, ex ipſius reſponſione intereſſe duplum excedere poteſt: at verò cum dictas pecunias in vſus ſuos conuertiſſe, idque doloſè, fusè in ſecundis ſcriptis

5 edoctum fuit, ne hîc repetantur, & præterea ex eo ipſo ſolo quod & pater pupilli, & tutor mercatores erant, & pecunias in proprios vſus conuertit, & de iis negotiatus fuit, dolum & fraudem perpetrauit, Roderic. *d. q. 10.n.38. circa fin. & 39. in princ.* maximè cùm propria authoritate, ſummam pecuniarum ad quam æſtimata erant mobilia ex decreto iudicis, in ſuos vſus conuerterit.

6 Secundò doloſè id feciſſe, neceſſario concluditur ex his quæ in d. reſponſione ſubijciuntur, ſcilicet dici dolo conuertiſſe in proprios vſus, quando illam intercepit, vel quando pecuniam deſtinatam in emptionem prædiorum, vel annuorum redituum, vel alium certum vſum, ſpreta tali deſtinatione, in vſus proprios conuertit, ex Roder. *d. q.10.n.2.* quæ omnia hîc deſiderari, probare contendit, ſed in vanum: nam etſi vnum ex illis reuera ſufficeret ad docendum doloſè in vſus ſuos conuertiſſe, ideóque neutram hîc adeſſe, probare nita-

7 tur, tamen verius eſt vtrumque hîc concurrere: primum, quia vt dicatur palàm, & non clàm conuertiſſe, DD. volunt vt à principio ſe dictis pecuniis onerauerit, & vnoquoque anno ſe debitorem intereſſe pecuniæ conſtitueret: quod tantum abeſt vt fecerit, vt de quingentis tredecim florenis, pro alimentis ex reliquatu tutelæ vxori ſui illi datis, in redditione rationum nullam mentionem fecerit, minúſq; in inuentario deſcripſerit, & niſi d. Joubert, medio amicorum, inſtrumenti quo de illis ſe d. Brunier obligauerat, notitiam habuiſſet, dictam ſummam intercepiſſet, & alimenta, ad quæ tenebantur, conſequutus fuiſſet: quo ſtante non ſolum ad totum quod intereſt, tenetur, ſed ſi ſoluendo non ſit, extraordinariè coerceri poteſt, *l. ob fœnus, ff. de adminiſt. tuto.* Roder. *d. q.10.n.42.* & quod plus eſt, furti accuſari poteſt, Roder. *d. q.10.n.43.* Nec ſubſiſtit quod dicit nihil referre, an à principio ſe pecuniis pupillaribus onerauerit, an cum deinde Auditoribus rationes ſuas per eos diſcutiendas exhibuit: nam præter quam quod hoc quoad dictos 513. florenos nullo modo procedit, cùm eorum in ſuis rationibus nullam mentionem fecerit, quam tamen facere debebat, quoad pretium mobilium, maximum eſt diſcrimen, an à principio illis ſe onerauerit, & vnoquoque anno; an verò ſolum cum rationes exhibuit, dictæ ſummæ principalis ſe debitorem conſtituendo: nam primo caſu vniuſcuiuſque anni intereſſe ſeu fructus in emptionem prædiorum, vel annuorum redituum conuertere debebat, alioquin ad 8 intereſſe dictorum fructuum teneretur, cùm verſemur in iudicio generali, vt eſt actio tutelæ, Roder. *d. q.10.n.19.* etſi alioquin fructus ſeu vſuræ fructuum non debeantur *l. nec eorum, ff. de vſuris.* (non autem ex Roder. in contrarium allegato *d. tract. q.7.n.27.* vbi quæſtionem differentem tractat, cùm ſcilicet ſimpliciter quæritur, an intereſſe intereſſe debeantur: Sed ſi agatur de intereſſe fructuum, vel etiam intereſſe percepto, ſi in emptionem annuorum redituum non conuertantur, concludit deberi, Roder. *d. q.10.n.19.*) qua de re in prioribus ſcriptis diximus: quod non accidit quando in exhibitione rationum ſolum de dict. ſumma ſe onerauit: quod ſi ita ſe oneraret, vt vnoquoque anno ſe intereſſe ſummæ debitorem conſtitueret, d. Joubert haberet intentum, quia niſi illud intereſſe ſiue fructus d. pecuniæ in emptionem prædiorum, vel annuorum redituum impendiſſet, ad intereſſe illius teneretur, vt iam dictum fuit.

Alterum quoque, ſcilicet pecuniam ad certum vſum deſtinatam in vſus ſuos conuertiſſe (quod ſolum ex ipſiſmet ſufficeret) hic concurrit, pecunia enim ex ven- 9
ditione mobilium redigenda in emptionem prædiorum, vel annuorum redituum erat neceſſariò deſtinata, tam ex ſtatuto Auenionis *lib.1. rub 64. artic.2* quam ex diſpoſitione iuris communis *l. tutores, l.2. C. de adminiſt. tuto.* Roderic *d. q.10.n.11. circa fin.* ideóque nulla ſterilitatis in mobilibus habenda eſt conſideratio, cùm ex d. ſtatuti, & iuris diſpoſitione, niſi vendantur, & pretium in emptionem annuorum redituum conuertatur, ad intereſſe tutor teneatur.

Quoad verò aliam reſponſionem datam, non eſſe ſcilicet legitimè probatum d. Brunier dictas pecunias in vſus ſuos conuertiſſe, ea omnino tollitur ex his quæ in ſecundis ſcriptis deduximus, præſertim quod probatum fuit dictum Brunier tempore acceptæ adminiſtrationis omnino pauperem fuiſſe, & dein antea ditem factum, & concurrentibus coniecturis, de quibus ibi, maximè quod nullas alias haberet pecunias, de quibus negotiaretur, inde nedum plenam, ſed pleniſſimam probationem reſultare.

Nec nocet Rotæ deciſio apud Farinac. *deciſ.42.n.6. lib.2. reſpon.* neque enim ibi de tutore, aut alio adminiſtratore agebatur, & præterea neceſſario ex pecuniis d. Joubert lucratus fuit, cùm nullas alias haberet.

Nec vlla eſt habenda ratio alimentorum pupillis præſtitorum mediante tantum ſumma 513 florenorum, quaſi dicta liberalitas animum fraudandi excludat ex Roder. *d. q.10.n.2. circa fin.* quia cùm circa ipſoſmet 513. florenos conſtet de vero dolo, cùm illos in ſuis rationibus tacuerit, non eſt ad coniecturas recurrendum, nec vlla liberalitas eſt præſupponenda, cùm ex obſequiis & operis per vxorem præſtandis quæ alioquin illi pauperi, & ſuo famulo non nupſiſſet, ſatis illi conſultum eſſet, & vt ad ipſius nuptias perueniret, non vt liberalitatem aliquam exerceret, liberos alendos ſuſcepit.

Nec obſtat quod ſubijcit, illud quod dicitur vſuras duplum excedere poſſe, locum tantùm habere debere durante adminiſtratione ex Roderic. *d. q.10.n.56.* nam ex ſupradictis in primo dubio Rodericus intelligen- 10
dus eſt, quando tutor citra fraudem pecunias in ſuos vſus conuertit, non ſi ſit in dolo, tunc enim ſemper currunt, cùm ſemper ſit in mora, Roderic. *d. q.10.n.38.* præterea quæ Roderic *d. n.56.* in terminis vſurarum tradit, ceſſant in vero intereſſe *d. q.10.n.57.* Illud addo, quod quamuis finita d. tutela, cura d. Brunier non fuerit decreta, nihilominus tamen cùm continuauerit adminiſtrationem, perinde habetur ac ſi verus curator, vel adminiſtrator decretus fuiſſet, & quæ dicuntur de tutore

pecu-

pecunias pupillares in vſus ſuos conuertente, procedunt etiam in eo, ex Roderic. *d.q.*10.*n.*48.

51 Ad tertium dubium non videtur etiam plenè ſatisfactum. Nam etſi verum ſit, cùm ſimpliciter quæritur, an intereſſe alterius intereſſe debeatur, receptiorem eſſe ſententiam non deberi, præſertim ex Roderic. *d.q.*7. *n.*27. *lib.*3. exceptis certis caſibus, de quibus per eum *n.* 48. tamen ex circumſtantiis in hoc caſu militantibus, de quibus in ſecundis ſcriptis, intereſſe alterius intereſſe deberi, omnino ſtatuendum eſt, & ita ſæpe in facti contingentia iudicatum fuit, præſertim quod etiam in quæſtione ſimpliciter propoſita non deſint grauiſſimi DD. qui affirmatiuam amplexi ſunt, maxime Cagnol. *in l. vnic. n.* 45. *C. de ſenten. quæ pro eo.* & alij in prioribus ſcriptis allegati, & præter eos Natt. *conſil.* 370. *in fin. vol.* 2. Burſat. *conſ.* 8. *n.*42. *vol.* 1. Nec ſubſiſtit quod ſubiungitur intereſſe alterius intereſſe non dari contra tutorem, qui pecuniam pupillarem in vſus ſuos conuertit, etiam ſi & pater pupilli, & tutor, mercatores eſſent ex Roderic. *d.q.*10. *n.* 41. ibi enim tractat quæſtionem ſimpliciter & generaliter propoſitam, an intereſſe intereſſe debeatur, nec ibi per eum dicta intelligenda ſunt ex his quæ tradit *n.* 37. vbi quando & pater, & tutor mercatores fuerunt, agit. Sed ad quæſtionem tractatam *n.* 44 à quo dicta *n.* 49. dependent: abſoluta enim fuerat quæſtio de mercature, & ad aliam deſcendit *d. n.* 44. & in illa quæſtione ita generaliter propoſita, & ſimpliciter tractata contendit quidem vſuras pupillaris pecuniæ in vſus ſuos conuerſæ non effici ſortem, ſed quando de mercatoribus patre, tutoréque agit *d. n.* 37. diſertè contendit *n.* 39. damnum quod pupillus patitur ex eo quod tutor illam pecuniam in vſus ſuos conuertit, non ſpectare ad taxationem legitimæ vſuræ, vel intereſſe, ſed ad æſtimationem eius quod caſualiter intereſt, & principaliter debetur. Et vtcumque ſit, nos reſoluimus intereſſe intereſſe hoc caſu deberi ex circumſtantiis hîc militantibus, præſertim quòd dolosè d. Brunier pecunias pupillares in ſuos vſus conuertit: quibus in dubio dato adieci, ſummam æquitatem militare in fauorem d. Ioubert, quod ſcilicet d. Brunier non deberet eſſe melioris conditionis non faciendo, quam faciendo, quod debebat, quam non eludunt ex aduerſo deducta, quaſi ageretur, de re modica, ex qua non potuerunt prædia, vel cenſus annui emi, ex Roderic. *d. quæſt.* 10. *num.* 14. neque enim ſolum erant 513 floreni impendendi, vt præſupponitur, ſed primùm quidem 1065. floreni, tum ceſſantibus alimentis dicti 513. Sed etſi ſolum de dictis 513. florenis, notoriè ex ea ſumma annuus reditus 35. & vltra florenorum poterat emi: præterquam quod attenta qualitate perſonarum ſumma 513. florenorum non poteſt dici modica, & ſic ceſſant dicta per Roderic. *d. num.* 14. & text. *in l. ita autem, ff. de admin. tuto.*

Nec procedit etiam quod dicit hanc æquitatem non ſcriptam, non eſſe præferendam iuri ſcripto: negatur enim aliquod ius eſſe ſcriptum in contrarium, concurrentibus ſcilicet circumſtantiis in hoc caſu militantibus: neque enim hîc agitur de vſuraria prauitate ex Coſta *de ratio. rat. q.* 142. *n.* 9. qui in quæſtione generaliter & ſimpliciter propoſita loquitur: ſed de tutore doloſo coërcendo, contra quem etiam criminaliter agi poteſt ex ſuprà deductis: nec verum eſt in terminis tutoris non dici lucrum ceſſare, quod pecunias pupillares in emptionem annuorum redituum non impenderit, contrarium enim omnes concludunt in terminis tutoris, vt per Roderic. *d. quæſt.* 10. *num.* 13. præſertim quod eas pecunias in ſuos vſus conuerterit, & Cancer. in contrarium allegatus *varia. reſol. lib.* 3. *cap.* 7. *de pact. num.* 31. ſed & in terminis Cancerij idem eſſe in hoc caſu ſtatuendum, quia verſamur in ſolito negotiari.

Quod poſtremò loco ſubijcitur non eſſe inconueniens vt tutor ex pecunia redacta ex rebus pupillaribus lucretur, ex Gratian. *diſcept. Foren. lib.* 2. *c.* 241. *n.* 31. Hoc verum eſt, ſi d. Brunier quod debebat, feciſſet: ſed quod dictas pecunias in ſuos vſus conuerterit, etiam cum dolo, & ex his diues factus fuerit, hoc non eſt permittendum.

F I N I S.

592785

INDEX RERVM ET VERBORVM NOTABILIVM, QVÆ IN HIS CONSILIIS CONTINENTVR.

JN QVO LITTERA C. CONSILIVM, N. verò Conſilij numerum demonſtrat.

Numerus Conſilij 227. duplicatus eſt, quod non inuenies in vno, quære in altero.

ABſenti *non acquiritur donatio, nuncio, vel epiſtola, non interueniente, c. 118. nu. 9.* ¶ *Cauſa mortis, ſicut & inter viuos, illi non acquiritur, c. 192. n. 2. firmatur tamen iuramento c. 210. nu. 10. c. 192. num 5.*

Acceſſoria *non vitiant, aut alterant naturam principalis c. 16. num. 6; c. 3. num. 117.*

Accuſatus *de crimine, ex quo beneficium vacat ipſo iure, non poteſt illud reſignare, c. 62. nu. 1. ſecus ſi per ſententiam, imò & poſt eam, ſi appellauerit, ibid. nu. 2.* ¶ *Poſt impetrationem intimatam reſignare nequit in fauorem, ibid. n. 7.*

Acquiſita *per vxorem pendente matrimonio, ipſius ſunt, ſed pretium mariti hæredibus reſtitui debet, c. 79. num. 12.*

¶ *Ex pretio propriorum, quando dicantur propria, c. 102. num. 50.* ¶ *Ex pecunia dotali, dotalia ſunt ſi nomine vxoris empta ſunt, aliàs ſecus, c. 72. n. 20.*

Acta probatoria *in vno iudicio facta, an faciant fidem in alio, & inter alias perſonas,* vide Atteſtationes.

¶ *Acta producens, cenſetur quoque articulos producere, qui ſi in actis reperiantur, contra eum plene probant, c. 16. n. 14.*

Actio *ſtatim acquiritur donatario, licet tantùm poſt mortem donantis rem conſecuturus ſit, ſed executio differtur c. 20. num. 8.* ¶ *Dicitur eſſe de loco, de quo eſt creditor, vel vbi ſolutio deſtinata eſt, c. 75. num. 6.*

¶ *Omnis eſt tẽporalis c. 24. n. 27. Omnis in Gallia præſcribitur 30. annis c. 124. n. 28. Alteri per alterum non acquiritur c. 166. num. 31.* ¶ *Loco non circumſcribitur c. 194. num. 4.*

¶ *An contra donatarium vniuerſalem recta via intentari poſſit c. 171. n. 4.* ¶ *Non naſcitur ante euentum conditionis c. 226. nu. 4.* ¶ *Non comprehenditur in donatione omnium bonorum præſentium & futurorum, mobilium & immobilium, c. 26. n. 1. ſecus ſi bonorum ſimpliciter, facta ſit mentio, ibid. num. 2.* ¶ *Actiones & iura tertiam ſpeciem conſtituunt inter mobilia & immobilia, c. 26. nu. 3. quæ pro exigendis annuis reditibus competunt, tertiam ſpeciem conſtituunt, c. 72. n. 4. c. 75. n. 4.* ¶ *Ex conſuetudine Galliæ, an & quando veniant appellatione mobilium, c. 77. n. 16. & 33. & c. 148. n. 23. quid de iure communi c. 77. n. 17.* ¶ *In rem vtilis, vel conditio ex lege competit ad fideicommiſſum in donatione, ex pacto inductum c. 20. n. 1. Præſcriptis verbis, non niſi ex contractu innominato datur c. 129. num. 16.* ¶ *Perſonalis non tranſit contra ſucceſſorem particularem, niſi in ſubſidium, c. 171. nu. 1.* ¶ *Lite conteſtata annis arceri nequit, c. 1. n. 263.*

An perpetuetur iuramento, vide Iuramentum.

Sine actione nemo experitur, c. 143. num. 2.

Actor *intentionem ſuam probare debet, ſiue affirmet, ſiue neget, c. 160. num. 19. c. 162. nu. 15. c. 175. num. 2. aliàs reus abſoluendus eſt, c. 160. num. 24.*

Actus *inchoatus, animi deſtinatione habetur pro completo, c. 134. nu. 17.* ¶ *Legitimè factus ab initio, non retractatur eueniente caſu, à quo incipere non potuit, c. 210. nu. 6.*

¶ *Primus validus, tollitur per ſequentem inualidum in vltimis voluntatibus, c. 64. numer. 27. Inutilis perinde voluntatem declarat, ac vtilis, c. 64. num. 23.* ¶ *Omnis habetur pro facto, in præiudicium eius, qui præſtat impedimentum, c. 38. numer. 5.* ¶ *Quod ſit purus, vel conditionalis, paria ſunt purificata conditione, vt ex eo agi poſſit, c. 19. numer. 51. qui principaliter fit, inſpicitur, non qui acceſſoriè, & potius qui fit, quam qui dicitur, c. 166. num. 22, c. 210. num. 4.*

Adipiſcendæ *remedium admittit articulum proprietatis, c. 1. nu. 13. 14.* vide Proprietatis.

Aditio *hæreditatis,* vide Hæreditatis aditio.

Aduerſarij *productiones dicuntur probatio probata, c. 58. num. 4.*

Adulterium *non priuat beneficio, ipſo iure, c. 62. num. 4. Nec ſufficit ad diſſolutionem matrimonij, ſed tantùm ad ſeparationem thori, c. 65. nu. 7.*

Aeſtimatio *inter coniuges operatur venditionẽ, c. 72. num. 48. c. 74. num. 2.*

Rei in dotem data reſtituitur, niſi aliter cautum ſit, c. 74. num. 47. ¶ *Ipſa verò res, quando æſtimatio non operatur venditionem, c. 72. nu. 49.* ¶ *In dubio, æſtimatio reſtitui debet, c. 72. num. 50.*

Vſusfructus quomodo facienda, vide l. hæreditatum vel vſusfructus Bonorum fideicommiſſi, vide Creditor.

In liquidatione legitima, quomodo facienda, vide Expenſæ.

Aetas *24. annorũ requiritur ad beneficia ſacerdotalia, c. 69. n. 21.* ¶ *Ad curata 25. c. 200. n. 2.*

Aetatis *prærogatiua,* vide Prærogatiua.

Affinitas *vt contrahatur,* vide Matrimonium.

¶ *De iure naturali non impedit matrimonium, etiam in primo gradu linea tranſuerſa, c. 71. n. 3.*

Aggeres *intra quod interuallum fieri poſſint, c. 57. nu. 37. fieri poſſunt, vt flumen reducatur in priſtinum & antiquum alueum, ibid. n. 39.*

Agnatio *probatur per coniecturas, indicia, & præſumptiones, c. 1. nu. 61. c. 3. nu. 59. 60. 61.* ¶ *In antiquis, per verba enunciatiua, c. 1. n. 62. in antiquiſſimis per teſtes de auditu, famam, conſanguineos, inſignia, & nomen, c. 1. num. 64. 65.*

¶ *Vt plenè probetur, probationes diuerſæ ſpeciei coniunguntur, c. 3. num. 63.*

Agnationis *conſeruatio an præſumatur in maioratibus, c. 1. n. 108. 209.* ¶ *Ex qualitate maſculinitatis quando, & quomodo præſumatur, c. 1. nu. 210. 211.* ¶ *Conſeruandæ ratio quomodo procedat, c. 23. nu. 23.* ¶ *An operetur extenſionem,* vide Extenſio. ¶ *Infertur ex vocatione agnatorum*

poſt deſcendentes,c.160.num.7.9. & ex vocatione maſculorum duntaxat in omnibus gradibus, ibid.num.5.c.85.num.7.

¶ *Et cognationis, hodie nulla eſt differentia, c.1.num.42.*

¶ *Agnationis ratio an perpetuet fideicommiſſum, c.52.n.25.* & vide Fideicommiſſum.

Agnatus *quomodo admittatur ad feudum hereditarium, & alias quæſtiones in materia feudali,* vide Feudum.

Agrorum *vniuerſitas quando conceſſa cenſeatur, c.103.num.5.*

Alapa *quando ſit atrox iniuria, vel leuis,c.91.n.1.2. data ſacerdoti, dicitur leuis, & quæ ſit eius pœna, ibid.n.3.4.5.*

Albini *ſeu exteri in Gallia ſunt incapaces beneficiorum, c.63.nu.3.4.* ¶ *Teſtari non poſſunt, ſi liberos non habent, c.142.num.9.*

Alienatio *rerum Eccleſiæ*, vide Eccleſiæ.

Fundi dotalis, vide Fundus. ¶ *Bonorum propriorum quando dicatur in fraudem creditorum, & non ſubſiſtat, c.198.nu.11.13.14.c.203.n.6.7.* ¶ *Nulliter facta, ab ipſomet qui fecit, impugnari poteſt, c.166.n.30.*

Alienationis *nomine continetur donatio in materia feudali,c.16.nu.72. Prohibitio perſonalis quando fiat realis, c.23.nu.29.35.46.47.* ¶ *Facta filijs, non extenditur ad nepotes, licet adſit dictio* perpetuò, *c.23.nu.34.49.* ¶ *Prohibitio, cum ſubſtitutione in caſum contrauentionis, ſubiecta ſubſtitutioni,* ſi ſine liberis, *hac deficiente, an prohibitio, & ſubſtitutio adiecta deficiant, c.23.num.43.44.* ¶ *Prohibitio cauſata, cauſa ſonante perpetuum & graduale fideicommiſſum, illud non inducit, niſi in caſum contrauentionis, c.23.nu.50.* ¶ *Prohibitio facta ab homine, intelligitur de voluntaria, c.182.nu.19. Prohibitio appoſita in primo gradu, extenditur ad alios, ibid.num.20.*

Alimenta *iuxta ſtatum & qualitatem perſonæ aſſignanda ſunt, c.70.nu.3.c.157.nu.10. quomodo taxanda, c.70.n.4.c.157.n.4.* ¶ *Præſtita priuigno præſumuntur animo repetendi, c.174.n.10.* ¶ *Debentur viduæ intra annum luctus, c.77.nu.38.* ¶ *Vidua pauper, illa petere poteſt, etiam non probato intereſſe, c.211.n.8.* ¶ *Non debent pro illis vendi prædia magni valoris, & modici fructus, c.157.n.5.* ¶ *Debentur ex fructibus, quibus vno anno non perceptis, nec illa debentur, ibid.n.6. In illis filij præferuntur matri, ibid.n.7.* ¶ *Non debentur filio habenti aliunde, vnde ſe alat, c.83.nu.6.*

Alueus *fluminis quid ſit, c.57.n.36.*

Ambiguitas *circa qualitatem legati, & legatarij, validè declaratur coram duobus teſtibus, c.54.n.1.* ¶ *Contractuũ declaratur ex obſeruantia ſubſecuta, c.96.nu.14.*

Andegauiæ Ducatus. *de eo ſcitu digna, c.57.nu.11.*

Animalia *quæ vxoris ſunt de tempore matrimonij, illi pereunt, niſi per maritum vendita ſint, & pretium per illum receptum, c.70.nu.9.*

Antecedens *qui vult, vult etiã & cõſequẽs, c.12.n.9.*

Appellatio *à ſententia ſuper poſſeſſorio, in maioratu, datur ad vtrumque effectũ, c.1.n.12.* ¶ *Geſta pendente appellatione notoriè friuola, reuocanda ſunt, c.11.n.21.* ¶ *Geſta intra decem dies ad appellandũ, quando reuocanda ſint, ibid.n.22.23.* ¶ *Nõ datur niſi à grauamine irreparabili. c.61.n.1.* ¶ *Quando non recipiatur, ibid.n.3. Eius, cuius non intereſt, non admittitur, c.137.n.1.* ¶ *Tanquam* ab abuſu *à quo tempore introducta ſit in Gallia, & quando permiſſa, ibid.n.11.*

A denegatione remiſſionis cauſæ, datur ad vtrumque effectum, c.61.nu.2. Vide ſententia, *verſic. ſi ſuper.*

Arbitrium *Iudicis regulatur ſecundùm ius, rationem, & æquitatem, & iuxta arbitrium boni viri, c.22.nu.2.3.4.c.157.nu.1.2.3.*

Argumentum *ab emphyteuſi ad feudum, & è contra, non valet, c.1.num.119.* ¶ *A primogenitura Veteris Teſtamenti ad noſtram non valet, c.2.n.234.* ¶ *Dictum ex* l. Publius §.1.ff.de condit. & dem. *ſi grauauit filium, multò magis nepotem, non eſt verum, c.23.n.52.* ¶ *Negatiuè, non poteſt quis habitum dare, vota vel profeſſionem recipere, ergo nec beneficia conferre, non valet, c.72.n.37.* ¶ *A maiori ad minus negatiuè, non valet, c.102.n.42.* ¶ *A pupillo ad dotem, non valet, c.72.nu.37.* ¶ *De legato ad donationem valet, c.7.n.23.* ¶ *Ab abſurdo validiſſimum eſt, c.20.n.17.* ¶ *Hoc caſu non loquitur ſubſtitutio, valet in fideicõmiſſis, c.23.n.26.*

¶ *Negatiuè à Iuriſdictione ad collationem, affirmatiuè verò à maiori ad minus, validè concludit, c.60.n.15.* ¶ *Ab eo quod communiter fit, concludenter ducitur, c.64.nu.22.*

¶ *A maſculis primi gradus, ad maſculos alterius lineæ, non valet ad excluſionem fœminarum, nec de ſimili ad ſimile, nec de gradu ad gradum, c.2.num.192.194.c.5.n.23.*

¶ *A contrario ſenſu quando ducendum, c.118.num.10.*

¶ *In contractibus, à contrario ſenſu, nõ procedit, c.118.n.13.*

¶ *A contrario ſenſu, eſt coniecturale, ibid.n.14.* ¶ *In contractibus, valet à contrario ſenſu, niſi repugnantia, vel correctio reſultaret, c.215.n.6.* ¶ *Sophiſticum eſt, non vocauit filios, ergo excluſit nepotes, c.23.nu.14.*

Arma, *& nomen ferendi onus,* vide Fideicommiſſũ.

Arreſtum *in Gallia, olim poſt annũ. nunc verò poſt ſex menſes, impugnari nequit per ſupplicationem, quam vulgò* Requeſte ciuile *vocant, c.162.n.3. limita nu.14.* ¶ *Super tranſactione, nihil adijcit, neque dat nouum titulũ, ibid. n.7.*

Articuli *quando reijciendi ſint, c.14. nu.2. In dubio ſunt admittendi cum clauſula* ſaluo iure, *ibid n.3. Quando ſunt hinc inde producti, qui veniant admittendi, ibid.n.8.*

¶ *Plures pro vno habentur, ſi idem contineant, & vnum factum, c.46.n.47.c.47.n.11.*

Aſcendentes *æqualiter ſuccedunt liberis, vndecumque bona prouenerint, c.125.num.16.*

¶ *Inter eos, non eſt locus repræſentationi, c.204.n.2.*

Aſcendentium *legitima,* vide Legitima.

Aſſertioni *ſummi Pontificis, etiam per verba enunciatiua, ſtandum eſt in antiquis, etiam in præiudicium tertij, c.3.num.88.*

Attentata *vt ſint, requiritur litiſpendentia, & nouum factum, & ſpecialis ſcientia totius negotij, c.11.n.26.27.36. Itaque, vel appellatione pendente, etiam per iudicem, ſupprimi non ſunt reuocanda, c.11.n.43.* ¶ *Non reuocantur ſi notoriè cõſtet de iure rei, vel non iure actoris, c.11.n.3.-8. vel actus qui dicitur attentatum, factus eſt de conſenſu partium, ibid.n.27.* ¶ *Suſpendenda ſunt vſque ad finem cauſæ principalis, ſi illam concernũt, vel ab ea dependent, ibid.nu.32. itẽ quoties proceditur ſola facti veritate inſpecta, ibid.n.33. item ſi altiorem requirunt indaginem, ibid.nu.34.* ¶ *Non attentat, qui continuat, c.11.n.18.19.29.39.45.c.12.nu.11.* ¶ *Qui ius ſuum corroborat, vel nouum acquirit, c.11.n.20.* ¶ *Qui facit actum in cauſa diuerſa, ibid.n.24.39.* ¶ *Qui ius ſuum proſequitur. ibid.n.28.*

¶ *Iudex procedens ad vlteriora, quando appellatio eſt notoriè friuola, c.12.n.7. nec qui aliquid facit in conſequentiam, ſaltem ante inhibitionem, c.12.nu.6. nec qui aliquid facit, etiã poſt inhibitionem, in re ſeparata, c.11.n.31.*

Attentatorum reuocatio multas patitur exceptiones c.11.num 44.

Ad cauſam attentatorum, tertius nunquam admittitur, niſi de ſuo intereſſe docuerit ſemiplenè, c.11.nu.50.

Atteſtationes *in vno iudicio facta, & inter alias perſonas, an & quã fidẽ faciant in alio, & inter alias, c.1.n.138.139.c.3.n.14.c.126.n.4.5.* ¶ *Non publicata non faciunt fidẽ in alio iudicio, etiam inter eaſdẽ perſonas, niſi iudex ſit ſuccedaneus, c.1.n.154.c.3.n.20. limitatur, c.1.n.155. & ſeq.* ¶ *Facta in cauſa ciuili, nõ faciũt fidẽ in criminali, contra verò ſic, c.126.n.2.3.* ¶ *Eas producens, cenſetur articulos produxiſſe, qui ſi in actis reperiantur, perinde contra eum fidem faciunt, ac ſi eos produxiſſet, c.16.n.14.*

Auenio *aliàs fuit Reſpublica, c.57.n.2. eius territorium aliàs protendebatur inter territoria Caſtri-renaudi, Barbentanæ, & Rognonaſij. ibid.n.1.5.6.13.14.*

Epiſcopus illius aliàs recognoſcebat ſolum Imperatorem, & ſalua Imperiali iuſtitia, & ſupremo dominio, habebat

omnia

omnia iura Imperialia, ibid.n.3.

A quo tempore cœperit recognoſcere Comitem Prouinciæ, ibid. num.4.

Carolus IV. Imperator, quem Comites Prouinciæ in ſupremum Dominum recognoſcebāt, donauit ſummo Pontifici, & Eccleſiæ Romanæ omne ius quod habebat ſuper dicta ciuitate Auenionis, & caſtris à Regina Ioanna venditis ibid.n.7.

Auenionis integrum dominium quomodo ad Reginam Ioannam pertinuerit, & quomodo Comites Tholoſæ, & Barcinonæ inter ſe diuiſerint, quæ Comites Prouinciæ poſſidebant, ductis in vxores Dulcia, & Fatide filiabus Gilberti Comitis Prouinciæ, ibid.n.8.

Quo tempore deſiit eſſe Reſpublica, ibid.n.9.

Auenionis, cùm vendita fuit per Reginam Ioannam, quæ erat Comitiſſa Prouinciæ, & dictæ ciuitatis domina, omnia Regalia, & flumina tranſlata cenſentur, præſertim quia in fauorem Eccleſiæ Romanæ, & ex clauſulis prægnantibus, quæ id important, ibid.n.42.

Augmentum, *eſt eiuſdem naturæ, & conditionis, cuius eſt res, cui accedit, & vtitur eodē priuilegio, maximè quando eſt conuentionale, c.107.n.16.17. ¶ Intrinſecum ex beneficio temporis, auget legitimam c.160.n.26.*

Dotis ſpectat ad liberos æqualiter, c.180.n.17. ¶ Dotis, & iocalia, mater conuolans ad ſecunda vota reſeruare tenetur filiis primi matrimonij, c.204.n.9. ¶ Regulatur iuxta naturam dotis, c.227.n.2. De augmēto dotis, vide nonnulla in verbo Iocū. *& in verbo* Pater, *vbi quod non tenetur reſeruare filiis primi matrimonij. & in verbo* Iocū, *quod mater nō cenetur reſeruare, quatenus eſt reciprocū, & idē in verbo* Vidua.

Auus, *ſuccedit nepoti prædefuncto, cum fratre eiuſdem c.139 n.22. ¶ Cenſetur contemplatione filij neptem dotaſſe, c.191.n.7. ¶ Excluditur per matrem, etiam quoad bona per ipſum donata, c.204.n.4.*

Auia, *quæ conuolauit ad ſecunda vota, ante mortem nepotis, vel neptis, quomodo illis ſuccedat, c.64.n.30.31.*

Authentica, *res quæ* C. *commun. de legat. ceſſat in feudo ex pacto & prouidentia, ſicut & in maioratibus, c.3.n.48. 99.c.16.n.50.51.c.17.n.9. dicta auth non procedit in nepotibus, niſi teneant locum primi gradus, c.134.n.4. non procedit, niſi agatur de deſcentibus fideicommittentis, c.132.n.1.2.3. dicta auth. Res quæ. explicatur, ibid. n.5. & ſeqq. procedit non obſtante prohibitione alienationis, licet fideicommiſſum in contractu appoſitum ſit, c.198.n.20.21. Licet agatur de dote confeſſata. ſi certa conſtitutio præceſſerit, & dos ab alio, quam ab vxore, conſtituta ſit, ibid. n.22. procedit, licet dos poſterior ſit fideicommiſſo, c.77 n.1. & ſeqq. c.182.n.4.5.11.18. quod extenditur ad augmentum. & iocalia, ibid.*

Eiſdem pœnis C. de ſecund. nupt. quando habeat locum, c.110. n.19.20.

B

BArones *ſunt in duplici differentia, c.1. num.260.261. ¶ Baronum vox æquiuoca eſt, aut enim generaliter ſumitur, & tunc continet Duces, Marchiones, & Comites, aut ſpecialiter, & tunc certis locis adſcripti ſunt, c.4.n.45.*

Baroniæ *de iure feudorum generaliter ſumptæ, ſunt indiuiduæ, ſpecialiter autem diuiduæ, c.4.n.47.*

Bella *inter Clodouæum Regem Francorum, & Gondebaut Regem Burgundiæ, c.57.n.43.*

Belli *& mortalitatis tēpore, præſcriptio dormit, c.96.n.6.*

Beneficiatus *æquiparatur fructuario, c.166.n.9.*

Beneficium *quale ſit, cognoſcitur ex fundatione, vel prima prouiſione, c.146.n.4.*

Requirens reſidentiam, quamuis ſimplex, eſt incompatibile, licet in diuerſis Eccleſiis, c.59.n.4.6.12. ¶ Sub eodem tecto, eſt incompatibile, ibid.n.7.

Vniforme, ſub eodem tecto, eſt incompatibile, ibid. num.8. contra n.9. ¶ Vniforme quod dicatur, ibid.n.10.

Incompatibile quando vacet per adeptionē ſecundi, ib.n.11.

Difformia in eadem Eccleſia retineri poſſunt, ibid.n.8.

Impropriè dicitur, quod eſt amouibile ad nutum, vel poſt certum tempus, c.87.n.2.

Propriè ſumptum, perpetuum eſt, ibid.n.1.

Deuolutum, nec reſignari, nec conferri poteſt, c.69.n.19.

Vnitum, ſequitur naturam principalis, nec in eo requiritur ordo, qui aliàs fuiſſet neceſſarius, ibid.n.5.22. c.195. n.3. ¶ Eius valor quando exprimendus ſit ad validitatem vnionis, c.137.n.20. ¶ Vniti poſſeſſio, propria authoritate capi poteſt, ibid.n.21. ¶ Diuerſarum diœceſium, de iure communi vniri poterant, in Gallia tamen requiritur conſenſus Regis, ibid. num. 24.

Regulariter voluntariè confertur, & certis tantùm caſibus neceſſariò, c.270.n.2.

Sæculare præſumitur, niſi contrarium probetur, c.197.n.2. ¶ Sæculare, ſæcularibus conferri debet, c.60.n.1.7.

Regulare, regularibus conferendum eſt, ibid. ¶ Et per ſuperiores regulares, ibid.num.2. quandoque tamen per ſæculares, ibid.n.4.5.6.

Regulare, hodie etiam non profeſſis conferri poteſt, dummodò poſtea habitum ſuſcipiant, & profeſſionē emittant, ib.n.11.

Sæculare, quandoque per regulares conferri poteſt, ibid.n.3.

Regulare, quando ſæculariſatur, omnia ſuper quibus non eſt prouiſum, remanent in priori ſtatu, c.200.n.4.

Reſeruatum, vacans ſede vacante, non eſt reſeruatum, & ab Ordinario conferri poteſt, c.137.n.19. ¶ Reſeruatum dicitur, à Protonotariis, etiam per legatos creatis, poſſeſſum, c.29.n.8.

Sacerdotale, non poteſt obtinere, niſi qui attigit annum 24. c.69.num.20.

Curatum, non niſi, qui attigit 25.c.200.n.2. ¶ Curatum non dicitur Epiſcopatus, c.206.n.7.

Beneficij *collatio facta non ſeruata forma, vel qualitate in fundatione ſtatuta, nulla eſt ipſo iure, c.146.n.5. & quoties nulla eſt, ceſſat regula de Pacificis poſſeſſoribus, c.146.n.8. & 9.*

Beneficij *collatio, contempto patrono facta, quando per eius conſenſum tacitum, vel expreſſum, validetur, c.24.n.1.6. 201.n.6. ¶ Facta à poſſeſſore, præfertur ei quæ facta eſt à vero collatore, c.59.n.16.*

Capacitas ad obtinendum beneficium adeſſe debet, de tēpore prouiſionis, nec poſtea ſuperueniēs quidquā operatur, c.201.n.3.

Beneficij qualitas mutatur intra 40. annos, ſi non conſtat de vera, c.60 n.5.

Ex quibus beneficium vacet ipſo iure, vel non, c.62. & vide Confidēria. Sacrilegium. Simonia. Sortilegium.

Penſio ſuper beneficio, vide in littera P.

Bona *dicuntur deducto ære alieno, c.79.n.5.c.129.n.19.*

Applicari debent illis, cuius contemplatione ab aliquo auferuntur, c.118.n.1.10. ¶ Per aliquem acquiſita conſolidantur cum illius patrimonio, c.125.n.13.

Profectitia ad ſolum patrem pertinent, ſi naturam peculij retinuerint, c.128.n.4.22.

Paterna paternis, materna maternis, quando ſint danda; c.125.n.5.6.23.25.

A patre donata ſtudij cauſa, dicuntur quaſi caſtrenſia, ibid. num. 3.

Quæ iure ſucceſſionis tranſeunt in filium, vel nepotem, dicuntur vnita, nec eorum ſeparatio peti poteſt, ibid.n.15.

Prohibita alienari, quando poſſint alienari, c.198.n.17.

Bona fides *excuſat à delicto, c.61.n.10. ¶ Non requiritur in conſuetudine, c.47.n.16. limit.n.17.*

Bulla *præceptiua, & in corpore iuris inſerta, præſumitur vſu recepta, c.166.n.18. ¶ Non publicata an liget, c.29.n.31. ¶ Vſu non recepta an liget, ibid.n.25.*

C

CApacitas *ad beneficia,* vide Beneficium.

Caput 1. *de eo qui ſibi & hæredi. in vſib. feudo. explicatur, c.2.n.63.*

c.1. de duob. fratrib. à capit. inueſt. explicatur, c.2.n.64.

c.1. de ſucceſſ. fratrum. explicatur c.2.n.66.c.3.n.34.

c. Is qui fidem ext. de ſponſalib. ſublatum eſt per Concilium Tridentinum, c.32.n.9.c.35.n.4.

Google

c.Vltimum, verſ. legitimè ext.de conſuetudi. explicatur c.46.num.49.

c. Cum Eccleſia ext.de cauſ.poſſeſſ. & propriet. explicatur c.46.n.30.

c.Auditi ext.de præſcriptionib. explicatur c.46.num.51.

c.Clericos. ext. de offic.Vicarij.explicatur c.63.n.21.

c.Imperialem de prohib. feud. alienat. non procedit, niſi in Baronijs magnis, imò hodie in illis conſuetudine abrogatum eſt, etiam de iure feudali c.16.nu.86.87.per totam Italiam abrogatum eſt,c.3.nu.202.

c.in aliquibus.c.vt de ſucceſſionibus.c.ſi aliquem. c.conſtitutionem, & c. volentes in conſt. Siculis, explicantur, c.2.num.48.

Canonicus *an poſſit cogi ad miſſam ſingulis diebus celebrandam, c.202.n.6.*

¶ *Regularis beneficia curata obtinere poteſt,c.60.nu.13.*

Capellania *vnita beneficiaturæ,aſſumit eius naturam, c.69.num.2.*

¶ *Quando ſit ſacerdotalis, c.146.num.4.*

Capitulum *eſt inferior Ordinarius,nec prætendere poteſt facultatem conferendi, iure naturali, ſiue communi,nec comprehenditur in reſcript.is gratioſis,c.58.n.1.*

Et Epiſcopus faciunt vnum corpus,c.27.num.3.

Etiam cum Prælato, non poteſt de grauibus negotijs ſtatuere, ſine licentia Sedis Apoſtolicæ,c.68.n.9.

Non poteſt ſtatuere contra Epiſcopum, vel generalem ſtatum Eccleſiæ.c.27.n.15.

Carolus IV. Imperator, vide Auenio.

Caſtrum *dum dicitur, vniuerſitas bonorum, & rerum ſignificatur, c.7.num.2.*

Dum datur, ea quæ illi accedunt continentur, ibid.n.8.

Conceſſa iuriſdictione caſtri, territorij etiam conceſſa cenſetur,c.8.num.1.

Qui dat,omne ius ſuum transfert in accipientem, ibid.n.3.

Quando datur cum tota iuriſdictione, omnia iura in vim iuriſdictionis & dominij ad donantem pertinentia, transferuntur,c.8.n.5.c.9.n.7.10.12.24.25.

Caſtrum *cuſtodire quis debeat*, vide Subditi.

Cauſa *limitata,limitatum producit effectum, c.1.n.216.*

¶ *Principalis,regulat executionem,c.52.n.14.*

¶ *Originalis,ſemper eſt inſpicienda,c.153.n.3.*

¶ *Falſa, non vitiat contractum,nec legatum,c.166.n.23.*

Cautio *Mutiana,ſeu de adimplendo,locum habet in diſpoſitione modali, c.106.n.2.* ¶ *De adimplendo,ſub hypotheca bonorum,ſufficit,ibid.nu.4. & admittitur non idonea, in defectum fideiuſſorum. ibid. num.5.*

Ex titulo, Vt legato vel fideicom.nom.caueat.*non eſt in vſu, ibid.num.8.*

Cedens *tenetur tradere ſcripturas ceſſionario, quibus poſſit conuincere ceſſum, c.214.n.7.*

Cedens nomen, vide Nomen.

Non tenetur de facto Principis,c.190.n.5.

Cenſus annuus,ſiue reditus,ſunt res incorporales, c.72.n.15.

Sunt fructus ciuiles, nec dicuntur pendere, ſed dietim debentur,c.72.n.42.

Sunt triplicis generis: vel enim conſtituuntur ſuper certo fundo, de fructibus illius exſoluendi, & tunc cenſentur immobiles,c.72.n.6.9.vel promittuntur tantū actione perſonali,& tunc non cenſentur inter immobilia,niſi quando iura & actiones eorum naturam induunt, ibid.num.7.10. vel præter actionem perſonalem, adeſt hypothecaria, quod fit duobus modis, vt n.8.& hi quando ſint mobiles, num.11.

Cenſentur inter immobilia, quando neceſſariò inter mobilia vel immobilia habendi ſunt, alias tertiam ſpeciem conſtituunt c.72.n.1.2.3.c.75.n.1.2.3. ideòque in dotem conſtituti, ſtatim reſtituendi ſunt, dicto n.1.c.72.

Debiti actione reali, vel mixta, an ſint inter immobilia,c.72.n.12.c.75 num.10.

Apud Andes,& Armoricos cēſentur immobiles,c.148.n.12.

In terminis conſuetudinis Pariſienſis,quales ſint,c.148.n.8. quid in terminis iuris communis,ibid.n.9.

Mobiles cenſentur ex eo quòd ſunt redimibiles, ſed non ex eo tantùm,c.72.num.14. Et dum tertiam ſpeciem conſtituunt,c.194. num.13. Item per domum Pariſienſem venditi, c.148.num.13.

Item in Prouincia conſuetudinaria, c.75.nu.8.

Generaliter impoſiti, actionum inſtar cenſentur, c.75.n.7.

Super domanio Regis conſtituti, quales ſint,c.148.num.14.

Minoris,vel vxorata, immobiliū naturam ſequuntur quoad alienationem,non ſi de ſucceſſione agatur, c.148. nu.5.

Cenſuum reductio,ſeu damnum, ſi accidit culpa ceſſionarij, eius periculo cedit,c.190.num.1.

Eorum arreragia,mortuo patre,ſpectant ad filios,conſ.148.num.34.38.

Decurſi habentur prò perceptis, ideòque inter mobilia computantur,c.151.num.1.

Non exacti, dicuntur fructus pendentes, quando debentur ratione fructuum naturalium, ibid.num.2.quorum ſolutionis dies venit tempore vſusfructus, ſpectant ad fructuarium,vltimi anni,diuiduntur pro rata,c.151.nu.3.

Collecta ſuper cenſibus impoſita ſolui debet in loco deſtinatæ ſolutionis, c.72 nu.5.c.75.nu.5.c.194.num.1.

Cenſus Eccleſiæ reducens, vide Extrauagans.

Ceſſio *rei cenſualis, cum expreſſo onere cenſus, dicitur ſimplex & gratuita, c.129.num.8.*

Ceſſionarius *non habet plus iuris, quàm cedens,c.159. num.10.* ¶ *Eius periculo cedunt damna, quæ facto vel culpa illius accidunt, vel ex facto Principis,c.190.num.3.5.*

¶ *Actionem habet contra cedentem, qui rem ceſſam exegit, c.214.num.45.* ¶ *Excluſus, rectà via contra cedentem agere poteſt,ibid.num.6.*

Chronicis *in iudicando & conſulendo creditur, c.1. num.47.*

Chorus *Eccleſiæ an poſſit mutari ſine conſenſu capituli, c.202.num.5.*

Ciuitas *obligatur ex contractu per ipſam inito.præſertim ſi adſit decretum Principis.c.120.num.2.*

¶ *Eius conſilium liberè de rebus illius diſponere poteſt,etiā abſque licentia Principis.ibid.num.1.*

¶ *Eius decuriones donare non poſſunt,ibid.num.4.*

Læſa reſtituitur,ibid.nu.5.& 11.fallit ſi adſit iuramentum, ibid n.13. ¶ *Debet tamen reſtitutionis beneficium intentare, intra quadriennium à die contractus, vel quo officiales, qui illum inierunt, in officio eſſe deſierunt,ibid.n.14.*

Eius contractus cenſetur approbatus ex adimplemento ab vtroque parte,ibid. num.15.

In actibus ſucceſſiuis. etiam non ſeruatis ſolemnitatibus, obligatur, ibid.num.18.

Locatio rerum ipſius, ad tempus, ſine ſubhaſtationibus fieri poteſt,ibid. num.16.

Citatio *in ſententia non præſumitur ex antiquitate temporis, ſi non enuncietur ſaltem in genere, vel non ſit in forma probante,c.1.num.247.*

Clam *fieri non dicitur, quod ſit coram teſtibus, vel de quo conficitur inſtrumentum,c.229.num.6.*

Clauſula *ſubſequens,ſine adiecta,non eſt ita interpretanda,vt corrigat præcedentia,niſi expreſſè dicatur, c.2.n.101.102.*

¶ *Superflua vitanda eſt, c.165.nu.4.* ¶ *In primo gradu appoſita cenſetur in ſecundo repetita, c.178.n.7.* ¶ *Inſolita arguit ſimulationem, c.198 n.9.* ¶ *Acceſſoria regulatur iuxta principalem c.37.nu.10.* ¶ *In principio appoſita,influit in ſequentia, c.43.num.14.*

Cui legitimè dederit, nihil habet commune cum dictionibus futuris dominis, *c.2.n.105.*

Pro ſe, & heredibus quibuſcumque, æquiparatur clauſulæ, & cui dederit, *c.2.num.122.*

Pro ſe, & heredibus quibuſcumque, vel omnibus, quid operetur, c.2.num.123.

Digitized by Google

Pro ſe, hæredibus & ſucceſſoribus, conſtituit feudum abſolutè hæreditarium, ibid num. 12. 51.

Pro ſe, & hæredibus, non comprehendit extraneos ſine actu extrinſeco emphyteuta, c. 138. nu. 5.

Qui de iure ſuccedere debent, vt reſtringat dictionem vniuerſalem, relatiuum qui, *ad illam referri debet, conſ. 2. numero 130.*

Qui de iure, in conceſſione appoſita, intelligitur de conſuetudine, quæ ſeruatur in patria, c. 2. n. 132. 146.

Qui de iure, appoſita, non dictioni omnes, *ſed dictioni* ego, *non reſtringit, ſed ampliat, c. 3. num. 119.*

Qui de iure, data conſuetudine, qua feuda ſunt inſtar allodialium, intelligitur de ea, non de iure feudali, conſ. 3. num. 121.

Qui de iure, explicatur, c. 16. num. 62. 65.

Qui de iure, intelligitur ſecundùm conſuetudinem in patria vigentem, c. 17. num. 24.

Omnibus, & quibuſcunque, operatur vt fœminæ admittantur ad feuda, c. 2. num 140.

Cui ius dabit, conſtituit feudum hæreditarium, c. 2. num. 131.

Cui ius dabit, & clauſula ſucceſſores *admodum differunt, c. 2. num. 148.*

Cui ius dabit, conſtituit feudum ſtrictè hæreditarium c. 3. num. 120.

Quibus dederit, & pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, *æquiparantur, & vtraque conſtituit feudum abſolutè hæreditarium, c. 2. nu. 147.*

Futuris dominis, ampliat, conſ. 2. numer. 99. conſ. 3. numero 111.

Cum medietate fructuum, ampliat verba præcedentia, c. 7. num. 18. 20. 24. 26.

Poſt mortem, vel mentio mortis, non operatur transmiſſionem, c. 20 num. 19.

Ordine ſucceſſiuo, inducit fideicommiſſum in perſona nepotum c. 23. num. 32.

Si ſuperuixerit, & poſt mortem, *differunt, conſ. 20. numero 12.*

Si & quatenus videatur, adiecta proteſtationi de dicendo contra perſonas, & dicta teſtium, à parte aduerſa non acceptata, operatur vt vnicus teſtis plene probet contra producentem, c. 46. num. 60.

Omni fictione ceſſante, vel ex legitimo matrimonio, operatur ne monaſterium ſit loco filij, ſi dictum eſt de filijs legitimis & naturalibus, c. 64. num. 16.

Ex ſuo proprio corpore, excludit nepotes, c. 89. num. 5.

Ex legitimo matrimonio, videtur reſtringere dictionem liberorum ad filios primi gradus, c. 89. num. 6.

Rebus ſic ſtantibus, ſubintelligitur in omni diſpoſitione, etiam conuentionali, & iurata, c. 96 nu 11.

Vocatis vocandis, quid operetur, c. 137. n. 22. 23.

Decreti irritantis, in confirmatione appoſita, quid operetur, c. 68. num. 10.

In executiuis, vel acceſſoriis poſita, non mutat naturã formulæ principalis, in materia feudorum, c. 2. n. 128.

Clauſula Codicillaris *an validet teſtamentum, in quo poſthumus ignoranter præteritus eſt, ſaltem in vim fideicommiſſi, c. 108. num. 1. 2. ¶ Quid ſi de illis in ſpecie, vel in genere cogitatum eſt, ibid. num. 3. ¶ Suſtinet teſtamentum, ſiue filius exhæredatus ſit ſine cauſa, ſiue cum cauſa, ſed non legitima, c. 109. num. 31. ¶ Concepta per verba futuri temporis, ſuſtinet legata, & fideicommiſſa, conſ. 117. numero 4.*

Suſtinet teſtamentum præteritione patris, vel filij inualidum, c. 130. num. 6. Obliquat verba directa ad fideicommiſſum, c. 174. num. 13. ¶ Operatur vt teſtamentum cæci, ſine ſolemnitatibus requiſitis, valeat in vim donationis cauſa mortis, c. 192. num. 4. 7. ¶ Cenſetur in teſtamento appoſita de voluntate teſtatoris, c. 221. num. 12.

Vt ſuſtineat teſtamentum in vim donationis cauſa mortis, requiritur præſentia, & an ſola ſufficiat abſque acceptatione, c. 92. num. 1. & 3.

Clauſula caſſans & reuocans, *in ſubſequenti teſtamento appoſita, non reuocat donationem cauſa mortis omnium bonorum præſentium & futurorum, c. 192. n. 16.*

Clauſula derogatoria, *tacitè ineſt in teſtamento inter liberos, c. 109. nu. 3.*

Clauſula omni meliori modo, *facit, actum valere ex omni capite, quo fieri poteſt, c. 125. nu. 36. c. 128. nu. 12. ¶ Idem operatur, quod codicillaris, c. 139. num. 7.*

Clauſula, *vt valeant iure cuiuſlibet alterius voluntatis, quo melius valere poſſint, in codicillis appoſita, ſuſtinet inſtitutionem filiorum in illis factam, c. 33. nu. 3.*

Cum abſolutione, ad effectum, reddit excommunicatum capacem gratiæ, ſi tamen per annum in excommunicatione ſteterit, gratia non ſuffragatur, c. 141. num. 5. 6.

Saluo iure tertij, ſemper ſubintelligitur in reſcriptis, c. 101. num. 4.

Salua gradus prærogatiua impedit repræſentationem, c. 158. num. 8.

Cui de iure, appoſita in promiſſione de reſtituenda dote, ſimpliciter facta abſque ſtipulatione, cenſetur facta in fauorem eorum, quorum intererit, c. 154. num. 8.

Pleno iure, vide Falcidia.

Clerici *non poſſunt conueniri, niſi in quantum facere poſſunt, nec huic priuilegio renunciare poſſunt, c. 70. n. 1. 2. ¶ Æquiparantur fructuario, c. 144. nu. 5.*

Exercentes officium laicale, veniunt deponendi, & priuandi beneficio, c. 172. num. 5.

Deponentes contra laicum, in criminalibus, non probant, nec faciunt indicium, c. 216. nu. 1. 2. & fiunt irregulares, ibid. num. 3.

In ſubſidium tamen admittuntur, ibid. nu. 4. 5.

Tenentur ad munera patrimonialia, quæ rei principaliter imponuntur, c. 28. num. 9. quamuis incolæ, non tenentur ad ea quæ perſonis pro rebus imponuntur, ibidem, numero 15.

Clericum percutiens, vide Excommunicatus.

Coadjutori *non currit antiquitas, niſi exerceat, c. 93. num. 12.*

Cognationis, *agnationis, & ſexus nulla eſt differentia in iure Romano, c. 1. nu. 43.*

Cohabitatio *diuturna, data opportunitate recedendi, validat matrimonium per metum contractum, c. 65. numero 10.*

Cohæredes, *inter ipſos nulla eſt obligatio naturalis, c. 76. num. 18.*

Collaterales, *ſi ex conſtitutione Regni admittendi ſunt ad feudum, intelliguntur, qui ſunt collaterales vltimò defuncti, c. 3. n. 81.*

¶ An veniant appellatione deſcendentium, vide Deſcendentes.

Collatio *de quibus donationibus, & quando fiat c. 19. ¶ Fit æqualitatis ſeruandæ cauſa, niſi prohibeatur, ibid. numero 48.*

¶ Ceſſat per dictionem libera, vel liberè, *perinde ac ſi dictum eſſet,* ſine onere, *c. 79. num. 2. & ex coniecturis, ibid. num. 3. quæ quales eſſe debeant, c. 19. nu. 30. 31. 32. 33. 34. 36. 37. 41. 42.*

Quæ dicuntur de collatione, locum habent in imputatione, c. 79. numero 4. ¶ Plura videbis in verbo, Donatio.

Collectæ *vt validè imponantur, deſcripti in libro Cataſtri, citari debent, c. 119. num. 2.*

Super cenſibus, ſiue penſionibus annuis, vide Cenſus.

Ad quas, & quando forenſes teneantur c. 28. num. 4. 5. 8. 11. 14. 16. 19. 20. vide Munera.

Collectiuè vocati, non ſuccedunt, quandiu ſuperſunt vocati nomine proprio, c.113.nu.8. ¶ Dum vocantur liberi, vel qui ſunt de familia, quo tempore oporteat eos extare, c. 76.nu.2. quomodo ſuccedant, vide ſubſtitutus, verſic. Vocati.

Colluſio non præſumitur, & licet probetur ex coniecturis, hoc tamen non procedit, in ijs quæ publicè fiunt, c.11. num.40.

Comitatus quas dependentias habere debeat, c.4.n.51.

¶ Tholoſanus, & Venayſſinus, vide in lit. T.& V.

Commendatarij perpetui habentur vt titulares c. 69.n.11.12.c.137.num.17.c.195.n.1.2.

Commiſſum ſolus dominus directus allegare poteſt, c.201.nu.8.9.

Commiſſiones declarantur ex vſu & obſeruantia, c.63.num.14.

Commodum qui ſentit, debet ſentire & onus, c. 144 num.4.

Commune meum eſt, c. 165. numer. 8. contra numero 10.

Communitas dum aliquid acquirit aduerſus priuatum, fungitur vice priuati, & tunc intrat præſcriptio, non conſuetudo, c. 47.num.18.

Comparatio litterarum. vide Scriptura.

Compendioſa continet vulgarem & fideicommiſſariam c. 184. num.3.

Complices delicti, quando probent, c. 126. num.7.

Conceſſio in dubio refertur ad omne ius concedentis c.7. num.7. ¶ Pleno non reſtringitur per verba ſpecialia, quæ ſubijciuntur, ibid.num.19. ¶ Specialis magis reſtringit, & plus operatur, quàm generalis, c.111.num.4.

¶ Perſonalis, cum illa extinguitur, c.179.num.7.

¶ Ex quibus cenſeatur perſonalis, num.8.9.

¶ Principalis, non alteratur per acceſſoria, vel executiua c.3.num.117. ¶ Eius verba intelligenda ſunt iuxta conſuetudinem loci, c.2.num.104.

Condemnatus in contumaciam, vide Contumacia.

Condictio ex lege, vel in rem vtilis competit ad fideicommiſſum ex pacto inductum, in donatione, c.20. num.1.

Condictio indebiti, vide Indebitum.

Conditio cùm eſt purificata, perinde eſt, ac ſi non fuiſſet appoſita, vt agi poſſit, non vt collatio impediatur, c. 19.num.51.

Expreſſa valdè differt ab ea, quæ tacitè ineſt, quoad effectum tranſmiſſionis, c.20.num.13.

Adimplenda eſt in forma ſpecifica c. 116, num.1.

Adiecta primo gradui, cenſetur in alijs repetita, c.121. num.15.

In fine poſita, quando referatur ad præcedentia, c. 183. num.2.

Dum aduenit, ſubſtitutus exiſtere debet, vt admittatur, c.184.num.10.

Si ſine liberis, euaneſcit per exiſtentiam liberorum c. 160.num. 1. quamuis illi poſtea moriantur ſine liberis, c.1. num 134.

Si ſine liberis, an ſubintelligatur in collateralibus c.183. num.1.4. ¶ An in ſubſtitutione vulgari, vel fideicommiſſaria ſubintelligatur, ibid.num.5.

Iniuncta poſt emolumentum quæſitum, non ſeruat naturam conditionis, ſed modi, c.106.num.3.

Reſolutiua, vel ſuſpenſiua, quando dicatur, c.134.num. 14.15.16.20.

Mixta, retrotrahitur, c. 207.num.3.

Nuptiarum, an dicatur extitiſſe per matrimonium ſpirituale, c.64.num. 8.19.20.

Confeſſio à procuratore in vno iudicio facta, non probat in alio, c. 1. num.144. ¶ Procuratoris erronea nocet domino, ibid.num.150.

¶ Propria eſt maior probatio, quocumque alio inſtrumento, c. 19.num.40. ¶ Propria eſt probatio potentiſſima, c.185.num.4.

Procuratoris erronea, quando reuocari poſſit, vel non, c.185.num.5.6.

¶ An per heredem reuocari poſſit, c. 1. numer.147.c. 3.num.17.

¶ Etiam inter eaſdem partes, non nocet in alio iudicio, nec heredi, c.1.num.145.

Illam, qui impugnauit, non poteſt ſe eadem iuuare, c.3. num.18.

Erronea, ſemper, etiam per heredem, reuocari poteſt, c.16.num.30.

Confidentia ante Conſtitutiones Pij IV. & V. non erat punibilis. c.127.num.9.

¶ Hodie Simoniaca duntaxat, eſt punibilis, ibid num.10.

¶ Quomodo probetur, c.225.num.1.2.11.

Per eam beneficium vacat ipſo iure, ibid. num.3.

Confidentiarius non ſolùm priuatur eo beneficio, ſed etiam alijs anteà obtentis, quod non ſeruatur in Gallia, c.127.num.11.12.

Confiſcatio includit iura conditionalia ex contractu, c.20.num.6.

Congrua portio Vicarij perpetui taxatur arbitrio Iudicis, c. 86.num.1.2. idémque ſeruatur in ea quæ datur Curioni ab Epiſcopo, vel Vicario perpetuo à Priore, ibid.nu.3.

¶ Augetur auctis oneribus, ibid.num.4.

¶ Quorum prædiorum, & emolumentorum ratio, in illa habeatur, ibid.num.5.6.

¶ Licet non poſſit eſſe maior centum aureis, nec minor quinquaginta, tamen quandoque maior decernitur, ibid. num.7.

Vicarij perpetui, quo dicatur, & fit; quid in eam imputetur, & quomodo taxanda, c.115.num.1.2.3.4.

Vide de Vicarijs Parrochiarum vnitarum, in verbo Parrochiæ.

Coniecturæ quando ex verbis eliciuntur, verba talia eſſe debent, vt non poſſint ad multa referri, c. 19. num 31.

¶ Ad eas non recurritur, quando ſumus in claris, c. 160.num.11.

¶ Non ſunt ad libitum imaginanda, c. 23.num.12.

Connexorum idem eſt iudicium, c. 9. num.19.

Conſenſus requiſitus pro intereſſe conſentire debentis, ex interuallo præſtari poteſt, & probari per duos teſtes, c.156.n.3.4.5.c.191.num.5.

Simplex non trahitur ad ius ſuperueniens, conſ. 222. num.2.

Conſignatio dotis ob inopiam mariti non dicitur propriè reſtitutio, c.198.num.16.

Conſilium ciuitatis, vide Ciuitas.

Conſtitutum, eſt poſſeſſio vera, licet ficta, c. 215. num.3.

Conſtitutio pœnalis, aut correctoria non porrigitur vltra caſum expreſſum, c.29.num.6.

Conſules Ciuitatis non poſſunt donare, c. 120.nu.4.

¶ De re dubia tranſigere poſſunt, ibid.num.8.

Conſuetudo abuſiuè dicitur, quando ius aufertur vni, & acquiritur alteri, c.51.num.1.3.

Contra ius eſt ſtricti iuris, c.1. num. 162. c. 2.num.5.

Non requirit titulum, nec bonam fidem, c. 47.num.16. limita vt num.17.

Contra legem, requirit ſcientiam & patientiam ſuperiorum, niſi ſit immemorialis, c.47.n.12. ¶ Contra ius quomodo inducatur, ibid.num.14.c.119.num.3. ¶ Quomodo in extraiudicialibus, c.4.nu.18. ¶ Stante vario vſu, quomodo inducatur, c.4.num.15.16.

Non inducitur ſine poſſeßione, c.51.num.15. ¶ *Nec ab eo qui caret iuriſdictione, c.47.n.13.* ¶ *Nec à priuata perſona, vel Communitate, niſi ſuper ea ius diſponent inducatur, c.46.nu.23.* ¶ *Non docto de interpellatione, & denegatione, cum acquieſcentia, c.47.num.19.* ¶ *Ex non facto, non eſſe, vel ex non actibus, non inducitur, c.61. num.14.*

Probatur, per inſtrumenta, c.4.nu.4. ¶ *In dubio per mores Prouinciarum vicinarum, ibid.nu.3.c.3.n.65.123. in Gallia per decem teſtes deponentes, vt c.4.num.88.& ſeqq.* ¶ *Per teſtes quomodo probetur, c.47.nu.32.* ¶ *In deciſoriis plenè probari debet, c.46.num.72.73.* ¶ *Quod plenè probetur, eſt ferè impoßibile, c.46.n.74.*

De probatione per teſtes, vide Teſtis.

Non probatur per iuramentum ſuppletorium, c.47. num.23.

Loci vbi actus ſit, attendenda eſt in deciſoriis, c.208. n.10.& in contractuum interpretatione, c.167.n.11.

Conſtituit ius commune omnibus hominibus, alicuius Prouinciæ, Regionis, vel populi, c.46.n.16.

Reſpicit communem vtilitatem, ibid.num.17.

Tantum valet, quantum ſonat, c.1.nu.162.

Per quam datur cauſa delinquendi, non debet ſeruari, c.196.n.4.

Non habet vim quoad bona ſita extra territorium, vbi recepta eſt, c.208.n.2. quando etiam ad illa extendatur, nu.6.

An liget forenſes c.28.nu.17.

Si vſu recepta ſit, ſufficit eam allegare, ibid.n.18.

Vt valida ſit, debet eſſe recepta in contradictorio, c.36. num.10.

Si certa non ſit in Prouincia, attenditur quæ viget in vicinis, ibid.num 8.

Generalis attendenda eſt, c.3.nu.123.

Notoria non indiget probatione, ibid. num.8. 9. per quæ fit notoria, n.5. quomodo probetur in antiquis, ib.n.6.

Difformis quando eſt, actus ſecundum ius commune, intelligendus eſt, c.4.num.11. ¶ *In diuerſis attenditur fauorabilior, ibid.nu.17.*

Diuerſa quando reperitur in actibus, qui ſe inuicem compatiuntur, ex tali diuerſitate, non impeditur conſuetudo, c.4.n.19. ¶ *Vna tollit aliam, c.3.n.178.179.* ¶ *Nedum habet vim pacti, ſed eſt fortior pacto, ibid.n.182.*

Præſcripta aut completa non interrumpitur, licet aliquando contrarium obſeruetur, c.4.nu.20.

Contractus *Principum,* vide Princeps.

Verba & pacta, ita ſunt interpretanda, ne ſe ipſa deſtruant, c.77.num.25.

Indiuiduus eſt, c.96.nu.16. ¶ *Nec pro parte approbari poteſt, c.81.nu.10.*

Ligat, nedum priuatum, verùm etiam Principem, & eius ſucceſſores, c.96 num.1.

Semel approbatus, non poteſt improbari, c.81.n.11.

Celebratus non ſeruata forma ſtatuti, nullus eſt, c.92. num.3.

Strictius interpretandus eſt, quàm vltimæ voluntates, c.118.num.6.

Qui nullus eſt, non poteſt confirmari, c.120. num.7. ¶ *Nulliter factus, ab ipſomet qui fecit, impugnari poteſt, licet ſit nullus fauore alterius, c.168.nu.3.4.*

Non vitiatur ex falſa cauſa, c.166.nu.23.

Locus attenditur, cum de ipſius interpretatione agitur, c.147.n.21. ¶ *Et iuxta illius conſuetudinem intelligendus eſt, c.77.n.15.c.96.n.15.c.102.num.9.c.105.num.1.* ¶ *Item in reſtitutione in integrum ex contractu, c.105.n. 3.* ¶ *Item in deciſoriis, & executiuis, ibid n.2.4.*

Implementum, petere non poteſt, qui non adimpleuit, c.96.num.2.

Simulatio, arguitur ex clauſulis inſolitis, c.198.nu.9. ¶ *Et alienatione inter coniunctas perſonas, ibid.nu.14. ſimulatio verò quomodo probetur,* vide Simulatio.

Declaratur ex modo, & obſeruantia vtendi, c.63.nu. 14.c.96.nu.14.c.98.n.2.c.103.n.12.

Conditionalis, tranſit ad hæredes actiuè, & paſſiuè, c. 226 nu.6.

Contrahentes *in dubio præſumuntur ſe conformare diſpoſitioni iuris communis, c.19.nu.49.* ¶ *Menſiliorum imprimis inſpicienda eſt, c.134.nu.18.*

Contumacia *accuſati & condemnati, non tollit libertatem, nec ius ſucceßionis, tam teſtamentariæ, quàm legitimæ, c.121.num.4.*

Cumulatiuè *vocari,* vide Inſtituti.

Correctio *eorum quæ à partibus dicuntur, ſicut & legum vitanda eſt, c.2.nu.102.*

Et diſciplinæ regularis obſeruantia, de iure ſpectat ad ſuperiorem Monaſterij, ſeu Collegij regularis, c.59.n.1.

Criminum à Regularibus commiſſorum, ſi ab Epiſcopi iuriſdictione non ſunt exempti, ſpectat ad ipſum, alias ad ſuperiorem Monaſterij, ibid.nu 2.

Correi *in ſolidum obligati, quomodo liberentur, à præſtatione ſolidi,* vide Creditor.

Ex his, ſi vnus nihil recepit, ſi conueniatur in ſolidum, habet regreſſum contra eum qui totum recepit, conſil.211.num.5.

Creditor *cogi poteſt pro auro, monetam accipere, ſi talis ſit conſuetudo, c.102.nu.11.*

Hæres inſtitutus, & grauatus de reſtituendo, poteſt retinere de bonis fideicommißi, pro ſuo credito vel aliorum, quibus ſoluit, habita æſtimatione pro ſuo credito ad tempus aditæ hæreditatis, aliorum autem ad tempus ſolutionis, c.109.nu.18.c.182.nu.16.17.

Inter plures creditores eiuſdem temporis, ſiue ex eadem cauſa, ſiue ex diuerſis, præfertur is qui præuenit, & primò litem eſt conteſtatus, c.207.nu.1.2.

Per receptionem partis debiti ab vno ex correis in ſolidum obligatis, ſicut & per petitionem, an, & quando cenſeatur cæteros liberaſſe à præſtatione ſolidi, c.211.n.3.4.

Ante conditionis euentum agere non poteſt, c.218.n.3.

Poſterior, an audiatur ſuper læſione, in venditione facta per ſubhaſtationem, & quæ læſio ſufficiat, c.209.n.5.

Crimen *nullum, ipſo iure, priuat beneficio, paucis exceptis, c.62.nu.3.*

Criminoſus, *an & quando beneficium reſignare poßit,* vide Accuſatus.

Culpa lata *non ſemper æquiparatur dolo, c.114.n.9.*

Curatus *habet intentionem fundatam ſuper decimis, c.48.n.8.*

Curio *ſeu Vicarius perpetuus, debet habere congruam portionem, de qua,* vide Congrua portio.

D

DAmnum, *eius appellatione, quando veniat lucrum, c.229.n.23.*

Debitor *ex certo tempore, non poteſt ſoluere, nec exigi, ante tempus, c.227.num.2.* ¶ *Sub conditione, ante conditionis euentum, non niſi volenti, ſoluere poteſt, ibid. num.3.*

Præſcribit contra creditorem, de iure ciuili, c.131.n.6.

Debitum *defuncti ſoluere tenetur, qui lucratur mobilia, ex vi conſuetudinis, ſecus ſi ex pacto, c.77.n 24.*

Patri ex lege, vel conuentione, quando tranſeat ad filios, c.124.n.122.

Perſonale, præſcribitur 30. annis, c.131.n.4.

Chirographarium, & verbale, etiam hæredis, minuunt legitimam, c.148 n.46.47.

Voluntarium dicitur, quod habet originem à voluntate, etſi poſtea ſit neceſſarium, c.221.num.1.

Digitized by Google

Patris, filius ſcire præſumitur, c.173.n.7.

Decimæ *debentur de omni genere fructuum*, conſ. 46.n.1. & *nominatim de croco*, ibid.n.2.c.47.n.1.

Debentur de iure diuino ſecundùm Canoniſtas, ibid. num.3.

Secundùm Theologos, de iure humano & pontificio, licèt in ſui ſubſtantia, ſint de iure diuino, ibid.n.4.

Quando debeantur per exemptos ab illis, ibid.n.40.

Debentur non deductis impenſis, nec ſemine, ibid. numero 41. 42.

Ab iis non infertur ad dominium temporale, c.57. num.26.

Qui eas percipiunt, in quibus contribuere debeant, c. 202.num.1.

Debentur de fructibus exemptis, ſi ſeminētur in prædiis, in quibus decimabiles percipi ſolebant, c.46.n.38. c.47.n.46 c.49.n.13.c.51.n.20.

Exemptio a decimis perſonalibus, non autem realibus, in ea parte quæ neceſſaria eſt ad Miniſtrorum ſuſtentationem, & ſacramentorum adminiſtrationem, conſuetudine legitimè præſcripta, per laicos quæri poteſt, c.46.n.7.

In certo genere fructuum, conſuetudine quæri poteſt, non tamen in Hiſpania, ibid.n.8.

Tota, nulla præſcriptione per laicos tolli poteſt, quota poteſt, c.46.n.9. *quod limitatur*, n.10.

Exemptio a decimis quæritur præſcriptione, non conſuetudine, c.47.n.2. *licet agatur de Communitate*, c.48. num.5.

Eccleſia Parrochialis habet intentionem fundatam ſuper illas, c.50.n.9.

Decimarius *in Gallia certiorari debet, antequam fructus recolligantur*, c.196.n.1. *de iure communi, & certiorari, & per aliquot horas expectari debet*, ibid.n.3.

Declaratio *an fieri poſſit in præiudicium tertij, & iuris illi quæſiti*, c.199. nu.6.

Decreti ambitioſi *reſciſio intra decem dies peti debet*, c.120.nu.19.

Decuriones *Ciuitati donare non poſſunt*, c.120.n.4.

Delegatus *à Principe poteſt ſubdelegare*, c.63.n.15.

Delictum *arcet bona fides*, c.61.nu.10.

Delphinatus *donatus fuit Philippo Valeſio per Humbertum Delphinum Viennenſem*, c.57.nu. 47.c.64. num.27.

Denunciatio *litis*, vide Lis.

Denunciationum *omiſſio, etiam vbi Concilium Tridentinum eſt receptum, nō annullat matrimonium*, c.56.nu.5.c.66.num.2. ¶ *Quid in Gallia*, vide Matrimonium.

Depoſitiones teſtium, *vide* Atteſtationes, *vel* Teſtis.

Non proſunt ei qui proteſtatus fuit, contra earum productionem, c.1.nu.151. c.16.n.7.c.3.n.18. ¶ *Tantum valent, quantum ſonant*, ibid. num.162. & *ſunt ſtricti iuris*, c.16.nu. 10.13. ¶ *Debent intelligi ſecundùm contenta in articulis*, c.167.n.17.c.3.n.21.c.17.num.16.c.16.nu.10.13.

In alio iudicio, an fidem faciant, vide Atteſtationes.

An eludantur per documenta, vide Documenta.

Falſa in vno, an probent in aliis, vide Teſtis.

Deſcendentes *qui dicantur in feudo iuris Francorum*, c.2.nu.47. ¶ *In materia feudali quandoque dicuntur omnes à primo inueſtito deſcendentes*, c.3.num.30. ¶ *Eorum appellatione veniunt tantùm collaterales vltimò defuncti, non autem primi inueſtiti*, c.18.num.3. ¶ *Eorum appellatione veniunt nepotes*, c.67.nu.7.

In fideicommiſſo iniuncto alicui, ſub onere ferendi nomen & arma, veniunt omnes illius deſcendentes, ordine tamen ſucceſſiuo, ſi adſit neceſſitas inſtituendi, vel dictio collectiua, c.109.nu.1.2.3. ¶ *Nedum per vulgarem, ſed etiam per fideicommiſſariam admittuntur, iniuncto dicto onere*, ibid.num.4.

Determinatio, *vide Oratio*.

Detricatio frumenti *eſt meræ facultatis, cui nec per centum annos, præſcribi poteſt*, c.111.nu.1.

Dictio *vniuerſalis reſtringi non debet, ſi reſtricta, nihil operetur*, c.2.nu.127.c.3.nu.113. ¶ *Vniuerſalis excludit ordinem ſucceſſiuum*, c.3.n.127.

Copulatiua, ampliat, c.7.num.17.

Relatiua, operatur vt filij ſpecialiter inſtituti, præferantur nepotibus, c.89. num.4.17.

Diſiunctiua, reſoluitur quandoque in copulatiuam, c. 180.nu.8.9.10. ¶ *Retinet ſuam naturam inter eos, inter quos cadit ordo charitatis & affectionis*, ibid.num.11.

Quibuſcumque, & omnibus, æquipollent in materia feudali, c.1.num.98.c.2.num.98.120.c.4.nu.78.c.12.n.13. *Quibuſcumque, vel* omnibus, *operatur capacitatem fœminarum ad feuda* c.2.nu.140.

Omnium & quorumcumque, continet ea, quæ aliàs non venirent, c.102.num.29.

Quæcumque includit omnia, c.107.nu.18.

Succeſſoribus, tantum importat, quantum heredibus, *imò quandoque plus*, c.1.nu.95.c.4.num.74.

Hæredibus in conceſſione feudi, intelligitur de hæredibus bonorum, non ſanguinis, c.2.num.145.c.3.num.79.91. *Heredibus, &* ſucceſſoribus, *idem ſonant in materia feudali*, c.12.n.14. ¶ *Heredibus, vel* ſucceſſoribus, *quando intelligatur de quibuſcumque*, c.17.num.22. ¶ *Heredibus, in emphyteuſi Eccleſiaſtica, intelligitur de heredibus ſanguinis*, c.138.num.21.

Heredum, quando intelligatur de extraneis, c.2.nu.81.

Alios, vel eos, quid operetur, vide Nomine.

Cum, an & quando copulet acceſſoriè, vel principaliter, c.7.nu.16. ¶ *Habet vim augendi*, c.9.nu.25.

Totum, accipitur pro omne, c.9.num.11.

Eiuſdem, in fine poſita, ad quæ referatur, ibid.nu.18.

Perpetuò, idem ſonat, quod in infinitum, c.23.num.31. *nullam habet præfinitionem temporis, ſicut nec dictio* ſemper, c.52.num.56.

Deſcendentes,

Liberi,

ſui, ſunt collectiuæ plurium graduum & perſonarum, c.67.nu.11.c.109.nu.5. c.174. nu.7.

ſuperſtites, tollit repræſentationem, c.89.n.3.16.

ſuperuiuentem, facit vt quis cenſeatur vocatus nomine proprio, c.158.num.2. ¶ *Idem operatur, quod clauſula*, ſalua gradus prærogatiua, *ibid*.n.7.

Reſpectiuè, reſtringit, & idem operatur, quod clauſula, ſingula ſingulis, c.79.num.1.

libera, vel liberè, impedit collationem, c.79.nu.2.

ſuorum, explicatur, c.123.nu.46. ¶ *Appoſita in vocatione proximiorum, intelligitur de proximioribus gradu nati*, c.193.nu.12.

Liberi, comprehendit maſculos & fœminas, c.181.n.7. c.205.num.9.

Enfans, *idem ſignificat quod* liberi, c.223.num.4.

Maſculorum, in vno gradu appoſita, quando referatur ad alium, omnino diuerſum, c.23.num.24. ¶ *Repetitio difficilius fit in conditione* ſi ſine liberis, *quam* ſi ſine filijs, *ibid.num.25*.

Cautio, à lege prolata, intelligitur ſine fideiuſſore, c. 106.num.7.

Quoque, eſt continuatiua, c.134.num.4.

Diſpoſitiones, intelligitur de vltimis voluntatibus, c. 128.num.2.

De quibus eſt relatiua, & coniunctiua, c.140.nu.9.

Vt ſuprà, inducit repetitionem, c.154 num.7.

Alios, operatur vt quis cenſeatur vocatus nomine proprio, c.158.num.1.

Facultatis, idem ſonat, quod hæreditatis, c.129.nu.21.

Solitum,

Solitum,

Conſuetum, in collatione beneficij appoſite, quid operetur, c.197.nu.5.6.

Integrè, vel Integraliter, an operetur prohibitionem Falcidiæ, vide Falcidia.

Huiuſmodi, refert diſpoſitionem ad præcedentia, c. 29.num.7.

Relinquatur, ſubjecta in ratione agnationis, quid importet, c.23.num.38.

In infinitum, conſtituit feudum hæreditarium, c.2.numero 116.

Dies incertus *in vltimis voluntatibus, habetur pro conditione*.c.126.nu.2.c.39.nu.5. ¶ *Quando faciat legatum conditionale, vel non*, c.30.num.4.c.31.num.3. ¶ *An gratia legatarij cenſeatur appoſitus, vel gratia hæredis*, c.30.num.18.& 22. ¶ *Annorum 25. an cenſeatur in fauorem legatarij*, c.31.nu.4.6.8.

Dignior *quando præferendus ſit*, vide Res.

Dignitas, *eſt præeminentia in gradu, & illam ſequitur honor*, c.27.nu.13.14.

Diminutionem *operari non debent, quæ in augmentum facta ſunt*, c.77.num.18.

Diſciplina Regularis, *vide* Correctio.

Diſpenſatio *ad Ordines, præſumitur ex longo tempore*, c.170.n.9.10. ¶ *Super matrimonio*, vide Matrimonium.

Diſpoſitio *ſic interpretanda eſt, vt non contineat repugnantiam*, c.2.num.9.

Præcedens, quod vno verbo per partes ſubuerſa ſit, non eſt veriſimile, c.3 num.118.

Principalis, non mutatur per ea quæ ſunt in acceſſoriis, c.16.nu.63.64.

Affirmatiua in fauorem familiæ, filiam nuptam non continet, ſecus in negatiua, c.23 nu 19. ¶ *Legalis, de filiis, includit nepotes, prohibitoria ab homine non includit*, ibid.nu.30.33.48.52.

Ius conuenit, quibus verba conueniunt, c.67.nu.8.

Quæ refertur ad aliam, intelligitur ſecundùm illam, c.104.num.2.

Generalis, tantum operatur, quantum ſpecialis, c.128.num.12.

Per relationem facta, ſuſtinetur, c.33.nu.10.12.

Diſpoſitionem *minus ſolemnem, qui approbat, illi ſtare debet*, c.76.nu.5.10.

Diſtributiones *quotidianæ dantur intereſſentibus*, c.27.nu.12.

Diuiſio *inter fratres, præſumitur æqualis; poſt 10. vel 20. annos*, c.1.num.128. ¶ *Inter cohæredes, quando reuocetur, vel non*, c.76.num.3.4.16.21.

An per eam cenſeatur renunciatum fideicommiſſo, c. 222.num.3. ¶ *Futuræ ſucceſſionis an valeat*, vide Hæreditas.

Facta inter Imperatorem, & Regem Francorum, qua omnia quæ erant cis Rhodanum à parte Delphinatus, & Prouinciæ, Imperatorem, reliqua verò Regem recognoſcerent, ratificata fuit per Henricum I. Regem Francorum, & Conradum Imperatorem, c.57.nu.44.

Inter filios per patrem facta, vide Donatio ob cauſam.

Inter correos debendi, quando cenſeatur à creditore facta, vide Creditor.

Documenta *præualent depoſitionibus teſtium*, c. 1.num. 141. *præſertim in facto antiquo*, c.16.num.29. vide Producens.

Doctori *atteſtanti de conſuetudine, præſertim patria ſua, ſtandum eſt*, c.1.nu.44.c.4.nu.2.

Doctoratus *in aliquo iure requiritur ad obtinendam primam dignitatem poſt Pontificalem*, c.68.nu.12.

Dolus *verus, futurus remitti non poteſt, præſumptus poteſt*, c.114.nu.10.

Perſonalis reſcindit tranſactionem in Gallia, realis non, c.162.num.6.

facit ceſſare priuilegium, c.42.num.2.

Dolo non ſemper æquiparatur lata culpa, c.114.nu.9.

De dolo tenetur, qui non facit, quod debet, c.109. num.17.

Domicilium *eius, ad quem ſpectant mobilia, an, & in quibus attendatur, quando agitur de ſucceſſione, vel ſocietate inter coniuges*.c.148.nu.26. ¶ *Et ſolutionis locus, attenditur in annuis cenſibus, ſiue redditibus, cuiuſcumque generis ſint*, c.148 nu.13.17.19. *etiam de iure Gallico*, nu.10.

Præualet, dum eſt in vno loco, & ſolutio in alio fieri debet, ibid. num.18.

Creditoris, attenditur quoad actiones pro re mobili competentes, cum de ſucceſſione agitur, ibid. num.24.

Mutato domicilio, conſideratur de tempore mortis, c.148.nu.21.c.149.nu.1.

Dominium *in continenti probandum per poſſeſſorem, impedit miſſionem in poſſeſſionem ex* l.finali.C.de edict.di. Adr.toll.c.14.nu.36.

Transfertur abſque traditione, ex contractu Principis, c.57.nu.12.

Temporale, non infertur ex decimarum perceptione, ibid.nu.26.

Res in diem certum legata, non tranſit in legatarium ante diem, c.31.nu 1.4.

Directum, & Vtile, diuerſis reſpectibus, duplex eſt, c.36.n.4.c.37.nu.8.

Dominus *ſimpliciter inueſtiens, cenſetur de toto iure ſuo, id facere*, c.1.nu.57.

Iuriſdictionalis an habeat intentionem fundatam quoad vniuerſale dominium directum ſuper territorio ſui feudi, c.103.num.2.3. c.111.nu.6.7. ¶ *Quando poſſit ſubditos cogere vt in furno, & molendino coquant, & detricent*, ibid.nu.5.8.

Directus, an poſſit retinere partem rei, cuius dominium directum ſpectat ad plures, vel vnam de pluribus diuerſorum Dominorum, ſimul venditis c.136.nu.22. & ſeqq. ¶ *An poſſit alteri cedere ius prælationis*, c. 209. num.1.2.

Domus *noua conſtrui poteſt iuxta domum vicini, relicto ſpatio duorum pedum*, c.100.nu.1.

Nomen, noſtra deſtinatione, non natura conſtituitur, c.7.n.15. *legatum, comprehendit omnia quæ ad perpetuũ ipſius vſum comparata ſunt*, c.170.nu.1.2.

Vſus, non tranſit ad hæredes, ibid.nu.3.

Donans *omne ius ſuum donare cenſetur, & plenam proprietatem*, c.9.nu.15.27.

An poſſit reuocare ſubſtitutionem in donatione factam, c. 122.nu.4.

Medietatem bonorum, poteſt vnam, vel plures res alienare, dummodo ſuperſit vnde valor alienatorum ſuppleri poſſit, c.176.nu.5.

Solus, reuocationem donationis ob ſuſceptionem liberorum, intentare poteſt, c.101.nu.8.

Cogi poteſt, ad conſentiendum inſinuationi, etiam poſt elapſum tempus ad illam faciendam præfixum, c.204.numero 11.

An teneatur de euictione vide Euictio.

Donatarius *hæreditatis, tenetur ad omnia onera, ſaltem erga donantem*, c.129.nu. 4. ¶ *Ex natura donationis tenetur etiam ad onera præterita*, ibid.n.8. ¶ *Poſſidet hæreditatem titulo ſingulari, quamuis donatio fiat ſub nomine vniuerſali*, ibid.nu.31.

Secundus, vocatus poſt primum, Ius ſuum & ſpem tranſmittit ad hæredes, c.20.nu.10.

Cui datus eſt ſubſtitutus, ſi moriatur ante donantem,

per mortem ſubſtituti caducata ſubſtitutione, ipſe, & eius hæredes, res donatas conſequuntur, conſil.20.num.18.

Donatio *ſiue inter viuos, ſiue mortis cauſa, abſenti facta, an illi acquiratur,* vide Abſenti.

Cauſa mortis, omnium bonorum præſentium & futurorum, an reuocetur per teſtamentum, vide Clauſulam, Caſſans & reuocans.

Medietatis omnium bonorum, an impediat alienationem aliquorum, vide Donans, *verſ. Medietatem.*

A quo per ſuſceptionem liberorum reuocari poßit, vide Donans, *verſ. Solus.*

fieri poteſt ei, qui nondum natus eſt, c.7.nu.1.c.42.nu.1.c.46.nu.5.

Abſque acceptatione, irreuocabilis eſt, ſi notarij ſtipulatio interuenerit, c.9.nu.2.

Præſumitur inter proximos, c.9 nu.5.

latißime interpretanda eſt, ibid.num.16.c.19.n.36.

Venit nomine alienationis in materia feudali, c.17.numero 72.

ſi ſemel eſt perfecta, onus adijci non poteſt, c.41.num.3.c.205.nu.10.

ſi à minore facta, & iuramento firmata ſit, vide Minor.

Non præſumitur, vbi alia coniectura dari poteſt, c.221.num.10.

Non nocet creditoribus anterioribus, c.26.n.50.

Non ſubſiſtit, vbi nullus eſt affectus recipientis, c.43.n.3.quod fallit, ſi fiat filiis naſciturus, ibid.num.11.

Eſt ſtricti iuris, ibid.num 7.

Contemplatione matrimonij, eſt fauorabilis, c.8.nu.4. ¶ *Primogenito naſcituro valet, c.9.num.1.3.*

Contemplatione matrimonij per patrem filio facta, dicitur ob cauſam, eámque finalem, & ideo confertur, & imputatur, c.19.num.6.13.15.18.54.55.c.21.num.1.c.41.nu.14.c.46.nu.7. ¶ *filio in poteſtate conſtituto facta, eſt ab initio valida, c.19.nu.10.& 16.etiam iniurata, c.125.n.31.32.* ¶ *Succeßit in locum donationis propter nuptias, & eodem iure cenſetur, c.19.nu.19.* ¶ *Et reſpicit etiam commodum donantis, ibid.nu.25.* ¶ *Et cenſetur facta quodammodo ex cauſa neceſſaria, ibid.nu.27.* ¶ *Ab auo facta, an imputetur in legitimam, c.22 n.1.* ¶ *Per patrem facta filio, aliquando non imputatur, c.79.num.6.* ¶ *Facta filio non poteſt, etiam de illius conſenſu, in præiudicium liberorum ex eo naſciturorum reuocari, vel alterari, c.118.nu.3.c.187.nu.2.* ¶ *Non eget inſinuatione, c.125.nu.33.* ¶ *An ad patrem redire debeat, vel non, c.19.n.41.42.43.c.125.nu.8.*

Simplex non confertur, c.19 num.2.contrarium tamen verius eſt in puncto iuris, ibid.nu.7. ¶ *Quæ valuit ab initio, ex communi & vera, non confertur, c.19.nu.8.Nec imputatur, c.21.num.3.Limita. ſi æquiualeat legitimæ, c.19.nu.14.* ¶ *Filiofamilias à patre facta, iuramento confirmatur, & confertur, c.19.nu.11.12.* ¶ *Quoties de donatione fit mentio intelligitur de ſimplici, c.129.nu.15.*

Ob cauſam neceſſariam, quæ non excludit liberalitatem donantis, an ſit conferenda, c.19.nu.4.& 20. ¶ *Ob cauſam, licet non præcisè neceſſariam, confertur, ib.n.26.ſi fiat ob cauſam, cauſa purificata impeditur condictio, non collatio, ibid.nu.52.* ¶ *Ob cauſam vt dicatur, debet exprimi cauſa, quæ excludat liberalitatem donantis, & ipſius fauorem reſpiciat, c.129.nu.1.* ¶ *Ob cauſam dicitur, quando fit gratia pacti in ea appoſiti, ibid.nu.10.11.13.14.* ¶ *Item ob cauſam dicitur, diuiſio quæ fit per patrem inter filios, cum onere ſoluendi æs alienum, c.129.num.15.22.* ¶ *Donatio hæreditatis, ex quibus dicatur ob cauſam, c.129.num.32.*

Confertur æqualitatis ſeruandæ cauſa, inter filios, & imputatur, vel è contra, quæ alias non conferretur, c.21.num.2. ¶ *Item quæ fit filio ad emendum militiam, vel ordines conſequendos, c.19.num.21.22.*

Emancipationis cauſa, nec confertur, nec imputatur, & dicitur ſimplex, c.19.num.28.29.

A matre facta non confertur, nec imputatur, c.19.n.17.c.21.nu.5. ¶ *Facta tamen filiæ diuiti ex cauſa dotis, vel filio propter nuptias, & imputatur, & confertur. c.19.numero 23.*

Propter nuptias, ab aula receßit, c.19.num.19.

facta alicui pro ſe, & liberis, an cenſeatur facta liberis vt liberis, controuertitur, c.125.num.20. ¶ *Sed ſi facta ſit filio & liberis, acquiritur liberis vt liberis, ibid.num.21.& c.44.n.14.c.46.nu.3.* ¶ *Et cenſetur facta ordine ſucceßiuo, ſi pater acceptit pro ſe, & liberis, c.43.nu.5.* ¶ *Facta à patre pro ſe, & liberis, ſtipulanti, cenſetur facta liberis vt hæredibus, in materia tranſitoria, c.43.num.2.* ¶ *Ex huiuſmodi differentia quid ſequatur, c.45.num.1.2.c.46.nu.3.c.109.nu.19.& ſeqq.*

Profectitia ſtatim filio acquiritur, c.46.nu.6.

Inter viuos eſſe præſumitur propter iuramentum, & pactum de non reuocando, c.9.num.6. ¶ *Non alteratur per verba* poſt mortem valitura, *c.19.nu.53.* ¶ *Teſtamento fieri poteſt, c.192.nu.11.*

Acceptata quando dicatur, c.52.nu.31.

Inter virum & vxorem, an valideiur iuramento, vide Iuramentum. ¶ *Morte confirmata retrotrahitur quoad fructus perceptos, c.75.nu.15.* ¶ *Per legata vel fideicommiſſa reuocatur in totum, vel pro parte, ibid.n.16.* ¶ *Defectu inſinuationis corruit in totum, c.79.num.11.* ¶ *An ſubiaceat* l.hac edictali C.de ſecund.nupt. *c.81.nu.6.13.15.20.c.84.nu.1.c.148.nu.26.27.& vide* l.hac edictali.

Mutua inter coniuges eſt permiſſa, c.52.nu.33.c.75.num.11.

Non acceptata in Gallia, aut facta, non ſeruata forma præſcripta, nulla eſt, c.145.nu.1.2. Nec validata per retentionem fructuum, ibid.

Inofficioſa, vt dicatur, quod tempus inſpiciendum ſit, c.73.n.4.5.c.145.n.5. ¶ *Reſcinditur pro legitima, c.176.num 6.*

Mortis cauſa, quando inducatur per clauſulam codicillarem, vide Clauſula codicilians. ¶ *Omnium bonorum præſentium & futurorum, valet, c.192.n.15.* ¶ *Non reuocatur per clauſulam* caſſans & reuocans *in ſequenti teſtamento appoſitam, ibid.n.16.* ¶ *Abſenti facta, non valet, ibid.nu.2.* ¶ *Per filiumfamilias de conſenſu patris, ipſi facta, an valeat, c.210.num.1.* ¶ *firmatur iuramento abſque ſtipulatione, c.210.nu.9.* ¶ *In ea quinque teſtes requiruntur, c.192.num.5.*

Ab initio valida, non poteſt reuocari, c.128.nu.5.

A minore 16.annorum facta, extra Monaſterium, & paulo ante habitus ſuſceptionem, an ſit valida, c.134.n.1.5.8.9.10. ¶ *Quomodo reſoluatur, ibid.nu.11.*

De inſinuatione donationis, vide Inſinuatio.

De collatione, quando ſit facienda, vel non, vide Collatio.

Dos *non includitur fideicommiſſo, c.41.n.4.* ¶ *Datur propter onera matrimonij, c.169.nu.1.* ¶ *Eſt loco legitimæ, c.176.num.7.*

Non redit ad donantem, filia decedente ſine liberis, niſi ſit pater, aut ſtipulatio interuenerit, c.191.nu.6.

Profectitia non redit ad patrem, ſtante ſtipulatione, pro ſe, & hæredibus, *c.204.nu.6.*

fauorabilis eſt, c.72.num.25.

Deterior fieri non poteſt culpa mariti, c.72.n.26.nec pacto vxoris, c.107.num.14.

Materna, an imputetur nepotibus in legitimam ſuper bonis aui, c.22.num.2.c.153.nu.1.2.6.& ſeqq.c.154.nu.1.& ſeqq.c.182.n.3. vide Legitima, *verſ. Dos.*

Reſtituitur poſt annum, ſi conſiſtat in mobilibus, vel ſe

mouen-

mouentibus, vel in immobilibus, alios tamen quàm ſoli. Illico verò, ſi in immobilibus ſoli, c.72.n.16.

Fructus mobilium, pendente anno, ad quem ſpectent, ibid. nu.18.19.

Reſtituenda eſt in eadem bonitate, in qua ſoluta fuit, c.77.nu.6. *& in iiſdem ſeutis*, c.102.n.8.

In eius reſtitutione attenditur domicilium viri, c.102. num.7. ¶ *Et æſtimatio de tempore, quo conſtituta eſt*, c.227.n.1. *quod incipit, Cum in contractu.*

Valor rei æſtimatæ, reſtituendus eſt, non res ipſa, niſi aliter conuentum ſit, c.72.n.47.

Cuius expenſis exigenda ſit, c.72.n.46. c.74. nu.3.

Per patrem & filium ſimul recepta, ad patrem perueniſſe cenſetur, ſi ille ſolus adminiſtrauerit, c.79.num.14. c.211.n.1.2.

Augeri poteſt conſtante matrimonio, c.102.num.34.35. c.189. nu.1.

Confeſſata, valet in vim legati, c.79.n.10. ¶ *Præfertur creditoribus poſterioribus, niſi adſit ſuſpicio fraudis*, c.189.nu.2.

Numerata, præfertur omnibus à die contractus matrimonij, ibid.n.4. ¶ *In pleriſque Galliæ prouinciis, etiam anterioribus*, ibid.num.5.

Pro dote conſtituenda, vel reſtituenda, an poſſint alienari bona fideicommiſſi, vide Authent. res quæ, C. com. de legat. *vel Fideicommiſſum.*

Dotis intereſſe *ſi a patre conſtituta ſit, debetur abſque interpellatione, licet nullum tempus præfinitum ſit, ſecus ſi ab extraneo*, c.94.nu.1.2. ¶ *Item ſi ab ipſa muliere conſtituta ſit*, ibid.nu.3.

Dicitur damnum emergens, c.169.nu.2. *& debetur, licet maritus non ſit ſolitus negotiari*, ibid.num.3. ¶ *An cenſeatur remiſſum per ſilentium decennij*, c.94. num.4.5.6.

Duplum excedere poteſt, c.169.num.7.

Vidua quando debeatur, vel non, vide Vidua.

Non debetur vidua, abſque interpellatione, c.211.num.6. ¶ *De Augmento*, vide Augmentum. Lucrum. Pater.

Ducatus *quas dependentias habere debeat*, c.4. nu.51.

Narbonenſis, vide in littera N.

E

ECcleſia *de iure eſt libera à Iure patronatus*, c.24. nu.5. ¶ *Nec ius patronatus præſumitur*, c.25.num.1. ¶ *Nec per ſolum conſenſum Epiſcopi, illi ſubiici poteſt*, c.25.num.8.

Æquiparatur minori, c.86. num.16.

Reſtituitur aduerſus omiſſam appellationem, c.46.nu.50. ¶ *Aduerſus aliam Eccleſiam, quando certat de damno vitando*, c.80.n.5. ¶ *Aduerſus præſcriptionem 40. annorum, ex capite ignorantiæ*, c.96.num.8.

Non reſtituitur aduerſus præſcriptionem ſolemnitatum, niſi docto de læſione, c.95.num.7.

Parrochialis, habet intentionem fundatam ſuper decimis, c.50.nu.9. ¶ *Eius poſſeſſio quo die ſumenda*, vide Poſſeſſio.

Eccleſiæ reparationes, *vide* Reparationes.

Eccleſiæ *res ſi alienentur contra formam iuris, ſolus contractus nullus eſt, nec intrat actio criminalis*, c.61.n.9. & vide Extrauagans. ¶ *Si locentur vltra triennium*, vide Locatio. ¶ *Cenſuum reductio*, vide Extrauagans.

Eccleſiæ ſtatus *non alteratur per vnionem vnius ad aliam*, c.137.nu.2.

Electio *ſi legitimè facta non ſit, omnes ſuccedunt*, c.109. num.23.

Cenſetur facta per heredis inſtitutionem, c.52.num.23. c.109.num.24. ¶ *Et per donationem vniuerſalem*, c.180. num.1.

Conceſſa ſimpliciter, teſtamento, vel donatione fieri poteſt, nec poteſt variari. Si verò referatur ad tempus mortis, variari poteſt, c.180.num.3.

A grauato reſtituere poſt mortem, non poteſt fieri vita durante, irreuocabiliter in aliorum præiudicium, tenet tamen quoad fructus, ibid.nu.3.

Eligendi facultatem habens, id facit ex neceſſitate iuris, c.164.nu.2.3. ¶ *Nec electum grauare poteſt*, c.41.n.8. ¶ *Si non elegit, omnes admittuntur*, c.164.n.4. ¶ *Illam in alium transferre non poteſt*, c.109.nu.23. ¶ *Mentem teſtatoris declarare poteſt*, c.124.nu.25.

Emancipationis *& patriæ poteſtatis diſcrimen ſublatum eſt in ſucceſſionibus*, c.19.n.9.

Emphyteuſis *accepta pro ſe, & liberis, includit fœminas: ſecus, ſi pro ſe, & filiis*, c.23.nu.7. ¶ *Pro ſe, & heredibus, an comprehendat extraneos ſine actu extrinſeco emphyteutæ*, c.138.nu.5.6.7. *& ſeqq.*

Emptio *in certo loco facienda, an in alio fieri poſſit*, c.106.nu.16.

Emptor *cenſuum annuorum, ſiue redituum, vel penſionum, non acquirit dominium rerum obligatarum, ſed tantùm hypothecam*, c.194.nu.5.

Caſus poſt venditionem contingens, ſpectat ad emptorem, ſi non habet cauſam, à tempore præterito, conſ.190. num.2.

Enunciatiua, *vide* Verba.

Epiſcopatus *an ſit beneficium curatum*, c.206. num.7.

Epiſcopus *an ſit iudex competens contra Regulares in ſua diœceſi commorantes*, c.61.n.6.7.

Quando poſſit abſoluere & diſpenſare cum qui clericum percuſſit, c.78.nu.8.

Etiam de conſenſu patroni, non poteſt diſpenſare contra fundationem, c.146.nu.7.

Tenetur pro rata quarta Epiſcopalis ad reparationes Eccleſiæ, & ſalaria concionatorum, conſ.98.num.9.11.12.

Et capitulum, faciunt vnum corpus, conſ.27.numero 3.

Reſignans Epiſcopatum, de iure communi omnes fructus reſeruare poterat, ſed per Concilium Tridentinum mille ducati reſignatario remanere debent, c.200.nu.1. ¶ *Poteſt reſeruare omnes functiones Epiſcopales*, ibid. nu.2.3.4.5.6.

Iuriſdictionem exercet per Vicarium etiam cum præſens eſt, c.27.n.7. ¶ *Et ambo faciunt vnum tribunal*, ibid.nu.4.

Non poteſt diſpenſare ad duo beneficia ſub eodem tecto, c.69.nu.13.

Equites *Sancti Ioannis Hieroſolymitani, in Gallia ſuccedunt quoad vſumfructum*, c.117.num.6.

Errantis *nullus eſt conſenſus*, c.1.nu.148. ¶ *Erranti in facto ſuccurritur*, c.76.nu.9.

Error *probatur eo ipſo quòd rem ſe aliter habere probatur*, c.1.nu.149.

Facti, non nocet, c.185.nu.9.

Iuris excuſat, quando agitur de damno vitando, c.76. num.10. ¶ *Iuris naturalis, nunquam excuſat*, ibid. numero 11.

Errore iuris ſolutum, vide Indebitum.

Euictio *non datur, niſi ex cauſa antecedente res euincatur*, c.19.nu.46.

Promiſſa, non inducit prohibitionem collationis, ibid. num.47.

Non datur ante ſententiam, & realem euictionem, c.214.n.2.3.4.

Google

Ceſſat, ex culpa emptoris, c.179.n.11. ¶ In donatione, qua incepit à traditione, c.225.n.2.3. ¶ Itē in ea qua incepit à promiſſione, ſi res euincatur ratione hypothecæ ignorata, ibid.nu.5. ¶ An ceſſet ex defectu denunciationis, vide Lis.

Exactio *violenta non tollit ius, c.57.n.29.*

Exceptio *notoria dicitur, ſi de ea conſtet per inſtrumenta, c.11.num.6.c.198.nu.12.*

Perpetua eſt, c.124.nu.27.

firmat regulam, c.138.n.25.c.166.nu.21.

Alteri per alterum quæri non poteſt, c.266.n.31.

Quæ offertur incontinenti, nunquam cenſetur ſublata, c.11.nu.9. ¶ Admittitur aduerſus executionem inſtrumenti Cameralis, c.14.num.40.

Impediens litis ingreſſum, vel non, vide Lis.

Requirens altiorem indaginem rejicitur ad petitorium, c.14.nu.31.

Concernens petitorium, an admittatur aduerſus l.fin. C.de edic.di.Adr.toll. *c.14.n.33.34.*

Non iuris actoris, iuncta cum non iure Rei, admittitur in remedio recuperandæ, c.11.nu.3.

Excommunicatus *abſolutus cum clauſula,* cum abſolutione ad effectum, *non poteſt celebrare, c.141.n.8.9.10.*

Illi conferri non poteſt beneficium, etiam motu proprio, *ibid.nu.12. ¶ Collatio illi facta* in forma dignum *nulla eſt, ſi abſolutio non præceſſit, ibid.nu.7. ¶ Facta, etiam ignoranti ſe excommunicatum, nulla eſt, ibid.nu.1.2.3.*

Gratia illi conceſſa, non ſuffragatur, ſi ſteterit in excommunicatione per annum, ibid.nu.6.

Excommunicatur, Clericum percutiens, c.78.num.6. ¶ Et licet regulariter à Papa abſolui debeat, quandoque tamen poteſt ab Epiſcopo, ibid.nu.8.

Excluſio *vnius, eſt incluſio alterius, c.228.num.4. ¶ Fœminarum, eſt ſpecies exhæredationis, c.1.num.183. ¶ Fœminarum propter maſculos, intelligitur de maſculis eiuſdem gradus, ibid.nu.196. ¶ Fœminarum, eſt odioſa, c.3.nu.24.56.c.26.nu.2. & reſtringenda, c.1.num.118.265.199.214.*

Excuſſio *non requiritur, quando nulla competit actio, vel extincta fuit, c.112. nu. 2. ¶ Vel quando adeſt ſpecialis hypotheca, ibid.nu.4.*

Executio *inſtrumenti Cameralis retardatur per exceptionem, quæ offertur incontinenti, c.14.nu.40.*

Regulatur à cauſa principali, c.52.nu.14.

Non fit contra ſucceſſorem particularem, ſed via ordinaria procedendum eſt, c.171.nu.3.

Exemplaris *corruit, quando venientes ab inteſtato non ſunt ſubſtituti, c.218.nu.1.2.*

Per eam ſuccedatur mente capto, non teſtatori, ibid. num.4.

Exemptio *à decimis,* vide Decimæ.

Exhæredatio *non ſuſtinetur, niſi fiat ob vnam ex cauſis à lege expreſſis, vel* [illegible] *æquè grauem, c.109. num.26. ¶ Vt ſit valida, quæ requirantur, ibid.nu.27. ¶ Eius cauſam, pater exprimere debet, iſque ſolus, hæres enim non poteſt, ibid.nu.28.*

Tollitur per reconciliationem, ibid.n.29.

Expenſæ *in exigenda dote, ſi magna, ipſam minuunt, c.72.nu.46. ¶ In exigendis nominibus in dotem conſtitutis, quando repetantur, c.74.nu.3.*

Circa lites, damno hæredis cedunt, c.148.nu.25.

In liquidatione legitimæ, & reſtitutione fideicommiſſi, per quos, & quomodo æſtimandæ ſint, c.235.

Expreſſio *eorum quæ neceſſariò inſunt, non poteſt trahi ad caſum alterius naturæ, & rationis, c.1.num.198. ¶ Eius quod tacitè ineſt, non immutat naturam illius, ibid.nu.202.*

Extenſio *de vno ad alium, inter quos fiat, vel non c.1.nu.164.192. & ſeqq.*

De caſu ad caſum, non fit in maioratibus, etiam teſtamento inſtitutis, c.5.nu.15.22.c.26.nu.8. ¶ Fit, ex identitate rationis c.64. num.9.

Paſſiua, prohibita eſt, maximè in contractibus, c.20. num.16. ¶ Non fit in fideicommiſſis, c.116.nu.3.c.122.nu.11.c.160.nu.2. ¶ Fallit ex coniecturis, c.160.num.3.4.10. ¶ Item ex ratione agnationis, c.64.n.11.

In ſtatutis, & contractibus non facilè admittitur, c.23. num.8.

Extractus *quando fidem faciat, c.1.n.242.*

Extraneus *dicitur, quicumque non eſt de deſcendentibus, c.188 nu.10.*

Extrauagans *Ambitioſæ. de reb. Eccleſ. non alienan. eſt vſu recepta, quoad nullitatem contractus, licet non quoad pœnas externas, c.166.num.16.17.c.61.num.8. Et comprehendit fructus, c.166.nu.20.*

An procedat in reductione cenſuum Eccleſiæ, c.61.

F

FActum *allegans probare debet, c.102.numer.49. ¶ Nec enim præſumitur, c.229.num.3.*

Probari debet in tempore competenti, quando poſſeſſio in facto conſiſtit, c.103.num.8.

Falcidia *detrahitur ex donatione morte confirmata, c.75.n.14. ¶ De legatis, & fideicommiſſis particularibus, c.130.num.11. ¶ Verum de prælegatis, ibid.nu.12.13.14.26.*

Ex donatione cauſa mortis, c.192.num.10.13.14. ¶ Ex donatione inter virum & vxorem, quæ morte confirmari debet, ibid.n.12.

Detrahitur ab hærede, qui habet facultatem eligendi, c.163.num.15.

Amittitur, ob non confectionem inuentarij, c.42.num.4.10.

Filiis primi gradus prohiberi poteſt, nedum expreſſè, verum etiam tacitè, c.130 num.20. ¶ Facilius prohiberi poteſt, quam Trebellianica, ibid.num.21.

An cenſeatur prohibita, per verba pleno iure, *ibid.n.23.24. ¶ Per dictionem* integrè, *vel* integraliter, *ibid. num.25.*

An à ſucceſſore ſingulari retineri poſſit, c.129.num.33.

An ſimul cū legitima retineri poſſit, vide Legitima.

Falſi *expreſſio, non ſemper vitiat reſcriptum, c.12.n.1.*

Falſitatis *variæ coniecturæ recenſentur, c.102.à nu.16.ad num.23.*

Fama *articulari debet non ſolum in articulis finali, ſed etiam in corpore articulorum, c.47.num.9.*

Non facit indicium ad torturam, c.110.num.6.

quomodo probetur per teſtes, vide Teſtis.

Familiæ *identitas præſumitur ex inſignijs, & nomine agnationis, c.1.num.66.67.*

Certam ſibi ſucceſſionis formam, ex conſuetudine, inſcio Principe, præſcribere non poſſunt, & inducta, intelligitur de ſucceſſione ab inteſtato, c.1.nu.238.& ſeqq.c.2. num.33.

Fauoris *cauſa, inducta, contrarium operari non debent, c.107.num.8.15.c.166. nu.16.*

Feudatarius *ſine conſenſu Domini feudum alienans, de iure feudorum, cadit iure ſuo, c.1.nu.59.c.3.nu.12. Attenta tamen conſuetudine, quâ feuda redacta ſunt ad inſtar patrimoniorum, irrequiſito Domino alienare poteſt, c.1. num.69. ¶ Poteſt ſubinfeudare ſine licentia Domini, c.36.nu.1. Fallit in Sicilia, c.37.num.3. Non poteſt etiam alienare in Sicilia, c.1.num.160.*

Non habet intentionem fundatam quoad vniuerſale dominium directum, ſuper prædiis in ſuo feudo exiſtentibus,

tibus, conſ. 103. num. 2. 8.

Quando cenſeatur habere vniuerſitatem agrorum, ibid. num. 4.

Ex conſuetudine Galliæ, feudatarius ſimul & fundiarius, dominus eſt paſcuorum, nemorum, & ſimilium, c.103.n.5.

Feudum *aut eſt ſummum, quod & Regale dicitur, aut Mediocre, aut Infimum, c.4.n.48. ¶ Summum, quod erat indiuiduum, hodie factum eſt diuiduum, ibid.n.49.*

Triplex eſt, Hæreditarium. Ex pacto & prouidentia, & Mixtum, c.3.n.136.138.

Iure Longobardico eſt magis perſonale, quàm reale. Iure verò Gallico magis cohæret rei, quàm perſonæ, c.3.n.41.

In Gallia apprehendi poteſt per hæredes tam ſuos; quàm extraneos, maſculos, & fœminas, dummodo homagium præſtent intra annum & diem, c.1.n.36.

Feuda in Gallia, & omnibus Prouinciis Ciſalpinis, ſunt redacta ad inſtar patrimoniorum, c.1.n.34. c.2.n.3. c.3.n.64. c.4.n.181. c.5.n.1. c.6.n.10. & 14. Et nominatim in Comitatu Venayſſino, & Prouinciis circumuicinis, c.3.n.64. c.4.n.181. & vbi ſupra de generali conſuetudine totius Galliæ. ¶ In Sicilia non tam amplè ſunt redacta ad inſtar patrimoniorum, ſicut in Gallia, c.2.n.40.

Stante dicta conſuetudine, irrequiſito Domino alienari poſſunt, realis tamen poſſeſſio, ſine eius licentia, non poteſt capi, c.1.n.60. ¶ Et non ſolùm ſunt abſolutè hæreditaria, ſed in quemcumque, & quomodocumque alienabilia, c.2.num.134. ¶ Et dictio hæredes, vel ſucceſſores, *pro quibuſcumque accipitur, c.3.n.109. ¶ Et quod plus eſt, nulla hæredum, vel ſucceſſorum facta mentione, conceſſio cenſetur facta pro quibuſcumque, ibid.n.110. c.16.n.39.*

Feudi conceſſio, ſecundùm generalem conſuetudinem patriæ, interpretanda eſt, c.2.n.133. c.3.n.69.124. c.4.n.14.72.73. ¶ Dum controuertitur, & deficit conſuetudo particularis, attenditur ius Romanorum, c.1. n.20.42. c.3.n.70.

Dum ſimpliciter conceditur, de iure feudorum, non niſi maſculi ſuccedunt, c.4.n.7.

Quale ſit, vſus & obſeruantia demonſtrat, c.16.n.75.

Concedi pro hæredibus quibuſcumque, *& pro* ſucceſſoribus quibuſcumque *paria ſunt, c.16.n.57.*

Pro quibuſcumque cenſetur conceſſum, quoties feudi hæreditarij fit mentio, c.16.n.70.

Dum de nouo conceditur, forma in mutatione præſcripta, attendenda eſt, nulla habita ratione antiquæ naturæ feudi, c.17.n.6.

Eſt iuris ſtrictiſſimi, nec in eo fit extenſio de caſu ad caſum, c.1.n.117.

Semel alienatum, licet non ſit ad hæredes tranſitorium, ſemper & indiſtinctè ad eos tranſmitti poteſt, c.3.n.134. ¶ Et titulo oneroſo acquiſitum, ſemper manet alienabile, c.1.n.72. c.2.n.84. c.3.n.87. c.4.n.77. c.16.n.47. c.17.n.5. ¶ Alienatum in extraneos, eo ipſo, dicitur merè & abſolutè hæreditarium, & ad quoſcumque tranſitorium, c.1.n.77.158. c.2.n.82. ¶ Eius poſſeſſio, non niſi ſoluto laudimio apprehendi poteſt, ſi talis ſit alienatio, ex qua debeatur laudimium, c.3.n.67. c.4.n.86.

In feudorum controuerſia, primò forma inueſtituræ. Secundò conſuetudo loci. Tertiò conſuetudines feudales ſequendæ ſunt, c.4.n.13. c.16.n.4.

Dum regitur Iure Francorum, *primogenitus excludit ſecundo genitum, & illi vitam & militiam tantùm dare tenetur, eóque ſemel excluſo, omnes eius deſcendentes in perpetuum excluduntur, per deſcendentes primogeniti, c.1.num.220.221. ¶ Et maſculus fœminam, eiuſdem ſcilicet lineæ & gradus, ibid.n.223. ¶ Si conceſſum ſit alicui & eius hæredibus quibuſcumque, vel extraneis, ita vt in eo viuatur iure Francorum, primogenitura eo iure inducta, ſolùm erit locus in ſucceſſione ab inteſtato, c.2.n.8. c.18.n.4. ¶ Plerique exiſtimant illud eſſe hæreditarium, c.2.n.56. ¶ Eſt ex pacto & prouidentia, c.5.n.30. quod an verum ſit, n.12. ¶ An ſuerit cognitum de iure feudorum, & quid inde poſſit inferri, c.2.num.25.*

Hæreditarium an ſit, obſeruantia declarat, c.2.n.151. c.3.n.153. ¶ Simpliciter conceſſum, de iure feudali, eſt hæreditarium, c.3.n.141. Et in dubio, tale præſumitur, ad quod non admittitur agnatus, niſi ſit hæres, ibid.n.142. ¶ In dubio, præſumitur hæreditarium, c.1.n.79. c.4.n.75. c.5.n.11. ¶ Hæreditarium eſt, ſi conceſſum ſit pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus, & etiam ſine dictione ſucceſſoribus, *c.1.n.81. c.3.n.90. c.17.n.7. & ad quoſcumque tranſitorium, d.n.7. ¶ Si conceſſum ſit pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus, eſt ſimpliciter hæreditarium, c.1.n.101. c.2.n.125. ¶ Item ſi adſit dictio,* perpetuò vel in infinitum, *c.1.n.102. c.2.n.126. ¶ Item ſi adſit dictio,* quibuſcumque, vel omnibus, *c.3.n.101.162. ¶ Item per ſolam dictionem* hæredibus, *data tamen conſuetudine, quæ feuda ſunt ad inſtar patrimoniorum, c.1.n.103. ¶ Idemque etiam hæredum, non facta mentione, præſuppoſita dicta conſuetudine, ibid.n.104. ¶ Idem ſi feudum, aliàs alienatum fuit, ibid.n.105. ¶ Idem, etiam ſecluſa dicta conſuetudine, ſi in contractu alienationis, mentio hæredum fiat, ibid. num. 106. ¶ Idem ſi conceſſum ſit pro ſe, & legitimis hæredibus, c.2.n.106. ¶ Idem ſi cum clauſula,* cui ius dabit, *c.2.n.131. ¶ Item cenſetur hæreditarium, ſtrictè tamen, ſi ſit conceſſum* tibi & cui ius dabit, *c.3.n.120.*

Quoties verba conceſſionis referri poſſunt ad feudum hæreditarium, & ad feudum ex pacto & prouidentia, de hæreditario intelligenda ſunt, c.2.n.103. c.4.n.124.

In feudo hæreditario, qui ſuccedere vult, debet eſſe hæres vltimò defuncti, nec ſufficit eſſe hæredem primò inueſtiti, c.2.n.112.115.144. c.3.n.146.

Alienari poteſt feudum hæreditarium in præiudicium agnatorum, dummodo in fauorem vnius ex comprehenſis in inueſtitura, c.1.n.107.158. c.2.n.117. c.3.n.147.148.

Eſſe hæreditarium, & ex pacto & prouidentia, pugnant ex diametro, c.2.n.7.

Hæreditarium propriè ſumptum, vnicum eſt, c.2.num.119. Aliqui ſtrictè, vel ſecundum quid, vel ex prouidentia legis vocant, vt diſtinguant ab abſolutè hæreditario, ſed malè: nam quod abſolutè vocant, potius dicitur degenerans, c.2.n.119. c.3.n.139.

Ex pacto & prouidentia, an ſit, obſeruantia declarat, c.2.n.15. ¶ Eſſe ex pacto & prouidentia, & hæreditarium, pugnant inter ſe, c.2.n.7. c.3.n.137. ¶ Semel alienatum, excludit neceſſariò eſſe ex pacto & prouidentia, c.2.n.135. ¶ Antiquum ex pacto & prouidentia ſi alienetur, fit nouum, & forma in fauorem acquiſitoris appoſita, attendenda eſt, c.2.n.85.

Ex pacto & prouidentia dicitur, ſi alicui pro ſe & liberis concedatur, c.2.n.112. c.17.n.14. ¶ Quoties in fauorem vnius diſponitur, & diſpoſitio ſortitur effectum, excluditur feudum ex pacto & prouidentia, c.2.n.149. c.3.n.162. ¶ Item ſi vnus ſolus ſuccedere poteſt, c.3. n.155. Item ex eo quod quis præſtat onera hæreditaria, ibid n.158.

Succeſſor in illo, non tenetur ad debita prædeceſſoris, c.2.n.150. c.3.n.166. c.16.n.84.

Quod tale eſt, nec pignorari, nec obligari poteſt, etiam in cauſa dotis, c.3.n.97.98. ¶ Nec in eo fieri poſſunt ſubſtitutiones, c.3.n.166.

In eo, qui vult ſuccedere, debet eſſe agnatus, & quæ proximior, etſi non ſit hæres, c.3.n.143. c.17.n.17.

Huiuſmodi feudum, ſiue ſit primogenitum, ſiue ſimplex, ſucceſſor id habet à primo concedente, non ab vltimo moriente, c.3.num.156.

In Comitatu Venayſſino nullum eſt feudum ex pacto & prouidentia, & quatenus eſſet, non propterea minùs vigeret conſuetudo generalis, quæ feuda ſunt ad inſtar allodialium, c.16.n.2.3.

Conceſſio ſub forma feudi ex pacto & prouidentia, non facit quin conſuetudo, quæ feuda ſunt, &c. ſit generalis, & vniformis, c.4.n.12.

Mixtum conſtituitur, ſi concedatur pro ſe, liberis, & hære-

dibus, conſ.2. num.111. c.57.num.5.

In eo, qui vult ſuccedere, debet eſſe hæres hæreditatis, ſaltem medio prædeceſſorum, & filius, ſiue agnatus, c.2.n.113.125.144.c.3.n.143.

In illo an poſſit ætas, vel gradus poſtergari, vide Poſtergatio.

Antiquum æquiuocè dicitur, & quomodo, c.2.n.65.

Duplex eſt, ex pacto & prouidentia. & hæreditarium, c.3.n.149.c.17.n.20. ¶ Antiquum ex pacto & prouidentia, quomodo fiat nouum, c.2.n.85.

Paternum, & antiquum licet differant, tamen pro eodem accipiuntur, ibid n.67.

Nouum, collaterales non admittit, c.2.n 68.

Emptum, tranſit ad extraneos, c.2.n.79.80.

Eccleſiaſticum dicitur, quod de rebus Eccleſiæ alicui conceſſum eſt, c.1.n.32. c.17.n.35.

Caſtri-noui, Giraudi Amici nuncupati, non eſt Eccleſiaſticum, nec emptitium, c.1.n.33.73. ¶ Non eſt Baronia, c.1.n.259. ¶ Ex homagiis demonſtratur eſſe merè hæreditarium, c.2.n.97.c.3.n.128.129.130. ¶ In eo Domini admittuntur ad homagium, ante traditionem Caſtri, quam nonniſi requiſiti facere tenentur, c.12.n.15.

Fictio quandoque præfertur veritati, c.27.n.5.

Fideicommiſſarius ante reſtitutionem realem, vel verbalem, non gaudet beneficio l.vlt.C.de edic.di.Adriatol. c.1.n 7.

An habeat hypothecariam contra bona hæredis, vide Hypothecaria.

Fideicommiſſum in contractu fieri poteſt, c.20.n.4.

An inducatur per dictionem relinquatur, in ratione Agnationis ſubiectam, c.23.n.38. ¶ An per verba perpetuitatem ſignificantia, vltra dictionem perpetuò, ibid. num.39. ¶ Inducitur per verbum rogo, c.75.n.19.

In teſtamento fieri poteſt à patre filio, cui donauit ſimpliciter, ſecundùm vſum receptum in Gallia, c.52.n.26.

Simpliciter factum ſine vlla conditione, ſtatim debetur, c.76.num.1.

Ad certas perſonas, vel gradus limitatum expirat cùm primum illæ perſonæ ſucceſſerunt, c.35.n.1. quod quomodo procedat, ibid. n.4.

Factum per dictiones collectiuas, fauore illorum qui ſunt agnati, vel de familia, vel de liberis, admittit tantùm illos qui tempore mortis teſtatoris procreati ſunt, c.76.n.1.

Eſt quid odioſum, c.16.n.5.

Deuoluitur ad ſequentem, ſi primò vocatus eſt incapax, c.121.n.3. ¶ Ad fiſcum, ſi indignus, ibid.n.2.

Non cenſetur inductum inter filios inſtitutos, licet teſtator de maſculis loquutus ſit, & dixerit bona in agnatione conſeruari velle, c.121.n.16.

Collatum primo, cenſetur ablatum à ſecundo irreuocabiliter, ſi ſuperuixerit, c.124.n.19.

Inducitur ex ordine ſucceſſiuo, & tractu temporis, c.174.num.8.

In fauorem deſcendentium protenditur in infinitum, ibid. num.16.

Non inducitur ex ratione agnationis ſubiecta prohibitioni alienationis per verba enunciatiua, ſed tantùm in caſum contrauentionis, c.24. n. 36. licet dictio perpetuò adiecta ſit, ibid.num.37.

Vniuerſale, non obſtante prohibitione, alienari poteſt pro legatis, & debitis teſtatoris, ſecus in particulari, c.182.n.11.12.13.c.226.n.1. Et pro impenſis funeris, ibid. quod quomodo procedat, vide ibid.

Perpetuum inducitur per dictionem perpetuò, c.52.n.6. ¶ Item per onus ferendi nomen & arma, quoties adſunt veſtigia maioratus, c.57.n.7. ¶ An ex huiuſmodi onere, perpetuum inducatur in Gallia, c.52.n.1.c.109.n.6.7.8.c.121.n.17. ¶ Perpetuum dicitur ex ratione agnationis, c.52.n.13. ¶ Item ſi relinquatur proximiori de familia, ibid.n.17.18. ¶ An ex graduum pluralitate inducatur, c.52.n.4.c.160.n.8.

Ex ſola dictione collectiua, non perpetuatur, c.109.n.10.11.

An inducatur ex vocatione maſculorū, vide Maſculorū.

Tranſmittitur tribus concurrentibus, c.167.n.13.14. ¶ Reliqua de tranſmiſſione, vide in verbo Tranſmiſſio.

In fideicommiſſis, voluntatem & mentem magis inſpicere debemus, quàm verba, c.23.n.4.c.67.n.9. quæ mens ex coniecturis inducitur, c.23.n.5.

Particularis fideicōmiſſi quoad verba, & re ipſa vniuerſalis, ac vniuerſalis quoad verba & rem, idē eſt iudicium, c.226.n 12.

Bona fideicommiſſo ab aſcendente facto ſuppoſita, pro dotis conſtitutione, vel reſtitutione, poſſunt alienari, c.77.n.1.2.3. Plura videbis in verbo Authētica res quæ, C.com.de legat.

Fideiuſſio in vno loco præſtanda, quando præſtari poſſit in alio, c.106.n.15.

Fidelitatis iuramentum præſtatur in feudo franco, c.1.num.120.

Filia, vide Fœmina.

Filij, qui eſſe credantur, vide Filiatio. ¶ Qui legitimi cenſeantur, & ſint ex ignorantia parentum, vide Ignorantia. & vide etiam in verbo Matrimonium.

Quoties pater pro illis ſtipulatus eſt, an cenſeatur ſtipulatus pro filiis vt filiis, vel vt hæredibus, vide Donatio.

Quoties collectiuè vocati ſunt, quo tempore oporteat eos extare, vide Fideicommiſſum.

An retenta legitima, hæreditatem repudiare poſſint, c.19.n.56.c.227.n.11.

Quando duas, vel vnicam quartam detrahere poſſint, vide Quarta. ¶ An legitimam & Falcidiam, vide Legitima.

Quando patrem repræſentent, vide Repræſentatio.

De legitima ipſorum, vide Legitima.

Quo titulo ipſis relinquendum ſit, ad validitatem teſtamenti, vide Teſtamentum.

An poſſint patri retrodonare, vide Donatio. verſic. Contemplatione matrimonij, vide etiam Retrodonatio.

Filiifamilias an poſſint de conſenſu patris, eidē donare cauſa mortis, c.210.n.1.2.3. ¶ Sine conſenſu patris, bona aduētitia, quorum pater non habet vſumfructū, donare poſſunt inter viuos, præſertim cum iuramento, ibid.n.13.& c.192.n.6.

An & quando habeant hæredem, c.25.n.17.

Filij in conditione poſiti cenſentur vocati ex coniecturis, ſi plures concurrant, quod procedit, ſi patri datus eſt ſubſtitutus ſub cōditione, ſi ſine liberis, non in pacto reſolutiuo ſub eadem conditione, c.22.n.2.3.& c.118.

An cenſeantur vocati in contractibus, c.118.n.2.4.5.11.c.205.n.2.5.8.

An ex coniecturis cenſeantur vocati, c.118.n. 4.c.121.n.13.c.167.n.8.& ſeqq.c.174.n.9.& ſeqq.c.178 n.1.2.5.6.10.c.181.n.3.& ſeqq.c.205.n.1.c.188.n.1.& ſeqq.

Cenſentur vocati quoad patris, & non patrui portionem, c.167.n.2.5.c.188.n.6.

Et diſpoſitiuè vocati, caducata patris vocatione, admitti debent, c.178.n.23.

Filij fratrum quomodo ſuccedant, vide Fratrum filij.

Filij ſororis ſuccedunt cum auunculo, & auia, in ſtirpes, quando agitur de ſucceſſione auunculi, c.225.n.1.

Filiorum appellatione, an veniat fœmina, vide Fœmina, verſic. Continetur.

Filiatio probatur, præſumptiuè tamen, ex eo quod quis filios nominauit, eos inſtituendo hæredes, c.185 n.1.2.

Fiſcus non reſtituitur aduerſus ſententiam, qua reus abſolutus, vel mitius punitus fuit, c.217.n.1.

Flumina Monarchias diuidunt, & vſque ad medium ſunt vniuſcuiuſque Principis, c.57.n.18. ¶ In Gallia cuius ſint, ibid.n.40.45.46.

Fœmina. De excluſione fœminarum, vide Excluſio.

Licet ſimpliciter non vocetur, ad feudum, tamen non eſt omnino inhabilis, c.1.n.19.c.2.n.138.139.142.

Præſumitur cōprehēſa in inueſtitura feudi, ad quod Dominus

eas

eas admittere ſolet, c. 1.n.48. & in dubio pro ea reſpondendum eſt,c.1.n 174.219. 255. maximè ſi proximior ſit, c.16.nu.82. ¶ Eſt capax feudi Iuris Francor,cũ.2.nu. 10.c.3.nu.38.39.c.4.nu.33.34. ¶ Si caſus excludenda,vel admittenda fœmina nõ eueniet, nihil contra eam ex præſcriptione opponi poteſt,c.1.nu.201. ¶ An & quando à ſucceſſione Ducatus Prouinciæ Armoricæ, ſiue Britanniæ excluderetur,c.2.nu.19. ¶ De iure Francorum,fœmina eiuſdem gradus excluditur per primogenitum, c. 2.nu.28. ¶ Earum excluſio, & maſculorum repetitio, nunquam fit, niſi euidentiſſimè conſtet de voluntate teſtatoris,c.3.n.50. ¶ Quoties ex conſuetudine,eſt capax feudorum, admittitur non obſtante iuramento fidelitatis,& ſeruitio perſonali, quod præſtat per ſubſtitutum, c.3.nu.68.76.124.

Hæres inſtitui poteſt in feudo empto,etiam in præiudicium agnatorum, c.3.num.77. Et in feudo purè & ſimpliciter hereditario, c. 6.n.13.

In Gallia,capax eſt feudorum, quamuis Patriciatus dignitas annexa ſit,c.3.n.199. Et Baroniarum,etiam generaliter ſumptarum, quod tamen per conſtitutionem Caroli IX. fuit reſtrictum, c. 4.n.52.

Comprehenditur ſub legitima ſucceſſione, data capacitate fœminarum in feudis,c.3.n.116.125. Et data conſuetudine,qua feuda ſunt inſtar allodialiũ, c.16.n.68.

In feudorum ſucceſſione, quoties eſt admittenda, an admittatur extantibus maſculis,c.4.n.53.& ſeqq. vſque ad n.60.incluſiuè.

Regulariter fœmina, vbi in feudis ſuccedit, proximior excludit maſculum remotiorem,c.4.n.61.

Continetur filiorũ appellatione, per extenſionẽ,c.23.n. 6. Et ex proprietate vocabuli,quando de filijs facta eſt mẽtio negatiuè,ibid.n.11. ¶ Liberorũ ex proprietate vocabuli,ibid.nu.6.7. ¶ Agnatorum,ſi de illis mentio facta ſit prohibitiuè,ſecus ſi affirmatiuè, ibid.nu.22.

In poſſeſſionẽ feudi mitti debet,quando cõtrouertitur inter eã & agnatum, c.1.n.17.c.3.nu.19.c.13.n. 4.c.14.n. 25.26.27. ¶ Et quando inter eam, & fiſcum,c.1.n.25. Etiam in maioratu,c.3.n.10. ¶ Item ſi feudum ſit hæreditarium,c.1.n.22. Imo etiam ſi non conſtaret eſſe hæreditarium,& quamuis agnatus eſſet in poſſeſſione,ibid. n.23.multò magis ſi ſit in poſſeſſione, in ea erit conſeruãda,ibid.n.24. ¶ Quamuis feudum eſſet Eccleſiaſticum, ibid.n.28. ¶ Tribus concurrentibus,agnatus impedire poteſt ne mittatur in poſſeſſionem, ibid.n.26.

¶ Caſu quo non eſſet mittenda in poſſeſſionem feudi Eccleſiaſtici, tamen receditur à regula, data conſuetudine,qua feuda ſunt ad inſtar patrimoniorum,ibid.n.30.

¶ Vel etiam, ea ſecluſa, ſi agatur de feudo emptitio, conditionato,vel abſolutè hæreditario,ibid.n.31.

Succedit facilius in feudo Eccleſiaſtico, quàm ſæculari,c.1.nu.19.c.3.n.11.58.c.17.n.36. ¶ In feudo emptitio,c.1.n.70.c.3.n.73.75.c.4.n.50.c.5.n.3.4.c.16.n.46.nedum ſi à Domino, ſed etiam ſi à vaſſallo emptum fuerit, c.1.n.71.c.3.n.73.75. ¶ Toties ex teſtamento ſuccedere poteſt,quoties extantibus maſculis,non ſuccedit ab inteſtato,c.2.nu.113. ¶ Ex vi dictionis vniuerſalis, quibuſcunque, vel omnibus, tam ex teſtamento, quam ab inteſtato, ſuccedit cum maſculis, imò illis excluſis,ſi ita ordinatum ſit vel remotiores ſint,ibid.n.114.

¶ Item ſuccedit in feudo conditionato,pro quo præſtatur annuus cenſus, licet iuramentum fidelitatis præſtandum ſit,ibid.n.115.116.c.3.n.150.151.c.5.n.5.21.c.16.n.73.

¶ Idem in feudo franco, ibid.n.121. ¶ In feudo hæreditario,c.4.n.50.c.5.n.3.4. In maioratibus, deficientibus maſculis eiuſdem lineæ & gradus,c.1.n.170.171.203. 204.232. ſecus in feudo, ſi ſit primogenium maſculinum feudale,c.5.n.25.

Iure Francorum ſuccedit in Ducatibus, & Marchionatibus,c.1.n.262.c.2.n.50.c.4.n.33.34.

In feudo empto ſuccedit,nulla habita ratione iuramenti fidelitatis,& ſeruitij, quod per ſubſtitutum præſtat,c.2.n.72.73.

¶ Item in feudo franco,c.1.n.121. ¶ Ex conſuetudine ad feudum admittitur, tenetur tamen ad iuramentum fidelitatem,c.1.num.122. ¶ Etiam ſecluſa conſuetudine,de iure communi ſuccedit in primogenijs, c.1.nu 233.

Data venditione irrequiſito Domino facta, & ſic probata conſuetudine, qua feuda ſunt, &c. fœmina ſuccedit eodem modo, quo maſculus,c.1.n.83. ¶ Imò & ſimul cum maſculis, in Gallia, c.4. n.30. Eodem modo, quo maſculus in Baronijs certo loco adſcriptis, c. 4.n.50. Et in feudo emptitio,c.5. n.3. Et in feudo ſimpliciter & abſolutè hæreditario, ibid. n.4. Nec non in conditionato, pro quo præſtatur annuus cenſus,ibid.nu.5. ¶ Cum maſculis eiuſdem gradus, ſi feuda ſint ad inſtar allodialium,c.4.n.64.

An ſuccedat in Baronijs,extãtib. maſculis,c.4.n.38.39.41.

Filia continetur appellatione primogeniti, c. 1. n.187.

Filia vltimò defuncti, ſiue in primogenitura iuris Francorum,ſiue in alia, excludit maſculum vlterioris gradus & lineæ,c.1.n.137.235.236. ¶ Excludit omnes maſculos collaterales,nec non Dominum ſuperiorem, c.1.n.224. ¶ De iure communi, & conſuetudine Hiſpaniæ excludit maſculos alterius lineæ,c.1.n.232. ¶ In feudis Eccleſiaſticis,facilius præfertur patruo,quàm in ſæcularibus,c.3.nu.58. ¶ Capax eſt primogenituræ iuris Francorum, ſicut & feudorum,quæ eodem iure cenſentur,c.16.n.17.18. ¶ Dotata præfertur agnato remotiori,etiã in ſucceſſione ab inteſtato, & in terminis conſtitutionis Siculæ,c.18.nu.5. ¶ Filia nupta non continetur in diſpoſitione affirmatiua, facta in fauorem familiæ, ſecus in negatiua, c.23. n.19. ¶ Filia, vel ſorore admiſſa in fideicommiſſo in familia relicto, filij earum non admittuntur, c.23. nu.28.quod quomodo intelligatur, n.45.

Filia eſt de agnatione,ibid.n.40. ¶ Poſtquã filia ſemel facta eſt capax,omnes ex ea deſcendentes,facti ſunt capaces,ibid. nu.41.42. ¶ Filia quando habeat hæredem in dote profectitia,c.125.nu.18.19. ¶ Filia primogeniti de iure Francorum excludit ſecundò genitum in ſucceſſione aui,c.1.nu.227.228.

¶ Semel admiſſi excludit patruum, data capacitate fœminarum,c.2.n.15.16.36.93. Etiam ante patrem defuncti,c.4. n.42. ¶ In feudo quod regitur iure Francorum, c.5.n.13.c. 6.n.4. quod habet locum, etiam ſecluſo iure Francorũ in alijs maioratibus, ibid.n.5. Etſi adſit qualitas maſculinitatis,in primo gradu,c.1.n.190. Modò ne perpetuò & omnibus gradibus adiecta fuiſſet, ibid.n.6. ¶ Etiam ab inteſtato, quando feudum regitur iure Francorum,c.16.n.16.22. tam in feudis ſæcularibus,quàm Eccleſiaſticis, ibid. n.23. ¶ In Baronijs, ibid.n.85. ¶ Et generaliter in omni primogenitura,& prærogatiua ſexus & ætatis, filia primogeniti excludit patruum, niſi nominatim gentilitia, maſculina, perpetua,infinita ſit,c. 2.nu 37.c.3.n.42.176. ¶ In maioratibus habet intentionem fundatam, nec excluditur niſi ex euidentiſſimis coniecturis,c. 3.nu.57. ¶ Patruum excludit ex primæua iuris Francorum natura,c.2.nu.58. ¶ Etiam in Ducatibus & Marchionatibus,c.3.n.45.200. ¶ Patruum ſi feudum ſit nouum,etiam pro collateralibus, & iure feudi antiqui conceſſum,c.4.n.58.

¶ Item in feudo, in quo præſtatur annuus cenſus, vel ſi conſuetudine ſimplici fœminæ ſunt feudorum capaces; vbi alioquin viget ius feudale,c.4.n.59.60. ¶ Non excluditur à patruo,licet inſtituatur maioratus ad conſeruationem memoriæ familiæ,domus, vel caſata, c.1.n. 205. vel poſt ſpecialiter vocatos, vocentur ſequentes de genere inſtituentis maioratum, vel de ſtipite, ſeu cippo, poſteritate, genere proximioribus, vel iniũgatur onus ferendi inſignia,ibid.n.206. ¶ Excluditur per maſculos remotiores in primogenitura feudali,c.5.nu.24.26.

Forenſes an & ad quæ munera teneantur, vide Munera.

Forma nec omitti, nec illi renunciari poteſt, c.68.n.11.

¶ Quando non eſt ſeruata, actus corruit, c.146.num.6.

¶ Quæ quid nominatim exprimi debet. dicetur ſeruata,ſi expreſſio fiat relationem ad aliquid certum,c.212.num.2.

¶ Nō poteſt adimpleri per æquipollens, c.52.n.32.c.145.n.3.

Frater quilibet facit ſuā lineā, c.2.n.51.c.3.n.47.c.18.n.6

Vtrinq; coniunctus, alios excludit ab inteſtato, c.158.n.9.

In ſubſidium ſororem dotare tenetur, c.176.nu.8. ¶ Non tamen redotare, c.88.n.2.& 5.

Succedit fratri ſimul cum patre & matre, c.204 num.3.

Fratrum filij an ſuccedant in ſtirpes, vel in capita, c. 113 nu.3 4.

Fratrum appellatione, venit ſoror, c.118.n.3.

Fraus probanda eſt, c.73.num.7. Facilè præſumitur inter perſonas prohibitas, c.81.nu.16.

Fructus bonorum ab auo donatorum, nepote mortuo ad illum redeunt, & auo mortuo ad patrem, niſi nominatim nepoti dati ſint, c.7.num.25.

Ex certo fūdo legato, ante diē ſpectāt ad heredē, c.64.n.13.

¶ Legati in diē non debentur, ibid.n.15. ¶ Legati in diem, & fideicommiſſi vniuerſalis, heredis ſunt, c.40.n.12. ¶ Legatarij ſunt ſi dies gratia illius appoſitus ſit, ibid.num.17.18.

Rei legatæ, ſi teſtatoris ſit, etiam ante moram ab hærede percepti, legatario reſtituendi ſunt, ibid.num 11.

Non ſemper ad dominum rei pertinent, ibid num.12.

Dotis, durante anno ad dotis reſtitutionem conceſſo, an debeant reſtitui, c.72.num.18.19.

Ex conſuetudine Galliæ veniunt appellatione mobilium, c.77.n.16. ¶ Et de iure communi ibid.nu.27.

Qui ſunt in domibus vxoris, tempore contracti matrimonij, licet conſumpti, repeti poſſunt, c.79.n.9.

Aduentitiorū, vindicare non poteſt hæres patris, c.148.n.35.

Vidua conuolans ad ſecunda vota, quando teneatur fructus reſtituere, vide Vidua.

Ciuiles, etiā vltimi anni, pro rata ſūt fructuarij, ibid.n.36.

¶ Non percepti, quando ſint fructuarij, ibid.n 37.

Pendentes dicuntur reditus non exacti, qui debentur ratione fructuum naturalium, c. 151.n. 2. Quorum ſolutionis dies cecidit tempore vſusfructus, non dicuntur pendentes, ibid. n. 3. & ad fructuarium ſpectant, ibid.

Recollecti & extantes tempore mortis teſtatoris, ſunt corpora & res hæreditariæ, c.167.num.12.

Veniunt in reſtitutione fideicommiſſi, ibid.n.13.

Augent ſortem in iudicio generali, & tunc vſura debentur, c.228 num.21.

Omnes debentur poſt litem conteſtatam, in rei vindicatione, c.33.num.15.

Induſtriales perceptos, & naturales ſi ſint conſumpti, non reſtituit poſſeſſor bonæ fidei ante litem conteſtatam in rei vindicatione, ibid.n.16. ¶ In petitione hæreditatis, omnes perceptos, etiam conſumptos, reſtituit poſſeſſor bonæ fidei, quatenus tamen factus eſt locupletior, quoad conſumptos, ibid.num.17.

In dubio præſumuntur in vſum hæredis conuerſi, ibid.n.18.

Legitimæ, quomodo debeantur, & an imputentur, & præſcribantur, vide Legitima.

Fundi nomen noſtra deſtinatione, non natura conſtituitur, c.7.nu.75.

Dotalis pretiū nō reſtituitur, niſi poſt annum, c.102 n.47.

Eius alienatio in Gallia, nulla eſt, non obſtante iuramento, c.152.nu.1. ¶ In terris Eccleſiæ, reſcinditur ſi mulier manet indotata, alias tenet vſque ad dimidiam, ibid.num 4.

Dotalis non dicitur fundus, aut res alia, empta ex pecunia dotali, niſi ematur nomine vxoris, c.72.n.20.

Vtilitate legata, ſolus vſusfructus cēſetur legatus, c.179.n.6.

Furioſi geſta, an præſumantur de tempore ſanæ mentis, c.101.n.9.10.11. ¶ Teſtamentum, an præſumatur de tempore ſanæ mentis, vel furoris, ibid.nu.12.13. ¶ Si habeat dilucida internalla, præſumitur de tempore ſanæ mentis ſi tale ſit, quod ab homine ſanæ mentis factum fuiſſet, ibid.num.14.

¶ Et ex varijs circunſtantijs, ibid. à nu.15.vſque ad n.24. c 162 num.18.

Furni an veniant in conceſſione Caſtri, c.9.num.14.17.

Veniunt appellatione totius tenementi, ibid num.18.20.

Ex quib. cēſeantur bannaretti, c.111. à n.8. vſque ad n.20.

Acceſſus ad eos, eſt meræ facultatis, cui præſcribi non poteſt, ibid.n 1. ¶ Limita, n 2.3.5.7.8. 21.22.

Furor non præſumitur, c.101.n.2. ¶ Præciſè probari debet de tēpore actus, vt ex eo inualidetur, ibid.n.5.c.162.n.16.

G

GAbella ſolui debet in loco contractus, ſtante ſtatuto, quòd ibi ſoluatur, aliàs in loco deſtinata ſolutionis, c. 205.num.2.

Gallia non ſubeſt Imperio, c.4.n 27.

Geminationis magna eſt vis, c.120.n.3. ¶ Ex ea magis enixa voluntas elicitur, c.146.num.3.

Gradus in primogenituris, Ducatibus, Marchionatibus, & Baronijs attenditur, c.3.n.44.45.

Affinitatis, de iure naturæ non impedit matrimonium in primo gradu lineæ tranſuerſæ, c.71.n.3.

Subſtitutionis, in Gallia computantur habita ratione perſonarum, excepto Senatu Tholoſano, vbi per generationes, c. 124.num.21.

Præcedens debet eſſe ſucceſſibilis, & ſublata media perſona, non debet ſequens admitti, c.160.num.22.

Præualet ſexui in controuerſia collateralium eiuſdem lineæ, c.18. num.7.

Gratia excōmunicato cōceſſa, vide Excōmunicatus.

Ex eo quod fit per gratiā, nullū ius acquiritur, c.103.n.13.

Grauamen nepotum non infertur ex grauamine filiorum, c.23.num.52.

H

HAereditamentum Hiſpanorum quid ſit, & multa de eo ſingularia, c.81.n.17.

Hæreditas non eſt viuentis, c.73.nu.2. ¶ Non debetur ex minus ſolemni teſtamento, c.16.n.17.19.

Dicitur, & eſt, etiam ea quæ eſt non ſoluendo, c. 77.nu.13.

Non dicitur ampliùs, poſtquàm hæres grauatus adiuit, c. 140.num.4.5.

Si donetur, donatarius tenetur ad onera, ſaltem erga donantem, c.129.num 4. ¶ Si cedatur, reuiuiſcunt iura hæredis, qui erat creditor, ibid.nu.5.

Eſt in ſola falcidia, quando legata illam abſorbent, ibid. num.35.

Viuentis, an per pactum diuidi poſſit, c.156.num.1.

Adita, fit patrimonium hæredis, c.165.num.1.

Eius appellatione veniunt omnia non exacta, c.151. nu 4.

In Codicillis, an poſſit directè dari vel adimi inter liberos, c. 33.n.8.9.10.

Patris, an retenta legitima repudiari poſſit, c. 19 nu.56.c. 227.n.11.12.13. & vide Legitima & aduerte numerū conſilij 227. eſſe duplicatum, iſtudq; incipere Quid agendum.

Paterna dicitur, etiā viuente grauato, reſpectu vocatorum, c.140.num.6.

Venit appellatione bonorum, c. 129.num.18.

Hæreditatis aditio non confundit debita, niſi pro portione hæreditaria, c.165.num.4.

Animuſque adeundi declarari debet per aliquem actum extrinſecum, re, vel verbis, c.117 num 1.

Hæreditatis ceſſionarius eſt loco hæredis, c.129. num.34.

An poſſit retinere falcidiam, vide Falcidia.

Hæres teſtamentarius gaudet remedio l.vlt C de edic. diu. Adria.tollen c.1.n 2. ¶ Non tamen ſi in re certa inſtitutus ſit, ibid.nu.5. ¶ Vel in Codicillis, aut ab inteſtato vocatus ſit, ibid num.23.

Qui hæreditatem adiuit, an poſſit eā repudiare, c.19 nu 57.

Qui ſemel hæres eſt, non poteſt deſinere eſſe hæres, c.164. n.9 c.226.nu.9.quod limitatur, num.10.

Repræſentat defunctum, c.138.n.10. Pro portione tamen pro qua hæres eſt, c 165.num.5.

Inſtitutus in re certa, dato hærede vniuerſali, fungitur vice legatarij, c.139.n.14.

Hære-

Hæredis, *dicitur hæres teſtatoris , c. 165. nu. 1.*

¶ Heredis, caſu quo diceretur tantùm hæres ſecundi, hoc procederet ſolùm quoad portionem illius, ibid. n. 3.

Non poteſt cõcurri niſi pro portione hæreditaria, ibid. n. 7.

Grauatus non tenetur de mobilibus vſu conſumptis, c. 102. n. 1. ¶ Tenetur tamen de conſumptis & neglectis rationem reddere, & tenetur de dolo, & lata culpa, c. 109. n. 14. 15. & habetur pro poſſeſſore ſi nõ acquiſiuit, quod debebat, ibid. n. 17.

Quando eſt creditor, quomodo illi ſuccurratur, tam pro ſibi debitis, quam pro ſolutis ab ipſo, c. 102. n. 6. c. 109. nu. 18. c. 182. n. 16. 17. vide Creditor.

An & quando mortem teſtatoris declarare poſſit, c. 124. num. 23. 25.

An & ad quod tempus poſſit alienare bona fideicommiſſi, c. 140. num. 7.

Poteſt imputationes facere tam in mobilibus, quàm in immobilibus, c. 161. num. 10.

Etiam reſtituta hæreditate remanet hæres, c. 164. num. 11.

Licet purè grauatus, facit fructus ſuos ante petitam reſtitutionem, ibid. num. 12.

In dubio præſumitur ſoluiſſe de ſuo, & tantundem retinere poteſt de bonis fideicommiſſi, quæ quomodo æſtimanda ſint, c. 182. nu. 16. 17. c. 109. n. 8.

Grauatus reſtituere poſt mortem, poteſt ante reſtituere, nõ detracta Trebellianica, etiam in præiudicium creditorum, c. 227. nu. 4. 7. 8. quod incipit, Quid agendum. ille enim numerus 227. duplicatus eſt.

Cum beneficio inuentarij poteſt ſibi ſoluere, & tantumdem de bonis fideicommiſſi retinere, c. 79. n. 8. ¶ Tenetur approbare factum defuncti, quatenus eius hereditas patitur, c. 182. nu. 10. ¶ Non confundit iura ſua, c. 165. n. 11. ¶ In bonis proprijs grauari non poteſt, ibid. nu. 18.

Sine inuentario, factum defuncti approbare tenetur, etiam vltra vires hæreditarias, & ſtare alienationi per eũ factæ, nõ obſtãte prohibitione alienationis, c. 182. n. 7. 8. 9. c. 162. n. 20.

Integra legata ſoluere tenetur abſque detractione legitima, c. 42. n. 1. ¶ Falcidiam amittit, ibid. n. 4. ¶ Detrahit quod ſibi debetur, aduerſus fideicommiſſarium vniuerſalem, non aduerſus legatarios, c. 41. n. 12.

Extraneus, an comprehendatur in emphyteuſi, ſine actu extrinſeco emphyteuta. c. 138. nu. 5. 6. 7.

Hæredis vel hæredum dictio *pro quibus accipiatur, c. 1. n. 75. 108. 126. c. 2. n. 124. 126. c. 2. n. 81. c. 3. nu. 79. 91. & vide in verbo* Dictio. *verſic. Heredis.*

Prolata ab homine, intelligitur de vero herede vltimo defuncti, nec ſufficit, quod ſit hæres ſanguinis, c. 1. nu. 84.

Herema, *vide* Terræ Heremæ.

Homagium *intelligendũ eſt ſecundùm conſuetudinẽ loci, c. 4. n. 84. ¶ Eius forma antiqua ſpectanda eſt, c. 3. n. 130.*

Eius præſtatio non reſtringitur per clauſulam futuris Dominis, *c. 2. nu. 99. 127. 146.*

Homicidium *non qualificatum, non priuat beneficio, ipſo iure, c. 162. n. 6.*

Honor *ſequitur dignitatem, c. 27. n. 13.*

Hoſpitatio *eſt munus patrimoniale, c. 28. nu. 12.*

Hypotheca *tantùm transfertur, in emptorem, penſionum, ſeu cenſuum & redituum annuorum, non verò dominium rerum obligatarum, c. 194. n. 5.*

Conuentionalis præſcribitur 40. annis per ipſum debitorem, in Gallia tamen 30. ſufficiunt, c. 131. num 7. 8.

¶ Legalis eodem tempore præſcribitur, ibid. nu. 9.

Hypothecaria, *quæ datur pro legatis, & fideicommiſſis, diuidua eſt, & datur pro rata, c. 77. num. 12.*

An detur fideicõmiſſario contra bona hæredis, c. 105. n. 7. 8. Quanto tempore præſcribatur, c. 159. nu. 3. 4.

I

IEſuitæ *non ſunt incapaces ſucceſſionis, niſi poſt ſolemnia vota, licet tria ordinaria emiſerint, & vere dicantur religioſi, & eò vſque de bonis ſuis diſponere poſſunt, c. 40. num. 6.*

Ignorantia *vnius ex coniugibus legitimat ſobolem, c. 66. nu. 7. c. 160. num. 12. & ſeqq.*

Probatur ſolo iuramento, c. 76. n. 6. 7. c. 124. n. 29. c. 223. num. 10. & eo ipſo quòd non probatur ſcientia, c. 76. n. 8.

Excuſat à pœnis, c. 141. num. 4.

An validet matrimonium inter perſonas prohibitas, c. 160. num. 18.

Præſumitur potius quàm dolus, c. 170. num. 7.

Iuris, mulierem non excuſat, in lucris, c. 19. num. 35.

¶ Quando excuſet poſſeſſorem malæ fidei, quoad reſtitutionem fructuum, c. 221. num. 11.

An ex ea detur reſtitutio aduerſus præſcriptionem, vide Reſtitutio.

Præſumitur in ſucceſſore, c. 96. nu. 9.

Illegitimi *in Gallia omnibus muneribus & officijs Regalibus fungi poſſunt, ſecus de iure communi, c. 142. num. 1. 2.*

¶ An ſucceſſionis capaces ſint quoad patrem & matrem, ibid. num. 3. ¶ Sibi inuicem ſuccedere poſſunt, ibid. num. 4.

Licet patri, vel matri ſuccedere non poſſint, poteſt tamen illis à patre vel matre legari, vel donari, ſi ſint ex ſoluto & ſoluta, ibid. num. 5. 6.

An poſſint teſtari, ibid. num. 7.

In Gallia æquiparantur extraneis, ibid. n 8. poſſunt tamen teſtari, etſi liberos non habeant, ibid. n. 10.

Illegitimitatis *ius procedit tantùm ab inteſtato, c. 142. num. 11.*

Immemorialis *deſtruitur, ſi eius initium allegetur, quod falſum eſt, c. 3. num. 161. c. 16. n. 76. ¶ Si conſtet de initio, c. 47. nu. 41. c. 49. n. 12. c. 50. n. 7. c. 51. n. 10.*

Vt probetur, quæ requirantur, c. 46. nu. 36. 37. c. 47. nu. 7. c. 51. nu. 4. 5. 9. c. 55. num. 4. vide Teſtis.

Habet vim tituli, c. 47. n. 33. ¶ Et priuilegij, etiam contra habentem intentionem fundatam, c. 48. n. 2.

Difficilius probatur quam centenaria, nec probata centenaria, probatur immemorialis, c. 50. num. 5. c. 51. num. 17.

¶ Si non probetur ſufficienter, multò minus centenaria, c. 50. num. 2.

Immobilia *non veniunt in communionem, ſi acquiſita fuerint ex pretio gentilitiorum, c. 102. num. 41. ¶ Ex pacto, qui lucratur, in quacumque prouincia ſint, lucratur, non autem ſi ex conſuetudine, c. 77. nu. 26.*

Eorum appellatione, an veniant annui cenſus, ſiue reditus, vide Cenſus.

An veniat pecunia, vide Pecunia.

Immunitati *ſuæ renunciare cenſetur, qui ſciens bona ſua cataſtrata, non appellat intra legitimum tempus, c. 119. num. 1. 2.*

Impedimentum, *qui non remouet, quando poteſt, non excuſatur, c. 159. nu 5.*

Impenſæ, *vide* Expenſæ.

Imperium *merum & mixtum, an cenſeatur conceſſum, conceſſo caſtro, c. 7. num. 3.*

Impoſſibile *reputatur, quod à Principe impetrandum eſt, ſi illud non ſoleat concedere, c. 19. n. 59.*

Impuberes *etiam infantes admittuntur ad feuda, c. 1. num. 123.*

Vno ex illis decedente, ſuperſtes ſuccedit ab inteſtato, & excludit ſubſtitutum, c. 139. n. 8. 9.

Incapax *in Gallia, an faciat partem, c. 116. c. 117.*

Eius pars, per delictum, vel religionem, accreſcit omnibus, c. 117. num. 7.

Facit locum ſequenti, c. 121. num. 3.

Incluſio *vnius eſt excluſio alterius, c. 128. num. 4.*

Indebitum *per errorem ſolutum, ex cauſa quæ creſcit per infitiationem, non condicitur, c. 76. nu. 24. ¶ Repetitur ſi nec naturaliter, nec ciuiliter debeatur: imò etiam ſi ciuiliter, modo non naturaliter, ibid. nu. 13. 14.*

Indignus *acquirit fiſco, c.121.n.2.*

Indultum *non extenditur ad dignitatem, niſi dicatur, & licet ſit ad dignitates, non comprehendit primum poſt Pontificalem, c.68.n.14.15.*

Inhibitiones *quando ſint nullæ, c.61.n.5.*

Iniuria *ſi remittatur, ceſſat actio criminalis ad pœnam, c.78.n.4.* ¶ *Eius pœna, eſt arbitraria, ibid.n.5.* ¶ *Mitigatur ob iniuriam præcedentem, ibid.n.6.*

Inſignia *Ducum, Marchionum, & Comitum diſtincta ſunt, c.4.n.46.*

Inſinuatio *in Gallia fieri poteſt intra quadrimeſtre à morte mariti, c.75.n 18.*

Suppletur per iuramentum ſiue illi renunciatum ſit, ſiue non, c.125.n.9.30.c.128.n.8.9. *Etiam in præiudicium tertij, c.176.n.1.2.* ¶ *Si tamen fieri debeat intra certum tempus, non ſuppletur, c.128.n.7.c.176.n.3.*

Coram quo fieri debeat, c.128 n.6.c.176.n.12.13.

Conſtitutione, vel ſtatuto facienda, fieri debet vbi bona ſita ſunt, c.176.n.4.

In omni donatione requiritur, vbi adeſt dictio vniuerſalis, c.176.n.10. *Et in donatione quæ fit per patrem filio naſcituro. ibid.n.11.*

Quomodo fieri debeat, ibid.n.14.

Eius defectu in Gallia annullantur donationes, tam quoad creditores, quàm quoad donatorem, & eius hæredes, c.204.n.10. *Poſſunt tamen cogi ad conſentiendum inſinuationi, etiam poſt tempus à conſtitutione præfixum, ibid.n.11.*

Eius defectum, aduerſus viduam, hæres non poteſt opponere, ibid.n.12.

Inſtantia *in Gallia triennio perimitur, c.199.n.5.c.203.num.10.*

Inſtituti *plures inter quos cadit ordo charitatis, & neceſſitas inſtituendi, ordine ſucceſſiuo vocati cenſentur, c.174.n.1.* & vide Ordo ſucceſſiuus.

Inſtitutio *captatoria quæ dicatur, c.219.n.1.* ¶ *Captatoria, quamuis impropriè, non valet, ibid.n.2.*

Incertæ perſonæ de certis, valet, ibid.n.4. ¶ *Incerta de incertis, non valet, ibid.n.5.*

Filij in Codicillis, inſtituti in vim fideicomiſſi, c.33.n.2.3. ¶ *Vxoris ſi non nupſerit, vel quandiu vidua fuerit,* vide Vidua.

Inſtitutus *quando excludat ſubſtitutũ,* vide Perſona.

Inſtrumentum. vide Documenta.

Quod quis impugnauit, illi non prodeſt, c.1.n.51.

Præponderat depoſitionibus teſtium, ibid.n.241.c.3.n.184.

Camerale, quando retardetur, vide Executio.

Produci poteſt poſt diſdiſcita teſtificata, c.80.n.6.

Poſtponitur confeſſioni, c.19.n.40.

Interdictum *quorum bonorum, quando detur pro iuribus incorporalibus, & nominibus, c.117.n.8.* ¶ *Pleraq; interdicta cauſam proprietatis habent annexam, c.14.n.9.*

Intereſſe *& vſura in quo differant, c.169.n.4.*

Commune quid ſit, ibid.num.5.c.228.n.11.c.229.num.24. ¶ *Duplum excedere poteſt, c.229.n.25.*

Singulare, quid ſit, c.169.n.6. ¶ *Propter culpam in committendo, duplum excedere poteſt, c.228.n.12.*

Duplum debetur tantùm quoad damnum, non quoad lucrum, c.229.n.2[illegible]

Currens [illegible] annos, duplum excedere poteſt, c. ibid. n.26. ¶ *[illegible] vero intereſſe, an debeatur per ſingulos annos, c.228.n.1[illegible]*

In[illegible] de intereſſe, licet non debeatur regulariter, tamen quan[illegible]que contrarium ſtatuitur, c.230.n.11.

[illegible]neraliter non debetur, c.229.n.27.

De iure canonico non debetur, niſi ex mora regulari, aut [illegible]regulari, aliquando tamen citra moram debetur, c.230.n.1. ¶ *Etiam poſt maiorem ætatem, ibid.n.3.*

Fructuum, vide Fructus.

Dotis, vide Dotis intereſſe. vel Vidua.

Pecunia pupillaris, vide Tutor. ¶ *Legata,* vide Legatum.

Interpretatio *ea ſumenda eſt, quæ pariter omnibus conueniat, c.16.n.42.* vide Diſpoſitio.

Inuentarium *an poſſit tutori remitti, & quid inde ſequatur,* vide Tutor.

Inuentarij commoda, vel incõmoda, vide in verbo Hæres, *verſic. Cum inuentario. & verſic. ſine inuentario.*

Inueſtitura *ſimplex, cenſetur facta de toto iure Domini, c.1.n.57.* *Et ſecundum conſuetudinem in patria vigentem, c.16.n.67.* vide Feodum, *vbi de forma inueſtituræ.*

Iocalia *à marito data, an cenſeantur vxori donata, c.72.n.45.* ¶ *Vidua reſeruare tenetur filiis primi matrimonij, c.204.n.9.*

Irregularis *non fit, qui Clericum percuſſit, c.78.n.6.*

Ob crimen, venit priuandus beneficio, ſecus ſi ob defectum, c.170.n.5.6.

Fit, qui adminiſtrat, ſi ſuſcepit Ordines ante legitimam ætatem, ibid.n.4.

Iudicia *non incipiunt à procuratoribus, c.11. num.37.* ¶ *Non debent reddi illuſoria, c.226.n.5.*

Iudex *requiſitus, tenetur ſe informare ſuper notorio, c.16.n.6.c.77.n.10.* ¶ *Ex cauſa poteſt recedere à voluntate defuncti, c.114.n.4.* ¶ *Eius arbitrium regulandum eſt iuxta iuris regulas, rationem, & æquitatem, c.12.n.3.4.c.157.n.1.2.3.*

Iudici aſſerenti ſe informationes ſumpſiſſe ex commiſſione, niſi de illa conſtet, c.126.n.8.

Laicus ſuper ſummario poſſeſſorio inter Eccleſiaſticos cognoſcere poteſt, c.90.n.1.

Iuramentum *habet vim cuiuſvis renunciationis, c.19.n.39.* ¶ *Non ſupplet conſenſum, ibid.n.44.*

In contractu appoſitum, recipit conditiones, exceptiones, ſubauditiones, & limitationes, quas contractus recipit, c.72.n.32. ¶ *Non auget obligationem, ſed tantùm addit vinculum, ibid.n.33.* ¶ *Non operatur vltra intentionem agentium, nec mutat naturam rei, ibid.n.34.* ¶ *Non inducit obligationem ad intereſſe, abſque interpellatione, ibid.n.55.*

Validat donationem inter virum & vxorem, c.75.n.12. ¶ *Et donationem abſenti factã, vt in verbo* Abſenti *vel* Donatio. ¶ *Supplet inſinuationem, vt in verbo* Inſinuatio. *Impedit præſcriptionem, vt in verbo* Præſcriptio. ¶ *Et reſtitutionem in integrum, vt in verbo* minor, *vel* Reſtitutio.

Non perpetuat actionem in præiudicium eius, qui non iurauit, c.159.num.6.

Habet vim clauſulæ, omni meliori modo, *c.125.n.35.c.128.n.8.*

Non ſupplet plures defectus, c.125.n.10. quod limitatur n.34. *In ampla forma præſtitum, ſupplet plures defectus, c.128.num.10.13.*

Non tranſit ad hæredes quoad vinculum, conſ.159.num.8. ¶ *Alteri non prodeſt, aut nocet. ibid.n.7.*

De facto alieno, non fit, & ſi fiat, regulariter de credulitate, quandoque tamen de veritate, c.173.n.1.4.6.& ſeqq.

Suppletorium non defertur ad probandam conſuetudinem, c.47.n.23. ¶ *Quando agitur ciuiliter, defertur ſtantibus pluribus coniecturis, ad probandam ſimulationem, c.203.n.5.* ¶ *Vt deferatur, quæ requirantur, c.77.n.32.* ¶ *Contra quos non detur, c.1.n.140.& ſeqq.*

In litem, datur marito contra eos qui mortua vxore, mobilia, vel iocalia, eo inſcio, aſportarunt, c.74.n.8. *fidelitatis,* vide in littera F.

Iuriſdictio *quanto tempore præſcribatur, c.59.n.14.*

Ius *non quæritur ex actibus, qui fiunt ex gratia, c.96.n.10.c.103.n.13.* ¶ *Poſterius ſequendum eſt, c.99.n.5.* ¶ *Poſterius derogat priori, & ſpeciale generali, c.102.n.38.39.*

Non fit ex regula, ſed regula ex iure, c.165.n 9.

Dantis quando reſoluitur, reſoluitur & accipientis, c.166.num.6.27.

Superueniens, non comprehenditur ſimplici conſenſu, c.222.n.2.

Digitized by Google

n.2. ¶ *Superueniens & futurum, renunciatione, etiam iurata, non comprehenditur, c.26.n.4.*

In diuerſitate iurium, minimum eſt tenendum, c.99.n.6.

Retorcitiuum ex tit. quod quiſque iuris. *procedit etiam contra ſucceſſorem, c.3.n.170.*

Reuerentiale, quod debetur à ſubditis eſt de iure natura, cui praſcribi non poteſt, c.27.n.9.

Ius patronatus *quomodo acquiratur, c.24.n.2.3.*

Non præſumitur, c.25.n.1. maximè in Potente, & Principe, c.24.n.5.6.c.25.n.2.

Acquiritur praſcriptione centum annorum, c.24.n.12.

Donatione, quomodo acquiratur, c.25.n.10.11.

Ex quibus coniecturis probetur, c.25.n.6. ¶ *Quomodo per famam, c.25.n.7.*

Amittitur eodem tempore, quo acquiritur, c.24.n.13.c.25.num.9.

Laicali, legatus Aucnionis non poteſt derogare, c.24.n.14.

Ius ſupremum, *præſcribitur tantùm centum annis, c.57.n.21.*

Regaliarum, vide in littera R.

L

LAEſio *ceſſat ratione incertitudinis, niſi damnum ſit euidentiſſimum, c.168.n.7.* ¶ *Enormiſſima cum metu reuerentiali ſufficit ad reſciſionem, ibid.n.8.*

Laici *non debent ſedere in choro, cum Clericis, c.27.n.2.*

Laudimium *vnicum debetur ex contractu à quo diſceſſum fuit per modum reſolutiuum, c.97.n.6.7.*

Debetur ex onere appoſito in venditione, quod facit partem pretij, c.129.n.2. ¶ *Ex onere rei appoſito, ſoluendo per eum cui res traditur, ibid. n.23. idque abſque controuerſia, quando certa ſunt debita, n.27.* ¶ *Ex onere, quod eſt pretio æſtimabile, & pecunia redimibile, ibid.n.24.* ¶ *Quoties res traditur ea lege, vt debita ſoluantur, ibid.n.25. Ex venditione hæreditatis ſub pacto ſoluendi debita hæreditaria, ſi vltra pactum pecunia interuenerit, debetur ex ſola pecunia, ibid.n.7.* ¶ *Ex donatione ob cauſam, ſi pactum cedat in fauorem donantis, & ſit cauſa finalis, ibid n.11.14.* ¶ *Ex contractu innominato, vt donans debitis exſoluatur, ibid.n.17.*

Subfeudi debetur Domino mediato, ſi ſubinfeudans nihil ſibi reſeruauerit, aliàs ſecus, c.36.n.2. multi ſimpliciter exiſtimant deberi immediato, ibid.n.6. ¶ *An mediato vel immediato debeatur, c.37.n.1.2.6.7.* ¶ *Immediato debetur ex generali conſuetudine Galliæ, & huius Prouinciæ, c.37.n.4.c.38.n.2.* ¶ *Item illi debetur ſi ſibi directum dominium reſeruauerit, c.37.n.9.c.38.n.1. ſi ſupremus ſit Princeps, c.38.n.3. ſi feudum irrequiſito Domino alienari poſſit, ibid.n.4.6.*

Ab hærede extraneo an debeatur, c.138.n.1.2. Non debetur ſi conceſſio ſit facta pro ſe, hæredibus & ſucceſſoribus quibuſcumque, ibid.n.3. Idem, quando res relinquitur ei qui comprehenſus eſt in inueſtitura, ibid.n.4.

Debetur ab hærede, legatario, donatario, niſi conſuetudo, vel ſtatutum ſint in contrarium, c.129.n.29.

Quomodo intelligendum ſit, id quod dicitur. ſi res feudalis vendatur paruo pretio, & emptor eam recipiat cum ſuo onere, laudimium deberi ex ſolo pretio, *ibid.n.28.*

Ex donatione hæreditatis, vel omnium bonorum cum pacto ſoluendi debita, an debeatur, ibid.n.., & 23.

Non debetur ex contractu ab initio irrito, vel ex poſtfacto irritato, c.97.n.5. ¶ *Ex reſciſione contractus, quamuis aliquibus concurrentibus, ex primo contractu deberi poſſit, c.98.n.4.* ¶ *Ex contractu reſciſo in contradictorio, ibid.n.5.* ¶ *Pro bonis in ſolutum datis, pro iuribus paternis, & legitima, ſeu eius ſupplemento, c.132 n.1. vel filia datis pro dote, licet in pecunia conſtituta fuerit, ibid.n.2.* ¶ *Ex diuiſione inter cohæredes, licet res quæ commodè diuidi non poteſt, vni adiudicetur mediante pecunia, c.136.n.6.*

Solutum, quando repetatur, c.97.n.4. c.133.n.3.

Legatarius *tenetur pro rata ad ſupplementum legitimæ, deficientibus aliis bonis, c.130.n.1.* ¶ *Diſponere poteſt de legato in diem, diſpoſitione poſt diem, effectum habitura, c.30.n.7.* ¶ *Legati fructus, quando illi debeantur,* vide Fructus.

Legatum *dubiū declaratur ex circumſtantiis, c.52.n.10.* *Ad interrogationem alterius, an valeat, vel non, c.55.n.4.* ¶ *Quoties eſt inutile, ſi confirmetur per declarationem, eadem ſolemnitas requiritur in declarando, quæ in dando, ibid.n.8.*

Non inducit ſolum verbum, volo relinquere, *ibid.n.9.*

Vxori factum, ſi non nupſerit, vel quamdiu vidua fuerit, quomodo inter ſe differant, & an conuolans ad ſecunda vota teneatur fructus illius reſtituere, vide Vidua.

Quo minus relinquitur filiæ ſi Monaſterium ingrediatur, quàm ſi nubat, validum eſt, c.64.n.17.

Adimitur nuda voluntate, ibid. n.28. ¶ *Ceſſat ceſſante cauſa, ibid.n.29.*

Debetur naturaliter ex minus ſolemni teſtamento, c.76.num.17.19.

Non debetur ei, qui impugnauit teſtamentum ex capite inſaniæ, vel inofficioſitatis, & ſuccubuit, c.101.n.25.26.

Suſtinetur per clauſulam codicillarem conceptam per verba futuri temporis, c.117.n.4.

Hæredi à teſtatore factum, inutile eſt, c.164.n.6.

Non vitiat falſa cauſa, c.166.n.23.

Captatorium an valeat, c.219.n.3.

Incerta perſona de certis, valet, incerta de incertis, non valet, ibid.n.4.5.

A debitore creditori factum, non cenſetur animo compenſande, c.221.n.2. limita. n.3.& ſeqq.

In legitimam imputatur, c.30.n.15.

Vſusfructus, nec non annuum, Eccleſiæ, vel Ciuitati relictum, finitur centum annis, c.10.n 6. ¶ *Non imputatur in legitimam, niſi agnitum fuerit, c.85.n.1.* ¶ *Non reducitur ad alimenta, ſi vxor de fructibus liberè diſponere poteſt, c.158.n.12.*

Annuum, primo anno purum eſt, cæteris conditionale, c.186.n.1. ¶ *Factum vxori,* vide Vidua.

In diem, ante eum non poteſt peti, c.64.n.12. ¶ *In diem certum, tranſmittitur, ibid.n.14.* ¶ *Fructus illius non debentur, c.64.n.15.c.30.n.1.* ¶ *Legatarius de eo diſponere poteſt, c.30.n.7.*

Alimentorum, & annui reditus, diuerſimode in terminis legis falcidiæ æſtimantur, c.151.n.6. Alimentorum enim æſtimatur iuxta l. hæreditatum, ff. ad leg. Falcid. *ibid.n.7.*

In annuis verò reditibus locum habet l. lex Falcidia ſi interuenerit, & l. cum Titio ff. ad leg. Falcid. *dicto n.7.*

Conditionale non tranſmittitur, c.226.n.7. ¶ *Non facit dies incertus appoſitus præſtationi, non ſubſtantiæ legati, c.30.n.4.5.9.* ¶ *Conditionale tamen remanet, ſi adijciatur dictio,* cùm primum, *c.31.n.3.*

Purum ſi ſit, fructus debentur à die aditæ hæreditatis, ſi res ſit teſtatoris, c.30.n 8. ¶ *Quomodo intelligatur, quod dicitur,* quod quando dies præſtationi apponitur, legatū eſt purum, *c.31.n.2.* ¶ *Legata pecuniæ, etſi purè, vſuræ, vel intereſſe non niſi à die petitionis debentur, c.30.n.3.& 10.*

Caſtri, certo modo dicitur vniuerſale, c.226.n.12.

Rei alienæ, valet adhibita diſtinctione, factum coniunctæ perſonæ, valet indiſtinctè, ſiue teſtator ſciuerit, ſiue ignorauerit, c.102.n.4.5. ¶ *Hæredis indiſtinctè, ibid.n.3.*

In legatis voluntas prædominatur, etiam contra propriam verborum ſignificationem, c.102.n.30.

Legatus *in Prouincia ſibi commiſſa eſt Ordinarius, c.63.num.16.*

Auenionis nullum legitimū præiudicium affert Ordinariis, ib. n.9.11.& 31. ¶ *Auenionenſes legati à tempore quo ſedes Apoſtolica Auenione Romam tranſlata fuit, ib.n.1.* ¶ *Auenionenſes vſque ad Cardinalem Farneſium, & poſtea tempore Card. Borbonij facultatibus legationis in Prouincia Narbonenſi vſi fuerunt, ibid.n.2.*

De latere, legati plerique per Galliam conſtituti, ibid.n.5. ¶ *Multa poteſt legatus de latere, quæ non poſſunt Ordinarij, ib. n.7.* ¶ *Concurrit cum Ordinario, ib.n.8.* ¶ *Legati de latere in*

Francia conſtituti,& recepti,ibid.n.12. ¶ Legatus de latere, & nominatim Aueniouenſis, Vicelegatum ſeu locumtenentem deputare poteſt,ibid.nu.13. ¶ Legatus de latere, omnia poteſt.quæ ſummus Pontifex,exceptis iis,quæ ſibi reſeruauit,& paucis aliis,ibid.n.18. ¶ An in Gallia Vicelegatos & Vicarios deputare poſſit, ibid.nu.22. Legatus de latere, ampliores facultates habet Legato ſimplici,ſed Aueniouenſis ampliores Legato de Latere, ibid.nu. 30. ¶ Poteſt conferre beneficia in Prouincia ſibi commiſſa,ibid.n.31. ¶ Legati in Franciam deputati & Aueniouenſis in quo differant ibid.n.23. ¶ Intereſt Eccleſiarum,& ſubditorum Regis,vt Legati Auenion.vtantur facultatibus ſuis in prouincia Narbonenſi, & aliis ſibi commiſſis,ibid.nu.6. ¶ An neceſſarium ſit, vt qui præeſt Legationi Auenion. Cardinalis ſit,ibid.n.29.

Legitima, & Falcidia an ſimul detrahi poſſint, controuertitur:ſed quando legata ſunt pura, filius alterutra contentus eſſe debet,c.79.nu.7.

Legitima retenta filius hereditatē patris,non poteſt repudiare.c.19.n.56.c.227.nu.11. Fallit, ſi habeat cohæredem, ibid.n.12. Quid ſi datus eſt illi vulgaris ſubſtitutus,ibid.n.13.

Non debetur,niſi deducto ære alieno, & impēſis,c.99.n.10.

Non debetur ei qui teſtamentum ex capite inſaniæ, vel inofficioſitatis impugnauit,& ſuccubuit,c.101.n.25.26. ¶ Nec filio,qui teſtamentum patris improbe accuſauit,c.42.nu.3.

Non capitur in rebus ſpecialiter legatis,c.102.n.14.

Sola, deducitur,per eum qui ex vi clauſulæ codicillaris reſtituit hereditatem,c.108.n.1.8.

Non eſt æs alienum, ſed illius vice fungitur, in certis caſibus,c.148.nu.45. ¶ Dicitur percipi tanquam quoddam lucrum, ibid nu.48.

Quando eſt liquidanda, quomodo æſtimentur reparationes. vide Expenſæ. vel Reparationes.

Et eius ſupplementum,ipſo iure reiicit omne onus,c.30.nu.6.c.130.nu.3.

Augetur per augmentum intrinſecum veniens beneficio temporis,c.160.n.26.

Omni iure fuit tantùm portio portionis ab inteſtato conſequendæ,c.161.n.5.

Minuitur per debita chirographaria, & verbis contracta, ipſi etiam heredi debita,& impēſas funeris,c.148.n.46.47.

Donec filio aſſignata ſit, ille res patris iure hypothecæ retinere poteſt,c.130.n.7.

In Gallia, & de iure communi 30. annis præſcribitur, c.131.nu.1.2.c.162.n.19. c.199.n.2.

Soluenda eſt in corporibus,c.161 nu.11,c.182.num.1.& 15. limita, num.2.

Præfertur legatis, ibid. num.14.

In ea calculanda inſpicitur tempus mortis, ſecus ſi agatur querela inofficioſæ donationis,c.73.nu.1.6.

Magis debetur filiis, quam parentibus,c.85.num.4.

Computatur ratione omnium bonorum, c.42.num.6.

Filiorum ſi ſint vltra quatuor, eſt ſemis,c.52.n.35. quanta ſit,c.199.n.7. ¶ In terminis l.hac edictali. C.de ſecun. nupti.an deducenda ſit ex vniuerſo corpore bonorum, & reliquum diuidendum inter ipſos & nouercam, c.148.n.39. & ſeqq. ¶ Quando aliquid relictum eſt filiis, ſed minus legitima, abſque vlla deductione legitimæ, reductio facienda eſt,ita tamen vt vſque ad integram legitimā reducatur, ibid.nu.42. quando integra legitima, vel plus ea relictum eſt, non ſit reductio,ibid.n.43. ¶ Quando filii primi matrimonii,& vxor ſunt æqualiter inſtituti,legitima non deducitur, ibid.nu.44. ¶ In terminis l. hac edictali & ſtatutis, vel pacti,quòd maritus lucretur dotē. nō fungitur vice æris alieni,ibid.n.49. ¶ Legitima non detrahitur, quando quod relictum eſt filiis primi matrimonii, nedum aſcendit, ſed excedit legitimam,c.148.n.2,c.150.n.1.& ſeqq. ¶ Detrahenda eſt ante alimenta matri relicta, c.157.nu.8. ¶ Et eſt quaſi debitum,ibid.nu.9. Matris eſt tertia eius, quod habitura eſſet ab inteſtato, c.77.n.40.c.161.n.2. Idque certiſſimum eſt, quando frater ſuus heres inſtitutus,alteri fratri relictū amplum legatū,& mater in re certa, inſtituta,c.161.nu.3. ¶ Matris in bonis filii,non debet eſſe maior filii, in bonis matris, ibid.nu.5.7.

Legitimam, vel eius ſupplementū petere non poteſt nō conficiens inuentarium,c.124.n.33.eamque amittit filius fauore legatorum,& fideicommiſſorum particularium, c.42.n.1.

Eius ſupplementum, in pecunia ſolui debet, quando filius legitimam accepit in pecunia,c.130.n.5.

Illam non minuunt donationes, c.180.n.6.

Imputantur in illam quæcumque ex ſubſtantia patris prouenerunt,c.153.n.5.c.154 n.1. ¶ Donationes quæ imputentur,vel nō,vide Donatio. Imputātur enim quæ cōferuntur, c.79.n.4. ¶ De prælegato,an imputetur, vide Prælegatū.

In legitimā aſcēdētiū,imputātur fructus,c.83.n.4.c.85.n.5.

Dos in legitimam imputatur,& loco illius ſuccedit, c.182. n.3. ¶ Materna in legitimā nepotū imputatur, quoties pater ſtipulatus eſt,eam filiæ,vel quibus de iure reſtitui, c.153. nu.6. Etiā extraneo herede inſtituto,ibid.n.8. ¶ Non imputatur, ſi eam nepotes conſequantur tanquam heredes matris, ſecus ſi ex ſtipulatione aui, ibid. n.9.10. ¶ Quid interſit circa hanc quæſtionem, an pater ſtipulatus ſit dotem filiæ,vel quibus de iure reſtitui, vel an filia præſente & conſentiente patre ſtipuletur ſibi,vel quibus de iure reſtitui,c.154.n.3.4.5.& quid dicendum ſit, quando neque pater, neque filia expreſſè ſtipulatus eſt dotem reddi, ſed ſocer & maritus nulla expreſſa ſtipulatione interueniēte, promittunt dotē reſtituere filiæ,eidémque, vel illis, ſeu illis,quibus de iure, eod. nu.5. verſic.tertius caſus.

Fructus illius an debeātur à die mortis abſque interpellatione,ſi in hereditate ſint pecuniæ, ex quibus nullus fructus reddebatur,c.199.n.8.c.130.nu.16. ¶ Non poſſunt excedere duplum,c.199.n.9.

Legitimatio per Papam conceſſa, vide Papa.

Legitimi quando cenſeantur filii, ex ignorantia coniugum, vide Ignorantia.

Lex pœnalis nō extēditur,niſi ex identitate rationis, c.110.n.11.20.c.147.num.3. ¶ Pœnalis aut correctoria habet tantùm locum in caſu expreſſo,c.29.n.6. ¶ Pœnalis & exorbitans, an extendatur, ſi aliàs fruſtraretur,c.134.nu.3.7.

Generaliter loquens, generaliter intelligi debet, & vbi non diſtinguit,nec nos diſtinguere debemus,c.125.n.1.

Canonica, vt præſcribatur, requiritur quadragenaria,c.160.n.19.

Salica procedit tantùm quoad ſucceſſionē Regni, bonorum Coronæ, & in appanagiis quæ dantur liberis Regis,non quoad bona,quæ habentur a Rege, ſiue in allodium,ſiue in feudum,c.1.n.25.c.231.c.2.n.13.18.c.3.n.40.

l.Pāphilo ff.de lega.3.in quib. terminis procedat,c.54.n.5.

l.Theopompus ff. de doto prælega.c.54.nu.6.

l. Attilianus de pact.dotalib.c.72.n.34.

l. Quæ conditio §.1.ff.de condit. & demonſt.c.106.nu.23.

l.Hæreditatū ff.ad leg.falcid. non procedit in contractib.c.148 nu.53.vel quando agitur de æſtimādo annuo reditu morte finiēdo,ibid.n.55.locū habet in legato alimentorū,c.151.n.7.

l.Lex falcidia ſi interuenerit, & l.cum Titio,ff.ad leg.falcid. procedunt in annuis reditibus, c.151.nu.7.

l.Cum pater §.curatoris.ff.de lega.2.explicatur,c.31.nu.7.

l.Seius Saturninus ff. ad Trebellian. c.31.num.9.

l.Quod ſi iterum quarta ff.de aliment. legat.c.31.num.10.

l.Militis codicillis ff.de teſtam.milit.c.33.n.9.

l.Si vnquā C.de reuocād.donatio. expreſſè renunciari poteſt,c.52.n.27. ¶ Ceſſat quando de filiis cogitatū eſt,ibid.n.29.

l.Fœmina.C.de ſecund. nupt. non procedit in augmēto dotis,quateum eſt reciprocum. c.148.n. 28.& ſeqq.

l.Non dubium, verſic.fuit. C.de teſtament.quomodo intelligenda,c.76.num.5.

l.Hac edictali C.de ſecūd.nupt.ceſſat vbi fauor & periculū eſt commune,c.81.nu.3. ¶ Item quando ſecundo nubens donat coniugi cum onere, illud reſtituendi tertio, quod fallit,ſi fraus adſit,c.81.n.4.30. ¶ In fraudē dictæ legis quod factū eſt,

ipſo

Digitized by Google

ipſo iure nullum eſt, ibid n. 14. ¶ *Ex dicta lege nulla eſt differentia inter patrē. vel matrē binubos donantes, c. 84. n. 4. 5.*

¶ *Fraus dictæ legi facta, quomodo detegatur, ibid. nu. 7. 8.*

¶ *Dicta lex quando & quomodo procedat, c. 148. n. 39. & ſeqq plura circa hanc legem vide in verbo* Legitima, *verſic. filiorum. & vide* Luceum *l quod ſcitis § ſin autem C de bon. quæ liber explicatur, c. 125. n. 7. 26. & ſeqq.*

l 2. C. de reſcind. vendit. ex edicto Regis non procedit in tranſactione. c. 162. n. 8. 9. 11. ¶ *An procedat in venditione per ſubhaſtationem facta, c. 229. n. 4.*

l. vnica C. de ſentent. quæ pro eo quod inter. non procedit in intereſſe communi, ſed tantum in ſingulari, c. 228. nu. 10.

l. finalis §. ſed quia C. commu. de legat. an procedat in præſcriptione longiſſimi temporis, c. 34. n 1.

ll. ſubſtit. vt legato, vel fideicom. nomi. cane. non ſunt in vſu, c. 105. num. 8.

In l. curabit C. de actioni. empti. ceſſat moderatio dupli, c. 228. num. 14.

l. vlt. C. de edic. di. Adria tollen quando ſit locus, vel non, vide Exceptio. Hæres. Maioratus. Poſſeſſorium. Fideicommiſſarius Dominium.

Contra legem, quæ plures habet intellectus, qui peccat, excuſatur, c. 29. n. 11.

Liberi *ſi vocentur ad fideicommiſſum, illi tantū cēſentur vocati, qui ſunt tempore purificati fideicommiſſi, c. 15. nu. 3.*

Quod liberi nō cenſeantur per fideicōmiſſariā inter ſe vocati, procedit indiſtincte ſiue ſint cognati, ſiue agnati, vel deſcēdentes teſtatoris, niſi concurrentibus coniecturis, c. 15. num. 4.

Nomine collectiuo vocati ſi ſint, ij tantùm admittuntur, qui tempore mortis teſtatoris procreati fuere, c. 76 n. 2.

In conditione poſiti, an cenſeantur grauati per hæc verba; ſine liberis, & liberi ſine liberis, *c. 205. n. 7.* ¶ *An cenſeantur grauati ex eo quòd ſunt in conditione poſiti, ibid. n. 6.*

¶ *An ex coniecturis cenſeantur vocati, c. 22 n. 2. 3. & vide in verbo* filij in conditione poſiti. ¶ *Quid ſi in contractu vocati ſint, c. 218. n. 2. 5 11. c. 205. nu 2 5. 8.*

Libri feudorum *quo tempore editi, in ſcholis lecti, & extra Prouincias Italiæ recepti, c. 4. n. 25.*

Limites *ſiue fines Prouinciarum, & Monarchiarum ſunt impræſcriptibiles, c. 57. n. 23.*

Linea *ſemel occupata, ſemper eſt continuāda, c. 1. n. 222. c. 2. nu. 51. c. 5. n. 46. c. 6. n. 9. c. 124. n. 24.*

Linea, *gradus ſexus, & actus cōſiderātur in primogenituris, Ducatibus, Marchionatibus, & Baronijs, c. 3. nu. 44. 45.*

Lis *quomodo dicatur introducta quoad actorem, vel reum, c. 11. nu 46.*

Licet non fuerit denunciata, nō poteſt euictionarius huiuſmodi defectum opponere, niſi doceat ſe potuiſſe euictum defendere, ſi fuiſſet vocatus, c. 190 num. 4.

Litis ingreſſus impeditur per tranſactionem, c. 198. nu. 6. c. 203. n. 1. c. 161. n 1. ¶ *Per præſcriptionem, ibid. n. 12.* ¶ *Per exceptionem rei iudicatæ, c. 198. n. 4.* ¶ *Per exceptionem, Tuq non intereſt, c. 201. nu. 10.*

Nō impeditur litis ingreſſus per exceptiones requirentes altiorem indaginē, vel facta implicata continentes, c. 198. nu. 11.

Lite pēdente ad effectū attentatorū inducitur per ſolā citationem, vel tertij admiſſionē ſimpliciter factam, c. 13. n. 45.

¶ *Quoad reū, non inducitur per ſolā tertij admiſſionē, niſi decreta ſit citatio, quæ ad eius notitiā peruenerit, ibid n. 47.*

Litterarum *comparatio*, vide Scriptura.

Locatio *rerum Ciuitatis, ſiue ſubhaſtatione ad tempus fieri poteſt, c. 120. num. 16.*

Nulliter facta, non poteſt confirmari, & ab ipſomet, qui fecit, impugnari poteſt, c. 166. n. 28. 29.

Rerum Eccleſiæ facta nomine Eccleſiæ, per tempus à iure permiſſum, ligat ſucceſſorem, ibid. n. 1. & ſeqq.

Dicitur facta nomine Eccleſiæ, quando fructus ſpectant ad illam. Beneficiati verò, ſi ad illum, ibid num 3.

Rerum Eccleſiæ, vltra triennium fieri nequit, ibid. nu. 15.

¶ *Non dicitur approbata per ſucceſſorem, qui recepit ſolutionem, niſi pro illo anno, ibid n. 24.*

Per vſufructuarium facta, reſoluitur finito vſufructu, ibid. num. 20.

Per ſubhaſtationem facienda eſt, vt ad primos licitatores recurratur, c 120. num 6.

Lucrū *cōpetēs ex l hac edictali. C. de ſecund. nupt. nō cenſetur remiſſū, niſi adſit expreſſa renunciatio, c. 81. n. 24.* ¶ *Augmenti quatenus reciprocum eſt, non ſubijcitur diſpoſitioni l. fœminæ. C. de ſecund nupt nec reſeruari debet filijs primi matrimonij, c. 148. n. 28. & ſeqq.*

M

Maioratus *non admittit remedium l final. C. de edict. Diui Adria. tollen niſi quis ſit in tota, vel quota hereditatis inſtitutus, c. 1. num 6.*

Nec alienari, nec pignorari, nec ſuper eo tranſigi poteſt, aut fieri ſubſtitutio in præiudiciū ſucceſſorum, c 1. n. 133. ¶ *Etiā ex cauſa dotis, niſi agatur de filia illum inſtituentis, c. 3. nu. 99.*

Quomodo probetur ex temporis antiquitate, c. 1. n. 53.

Præſcriptione inductus. procedit tantùm in caſu præſcripto, & intelligitur ſecundum conſuetudinem patria, c. 1 num. 179. c. 5. num. 20.

Temporis antiquitate conſtitutus, admittit eundem ordinem, quem ſimpliciter conſtitutus, c. 1. nu. 180.

An admittat extenſionē de caſu ad caſū, c. 3 n. 23. 25. 55. 95. 193. c. 5. nu. 15. 22. *Quid ſi teſtamento inſtitutus ſit, c. 16. n. 8.*

In eo non fit tranſitus de linea ad lineam, donec deſcendentes ab vltimo poſſeſſore deficiant, c. 1. n. 177. *Et ſi iure maioratus ſuccedatur, attenditur linea. gradus, ſexus, & ætas ſi agatur de Regno. Ducatu, Marchionatu, & Baronia, ibid. nu. 175. 176. c. 2 nu. 52. 54.*

Perpetuus inducitur ex onere ferendi nomen & arma, c. 52. num. 3.

Eius veſtigia ſunt. ſi vocetur proximior, iſq; vnicus, ibi. n 8.

Vt dicatur conſtitutus, quæ requirantur, c. 121. nu. 14.

Ei qui maioratum præſcriptione inductum prætendit, nullum de iure communi datur remedium poſſeſſorium, c. 1. n. 8. c. 3. n 4. c. 14. num. 14.

In maioratu, caſus nō expreſſus relinquitur diſpoſitioni iuris cōmunis, c. 1 n. 18. ¶ *In eo Ratio* de te nō loquitur Maioratus, *perinde admittitur, ac in ſubſtitutione, c. 1. nu. 185.*

Quando inducatur ex vocatione maſculorum, vide Maſculorum.

Mala fides *authoris nocet heredi, & ſucceſſori vniuerſali, etſi in ſua perſona præſcriptionē inchoare velit, c. 96. n. 5.*

Mandans *tenetur ſtare geſtis per procuratorem, c. 137. num. 3.* ¶ *Poſt conſenſum procuratoris ad reſignandum præſtitum, illi contrauenire non poteſt, ibid. num. 7.*

Mandatum *ante præſtitum conſenſum reuocari poteſt, c. 137. n. 4.* ¶ *Item ante admiſſam reſignationem, poſtea verò non, c. 166 nu. 11. c. 172. n. 1.*

Reuocatum, intimari debet, alias per procuratorem geſta tenent, ibid num 2.

Ad reſignandum, annullatur ex cōſtitutione Regia ſi à notario conſanguineo ſumptum ſit, c. 147. n 2. ¶ *Non ſignatum nullum eſt, nec ſufficit, ſi notarius aſſerat mandantem non potuiſſe ſignare, ibid nu. 4 5.*

Manutenendæ *remedium*, vide Proprietatis

Marchionatus *quas depēdētias habere debeat, c. 4. n. 5.*

Maritus *æquiparatur vſufructuario, & emptori, c. 72. num 40. 41.* ¶ *Percipit fructus dotis, potius ratione onerum, quam dominij, ibid num. 43.*

Moram quomodo committat, vide Mora.

Quando teneatur ad periculum nominum, quæ in dotem conſtituta ſunt, vide Nomen.

An teneatur rem æſtimatam reſtituere, vel eius valorem; vide Dos.

An augmentum filijs reſeruare teneatur, vide Pater.

Alimenta priuigna præſtans; vide Alimenta.

Iuri vxori quaſito, ex ſola ſua deſtinatione, præiudicare nequit, c.102.num.31.

Culpa, vel negligentia ſua, dotem deteriorare non poteſt, c.72.n.26.

Maſculinitas in vno gradu appoſita, quando ad alias perſonas, vel gradus extendatur, c.1.n.202.c.5.n.19.

Indicat animum conſeruandæ agnationis, c.160.n.5.

Includit fœminarum excluſionem, ibid.num.6.

Reliqua vide in ſequentibus verbis.

Maſculi, ſi vocentur per ſtatutum excluſis fœminis, id tamen intelligitur de maſculis eiuſdem gradus, c.1.n.178.196.c.3.num.51.

Deſcendẽtes, & filij ſi vocentur in primis gradibus, in ſequentibus verò filij, vel deſcendentes ſimpliciter, an cenſeatur repetita qualitas maſculinitatis, c.3.n.216.

Quando vocantur, filij filiorum cenſentur vocati, c.6.n.18 quod quomodo procedat, n.19.20.

Ex filia ſicut comprehenduntur in ſubſtitutione facta ad deſcendẽtes maſculos, ita & ad liberos, c.67.n.12.

Quando diſpoſitio incipit à maſculis, ſi maſculi ponantur in ſequentibus gradibus, intelligitur de maſculis ex maſculis, ſecus ſi a fœmina, ibid.n.13.

Maſculorum vocatio, indefinita eſſe debet, vt ex ea inducatur fideicommiſſum perpetuum, vel primogenium, c.1.num 195.

Illorum incluſio, & fœminarum excluſio, & conſeruatio agnationis reſtringuntur ad gradus & perſonas expreſſas, c.1.num.214.

Dictio, excludit fœminas ex proprietate vocabuli, in eo caſu, quo aliquis non exiſtente maſculo vocatur, non alio, c.1.num.196.

Etſi per plures gradus, & ſæpè maſculorum mentio facta ſit, non tamen ex ea cenſetur inſtitutus perpetuus maioratus, niſi alia concurrant, c.3.n.49.

Maſculorum repetitio, & fœminarum excluſio nunquam fit in teſtamentis, niſi ex coniecturis euidentiſſimis, c.3.nn.51.

Filiorum defuncti, & remotiorum diuerſa eſt ratio, nec ab illis ad hos fit extenſio ad excluſionem fœminarũ, c.16.n.26. A maſculis primi gradus ad maſculos alterius lineæ, nihil infertur ad excluſionem fœminarum, c.1.nu.192. Ad maſculos à fœminis non fit illatio, c.81.num.12 quod reijcitur, num.25. Ex eorum prædilectione cenſetur teſtatorem nedum filios, verum etiam nepotes vocare voluiſſe, c.167.n.26.

Mater & pater æqualiter filio ſuccedunt in bonis per ipſum acquiſitis, c.125.n.1. ¶ Et pater ſuccedunt filio ſine liberis defuncto, ſimul cum fratribus, c.204.num.3.

¶ In ſucceſſione filij, præfertur auo paterno, etiam in bonis ex linea paterna prouenientibus, c.125.n.14.c.204.num.1. ¶ Excludit auum, etiam quoad bona per ipſum donata, c.204.num.4.5. ¶ In Gallia non ſuccedit filijs in bonis paternis, niſi quoad medietatem vſuſfructus, ibid.n.8. ¶ An poſſit meliorare filios ſecundi matrimonij, c.81.n.2. ¶ Minor tutrix filiorum, & facta maior nubens non petito tutore, nec redditis rationibus, an incidat in pœnas Authen. eiſdẽ pœnis C. de ſecũd. nupt. c.10.n.19.21. an amittat lucra nuptialia, ibid.n.14.

Eius legitima quanta ſit, vide Legitima.

Eius incapacitas nocet filijs, c.67.n.3. quod quomodo procedat, num.13. verſic. non obſtant. ¶ Si teſtamentum filij accuſauit, vide Legatum, vel Legitima.

An & quatenus augmentum reſeruare teneatur, vide Augmentum, vel Lucrum, vel Vidua.

Matrimonium ſpirituale an purificet conditionem nuptiarum, c.64.num.18.19.

In cuius tempus legatum ſolui debet, eodem modo interpretandum eſt, quo conditio ſi ſine liberis naturalibus & legitimis, ibid.nu.25.

Si contrahatur cum diſpenſatione Papæ ſuper impedimento Canonico, filij ex eo naſcituri, etiam quoad temporalia, vbique legitimi erunt, & filij antea ſuſcepti, c.66.num.4.5.

Si matrimonium ſit de facto contractum ex vi diſpenſationis inualidæ, & impedimentum proueniat ex iure Pontificio, per ſummi Pontificis approbationem, & matrimonium, & proles antea ſuſcepta, erunt legitima vbique, & ad omnia, ibid.num.6.

A filiofamilias contractum, non ſeruata forma ſtatuti, validum eſt, c.92.num.1.2.c.32.num.8.

Eſt cauſa finalis donationis, quando agitur de contrahendo certo matrimonio, c.168.num.5.

Defectu denunciationum dicitur clãdeſtinum, c.224.num.1. validum tamen eſt, ibid.num.2.

De iure communi, & ante Concilium Tridentinum, quilibet ſacerdos, illud celebrare poterat, hodie ſecus, ibid.num.3.& 6.

In Gallia ſine proprio parrocho contractum, nullum eſt, ibid.num.8.

An princeps ſæcularis poſſit ſtatuere circa validitatem vel inualiditatem matrimonij, ibid.num.7.

Vt nullum declaretur, multum iuuant circumſtantiæ, ibid.num.10.

Matrimonio exiſtente nullo, donationes quoque in eo factæ, nullæ ſunt, ibid.num.11.

Præſumptum ſublatum eſt per Concilium Tridentinum, c.32.n.9.c.35.n.4.c.224.nu.9.

Vt ante annum 12. à fœmina contrahi poſſit, quæ requirantur, c.32.n.1.c.35.n.8. Vt ante 14.& 12. ſubſiſtat in vtroque, requiritur iudicium, & potentia, c.35.n.12.

Vt conſummetur, & affinitas contrahatur, quid requiratur, c.35.num.10.

Abſque conſenſu patris validè contrahitur etiam in Gallia, c.56.num.4.

Per metum contractum, ratificatur per diutinam cohabitationem, data opportunitate recedendi, c.65.n.10.

Vt diſſoluatur propter metum, quæ requirantur, vide Metus.

Non diſſoluitur ob ſæuitiam, vel adulterium, c.65.n.1.

Melioramenta, vide Expenſæ. Reparationes. Retentio.

Menſura quæ viget in loco contractus inſpicienda eſt, c.105.num.5.

Metus ex quo matrimonium diſſolui poteſt, vt dicatur probatus, quæ probanda ſint, c.65.num.3.

Non requiritur tam iuſtus in contractu matrimonij, ac in alijs, ibid.n.4. contra, num.5.

Reuerentialis diſſoluit matrimoniũ probata filiæ imbecillitate, & patris ſæuitia, ibid.nu.8. Limita n.9.10. Non ſufficit, niſi grauis adiungatur, ibid.nu.5.

¶ Nec ſufficit probare minas, niſi probetur, quod minans ſolebat minas exequi, ibid.n.6.7.

Minor in contrahẽdo matrimonio habetur pro maiore, c.92.n.2. ¶ Contrahens ſuper dote, & pactis matrimonialibus, non ſeruata forma ſtatuti, nulliter contrahit, ibid.n.3. ¶ Propter iuramentum amittit beneficium reſtitutionis in integrum, c.120.n.12. ¶ Non reſtituitur aduerſus donationem iuratam, ibid.n.13. ¶ Non reſtituitur poſt quadriennium à maioritate, c.176.nu.20.

Donatio facta à minore 16. ann. extra monaſteriũ & ante habitus ſuſceptionẽ, renunciatio, & obligatio, nõ irritantur per Conciliũ Tridenti. ſeſſio.25.c.16. de Regularib. c.134. num.5.8.9.10.

Mobilia an ſint ex ſucceſſione, an verò ex induſtria, non fit diſtinctio quoad conſuetudinem Pariſienſem, vel pactum de lucranda parte mobilium, c.77.nu.20.

Ex ſucceſſione patrui, vel patris veniunt in communionem, c.102.n.43. ¶ Quæ ex vi conſuetudinis illa lucratur

Digitized by Google

cratur, tenetur ad debita defuncti, *qua ex mobilibus ſoluenda ſunt, ſecus ſi ex pacto*, c.77.n.24.c.102.num.40.

Qui ex pacto, vel conſuetudine lucratur, illa lucratur vbicumque ſint, c.77.n.26.

Si reſtricta ſint ad certũ locum, ſolet diſtingui an pecunia ibi ſit præſidij cauſa, vel animo fœnerãdi, ibi.n.29.

Qua de tempore matrimonij ſunt in bonis vxoris, illi pereunt, niſi per maritum vendita ſint, & pretium per eum receptum, c.79.nu.9.

Vſu conſumpta, nec reſtituuntur, nec imputantur hæredi grauato, c.102.num.1.

In illis attẽditur domiciliũ eius, cuius ſunt, c.148.n.11.

Eorum appellatione in Gallia veniunt fructus, pecunia, & actiones pro rebus mobilibus competentes, c.77.n.16.33.c.148.n.23. ¶ *Etiam de iure communi continentur actiones in pleriſq; caſibus, licet alioquin tertium genus conſtituant*, c.77.n.17. *Item fructus, & pecunia præſertim adiecta dictione* omnes, *ſiue præſidij cauſa, ſiue animo fœnerandi ſint*, c.107.n.18. *Item pecunia proueniens ex venditione immobilium*, c.102.n.44.45. ¶ *An veniat pecunia deſtinata ad emptionem prædiorum*, vide Pecunia, *verſic. Deſtinata.*

Mobilium lucrandorum pacto, venit pecunia ex venditione procedens, c.102.num.46.

Molendinum *an veniat in conceßione Caſtri*, c.9.num.14.

Data tota iuriſdictione, cenſentur data molendina bannaretta, c.9.n.17. ¶ *Veniunt etiam totius tenementi nomine*, ibid.n.18.20.

Ex quib. cẽſeãtur bãnaretta, c.111.à n.8.vſq; ad n.20.

Monachus *non dicitur, niſi eum profeſſionem emiſit*, c.134.n.12.*contra*, num.19.

Promoueri poteſt in Eccleſijs parrochialibus, ſeu Curatis ſæcularibus, maximè ſi eſt aptus concionator, c.60.num.12.

Monarchiæ *diuiduntur per flumina*, c.57.nu.16. ¶ *Habent certos limites, qui præſcribi non poſſunt*, ibid.num.23.

Monaſterium *non habetur loco filij, ſi dictum eſt* de legitimis & naturalibus, *maximè ſi adiectum ſit*, & ex legitimo matrimonio *procreatis, vel adſit clauſula*, omni fictione ceſſante, c.64.n.16.

Ingredi volens, & paulo ante habitus ſuſceptionem, an validè donare, renunciare, & ſe obligare poſſit extra monaſterium, c.134.num.1.5.

Monaſterij regularis correctio ad quem ſpectet, vide Correctio.

Moneta *pro auro an ſolui poſſit*, c.102.n.11.& vide Creditor.

Monitorij *legitimè conceßi publicatio impediri nequit, per concluſionem in cauſa, vel publicationem atteſtationum*, c.80.n.1.4.7. ¶ *Nec per litiſpendentiam, vel certitudinem aduerſarij*, ibid.n.2.3.

Mora *in non reſtituendo dotem contrahitur ex ſolo lapſu temporis*, c.211.n.19.*fauore minoris ætatis contrahitur abſque interpellatione*, c.30.n.13.c.72.n.27.

Moribundus *non præſumitur ſanæ mentis*, c.53.n.6.c.55.num.6.

Mors *naturalis religioſi grauati de reſtituendo, an ſit expectanda*, c.39 num.4.6.7.

Ciuilis nunquam æquiparatur naturali, niſi quando in iure expreſſum reperitur, c.40.nu.4.

Mortis *mentio, vel clauſula* poſt mortem, *non habet vim conditionis quoad effectum tranſmißionis*, c.20.n.11. ¶ *Mortis mentio, vel clauſula* poſt mortem, *differt à conditione*, ſi ſuperuixerit, ibid.num 12.

Tempus illius inſpiciendum eſt in quæſtione, an plus relictum ſit vitrico, vel nouercæ, quam vni ex filijs primi matrimonij, c.73.n.3.vide Nouerca.

Mortalitatis *tempore dormit præſcriptio*, c.96.n.6.

Munera *vel ſunt perſonalia, vel patrimonialia, vel mixta*, c.28.num.1.

Perſonalia ſunt, quæ animi prouiſione, & corporalis laboris intentione, ſine aliquo gerentis detrimento perpetrantur, ibid.nu.2. *Eáque vel dignitatem habent annexam, vel ſordida ſunt, vel media*, ibid.n.3.

Nulla autem huiuſmodi munera perſonalia forenſibus imponi poſſunt, ibid.nu.4. ¶ *An conſuetudine induci poßit, vt forenſes ad illa teneantur*, ibid.nu.5.

Patrimonialia, aut ſunt merè realia, quæ principaliter rei imponuntur, quarum impoſitio, vt plurimùm certa & generalis eſt, & dicuntur munera ordinaria, ibid.n.7. *Ad hæc nedum incolæ & municipes, ſed & forenſes tenentur*, ibid.n.8. *Et Clerici ac quæcumq; perſonæ exemptæ*, ibid.num.9.

Merè realia, quandoque non vniformiter, nec quotannis, ſed prout neceßitas occurrit, imponuntur, & tanquã ordinaria reputantur, ibid.n.10. *ad quæ omnes tenentur*, ibid.num.11.

Alia ſunt patrimonialia, quæ perſonis pro rebus imponuntur, nec habent certam & determinatam præſtationem, & extraordinaria ſunt, ibid.num.13. ¶ *Ad hæc forenſes de iure communi non tenentur*, ibid.nu.14. *Nec Clerici, quãuis incolæ*, ibid.n.15. *Ad ea tamen de conſuetudine generali forenſes tenẽtur*, ibi.n.16.

Verè mixta, in iure dicũtur ea, quæ cũ ſumptu exercentur, ad quæ forenſes non tenentur, ibid. nu.6.

Ad collectas & munera quæ perſonis pro rebus imponuntur, forenſes, etiam de conſuetudine, non tenentur, niſi ſint illis proficua, ibid.n.19.

Recenſentur caſus in quibus forenſes ad Collectas & munera tenentur, vel non tenentur, ibid.n.20.

N

NArbonenſis Ducatus *quomodo obuenit Philippo le Hardi filio Ludouici IX. qui ſanctus fuit*, c.57.n.10.c.63.n.27. *Prouincia vtitur iure ſcripto*, ibid.num.26.

Neapolitanum regnum *quædam de eo ſcitu digna*, ibid.num.11.

Nemora *ex generali conſuetudine Galliæ pertinẽt ad feudatarium ſimul & fundiarium*, c.103.n.5.

Nepotes *ex filia vltimò defuncti & agnati, præferri debent agnato proximiori in feudo hæreditario*, c.1.num.136.

Ex filia an & quando excludantur, vel admittantur ad ſubſtitutionem conceptam ſub conditione, ſi ſine liberis maſculis, vide Maſculi, *verſic. Ex filia.*

Ex filia non veniunt appellatione liberorum, c.89.n.7.*contra*, nu.19.

Liberorum appellatione continentur ex proprietate vocabuli, licet dictum ſit ex ſuo, vel ex proprio *corpore*, ibid.nu.12.

Dicũtur diſpoſitiuè vocati per clauſulã, ex ſuo proprio corpore, & legitimo matrimonio, *ibid.num.13.*

Repræſentant patrem, quando tempore euenientis conditionis nati ſunt, ibid.n.15. ¶ *Et in reciproco fideicommiſſo, niſi adſit dictio* ſuperſtites aut ſuperuenientes, ibid.num.16. vide Repræſentatio.

In primogenituris quæſtio de prælatione patrui vel nepotis alias duello commiſſa fuit, & pronepote iudicatum Auemone per Robertum Regem Siciliæ aſſiſtentibus ſibi Cardinalibus, c.124.nu.1. *Et ita ſeruatur in regno Galliæ, Angliæ, Hiſpaniæ, & olim apud Lacedæmonios*, ibid.n.2. ¶ *In huiuſmodi quæſtione ſequenda eſt conſuetudo Regni*, ibi.n.3. *quod quomodo procedat*, n.15. *& tenor inueſtituræ, vel teſtamenti, & illius forma ſequenda*, ibid.num.4.& 13.

¶ *Præfertur patruo quando teſtator vocauit maiorem & eius liberos*, ibid.num.5. ¶ *Et in primogenitura conſuetudine, vel ſtatuto inducta, ſecus in teſtamẽtaria*, ibid.

n. 11. & ſeq; eſt indubitatũ, ſi primogenitura à collaterali inſtituta ſit, ibid. num. 12. quando non præferatur, vide Patruus.

Cenſentur vocati ex maſculorũ prædilectione, c. 167. n. 16.

Legitimi ex patre illegitimo & ſpurio nati, an & quando ab auo hæredes inſtitui poſſint, c. 184. num. 6. & ſeqq.

De eorũ legitima ſuper bonis aui, vide Legitima. (20. 21.

Nepotũ grauamen nõ infertur ex grauamine filiorũ, c. 23. n.

Per nepotum exiſtentiam deficit conditio ſi ſine filiis ex proprio corpore, c. 89. nu. 9.

Etiam in vocatione, nepotes veniunt appellatione filiorum ex ſuo corpore, ibid. nu. 20. 21. 22.

Veniũt appellatione filiorũ ex ſuo corpore, ibid. nu. 21.

Liberorum & deſcendentium appellatione veniunt nepotes, c. 67. nu. 6. 7.

In priuilegiis non veniunt appellatione filiorum, c. 89. n. 18.

Neptis ex filia, non dotata, poteſt eſſe melioris conditionis, quàm filia teſtatoris, c. 23. nu. 16. Imò, quod dicitur neptẽ non debere eſſe melioris conditionis, quàm ſit filia, non habet locum in nepte ex filio, ibid. num. 17.

Etſi in fideicommiſſo, ſi dictioni, maſculorum, adiiciatur ratio conſeruandæ agnationis, neptes ex filia excludantur, ſecus tamen eſt, ſi ea ratio prohibitioni alienationis adiiciatur, niſi per verba diſpoſitiua cum mentione maſculorum, appoſita ſit, ibid. num. 20. 21.

Cenſetur dotata ab auo contemplatione filii, c. 191. num. 7.

Nomen cedens, vel vendẽs, verũ, non bonũ, præſtare, debet, c. 74. n. 4. Si tamen ita conuentũ ſit, tenetur etiam de bono, c. 214. n. 1. ¶ Non tenetur ad damnum ſeu reductionem, quæ accidit culpa ceſſionarii, c. 190. nu. 1. 3.

De Nominibus pupilli debitis, vide Tutor.

Quando in dotem cõſtitutũ eſt, ſi maritus æſtimauit, & ad certã ſummam reduxit, eamq; reſtituere promiſit, eius periculum ſpectat ad ipſum, & tenetur ad ſummã quã promiſit, niſi quatenus culpa vxoris reductum fuit, c. 74. nu. 1.

Nomen & arma, vide Fideicommiſſum.

Nomine proprio, vel appellatiuo, quando quis dicatur vocatus, c. 124. nu. 18. ¶ Proprio dicitur vocatus, qui vocatus eſt per dictionem alios, vel eos, c. 158. num. 1. Idem ſi per dictionem ſuperuiuentem, ibid. n. 2.

Proprio vocatus, præfertur cæteris, ibid. nu. 4.

Proprio, ſi plures ſubſtituti ſunt, & vocati, dicuntur ad inuicem ſubſtituti, ibid. num. 6.

Nominatus, non ſuccedit nominanti, ſed danti facultatem nominandi, c. 81. n. 5.

Generaliter, quando præferatur cæteris, c. 124. n. 17.

Nouarum portus fuit Templariorum, poſtea ordinis Sancti Ioannis Hieroſolymitani, qui omnia ad ſe ſpectantia in Comitatu Venayſino, & nominatim dominum Bonipaſſim donauit Sedi Apoſtolicæ, c. 57. n. 41.

Notorium fit ex inſtrumentis publicis, c. 11. n. 5. c. 14. n. 5. ¶ An Iudex ſuper eo ſe informare teneatur, vide Iudex.

Nouatio non inducitur de iure Codicis, niſi id expreſſè actum ſit, c. 107. n. 1. ¶ Vt ex coniecturis inducatur, illæ debent eſſe vrgentes, ibid. n. 4. ¶ Inducitur, ſi ſecundus contractus ſit incompatibilis cũ primo, aliàs non, ibid. n. 5. ¶ Quando aliquid additur conuentioni antiquæ, non inducitur noua cõuentio, nec derogatur antiquæ, ibid. n. 7. 8. 15. ¶ Non dicitur facta addendo nouam perſonam ad fauorẽ creditoris, ibid. n. 9.

¶ Nõ inducitur, quãdo reſeruãtur iura priſtina, ibid. n. 11.

Vel adeſt proteſtatio in contrarium, ibid. n. 10.

Nouerca, vel Vitricus, an plus habeat, quàm vnus ex filiis primi matrimonii, inſpicitur tẽpus mortis, c. 73. n. 3. quod quomodo intelligatur, c. 148. num. 5.

Eſt inimica priuignorum, c. 81. n. 19.

Ei relinqui poteſt vſque ad legitimam, etſi minus ea filiis relictum eſſet, c. 149. num. 4.

Eius penſio vidualis quomodo æſtimanda ſit, c. 151. num. 8.

Nouitius largo modo dicitur profeſſus, c. 134. n. 2.

Quomodo poſſit validè donare, renunciare, & ſe obligare, ibid. num. 1. 2. 5.

Nouum dici non poteſt, quod aliàs fuit, c. 63. num. 32.

Nuncians nouum opus tenetur iurare de calumnia, c. 110. num. 12.

Calumnioſè tenetur ad expenſas, damna, & intereſſe, & de iniuria, ibid. n. 13.

Nunciatio noui operis ſperni poteſt, ſi ex euidentia facti cõſtet de nõ iure nũciãtis, c. 100. n. 4. ¶ Remittẽda eſt paratis neceſſariis, ib. n. 6. ¶ Aut ſi nullũ, vel modicũ præiudiciũ infertur nũciãti, ibid. n. 10. ¶ Vel ſi periculum eſt in mora, ib. n. 11.

Nuptiarũ ſecũdarũ pœnæ, omnes ſublata ſũt, exceptis iis, quæ ſũt in fauorẽ filiorũ, & ita ſeruatur in Gallia, præterquã in Senatu Tholoſano, c. 74. n. 5. 6. ¶ Ad eos cõuolans, ſiue vir, ſiue vxor, nõ amittit augmentũ, ſed tãtũ reſeruare tenetur filiis primi matrimonii, ſi extãt, ibid. ¶ Ceſſant omnes ex cõſenſu filiorum expreſſo, vel tacito, c. 81. num. 8. 23.

Nuptiarum tempus, vel conditio, an dicatur extitiſſe per matrimonium ſpirituale, vide Matrimonium.

O

OBligatio naturalis non contrahitur, vbi deficit voluntas, c. 75. nu. 15. ¶ Inter cohæredes nulla eſt obligatio naturalis, ibid. n. 18. ¶ Ne naturalis quidem oritur ex contractu contra prohibitionem legis inito, c. 187. n. 1.

Vbi nullus adeſt contractus, nulla adeſt obligatio, ex qua actio oriri poſſit, nec iudicis officiũ deſeruire poteſt, c. 243. n. 3. 4.

Obliuio præſumitur ex lapſu 30. annorum, c. 1. n. 243. ¶ Imò pauciorum, c. 3. n. 187.

Obreptio omnis non vitiat reſcriptum, ſed tantùm ſi princeps non erat aliàs conceſſurus, c. 66. n. 1.

Officium quod vendi, vel tranſmitti poteſt ad hæredes, ſeu eius æſtimatio confertur, & imputatur, c. 19. n. 58. & tunc æſtimandum eſt de tempore, quo pater deceſſit, ibid. n. 60.

Oneratus cẽſetur honoratus, & ſic vocatus, c. 52. n. 12.

Onus perpetuò iniunctum arguit perpetuitatem fideicommiſſi, c. 52. n. 11.

Si cauſa publicæ vtilitatis imponatur, ſubditi illud ſuſtinere tenentur, licet impenſa cadat in vtilitatem vaſſalli, c. 103. num. 14. 15.

Primo gradui iniunctum, non cenſetur in aliis repetitum, c. 121. num. 15.

Qui ſentit, debet ſentire commodum, c. 202. nu. 3.

Legitimæ impoſitum reiicitur ipſo iure, c. 130. n. 3.

Appoſitum in venditione facit partem pretii, c. 129. nu. 2. Et auget illud, ibid. n. 23. Pretio æſtimabile, & pecunia redimibile facit partem pretii, ibid. num. 24.

Ferendi nomen & arma, vide Fideicommiſſum.

Inſignia ferendi, non inducit fideicommiſſum perpetuum, c. 121. num. 17.

Oppoſitio impedit quominus iudex poſſit ad vlteriora procedere, c. 11. n. 49.

Optio præbendarum, poſſeſſionis, non prouiſionis antiquitatem reſpicere videtur, quandoque tamen contrarium ſtatuitur, c. 93. num. 1. 7.

Optiones ſunt fructus & emolumenta poſſeſſionis, ibid. num. 6.

Oratio vna eadémque reſpiciens plura determinabilia, debet ea æqualiter determinare, c. 16. nu. 41. c. 113. num. 7. ¶ Vna eadémque, & pactum generaliter continens plura bona, vniformiter & pariformiter intelligi debet, c. 3. num. 196.

Ordinarius non poteſt conferre Nouitio, c. 147. nu. 8.

Qui ſemel contulit, non poteſt eodem iure alteri conferre, ibid. num. 9.

Conferre non poteſt beneficia per Papam commendata, ibid. num. 10.

Non tenetur conferre primo vacationem nuncianti, & petenti, c. 170. num. 1.

In Gallia nullum infertur præiudiciũ legitimum ordinariis, inſti-

ex Legatione Aueniensi,c.63. nu.9.11.

Ordines ſacros *nemo ſuſcipere poteſt ſub titulo beneficij amouibilis,c.87.num.2.* ¶ *Suſcipiens ante legitimam ætatem ſuſpenditur ipſo iure, & adminiſtrans fit irregularis,c.170.num.3.& 4. Fallit ſi ignoranter,ibid. num.8.*

Diſpenſatio ad eos præſumitur ex longo tempore, ibid.n.9.

Si nulliter ſuſcepti declarentur,declaratio retrotrahitur,c.198. nu.5.

Ordo ſucceſsiuus, *vt ſcilicet non niſi deficientibus maſculis, fœminæ admittantur, procedit tantùm in feudo recto & proprio, non autem in feudo empto, nec quando conceditur maſculis cum fœminis, vel in formula ſexus vtriuſque, ſed tantùm dum conceditur maſculis & fœminis, c.2. nu.82. c.4. nu.54.55.58.c.3.num.81.* ¶ *Sicut generaliter non eſt illi locus in omni feudo improprio, c.3.num.83. Idem in feudo abſolute hæreditario,c.4.num. 56.& impetitio, ibid. nu.57.& conditionato, c.5.nu.6.Et in feudo pro quo præſtatur annuus cenſus,c.4.nu.59.* ¶ *Idem quoad maſculos remotioris gradus, data capacitate fœminarum,c.5.nu.7. Et in ſucceſſione ex teſtamento, ibid.num 8.*

Locum habet inter eos, inter quos nedum adeſt ordo charitatis, ſed etiam neceſſitas inſtituendi, c.109. nu. 2. ¶ *Maximè ſi adſit dictio collectiua, c.123.nu.2.3.* ¶ *Et licet adſit ſolus ordo affectionis, ſi adſit dictio collectiua,c. 109. n.3.*

Intelligitur vel per vulgarem, vel per fideicommiſſariam,c.180.nu. 12.

P

PActiones *in præiudicium pactorum matrimonialium,non valent, c.77.num.19.*

Pactum *contractus ita interpretandum eſt,ne ſe ipſum deſtruat,c.77.nu.25.*

In fauorem appoſitum, non debet in ipſius damnum explicari,c.102.n.36.

Vbi requiritur expreſſum, non ſufficit tacitum, c.107. nu.2.

De diuidenda futura ſucceſſione, reprobatum eſt, c. 156.n.1.limita,n.2.

Intelligendum eſt ſecundùm communem vſum loquendi. ſicut & verba,c.220.nu.6.

Lucranda dimidia partis acquiſitorum inter coniuges,comprehendit donationes ab aliis quam ab aſcendentibus factas,c.77.num.34.

In contractu matrimonij in fauorem liberorum ex eo naſciturorum, procurante patre, vel matre binubis, nullum eſt,c.81.nu.13.15.

Paludes *ſpectant ad Dominum territorij,c.103.n.1. & ſine conſenſu ipſius ad culturam redigi non poſſunt per Communitatem, ibid.nu.6.*

Papa *non poteſt legitimare quoad temporalia, ſibi non ſubditum in temporalibus, quando illegitimus natus eſt extra figuram matrimonij, c.66.nu.3.*

Si diſpenſet ſuper impedimento Canonico, & inde matrimonium contrahatur, filij ex eo naſcituri, vbique legitimi erunt, ibid num.4. Et filij antea ſuſcepti, ibid. nu.5.

Si matrimonium ſit de facto contractum ex vi diſpenſationis inualida, & impedimentum proueniat ex iure poſitiuo, per Papæ approbationem, & matrimonium, & proles antea ſuſcepta, cenſentur legitima vbique, ibid.nu.6.

Diſpenſare poteſt ſuper omnibus impedimentis, ſolo iure Pontificio, matrimonium dirimentibus, conſ.71. num.4.

Poteſt vnire beneficia ſine conſenſu collatoris inferioris,imò & illo inuito,c.137.num.18.

Parrochiæ *duæ vnitæ habentur tantùm pro vna,& vnica debetur congrua portio, etiam ſi eſſent duo Vicarij æquè principales,c.86.nu.8.9.*

Parrochiani *ſoluere tenentur magnas reparationes Eccleſiæ, c.115.num.6.* ¶ *Ex æquitate debent contribuere ad ſarta tecta reficienda,vel reparanda,c.144. nu.8.* ¶ *In hac patria condemnari ſolent ad reparationem nauis Eccleſiæ, Rector autem ad Presbyterij, ibid.nu.9.*

Partes *quibus accreſcant*, vide Incapax. Indignus. Renuncians.

An qui non admittitur ad partem, faciat partem, vide Religioſi.

Particulares *Principi,vel Communitati non poſſunt præiudicare,c.57. nu.30.*

Paſcendi *facultas*, vide Pecoris.

Paſcua *ſpectant ad Dominum territorij,c.103.nu.1.* ¶ *Ex generali conſuetudine Galliæ, feudatarius ſimul & fundiarius eſt dominus paſcuorum.ibid.nu.5.*

Non obſtante poſſeſſione de paſcendi Communitati competenti Dominus poteſt paſcua ad culturam redigere, c. 104.nu.1.

Habens ſeruitutem paſcuorum,nec vendere,nec ſeruitutem imponere poteſt, ibid.nu.3.

Pater *liberatur ab onere alimentorum filij habentis aliunde,c.19.nu.24.c.83.nu.6.*

Non tenetur augmentum reſeruare filiis primi matrimonij, c.74.nu.7.

An poſſit meliorare filios ſecundi matrimonij,in præiudicium liberorum primi, c.81.num.1.2 17.18.

Non poteſt diſponere,in præiudicium filiorum,de bonis ſibi, & liberis donatis,nec vni plus quam alteri donare, c.109.nu.10.21.c.45.n.2.

Exhæredationis cauſam exprimere debet, alias eius hæres non poteſt, c.109.nu.28.

Et mater, æqualiter filio ſuccedunt cum fratribus, c. 125.nu.1.c.204.num.3. ¶ *An filio ſine liberis mortuo, excludat matrem in bonis a ſe ipſo donatis, c.125.nu.7.26. & ſeqq.*

Qui filio donationem fecit, in contractu matrimonij, poteſt eidem in teſtamento ſubſtituere in fauorem deſcendentium, c.42.nu.1.contra,num.5. ¶ *Caſu quo rem antea donatam fideicommiſſo onerare poſſit, id fieri non poteſt, niſi nominatim de re donata mentio fiat, ibid. nu.9.*

Stipulari poteſt pro filiis, ſiue ſint in poteſtate conſtituti, ſiue emancipati,c.42.nu.13. ¶ *Quando eius ſtipulatio cenſeatur facta pro filiis vt filiis,vel vt hæredibus,* vide Donatio,*vel* Filij.

Paterna *paternis, materna maternis, quando ſint danda, c.125.nu.5.23.*

Patriæ poteſtatis *& emancipationis diſcrimen ſolutum eſt,c.19.nu.9.*

Patronatus, *vide* Ius patronatus.

Patronus *ſolus allegare poteſt defectum præſentationis, c.201. num.8.* ¶ *Non contradicens prouiſioni ipſo ſpreto factæ, aut alium intra tempus non præſentans, tacitè conſentit,ibid. nu.3.*

Eius conſenſus tacitus, vel expreſſus,validat collationem ipſo ſpreto factam, c.24.nu.1.c.69.nu.24.

Vocatur primitiuus Curio ſeu Prior,c.86.nu.3.

Conſenſus illius non requiritur, quoties Papa prouidet iure deuoluto per reſcriptum, ſi neutri, vel nulli, *Nec in beneficiis ſubiectis præſentationi laicorum, c.69. num.23.*

Patruus *an præferatur nepoti in primogeniturus,vel nepotibus*, vide Nepotes,*verſ.In primogeniturus.* ¶ *Ex antiqua conſuetudine præfertur nepoti apud Longo-*

bardos, Vandalos, Arabes, Gallos, Normanos, & ita in regno Sicilia per Bonifacium VIII. & *Cardinales indicatum fuit*, c.124.nu.9. ¶ *Ætate maior, nepoti praeferendus eſt, ibid.nu.6.*

Paulina conſtitutio, *vide* Extrauagans. ¶ *Non eſt in vſu*, c.95.nu.9.

Pecoris paſcendi *ius vt praeſcribatur aduerſus Dominum territorij, requiritur immemorialis*, c.103.nu.9. ¶ *Intelligitur recollectis fructibus, ibid.nu.20.*

Eo non obſtante, paſcua ad culturam redigi poſſunt, c.96.nu.11.c.104.num.1. ¶ *Ius illud qui habet, nec paſcua vendere, nec ſeruitutem imponere poteſt, ibid.nu.3.*

Pecunia *prouenient ex venditione fundi dotalis, cum pacto vt conuertatur in emptionem alterius pradij, quod ſit dotale, cenſetur mobilis*, c.72.nu.30. ¶ *Et reſtituitur tantùm poſt annum, ibid.nu.31.c.77.nu.22.c.102.nu.47.*

Ex venditione propriorum redacta, mutat naturam, c.77.nu.21.

Ex venditione gentilitiorum, non venit in communionem, ſicut nec immobilia ex ea acquiſita, c.102. numer.41.

Ex venditione mobilium, cenſetur mobilis, ibid.n.44. & 45.

Ab aſcendentibus data, vt conuertatur in emptionem prædiorum, an veniat in communionem, c.102.nu.48.

Ex conſuetudine Galliæ venit appellatione mobilium quantumuis deſtinata ad emptionem immobilium, c.77. num.16.33.c.102.nu.15.27.28.32.33.

An cenſeatur eſſe præſidij causa, vel animo fænerandi, ibid nu.29.30.31.

Deſtinata ad emptionem prædiorum, cenſetur immobilis, ſi vltra ſimplicem deſtinationem adſit pactum, idq́; iuratum, c.72.n.21.24. ¶ *Fauore pupilli, & dotis, cenſetur immobilis, ibid.nu.22.* ¶ *Idem ſi ad id deſtinata ſit ex præcepto teſtatoris, ibid.nu.23.*

Deſtinata ad emptionem prædiorum, generaliter cenſetur inter mobilia, c.77.nu.23.

Pecuniæ, licet purè legata ſit, vſura, vel intereſſe, non debentur, niſi à die petitionis, c.30.n.3.8.10.

Pecunia pupillaris, vide Tutor.

Pedes *duo qui relinquendi ſunt inter domum vicini, & eam, quæ de nouo conſtruitur, an menſurandi ſint, a loco vbi cadit ſtillicidium, an à pariete*, c.100.numero 2.

Penſio *ſiue annuus cenſus, ſiue reditus, eſt de loco vbi deſtinata eſt ſolutio*, c.194.nu.2.

In emptorem illarum non transfertur dominium rerum obligatarum, ſed tantùm hypotheca, ibid.num.5.

An ſint mobiles vel immobiles, vide Cenſus.

Penſio ſuper beneficio *coram ſummo Pontifice imponi poteſt, & beneficium coram Ordinario reſignari*, c.82.nu.1.

Imponi poteſt poſt mandatum de reſignando, ibid.nu.2. ¶ *Dum tamen mandatum ad reſignandum fiat cum reſeruatione penſionis, ibid.nu.3.* ¶ *Vel penſio reſeruetur ante admiſſam reſignationem, ibid.nu.4.*

Per Papam vſque ad dimidiam fructuum imponi poteſt, quamuis in Gallia, tertiam excedere non poſſit, quod tamen non ſeruatur in patria iuris ſcripti, c.137.nu.13.14.15. ¶ *In Gallia licet tertiam excedere non poſſit, tamen ſi maior imponatur, nec is qui conſenſum præſtitit, nec eius ſucceſſor, reclamare poteſt*, c.200.nu.8.

Licet morte penſionarij extinguatur, tamen cum authoritate Papæ, & conſenſu eius qui ad eam tenetur, in alium transferri poteſt, c.206.num.4.

Propter exceſſum non redditur nulla, ſed reducibus inſtante reſignatarij ſucceſſore per obitum, conſ.137.numer.16.

Eſt ius reale beneficio inhærens, & tranſit in ſucceſſores etiam per obitum, c.166.num.7.c.206.num.3.

In Gallia non niſi ex tribus cauſis imponi poteſt, c.206.nu.1. ¶ *Solet tamen Rex extra eas cauſas in beneficijs ad ſuam nominationem pertinentibus aſſignare, quæ ſi à Papa confirmetur, valet, ibid.num.2.*

Super beneficijs Curatis, an tranſeat in ſucceſſorem, vide Reſignatarius, & Succeſſor.

Penſio vidualis *quomodo æſtimanda*, c.151.nu.8.

Periculum nominum, *vide* Nomen.

Perjuri *non ſunt audiendi*, c.137.num.9.

Permutatio *beneficij, cum ſuperioris authoritate fieri debet, alias eſt ſimoniaca*, c.172.n.3.4.

Perſona *magis dilecta, vt excludat ſubſtitutum, debet eſſe inſtituta, non minùs ac illa, de cuius ſubſtitutione agitur, nec ſufficit quod ſit in re particulari inſtituta*, c.139.num.24.25. *Fallit ſi ſubſtitutus ab inteſtato ſuccederet cum pupillo ſuperſtite, ibid.nu.26.*

Pertinentiarum *appellatione veniunt omnia intra fines poſſeſſa*, c.9.nu.24.

Pluralitas *quando reſoluatur in ſingularitatem*, vide Verba.

Petitorium, *vide* Poſſeſſorium.

Pœnæ *contra ſecundo nubentes*, vide Nuptiarum ſecundarum.

Iniuriarum, vide Iniuria.

Portio congrua, *vide* Congrua.

Portus de Nouis, *vide* Nouarum.

Poſitio *ſi negata ſit, nemo ea ſe iuuare poteſt, ſicut nec eo quod impugnauit*, c.1.nu.151.

Tantum valet, quantum ſonat, nec extenditur contra ius, ibid.nu.162.

Iurata à Domino mutari non poteſt, c.185.n.7.

Poſſeſſio *immemorialis*, vide Immemorialis.

Naturalis, quæ ſit, c.93.num.9. ¶ *Præualet ciuili, ibid.num.2.* ¶ *Sterilis eſt, ſi tantùm verbalis eſt, ſeu inſtrumentalis, & ſine exercitio, ibid.n.3.*

Ciuilis, quæ ſit, ibid.nu.8.

Ad effectum optandi, licet poſſeſſionis antiquitas ſpectanda videatur, non prouiſionis, tamen quandoque contrarium ſtatuitur, ibid.num.1.& 7. ¶ *Et ſufficit poſſeſſio abſque ſeruitio, ibid.n.11.*

Turbata retrotrahitur, & antiquitas currit à primo actu poſſeſſionis, ibid.n.4.

Quando conſiſtit in facto, factum ipſum probari debet in tempore competenti, c.103.num.8.

Stantibus contrariis poſſeſſionibus, quæ præferenda, c.155.num.5. ¶ *Cum titulo, præfertur ei, quæ nullum habet, ibid.nu.6.*

Acquiritur per vnicum actum, c.60.num.9. ¶ *Quaſi poſſeſſio acquiritur per vnicum actum, quando non conſtat de poſſeſſione aduerſarij, contrarium*, c.59.num.4. 5.13.

Beneficij vniti, propria authoritate capi poteſt, c.157. num.21.

Eccleſia Parrochialis, ſumi debet die feſto, ibid.numer.28.

Triennalis prodeſt excommunicato, c.141.num.11. & ſeqq. ¶ *Impedit ſequeſtrationem fructuum*, c.197.n.10.

Beneficij, retinetur per clauſulam, fructus percipiendi authoritate propria, c.200.nu.10.

Poſſeſſor *dicitur, etiam qui non percipit fructus*, c.93.num.10.

Bonæ fidei an & quando teneatur ad reſtitutionem fructuum, vel non, vide Fructus.

In rei vendicatione, non efficitur malæ fidei, niſi poſt litem conteſtatam. at in petitione hæreditatis per ſolam litem motam, c.33.num.19.

Malæ fidei, tenetur ad reſtitutionem omnium fructuū,

etiam

ſitam percipiendorum, c.123. nu.8. ¶ Nec trienny vſucapione ſe iuuare poteſt, in caſibus, in quibus tenetur ad reſtitutionem, ibid.nu.9.

Prædij vel territorij per flumen conſumpti, vide Territorium.

Via vicinalis, vide Via.

Poſſeſſorium *remedium* ex l.vlt.C.de edic. diui Adria.tollen. *niſi ei qui ex teſtamento vocatur, c.1.nu.2. c.3.nu.2.c.13 nu.1. ¶ Non datur veniente ab inteſtato, licet ex depoſitionibus teſtium conſtet eum eſſe ſucceſſurum, c.1.num.3. ¶ Non datur vocato in Codicillis, ibid. nu.4. ¶ Nec per teſtamentum vocato, ſi in re certa inſtitutus ſit, ibid. nu.5. ¶ Non datur fideicommiſſario, ſi ei re, vel verbo, vel ipſo iure non fuerit facta reſtitutio, c.1.num.7.*

Non datur in Maioratibus, niſi quis ſit in tota, vel quota parte hæreditatis inſtitutus, c.1.num.6. ¶ Nec ei qui Maioratum præſcriptione inductum prætendit, ibid. n.8.c.3.num.4.c.13. nu.3. ¶ Et ſi detur aliquo caſu, habet cauſam proprietatis annexam, c.1.nu.10.c.14.nu.18. vide Proprietatis.

Quoties petitorium illud abſorbet, non habetur ratio poſſeſſorij, c.1.nu.15. ¶ Quoties petitorium intentatur cum poſſeſſorio, ei obſtat, qui melius probat in petitorio, ibid.nu.16.

Poſtergatio *quod fieri non debeat, habet tantùm locum in feudo mere mixto, c.1.num.88. ¶ In feudo mixto, vltimus poſſeſſor poteſt vnum ex pluribus eiuſdem gradus præferre alijs, ſed non poteſt poſtergare gradum, & remotiorem vocare, c.3.num.144. At in hæreditario poteſt præferre remotiorem, modo ſit de comprehenſis in inueſtitura, ibid.nu.145.c.17.n.19.*

Præcedentia *nunquam cenſentur repetita in ſequentibus, quando agitur de repetenda qualitate aduerſus diſpoſitionem iuris communis, c.1.nu.213.217.*

Non debent corrigi per clauſulam poſtea adiectam, c.3.num.112.

Prælegatum *ſimpliciter relictum, pro concurrenti quantitate imputatur in legitimam, c.130.nu.2. ¶ Idemque eſt ſtatuendum, licet illi adiectum ſit fideicommiſſum, ibid.nu.3.*

Venit in reſtitutionem, quando ante hæredis inſtitutionem factum eſt, & vnus alteri ſimpliciter ſubſtitutus eſt abſque mentione partis, vel hæreditatis, c.177. nu.1. ¶ Nec fit diſtinctio inter hæredes extraneos, vel ſuos, ibid.num.2. ¶ Licet adſit clauſula, in omnibus verò alijs ſuis bonis, *ibid.num.3. ¶ Idem quando abſorbet hæreditatem, licet poſt hæredis inſtitutionem factum ſit, ibid. nu.4. ¶ Et quando per modum diuiſionis factum eſt, ibid.nu.5.*

Debiti, non venit in reſtitutionem, c.41.n.13.

Prærogatiua *ſexus, vel ætatis, intelligitur ſolùm in ſucceſſione ab inteſtato, c.2.nu.32.*

Præſcriptio *corruit, ſi eius initium allegetur quod reperiatur falſum, c.1.nu.130.*

Tantum valet, quantum ſonat, nec de caſu ad caſum extenditur contra Ius, ibid nu.162 c.2.nu.5.

Si non continet, quod ab homine definitum eſt, continet, quod à iure, vel conſuetudine definitum eſt, c.1. numero 181.

Inducens prærogatiuam ſexus, vel ætatis, intelligitur tantùm ab inteſtato, c.2.nu.32.

Si dicatur cœpta ab aliquo, in quo ſit falſa, corruit omnino, quodcumque tempus ſecutum fuerit, conſ.2. numer.89.

Eſt ſtricti iuris, c.3. nu.21.c.103.nu.10.11.

Ad illam, quæ requirantur, c.69.nu.15.

Conſtituit alicui ius priuatum, & contra aliquem determinatè, c.46.nu.16.

Reſpicit bonum vnius, & damnum alterius, ibid. numer.17.

Dicitur, & non conſuetudo, quoties perſona priuata contra Communitatem, vel Vniuerſitatem: vel Communitas contra aliam Communitatem aliquid acquirit, c.46.nu.18.20. ¶ Item quando Communitas, vel Vniuerſitas acquirit exemptionem à decimis in certo genere fructuum, ibid.nu.21.24.

Omnis præſcriptio, eſt conſuetudo, ſed non omnis conſuetudo, eſt præſcriptio, c.46.nu.22.

Dicitur præſcriptio, & non conſuetudo, ſi promiſcuo vſu paſcua duarum Ciuitatum ſunt communia, ibid.nu.23. ¶ Item quoties quid acquirit vni, & aufert alteri, nec acquirens, aut contra quem acquiritur, eſt priuata perſona, vel Communitas, facit vt ſit conſuetudo, ſed ſi ius diſponens introducitur, ibid.nu.25.c.47.nu.18.c.51. nu.1.2.

Et ex eo generaliter differt à conſuetudine, c.48.nu.3. 4. ¶ Differt eſſentialiter à conſuetudine, quod per præſcriptionem ius aufertur ab vno, & acquiritur alteri, c.47.nu.3.c.51.num.12. Per conſuetudinem verò vni quidem acquiritur, ſed non aufertur alteri, c.46. nu.19.

Sine poſſeſſione induci non poteſt, c.51.n.15.

Non procedit contra limites Prouinciarum ſeu Monarchiarum, c.57.n.23.

Non currit contra vxorem pendente matrimonio, c.79.nu.13.

Non præſumitur, niſi probetur, c.96.num.3.

De iure Canonico, ſtante mala fide, nunquam procedit, ibid.nu.4.

Dormit tempore mortalitatis, & belli, ibid.nu.6.

Vt procedat, quæ requirantur, c.98.nu.3.

Contra legitimam currit à die mortis patris, c.131. nu.5.

Contra hypothecariam non currit, niſi re euicta, aut lite mota, c.159. nu.2.

Hypothecaria præſcribitur 10. vel 20. annis cum titulo, & ſine titulo 30. per tertium poſſeſſorem, c.159.nu.3. Etiam non diſcuſſis bonis principalis, ibid.n.4.

Impeditur per iuramentum, ibid.nu.1. ſi tamen hæres eam incipiat, non impeditur, ibid.n.9.

De iure ciuili incipere poteſt nedum à primo hærede, ſed etiam ab ipſo debitore, & ita ſeruatur in Gallia, c.131.nu.6.

Non currit agere non valenti, c.159.n.52.c.74.num.19. c.176. nu.21.

Impedit litis ingreſſum, c.162.nu.12.

Iure Gallico currit non obſtante litis conteſtatione, c.199.n.5 c.203. nu.10.

In feudo hæreditario nocet ſucceſſoribus, ſecus in feudo ex pacto & prouidentia, c.2.nu.118.

Qua fœmina per maſculos excluduntur, non poteſt induci, niſi ſciente Principe. c.3.n.52.93.174.

Excludens fœminas propter maſculos, procedit tantum ab inteſtato, c.17.n.34.c.3.n.53.94.175.

Contra Regalia & Principi reſeruata, vide Regalia.

Præſcriptio & Conſuetudo, in materia exemptionis à decimis, per DD. & Synonyma confunduntur, c.46. numero 26.

Qua quæritur exemptio à decimis, eſt odioſa, quatenus per eam huiuſmodi exemptio acquiritur, non quatenus debet eſſe immemorialis, vel quadragenaria cum titulo, imo eſt fauorabilis, c.46.num.33.

Acquirit ius conferendi beneficia, & ſufficit ſola bona fides, cum lapſu temporis, abſque titulo, c.59. nu.6.

Non interrumpitur per proteſtationem extraiudicialem, ſed requiritur petitio iudicialis, c.199.n.4.

Ordinaria, & non longiſſimi temporis 30. vel 40. annorum, excluditur in re ſubiecta fideicommiſſo, vel alienari prohibita per l. final. §. ſed quia C. commun. de leg. *c. 34. num. 2.* ¶ *Quod etiam habet locum in rebus maioratus, & perpetuo fideicommiſſo ſubiectis, ibid. numer. 2.* ¶ *Et licet in puncto iuris verius ſit, vt noceat ſucceſſore, communis tamen eſt in contrarium, ibid. numer. 3. 4.*

Centenaria tamen nocet ſucceſſori, in caſibus de quibus ſupra, ibid. num. 5. ¶ *Nec aduerſus eam datur reſtitutio ex capite ignorantia, ibid. num. 6.* ¶ *Per eam acquiritur Iuſpatronatus, c. 24. num. 12. quod multo magis, tanto tempore in fauorem Eccleſia admittitur: ibid. num. 13.* ¶ *Quandoque pro immemoriali accipitur, c. 47. num. 34.* ¶ *Habet vim immemorialis, & alia priuilegia, c. 50 num. 1.* ¶ *An probetur per inſtrumenta, ibid. nu. 2.* ¶ *Per teſtes quomodo probetur, c. 47. num. 36. c. 50. nu. 3.* ¶ *Licet probetur centenaria, non tamen probatur immemorialis, c. 50. nu. 5.* ¶ *Non eſt maior immemoriali, imo aeque par, ibid. nu. 6.* ¶ *Quoties praſumptio eſt contra ſe iuuantem centenaria, neceſſarius eſt titulus, ibid. nu. 8. c. 51. num. 18.* ¶ *Requiritur contra Eccleſiam Romanam, & iura ſuprema, c. 57. num. 24. c. 196. num. 5.* ¶ *Afficit etiam impraeſcriptibilia, nec requiritur ſcientia, & patientia ſuperioris, habétque vim priuilegij, c. 59. nu. 7. 8. 9.*

Immemorialis, vide in littera I.

Quadragenaria requiritur contra Eccleſiam, etiam fauore alterius Eccleſia, c. 87. num. 13. ¶ *Aduerſus eam datur reſtitutio ex capite ignorantia, c. 96. num. 7. c. 174. num. 17.* ¶ *Requiritur vt lex Canonica praeſcribatur, c. 166. num. 19.*

Triginta annorum in Gallia, & de iure ciuili currit contra legitimam, eiúſque ſupplementum, contra legata, & omnia debita perſonalia, c. 131. num. 1. 2. 3. 4. ¶ *Decurſa poſt maioritatem, impedit ne agatur ad redditionem rationum contra tutorem, aut curatorem, ibid. numero 10.*

Præſentatio *Prioris, de perſona Vicarij, vel ſecundarij. Epiſcopi approbationem praecedere debet, c. 87. num. 1.*

Præſumptio *ſemper ſtat pro inſtrumento, c. 1. numer. 129.*

Vna tollit aliam, c. 16. num. 44. c. 160. num. 20. c. 3. nu. 197. c. 30. num. 21.

Ceſſat, vbi conſtat de veritate rei, c. 4. num. 74.

Quoties adeſt contra ſe iuuantem centenaria, requiritur titulus, qui in immemoriali nunquam requiritur, c. 50. nu. 8. c. 51. nu. 18.

Tollitur ex contraria probatione, c. 185. nu. 2.

Non extenditur, c. 35. nu. 6.

Præteritio *poſthumi, an ita rumpat teſtamentum, vt ſuſtineri nequeat in vim fideicommiſſi*, vide Clauſula Codicillaris.

Præteritum *imperfectum ſubiunctiui modi, importat tempus praeſens, & futurum, conſil. 108. numero 4.*

Pretium *rei, quod ex conuentione ſubſtituitur loco rei diſtracta, eſt eiuſdem natura, c. 215. n. 1.*

Pretij partem facit onus appoſitum in venditione, c. 329. nu. 2.

Minuitur in terminis l. 2. C. de reſcind. vend. *ex onere appoſito, ibid. num. 3.*

Primogenitura *per praeſcriptionem, etiam centenariam, ſi praetendatur inducta, eiúſque origo proponatur, qua vera non ſit, corruit praeſcriptio, c. 1. nu. 130. c. 3. num. 92. c. 16. n. 76. c. 17. nu. 25.*

Qualis ſit, ſi non conſtet ex depoſitionibus teſtium, vel ſi indefinite, & indeterminatè probata eſt, debet intelligi ſecundùm conſuetudinem regionis, c. 1. nu. 168. c. 3. nu. 28.

Gentilitia, maſculina, vt ſit, debet eſſe perpetua maſculorum mentio, c. 1. num. 188. & ſeqq.

In ſuo caſu tantùm, procedit, nec ad alium extenditur, c. 2. n. 6. 34. 92.

Simpliciter inducta, intelligitur tantùm ab inteſtato, c. 2. n. 6. 31. 32.

Non habet locum niſi ab inteſtato, in feudo conceſſo alicui & heredibus quibuſcumque, ita vt in eo viuatur iure Francorum, c. 2. nu. 8.

Non poteſt in vna familia, praeſcriptione, vel conſuetudine induci, niſi Principe approbante, conſil. 2. numer. 33.

Qua temporis antiquitate conſtat, debet probari per teſtes graues, & bona fama, eóſque tales eſſe probandum & articulandum eſt, c. 3. num. 19.

Excluditur, ſi plures ſuccedere poſſunt, c. 3. nu. 155. 162. 163. c. 16. nu. 78.

Etiam alia, quàm Iuris Francorum, conſuetudine inducta, habet tantùm locum ab inteſtato, conſil. 16. numero 20.

Perpetua inducitur ex grauamine ferendi nomen & arma iniuncto in perpetuum, c. 52. numer. 3. c. 109. numero 12.

Lineam vnam, ſi ſemel occupauit, non fit tranſitus ad aliam, c. 124. n. 24.

Veteris teſtamenti longè differt à noſtra, nec ab vna ad aliam inferri poteſt, c. 1. nu. 234.

Inducta, vel reiecta per tranſactionem, non poteſt ab alio in dubium reuocari, per eandem tranſactionem, maximè ſi ſit filius eius, in fauorem cuius vel reiecta, vel indubitata fuit inducta, primogenitura, conſil. 1. numer. 257.

De vſu & Iure Francorum antiquiſſimo inter ipſaſmet filias locus erat primogenitura, conſil. 1. numero 237.

Iuris Francorum habet tantùm locum inter deſcendentes vltimò defuncti, c. 3. num. 29. 171. c. 4. numer. 37. c. 18. num. 1. ¶ *Et ex ſua propria natura tantùm habet locum in ſucceſſione ab inteſtato, c. 3. num. 32. 33. 172. c. 16. num. 15.* ¶ *Locum habet in faeminis, adeo vt filia primogeniti ſemel admiſſi excludat patruum, c. 2. num. 11. 12. 36. 93.*

Primogenitura allegatione ſemel reiecta, eadem quis in odium eius inſinuare non poteſt, conſ. 16. numero 33.

An faeminae capaces ſint primogenitura Iuris Francorum, etiam ad excluſionem patrui, c. 17. nu. 29. & vide Fœmina.

An in primogenituris nepos patruo, vel patruus nepoti praeferendus ſit, vide Nepotes. & Patruus.

Primogenitus *an teneatur ad debita praedeceſſoris*, vide Succeſſor.

Quod ſolus ſuccedat, vel quod ſuccedat de Iure Francorum paria ſunt, c. 6. numer. 8. ¶ *De Iure Francorum quando ſuccedit, ſecundogenito, vitam tantùm & militiam dare tenetur, c. 14. nu. 39.*

In Gallia ex conſuetudine generali praefertur caeteris, quod quomodo hodie procedat, c. 4. numer. 32. 36.

Caeteros excludit, ſi alicui, & eius deſcendentibus, iniunctum fuerit onus ferendi nomen & arma, c. 109. nu. 12.

Si ſemel fuerit admiſſus, eius filia excludit patruum, c. 1. num. 229. ¶ *Et in feudo iuris Francorum, ſecundogenito ſemel excluſo, omnes eius deſcendentes perpetuò excludantur per deſcendentes primogeniti, c. 1. num. 221. c. 3. num. 42. c. 6. nu. 1.*

De filia primogeniti, vide Fœmina. *verſ. filia primogeniti.*

Primogeniti appellatione continetur filia, c.1.numero 187.

Princeps, *& eius ſucceſſores obligantur ex contractu ab ipſo inito*, c.24.nu.7.c.96 num.1.

Legem condendo, non poteſt recedere à contractu à ſe inito, ibid.n.8.

Ex ſuis contractibus transfert dominium abſque traditione, c.57. num.22.

Non poteſt tollere ius quæſitum per ius gentium, c.77. num.9.

An & quando tollere poſſit ius quæſitum tertio per ſententiam, c.121.nu.7.10.

Ordinare poteſt, ne quis audiatur à ſuis Magiſtratibus, & eorum iuriſdictionem moderari, ibid.nu.8.

Reſcribere poteſt, vt ſententia abſolutoria propter delicti atrocitatem, iterum videatur, c.217.n.3.

Sæcularis, an poſſit ſtatuere circa validitatem, vel inualiditatem matrimonij, vide Matrimonium.

Dicitur patronus Eccleſiarum cathedralium quoad protectionem, non quoad ius præſentandi, c.25. numero 3.

Principis ſcientia, quando eſt neceſſaria, ſufficit ſcientia Officialium, eaq. ex lapſu centum annorum præſumitur, c.36 num.11.

Principi, particulares præiudicare non poſſunt, c.57. nu.30.

Damnum quod ex facto Principis accidit, cedit ceſſionario, c.190.nu.5.

Prior *habet intentionem fundatam ſuper decimis*, c.51. num.19.

Non poteſt præiudicare ſucceſſoribus, c.87.num.9.

Vicarium præſentare debet Epiſcopo, antequam approbetur, ibid.num.11.

An, & quatenus teneatur ad reparationes Eccleſiæ, vide Parrochiani, *vel* Reparationes.

An teneatur ad reparationes murorum, c.196.numero 6.

Priuatio *præſupponit habitum*, c.81.nu.9.

Priuilegiatus *quod non vtatur priuilegio contra priuilegiatum, limitatur*, c.46.num.51.

Priuilegium *tantum valet, quantum ſonat, nec extenditur contra ius*, c.1.nu.162.c.3. nu.21.

Ceſſat, vbi adeſt dolus, c.42.nu.2.

Probare *in continenti dicitur nominatim in inſtrumento, quod in dubium reuocari non poteſt*, c.1.num.27. ¶ *Quando quis dicatur probare in continenti*, c.14 numero 29.

Probatio *dicitur offerri in continenti, quando fit per inſtrumenta*, c.11.nu.12.c.14.nu.41.

Ex confeſſione propria, vide Confeſſio.

Quam fidem faciat, pendet ex arbitrio Iudicis, c. 126.n.6.

Ex comparatione litterarum, vide Scriptura.

Probationes diuerſæ ſpeciei coniunguntur in materia difficilis probationis, c.1.nu.68. ¶ *Et admittuntur etiam per coniecturas* c.125 num.3.

In criminalibus, debent eſſe clariſſimæ, c.127.num.3. ¶ *imperfectæ non iunguntur*, ibid.numero 5. ¶ *Caſu quo imperfectæ iungi poſſint in crimine confidentiæ, vnaquæque ſemiplenè probari debet*, ibidem, numero 6.

Procurator *an & quando ſalarium petere poſſit*, vide Salarium.

Eius confeſſio in vno iudicio facta, vel erronea, quam fidem faciat, & an reuocari poſſit, vide Confeſſio.

Eius confeſſio tacita reſultans ex productione inſtrumentorum, non nocet Domino, c.85.num.8.

Eius ſcientia non afficit Dominum quoad pœnam, c. 11.nu.35.48.

Eius geſtis Dominus ſtare tenetur, c.157. nu.3. ¶ *Geſta ante reuocationis intimationem tenent*, ibid. num.5. ¶ *Per eum geſtis, cenſentur per mandantem geſta*, ibid. num.8.

Prodigus *validè contrahit, donec talis declaratus ſit, & datus Curator*, c.162.nu.17.

Producens *inſtrumentum fatetur omnia in eo contenta*, c.1.n.100. vide Documenta.

Productiones *per partem aduerſam factæ dicuntur probatio probata*, c.58.nu.4.

Prohibitio *de alienando*, vide Alienationis.

Proles, *vt legitima dicatur, ſufficit figura matrimonij*, c.108.num.6. & vide Ignorantia. & Matrimonium.

Promiſsio *de dote reſtituenda filiis, vel cui de iure, ſimpliciter facta, & abſque ſtipulatione, cenſetur facta in fauorem eorum, quorum intereſt, & ſecundum iuris ordinem intelligi debet*, c.154.num.8.9.

Sub certo tempore facta, ante tempus non poteſt exigi, vel ſolui, c.227.nu 2.

Propriè, *& per extenſionem, quid contineri, valdè differunt*, c.25. nu.8.

Proprietatis *cauſam habent annexam remedia poſſeſſoria quoties dantur pro maioratu*, c.14.nu.18. & vide Remedium.

Et pleraque interdicta, ibid.n.19.

Articulus, admittitur in remedio manutenendæ, ibid.nu.20.32.

Sicut & in remedio adipiſcendæ, non excluditur proprietatis articulus, ibid. num. 21. *Nec in remedio recuperandæ, ſi nedum de non iure ſpoliati, ſed etiam de iure ſpoliantis conſtet, quo caſu actor ſuccumbere debet*, ibid.num 22. ¶ *Non reijcitur etiam in remedio recuperandæ, ſi in continenti offeratur probanda, vbi inſpecta ſola facti veritate proceditur*, ibid. nu.36.

Proſpectus *ſeruitus impedit quominus arbores plantentur*, c.100.n.5.

Proteſtatio *contra teſtium productionem, facit ne quis eorum depoſitionibus ſe iuuare poſſit*, conſil.1.numer.152.

Impedit nouationem, c.107.nu.10.

Conſeruatoria iuris proprij, & ex qua ſequitur præiudicium tertij, debet illi denunciari, c.176.num.16. ¶ *Fallit ſi adſit eminens periculum*, ibid.nu.17. ¶ *Nec opus eſt vt fiat præſente parte, quando metus concurrit*, ibid.nu 19.

Extraiudicialis, non interrumpit præſcriptionem, c. 199.nu.4.

Protonotariorum, *etiam à Legatis creatorum, beneficia ſunt reſeruata*, c.29.n.8.

Prouincia Prouinciæ *à quo tempore Regi acquiſita fuerit*, c.63. num. 27. *a quo tempore Regnum Franciæ recognouerit*, conſil.124.numer.16. vide Reges.

Prouiſio *hominis facit ceſſare prouiſionem legis*, c. 30.num.19.

Prouiſus *à poſſeſſore, præfertur prouiſo à vero collatore* c.59.num.16.

Proximiores *quando vocantur, grauantis, & non grauati intelliguntur, maximè ſi, qui ſe proximiores dicunt, non ſint de familia grauantis*, c.193. numero 1.2.

Pupillaris *tacita, aut non inducitur, aut non ita facilè*, c 139 n.12.

Pupilli *fauore pecunia deſtinata ad emptionem immobilium, cenſetur immobilis*, c.72.nu.22.

*** 3

Q

QValitas ſi allegetur, probari debet, c.1.nu.31.

Quarta vnica tantùm quandoque per filios detrahi poteſt, c.109.nu.33. ¶ Vnica detrahi poteſt de iure Ciuili, c.130.num.15. ¶ Duplex non detrahitur, quando inſtitutio, vel ſubſtitutio directa, ſuſtinetur per clauſulam Codicillarem in vim fideicommiſsi, c.33.n.7. ¶ Duplex detrahitur per filium grauatum in diem, vel ſub conditione, ſecus ſi purè, ibid.nu.6.

Falcidia, vide in littera F.

Iure naturæ debita, vide Legitima.

Trebellianica, vide in littera T.

Epiſcopalis, quæ & Canonica portio vocatur, quid ſit, c.99.nu.1. ¶ Quo iure introducta, ibid.nu.2. ¶ Qua de cauſa, ibid.nu.3. ¶ Quanta ſit, ibid.

Conſuetudine in totum tolli poteſt, ibid.num.7.

Regulariter debetur ſine onere, ibid.nu.8.

Pro eius rata Epiſcopus tenetur ad reparationes Eccleſiæ, & ſalaria Concionatorum, conſuetudini tamen ſtandum eſt, ibid.nu.9.11.12.

R

RAtificatio fit per eum qui facto & re ipſa approbat, & non minus re, quam verbis, c.57.num.19.20.

Rationum tutelarium redditio præſcribitur 30. annis, c.124.nu.32.

Reciproca tacita, & fideicommiſſaria, non dicitur inducta, niſi tribus concurrentibus, de quibus, c.139.num.11.

Non inducitur inter plures impuberes inſtitutos, quibus in pupillari ætate decedentibus, datus eſt ſubſtitutus, ibid.num.15.

Fieri debet inter plures inſtitutos, & expreſſè vocatos, ibid num.16.

Recognitio ſcripturæ per teſtes, plenè probat, c.232.nu.8.

Recuperandæ remedium, vide Proprietatis, & Remedium.

Reditus annui, vide Cenſus.

Reductio cenſus annui, quæ ceſſionarij culpa accidit, eius periculo cedit, c.190.nu.1.

Cenſuum Eccleſia, vide Extrauagans.

Regalia & Principi reſeruata, præſcribuntur tanto tempore, cuius initij memoria non extat, c.24.num.16. ¶ Et ad hoc ſcientia Principis, vel non eſt neceſſaria, vel tanto tempore præſumitur, ibid.nu.13.

Regaliarum ius Regi Chriſtianiſſimo competens, conſiſtit in adminiſtratione fructuum, & collatione beneficiorum, Epiſcopali ſede vacante, c.25.nu.4. ¶ Illud non habet Rex in omnibus Eccleſijs cathedralibus, ibid.num.5.

Reges Francorum à quo tempore acquiſiuerunt Ducatum Narbonenſem, vide Narbonenſis. Comitatum Tholoſæ, vide Tholoſæ. Prouinciæ, vide Prouinciæ.

Prouinciæ, quando Comites vocari cœperint, c.57.nu.43. & ibi videbis varia bella eorumque ſucceſſus inter Cladouæum quintum Regem Francorum, & Gondebaut Regem Burgundiæ.

Regnum Neapolitanum, vide Neapolitanum.

Regula, qui prior eſt in gradu, prior eſt in ſucceſſione, procedit in fideicommiſſo facto à conſobrinis, c.113.num.9.

De triennali, prodeſt ſæculari, qui pacificè poſſedit beneficium regulare, & è contra, c.60.num.10. ¶ Locum habet in Capellania, c.146.num.1. ¶ Sufficit ad illam, vt procedat, titulus coloratus, c.197.num.7. ¶ Impedit ſequeſtrationem fructuum, nec illi derogari poteſt, ibid.nu.10. ¶ Non prodeſt ſimoniaco, c.225.nu.14.

De Infirmis reſignantibus, in Gallia non habet locum in Ordinario, c.63.nu.10.

De pacificis poſſeſſoribus, non prodeſt ei, qui non habet titulum verum, aut coloratum, & cuius poſſeſſio eſt turbata, c.69.nu.16. ¶ Non prodeſt prouiſo, ſi inhabilis eſt, aut collatio nulla, c.146.nu.8.9.

De veriſimili notitia, locum habet in legato, c.147.n.1. ¶ Et in Ordinario, ibid.nu.7.

De publicandis reſignationibus, ante Gregorium 13. non habebat locum, ſi quis fuiſſet in poſſeſſione ante mortem reſignantis, etſi tempus ad publicandum effluxiſſet, c.29.n.1. Secus poſt eius Conſtitutionem, ibid.n.2. ¶ Pœna dictæ conſtitutionis non committitur propter ceſſionem iurium non publicatam, ſi is in cuius fauorem fit, ſe iuuet antiqua ſua prouiſione, nec nouam accipiat, ibid.nu.4. ¶ Pij V. & Gregorij XIII. quomodo differant, ibid.nu.3. ¶ Inducta eſt ad obuiandum fraudibus, quæ in clandeſtinis reſignationibus committuntur, ibid.n.9.

Non facit ius, ſed ex iure fit regula, c.165.nu.9.

Firmatur per exceptionem contrariam, c.166.nu.21.

Regulares an poſſint conferre beneficia ſæcularia, vide Beneficium.

Regularia beneficia, quibus & à quibus conferenda ſint, vide Beneficium, verſic. Regulare.

Relatio fieri debet ad proximiora, & ſic, vt aliquid operetur, nec ſequatur abſurdum, c.8.num.8.9.10.

Relatiuum, vt ſupra, induit repetitionem, c.154.num.7.

Qui, vide Clauſula, verſ. Qui de iure ſuccedere.

Relictum, quoties eſt inutile, niſi confirmetur per declarationem, eadem ſolemnitas requiritur in declarando, quæ in dando, c.55.num.8. ¶ Non inducitur per verbum volo relinquere, per ſe ſolum, ibid.nu.9.

Religioſi de conſuetudine Galliæ, nec ſunt capaces ſucceſſionis, nec faciunt partem, ſed perinde habentur, ac ſi mortui eſſent, c.116.num.6.c.117.num.5. ¶ Eorum pars accreſcit omnibus filijs, c.117.num.7.

Reliquorum legatum factum tutori, quid operetur, vide Tutor.

Remedium recuperandæ, adipiſcendæ, manutenendæ, vide Poſſeſſorium, vel Proprietatis.

Recuperandæ, admittit exceptionem non iuris actoris iunctam cum iure rei, & qui melius in petitoria probat, obtinere debet, c.3.num.7.

Renuncians non auditur in terminis l. hac edictali C. de ſecund. nupt. c.81.nu.7. contra, nu.22. ¶ Eius pars accreſcit hæredi, c.117.num.7. vide in ſequenti verbo.

Renunciatio omni iuris & legum auxilio, reſtringitur ad caſus ſimiles expreſſis, c.19.nu.38.

Donatio, & obligatio facta à minore 16. annorum ingreſſuro monaſterium, an ſubſiſtat e.16. ſeſſio.25. de Regulari. in Concil. Trident. c.134.num.1.2.5.

Facta per procuratorem retrotrahitur ad diem mandati, c.166.num.13.

Fieri tantùm poteſt iuri præſenti, & non futuro, c.222.nu.1. ¶ Non cenſetur facta fideicommiſſo conditionali, per diuiſionem bonorum illi ſubiectorum, ibid.nu.3. licet adſit pactum de non contraueniendo, præſertim in exequutiuis, ibid.nu.7.

Generalis non comprehendit ea, quibus veriſimiliter quis non renunciaſſet, ſi dictum fuiſſet, ibi.n.4. ¶ Quamuis iurata non trahitur ad ius futurum & ſuperueniens, ibid.nu.5.

Reparationes in liquidatione legitimæ, & reſtitutione fideicommiſſi, per peritos Burgenſes æſtimandæ ſunt,

ſunt, *c.135. nu.1.* ¶ *Et habenda eſt ratio valoris melio-rationum, vel conſiderata impenſa, vel quantum melio-ratum, prout magis expedit fideicommiſſario, ibid. nu. 2.* ¶ *An vt extant, an verò ruderum facienda ſit æſtimatio, ibid. num. 2.3.4.* ¶ *Si fideicommiſſarius non ſit diues, & eas non erat facturus, nec res venalis ſit, rudera æſtimari debent, aut hæres ſine rei detrimento tollere poteſt, ibid. nu. 6.* ¶ *Poſito æſtimationem reparationum vt extant, faciendam eſſe, non niſi ex reditibus, & eorum habita ratione facienda eſt, ibid. num. 6.* ¶ *Quod procedit in vtilibus, neceſſario enim boni viri arbitratu æſtimanda ſunt, ibid. n. 7.* ¶ *Sed nec omnes neceſſaria reſtituendo ſunt, ſed tantùm quæ pro reſtaurando ædificio, non quæ pro reficiendo, vel fulciendo ſunt, ibid. nu. 8.*

Eccleſiæ, ſi magna ſint, ſpectant ad parrochianos, c. 115. num 6. ¶ *Imprimis ſpectanda eſt conſuetudo loci, c. 144. nu. 1. de qua ſi non apparet, & Eccleſia habet pro fabrica vel reparatione aliquam partem fructuum ad eas ille tenetur qui eam percipit, ibid. num. 2.* ¶ *Iis ceſſantibus, Rector, & qui decimas percipiunt, pro rata contribuere debent, ibid. nu. 3.* ¶ *Licet hoc ſit de rigore, tamen populus contribuere debet, ibid. num. 8.* ¶ *In hac patria populus condemnari ſolet ad reparationem nauis Eccleſiæ, Presbyterij verò Prior, c. 144. nu. 9.*

Repetitio *inducitur per relatiuum*, vt ſuprà, *c. 154 num. 7.*

Dictio maſculorum, *difficilius ſit in conditione* ſi ſine liberis, *quàm in conditione*, ſi ſine filijs, *c. 23. nu. 25.*

Indebitè ſolutis, vide Indebitum.

Repræſentatio *non habet locum in fideicommiſſo ab alio quàm ab aſcendentibus, patruo, vel auunculo facto, c. 113. num. 5.* ¶ *In dubio contra illam reſpondendum eſt, ibid. n. 11. c. 158. nu. 11.* ¶ *Ceſſat quando iure proximitatis defertur hæreditas, c. 124. n. 8.* ¶ *In fideicommiſſo relicto filijs, fruſtra quæritur de repræſentatione, ſi nepotes non intelliguntur grauati, c. 178. num. 15.* ¶ *Non habet locum inter aſcendentes, c. 204. nu. 2.*

Vt locum habeat, ſufficit filios eſſe natos tempore exiſtentis conditionis, c. 178. num. 15.

Locum habet in ſucceßione aſcendentium, etiam in fideicommiſſis, c. 218. num. 7.

Operatur tantùm, vt remotior cum proximiori concurrat, non vt proximiorem excludat, c. 124. n. 7.

Ceſſat in fideicommißis, c. 178. nu. 3. fallit vt n. 11.

An ceſſet in pronepote, ibid. nu. 16.

Tollitur per clauſulam, ſalua gradus prærogatiua, *c. 158. num. 8. ſicut & per dictionem*, ſuperſtites, *c. 89. n. 3.*

In ea an ſpectanda ſit proximitas grauati, vel teſtatoris, c. 178. nu. 12. 13.

Requeſte ciuile, *vide* Arreſtum.

Res *ad vnum ſolum ex multis ſi prouenire debeat, is dignior eſſe debet, data tamen paritate gradus, c. 2. n. 43.*

Quoad dotis reſtitutionem, ex Iuſtiniano, Rerum aliæ ſunt mobiles, aliæ incorporales, aliæ quæ ſolo continentur, c. 72. num. 15.

Rei naturam in omni diſpoſitione inſpicere debemus, c. 4. num. 59. ¶ *Naturam non alterant ea, quæ tacitè inſunt ſi exprimantur, c. 16. nu. 27.*

Eccleſiæ, vide Eccleſia.

Dotalis, vide Dos.

Minorum, Ciuitatis, vel Eccleſiæ, an ſine ſubhaſtatione alienari poſſint, vide Subhaſtatio.

Reſciſio *decreti ambitioſi intra decem dies peti debet, c. 120. nu. 19.*

Ex capite læſionis ceſſat ratione incertitudinis, niſi damnum ſit euidentiſſimum, c. 168. num. 7. ¶ *Datur ex metu reuerentiali cum læſione enormiſſima, ibid. nu. 8.*

Reſcriptum *quando vitietur per obreptionem, vel ſubreptionem*, vide Obreptio. Subreptio.

Subreptitium ſi dubitetur, is cui dirigitur, ſuperiorem conſulere debet, c. 12. num. 15.

Subreptitium corruit non obſtante clauſula motus proprij, *c. 57. numer. 17. 18.*

Impugnari poteſt, ſi adſit clauſula vocatis vocandis, *c. 137. nu. 23.*

Semper continere cenſetur clauſulam, ſaluo iure tertij, *c. 201. num. 4.*

Reſeruatio *omnium fructuum, per reſignantem de iure communi fieri poterat, hodie ſecus, 200. nu. 1.* ¶ *In Gallia omnium fructuum prohibita eſt, ibid. nu. 7.*

Facta cum clauſula, fructus percipiendi propria authoritate, *conſeruat poſſeſſionem, ibid. nu. 10.*

Fructuum ſuper bonis donatis filio à patre & matre inſimul, quando ceſſet morte alterutrius, c. 79. n. 1.

Fructuum, finitur morte reſeruantis, c. 9. nu. 30.

Reſignatarius *in poſſeſſorio & petitorio, omnibus alijs præferri debet, c. 58. num. 3.*

Simplex non innatur poſſeßione anteceſſoris, c. 69. numero 17.

Mandatum facere poteſt, ad imponendam penſionem, etiam poſt reſignationem, c. 82. num. 2.

In beneficijs Curatis, tenetur ad penſionem impoſitam antea c. 206 num. 6.

In alijs an, & quatenus teneatur, vide Penſio ſuper beneficio.

Reſignatario nullum ius competere poteſt ex reſignatione beneficij, quod vacat per confidentiam, c. 225. numero 5.

Reſignans *ante admiſſam reſignationem pœnitere poteſt, c. 166. n. 11.*

Epiſcopatum, vide Epiſcopus.

Reſignatio *beneficij valida eſt, licet facta poſt mandatum reuocatum, dummodo reuocatio non fuerit intimata, c. 172. num. 2.*

Per confidentiarium facta, vide Reſignatarius.

Poſt reſignationem, an poßit imponi penſio, vide Penſio.

Facta cum clauſula, percipiendi fructus proprià authoritate, *vide* Reſeruatio.

An poßit fieri per accuſatum de crimine, vide Accuſatus.

Reſtitutus *à Principe aduerſus ſententiam capitalem, ſi reſtitutio conceſſa ſit in ampliſſima forma, recuperat fideicõmiſſa, & ſubſtitutiones, quæ ſibi obueniſſent, ſi capax fuiſſet tempore quo delatæ fuerunt, c. 122. num. 15.*

Reſtitutio *in integrum datur contra rem iudicatam, c. 76. num. 27.* ¶ *Priuilegiato contra priuilegiatum, quando qui illam petit, eſt in damno, alius verò in lucro, c. 86. n. 15.* ¶ *Ex capite ignorantiæ aduerſus præſcriptionem 30. ſed & 40. annorum, c. 124. nu. 30.* ¶ *Aduerſus quadragenariam an detur ex capite ignorantiæ, licet controuerſum ſit, affirmatiua verior eſt, c. 174. n. 17. 18. c. 96. nu. 7.*

Non datur ſine cauſa cognitione, c. 217. nu. 45. ¶ *Minori poſt quadriennium à maioritate, c. 176. numer. 20.* ¶ *Ex capite ignorantiæ, aduerſus centenariam, c. 34. numer. 6.* ¶ *Impeditur ſtante iuramento, c. 120. nu. 10. 12. 13. etſi de Eccleſia, Minore, vel Ciuitate agatur, dictis locis.*

Non datur Eccleſiæ aduerſus præſumptionem ſolemnitatum poſt 30. annos in alienatione rerum ipſius, c. 95. num. 7.

Dum datur Ciuitati, intentanda eſt intra quadriennium à die contractus, vel quo Officiales, qui illum inierunt, deſierunt eſſe in officio, c. 120. nu. 14. ¶ *Dum datur ſuper contractu inſpicitur locus vbi celebratus eſt, c. 105. num. 3.*

Retentio *pro melioramentis, competit tantùm iis*

re meliorata, c.102.nu.12. ¶ Datur tamen quando res peruenit ad manus occaſione illius debiti, pro quo datur retentio, ibid.nu.13.

Retentionis *iure multa conceduntur, quæ non repetuntur, c.76.num.26. ¶ Multa conſequi poſſumus, quæ agendo non poſſumus, c.130.nu.6.*

Retrodonatio *fieri non poteſt in præiudicium liberorum, c.118.nu.3.c.187.num.2.*

Reus *fauorabilior eſt quam actor, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, c.11. num.2. ¶ Semel abſolutus, non poteſt iterum de eodem crimine accuſari, c.217. numero 2.*

Rudera *an ſint æſtimanda in reſtitutione fideicommiſſi, vel liquidatione legitimæ,* vide Reparationes.

S

SAcerdos *an poſſit cogi miſſam celebrare ſingulis diebus,* vide Canonicus.

Sacrilegium *non priuat beneficio ipſo iure, c.62. num.5.*

Sacrilego *beneficium conferri nequit, c.200.numer.2.*

Sæculares *an poſſint conferre beneficia Regularia, & de illis prouidere, & de beneficiis ſæcularibus,* vide Beneficium.

Salarium *incertæ pollicitationis, à procuratore peti non poteſt. c.143.num. 2.*

Non conuentum, quando à procuratore peti poſſit, ibid.num.5.6. ¶ Debetur procuratoribus, & aliis, quando talis eſt conſuetudo in loco, ibid.num.9.

Iudicis arbitrio taxandum eſt, ibid.num.11.

Scientia *præſumitur quoties quid in publico, & per plures annos, & continuo factum fuit, & eſt notorium facti permanentis, c.57.nu.34.*

Principis, vide Princeps.

Procuratoris, vide Procurator.

Scriptura *per teſtes recognita, plenè probat, c.212. num.8. ¶ Per comparationem litterarum, non probatur ſufficienter, quamuis agatur de epiſtola, c.127.nu.1. 2. ¶ Per comparationem litterarum, cum recognitione teſtium plenè probatur, ſi teſtes deponant de viſu dum ſcriberetur, ibid.num. 4. ¶ Excepta apocha, per comparationem litterarum, fidem facit, c.212. num.7.*

Scuta *auri in auro, in ſpecie ſolui debent, ſi promiſſa ſunt ſcuta ſolis auri in auro, ſecus ſi ſcuta ſolis ſimpliciter, c.77.n.8.*

Secundarius *tam de conſuetudine, quam de iure ad nutum Prioris amoueri poteſt, c.87.nu.6.*

Secundogenitus *habet tantum vitam & militiam in primogenitura iuris Francorum, c.14.nu.39.*

Seminarium *quando exiſtit in aliqua diœceſi, bona beneficiorum in diœceſi exiſtentium pro illo contribuere debent, licet extra diœceſim ſita ſint, c.294.numero 7.*

Sententia *lata contra eum, cuius principaliter intereſt, tribus tantum caſibus afficit omnes ſecundarium intereſſe habentes, c.1.nu.146.*

Nulla eſt, quæ negotium indiuiduum, pro parte terminatur ſicut etiam ſi dubia ſit, & negotium non terminet, c.1.num.245.c.3.nu.189.190. ¶ Sine citatione nulla eſt, c.1.nu.246.

Non ſubſcripta, & publicata, non poteſt dici ſententia, nec pro re iudicata haberi, c.1.nu.248.

Indefinitè prolata, ſecundum articulos intelligenda eſt, ibid.nu.249.

Eſt ſtricti iuris, nec ad alium caſum, maximè diuerſum, porrigi poteſt, ibid.nu.250.c.3.num.192.

Debet eſſe conformis libello, & ſecundum eum intelligenda eſt, c.16.num.35.

Quamuis iniuſta, ſi tranſiuit in iudicatum, pro veritate habetur, c.59.nu.15.

Rota Romana, vt dici poſſit, quæ requirantur, c.1.numero 244.

Impedit ne diuiſio denuò intentari poſſit, c.76.nu.23. 24. vide Diuiſio.

Retrotrahitur ad diem litis conteſtatæ, c.93.nu.5.

Sub prætextu læſionis reſcindi non poteſt, c.162. numero 10.

Si ſuper poſſeſſorio lata fuerit in fauorem actoris, & ſuper petitorio in fauorem Rei, vterque autem appellauerit, ſuſpenditur, etiam quoad poſſeſſorium, c.14. numero 23.

Separatio thori, *vide* Thori.

Seruitium *perſonale per ſubſtitutum, in feudo præſtare poteſt fœmina, c. 2.nu.73.* vide Fœmina.

Subfeudatarius, cui præſtare debeat, vide Subfeudatarius.

Seruitutem *allegauti Ius reſiſtit, c.1.n.163.*

Paſcendi pecoris, vide Pecoris.

Proſpectus, vide Proſpectus.

Sexus, *agnationis, vel cognationis, nulla hodie eſt differentia de Iure Romano, c.1.nu.43.*

Simonia *committitur quando quid temporale datur pro ſpirituali, ſine ſuperioris authoritate, c.126.numer.9.*

Non nocet, ſi prouiſio non ſit eo nomine impetrata, c.201.num.9.

Realis, debet conuentionalem in ſe continere, c.225. num. 6.

Probatur præſumptionibus, etſi agatur de priuatione beneficij, ibid.nu.7. ¶ Et per teſtes ſingulares cum adminiculis, ibid.nu.9.

Per realem, beneficium vacat ipſo iure, ibid.num.12. ¶ Licet à tertio commiſſa ſit in reſignatione beneficij, prouiſo ignorante, ibid.nu.13.

Simoniacus, *ſi conſtet de ſimonia, non iuuatur triennali in poſſeſſorio retinenda, c.225.num.14.*

Simulatio *arguitur ex clauſulis inſolitis, c.198.num. 9. ¶ Et ex alienatione inter coniunctas perſonas, ibid. num.14.*

Probatur per coniecturas, c.203.nu.2. idque certiſſimum ſi per tertium allegatur, ibid.num.3. Et, vt plurimum ſufficiunt duæ, ibid.nu.4.

In Gallia, per teſtes probari non poteſt, c.198.n.23.

Solemnitas *extrinſeca in inſtrumento enunciata, præſumitur poſt 30. annos, etiam in alienatione rerum Eccleſiæ, quamuis agatur de præſumendo conſenſu ſummi Pontificis, maximè, concurrente continua poſſeſſione, c.95.num.1.& ſeqq. licet, etiamſi ex inſtrumento appareat de defectu ſolemnitatis, ibid.num.6. Nec datur reſtitutio aduerſus huiuſmodi præſumptionem, ibid.n.7.*

Vbi conſtat de euidenti vtilitate Eccleſiæ, non obſtat defectus ſolemnitatis, ibid.nu.8.

Solutio *ex quibus coniecturis præſumatur, c.77.nu. 11.39.*

Cenſetur quidem facta in cauſam duriorem, c.94.num. 10. ¶ Speciale tamen eſt in vſuris, vt potius in eas, quàm in ſortem facta cenſeatur, ibid.nu.11.

Solutionis tempus inſpicitur, quoad legata & impenſas funeris, per hæredem grauatum ſoluta, c.102.n.6.

Ex cauſa neceſſaria, facta præſumitur, quoties adeſt neceſſaria, & voluntaria, c.119.nu.5.

Anticipata reprobatur in beneficijs, c.166.nu 14.

Soror *an à fratre dotari, vel redotari debeat,* vide Frater.

Mente capto ſubſtitui debet, ſi non ſubeſt filius, vel frater ipſius, c.218.n.2.

Venit appellatione fratris, ibid.nu.3.

Defuncti, excludit patruum in omni primogenitura, c.2.nu.39.

Sacrilegium *non priuat beneficio, ipſo iure, c.62. num.6.*

Species *poſt genus, per copulam ſubiectam, illud non reſtringit, c.7.nu.21. quod quidem etſi in dictione* &, *quandoque aliter accedat, quia accipitur tunc pro id eſt, in dictione* cum, *eſt extra dubium, ibid.nu.22.*

Sponſalia *per verba de futuro, per copulam tranſeunt in matrimonium de iure communi, ſecus poſt Concil. Trident. c.224.nu.5.9.*

Per verba de præſenti inter impuberes, vel inter puberem & impuberem, reſoluuntur in ſponſalia de futuro, c.32.nu.1. ¶ Per verba de præſenti inter impuberes, ſola pubertate adueniente, non conualeſcunt, ibid.num.4. Nec tranſeunt in matrimonium per oſcula & munera, ſed ſolum per copulam, vel ſolemnem traductionem ad domum, vel quid æquipollens, ibid.num.6. ¶ Valent ſolum in vim ſponſaliorum de futuro, c.35.nu.1.2. ¶ Nec tranſeunt in matrimonium per ſolum nixum & conatum copulæ, c.35.num.5.7. ¶ In illis impedimentum publicæ honeſtatis, vltra primum gradum, ſublatum eſt, c.32.n.5. c.35.nu.3.

Qui ſponſalia de futuro contraxit, præſertim iurata, ad ſeruandam fidem cogi poteſt, c.32.nu.10. quod quomodo procedat, ibid.n.11.11.

Sponſus & ſponſa *de præſenti, non veniunt appellatione viri & vxoris, quoties agitur de lucro in bonis dotalibus faciendo, c.220.nu.2. ¶ Non lucrantur augmentum dotis, ibid.nu.5.*

Spurij, *& non naturales, præſumuntur ij, quos conſtat eſſe ex coitu illegitimo. c.184.nu.12.*

Status *perſonæ eſt, an ſit in poteſtate, necne, c.148. nu.7.*

Vltimus attendendus eſt, quando non conſtat de contraria & anteriori qualitate, c.197.n.3.

Statutum *tantum valet quantum ſonat, nec extenditur, maximè contra ius, c.1.nu.162.c.3.n.21. ¶ Et eſt ſtricti iuris, c.138.nu.26.*

Excindens fœminas propter maſculos, intelligitur de maſculis eiuſdem gradus, & tantum in ſucceſſione ab inteſtato, c.2.nn.17. c.3.n.54.c.4.n.63.c.16.nu.21.

Inducens prærogatiuam ſexus & ætatis, intelligitur tantum ab inteſtato, c.2.nu.32.91.

Et conſtituendo à pari procedunt, c.4.nu.62.

Loci, in quo quis domicilium habet, attenditur in mobilibus, quando agitur de ſucceſſione, vel communione inter coniuges, c.148.n.10.

Diſponens circa admiſſionem articulorum, nihil operatur, quoties non certò conſtat de eorum impertinentia, c.14 nu.2.

A ſuperiori confirmatum, an ab inferiori reuocari poſſit, ſine confirmatione reuocationis, c.68.num.1.2. ¶ Quoties primum ſine ſuperioris confirmatione ſubſiſtere nequit, ſine licentia eiuſdem reuocari, & aliud fieri non poteſt, ibid nu.3 & 5. ¶ Quoties primum, vltra priuatam ſtatuentium vtilitatem, reſpicit alios, vel publicam vtilitatem, ſecundum non ſubſiſtit ſine licentia ſuperioris, ibid.nu.8.

Clerici non poſſunt ſtatuere contra Canones, ibid.nu. 6.12.

Statuentes poſſunt venire contra propriam conſtitutionem, licet confirmata fuerit per ſuperiorem, & contineat talem materiam, quæ ſine ſuperiori non valuiſſet, quando primum ſtatutum reſpicit ſolam vtilitatem priuatam ſtatuentium, ibid.nu.4.

Si aliquid requirat de eſſentia, non poteſt adimpleri per æquipollens, c.52.n.32.c.145.nu.3.

Habilitans vel inhabilitans perſonam, non ligat forenſes etiam pro bonis in loco ſtatuentium ſitis, c.148 nu. 1.2.3.4.

Non ligat forenſes, quando agitur de ſtatu perſonarum, ibid.nu.4.

Non operatur vltra territorium, c.176.n.15.

Statuti verba negatiua, formam inducunt, qua non ſeruata, actus nullus eſt, c.46.nu.45.46. ¶ Cum effectu intelligenda ſunt, c.112.nu.5.

Stipulari *quis poteſt alteri ſuper re propria, quæ ſit duratura ſua, c.154.n.11.*

Stipulatio *in proximo præcedenti caſu adhibita, cenſetur in poſteriori repetita, c.154.nu.6. quod quomodo procedat, n.12.13.*

Patris, pro filiis, vide Pater, *verſ. ſtipulari.*

Studij *cauſa donata, quando reputentur quaſi caſtrenſia, c.125.nu.23.*

Stuprum *accuſare poteſt hæres mariti, & inde, an vidua lucra nuptialia amittat, c.110.num.8.9.10.11. 12.13.*

Subfeudatarius *ſeruitium perſonale præſtat Domino immediato, ſed in Comitatu Venayſsino ſubfeudatarij Epiſcoporum præſtant Domino ſupremo, c.219.n.4.*

Subditi *tenentur ad onera, quæ cauſa publicæ vtilitatis imponuntur, licet impenſa cedat in vtilitatem vaſſalli, c.103.n.14.15.*

Quando teneantur cuſtodire Caſtrum, ibid.num.16. 17.

Quando cogi poſſint ire ad furnum, vel molendinum Domini, c.111.per totum.

Subhaſtatio *de Iure Canonico non requiritur in alienatione rerum Eccleſiæ, Ciuitatis, vel minoris, c.120. numer.17.*

Neceſſaria eſt, vt ad primos licitatores recurratur, ibid.nu.6.

Defectu ſolemnitatum, nulla eſt, c.209.n.3.

Subreptio *non arguitur, ex eo quod Princeps dixit ampliando, c.12.nu.5. ¶ Tollitur, quoties concedens ſcire potuit, ſaltem in genere, quod taciti ineſt, ibid.numer.8.*

Reſcripti, dum dubitatur, is cui dirigitur, ſuperiorem conſulere debet, ibid.nu.15.

Non omnis vitiat reſcriptum, ſed tantùm ſi alias Princeps non fuiſſet conceſſurus, c.166.nu.1.

Subſtitutio *in contractu facta*, vt in omnibus bonis alterutrius ſine liberis decedentis ſuccedat, *non valet, c.1.num.135. ¶ In contractu fieri poteſt, c.123. nu.3.*

Prima ſi eſt caducata, ſequens admittitur, c.64. num.8.

Non defertur vocatis nomine collectiuo, quamdiu ſuperſunt vocati nomine proprio, c.113.nu.8.c.122.nu.2.

Cenſetur facta in omnibus, in quibus ille cui ſit, honoratus eſt, c.64.nu.10.

Præcedens declarat ſequentem, c.130.nu.22.c.178.nu. 19.22.

Donationi cauſa mortis appoſita, etiam ſine ſtipulatione, & pacto nudo, ſuſtinetur, c.210.nu.8.

Fieri non poteſt in maioratibus, & feudis ex pacto & prouidentia, c.3.nu.166.

In dubio cenſetur vulgaris, c.174.nu.3.

Si facta fuerit in fauorem Seij & liberorum naſciturorum, liberi Seij inter ſe per vulgarem, non per fideicommiſſariam, cenſentur vocati, c.15.nu.2.

Facta ſub nomine collectiuo, cenſetur gradatim facta, c.109.n.9.

In donatione facta, quando reuocari poteſt, expreſſè & in ſpecie, facienda eſt mentio de rebus donatis, &, An reuocari poſſit, c.122.n.4.5.

Quoties plures ſpecies continet, ea indicatur eſſe, cuius caſus euenit, c. 139.n.10.

Si ſine liberis, deficit per exiſtentiam liberorum, quamuis illi poſtea decedant ſine liberis, c.1.nu.134. vide Conditio, *verſ. ſi ſine liberis.*

Si ſine maſculis, expirat, ſi maſculos reliquerit, c.1. nu.167.

In fauorem aliorum, & primogenitura, in teſtamento per patrem fieri poteſt filio, cui pater donauit ſimpliciter in contractu matrimonij, ſecundùm vſum in Gallia receptum, c.52.nu.16.

Compendioſa, vide in littera C.

Directa in teſtamento facta, per clauſulam Codicillarem trahitur ad fideicommiſſariam, c.33. nu.5. *quod tamen cum diſtinctione intelligendum eſt, ibid.* ¶ *Quando per Codicillarem ſuſtinetur in vim fideicommiſſi, fideicommiſſum purum eſt, nec detrahuntur duæ quartæ, ibid.num.*7.

Exemplaris, vide in littera E.

Fideicommiſſaria, vide Fideicommiſſum.

Reciproca, vide in littera R.

Pupillaris, vide in littera P.

Subſtitutionis *gradus quomodo computandi*, vide Gradus.

Verba ſequentia declarant præcedentia, ideóque ſi in ſecundo gradu fiat mentio maſculorum, primus quoque de illis intelligendus erit, c.23.nu.3. ¶ *Quando referuntur ad perſonas, pluralitas reſoluitur ad ſingularitatem*, c.139.nu.23.

De maſculorum vocatione, & repetitione, vide Maſculi, *verſ. Maſculorum.*

Fideicommiſſa & ſubſtitutiones quando recuperet, qui de tempore conditionis incapax erat, vide Reſtitutus.

Subſtitutus *per fideicommiſſariam, admittitur ad partem vnius ex pluribus inſtitutis decedentis, non expectata morte vtriuſque*, c.139.nu.17. *fallit ſi ſuperſtes eſt magis dilectus, ibid.num.*18. ¶ *Et quamuis in pupillari eadem regula ſtatuenda ſit, eadem tamen exceptio admittitur, ibid.nu.*19.20.

Vt perſona magis dilecta excludat ſubſtitutum, debet eſſe inſtituta, non minus ac illa, de cuius ſubſtitutione agitur, c.139.nu.24. *Nec ſufficit quod ſit in re particulari inſtituta, ibid.nu.* 25. ¶ *Fallit quando ſubſtitutus ab inteſtato ſuccederet cum ſuperſtite, ibid.nu.*26.

A teſtatore ſubſtitutus præfertur ei qui venit iure repræſentationis, c.158.nu.5.

Collectiuè vocati, non admittuntur, quamdiu ſuperſunt vocati nomine proprio, c.113.n.8.c.122.n.2.

*Vocati nomine collectiuo, inter quos cadit ordo affectionis, & ſucceſſionis, cenſentur vocati per fideicommiſſariam, ibid.nu.*3.

Subſtituti vt admittantur, debent eſſe in rerum natura, tempore quo aduenit conditio, c.184.nu.10. *Et primò vocatis non exiſtentibus in rerum natura, cæteri poſtea vocati admittuntur, ibid.num.*11.

Succeſsio *futura, an diuidi poſſit*, vide Hæreditas, vel Pactum.

Succeſſor *ſingularis an poſſit detrahere Falcidiam*, vide Falcidia, *verſ. An a ſucceſſore.*

In primogenitura, vel maioratu non tenetur ad onera hæreditaria, c.3.nu.164. *Nec in feudo ex pacto & prouidentia*, c.2.nu.150.c.3.nu.166 c.16.nu.84.

In beneficio, an teneatur ſtare locationi prædeceſſoris, vide Locatio. ¶ *An reclamare poſſit aduerſus penſionem impoſitam*, vide Penſio ſuper beneficio.

Neceſſarius tenetur ſtare locationi, voluntarius verò non, c.166.nu.8.

Sumptus, *vide* Expenſæ.

Suorum *appellatione, filij, ac deſcendentes, & collaterales continentur*, c.122.nu.1.c.123.n.1.& 5.

T

T*Empus antiquum dicitur* 50. *vel* 60. *annorum, in probanda agnatione*, c.1.num.63. ¶ 50. *annorum, longiſſimum eſt*, c.102. n.2.

Præciſè probari debet, quando eſt intentionis fundamentum, c.101.nu.6.

Præſens & futurum, quando contineatur ſub præterito, vide Præteritum.

Diuerſum denotatur per dictionem, & poſt mortem, c.113.nu.10.

Trium menſium in nunciatione noui operis, quando ſperni poſſit, vide Nunciatio.

Tenementum *habet ampliorem ſignificationem quàm Territorium, & quid contineat*, c.7.nu.9. ¶ *Totum ſi dictum ſit, omne territorium, omnéſque poſſeſſiones continentur, & ſic Superioritas, Dominium directum, & Ventenum, quod ratione dominij ſoluitur*, c.9. num.13. *veniunt etiam paſcua, prata, terræ, poſſeſſiones, & ſimilia, etiam iure priuato poſſeſſa, furni, & molendina bannaritia*, conſ.8. numer.7.c.9. num.18. & *ſeqq.*

Terræ heremæ *& inculta ſpectant ad Dominum territorij*, c.103.num.1. ¶ *Et poſſunt ab illo in feudum vel emphyteuſim dari, ibid.num.*7. & *ad culturam redigi, non obſtante prætenſo iure depaſcendi, ibid.num.* 18.19.

Per Communitatem, ſine Domini conſenſu, vendi, vel ad culturam redige non poſſunt, ibid. numero 6.

Territorium *antiquum, ſi per flumen conſumptum ſit, illi quorum erat, nihil in eo, quod creuit de nouo, prætendere poſſunt*, c.57.nu.31.

Tertius *nunquam admitti poteſt, aut cenſetur admiſſus in cauſa attentatorum, niſi docuerit ſemipleinè de ſuo intereſſe*, c.11.num.50.

Teſtamentum *& diſpoſitio qualibet corruit defectu voluntatis, nec inter liberos, aut fauore piæ cauſæ ſuſtinetur*, c.53. nu.8.9.& 10. ¶ *Ex quibus præſumatur abfuiſſe voluntatem, ibid.num.*12. ¶ *Nihil operatur voluntas, ſi notarius recuſauit eam ſcribere, quia non vidit in ſtatu diſponendi, ibid.nu.*13. ¶ *Quando probatur per teſtes, illi in omnibus, & per omnia, debent eſſe conformes, ibid.num.*14.

Ambiguum circa qualitatem legati, & legatarij, validè declaratur coram duobus teſtibus, c.54.nu.1. ¶ *In iis quæ reſpiciunt ſubſtantiam voluntatis requiritur idem numerus, eadémque ſolemnitas in declarando, quæ in dando, ibid.nu.*2.

Cum ſolemnitatibus factum fuiſſe, probatur per duos teſtes, c.212.n.6.

Suſtinetur per clauſulam Codicillarem, ſiue filius ſit exhæredatus ſine cauſa, ſiue cum cauſa, ſed non legitima, c.199.num.31.

*Secundum ſuſtinetur non obſtante clauſula derogatoria, ſi decennium effluxit a primo, ibid.nu.*36.37.

Incipit à vulgari, quando inſtitutus non poteſt capere ob defectum ſuæ perſonæ, c.184.nu.2.

Quomodo procedat quod dicitur ſubſiſtere teſtamentum, licet aliqui teſtes non meminerint omnium quæ à teſtatore dicta fuerunt, c.54.nu.13.

Per pactum inter viuos, etiam inutile, tacitè reuocatur, c.64.n.26.

Nullum eſt, ſi teſtator non ſit compos mentis, c. 101. nu.1. ¶ *Quando patitur dilucida interualla, ſi ita factum ſit, quod ab homine ſanæ mentis factum fuiſſet, præ-*

præſumitur factum de tempore ſanæ mentis, ibid.nu.14. ¶ Ex coniecturis præſumitur factum ab homine ſanæ mentis, de quibus ibid.à num.15. vſque ad n.24.

Fauorabilius eſt contractibus, c.106.n.14.

In reuocando, eadem ſolemnitas requiritur, quæ in condendo, c.191.n.1.c.208.nu.1. Nec opus eſt vt apponatur ratio, quia vult decedere ab inteſtato, c.191.n.2.c.208. nu. 7.& 9.

Hoc enim in dubio præſumitur, ibid.n.4.

Ex conſuetudine Pariſienſi, teſtamenta, quibus coniuges inuicem inſtituuntur hæredes, non poſſunt alterius conſenſu reuocari, c.191.n.4.

In Gallia, & Prouinciis conſuetudinariis nulla ſolemnitas in condendo teſtamento requiritur, ſed ſufficit, ſi quis coram duobus notariis voluntatem ſuam declaret, c. 208.n 5. & porrigitur etiam ad bona extra territorium ſita, ibid.n.6.

Quando teſtamentum eſt validum, hæres eligere poteſt, vtrum iure teſtamenti, vel Codicillorum ſuccedere velit, c.109.n. 32.

Corruit, quando per exemplarem non ſubſtituuntur venientes ab inteſtato, c.218.nu.1.

Per relationem factum, ſuſtinetur, c.33.n.10.11.

In quo præteritus eſt filius, ſuſtinetur per clauſulam codicillarem, c.33.n.11.

Perfectum, etſi in eo liberi inſtituti ſint, per ſecundum inter liberos imperfectum rumpitur, ibid. numero 13.

Imperfectum inter liberos valet, etſi adſit inter eos inæqualitas ibid.n 14.

Ruptum præteritione poſthumi, quomodo ſuſtinetur per clauſulam codicillarem, vide Clauſula codicillaris.

Corruit, niſi filiis aliquid relinquatur titulo inſtitutionis, c.190.n.30.licet titulo legati relictum ſit, ibid.

In teſtamento inter liberos, ineſt tacita clauſula derogatoria, nec per ſecundum reuocatur primum, c.109. nu.34. Idq; abſque dubio, ſi primum ſit magis fauorabile filiis, ibid.n.35.

Corruit omnis diſpoſitio, licet teſtator voluntatem ſuam declarauerit, ſi aliquid ſupereſt faciendum, & interim moriatur, c.53.n.11.

Patris præteritione, regulariter nullum eſt, c.139.nu.1. Fallit quando teſtator habet proprios filios, vel deſcendentes, ibid.n.2.

Si filius præteritus tacuerit, & multò magis pater, & interim mortuus ſit, non validatur teſtamentum, ibid. nu.3. Tamen cum approbat, ſiue verbis, ſiue re & facto ipſo, ſibi præiudicat, ibid.4.

Præteritione patris, vel filii inualidum, ſuſtinetur per clauſulam codicillarem, ibid.n.6. Et per clauſulam, omni meliori modo, *ibid.nu.7.*

Albini, ſiue extranei, ſi liberos non habent, in Gallia teſtari non poſſunt, c.142.n.9.

Mater, ſi teſtamentum filii ex capite inſaniæ impugnauerit, vide Mater & Legitima, *& ibi de filio qui teſtamentum patris impugnauit, & ſuccubuit.*

Nuncupatiuum erit, idque validum, ſi teſtator coram ſeptem teſtibus, & notario exhibuerit ſcripturam ſignatam, & ſigillatam, & dixerit in ea contineri ſuum teſtamentum, & ſe velle vt hæredes faciant, quæ in ea continentur, iique ſe ſubſcripſerint, & notarius inſtrumentum ſumpſerit, conſ.212. numer.1. ¶ Coram ſeptem teſtibus factum, de quo notarius ſumpſit inſtrumentum, valet, etſi poſtea teſtes moriantur, ibid. num.5.

In ſcriptis, ſi defectu ſolemnitatum non poteſt valere, vt tale, non valebit vt nuncupatiuum, c. 212.numer.3.

Tempore peſtis conditum, quando valeat, ibid. numero 9.

Ad alterius interrogationem valet, c.53. num.1. fallit ſi diſponens ſit morti proximus, ibid.numer.2. & non conſtet de præambula voluntate, conſ.54. numero 3. quo non obſtante, ex variis defectibus corruit, ibid. num.10. ſi non à notario, ſed à priuata perſona interrogetur, c.53.nu.3.& licet à priuata perſona interrogari poſſit, tamen concurrentibus aliis, priuata perſona multum nocet, c.55.num.1. varios alios defectus videbis in dictis conſiliis 153. 154. 155. *nam recenſere tædioſum eſſet.*

In teſtamento cæci, ſi deficiant ſolemnitates requiſitæ, an valeat in vim donationis cauſa mortis, ex clauſula codicillari, c.192.n.4.& 7.

Teſtamenti pars vna declarat aliam, c.52.n.9.c.64. nu.24.c.124.nu.12.c.130.numer.22.c.178.n.8.c.181.nu.8. c.183.nu.5.

In teſtamento relictum, quoties eſt inutile, niſi per declarationem confirmetur, vide Relictum. *¶ Primus actus validus, tollitur per ſequentem inualidum, c.64. nu.27. ¶ Voluntas imprimis attendenda eſt, c.164.n.7. c.181.num.2. ¶ De voluntate, & mente teſtatoris, vide in ſequenti verbo, verſ Mens illius.*

Teſtator *non poteſt in teſtamento eam ſibi legem dicere, vt à priori recedere liceat, c.20.nu.7. ¶ Quod non dixit, nec nos dicere debemus, c.23.nu.10.*

Licet voluntatem ſuam declarauerit, ſi tamen quid aliud faciendum eſt, & interim moriatur, corruit diſpoſitio, c.53.nu.11.

Si non ſit mentis compos, vel dilucida patitur interualla, vide Teſtamentum, *verſ. Nullum eſt.*

Non habetur loco vnius perſonæ, quando hæreditatem ſuam pluribus reliquit, c.165.nu.6.

Cenſetur ſe conformare diſpoſitioni iuris, ibid. nu.17. Et in omnem caſum non exiſtentium liberorum prouidere voluiſſe, c.181.nu.1.

Eius diſpoſitio quomodo infirmetur, vide varios defectus in conſiliis 153. 154. 155. & vide Teſtamentum.

Eius verba, iuxta communem vſum loquendi intelligenda ſunt, c.64.nu.21. ¶ Et fauore tutoris, de dolo vero, c.114.nu.12.

Mens illius, in fideicommiſſis, potiſſimum dominatur, c. 67.num.9. ¶ Et eius voluntas imprimis attendenda eſt. c.164. nu.7. ¶ Quæ non ambigitur, quando in verbis nulla eſt ambiguitas, c.67.nu.10. ¶ Etiam poſt mortem colligitur ex iis, quæ viuus facere conſueuerat, c.106.nu.9. ¶ Ambigua, an ab hærede declarari poſſit, c.106.n.11.c.124. n.25. ¶ Quæ ex verbis reſultare non poteſt, non eſt attendenda, c.116. nu.2. ¶ Magis enixa elicitur ex geminatione, c.146 nu.3.

Ordinatio teſtatoris, quando dicatur facta per viam modi, c.106.nu.1.

Teſtis. *Teſtes ſuper immemoriali deponentes, non ſufficit quod deponant negatiuè, ſed etiam affirmatiuè deponere debent, c. 46. num. 36. ¶ Super conſuetudine, deponere debent de actibus quos viderunt, & eſſe concordes in illis, c.46.num.66. qui etiam non debent eſſe ſingulares, num. 67.imò debent eſſe conteſtes in tempore, nu.68. & perſonis, nu.69. & debent deponere affirmatiuè de actibus, quos viderint, nec ſufficit quod deponant negatiuè, num. 70. nec probant, ſi deponant de auditu, num.71. ¶ Super conſuetudine negatiua, deponere debent actus ſemper fuiſſe factos, c. 49.num.2. ¶ Super affirmatiua, continuo tempore ſe ſemper ita vidiſſe, ibid.num.3. & de viſu à 40.annis & citra, nu.4. ¶ Super quadragenaria, de viſu deponere debent per*

dictionem, & citra, *aliàs non probant*, *conſ.* 47.*num*.8. *& de fama*, *per verbum* fuit & eſt, *nec ſufficit* quod *deponant in articulo finali*, *de fama*, *ſed in corpore articulorum*, *vbi nominatim de illo articulari debet*, *ibidem numer*.9.

Infames, *in fauorem decimarum probant*, *c*.46.*nu*.58. *c*.47.*n*.42.

Pro decimis deponentes præferuntur deponẽtibus contra eas, *c*.64.*nu*.57.

Intereſſati non probant, *c*.47.*nu*.22.*c*.46.*num*.52.*nec vnus ſupplet alium*, *ibid*.*nu*.53. *Nihil probant etſi intereſſe veniat tantùm in conſequentiam*, *dum tamen hoc principaliter agatur*, *ibid*.*nu*.54.*c*.49.*num*.8.*&* 9.*c*.51.*nu*.7.

Falſi in vno ex ſubſtantialibus, *non probant*, *c*.51.*n*.8. *c*.1.*nu*.166 *c*.3 *n*.26.*c*.49.*n*.10.

De vniuerſitate, *non probant*, *ſi illorum interſit*, *c*.46.*numer*.55. *vel agatur de re graui*, *ibid*. *numero* 56.

Vnicus, *contra producentem plenè probat*, *c*.46.*nu*.59. *non obſtante proteſtatione de dicendo contra perſonas & dicta*, *per partem aduerſam non acceptata*, *ſi clauſula*, ſi & quatenus videatur, *adiecta ſit*, *ibid*.*nu*.60. ¶ *Vnicus non probat*, *c*.78.*nu*.1. *Fallit in ſacerdote*, *c*.199.*nu*.6.

Amicus, *& procurans vt alij deponant*, *non probat*, *c*.54 *nu*.8.

Sibi contrarius, *aut varius*, *aut omnino non probat*, *c*.54. *num*.9. *aut de ſecunda depoſitione valde detrahitur*, *c*.55.*num*.11.

Aliàs inimicus, *non facit fidem*, *c*.78.*nu*.2. *quod fuerit reconciliatus*, *probare debet*, *ibid*.*n*.3.

De auditu alieno non probat, *c*.110.*num*.1. *&* 5. ¶ *In criminalibus nequidem facit præſumptionem*, *ibid*.*nu*.2. *etiam concurrente fama*, *numero* 3. *niſi alia adſint adminicula*, *& materia ſit taliter occulta*, *vt actu*, *& habitu*, *alia probationes haberi non poſſint*, *ibid*.*numero* 4.

Singularis non præſumitur, *niſi probetur talis*, *c*.225.*nu*.8. ¶ *Singularis ſingularitate cumulatiua probat*, *ibid*.*nu*.10.

T[illegible]um qualitas, *grauitas ſcilicet*, *& bona fama*, *articulanda & probanda eſt*, *ad probandum Maioratum ex temporis antiquitate*, *c*.1 *nu*.153.*c*.3.*nu*.19.

Clericus contra laicum, *in criminalibus*, *non poteſt eſſe teſtis*, *niſi in ſubſidium*, *c*.216.*num*.1.2.4. vide Clerici.

Super ſcriptura recognitione, vide Scriptura.

Depoſitiones teſtium, *quam fidem faciant in alio iudicio*, *& quomodo probent pro eo*, *qui contra eorum productionem proteſtatus fuit*, *& quomodo ſint intelligenda*, vide Atteſtationes, *vel* Depoſitiones.

Doctrina, *quod teſtibus pro reo deponentibus magis credatur*, *procedit in criminalibus*, *& non habet locum*, *quando cauſa eſt fauorabilis actori*, *c*.46. *numero* 61.

Teſtes vltra decem, *ex ſtatuto Auenionis non probant*, *& eorum examen nullum eſt*, *c*.46.*nu*.43. *maximè aduerſario opponente*, *ibid*.*nu*.44.*etſi non appellauerit*, *nu*.49.*c*.47.*nu*.10.*c*.49.*num*.7.*c*.51.*n* 6.

Ad probandum teſtamentum, *debent eſſe conformes in omnibus*, *& per omnia*, *c*.53. *nu*.14.

Duo, *quando ſufficiunt ad probandam declarationem voluntatis*, *debent eſſe omni exceptione maiores*, *c*.54.*numer*.7.

In codicillis, *etſi non debeant eſſe rogati*, *tamen vbi voluntas eſt dubia*, *debent eſſe vocati*, *etiam ſi agatur de legatis*, *& fideicommiſſis*, *c*.55.*nu*.7.

Si teſtes examinati ſuper ſanitate mentis, *& dementia*, *ſint vtrimque pares*, *magis præſumitur pro ſana mente*, *c*.101.*num*.3. ¶ *Magis creditur duobus de ſana mente*, *quàm mille de inſania deponentibus*, *ibid*. *numer*.4.

De fama deponentibus non creditur, *niſi ſcientiæ rationem reddant*, *etiam non interrogati*, *c*.101.*nu*.7.

Quinque requiruntur in donatione cauſa mortis, *c*.192.*num*.5.

Titulus, *vel illius allegatio non requiritur in actibus continuam cauſam habentibus*, *idque certiſſimè*, *data ſcientia*, *& patientia aduerſarij*, *c*.57.*num*.33.

Verus, *aut coloratus requiritur in regula de triennali*, *c*.69.*nu*.16.

Coloratus ſufficit ad regulam de triennali, *c*.197.*nu*.7. ¶ *Vt ſit coloratus*, *ſufficit quod conferens ſit in poſſeſſione conferendi*, *etiam per vnicum actum*, *ibidem*, *numer*.8.

Thori *ſeparatio ob ſæuitiam*, *vel adulterium*, *poteſt quidem obtineri*, *ſed vterque manet ligatus*, *c*.65.*nu*.1.

Totum *pro omni accipitur*, *c*.7.*num*.5.

Tractus temporis, vide Fideicommiſſum.

Tranſactio *intelligi debet de rebus*, *ſuper quibus erat lis*, *c*.1.*num*.254. ¶ *Dubij*, *ſuper quo tranſigitur*, *habenda eſt ratio*, *ibid*.*nu*.253.

Ex falſa cauſa, *nulla eſt*, *c*.86.*nu*.11. ¶ *Item ſi facta per dolum & calumniam*, *ibid*.*nu*.12. *Nec iuramento confirmatur*, *ibid*.*nu*.14.

Impedit litis ingreſſum, *& eſt exceptio litis finitæ*, *c*.162.*n*.1.

Reſcripto Principis infringi non debet, *ibid*. *n*.2.

Non poteſt pro parte reuocari, *c*.57.*nu*.21.

In ſpiritualibus, *eſt illicita ſine authoritate ſuperioris*, *quamuis ſpirituale pro ſpirituale tranſigatur*, *conſ*.126.*nu*.10.

Reſcinditur ope reſtitutionis in integrum, *ex inſtrumentis de nouo repertis*, *vbi adeſt probabilis & iuſta ignorantia*, *c*.1.*nu*.251.*c*.14.*nu*.38.*nec opus eſt quod ignorantia probetur*, *ſed ſufficit quòd contrarium non oſtendatur*, *c*.1.*nu*.252. ¶ *Secluſa ignorantia non reſcinditur*, *c*.14.*n*.37. ¶ *Per errorem*, *& ſine conſenſu facta*, *reſcinditur*, *c*.86.*nu*.10. ¶ *Etiam a maioribus facta*, *in Gallia ex dolo reſcinditur*, *c*.86.*nu*.17. ¶ *Inter maiorem & minorem venit reſcindenda*, *non obſtante conſtitutione Regia*, *quando nec viſis*, *nec diſpunctis rationibus facta fuit*, *c*.162.*n*.24.*c*.13.14.

Non reſcinditur in Gallia, *niſi ex dolo vero*, *c*.198.*num*.10.*c*.203.*num*.8. ¶ *Niſi adſit dolus perſonalis*, *c*.162.*nu*.6. ¶ *Et vbi reſciſſioni locus eſt*, *præſcribitur decem annis*, *c*.203.*num*.9.

Arreſtum ſuper ea, *nihil noui addit*, *neque dat nouum titulum*, *c*.162.*nu*.7.

Tranſmiſſio *donationis*, *vt ex contractu fiat*, *nihil refert*, *ſiue conditio expreſſa*, *ſiue dies incertus appoſitus ſit*, *c*.20.*num*.9.

Facilius præſumitur, *quam vocatio*, *c*.167.*numer*.12. ¶ *Infertur ex pluralitate graduum*, *& veriſimili mente teſtatoris*, *ibid*.*num*.17.18. ¶ *Ex quibus coniecturis admittatur*, *c*.178. *num*.18. *& ſeqq*.

Legati conditionalis non fit, *c*.226.*num*.7.

Fideicommiſſi conditionalis non fit, *niſi adſint coniectura*, *conſ*.20.*num*.3. *conſ*.178. *num*.4.17.*c*.203. *num*.2. ¶ *Non fit etiam ad deſcendentes*, *c*.188.*num*.7.8.9.*c*.203.*num*.1.

Quedam de tranſmiſſione, *vide in verbo* Fideicommiſſum, *vbi quod tranſmittitur tribus concurrentibus*, *de quibus conſ*.167. *num*.13. ¶ *Non tamen ſi ſupereſt perſona eiuſdem*, *vel proximioris gradus*, *ibid*. *numer*.14.

Tranſſumptum, vide Extractus.

Trebellianica *filiis primi gradus prohiberi poteſt, c.64. n.2. c.130. n.17. c.42. n.8.* ¶ *Non ſolum expreſſè, ſed etiam tacitè c.130. n.18.* ¶ *De ſtylo Rotæ Romanæ filiis primi gradus prohiberi poteſt, c.218. n.5.* *In Delphinatu non poteſt, c.182. n.21.* ¶ *Extraneo prohiberi poteſt, ibid. n.6.*

De iure Ciuili prohiberi nequit, quia vna tantum quarta detrahitur. De iure Canonico quis fecit legitimam vt filius, ita Trebellianicam vt grauatus detrahere poteſt, non mirum ſi hæc, quam detrahit vt extraneus, prohiberi poſſit, conſ.64. num.4.

Affirmatiua certiſſimè procedit, quando detrahitur poſt mortem filij, ibid. num.5. *Item quando filius admiſit ſimpliciter hæreditatem patris, ibid. num.6.* *Et ſubſtituta eſt filia teſtatoris, & de ea agitur contra extraneum, ibidem, num.7.*

Detrahitur tantùm de relictis vniuerſalibus, c.130. n.10.

An per verba pleno iure, *cenſeatur prohibita, controuertitur, c.130. n.23.* *Sed ſi adſunt verba coadiuuantia, verius eſt cenſeri prohibitam, ibid. n.24.*

Tutor, *à confectione inuentarij per teſtatorem liberari poteſt, c.114. n.1.* *Et valet huiuſmodi remiſſio, etſi fieri non prohibeatur, n.2.* ¶ *Poteſt tamen à iudice cogi ad illud conficiendum, ibid. n.3.*

Si à redditione rationum liberatus ſit, non tenetur librum ita exactè conficere, ibid. num.5. *Et ſolùm liberatur à ſcrupuloſa redditione, n.6.* *Sed ſi quoque reliquorum legatum factum ſit, vel eorum præſtatio remiſſa, tenetur tantum de dolo vero, num.7.* *vel ſecluſo dolo, de culpa, quatenus factus eſt locupletior, num.8.* *quod quomodo procedat, numer.11.*

Si reliqua, legata ſint, non exactio nominum, dolo non imputatur, n.13.

Periculum nominum ſpectat ad tutorem, ſi ipſius negligentia, mala facta ſunt, n.14.

Tenetur proſequi appellationem, n.15.

Tenetur ad vſuras pecuniæ pupillaris, ſi in proprios vſus conuertit, & ex ea ditatus ſit, c.228. n.3.

Pecunias pupillares in emptionem prædiorum impendere, vel ad honeſtum lucrum tradere debet, ibid. n.4. *alioquin tenetur ad intereſſe, n.5.* *præſertim ſi erga ſe ipſum diligens fuerit, n.6.*

Quando conuertit in proprios vſus, & conſtat de vero damno, totum reſtituere debet, etiam vltra duplum, ibid. numer.13.

In Gallia, tutor qui conuertit pecunias pupillares in proprios vſus, tenetur ad vſuras vſurarum, ibid. n.23.

Quod pecunias in proprios vſus conuerterit, probari debet, c.229. n.2.

Vt dicatur palam & publicè in proprios vſus conuertiſſe, quid requiratur, c.229. n.19. c.230. n.7.

Tenetur ad intereſſe, quando pater pupilli, & tutor negotiati ſunt, c.229. n.28. ¶ *Item ſi pecunias in proprios vſus conuertit, & negotiatus fuit, ibid. n.29.*

Tenetur ad lucrum ceſſans, ſi in Prouincia, frequens fuit venditio cenſuum, c.229. n.32.

Quando pater pupilli erat mercator, & tutor etiam, & ipſe pecunias in vſus ſuos conuertit, ipſo facto moram committit, c.230. num.4. ¶ *Et eo ipſo dolum perpetrauit, ibid. num.5.*

Doloſè pecunias in vſus ſuos conuertiſſe dicitur, quando clam id fecit, vel in alios vſus extra deſtinatos, conſ.230. num.6.

Pecunia ex venditione mobilium redacta tam de iure communi, quam ex ſtatuto Auenionis, in emptionem prædiorum, vel cenſuum impendi debet, ibid. n.9.

Ex induſtria potius, quàm ex pecuniis pupillaribus præſumitur ditatus, c.225. n.4. contra, n.1. *& priorem tenentes præſupponunt talem induſtriam, ex qua vltra ſumptus neceſſarios, huiuſmodi diuitias acquirere potuerit, vt n.12.* *& omnes conueniunt, ſi adſint coniectura, vt non præſumatur acquiſiuiſſe ex induſtria, num.13.14.15.16.*

V

VAlor *beneficij quando exprimendus ſit ad validitatem vnionis,* vide Vnio.

Rei æſtimandæ in dotem conſtitutæ, quando reſtituendus ſit, vide Dos.

Scutorum auri, quando ſolui poſſit, vide Scuta.

Venayſsinus *Comitatus quomodo obuenerit Sedi Apoſtolicæ, c.57. n.11.*

Vendens *Nomen,* vide Nomen.

De euictione conuentus, quando defectum denunciationis opponere poſſit, vel non, vide Lis, *verſic. licet non fuerit.*

Venditio *inter coniuges, quando inducatur,* vide Æſtimatio.

Facta per ſubhaſtationem ſubiacet l. 2. C. de reſcind. vendit. *c.209. n.4.* ¶ *Creditores poſteriores audiuntur aduerſus illam, ſi doceant ſe læſos in ſexta parte, ibid. n.5.*

Quando onus appoſitum in venditione faciat partem pretij, c.129. n.2.

Verba *in quacumque diſpoſitione ita ſunt interpretanda, vt aliquid operentur, etiam illa impropriando, c.8. n.6.*

Contractuum, vide Contractus. Obſcura declarantur ex obſeruantia, c.96. n.13. ¶ *Intelligenda ſunt iuxta qualitatem perſonæ, c.106. n.11.*

Quando clara ſunt, non eſt recedendum ab eorum proprietate, licet actus non valeat, c.118. n.8. ¶ *Nec recurrendum ad quæſtionem voluntatis, c.41. n.7.* ¶ *Nec ab illorum proprietate recedendum, niſi clarè conſtet de voluntate, c.165. num.15.*

Importantia tractum temporis, adiecta nomini collectiuo inducunt fideicommiſſum graduale, c.109. n.13.

Statuti, cum effectu intelligenda ſunt, c.112. n.5.

Subſtitutionis, cum referuntur ad plures perſonas, pluralitas reſoluitur in ſingularitatem, c.139. n.23. ¶ *Directa non poſſunt ad fideicommiſſum adaptari, niſi adſit clauſula codicillaris, c.174. n.12.13.*

Declaratoria, ad proximiora referenda ſunt, c.226. n.13.

Diſpoſitiua, nec contra abſentes, nec pro iis probant, c.87. num.10.

Negatiua, inducunt formam, qua non ſeruata, actus non valet, c.49. n.5.

Diſpoſitionis, cui non conueniunt, nec conuenit diſpoſitio, c.67. n.8. ¶ *Cui non conueniunt, nec mens conuenit, c.29. n.5.*

Teſtatoris, iuxta communem vſum loquendi intelligenda ſunt, c.64. n.21.

Æquis partibus, denotant ſucceſſionem in capita, c.113. num.6.

Vſque ad præſens tempus, vel præſentem diem, reſtringunt verba præcedentia, quamuis generalia, c.222. n.6.

Enunciatiua probant in antiquis, c.24. n.4. c.69. n.1.

Non probant intra centum annos, c.57. n.27. ¶ *Non probant contra tertium, maximè quando enuncians non poteſt facere actum per ſe ſolum, c.87. n.7.8.* ¶ *Non probant, etiam inter præſentes, quando agitur de collatione beneficij, vel Ordinum ſuſceptione, ibid. num.12.* ¶ *Plenè probant, quando ſcripturæ in archiuis Principis repoſitæ ſunt, conſ.111. numer.9.*

Verbum volo relinquere, *per ſe ſolum non inducit relictum, c.55. n.9.* ¶ Volo *an inducat perfectam diſpoſitionem, ibid. n.10.*

Rogo, *inducit fideicommiſſum, c.75. n.19.*

Veſtes *ex generali conſuetudine debentur viduæ, c.77. nu.37.*

Vexationis *ſuper beneficio redimendæ cauſa, vt quid citra ſimoniam dari poſſit, quæ requirantur, c.126. n.1.*

****

Via *licet quoad proprietatem ſit publica, quoad vſum tamen dicitur priuatorum, c.97.n.1. ¶ Vſu communis eſt, nec vlli licet eam impedire, ibid.n.1.*

Publica, dicitur ius facultatis quod præſcribi non poteſt, ibid. n.3.

Vicinalis, liberum vſum, poſſeſſores hinc inde habere debent, c.98.n.1.

Vicaria *Eccleſiæ parrochialis quandoque temporalis eſt, c.87.n.3.*

Perpetua Eccleſiæ parrochialis, eo ipſo quòd talis eſt, habet curam animarum, c.201.n.1.

Vicarius, *Epiſcopi de illius mandato Vicarium deputare poteſt, c.63.n.20.*

Perpetuus Epiſcopi, vel Prioris congruam portionem habere debet arbitrio Iudicis taxandam, c.86.n.1.2.3. de congrua portione, vide Congrua portio.

Temporalis, Eccleſiæ parrochialis non habet curam animarum, ſed tantùm exercitium, eiuſque inſtitutio, & ad nutum amotio ſpectat ad Priorem, approbatio verò, & licentia adminiſtrandi ſacramenta, ad Epiſcopum, c.87.n.4. ¶ Ab Epiſcopo approbatus, intra annum, ſine cauſa, deſtitui non poteſt, ibid. n.5.

Nullum ius ſepulturæ prætendere poteſt in iis qui in ſua Eccleſia non morantur, & in ea, ſacramenta non ſumunt, c.90.n.4.

Epiſcopi, eſt dignior Præpoſito, & alio quocunque primam dignitatem poſt Epiſcopum obtinente, c.27 num.1. ¶ In choro præfertur illis, & omnia eidem Vicario, antequàm illis, ſunt conferenda, ibid.n.17. ¶ Repræſentat perſonam Epiſcopi, & ambo faciunt vnum tribunal, ibid.num.4.

Et honorari debet, vt is cuius vices gerit, ibid. n.6.18.19. ¶ Habet iuriſdictionem in Præpoſitum, ibid.n.22.23.

Etiam præſente Epiſcopo debet habere locum in choro, ibid. n.11. ¶ Sedet iuxta latus ipſius, ibid.n.17.

Auenionis, in Eccleſia præfertur Primicerio, & Vicegerenti, ibid.n.26 ¶ Si Procancellarij perſonam ſuſtinet, vbique is præfertur, ibid.n.27.

Vicelegatus *à Legato creatus, & à Papa confirmatus, cenſetur ab ipſo Papa conſtitutus, c.63.n.25.*

Auenionis, ex cauſa, & ad tempus, Vicarium & locum tenentem deputare poteſt, ibid.n.19.

Vidua. *illi non debetur dotis intereſſe intra annum luctus, niſi debitor illius fuerit in mora, & vidua pauper, non habens vnde ſe alat, vel conſtet quod paſſa fuerit intereſſe, c.72. num.36.*

Non poteſt petere vſuras dotis non reſtitutæ, c.211.n.6.

Intereſſe tamen lucri ceſſantis, vel damni emergentis, modò probetur, etiam dies à die moræ petere poteſt, ibidem. num.7.

Quando alimenta petere poſſit, vide Alimenta.

De veſtibus, vide Veſtes.

Nubens intra annum luctus, veſtes lugubres reſtituere debet, c.72.n.51.

Tenetur reſeruare augmentum & iocalia filiis primi matrimonij, c.204.n.9. ¶ Non tamen quatenus eſt reciprocum, c.148.n.28.29.& ſeqq.

Stuprum committens, an amittat lucra nuptialia, vide Stuprum.

Nubens non petito tutore, vide Mater.

Cui relictum eſt annuum legatum, quamdiu vidua fuerit, nubens non reſtituit, quod recepit, c.186.n.2. ¶ Sed ſi legatum, vel inſtitutio facta eſt ſub conditione, ſi non nupſerit, *reſtituit fructus perceptos, ibid.n.3. ¶ Idem ſi purè inſtituta ſit, ſed in caſum nuptiarum, inſtitutio ſit reuocata, ibid. num.4.*

Vitricus, vide Nouerca.

Vnio *beneficij facta alteri acceſſoriè, operatur extinctionem, & ſuppreſſionem nominis & tituli beneficij vniti, c.59.n.17. c.95.n.3.*

Beneficij regularis ſi fiat Eccleſiis cathedralibus, collegiatis, vel collegiis ſæcularium, quid operetur, c.60.n.4.

Valor beneficij, cui fit vnio, exprimendus eſt, ſi vniatur beneficio particulari, ſecus ſi alicui menſæ, vel corpori, c.137. num.20.

Vocatio eorum, qui ſunt ſub beneficio vnito, non eſt neceſſaria, ibid.n.27.

Fit tribus potiſſimùm modis, ibid.n.12.

Intereſſe inferiorum collatorum non eſt conſiderabile, quando fit authoritate ſummi Pontificis, ibid.n.10.

Per Papam, ſine conſenſu inferioris collateralis, imò illo inuito fieri poteſt, ibid.n.18.

Per vnionem vnius Eccleſiæ ad alteram, non alteratur ſtatus Eccleſiæ, ibid.n.2.

Poſt ſententiam, & poſſeſſionem dicitur effectum ſortita, ibid n.6.

Vniuerſalia *ſunt largè interpretanda, maximè quando agitur de actu fauorabili, vt eſt donatio contemplatione matrimonij, c.8.n.4.*

Voluntas *expreſſa præfertur coniecturatæ, conſ.162. num.37.*

Dubia explicatur ex veriſimili, c.165.n.13.

Nuda adimit legatum, & ſufficit ſi ex coniecturis appareat mutatio voluntatis, c.64.n.28.

In teſtamentis quid operetur, & quomodo interpretanda, vide Teſtamentum. *vel* Teſtator.

Vſus *& obſeruantia declarant mentem contrahentium, c.98.n.2.*

Antiquiſſimus & immemorialis habet vim pacti, & conuentionis, & pro veritate habetur, c.24.n.10.11.

Domus, quæ legata fuit, non tranſit ad hæredes, conſ.179. num.3.

Vſufructuarius *tenetur rem conſeruare & ad ſarta tecta reficienda, vel reparanda, c.144.n.6.7.*

Fructus ciuiles etiam vltimi anni lucratur pro rata temporis, c.148.n.36. ¶ Lucratur non perceptos, ſi facto alterius eos percipere impeditus fuerit, ibid.n.37.

Vſusfructus *morte finitur, c.179.n.5.*

Ceſſat in bonis aduentitiis filij ex defectu patriæ poteſtatis, c.148.n.6.

Non tranſit ad hæredes, licet in contractu conſtitutus, niſi de illis fiat expreſſa mentio, c.179.n.4.

Vt cenſeatur legatus, non eſt neceſſe, vt fiat mentio vſusfructus, ſed ſufficit ſi fructus legentur, c.10.n.1.& 3. ¶ Quandoque tamen legatis fructibus, non cenſetur legatus vſusfructus, ibid.n.2.

Non eſt differentia, an totus reditus vel pars illius, & vſusfructus relinquatur, ibid.n.3.

Vtilitate fundi legata, ſolus vſusfructus cenſetur legatus, c.179.n.6.

Per filium relictus aſcendentibus, iuxta l. hæreditatum ff. ad leg. Falcid. *æſtimatus, in ipſorum legitimam imputatur, c.83.n.5.*

Non imputatur, niſi legatum acceptatum fuerit, c.85.n.1.

Æſtimatio ſecundùm l. hæreditatum ff. ad leg. Falcid. *fit iuxta numerum annorum, quibus vixit vſufructuarius, ibid.2.*

Vſuræ *cenſentur remiſſæ ex receptione ſortis, quando debentur officio Iudicis, c.94.n.7. Sed ſi iure actionis ſecus eſt, ibid. n.8.*

Speciale eſt in vſuris, vt ſolutio potius in eas cenſeatur facta, quàm in ſortem, ibid.n.11.

Vſura & intereſſe in quo differant, c.169.n.4.

Licet de iure, ex mora irregulari, abſque interpellatione debeantur, pendente minori ætate, c.228.n.1.

Tamen ea ceſſante, currere deſinunt, ibid.num.2. fallit, vt num. 3.

Generaliter non poſſunt excedere duplum, ibid. n.7. hoc tamen limita, vt n.8.& 9.

Vſu-

Digitized by Google

Vſurarum prohibita ſunt, quod extenditur ad legales, ibid. n.15.16.

Fructuum, qui augent ſortem, debentur, ibid. n.21.

Pecunia redacta ex rebus non fructiferis, non debentur, c. 229. n.9.

Pecunia pupillaris, quando debeantur, vel non, vide Tutor.

Sicut iure ciuili datur caſus, quo poſt maioritatem currunt vſuræ, ita quoque iure canonico intereſſe currere debet, c.230. n.3.

Dotis, quando marito, vel viduæ debeantur, vel non, vide Dotis intereſſe. *&* Vidua.

Vuas *premendi in torculari conceſſio eſt perſonalis, conſ.164. num.1.*

Vxor, *dotis conditionem, pacto meliorem facere poteſt, deteriorem verò non poteſt, c.107. n.14.*

Animalia quæ habebat tempore matrimonij, cui pereant, vide Animalia.

Per eam acquiſita, cuius ſint, vide Acquiſita.

Quando teneatur ad debita mariti, vide Debitum, *vel* Mobilia.

Eius, & viri appellatione, propriè ij tantum intelliguntur qui matrimonium per copulam conſummarunt, c.220. num.3. & 4. ¶ *Non venit ſponſa de præſenti, vel ſponſus, quoties agitur de lucro in bonis dotalibus, faciendo, ibid. num.2.*

FINIS.

APPROBATIO.

NOs Primicerius & Profeſſores in Academia Auenionenſi, fidem facimus, qualiter in his grauiſſimis & eruditiſſimis Reuerendiſſimi D. LVDOVICI BELLI Rotæ Decani, & in Iure Pontificio Anteceſſoris celeberrimi, Reſponſis, nihil continetur, quod fidei orthodoxæ repugnet. Auenione Kalend. Maij M. DC. XXXV.

PAYEN PRIMICERIVS.
L. CROSETVS Regens.
A. TONDVTVS Regens.
H. de LAVRENS Regens.

**** 2

AD LECTOREM.

MOnitum te velim in Conſilia 69. 107. 145. & 180. *turpiſſima irrepſiſſe errata, eaq́; ſtylo minus apto concinnata, ex imperitia amanuenſis, qui illa ex Gallico idiomate, quo primùm fuerant ab authore concepta, tranſtulit in Latinum, quæ non niſi poſt editionem obſeruata fuerunt.*

PRIMÆ PARTIS

Errata correcta nonnullis beneuoli Lectoris iudicio relictis, præſertim iis quæ defectum interpunctionum, orthographiæ vitium, & characterum diuerſitatem concernunt.

				ERRATA	CORRECTA
				In Epiſtola dedicatoria.	
Pag.	1.	lin.	12.	vereatur	vereretur
				In Vita.	
Pag.	1.	lin.	10.	obnleſcie	obſoleſcit
pag.	4.	li.	14.	eluerec	cluderét
	ead.	li.	24.	pacti	parti
	ead.	li.	42.	ludicis	ludicris
				In indice argumentorum.	
Col.	1.	lin.	15.	ſerno	ſeruo
col.	6.	li.	29.	ſpectanda	expectanda
	ead.	li.	pen.	vtroque	vtraque
col.	8.	li.	31.	ambitiorè	ambitioſæ
col.	10.	li.	4.	ſine	ſit

Pag.	*Col.*	*lin.*	*Errata*	*Correcta*
1.	Arg.	7.	& alias	& inter aliſa
			Summarij.	
ead.	1.	14.	&	ei
2.	2.	20.	relicta	redacta
3.	1.	34.	humori	huiuſmodi
4.	1.	22.	affectum	effectum
ead.	2.	55.	caſus eſt	caſus non eſt
6.	1.	48.	id	unn
ead.	2.	54.	territorij	territorium
9.	1.	21.	Barth.	Bartol. & ita corrige in ſeqq.
10.	1.	24.	loco	lata
ead.	2.	21.	Andreæ	Andreas
ead.	ead.	44.	Equina.	Eguina. & ita corrige inferius
12.	1.	4.	faciat	facit
13.	1.	36.	refuſa	refuſo
14.	2.	8.	quæ	qua
ead.	ead.	26.	prouinciam	prouincia
15.	1.	22.	ſpe	ſpecie
17.	1.	5.	non habebas,	dele, non
ead.	ead.	32.	apparebat	apparebit
ead.	2.	17.	quo	quod
18.	2.	3.	procedae	procedit
ead.	2.	50.	exercitio.	exercito.
20.	1.	39.	contrarium	certiſſimum
21.	1.	41.	ae	ea
ead.	ead.	55.	feudi	feuda
23.	1.	18.	primogenitum	primogenitura
ead.	ead.	44.	alij	aliàs
ead.	ead.	57.	Berengarius	Berengarium
25.	1.	14.	ſuppletorum	ſuppletorium
ead.	2.	7.	ſit	ſi
26.	1.	pen.	more	merè
27.	2.	27.	collaterales	collateralis
29.	1.	20.	Aluarod.	Aluarad. & ita corrige inferius
31.	2.	27.	debeat	debebat
33.	1.	52.	ſed	ſeu
34.	2.	28.	fœminis	fœminæ
36.	2.	63.	nullum	vllum
37.	1.	31.	approbâte	probâte, & ita corrige in ij ſeq.
38.	1.	58.	quo	quibus

Pag.	*Col.*	*lin.*	*Errata*	*Correcta*
39.	1.	43.	nunquam	vnquam
ead.	ead.	54.	Iacomi.	Ioachim.
ead.	2.	46.	ſeparanda	ſeparata ibid. & quã ei quam
ead.	ead.	52.	mittentur	mutentur
ead.	ead.	53.	mittetur	mutetur
ead.	ead.	54.	perſonam	perſona
41.	arg.	3.	ex differentiia	& differentiis
44.	1.	39.	feud. Menoch.	feud. Marchi.
ead.	ead.	46.	ideóque	adeóque
47.	2.	34.	panagio	appanagio, & ita corrige li. 38.
48.	1.	12.	quod	quoad
49.	1.	41.	geminum	genuinum
ead.	2.	25.	&	vt
ead.	2.	61.	Freccia	Frecciam
52.	2.	17.	gemina	genuina
53.	1.	55.	ſtatuit	ſtatui
ead.	2.	63.	petitur	petiuit
54.	1.	14.	maſculus & maior,	lege, maſculum & maiorem
ead.	2.	34.	quo ſemel	quo quando ſemel
56.	1.	7.	lineam vnam	linea vna
ead.	ead.	64.	poſt, feudatario,	adde, moriente
57.	1.	12.	emoti	emotos
ead.	ead.	50.	iure	iuri
58.	1.	43.	quæ	quas
ead.	ead.	47.	eos	eas
ead.	ead.	58.	abratum	alteratum
ead.	2.	30.	feudum	feudorum
ead.	ead.	33.	dicamus	dicimus
59.	1.	5.	filio	filia
ead.	2.	47.	&	à
60.	2.	21.	denuò	demum
ead.	ead.	47.	inutile	inutilis
62.	2.	10.	recepram eſſe eámque,	lege, receptum eſſe idque
63.	2.	29.	caſu	caſui
64.	1.	22.	prouenire	peruenire
ead.	ead.	33.	filiis	filij
ead.	ead.	65.	dicatur	dicat
ead.	ead.	vlt.	neceſſitatem	neceſſitatum
65.	1.	2.	quibus verba,	dele, verba
ead.	2.	47.	ſucceſſionibus	ſucceſſoribus
66.	1.	20.	poſt, ipſo,	adde, dicta
ead.	2.	26.	qui	quia
ead.	ead.	20.	poſt, facienda,	adde, vel
67.	2.	52.	quo	cui
ead.	ead.	59.	tamen	tantum
69.	1.	64.	fœmina	fœminæ
ead.	2.	16.	vtroque	vterque
ead.	ead.	pen.	Menochij	Menochius
70.	2.	16.		dele, & quamuis hoc caſu Decij
ead.	ead.	57.	inita	initam
ead.	ead.	66.	nomen	nouem
77.	arg.	7.	intentione	extenſione
			Summarij.	
ead.	1.	9.	poſt, communi,	adde, non
72.	2.	30.	iore	ſiue
73.	1.	37.	eſt	& eſt
ead.	ead.	63.	per ſe	pro ſe

ead.

Pag.	col.	lin.	*Errata*	*Correcta.*
ead.	ead.	66.	capta	cœpta
ead.	2.	26.	conceſſia	conceſſio
74.	1.	3.	hrede	hærede
ead.	ead.	5.	tranſitorium	tranſmiſſum
ead.	ead.	18.	ſed	ſit
ead.	2.	6.	capta	cœpta
75.	2.	23.	primogenitatam	primogenitura
ead.	ead.	47.	manutenendo	manutenendæ
ead.	ead.	50.	cam	etiam
ead.	ead.	54.	poſſeſſorium	petitorium
76.	1.	57.	in	ex
ead.	ead.	58.	poſt, dicti,	adde, Ioachi.
ead.	ead.	60.	tenenda	ferenda
77.	1.	1.	petitiones	poſitiones
ead.	2.	16.	de	dict.
81.	2.	21.	filia	filiæ
ead.	ead.	22.	patrui	patri
85.	1.	36.	vt	&
91.	2.	28.	nec ad onera prædeceſſoris tenetur. *lege*, non teneri ad debita non contracta in vtilitatem maioratus, nec ad onera hæreditaria prædeceſſoris.	
ead.	ead.	43.	omnino	imo
92.	1.	34.	multi	multo
ead.	ead.	54.	quo	quæ
94.	1.	39.	caret	erat
95.	1.	5.	ſereniſs.	ſanctiſs.
96.	1.	66.	generalitate	generaliter
ead.	2.	15.	poſt, eſt,	adde, admittenda
ead.	ead.	25.	poſt, ſi,	adde, tamen
ead.	2.	28.	præſtat	præſtatur
101.	2.	3.		*dele*, eſt
ead.	ead.	46.	promulgationes	promulgationis
102.	2.	10.	conſuetudines	conſuetudinis
ead.	ead.	32.	Titius	Titius
103.	2.	61.	per	pro
107.	2.	27.	dum	cum
108.	1.	2.	non	nec
109.	1.	7.	poſt, etiam,	adde, ſi
ead.	ead.	pen.	iidem	iiſdem
110.	2.	40.	mittat	mutat
111.	2.	30.	qui	quod
111.	1.	19.	poſt, eſt,	adde, &
113.	1.	23.	primogenitum	primogenitura
ead.	2.	1.	Franc.	Ioan.
114.	2.	pen.	debere	deberet
117.	1.	4.	ſecluſis	ſæculis
ead.	2.	32.	quæ	qua
118.	2.	14.	cuiuſvis	cuiuis
119.	1.	31.	afferena	afferens
122.	2.	24.	quæ	qua
123.	1.	27.	relatum	relatiuum
124.	1.	53.	alius	aliud
125.	1.	12.	multæ	mulctæ
ead.	ead.	antep.	alibi	alio
ead.	2.	20.	&	et

Summarij.

126.	1.	8.	poſt etiam,	adde, legatum
ead.	2.	31.	poſt, fundum,	adde, ff. de inſtruc. vel inſtrum. lega.
127.	2.	10.	cap.	C.
ead.	ead.	17.	quæ	quas

Summarij.

128.	1.	13.	attentatoa	attentatorum
ead.	2.	2.	ſpectandua	expectandus
129.	2.	53.	Bellarm.	Bellame.
130.	2.	23.	appoſito	appoſitio
ead.	ead.	37.	etiam vel	etiam lite, vel
ead.	ead.	52.	Loſre.	laffre.
ead.	ead.	58.	quoad	quod
131.	1.	7.		*dele*, non
ead.	ead.	18.	laffr. Lanfr. Bald.	*lege*, laffred. Bald.
ead.	ead.	46.	nota	mora
132.	1.	58.	dubio	dictio
ead.	2.	41.	poſt, facultatem,	adde, habet
ead.	ead.	50.	articulis	articuli
ead.	ead.	52.	actiones	rationes
133.	1.	49.	actionem	actorem
ead.	ead.	59.	pertiouiſſo	perueniſſe
ead.	2.	10.	portan	portari
134.	1.	20.	Bartaz.	Bertaz.
ead.	ead.	21.	in tanto	in quo tanto
ead.	ead.	62.	actis d.	actis & d.

Pag.	Col.	lin.	*Errata*	*Correcta.*
135.	2.	37.	fuiſſet	fuiſſent
ead.	ead.	61.	ſpectare	expectare
136.	1.	1.	tium	iudicium
ead.	ead.	65.	appoſitionem	oppoſitionem
138.	2.	22.	Lanfr.	laffred.

Summarij.

140.	1.	3.	nec	ex
141.	1.	1.	Legato	Vicelegato
ead.	ead.	16.		*dele*, in
142.	1.	22.	quod	quoad
ead.	ead.	47.	poſt, vbi,	adde, inſpecta
ead.	2.	57.	ſit	ſi
143.	2.	48.	ex	in
144.	1.	10.	poſt, teſtium,	adde, &
145.	1.	58.	ſemper	ſuper
147.	2.	28.	poſt, in iuria	adde, allegationibus
148.	2.	7.	Gelaſio	Galleſio
151.	2.	23.	l.	cap.
153.	1.	8.	vt in terminis	& in terminis
155.	2.	51.	caſu	caſus
156.	2.	41.	poſt, cum ſit,	adde, in
157.	2.	11.	poſt, ſed eo,	adde, caſu
ead.	ead.	40.	factæ	facta
160.	1.	54.	Deci. 5.	Deci. conſ. 5.
ead.	2.	2.	prædicta	producta
ead.	ead.	23.	poſſet	poſſeoe
124.	2.	11.	domino	dominio
ead.	ead.	31.	contraria	centenaria
166.	1.	21.	prætenſor	prætenſæ

Conſilij 18.

ead.	2.	2.	poſt, Ioachimum,	adde, filium
ead.	ead.	5.	dicans	Diana
ead.	ead.	7.	excludat	excludatur
ead.	ead.	23.	interpellationi	interpretationi
127.	1.	4.	cui	qui
		ibid.	eum	cum
ead.	ead.	13.	poſt, deſcendentes, adde, nam etſi à primo inueſtito venientes, dicantur deſcendentes,	
ead.	ead.	25.	poſt, terminis,	adde, quod
ead.	ead.	33.	eorum.	artic.
ead.	ead.	39.	quod quando in,	*lege*, quod in dicto
ead.	ead.	43.	& tamen	& tantum
ead.	2.	6.	Burſol.	Burſat.
ead.	ead.	38.	debetur	debeant
ead.	ead.	48.		*dele*, cap.
168.	1.	10.	pro	per

Summarij.

ead.	2.	36.	donatis	donatio
169.	1.	19.	canditio	conditio
170.	2.	6.	Pariſien.	Pariſius
172.	1.	21.	Picuni	Picum
173.	2.	5.	tantum anni	tantum? anni
ead.	ead.	43.	deminutio	diminutio
175.	1.	40.	reſpondebimus	reſpondimus
ead.	2.	60.	ſola	ſolus
176.	2.	16.	per	pro
178.	1.	18.	quia potiſſimum	potiſſimum propter
185.	1.	63.	publicia	Publius
189.	2.	54.	proponerentur	proponebantur
190.	1.	7.	Petrus	Petra
191.	2.	30.	ſupremam	ſupremus
193.	2.	26.	nunquam	vnquam
194.	2.	15.	allegatis	allegati
ead.	ead.	65.	legitimi	legitimè
195.	1.	55.	poſt, eſt	adde, adeſſe
196.	2.	17.	propterea	præterea
197.	1.	36.	Cornal.	Corneo
ead.	2.	33.	excludenda	exſoluenda
198.	1.	26.	poſt, illam	adde, de
199.	1.	19.	c.	C.
200.	1.	19.	Archidiano	Archidiaconi
ead.	ead.	63.	criminalibus	criminaliter
201.	2.	20.	iungente	fugente
ead.	ead.	23.	Primario	Primicerio
ead.	ead.	58.	monere	mouere
203.	2.	12.	1.	10.
ead.	ead.	19.	muneribus	mulieribus
204.	2.	5.	de	dum
205.	1.	55.	ſpectata	expectata
ead.	ead.	42.	publicationem	publicatio

Conſilij 30.

206.	2.	13.	eorumdem	earumdem

**** 2

Pag.	Col.	lin.	Errata	Correcta
207.	1.	52.	incertum diem	incertus diei
208.	1.	40.	etiam	enim
ead.	ead.	61.	&	aut
209.	2.	antep.	poſt, quinimò	adde, in
210.	1.	29.	ſec.	ſcilicet
ead.	ead.	25.	in	Cyn.
211.	1.	pen.	15.	is
			Summarij.	
ead.	2.	2.	poſt, ita	adde, vt
			Conſilij 33.	
213.	2.	27.	c.	C.
214.	2.	11.	cap.	C.
ead.	ead.	13.	cap.	C.
ead.	ead.	17.	1.	C.
ead.	ead.	31.	valeat	valeant
ead.	ead.	vlt.	codicillos	codicillis
			Conſilij 34.	
216.	1.	13.	Bald.	Balb.
ead.	2.	19.	vſucapione	vſucapio
ead.	ead.	10.	dominium	dominum
ead.	ead.	vlt.	15.	is
217.	1.	44.	pubertatis	pubertati
ead.	ead.	60.	poſt, de	adde, quo
218.	1.	3.	conſumetur	conſummetur
ead.	2.	18.	concipiandum	concipiendum
			Conſilij 36.	
219.	2.	3.	&	vt
ead.	ead.	5.	&	vt
ead.	ead.	10.	ſenſu	cenſu
ead.	ead.	36.		*dele*, ctum.
220.	1.	54.	quietantia	quitantia
ead.	2.	5.	mos	mox
		ibid.	oriretur	ſequitur
221.	1.	8.	feudum	laudemium
ead.	ead.	59.	quæ	qua
ead.	ead.	pen.	poſt, ſ.	adde, illud
222.	1.	34.	ſubinfeudatarius	feudatarius
ead.	ead.	45.	fundatarius	feudatarius
ead.	ead.	pen.	de	vnde
			Conſilij 38.	
223.	2.	22.	A.	Aidizo
224.	arg.	1.	ſpectanda	expectanda
227.	1.	47.	mundum	numerum
ead.	2.	2.	tunc	tùm
229.	2.	32.	des	les
232.	2.	66.	matrimonio	patrimonio
233.	1.	9.	& quibus	& à quibus
ead.	2.	42.		*dele*, &
ead.	ead.	58.	iudicam	vnicam
ead.	ead.	67.	tam	tùm
234.	1.	2.		*dele*, que
			Conſilij 44.	
237.	2.	15.	Marcobar	Marcabrun.
239.	2.	53.	fuiſſet	fuiſſe
ead.	ead.	57.	Salicum	Saluum
240.	1.	5.	alliciretur	allicere tur. & ita corrige col. 2. lin. 14.

SEGVNDÆ PARTIS ERRATA.

Pag.	Col.	lin.	Errata	Correcta.
			Summarij.	
1.	1.	12.	exprimi	eximi
ead.	ead.	pen.	aliquam	aliquem
2.	2.	19.	ſemina	ſemine
ead.	ead.	52.	animalibus	criminalibus
4.	1.	12.	reuocanda	vocanda
ead.	2.	33.	Conat.	contra Conat.
5.	2.	5.	electorum	Doctorum
11.	1.	47.	requirant	requirunt
ead.	ead.	67.	feriam	feriatim
12.	1.	54.	cum valde	cum non facile
13.	2.	5.	parrochialium	parrochiarum
ead.	ead.	18.	loquitu	loquitur
14.	1.	3.	eorum	crocum
ead.	2.	19.	conſtitutia	conſtituentes
ead.	ead.	59.	redditam	reditum
15.	2.	37.	Terbuce.	Tribuce.
16.	1.	60.	notiorem præſcriptionem, *lege*, naturam præſcriptionis	
ead.	ead.	67.	iure	vice
ead.	2.	14.	Podem.	Pedem.
ead.	ead.	26.	quod	quoad
ead.	ead.	43.	credere	deponere
17.	1.	3.	Halta	Alba
ead.	ead.	22.	iam	vim
ead.	2.	8.	credulam	cedulam
18.	1.	16.	Melloio	Mellino
ead.	ead.	20.	depoſitiones	depoſitionibus
ead.	ead.	22.	ſimilibus	ſimilia
ead.	ead.	33.		*dele*, non
19.	1.	11.	iure	vice
20.	1.	9.	confirmatur	confirmantur
ead.	ead.	21.	ſoluit	ſolius
ead.	ead.	36.	eas	eos
ead.	ead.	44.	poſt, trox	adde, n. 7. apud Seraphin. cum traditis
ead.	2.	4.	ſi	hi
21.	1.	41.	qui	quia
ead.	ead.	67.	exemptio	exemptione
ead.	2.	40.	& non videant,	*lege*, vt non videant
21.	2.	27.	Polectum	Paleotum
ead.	ead.	52.	poſt, num. 5. adde, per teſtes autem non niſi habeant centum & quatuordecim annos, ſecundum Abbat. in d. c. cum nobis. n. 5.	
24.	1.	10.	ſic	hic
ead.	2.	59.	liberationem	liberatione
25.	1.	40.	ſi	niſi
ead.	ead.	58.	conſ.	cap.
ead.	2.	20.	de	ex
ead.	ead.	64.	Haſſani	Flaſſani
26.	1.	3.	ſic	hic
ead.	ead.	30.	competantur	reperantur
ead.	2.	16.	tractatur	reſtatur
27.	2.	32.		*dele*, vt
28.	1.	40.	poſt, Gui. Pa.	adde, q. 467.
ead.	ead.	51.	poſt, graduum,	adde, &
30.	1.	5.	inſtituere	reſtituere
32.	1.	17.	nimis	minus
ead.	ead.	18.	in	M.
ead.	ead.	52.	refert	vſus
ead.	ead.	60.	Pract.	Præt.
ead.	2.	22.	poſtremò	poſtremus
33.	2.	21.		*dele*, ſi
ead.	ead.	40.	quidam	qui dictam
34.	1.	44.	acquiſito	requiſito
ead.	ead.	48.	lerat	erat
ead.	ead.	52.	maior	maiori
ead.	2.	24.	affatione	affectione
ead.	ead.	66.	complacenda	complacendum
35.	1.	23.	Dun.	Decian.
ead.	ead.	28.	dec. 683.	dec. 638.
ead.	ead.	35.	noſtra	num.
ead.	ead.	37.	conſ. 15.	cauſis
ead.	ead.	39.	ſpectata	expectata
ead.	2.	28.	acceſſi	acceſſiri
		ibid.	illam	illum
36.	2.	53.	voluit	noluit
37.	1.	5.	& ſe	ea ſe
ead.	2.	2.	de	d.
38.	1.	1.	relactas	relictis
			Conſilij 56.	
ead.	2.	2.	aliquin	alioquin
ead.	2.	3.	poſt, quoad,	adde, hoc
40.	2.	20.	talia	talis
ead.	ead.	31.	nitæ	initæ
41.	2.	32.	poſt, teſtium,	adde, de anno
42.	2.	54.	loquitur	ſequitur
43.	1.	18.	iuuerit	iuuent
ead.	ead.	34.	territorinm	territoriorum
ead.	ead.	55.	poſt membri,	adde, prima
ead.	ead.	56.	territorium	territoriorum
ead.	ead.	67.	Epiſcopum	Epiſcopus
44.	1.	66.	poſt, quatuor vno, adde, eodémque die factæ fuerunt	

Pag.	Col.	lin.	Errata	Correcta.
45.	1.	47.	qaam	qaorum
ead.	ead.	61.	ſcoatus	ſanarus
ead.	2.	16.	ſancti	ſanctitati
ead.	ead.	43.	ipſi	ipſiua
46.	1.	23.	ex	aa
ead.	ead.	25.	tettahitur	retrotrahitur
47.	1.	11.	Telm.	Felm.
ead.	ead.	21.	quoad	qaod
ead.	ead.	29.	æſtimata	contmaata
ead.	2.	54.	Telm.	Felm.
ead.	ead.	60.	dec.	Deci.
48.	1.	30.	territoriorum	territorium
ead.	2.	54.	&	ei
ead.	ead.	63.	quod	quoad
50.	1.	28.	terciam	tertium
ead.	2.	13.	commiſſione	conceſſione
ead.	ead.	27.	Cunes ſeu Hoidæ	fuoes ſeu chordæ
51.	1.	10.	authenticè	authoritate
ead.	ead.	29.	tedierat	redierit
ead.	2.	31.	initæ	iuxta
ead.	ead.	39.	&	ei
ead.	ead.	46.	Manſo.	de manſo.
		ibid.	poſt controuer.	adde, inueſtitu.
52.	1.	vlt.	qualité	en qualité
ead.	2.	7.	de ipſa	re ipſa
54.	1.	39.	vis	ius
ead.	2.	9.	Target	Forget
ead.	ead.	11.	titulariæ	titularis
ead.	ead.	21.	Chenum	Chenu
ead.	ead.	26.	poſt. inquit,	adde. Prob.
ead.	ead.	35.	dictio	dicti

Summarij.

55.	1.	8.	ſæculare per regalares, *lege*, regulare per ſæculares	
ead.	2.	11.	illo	illa
ead.	ead.	21.	ex	ea

Conſilij 60.

ead.	2.	7.	incluſa	concluſa
56.	1.	37.	eia	vis
ead.	ead.	55.	directo	decreto
57.	1.	37.	capite	capax
ead.	ead.	51.	conſilij	Concilij
ead.	2.	18.	poſt, Pontificis,	adde, ſed hodie videtur indiſtinctè ſine diſpenſatione ſummi Pontificis
58.	1.	54.	cod.	eod.
ead.	ead.	65.	verum	virum
ead.	2.	39.	aduenıendo	deueniendo
ead.	ead.	50.	turbans	turbam
59.	arg.		ambitioſè	ambitioſe

Conſilij 61.

ead.	2.	18.	ceſſaret	caſſaret
ead.	ead.	33	ceſſationem	caſſationem
60.	1.	22.	ſummum	ſanctiſſimum
ead.	ead.	31.	Copic.	Capic.
ead.	ead.	62.	qaarant.	Quarant.
ead.	2.	4.	autem	eum autem
61.	1.	11.	poſt, vera eſſet,	adde, cauſa eſſet
ead.	ead.	16.	cognoſcitat	cognoſcetur
ead.	ead.	24.	appoſita	oppoſita
ead.	ead.	31.	quoad d.	quod quoad d.
ead.	2.	vlt.	conſ.	Concil.
62.	1.	3.	conſeruantem	conſeruatorem
ead.	ead.	6.	conſeruatoriam	conſeruatorem

Conſilij 62.

ead.	1.	13.	interpretationem	impetrationem
ead.	2.	27.	interpretatio	impetratio
ead.	ead.	30.	interpretatione	impetratione
63.	2.	41.	C.	E. & ita corrige lin. 46.
ead.	ead.	59.	ſubſtitatum	ſubſtitutua
64.	1.	24.	poſt. Farneſij,	adde, dicti verò Farneſij
ead.	ead.	42.	ſententiæ	ſeotentia
ead.	2.	2.	certiua	titiua
ead.	ead.	8.	promiſſia	permiſſis
ead.	ead.	27.	nullo	multo
ead.	ead.	33.	Fadro.	Falcon.
ead.	ead.	34.	nondum	nedum
eod.	ead.	35.	ſcripto	Epiſcopo
ead.	ead.	57.	ſi	ij
65.	1.	13.	ad id	per ad id
ead.	ead.	15.	aliæ	aliàs
ead.	ead.	60.	quod	qaoad
66.	1.	25.	poſt, col. 7,	adde, omnia exceptis
67.	1.	30.	an	nam
ead.	ead.	pen.	terris	litteris

Pag.	col.	lin.	Errata	Correcta.
68.	1.	59.	conſilio	Concilio

Conſilij 64.

69.	2.	10.	& Margari.	ex Margarita
ead.	ead.	24.	filij	filius
ead.	ead.	40.	filia	filio
70.	1.	6.	tam	ea
ead.	ead.	35.	poſt, eſt,	adde, &
ead.	2.	15.	vtrumque	vtremque
ead.	ead.	24.	Peruſius	Peruſin.
71.	2.	52.	comprehendatur	comprehendantur
72.	1.	54.	ibi	illi
73.	1.	7.	ipſius	iſtius
ead.	ead.	9.	præſumant	præſumatur,
ead.	ead.	16.	duobus	duabas
ead.	ead.	40.	de eod.	de edendo
ead.	2.	4.	ciaibus	ciuilibus
ead.	ead.	29.	aduerſis	diuerſis
ead.	ead.	44.	religioſum	religioſus
ead.	ead.	65.	& ſubſtitutus	is ſubſtitutus
74.	1.	5.	patres	patris
ead.	ead.	33.	&	ex
ead.	ead.	52.	inutile	inutili
ead.	2.	6.	tantum	tamen
ead.	ead.	8.	ſic	hic
ead.	ead.	11.	nedum	nondum
ead.	ead.	48.	dicta	dictus
ead.	ead.	57.	Gattomb.	Garroub. & ita corrige inferius
ead.	ead.	64.	intelligendam	intelligendum

Conſilij 65.

ead.	ead.	7.	legatum	ligatum
ead.	ead.	21.	Neuſa.	Neaiſan.
ead.	2.	5.		*dele*, C.
76.	1.	35.	poſt, iuuerunt,	adde. ſe
ead.	2.	9.	epit. hom.	epitom.
77.	2.	13.	modum ad	nedum quoad
ead.	ead.	22.	mandat	mandabit
ead.	arg.	1.	poſt, nepos,	adde, ex filia

Conſilij 67.

ead.	1.	1.	dict..	Dominus
ead.	2.	24.	habuerit	habebit
78.	1.	20.	Cho.	Ioan.
ead.	ead.	37.	legat.	legit.
ead.	ead.	47.	ex	&
ead.	ead.	57.	&	vt
ead.	ead.	64.	inductum	indicatum
ead.	ead.	pen.	continuatur	coadiuuatur
ead.	2.	3.	reuocatus	vocatus
ead.	ead.	24.	ipſis	iſtis
ead.	ead.	54.	filiorum	filium
79.	1.	16.	ſerie	ſpecie
ead.	ead.	27.	poſt, fœmina,	adde, inciperet
ead.	ead.	35.	non	nos
ead.	ead.	41.	& ſolua	vt ſcilicet
ead.	2.	15.	ſufficie	ſcilicet
ead.	ead.	22.	poſt, proaui,	adde, comprehendatur, &
ead.	ead.	37.	poſtremò	poſtrema
80.	1.	29.	vbi	nihil
ead.	ead.	42.	&	vt
ead.	ead.	47.	in membro	in primo membro
ead.	2.	14.	ideo	idem
ead.	ead.	39.	ſucceſſu	ipſi

Conſilij 68.

81.	2.	2.	13.	*dele*, non
ead.	ead.	27.	nominat	nominant
82.	1.	3.	optando	optanda
ead.	ead.	22.	eiuſmodi	eiuſdem
ead.	ead.	31.	quamlicet	quando licet
ead.	ead.	67.	Decia.	Decias. & ita corrige col. 2. lin. 31. & 33.
83.	1.	12.	ſcientia	licentia
ead.	ead.	16.	Rochet	Rochna
ead.	2.	5.	diuiſit	dimiſit
84.	1.	21.	collectio	collatio
ead.	ead.	32.	prouiſam fuiſſe beneficiaturam, *lege*, prouiſum fuiſſe de beneficiatura	
ead.	ead.	34.	canonicatum,	de canonicatu
ead.	2.	1.	annos	annorum
ead.	ead.	12.	Horeda	Hoieda. & ita in ſeqq. corrige
85.	1.	4.	Hechi.	Zechi.
ead.	ead.	18.	prouiſam	prouiſus
ead.	ead.	21.	adoptionem	adeptionem, & ita corrige infra
ead.	ead.	23.	dandi	danda

**** 4

Pag.	Col.	lin.	Errata	Correcta.
ead.	ead.	37.	aliia	alij
ead.	ead.	65.	cler.	elem.
ead.	2.	18.	diſpenſatio	diſpenſatione
ead.	ead.	57.	Deci.	Duen.
86.	1.	18.	me	eum
ead.	ead.	26.	presbyterali	presbyteralis
ead.	2.	16.	patronum	patronorum
ead.	ead.	20.	conſen. ſu patronum	conſenſu patronorum

Conſilij 70.

Pag.	Col.	lin.	Errata	Correcta.
ead.	1.	6.	non	nam
87.	arg.	8.	ſint	ſit
89.	1.	7.	conſtitutas	conſtituta
ead.	ead.	38.	poſt, conſtituent,	adde, tertium
ead.	ead.	64.	redditoris	creditoris
ead.	2.	1.	alio	alia
ead.	ead.	8.	Zap.	Lap.
ead.	ead.	17.	exſoluendis	exſoluendus
ead.	ead.	26.	vna	bona
90.	1.	36.	inducant	induant
ead.	ead.	pen.	aſſecuranda fuit, facta	*lege*, aſſecuranda fuit
ead.	2.	29.	interpretatur	interpretatiuè
ead.	ead.	36.	Zoderic.	Roderic.
ead.	ead.	39.	annonas	annonæ
ead.	ead.	49.	ſolitis	ſoli, vt
91.	1.	11.	& ea	& eorum
ead.	ead.	18.	ſpectandum	expectandum
ead.	ead.	24.	vtramque	vtrumque
ead.	ead.	43.	inter	intra
ead.	ead.	46.	fructuum	fructibus
ead.	2.	8.	Monet.	illomet
92.	1.	50.	finaliter fauere,	*lege*, & ſicut fauore
ead	2.	13.	diſtinctionem	deſtinationem
ead.	ead.	23.	tractantem	tractantes
ead.	ead.	51.	Fellerina	Follerius
93.	1.	34.	Vocal.	Veral.
ead.	ead.	55.	dari	dare
ead.	ead.	pen.	prohibitum	prohibitioni
ead.	2.	23.	præſcriptam	præſcriptum
94.	1.	37.	mobiles	nobiles
ead.	ead.	pen.	caſtri	caſtro
ead.	2.	58.	mas	illas

Conſilij 73.

Pag.	Col.	lin.	Errata	Correcta.
95.	2.	28.	Saufelli	Sauferi
ead.	ead.	55.	tit. de	lit. D.
ead.	ead.	vlt.	attendit	attenditur
96.	2.	27.	tantæ	tacitæ

Summarij.

Pag.	Col.	lin.	Errata	Correcta.
ead.	ead.	8.	conuerſo	oneroſo
98.	1.	21.	ſpectato	expectato

Summarij.

Pag.	Col.	lin.	Errata	Correcta.
ead.	2.	1.	reuocatura	reuocatur
99.	1.	43.	alio	alia
ead.	2.	8.	verum	rei
ead.	ead.	35.	Fallentia P.	fallentia 1.
		ibid.	Andreæ	Andreas
100.	1.	12.	domini	dominij

Summarij.

Pag.	Col.	lin.	Errata	Correcta.
ead.	2.	6.	diſpoſitionis	diſpoſitioni
101.	2.	21.	codice	iudice
ead.	ead.	30.	puro	purè
102.	1.	12.	C. ff.	C. & ff.
ead.	2.	26.	imputati	intentari
103.	2.	1.	regulariam	regularum
ead.	arg.	3.	data	dicta
106.	2.	12.	data	dicta
107.	1.	54.	facta	factæ
		ibid.	ſumpta	ſumptæ
ead.	2.	16.	poſt, fœnerandi,	adde, controuerſi iuris quæſtio eſt, aliis exiſtimantibus eſſe animo fœnerandi
109.	arg.	3.	conſiderentur	conſolidentur
111.	1.	22.	ſic	ſit
ead.	ead.	25.	&	ex
ead.	2.	pen.	ſeptingentis	ſeptingentos
112.	1.	21.	poſt, sum,	adde, quod
ead.	2.	3.	&	vt

Conſilij 20.

Pag.	Col.	lin.	Errata	Correcta.
ead.	ead.	28.	poſt, quod ſi,	adde, &

Summarij.

Pag.	Col.	lin.	Errata	Correcta.
113.	2.	3.	periurium	periculum

Pag.	Col.	lin.	Errata	Correcta.

Conſilij 81.

Pag.	Col.	lin.	Errata	Correcta.
ead.	2.	18.	dictæ dominæ	domina
ead.	ead.	42.	recepcua	receptius
114.	1.	52.	conſenſu	conſenſit
ead.	2.	39.	Albergotiis de arctio,	*lege*, Albergotis de aretio
ead.	ead.	65.	ad additio.	d. additio.
115.	2.	29.	filij	filia
ead.	ead.	48.	leg.	legat. 2.
116.	1.	8.	meliorare	melioratae
ead.	2.	9.	quæ	qua
ead.	ead.	34.	ſimul	ſi nihil
ead.	ead.	51.	hæreditamentum	hæreditamenti
ead.	ead.	56.	Regia	Ripa
ead.	ead.	60.	eſſe	eſſet
118.	2.	16.	debet	debere
ead.	ead.	26.	ſecunda	ſumenda

Conſilij 82.

Pag.	Col.	lin.	Errata	Correcta.
119.	2.	2.	nec	me

Conſilij 83.

Pag.	Col.	lin.	Errata	Correcta.
ead.	2.	16.	Carron.	Garton. & ita corrige in ſeqq.
ead.	ead.	20.	non	nam
120.	1.	30.	Merchaca	Menchaca
ead.	2.	27.	ſumus	ſcimus
121.	1.	7.	fraudem	fauorem
ead.	2.	2.	promittentibus	permittentibus
122.	1.	41.	quoad	quod ad
123.	1.	23.	regula etiam	regularetur
ead.	arg.	2.	Galliæ	Gallia

Summarij.

Pag.	Col.	lin.	Errata	Correcta.
ead.	2.	5.	maiorem	maiorum
124.	1.	8.	deferunt	referunt
ead.	ead.	26.	ordinatam	ordinatum
ead.	2.	18.	el.	el.
ead.	ead.	19.	recolentes	recolentes
ead.	ead.	31.	debere	deberi
ead.	ead.	51.	inſeritur	inſeruitur
125.	2.	20.	teſt.	text.
126.	1.	2.	gloſſ.	cum gloſſ.
ead.	2.	13.	poſt, perpetuum,	adde, non creditur non conſtito de erectione in perpetuam
ead.	ead.	14.	factam	facta
ead.	ead.	50.	præſentatione	præſentante
		ibid.	communis	omnis
127.	2.	29.	iure	vice
128.	2.	27.	allegat lib. 3. quem,	*lege*, lib. 3. quem allegat
129.	1.	61.	ſubſtituere	ſubſiſtere
ead.	2.	12.	trictione	tuitione
ead.	ead.	22.	ſuperuenientos	ſuperuenientes
130.	1.	29.	ſi	hi
ead.	ead.	31.	ſuperant	ſuperarant
ead.	2.	22.	dictione	dictione
ead.	ead.	39.	vtrumque	vtrumque
ead.	ead.	40.	fore	fonet
131.	1.	19.	prædicatorum	prædicatores
ead.	2.	38.	gerendi	gerendis

Conſilij 92.

Pag.	Col.	lin.	Errata	Correcta.
132.	2.	7.	ex	eſt
133.	1.	16.	canonicatum receptum,	*lege*, canonicum receptus
ead.	2.	39.	retractio	retrotractio
ead.	ead.	52.	de	d.
134.	2.	30.	ea	eo
135.	1.	26.	Dionyſium	Dionyſio
ead.	2.	47.	quo	qua
ead.	ead.	49.	ad	apud
136.	1.	33.	eum	eum
ead.	ead.	50.	directus	deiectus
ead.	2.	16.	ſic	hic
137.	1.	pen.	ex ſecundo	& ſecundo
ead.	2.	16.	& ſi	& ſeq.
ead.	ead.	10.	Bald.	Balb.
ead.	ead.	28.	maximè	maxima
138.	2.	3.	dederint	dederunt
ead.	ead.	21.	daturum	dationem
139.	2.	7.	refuderat	refuderit
140.	1.	18.	proſequutio	præſcriptio
ead.	ead.	28.	planè	plenè
ead.	2.	22.	conditione	conditione
ead.	ead.	53.	defunctoris	defunctorum
ead.	ead.	54.		*dele*, num.
141.	2.	3.	baſilica	baſilicas
ead.	ead.	21.	conſtitutionibus	conſtitutus 16.

ead.

Digitized by Google

Pag.	Col.	lin.	Errata	Correcta.
ead.	ead.	24.	cum marij	ordinarij
ead.	2.	30.	hac	hoc
ead.	ead.	42.	conſ.	concln.
142.	1.	3.	maricora	iocorrecta
ead.	ead.	34.	domint	domino
ead.	ead.	60.	ſpectandum'	expectandum
ead.	2.	9.	ſpectato	expectato
ead.	ead.	49.	Andora	Andora
ead.	ead.	57.	Andre.	Ando.
ead.	ead.	58.	donatio	domioa
ead.	ead.	66.	fouet	fieret

Conſilij 101.

143.	2.	12.	cap.	l.
ead.	ead.	3.	filias ſuas	filios ſuos
ead.	ead.	26.		dele, 1.
144.	1.	4.	duobus	diebus
ead.	2.	25.	Graria	Gratus.
145.	1.	17.	nouo	neuo
ead.	ead.	41.	Meacſao.	Neuſao.
ead.	ead.	48.	Ag.	item
147.	1.	10.	hærede	hæredis
148.	1.	20.	ſolum	ſeutorum ſolis
		ibid.	Italia	Italiæ
ead.	ead.	44.	tà retinetur qoã,	*lege*, tùm retinetur quum
ead.	ead.	48.	ad meliorandum,	à meliorationibus
ead.	ead.	52.	data	dicta
ead.	ead.	58.	dati	dicti
ead.	2.	36.	inſolidis	inſolitis
149.	1.	1.	quo non exacto	qua non exacta
ead.	ead.	6.	ſpectaſſet	expectaſſet
ead.	ead.	11.	ſuccumbeodam	ſuccumbendom
ead.	2.	2.	diſtinctas	deſtinatas
150.	1.	12.	Bargis	Barziis
151.	1.	28.	legati	legalibus
ead.	ead.	59.	tractatu	tractatur
ead.	ead.	60.	mobil.	immobil.
ead.	1.	11.	Borgnil.	Borgnin.
ead.	ead.	41.	paterfamilias	patriſfamilias
152.	2.	8.	poſt Romaines,	*adde*, §. 239.

Conſilij 103.

ead.	2.	14.	mediom	merum
ead.	ead.	23.	prædeceſſores	prædeceſſoribus
ead.	ead.	24.	medio	mero
ead.	ead.	25.	diſtincta	diſtrictu
154.	1.	2.	non	nuoc
ead.	2.	27.	dici	duci
155.	1.	23.	poſſe	poſſet
ead.	ead.	48.	detrahere	diſtrahere
ead.	2.	47.	aptæ	aptas
157.	2.	6.	Marſit.	Marſil.
ead.	ead.	10.	Patric.	Practi.

Conſilij 106.

158.	1.	7.	donato debito,	*lege*, defuncto debitorum
ead.	2.	1.	redigeos	redigendorum
159.	1.	29.	dicti	dictos
ead.	2.	18.	quando	quam

Summarij.

160.	2.	7.	ios	vis
161.	2.	26.	Bozadi.	Goaadi.
ead.	ead.	49.	nouatam	nouatum
163.	2.	19.	ab	ob
ead.	ead.	62.	ad Deci.	à Decio diſcedendum
165.	1.	32.	ea	&
ead.	ead.	51.	eahæredatioois	exhæredatus
166.	2.	56.	poſt, inuoxit,	adde, onus
ead.	ead.	46.	Cozad.	Gozad.
167.	2.	13.	conditiones	dictiones
ead.	ead.	60.	Molinæus	Molina
168.	1.	30.	ipſum	ipſius
ead.	ead.	31.	poſt, de,	adde, io
ead.	2.	28.	donatarum	donatarium
ead.	ead.	21.	interpieres	intrepidè
169.	2.	12.	poſt, capitulum, adde,	Authen.
170.	2.	51.	viget	viget
176.	1.	17.	diſpoſitiones	diſpoſitioni
ead.	2.	1.	eum in	cum M.
ead.	ead.	25.	Berond.	Berouin
ead.	ead.	33.	eaplicata	explicita
ead.	ead.	47.	&	et
177.	1.	5.	dominus	domino
ead.	ead.	44.	perductam	productam
ead.	ead.	48.	interueoerint	interuenerunt
178.	2.	35.	manere	manare

Pag.	Col.	lin.	Errata	Correcta.
ead.	arg.	1.	hypothecariæ	hypothecaria
180.	arg.	2.	proteſtatione	præſtatione
183.	1.	43.	cur	vt

Summarij.

185.	1.	7.	reuocando	vocaodo
190.	arg.	1.	exceptiones	exemptiones
192.	1.	1.	amplexam	amplam
193.	2.	33.	poſt, cootractus,	*adde*, non

Conſilij 122.

199.	2.	1.	eidémque	eiſdémque
203.	1.	1.	*ante*, Primum,	*lege*, Ex quibus varia mihi proponuntur dubia diſcutienda & reſoluenda.
ead.	2.	21.	cooferri	præferri
ead.	ead.	64.	Ioan.	Iacob.
204.	1.	19.	mortis	mortui
ead.	ead.	34.	ea vi	& ex vi
ead.	ead.	36.	Annoni.	Aimooi.
ead.	2.	21.	&	vt
205.	2.	39.	Factidam	Faitidem
207.	1.	20.	cum	eum
ead.	2.	vlt.	non	nam

Conſilij 125.

210.	1.	31.	affata	affecta
ead.	2.	10.	de	d.
ead.	ead.	19.	ſic	hic
ead.	ead.	24.	an illis	an in illis
ead.	ead.	46.	Peruſſia	Peruſio
211.	1.	16.	inſinuata	iniurata
ead.	ead.	44.	de	d.
ead.	2.	24.	Guinel.	Guiliel.
212.	1.	20.	maius	magis
ead.	ead.	24.	vis	ius
ead.	2.	6.	patres	patris
213.	1.	37.	vi	iure
ead.	ead.	38.	ſpeciem	ſpecie
ead.	2.	14.	aſſertoriom	aſſertorum
ead.	ead.	59.	Manſi.	Manci.

Conſilij 207.

216.	1.	1.	iecreationis	recredentiæ
220.	1.	48.	fieri	ferre
ead.	2.	26.	arguitur	acquiritur
ead.	ead.	51.	quibus, doctrina	quibus doctrinis
221.	1.	9.	condit.	condict.
ead.	ead.	34.	ſoluenda	ſoluendu
ead.	ead.	59.	nunquam	vnquam
ead.	2.	16.	præcedere.	procedere
ead.	ead.	21.		*dele*, de
ead.	ead.	57.	eximeret	eximerent
ead.	ead.	66.	ſoluenda	ſoluendo
222.	1.	16.	poſt, laudemium,	*adde*, l.
ead.	ead.	39.	debeane	debeaotur
223.	1.	55.	poſt, textus	*adde*, &
ead.	2.	41.	ſedentis	cedentis

Summarij.

224.	1.	7.	ſupplementum	ſopplemento
225.	1.	47.	poſt, prioribus	*adde*, C.
ead.	2.	11.		*dele*, dot.
ead.	ead.	11.	6.	C.
ead.	ead.	13.	fideiuſſ.	fideicom.
ead.	ead.	30.	perceptis	perceptos
ead.	ead.	50.	Linec. in c.	Pinel. in l.
ead.	ead.	61.	in §. ad Falcid.	Inſtit. ad leg. Falcid.
ead.	ead.	67.	ita eſt	ita &
226.	1.	12.	Cuſte	Caſtren.
ead.	ead.	25.	vbi	ibi
ead.	ead.	57.	&	vt
ead.	2.	40.	conſ.	conclu.

Summarij.

229.	1.	5.	conditione	coodictione
230.	1.	5.	ſumit	ſicut
ead.	2.	25.	conditionem	condictionem
231.	1.	31.	poſt, communois	*adde*, &
ead.	ead.	32.	Dominis	Dominic.
ead.	ead.	pen.	verſus	rurſus
ead.	2.	18.	congregationis	congregationi
ead.	ead.	53.	dicto	dicta
232.	2.	21.	condit.	coodict
ead.	ead.	28.	Menochi.	Mendoſi.
ead.	ead.	52.	vt	ne
233.	1.	31.	profecta	perfecta

Conſilij 135.

ead.		24.	&	ſi

Pag.	col.	lin.	Errata	Correcta.
235.	1.	13.	Berbo.	Berbeti.
ead.	2.	20.	vis	ius
			Conſilij 137.	
ead.	ead.	3.	Gratianopolitana	Gratianopolitano
236.	1.	35.	§. doctores	9. Doctores
ead.	2.	22.	poſt, aiſi	adde, vt
ead.	ead.	32.	nullam	vllam
238.	2.	17.	insolationes	inuolutiones
ead.	ead.	63.	inquam	vnquam
239.	1.	10.	Salamitaua	Salamantina
242.	1.	10.		*dele*, &
			Summarij.	
243.	2.	2.	inducitur	indicatur
244.	2.	66.	ſpectata	expectata
245.	1.	6.	Cornel.	Corne.
ead.	2.	33.	filiam vel	filium vel
246.	1.	13.	ſpectata	expectata
ead.	2.	12.	Craſſ.	Graſſ.
ead.	ead.	30.	§.	ff.
ead.	ead.	32.	matt.	Mattheaci.
247.	2.	29.	amittendum	admittendum
			Summarij.	
ead.	2.	3.	matrimonium	patrimonium
248.	2.	24.	confirmatur	confirmantus
ead.	ead.	25.	vei	vbi
ead.	ead.	64.	detiſ.	Decia.
			Conſiliij 141.	
249.	2.	53.	tunc	hunc
250.	1.	46.	Cerota	Cerola
ead.	2.	20.	formauit	firmauit
			Summarij.	
251.	1.	19.	illegitimationis	illegitimitatis. & ita corrige col. 2. lin. 52. & pag. 252. col. 1. lin. 24. & 28.
253.	1.	20.	Deſeretin	de Aretio
			Conſilij 145.	
254.	1.	3.	Gallions	Galliens
ead.	2.	4.	actu	inſtrumento. & ita corrige li. 8.
255.	1.	19.	domina	dominus de
ead.	ead.	35.	poſt, acceptationis,	adde, quæ
ead.	2.	20.	Remy	Remigij
		ibid.	longè	abundè
ead.	ead.	41.	multarum poſſeſſionum,	multa prædia
ead.	ead.	42.	eſſet poſſeſſor	poſſideret
256.	1.	16.	ſacerdotem	ſacerdotalem
ead.	ead.	32.		*dele*, &
ead.	2.	24.	de	d.
257.	2.	36.	ſpatium	ſpatio
258.	1.	14.	vacatio	variatio
259.	1.	44.	ſi	hi
ead.	2.	1.	Rouchel	Bouchel
ead.	ead.	16.	tiam	etiam
ead.	ead.	35.	quæ	quem
ead.	ead.	53.	Cynaſin	Cynus in
ead.	ead.	66.		*dele*, per
260.	1.	22.	poſt, fœminarum	adde, cum
ead.	ead.	28.	Butricas	Butrius
ead.	ead.	pen.	Modina	Medina
261.	2.	23.	ſuper	ſupra
262.	2.	8.	ſequendam	ſequendus
263.	1.	44.	Rumos	Rumos
ead.	2.	43.	ipſe	ipſi
265.	1.	56.	legitimè	legitimæ
ead.	2.	24.	appoſuit	oppoſuit
266.	1.	24.	ſuum	ſolum
ead.	ead.	29.	ad	at
ead.	2.	5.	ſtandum	ſtatuendam
267.	1.	33.	Cornel.	Corne.
ead.	2.	17.	poſt, habere	adde, contra
ead.	ead.	56.	apponant	opponant
ead.	ead.	62.	tenor	teneat
269.	1.	1.	agabatur	agebatur
			Conſilij 151.	
ead.	2.	19.	maltæ	mulctæ
270.	1.	34.	penſionem	penſiones
			Conſilij 152.	
271.	1.	10.	poſt, tempus	adde, venditionis
272.	2.	46.	reſtitutus	inſtitutus
ead.	ead.	55.	tamen	tandem
			Conſilij 154.	
273.	1.	7.	aut	ab
ead.	2.	18.	ex	eis
274.	1.	57.	diſpoſiti	depoſiti

Pag.	Col.	lin.	Errata	Correcta.
275.	1.	23.	ex	eſt
ead.	2.	9.	alios prout filios,	aliàs prout fuſius
278.	1.	pen.	poſt, rationes	adde, à
279.	1.	9.	&	vt
			Conſilij 159.	
280.	2.	15.	domini	domino
281.	2.	30.	currerat	cucurrerat
283.	2.	11.	Manezanedo	Manzanedo. & ita corrige lin. 21.
286.	1.	22.	ſolutam	ſolutæ
ead.	2.	15.	partitionum	portionum
ead.	ead.	24.	augmentem	augmentum
ead.	ead.	41.	pecunias	pecuniæ
			Conſilij 161.	
287.	1.	31.	Balb.	Bald.
288.	2.	15.	voluntatum	voluntatem
ead.	2.	50.	ſucceſſoréſve	ſororéſve
289.	1.	41.	vti meliorem	vtiliorem
ead.	2.	11.	inſtitutionem	reſtitutionem
290.	1.	58.	diſianctis	diſpunctis
			Conſilij 163.	
291.	2.	26.	Eccleſia	Eccleſiis
			Summarij.	
292.	1.	3.		*dele*, ris
ead.	2.	32.	eligitur	eligit
			Summarij.	
293.	1.	7.	transfundit	confundit
294.	1.	9.	in	ſcilicet
ead.	ead.	46.	Baret.	Bartol.
ead.	2.	3.	Decian.	Decius
ead.	ead.	31.	Bertazza.	Bertazzol.
295.	1.	19.	degutaſſe	deguſtaſſe
ead.	ead.	44.	odra	odia
297.	2.	4.	ſolueret	ſoluerat
ead.	ead.	8.	abſint	adſint
ead.	ead.	30.	reſolutio	reſoluto
298.	1.	2.	inoffic.	offic.
ead.	ead.	3.	cap.	can.
ead.	ead.	17.	collantur	coluntur
ead.	ead.	28.	quatriplex	quæ triplex
ead.	ead.	56.	Butero	Butrio
ead.	2.	15.	data	dicta
ead.	ead.	35.	ambitioſè	ambitioſæ. & ita corrige inferius
ead.	ead.	45.	Pegnera	Penia
ead.	ead.	48.	p2.	praxi
ead.	ead.	52.	extrauagantium	extrauagantem. & ita corrige li. 66.
299.	1.	8.	pag.	parte
ead.	ead.	11.	amm.	anni
ead.	ead.	24.	Benintiu.	Beninten.
ead.	2.	22.	extrauagantiam	extrauagantem
ead.	ead.	30.	inter	intra
300.	1.	52.	prouiſione	promiſſione
301.	arg.	1.	portione	portionem
			Summarij.	
ead.	1.	9.	quomodo	quando
302.	1.	55.	non	nos
303.	1.	37.	ſuccedebat	ſuccedant
304.	1.	41.	in	à
305.	1.	20.	maximè	maximæ
306.	2.	38.	poſt, hæredes,	adde, condemnare
307.	2.	9.	vt quantumuis	*dele*, vt
308.	1.	56.	poſt, ipſo	adde, iure
ead.	2.	32.	diſpenſatus	diſpenſatam
ead.	ead.	45.	Bellar.	Bellam.
309.	1.	59.	dominum	dominus
ead.	2.	45.	poſt, fiet	adde, cum
ead.	ead.	56.	addens	addentes
310.	1.	37.	poſſet	poſſit
ead.	ead.	38.	donaturum	donatorem
311.	2.	5.	Menoch.	Monach.
ead.	ead.	17.	Extrauagan. Can.	*lege*, ex extrauagant. cum
ead.	ead.	18.	Bellar.	Bellam.
312.	1.	28.	facit	faciat
ead.	ead.	45.	Carnon.	Carroci.
			Conſilij 174.	
313.	2.	38.	Zanches	Zanchus
314.	1.	3.	earum	eorum
ead.	2.	20.	in liberis	in liberos
315.	2.	3.	Mandol.	Mandel.
ead.	ead.	35.	potuit	potius
			Conſilij 176.	
317.	1.	25.	quos	quæ

Pag.	Col.	lin.	Errata	Correcta.
318.	2.	38.	ſororum	ſororem
			Summarij.	
314	1.	11.	poſt, eliger, adde, non poſſit in vita irreuocabiliter eligere, in aliorum præiudicium.	
			Conſily 180.	
ead.	ead.	2.	propoſitis	exhibitis
ead.	2.	17.	præter aliquam reſeruationem. *lege*, ſub aliqua reſeruatione	
ead.	2.	19.	expreſſo	expreſsè
ead.	ead.	32.	integrum	ſolidum
			Summarij.	
327.	1.	2.	factum	ſolutum
329.	1.	35.	obſtat	obſtans
ead.	2.	10.	alias	alios
ead	ead.	24.	poſt, fiat	adde, in
332.	1.	17.	poſt, qui	adde, in
ead.	ead.	42.	Ludouic.	Roderic.
ead.	2.	6.	ideò	adeò
ead.	ead.	60.	ſator	lator
333.	2.	4.	eo	ea
			Conſilij 185.	
ead.	ead.	20.		*dele*, non
334.	1.	29.	prædecatur	producatur
ead.	2.	22.	niſi	cui
ead.	ead.	40	vt	&
			Conſily 188.	
336.	2.	31.	Abba	Alba
337.	1.	13.	coniectura in	coniecturata
			Conſily 189.	
ead.	2.	22.	poſt, qui	adde, ff de
			Conſilij 190.	
338.	1.	22.	matrimonio	matrimonij
ead.	2.	50.	incidieruot	inciderunt
ead.	ead.	55.	ſic	hic
			Conſily 191.	
339.	2.	16.	dicta	dictat
			Summarij.	
340.	1.	26.	ſimplex	ſequens
ead.	2.	6.	domini	hominis
341.	2.	23.	eorúmque	earúmque
			Conſilij 193.	
342.	2.	1.	Socin.	Simon
ead.	ead.	antep.	Randenſ.	Raudenſ.
343.	1.	85.	iuris	iure
			Conſilij 194.	
ead.	2.	3.	regiminis	regionis
			Conſily 195.	
344.	2.	5.	Menoch.	Monach.
			Conſily 196.	
345.	2.	33.	cóque	cogi
347.	1.	15.	mains	magis
348.	1.	13.	Craſſ.	Graſſ.
ead.	ead.	22.	tanta	tacita
ead.	ead.	24.	Zaderchi.	Laderchi.
ead.	2.	11.	apponi	oppoſiti
ead.	ead.	28.	ſi.	hic
ead.	ead.	33.	iudicatam	iudicatum
ead.	ead.	41.	caſum	caſu
349.	1.	18.	quæ	quo
ead.	2.	22.	ſimulactionum	ſimulationem
ead.	ead.	31.	dicti	dictæ
351.	2.	55.	vt ceſſant	vt ſtant
352.	2.	5.	incommodum	immorandum
			Conſily 199.	
353.	2.	42.	nec	ne
356.	1.	23.	recreanæ	recreance
ead.	2.	38.	præbenda	probanda
ead.	ead.	58.	porens	potius
357.	1.	52.	prætentus	prætenſus
			Conſilij 203.	
359.	2.	29.	poſt, ſecunda, adde, ex dictis coniecturis & clauſulis inſolitis deprehenditur, per tradita in dicta ſecunda	
360.	1.	6.	Becanus	Beciua
365.	2.	37.	vicarias perpetuas	vicariæ perpetuum
			Summarij.	
366.	1.	2.	præceſſit	præuenit
ead.	2.	5.	eorum	rerum
ead.	ead.	19.	quod	quoad
368.	1.	6.	oppoſita	appoſita
ead.	2.	37.	ſol è	ſola &
			Conſilij 209.	
369.	1.	16.	indicare	indicari
ead.	2.	28.	diſtincta ſubhaſtation, *lege*, diſtracta per ſubhaſtationem	
370.	1.	47.	Cornel.	Corne.
ead.	ead.	58.	Decia.	Decium
ead.	2.	1.	& ex	*dele*, &
ead.	ead.	30.	Barber.	Berber.
ead.	ead.	55.	præſcripti	præſtiti
371.	1.	48.	Cornel.	Corne.
ead.	2.	43.	vnum	vnas
376.	2.	11.	exhibitiones	inhibitiones
377.	2.	41.	ſine	ſuis. & ita corrige li. 45.
			Conſily 219.	
380.	2.	7.	Sarmin.	Sarmien. & ita corrige li. 19. & 27.
381.	1.	5.	Cornel.	Corne.
ead.	2.	7.	maximo	maximè
ead.	ead.	12.	&	eſt
383.	1.	8.	Cornel.	Corne. & ita corrige li. 35. & 60.
384.	2.	7.	ſilo	ſtylo
387.	1.	2.	conuerſum	concurſum
390.	1.	6.	quoad	quod
ead.	2.	24.	Pariſienſ.	Pariſius
391.	1.	1.	Seius vir	ſciuerit
ead.	2.	1.	adoptionis	adeptionis
ead.	1.	antep.	Pacirol.	Pancirol.
392.	2.	16.	ideò	adeò
ead.	ead.	45.	verbo	seipſa
395.	2.	45.	quintum	primum
402.	1.	42.	neutram	neutrumq;

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google